C. XVI.
18/v

MICHAELIS BERNHARDI VALENTINI

CORPUS JVRIS MEDICO-LEGALE.

Digitized by the Internet Archive
in 2018 with funding from
Wellcome Library

https://archive.org/details/b30451437

15075

MICHAELIS BERNHARDI VALENTINI,

Archiatri Haſſo-Darmſtadini, Prof. Med. P. Ord. rei œconomicæ in Acad. Giſſena Inſpectoris, Præſidis in Collegio Cæſareo Leopoldino-Carolino Nat. Cur. Adjuncti, Societatum Scientiarum Regiarum in Anglia, Boruſſia, ut & Recuperatorum in Italia Collegæ.

CORPUS JURIS MEDICO-LEGALE,

CONSTANS è

PANDECTIS,

NOVELLIS & AUTHENTICIS JATRICO-FORENSIBUS,

EDITIO NOVISSIMA,

CASIBUS UTILISSIMIS RECENTISSIMIS & HACTENUS INAUDITIS AUCTA.

Accedunt

LABYRINTHI STUDII MEDICI FELICITER SUPERANDI,

Declamatione panegyrica auſpicali recitati

AB AUTORIS FILIO

CHRISTOPHORO BERNHARDO VALENTINI,

Med. D. Prof. Publ. Giſſeno, ac in Academia Cæſarea Leopoldino-Carolina Theſſalo II.

FRANCOFURTI ad MOENUM,
Sumptibus JOHANNIS ADAMI JUNGII,
Typis MATTHIÆ ANDREÆ VIDUÆ,
ANNO M DCC XXII.

WELLCOME
HISTORICAL
MEDICAL
LIBRARY

SACRATISSIMO INVICTISSIMOQUE ROMANORUM IMPERATORI

CAROLO VI.

SEMPER AUGUSTO,
GERMANIÆ, HISPANIÆ, INDIARUM, HUNGARIÆ, BOHEMIÆ, CASTILIÆ, LEGIONIS, ARAGONIÆ, SICILIÆ UTRIUSQUE, HIEROSOLYMORUM ATQUE NAVARRÆ, DALMATIÆ, CROATIÆ, SCLAVONIÆ, BULGARIÆ, BOSNIÆ, SERVIÆ ET RASCIÆ

REGI,

ARCHIDUCI AUSTRIÆ,

DUCI

BURGUNDIÆ, BRABANTIÆ, MEDIOLANI, STIRIÆ, CARINTHIÆ, CARNIOLÆ AC LUCEMBURGI, WIRTEMBERGÆ ETIAM AC DUPLICIS SILESIÆ,

PRINCIPI SUEVIÆ,

COMITI

LIMITANEO BURGOVIÆ, MORAVIÆ & LUSATIÆ, PRINCIPALI HABSPURGI, TYROLIS, PFIRETARUM, KYBURGI ET GORITIÆ, PROVINCIALI ALSATIÆ, COMITI FLANDRIÆ,

DOMINO MARCHIÆ VENEDICÆ, PORTENAVIÆ, SALINARUM,
ET QUÆ SUNT RELIQUA,

PATRI PATRIÆ,

TRIUMPHATORI GENTIUM BARBARARUM, PACIS ET QUIETIS PUBLICÆ FUNDATORI,

ACADEMIARUM STATORI ET MUSARUM HERCULI,

DOMINO SUO INDULGENTISSIMO AC CLEMENTISSIMO,

FELICITATEM PERENNEM!

IMPERATOR AUGUSTISSIME,

ACquieſce, MONARCHA SACRATISSIME, ut, quos Binis *Sacræ Cæſareæ Majeſtatis Veſtræ* Anteceſſoribus Auguſtiſſimis, LEOPOLDO Patri & JOSEPHO Fratri, æternæ & glorioſiſſimæ memoriæ Imperatoribus, partitis olim vicibus conſecravi libros, nunc conjunctim cum omnibus ſupplementis ad *Sacræ Cæſareæ Majeſtatis Veſtræ* thronum flexis genubus humilimè deponam, ſicque denuò Cæſari tribuam quæ Cæſaris, & DEO quæ DEI ſunt. *Sacræ* ſc. *Cæſareæ Majeſtati* tribuo canonem fructusve novellos è feudis Academicis reſultantes. DEO T.O.M. red-

reddo gratias devotiſſimas, quod vota pro Auguſtiſſimæ Domus Auſtriacæ perennitate nuncupata exaudiverit, vitamque ad tot annos clementiſſimè produxerit, ut ſub clypeis Tantorum Heroum tùm in S. R. I. Collegio Leopoldino-Carolino Naturæ Curioſorum, tùm in Academiâ Haſſo-Giſſena ultra ſeptem luſtra bono publico invigilare ſcriptisque variis inſerire valuerim. Quando jam pro ſummo felicitatis gradu habet eoque titulo præ omnibus ferè Medicis ſuperbit *Crato*, quod trium Imperatorum Romanorum Archiater audiverit, non minus me beatum cenſeo, quod Trium ſucceſſivè regnantium Imperatorum Auguſtiſſimorum vaſallus fuerim Academicus. Quemadmodum autem à Vaſallo nihil aliud, quam fidelitas requiritur: ſic & gloriæ mihi duxero, ſi, quam illibatam ſemper conſervavi fidelitatem, *Sacræ Cæſareæ Majeſtati Veſtræ* haud diſplicuiſſe comperuero, cujus Auguſtiſſimam Domum ut Avitarum Paternarumque Virtutum æque ac Imperiorum Hæredibus longa annorum ſerie æternam reddat DEUM T.O.M. ardentiſſimis ſuſpiriis fatigo

SACRÆ CÆSAREÆ
MAJESTATIS VESTRÆ

Servus humilimus

MICHAEL BERNHARDUS
VALENTINI.

SACRÆ

SACRATISSIMO INVICTISSIMOQUE ROMANORUM IMPERATORI,

LEOPOLDO MAGNO

PIO, FELICI, SEMPER-AUGUSTO,

Germaniæ, Hungariæ, Bohemiæ, Dalmatiæ, Croatiæ, Slavoniæ, Bulgariæ, Bosniæ, Serviæ & Raſciæ REGI, Archiduci Auſtriæ, Duci Burgundiæ, Brabantiæ, Lucelburgi, Styriæ, Carinthiæ, Carniolæ, Wirtenbergæ, Teccæ & utriusque Sileſiæ, Principi Sveviæ, Marchioni Burgoviæ, Moraviæ & Luſatiæ, Comiti Principali Habſpurgi, Pfiretarum, Kyburgi & Goritiæ, Landgravio Alſatiæ, Domino Marchiæ Venedicæ, Portenaviæ & Salinarum, Patri Patriæ, Triumphatori Gentium: Domino ſuo Indulgentiſſimo,

FELICITATEM PERENNEM!

N*Unquam ad SACRÆ CÆSAREÆ MAJESTATIS VESTRÆ pedes me devolvere, & hoc, quicquid eſt tributi literarii, ad ſcabellum illorum, humi proſtratiâ reverenti, deponere fuiſſem auſus, niſi ſerium illud Servatoris monitum mihi animum addidiſſet, quô* reddite, *inquit*, DEO quæ Dei ſunt, & Cæſari quæ Cæſaris. *Quemadmodum ergo* Pandectæ Juſtinianeæ, *Domino & Deo noſtro Jeſu Chriſto poſſibilitatem, & Imperatore ſuis in hoc Satellitibus authoritatem præſtante confectæ ſunt, ſecundum* Præfat. de Confirmat. Digeſt. §. 1. *quemadmodum &* Pandectæ *noſtræ* Medico-Legales, *DEO T.O.M. benedicente, ex Academiis, ſub umbone SACRÆ CÆSAREÆ MAJESTATIS in univerſo Imperio Romano florentibus, profectæ ſunt; ita non poſſunt non eò, tanquam rivuli in Oceanum, refluere, unde largâ primùm ſcaturigine manarunt. Reddo igitur Deo, quæ Dei ſunt, & Cæſari quæ Cæſaris. Deo, inquam, reddo gloriam, venerationem & gratias infinitas, quòd SACRAM CÆSAREAM MAJESTATEM VESTRAM ſeculo feliciſſimè emenſo ſalvam & de hoſti-*

bus perpetuò triumphantem conſervare, Auguſtiſſimam Domum Auſtriacam in Nepote Regio non ſine plauſu totius Europæ perennare, & tum pietatis, tum ſapientiæ ſeminaria, Academias ſcilicet & quæcunque à Facultatibus illarum proficiſci poſſunt, Gratioſiſſimè tueri, nobisque ſimul vires ad quoscunque labores clementiſſimè concedere voluerit. SACRÆ CÆSAREÆ MAJESTATI verò reddo fructus & reditus ex Academiarum feudo redundantes: quarum privilegia ut non minimum inter Reſervata Imperatoria locum tenent, ita quæcunque eorum authoritate iſtic prodeunt, non immeritò SACRÆ CÆSAREÆ MAJESTATI VESTRÆ unicè conſecranda erant. Utriusque autem Majeſtati ſolvo quæ debeo, & adhuc debeo quæ ſolvo, quùm non tantùm in S. R. I. Academia Cæſareo-Leopoldina, quæ per quatuor jam luſtra me excepit, ſed & in Academia Ludoviciana, quæ heîc Giſſæ Haſſorum eſt, Deo benedicente, tot felicitatum cumulis SACRÆ CÆSAREÆ MAJESTATIS tutamini & privilegiis ampliſſimis potiſſimùm adſcribendis, tantùm non obrutus fuerim, ut pro gratitudine humilima nil niſi vota & ſuſpiria, Deo pro ſalute SACRÆ CÆSAREÆ MAJESTATIS perſolvenda, mihi ſuperſint. Exſurge igitur, o Domine Exercituum, exſurge quæſo, & Sacratiſſimum Imperii Romano-Germanici Monarcham Spiritu fortitudinis tuæ reple, ut invidi hoſtesque Ejus contremiſcant toti! Benedicito juſtiſſimis Imperatoris Invictiſſimi noſtri armis, ut victoriâ victoriam trudente triumphum ducamus nunquam interrumpendum! hæc votis calidiſſimis exorat

SACRÆ CÆSAREÆ MAIESTATIS

Giſſæ Haſſorum Anno MDCC
die 28. Martii.

Cliens humilimus
MICHAEL BERNHARDUS
VALENTINI.

SERE-

SERENISSIMO AC POTENTISSIMO REGI
JOSEPHO,

Imperatoris LEOPOLDI I. Pii, Felicis, Incluti, Victoris ac Triumphatoris Semper-Auguſti Filio Auguſto, Romanorum & Hungarorum Regi, Auſtriæ Supremo Duci, &c. &c. &c. Cujus Virtute, Felicitate, Iuſtitia propagandus terrarum orbis eſt & retinendus,

DOMINO MEO CLEMENTISSIMO!

INcomparabilis prorſusque Divinæ Sapientiæ documentum erat, quo vix in thronum Patris Davidis evectus & in Regem unctus Salomon utebatur, dum binæ mulieres inhoneſtæ, quarum altera filiolum, in ſomno à ſe oppreſſum, cum alterius filiolo vivente permutârat, dubiam coram Rege causſam agitabant. Utraque ſc. puerum adhuc viventem altercando ſibi vindicante, Rex ſibi gladium adferre jubens & infantuli diviſionem minitans, genuinam (cujus viſcera ſuper filio movebantur) matrem agnoſcendo, aſtutisſimum infanticidæ raptum, cum ſtupore omnium, detexit. Quum verò toto die proh dolor! ſimilia, imò truculentiora infanticidarum exempla ſe trudant, quæ ob fraudulentas Inquiſitarum technas, non judiciis tantum criminalibus, ſed & Facultatibus Academicis vix extricabile negotium faceſſunt, ut è variis in Secunda Pandectarum Medico-Legalium parte *notatis caſibus eluceſcit, cum ad* VESTRAM, *REX POTENTISSIME,* MAIESTATEM, *cum eadem, tanquam ad Modernum Germaniæ Salomonem, jam depropero, prona humique proſtrata reverentia exorans, velit hunc fœtum literarium Clementisſimè ſuſcipere ſimulque indulgere, ut* SACRÆ REGIÆ MAIESTATIS *radiis difficultates illic occurrentes illuſtrentur, Ejusve Regia auctori-*

thoritate tot publica Academiarum decreta confirmentur, tenerrima parvulorum, à cruentis olim Pharaonis & Herodis manibus miſerrimè trucidatorum, & à crudelisſimis Genitricum unguibus hodienum diſcerptorum vita Tuâ, REX BENIGNISSIME, Gratiâ ſervetur, & occiſorum tandem ſanguis ac innocentia debito maleficarum ſupplicio vindicetur. DEUS autem, Rex Regum & Dominus Dominantium, nuperrimis, per univerſos Germaniæ circulos, inter tot jubilorum ſtrepitus, pro ſalute SACRÆ REGIÆ MAIESTATIS VESTRÆ, *PRINCIPEque HAEREDITATIS REGIO, in cunis adhuc ludente, nuncupatis votis pondus, & complementum ineſſe jubeat, ut* AUGUSTISSIMA DOMUS AUSTRIACA *ſurculo hocce Regio æternitati implantata perpetuò floreat et VIVAT!*

SACRÆ REGIÆ MAIESTATIS
VESTRÆ

Giſſæ
die 10. Aug.
1700.

Servus humilimus

MICHAEL BERNHARDUS
VALENTINI.

ADHOR-

ADHORTATIONES
Virorum Celeberrimorum ad maturandam Pandectarum editionem: eô, quô appulerunt, ordine locatæ.

I.
LITERAE.
PER-ILLUSTRIS AC MAGNIFICI
DN. LUCÆ SCHROECKII,
S. C. M. Conſil. & Archiatri & S. R. I. Acad. Nat. Cur. Præſidis &c.

P.P.

Occaſionem, quæ per Amicum, merces ſuas Francofurtum mittentem, offertur, arripere, humaniſſimiſque Tuis, die 2. Septembr. ſcriptis, reſpondere volui. Labori tuo, quem moliris, utiliſſimo adplaudo, & cum ita deſideres, aliquot Caſus, ex actis Collegii noſtri, Latinitate à me donatos, offero &c. Ephemerides noſtræ lentiſſimè procedunt ſub prelô Noricô, id quod licet magnô meô cum faſtidio fiat, mutare tamen nequeo. Vale, Vir Magnifice, annumque noviter adventantem feliciſſimè tranſige, favoremque Tuum ſubinde renovare perge erga tuum, qui ſe profitetur

Celeberrimi Tui Nominis

Raptim ſcrib. Auguſtæ Vindel.
die 21. Dec. 1699.

Cultorem perpetuum
Celſum.

II.
Magnifico et Ampliſſimo Viro,
DN. MICHAELI BERNHARDO VALENTINI.
Philoſopho & Medico Cel. Magno Collegæ ac Amico,

S. P. D.

GEORGIUS FRANCISCUS de FRANKENAU.

Diu ſane eſt, fateor, quod nihil ad Te literarum dederim, ob viæ intercapedinem longam & alia impedimenta. Gratias verò ego Tibi, Vir Ampliſſime, *ago habeoque maximas, quòd doctiſſimis Tuis diſſertationibus me beare volueris; ſed permitte hoc impudentiæ meæ, ut deinceps quoque ſolicitem Tuam munificentiam in reliquis, quos nuper promiſiſti, laboribus mittendis, quibus publicum diutius carere non permitte. Ego enim, ſi quis alius, illos æſtimo, quos ſcio ſapere admorſos ungues. Ecquis eſt jam Protector, quis Princeps Patavii Academiæ noſtræ Recuperatorum? cujus Jubilæum debuiſſemus celebrare ſuperiore anno: Centum enim jam effluxerant anni, ubi â Cardinale fuit erecta. Pluribus nolo Tibi moleſtus eſſe, ne in publica peccem commoda. B. V.* ὦς τιμαλφέστατε, *ſed & redamare me perge, qui ego Te Tuasque virtutes impenſe colo.*

Scribo
Hafniæ, Febr. d. XXIV.
MDCC.

III. EPI.

III.
EPISTOLA
DN. GEORGII CHRISTOPHORI PETRI ab HARTENFELS,
Sacr. Pal. Caeſ. Com. Conſil. & Arch. Elect. Mog. P. P. &c.
ad
Illuſtrem DN. SCHELHASS, *Arch. Camp. Imp.*
PP.

PAndectas *ſuas Medicas jam adornare Excellentiſſ. Dn. D. Valentini, atque hunc in finem hactenus à plurimis Medicis melioris notæ egregia nonnulla ipſi fuiſſe communicata, ex ſuaviſſimis literis tuis intellexi: cumque in illis, ut ſimilia analecta transmittat Facultas noſtra, nomine prælaudati Domini D. Valentini petieris, non potuit non meam ad inſtantiam iisdem gratificari Facultas noſtra: mittuntur itaque pauca reſponſa, quæ fortè ad manus venerunt; ſi impoſterum in Scriniis noſtris plura reperientur, dabimus operam, ut etiam illa transmittantur. De cæterô animitus prænominato Domino Authori de hoc laudabili utiliſſimóque in ſe ſuſcepto labore gratulamur, atque ut inceptum opus ad optatum perducat Colophonem, ὁλοκαρδίως precamur. Habebimus itaque impoſterum etiam in Medicinâ* Pandectas, *atque hâc in parte ICtis non cedemus. Quotannis ferè Medicina noſtra novam induens faciem* Novellis *etiam non caret, utinam ſemper veris & bonis!* Digeſtis *tandem opus erit, ut omnia optimè digerantur, atque in ſuccum & ſanguinem convertantur, id eſt, ad proximi utilitatem dirigantur. Commendo actiones noſtras divinæ providentiæ, atque ut perbellè valeas, mihique faveas, ſpero atque voveo.*

Dab. Erfordiæ, ὡς τάχιστα

d. 10. Martii, Anno
MDCC.

IV.
Excellentiſſimum Dn. D.
VALENTINI,
Medicum Curioſum & Profeſſorem in Almâ Giſſenſi Celeberrimum,
ſalvere plurimum exque animi ſententiâ valere jubet
D. JOHANN CASPAR WESTPHALUS,
Acad. Leopoldino-Imperialis Naturæ Curioſorum Collega & Medicus
Delitienſis:

M*Iraberis forſitan, ἀνὴρ λογιώτατε καὶ πολυτίμητε, qui fiat, ut arduas occupationes Tuas interpellare, iisque moram quaſi injicere nullus verear, præſertim cùm à facie ac commercio literario Tibi planè ſim ignotus, etſi ob eruditiſſimas, quibus Medico Orbi dudum inclaruiſti, obſervationes & ſcripta prolixiſſimo Te mens mea amore proſequi à multô jamjam tempore cœperit. Sed mirari deſines, ubi ex hiſce meis cognoſcere haud gravaberis, tantum abeſſe, ut tardare laudatiſſimos publico inſerviendi conatus tuos moliar, ut potius acceleratos eos, adque umbilicum jam omnes deductos, malim atque exoptem. Simulac enim ex Lipſienſium librorum Catalogô perſpexi, quod animo Tecum conſtituiſſes* Pandectis Medico-Legalibus, *iisque ex celebrium Academiarum archivis collectis, Medicinæ Cultores adjutum ire, non potui quin pro ſincero in ſtudium Medicum ardore certiorem Te facerem, varios in punctô homicidii, infanticidii, recognitione epilepſiæ ſimulatæ, veneni ac philtri propinati, nec non Chirurgicos aliosque caſus in Supellectili meâ, partim in Præfecturis atque Curiis noſtræ Provinciæ quibusdam latere, in quorum enodatione à cauſarum Patronis, nec non ipſis Magiſtratibus officii ratione, ad id rogatus non ipſe ſolum Deductiones elaboravi, ſed quæ etiam trium Facultatum Medicarum Judiciis ita ſuffultæ exiſtunt ac explicatæ, partim etiam refutatæ, ut à laudabili V. H. inſtituto Tuo haud alienæ, meo quidem judicio, futuræ videantur. Quod ſi igitur è re exiſtimes, ut horum copia conſpectui Tuo ſiſtatur, habebis me in iisdem communicandis paratiſſimum. Hoc autem ex te, colendiſſime Patrone, ſcire aveo, cujus curâ Tu, quos dixi caſus in mundum transferri, Giſſamque portari velis &c. Properabam* Delitii *prope Lipſiam, ex Muſeo.*

V. Idus Martii
MDCC.

In

In
Celeberrimum *Pandectarum Medico-Legalium* Authorem
ANAGRAMMA.
MICHAEL BERNHARDUS VALENTINI,
omiſſo h. & c. in o. mutato
Juſtiniani releva laborem.
α. ω.

QUiſquis in ambiguis ſatagis *relevare labores,*
Quos Caroli Nemeſis morte piare jubet.
Scripta VALENTINI Caroli modò jungito Magni
Statuto: & ſtudio *Juſtiniane* Tuo.
PANDECTAS MEDICO-LEGALES jungito legi,
Et dabit innumeras mox opus illud opes.
Panditur hic roſeô thalami tumulanda pudore
Virginitas: dubius flos Hymenæe Tuus.
Siſtitur Actæon, cujus peregrinus in hortis
Carbaſa ſuſpendit: Quem ferit ille, cave.
Hicque petulca fames, vis debilitata Priapi,
Quam ſimulat petulans ſæpius ore Senex,
Detegitur: validâ quisquis ratione carere
Se ſimulat: Medicis artibus ille ſapit.
Practica multiplici tentans illudere fraude
Judice & indiciis indiget ille ſuis:
Indiciis, inquam, Medicis, queîs fucus ab omni
Crimine detrahitur, quo malus ante latet.
Si tibi Circeis quis triſtia pocula miſcet
Artibus: En! Medico judice cuncta patent.
Vulnera quæ lethum tulerint? quæ dira Noverca
Fœtibus incuſſit, vah! pudor! ipſa ſuis.
Cuncta patent Medicis Pandectis hiſce prehenſa,
Quas indefeſsâ volve revolve manu.

Obſervantiæ & honoris ergo
JACOBUS FABRITIUS,
Archiater Haſſo-Darmſtatinus
& Phyſicus Butisbacenſis.

Ad
Virum Nobiliſſimum, Excellentiſſimum atque Experientiſſimum,
Dominum Doctorem
MICHAELEM BERNHARDUM VALENTINI,
Medicinæ ac Philoſ. Nat. in Acad. Gieſſenâ Profeſſorem Celeberrimum,
illuſtris Societatis Cæſareo-Leopoldinæ N. C. Adjunctum, d. Theſſalum, & Recuperatorum in Italiâ Collegam meritiſſimum,
cùm Pandectas ſuas Medico-Legales & Polychreſta Exotica publicæ luci ſiſteret,
ΠΡΟΣΦΩΝΗΣΙΣ.

VALENTINE, decus noſtri immortale Lycei,
Hasſiaci Illuſtris Stella coruſca poli.
Quem mater ipſa ſalus famæ mandare perenni
Jusſit, & ad cœli ſuſtulit aſtra labor.
Quem nihil in totô terrarum præterit Orbe,
Abdita nec tenebris res latet ulla ſuis.
Cui vaſtos aperit rerum Natura receſſus,
Immenſasque ſuas Veſta recludit opes.
O! quam larga tuis mesſis propullulat agris!
Quàm læta ingenii provenit inde ſeges!
Seu *Phyſicum* ſcruteris opus, cauſasque latentes
Veſtiges, tacitos excutiasque ſinus:

Seu

Seu Tua ad illuſtrem contendat docta Britannum
    Littera, Naturæ quâ patet ecce! phyſis:
Seu calamo extremos excurras præpete ad Indos,
    Qui *Moxæ* vires explicat & Podagræ:
Sive acie mentis penetres penetralia terræ,
    Inviſasque ſuô Najades ipſe loco.
Irriguæ, terræ quas condunt viscera, venæ
    Quâ ducant clarâ nobile ſtirpe genus.
Curque petant dulces imis ex *fontibus* undas,
    Cum tamen hæ ſalsâ ſint genitrice ſatæ.
Cur ſtillent nitidas ſaxorum robora lymphas:
    Sermonis nitidô flumine cuncta doces.
Seu Tua fœmineos diſſolvat dextra meatus,
    Virgineas latebras promta ſecetque manus.
Producatque novos tesquis ex hiſce racemos,
    Qui reddunt dulces his ſcatebris latices.
Qui pariter fœdum profundunt pus ſaniemque
    Cauſam virginei materiamque mali.
Sic modò quod juverat, lædit, res mira! mephitim
    Fontes hos claros promere tam nocuam.
Seu quot dira modis *convulſio* torqueat artus,
    Quove modo afficiat, tradere ſuſtineas.
Cecropiæ ſeu ſicut apes per Theſſala Tempe
    Perque Coi volites culta vireta ſenis.
Et ſic Te digno condas conamine *Curſum*,
    Quo redeat priſcus nobilis Artis honos.
Euge Coum referens re verâ *Theſſalus* audis,
    Cui nullum perdunt otia prava diem.
Solerti menti non unus ſufficit orbis,
    Hinc & ad occiduas evolat uſque plagas.
Et *Polychreſta* legit charæ medicamina vitæ,
    Queîs fiat variis arte medela malis.
Hiſce domas febres, ventris fluxusque cruentos,
    Exque *Faba* capiunt languida membra tonum.
Felici nunc auſpicio, Vir Optime, monſtras
    Artis Apollineæ quam ſit in ære Themis.
Quam ſit egens hujus ſæpiſſime, quamque Medentum
    Auxiliatricem mox ſibi poſcat opem.
Suppetias hinc ferre paras, *Digeſtaque* condis,
    Atque reples meritis undique cuncta Tuis.
O! gentis laus magna Tuæ! laus maxima Gieſæ,
    Quàm fers ingenuum celſa ſub aſtra caput!
Quàm rectè ſublime petis, ſublimior ipſe,
    Et faſtidita ſidera quæris humo!
Applaudunt doctis Anglorum lumina curis,
    Proſilit in laudes Haſſia læta Tuas.
Famaque jam totum celeberrima pervolat Orbem,
    Illa tuum referet fuſius ore decus.
Vivito nunc felix, fructus pingues cape laudum,
    Servet Te Summi Numinis Alma manus!

f.
J. M. VERDRIES, Med. D.
& Prof. Giſſenſis.

PRÆFA-

PRÆFATIO
AD
PANDECTAS MEDICO-LEGALES.

Q*Vantô nunquam non in pretiô fuerint Deciſa & Reſponſa Prudentum vel exinde conſtat, quòd Imperatoris quondam inſtituto, ex Edictis Prætorum & Reſponſis JCtorum Antiquiſſimorum* Pandectæ Juris *fuerint collectæ, dubiô procul inde ſic dictæ, quòd ſi non omnium, plerarumque tamen, in foro occurrentium, quæſtionum ſyllogen & conſpectum præbent; hanc enim ob cauſam & aliis, utut ab omni humanitate remotis, Gentibus Collectanea ejusmodi* Pandectarum *nomine veniebant. Sinenſes ſanè inter potiores Commentarios opus xxi. iisque non exiguis Voluminibus conſtans, quod* Pandectas de Natura *h. e. de Philoſophia Naturali vocant, obtinere & theſauri inſtar reſervare,* Philippus Couplet S. I. in Proœmiali Declaratione ad Confucium §. V. pag. *36. autor eſt. Quemadmodum verò iidem Sinenſes non cujusvis hominis* φλυαρίας *atque ſomnia in Scholas ſuas admittunt, ſed ea tantùm, velut è Tripode dicta, acceptare ſolent, quæ à Prudentibus & tantùm non Divinâ Sapientiâ præditis unquam ſunt prolata, ut*

de Confucii (*quem ad ſuperſtitionem ferè colunt*) *libris conſtat; ita pariter in jure non cujusvis, ſed eorum tantùm reſpondere eſt, qui fiduciam ſtudiorum habent*, leg. ult. ff. de orig. juris. *Unde priſtinis temporibus id non hominibus vulgaribus & pro tribus bacis conſulentibus, ſed Senatoribus & Magnis Conſiliariis, ab Imperatoribus ad cauſas decidendas deputatis, credebatur, quales hodiè ſunt Aſſeſſores Cameræ & Auditores Rotæ Romanæ. Ab hiſce enim non Chimæræ aut quisquiliæ, ſed doctrinæ reales & Reſponſa ſolidiſſima proficiſcebantur, ut* Alexander Taſſo in Cogitat. diverſ. Lib. x. cap. x. *eleganter habet. Eodem autem, ſi non majori jure Integrarum Facultatum Reſponſa Medico-Legalia, in unum quaſi faſciculum collecta*, Pandectarum *nomine inſignimus, quùm, ſi non omnes, pleraſque tamen in foro occurrentes quæſtiones Medico-Forenſes in actu, quem vocant, exercitô, complectantur, Sacratiſſima Imperatoris authoritate nitantur, & non unô, ſed complurium Sapientum votis confirmata ſint. Laudent JCti ſuos* Jabolenos, Celſos, Marcellos, Labeones, Capitones, Julianos, Sulpizios, Nervos, Caſſios, Papinianos, Ulpiànos, Paulos, Pomponios, Sabinos: *Habemus totidem Academias earumque Facultates, Conſiſtoria, Collegia, Theologorum, JCtorum & Medicorum Celeberrimorum. Laudent* Digeſta, *è Pandectis in ordinem redactis conſtantia: Habemus & hîc, quæ eodem fortè titulo non indigna videbuntur. Neque enim indiſtinctum aut confuſum Chaos, aliorum inſtar, jam* Benevolo Lectori *ſiſtimus, ſed quæ alibi ſparſim aut ſigillatim, ſive in ſcriniis ciſtisque Medicis, ſive ſcriptis Sapientum latuêre, ordine in Academiis recepto, ſed in hoc ſcribendi genere à nemine hactenus obſervato, propoſuimus. Equidem non negamus eos, qui ſive* de Relationibus, *ſive* de Renunciationibus Medicorum *in genere commentati ſunt, ſuâ quoque methodo gaudere, ut è nobiliſſimis* Fortunati Fidelis, Pauli Zacchiæ, Sebizii, Welſchii, Ammanni, Bohnii, Zittmanni *aliorumque, ab Oculatiſſimo* Dn. Franco in Præfat. ad Zacch. *allegatorum, ſcriptis haud ignotum eſt; ſed qui ipſos Caſus & Reſponſa hactenus in eandem aut ſimilem omnino ſeriem redegerit, hactenus vidi nullum. Quoniam verò tædioſum nimis & moleſtum erat Facultatibus Academicis, ſi in Reſponſorum formatione præjudicia hinc inde ex aliis, iisque diverſis admodum authoribus, hunc in finem evolvendis, conquirere teneantur; hinc operæ pretium me facturum exiſtimavi, ſi quotquot hactenus obtinere potui, Caſus & Reſponſa Medico-Legalia, ordine Medicis receptô, diſtinguerem, quò primo ſtatim intuitu ſuo quævis in loco compareant. Et licet ob indicibilem & vix determinandam eventuum humanorum varietatem, in quibus vel unica (quod dicitur) circumſtantia variat rem ipſam, non omnes, qui unquam ſe truſerunt, Caſus primâ hâcce ſaturâ comprehendi potuerint, facilimè tamen poſthac, ſi ob argumenti ſingularitatem raritatemque meruerint, eò referri poterunt, dummodo iis, qui in Academiis Profeſſorio munere funguntur, Publico eosdem non invidere, ſed conatus*

noſtros

noſtros liberali & benevola communicatione, ſuo tempore remunerandâ, eosdem mecum dividere non diſplicuerit; Qua in parte non poſſum non publicè heîc Illuſtris Dn. Lucæ Schrœckii, *Præſidis S. R. I. Acad. Nat. Curioſ. Magnifici,* Domini Petri ab Hartenfels, *Anteceſſoris Erfordienſis,* Dn. Schelhaſs. *Archiatri Cameræ Imperialis Wezflarienſis,* Dn. Weſtphali, *Phyſici Delicienſis &* Dn. Schmiederi, *Medici quondam Ordinarii Lommacienſis,* νῦν ἐν ἁγίοις, *bonitatem deprædicare, qui de propoſito meo certiores redditi, non tantùm crebrâ illud adhortatione urgere, ſed & Reſponſa ſeleĉtiſſima ſponte conferendo ſuum quoque ſymbolum huc adferre non dedignati ſunt. Cæterùm, ut Decretis, Pandeĉtas juris conſtituentibus, nemini Juriſperitorum olim Commentarios applicare & verboſitate ſua Codicis compendium confundere licebat, juxta* Præfat. Juſtinian. de Concept. Digeſt. §. XII. *ita neque Reſponſis in Pandeĉtis Medico-Legalibus occurrentibus annotationes Criticas, cribrationes aut ſarcaſmos, ab aliis ſæpe additos, immiſcere aut ſubjungere, ſed omnia in terminis, quod ajunt, terminantibus referre volui, ne cuiquam ægrè feciſſe, aut ullius famam arroſiſſe videamur. Aliàs utique negari nequit, plurima in relationibus nonnullis & judiciis Inſpeĉtorum, tam quoad materialia, quàm formalia ſtriĉturas quasdam & cenſuras promeruiſſe. Eaque de cauſa non poſſum non Philiatros & quàm maxime Candidatos Medicinæ peramanter hîc monere, ut, nî in ſimilibus negotiis aliquando ſe turpiter dare, Defunĉtis verò aut Inquiſitis præjudicium irreparabile creare velint, ſtudium Anatomicum non perfunĉtoriè, ſed curatiſſima ſollicitudine pertraĉtent, methodumque ſecandi ſibi familiariſſimam reddere non deſinant, quam ex* Anonymi *manuduĉtione* Amphitheatro *noſtro* Zootomico, *anno præcedente luci publicæ concredito, annexâ addiſcere poterunt. Relationes enim Medicorum baſis & fundamentum ſunt omnium Collegiorum, quæ de lethalitate ſimplici vel abſoluta finaliter decidere pœnamque determinare debent, quæ exaĉtum & exercitatum requirunt Anatomicum. Hinc vix centeſimus Medicinæ Doĉtor, quamvis aliàs Excellentisſimus audiat, ob defeĉtum ſcientiæ & exercitii ſeĉtionibus præeſſe, ſicque nec Phyſici titulum, ſalva conſcientia tueri poteſt, judice* Ammanno in Præfat. ad Praxin Vulner. lethal. *Neque enim hîc ſitum viſcerum eorumque uſum, in quo plerumque ſubſiſtunt, obſervaſſe ſufficit, ſed & vaſorum ramificationes & imprimis myologia quoque ad unguem addiſcenda ſunt, quæ cùm vulgò negligantur, & inſuper habeantur, hinc evenit ſæpe, ut etiam illi, qui magno Archiatrorum Praĉticorumque feliciſſimorum titulô ſuperbiunt, in publicis hujuscemodi occaſionibus, ut mus in pice, hæreant, ineptisque Relationibus Facultatibus Academicis non tantùm riſum moveant, ſed & omnem, quâ prius gaudebant, exiſtimationem protinus amittant, prout exempla non una haĉtenus ſe truſêrunt. Heîc nempe larva detrahitur variis artibus & fraudibus in Academiis emendicatis titulis Do-*

ctoralibus! Heìc fallit opinio mundum, quæ miſerrimis ſæpe & ineptiſſimis Medicaſtris famam immeritò tribuerat. Tandem & in eo Pandectas Juris imitati ſumus, quòd in vertendis his Reſponſis (quæ cum reliquis Actis Publicis in Vernacula fere expediri ſolent omnia) ſtylo ſimplici & planô uſus ſim, quem ad evitandas rixas quoque præ aliis eligebat Imperator in Præf. de Concept. Digeſtor. §. 13. *in quo ſi ſphalmata quædam Typographica remanſerint, illa* Benevolus Lector *concatenatis laboribus Rectoralibus, inter quorum ſtrepitus Pandectæ noſtræ prodierunt, adſcribet, & haud gravatim corriget. Redhoſtimenti loco jam promitto* Novellas Medico-Legales, *ê caſibus ſelectisſimis conſtantes & magna ex parte ad typum ordinatas, quas, ſi labor hicce Eruditis non diſplicuerit, pro* Supplementis Pandectarum *propediem additurus, ſicque inſignem illam ſtudii Juris atque Medici conſenſum à* Thoma Bartholino *quondam in* Act. Hafnienſibus Volum. 4. Obſervat. 81. *deſcriptum, reapſe demonſtraturus ſum.*

PAN-



PANDECTARUM MEDICO-LEGALIUM

PARTIS I.

SECT. I.

DE RESPONSIS PHYSIOLOGICO-FORENSIBUS.

INTRODUCTIO.

§. I.

TRia ferè ſunt, quæ in Parte Medicinæ Phyſiologicâ potiſſimùm occurrunt: Vita, Sanitas & exinde profluentes Functiones, œconomiam animalem, ut loquuntur, conſtituentes. Quoad ſingula non leviculæ in Foro difficultates ſe trudunt, quarum intuitu tum integræ Facultates Medicæ, tum Archiatri ac Phyſici à Judiciis, ſive Civilibus, ſive Eccleſiaſticis, ſive Criminalibus ſæpe conſuli, eorumque relationes & judicia requiri ſolent. Ut enim 1. non dicam de variis circa vitæ gradus, quos ÆTATES vocant, occurrentibus controverſiis Medico-Legalibus, ubivis ferè obviis, intricatiſſimi ſaltem & difficilimi illius dubii heîc meminiſſe juvabit, quô, ſi pauci vel plures, ex eodem caſu, ſimul, aut exiguo, ſed dubio, intervallo intercedente, per ruinam, incendium, diluvium aut fulminis ictum pereunt, disquiritur, è quibusnam ſignis & præſumptionibus ſciatur, quis ex illis prior aut poſterior obierit? quibus in caſibus, tum ætatis tenerioris; tum virium habetur ratio, cùm ſemper imbecillior prior obiiſſe præſumatur, ut non tantùm in *l. qui duos. §. cùm in bello. & l. ſi Lucius Titius. ff. de rebus dubiis.* decernitur, ſed & in ſimili caſu à *Paulo Zacchia in Conſil. LI.* recenſito obſervatum fuit. Sed quid, ſi in uno cadentium ætas tenerior, in altero autem virium imbecillitas occurrat? ſanè & hîc virium imbecillitatem præponderare, ejusque maximam & præcipuam in his caſibus habendam eſſe rationem, ex allegatis LL. variisque Dd. adſtruit idem *Zacchias in Quæſt. Medico-Legal.*

lib. V. Tit. II. Quæſt. XII. §. 18. *pag.* 441. cujus intuitu in caſu dubio, utrum, tempore puerperii, Matre & filio ſimul exſpirantibus, infantis obitus mortem Matris, an verò hujus obitus mortem infantis præceſſerit? poſterius *in Auguſtiſſima Camerâ Imperiali Wezflarienſi* è cauſis Phyſicis præſumtivè adſtructum fuit, ſine dubio ex eo, quòd non tantùm Puerpera, ob exantlatos partus labores magis debilitata præſumatur, ſed & ob Matris, ceu Nutricis, obitum infanti conveniens alimentum denegatum fuerit, ſine quo vita illi ſalva & ſuperſtes eſſe non poterat, quam nihil aliud, quàm conſiſtentiam per alimentum eſſe, ex *Ariſtotele* aſſerit ante laudatus *P. Zacchias Lib. IV. Quæſt. Medico-Legal. Tit. I. Qu. VII. n.* 27. Vid. CASUS I. His enim in caſibus ſemper reſpicitur ad majorem corporis vigorem. Hinc Pater cum filio pubere ſimul moriens, prior obiiſſe ſtatuitur: quod idem obtinet, ſi Mater cum filio pubere perierit. Sic & Maritus cum Uxore ſimul moriens, in caſu dubio Uxor, tanquam debilior, prior deceſſiſſe putatur. Vid. *Dn. Lauterbachius in Colleg. Theor. Practico Lib. XXXIV. Tit. V.* §. *IV. & V.*

§. II.

Quod verò 2. SANITATEM attinet, ejus priſtinis temporibus in coemptione Mancipiorum ſumma ratio habebatur, quam ut Barbari è dentium conſtitutione, ceu penes nos in equis, dijudicare ſolent, obſervante *Salomone Schweiggero itiner. Turc. lib.* 2. *cap.* 26. *p.* 99. ita venditor olim Emtori ſimul ejusdem incolumitatem ſtipulari, aut juxta Edictum Ædilitium morborum conditiones aperire tenebatur, ni actionem redhibitoriam experiri voluerit; quod licet in Republicâ noſtrâ, ubi ſervitutis illius nulla amplius rudera ſuperſunt, vix ac ne vix quidem locum habeat; nihilominus tamen in brutorum, equorum v. g. venditione haud rarò ſimile quid in Praxi Forenſi occurrit, dum, ut CAS. II. atteſtatur, haud ita pridem disquiſitum fuit, an, ſi in Equô prius coempto & poſt ſeptimam ſeptimanam emortuo, viſcus aliquod omnino putridum ſub decorticatione fuerit inventum, ſanitas in eo, tempore contractûs, præſumenda ſit? quæ licet à Medicis ſive omiſſa, ſive inſuper habita fuerint, à JCtis tamen nonnullis, *Maſcardo* & aliis benè obſervata ſunt. Aliâs verò de eorum, qui torturæ ſubjiciendi ſunt, ſanitate, vigore atque viribus noſtris temporibus ſubinde adhuc ſolicita ſunt judicia, & prout in CAS. III. ob oculos ponitur, de iis Medici quoque requiri ſolent; ſicut plures adhuc cauſas, à tortura liberantes, recenſuit *Fortunatus Fidelis de Relationibus Medicorum Lib.* 2. *Sect.* 3. *cap.* 1. 2. 3. *& ſeqq.* quas inter ætatem ſenum decrepitam, LXX. v. g. annorum, *Facultas Juridica Tubingenſis* apud *B. Dn. Mauritium in Conſil. Chilon. Spec. XXV. p.* 340. refert.

§. III.

Nec adeo rarum eſt, quod 3. de FUNCTIONIBUS in Oeconomiâ Animali occurrentibus, cumprimis autem Animalibus, ſeu potius Rationalibus, ut & Genitalibus, ſive explorandis, ſive dijudicandis, à Privatis æquè ac Publicis Perſonis requirantur Medici; quemadmodum in CAS. IV. omnium Functionum Animalium imbecillitatem à plagis, ante XXVII. annos capiti inflictis, in Ruſtico quodam remanſiſſe, ad requiſitionem hujus, *Facultas Medica Giſſenſis:* Judicium autem & memoriam in Sene quodam Nobili, ex apoplexiâ cœco facto, pariter adeo perturbata & imminuta fuiſſe, ut contractum ab uxore initum, neque

ſuffi-

ſufficienter ponderare, neque conſiderato liberoque animo ſubſcribere valuerit, in CAS. V. contra aliorum ſententiam pronunciabat Ampliſſima *Facultas Medica Wittenbergenſis;* quò & Teſtamenta delirantium & ſemidelirantium referenda ſunt, vid. CAS. VI. cui haud abſimilem, una cum Reſponſo *Facultatis Juridicæ Chilonienſis* habet Illuſtris quondam *Dn. Mauritius in Specim. Conſil. Chilon. VI. p. 59.*

§. IV.

Omnium autem frequentiſſimè variæ de Functionibus Genitalibus quæſtiones Medico-Legales, de potentia generandi, conſtitutione Hermaphroditicâ, virginitate, conceptione & graviditate, ſive præſenti, ſive præterita, animatione & formatione fœtus, partu vitali &c. moveri ſolent: Quarum priores in ſexu virili contingentes & in oculos incurrentes haud difficulter enodantur, prout in impotentiâ, tam fictâ CAS. VII. quàm verâ CAS. IIX. videre licet, quæ utrobique ſæpe Phimoſi tribuitur, ſive veræ in CAS. IX. obviæ, ſive fictæ in Caſ. X. quarum prior & generationem & matrimonium impedire, poſterior autem cum utroque adhuc ſtare valet; id quod de phimoſi curatâ quoque judicatur & deciditur in CAS. XI. Non minus & ſexus ambiguitas & conſtitutio corporis Hermaphroditica, tam putatitia in CAS. XII. quam vera CAS XIII. imò & Atretæ arctæve in CAS. XIV. facilè diſcernuntur; quæ, licet ad ſtatum p. n. & morboſum magis referenda ſint, heîc tamen ſimul enarrari poterunt, cum plerunque ſub latitudine, quam vocant, ſanitatis comprehendi poſſint. Majori verò jure huc pertinet ERECTIO membri virilis ſub ſomno in habitioribus, quæ tamen ſuſpicionem de fornicatione aut adulterio in maritatis non præbet, ut nimiâ zelotypiâ abrepta Parochi conjux aliquot abhinc annis ſibi perſuadebat, cùm potiùs contrarium inde judicari debeat. Vid. *Authenticas Medico-Legales.*

§. V.

Summa hîc difficultas ſe trudit in determinanda Virginitate & Conceptione, tam præſenti, quam præterita, quarum prior ita comparata eſt, ut ab Inclyto Dn. D. *Bohnio in Med. Forenſi Diſp.* 3. §. 3. ad illas controverſias Medico-Legales referatur, quæ per Naturam vix dirimi poſſunt: Poſterior autem adeò non ex ſanguine per cucurbitulas aut V. S. extracto, urinâ item & Chiromantiâ aliisque, in CAS. XV. enarratis, certò colligitur, ut neque ex obſtructione menſium in CAS. XVI. neque ex inſpectione Obſtetricum oculari, ante motum fœtus, infallibiliter decidi poſſit, juxta CAS. XVII. XIIX. niſi ſectio poſt mortem, ut in CAS. XIX. factum eſt, acceſſerit; quùm ne ſtuprum quidem violentum tam facile dignoſci poſſit, ad quod absque conſenſu fœminæ unicum maſculum non ſufficere *Dnn. Lipſienſes* in CAS. XX. ſtatuerunt.

§. VI.

Quàm ſolicitè porrò in tempus animationis olim inquiſiverint, qui aut de legitimitate fœtus dubitant, aut in exturbatione fœtus, ſive animati, ſive inanimati abortivâ, aliam atque aliam pœnam infligendam eſſe cenſuerunt, id præter aliorum documenta CAS. XXI. XXII. & XXIII. atteſtantur: Utut hæc omnia, ob hypotheſin Phyſicam, quaſi nempe fœtui non in primo ſtatim conceptionis momento anima rationalis ſive congeneretur, ſive infundatur, impertinenter admiſſam, ad noſtra nunc tempora vix amplius quadrare exiſtimet laudatus modò *Bohnius Med. Forenſ. Specim.* 1. §. 8.

§. VII.

An verò communiſſimum Phyſicorum æquè ac Medicorum aſſertum, de incerto partus humani tempore, eâdem ratione pro dubio & falſo reputandum ſit, anceps ferè hæreo, cùm certus ille terminus naſcendi, qui brutis è *Plinio* ab aliis tribuitur, adeò non infallibilis ſit, ut & ipſa experientia ſæpe contrarium teſtetur, & mira eorum, qui Hiſtoriam Animalium conſcripſerunt, de terminô illo in brutis quibusdam diſſenſio longè aliud nos doceant; ut mirer ex hypotheſi illâ Viros quosdam Celeberrimos à tot retrò ſeculis adſtructam Partus Septimeſtris vitalitatem & legitimitatem in dubium vocaſſe, quùm vel ſola analogia illa, quam generatio animalium cum Vegetabilium, ex ſeminio ſuo non æquali ſemper tempore propullulantium, generatione habet, rem ejusmodi prorſus abſurdam & impoſſibilem non eſſe, declaret. Verum quidem eſt, Naturam conſtantiſſimo inſtituto cuncta eâdem ſemper ratione agere: Sed & illud certum eſt, varios Naturæ luſus & errores dari, ad quos meritò partus, inſolitò tempore ab honeſtis integræque famæ mulieribus excluſos, referendos eſſe ſtatuo, cùm pro diverſitate ſeminis, uteri & aliarum circumſtantiarum detur citior & tardior formatio fœtus, juxta Reſp. ad CAS. XXIII. Et quid, ſi mulier tempore puerperii concipiat, ſeptimoque aut octavo menſe pariat? qualia exempla ſe truſiſſe novimus. Adeoque ſi computus juxta CAS. XXIV. inſtituatur, & partus Quinquemeſtris CAS. XXV. Semeſtris CAS. XXVI. XXVII. XXVIII. Septimeſtris CAS. XXIX. XXX. XXXI XXXII. Octimeſtris CAS. XXXIII. Nonimeſtris CAS. XXXIV. Decimeſtris & Undecimeſtris, (niſi circumſtantiæ contrarium ſuadeant, ut in CAS. XXXV.) imo & Duodecimeſtris CAS. XXXVI. XXXVII. pro vitalibus & legitimis olim habiti ſunt; ut neque opus fuerit ſcrupulo, ſub Calendarii Reformatione A. *1699.* in Comitiis propoſito: *Quid, ſi undecim dies è Calendario recepto rejicerentur, de partu Septimeſtri, in tempus illud incidente, ſtatuendum foret?* Fuit equidem *Lutherus* quidam, qui omnia hæc in dubium vocare conatus fuit: aſt quàm iniquè ſe erga me geſſerit, vid. in Apologia mea *Authenticis Medico-Legalibus inſerta.*

§. IIX.

Tandem an ex ſimilitudine natorum cum Parentibus quædam ad illorum legitimitatem facientia hauriri poſſint, nec ne? ex ultimo CAS. XXXVIII. videre licet; de quâ, ſi ullibi, valet regula vulgaris: Omne ſimile claudicat. Interim hìc cautè mercari diſcant Artifices Mechanici, qui ſive ob ſimilitudinem talem, ſive defectum unius vel alterius menſis, imò ob abortum ſæpe Collegas ſuos è tribu & conſortio expellere, aut juxta regulas tribus punire ſatagunt: prout è CASU XXXIX. videre eſt.

CASUS I.

CASUS I.

DE

PRIORITATE MORTIS IN PUERPERA & INFANTE, SIMUL IN PUERPERIO DEMORTUIS.

Sententia Cameræ Imperialis Wezflar.

ALiquot jam anni ſunt elapſi, cùm eò in caſu, ubi mater & infans durante puerperii tempore, ſeu ſpatio VI. ſeptimanarum obierant, & ob lapſum temporis diuturni incertum erat, an infantis obitus mortem ipſius matris, an verò hujus obitus illius mortem anteceſſerit? pro Matris præcedaneâ morte præſumtio ſteterit, infantisque Patri, aut hujus hæredibus, opima hæreditas ex hâc præſumtione, cauſis Phyſicis innitendo, adjudicata fuerit. Ex communicatione *Dn. D. Zelleri, JCti & Advocati Cam. Imp. in lit. die* 14. *April.* 1699. *ad me datis.*

CASUS II.

DE

EQUO POST CONTRACTUM MORTUO.

Sententia Ampliſſ. Facultatis Juridicæ Giſſenſis cum Rationibus Decidendi, in Puncto Actionis Redhibitoriæ.

IN cauſa JOHANNIS REIZII, Langengönſenſis, Actoris ex unâ, adverſus & contra JOELEM Judæum Leigeſteranum, Reum ex alterâ parte, Sereniſſimi Principis Haſſo-Darmſtatini & Illuſtriſſ. Com. Naſſoicorum Præfecti in Tractu Hüttenbergicô, præviâ conſultatione JCtorum Impartialium, juxta Acta & Relata hiſce Juribus conſentaneum eſſe cenſent, quòd Actor fundamentum Actionis ſuæ, Equum ſc. quæſtionis tempore contractus jamdum Vitioſum & Morboſum fuiſſe, plenariè & legitimè non probaverit, eaque de cauſâ Reus ab inſtituta Actione abſolvendus ſit: Siquidem Eundem hiſce abſolvimus. Expenſæ verò ob certas & prægnantes cauſas utrobique compenſandæ erunt. Omnia de jure.

Sententiam hanc &c.

F. N. D.
J. N. H. D.
B. L. M. D.

Rationes Decidendi.

ACtor à Reô Equum titulô oneroſô obtinuit, qui ſeptimâ abhinc ſeptimanâ emortuus eſt; & cum in ſectione & decorticatione ejus in pulmonibus putredo inſignis plurimumque puris obſervata fuerint; hinc ut Reus vigore Ædilitii edicti ad Indemniſationem condemnetur, rogat.

Quoniam verò I. notiſſimi juris eſt, venditorem, non aliter ex Ædilitio edictô teneri, quàm ſi res tempore venditionis vitioſa fuerit.

L. 54. *ff. de Ædilit. Edict.*
L. 3. *C. de Ædilit. Edict.*
Carpzov. p. 2. *Conſtit.* 34. *Def.* 18.
Struv. ad Tit. de Ædil. Ed. th. 5.

quod adeò verum eſt, ut præſumatur morbus vel vitium poſt venditionem ſuperveniſſe, ſi poſtea demum appareat.

Carpzov. d. Def. 18.

niſi fortè intra triduum, v. c. equus deceſſerit, quô caſu morbus antiquior venditione præſumitur.

Hahnius ad Weſenb. Tit. de Ædil. Ed.

Et quamvis 2. Doctores exiſtiment, quod, ſi ex inſpectione Inteſtinorum vitium conſpiciatur, hoc jam ante Contractum quandoque adfuiſſe præſumendum ſit;

Vid. Brunnem. ad l. 3. *C. de Ædil. Ed.*

Quoniam tamen 3. hoc ab iisdem Dd. eò reſtringitur, ſi animal mox poſt Contractum interierit:

Vid. Caballin. de Ædil. Edict.
Cap. 2. *Num.* 26. *cum alleg. Dd.*

quod 4. ad præſentem Caſum, ubi Equus ſeptimâ demum ſeptimanâ (ut Reus, tanquam omnino notorium allegat, & Actor, licet ab initio quintæ tantum ſeptimanæ mentionem fecerit, haud obſcurè concedit) obiit, applicari non poteſt, imprimis cùm 5. Actor haud inficias eat, quòd Equô continuò uſus, & inter alias operas cum eô etiam Confluentiam profectus fuerit; ubi benè fieri potuit, ut ſub hujus temporis, 6. ſc. aut 7. ſeptimanarum, decurſu pulmones per accidens aliquod inflammati fuerint, & in putrefactionem inciderint, ſiquidem pulmonum ſubſtantia non eſt carnoſa, ſed eſt aggregatum quid ex leviſſimis & tenuiſſimis membranis.

B. Dn. Strauſſius Iſag. phyſ.
Part. Spec. Cap. V. Axiom. 9.

Hinc exiſtimavi Reum ab Actione hac inſtituta abſolvendum eſſe, compenſatis tamen ob probabilem cauſam expenſis.

Giſſæ die 3. Martii 1699.

Ex benevola communicatione
Dn. D. Bernhardi Ludov. Mollenbecii, p. t. Acad. Giſſenæ Rect. Magnifici & Facult. Jurid. Decani.

CASUS III.
DE
CONSTITUTIONE & VIRIBUS ADOLESCENTIS FIDICULIS SUBJICIENDI.

Judicium Medici.

ADoleſcens quidam Nobilis, annorum XVII. homicidii doloſi accuſatus, cùm factum pertinaciter negaret, nec teſtibus convinci poſſet, â Judice extraneô requiſito decretum eſt, rei veritatem per torturam explorare accuſatumque fidiculis ſubjicere, eâ tamen conditione, ſi corporis robur in homine juvene adeò firmum foret, ut ſine jacturâ valetudinis & vitæ periculô primum torturæ gradum ſuſtinere poſſet. Ego ſuper hac re judicialiter interrogatus, inſpectô totius corporis habitu, deprehendi partes externas omnes rectè & naturaliter conformatas, juſtæque figuræ & magnitudinis, ſatisque pro ætate robuſtas, & cum præterea ad omnes actiones, quæ ſecundum naturam ſunt, exercendas aptus & expeditus eſſet, pro homine ſanô & ſic ſatis firmô, qui torturam, & quidem primi tantùm modò gradus absque valetudinis jacturâ perferre poſſit, eundem declaravi. *Colbergæ die XXV. Septembr. Anno MDCLXII.*

BALDASSAR TIMÆUS
von Güldenklee.

CASUS IV.
DE
IMBECILLITATE CEREBRI & FUNCT. ANIMALIUM è PLAGIS ANTE XXVII. ANNOS ILLATIS.

Requiſitio.

JOHANN WIESEMER Beurenſis, temperamenti cholerici, anno ætatis ſuæ 66. refert, quod anno hujus ſeculi LXI. Menſe Febr. à Caſparô Völckerô cultro quodam in Capite hinc inde ſummè vulneratus fuerit, unde non tantùm cicatrices in oſſibus bregmatis, frontis, temporum, ſed & depreſſionem cranii, circa concurſum ſuturæ ſagittalis & lambdoideæ oſtendit: Addens, Chirurgum in decimam uſque ſeptimanam ſe ſub curâ habuiſſe: Ab initio etiam ſe deliraſſe. Poſtquam verò jam curatus fuiſſet, ob vertiginem exinde remanentem ſe neque arborem conſcendere, neque aquam vitæ, licet etiam vix 2. obolis conſtitiſſet, perferre potuiſſe. Quum verò de præſenti proceſſui cuidam implicatus ſit, quô durante inter alia probandum ſibi eſſet, quod ſupradicta Capitis vulnera ægritudinem aliquam & debilitatem in capite cauſari valuerint; hinc Facultatem Medicam etiam atque etiam rogabat, ut Reſponſum aliquod ſibi impertiret: *Annon è plagis ſupradictis debilitas & infirmitas quædam Capitis in ſe oriri potuerit?* Die 22. Septembr. 1688.

Reſponſum Facultatis Med. Giſſenæ; deſuper Capitis debilitate à Plagis olim inflictis.

PRævia requiſitione Johannis Wieſemeri, Beurenſis, ætatis 66. annorum, Temperamenti Cholerici, *an ſc. plagæ atque vulnera* Anno 1661. Menſe Febr. in capite ipſi inflicta, quæ & depreſſionem cranii circa concurſum ſuturæ ſagittalis & lambdoideæ, & cicatrices in oſſibus Syncipitis, Frontis, & Temporum, adhuc obſervandas reliquerunt, *infirmitatem aliquam & debilitatem Capitis, adhuc durantem, in eô cauſari potuiſſent?* Nos Decanus & Profeſſores Ordinarii Facultatis Medicæ Giſſenæ, prævia accuratâ ponderatione omnium & ſingularum, illîc occurrentium, circumſtantiarum, principiis Artis Medicæ conſentaneum eſſe ducimus:

Verberato & contuſô XXVII. abhinc annis, & quod excurrit, Johanne Wieſemer, Beurenſi, ab Adverſariô ſuô, per cultrum obtuſum capiti illiſum, adeò, ut à principiô delirio correptus fuerit & Chirurſus eundem in decimam usque ſeptimanam ſub curâ habuerit, eô jam curatô vertiginem in capite expertus eſt, ut neque arborem conſcendere, neque ſpiritum vini vix 2. obolis redemptum perferre valuerit: Omnia juxta tenorem partim Actorum tunc ventilatorum, partim relationis à vulneratô ipſo propoſitæ.

Jam licet inſigne temporis intervallum, poſt violentiam illatam, effluxerit, indeque putari poſſet, quod omnia tunc in capite perverſa & corrupta, ab eô tempore in priorem & integrum omninò ſtatum reduci potuiſſent; attamen & quoniam veſtigia, ad oculum adhuc conſpicienda, de impetus & læſionis vehementiâ ſatis, inſuperque hoc adhuc teſtantur, quòd non tantùm capitis figura naturalis, quæ ad exercendas actiones animales juxta alia quoque requiritur (*Vid. Sennertus Inſtit. Med. Lib. 3. p. 1. ſ. 2. cap. 3.*) immutata, ſed etiam ipſa cerebri ſubſtantia ex depreſſione cranii compreſſa, & ita conſtitutio cerebri naturalis non tam exactè & ita ſe habeat,

beat, ut poſſit reſiſtere cauſis vel internis, vel ab extra occurrentibus & noxam intentantibus, unde non minus etiam Vertigine, cujus cauſam, inter alia, percuſſiones capitis & compreſſiones cerebri eſſe *Hippocr. lib. V. Epidem. & Æginета l. 7. c. 12.* teſtantur, etiam poſt finitam curam, correptus permanſit, potusque ſpirituoſos perferre non potuit.

Hinc ſupradictum Johannem Wieſemer, Beurenſem, à vi, capiti ejus illata, debilitatem ejuſmodi, infirmitatem & jacturam ferre potuiſſe exiſtimamus: Quod in ſubſidium veritatis hiſce profitemur; in cujus rei atteſtationem, unanimem hanc noſtram ſententiam Sigillo Facultatis ordinariò confirmare voluimus. *Sign. Giſſæ die 25. Sept.* 1688.

Decanus & Profeſſ. Ord. Fac. Med. Giſſ.

CASUS V.
DE JUDICIO & MEMORIA, IN SENE QUODAM NOBILI, EX APOPLEXIA COECO FACTO.

Relatio Medici.

P. P.

Ex obtentis æſtimatiſſimis Tuis, *die* 30. *Septembris* mihi allatis, literis non tantùm Generoſi DN. de N. N. ſtatum miſerabilem prolixè, ſed & tuum erga tenuitatem meam affectum percepi.

Quandoquidem verò Honoratiſſ. Dn. Lic. modò dicti DN. de N. N. conſtitutionem præteritam, ut & conditionem intellectus & memoriæ in eô reſcire deſideret; hinc officio meo deeſſe & ſimul ſententiam meam de binis mihi propoſitis quæſtionibus Te celare nolui.

Quapropter non poſſum non referre, quòd Annô 1693. die 4. Decembr. tempore nocturnô ad citatum Dn. de N. N. vocatus Eundem Amauroſi ſeu Gutta Serenâ, Apoplexiâ levi, Febri ardente aliisque ſymptomatibus periculoſis affectum offenderim, quæ tamen, exceptâ tantùm Guttâ Serenâ, adjuvante DEO, per adhibita medicamenta ita ſublata fuerunt, ut non tantùm judicium omninò integrum, ſed & memoriam laudabilem maximâ ex parte recuperaverit.

Inter plures enim diſcurſus inſtitutos ſimul in animum ſibi revocabat haud pauca, quæ ſuo tempore Görlicii in Gymnaſiô, Academiis aliisque locis viderit & obſervaverit. Quia verò ob viſum omninò deperditum ſummò & cum angore cordis ferè junctô dolore torquebatur, eoque noctes atque dies diſcruciabatur, hinc vehementibus his Animi affectibus M. S. magis magisque incraſſabatur (maximè cùm Dn. d. N. N. jamdum cachecticus eſſet, ut Tumor abdominis atque pedum eô tempore innuebant) unde & tribus diverſis vicibus Apoplexia mitis cum aliis ſymptomatibus inſecuta fuit, ipſaque memoria, reminiſcentia & judicium indies decreverunt.

Ad Quæſt. 1. *An Dominus de N. N. antequam Görliciô abiret, quod menſe Juliô* 1696. *contigit, eô judiciô & dexteritate præditus fuerit, ut ſibimetipſi conſuluerit & ſuccurrerit?* Reſpondeo, quòd non: Cum enim quatuordecim circiter diebus ante ejus abitum, ipſum eâ, quâ decet, obſervantia ſalutarem, Nobiliſſ. Dn. de N. N. quoad memoriam, reminiſcentiam & judicium adeò immutatum obſervabam, ut vix ſufficienter mirari potuerim, quî tam brevi temporis intervallô (Eundem autem ſingulis hebdomadibus ſemel viſitabam) ſenſus modò dicti interni in illô ceſſarint, quùm ea, quæ modò narrabantur, ſibi vix imprimere, multò minus ea dijudicare potuerit. Inde ergò concludebam, pituitam viſcidam, in Maſſa Sanguineâ copioſè reperiendam & in cavitates cerebri ſeu tubulos expulſam, veſtigia cerebri obſtruere, hacque ratione radiationes ſpirituum, ab objectis acceptas, ad ſenſorium commune devenire non poſſe, quô ipsô ſenſus communis debilitari videtur. Et quamvis per intervalla nonnulla cerebri veſtigia relegantur, hoc tamen non obſtante firmum aliquod judicium ſequi non poteſt, ut ſibimetipſi & conſulere & ſuccurrere poſſit.

Ad quæſtionem 2. *Annon antea ſæpius apoplexiâ correptus fuerit, ut non tantùm viſus deperditus ſit, ſed & memoria & judicium jacturam inſignem tulerint?* Reſpondeo, Eundem ante diverſis vicibus apoplexiâ tactum fuiſſe, jam ſupra ſatis ſuperque demonſtratum eſt. Prout verò jam ab iterata Apoplexiâ hinc inde in tubulis cerebri pertinaces ſatis obſtructiones inductæ fuerunt, quibus memoria & intellectus damnum haud contemnendum concepêrunt: Ita ſimile quid in nervo opticô optimè & facilimè quoque fieri potuit, ut Gutta Serena poſtmodum augmentum ceperit. Ne verò tautologiam aliquam committam, refero me ad priora, ſupra allegata. Quibus cum amicâ reſalutatione non tantùm Dn. de N. N. ſed & Nob. Dn. Licentiatum Providentiæ Divinæ, me verò veſtro favori & benivolæ recordationi commendo, permanſurus

Honoratiſſ. Dn. Licent.

Görlicii die 1. *Oct.* 1697.

ad quævis Paratiſſimus,
Chriſtianus Schvveitzer D.

Judicium Medici de Debilitate Judicii & Memoriæ in Sene Apoplectico.

Cum Generoſi Dn. de N. N. Conjux Nobiliſſima ſcriptis exaratam relationem à me deſideret, quâ ratione à principio ſe habuerit invale-

invaletudo ejus, cùm eundem ante Feſtum Michaelis Anno 1696. in ædibus Dn. Superintendentis hujus loci occaſionaliter allocutus eſſem, & quid ulterius illîc in præſentem usque diem obſervaverim; hinc non poſſum non fateri, quod è morbi deſcriptione, à Matronâ de N. eô tempore propoſitâ, concluſerim, quòd non tantùm Gutta Serena actu præſens eſſet, ſed viſum quoque fuit Phantaſiam, Ratiocinationem & Memoriam debilitatas fuiſſe, quùm ad omnia, quorum cauſa interrogandus erat, paucis & fere per *ita* vel *non* tantùm reſponderit: Res haud ita diu præteritas haud æquè benè enarrare poterat, in quibus Conjux ejus Nobil. ipſi tunc ſuppetias ferebat, & rei decurſum prolixius proponebat, quod inde proficiſcebatur, quia ad apoplexiam inclinabat, contra quam medicamenta quidem probatiſſima ordinavi; interea tamen, dum die 27. Octobris, Anno 1696. mane hora 7. ad eundem vocatus ſum, ad omnia confuſè reſpondebat, & dum ſummo cum labore è lectô educebatur, ut vena illi incideretur, delirium magis magisque augebatur, dextrique lateris paralyſis accedebat, quæ ſedulô medicamentorum uſu per DEI gratiam indies quodammodò remittebat, ut dextro brachio æquè ac pede denuò magis uti valeat. Quod autem ſenſus internos attinet, de præſenti Phantaſia magis imminuta ipſaque Memoria abolita, ut etiam cum Meſſala Corvino, Oratore Romano, nomen ſibi proprium proferre non valeat. Senſus Communis in quibusdam perfectus, in quibusdam verò imperfectus repertus; & quia ſenſus interni media ſunt, quibus anima rationalis utitur ad operationes ſuas intrinſecas, ea propter etiam intellectus & voluntas pro conditione ſenſuum internorum conſtituta erunt. Ex his aliisque circumſtantiis apparet, Apoplexiam vehementem vitæ Domini de N. forte colophonem impoſituram eſſe. *Deſſavii die* 26. *Jan. Anno* 1697.

Georgius Fridericus Æplinius D.

Reſponſum Facultatis Medicæ Wittenbergenſis; deſuper Cœco & Apoplectico Contrahente, ad Dn. Chriſt. Fridericum Beerbach, Adv. Deſſav.

P. P.

Vir nobiliſſime &c.

CUm Tua Nobilitas Nobis ſcriptum aliquod, cum adjectis Relationibus Medicis ſub Lit. A. & B. transmiſerit, inſimulque retulerit, qua ratione Dn. PAULUS THEOBALDUS N. de N. N. annum agens LXIV. menſe Auguſto Anno 1696. poſtquam ab inſultu quodam apoplectico in cœcitatem cecidiſſet, ad locum veſtrum translatus fuerit, & abhinc menſe Septembri inſequente Conjux Ejus, cum Perſona quadam, contractum ratione prædii cujusdam inierit, & pro illo prædio inſignem æris ſummam ſtipulata fuerit, ad quæ tamen miſer ille cœcus, dum præſente eô de iis ſermo incidit, ne verbum quidem ultro protulerit, niſi quod, ſi in ſpecie ea deſuper interrogatus fuerit, pro reſponſo dederit: Mihi ipſi conſulere nequeo, id non intelligo; quô tamen non obſtante contractus ille initus & concluſus fuerit, & cum ſcriptis exaratus in præſentia cœci relegeretur, etiam ab illô ita ſubſcriptus ſit, utut literæ nominales ab aliô ipſi in calamum dictatæ, charta de hâc lineâ ad aliam promota & tandem literæ peſſimè formatæ, neceſſariò corrigendæ & ad perfectionem deducendæ fuerint; quemadmodum & paulò ante Contractum affectus apoplecticus in ſupradictô Domino de N. N. adeò ſuccreverit, ut die 27. Octobris ad omnia confuſè ultrò reſponderit, imò propriô ſe nomine compellare non potuerit, juxta tenorem fuſiorem incluſorum: Indeque de ſequente Quæſtione:

Annon Cœcus de N. N. in miſerrimô hocce ſtatu, ut & tempore intermedio, contractûs nempe, judicii & memoriæ intuitu adeò invalidus fuerit, ut rem & contractum illum ſufficienter ponderare, & abhinc ſubſcriptionem conſideratè ſuperaddere non valuerit?

Judicium noſtrum Medicum ut impertiamus, rogaverit;

Hinc præviâ accuratâ conſideratione omnium & ſingularum adductarum circumſtantiarum Reſponſi loco dicimus: Quandoquidem Dn. à N. N. in ætate tam provectâ & conſtitutione corporis cachectica, juxta Judicium Medici ſub Lit. B. jam de Anno 1693. ab inſultu apoplecticô & exinde ſubortâ cœcitate obrutus fuit, & ab eô tempore affectus apoplecticus, unà cum aliis ſymptomatibus binis adhuc diverſis vicibus recidivavit, ita quidem ut brevî ante contractum quæſtionis, menſe Julio A. 1696. ita fuerit immutatus, ut ea, quæ modò narrabantur, memoriæ non imprimere, multò minùs de iis judicare potuerit: porrò etiam ſtatim poſt initum contractum ante feſtum Michaelis 1696. cumprimis ſubſequente die 27. Octobris, juxta atteſtatum ſub lit. A. conſpiciendum, tam miſerabilis conditio Domino de N. N. contigerit, ut ad omnes quæſtiones omninò confuſè reſponderit, & ob delirium & paralyſin dextri lateris, ſtatim inſequentia, nomen ſuum amplius proferre non potuerit: Inſuper etiam durante contractu ipſemet, ſi de eô in præſentiâ ejus quid actum fuerit, ne verbum quidem ultrò locutus ſit, ſed, dum in ſpecie interrogabatur, reſponderit: Mihi ipſi conſulere nequeo, id neutiquam intelligo, Vos omnia benè dirigetis &c. Hinc ex omnibus circumſtantiis id colligere licet, quòd in Domino de N. per inſultus apoplecticos, tribus vicibus ante tempus contractus perpeſſos, cerebrum & ſimul intellectus cum memo-

memoriâ adeò debilitata fuerint, ut eapropter ſub Contractu ipſam rem & transactionem probè & ſufficienter ponderare & abhinc ſub ſcriptionem conſideratè, prout hominem integrâ ratione præditum decebat, ſuperaddere non potuerit, neque ad id aptus fuerit: Atteſtationis ergò Sigillo Facultatis noſtræ omnia confirmando. Sign. *Wittenbergæ die* 29. *Septembris Anno* 1697.

Decanus, Senior aliique Profeſſores & Aſſeſſores Facult. Medicæ Wittenbergenſis.

CASUS VI.

DE TESTAMENTO & DONATIONE SEMI-DELIRANTIS.

Species Facti.

CAjus cum *Caja* per annos complures in amabili & concordi, tametſi ſterili conjugiô vivebat. *Cajus* articulari morbô prehenſus, cùm collabaſcere vires & pedetentim ſe contabeſcere ſentiret, *Cajam* ſuam per ſolenne Teſtamentum ex aſſe fecit hæredem. Aliquô poſt tempore *Cajus* febre malignâ petechiali corripitur, cum graviſſimô, licet nonnunquam remittente, deliriô. Viſitatum ibat Frater *Sempronius*, homo nauci, qui à primâ juventute Parentum imperatis minus obſequens, his invitis in militiam abierat, eorumque & fratris optimi animos ærumnis millenis afflixerat. Quùm autem tanta eſſet animorum inter fratres diſſenſio, ut *Cajus* integer vitæ ſcelerisque purus, *Sempronius* autem Dilapidator, & flagitiis compluribus infamis fuerit, *Caji* animus adeò ab hujus ſui fratris familiaritate alienus erat, ut ejus alloquium omni modô averſaretur. *Sempronius* ad *Cajum*, fratrem ægrotantem, lega mihi, inquit, equum tuum, hortum & Imperiales circiter centum. Hic *Cajus* equidem non admodum & furiosè delirabat, ſermonis tamen ſono tali, geſtibusque talibus utebatur, qualibus, cùm ſanus eſſet & ſobrius, nunquam uti conſueverat. Sic igitur dixit: Habeas equum, hortum & Imperiales centum! nulla inſuper facta mortis mentione. *Cajus* breviſſimô poſt temporis intervallo in delirium grave relapſus eâ veſperâ moriebatur. *Sempronius*, quod mortis causâ donatum erat, petebat. *Caja* uxor *Cajum* tunc temporis deliraſſe affirmabat: Et cum ipſe tum donanti *Cajo* adfuiſſem, res à Magiſtratu Nobiliſſimô ad me quoque delata, mihique fuit imperatum, ut, *nunquid fuerit tunc mente ſanâ Cajus, an ſecus?* opinionem meam ſcriptis declararem.

Val. Pand.

Reſponſum D. Roſini Lentilii, Deſuper Caſu Præcedente.

SI teſtari, aut mortis causâ donare, de jure prohibentur illi, qui ſunt ſermone & geſtibus in ſummô gradu furioſi, aut qui planè delira, fatua & incondita loquuntur, id quidem ego de Cajo adſeverare, tunc temporis, cùm de donatione ſermo factus eſſet, non auſim. Sin autem vel ad teſtandum, vel mortis causâ donandum, requiritur mens omninò ſana & integra, ſic, ut invalida ſit donatio, ſi donans vel leviſſimè deliraverit, Cajum eô tempore, cum Sempronio donaret, quantumvis leviter, deliraſſe pronuncio.

Delirium autem Medicis eſt, non ubi quis abſurda præcisè & fatua loquitur aut facit, ſed ubi ſecus loquitur aut facit, quam locuturus erat aut facturus, ſi mens æqua atque ſana conſtitiſſet, licet, quæ loquitur aut facit, in ſe conſiderata, nec abſurda nec fatua exiſtant.

Jam verò *Cajum* fuiſſe moribus tranquillis, geſtibus ad manſuetudinem compoſitis, ſermone tardo, morato & exiliore, neminem civium latet. Tunc autem, cùm *Sempronio* donaret, præter ſuam conſuetudinem capite nutabat & brachiis geſticulabatur, ſermo celer erat, vox elatior & clamoſa; quin, ubi vix donationis verba protuliſſet, in grave & furioſum delirium relabebatur, & paulò poſt, eâ ipsâ veſperâ, nunquam ad ſaniorem mentem rediens exſpirabat. Nunc ubi accedit, *Cajum* in virtutis tramite incedentem hujus ſui tam ſcelerati fratris conſortium evitâſſe, eum nunquam per omnem vitam de ullâ donatione, vel erga *Cajam* uxorem, vel alios commemoraſſe quippiam, imò contrarium potius, nempe ſe de ſuis facultatibus fratri Sempronio ne teruncium quidem elargiturum, haud ſimplici vice quaſi pejeraſſe; *Sempronium* à Cajo non vocatum ſpontè veniſſe, *Cajumque*, ut ſupra dicta donaret, ſollicitaſſe, in ipſo donationis actu de morte nihil dictum fuiſſe &c. quis tunc Cajum ex animi ſani ſententiâ locutum fuiſſe credat, quamvis incondita & inconcinna locutus non fuerit?

Præthereà, cum totô die videamus melancholicos quosdam, phreneticos, catalepticos & ex febri malignâ decumbentes nonnunquam ſcitiſſima, imò longè ſapientiora, quàm ſani ſolent, proferre, rhythmicè loqui, alienis, quas nunquam didicerunt, linguis loqui, vaticinari &c. nunquid eos proptereà non delirare cenſebimus, cùm ſciamus Eos talia, ſi ſani manſiſſent, non fuiſſe locuturos?

Non enim talia cauſis ſupranaturalibus, aut obſeſſioni Dæmoniacæ ſtatim, imò, cæteris paribus, rariſſimè fortè, accepta ferenda. Mens enim, quæ auræ Divinæ particula, in ſe ſcientiarum quarumlibet, ac omnigenæ ſapientiæ capax, haud rarò corpori tardo infunditur, ſicut corporis ſui, cui eſt incarcerata, brutis

& ſenſitivis appetitibus adeò immergatur, ut altioribus & profundis meditationibus vacare non poſſit: per ejusmodi morbos autem abſtracta quaſi & ſibi relicta, pro auguſtâ ſuâ indole in illuſtres ſpeculationes liberius fertur, unde talia tunc proferuntur, qualia nunquam ſani proferre poſſent. Adeóque non ſequitur: Hic æger prudenter ſatis agit aut loquitur, ergò non delirat. Sed ita concludendum exiſtimamus: Hic ægrotus aliter ſentit, loquitur, agit, quàm ſanus conſueverat, E. delirat. Ubi tamen excipiendum, ſi quis v. g. ſanus vitiorum ſemitam calcavit, ægrotus autem formidine mortis & conſcientiæ ſtimulo petitus, reſipiſcat, & ſic aliter ſentiat, loquetur, agat &c. Circumſtantiæ enim variant rem, quamvis & hîc ſit geſtuum aliorumque accidentium habenda ratio.

Quid ſi certum eſt, quod ebrius validè contrahere non poſſit, nec efficaciter obligari, ſi profunda fuerit ebrietas, enormis & immodica, adeóque talis, quæ mentis inducat exilium, atque conſenſum excludat, *vid. Carpzov. Defin. Forenſ. Part. II. Conſtit. XVII. Defin.* 36. eum tamen enormiter quoque ebrios non ſemper abſurda & incondita loqui aut facere, imò nonnunquam prudentiora, quàm feciſſent ſobrii, in medium proferre videamus: Parili modô, qui ægrotus non quidem inconcinna, talia tamen, quæ ſanus non locuturus fuiſſet, profert, tamen deliraſſe, nec propterea validè donare potuiſſe dicendus eſt, eò quod ebrietas à deliriô febrili, quoad modum cauſandi, parum aut nihil diſtet.

Notabile eſt, quod *Pichlinus Cent.* 3. *Obſ.* 5. de ebrietate ſequentem in modum diſſerit: Ebrietate, domeſtico nonnullorum vitio, tantum abeſt, ut aliqui obſtupeſcant, ut contra ad ſubtiles ſerioſque cogitationum luſus etiam magis erigantur. Quotidianum illud eſt in Oratoribus, Pictoribus atque Poëtis. Contigit fortè illis lentum & humidum cerebrum, quod acri igneoque vinoſi ~ miasmate vel compungere, aut ſiccare ante oportet, quàm extendere ſeſe, & quas in ſinu habet, ideas effundere poſſit. Et cum temulentia juxta *Ettmüller. Diſſ. V. de temulent.* §. 26. contingat à vini partibus ſulphureis, unde ſpiritus primò in cerebro agitantur, ſubtiliores & quaſi ignei redduntur, hinc ſulphure iſto narcoticô nimium oppleti torpeſcunt & ligantur; ita in febribus malignis ſulphur ſanguinis exaltari, ſanguinem agitari & in fermentationem percieri, adeò verum eſt, quàm quod veriſſimum, unde delirium etiam unicè procedit, ſic ùt ebrius & à malignâ febri delirus perquam ſibi ſimiles exiſtant, atque uti ebrietatis, ita delirii febrilis ſui ſunt gradus, præcipuè cum etiam, obſervantibus Medicis, repreſſo delirio febrili ſomnus gravis profundusque, ſicut in enormi ebrietate, obrepat. *Vid. Lomm. Obſ. lib.* 1. *pag.* 88. Quemadmodum igitur etiam leviter ebrii hilareſcunt primò, hinc diſerti fiunt, animoſi, nec tamen propterea delira loquuntur, ſic, ut ab amicis vini fermentum facilè dignoſcatur, ita non minus à Medicis ſimul difficulter cognoſcuntur ſecus loquentes, facientes, geſticulantes &c. in morbis acutis, quàm pro conſuetudine &c. &c. *Vid. Dn. Lentilius in Miſc. Medico-Practicis Part. II. pag.* 591. *& ſeqq.*

CASUS VII.
DE POTENTIA GENERANDI.

Reſponſum Facultatis Medicæ Giſſenæ de Simulata Impotentia Sexagenarii.

FActâ Requiſitione Regiminis hujus Principalis, hodiè ſub datô infraſcriptô, à Nobis Decano & Profeſſoribus Ordinariis Facultates Medicæ, *Valentinus Kuhn*, Elperodenſis, è Præfecturâ Burgemundanâ inſpectus, & an impotentia ab eô prætexta, à morbo organico, quô, juxta narrata ejus, ab aliquot annis laboravit, deduci poſſit, quoad omnes & ſingulas occurrentes circumſtantias accuratè penſitatum fuit; ubi quidem ſub inſpectione oculari inſtitutâ comparuit, ſupra nominatum *Valentinum Kuhn*, Virum ſexaginta duorum vel trium annorum, in ſcrotô, ad dextrum latus, durum, rubicundum & doloroſum Tumorem, magnitudine ovum anſerinum ferè ſuperantem, oſtendiſſe, qui ſurſum verſus ad regionem pubis, ubi proceſſus peritonæi in ſcrotum inſinuatur, aſcendit, ita quidem, ut ſupradictus proceſſus de hoc tumore notabiliter ſimul participarit, & quia juxta relationem ægri morbus hic ab initio per operoſam trabium & lignorum ædilitiorum elevationem generatus ſtatimque magnitudine ovi gallinacei conſpectus fuit, hunc affectus hicce ex Herniâ omentali & carnoſâ, vel potius tumore teſtis, in modum ſcirrhi, Sarcocelen mentiente, qualia exempla *P. Foreſtus lib.* 17. *Obſ. in Schol.* enarrat, complicatus eſſe videtur, ad cujus generationem probabiliter non parum temporis requiri videbatur.

Cùm verò Tumor hicce tantæ magnitudinis non fuerit, ut membrum virile omnino intra corpus fuerit retractum, qualia exempla apud *G. Fabritium Hildanum Cent.* 4. *Obſ.* 64. occurrunt, ſed in hoc ſubjectô membrum adhuc ſatis liberum propenderit, ita quidem, ut, dummodò cætera ſint paria, erectio benè fieri potuerit: ad hæc ſiniſter teſticulus notabili quodam vitio non laboret.

Hinc exiſtimamus, prætextam impotentiam per ſupra deſcriptum malum ſuſtineri non poſſe, utut hariolari liceat, quod propter adjunctum

junctum tumori dolorem, præſertim hâc ætate concurrente, propenſio ad Venerem vel Voluptas in ipſo actu Venereo adeò intenſa non ſit. Quod in ſubſidium veritatis decernere, & ſigillo Facultatis confirmare volumus. *Signatum Giſſæ d.* 4. *April.* 1679.

Decanus & Profeſſ. Ord. Fac. Med. Giſſ.

CASUS VIII.
DE IMPOTENTIA GENERANDI.

Reſponſum Decan. Facult. Med. Giſſenæ deſuper Impotentia Virili.

Actum Giſſæ d. 27. *April.* 1694.

QUùm ab Illuſtri Conſiſtorio Eccleſiaſtico Principali hujus loci requiſiti fuerimus, ut Militem Gregarium, ſub Centurione Zinckio ſtipendia merentem, nomine *Petrum Hahn, Bleydenrodenſem* 27. annorum, ab uxore impotentiæ accuſatum quoad virilia inſpiciamus, idipſum hodie tempore pomeridiano, inter 3. & 4. horam, effectui dedimus, ac in ipſis teſticulis nullum quidem defectum, ſed illos perfectos & ſatis craſſos invenimus, virgâ ejusque glande quodammodò palleſcentibus, liteque pendente, ita quidem, ut ad illarum contrectationem nulla prorſus arrectio inſecuta fuerit, cujus ipſe accuſatus per totum Conjugii decurſum, recordari non poterat, utut ante illud tempus ejus adhuc memoria ſubierit.

An autem frigiditas & ignavia hæc, quam Accuſatus ipſemet fatebatur & docebat, ex vitio naturali dependeat? (quod pallidus minusque vividus faciei color, ut & raritas pilorum in barbâ & pube, quæ juxta *Zachiam in Quæſt. Medico-Legal.* inter ſigna impotentiæ numerantur, ferè innuunt,) vel an maleficium aliquod concurrat, cùm utriusque partis ab alterutra averſio adſit, & nullus omninò amor conjugalis, aut concordia obſervetur, ſed potius de contrario utrobique conquerantur; id Nobiliſſ. Dn. Judicis edecumato judicio committimus &c. Hoc ipſum autem in ſubſidium veritatis hisce referre propriaque ſubſcriptione teſtari voluimus.

Juſt. Frider. Dillenius, D. P. P. & h. t. Pro-Decanus Fac. Med.
Joſias Ruprecht, Chirurg.
Joh. Engelhard, Chirurg.

CASUS IX.
DE PHIMOSI.

Val. Pand.

INSPECTIO.

Puncta, ad quæ ſub Inſpectione C. B. inſtituendâ reſpiciendum.

1. QUâ ratione Chriſtophorus Bregezerus circa virilia conſtitutus ſit?
2. Cumprimis autem, quî res ſeſe habeat cum ſcroto & teſticulis?
3. An vera erectio penis adſit, & an nullum illic vitium occurrat?
4. An ſeminationis capax ſit?
5. An ad congreſſum aptus natus ſit?
6. Sin minus, quænam cauſa inhabilitatis ejus videatur?
7. An medela ipſi adferri poſſit?

Kauffburæ die 17. *Maji* 1685.

Relatio & Judicium Dn. Medici.

QUandoquidem à Venerando Conſiſtorio Auguſtanæ Confeſſionis, hoc in loco, Nobis in fine nominatis demandatum fuerit, ut Chriſtophorum Bregezerum, ratione impotentiæ ſuſpectum, non tantùm inſpectioni oculari ſubjiceremus, ſed & ad quæſtiones inſequentes:

1. *Qua ratione &c. &c.*

Reſponſionem noſtram, ſcripto conceptam, impertiremus; hinc eâ; quâ decet, obſervantiâ non potuimus non primùm referre, quòd deſiderata inſpectio reapſe à nobis inſtituta fuerit, ad allegatas quæſtiones abhinc ita reſpondentes:

& 1. quidem in Chriſtoph. Bregezero circa Virilia nullum omninò defectum deprehendimus, quibus Natura ipſi non minus ac aliis probè proſpexerit.

2. Teſticuli cum capſulâ illorum nullo modo inculpandi ſunt.

3. Nullum ratione erectionis penis dubium fovemus.

4. Cùm poma amoris vaſaque genitalia benè ſe habeant, omnique vitio careant, ſeminationis utique capax erit.

5. Profitemur, eundem pro nunc & in præſenti ſtatu ad cohabitationem maritalem perfectè aptum non eſſe, & quidem eam ob cauſam, quòd

6. Frenum penis, ſive κυνοδέσμιον, oſculotenus, ut *Lindanus* loquitur, glandi præputium convincit, quod virginitatem maſculam intaminatam notat. Unde

7. Suaderemus, ut juxta ductum *Fabricii Hildani Cent.* 3. *Obſerv.* 54. Sectio frenuli inſtituatur, certâ ſpe detenti, fore, ut C. B. poſt operationem abſolutam, aliorum inſtar virorum, ſexum humanum propagare poſſit. *Kauffburæ die* 17. *Maji* 1685.

Erneſtus Fridemann Schelhaſs, D.
N. Volmar Chirurg.

Reſponſum Collegii Medici Auguſtani ; deſuper Habilitate ad Matrimonium, Poſt Curatam Phimoſin.

POſtquam Nos in fine nominati, prævia Requiſitione, Honeſtum Virum, Chriſtophorum Bregezerum, Civem & Textorem Kauffburenſem, die hodiernâ, ratione impotentiæ ipſi imputatæ, non tantum juxta rei circumſtantias ſufficienter examinavimus, ſed & quoad partes genitales curatiſſime inſpeximus, obſervavimus frenum, quod antehac in actu maritali quodammodò obicem poſuerat, nunc abſolutâ curâ & ſectione eo in ſtatu conſtitutum eſſe, ut nullum inde impedimentum poſthâc pertimeſcendum ſit; & quoniam deſuper quà virilia nil quicquam in eo deſideratur: Adhæc ſtimulus Venereus æquè ac ſeminis emiſſio, juxta conſtantem ejus aſſertionem, ſatis ſuperque ſe trudit; hinc eundem pro impotente habere non poſſumus, ſed potius exiſtimamus, quod, ſi cumprimis Conjux ejus majorem ipſi amorem conteſtata fuerit, non tantum debitum Conjugale perſolvere, ſed etiam liberos procreare poſſit. In cujus rei fidem propriâ æquè ſubſcriptione & ſigilli noſtri ordinarii appreſſione hæc confirmare voluimus. *Dat. Auguſtæ Vindelicorum Anno* 1624. $\frac{14}{24}$. *Februarii.*

Lucas Schroeckius jun. D. Reipubl. Auguſt. Phyſicus & Colleg. Med. h. t. Decanus.

Vitus Riedlinus, D. & Phyſ. Aug. Ordin.

CASUS X.

DE EFFICTA PENIS DEFORMATIONE ET IMPOTENTIA COEUNDI.

Puncta, Ad quæ ſub inſtituendâ Inſpectione Wolfgangi Negelingii reſpiciendum.

1. QUâ ratione Negelingius circa virilia proprie ſe habeat, dum perhibetur, eundem ad congreſſum vel coitum ac cohabitationem maritalem inhabilem eſſe.

2. An ejus membrum genitale S. H. in parte anteriori juſto latius, ſimul tamen omninò curtum ſit, in parte verò poſteriori fili inſtar gracile, adeòque fruſto carnis haud abſimile?

3. An vera penis erectio adſit, nullumque ratione muſculorum & nervorum vitium appareat?

4. An & ſeminationis deficientis culpa ipſi tribui poſſit?

5. An teſtes, ſeu globulos, ut vocant, viriles habeat, ſcrotoque inſtructus ſit?

6. Annon manifeſta membri deformitas impotentiam & inidoneitatem coitus arguat?

7. Adeoque impotentia coëundi ex culpâ penis aut teſtium profluat?

Relatio Medicorum & Chirurgorum.

JUſſu Superiorum inſpectio in WOLFGANGO NEGERLING inſtituta fuit, ubi juxta meam tenuitatem DN. D. IMMANUEL WILHELMUS AYRER, JOH. ADAMUS GÜNTHER & NICOLAUS ERINGSHAUSEN, totum negotium ita invenimus, ut ſecundùm ſcientiam & conſcientiam noſtram, datamque fidem obſequiosè per ſeqq. VII. Reſponſiones ad propoſitas quæſtiones referimus.

1. Scil. circa virilia ne quicquam in eô eſt culpandum, dum iis probe eſt inſtructus. Membrum enim virile S. V. mediocri craſſitie gaudet, ſupra pilis ſuis ornatum, quod aliàs in frigidis non obſervatur, quibus ſpiſsè circumdatum erat. Præputium, glans & corpus, juxta proportionem ſuam, ad cohabitationem maritalem quoque non inhabilia videbantur.

2. Membrum ejus genitale in parte anteriori inſolita craſſitie, in poſteriori verò fili tenuitate gaudere, inſpectio ocularis non evincit, ſed tam in antica, quàm poſticâ parte debita craſſitie inſtructum eſt, neque latitudo anterior membro minus eſt proportionata. Brevitatem verò, quod attinet, illud, ſi contractum eſt (ut aliter fieri nequit) breve & craſſum erat, ita tamen, ut per commotionem ad longitudinem 7. pollicum transverſorum deduci potuerit.

3. Fateri cogimur, erectionem penis perfectam non eſſe: & licet illa ſe trudat, non tamen durabilis eſt; quod unicè à pravis & ſuperfluis humiditatibus, quibus corpus ejus redundat, oritur, & potui exceſſivo tribui poſſet. Aliâs verò nullus ratione muſculorum & nervorum defectus occurrit.

4. Seminationis deficientis culpa ipſi tribui non poteſt, cùm ſuperfluo quoque ſemine gaudeat, adeò, ut (quemadmodum in ſpeciali Eleuteratione hujus puncti poſtmodum addiderunt) non tantùm quæſitus affirmarit, quod ſemen copiosè ſub ſomno ejaculetur, ſed extemplò, etiam absque noſtrâ admonitione, ſibimet ipſi ſuccurrendo, non ſine mediocri (ut in eo animadverti poterat) voluptate, ſeminis probè elaborati non exiguam quantitatem rejecerit.

5. Poma amoris ſeu teſticuli, una cum ſcroto, debitâ magnitudine & naturali diſpoſitione gaudebant.

6. Nulla manifeſta membri deformitas, quæ vel impotentiam, vel inidoneitatem coitus, argueret, adfuit.

7. Impotentia coëundi neque ex culpa penis,

nis aut teſtium, ſed ut dictum, ex erectione penis minus durabili promanavit, idque à nimiâ humiditate, quâ ∽ diſſipantur, corporaque nervoſa & muſculi flacceſcendo inepti ad erigendum redduntur. Hæc ſub inſpectione obſervata eſſe teſtari voluerunt

JACOB. BüRLEIN, D. p. t. Decanus
IMMAN. WILH. AYRER, D.
JOH. AD. GüNTHER.
NIC. ERINGSHAUSEN, Chirurg.

CASUS XI.
DE
PHIMOSI ET IMPOTENTIA.

Requiſitio.

SUper Caſu, quo Adverſarius, vel potius Corrivalis, ex odio quodam ſcholaſtico filium meum impotentem reddere ſatagit, *ac ſi propter connatam* ἀδυναμίαν, *quæ in membris ejus genitalibus eſſet conſpicua, fœminæ ſatisfacere non poſſet*, opus eſt mihi veſtrô conſiliô, veſtrâque informatione. Scilicet conſpicitur quidem in filio meo hic defectus, quòd, quando membrum in erectione eſt, quadantenus extendatur, glans tamen ipſius nunquam denudari poteſt, hinc ſtatim incurvatur, & ipſa urina intra præputii capacitatem colligitur. Ut itaque ab hac atrociſſimâ injuriâ filii mei famam vindicem, â Veſtris Excellentiis mirum in modum peto, velint præſentium latorem circa genitalia, eâ quâ in Anatomia pollent ſcientiâ, diligenter perluſtrare, atque deinceps literis ſigillatis mihi reſcribere: I. *An hic morbus ita comparatus ſit, ut per ſe matrimonium impediat?* II. *An & quomodo ab eo liberari poſſit?* Dabam Torgaviæ d. 18. Mart. Anno 1621.

M. C. T.

Reſponſum Facultatis Medicæ Lipſienſis; ſcilicet Phimoſin non Curatam Matrimonium impedire, curatam vero ſecus.

PErluſtratis diligenter filii tui genitalibus, reſpondemus, *quòd in præputio connatum quoddam exiſtat vitium, quod Medici ſolent appellare Phimoſin*, cujus ob anguſtiam caput penis denudari non poteſt, hinc non ſolum membrum ipſum in erectione impeditur, verùm etiam ipſa ſeminis emiſſio, & urinæ excretio, ut adeò tamdiu ejusmodi homines ad conjugium inepti prorſus habeantur, donec legitimâ ratione curentur: quoniam verò exploravimus, præputium glandi aut peni circumcirca (excepto frenulo) non adhærere, de facili morbus hic, vel unicâ inciſione, curari poterit; neceſſum verò eſt, ut huic actui interſit peritus quidam Medicus, quia Chirurgis talis operatio non admodum familiaris, ideò lædere interdum magis poſſunt, quàm juvare, &c. *Dab. Lipſiæ die* 23. *Mart.* 1621.

vid. Amm. in Med. Crit.

CASUS XII.
DE
AMBIGUITATE SEXUS PUTATITIA.

Reſponſum D. Bald. Timæi von Guldenklee; deſuper Hermaphrodito Putatitio & inhabilitate conjugali.

P. P.

EX Actis inter Joachimum Meves & matrimoniô ipſi junctam *Annam Timmermanniam*, in punctô ambigui ſexus & inhabilitatis conjugalis &c. hinc inde ventilatis & à Ven. Conſiſtorio mihi nuperrimè transmiſſis eluceſcit: Incuſatam *Annam Timmermanniam*, juxta Actoris narrata, cum ſexu virili nequicquam commune habere, multo minus utrumque ſexum, virilem æque ac muliebrem repræſentare, adeoque Hermaphroditum eſſe, maximè, cum, ut ex inſpectione oculari putabatur, nec ſolius maris, nec maris & fœminæ ſive, utriusque ſexus, ſed tantummodò fœminæ genitalia in Accuſata occurrant. Error meo judicio, ex prolapſu ſive procidentia uteri, quâ Rea afficitur, obortus fuit, quam pro virilibus habuit Actor quod à ſimplici & plebejo homine facilè fieri potuit, ſiquidem cervix uteri figuram mentulæ ſive penis, fundus autem ſcroti quodammodò repræſentat, unde etiam mulierum partes, procreationi dicatas, à Virorum genitalibus ſitu tantummodò differre exiſtimârunt Veteres, quod his foris promineant, illis verò ob naturæ debiliorem vim frigidamque temperiem, intus lateant. *Andr. Laurent. Lib.* 7. *Hiſtor. Anatom. c.* 8. Et *Galen.* orificium uteri internum glandi virili perſimile eſſe ſcribit *lib. de uſu part. & Adminiſtr. Anatom.*

Quæ Rea ſub Inſpectione Suckæ inſtitutâ perhibuit, quod ſcil. affectum hunc ab elevatione oneris gravioris ſit nacta, utique fidem meretur; ab elevatione enim gravioris ponderis ligamenta uteri facilè extendi & rumpi poſſunt, quô factô uterus prolabitur. *Hippocr. Lib.* 2. *de Morb. Mulier. Vid. Vidius de Curat. membr. Lib. XI. cap. XIV. Alexand. Maſſarias Prælect. Anatom. Lib. IV. cap. VII.*

An verò affectus hic curari poſſit? quodammodò dubium eſt. In Juvenculis quidem, & ſi malum adhuc recens, nec adeò inſigne eſt, id optimè fieri poteſt. Affectus

enim hic, dum recens eſt, & deſcenſus potius uteri, quàm extra vulvam procidentia, facilius curatur, *Sennertus Lib. IV. Med. Pract. Part. I. Sect.* 2. *c.* 15. In præſenti autem caſu, ubi affectus ſatis magnus & per tot annos duravit, ægraque annoſa & debilis exiſtit, illud vix ſperare licet: Si enim malum diutius duraverit & procidentia major ſit. Difficulter curatur, præſertim in adultioribus, quibus, etſi reponatur uterus, tamen levi de cauſâ iterum prolabitur, *Sennertus loco alleg.* cumprimis, quia verendum, ne ex elevatione gravioris ponderis uteri ligamenta lacerata ſint. Rupta autem ligamenta iterum conſolidare impoſſibile eſt, ſi malum ſit inveteratum, cùm partes callô jam obductæ conſolidari nequeant. Interim tamen hîc reticendum non eſt, quòd licet prolapſus uteri ex cauſis adductis perfectè reſtitui non poſſit, eum ſcil. in modum, ut ligamenta, ſive laxata ſive rupta ſint, in priſtinum locum ſtatumque reduci poſſint, quo uterum ſuo in locô detineant: uterus tamen præmiſſis fomentationibus & inunctionibus convenientibus corpori benè intrudi rurſus, ibique ope certorum inſtrumentorum retineri & conſervari poſſit, cùm hunc in finem peſſaria, circuli & pilæ ſint inventa, quæ uterum ſuo in locô tam firmiter retinere valent, ut etiam coitus & conceptio fieri poſſint. *Guil. Fabr. Cent.* 4. *Obſ. Chir.* 61. ut idem plurimis exemplis, ſi neceſſitas urgeret, confirmari poſſet; ſiquidem hîc æquè ac in viciniâ diverſæ mulieres in vivis adhuc ſunt, quæ ſimiles pilas & globulos gerunt, nihilo tamen minus absque ullô impedimento Venerem exercent, & diverſis jam vicibus conceperunt & pepererunt.

Qua propter tenui meo, nullique præjudicaturô judiciô cauſa hæc per 2. aut 3. menſium decurſum differri & per expertam Obſtetricem tentari poſſet, an uterus abdomini rurſus intrudi poſſit. Quod ſi fieri queat, porrò remedium aliquod & fortè idoneum peſſarium aut globulus uterinus applicari poſſet & videri, an uterus eo ipsô in addomine retineri valeat, ne rurſus procidat, ut idem in plurimis felici cum ſucceſſu probatum eſt.

Hæc à Reverendo admodùm Conſiſtorio requiſitus de præſenti caſu annotare & teſtari volui. *Dat. Colbergæ die* 13. *Jan.* 1659.

Baldaſſar Timæus von Guldenklee.

Vid. Reſp. Auctoris XXXVII. p. 98.

CASUS XIII.

DE HERMAPHRODITIS INSPICIENDIS.

Reſponſum Conſiſtorii Electoralis Saxonici, deſuper inſpiciendo Hermaphrodito.

Ad Henricum à Schonbeck in Cauſa Hermaphroditi pro fœminâ habiti.

P. P.

ACcepimus Relationem veſtram, in cauſa N. qui ceu Puella baptizatus, attamen cum civis illius loci filiâ ſponſalia celebravit, deſiderans ſimul & proclamationem & copulationem Sacerdotalem. Quapropter nomine Sereniſſimi atque Clementiſſimi Domini noſtri jubemus, ut utramque Partem, unà cum Parentibus, citetis, defectus earum & inſigne periculum ob oculos ponatis, & omnem lapidem moveatis, ut à propoſitô ſuâ ſponte abſtineant; quod ſi detrectaverint, Partem Agentem per Medicum & Chirurgum, aut Balneatorem, imò ſi neceſſarium fuerit, Obſtetricem quoque inſpici curetis, Nosque de omnibus certiores reddatis &c.

Vid. Bened. Carpzov. in Jurisprud. Conſiſtor. Lib. 2. *Tit.* 1. *Defin.* 16. *n.* 14. *pag.* 28.

Reſponſum Conſiſtorii Eccleſiaſtici Miſnienſis, Deſuper Irrito Hermaphroditi Matrimonio.

P. P.

POſtquam in causâ Hermaphroditi, N. adhuc ante inſpectionem & inquiſitionem inſtituendam obſervaſtis, quòd ob corporis ſui conſtitutionem ad matrimonium admitti non poſſit, quod ipſi quoque indicavimus: Ipſe verò ab eô ineundo deſtiturus: Similiter N. N. actioni ſuæ matrimoniali renunciatura ſit; hinc vobis injungimus, ut eosdem utrobique probè obſervetis & caveatis, ne ſibi porrò cohabitent, neque Hermaphroditus aliarum ſexûs ſequioris perſonarum converſatione utatur, ut ulteriori ſcandalo obviam eatur. Quodſi verò ad Inſpectionem, ejus ſumptibus inſtituendam, ſe obtulerit, Nos ejus certiores reddetis &c.

Vid. D. Simon Tr. de Impotentia Conjugali Cap. IV. Theſ. II. num. 13. *pag.* 113.

CASUS XIV.

DE ARCTIS & ATRETIS INSPICIENDIS.

Sententia Conſiſtorii Wittenbergenſis.

PP.

CUm Nobis retuleritis, quâ ratione Vir Juvenis N. N. penes Vos cum Virgine quadam matrimonium inierit, & poſtquam ad

XVI.

XVI. usque ſeptimanam illi cohabitaſſet, conqueſtus fuerit, quòd ad matrimonium ſit inhabilis, adeòque petieritis, ut, quid jura hâc in parte ſanciant, Vos certiores reddamus; hinc juri conſentaneum eſſe dicimus: Quodſi prius deſponſatam N. N. per IV. honeſtas, annoſiores, pias & expertas Matronas, quæ aliis ſæpè in partu adſtiterunt & auxilium tulerunt, juxta cum Obſtetrice juratâ, quatuor adhuc aliis mulieris Concivibus Vetulis binisque Obſtetricibus inſpici curaveritis, illæ quoque ſe veritatem illibatam pronunciaturas eſſe juraverint, & antedictæ octo Matronæ, una cum 3. Obſtetricibus præviâ inſpectione, vi juramenti præſtiti aſſeruerint & retulerint, perſonam illam ita comparatam eſſe, ut Marito ejus impoſſibile ſit coitum cum illâ exercere & perficere: Quod etiam ita conſtituta ſit, ut auxiliô & adminiculô humanô curari non poſſit, & quidem ob cauſas, à Vobis in relatione adductas: Illa quoque perſona affirmet, Maritum ejus ob corporis ſui conſtitutionem ſibi cohabitare & carnaliter miſceri non potuiſſe; eô in caſu N. N. prout ſolicitat, ab eâ ſibi deſponſata perſonâ de jure ſeparatur, & à matrimonii vinculô abſolvitur, & ſi abſque periculô conſcientiæ à conjugio abſtinere non poſſet, ipſi ſimul permittitur & conceditur, ut aliud ab hinc matrimonium ineat. Illi verò fœminæ, quæ ad matrimonium inhabilis eſſe cenſetur, alii rurſus Viro nubere neutiquam indulgetur & permittitur.

Dedekenn. Vol. 3. *Conſ. Theol. l.* 4. *Sect.* 6. *num.* 8. *p.* 350.

Aliud Deciſum Conſiſtorii Supremi Saxonici, deſuper eodem aut ſimili caſu.

Vid. apud. Carpzov. in Jurispr. Conſiſt. Lib. 2. *Defin.* 201. *num.* 13. *p.* 309. *& D. Simon. Tr. De Impotentia Conjug. Cap. VII. Theſ. I. n.* 6. *pag. mihi* 168.

CASUS XV.

DE GRAVIDITATE, e SANGUINE, PER SCARIFICATIONEM & V. S. EMISSO, DIJUDICANDA.

Requiſitio.

ANno 1638. à Balneatore quodam ſtupri & vitæ inhoneſtè actæ quædam accuſata & proclamata fuit, ob unicum hoc indicium & teſtimonium, quod ille ſibi ſanguine, per cucurbitulas extractô, infallibiliter manifeſtari autumabat. Quæſtio igitur Facultati propoſita: *Num ex ſanguine, per cucurbitulas extractio, certum ſignum conceptionis ſeu gravidationis peti debeat, aut poſſit?* Quæ à D. D. TILEMANNO ita doctè & accuratè deciſa fuit.

Reſponſum Facult. Med. Giſſenæ.

ARdua ſanè ac difficilis diſceptatio eſt, quæ Medicos omnes, etiam principes, Obſtetrices quoque peritas & quoscunque alios mirè hactenus fatigavit, ſolicitos ac dubios reddidit, ut doctè probat *Sanctorius l.* 1. *Method. vitand. errores c.* 28. an certum quoddam & infallibile ſignum dari poſſit conceptionis? Quia enim conceptionem deprehendere difficilimum judicavit *Ariſtoteles lib.* 7. *de hiſt. anim. c.* 4. & *Avenzoar*, in re tam perplexa & quæ non certè, ſed probabiliter cognoſci poteſt, deceptus eſt, ut notant *Laurent. lib.* 8. *Anatom. cap.* 4. *Codronch. in ſuâ Method. Teſtif. c.* 12. *Varand. l.* 2. *de morb. Mulier. cap.* 2. nec Priſci illi, horumque Anteſignanus Hippocrates, hujus rei aliâs ſtudioſiſſimus, ullum certum ſignum, per multas tamen ſententias diſcurrens, conſcriptum reliquit: Præſertim cùm in uterô plura gigni poſſint, quæ veram gravidationem Medicis Doctiſſimis falsò imponunt, ut mola, aqua, flatus, mucus, lenta viſcidaque pituita, caloris vi indurata, *vid. Dodon. Obſ.* 49. Neque urina, quæ ſignum tantum eſt illarum partium, à quibus aliquid accipit, & per quas meat, teſte *Fontan. part.* 1. *Univerſ. Med. c.* 11. aliquid certi demonſtrare poteſt, quod *Avicenna* ex aliorum quidem mente aſſerit 2. 1. *Doctr.* 3. 21. 3. *&c.* 3. *tract.* 2. *c.* 11. & rationem reddere conantur *Varand. l.* 2. *de aff. mul. c.* 2. *Joël. tom.* 1. *Univerſ. Med. l.* 4. *ſ.* 3. *& Fernel. l.* 6. *Pathol.* 17. Conjecturam mola & obſtructio menſium quoque communem habent, teſte *Valleſ.* 3. *Controv. c.* 28. *Foreſt. de incerto Urin. judic. Santorell. l.* 8. *Antiprax. c.* 8. *Rod. à Caſtr. l.* 3. *de morb. mulier. p.* 1. *c.* 7. Nec ventris tumor ſufficit, qui etiam ex morbo aliquô, ut flatu, hydrope, menſtruorum retentione &c. eſſe poteſt, teſte *Sennerto l.* 4. *Pract. P. I. ſ.* 2. *c.* 10. *&* 11. *&c.* Neque lac in mammis cum ipſarum tumore ſignum ſufficiens eſt, teſte *Hippocrate* 5. *aph.* 39. *Gal.* 5. *aph.* 37. *Jubert. l.* 3. *err. popul. c.* 3. *Laurent. Anatom. qu.* 2. Nec menſtruorum retentio veridica eſt, teſte *Marcello Donato lib.* 4. *Hiſtor. Mirab. c.* 23. *Hipp.* 5. *Epid.* 11. 5. *Ariſt. lib.* 7. *de Hiſtor. anim. c.* 2. Nec maculæ in facie ſemper adſunt Gravidis, nec pica in omnibus, aut perpetuò adeſt, teſte *Galen.* 1. *Cauſ. ſymptom.* 7. *&* 5. *aphor.* 61. *Alex.* 3. *Probl.* 74. *Avic.* 21. 3. *tract.* 2. *c.* 10. Nec motus in uterô infallibiliter indicat, teſte *Hipp. l.* 2. *prædict. n.* 4. *Avicenn.* 21. 3. *tract.* 2. *c.* 18. Nec experimenta certificant, teſte

teſte *Zacch. l.* 1. *t.* 3. *n.* 47. Verùm συνδρομὴν omnium ſignorum, tam Naturalium, quàm Præternaturalium, tutius ac firmius demum conceptionem indicare ſtatuitur à *Paulo Zacchiâ lib.* 1. *tit.* 3. *q. Medico-Leg.* 2. *Mercat. l.* 3. *de morb. mulier. cap.* 6. *Sennert. l.* 4. *Pract. p.* 2. *ſ.* 5.

Apparet inde, quam facilis ſit reſponſio ad quæſitum ſuperius: *An ſanguis per ſcarificationem extractus ſolitarium & ſufficiens Graviditationis ſignum ſit?* Impoſſibile nimirum id eſſe & nullius valoris, tum ob præcedentes, tum ſeqq. rationes: 1. quia iſtud ſignum, indubitatis veritatis κριτηρίοις & totius Medicinæ fulcris maximè adverſatur, Experientiæ videlicet clariſſimorum Medicorum, quæ hîc muta prorſus eſt & Barbitonſoris opinionem facilè, falſitatis coarguit. Una autem & duplex obſervatio experientiam protinus non gignit, conſtituit, aut abſolvit, ſed plura requiruntur, teſte *Sennerto l.* 5. *Inſtit. P.* 1. *S.* 1. *c.* 22. Ita rationi abſurdum, ineptum & inauditum eſt, ex ſanguine ſcarificato de conceptione, gravidatione, aut etiam coitu honeſtô ſive inhoneſtô & impurô velle judicare. 2. Sanguis per cucurbitulas extractus nullam prorſus cum utero convenientiam manifeſtam, aut occultam ſympathiam habet, ſed potiùs remotiſſimas venas & quidem ſubcutaneas, ſeu capillares, ſolùm reſpicit & evacuat. Nec quicquam peculiare à ſolo utero prægnantis in venulas iſtas affluere unquam obſervatum eſt. 3. Sanguis maximè differt & ratione temperamentorum & morborum ratione, & quæ qualitas in uno præternaturalis eſſe videtur, in alio naturalis eſſe poteſt. 4. Si in mammis incertum ſignum eſt, multò magis ſanguis iſte ſubcutaneus, qui nondum potentiâ lac eſt, & quidem extra mammas, fallaciter indicabit. 5. Tota M. S. nec ratione ſubſtantiæ, nec ratione qualitatum &c. tale quid ſignificare poteſt. *Vid. Camerar. Centur.* 10. *pag.* 59. *Fernel. l.* 2. *M M. c.* 17. quid igitur ſanguis ex iſtis venulis? & facilimè aliâs in certioribus decipitur judicium & fallitur, præſertim ſi ſanguis in orichalceis vaſis excipitur, unde mox mutatur, aliter autem in ſtanneis, teſte *Libavio in Ciſt. Med. Hornungi* 7. Notum quidem eſt, magnam in corpore mutationem à conceptione fieri, menſtruum ſanguinem retineri, puriorem ab Embryone pro nutrimento attrahi, atque ita vitioſiorem ad exteriora detrudi poſſe; ſed quia ex unicâ obſtructione menſium & aliis affectibus p. n. eadem contingere poſſunt, nil etiam exinde contra noſtram ſententiam, quæ conſtanter negat ex ſanguine ſcarificato ſignum gravidationis vel præſentis vel præteritæ haberi poſſe, firmiter ullo modo concluditur, ὅπερ ἔδει δεῖξαι, &c.

(Sed an Obſtetrix ex inſpectione oculari certò perſpicere poteſt, puellam XIV. v. g. annorum, ſe Virginem adhuc profitentem, quoad virginitatem per coitum læſam fuiſſe, necne? N.

Vid. *P. Ammann. Irenicum pag.* 134. *& ſeqq.* ubi plura DE VIRGINITATIS NOTIS, an ex urinâ? *vid. ib. & Fortun. Fidel. pag.* 339.

An ex Chiromantia? Neg. *vid. eundem Ammannum cit. loc.*

CASUS XVI.
DE
GRAVIDITATE DIGNOSCENDA.

Reſponſum Facultatis Med. Giſſenæ, de Puella ob menſtruorum obſtructionem in ſuſpicionem graviditatis & infanticidii delapſa.

QVùm â Regimine Principali hujus loci requiſiti fuerimus, ut in causâ criminali Mariæ, Johannis N. Filiæ, Stauffenbergâ oriundæ, ob graviditatem & infanticidium, in quorum ſuſpicionem venit, incarceratæ, ad ſequentem quæſtionem reſpondendo ſententiam & judicium noſtrum impertiamus:

An ſcilicet, ſi in ſubjectô quodam fœmineô, in cælibatu adhuc vivente & 26. annos habente, ita tamen ut flores menſtruatim erumpentes nunquam conſpexerit, ſed ut ab illô perhibetur, eorum obſtructionibus hactenus laboraverit, à quibus, ſecundùm narrata ejus, abdomen æquè ac pedes ita intumuerint & inflata fuerint; *poſtquam ſervum quendam amore clandeſtino proſecutum fuiſſet*, hicque pluribus vicibus ad lectum ejus deproperaſſet, & cum eo in lecto repertus fuiſſet, illud autem ſe meſſis tempore anno 1668. cladeſtinè ſervo deſponſaſſet, die verò 3. Martii anni hujus 1669. poſtmodùm acciderit, ut tempore matutino, in lecto adhuc decumbens, vomitu & inſigni *hæmorrhagiâ uteri laboraverit, id tantùm pro indiciis diuturnæ obſtructionis, tandemque cum impetu erumpentis fluxus menſtrui, an verò pro lochiorum fluxu, in Puerperis à partu plerumque contingente, haberi & judicari debeat?*

Hinc quæſtionem hanc, unâ cum transmiſſo protocollo ſedulò perlegimus, juxta circumſtantias illîc contentas probè examinavimus & reperiimus, cardinem quæſtionis in vehementi illo ſanguinis fluxu, poſt abdominis intumeſcentiam aliaque ſymptomata die 3. Martii obſervato, verti. Ad hanc autem juxta principia Phyſico-Medica ſolidè decidendam meritò & ante omnia Reæ conſtitutio examinanda erit, quam maximam ad partem Cachecticam fuiſſe, ex tam diuturnâ menſium retentione haud difficulter colligitur; quam-

vis

vis enim *Hildanus Cent. V. Obſ.* 41. exemplum mulieris cujusdam alleget, quæ perpetuâ menſtruorum retentione, & quidem ſine omni noxâ, laboraverit, nihilominus id in valido & bellè habente corpore res omninò inſolita eſt, unde & laudatus *Hildanus* hoc à ſe allegatum exemplum ferè pro paradoxo habet.

Aliâs de nihilo non eſt, quòd diuturnior menſium ſuppreſſio in valdè emaciatis ſiccisque, ut & nimis pinguibus corporibus cauſas ſuas, non contemnendas, habere poſſit, cumprimis, ſi durum vitæ genus & labor acceſſerit, ſicut hâc de causâ ruſticæ mulieres interdum in ſuppreſſionem menſium incidunt. Intereà tamen certum eſt, ſecundùm ordinarium Naturæ curſum id non ſine inſigni moleſtiâ ipſiusque, tam virginum, quàm fœminarum, non gravidarum, ſanitatis diſpendio contingere, ſicut ab *Hippocrate lib. de Morb. Virg. & Mulier.* fusè docetur. Quapropter nemo mirari debet, quòd, dum Rea fluxum menſtruum, juxta ipſius Reæ non minus ac Matris ejus, ut & Dn. Lud. Schäfferi conjugis depoſitionem ac confirmationem, nunquam eſt perpeſſa, ſanguis ille collectus illicque contenti humores p. n. abdomen inflarint, ob materiæ quoque pondus tumor ipſos pedes occuparit, & una cum ſanguinis circulò tetri vapores & particulæ ſurſum, verſus caput, elevata fuerint, eòque ipsò cephalalgiam aliaque ſymptomata produxerint, ad quorum remotionem herbæ illæ, à Viro quodam Salsbudenſi binis adhinc annis Patri ejus (utcunque res ceciderit) commendatæ, & abhinc à Matre in vinô decoctæ, tandemque â Reâ aſſumptæ, ut facilè hariolari licet, nequicquam efficere potuerint, ſed hæc continuò ſe malè habuerit & quoad faciem etiam apparuerit: ſcil.

Virens in foliis venit è radicibus humor.

Cumque ſaburra hæc cacochymica neceſſariò coacervata fuerit, abdomen ſanè detumeſcere non potuit, licet id ſuſpicionem plurimorum hominum, (qui tamen utplurimùm nihil inhoneſti aut turpis de illa proferre potuerunt,) ſummoperè auxerit, donec tandem hæc omnia exitum aliquem quæſierint, quem natura per vomitum tentavit, ob regurgitantem in ventriculum pravam materiam; Neque enim adeò rarum aut inſolitum eſt, ſuppreſſionem menſtruorum vomitum, lipothymiam, nauſeam & ſimilia ſymptomata, aut conjunctim, aut ſeparatim inſequi, *vid. Paul. Zacch. Quæſt. Med. Legal. Lib. V. Tit.* 3. *q.* 1. §. 41. *& ſqq. Codronch. in Meth. Teſt. c.* 12. *pag.* 198. ſicque in ignaris hujus rei ſuſpicionem graviditatis creare, quia interdum in Gravidis quoque obſervata fuerint, cùm tamen alia indicia, imprimis autem motus embryonis, ponderari debeant. Poſtquam ergò materia per ſupradictum vomitum jam commota fuerat, ipſa verò natura ob ejus copiam & viarum incommoda ſibi hac in parte Suffena non fuerit, ut per easdem illam expelleret, hinc ductum viamque naturalem arripiendo, ab iſto onere ſe liberare eſt conata, unde fluxus ille ſanguinis copioſior eſt ſecutus, qui eo majori cum impetu contigit, quòd materia naturaliter huc deducatur, & ob gravitatem maximè deorſum tendat; quapropter tam enormem fluxum menſtruum eò minus admirari debemus, quòd ipſa natura ſæpe per vias omninò inſolitas ita copiosè ſe exoneret. Sic *Amatus Luſitanus Cent.* 2. *Cur.* 21. menſes per mammas evacuatos obſervavit: per oculos *Dodonæus Obſ. Med. c.* 15. *Bartholin. Cent.* 1. *Hiſt. Anat.* 16. per ventriculum *Langius Lib.* 1. *Epiſt. Med.* 40. *B. Tim.* von Güldenklee *Lib.* 4. *Caſ. Med.* 12. per nares *G. Fabric. Hildan. Cent.* 3. *Obſ.* 12. per umbilicum *Zacut. Luſit. Obſ.* 101. per vomitum & alvum in Virgine *Horſt. Lib.* 5. *de Morb. Mul. Obſ.* 5. quales annotationes apud alios Auctores hinc inde plures occurrunt. Quin & porrò ex doloris abſentia & ἀφορίᾳ eluceſcit, puòd hic fluxus non lochiorum, ſed menſtruorum fuerit, cùm neque dolores, neque ſpasmi uterini, quales alias in puerperis, quàm optimè etiam res ſuccedat, ſe trudere ſolent, hîc obſervati fuerint, imò, ut Teſtis 6. ad art. 12. depoſuit, Rea nullo prorſus morbo affecta fuerit inventa, niſi quòd, Mulieribus ad unam omnibus fatentibus, ſanguinem ab illa defluxiſſe obſervatum fuerit; quid autem aliud indè concluderes, quàm evacuationem illam à Natura Victrice cum levamine ægræ contigiſſe; nec quicquam hîc ad rhombum facit, quod Mulieres fœtum quendam adfuiſſe cogitaverint, licet de eo nil quicquam ulterius atteſtari ſive ſcire voluerint: Quemadmodum Anna Catharina, Obſtetrix, teſtatur, quòd in ſubjecto hôc obſervare non potuerit, fœtum quendam adfuiſſe, eamque ob cauſam, ſe nullam ipſi manum applicaſſe, niſi quòd mammillas attrectaverit, in quibus tamen nullum prorſus lactis veſtigium invenerit; & licet etiam lactis aliquid in mammillis obſervatum fuerit, non tamen exinde concludere poſſemus, lac habet, ergò peperit, ut apud *Bartholin. Anat. Reform. Lib.* 2. *c.* 1. *Caſp. Reyes Elyſ. Camp. jucund. Quæſt.* 47. aliosque videre eſt. Imò ex ſimplici menſtruorum retentione lac etiam generari poſſe, ſcribit *Zacchias Lib.* 3. *Quæſt. Medico-Legal. Quæſt.* 9. §. 13. *Tit.* 2.

Nec quoque videmus, quô fundamento nitantur Obſtetrices, quando neſcio quam ſanguinis differentiam inducere, indeque puerperium aliquod extorquere ſatagunt, quemadmodum in ſpecie dicta modò Teſtis tertia ad artic. 13. Special. 2. ſuſtinet, utut largiatur, fieri quidem poſſe, ut collectio quædam ſanguinis vi quadam erumpat, nullô tamen

men fœtu præſente, ſuſpicionem tamen ſuam vel exinde deponere recuſat, quod à muliere in conjugio vivente, ut exiſtimat, ſanguis ferè nigricans, à cœlibe verò perſona & Virgine adhuc exiſtente rubicundus & floridus effluat; ſimiliter nec reliquis Mulieribus ſanguis quoad omnia ritè ſe habere videtur. Quàm exigui verò momenti hæc ſit traditio, quivis ratione integrâ adhuc gaudens haud difficulter obſervabit, dummodò diverſitatem conſtitutionis corporum & ſanguinis, item diuturniorem moram & ſimilia, ut decet, conſiderare voluerit; & quî ſanguis in tam longa menſium retentione, ubi ſaburra pravorum humorum non potuit non conjungi, floridus & rubicundus emanare poſſet? qui potius aduſtus, grumoſus & variè miſtus expectandus erat; quin omninò quoque falſum eſt, in Mulieribus maritatis ſanguinem neceſſariò nigricantem promanare, ſed prout Conſtitutio illarum vel plethorica, vel cacochymica eſt, ſemper diverſitas aliqua quoad ſanguinis menſtrui fluxum, tam in qualitate, quàm quantitate obſervabitur; unde & in purgatione poſt partum, ſanguis roſeus, ſincerus & floridus citòque concreſcens evacuatur, ut *Hippocrates l. de Muliebr. Sennert. lib. 4. p. 2. l. 7. c. 2. Roder. à Caſtrò* aliique Autores plures, ipſaque experientia teſtantur. Non minus inſanum & tantùm non ridiculum videtur, quod Mulieres ex induſio commaculatô & in lectô reperto (neſcio quem in finem Reæ fratri, vix XV. annos nato, primum oſtenſo, ipſique Facultati ad diſpiciendum transmiſſo) ſingularia quædam indicia haurire velint, quaſi verò, an virginis menſtruatæ vel mulieris puerperæ fuerit, etiam annô jam integrô elapſo, dijudicari & videri poſſit ac debeat. Obſtetricum ſanè judicium, quòd poſt inſpectionem Reæ tulerunt, cachinnum mereretur, niſi è Muliercularum illarum relatione, ſi huic ſtatim locus daretur, nec ulterius inquireretur, maximum ſæpè damnum & præjudicium oriri poſſet; Judicant ſcil. quod ſub viſitatione nupera oſſa pubis (das Mutterſchloß) aperta, nunc autem omninò clauſa fuiſſe viderint; Equidem de nihilo non eſt, quòd in partu difficili, & ubi fœtus eſt grandior, oſſa pubis, imò & os coccygis interdum disjungantur, ut *Hildan. Cent. 6. Obſerv. 39. p. 347. Riolan. lib. 6. Anthropograph. c. 11. pag. 61. & ſeq. Bartholin. lib. 4. de Oſſib. c. 16. pag. 511.* aliique obſervant; aſt apertura hæc non diu durat, ſed citius ſæpè, quàm egreſſuro fœtui expedit, rurſus concidit & clauditur; ut taceam, longo poſt tempore oſſa illa pubis (das Mutterſchloß) vix adhuc diſtare poſſe. Quid verò per ſignum muliebre (das Weibszeichen) ſub umbilico reperibile ſibi velint, ex inſolitis his nobisque prorſus incognitis loquendi formulis vix ac ne vix quidem divinare poſſumus; exiſtimantes tamen, ejusdem illud valoris dubio procul eſſe, ac id, quod de umbilico expreſſo protulerunt, quæ omnia talia ſunt indicia, quæ plurimis morbis communia eſſe poſſunt. Citrà quæ probè etjam conſiderari debet, quod *Zacchias cit. loc.* monet, ubi inter alia in hæc erumpit verba: Sunt prætereà etiam, quæ uterum à natura patentem aut laxum habent, &c. *vid. pag.* 153. unde pro ſumma potius temeritate haberi debet, de altioris ejusmodi indaginis negotio è lubrico ejusmodi fundamento nihilominus fundamentaliter judicare velle.

Horum intuitu rebusque ita ſe habentibus, non obſtantibus circumſtantiis nonnullis, rem nonnihil aggravantibus Reamque quodammodò ſuſpectam reddentibus, ex principiis Phyſicis & Medicis aliter concludere non poſſumus, quàm omnia ea, quæ tanquam fluxum lochiorum interpretari conantur, omni fundamento carere, ſed ut à nobis præſtitum videtur, ſolidiori fundamento tam rationis, quam experientiæ, pro impetuoſa menſium, tamdiu retentorum, evacuatione habenda eſſe.

Quod alioquin transmiſſa Nobis & putatitia fruſta cranii infantilis attinet, non minus probè ilia examinavimus, nec tamen invenire aut videre poſſumus, illa ab infante quodam profecta fuiſſe, cùm crania ſimilia longè aliter formata ſint, ut omnes in Oſteologia verſati, poſt illorum inſpectionem nobiscum, haud difficulter conſentient. Quam unanimem ſententiam noſtram in ſubſidium veritatis hiſce transmittere, & pro uberiore confirmatione ſigillô Facultatis ordinariô munire voluimus. *Dat. Giſſæ. die 15. Junii Anno* 1669.

Decanus & Profeſſores Ordin.
Facultatis Med. Giſſenæ.

CASUS XVII.
DE
INGRAVIDATIONE PER INSPECTIONEM OCULAREM DETERMINANDA.

Requiſitio.

Ex Actis hisce inquiſitionalibus cognoſcere haud gravatim Excell. Veſtræ poterunt, quâ ratione Anna N. in Thalwitz, accuſata ingravidationis clandeſtinæ, hinc à juratis Obſtetricibus inſpecta, atque communia indicia ingravidationis in corpore ejusdem obſervata. Quia verò ad indagandam veritatem judicio & ſententia Veſtri Collegii opus mihi eſt, hinc peto, ut me informetis: *An hæc notata indicia communia ſint ſufficientia pro*

pro gravidatione concludenda? vel quæ alia requirantur? Dab. N. d. 31. Jul. 1661.

Reſponſum Facultatis Medicæ Lipſienſis; ſcilicet Ingravidationem, ante motum Foetus, ex inſpectione non poſſe tuto determinari.

POſtquàm Dn. judicium noſtrum in forma probante rogavit: *An communia indicia, ab Obſtetricibus in inſpectione notata, ſufficiant pro ingravidatione certò concludenda? vel quæ alia requirantur?* ideò perlectis & conſideratis omnibus, reſpondemus ita: quòd quidem inſolens corporis intumeſcentia, ephelides, aquoſus humor in mammis, nauſea cum lipothymia, menſtruorum ſuppreſſio, (quæ omnia Balneatori Anna N. confeſſa) non levem ſuſpicionem ingravidationis faciant; quoniam verò eadem ipſa indicia etiam in illis reperiuntur, quæ ſuppreſſione menſium laborant, vel chloroſi affectæ ſunt, ideò ex his ingravidatio certò & infallibiliter determinari nequit, niſi præter commemorata indicia, etiam ſpecialia advenerint, circa dimidium geſtationis tempus, v. gr. motûs in utero. Et quia hæc Quæſtio in meris conſiſtit conjecturis, hinc arbitramur unanimiter, quòd in inſpectione notata, & ab Obſtetricibus relata, indicia ingravidationem certò & infallibiliter non ſignificent; Cautionis tamen erit, eam, quia ſemel eſt ſuſpecta, ad tempus aliquod in cuſtodia detinere, ne mali quid machinetur, &c. *Dab. Lipſiæ die 2. Auguſt. Anno* 1661.

CASUS XVIII.
DE
OBSTETRICE EX INSPECTIONE OCULARI IMPRÆGNATIONEM PRÆTERITAM ASSERENTE.

Relatio & Judicium Medici. Actum die 13. *Martii, Anno* 1684.

IN judicium vocatâ Magdalenâ Drittrichiâ, Obſtetrice juratâ, eâque interrogatâ, unde ſciat & exiſtimet, Sabinam Lindneriam ante annum certò gravidam fuiſſe, infantemque peperiſſe, reſpondit, ſe obſervare, inteſtinum rectum captivæ tam amplum eſſe, ut pugnum capere poſſit, hocque indicium eſſe infantis jam editi. Cæterùm & abdomen, ut & oſſa pubis ſatis ampla & aperta eſſe, unde ſe eandem puerperam quandoque fuiſſe concludere.

Supradicta Obſtetricis juratæ depoſitio incerto omninò & lubrico nititur fundamentô. Futile enim eſt, quod hebdomadâ nuper elapſa perhibuit, & affirmavit, verum ſcil. eſſe, incarceratam ante annum peperiſſe. Cùm enim illi objicerem & opponerem, hoc neutiquam ita ſe habere, quod ipſa, tanquam Obſtetrix id certo obſervare & ſolidè explorare poſſit, & ab eadem deſiderarem, ut unicum ſaltem indicium mihi aperiret, unde certò id concluderet, vix aliud reſpondit, quàm DOMINOS (Senatus ſcil. Urbici) hoc ipſum perhibere, vinculis detentam confiteri, certum verò & infallibile ſignum ex illa percipere non potui. Quin res per ſe omni fundamento deſtituta eſt, Obſtetricem aliquam ex ſigno quodam infallibili annotare, & certo decernere poſſe, quod Mulier aliqua hoc vel illo tempore (nedum annô abhinc) ingravidata & infantem enixa fuerit, cum aſſertio ejusmodi, ſi inſpectio non ſtatim & tantum paucis à puerperii diebus effluxis inſtituatur, omnino falſa ſit, quia ſigna partus (utut in una citius quàm in alia) intra paucos ſæpè dies evaneſcunt. Futile quoque eſt, quod de inteſtinô perhibet. Si enim nullum omnino indicium pueri recens & haud ita pridem, nedum ante annum, editi, cumprimis in uterô & partibus genitalibus, denominare & oſtendere novit, ex ſolô certè inteſtinô rectô (ſub uterô locato) ne minimum profectò indicium hauriri poteſt. Quod tandem de abdomine & oſſibus pubis deductis & apertis addit, inde ſc. ſe concludere eandem peperiſſe (non addendo tamen, quô circiter tempore) id omninò obſcurum & vix intelligibile eſt. Abdomen enim in Puerperis ab initio quidem latè diductum flaccidum & rugoſum apparet; aliis vero magisque ſtringentibus partus recens abſoluti ſignis deficientibus, hoc omnino frivolum & falſum eſt. Similiter quoque res ſeſe habet cum apertis, quæ allegavit, oſſibus pubis, cùm hæc talis oſſium pubis diſceſſio & hiatus falſis hypotheſibus & impreſſionibus nitatur.

D. Gothofredus Welſch.

vid. D. Ammanni Irenicum pag. 115.

CASUS XIX.
DE
PUTATITIA DECOLLATÆ GRAVIDITATE.

Requiſitio.

IN recenti adhuc memoriâ verſabitur, quod juſſu Gratioſiſſimo Principali, nuper, die ſcil. 6. hujus, Cadaver aliquod humanum Anatomiæ Publicæ conceſſum fuerit. Quùm verò ab eô tempore tumor non exiguus inter vulgus obortus fuerit, cadaver illud decolla-

tum ſub ipſa ſectione denuò ingravidatum obſervatum fuiſſe; nihilo tamen minus hoc in locô diligens & curatiſſima cuſtodia, quæ Lictori etiam atque etiam commendata erat, neglecta non fuerit; adhæc quoque Inquiſita hîc ante incarcerata, ſi tale quid, in ſeipſa obſervaſſet, aut Judicibus, aut Confeſſionario ſuo dubio procul aperuiſſet eoque ipſo vitam (quam variis aliâs effugiis ſalvare conata eſt) adhuc aliquantiſper conſervaſſet; hinc Dominos meos Honoratiſſimos amicè rogito, velint haud gravatim paucis me certiorem reddere, quô in ſtatu cadaver ſub ipsâ ſectione invenerint, & an rumori ſuborto fides adhibenda ſit, nec ne? ut, ſi res ita ſe habuerit, inquiſitionem quandam inſtituere; ſin minus, hominibus illis os obturare poſſimus. Hoc &c. Querfurthi die 28. Octobr. 1671.

Reſponſum Facultatis Med. Lipſienſis, de Graviditate decollatæ.

NEgativè fuit reſponſum, quoniam ex autopſiâ conſtitit, nullum adfuiſſe in decollatô cadavere fœtum &c.

Ammannus in Praxi Vuln. Lethal. Dec. II. Hiſt. VIII. pag. 190.

CASUS XX.
DE STUPRO VIOLENTO.

Requiſitio.

P. P.

PRæviâ officiorum meorum promptiſſimorum oblatione, Excell. Veſtris hiſce non poſſum non facere notum, quâ ratione Prætor & Aſſeſſores Judicii Lipſienſis, factâ prius delatione virginis cujusdam 17. annorum, contra Andream N. in puncto ſtupri violenti, inquiſitoriè procedere intendant. Protulit autem jam nominata Delatrix in ipſa delatione, quòd intentato, uti vocat, ſtupro violento ſanguinis aliquid per muliebre membrum profluxerit, quo indicium aliquod, contra inquiſitum Andream N. emergere poſſit; hinc ad meliorem defenſionem pro avertendâ, ſcirem libenter, quid de hoc indicio ſtatuendum? Peto itaque perquàm officiosè, velint Veſtræ Amplitudines ad ſubjunctas Quæſtiones:

1. *An profluvium ſanguinis ſit legitimum & adæquatum ſignum ſtupri violenti?*
2. *An unus Maſculus, ſine adjumento alterius intervenientis, virginem 17. annorum, ſine voluntate & permiſſione ejus, violenter ſtuprare poſſit?*

haud gravatim me informare, & primâ quâvis occaſione Reſponſum in forma probante mihi remittere. Lipſiæ &c.

D. J. G. G.

Reſponſum Facultatis Medicæ Lipſienſis,
Scilicet

1. *Profluvium ſanguinis non eſſe adæquatum ſignum ſtupri violenti*, nec
2. *Maſculum unum ſufficere, niſi Fœmina conſentiat.*

CLaritati Tuæ ad Quæſtiones propoſitas ſic reſpondendum arbitramur: quòd 1. Profluvium ſanguinis per loca muliebria, invel ſtatim poſt coitum in nonnullis, potiſſimum tamen in Virginibus, contingens, oriatur quidem à cauſa violenta, nempe ab impetuoſa rigidi penis in loca anguſtiora intruſione, minimè tamen pro ſtupri violenti, ſed potius pro læſæ Virginitatis ſigno habendum ſit. Experientia ſiquidem luculenter teſtatur, quòd in Juvenum, corporis autem proportione, inæqualium Conjugum congreſſu, poſt primam ſtatim noctem, inſignis & periculoſa Hæmorrhagia uteri ſubſecuta fuerit.

2. Si circumſtantias, quæ in actu coëundi concurrunt, conſideramus, non credibile, nec poſſibile videtur, quòd unus Maſculus nubilem virginem (excipe impubem, teneram, delicatam, aut ſimul ebriam puellam) absque ipſius conſenſu, permiſſione, atque voluntate vitiare, aut violento modo ſtuprare poſſit; dum fœminæ cuilibet facilius eſt, ſi velit, penis immiſſionem recuſare, vel multis aliis modis impedire, quàm Viro eidem invitæ planè intrudere.

Lipſiæ &c.

CASUS XXI.
DE ANIMATIONE FOETUS ET PROPAGATIONE ANIMÆ RATIONALIS.

Requiſitio Judicialis, in causâ abacti & expulſi Partus.

P. P.

EX inclusô Additamentô Honoratiſſimi Domini Noſtri pluribus & per ſingulas circumſtantias ſibi referri patiantur, quid diebus nuperrimè diffluxis, cum famula quadam Aulica, MARIA ELISABETHA N. N. Vachenſi Haſſiacâ, in punctô abacti & expulſi partus (de cujus vitalitate, ejusque exſtinctionis causâ, antequam ulterius procedatur, meritò conſiliô & judiciô DD. Medicorum informari cupimus) contigerit.

Poſtquam verò Medicus Alsfeldenſium ordinarius, D. N. Schleirmacherus, qui ad inſpectionem fœtus hujus requiſitus & vocatus erat, in tam arduâ multisque dubiis intricatâ causâ, ſententiam ſuam ſuſpendere, quàm in

in re altioris indaginis certi quid definire & determinare maluit.

Hinc non potuimus non Relationem ejus, annexâ ſpecie Facti, Honoratiſſimis Noſtris Dominis transmittere, obnixè rogando, velint haud gravatim, quoad rem ipſam ejusque circumſtantias, omnia collegialiter ponderare, judicium ſuum ſubactiſſimum & rationale, cum rationibus dubitandi & decidendi, benevolè Nobiscum communicare. Expenſæ pro labore & ſtudio ſolvendæ, certificatione prævià, ſub Reſponſi traditione, cujus maturationem ob moræ periculum obſequiosè rogamus, debita cum gratitudine ſolventur; qui de cæterô juxta cum Votô Divinæ Protectionis & devota noſtrûm commendatione perſeveramus

Honoratiſſ. DNN. Noſtror.

Hirtsbergæ die 25. *Sept. Anno* 1661.

Officioſiſſimi

J. JUSTUS LEUSLER, J. L.

J. MüNSCHER, Prætor Provincialis, ad hunc actum Judices ſpecialiter conſtituti.

Relatio Medici.

P. P.

QUandoquidem die 8. currentis adhuc menſis Septembris, à Meridie Hirtsbergam vocatus fuerim, ut inſpectioni infantuli, pridiè illius diei, à Famulâ illius loci, *Maria Eliſabetha*, Puellâ mediocris ſtaturæ, coloris vividi & viginti circiter annos habentis, intempeſtivè excluſi, cohabitarem, ipſa verò Inſpectio eôdem die, ob prægnantes ſatis cauſas, inſtitui non potuerit, hinc illa die Veneris, qui erat 9. Septembris, in præſentiâ variorum circumſtantium peracta, & inventum fuit, quòd fœtus ſexus maſculini fuerit, octo cum dimidio digitorum transverſorum longitudine, quatuorque ferè digitorum craſſitie, partibus externis in corpore ejus, quoad officula, carnem & ipſam cutem benè formatis, ita ut ungues in digitis haud obſcurè conſpici potuerint: Facie partéque corporis ſuperiori quodammodò palleſcentibus, reſpectu inferioris ſanguine ſuffuſæ: Capite ovi ferè gallinacei magnitudinem æquante, una cum collô, vertebris ſuis capiti adhuc firmiter annexo, à trunco corporis abrupto, in quo pericranium, absque ullis capillis conſpicuum, ut & labia oris, in latere ſiniſtro, diſciſſa erant, quod forficulâ quâdam, poſt fœtum in lucem editum, ex errore aſtantium contigerat: Os hiabat, ut lingua ſufficienter conſpici potuerit, oculis clauſis & quodammodò elevatis exiſtentibus: Naſus perfectè elaboratus erat: Medulla ſpinalis in collo adhuc firmiter hærebat, quæ binorum minimi digiti articulorum longitudine è vertebris dorſi, vacuis quoque exiſtentibus, extracta videbatur: Aſperâ arteriâ ſimiliter in faucibus ſuperioribus adhuc firma, cui inferius exigua pulmonum particula adhærebat, Brachiô ſiniſtrô, cum incumbente ſcapula, à dorsô abruptô: Funiculô umbilicali umbilico adhuc annexô, decem digitorum longitudinem calamique ſcriptorii communis craſſitiem obtinente. Abdomen hiabat, ut inteſtina, materiâ quâdam nigricante referta, è corpuſculo propenderent: Hepate grandiuſculo & colore eleganti, obſcurè rubenti: Cute in dextro crure à genu verſus inferiora quodammodò detractâ: Dorſo verſus lumbos rubicundo-fuſco apparente: Pulmonibus illîc, ubi brachium ſeparatum erat, aliquantulum conſpicuis, elegantibus & pallidè rubeſcentibus: Natibus quodammodò excoriatis & ſanguine ſuffuſis: In crure ſiniſtro, quoad partem poſteriorem, femoris cute omninò detracta, ambobus verò pedibus rubicundis & ſanguine perfuſis.

Quô factô, ſupradicta *Maria Eliſabetha*, juxta ſeqq. articulos examinata fuit, ad quos ſequenti ratione reſpondebat.

Artic. 1. *Quamdiu ſe gravidam fuiſſe exiſtimet?*

Reſp. Se accurratè hoc ſcire non poſſe: Oeconomum ſæpiſſimè illi cohabitaſſe, ſibi tamen citius de imprægnatione ſui ſuſpicionem ortam non fuiſſe; quàm præterito Divi Johannis die, quo ipſo thoracem, quo cingeretur, juſto anguſtiorem eſſe putaverit.

Artic. 2. *Annon cibos nauſeaverit, vel omninò evomuerit, inſimulque abdomen intumeſcere obſervârit, & quamdiu?*

Reſp. Affirm. Seque ante 6. circiter ſeptimanas primâ vice à cibis nauſea correptam, abhinc vomuiſſe.

Artic. 3. *Annon inde collegerit ſe gravidam eſſe?*

Reſp. Neg. Se nihil ſenſiſſe, conjeciſſe tamen, res ſuas minus integras eſſe.

Artic. 4. *Annon motum quendam infantis hactenus ſenſerit?*

Reſp. Negat itidem, nullum unquam.

Artic. 5. *Quô tempore dolores ad partum urgentes inceperint?*

Reſp. Die Martis ſe dolores capitis totiusque corporis ſenſiſſe.

Artic. 6. *Annon durantibus his doloribus, cogitaverit eosdem dolores parturientis eſſe?*

Reſp. Sub principio, ſe cogitaſſe, quòd affectus ſit hyſtericus ſibi familiaris: Cùm verò corpusculum à ſe excludi obſervaſſet, terrore oborto, ſe, quid rei ſit, conſpexiſſe.

Artic. 7. *An infans exitum molitus fuerit, & ad partum urſerit?*

Reſp. Neg. Infantem ad partum non laboraſſe. Multum quidem ſanguinis ante partum effluxiſſe.

Artic. 8. *Annon ſub partu indicia quædam vitæ in infante adfuerint?*

Reſp. Negat.

Artic. 9. *Quo tempore caput ab infantulo ſeparatum fuerit?*

Reſp. Capitellum per integram ferè horæ quadrantem in viis partui dicatis hæſiſſe ibique ſine ulteriori molimine manſiſſe, quapropter ob ſummos inde ſubortos dolores, & inſcia, quòd infantuli caput fuerit, operi manum admovendo ſibi opem tuliſſe, hæcque die Mercurii, cùm nemo domi fuiſſet, omnesque in hortum abiiſſent, accidiſſe.

Artic. 10. *Quamdiu abhinc corpusculum in utero remanſerit, & quando illud rejectum ſit?*

Reſp. Per dimidiam omninò horam ſeque illud, cùm pariter egreſſum denegaſſet, brachio, ut videre liceret, promoviſſe.

Artic. 11. *Annon capite abrupto corpuſculum ſtatim quoque in viis partus hæſerit?*

Reſp. Tam ſubitò ſe nihil ſenſiſſe.

Artic. 12. *An præter nauſeam memoratam alia quoque ſymptomata corporisque ægritudines perceperit?*

Reſp. Nequicquam aliud ſe obſervaſſe.

Artic. 13. *An brevi ante partum ceciderit, ſe contuſerit, onus aliquod gravius elevarit, vel, aliis quibuscunque caſibus abortum hunc promoverit?*

Reſp. Neg. Sibi nihil de hiſce conſtare.

Artic. 14. *An remediis nonnullis abortum procurantibus uſa ſit?*

Reſp. Neg.

Artic. 15. *Quid fuerit?*
16. *Quando adhibuerit?*
17. *A quô acceperit?*
18. *Qui inde ſe habuerit?*
} Ceſſant.

Artic. 19. *Quâ ratione abdomen infra diſruptum fuerit?*

Reſp. Tamdiu ſe traxiſſe, donec omnia excluſa fuerint.

Artic. 20. *An nemo eandem adjutus fuerit hujusque rei notitiam habuerit?*

Reſp. Nemo in hoc univerſo.

Artic. 21. *An ergò nemo ante, & poſt partum penes eandem fuerit?*

Reſp. Neg. Se quidem, rebus ſuis ſic ſtantibus, unam vel alteram perſonam libentiſſimè advocare voluiſſe, ſub anguſtiis hiſce quoque ad feneſtram irruiſſe, & coqui uxorem, nomine proprio appellando, vocaſſe, tum verò temporis neminem ad ſe veniſſe;

Veſperi verò Oeconomum in præſentiâ Famuli Aulici ante fores Cameræ eandem allocutum eſſe & quæſiiſſe, quid ſibi acciderit? Cui reſponſi loco dederit, ſe ipſi rem totam aperturam, ſi reconvaluerit, illumque, ad petitum, ſibi tempore veſpertino hauſtum aquæ vitæ miſiſſe.

Poſtquam verò gratioſiſſimo Illuſtriſſimorum Baronum, illic regentium indultu mihi conceſſum fuerat, ut fœtum domum deportarem, die Sabbathi inſequenti, cùm domum rediiſſem, ſub inſpectione ejus, quantum ob noctem ingruentem & occurrentia nullamque moram ferentia negotia, adhuc fieri poterat, obſervavi: Quòd ne veſtigium quidem omenti adfuerit: Inteſtina meſenterio adhuc inhærentia absque inſigni labore ab eô ſeparari potuerint: Inteſtinum ileum nigricantibus, ſucci coctione inſpiſſati inſtar, ſpiſſis & tenaciter adhærentibus excrementis, magis tamen infra verſus inteſtinum colon, quàm ſupra refertum erat, qualia in inteſtinô cœcô & colô quoque occurrebant: Nec minus in inteſtino rectô nigricantia ſimilia, ſed denſa & duriora, & tanquam in ſcybala condenſata excrementa continebantur: Ventriculus pruni Damaſceni nucleum ferè exæquabat, è quo, nonnihil compreſſo, ex ruffo-albeſcens, quodammodò ſpiſſa materia, piſi minoris magnitudine, per orificium inferius ſ. dextrum profluebat: Oeſophago 2. vel 3. filorum duplicatorum craſſitiem æquante: Hepate ingenti & utrumque latus attingente; cui in loco naturali appenſus folliculus felleus piſum majus adæquabat: Liene è contra exiguo & colore fuſco exiſtente. Renes lupini minoris inſtar & omninò ſpongioſi erant. Veſicam non reperi, quod probabiliter dilacerato abdomini adſcribendum. Vertex in capite unicâ tantum membranâ operiebatur, pericranio cum dura matre continuo: Suturâ ſagittali ad nares usque protenſa, binisque cranii oſſibus circa commiſſuram dictæ ſuturæ, poſt coronalem, ſibi quaſi incumbentibus: Cerebrum molliusculum erat & fluidum: Pulmones, ut ſupra dictum, cor nucis avellanæ minoris magnitudine continebant. Quibus ob ſupradictas cauſas inſpectionem & examen hujus embryonis concludere oportuit.

Quoniam ergò ſupra relata inſpectio potiſſimùm eum in finem inſtituta fuit, ut exinde dignoſcatur, *an fœtus animatus & vivens fuerit, & ita pro perfectô, nondum tamen natô homine habendus?* Tum &, *an indicia quædam adſint, è quibus, an fœtus in uterô maternô, vel in ipsô partu exſpiraverit, aut fœtum expellentibus abactus fuerit, aut & aliæ exſtinctionis illius cauſæ poſſint conſpici*: Mihi verò minus incognitum, quòd ardua omninò, ſimulque admodum intricata multisque dubiis expoſita ſit hæc ipſa materia, de qua illud, quod *Conſentinus Progymnaſm.*

mnaſm.V.ſ. 166. de procreatione animalium in genere pronunciat: quòd de hac ſcil. tanta opinionum diſſenſione certent Autores, ut quò majorem quis operam in perlegendis & expendendis monimentis illorum collocaverit, eò tandem ſeſe rei magis ignarum agnoſcat, ac de veritate planè deſperet &c. optimè in ſpecie ſummoque jure dici poſſit, ut ex ſequentibus elucеſcet; hinc ſententiam qualemcunque ſuſpendere, totumque negotium Doctiorum & Verſatiorum Dnn. Medicorum rationali judicio committere volui.

Ut enim nihil dicamus de Quæſtione: *Utrum anima humana per traducem à Parentibus propagetur, an verò à Deo creata fœtui infundatur?* conſtat tamen, utramque partem dubia ſua hac in parte fovere eaque ſuſtinere.

Enimverò, licet Defenſores traducis in hoc videantur unanimes, animam cum ſemine à Parentibus in ſobolem propagari, attamen nonnulli illorum ita concludunt: Animam humanam ante quadrageſimum diem poſt conceptionem potentiâ tantùm in ſemine eſſe, non actu, poſteà verò, ubi ſemen nonnihil elaboratum, & membra corporis quodammodò delineata ſunt, tum demum per δύναμιν πλαςικὴν, in ſemine hærentem, animam è potentia in actum deduci, excitari & accendi, ita, ut quæ anteà ſolùm latebat in potentia, nunc actu eſſe, vivere & corpus ſuum informare incipiat, citantibus ita *Sennert. Hypomn. Phyſ.IV. c. X. p.* 294. *Sperling. Tract. de traduce p.m.* 16. Alii verò animam à prima conceptione, quamprimùm ſemen Patris & Matris conjunctum eſt, & in uterò Matris retinetur, & corpus formari incipit, adeſſe, qui contrarium ſtatuit, ſive traducis, ſive infuſionis animæ Patronus ſit, eum à verò aberrare putant. *Sennertus l. c. p.* 392. 295.

Non minus Aſſertores creationis circa tempus infuſionis diſſentiunt, dum quidam exiſtimant, id ſtatim poſt conceptionem fieri: Profectò (ſunt *Conſentini l. c. p. m.* 183. verba) ſanior ſententia, cui adhærere par eſt, „negat à progenitoribus dari animas: Sed il- „larum ferendarum rationem uni ac ſoli Deo „ſubjacere decernit. Et paulò poſt: quæ à „Deo poſt conceptionem protinus inſinuantur „in corpus. Cui quoque *Marcus Marci Phil. Vet. Reſtit. part.* 3. adſtipulari videtur, qui, licet circa certum infuſionis animæ tempus determinandum, ob reverentiam ergà Eccleſiam Romanam tergiverſetur, *pag.* 365. *l. c.* tamen fatetur, ſequi videri, fœtui humano nunquam deeſſe animam rationalem, etiam ipsô momentô conceptionis; & *pag.* 376. *n.* 20: Cùm cor ſit principium vitæ reliquorum, rationi conſonum videri, illam (ſcil. animam) tum infundi, quando jam adeſt principium vitæ humanæ. Quod ſi ita eſt, ſequitur, non multò poſt conceptum, & fortè ante diem tertium, uti voluit *Fienus*, hanc infundi. Verùm (ſubjungit) ab opinione jam dictâ auctoritas Eccleſiæ me retrahit, *l. c. pag.* 377. Quò etiam *Hippocrates* abire videtur, ab initio *lib. de ætat. p. m.* 312. inquiens: Porrò vita hominis ſeptem dierum" eſt: primum enim poſtquam genitura in ute-" rum pervenit, in ſeptem diebus habet, quæ-" cunque corpus habere debet. Aliiècontra" obtinere ſatagunt, eô tempore, quô fœtus incipit moveri, vel non ante tertium quartumque menſem, quo tempore cor, cerebrum, jecur, non ſolùm inchoata, ſed abſoluta jam conſummataque ſunt, animam in corpus migrare. *Roder. à Caſtro lib.* 3. *de Nat. Mul. cap.* 18. *fol. m.* 164.

Adhæc negari non poteſt, in definiendo tempore perfectionis fœtus, parilem fere difficultatem occurrere. *Hippocr. l. c.* inquit, quòd genitura poſtquam in uterum pervenit, in ſeptem diebus habeat, quæcunque corpus habere debet: *Lib. verò de Natur. Puer. p. m.* 140. *n. X.* quòd fœmella quidem in 42. diebus ut longiſſimè primam coagmentationem ac coarticulationem accipiat, maſculus verò ut longiſſimè in 30. diebus, idque ex abortibus mulierum probare conatur, *l. c. pag.* 143. Cui & *Fernelius l.* 7. *Univerſ. Med. c.* 10. *pag. m.* 331. ſubſcribit his verbis: Die quidem viceſimô ſeptimô partes omnes & diſpoſitæ & conformatæ quodammodò jam apparent, ſed perfectè in maribus die trigeſimô, in fœminis trigeſimô ſextô. Et *Marcus Marci l. c. p.* 369. *lit. t.* inquiens: Medici marem non ante trigeſimum, fœminam verò non ante quadrageſimum diem abſolvi ſtatuunt. *Ammannus* verò *Paræneſ. c.* 4. *pag. m.* 15. *th.* 13. Puerum 30. dierum ſpatiô formari, Puellas verò 40. fabulam redolere anilem ſentit, moxque addit: Concedo quidem" pro diverſitate ſeminis, uteri & aliarum cir-" cumſtantiarum dari citiorem ac tardiorem" formationem, ſed non habitô reſpectu ad" ſexum, nec tantâ dierum intercapedine." *Roderic. à Caſtro l. ſupra cit.* non ante tertium quartumvè menſem conſummari aſſerit.

Inſuper etiam, quamvis ex ſupra enarratis circumſtantiis concluderetur, fœtum formatum, viventem & animatum fuiſſe, meô tamen, utut tenui, judiciô difficile erit de tempore & causâ extinctionis illius certi quid definire. Licet enim fœtus exſtinctionem non diu ante ejus in hanc lucem proventum contigiſſe, neque fœtum debilitatum fuiſſe exinde conjici poſſet, quod fœtus, proportione habitâ, carnoſus, dorſum, nates magisque crura ſanguine recenti ſuffuſa, viſcera quoque ſine vitio ſubſtantiæ & coloris minimeque flaccida fuerint, nihilo tamen minus meo quidem, ſalvo tamen omni meliori, judicio quali quali, exiſtimo arduum & difficile eſſe, ex hiſce circumſtantiis fundamentaliter

ter decidere, an fœtus ante partum (quia Mater ſe nullum conatum exeundi ab illo percepiſſe perhibet) aut in ipſô partu, ob labores, vel avulſionem capitis: Aut per fœtum expellentia, vel menſes moventia (quod tamen Maria Eliſabetha fateri recuſat) aut per hæmorrhagiam uteri, immediatè ante partum accedentem (quia de nullâ ægritudine, nullis animi affectibus, aut aliis externis cauſis quicquam ſe ſcire ait) exſtinctus & abactus fuerit?

Quapropter Vos, Honoratiſſ. Domini, etiam atque etiam rogatos volo, velitis negotium hoc juxta circumſtantias ſuas collegialiter ponderare & perpendere, Veſtrumque judicium ſubactiſſimum & ſententiam ſuper hujus fœtus qualitate, *an ſcil. animatus & vivens exſtiterit, ac pro perfectô homine, nondum tamen natô, habendus ſit*, ejusque exſtinctionis cauſam, cum rationibus dubitandi & decidendi, pro exſolutione præmii (quod haud gravatim mihi determinari velim) gratioſè mihi impertire. Quod ut erga Honoratiſſimos meos Dominos rurſus demereri liceat, omnem lapidem movebo, Vos Divinæ Protectioni devotiſſimè committendo. *Alsfeldiæ die* 17. *Septembris* 1681.

Honoratiſſimorum meorum
Dominorum

Officioſiſſimus

Joh. Bartolom. Schleirmacher,
Med. Ord. ibid.

Reſponſum Facult. Med. Giſſenæ in cauſâ Partus abacti.

POſtquam Nos Decanus & Profeſſores Ordinarii Facultatis Medicæ h. l. à Dn. *Juſtô Leuslero, J. L.* & Dn. *J. Münſcherô*, Prætore Provinciali Hertzbergenſi, tanquam ad hunc Actum ſpecialiter conſtitutis Judicibus, die 23. Septembris hujus anni, per literas requiſiti fuimus, ut in cauſâ abacti & expulſi fœtus. Relationem, hunc in finem à Medico Ordinario Alsfeldenſi, *Dn. Schleirmacherô* deſcriptam nobisque transmiſſam, cum annexâ Facti Specie, quoad rem ipſam ejusque circumſtantias collegialiter ponderaremus, & præſertim de binis hisce quæſtionibus:

1. *An Fœtus animatus & vivens exſtiterit, & pro perfectô, ſed nondum nato homine habendus?*

2. *Quænam Extinctionis fœtûs cauſa cenſenda ſit?* Sententiam noſtram, cum rationibus dubitandi & decidendi impertiremus: Hinc petitioni huic aſſurrecturi, Relationem æquè à Dn. Medicô eleganter expeditam, ac ipſam Facti Speciem diligenter perlegimus, & utramque, juxta omnes & ſingulas illic occurrentes circumſtantias, maturè disćuſſimus & perpendimus.

Primam ergo quæſtionem quod attinet: *An Fœtus animatus & vivus exſtiterit, ac pro perfecto homine, ſed nondum natô, habendus ſit?* illa ſtatim à principio ad aliam, multo difficiliorem quæſtionem nos quodammodò deducit, in quâ de Ortu Animæ Rationalis agitur. Licet enim quidam è Medicis & Philoſophis exiſtiment, nullam eſſe rationem, cur de verâ Animæ Rationalis origine invenienda deſperemus, ſi modò præjudicia ex animô ſeponantur, ut penes *Deuſing. in Secundin. Fœtus Muſſipontan. Sect.* 10. *& Diſſert. de Ortu anim. hum. c.* 2. §. 37. *ſeq.* aliisque videre licet; attamen Experientia docet, quod etſi tam ab iis, qui Animæ à Deo creatæ infuſionem defendunt, quàm ab illis, qui Ejusdem per traducem à Parentibus propagationem ſuſtinent, integri commentarii de hac materia in lucem fuerint editi, nulla tamen pars controverſiam hanc ex fundamentô decidere potuerit, ſed illi ad confictam diſtinctionem Animæ Rationalis & Corporeæ in Homine, cùm *Williſio Tr. de Anim. Brut. part.* 1. *cap.* 1. *&* 2. & aliis confugiant, hi verò modum traducis in ſuſpenſo relinquant, adeóque utrobique multa nos Naturæ myſteria ignorare, eaque neſcire, quæ Magiſter Optimus neſcire nos voluit, eruditam inſcitiam eſſe, tandem tacitè vel apertè confiteri teneantur, ut apud *Sennertum in Hypomn.* 4. *c.* 14. *p.* 323. (quem *Horſt. T.* 1. *p.* 214. ſequitur) aliosque pluribus videre licet. Quacunque verò ratione ſe res habeat cum arduâ hacce controverſiâ, noſtro quidem judicio, in præſenti caſu ea remoram nobis objicere non poterit, multò minus opus erit, ut rationes pro & contra fusè adducamus, cùm plerumque tam Medici, quàm Juris Conſulti unanimiter eò tendant, quòd in ſimilibus caſibus & ubi de procuratô abortu agitur, potius ad hominem perfectum, quàm perficiendum reſpiciendum ſit, quæ perfectio non tam in Animâ vel formâ, utpote quæ ſubſtantiæ eſt immaterialis, nullamque, etiam quoad ſui perfectionem, diviſibilitatem admittit, quàm potiùs in membris corporis ritè & ad operationum ſufficientiam elaboratis conſiſtit & circa medium geſtationis tempus contingit. Indignum enim eſſe videtur, humanam formam, quæ omnium eſt præſtantiſſima, rudem atque informem ſubſtantiam nullisque organis elaboratam actuare, verbis *Fortun. Fidelis lib.* 3. *de Relat. Medic. c.* 2. *p.* 439. idque tam in defenſione traducis, quàm Infuſionis Animæ &c. locum habet. Quodſi jam partes hujus fœtûs, tam internas, quàm externas, in Relatione & Hiſtoriâ Anatomicâ ſingulari diligentiâ deſcriptas, ulterius pro rei dignitate conſideraverimus, ita ſe habere videntur, ut partim in ſtatu naturali manſerint, partim verò, ob cauſas externas & partus violentiam inſigniter violatæ læſæque fuerint. E poſterioribus his, ob inſignem illarum mutationem

nem parum certitudinis, ad principalem quæſtionem facientis, deſumi poteſt: Priores verò quod attinet, quamvis nonnullæ pro vitalitate fœtûs adduci poſſent, attamen aliarum, quæ contrarium evincunt, longè major ſe numerus trudit.

Vitalitatem Fœtus comprobare videntur: 1. Ungues, cùm, ut carentiam horum pro ſigno non vitalis fœtus habet, *Hippocr. in lib. de ſuperfœt. ſect.* 2. *text.* 21. *&* 22. ita ex adverſo præſentia illorum contrarium evincere videtur. 2. Meconium quoque in inteſtinis inventum indicia quædam præbet, fœtum jamdum vitalem fuiſſe, quùm excrementa naturalia, tanquam effectus, teſtentur de causâ ſua, h. e. nutrimento jamdum à calore vitali probè elaborato. Quin & 3. huc accedit ventris Matris circa finem Junii intumeſcentia, cum accuſata famula in Reſp. ad Art. 3. confeſſa ſit, ſe præterlapſo Div. Johannis die ſe impraegnatam ſenſiſſe, quo tempore thorax, pectus inveſtiens, ipſi ſtrictior ſolito videbatur. Quodſi jam tempus hoc ad 7. Septembris, quo infans à puella, vi Relationis excluſus fuit, usque ſupputetur & cum ſolito alias termino partus conferatur, omninò videri poſſet, fœtum jamdum vitalem fuiſſe. Quamvis enim terminus partus tum exactè determinari non poſſit, ut ex *Hippocr. in* 1. *de Diæt. Sect. XII. text.* 14. *ſeq. & Sect.* 19. *text.*5.10.*ſeqq.* eluceſcit, & à *Zacchiâ Quæſt. Medico-Leg. Tit.* 2. *qu.* 1. §. 3. fusè deducitur, plurimi tamen Medici in eo conveniunt, quòd terminus naſcendi communis ſit finis noni & principium decimi menſis, de quo apud *Horſt. T.* 1. *pag.* 125. & in *Diſſert. de Cauſ. ſimil. & disſimil. in Fœt. reſpectu Parent. pag.* 463. *& ſeq. Deuſing. Microcoſm. Geneſ. part.* 3. *ſect.*2. §. 85. *&* 94. *ſeq.* plura leguntur, quibus & ea, quæ in Relatione ex *Ammanno* allegantur, conſentiunt.

At verò ſi conſideramus, quòd apud *Ariſt.* 2. *Hiſt. animal. cap.* 3. quidam ex immodico ſalis uſu, à prægnante uſurpato, ſine unguibus nati fuerint; cujus rationem affert *Mericurialis Lib.* 1. *de Morb. Mul. cap. ult.* Aſſatio excrementorum quoque ex calore immoderatiore aliisque, cauſis oriri poſſit: Senſus intumeſcentiæ ventris ſimiliter à flatibus, ſive collectis humoribus provenire potuerit: & deſuper ea, quæ contra vitalitatem militant, momenta examinaverimus, longè ſanè majoris hæc ponderis erunt, quàm prius enumerata.

Dum enim parte 1. Embryonis hujus quantitas 8½. digitos longa & 4. fere digitos craſſa fuiſſe in Relatione dicitur, dimenſio talis ad imperfectiorem fœtûs formationem multò propius accedit, quùm & Oſteologia fœtuum ſimilium idem demonſtret, de qua *Kerckringius in Oſteogeniâ Fœtuum* legendus. Quod eò magis confirmatur, quoniam 2. caput Embryonis non niſi magnitudinem ovi gallinacei exæquavit, cùm tamen certum ſit, quod in Fœtu caput proportione reliqua membra ſuperet. 3. quoque nulli in capite capilli adfuére, imò 4. Ventriculus, oeſophagus, cor, &c. tam exigua fuerunt, ut citius inchoatis quibusdam rudimentis, quàm perfectè elaboratis tum viſceribus, tum partibus, annumerari mereantur. E quibus conſequenter, fœtus imperfectior potius, quàm perfecta efformatio colligenda. Si porrò expendimus, quî ex parte Matris res ſe habuerit, non minus diverſa ſe indicia produnt, quæ, ut nunquam non contra fœtus vitalitatem militare ſolent, ita & in præſenti caſu benè obſervanda ſunt: 1. enim juxta tenorem Relationis ſæpiùs allegatæ, Famula Aulica ſub principio menſis Auguſti nauſea & vomitu correpta fuit, quæ ſymptomata alias communiter ſub primis geſtationis menſibus prægnantibus incommodant, vel ſi tardius affligant, abortum quoque cauſari valent; unde denuò ratione conceptionis (quæ jamdum ſæpè fallaciſſima eſt, juxta *Hippocr. de Nat. Puer. ſect.* 39. *text.* 7.) haud pauca ſuboriuntur dubia. Juxta hæc 2. nullum unquam fœtus motum ſenſit, ut ex Reſp. ad art. 4. videre eſt, dummodò narratio hæc veritati fuerit conſentanea. Quò poſtmodum 3. uteri hæmorrhagia ante partum accedit, quæ ut aliâs fœtus debilitatem facile infert, ita abortum pariter cauſari valet, quod non tantum Practici Celeberrimi, ſed & quotidiana Experientia teſtari poterit. Circumſtantiis ergò ita ſe habentibus, Medicis æquè ac Phyſicis principiis conſentaneum eſſe ducimus, quòd in præſenti Caſu neque ex Facti Specie, neque annexâ Relatione, Vitalitas Fœtus indubitatò & apodicticè concludi, multò minus demonſtrari poſſit. Ita quidem, ut propterea 2. *Quæſtio*, extinctionis cauſam concernens, ſponte ſuâ cadat; & licet etiam fœtus ab initio vitalis fortè fuiſſet, quod tamen, ut ante dictum, difficulter probari poteſt, talia nihilominus dubia rurſus occurrunt, tam ex parte Matris, quàm Embryonis, ut difficilimè ad verum & infallibile fundamentum devenire poſſimus.

Siquidem ratione Matris, utut aliâs laudabilis conſtitutionis fuerit, in ipſo ætatis flore vixerit, neque affectum quendam p. n. perpeſſa ſit, plethorica tamen ejus diſpoſitio Embryonem ſuffocare, aut difficultatem partus, præſertim in primiparâ, mortemque ſtatim à principio inferre potuit, licet ex parte Embryonis carentia motus, adeóque & vitæ ejus, vel & hæmorrhagia uteri, ſi illa copioſior, talem partus difficultatem potiùs promoviſſe videatur.

Quam unanimem noſtram ſententiam ſigilo Facult. Ord. confirmamus. *Signatum Giſſæ die 2. Octobr.* 1681.

Decanus & Profeſſores Ord. Facultatis Med. Giſſ.

CASUS XXII.
DE DETERMINATO VITÆ TEMPORE IN EMBRYONE.

Reſponſum Facultatis Medicæ Giſſenæ, in cauſâ procurati Abortus, in ſpecie verò, de remediis quibusdam abortum procurantibus, & de determinatô vitæ tempore in Embryone ejusque magnitudine.

QUandoquidem Ampliſſima Facultas Juridica hujus loci, juxta tenorem Scripti, ab illuſtriſſimi Comitis Naſſoico-Saræpontani DNN. Conſiliariis, Weilburgo, die 3. Octobris, hujus anni, ad Eandem dati atque exarati, Nos requiſiverit, ut deſuper duabus ultimis quæſtionibus illîc contentis judicium noſtrum impertiamus; Hinc Nos Decanus & Profeſſores Ordinarii Facultatis hujus loci Medicæ, præviâ ſedulâ perlectione Actorum transmiſſorum & accuratâ ponderatione omnium & ſingularum circumſtantiarum illîc occurrentium, Principiis Artis Medicæ, à ratione & experientiâ depromptis, conſentaneum eſſe ducimus:

Et quidem 1. quæſtionem quod attinet: *An ſcil. remedia ad abortum procurandum adhibita ſuffecerint?* Ex Actis perſpicimus, ab Inquiſitâ diverſa remedia fuiſſe adhibita, SABINAM v. g.

Reſp. ad Art. 10. Prot. 15. Julii.
ad Art. 8. 10. Prot. 21. Julii.
ad Art. 5. 7. Prot. 7. Aug.
ad Art. 5. Prot. 8. Aug.
ad Art. 30. Prot. 15. Aug.

SAPONEM VENETUM,
Reſp. ad Art. 10. Prot. 15. Julii.

PERICLYMENON (vulgò Wüllenweiden, Herr-Gottsweiden, unſer Liebfrau-Tropff,
Reſp. ad Art. 12. Prot. 27. Julii.
ad Art. 7. 30. Prot. 7. 15. Aug.
ad Art. 1. Prot. 24. Septembris.

LIGATURAM STRICTAM,
Reſp. ad Art. 8. 10. Prot. 31. Julii
ad Art. 4. Prot. 8. Aug.
ad Art. 30. Prot. 15. Aug.
ad Art. 1. Prot. 25. Sept.

HERBAM FLOSCULIS RUBRIS inſtructam & in pratis reperibilem,
Reſp. ad Art. 8. Prot. 7. Aug.
ad Art. 30. Prot. 13. Aug.

RUTAM,
Reſp. ad Art. 30. Prot. 12. Aug.

BACCAS LAURI,
Reſp. ad Art. 4. Prot. 17. Aug.

Omnia hæc ante deſcripta remedia in genere ita comparata eſſe invenimus, ut iisdem Natura, vel à Medicis ita dicta Facultas Uteri expultrix, irritari poſſit, aut occaſionem nanciſci, ea ex Utero expellendi, quæ in eô continentur.

Ut verò in ſpecie & in particulari de cujuslibet, è mediis illis in libello adductis, virtutibus & operationibus nonnulla adferamus, SABINA certè, ob vim penetrantem & non tantùm menſes, ſed & ſanguinem per urinam pellentem, Mulieribus uterum gerentibus, tanquam abortivum quid, pro ſummè nocivâ etiam ab Antiquioribus Medicis habita fuit. Hinc *Dioſcorides lib.* 1. *de Mat. Med. c.* 104. ſcribit: cum vinô pota (ſcil. Sabina) ſanguinem per urinam educit & partus expellit. Id ipſum tum appoſita, tum etiam ſuffitu præſtat: & *Galen. lib.* 6. *de ſimpl. med. facult.* eſſentiæ tenuitate menſes quoque provocat, ut ſi quid aliud, & ſanguinem per urinas movet: Fœtum etiam viventem interficit & mortuum educit. Quapropter etiam in Rebuspublicis probè conſtitutis Pharmacopœis, vi juramenti præſtiti, incognitis & ſuſpectis perſonis herbam hanc divendere non licet.

Similiter res ſeſe habet cum SAPONE in genere & imprimis Sapone VENETO, utpote qui ob Salis acerrimi, in lixiviô aut cineribus clavellatis, præparationem Saponis ingredientibus, reconditi vim, penetrantisſimus quoque eſt. Hinc *Auctor lib. de ſimpl. medicament.* omnis, inquit, Sapo acriter relaxare poteſt. Nec ignotum eſt, ſolutionem Saponis c. ▽ factam, ſi à brutô imprægnatô ſeu uterum gerente aſſumatur, fœtum adhuc immaturum abigere.

PERICLYMENON, aliâs Caprifolium & lilium inter ſpinas dictum, eandem facultatem habet, dum non tantùm urinam potenter movet, adeò quidem, ut & ſanguis ſæpè inſequatur, ſed & partum promovet, ut idem è Veteribus *Dioſcorides lib.* 4. *Mat. Med. cap.* 14. è Recentioribus verò *Leonhard. Fuchſius Hiſt. Plant. c.* 250. *Petrus Andr. Matthiolus lib.* 4. *Herb. cap.* 17. aliique pluribus teſtantur.

Quantum LIGATURA STRICTIOR abdominis imprægnatis noceat, & qua ratione vaſa ſanguifera in fœtu ea mediante coarctentur, & ita ab una parte debitum illi nutrimentum ſubtrahatur, ab altera verò parte ſpatium illi ad ulteriorem accretionem denegetur, quodvè ſufficere hoc poſſit ad abortum procurandum, id jam per ſe elucescit facilèque colligitur, teſtante id *Galeno* quoque *in Comment. ad* 65. *Hipp. aphor.* 24. his verbis: Ex defectu alimenti fœtus deſtruitur, alibi

ſcil.

ſcil. *Lib.* 3. *de Nat. Fac. cap.* 12. inquit: Uteri ubi diſtendi amplius non tolerant, quod offendit, abjicere properant.

HERBA RUBRIS FLOSCULIS inſignita & in pratis reperibilis, nominata quidem non eſt; quodſi tamen, ut credibile eſt, CENTAURIUM MINUS forte ſit, ſanè & illud communi Scriptorum Probatiſſimorum ore medicamentis emmenagogis adſcribitur, non tantum externè, in formâ peſſi uterini, adhibitum, teſte *Dioſcorid. lib.* 3. *Mat. Med. cap.* 9. ſed & internè aſſumptum, ut idem atteſtatur *Hieron. Tragus part.* 1. *Herb. c.* 43. *Caſt. Durant. in Herb. hoc tit.*

De RUTA hoc in paſſu ſæpius allegatus *Dioſcorides* non ita benignè judicat, dum *lib.* 3. *Mat. Med. c.* 52. Genituram, inquit, ſeu eſitata, ſeu pota Ruta exſtinguit. Quin & ejusdem ſententiæ eſt *Plinius lib.* 20. *Hiſt. Nat. cap.* 13. ubi de Ruta ſcribit: Urinam quoque vel cruentam pellit, fœminarum etiam purgationes ſecundinasque, etiam emortuos partus, ut *Hippocrati* videtur, & *in fine l. c.* Præcavendum eſt Gravidis: Abſtineant hoc cibo: Necari enim partus invenio. *Simon Sethi*, atteſtante hoc *Leonh. Fuchſio c.* 236. *Hiſtor. Plant.* pariter conſentit, his verbis: Fertur, quod, ſi prægnans mulier ex ejus (rutæ) ſuccô bibat, abortiat: Et ſi in dies quindecim folia aſſumat, idem facit.

BACCAS LAURI quoque Gravidis perniciofas eſſe, inde licet concludere, quòd juxta *Matthioli*, *Tragi* aliorumque pronunciata, iisdem ſecundinæ pellantur. Imò *Caſtor Durantes* in *Herb. ſuo* expreſsè profitetur: Baccarum lauri n. vii. à muliere prægnante paulò ante partum aſſumptis, partum accelerari.

Quoniam igitur incarcerata per quatuor, & quod excurrit, ſeptimanas, antequam embryonem excluſerat, fortiſſimam abdominis ligaturam adhibuit, decoctis etiam illis, & potionibus, & ſic ſupra enumeratis mediis ad unum omnibus uſa fuit, juxta Reſp. ad Art. 1. Prot. 25. Sept.

Hinc exiſtimamus illa ſatis ſufficientia & potentia fuiſſe ad fœtum abigendum.

Ut verò alteri ſimul Quæſtioni ſatisfacimus: *An præſumendum ſit, embryonem determinatæ illic magnitudinis, palmaris ſcil. longitudinis, jamdum vitalem fuiſſe, aut eſſe potuiſſe?* Vel exinde arduum erit & difficile, quòd magnitudo infantulorum præcipuè à conſtitutione Parentum, eorumque vitæ genere ſimul dependeat; inſuper etiam embryones in uterô maternô non eodem ſemper modô incrementum capiant, ſed ex plurimis & diverſis intervenientibus cauſis, tam internis, quàm externis, accretio illorum aut promoveatur, aut ſufflaminetur.

Interim tamen cùm in præſenti caſu ob ligaturam ſtrictiorem, & hanc conſecutam nutrimenti ſubtractionem, ut & ſpacii anguſtiam, fœtus debitô modo ſuccreſcere non potuerit, cum pro conditione ſpatii fœtus in utero augmentetur, juxta *Hippocr. lib. de Genit. circa fin.* his verbis: Puer ſi ampliore loco incrementum accipiat, major: Sin verò anguſtiore, minor evadit: Adhæc quoque aliæ adhuc circumſtantiæ acceſſerint, quòd ſcil. inquiſita motum embryonis ſenſerit, juxta depoſitionem

ad Art. 28. Prot. 15. Aug.
ad Art. 4. Prot. 17. Aug.
ad Art. 1. Prot. 25. Sept.

Similiter, quòd ſextô menſe, adeòque eô tempore, quô omnes embryonem vitalem eſſe cenſent, abortierit;

Hinc utique præſumere licet, fœtum ſupradictæ magnitudinis vitalem fuiſſe. Quòd in ſubſidium veritatis atteſtari voluimus, plenioris fidei gratiâ Sigillo Facultatis Ordinariô hæcce confirmando. *Signatum Giſſæ Menſ. Octobr. Anno* 1668.

Decanus & Profeſſ. Ord.
Facult. Med. Giſſ.

CASUS XXIII.
DE VITALITATIS TEMPORE IN EMBRYONE & ABORTU TRIMESTRI.

Requiſitio.

ALexander, Vir juvenis & robuſtus anno ætatis 34. cum Eleonorâ, Virgine ſeptendecim annorum, optimæ educationis & honeſtæ famæ, anno 1696. die 18. Novembr. nuptias celebravit, quæ abhinc die 22. Febr. anni 97. poſtquam ante duos dies inſigni terrore perculſa, & in terram præcipitata fuerat, puellum in lucem edidit, qui nonnulla quidem vitæ indicia præbuit, & perfectè è partibus tenerioribus efformatus, vix tamen ad dimidiam magnitudinem, in aliis aliâs infantibus conſpicuam, deductus & prætereà, ut fœtus immaturi & abortus aſſolent, omninò rubicundus fuit, ac paulò poſt, intra horas aliquot exſpiravit. Jam quæritur: 1. *An à die* 18. *Novembr. Anni* 96. *usque ad* 22. *Febr. anni* 97. *partus quidam vitalis eſſe poſſit?* & *An* 2. *Alexander infantem hunc pro ſuo & pro partu legitimo habere debeat?*

Reſponſum Facultatis Medicæ Erfurtenſis, de Vitalitate & legitimitate Abortus trimeſtris.

P. P.

QUandoquidem datis ad Nos literis Cl. Tuæ referre placuerit, quâ ratione Alexander, homo juvenis & robuſtus, anno ætatis 34. cum Eleonora, Virgine 17. annorum,

bonæ educationis & honeſtæ famæ, anno 1696. die 18. Novemb. nuptias celebrârit, hæcque die 22. Febr. anno 97. poſtquam ante 2. dies perterrefacta in terram ceciderat, puellum in lucem ediderit, qui nonnulla quidem vitæ indicia de ſe præbuerit, perfectè etiam, utut membris tenerioribus efformatus, vix tamen ad dimidiam, in aliis infantibus conſpicuam, magnitudinem deductus, & præterea, inſtar fœtuum immaturorum, prorſus rubicundus fuerit & paulò poſt, intra horas aliquot, omninò exſpiraverit: Simulque ad 2. allegatas quæſtiones reſponſum & judicium noſtrum Medicum deſideraverit: *An*, ſcil. 1. *fœtus hic vitalis eſſe potuerit*, & 2. *An Alexander teneatur*, *ut infantulum hunc pro filio ſuo legitimo agnoſcat*? Hinc caſum allegatum collegialiter & maturè ponderavimus, Teque deſiderati Reſponſi loco celare nolumus, quòd figuratio & efformatio fœtus certis diebus præcisè adſtringi nequeant, ſiquidem pro diverſitate ſeminis, uteri & aliarum circumſtantiarum datur citior & tardior formatio fœtus; quoniam igitur juxta relationem impertitam, Alexander Vir ſanus, juvenis & robuſtus, Eleonora quoque in ætatis flore conſtituta fuit, mirum non eſſet, ſi fœtus citius quodammodò, ac aliâs communiter fieri ſolet, motum quendam & perfectionem fuerit nactus; ſiquidem exempla non deſunt, quod V. VI. & VII. menſe ſubinde partus vitales & perfecti in lucem fuerint editi, qui dubiò procul medio geſtationis tempore ſe moverunt, vixêrunt, & ex parte in vivis permanſerunt, ut ê plurimis *Hiſt. & Obſerv. Med.* ſcil. *Speronii*, *Salmuthi*, *Alphonſi à Caranza*, imò & è *Medic. Critic. D. P. Ammani Caſ.* 68. eluceſcit.

Quod II. Quæſtionem attinet, non videmus, quî, ob argumenta modò memorata, ipſe Alexander hunc per lapſum improviſum & terrorem præmature editum filiolum, pro ſuô agnoſcere non poſſit? Quæ Nob. Tuæ deſiderati reſponſi loco aperire voluimus. *Sign. Erfurti, die* 26. *Maji* 1698.

Decanus, Senior aliique Facult. Med. Profeſſores h. l.

CASUS XXIV.
DE COMPUTANDA GENERATIONE HOMINIS.

Judicium D. Laurentii Strauſſii, Prof. Giſſ. deſuper Quæſtione: Qualesnam menſes illi ſint, ſecundùm quos Medici partus tempora computare conſueverunt? Solares, an Lunares?

P. P.

Ad quæſtionem: *Qualesnam menſes illi ſint, Solaresne, an Lunares, ſecundùm quos. Medici partus tempora numerare conſuevêrunt?* ut breviter reſpondeamus, quandoquidem temporis brevitas, ut ſingula deducantur, haud permittit: In limine notari meretur, ipſum Hippocratem modò Lunares menſes adhibere, ut ex *lib.* περὶ ἑπταμήνου ſtatim ab initiô videre eſt, modò ſolares agnoſcere, ſicut ex *lib.* περὶ ἀρχῶν. *it. lib.* 1. *de aliment. &* 2. *Epid. Sect.* 3. patet. Hinc in diverſas etiam Auctores abire videmus ſententias, quorum alii lunarem menſem, & quidem conjunctionis (quem menſem ſpatium 29. dierum cum dimidiô & 44. minut. conſtituit) intelligendum exiſtimant, ſeque libentius amplecti inter alios fatetur *Paul. Zacchias Q. Q. Medico-Legal. Tit.* 2. *q.* 2. *pag. mihi.* 129: Alii verò Solares potius menſes (quos dierum 30. eſſe ex allegatô locô Hippocr. conſtare poteſt) agnoſcendos hîc eſſe judicant, hosque verè Hippocraticos eſſe, ex auctoritate Hippocr. contendit *Andr. Laurent. Hiſtor. Anatom. lib.* 8. *qu.* 30. *p.* 703. ubi quoque in partus computatione tales eſſe accipiendos, non verò lunares concludit. Verum enim verò ſilentiô nunc involutis iis, quæ in conciliationem loc. Hippocr. dici poſſent, illorum præ reliquis calculum mereri ſententia videtur, qui parum referre arbitrantur, ſolaremne, an lunarum menſem obſervemus, tum quod utrumque luminare ad rerum naturalium, adeóque ad mirandam hominis generationem plurimum facere, ex tot quotidianæ experientiæ documentis conſtet, tum etiam, quòd parvum intercedat intervallum, ſiquidem menſis lunaris conjunctionis nonniſi 12. ferè horis brevior ſolari eſt: Jam verò, dum in operosâ humani fœtus fabricâ, quam longiùs tempus requirere & Philoſophi & Medici conſentiunt, tam breve diſcrimen non magni poterit eſſe ponderis, ita ut, veluti modò innui, qui utrumque menſem obſervandum ducunt, præterquam quod ipſum Hippocratem Ducem habere videantur, non ita multum à viâ aberrare queant. Cæterum hoc in difficili negotio ſubinde conſiderandum venit, quamvis naturam & homini & cæteris quibuscunque animalibus certum ortus ſui terminum conſtituiſſe dubitari non poſſit nec debeat, ſiquidem id abunde ab Auctor. alibi probatur; in homine tamen præcipuè hunc ipſum terminum congruam & rationalem latitudinem habere, neque ad præſcriptas horas, ſed neque ad dies neque hebdomadas, uti ſcribit laudatus *Paulus Zacchias Tit. cit. p.* 3. determinari debere, idque partim ob tantam individuorum multitudinem, partim quoque temperamentorum in illis variationem; ut non dicam jam, quod in numerô menſium computando non rarò mulieres egregiè decipiantur. Et hæc de quæſtione hâc

hâc pro temporis brevitate conſignare licuit, quæ omnia melius ſentientium judicio ſubmitto.

Laurentius Strauß, D.

CASUS XXV.
DE PARTU QUINQUEMESTRI.

Requiſitio.

P.P.

Titius in vicinia per integrum annum uxorem ſuam Sejam non cognovit, poſtmodum autem die 14 April. Anno 1656. domum reverſus, peperit Seja die 25. Septembr. ejusdem anni filium omnibus modis abſolutum, de quo dubitant plurimi, *an partus ſit legitimus?* Quamvis verò antiqui Philoſophi pariter atque Medici ejus ſint opinionis, quòd ante ſeptimum menſem, vel 182. dies, nullus fœtus vivus naſci, & vivus manere poſſit, docente ſic *Ariſtotele lib.* 7. *H. A. c.* 4. quem imitatur quoque *Romanus Medicus, Paulus Zacchias Qu. Med. Leg. lib.* 1. *qu.*2. *n.* 13. & Leges Pandectarum, veterum Medicorum ſententias amplectentes, l. 12. ff. de ſtat. hom. Tiraquell. in L. ſi unquam. C. de revocand. donat. n. 20. & ſeq. nihilominus, quoniam Recentiores Medici experientiâ edocti, quòd etiam *quinto* & *ſexto* menſe vivi naſcantur fœtus, prout *Speronius in Semeſtr. Dial. de Temp. partus. Salmuth. ad Pancirollum Tr.* 2. *Rer. memorab. C.* 10. & præprimis *Alphonſus à Caranza in Tract. de partu nat. & legitimo c.*9. *de quinquemeſtribus & ſemeſtribus* prolixè probant, quos plerique etiam ſequuntur JCti, prout licet videre ex *Renato Choppino de Privileg. Ruſtic. L.*3.*C.* 8.*n.*5. *Caranza loc. cit.* qui arbitratur, quod l. 3. C. de poſth. hæred. inſt. citatas leges Pandectarum emendet, vel corrigat, quandoquidem etiam *D. Carpzovius in Iurispr. Eccleſiaſt. L.* 2. *Defin.* 227. *n.* 3. docet, *quòd partus quinto & ſexto menſe natus quandoque pro legitimo ſit habendus*: multò magis hîc locum habebit, quia partus Sejæ admodum fuit debilis, ut vino lavari, aliisque remediis refocillari, neceſſum habuerit. Quæro itaque Excellentias Veſtras perquàm officiosè, ut pronuncient: *An hic Sejæ partus pro legitimo ſit habendus?* &c. Dab. N. die 8. Martii, Anno 1657.

Reſponſum Facultatis Medicæ Lipſienſis; ſcilicet Partum hunc quinquemeſtrem eſſe legitimum.

Quæſtioni propoſita ut ſatisfieret, deliberationem Collegialem inſtituimus, itaque ſtatuimus: non obſtante veterum Philoſophorum ac Medicorum opinione, quòd omninò poſſibile, naturale, nec novum ſit, quinto vel ſexto menſe perfectum & vivum infantem naſci poſſe, etiam ſic, ut poſſit eſſe ſuperſtes. Hujus aſſertionis non ſolùm ex hiſtoriis & obſervationibus Medicorum innumera proſtant Exempla, verùm etiam hâc quoque in civitate idem contigit, quod Vir quidam præcipuæ notæ, brevi poſt quintum menſem, vivum in cunis amplexus fuerit infantem, & intra decennium tres ejusmodi Caſus ad nos delati, quorum deciſiones etiam à nobis ſimili fundamento factæ. Inſuper quia in transmiſſo Caſu non expreſſum: 1. an primum fuerit Sejæ puerperium? vel 2. an Titius ex Seja jam liberos ſuſceperit? attamen ex circumſtantiis allegatis apparet, quòd Seja tempore geſtationis variis incommodis, atque affectibus, juſtô terrore, curâ & mœſtitiâ vexata fuerit, quod eventus etiam docet, dum infans maximâ debilitate natus vino lavari atque variis remediis refocillantibus conſervari debuit, hinc eo minus de partu, quin legitimus ſit, dubitandum, quò majorem Titius in Sejam ponit fiduciam, nec ac ſi in abſentia cum aliquo alio concubuiſſet, ſuſpicatur &c. *Dabam Lipſiæ die* 12. *Martii Anno* 1656.

Vid. Amman. in Med. Crit.

CASUS XXVI.
DE PARTU SEMESTRI.

Requiſitio.

P.P.

Cajus Sempronius viduus, poſtquàm Liberos prioris matrimonii, antequàm ad ſecunda vota abiret, omnes elocavit, & per 8. annos integros in viduatu vixit, tandem ducit Virginem Sejam 20. annorum. Quamvis autem iſte Cajus Sempronius ſeptuageſimum jam agat annum, eſt tamen optimæ conſtitutionis, ſanguineæ complexionis & ad rem Veneream aptus, hinc ſocerum ſolicitat, ut nuptias maturaret; intereà inſtat tempus menſtruorum virginis, ideò usque in tertiam ſeptimanam nuptiæ dilatæ: quartâ die ante inſtitutas ſolennitates Sponſa fluxu menſtruo contaminatur, & lunare tributum ſolvere coacta, ita ut vix pridiè ante nuptias plenariè fuerit depurgata, die 19. Januar. ſolenniter factâ copulatione concumbunt conjuges, maxima cum libidine: Sponſa ipſa in coitu (quem tamen maſculè ſuſtinuit, maximis urgetur doloribus, cum profuſione ſanguinis, prout Camiſia monſtrant, hinc ab eventu concluſum, quòd primâ nocte conceperit. A quo ipſo tempore Seja, multoties à privignis ad iram provocata, fluxu quoque albo miſerè vexata, motus fœtus in

utero decimâ ſexta ſeptimana à tempore nuptiarum jam perceptibilis; die 12. Julii (conſtituunt 173. dies) ex improviſo cecidit Seja è loculamento in arcam, ex arca demum in terram, dorſum & lumbos nonnihil lædendo, decima quartâ horâ poſt lapſum enititur filium vivum, hinc quæſtiones: 1. *An hic partus à præcedente iracundiâ, à curſu nimio, & lapſu ingenti non fuerit acceleratus, & ſic pro abortu habendus?* 2. *An propterea, quòd fœtus 25. ſeptimanâ poſt nuptias vitalis & perfectus natus, ſequatur, Sejam Sempronio non illibatam virginitatem in Thorum attuliſſe? &c. Dab. N.*

A.

Quod mulier, præcedentibus talibus cauſis externis, prout in Caſu præſenti deſcriptæ, abortire poſſit, miror, aliquem dubitare, cùm ſæpè à minoribus ac levioribus is ipſe ſubſequatur: prout etiam ſine ratione ambigitur, *an infans 25. ſeptimanarum perfectus eſſe poſſit, cùm experientiâ teſte, honeſtiſſimæ Matronæ ſciant, & infra hunc temporis articulum, videl.* 14. *ſeptimanâ, ritè formatos ac perfectos fœtus abortu rejectos fuiſſe, licet non ſupervixerint.* Scilicet infans ſtatim primis menſibus formatur, quoad formam ſeu figuram, licet non quoad quantitatem. Deinde motus fœtûs ſæpiuſculè decimâ ſextâ, imò decimâ quintâ hebdomadâ conſpicuus eſt. Præterea iteratus ſanguinis menſtrui fluxus ante nuptias, dolorifica item Hymenis per concubitum ruptio, indubitatum virginitatis ſignum: Manifeſtum itaque redditur ex his omnibus Sejæ hâc in parte maximam factam fuiſſe injuriam, &c. Dab. N.

D. Johannes N.

B.

Mirari licet, quòd ea, quæ ab omnibus Medicis unanimiter docentur, nec mulieribus, quæ liberos genuerunt, ignota ſunt, in dubium à nonnullis vocentur: an videlicet fœtus præcedente irâ, terrore, & vehementi lapſu, ante tempus conſuetum & ordinarium ex Utero pelli poſſit? Hoc ſi experientiâ fundatum, prout reverà eſt, ſcirem, cur in præſenti Caſu, in quo Cauſæ violentæ tàm plurimæ, dum una pro abortu ſufficeret, concurrunt, partus non potuiſſet accelerari, præprimis, quia ligamenta Uteri, quibus infans in utero retinetur, ab albo fluxu relaxata, & ſic per conſequens vis Uteri non parum debilitata fuit. Hinc multo minus dicendum, quòd, quia hic infans die 173riâ poſt nuptias vivus & perfectus per abortum prodiit, Seja Sempronio libatam virginitatem attulerit; contingit enim ſæpius, infantes 25. hebdomade vivos ac abſolutè formatos naſci, aliquot horas, dies, imò interdum annos vivere. Ut itaque hæc in gratiam Sejæ prolixius deducam, ex *Roderico à Caſtro L.* 3. *de natur. mulier. cap.* 14. & *Adriano Spigelio Epiſt. de incerto tempore partûs*, ſequentia tanquàm infallibilia præſuppoſita mutuor: 1. *Quòd mas citius quam fœmina in utero formetur.* 2. *Quòd aliis temporibus alii ſerius efformentur, & ad perfectionem veniant, adeóque formationis, & perfectionis, partusque maturi tempus exactè definiri nequeat, ſed pro ratione ſeminum & conſtitutionis parentum varium ſit.* 3. *Quòd duplicato à conceptu ad formationem tempore cùm mares tùm fœminæ moveantur, ſubindeque triplicati dies mutuo indicent partûs tempus.* Hinc reſpondeo generaliter, quamvis juxta communem naturæ curſum infantes nono menſe à tempore conceptionis vivi naſcantur, & inter illos, qui ante nonum prodeunt, modò ſeptimeſtres vitales ſint, qui verò ante & poſt hunc terminum lucem aſpiciunt, à quibusdam JCtis, & imperitis Philoſophis, *pro illegitimis habeantur*: attamen Obſervationes, tàm Recentiorum Medicorum, quàm Matronarum & Obſtetricum ſunt in contrarium, quòd etiam *Semeſtres*, *Quinqueneſtres*, *imò* 10. 11. 12. 13. 14. *imò* 16*res* à concubitu cum marito legitimi fuerint declarati, qualia legere licet in Epiſtola *Spigelii*, *Marcello Donato*, *Schenckio*, *&c.* Quemadmodum itaque honeſta Matrona vel fœmina, quæ poſt obitum mariti paulò diutius quàm par eſt, uterum gerit, exinde non ſtatim impudicitiæ arguenda: ſic è contrario etiam fœminæ, quæ citius, & quidem 173. dierum ſpatio, filium per abortum excludunt, non ideò meretricum conſortio adſcribendæ, dum hoc frequentius, illud rarius contingere ſolet. Nec contrariatur doctrinæ *Hippocratis*, ſcribentis, *quòd ante ſeptimum editi nonſint vitales*: Ipſi enim perfamiliare, ut illud, quod non utplurimum in natura fit, habeat pro eo, quod planè nunquàm fieri poſſit, quæ autem rarius fiunt, etiam fiunt, & naturaliter fieri poſſunt. Cauſæ autem, cur infans hic citius, ille tardius ad nativitatem & partum proveniat, exſtant in monumentis Medicorum. Cæterùm ad perfectionem multum facit, ſi parentes ſunt laudabilis ac optimæ conſtitutionis, ſi ſemina legitimo modo ſe habeant, ſi denique fœtus in Utero benè foveatur. Hæc quia de iſtis Conjugibus verificantur, Sempronius per octennium à Venere abſtinuit, virgo inſuper ipſa nubilis fuit, quid mirum? ſi fœtus perfectior, & tempus partûs anticipaverit, ut etiam eundem, antecedente violentiâ cauſarum externarum, per modum abortûs excludere potuerit? Deinde, poſitô, formationem fœtûs die 30. fuiſſe abſolutam, prout *Franciſcus Joël* & alii ſcribunt, tunc huic Sejæ infanti, pro termino communi complendo, defuiſſent ſaltem 7. dies, nam intra 173. dies ipſe natus fuit, hinc motus etiam, quem in

16. ſepti-

16. ſeptimana ſenſit, ſignum robuſti infantis habetur; ſalvari etiam poteſt, & *pro legitimo partu haberi*, ſi loco menſium Solarium Lunares vellemus ſubſtituere, prout Medici pariter atque JCti ita in hoc negotio procedere ſolent. Ex his & aliis ſufficienter, nî fallor, liquet, quàm lubricum ſit fundamentum, imputare Sejæ, ac ſi ante nuptias imprægnata, & virginitatem jam libatam Sempronio attuliſſet. Contrarium teſtatur concubitus primæ noctis cum marito dolorificus & cruentus, unde anguſtia vulvæ & perruptio Hymenis præſupponitur, quæ indubitata illæſæ virginitatis ſunt indicia, etiam teſtimoniô *Sacrarum Literarum, Deuteron.* 22. *v.* 13. 19. quòd denique conceptio primâ noctе facta fuerit, exinde rationabiliter concluditur: uterus enim menſtruô fluxu paulò ante nuptias purgatus, & propterea ad conceptionem habilior factus, &c. Dab. N.

Barthol. N. D.

C.

QUoniam Seja ſuſpicionem incurrit, ac ſi propter maturum, vel præcocem fœtum Sempronio libatam virginitatem attuliſſet, melioris informationis ergò ex doctrinâ Medicorum tenendum: quod 1. etiam decrepiti cum juvenculis liberos generare poſſint, prout adducit exempla *Schenckius*, ipſius quoque *Plateri* parens, qui in anno 80. genuit. 2. Legitimum tempus ad conceptionem proſperam requiratur, de quo *Corbejus Gynæcei C.* 2. ita: *Cùm menſtrua purgatio ceſſavit, & excrementitiis ſordibus uterus vacat, & adhùc dehiſcens virile ſemen facilè excipit, exceptumque in cotyledonum adhùc hiantium rugis facilè retinet, & in ſuos locellos illud recondit.* 3. Conceptio in utero ſic diſpoſito non intra 7. dies, ſed etiam intra 7. horas, teſte *Mercato lib.* 3. *de M. M. c.* 6. fieri poſſit. 4. Tempus formationis fœtûs modò citius modò tardius abſolvatur, & quòd humanus intellectus certum tempus formationis non ſcrutari, ſed Omnipotentiæ divinæ relinquere cogatur, *Sennert. L.* 4. *Prax. C.* 4. 5. Licet ſeptimeſtres intra 183½. dies, calculo *Hippocratis*, terminentur, & qui in principio ſeptimi menſis naſcuntur, etiam pro ſeptimeſtribus habeantur, quidam tamen etiam quinto & ſexto menſe nati vitales fuerint; vide *Sennertum & Corbejum.* 6. Quando tempus iſtud menſium abrumpitur, vocatur abortus, quæ abruptio à diverſa operatione cauſarum externarum dependet; hinc qui ante ſeptimum menſem eduntur, fœtus abortivi appellari conſueverunt. Hæc præſuppoſita nunc applica ad Sejam & Sempronium: I. Quia ſenex Sempronius propter naturam ſuam ſanguineam & vegetam optimè adhùc eſt habilis ad generandum, etiam coivit cum Seja menſtruata, hinc citius etiam ſubſecuta fuit conceptio atque formatio, eventu hæc omnia probante; deinde rationi conſonum, quòd fœtus ad maturitatem & vivacitatem tendens potuiſſet quidem naturalem exſpectare menſem, niſi à cauſis externis fuiſſet acceleratus, ideò pro abortu magis æſtimandus. II. Quoniam abortivum non multùm à perfectione abeſt, & tantùm pro conſtituendo legitimo partu ſeptimeſtri 9½ dies deſunt, qui à Natura etiam, niſi caſus acceſſiſſet, fuiſſent completi, concludendum, *hunc fœtum eſſe legitimum*, & factum per accidens, quòd paucorum dierum numero ordinarium tempus partûs anticipaverit, citra notam *illegitimationis*: imò idem contigit fœminæ meæ, quæ templo egreſſura, ob pluviam nivi per modum glaciei inductam (glateiß) cecidit, & elapſis 2. horis gemellos ſexto geſtationis menſe feliciter excluſit. Exactus itaque calculus & naturalis eſt, à tempore nuptiarum usque ad 12. Julii, nec exinde credendum: *quod Seja libata virgo fuerit, ante nuptias cum Sempronio contractas &c. &c.* Dab. &c.

Michael N. Phyſicus Stralſundenſis.

D.

VUlgaris eſt opinio, eos ſolummodò fœtus vitales naſci, & legitimos, qui ſecundùm naturæ legem communem, nono vel decimo menſe in lucem prodeunt, reliquos omnes ſive ante, ſive poſt illud tempus naſcantur, ex horum cenſu excludendos, exceptis ſeptimeſtribus. Verùm, ut nulla determinatio, quantumvis naturalis in rebus potentiæ contradictionis ſubjectis adeò certa eſt & immota, quin latitudine aliquâ dividatur, & nunc prolixior reddatur, ita & humanæ generationi dati termini cum latitudine quâdam accipiendi ſunt, ut rectè monet *Acacia L.* 2. *de M. M. c.* 6. Neque enim naturæ effectus atque opera ad certum aliquod punctum alligata ſunt, ſed temporis quâdam gaudent latitudine, id quod in operoſa hominis fabrica maximè deprehenditur. Etſi enim plerique fœtus nono vel decimo menſe in lucem edantur, certum tamen eſt, aliquos etiam undecimo, duodecimo, decimo tertio, nonnullos octavo, ſeptimo, ſexto, imò & quinto menſe vitales naſci, quemadmodum apud *Plinium Lib.* 7. *H. N. c.* 5. *Cardanum Lib.* 5. *contrad.* 8. *tract.* 3. *Amatum Luſitanum C.* 1. *cur.* 27. *Gellium N. A. L.* 3. *c.* 16. *Marſilium Ficinum L.* 3. *de Vit. prolong. Avicennam Lib.* 4. *de nat. animal. Franciſcum Valleſium de S. P. c.* 18. *Horatium Augenium Epiſt. & Conſult. Medic. L.* 6. *Montuum Anaſceo Morb. Lib.* 4. *Cap.* 41. *Sennertum Lib.* 4. *Pract. p.* 2. *S.* 6. *Cap.* 1. *Schenkium L.* 4. *Obſ.* 41. *Adrianum Spigelium d. f. f. c.* 7. *Ferdinandum Menam Comment. ad* 4. *c. Hippocr. de Sept. partu Spe-*

ronium Dial. de partu, & alios indubitatæ fidei Auctores videre eſt. Cauſa hujus veritatis eſt maturatio & perfectio fœtûs, quæ fit in Utero incerto tempore & variis interdum menſibus, ob facultates corpus fœtûs gubernantes, vel debiliores vel robuſtiores. Facultas verò debilis vel robuſta fit, vel per ſe, ex ſemine nempè, cui inhæret, tanquàm ſuo principio, vel ex accidenti, nempe apti alimenti penuria, quæ contigit, vel matris vitio, nempe morbo, inedia, aliâve cauſa externa, vel fœtûs ægritudine, quam ex pravo matris alimento, vel copiosò nimium, contraxit. *Adr. Spigelius.* Ut enim in lucem editi alii ſubitò incrementum ſumunt, alii ob morboſam conſtitutionem tardius augentur, ita in fœtu etiam, ſi facultas formatrix fortis ſit, formatio citius abſolvitur, & partus celerius ſequitur, ſi debilis, & formationis & partûs tempus protrahitur. *Senn.* Cùm enim generatio hominis fiat per modum concoctionis, ſicut diverſitas objecti coquendi cauſa eſt, ut coctio tardius vel citius abſolvatur, ita ut homo ab homine differt, citiusvè vel ſerius perfici natus, ita maturius tradiusvè generatio abſolvitur. Unde cauſam non video, ob quam fœtus 173. dierum è legitimorum Claſſe eliminari debeat. Fieri enim naturaliter poſſe, ut propter facultatis plaſticæ robur, fœtus ad maturitatem & perfectionem, ſolito citius, ut modò dictum, perveniat, & ſic partus acceleretur, nullum eſt dubium, quemadmodum hoc præter ſupra allegatos Medicinæ Duum-Viros, doctiſſimus *Arniſæus* multis, iisque validiſſimis rationibus & exemplis, in *libello de partûs humani legitimis terminis* ſolidè evincit. Nec obſtat, quòd *Hippocrates Libro de ſeptimeſtri partu* ante diem 182. & horas 15. nullum partum vitalem edi aſſerat. Perfectio enim partûs certos limites, dierum imò horarum numero incluſos, prorſus reſpuit, ut *Speronius in Dialogo de partu* prolixè oſtendit. Experientia verò Obſtetricum, ad quam provocat Hippocrates, per exempla quàmplurima ab Auctoribus fide digniſſimis partim viſa, partim audita, infringitur, quippe & ratio ipſa ab Hippocrate ibidem à perfectione deſumta, partum alicui certo diei alligare non poteſt, cùm perfectio & maturitas, circa tempus illud incidens, non magis certo dierum numero circumſcribi queat, quàm quæ incidit circa τελεόμηνα. Et ſi natura non raro aberrat à decimo in undecimum, quid vetat, quin adeò velox incidat alicujus fœtûs perfectio, & ad maturitatem deveniat etiam ante diem 182. cùm naturæ actio præciſos terminos nullibi ſtrictè obſervet, & perfectio fœtûs ante dimidium anni, interdum incidere & ſoleat & poſſit, id quod *Arniſæus* loco allegato & rationibus & obſervationibus evidentiſſimè demonſtrat. Præterea novem ſolummodò dies in præciſo illo 182. dierum termino deſiderantur, quos ſine omni dubio fœtus iſte adimpleviſſet, niſi lapſus matris ex alto, ruptis pelliculis vel ligamentis, quibus fœtus Utero annectitur, aut alio modo, partum acceleráſſet. Quid verò, ſi fœtum hunc ſeptimeſtribus accenſeamus? etiam ſi juxta menſes Lunares ſynodicos, & ab Hippocrate & Galeno adhibitos, fiat computatio, partus iſte incidit in diem decimum menſis ſeptimi, ita quidem, ut de primo menſe, exemplo Hippocratis, numeremus ſaltem quindecim dies à plenilunio, quô concepit Seja, quinque autem intermedios computemus integros, nimirum dies 147. remanebunt dies decem ſeptimo annumerandi. Sufficit enim ad partum ſeptimeſtrem, modò principium ſeptimi attigerit, quemadmodum Hippocrates nonimeſtrum vocat, qui ſextum quadragenarium confecit, hoc eſt, qui incidit in primos dies noni. & decimeſtrem, qui paucos dies de decimo participat, & undecimeſtrem, qui decimum vix ſuperavit. Unde & Accurſius ſeptimeſtrem facit, qui unô ſaltem die ſupra ſextum naſcitur. Nam ut Criticus dies continet horas omnes, ita & menſis criticus tàm putatur in principio quàm in fine, quâ de causâ dixit *Hippocrates lib. de aliment.* Fœtus generari in propoſitis menſibus, non tantùm ſecundùm totum, ſed & ſecundùm partem. Quòd verò Hippocrates de poſtremo menſe XX. dies computet, nullâ aliâ ratione factum eſt, quàm ut dimidium anni, ac ſive dies 182. compleret. Nondum enim obſervatum erat, etiam ante hunc terminum naſci fœtum vitalem, prout ex libro de Septimeſtri partu patet. Ex his liquidò conſtare arbitror, fœtum hunc pro legitimo & naturali habendum, non obſtante, quòd partus ejusmodi rariſſimi ſint. Quemadmodum enim ſeptimeſtres, etiamſi rariores ſint, non monſtroſi, ita nec monſtroſum dicendum eſt, quod perfectum, quantumvis rariſſimè, naſcitur, paulò ante ſeptimum *lib. de H. P. T. th.* 29. *Arniſæus.* Agnovit hoc & *Seneca lib.* 7. *N. Q. cap.* 27. quando in hæc verba erumpit: *ignorat Naturæ potentiam, qui illi non putat licere aliquando, niſi quod ſæpius facit.* Si quem verò grandior ætas parentis ſeptuagenarii facit ancipitem, is ſciat, vires corporis non annorum ſerie, ſed temperamento metiendas, id quod ex collatione individuorum manifeſtè patet. Videmus enim non raro ſexagenarium vel etiam ſeptuagenarium ſenem omnes actiones naturales promtius exercere, ac juvenem aliquem, aut mediæ ætatis virum; cujus nulla alia ratio reddi poteſt, quàm diverſitas temperamenti: prout enim ſe habet calidi nativi robur, ita etiam ſe habet virtus ad actiones. Agendi ſiquidem facultas à conſti-

à conſtitutione dependet *Galenus de Diff. Morb. cap.* 2. Senem autem hunc noſtrum optimæ conſtitutionis, validique roboris eſſe, ex animi alacritate, corporis vigore, operationumque expeditiſſima functione abundè conſtat, nec veriſimile eſt, amores juvenculæ adeò deperditè ambiturum ſenem, niſi validiorum femorum benè ſibi conſcius fuiſſet. Exempla non tantùm ſeptuagenariorum, ſed & hos longè tranſcendentium prolificorum ſenum colligit *Schenkius Lib.* 4. *Obſerv.* 122. *& Levinus Lemnius d. O. N. M. L.* 4. *C.* 24. Notabile imprimis eſt, quod de Parente & Proavo ſuo *Platerus* Quæſtionum Phyſiologicarum trigeſimâ octavâ recenſet, quorum ille poſt ſeptuageſimum ſecundum ætatis annum, novis nuptiis contractis, liberos ſex, & poſtremam filiam anno ætatis octuageſimo ſecundo procreavit: hic verò poſt centeſimum vitæ annum filium adhûc genuit, & ad nuptias ejus ſupervixit. Simile quid & nos paucis retrò annis obſervavimus in Epiſcopatûs Caminenſis Cancellario Dn. D. Joachimo N. qui anno ætatis ſeptuageſimo ſexto filiam genuit, etiam nunc ſuperſtitem; ſic & in Boruſſia novi Virum quendam nobilem Dn. Fridericum N. qui Parentis ſui anno octuageſimo primo natus adhûcdum vivit. Usque adeò planum eſt, quod loco allegato *Platerus* ſcribit: *Mares, quamdiu ſani ſunt, toto vitæ tempore ad liberorum procreationem aptos eſſe.* Quæ cùm ita ſe habeant, *fœtum hunc pro legitimo agnoſcendum, nec conjuges anticipati concubitûs, vel matrem illicitæ Veneris, & corruptæ virginitatis, ex hoc quidem capite, argui poſſe cenſeo.*

Baldaſſ. N. D. Phyſicus Colbergenſis.

E.

POſtquàm ad noſtras manus devenit caſus ſequens, inſtitutâ collegiali deliberatione, hæc reſponſionis loco communicamus: Quoad 1. arbitramur hunc partum præcedente iracundiâ, & aliis animi affectibus, atque corporis commotionibus, ut & vehementi lapſu, pro abortu, ab hâc cauſa violenta, naturâ ad immaturam excluſionem ſtimulatâ, habendum eſſe. Quoad 2. concludimus, quod licet hic fœtus maſculinus inter 25. ſeptimanas vel 183. dies, vivus & perfectus natus, (ſed forſan non eâ perfectione, quæ in partubus maturis obſervanda) exinde minimè ſequatur, acſi Seja Sempronio libatam virginitatem attuliſſet, quandoquidem ejusmodi præcoces partus ſunt omninò dabiles, & naturales, & à Medicis admittuntur, præſertim ab *Horſtio de N. H. Ex.* 12. *qu.* 8. *Sennerto J. M. Lib.* 4. *Cap.* 13. *Marcello Donato Lib.* 4. *S.* 6. *p.* 2. *C.* 1. nec amplius de fama dubitabitur Sejæ, ſi præſertim vita anteacta, reſpectu pudicitiæ, nunquàm vano rumore fuit contaminata &c. Dab. Gryphiswald. die 17. Aug. 1646.

Reſponſum Facultatis Medicæ Lipſienſis, ſcilicet Partum hunc ſemeſtrem eſſe legitimum.

QUòd in communi vita omnibus ferè accidere ſolet rebus arduis raris ac ſingularibus, ut vel in admirationem ſui rapiant quemlibet, vel ad indagationem accuratiorem, & veri diſquiſitionem alliciant meritò, idem contigiſſe vero non abſimile eſt in caſu nobis transmiſſo, quô *Cajus Sempronius, Vir annos* 70. *natus, vegetus adhûc, robuſtus, ac temperamenti calidi humidi, hincque ad rem veneream aptus, elapſô octenni viduatu, Sejam virginem, annorum* 20. *conſtitutionis ſanguineæ, nec non habitûs corporis optimi, Uxorem ſibi junxit, connubio ſecundo, & cum illa vix quatriduum à menſtruo fluxu liberata concubuit: Seja verò cùm paulò ante lapſu altiori & improviſo ex mediâ domûs contignatione, ſeptendecim circiter pedes Geometricos, & in arcam ligneam, & ab hâc in terram procidiſſet,* 173. *à nuptiis die filium enixa eſt ſanum & membris omnibus, excepto capite, perfectum*: Unde dubitari potius, quàm in admirationem duci percipimus:

1. *An partus iſte pro legitimo ſit habendus?*
2. *Utrum aut novi Conjuges anticipati concubitûs, aut Genitrix Seja violatæ pudicitiæ & Veneris illicitæ ſit inculpanda?*

Ad veritatis itaque eliminationem & propagationem, præſuppoſitis iis omnibus, quæ ad nos ſcripta ſunt, totidem nos ponimus, formamus & firmamus fundamenta. Confeſſum eſt, tàm apud Phyſicorum, quàm moderni ſeculi artis Medicæ Primores, terminum partûs humani non uni eidemque ſoli menſi, hebdomadæ aut diei poſſe determinari, ac conſcribi, ſed ſub eorum contineri nomine, quorum cum *Ariſtotele lib.* 4. *de G. A. cap.* 1. ſenſu vel experientiâ, veluti à poſteriori, exordium capere, & ad lectiones progredi oporteat, atque ita ex longa & perpetua quaſi obſervatione, à Principe noſtro *Hippocrate* menſes illi nonus & decimus, tanquam vel unicè, vel maximè partui humano naturales, quibus tandem ex eâdem cauſa & ſeptimum adſcripſit *lib. de S. P.* ſunt pronunciati & proclamati. Quòd ſi verò terminus partûs humani naturalis, prout propriè naturalis exiſtit, & ex ipſo interno ſeu naturali ſuo principio cauſam habet, accuratius penſitetur, non poteſt aliter concludi ac defendi, niſi ut partus hujus determinationi, prout in rebus potentiæ con-

traditionis ſubjectis neceſſe eſt, latitudo nunc brevior, nunc prolixior concedatur. Etenim cùm πλειογονία ſive fœtus maturatio ac perfectio, tanquàm unica & vera partûs naturalis cauſa, ab ipſa tùm ſeminis, tùm ſanguinis materni dependeat temperie, & ἰδιοσυγκρασία, cujus virtute facultas πλαςική vel fortior, citius formationem abſolvit, & partum accelerat, vel debilior, formationis & partûs tempus largius protrahit: ecquis inficias ire, contraque ipſius veritatis & experientiæ ſtimulum calcitrare velit? quandò omnes illas, quæ ab hoc principio, tanquàm proxima cauſa, in corpore humano, oriuntur actiones, diverſiſſimam ſtabilire & confirmare horum terminorum latitudinem reipsâ conſpicit, ipſam fœtûs formationem, vel motum (& per conſequens partum quoque) in utero non in unum præcisè incidere diem? nonnè ipſe annotavit *Senex in lib. de aliment.* Pubertatis annos ab hoc ipſo principio dependentes itane definitos comperimus, quin alii aliis citius, alii aliis pubeſcant tardius? dentitionem & pilorum eruptionem, vah! quantum in ſingulis ſpeciebus & individuis apparet diſſidium? ab ipſo *Galeno* jam ſuâ ætate annotatum! Atque ut propius rem tangamus, ſi menſtrui fluxûs tempus mulieres explorare debeant ſingulæ, totidem profectò ac tantæ tàm incipiendi, quàm procedendi, aut deſinendi termini ſuccreſcerent diverſitates, quot numerô ferè fœminarum convenirent, non dicam familiæ, ſed individua, quæ ſingula, ſicut augmenti magnitudine, ſtaturâ, vitæ duratione, aliisque actionibus plurimis, hâc temperiei, ſive caloris ſui ratione, tanto inter ſe differre diſſidio videmus, ita graviſſima *Galeni* ſæpiſſimè comprobat auctoritas *lib. de T. S. cap.* 2. *Comm.* 27. *Aph.* 13. *Hipp. lib.* 3. *Progn.* ob ejusdem temperamenti frigiditatem) Libro de ſeptim. partu, ac de natura pueri,) fœmellas in Utero tardius perfici, ſuffragante eodem *Galeno libr.* 6. *Epidem. Comm.* 2. *Text.* 44. *Ariſtot. p.* 4. *d. G. A. c.* 6. Uteri diſpoſitionem, quam in primiparis, qualis Seja fuit, anguſtiorem, cauſam celerioris partùs ponit *Augenius in lib. de P. H.* Ex quibus adductis liquidò conſtare arbitramur omnibus, *partum Sejæ in hoc caſu exiſtere legitimum, à naturalibus cauſis productum, non quidem communi & vulgari modo*, ſed enormi quaſi & rariſſimo. Quanquam nec ab his nos admodum diſſentire fateamur, quòd niſi caſus improviſus ab alto gravidæ ſuperveniſſet, *partum hunc ſeptimeſtrem contingere potuiſſe putemus.* Neque ullam prætereà injuriam inferri hîc videmus ſententiæ aliâs graviſſimæ Divi Senis *lib. de S. P.* quâ ante ſeptimum menſem vitalem fœtum expreſſè negare legimus. Siquidem, aut in latitudine ſatis confirmatâ intelligi debe at ille locus, ut non multi, ſicuti in hoc caſu, deficiant dies, aut ſi tàm ſtrictè aſſumi velit, poſuerit fœtum ſeptimeſtrem vitalem, tanquàm cognitum tùm temporis, non verò præcocem & maturiorem, tanquàm impoſſibilem excluſerit: aut denique eâ ſcripſiſſe ratione & conditione, quâ *Ariſtot. lib.* 1. *de G. A. c.* 18. hominis corpus intra quinquennium pervenire ad dimidium ſuæ magnitudinis tradidit, cùm αὐτοψία tamen monſtret, quosdam iſtum magnitudinis gradum acquirere maturius, quosdam tardius. Eodem modo idem *Hippocrates de S. P. Paulus Ægineta lib.* 1. *c.* 9. *& Aëtius Tetrabib.* 1. *S.* 4. *cap.* 9. ſcripſerunt, infantes incipere dentire menſe ætatis ſeptimo: *Galenus* tamen cum experientia alios citius, alios tardius dentire ait: Iterum ſimilium profectò catalogus enumerari poſſet longiſſimus, niſi ſupra fuiſſent adducta. Senium & annorum numerum Sempronii, quod attinet, accuratius de eo diſquirendum hîc non eſt, quin potius acquieſcendum nos ſtatuimus in perpetua & vera Medicorum doctrina, quæ temperamenti & conſtitutionis naturam magis attendendam eſſe docet, atque plurimorum annorum cumulum; quâ ratione ſenem, ſi oculos juvenis haberet, æquè benè & accuratè cernere, regula & canon Medicorum exiſtit; imò hujus reſpectu ſenem vegetiorem exiſtere Adoleſcente valetudinario, & viſcerum δυσκρασία laborante, ad ipſam provocamus experientiam, quam teſtem nobis ponunt graviſſimi Auctores, *Augenius, Foreſtus, Schenckius & Amatus Luſitanus*, quibus hodiernam Lipſienſium noſtratium memoriam addere non erubeſcimus, quæ non tantùm elapſis abhinc 16. annis civem & Senatorem ſuum ſexagenarium meminit ſecundis nuptiis procreâſſe quatuor filios, quorum unus adhuc Doctor Medicinæ floret, vegetus & clarus, alter Philoſophiæ Magiſter & Theologiæ Studioſus nobiscum vivit alacriter; verùm etiam novit ex Profeſſoris ordine Clariſſimum Virum, qui poſtquàm ante paucos annos ſecunda conjugii vota contraxit, exinde ternam adhùc lætus videt maſculini generis ſobolem. Ex horum omnium veritate, ſatietate & firmitate, è naturæ penetralibus depromptâ, concludimus ſeriò: *Fœtum ſive partum hunc Sejæ & verum legitimumque eſſe cenſendum, neque conjuges vel anticipati concubitûs, vel matrem Veneris impudicæ, & virginitatis falſariæ, ex hac cauſa* (cùm præſertim vitæ Sejanæ acceſſerit caſtitas, honeſtas & famæ integritas) *accuſari poſſe ullo modo.* Ideò hoc noſtrum judicium Facultatis ſigillo corroborari voluimus, &c.

Idem ſenſit Facultas Medica Gryphisvvaldenſis, apud Timæum à Güldenklee, *in Reſponſ. ubi plura Reſponſa de hoc caſu.*

Nota: MOLLERUS peculiarem de hoc partu Tract. ſcripſit.

CASUS

CASUS XXVII.
DE
PARTU SEX MENSIUM.

Requiſitio.

Zythopepti uxorem, Martini N. in Neapoli hujus loci, tenore Actorum præſentium, accusârunt, *ac ſi nimis immaturum fœtum ipſa edidiſſet*, prout ex A. & B. pluribus illud videre erit; quoniam itaque & Reo & Actori, juſtitiam adminiſtrare tenemur, illud ipſum autem ſine prævio conſilio Veſtrarum Amplitudinum fieri non poteſt, ideò contendimus, velint Excellentiæ Veſtræ omni ſtudio & curâ Acta transmiſſa ſub A. & B. perluſtrare, & in veritatis favorem ſub ſigillo Facultatis, nos certiores reddere, *utrum hic partus centum & ſeptuaginta ſeptem dierum, legitimus ſit dicendus, nec ne?* N. N. d. 20. Auguſt. Ann. 1564.

Senatus Loci.

A.
ACTIO.

AB Ampliſſimo Senatu citati fuimus ad hanc diem, in cauſa uxoris Martini N. ut ex ſtatutis Tribûs noſtræ actionem noſtram probaremus, quod ipſum etiam ſequentem in modum præſtamus, videlicet: nuptias Martinus N. celebravit cum ſponſa ſua die 15. Junii Anno 1563. &c. ſubſequente die 18. Decembris, i. e. ſexto menſe (juxta menſes lunares) peperit filium, qui vivendo attigit decimam ſeptimam ſeptimanam; quoniam verò juxta Phyſicorum opinionem (quam Tribus noſtra pro fundamento ſupponit) partus talis vitalis eſſe nequit, dicunt enim: *Editi ſexto menſe, aut citius, non vivunt, quia non planè perfectus eſt fœtus: Editi ſeptimo menſe vivunt, quia fœtus movetur ad exitum, eſtque is menſis criticus*; gemina his ſunt, quæ jura Cæſarea *in l. ſept. menſ. ff. de ſtat. hom.* adducunt, quibus etiam ſe conformant omnes Dd. Juris, præprimis *Bartolus. ff. de lib. & poſth. in princ.* aliique. Inſtamus propterea, velint Dominationes Veſtræ Uxori Martini N. ſeverè injungere, ut Tribu noſtrâ ſe abdicet tamdiu, donec argumenta noſtra melioribus refutaverit, ſiquidem & aliæ fœminæ, quæ ante conſuetum terminum pepererunt, ſtatutis noſtris ſeſe ſubjicere coactæ fuerunt; dubitamus hinc nulli, quin hâc ipsâ injunctione majus robur ſtatutis noſtris ſint adjecturi, hâc enim viâ honor & dignitas matrimonii conſervari poteſt unicè.

Zythopepti N. N.

B.
Defenſio Rei.

P. P.

EX transmiſſis ſufficienter perſpexi, quod Zythopepti contra uxorem, & filium meum ſequentia intenderint, putantes: *quod nullus partus ſexto menſe* juxta ſententiam Medicorum (computando 30. dies integros pro menſe) *vivus naſci poſſit*; jam quoniam Uxor mea infantem edidit intra dies centum & ſeptuaginta ſeptem, h. e. triduo ante ſeptimum menſem, qui etiam aliquandiu vixit; ergò propter hanc rationem *filius meus nequaquam legitimus eſſe poteſt*, meritòque & jure omni uxor mea Tribu ejicitur, quod ipſum duplici ratione allegatâ probare nituntur. Quibus tamen ita breviter reſpondendum cenſeo; quòd hæc verba: *Editi ſexto menſe non vivunt*, & præprimis inde nata hypotheſis, ac ſi omnes infantes, qui ſexto menſe (h. e. prout Medici determinant, infra 182. dies & 15. horas, vel qui præcisè infra ſemeſtre ſpatium naſcuntur,) neceſſariò mori, vel mortui naſci deberent, ſine omni fundamento, Philoſophis & Medicis affingatur. Etenim omnes, qui ex profeſſo de hac materia ſcripſerunt, quaſi feliciſſimè conſpirant, dicendo: *Maturius quàm ſeptimo, vel* (ut alii volunt) *ſexto menſe natus, vitalis non eſt, Ariſtot. Lib. 7. Cap. 4. de N. A. Conciliator. different. 49. Plin. Lib. 7. Cap. 5. N. H. Gellius Lib.* 13. *c.* 16. non verò, *non vivit*, quemadmodum Zythopepti ſibi falsò imaginantur. Nam τὸ *non vitalis*, non idem eſt cum eo, qui planè *eſt mortuus*, ſed qui vivit quidem, ſuperſtes tamen permanere non valet, quod etiam filio meo contigit, qui præter omnem navatam operam ſupervivere vix potuit: debilis enim & flaccidus mundum hunc ſalutavit, & in hoc etiam ſtatu permanſit, quô exemplô Philoſophorum opinio confirmatur magis, quàm adverſaria elicitur, ſiquidem hic infans, triduo ante ſeptimum menſem natus, revera non vitalis fuit, utpote qui præter maximum laborem atque curam vivus conſervari non potuit; nam præ nimia debilitate per aliquot dies vix ejulare & ſugere potuit, ſolâque lactis infuſione fuit ſuſtentatus in hypocauſto propè fornacem, quô modô vivendo demum decimam ſeptimanam attigit. Hujus phraſeos explicatio ex parte quoque elucet ex *Hippocrate, lib. de octimeſtri part.* quando ſic ſcripſit: *De octimeſtri partu ſic ſentio, impoſſibile eſt, ut duas conſequentes & ſuccedentes afflictiones pueri perferre poſſint, & propterea octimeſtres non ſuperſtites manent. Contingit enim ipſos conſequenter affligi, tùm eâ, quæ fit in utero afflictione, tùm eâ, quæ in partu accedit, & ob id nullus octimeſtris vitalis eſt.* Ubi *Hippocrates* hanc loquendi formulam, *non manere ſuperſtites*, & *non eſſe vitales*, in uno ſignificatu adhi-

adhibet, ita quidem, ut virtute prioris locutionis, *non manere ſuperſtites, non vitales eſſe*, impotentiam ad vitam diuturniorem, non autem privationem vitæ omnimodam, importet; fatetur hoc inſuper *Fernelius lib.* 6. *Patholog. Cap.* 17. his verbis: *Abortu porrò immaturus fœtus excluditur, aliâs vivus, aliâs mortuus; vivus quidem, cùm acetabula violentius diſſoluta ſunt, mortuus, cùm iis firmis & conſtantibus fœtus ipſe perit, &c.* Oportet itaque ſanioris Philoſophiæ Medicos verba iſthæc ita interpretari, quòd ſcilicet immaturi foetus ſexto menſe vivi quidem naſci poſſint, ad vitam tamen longiorem, propter contractam in utero debilitatem, adſpirare nequeant. Nec video rationes, quibus filium meum illegitimnm probare intendant: vixit enim integras ſeptendecim ſeptimanas, quas non ſine inſigni moleſtia educantium ſuperavit; deinde, nec huic, nec aliis infantibus, certus vitæ terminus, nedum hora vel ſeptimana, à nobis præfigi valet; quin ipſe *Avicenna Canone* 3. *Fen.* 21. *Tractat.* 2. *Cap.* 1. ejusque interpres *Jacobus à Partibus*, non inficiantur, quod immaturus partus ſexto vel ſeptimo menſe natus, & vivus & ſuperſtes eſſe poſſit, his verbis: *Et multoties moritur natus intra hoc ſpatium, &c.* Porrò: *Ille, qui naſcitur ante ſpatium ſeptem menſium, moritur frequenter & utplurimùm: cujus cauſam reddit, quia motus tolerat fortes & vehementes, quando parturitur, vel loquendo verius, dum ille abortitur, non adhuc maturus.* Non itaque ſequitur, quòd hic infans illegitimus ſit, quoniam ſeptendecim ſeptimanas vixit, quia, ut ſuprà probatum, certus vitæ terminus à nobis tribui eidem non poteſt; deinde concedunt Medici, quòd etiam immaturi excluſi, nihilominus ſupervivere poſſint: quod nec ratio nec experientia ipſa diſſuadet. Unanimiter enim omnes Medici, & præprimis *Avicenna loc. cit.* nec non *Jacobus à Partibus* docent, quòd motus fœtûs interdum circa nonageſimum, citius vel tardius, obſervetur, qui motus pro certiſſimo vitæ indicio habetur. Quod enim ſe ipſum, & à ſe ſe ipſo, absque ope alterius, movet, illud de vita participet, neceſſum eſt; jam, ſi infans in utero materno die ſeptuageſimo vel nonageſimo vivit, multò magis erit credibile, quòd etiam circa finem menſis ſexti vivere poſſit; & ſi circa hoc tempus in utero vivit, cur non etiam vivus in auras naſci debeat? niſi forſan aliquis pro fundamento negationis debilitatem fœtus objicere vellet, cui tamen facilè obviam iri poteſt, dicendo: quòd non omnes infantes in utero materno de æquali robore vel debilitate participent; aliâs ſequeretur, quòd etiam eodem tempore, h. e. primâ vel ſecundâ die ante partum mori, vel ſi vivi naſcerentur, etiam ſecundâ aut tertiâ die ex hac vita diſcedere debeant; hinc, quoniam quidam fortior, quàm alter, deprehenditur, largiar ego facilè, quòd illi infantes, qui maximè ſunt debiles, in partu facilè poſſint periclitari, contra verò, qui vegetiores, poſſint mori ſecundâ vel tertiâ die poſt partum; cur autem illi, qui reſpectu horum maximè ſunt vegeti naturâ, & quorum genitrix à terrore, ira, lapſu, citius ad pariendum impulſa, non ſolùm vivi naſci, ſed & accedente curiosâ educatione, ad aliquod tempus ſuperſtites permanere non debeant? rationes video nullas.

Nec deſtituimur experientia honeſtiſſimarum fœminarum, quibus idem evenit, & quæ candore ſuo idipſum nobis confirmârunt; jam verò artifici in ſua arte credendum, prout *Hippocrates Lib.* 2. *de ſeptimeſtri partu p. m.* 169. idem nos docet: *Mulieribus de partu fidem derogare non decet, vel oportet: dicunt enim omnia, & ſemper dicunt, & ſemper proferunt: nec enim aut opere, aut ſermone perſuaſæ ſunt, ſed ex eo, quod cognoverunt in corporibus ſuis contigiſſe.*

Exemplorum catalogus ex obſervationibus, quæ in hac civitate ab Obſtetricibus notatæ fuerunt, ſequens eſt:

Uxor
1. Philippi Fabri peperit infantem immaturum, quem in pelle ovina ad baptiſterium deferri curârunt; vixit unum annum & tres ſeptimanas.
2. Petri Frölichii, intra 23. ſeptimanas gemellos excluſit, quorum alteruter $1\frac{1}{2}$, alteruter 14. dies ſuperavit.
3. Cuſtalli intra ſex menſes etiam gemellos produxit, qui ſuperſtites manſerunt.
4. Poligraphi, idem fuit experta.
5. Johannis Krunau intra 23. ſeptimanas filiam feliciter peperit, quæ vixit quinquennium.
6. Grunduſchii intra hoc temporis intervallum filium edidit, qui adhuc in vivis eſt.
7. Poſenhammeri etiam excluſit fœtum immaturum, qui decennium vivendo attigit.

Quod verò tales partus etiam in aliis regionibus dentur, teſtatur *Hieronymus Montuus in Anaſceve Morbor. fol.* 519. Galliarum Regis Conſiliarius & Archiater, his verbis: equidem novi Pincernam Chriſtianiſſimi Regis Henrici, qui menſe quinto natus erat, & adhuc vivit in ætate conſiſtentiæ; proinde ſi ille, qui menſe quinto natus, trigeſimum annum attingere poteſt, multò magis ſexto menſe natus etiam decimam ſeptimam ſeptimanam vivendo adſpirare valebit. Allegatam legem *de ſtatu hominum* quod concernit, quâ Uxoris meæ famam præſcindere conantur, hîc nil probat, & ultrò Zythopeptis remitto: Loquitur enim Lex *de infantibus maturis*, non verò de fœtu

præ-

præcoci, qualis meus fuit; etenim, quòd infans maturus ſeptimo menſe naſci, & legitimus eſſe poſſit, (qui nervus eſt hujus legis) à nemine unquàm fuit dubitatum: quòd autem propterea immaturi fœtus, & qui propter energiam cauſæ externæ conſuetum terminum partûs anticipant, & ad aliquod tempus vivunt, propterea illegitimi eſſe debeant, ne apice quidem ex tenore hujus legis demonſtrabunt.

Sufficienter itaque ex adductis liquet, quòd Zythopepti in probatione ſuſcepta contra me deficiant, ac ſi videlicet Uxor mea filium illegitimè conceperit ac pepererit; quod propterea, citra ullum fas & jus, eandem Tribu ejecerint, utpote quæ contra honeſtatem atque bonos mores hâc ratione nihil commiſit. Peto itaque ſubmiſsè, velint Uxorem meam & filium ab injuria abſolvere, contra Zythopeptis injungere, ut ipſam in integrum reſtituant, famam hâc inſigni calumniâ delibatam reddant, atque in omnibus, prout jura volunt, ſatisfaciant, usquedum rationibus validis, partum hunc illegitimum eſſe, demonſtraverint; quilibet enim præſumitur bonus, donec probetur contrarium, &c. Dab. N. N. d. 16. Aug. Anno 1564.

Martin. N.

Reſponſum Facultatis Medicæ Lipſienſis, Partum ſex menſium eſſe vitalem & legitimum.

PErlegimus rationes & argumenta Zythopeptorum apud Vos in Neapoli, quibus probare conantur, *quòd nullus infans ſexto menſe vivus & legitimus naſci poſſit*; & quoniam ſimilis caſus apud Vos exiſtit, quo Mulier triduo ante ſeptimum menſem vivum fœtum enixa, eundemque adhibitâ diligentiſſimâ curâ, usque in decimam ſeptimanam educavit, oritur quæſtio: *An hoc ita naturaliter fieri, & fœtus prædictus legitimus ſalutari queat?* Concludimus ergò ſecundùm ſcientiam Medicorum ac Phyſicorum: quamvis ejusmodi partus pauci, & admodum rari ſint, fiunt tamen, & fiunt naturaliter, prout exempla hinc inde affatim hoc comprobant, quòd vitales permanſerint, quamvis quidam longiori, quidam breviori vitæ termino; cujus rei cauſæ juxta diverſum effectum rerum non naturalium (ut nos Medici illas vocamus) examinandæ, & quia uxor Martini N. lapſum quendam perpeſſa, atque ſic quodammodò partum acceleravit, exinde filius ejusdem nequaquam illegitimus dici debet, ob rationes, quæ prolixè in Defenſione B. 3. fuerunt adductæ. Quam ſententiam majoris fidei ergò ſigillo noſtræ Facultatis confirmare voluimus. *Lipſiæ d.* 26. *Octobr. Anno* 1564.

Vid. Amman. Med. Crit.

CASUS XXVIII.

DE PARTU 196. DIERUM LEGITIMO.

Requiſitio.

P. P.

SEmpronius, Vir Juvenis, 28. circiter annorum, ſanus, vivax & temperamenti ſanguinei, una cum deſponſata ſibi Seja, Virgine 20. præterpropter annos habente, temperamenti ſanguineo-melancholici, tum temporis itidem ſanâ, die 20. Sept. 1681. nuptias celebrat: hæc autem præterlapſo menſe Martiô immanibus doloribus ſpinam dorſi & ſiniſtrum latus affligentibus, tuſſi ferinâ & difficultate reſpirandi corripitur, cum inſequente frigore hocque excipiente ingenti calore, ſiti, anorexia & proſtratione virium; juxta quæ urina ſ. h. craſſa omninò, inſtar ſanguinis, cum dolore prodiit. Remittente hoc, ob adhibita medicamenta convenientia, affectu, die 5. Aprilis nuperrimi præterfluxi, & ita die 196. poſt celebratas nuptias, puellum parit, integræ quidem formæ & figuræ, ſed debilem admodum & partibus tenerioribus inſtructum, ututdivinâ gratiâ ſummáque ſollicitudine curáque diligenti hactenus conſervatum. Mater Seja tempore puerperii ſimiliter malè ſe habuit, dum iteratò ejusmodi dolorem periodicum in ſiniſtrô latere & coxendice, veſperi cumprimis, percepit, unde crus ſiniſtrum refrigeratum omninò & debilitatum fuit, ut illud non ſenſerit, licet ab adhibitis medicamentis, nunc, DEO ſit laus, melius ſe habeat. Quùm ergò puerulus hic ante menſem nonum, tanquam ordinario naturæ curſui conſuetum tempus, in lucem editus fuerit, utraque conjux præmaturi & ante nuptias peracti concubitus incuſari videntur, & per conſequens partus pro illegitimo habetur: Qui tamen hac in parte ſe innocentes & nullius cohabitationis ante nuptias ſibi conſcios eſſe teſtantur, vitamque inculpatam & honeſtam duxêre. Quapropter Nobiliſſ. V. V. Exc. Exc. officioſiſſimè rogatas volo, ut negotium hoc diligenter expendere, ſuumque judicium & deciſionem, cum rationibus, impertire haud graventur, *an hi Conjuges, contra propriam ſcientiam & conſcientiam, præmaturi concubitus accuſandi, hicque filiolus eorum pro illegitimô partu habendus ſit?* Quod juxta cum ſolutione honorarii promeriti officiis meis

 (nun-

(nunquam non paratiſſimis) demerebor, perſeverando

Exc. Exc. V. V.

Alsfeldiæ d. 13. *Martii* 1682.]

officioſiſſ.

Joh. Barthol. Schleyrmacher.

Reſponſum Facultatis Medicæ Giſſenæ, de Partu 196. *dierum legitimo.*

DEſuper quæſtione, tempus legitimi partus concernente, Nos, Decanus & Profeſſores Ordinarii Facultatis Medicæ Giſſenæ, Principiis Artis conſentaneum eſſe decidimus:

Celebratis à Semproniô, Viro Juvene 28. circiter annorum, ſano, vivaci & temperamento ſanguineô prædito, una cum Sejâ, Virgine 20. præterpropter annos habente, temperamenti ſanguineo-melancholici, pariter ſanâ, die 20. Sept. 1681. nuptiis, dicta modò Seja menſe Martio ſubſequente immanibus doloribus ſpinam dorſi & ſiniſtrum latus affligentibus, tuſſi ferina, frigore inſigni & calore intensô aliísque ſymptomatibus corripitur, quibus ab adhibitis medicamentis, ceſſantibus die 5. Aprilis, & ita die 197. poſt celebratas nuptias perfectum quidem, ſed debilem & partibus tenerioribus inſtructum puerulum enititur & in puerperiô denuò periodicum dolorem in ſiniſtrô latere & coxendice percipit, unde crus ſiniſtrum refrigeratur adeò & debilitatur, ut illud amplius non ſenſerit, & quia infantulus ante menſem nonum in lucem editus fuit, utraque conjux præmaturi & ante nuptias celebrati concubitus incuſantur, ipſeque partus conſequenter pro illegitimô habetur; unde quæritur:

An Conjuges hi contra meliorem ſcientiam & conſcientiam præmaturæ cohabitationis accuſari, hicque illorum filiolus pro illegitimô partu habendus ſit?

Omnia juxta tenorem transmiſſæ nobis quæſtionis.

Quamvis verò jam ordinariô naturæ curſu infantes menſe nono poſt conceptionem vitales in lucem edantur, attamen ipſis Medicis & ex illis JCtis conſtat, quod in genere humanô terminus partus, tam ſtrictis, ut in brutis accidit, limitibus, non circumſcribantur, ſed latitudinem non contemnendam admittat, dum non tantùm terminus hic in undecimum usque menſem juxta mentem *Hippocratis lib. de ſeptim. partu ſect. 2. text. 22. 23. & ſeqq. & lib. de Octimeſtr. ſect. V. text. 1. & ſect. 6. text. 3. ſeqq. Galen. lib. de ſept. part. Ariſtot. l. 7. de Hiſt. Anim. Plin. l. 7. Hiſt. Nat. c. 5. A. Gellii lib. 3. Noct. Attic. c.* 16. aliorumque, imò longius adhuc, intuitu à Recentioribus deſcriptorum exemplorum extenditur, ſed & terminus ille ad ſeptimum usque menſem contrahitur, ita quidem, ut, licet etiam nulla cauſa partum accelerans, ſive externa ſive interna acceſſerit, ſeptimô tamen menſe, juxta ordinarium naturæ curſum, perfectus infans in lucem poſſit edi, ut ſimiliter illud à ſupra laudatis aliísque Philoſophis & Medicis, ipſisque non minus JCtis conſtat. *Vid. Andr. Laurentius lib.* 8. *Q. A.* 30. *Paul. Zacch. lib.* 1. *Quæſt. Medico-Leg. Tit.* 2. *quæſt.* 3. §. 5. *&* 6. *Fortun. Fid. l.* 3. *de Relat. Med. cap.* 6.

Quodſi verò cauſæ quædam præternaturales acceſſerint, ſupradicti termini adhuc amplius extendi poſſunt, cùm obſervationes ejusmodi partus, tàm retardati, quàm nimis præcocis apud *Joh. Schenckium lib.* 4. *Obſ. pag.* 581. *ſeqq. Marcellum Donat. de Med. Hiſtor. mirab. cap.* 13. copiosè reperiantur; quin & *B. Timæus à* Güldenklee *in Reſponſis* ſuis ſimilem, diverſis, tàm privatorum Medicorum, quàm Collegiorum, præjudiciis confirmatam hiſtoriam partus legitimi 25. ſeptimanâ in lucem editi allegavit, cujus juſtificationem ex principiis Medicis, Phyſicis & Mathematicis *Tractatulo* peculiari ex profeſſo deduxit *D. Fr. Mullerus.*

QUodſi jam in præſenti caſu conſideraverimus 1. communem DD. ſententiam. 2. quod in ſupputatione menſium inſtitutâ, in ſimilibus caſibus, Menſes Lunares, vid. *Reineſ.* (ſeu potius *F. Fidelis*) *lib.* 3. *Schol. Iurisconſ. Med. cap.* 4. *Marcellus Donat. l.* 4. *Hiſtor. Mirabil. cap.* 13. *pag.* 375. & quidem Medicinales, ex conjunctione vel mixturâ menſis periodici & illuminationis reſultantes, qui è diebus XXVI. c. horis XXII. conſtant, vel etiam juxta aliorum ſententiam menſes periodici 27. dierum & 8. horarum, ſint intelligendi. 3. Quòd utraque conjux juvenes, ſani & optimæ complexionis, tempore primi congreſſus fuerint. 4. Quòd Mater ejusmodi ſymptomatibus ante partum correpta fuerit, quæ propter conſenſum ex viciniâ abortum procurare aut partum accelerare valent. 5. Quòd filius, cùm in lucem ederetur, debilis admodum & tenerioris partim texturæ fuerit, ut ad ejus conſervationem ſummâ ſollicitudine & diligenti curâ hactenus opus fuerit. 6. Quòd ſymptomata in puerperiô ſuborta ſatis clarè oſtendant, materiam, quæ ante partum, ſub obortis illis ſymptomatibus, exitum fœtus ſupradictô modo accelerare potuit, adhuc præſentem fuiſſe.

Nullâ ſanè ratione perſpicere poſſumus, cur partus ille pro illegitimô ſit habendus, ſed exiſtimamus potius, partum hunc, ob allegatas cauſas legitimum & naturalem fuiſſe, Conjugesque præmaturi cujusdam concubitus nullatenus de jure incuſari poſſe; in cujus rei fidem unanime hoc Reſponſum noſtrum appreſ-

appresſione ſigilli conſueti confirmavimus. *Signatum Giſſæ die* 15. *Maji.* 1682.

Decanus & Profeſſ. Ord. Facultatis Medicæ Academiæ Giſſenæ.

CASUS XXIX.
DE PARTU SEPTIMESTRI.

Requiſitio.

P. P.

SUper caſu præſenti Veſtram in Arte Medica fundatam deciſionem exſpectamus; videlicet Concivis noſter, Simon N. cum vidua juvencula, quæ cum marito priore aliquot liberos genuit, die Martis poſt ſeptimam Dominicam Trinitatis, erat dies decimus quintus Julii, nuptias publicas celebravit: anno ſuccedente 1615. d. 26. Febr. baptizatur iſtis conjugibus filia omni ex parte ſalva & incolumis. Invaluit autem in noſtra Civitate peculiaris conſuetudo, vel ſtatutum, quod unanimi conſenſu ſubditorum ſancitum fuit, (ſiquidem nuptiarum anticipatio omnes honeſtatis cancellos hoc in loco transgredi viſa fuit:) hactenusque, & per 36. annorum curſum, exemplo puerperarum, quæ conſuetum pariendi terminum immaturo partu antevertunt, confirmatum, quod ita ſe habet: *Quotiescunque ex certa calculatione, vel aliis indiciis demonſtratur, quòd Conjuges quidam ſponſalia cum nuptiis confuderint, toties in illos, vel peculiari multâ, vel pœnitentiâ publicâ animadvertetur.* Ut itaque hoc ſtatutum, quod ſingulari animo publicè prælegi ſolet, in vigore ſuo permaneat, neminique exinde injuria accreſcat, miſimus hunc caſum tecto nomine ad duos ordinarios Medicos, quorum unus Schlakenwaldæ, alter verò in Valle Joachimica Praxin Medicam non inglorius exercet, ut ſuper hoc caſu judicium ſuum nobis velint aperire: quod etiam pro virili præſtiterunt, ſcilicet *infantem Simonis N. non eſſe legitimum*; quibus tanquam artificibus in arte ſua fidem quoque derogare non debuimus, adeòque tenorem noſtri ſtatuti exequentes, mulctam Simoni N. & ejusdem Uxori indicavimus, certâ ſpe freti, ut hoc modo omne ſcandalum tolli, ſanctitasque Matrimonii conſervari poſſit; nihilominus ut Simon N. ſe ſuamque Uxorem defenderet, & Dominorum Medicorum ſententiam irritam faceret, ſequentia ſub E. nobis ſupplex tradidit. Licet autem hâc in re ab informatione Medicorum ſtare, & contra Simonem N. ſecundùm rigorem juris procedere poſſemus, malumus tamen Facultatis Veſtræ judicium exſpectare, quàm præpoſterè judicare. Ut itaque Excellentiæ Veſtræ Acta iſta, (quæ in originali mittuntur) collegialiter volvant & revolvant, nobisque obſignatum, rationibusque pro & contra confirmatum, reſponſum, ſuper hâc quæſtione: *An partus ſeptimeſtris & octimeſtris* (cujus caſus noſter facit mentionem) *in noſtro climate perfectus, maturus, naturalis & legitimus dici queat?* Vel: *An magis Dominorum Medicorum judicia cum naturæ veritate conveniant?* communicent, enixè rogamus. *Dab. in Thermis Carolinis d.* 15. *Septembr. Anno* 1617.

SENATUS ejus loci.

A.

Reſponſum D. Michaelis Reudenii.

AD quæſtionem ab Ampliſſimo Senatu mihi propoſitam, *utrum videlicet Filia iſta, cujus Parentes die* 15. *Julii Anno* 1614. *nuptiâs celebrârunt, ipſamque poſteà d.* 16. *Febr. Ann.* 1615. *baptizari curârunt, juxta indolem hujus Regionis, pro partu naturali ac legitimo cenſeri poſſit?* ita reſpondeo:

Quia terminus prædicti partus continet 224. dies; atque juxta calculum *Hippocratis* (qui hoc in negotio obſervari debet) 30. diebus pro uno menſe computatis, tunc incidit iſte in medium octavi, quô poſitô, potuit quidem nuptiarum die filia iſthæc concipi, *aſt poſt partum non ſuperſtes manere*; etiam juxta omnem Philoſophorum & Medicorum ſententiam, *octimeſtris fœtûs editio, partus quidem nomen, non abortûs meretur, ſed nec vitalis nec legitimus dici debet.* Quodſi filia hæc vegeta ac incolumis, more aliorum infantium, luci reddita, & forſan adhûc vivit, terminum partûs quidem attigit, non immeritò autem præſumitur, quòd ante diem 15. Julii Anni 1614. fuerit concepta, atque magis pro nonimeſtri partu reputanda ſit: Sin verò aliquis hanc ſub partu ſeptimeſtri collocare vellet, huic tria ſubſequentia cogitanda relinquo:

1. *Quòd non probabile, quòd duo conjuges vegeti, & undiquaque ad generandum apti* (inter quos Marita jam in primo matrimonio liberos genuit) *usque in tertiam ſeptimanam ſibimet invicem non cohabitaverint absque ulla conceptione, vel, quòd tàmdiu à Venereo exercitio ſibi contemperaverint.*

2. *Eſt hic infans filia,* quæ prout in utero materno 10. 12. diebus integris tardius formatur, ita etiam tardius quàm pueri naſcitur, & propterea nullo modo partui ſeptimeſtri accenſenda.

3. Licet *Hippocrates*, qui Græciam inhabitavit, partum ſeptimeſtrem pro vitali habeat, hoc

hoc tamen ad Germaniam, vel Bohemiam noſtram, vel alias Regiones Septentrionales vix applicandum, cùm omninò non quadraret, ſi apud nos ſextum menſem, qui in Hiſpania pro ordinario partûs termino habetur, vel ſi octimeſtris partus, qui in Ægypto, ob Cœli & Soli clementiam, vitalis eſt, etiam in noſtro Climate pro vitali æſtimare vellemus; manet itaque in noſtris Regionibus ordinarius terminus legitimi & vitalis partûs menſis nonus. *Dab. in Therm. Carol. d. 16. Septembr. Anno* 1615.

B.

Reſponſum D. Caſparis Hornii.

AD requiſitionem Senatûs Thermarum Carolinarum, quæſtionem: *An Uxor Simonis N.* (quæ in priori matrimonio aliquot liberorum parens fuit) *poſtquam ad ſecunda vota, die* 15. *Jul. Anno* 1614. *tranſiit, filiamque die* 16. *Febr. Anno* 1615. *in lucem edidit, legitimè pepererit, ita, ut conſuetum ac ordinarium pariendi terminum exſpectârit, infansque natus, juxta morem regionum noſtrarum, legitimus ac naturalis dici mereatur?* ita reſolvo: quòd quoniam calculo inito tempus partûs non ſolùm 8½ ſolares, ſed & totidem cum 7. diebus, Lunares menſes conſtituit, octimeſtris partus prodeat, qui teſte *Hippocrate libr. de octimeſtr. part. lib. de Carnib.* & *Galeno lib.* 6. *Epidem. part.* 7. *F.* 27. nullibi, niſi in Ægypto, *Ariſtot. lib.* 7. *de H. A. Cap.* 4. vitalis eſſe conſuevit; hæc autem puella integrè conformata, ac vitalis adhuc exiſtit, ideò propter hanc rationem *pro legitimo partu haberi nequit*, & per conſequens nec ordinarius aut conſuetus iſte fuit naſcendi terminus, multò minus *tanquàm partus primus* (nam Genitrix ejus in priori matrimonio aliquot liberos jam enixa fuit;) *pro ſeptimeſtri partu haberi vel æſtimari poteſt*. Dab. in Therm. Carol. d. 17. Septembr. Anno 1615.

C.

Replica D. Reudenii, ad inſtantiam Advocati.

QUia Reſponſum meum ab Advocato in defenſione, quam Simon N. Senatui tradidit, hinc inde convellitur, incumbit mihi omnibus modis illud defendere; proteſtor autem ſolenniter, me perſonalia non tractaturum, aut Advocati ſcommata, (qui paſſim dente Theonino me lacerare intendit) vindicaturum, ſed veritatem ſolummodò defenſurum: cui fini Advocati ſcriptum ad tria Capita commodè redigo, quorum tenor ſequens eſt;

1. *Quòd humanum naſcendi tempus accuratè vix ſciatur.*
2. *Quòd nobis Medicis in caſu præſenti tempus conceptionis incognitum ſit.*
3. *Quod octimeſtris etiam partus vitalis eſſe queat.*

De primo Advocatus ſcribit, quòd hæc ſit conſtans & recepta *Phyſicorum*, *Medicorum & Aſtrologorum* ſententia, *quòd de hominis partu, ejusque tempore, tàm difficile ſit proferre judicium, quàm de his omnibus, quorum variæ & inconſtantes Auctorum reperiuntur opiniones*, teſte *Ludovico Mercato*. Cum *Aſtrologis*, tanquàm hominibus vanis & mendacibus, mihi nunc nihil eſt commercii: *Phyſici* autem & *Medici* fatentur, quòd homini non ſit certum naſcendi tempus, quod tamen non ſimpliciter, ſed ſecundùm quid, & reſpectivè accipiendum; quòd videlicet dies & ſeptimana partûs, ut in brutis, vix in partu humano determinari queat: nam conſtat iſte terminus quâdam latitudine, infra & ſupra quam natura non ſolet aſcendere vel deſcendere; ordinarius tamen terminus in noſtris regionibus ſeptentrionalibus cenſetur menſis nonus, prout etiam Salvator noſter, Dominus Jeſus Chriſtus, circa finem noni naſci voluit, *ut ſuo exemplo doceret, verum atque communem naſcendi hominibus terminum eſſe menſem nonum*, ut eleganter ſcriptum reliquit *Hieronymus Mercurialis in Tract. de Generatione hominis Cap.* 32. An verò amantibus in noſtris regionibus interdum blandus quidam zephyrus, juxta Advocatum, auram quandam Ægyptiacam inſpiret, vel, utrum vinum Hiſpanicum & Indica bellaria partum Ægyptiacum, h. e. *ſex, ſeptem octoque menſium*, qui vitalis & incolumis ſit, efficere poſſint, ipſi ſcrutandum relinquo. *Ludovicus Mercatus* (quem citavit ipſe impertinenter) poſtquàm hac de re aliorum ſententias prolixè recenſuit, hæc ſubjungit, *de affectibus mulier. L.* 4. *C.* 1. *pag. m.* 460: *Legitimum igitur tempus, experimentum frequentiſſimum probabit in communi hominum natura, eſſe nonum menſem, vel ad ſummum decimum, ut paulò inferius probabo, ac ultimò ſeptimum; qui ſanè menſes ſunt ex natura & judicandi ratione efficaciſſimi, & maximè potentes*; paulò poſt: *in reliquis verò menſibus, quantumvis ad judicandum videantur idonei, fœtus perpetuò valetudinarii naſcentur, quod unam tantùm cauſam partûs legitimi nanciſcantur, ſeu menſem judicatorium, integram verò maturitatem nondum* &c. quæ verba *Mercati* ſufficiunt ad opinionem meam confirmandam, Advocati autem refutandam.

In ſecundo Capite impugnat noſtrum calculum exinde, quia nemo, nec Doctores, tempus conceptionis ſcire vel determinare poſſunt; quod quodammodò verum, quia ad Eleuſynia & Veneris ſacra, Doctores raro advocantur: interim tamen conſuetudo, nexus cauſarum naturalium, Medicus dogmaticus, tàm à prioribus, quàm poſterioribus inter ſe collatis,

collatis, facile illud conjicere poteſt, etiam ſi nec urinam inſpexit, nec pulſum Sponſæ tetigit. In confeſſo ſiquidem eſt, quod infans hic 224tô die, poſt celebratas nuptias, baptizatus fuerit: Ergò ſequitur, quòd ante ſeptimum, aut octavum, aut nonum menſem conceptus in utero eſſe debeat, non excluſâ tamen latitudine menſium, quâ in principium, medium & finem dirimuntur. *Septem menſes retrò conceptus eſſe nequit*, quia (1) non probabile, quod amoris œſtrô perculſi Neonymphi, à Veneris exercitio abſtinuerint, vel quòd aliis à cauſis conceptio fuerit impedita, cùm naturalia ſemper eodem modo agant, niſi impediantur; nullum verò impedimentum Advocatus affert, nec meliori meum argumentum refutat: ergo manet mea ſententia. 2. *Quoniam puella eſt*, de quibus authentici Medici firmiſſimis rationibus ſcribunt, quòd vel perfectæ menſe ſeptimo naſci non poſſint, vel, ſi contingit, illas tunc temporis naſci, quòd ſtatim moriantur, vel certè valetudinariæ fiant. 3. *Quoniam in noſtris regionibus ſeptentrionalibus partus ſeptimeſtres tam facile ad lubitum cujusvis admitti non poſſunt*, quod etiam Advocatus intactum relinquit, metuens, ne forſan causâ ſuâ cadat, & ſi argumenta mea ipſi ſunt ſtraminea, cur ipſe non profert ſolidiora?

Denique quoniam in puncto tertio inſtanter urgetur, *octimeſtres etiam partus vitales eſſe poſſe*, ſciendum quòd non minimæ contentiones propterea inter Eruditos obortæ, fuerint; non enim deſunt, qui nudâ *Ariſtotelis* auctoritate, & pauciſſimis Exemplis nixi, arbitrantur, quòd etiam in octavo menſe naſci poſſent vitales: ſic enim *Ariſtot. l. 7. H. A. & l. 4. de generat. animal.* quod in Ægypto & aliis in locis, ubi mulieres fœcundiores, octimeſtres ſupervivere poſſint, non item in Græcia; & quamvis poſt partum vivant, attamen obſtetrices putant, quòd puerperæ errorem calculi commiſerint, quod confirmat Idem *Sect.* 40. *Problem.* 10. quòd homines tantùm diverſa pariendi tempora habeant, quoniam 7. 8. 10. menſe parere poſſunt; cui addunt hanc rationem ſequentem: Si enim, inſtant, ſeptimeſtres vitales ſunt, cur non & octimeſtres? utpote qui perfectiores videntur; verùm enim verò quoniam *Hippocrates* aliam fovet rationem, experientiâ & variis obſervationibus munitam, dum conſtanter aſſeruit, octimeſtres nullo modo vivere aut ſupervivere poſſe, ſicut reliqui partus, ideò hunc meritò ſequimur: Ipſeque pro ſuo candore, & ſingulari humanum genus juvandi ſtudio contrarium non reticuiſſet, ſi à fide dignis perſonis vel talia audiviſſet, vel in ſuis peregrinationibus per Lybiam, Delum, Scythiam, animi excolendi causâ ſuſceptis, ipſe obſervâſſet, *vid. lib. de Aëre & Locis. Ariſtotelem* quod attinet, non ſimpliciter dixit, octimeſtres in Ægypto diu vivere, ſed tantùm eſſe probabile, quòd ob Cœli & Soli clementiam aliquando & ad tempus vivere poſſint. A poſſe autem ad eſſe non eſt bona conſequentia; Locum ex *Problematis* adductum plurimi Criticorum ſuſpectum reddunt, quoniam nonus textus planè omiſſus, octavus autem interpolatus fuit. Inibi enim Philoſophus non in genere de quovis menſe, in quo hominem naſci poſſibile, loquitur (hâc ſiquidem ratione ſextum etiam & undecimum nominare debuiſſet) ſed modò de iis menſibus, qui in Patria ſua ſunt uſitatiſſimi; jam liquet, quòd nonus in omnibus regionibus ſit maximè ordinarius, octavus verò omnium extraordinarius, & periculoſiſſimus. Sequatur ergò neceſſum eſt, ſi *Ariſtotelis* auctoritatem ſalvare velimus, quòd pro *octavo, nono* legi debeat in *Problematis*, de quibus videatur *Hieronymus Mercurialis libro de generatione hom. Cap.* 31. Præterea miror valdopere, quòd Advocatus non erubuerit, *Avicennam* in ſuas partes pertrahere, pro obtinenda *partûs octimeſtris vivacitate*, cùm tamen contrarium ex eodem Auctore oppidò demonſtrari poſſit. Nam hæc ejus ſunt formalia, *Lib.* 3. *Fen.* 21. *Tractat.* 2. *Cap.* 1: *Et ſcias inde, quòd menſis ſeptimus eſt primus menſis, in quo parit ipſum, & eſt fœtus fortis creationis & complexionis, cujus creatio velocior fuit, & cujus motus feſtinavit, & cujus petitio ad exitum fuit velocior. Et plurimùm quidem moritur natus hoc tempore, quoniam tolerat motus vehementes in debilitate creationis hujusmodi natus; namque licet ſit fortis, tamen eſt proximi ſpatii cum creatione, verùm natus in octavo menſe eſt, qui plurimùm moritur denatus, & parum vivit, quòd ſi aliquis vivat de natis in octavo menſe, tunc illud eſt rarum valdè &c.* Hactenus *Avicenna*: qui noſtræ ſententiæ conformis notabiliter ponit, quòd præprimis puellæ menſe octavo natæ vivere nequeant. Denique argumentatio à minori ad majus, i. e. *à vita ſeptimeſtris partûs*, imbecilliter concludit, & refutatur à contraria experientia. Nam ſeptimeſtres in illis ſolùm regionibus contingunt, quibus ſunt familiares, & ubi infantes ſeptimo menſe non ſolùm ſe movent, verùm etiam exitum ſibi quærunt. Quoniam verò non ſunt æqualis roboris, contingit, quòd quidem eo tempore, dum ſe movent, naſcantur, non exſpectando nonum menſem, ſunt autem propter defatigationem debiles, & per conſequens non vivaces. Ita in noſtris regionibus interdum evenit, octimeſtres naſci, qui nono menſe provenire debebant, vel ob defectum alimenti, vel alia ſymptomata, quæ gravidis occurrere ſolent: hi pariter, quoniam infirmi, & viribus exhauſti, aëris externas & victûs injurias non ſuſtinent, ideò neceſſariò moriuntur. Nec deeſt argumentum ex *Hippocrate*, cur *octi-*

meſtres non ſint vitales? occurrunt enim circa 8. menſem, juxta effatum Hippocratis, duo peſſimi quadragenarii. Primus quadraginarius menſi dicatus eſt, in quo fit conceptio, quo tempore Embryo multa, eaque diverſa ſuſtinere debet. Secundus præcisè tangit menſem 8. & hæc eſt ratio, cur interdum monſtra & mutilati tunc partus prodeant. Tertius quadragenarus tangit recens natos circa primum quatriduum; ſi itaque contingit infantem 8. menſe naſci, tunc occurrunt duo peſſimi quadragenarii. Quid itaque mirum, ſi ejusmodi infantes non diu vivant? quibus omnibus coronidis loco Aſtrologorum argumentum annecti poſſet, quia menſis octavus Saturno dicatus eſt, tanquàm peſſimo, & vitæ humanæ adverſario Planetæ, de quorum prædictionibus, quid ſentiendum? in communi jam conſtat. His itaque poſitis, verum adhùc manet, *quòd octimeſtris fœtûs editio, partûs quidem nomen, non abortûs, mereatur, ſed nec vitalis, nec legitimus dici debeat.* Reliqua contra theſin meam prolata ab Advocato, vix reſponſione videntur digna; ideò, veluti ſuperius promiſi, tanquam parerga non attingam.

D.

Replica D. Hornii ad Inſtantiam Advocati.

EX defenſione, quam Simon N. ab Advocato concipi curavit, hinc inde legendo, percepi, quòd conetur *partum octimeſtrem, tanquàm diu viventem,* & per conſequens *legitimum, in regionibus noſtris inducere,* & hoc omne contra meum Reſponſum: Cui ſtatim ex ipſo *Ludovico Mercato*, quem allegat, hæc oppono: *Noſtrâ tempeſtate vix reperias imperitiſſimam quamque fœminam, quæ non deteſtetur partus octavo menſe natos.* Et paulò poſt: *ſi quando contigiſſe conſtat, octimeſtrem partum vivere, id quidem cenſeo potius fieri, quòd matrem deceperit computationis principium, quàm quod verum ſit.* Porrò: *Quod ſi alieni regioni ob ipſius Cœli Solique clementiam id accidat, in univerſum tamen non eſſe verum, octimeſtres partus vitales eſſe.* Adſociat ſe *Avicenna lib. 3. Fen. 21. Tractat. 2. Cap. 1.* his verbis: *ſi aliquis vivat de natis in octo menſibus, illud eſt rarum valdè hoc tempore, & in quibusdam Regionibus omninò non vivit natus 8. menſium.* Hinc *Ariſtoteles lib. 7. H. A. cap. 4.* & *Cardanus Comment. ad Lib. Hippocrat. de S. P.* affirmant, *octimeſtrem ſolummodò in Ægypto*, vel ut Plinius putat *lib. 7. H. N. Cap. 5. in Italia, ſuperſtitem manere*, quàmvis Advocatus ex *Ferdinando Menâ* hoc perneget, enumerando exempla, quibus octimeſtres, etiam ſine reſpectu, ad regiones, diu vivant. Adhæc, *Ariſtoteles* loco citato non concedit, idem contingere in Græcia, quod in Ægypto, multo minus aſſerit, octimeſtres in regionibus ſeptentrionalibus vitales eſſe, &c. hoc omne propter commotionem fœtûs in utero, quam circa finem ſeptimi & principium octavi molitur. Nam ſeptimo menſe ſemper movetur infans ad partum, & convertitur, ſed cùm non conſequitur ſuam intentionem, remanet ſic converſus, infirmatur, & reſolvitur virtus ejus, & demùm quando octavo ſtatim menſe naſcitur, in hujusmodi diſpoſitione ſuccumbit & moritur, *Hippocrat. de S. & O. partu, Levinus Lemnius de occult. naturæ mir. lib. 4. cap. 13. Hieronym. Mercur. de M. M. lib. 2. Cap. 1.* Poſtea in allegato dicto *Juſtiniani* nulla fit mentio octimeſtris, ſed ſeptimeſtris, uti videre eſt Libr. 19. reſponſ. Pauli JCti, quando ait: *Septimo menſe naſci partum perfectum, jam receptum eſt, propter auctoritatem doctiſſimi viri Hippocratis, & ideò credendum eſt, juſtum eſſe filium.* Quòd verò quidam primùm quadrantem octimeſtri partui, ſecundum menſem apparitionis Lunæ, dicare volunt (quamvis hujus puellæ natalis in medium octavi menſis incidat) iis tamen contradicit *Valleriola lib. 3. enarrat. 7.* quando ſcribit: *alia eſt ratio ſubpullulandi in geſtatione fœtus, & longè alia in morborum diebus decretoriis.* Itaque ex auctoritate, & ratione firmiſſimis celeberrimorum Auctorum adhuc concludo, *quòd hujus puellæ natalis, juxta indolem noſtræ regionis, non pro octimeſtri habendus ſit, quandoquidem octimeſtris, fœtûs quidem nomen, non abortûs, meretur, ſed nec vitalis, nec legitimus dici debet in hisce regionibus noſtris. Andreas Laurent. in Oper. Anatom. Cap. 6. qu.* 37. Septimeſtrem quod attinet, eundem ex fundamentis Medicinæ (ad quæ propter temporis brevitatem provoco) pro vitali & legitimo in regionibus noſtris ſemper agnovi! An verò hæc puella Simonis talis ſit? adhuc ſub judice lis eſt, dum ipſe fatetur, ſe neſcire, an ſeptimeſtris vel octimeſtris partus ſit.

Deinde ponit Advocatus, *Hippocratem* ſui immemorem duos tantùm partûs naturalis terminos, ſeptimum ſcilicet & nonum ſtatuiſſe, quod falſum, veluti ex ſcriptis ejus patet, *lib. de nat. puer. de carnibus, lib. de S. & O. P.* ſcil. *primum partûs humani terminum eſſe menſem ſeptimum, ultimum principium undecimi, intermedios nonum, & decimum, ceu naturæ maximè familiares.* Quòd ſi verò Auctor defenſionis hoc negotium eò redigere poſſet, ut partûs terminus à ſponſaliorum tempore computaretur, rotundior forſan numerus exinde proveniret, nec iſtis litibus & controverſiis opus eſſet, &c. Dab. in Valle Joachimica d. 26. Febr. Anno 1616.

E.

Defenſio, & Refutatio Reſponſorum Medicinalium.

LAta eſt contra me, uxorem, & filiam meam, ſequens ſententia: *quod, quia nos nuptias*

nuptias anticipaverimus, adeoque ſic puella juſto citius ante conſuetum pariendi terminum illegitimè nata, ad evitandum ſcandalum, aliisque ad exemplum, aut per tres ſubſequentes dies Dominicos publicam pœnitentiam agere, aut planè hâc urbe diſcedere debeam.

Contra quam ſequentia excipio: Et cumprimis, quòd hujus inculpationis, *ratione anticipationis & illegitimi partûs,* nec ego, nec Uxor mea ſufficienter ſimus convicti; nam Judices in hac cauſa non abſolutè debent attendere diſcurſus *Phyſicorum, Medicorum & Aſtrologorum,* an infantes octavo menſe prodeuntes legitimum naſcendi terminum attigerint, nec ne? ſi affirmativa obtinet, nec abortûs nomine octimeſtris inſigniendi, quid importat ſcrupuloſè quærere, an vivant, vel num vivere poſſint? aut quibus de cauſis utplurimum moriantur? hæc enim & alia ſubtilitatum farrago tantùm libertatem philoſophandi reſpicit, non verò mihi, noſtræque famæ, aliquid detrahere poteſt; ideò ſapientiores etiam concludunt: *Quod de hominis partu ejusque tempore tàm ſit difficile proferre judicium, quam de his omnibus, quorum variæ & inconſtantes Auctorum reperiuntur ſententiæ. Ludov. Mercatus lib.* 4. *M. M. Cap.* 1. Locum hic habet potiſſimùm Imperatoris Juſtiniani conſtitutio: *Credendum, eum, qui ex juſtis nuptiis menſe ſeptimo natus, juſtum filium eſſe*: quod D. *Hadriani* decreto inſuper corroboratum, quo viduæ cujusdam honeſtæ undecimo menſe prognatus infans, pro legitimo & naturali partu fuit habitus; adeóque præſtat in arduis ac dubiis caſibus dicere, *quod duo extremi ſeu abnegativi termini legitimi partûs ſint, alter citerior, ſeptimeſtris, alter ulterior undecimeſtris. Mynſing. pecul. obſ. Cent.* 6. *obſ. n.* 16. Hinc, quia ſtatutum & ſententia contra me lata nobis infamiæ notam inurit, operæ precium erit, Reſponſa Medicinalia paulò accuratiùs examinare, hoc ſuppoſito, *quod filia mea ſeptimanâ* 32*dâ, poſt nuptiarum celebrationem, nata fuerit.* Jam, ſi ex mente Neotericorum, tàm Phyſicorum, quàm Medicorum (Aſtronomos excludam ab hoc Actu) *Ariſtotelem,* qui admiratus eſt partûs humani varietatem *lib.* 7. *de H. A. Cap.* 4. & *Hippocratem* (qui ſui vix memor duos ſolùm partûs naturalis terminos, ſeptimum ſcilicet, & nonum menſem ſtatuit) conciliantium, pro confeſſo habetur, quòd intra ſpatium hebdomadarum 32. quilibet infans perfectè formatus, ac vivus naſci queat, varietas autem termini, dum quidam ſeptimo, octavo, decimo, undecimo quidam prodeunt, modò phantaſiæ, modò virtuti plaſticæ impeditæ, modò principii Ingravidationis computationis (cujus calculus ab eo tempore ducendus eſt, à quo res ipſa exiſtere incipit) attribuitur, ſcirem lubens, quo fundamento calculus, ab Ampliſſimo Senatu ductus, tantoperè contra meos militare poſſit, ut propterea contrarium probare tenear? Etenim etiamſi omnis corporis ac animi nervos intendam, attamen nec ex Recentiorum principiis, ingravidationis principium accuratè cognoſcere, nec ob id juratè dicere licet, an terminus puellæ meæ in ſeptimum vel octavum menſem inciderit. Sunt enim hæc naturalia, de quibus nemo apodicticum ferre poteſt judicium, quin potius DEO præpotenti ago gratias humilimas, quòd matrimonio meo benedixerit, intra decurſum 32. ſeptimanarum, ſanam & omnibus numeris abſolutam filiam mihi largiendo, aliis curioſas calculationes, quas illis interdum *Hans Alogus* (Unvernunfft) ſuppeditat, relinquens. Deinde, quia hæc invictæ veritatis, quòd nullus Medicorum aut Phyſicorum tempus conceptionis accuratè norit, etiam de calculo tàm certò non judicare, multò minus ſtatuere queat, quòd hic vel iſte partus, in hoc vel alio menſe, & præcipuè præjudiciali, natus fuerit, quid impedit, quò minus credatur, quòd dies iſti à tempore primi concubitûs usque ad partus tempus ſuffecerint, quibus auxiliante DEO filia noſtra perfectè ac legitimè naſci potuerit, & hoc eò magis, dum talia vera ſunt de partu ſeptimeſtri? Certò itaque ſequi neceſſum, quòd illud omne, quod fit intra XXIIX. ſeptimanas, multò magis pro varietate principii, fieri poſſit ſeptimanâ trigeſimâ ſecundâ, aliâs notiſſimum Axioma, *unius temporis incluſio non eſt alterius excluſio*, propter incertitudinem periclitaretur. Et licet celebres iſti Medici non errent reſpectu partûs termini, latet tamen utrumque principium Ingravidationis; ideò *D. Reudenius*, in principio ſui Reſponſi, ſemper argumentatur *à poſſe*: videlicet potuiſſe conceptionem primâ nuptiarum nocte fieri, fœtum tamen, vel filiam non potuiſſe ſupervivere. Aſt propriè hoc & accuratè non ſcit.

D. Hornius Thomas eſt, non credendo, conceptionem feſtivitate nuptiarum factam eſſe, ſed diu ante illam: *Reudenii* poſſe removendo, ac ſuum eſſe incertum ſupponendo, ſequentibus ratiunculis: quia (1) Uxor mea & in priori matrimonio peperit aliquoties: (2) factâ calculatione hoc modo menſis octavus prodit, qui diuturnitati vitæ contrariatur, præſertim in hac ſeptentrionali Regione; ſed quicquid dicant, deſunt tamen rationes & argumentorum pondera. Etenim anilis iſta de octimeſtri opinio dudum Theologorum pariter ac JCtorum Conſtitutionibus ac Decretis fuit exploſa, ut propterea nobis tàm inſulſa hypotheſis nequaquàm præjudicare valeat. De cætero, argumenta ab ipſis adducta vix ſunt ſtraminea: etenim quæ conſequentia: (1.) *Uxor mea in priori matrimonio peperit, ergo ſtatim in primo congreſſu nuptiarum ſecundarum concipere debuit?*

buit? octavoque menſe parere? quaſi ulla tunc temporis adfuiſſet neceſſitas! (2.) *Octimeſtres non ſupervivunt: ergo filia mea novem menſes antè concepta, ac ob id legitimus partus eſſe non poteſt*, quaſi vitia præſumerentur. (3) Rumor vulgi de immaturo fœtu ſparſus hinc inde eſt. Ergò! ſi huic ſemper credendum, majora etiam abſurda de aliis forent metuenda. Ergo hic, ut ſic, nihil contra nos probat. Potius refutat *Ferdinandus Mena ad Libr. Hippocr. de S. P.* hos Doctores, quando ex *Ariſtotele*, *Avicenna*, *Plinio* multa exempla octimeſtrium profert, qui indifferenter, & ſine reſpectu ad Regiones, diu vixerunt, imò conſenuerunt: à quibus ne latum unguem recedit *Cardanus*. Et quamvis ratiunculæ quædam videantur adeſſe, *quibus octimeſtrium fama nonnihil contaminari, ac in dubium vocari poſſit*, omnium tamen JCtorum conſilio, quos refert *Tiraquellus in repetit. L. ſi unici. C. de revocat. donat.* hæc ſententia, tanquàm mitior, pro optima fuit æſtimata, atque judicatum, *quod illi, qui ſeptimo & octavo menſe, vivente adhuc parente, & poſthumi in undecimo nati, pro legitimis cenſeri debeant, quia hoc in paſſu dubio ad illud reſpiciendum, quod minimè lædit*, prout hâc de re pluribus videri poſſunt *D. Joachimus á Beuſt*, & *D. Paulus Tarnovius*. Tandem identitatem caſus refert *Müllerus, Semeſtr. lib.* 3. 28. aliive, qui ſi opus foret, allegari poſſent; ut adeò veterum Medicorum Hypotheſes & Dn. Doctorum opiniones, vel media concludendi, *quòd nempe octimeſtris fœtûs editio, partûs quidem nomen, non abortûs, mereatur, ſed nec vitalis, nec legitimus dici debeat*, allegatione contraria videantur abrogatæ & prorſus abolitæ.

Spero proinde, me hâc defenſione meâ tantum deduxiſſe, quod ſententia, ad judicium Medicorum contra me lata, locum non habeat, & quod propterea Ego, & Uxor mea ſimus in integrum, ratione famæ, reſtituendi, ac filia mea pro legitima æſtimanda: cum reſervatione reliquorum Juris beneficiorum.

Reſponſum Facultatis Medicæ Lipſienſis, Partum ſeptimeſtrem eſſe legitimum.

PErlegimus in Concilio noſtro diligenter atque deliberatò literas Veſtras, quibus refertur, quòd Concivis veſter Simon N. cum vidua juvencula (quæ in priori matrimonio aliquot liberorum mater evaſit) d. 10. Julii Anno 1614. nuptias; ſubſequentis verò Anni 1615. d. 25. Febr. Lucinæ ſolennitates celebravit: quoniam itaque à tempore copulationis usque ad tempus partus, juxta calculum *Hippocratis* 29½ dies pro uno menſe Lunari con ſecutorio computando, ſeptem menſes & 17. dies interceſſerunt, & poſſible eſt, quòd primis conjugii diebus conceptio nulla facta, dum varia impedimenta, & reſpectu Sponſi, multo magis ratione Sponſæ, obtingere ſolent, non videmus cauſam, *ob quam hæc filia non pro legitima, & quidem ſeptimeſtri partu, haberi debeat?* non obſtante, quòd reſpectu reliquorum adeò frequentes non ſint. Licet etiam regeratur: fœmellas non facilè partus ſeptimeſtres fieri poſſe, deeſt tamen ratio; & exempla, quibus probari poteſt, puellas etiam ſeptimo menſe, & quidem vivaces, prodiiſſe, fortius ſtringunt: multò minus requiritur, ut ſeptimeſtris ſemper primus fœminæ partus eſſe debeat: Octimeſtrem quod concernit, cum Anteceſſoribus noſtris unanimiter concludimus, *quòd nullus eorum, octavo menſe natorum, vitalis ſit*, & hoc juxta *Hippocratem lib. de carnib. circa finem: Menſe octavo natus nullus unquàm vixit.* Dab. Lipſiæ d. 7. Jan. Anno 1618.

Vid. Amman. Med. Crit.

CASUS XXX.
DE PARTU SEPTIMESTRI.

Requiſitio.

P. P.

TErminos nativitatis noſtræ in manu T. O. M. DEI poſitos eſſe, hinc quoque vitæ & mortis noſtræ cauſas dependere, à nemine, ſperabo, de jure vocabitur in dubium. Impugnatur nihilominus à ſociis meæ Tribûs Uxor, & infans meus in ſpecie, ut pote qui pro illegitimo haberi debet, ex eo fundamento, quòd non juſto ac naturali tempore prodiiſſet, ſed citius; unde commotus ego caſum ipſum Veſtræ Cenſuræ ſubjicere: Scil. d. 10. Februarii nuptias celebravi cum virgine Urſula N. publicas: die 14. Septembr. ejusdem anni, & juxta calculationem D. Johann H., 207mâ die, vel circa finem menſis ſeptimi adjuvante DEO ea ſobolem enixa; quô auditô, ſtatim ab adverſariis noſtris objectum, (ſed non ſine calumnia,) nos anticipâſſe nuptias, nec copulationem ſacerdotalem exſpectâſſe. Salva autem eſt conſcientia noſtra, & quamvis pro innocentia & defenſione noſtra allegaverimus *lib. 12. ff. de ſtatu hom.* item, quòd infans 182. die natus pro legitimo habeatur, prout jura docent:" de eo qui 182dâ die natus eſt, *Hippocrates* ſcripſit, & D. *Pius* Pontificibus reſcripſit, juſto tempore videri natum: Provocavimus etiam ad *Dn. Mollerum Semeſtr. Lib. 3. Cap. 280. n. 10.* qui expreſſis verbis ponit: *Indubitati juris eſſe, eum legitimum eſſe, qui ſeptimo menſe naſcitur*; quem in finem etiam D. Johannis H. judicium

pro-

produximus ſub A. Hiſce tamen non obſtantibus, Tribus prædicta Tornatorum urget contra Nos ſtatutum, quô omnes illi, hoc tempore nati, pro *illegitimis* habendi, tandem ſe acquieturos polliciti, ſi Collegium quoddam Medicorum hunc partum *pro naturali & legitimo* pronunciaverit. Peto itaque perquàm ſubmiſsè, velint Excell. Veſtræ, quoniam hæc famam noſtram tangunt, judicioſè omnia perpendere, atque me certiorem reddere, *quid de termino infantis noſtri ſtatuendum? & an is propterea, quia ſic natus eſt, pro illegitimo haberi debeat?* Dab. Görlizii, die 23. Martii Anno 1636.

A.

QUia ex Libro Eccleſiaſtico, inſtitutâ Computatione Phyſicâ, apparet, tempus nuptiarum Godofredi G. à 10. Februar. 1634. usque ad 14. Sept. ejusdem Anni, quâ Urſula N. (quæ tunc fuit primipara) filium enixa, conſtituere 270. dies, qui numerus ab omnibus Medicis, tàm Veteribus, quàm Neotericis, pro ſufficienti termino habetur, pro conſtituendo partu ſeptimeſtri legitimo; ideò arbitror ego, infantem hunc, qui circa finem ſeptimi prodiit, omninò legitimum, nullaque famæ maculâ adſperſum eſſe. *Dabam Görlizii die 26. Januarii Anno* 1636.

D. Joh. H.

Reſponſum Facultatis Medicæ Lipſienſis; ſcilicet Partum hunc ſeptimeſtrem eſſe legitimum.

QUid Torniones contra exiſtimationem infantis veſtri ſuſceperint, abunde liquet ex transmiſſis; pro defenſione itaque noſtrum expetitum fuit judicium ſuper hâc quæſtione: *utrum filius circa finem ſeptimi natus, legitimus ſit, necne?* Ubi ſuo quidem loco relinquimus, quæ ſcripſit *Ariſtoteles lib. 7. de H. A. cap.* 4. *& Reyeſius in Camp. Elyſ.* quod omnia quidem animalia certum pariendi tempus habeant, ſolus autem homo incertum, puta 7. 8. 10. 11. menſem, inter quos octavus infantibus eſt exitioſiſſimus, ita ut juxta *Hippocratis* effatum nullus infans eodem menſe natus vivere poſſit. Citiſſimus tamen naſcendi terminus eſt conſtitutus ab eodem, videlicet numerus 182. dierum, qui dum ſeptimum menſem non perfectè complent, inquit ipſe, quòd pauci ſic nati vitales eſſe poſſint, ideò eundem usque ad 200. vel ad 210. dies prorogat, concludendo: *Puerum ita natum, rectâ ratione in lucem emiſſum, & vitalem eſſe.* Hæc, ut & quæ communicavit Vobis D. Joh. H. ſedulò contulimus, atque deprehendimus, diſtantiam à nuptiis usque ad puerperium eſſe 207. dierum, ideò pronunciamus liberè: *quòd infans hic circa finem ſeptimi natus, pro legitima ſobole, & partu ſeptimeſtri, jure haberi debeat.* Dabamus Lipſiæ d. 21. Maji Anno 1636.

CASUS XXXI. *DE* PARTU SEPTIMESTRI.

Requiſitio

P. P.

CUm deſponſatâ mihi virgine 17. annorum, die 4. Novembr. 1623. nuptias ſoleniter celebravi, quæ mihi ſubſequenti Anno 1624. die 17. Junii filium, partibus & numeris abſolutum omnibus, peperit, quo audito Dominus Superintendens hujus loci mihi hoc exprobravit, ſcilicet *hunc partum eſſe præcocem*, & per conſequens *illegitimum*; aſt maxima mihi accedit injuria exinde, ac ſi nuptiarum terminum anticipâſſemus. Ne itaque in ejus vocer impoſterum, aut ratione exiſtimationis maculer, ſubmiſsè quæſitum venio: *Utrum non ſoboles noſtra pro ſeptimeſtri partu, & per conſequens, pro legitimo haberi debeat, &c.* Dab. Wurzenæ d. 2. Octobr. An. 1624.

Fridericus N.

Reſponſum Facultatis Medicæ Lipſienſis; ſcilicet Partum hunc ſeptimeſtrem, eſſe legitimum.

EX literis Tuis ad Nos datis abundè percipimus, quid ratione matrimonii Veſtri, & exinde nati filii, Vobis imputari velit, ſcilicet dubitatur, de legitimo partus termino filii Veſtri, ſuper quo dubio noſtram petiiſtis ſententiam.

In genere, non quidem ignoramus, quod *Ariſtoteles lib. 7. de H. A. cap.* 4. ſtatuat, omnia quidem animalia certum naſcendi tempus habere, excepto homine, qui 7. 8. 9. 10. imò undecimo menſe interdum natus legitur, inter quos octavus adeò exitioſus eſt fœtui, ut juxta *Hippocratis* effatum, nullus proptereà vivat, qui octavo menſe naſcitur.

Primus tamen & ordinarius naſcendi terminus, ac legitimum tempus, ab ipſo *Hippocrate in pr. de S. P.* determinatum, videlicet centeſimus & octuageſimus ſecundus dies, qui dum complent ſeptem menſes, ipſe partus tales, qui ſic naſcuntur, pro vitalibus vix reputat, proinde *lib. de Carnib.* paulò prolongando eundem, 210. dies ponit, atque concludit: *puerum, ita natum, rectâ ratione in lucem emiſſum, & vitalem eſſe.*

Nunc, quoniam ex ſubductione calculi, à termino nuptiarum, deprehenſum, nec

priorem, nec poſteriorem *Hippocratis* terminum eſſe à Vobis anticipatum, ſed magis tempus filii Veſtri octavo menſi appropinquare, dum præſertim & utplurimùm juvenculas tempus conceptionis fallit, ideò unanimiter concludimus: *filium Veſtrum omninò pro ſobole legitima & in ſpecie, pro partu ſeptimeſtri*, habendum eſſe, &c. Dab. Lipſiæ d. 29. Octobr. Ann. 1624.

Vid. Amman. Med. Crit.

CASUS XXXII.
DE PARTU SEPTIMESTRI.

Requiſitio.

P. P.

DEtulit Eliſabetha N. Georgium N. in Noſtro judicio, ac ſi ex complexu & concubitu ejus reddita fuiſſet gravida, quod ipſe pernegat, ſe patrem hujus infantis, quem ex ſe genuiſſe aſſerit, inficiando, & inter alia provocavit ad Collegium quoddam Medicum, quod infantem præſentem oculariter inſpicere & pronunciare debeat, *utrum reſpectu ſuæ perfectionis pro ſeptimeſtri partu haberi poſſit?* quod quià ipſi denegare non potuimus, ideò Veſtras Claritates, officioſè rogamus, velint nobis diem indicere, quâ ipſis commodum ſit, has lites dirimere, tunc procurabimus infantem deferri ad Vos Lipſiam, ſumptibus quidem Georgii N. ut eò melius ex oculari inſpectione judicare valeatis, quid in hoc negotio ſtatuendum? quo facto, non gravabuntur judicium ſuum in forma probante nobis communicare, &c. Dab. Wurzenæ, die 18. Auguſti, Ann. 1628.

Reſponſum Facultatis Medicæ Lipſienſis; ſcilicet Partum ſeptimeſtrem ab octimeſtri oculari inſpectione diſtingui non poſſe.

PErcepimus abundè ex literis Veſtrarum Amplitudinum, quid Georgius N. in ſupplicibus ſuis petierit; ſcilicet poſtquàm Eliſabetha N. die Burchardi Anno 1626. ut & diverſis vicibus poſt illud tempus, cum eo concubuit, & 15. Martii 1627. infantem enixa, cujus Patrem Georgius N. ſe eſſe diffitetur, quoniam hic partus vel in octavum menſem incideret, & ſic vitalis eſſe non poſſit, vel pro ſeptimeſtri partu haberi deberet, quod perfectioni partûs hujus contrariatur, petiiſſe eum proptereà, ut infans iſte Lipſiam deferretur, & ex oculari inſpectione judicaretur, *utrum reſpectu ſuæ perfectionis & roboris, pro partu ſeptimeſtri haberi poſſit?* Ad hæc Veſtris Amplitud. ut reſpondeamus, non poſſumus intermittere, quin præmittamus, quòd inſignis inæqualitas ſit partûs ſeptimeſtris, æque ac nonimeſtris, & quemadmodum infantes non unâ vel certâ die in ſeptimo menſe naſcuntur, ita nec ſunt ejusdem vigoris aut perfectionis.

Etenim quoniam juxta *Hippocratis* doctrinam, ſeptimus menſis orditur circa 182. diem, poſt conceptionem, & circiter 210. diem à tempore conceptionis terminatur, hinc unanimiter Medici tradunt, quòd quò magis infans circa finem ſeptimi naſcatur, eò quoque ſit perfectior, ita quidem, ut infans 210. die prodiens juxta rationem natus dicatur ab *Hippocrate*, ac ſupervivat; proinde ex allegatis cauſis oculari inſpectione de termino partûs hujus infantis accuratè judicare non valemus; annum enim & quadrantem jam vixit: atteſtatur etiam experientia, quòd intra hoc tempus debiliores infantes beneficio naturæ & curioſæ educationis vires recuperare, & reliquis vegetiores reddi queant; ob id non putamus eſſe neceſſarium, ut ad Nos infans iſte deferatur. Quòd ſi verò alia argumenta ſuppeditari poſſent, quibus partus ſeptimeſtris infringeretur, tunc operâ Noſtrâ lubentiſſimè Veſtrum deſiderium juvabimus. *Dab. Lipſiæ d.* 1. *Sept.* 1628.

Vid. Amman. Med. Crit.

CASUS XXXIII.
DE PARTU OCTIMESTRI.

Reſponſum Scabinatus Lipſienſis, deſuper legitimitate Partus octimeſtris.

P. P.

QUoniam infans, etiam in principio menſis octavi poſt nuptias & concubitum maritalem natus, pro ſpurio neutiquam habetur, &c. &c. Lipſiæ Menſ. Octobr. A. 1641. it. Menſ. Febr. A. 1600. & Menſ. Maj. 1632. ut & April. 1633. *vid. Carpzov. p.* 4. *C.* 28. *Defin.* 14. *& L.* 5. *Reſp. III. num.* 15.

Reſponſum Facultatis Juridicæ Lipſienſis de Partu octimeſtri legitimo.

P. P.

ATtamen & quoniam juxta probatiſſimorum J. Conſultorum ſententiam infans, licet menſe octavô ſit editus, pro legitimô habetur, hinc & filia Veſtra recens edita pro partu legitimo meritò habenda eſt, &c. Lipſiæ die 37. Febr. 1634. *vid. Finckelth. Obſ. Poſth.* 2. *n.* 45.

Judicium

Judicium Conſiſtorii Electoralis Lipſienſis, de eodem.

P. P.

QUoniam infans menſe octavô, ut in præſenti caſu, in lucem editus, juxta Legum tenorem pro legitimo habendus & cenſendus eſt, &c. Lipſ. M. Decembr. Anno 1502. & M. Februar. 1636. *vid. idem d. l. n.* 43. 44.

Sententia Conſiſtorii ſupremi Dresdenſis, de eodem.

P. P.

ET cum menſe octavo infantem enixa fuerit, hic pro illegitimo non habendus, &c. Lipſiæ die 20. Julii, Anno 1635. *vid. Carpzov. in Jurispr. Conſiſt. L.* 2. *Def.* 226. *n.* 9.

Reſponſum Collegii Juridici Wittebergenſis, de Partu octimeſtri legitimo.

DE Anno 1627. d. 27. Jul. vid. apud. *Georg. Schulzen. in Syn. Inſt. L.* 3. *Tit.* 5. *ſub Rubr. de ſucceſſ. lib. nat. & Guil. Forſt. Lib.* 1. *Tr. Juſtin. Diſp.* 3. *th.* 6.

Reſponſum Facultatis Juridicæ Jenenſis, de eodem.

P. P.

ET poſtquam ambo, juxta Diarium Eccleſiaſticum, per 33. hebdomadas in Conjugiô vixerint, & allegati modò Filii Veſtri uxor filiolum in lucem ediderit, nulla quoque indicia ſufficientia occurrant, quod filius Veſter uxori ſuæ juſto citius cohabitaverit; hinc partus ille pro immaturô & illegitimô haberi nequit, nec uterque Conjux ulla pœnâ affici poterit. Lipſiæ M. April. Anno 1668. *vid. Richter. Deciſ.* 89. *n.* 4.

Reſponſum Facultatis Juridicæ Helmſtadienſis, de legitimitate Partus octimeſtris.

P. P.

NOn obſtantibus iis, quæ de octavô menſe, juxta calculationem Doctorum hoc in caſu invalidè adduci poſſent. Helm. Anno 1601. & die 29. Jan. 1609. de partu poſt 32. ſeptimanas edito. Idem eodem Anno 1609. die 11. Aug. de partu poſt 33. ſeptimanas edito. *vid. Hahn. ad Weſembec. Tit. de Stat. hom. num.* 1. *ad* 16. poſtquam nati.

Reſponſum Facultatis Juridicæ Roſtochienſis, de eodem Partu.

P. P.

QUapropter juxta tenorem Legum ſtatuimus, Præfectum aliquem, cujus Uxor 31. vel 32. ſeptimanâ poſt nuptias peperit, ab officio removeri non poſſe, &c. Roſtoch. d. 17. Junii Anno 1696. ad Requiſ. T. V. Stralſundenſis. *vid. Diſp. De Partu Octimeſtri Roſtoch. ſub Dn. D. Schœpffero An.* 1698. *d.* 6. *Jul.*

CASUS XXXIV.
DE
PARTU NONIMESTRI.

Requiſitio.

P. P.

VIdua quædam honeſtiſſimæ vitæ, famæque integerrimæ, & ætatis adhûc quidem conſiſtentis, at valetudinis nonnihil ad Phthiſin inclinantis, poſtquàm in priore matrimonio duodecennali ter aut quater, menſe quinto vel ſexto abortire coacta eſſet, Viribus per quadriennium Viduitatis inſtauratis, An. 1642. d. 8. Auguſt. Theologo graviſſimo, Viro conſcientioſiſſimo, votis ſecundis nupſit. Quùm autem jam poſt recentem purgationem, ab ipſa ferè nocte primâ, ſecundô ex marito concepiſſe ſibi videretur, gaviſa quidem eſt gaudio lætiore de conceptu ſuo: aſt pauculis interjectis diebus, adeò vehementi conatu vomendi turbata, perque quadrimeſtre integrum & amplius, totius Corporis concuſſionibus, tàm violenter, tàm crudeliter agitata quotidie fuit, ut fœtum conceptum in os ipſum matricis ferè projectum, non ſolùm magno cum onere, majore cum dolore, maximo cum periculo (ab 8. Auguſt. anni præteriti, usque ad 11. diem Aprilis 1643.) geſtârit: ſed & eundem fœtum, poſt recurrentes extremas concuſſiones (triduo ante partum) inter ſanguinis redundantiſſimi fluorem planè inſolitum, ipſo die octavo noni menſis ſolaris Medici (h. e. poſt dies 248.) effundere magis, quàm edere, coacta fuerit: ſtatímque ideò à partu ipſa puellipara præternaturalem reſtagnationem τῶν λοχείων perpeſſa ſit ulteriorem, ſed & filiolam ſuam, intra biduum, plus quàm octo libras ſanguinis aduſti picei per alvum egerentem, unà cum aliis honeſtiſſimis Matronis admirantibus, deprehenderit, viderit, ſpectârit. Quæſtio nunc oritur: *an hic partus, qui incidit in nonum menſem, ſit legitimus?*

Reſpon-

Reſponſum Facultatis Medicæ Lipſienſis; ſcilicet Partum nonimeſtrem eſſe legitimum.

P. P.

QUoniam Fœmina hæc ſæpius abortire ſolita fuit, hoc etiam tempore, quo gravida facta, ſæpiſſimè violentis corporis concuſſionibus) procul dubio intelligendæ ſunt convulſiones) tentata, fœtus etiam præ debilitate Uteri, citius moveri cœpit, ſervatus tamen eſt ad usque legitimum naſcendi terminum: Hinc partus, quia in nonum menſem incidit, nulla dubitandi ratio ſupereſt, *quin vitalis & legitimus ſit*, ſtantibus præſertim hisce circumſtantiis, quæ in præcedentibus literis ſunt expreſſæ. Dabamus Lipſiæ &c.

CASUS XXXV.
DE PARTU UNDECIMESTRI.

Requiſitio.

P. P.

LIteris præſentibus Veſtris Excell. ſignificare teneor, quòd Sempronius d. 29. Auguſti, An. 1610. hîc locorum mortuus ſit; peperit autem Uxor ejusdem d. 2. Jul. Anno 1611. filium, cujus tempus partûs, inſtitutâ communi calculatione, in menſem undecimum incidit; hinc quæſtio: *Utrum hic partus ſit legitimus?* Peto itaque maximopere, velitis deciſione Veſtrâ haud gravatim me hoc in negotio informare, &c. *Dabam. Leucopetræ die* 26. *Martii, Anno* 1630.

Johann. N. Jur. Pract.

Reſponſum Facultatis Medicæ Lipſienſis; ſcilicet Poſthumum nunc undecimo menſe natum, non eſſe legitimum.

PRæſtantiſſime VIR, Amice perdilecte. Ad quæſtionem nobis à te propoſitam determinandam, *an videlicet defuncto marito d.* 29. *Auguſt. Anno* 1610. *poſt obitum illius natus puer, ſcil.* 2. *Jul. An.* 1611. *pro legitimo ſit habendus, nec ne? Hippocratis Coi Artis Medicæ Coryphæi,* cui & alii Claſſici Auctores adſtipulantur, ſententiam, quam de partûs temporibus prodidit, in medium adducemus: ea verò hæc eſt, *Libr. de Partu ſeptimeſtri & natura pueri*, quòd partus legitimus naſcatur vel ſeptimeſtris, (octimeſtris non vitalis) vel nonimeſtris, vel decimeſtris, ex quibus ſeptimeſtris raro contingat, reliqui verò naturæ maximè conſueti & familiares ſint. Longiſſimum enim terminum partui præfinit diem 280mum, isque ipſe dies, ceu ultima meta, ab ipſo conſtituitur decimeſtri. Neque enim alii menſes niſi *lunaris, conſecutorius* dictus, conſtans nimirum diebus 29½, pro computatione partus ab eodem adhibentur, ita ut dies 265. unâ cum dimidio *Menſes Lunares integros* 9. abſolvant, reliqui verò hunc numerum excedentes dies, decimeſtrem partum efficiunt ac conſtituunt, utque ita longiſſimum tempus edendi legitimum ac vitalem partum haud longius quàm ad præfatos 280. dies extendatur, idque propter hanc potiſſimùm rationem, quòd fœtui in Utero materno diutius alendo ſanguis maternus nequaquàm ſufficiat. Hæc ipſius *Hippocratis* eſt, de legitimi partûs tempore, ſententia, perenni obſervantiâ ac conſtanti uſu firmata. Jam verò in propoſito caſu intervallum illud, quod poſt obitum mariti interceſſit, à die 29. Aug. Anni 1610. usque ad 2. Jul. Ann. 1611. excurrit usque ad dies 309. legitimum pariendi tempus, ab *Hippocrate* ante definitum, ſuperans 29. dierum ſpatio, & amplius. Illud igitur ad Propoſitam *Hippocratis* ſupputationem conferentes, haud dubitanter concludimus, *iſtam* 309. *dierum intercapedinem, à legitimi partûs termino maximè diſtare, ac idcircò ad cenſum partuum legitimorum minimè admittendum eſſe.* Atque hæc ac propoſitam quæſtionem communi conſilio breviter reſpondenda duximus. Datum & obſignatum ſigillo Facultatis noſtræ uſitato, *Lipſiæ d.* 2. *April.* 1630.

Vid. Amman. Med. Crit.

CASUS XXXVI.
DE PARTU DUODECIMESTRI.

Requiſitio.

P. P.

SUper Caſum ſequentem peto ſubmiſſè ſententiam: Maritus meus ante annum, poſt Feſtum Michaëlis, poſtquàm pridie mecum cœnaverat, præter ſpem mortuus. Equidem non putavi me ex eo gravidam, quamvis nonnullæ mulieres ex facie mea emaciata hoc conjicere voluerint: attamen 14. dies ante Bacchanalia obſervatum, quòd dimidium geſtationis tempus attigerim. Inito itaque calculo, quòd circa Feſtum Johannis Baptiſtæ, fauſtam Lucinam expectare vellem, cujus rei ergò apparatum puerperii omnem adornari curabam, advocatâ etiam diverſis vicibus in adjutorium Obſtetrice: eniti tamen fœtum non potui, ſed ſupra modum expanſum abdomen, ita ut ne paſſum quidem incedere potuerim, verùm per inte-

integras XI. ſeptimanas lectulo affixa, usque-dum DEUS tandem mei miſertus; intra hoc temporis intervallum, ſanguis (ſalvâ reverentiâ) continuò prodiit, partus (puella) robuſtus quidem ſatis, & quaſi ſemeſtre ſpatium extra uterum jam conſumſiſſet, quoad artus tamen debilis, & nata eſt poſt mortem mei mariti decimâ tertiâ die, ultra annum, piloſa, non apparente hiatu rhomboideo iſto, in concurſu ſagittalis ſuturæ ad coronalem, quem aliâs mulieres Fontanellam (das Blätlein) nominant.

Facile itaque poſſum conjicere, quales hinc inde rumores, de me meaque puella, nunc ſpargantur, verùm nihil mali mihi ſum conſcia, nec indicia contra me exiſtunt, quibus criminis alicujus redargui poſſem; notandum enim, quòd cum marito meo 7. liberos genuerim, ubi plerumque errorem commiſi manifeſtum, dum duos menſes integros ingravidationem citius numerare cœpi. Quibus omnibus in hoc ultimo Caſu notabiles accedunt circumſtantiæ, quòd 1. infans per totum puerperium alternis ſemper diebus morbo comitiali correptus fuerit, una cum inexplebili appetitu. 2. Epilepſia adhûc duret. 3. quòd motus fœtus tantus ſæpè fuerit, ut ſæpènumero vociferari coacta, & putaverim me gemellos geſtare. 4. quod vaſa umbilicalia collo infantis ter fuerint involuta, dum naſceretur. 5. Dolores parturientium per integrum menſem continuo duraverint, adeò ut ſæpè de vita mea deſperârim. Averem itaque ſcire: 1. *an tales partus ſecundùm Naturam poſſibiles ſint?* & an 2. *mulier per annum integrum cum* 13. *diebus ſecundùm naturam uterum gerere poſſit.* 3. *quænam hujus tardioris geſtationis cauſæ?* &c. Dab. Kalbæ d. 28. Novembr. Anno 1638.

Reſponſum Facultatis Medicæ Lipſienſis; ſcilicet Partum hunc duodecimeſtrem eſſe legitimum.

UT quæſtionibus, quas Nobis Martha P. propoſuit, ex aſſe ſatisfaciamus, tenendum: quòd omnino differentia ſit conſtituenda inter illud, quod ſemper, & ſecundùm Naturam fit, & inter illud, quod rarò & præter Naturam contingit; nihil enim in Medicina novi, quòd varia & rara, imò miraculoſa in eâdem ſæpè accidant: quod pluribus exemplis probari poſſet. Potiſſimùm autem hoc obſervatur in formatione & termino partûs humani, hinc proſtant, in fide dignorum Medicorum monumentis, exempla illarum fœminarum, quarum partus ad 11. 12. 13. 14. 15. menſes, imo ad biennium fuerunt dilati. Et hujus tardioris partûs cauſæ ſunt quædam naturales, v. g. quando ſemen utriusque, vel partes genitales intemperie quâdam frigidâ ſunt affectæ, inde tardius formatur, tardius etiam naſcitur fœtus; item quando mater eſt plethorica, uteri capacitas major, ob quam fœtus diutius in eodem commorari poteſt, præſertim ſi is parvus & debilis eſt. Hæc autem, utut ita ſe habeant, à Nobis tamen Naturæ intentio vix ac ne vix attingitur, ideò jure etiam ejusmodi partus à Medicis iis annumerantur, qui rarò accidunt, & præternaturales ſunt. Notum enim eſt, citiſſimum pariendi terminum eſſe ſeptimum, tardiſſimum verò undecimum, & *ſi quid juxta Hippocratem in his plus vel minus accidit.* Et quoniam hic partus circa nonum menſem egreſſum quidem molitus, prout hoc docent parturientium dolores, qui per integrum menſem durârunt, aſt nihilominus ultra annum in utero commoratus, hinc non immeritò eum inter illos partus referimus, qui rariſſimè & præter naturam accidunt. *Dabamus Lipſiæ d.* 4. *Decembr. An.* 1638.

Conf. *Zittmann. in Med. For. p.* 453. ubi aliud Reſponſum.

CASUS XXXVII.

DE PARTU DUODECIMESTRI.

Species Facti.

J*Ohannes Ludovicus Gans* die 2. Decembr. Anni 1687. emoritur. Hujus Vidua relicta, Gertrudia die 25. Octobr. An. 1688. filiolum enititur, atteſtantibus hic ſimul Theologis illius loci, quòd cùm allegatus Johannes Ludovicus octiduo circiter ante obitum Sacram Synaxin obtinuiſſet, ab aliis elevandus fuerit. Fratres autem & Sorores ejus hinc concludere ſatagunt, quòd infans à Viduâ fratris ſui, Johannis Ludovici Ganſii, prognatus, ab eodem, tanquam Patre naturali, oriri non poſſit, ſed illegitimus neceſſario ſit; cumprimis, quòd jura partum in principio undecimi menſis natum, pro legitimô quidem agnôſcant, hîc autem præſens infans in fine menſis undecimi, vel prorſus etiam in principiô menſis duodecimi, ſi juxta Paſtoris relationem Maritus per octiduum, mortem antecedens, tàm ſummè debilitatus fuerit, in lucem ſit editus.

Cùm igitur non tantùm de hæreditate, à Joh. Ludovicô Ganſio, b. m. relictâ agatur (quam conſanguinei ejus principaliter affectant) ſed quam maximè etiam pueruli, à Viduâ tam ſerò poſt mortem ejus prognati, tum & Viduæ exiſtimationis atque famæ interſit, hinc Dn. Judex

dex Impetrantium petitioni non ſtatim deferre, ſed ulteriori ventilationi, cumprimis autem Viduæ Ganſianæ legitimationis partus firmiori, ut hactenus factum erat, demonſtrationi moram indulgere voluit.

Quapropter Ampliſſ. Facultas Medica Giſſena debitô modô requiritur, ut de ſeq. quæſtione judicium ſuum ſolidiſſimum breviter impertiat: *Annon, infans ſupra dictus pro legitimô, & quod à demortuô Joh. Ludov. Ganſio, b. m. tanquam Parente naturali ortum trahat, haberi poſſit?* præſertim, quod debilis & morboſus ille fuerit, cùm eandem imprægnaſſet: Hæc autem Vidua in ſe frigidæ ſit complexionis?

Reſponſum Facultatis Medicæ Giſſenæ, deſuper legitimitate Partûs duodecimeſtris.

QUandoquidem Facultatis Noſtræ Medicæ judicium deſuper ſeq. quæſtione deſideretur:

An ſcil. puerulus à Gertrudiâ, Joh. Ludovici Ganſii relictâ Viduâ, die 25. Octobr. Ann. 1688. *in lucem editus, pro partu legitimô,* & quòd à Joh. Ludovico Ganſio d. 1. Decembr. An. 1687. demortuô, ceu naturali ſuo Genitore, ortum ducat, *haberi poſſit?* præſertim, quòd ille debilis admodum & valetudinarius fuit, cum eandem imprægnaſſet: Hæc autem Vidua in ſe & ſua naturâ frigidæ eſt complexionis?

Hinc Nos Decanus & Profeſſ. Ordin. Facultatis Medicæ h. l. principiis Artis Naturæque curſui conſentaneum eſſe ducimus, quòd licet juxta *Plinium* cæteris animantibus (ut verba ejus *lib.* 7. *N. H. cap.* 5. ſonant) ſtatum & pariendi & partum gerendi tempus ſit, in partu generis humani quoque partus naturaliter utplumùm circa finem noni & principium decimi menſis contingere ſoleat, ita ut tempus hoc pro maximè naturali & frequentiſſimô tempore partûs habeatur, attamen ipſa teſtatur Experientia, idem Auctor in fine capitis hujus allegati tradit, quòd homini nullum certum pariendi tempus ſtatutum ſit. Unde, ſicut in vulgus notum, terminus hic ſæpiſſimè mutatur, & quandoque anticipatur, ut ſeptimô menſe vitalis fœtus in lucem edatur, quandoque etiam effluxô jam tempore ordinariô noni & decimi menſis hic pariendi terminus magè prolongetur, & ad 11. menſes poſtponatur; & quidem Eruditis haud ignotus Conciliator (ut audit) *Petrus Aponenſis*, teſte *Cardanô lib.* 3. *Tract.* 3. *Contrad.* 8. de ſe ipſo perhibet, ſe fuiſſe undecimeſtrem; & eodem in locô teſtatur Cardanus de Patre ſuô, quòd hic menſe decimô tertiô prognatus fuerit: *Daniel Sennertus* autem *Lib.* 4. *Pract. P.* 2. *Sect. V. cap.* 8. Mulieris cujuſdam Wittenbergenſis recordatur, quæ ultra XI. menſem uterum geſſit, ubi menſe Martio, Anno 1632. fœtus in uterô maternô tam claros vagitus ediderat, ut Parentes illud percipere potuerint, mox verò menſe 12. inſequente in lucem editus fuit. Quin & Nobis ex parte ſimile exemplum Mulieris innotuit, quæ XVII. menſe, Anno 1655. die 1. Aprilis puellam vitalem enixa eſt. Ut alia è *Spigelio*, *Schenckio*, *Gaſſendo*, &c. jam ſilentio involvamus.

Et hi tam diverſi termini oriuntur, partim à majore vel minore robore Facultatis formatricis, perfectionem fœtus nunc maturantis, nunc retardantis, partim à conatu tum matris, tum fœtus, exitum ſibi tardius vel citius molientis.

Et quoniam, juxta narrata, Maritus tempore coitus debilis, & propterea ſemen ſpiritibus genitalibus adeò fortè turgidum non fuit: Mulieris verò complexio ad frigidam temperiem inclinat, facilè hariolari licet, quod neque robur facultatis formatricis, nec conatus, vel matris, vel fœtus, in eô gradu fuerit, ut ſtatô tempore excluſio fœtus fieri, ſed protractio ejusmodi contingere potuerit, eaque de causâ puerulus ille à Gertrudia, Johannis Ludovici Ganſii Vidua, die 25. Octobr. Anno 1688. in lucem editus, ab allegato demortuo J. L. Ganſio, ceu naturali Genitore, ortus & ita pro legitimo haberi poſſit.

Quod in ſubſidium veritatis, cum appreſſione ſigilli Facultatis ſolenni, confirmare voluimus, *Sign. Giſſæ die* 29. *Aug. An.* 1689.

Decanus & Profeſſores Ord. Facultat. Med. ibid.

CASUS XXXIIX.

DE SIMILITUDINE NATORUM CUM PARENTIBUS.

Hiſtoria.

FOemina quædam edidit partum Marito ſuo planè diſſimilem, juveni verò cuidam, cum quô familiariter converſabatur, per omnia ſimilem. *Quæritur: An propterea adulterii ſit arguenda?*

Reſponſum D. Timæi von Güldenklee; *deſuper quæſtione: An partus Patri diſſimilis, alii verò ſimilimus pro adulterino habendus ſit?*

VId. in Reſponſis ejus *Reſpons. LIV. pag.* 120. Poſtquam ſcil. varias opiniones

nes de ſimilitudine Natorum cum Parentibus è *Lucretio*, *Ariſtotele*, *Hippocrate*, *Galeno*, &c. attulerat, tandem ita concludit:

Nos communiſſimam hanc & tot doctiſſimorum Virorum ſententiam ſecuti, pronunciamus, fœminam illam, quæ non marito, ſed familiari ſimilem edidit prolem, adulterii, ex hoc quidem capite, argui non poſſe, cùm ſimilitudo individualis non ſemper & ſimpliciter ex ſemine, ſed quandoque ex imaginatione forti mulieris, non tantùm tempore coitionis, ſed etiam ex frequenti, iteratâ ac quotidianâ imaginum, ſibi ob oculos obverſantium, contemplatione effigiem & imaginem ſimilem natis imprimat, id quod manifeſtum eſt in poſthumis, qui plerumque Patribus magis ſimiles ſunt, quàm reliqui liberi, &c. &c.

Hinc etiam Juris-Conſulti ſimilitudinem externam per ſe filiationem neutiquam probare ſtatuunt. De internâ verò quæ ſcribit *Zacchias*, etſi non videantur eſſe de nihilo, difficultatis tamen plena ſunt, nec cognoſci ſatis poſſunt, niſi adultâ jam prole. Imò mores immutantur: Morbi hæreditarii etiam ex aliis cauſis oriuntur, &c.

Multum quidem ſimilitudinem urgere, & non levem præſumptionem filiationis facere ex Gratianô ſcribit *Zacchias*, *&c.* Aſt ignoſcendum homini Italo, qui ſunt adeò ſuſpicaces, ut nec aſpici ab alio uxores patiantur, &c. &c.

[Aliâs de cauſis ejusmodi ſimilitudinis inter Parentes & liberos eleganter & fusè diſſerit *Gaſpar à Reies in Elyſ. jucundarum quæſtionum campô Quæſt. LIV. p. m.* 670. quarum potiſſima recidit in phantaſiam & fortiorem Matris impreſſionem, quæ tamen non omni graviditatis tempore æquè validè agit, ſed vel tempore conceptionis, vel proximis ab illâ diebus, antequam partium ſtamina jamdum fortius explicata ſint, cujus exemplum vel in ſacris in ovibus Jacobi videre eſt. Hinc videas Magnates in cubiculis ſuis hinc inde picturas atque ſtatuas formoſiores locare, ut à Conjugibus Illuſtribus, ſive intra, ſive poſt conceptionem conſpiciantur; quorum hinc poſteritas plerumque formoſa eſſe ſolet. Sic & nuperrimè adhuc exemplum Mulieris Juvenculæ mihi narrabatur, quæ paulò poſt contractas nuptias ex imagunculis nonnullis aliquam ſibi eligebat, eandemque ſæpius intuendo, talem, inquit, infantulum deſidero, quem cum in lucem ederet, imagini illi adeò ſimilis erat, ut ovum ovo.

Curioſum verò eſt, quòd *Zacchias Q. Q. Med. Leg. Lib.* I. *Tit. Q. IV. pag.* 146. ex *Bauhinô* refert, fieri ſubinde, ut adulteræ, extra thorum legitimum aliis ſe miſcentes, metuentes, ne inopinato ſubitoque mariti interventu obruantur, fœtum non adultero, ſed marito ſimilem edant; unde novum argumentum peti poteſt, à ſimilitudine præſumptionem filiationis peti non poſſe, niſi aliis adminiculis jungatur, *vid. cit. loc.*]

CASUS XXXIX.

DE

SUSPICIONE ANTICIPATIONIS NUPTIARUM.

Requiſitio.

P. P.

V. Exc. Exc. eâ, qua decet, officioſitate celare non poſſumus, ipſaque Acta his incluſa loquuntur, quâ ratione in Cauſa tribum concernentia Tribuni Claſſeos Vulcaniæ ex una, adverſus Collegam ſuum Conradum Görtelerum, Fabrum ferrarium Stadenſem, ex alterâ parte, ob ſuſpicionem præmaturi partus Uxoris ejus, in libello ſub Num. 1. conquerendo & accuſando, indicârunt, & juxta additamentum Extractûs Articuli tribûs Num. 2. contra eundem tentârunt: Quæque nos ea deſuper ſancivimus.

Quoniam igitur, juxta tenorem Protocolli ſub Num. 3. hîc adjecti, negotium hoc ordine & decenter ventilare & diſcutere, teſtesque partui, S. S. baptiſmatis Actui & ſubſequenti morti infantis quæſt. cohabitarunt, juratò examinari curavimus; adhæc atteſtatum copulationis Sacerdotalis ſub Lit. A. hîc ſimul comparet, tempusque partus infantis qu. die 24. Septembris 1715. inſecutum fuit; hinc rebus ſic ſtantibus concluſimus Caſum hunc Nobiliſſimæ Facultati Medicæ transmittere ejusque judicium impartiale cum rationibus decidendi deſuper expetere, quò neutri parti injuria fiat.

Quamobrem Dominos noſtros honoratiſſimos hiſce officioſè rogamus, velint haud gravatim Caſum hunc collegialiter & maturè perpendere, & judicium ſuum impartiale de ſeqq. quæſtionibus interponere, dum circa formationem hominis in uterô hîc I. quæritur:

Quousque illa à termino copulationis ſive conceptionis usque ad terminum partus, diem ſc. 24. Sept. anni elapſi progredi, & infans quæſt. vitam habere potuerit?

II.

Quid de partu infantis qu. propriè ſtatuendum ſit?

III.

An accuſatus Faber ferrarius Görtelerus pœnâ ſub Num. Act. 2. in 45. articulo tribûs determinata de jure affici, hæcque ab eo exigi poſſit?

Interim Honoratiſſimis Dnn. noſtris maturam expeditionem reſponſi officiosè commendantes, & omnem pro labore & ſtudio remunerationem promittentes, æternum perſeveramus

Dnn. noſtrorum honoratiſſim.

Stadæ die 11. Febr. 1716.

Officioſe addicti

Ædilis & reliqui Ganerbii Caſtri & Præfecturæ Stadenſis.

Reſponſum Facultatis Medicæ Giſſenæ, de Abortu iniquè pro infante perfecto habito.

POſteaquam Johann Conradus Görtelerus, Faber ferrarius Stadenſis, elapſo nuper anno 1715. die 20. Junii, juxta tenorem teſtimonii copulationis ſacerdotalis Catharinam Eliſabetham Steindeckeriam, ſimiliter Stadenſem, matrimonio ſibi junxerat, ipſaque conjux die 24. Septemb. 1715. infantulum, præterpropter ſpithamam longum & tantam paucitatem vitæ habentem, ut ſtatim poſt adminiſtratum baptiſmum exſpiraverit, enixa fuerat: Partus autem hic Claſſi ſ. tribui Vulcaniæ (der Feuer-Claſs) vulgò ſic dictæ adeo ſuſpectus videtur, ut dictum Görtelerum juxta rigorem Articulorum Tribûs punire ſuſtineant, hâcque causâ tandem judicialiter ventilatâ Nobiliſſimi & Generoſiſſimi Dnn. Ganerbii Caſtri judiciique Stadenſis judicium noſtrum impartiale deſuper quæſtionibus ſeqq. à Nobis deſiderârunt:

1. *Quousque formatio fœtus à termino copulationis aut conceptionis, usque ad terminum partus, diem ſcilicet* 24. *Septembris anni elapſi progredi & infans quæſtionis vitam habere potuerit?*
2. *Quid de partu infantis qu. propriè ſtatuendum ſit?*
3. *An accuſatus Faber ferrarius Görtelerus pœna ſub Num.* 2. *Act. articulò tribûs* 45. *determinata de iure affici, hæcque ab eô exigi poſſit?*

Hinc Nos Decani, Senior, Doctores & Profeſſores Facultatis Medicæ hujus loci, præviâ diligenti Actorum nobis communicatorum perluſtratione Collegialique ponderatione omnium circumſtantiarum illîc contentarum Principiis Phyſico-Anatomicis conformè dicimus, quod licet in 1. Quæſtione terminus conceptionis ſit incertus, nec firma quædam & univerſaliter vera regula ſuppetat, qua determinari poſſit, ad quam magnitudinem fœtus hôc vel illo tempore deducatur in utero maternô, dum magnitudo fœtus magna ex parte à magnitudine, temperamento & diæta Parentum dependeat, ſicque non omnes embryones uno eodemque tempore ad eandem magnitudinem pervenire poſſint: Infans tamen quæſtionis à termino copulationis & hanc (ut probabile eſt) mox inſecutâ conceptione intra 13. vel 15. ſeptimanas, ſicque ad terminum partus in tantum utique ſuccreſcere potuerit, ut ſpithamam longus fuerit, cùm idem non tantùm è ſceletis, quæ partim *Kerckringius in Oſtogenia fœtuum*, partim inclytus Ambſtelodamenſium Anatomicus *D. Ruyſchius in Theſauris ſuis Anatomicis* è partibus trimeſtribus & quadrimeſtribus formârunt & depingi curarunt, ad oculum oſtendant, ſed & aliquorum illorum Facultati noſtræ Medicæ innotuerint. Multo minus autem dubitari poterit Infantem quæſtionis hoc tempore vitâ gaudere potuiſſe, dum non tantùm à Theologis & Philoſophis ſtatuitur, ſed & alii, qui animæ rationalis creationem & infuſionem defendunt, hâc in parte unanimiter credunt, infantulos in utero jamdum ante tempus in præſenti caſu determinatum vitâ gaudere, ut idem in præcedente anno, ſc. 1715. occaſione ſimilis partûs tredecim ſeptimanarum (qui pariter ſpithamam longus fuerat) à Facultate noſtrâ Medicâ ex *Hippocrate, Galeno, Fieno, Zacchiâ* multisque aliis tam Theologis & JCtis, quàm Philoſophis prolixè oſtenſum fuit. Interim hîc probè obſervandum aliud eſſe in ſenſu Phyſicô dicere fœtum eſſe animatum & vivere in utero: aliud in ſenſu juridicô aut Medico-Legali dicere Fœtum eſſe vitalem & legitimum: quod poſterius tantùm de partu maturô & omnibus numeris abſoluto (qui juxta communem & receptam ſententiam ſeptimeſtris ſit, oportet) dicitur: quô ſenſu partus quadrimeſtris non eſt vitalis, ut ex *Hippocrate* & JCtis quamplurimis probat

Deciſ. LXXXII. Rot. Rom.

Zacch. Quæſt. Medico-Leg. adj. p. 293. §. 5.

Quapropter quoad Quæſtionem 2. certò credimus & vix aliter ſtatuere poſſumus, quàm partum quæſt. neutiquam infantem perfectum & completum, ſed potius abortum fuiſſe: cùm juxta juratam depoſitionem obſtetricis & atteſtatum Miniſtri verbi divini illius loci vix ſpithamam longus fuerit, in quo vita vix obſervari, ſed tantùm motus aliqualis, ſed exiguus in digito videri potuerit, oculis penitus clauſis, unguiculis in manibus & pedibus vix incipientibus, totoque corpuſculo inſtar carnis crudæ & ſic apparente, ut Miniſter Eccleſiæ antedictus terrore intima cordis qſ. penetrante perfuſus manibus ſuis attingere & baptiſare vix auſus fuerit: quæ omnia mera abortûs ſigna ſunt, à

Paulo Zacchiâ in Quæſtionibus Medico-Legalibus Lib. I Tit. II. Q. VII. num. 1. ex Hippocrate & Ariſtotele fusè deſcripta. Quapropter & Facultas Medica hujus loci ſimiles partus quadrimeſtres anno 1681. & 1668. pro abortibus habuit, vid.

Pandect. Medico-Legales Part. I. Sect. I. Caſ. XXI. & XXII.

Quodſi

Quodſi quis obmoliri conetur in partu quæſtionis nihilominus motum quendam obſervatum fuiſſe, qui juxta communem Gravidarum opinionem vel ſub dimidio geſtationis tempore, vel paulò poſt demum ſentiatur: ſciendum eſt, quod licet maxima Gravidarum pars motum hunc ante dimidium graviditatis tempus non ſentiat, fœtum tamen in uterò dudum motu quodam leniori gaudere; quod idem altera obſtetricum Dorothea Benderia in Actis non tantùm benè monuit, ſed & celeberrimus noſtro ſeculo Anatomicus,

Philippus Verheyen in Tr. de Animatione Fœtûs ſeu Embryonis Cap. XV. pag. 359.

ex *Hippocrate* ipſaque experientia ſolidè demonſtravit.

Quod tandem 3. Quæſtionem concernit, hæc extra limites Profeſſionis noſtræ poſita eſt, & ad forum DNN. JCtorum ſpectat. Quoniam verò horum deciſio Medicorum ſententiæ conformanda eſt, neque diſplicuit nobis illam proponere; hinc neutiquam credimus ullum DNN. JCtorum fore, qui dicere aut ſancire poſſit, rebus ſic ſtantibus incuſatum artificem mechanicum Görtelerum mulctâ ſub Num. 2. articuli Tribûs 45. contentâ, ex hoc capite puniri, hancque ab eo exigi poſſe: ſed judicamus eundem potius ab hâc accuſatione abſolvendum. Atteſtante Sigillo Facultatis noſtræ. Sign. Giſſæ die 22. Febr. 1716.

Decanus, Senior, Doctores & Profeſſores Ord. Facult. Med. Giſſenæ.

PANDECTARUM MEDICO-LEGALIUM

PARTIS I.

SECT. II.

DE RESPONSIS PATHOLOGICO-FORENSIBUS.

INTRODUCTIO.

§. I.

CUùm iis, qui extra Medicorum pomœria conſtituti ſunt, difficilius longè ſit, de Morbis, Cauſis Morbificis eorumque Symptomatibus, quàm de ſtatu naturali judicare; hinc majori adhuc jure de illorum tum præſentiâ, tum naturâ & efficaciâ, Facultates Medicæ requiri ſolent, ſive jam inter ipſos Medicos de morborum eſſentiâ lis quædam oriatur, ſive in cauſis Criminalibus, aut Matrimonialibus, deciſione, aut informatione Medicorum indigeant Sacerdotes juris, quorum tunc judicio ſtandum, juxta *Gratian. in Diſcept. Forenſ. cap.* 19. *n.* 19. *Tom. I. Schenck. de Probat. n.* 23. *Maſcard. de Probat. Concl.* 1034. *n.* 10. *Vol.* 2.

§. II.

Prioris exemplum occurrit in CAS. I. ubi de hydropis præſentia controverſia quædam movebatur Medico, ejus curam ſuſcipiente: Cujus larvâ è contra meretriculæ, uterum gerentes, aliis imponere, turpique ſæpè, in curando, errori fraudulenter anſam ſubminiſtrare geſtiunt, ut in CAS. II. contigit; quarum technis obviam ire docet *Fortunatus Fidelis de Relat. Med. Lib.* 2. *Sect.* 2. *& Lib.* 3. *Sect.* 4.

§. III.

Poſterioris verò plurimi ſe in Foro trudunt Caſus, dum Melancholici, Maniaci, aliiſque deliriorum generibus correpti ſe facinus aliquod

commiſiſſe credunt, aut ab aliis putantur, adeòque obnixè rogitant, ut debitô ſuppliciô afficiantur, prout è CAS. III. IV. & V. videre licet, imò aut ſibi, aut infantibus ſuis, violentas manus inferunt, quorum prius in CAS. VI. poſterius autem in CAS. VII. occurrit; prout eadem vel ſimilia in Hyſtericis, in CAS. IIX. pro Obſeſſis habitis, quandoque obſervantur: Quibus in caſibus utique Medici primò à Judicibus & Magiſtratibus Civilibus conſulendi ſunt, ne aut innocentes condemnent aut inſciè peccantes pœnâ ordinariâ affligant.

§. IV.

Eſt &, ubi ob MORBI præſentiam, aut ſymptoma moleſtum, reſciſſionem Sponſaliorum, aut divortium petant, delicatuli, ubi pariter, ſive cum, ſive ſine præviâ inſpectione oculari, judicium ſuum impertire jubentur Medici, quorum prius in CAS. IX poſterius autem in CAS. X. obſervatum fuit. Quemadmodum & in querelâ Teſtamenti inofficioſi, ſi fortè, ob metum contagii, requiſitus Teſtium numerus adhibitus non fuerit, de qualitate morbi ſæpè quæritur, an contagioſus fuerit, nec ne? vid. CAS. XI. Quanta enim contagii & ipſius peſtis ſint privilegia, vel exinde concludere licet, quod eô vigente etiam unicus teſtis ſufficiat, *Bertachin. de Gabella & vectigal. Part.* 2. *num.* 50. & *Paul. Zacchias in Quæſtion. Medico-Legal. Lib.* 3. *Tit.* 3. *Quæſt.* 1. *n.* 2. *pag.* 308. An verò ſimili quoque malignitate ſcateat Lues Venerea, de eo meritò dubitatur in CAS. XII.

§. V.

Ita de CAUSIS quoque MORBIFICIS, cumprimis externis, haud rarò quæſtio incidit, an v. g. Epilepſia, aut alius morbus gravior à terrore Lictorum in CAS. XIII. & *Authenticis Medico-Legalibus*, aut exſtinctione candelæ in CAS. XIV. induci potuerit? vel an ab applicatione clyſteris paſſio iliaca in CAS XV. aut hypercatharſis à purgante, vel alio remedio draſtico, in CAS. XVI. excitari potuerit?

§. VI.

Omnium verò frequentiſſima eſt ardua de procurato Abortu requiſitio, an hic à ſolis minis & terrore in CAS. XVII. aut ſimul conjunctis abdominis contuſionibus in CAS. XVIII. XIX. XX. XXI. XXII. aliiſque verberibus & plagis, in CAS. XXIII. cum internecione Matris quoque conjunctis, fuerit exortus? de cujus vitalitate, quantitate & perfectione ſæpiſſime ſimul disquiritur, vid CAS. XXIV. Conf. CAS. XXXIX. præcedentem & Authenticas Medico-Legales.

§. VII.

Non minus & de Morbis Organicis ac ſolutæ Unitatis ſæpe quæritur, an ab hâc vel illa causâ externâ ortum ſuum habeant, an v. g. incarceratus à vinculorum, compedum, catenarum ac conſimilium, quibus conſtringi ſolet, arctitudine & vehementia enecari poſſit, ut in CAS. XXV. accidit? an & vulnus hoc vel illo inſtrumento, teloque infligi, aut ab incurſatione in gladium, oriri potuerit? ſicut de priori in CAS. XXVI. de poſteriori CAS. XXVII. legi merentur.

§. VIII.

Tandem & de SYMPTOMATIBUS, morbum comitantibus, disquiritur, an ea morbo congrua ſint, nec ne? v. g. an blasphemiæ à morſu canis rabidi oriri poſſint? id quod DNN. Lipſienſes in CAS. XXIIX. annotârunt.

CASUS I.

CASUS I.
DE HYDROPE CONTROVERSO.

Requiſitio.

P. P.

QUòd negotia Veſtra hiſce literis interrumpere auſim, ignoſcetis mihi, pro Veſtrâ, quâ in me ſoletis eſſe, benevolentiâ; & quia conſummata apud Vos medendi peritia, nonnulla Vobis ſignificare teneor, ut judicii & conſilii Veſtri compos fiam. Nimirum, *oblatus mihi nuper eſt patiens 28. annorum, vitæ admodum diſſolutæ, quandoquidem compotationibus egregiè indulget, cui ſtatis periodis ichoroſa materia per umbilicum effluit, & exquiſiti dolores abdominis adſunt.* Ego ſecundùm *Aphor.* 11. *Sect.* 4. *Hippocr.* dixi, adeſſe hydropem. Hoc malevoli quidam irrident, uti & curam meam, quam per hydragoga hactenus peregi. Ut itaque exiſtimationem meam, & artis noſtræ, conſervem, peto à Vobis, velitis ſtatum hujus patientis conſiderare, *qualis morbus ſubſit? quomodoque curari debeat?* mihi ſub Collegii Veſtri ſigillo haud gravatim communicare. Gratus ero pro hoc beneficio, & ad quævis officia Vobis viciſſim obſtrictus. *Lipſ. d.* 28. *Jun. Anno* 1618.

L. P. M.

Reſponſum Facultatis Medicæ Lipſienſis; ſcilicet affectum hujus patientis eſſe hydropis ſpeciem.

EXimie, atque Doctiſſime Dn. Licentiate, Amice plurimùm colende. Etſi in tàm perplexo ac difficili caſu, qualem Noſtro Collegio aſcripſiſti, reſolvendo ac explicando, fruſtra laborare videatur Medicus is, qui non ipſimet ægro præſtò ſubinde adſtans, ſingula morborum ſymptomata ſedulò inſpexerit, atque ex ipſius interrogatione omnem morbi ortum ac progreſſum penitus cognoverit: Nos tamen accommodantes nos iis, quæ literis transmiſſis, de ægro, Tuæ curationi commiſſo, pro noſtri informatione ſatis eruditè retuliſti, poſt diligentem conſiderationem ſymptomatum, quæ & in præſens, & antehâc ſubinde afflixerunt ægrum, unanimiter tandem concluſimus: *propoſitum affectum nihil aliud eſſe, quàm Hydropis quandam ſpeciem.* Periodicum namque illud materiæ ichoroſæ effluvium per umbilicum, ſanguinis crudi generationem, cuique id muneris incumbit, epatis læſionem, ceu effectus ſuam cauſam, demonſtrat. Ut enim hydrops fiat, quicquid crudum generat epar, ſeparetur, oportet, à conſortio ſanguinis, illud verò ſero, ſeu aquæ, haud abſimile apparet. Neque tamen epar ægri tui per ἰδιοπάθειαν lædi ad hùc ſentimus, cùm ſymptoma modò dictum non ita diu viſum, nedum aquoſæ illius materiæ collectio in ægri corpore deprehenſa fuerit, ſed potius per ſympathiam aliarum partium circumjacentium; cujus rei fidem nobis facit ſtatus & conditio ægri prægreſſa, quâ cum doloribus ventris ſubinde jam tempore conflictatus eſt miſerè. Dolorum enim prædictorum, ſicut & præſenti tempore, ceu periodicè recurrentium cauſam agnoſcimus flatuum copiam, in ventris cavitatibus, hinc inde indies, ab habituali quâdam intemperie, ſeu qualitate iſtarum partium indicibili, redintegratorum, proventu verò crudorum craſſorumque humorum à diminuta concoctione enatorum, à quibus omnibus tandem per conſenſum calor epatis, ſive poſitivè, ſive privativè, diminutus fuit, ſicut illud ipſum nobis præſignificavit *Hippocr. Aphoriſmus* in Tuis literis allegatus, futuri hydropis præludium tam contumaces ventris dolores adſerendo. Atque ita præſentis hydropis ſpeciei principalem cauſam ſtatuimus, *pravam conſtitutionem ventriculi & inteſtinorum, jejuni præſertim & coli, potiſſimùm verò meſenterii,* in quo cùm ex affluxu crudi, nec dum ſatis elaborati chyli, itemque aliarum ſuperfluitatum inſigniter debilitatum ſit, non amplius inchoatur hæmatoſis, ſed chylus crudus & impurus epati transmittitur. Unde fit, *ut vitium prioris concoctionis non potuerit corrigi in ipſo epate*, quô tandem cunque modô debilitato, non niſi crudus gignatur ſanguis, niſique maturè inſtituatur προφύλαξις, ipſum epar haud leviter, ut nunc, ſed vehementer atque habitualiter lædatur, ut dehinc de ſalute ægri conclamatum ſit. Quod verò abdomen, ut ſolet in hydrope plerumque fieri, in tumorem non elevetur, illud tùm prædicto læſionis epatis modo adſcribendum eſt, tùm effluxui, per quem aquoſus iſte humor, ex quo aliâs, intra *omentum* & *peritonæum* detento, tumor procreatur, protinus ex corpore per umbilicum dimanat. Atque hæc de natura affectus propoſiti noſtra eſt ſententia. Curationem quod attinet, quia, teſte experientiâ, viſi ſunt hydropici, qui rupto abſceſſu in abdomine, & paulatim evacuatâ per eum aquâ, ab hydrope liberi evaſerunt, natura à via, quam ſibi in hoc ægro per umbilicum paravit, nequaquam eſt avertenda, niſi forte alterius mali ſuſpicio ſuperventura ſit. Interim quia primaria omnium horum malorum cauſa viſcerum exiſtit imbecillitas, *ventriculi* ſcil. *Inteſtinorum, meſenterii,* adeóque ipſius *epatis*, eorundemque corroborationi præcipuè inſiſtendum, idque in hoc tamdiu doloribus vexato corpore, hoc præſertim fervido, & Medicationibus importuno anni tempore, *non tàm pharmaciâ, quàm accuratiſſimâ diætâ præſcriptâ*; quamvis & obſtructionibus meſenterii, & cruditatibus, quæ ſubinde in cavitatibus Ventris colliguntur, ob caloris nativi imbecillitatem, levioribus, purgantibus, admiſtis hydragogis, ſuccurrendum ſit, ſimul tonum viſcerum & calorem nativum reſpiciendo,

do, hâc tamen cautelâ, ne nimis calida & acria exhibeantur. Robore viſceribus reparato, ſalus ægri, jam denuò εὐσπλάγχνε, haud deſperanda. Atque hæc ad propoſitum caſum requiſiti reſpondere voluimus. Cætera prudentiæ Tuæ judiciique dexteritati relinquimus. *Dab. Lipſ. Menſ. Jul. Anno* 1618.

Vid. Amman. Med. Crit.

CASUS II.
DE
GRAVIDITATE MALE PRO OBSTRUCTIONE MENSIUM HABITA.

Requiſitio.

RES Gravidæ Perſonæ ita ſe habebat: Cùm Annô 1652. Menſ. Decembri Perſonam illam febri acutâ laborantem viſitarem, obſervavi ſtatim eam fœtum in uterô gerere, & dum Parentibus hoc ſignificabam, eô momentô illorum odium in me concitabam, qui ſtatim Piſtorium vocant: Hic D. vera Virginitatis ſigna minimeque eam gravidam, ſed menſium ſuppreſſionem adeſſe, aperto ore clamabat. Parentes, in malitiâ obſtinati, malè de me merebantur, & actionem injuriarum mihi eminabantur. Interea D. Piſtorius curam ad menſes promovendos, per ſubſequentia abortiva, proſequebatur. Virgo hæc ſcilicet! anno conſequente circa aut ſtatim poſt Feſtum 3. Regum infantulum vivum eſt enixa. Mater autem poſt aliquot dies exſpiravit. Obnixè igitur Nob. Dom. V. de hac curatione cenſuram peto.

Anno 1625.
die X. Decembr.

℞. Herb. artemiſ.
puleg.
matricar.
meliſſ.
menth.
roſmar.
Mercur. aa. Mj.
Sem. fœnic.
aniſi.
Dauci Cret.
Petroſelin. aa. ʒj.
Cinamom.
Macer.
Caryophyll.
Zedoar.
Calam. arom.
Dict. Cret.
Croci Orient. aa. ℈ij.
Sal. perlar. noſt. ℈j.
Incid. & Cont. M. & irrorentur, c. ol. Sulph. per camp. D. ad chart.
S. Köſtliche Species ins Säcklein.

Recip. Bezoart. min.
Mag. ocul. ♋.
Flor. Sulph. ter. ſubl. aa. ℈j.
Camphor. ℈ß.
Theriac. Androm. ʒß.
Rob. junip. ʒij.
Dict. Cret.
Sal. vol. ſucc. ℈ß.
Ol. perlar. noſtr. ℈j.
M. D. ad chart. S. Mutterlatwerglein.

Recip. Crem. Tart. ℈ij.
Sal. abſinth.
Antimon. aa. ℈iß.
Eſſ. ☉ris n. d. gr. iij.
M. D. ad chartam. S. Erweich- und löſend Pülverlein auf einmahl.

* * *

Recip. Vomit. noſt. ʒvj. D. S. Erbrechwäſſerlein auf einmahl.

Die XI. Decembr.

Recip. Caſtor. recent.
Camph. aa. ʒß. D. ad chart.
R. Ol. ſtill. aurant.
menth.
meliſſ. aa. ℈ß.
Carui g. v.
M. D. S. Mutteröhl.

Die XII. Dito.

Recip. Conſ. menth.
Meliſſ. aa. ʒj.
anthos ℈ij.
Mithrid. Dam. ʒj.
Mag. corall. ℈j.
Ol. menth.
Succini aa. g. iiij.
Perlar. ℈j.
M. F. Bolus. S. Stillender Zucker.

Die XIII. Decembr.

Recip. Sal. Sabin. ʒiß.
Div. in 3. p. æ.
D. ad chartam S. Treibend Pülverlein auf dreymahl.

Recip. Tinct. ♂. Coralliſ. ʒiß.
D. ad Vitr.
S. Köſtliche Leber- und Corallen-Tinctur.

Die XV. Decembr.

Recip. Sal. Savin. ʒj.
Div. in 2. p. æ.
D. S. Treib-Pülverlein auf zweymahl.

Recip. Clyſt. Officin. ʒiß.
D. S. Saurwäſſerlein.

Die XXIV. Decembr.

Recip. ♁. Vitr.
Sal. aa. ʒj. D. S. Leberwäſſerlein.

Anno 1653.
Die V. Januarii.

Recip. Theriac. Androm. ʒiß.
Mithrid. Damocr. ʒiiß.
Camphor.
in ♁. Samb. ſol. gr. xxv.
Ocul. ♋. præp.
Dent. apr. præp.
Flor. Sulph. ter. ſublim. aa. ℈j.
Ol. Sulph. per camp. ℈ß.
M. F. Elect. D. S. Laitwerge.

Sign. Northuſæ d. 27. Jun. Anno 1655.

Chriſtoph. Gerberus,
Med. Pract.

Reſpon-

Reſponſum Facultatis Medicæ Giſſenæ, de ſiniſtra Virginis corruptæ & gravidæ per Emmenagoga curatione, Nordhuſam tranſmiſſum.

QUæ ſuper curatione Pſeudo-Virginis cujusdam, obſtructione, uti mentita fuit, menſium laborantis, ad Nos miſſa ſunt remedia, & à Medico quodam Normandô adhibita traduntur, temerariô an inconſultô errore, ignorantes, eâ, quâ par eſt, dexteritate perluſtravimus, atque de caſu ita cenſuimus; Medicum nimirum in morbi dignotione fruſtratum, vitam magis, quam morbnm oppugnaſſe. Aberraſſe autem à ſcopô & morbum penitus non cognoviſſe, non ſolùm propria ipſius confeſſio evincit, quâ menſes retentos accuſavit; ſed medicamenta morbo imaginario oppoſita id ipſum ad ſatietatem demonſtrant. Ea enim omnia ferè ad uterum viarumque ejus obſtructionem collimant: pauca hepar & viſcerum robur redintegrandum reſpiciunt. Menagoga autem non levia, ſed ſatis activa & importuna in uſum vocavit, unde & Matri & fœtui non leve rninabatur periculum. Maturô enim providæ naturæ conſiliô cautum eſt, ut in gravidis ſanguis, ceu περιττόντι ſingulis menſibus antea fluere ſolitus, ſubſiſteret, & fœtus nutritioni & augmentationi adeſſet. At ſuô hoc fœtum demensô defraudant menagoga talia, nec rarò ante diem immaturum in lucem protrudunt ex *S. V. Aphor.* 60. Hinc Medicorum Parens juramento devincit omnes Medicos, ne tale quid temerariô auſu tentent; qui verò tentant, homicidii reos facit Synodus Conſtantinopolitana ſexta. Non enim, ut *Galenus* loquitur, de coriô bovinô luditur, ſed de vitâ humana, cujus deſtruete domicilium, atrociſſimum ſanè facinus eſt. Vomitoria etiam in ſimili caſu ſatis tuta non ſunt, niſi prægrandi causâ urgente, eaque leviora. Et hæc de præſenti caſu, requiſiti perſcribere debuimus. *Giſſæ die* 12. *Decembr. Anno* 1655.

Joh. Tackius, D.P.P.Ord. h.t. Acad. Rect.

Georg. Balthaſar Mezger, D. h.t. Decanus.

CASUS III.

DE MELANCHOLICO SE MALEFICUM PUTANTE.

Requiſitio.

P. P.

SÆpiſſimè ſupplicibus ſuis Nos fatigavit præſentium exhibitor, Dn. Chriſtian. N. Jur. Utr. D. ut ſcilicet propter maleficium aliquod commiſſum illi dicam ſcriberemus, quod ſæpius recuſavimus, putantes hanc phantaſiam oriri ex febre quâdam phrenitica, unde vigiliæ contumaces ac delirium, ut in eodem petito perſeveret, ac inquiſitionem ipſe contra ſe inſtituendam petat; quoniam verò nulla adſunt indicia, veſtro prius judicio uti maluimus. Intuitu itaque Parentis, & meritorum, quibus olim Eccleſiam affecit, cautè proceſſuri, eundem Vobis remittere eſt animus; juſſu itaque Sereniſſimi Electoris, cupimus, velitis Dn. Chriſtianum N. propediem examinare, omnes geſtus & verba attendere, quid ratione ſymptomatum (quæ referet ipſe) agendum? Et poſtmodum in genere de ſtatu ipſius indicare, tàm præſenti, quàm futuro, quid ſperandum, quidvè metuendum, & quomodo cum maleficio, cujus ſe reum opinatur, comparatum ſit, ut in caſu veritatis contra ipſum legaliter procedere valeamus. *Dab. N. die* 21. *Maji, Anno* 1627.

Val. Pand.

Reſponſum Facultatis Medicæ Lipſienſis, ſcilicet Patientem hunc melancholia, non vero maleficio affectum eſſe.

VEſtrar. Amplitud. literas obtulit Nobis ipſe Dominus Chriſtian. N. Doctor, ſed reſignatas & fermè dilaceratas, hoc tamen non obſtante, ipſi ſtatam diem diximus, quâ cum eo colloqueremur, geſtus & facta hujus obſervaremus, ac ratione affectûs, ſufficienter veſtras Dignitat. poſtmodùm informaremus. Obſervatis itaque diligenter omnibus, nihil aliud colligere potuimus, quàm quòd paſſio ejus dependeat *ab affectu quodam melancholico, nullo modo à maleficio,* in qua opinione quidem obſtinatè perſeverat, ſed ſine omni fundamento. Quod enim conqueritur: (1) de oculorum intumeſcentia, (2) ac ſi ſcintillæ ipſis obverſarentur, (3) de vigiliis contumacibus, (4) anxietate ac timore continuo, (5) vaporibus in caput aſcendentibus, (6) dolore capitis intolerabili, (7) tinnitu aurium, (8) ἀπεψία, (9) cardialgia &c. hæc omnia ſymptomata de tribu ſunt melancholici affectûs, oriunturque à calidis & ſiccis evaporationibus, quæ ex hypochondriis & ventriculo in caput elevantur, quibus ſpiritus animales turbantur, cerebrum exſiccatur, unde poſtmodum talia phantaſmata, quæ patiens, ex imaginationis depravatione ſpectris adſcribit. Quamvis etiam regeſſerit D. Chriſtian. N. ſe aliàs benè valere quoad omnes facultates, ſe omnium recordari, quæ ante multos annos geſta, & ob id nullius delirii accuſari poſſe, hæc tamen non ſufficiunt, *ſiquidem ex melancholicis multos reperies, qui non deſipient, nullum tamen videbis, qui aliquo pacto non fallatur imaginibus, Vidius de curat. morb. fol.* 61. *Et ſæpius circa unum tantùm objectum delirant,*

runt, in cæteris ſapiunt, Cæſalpin. *in Specul. fol.* 333. Hinc tàm diverſas quoque, ac abſurdas imaginationes apud Practicos legere licet melancholicorum, ita ut *Aëtius pag.* 273. referat, *quoſdam etiam ab inimicorum præſtigiis Dæmones ſibi immiſſos putâſſe.* Accedit quòd hæc diſpoſitio ſit inveterata in hoc individuo; ultra decennium enim jam duravit, quo inducimur, ut credamus, cerebrum per ἰδιοπάθειαν, ut loquimur, affectum eſſe, metuendumque, vigiliis præſertim contumacibus urgentibus, ne malum hoc in pejora ſymptomata, vel morbos, degeneret. *Dab. Lipſ. d.* 14. *Septembr. Ann.* 1627.

Vid. Amman. Med. Crit.

CASUS IV.
DE
MELANCHOLICA SE VENEFICAM CREDENTE.

Reſponſum Facultatis Medicæ Giſſenæ, deſuper vetula Melancholica ſe veneficam profitente.

CUm à Regimine Principali hujus loci requiſiti fuerimus, ut in causâ criminali, ob veneficium ſponte indicatum, incarceratam Eliſabetham, Aſmi N. N. Wallendorffenſis Uxorem, concernente, deſuper ſubjuncta hîc quæſtione, judicium noſtrum & ſententiam impertire velimus:

Annon in modò allegata Reâ, criminaliter accuſata, fortis ejuſmodi impreſſio & imaginatio melancholica, ex cauſis naturalibus oriatur, vi cujus ſemetipſam pro Sagâ aut Veneficâ habere, & quòd hoc vel illud veneficium commiſerit, ſibi omnino perſuadere poſſit? Aut, an hæc omnia pro merâ malitiâ haberi, illaque propterea pro Veneficâ, reverà tali, potius reputari debeat?

Hinc quæſtionem hanc, unà cum Protocollô ſimul communicatô, juxta circumſtantias utrobique contentas, probè examinavimus, omnia curatè perpendimus, & tantum illic obſervavimus, quod res omninò probabilis & poſſibilis ſit, plura â phantaſiâ melancholicâ indeque ſubortis cogitationibus in Reâ dependere, cùm partim vitæ genus tranquillum, magiſque triſte, quàm lætabundum, quod tempore juventutis æquè ac aliâs ducere conſuevit, in quô neque tam garrula, ut aliæ mulieres, fuit, juxta teſtium depoſitionem, neque laſciviæ alicujus unquam accuſari potuit: partim ſuperveniens animumque diſcrucians ſollicitudo & de victu cura, quâ eò etiam devenit, ut diverſis vicibus violentas ſibi manus inferre voluerit, idem haud obſcurè innuunt; juxta quæ, inter præcipua, hoc adhuc conſiderandum, quod ejuſmodi quoque Perſonas, quæ uſquedum ſalvæ & incolumes vivere dicuntur, veneficio tamen affeciſſe, ſibi imaginetur firmiterque credat; quæ omnia talia ſunt, quæ hominibus melancholicis ſæpiſſimè accidere ſolent, qui, prout ſanguis plus minus à tetris fœdiſque humoribus repletus, & exinde corruptus eſt, anxietate continua diſtracti incedunt, imò tandem ad ea prorſus extrema dilabuntur, ut hic à DEO ſe derelictum, preceſque ſuas non exaudiri conqueratur: Alius vero Dæmonem videre, quin & ab eodem miſerè excruciari ſibi imaginetur, ut *Gaſpar de Reyes*, *Sennertus*, *Foreſtus* & alii fusè enarrant. Cui infortunio & miſeriæ Sexus ſequior eò facilius & periculoſius ſubjicitur (præſertim, ubi ſortis conditio miſera, duraque acceſſerit) quòd non tantùm mulieres plerumque majorem pravorum ac humorum corruptorum farraginem (quammaximè, ſi menſtrua purgatio, ut in hoc ſubjecto, ætatis intuitu minus ſperanda) intus foveant, ſed & ob judicii imbecillitatem à triſtibus, idque generis mordacibus curis adauctam, neque illis reſiſtere, neque ſe extricare valeant.

Horum intuitu & circumſtantiis ita ſe habentibus, penes Nos extra omne dubium verſatur, in perſonâ ſæpius allegatâ melancholici haud parùm concurrere. An verò ſola melancholia ſubſit, nec ſuſpecti quid pertimeſcendum veniat, eò minus & difficilius determinare audemus, quò arduum magis & periculoſum eſt, hæc talia è Phyſicis principiis demonſtrare, quæ DEO, tanquam omniſcio καρδιογνώστῃ, donec plura & ſufficientia indicia ſe prodant, committenda ſunt.

Quam unanimem ſententiam Noſtram ſigillô Facultatis ordinariô ſubjectô confirmare voluimus. *Sign. Giſſæ d.* 6. *Julii*, *Anno* 1675.

Decanus & Profeſſores Ord. Facult. Med. Giſſ.

CASUS V.
DE
MULIERE QUADAM MELANCHOLICA PRO INCENDIARIA HABITA.

Requiſitio.

P. P.

AMpliſſima Facultas Medica hujus loci, haud ita pridem, in causâ Mulieris alicujus Lindanæ, requiſita fuit, quæ proprium ſuum domicilium accendere & in Lanum profluentem ſe præcipitare non dubitavit, adeò quidem, ut ſe ipſam aquis ſuffocaſſet, niſi vicini accurrentes illud impediviſſent. Hoc factô catenis devin-

devincta & in præſentem uſque diem excubiis tradita & coërcita fuit, inſtans nihilominus continuò diſcurſibus de ignibus & incendiis. Jam verò, præterquam quod 4. liberos domi alat, vidua eſt, non tantùm per incendium, ſed & aliàs ad incitas redacta; quapropter rem totam Regimini Principali retulimus: Annon rebus ſic ſtantibus, & quia ab Ampliſſima Facultate Medica ad pagum Lindam miſſi Candidati Medicinæ rem hanc pro melancholiâ quâdam agnoverunt, perſona hæc in Manodochium aliquod tranſmittenda ſit, ut ulteriora incommoda ſic evitentur.

Cùm verò Illuſtre Regimen Principale ſcire deſideret: *An mulieri huic medicamentis quibuſdam probatis & curâ medicamentali ſuccurri poſſit, ut ad ſaniorem mentem redeat?* Nos autem de hiſce judicium aliquod ferre non poſſimus.

Hinc ampliſſima Facultas Medica hiſce denuò requiritur, ut hoc deſuper judicium ſuum impertire velit, ut Regiminis Principalis deſiderio ſatisfacere poſſimus. *Giſſæ die* 29. *Auguſt. Anno* 1674.

Ampliſſ. Fac. Med.

Officioſiſſimi

A. Hoffmann, *m. p.*
P. H. Schmoll, *dictus Eyſenwerth.*

Inſpectio Mulieris melancholicæ & incendiariæ.

POſtquam juſſu Excell. *Dn. D. Strauſſii* Nos infra nominati heſternò die Lindam deproperavimus, illîc equidem neque Prætorem Heuchelheimenſem, neque Conſulem illius pagi (ad quos in ſpecie tranſmiſſi eramus) adorti fuimus; ut tamen ſcopum Noſtrum quodammodò attingeremus, partim è Conſanguineis, de incendiô ſuſpectæ Perſonæ, partim ex illis, quibus damnum aliquod eô illatum fuerat, percontati ſumus: Quomodo res ſeſe habeat cum Muliere hac? Ubi nonnulli, & quidem ex hiſce, exiſtimabant, malitiam quandam ſubeſſe, optantes unicè & in votis habentes, ut fœmina hæc è loco illo prorſus exularet, priuſquam aliud, priori longè pejus, infortunium cauſaretur: Illi verò ſympathiam potius conteſtantes, omnia pro melancholiâ aliquâ & ratiocinatione abolitâ habebant, utpote in tali ſubjectô, quòd ante 4. & quod excurrit, annos, febri quadam continua malignâ laborarit & abhinc Maritô orbatum fuerit: Indeque exiſtimabant triſtitiam illam tum impreſſam (non obſtante, quod obitus ille ante V. circiter annorum quadrantes contigerit) in affectum ejuſmodi melancholicum abiiſſe.

Quoniam verò ex his talibus certi quid colligere non licebat, ad ipſam Perſonam ſuſpectam Nos contulimus, quam facie fuſca & obſcurâ corporeque macro potius, quàm obesô prædiram compellavimus, & qui valeret? interrogavimus: An dolore capitis, cordis, aut aliô forte affligeretur? ad quæ negando reſpondebat, & cùm interrogando inſtaremus, ab aliis fortè præſentibus referebatur, quod benè adhuc comedere, bibere & dormire valeat, & ſi appetitus urgeret, cibum optimè petere poſſit.

Cùm & in principiô ab aliquô ex adſtantibus verbis aliquantum moroſis, & abhinc à Nobiſmetipſis lenioribus compellaretur, quô auctore & ſuaſore horrea incenderit, tantumque damnum intulerit &c. aliquoties reſpondit, ſe hoc neutiquam perpetraſſe; abhinc verò, cùm alii pluribus inſtarent, omninò conticuit, & totô eô temporis tractu, quô illi adſtitimus, interdum quodammodò tremens, & de cæterô ſibi unicè relicta aliorumque curam minimè habens ſedebat, ita tamen, ut nullum in illa delirium obſervare potuerimus, quod juxta aliorum relationem paroxyſmos ſnos habere videtur.

Ut adeóque ex circumſtantiis ita ſe habentibus uſquedum neque de malitia aliqua, (utut negotium hoc ſuſpicione non carere videatur) neque de verô morbi genere, noſtro quidem arbitrio certi quid concludere liceat, ſed potius ipſe paroxyſmus conſiderandus, quid in eo diverſis vicibus à Perſona hac agatur, & qua ratione ſe gerat, reſpiciendum erit.

Quod ulteriori Magiſtratus Ordinarii diſpoſitioni, reliquaqne omnia altiori judicio ſubmittimus. *Giſſæ d.* 27. *Julii*, *Anno* 1674.

J. F. Dillenius, M. C.
Joh. Wormbſer, M. C.

Reſponſum Facultatis Medicæ Giſſenæ, deſuper eventu melancholicæ curandæ.

P. P.

CUm è Relatione, à binis Candidatis Medicinæ annotata, eluceſcat, Melancholiam in paupercula hac Muliere jam inſigne temporis ſpatium duraſſe, febrim malignam præcedentem quoque caput & cerebrum ejus inſigniter turbaſſe, complexionis intuitu eandem quoque in affectum hunc omninò inclinare, maximam quoque temporis partem ſilentio & triſtitia conſumere; adhæc quoque ſubſidia ad manus non ſint, quæ ad curam ſatis prolixam, ad remedia & exactam Diætam, tanquam ad affectus ejuſmodi neceſſaria, requiruntur;

Hinc parum ſpei ſupereſſe judicamus, ut mulier hæc à morbô omninò convaleſcat, & ad integram ſanamque rationem redire valeat.

Quod prævia requiſitione, nomine Facultatis Medicæ hiſce conteſtari debuimus. *Sign. Giſſæ d.* 1. *Octobr. Ann.* 1674.

Mich. Heiland, D. & p. t.
Facult. Med. Decanus.

CASUS VI.
DE
MULIERE MELANCHOLICA SE IPSAM IN AQUIS SUFFOCANTE.

ANno MDCLXI, menſe Octobr. Matrona N. N. in febrem ardentem incidit, ex quâ per 4. ſeptimanarum decurſum lethaliter ferè decubuit: Mox & filia ejus natu major ex variolis obiit, unde ſummô mœrore, triſtitiâ & melancholia corrupta fuit. Die 30. Novembr. ejuſdem anni, hora decimâ noctis, cùm dormire putaretur, feſtinante pede è lectô in hortum deproperans, in puteum incidit & aquis ſuffocatur. Naturâ alias conſtitutionis melancholicæ fuit, imò & Patruus ejuſque ſoror, hujus item filius aliique conſanguinei affectui melancholico obnoxii fuerunt, indeque tandem emortui ſunt; quemadmodum de præſenti Amitæ alterius filius profundæ adhuc melancholiæ immerſus decumbit.

Quæritur:

An fœmina modò dicta N. N. quæ à teneris Juventutis annis aliâs piam, tranquillam & devotam vitam duxit, ex malô propoſito in fontem ſe præcipitaverit? Aut an ex delirio melancholico aut mentis impotentiâ idem contigerit?

Reſponſum D. Timæi à **Güldenklee**/ *deſuper Melancholica aquis ſe ſuffocante.*

QUandoquidem è plurimis indiciis & ſignis, v. g. ex colore cutis livido, ex lentiginibus copioſiſſimè per faciem, collum, brachia & manus diffuſis, ex habitu corporis macilento, aſpero & duro, triſtitia, metu, cogitationibus profundis & fixis &c. obſervari poſſit eandem conſtitutionis melancholicæ, & quidem ex diſpoſitione hæreditaria fuiſſe. 2. Adhæc caput & cerebrum per febrem ardentem inſigniter debilitata fuerint; ſiquidem per febres illas caput valdè debilitatur, cerebrum exſiccatur, humidum radicale abſumitur &c. *Sennert. Inſt. lib. 2. part. 3. ſect. 2. c.* 4. Porrò 3. melancholia hæc per inſignem illum mœrorem & triſtitiam, quam brevî poſt morbum exantlatum ex obitu filiæ concepit, audacta fuerit; quales animi affectus ad humorem melancholicum generandum plurimum faciunt, juxta *Sennertum in Inſtit. lib. 2. part. 2. ſect. 3. cap.* 2. Unde 4. facilè delirium aliquod oriri potuit, quod dudum quidem ob diuturnum mœrorem & vigilias pertinaces pertimeſcendum erat, ſed ut omninò probabile, ea demum nocte, ſub qua periit, per fermentationem humoris melancholici, qui ſua natura noctu movetur, erupit, inſignem angorem & triſtitiam induxit, ut in lecto perdurare nequiverit, ſed refrigerium quærendo & in tenebris verſando, puteum ex improviſo illapſa ſit; quemadmodum ſimiliter 1586. Venetiis Melancholico alicui, cætera pio & ſancto Viro accidit, qui de nocte ſurgens & ad littora maris ſe conferens illic aquis ſuffocatus eſt, licet vix ulla cauſa ad id coactus: ut alia exempla, quæ partim noſtris temporibus acciderunt, partim ab Auctoribus fide dignis, in ſpecie *Schenckio lib. 1. Obſerv. Med.* 253. annotantur, jam taceamus; Hinc ex allegatis circumſtantiis & rationibus concludendum, hanc in Domino quieſcentem Matronam non tam ex proæreſi in fontem ſe præcipitaſſe & ſuffocaſſe, quàm potius ſub delirio melancholico angore & triſtitiâ miſeram in puteum incidiſſe, & ita aquis ſuffocatam periiſſe, ſiquidem omnia, quæ ejuſmodi ſubjecta melancholica loquuntur aut perpetrant, non tam ex proæreſi & ex inſtituto, quàm debilitate capitis ſenſuumque & rationis privatione contingunt, ut inter alios *Platerus Tom. 1. Prax. Cap. I.* docet: Melancholia correpti ad multa horrenda perpetranda contra voluntatem agi &c. &c. Alias hîc quoque notam meretur, quòd Melancholici nonnulli de nocte ſurgere & dormiendo obambulare ſoleant, qui exinde Noctambuli vel Somnambuli vocantur, & loca periculoſa adeundo ſæpè pereunt, *vid. Quercetan. in Diætet. cap.* 33. *de Triſtitia.* Unde ſciri non poteſt, an & hæc mulier durante forte ſomnô in hortum abierit, & in tenebris ex improvisô fontem inciderit? Præſumtionem non contemnendam ſuggerit ipſius conſtitutio corporis melancholica, conf. *Sennertus lib. 1. Med. Pract. Part. 2. cap.* 18. Utcunque autem hæc ſe habeant, mœſtiſſimus tamen Dn. Viduus intuitu allegatarum cauſarum certò ſibi perſuadere poterit, Conjugem ſuam B. non tam ex deſperatione aliqua ſe enecaſſe & ſuffocaſſe, ſed idem ex inſigni melancholia inſciæ illi & præter intentionem contigiſſe. Interrupta enim in melancholicis eſt ratio & ſenſus humanus, ut verè neſciant, quid faciant.

Multò minus ejuſmodi ſibi cogitationes ſubrepere permittat, acſi eam ob cauſam æternum perierit, & damnata ſit, ſed præteritam ejus vitam Chriſtianam prorſus & piam reſpiciat, oportet, probitatem, humilitatem, manſuetudinem, &c. Cogitabit hunc mortis caſum inopinatum & triſtiſſimum non fortè fortuitò, ſed ex Providentia DEI ejuſque conſilio imperſcrutabili accidiſſe, & nequicquam condemnatione dignum eſſe in iis, qui in Chriſto JESU ſunt: Quod DEUS iis, qui ſenſibus & ratione ſua privati ſunt, non ſuccenſeat: Alienum enim opus præter voluntatem faciunt, &c. &c. *Balduinus lib. 3. Caſuum Conſcientiæ, cap.* 4. Mortis exitus in DEI poteſtate ſunt, *Pſalm.* 68. Mala mors putanda non eſt, quam bona vita præceſſit, nec poteſt malè mori, qui

qui benè vixit. *Auguſtinus de Doctrinâ Chriſtianâ.*

Hæc pro ſolidâ Deciſione & Reſponſione ad propoſitam Quæſtionem annotare & prævià requiſitione ſub propriâ ſubſcriptione impertire volui. Salvo aliorum judiciô.

Baldaſar Timæus von Güldenklee.

Vid. Reſponſum Auct. XXXIII. pag. 91. *& ſeqq.*

NOTA:

Quâ ratione dignoſci poſſit, *An vivus aliquis aut demortuus in aquis ſuffocatus ſit?* vid. *apud Paræum Tr. de Renunciationibus pag. mihi* 655.

CASUS VII.

DE INFANTICIDIO EX MELANCHOLICO DELIRIO.

Requiſitio.

EX Actis, quæ hiſce transmittimus, privatis perſpicere poteritis, quâ ratione Conjux mea infantulum nuper natum, durante adhuc puerperii tempore, proh dolor! enecaverit, & quàm mirabilis & perturbata ejus fuerit & adhuc ſit conditio. Cum verò relatum mihi ſit, quòd etiam in puerperis melancholia & mania, eaque vel ex defectu congruæ evacuationis, vel ex vitio ſanguinis fluentis, vel ſuppreſſione ejusdem oriri poſſit, qui craſſior, propter remorationem & aduſtionem, efficitur, aut etiam ob nimiam evacuationem, quæ tenue expurgat, craſſior relinquitur: In memoratâ verò Conjuge meâ fluxus ſanguinis, ut omninò probabile eſt, inſigniter vitiatus fuerit, indeque maniam & furorem melancholicum induxerit, eoque magis, quòd illa, tanquam mulier in puerperii tempore adhuc vivens, ob ſtentoream vociferationem, à Mendicô elingue inſtitutam, immani terrore perfuſa fuit, maximè, quùm naturâ puſillanimis ſemper fuerit, & nunquam non ſolitudinem amaverit, ita ut dubiô procul affectus quidam melancholicus in hypochondriis ejus latuerit, cujus fomentum per cauſam externam & occaſionalem, terrorem ſcil. vehementem, & hinc inſecutum morbum irritatus & excitatus fuerit; hinc Dominos Meos Honoratiſſ. humillimè rogito, velint haud gravatim Acta hæc privata diligenter perlegere, circumſtantias illic occurrentes, à Teſtibus juratis æquè ac Paſtore pro conſcientiâ Sacerdotali depoſitas, maturè perpendere, meque cum rationibus decidendi informare;

An uxor mea rebus ſic ſtantibus pro Maniacâ, Phreneticâ aut Melancholicâ habenda ſit? & unde Paralyſis ſiniſtri brachii proveniat?

Quò illius cauſam agere, & eò melius defendere valeam. *Boberſchaviæ die* 6 *April. An.* 1672.

Martin Brünig, Metallicola ibidem.

Reſponſum.

COlligi poteſt ex *Ammanni Irenico pag.* 34. qui Delirium hoc melancholicum à ſuppreſſione lochiorum, per terrorem inductum, derivavit & in pœnarum moderatione non tam fictitium humorem melancholicum, quam delirium reſpiciendum tradit.

CASUS IIX.

DE HYSTERICA PRO DÆMONIACA HABITA.

Requiſitio.

P. P.

UT Acta præſentia, in puncto incendii & Dæmoniaci concubitûs ab Eva N. patrati, unà cum conſiliis duorum Medicorum, accuratè perlegere dignentur, obſervanter peto; vigore namque ſententiæ Scabinorum Magdeburgenſium teneor Collegii cujusdam Medici judicium, ad meliorem informationem, procurare ad hanc ſpecialem quæſtionem:

An inquiſita Eva morbo aliquo naturali corripiatur, qui ſanabilis eſt, & qualis is ſit? undeque hactenus obſervata ſymptomata provenerint?

Jam mentis quidem compos eſt, adeóque à paroxyſmo ſuo liberata, hactenus enim habita pro energumena: aſt in hoc momento loquelâ privatur, contortô capite in dorſum, venterque intumuit, ita, ut murmura auditu percipi ab adſtantibus potuerint. Quoniam itaque informatione Veſtra ſuper hoc caſu mihi opus eſt, ideò peto, velint Acta inquiſitionalia ad amuſſim perpendere, & præſertim illud, quod fol. Actor. 40. 41. 49. 50. 51. 52. 60. & 61. Paſtor loci de ſorore inquiſitæ retulit, utpote quæ aliquando eodem morbo fuit correpta ex naturalibus cauſis, diligenter obſervare, & in forma probante Conſilium communicare: *Qualis morbus ſit, quo Eva N. nunc corripitur? Et an à cauſis naturalibus hæc ſymptomata proveniant:* ut tandem laboris ac moleſtiæ ſit finis. Dab. N. die 22. April. Anno 1663.

Reſponſum Facultatis Medicæ Lipſienſis, ſcilicet Patientem hanc non eſſe dæmoniacam, ſed hyſtericam.

PErlegimus collegialiter Acta, in puncto incendii & dæmoniaci concubitûs, qui ab Eva N. patratus eſſe debuit, ſed unanimibus ſuffragiis reſpondemus, quòd collatâ relatione & circumſtantiis fol. 40. 41. 49. 50. 51. 52. 60. 61. concurrentibus, allegata ſymptomata, & alia in corpore Evæ N. obſervata, peſſima quidem, & abominabilia ſint, minimè verò dependeant ab inſultu Diaboli, ſed magis à morbis complicatis, & quidem per conſenſum uteri & aliorum viſcerum cum capite: cumprimis quoniam à Paſtore refertur, quòd ſoror Evæ N. aliquando eodem morbo, iisdemque ſymptomatibus correpta fuerit. *Dabam Lipſiæ die* 1. *Maji, Anno* 1663.

Vid. Amman. Med. Crit.

CASUS IX.
DE SARCOCELE MATRIMONIUM IMPEDIENTE.

Requiſitio.

P. P.

CIvis noſter Chriſtianus N. ſponſalia publica celebravit cum virgine Urſula N. nec ipſe quicquam habet, quo irrita conetur ea reddere: verùm rumor ſparſus eſt à malevolis quibusdam, *ac ſi Chriſtianus N. ad matrimonium planè inhabilis eſſet*, quo audito, reſciſſionem matrimonii molitur Virgo; quoniam itaque ipſe interceſſionem ad Collegium quoddam Medicorum à Nobis petiit, ideò noluimus eidem deeſſe, ſed Veſtris Excell. eundem commendare, velint prævio examine partes viriles diligenter inſpicere, ac Nos viciſſim Reſponſo, in forma probante, certiores reddere, *An? & quali vitio? iſte teneatur, quod reſciſſionem ſponſaliorum cauſari debeat?* Dab. Zvvickaviæ d. 22. April. Anno 1620.

Reſponſum.

P. P.

PEtierunt à Nobis, ut Chriſtianum N. contemplaremur: *An in membris genitalibus aliquô, vel tali morbo, aut vitio corripere-tur, ob quod ad matrimonium admitti, debitumque conjugale reddere non poſſit?*

Quo facto reſpondemus, quòd præviâ avtopſiâ, in ejusdem partibus, quibus vir eſt, deprehendatur oneroſa ſcroti magnitudo, dependens ab incuneato tumore dextri teſticuli, quem Medici *Sarcocelen* vocant, ob quem virga virilis tàm malè intorquetur, ut ſeſe nullo modo perfectè erigere valeat; hinc per conſequentiam, ipſe Chriſtianus N. ad matrimonium, quamdiu hic affectus non curatur, planè eſt inhabilis. *Dab. Lipſiæ d.* 5. *Martii Anno* 1620.

Vid. Amman. in Med. Crit.

CASUS X.
DE FOETORE ALARUM, AN LEGITIMA DIVORTII CAUSA SIT, NEC NE?

Requiſitio.

P. P.

IN hoc Conſiſtorio Ducali caſus emergit, qui vix quàm Veſtrâ deciſione reſolvetur: Sempronius ante ſemeſtre Sejam non infimæ ſortis, formoſi adſpectûs & diſpoſiti corporis Virginem, ſibi matrimonio adſociavit & trimeſtri poſt nuptias vitam pacificam cum ea egit, ſequentibus autem menſibus eam odio plus quàm Vatiniano proſecutus, ita, ut divortium meditetur, ex cauſis ſequentibus: quia 1. hircum oleret, hinc 2. ei impoſſibile, ut reddat debitum conjugale. 3. fœtor hic eſſet indicium Luis Venereæ, allegans animam olidam eſſe ſufficientem divortii cauſam, prout hoc notavit *Zacchias Lib.* 9. *Tr.* 10. *qu.* 5. Ipſa verò ab honeſtis Matronis ubique adſpecta eſt optimæ conſtitutionis, & ne maculam quidem ſuſpectam in corpore habet. Ne itaque anſam ſuppeditemus vel ad temerarium divortium, vel ad peſſimum matrimonium, ad tres quæſtiones ſequentes:

1. *An fœtor alarum ſit ſufficiens cauſa divortii?*
2. *An fœtor ſit ſignum Luis Venereæ?*
3. *An fœtor oris matrimonium indifferenter ſolvat?*

ut Veſtrum judicium in forma probante nobis communicare dignemini, eſt, quod maximoperè rogamus. Dab. N. die 16. Mart. An. 1639.

Reſponſum Facultatis Medicæ Lipſienſis, ſcilicet

1. *Fœtorem alarum non eſſe ſufficientem cauſam divortii.*
2. *Fœtorem alarum non eſſe ſignum Luis Venereæ.*
3. *Fœtorem oris non indifferenter ſolvere Matrimonium.*

TEnorem quæſtionum probè percepimus, ventilando illas ſufficienter in conſeſſu Noſtri

Noſtri concilii; hinc reſpondendum cenſemus, præſuppoſitô prius, Sejam eſſe alioquin perfectæ ſanitatis, & ab omni morbo ſuſpecto liberam.

Ad 1. fœtorem alarum non eſſe morbum vel ſymptoma ſonticum, nec etiam contagioſum: poteſt itaque Sempronius, reddito conjugali debito, alio in conclavi ſe detinere; ut taceamus, eundem, ſi non radicitus, ſaltem palliativè & ad tempus eſſe curabilem, ſi modo convenientia adhibeantur remedia.

Nec cognoſcimus 2. quô fundamento ipſe fœtor alarum pro indicio Luis Gallicæ haberi poſſit? & quamvis nos non fugiat, etiam in Bubonibus Venereis ſub axillis, & aliis in locis, cadaveroſum quaſi excitari fœtorem, attamen à fœtore alarum longe diverſus, & hic non præſupponendus, præſertim quia Seja ab omni ſuſpecto morbo libera eſt.

3. Quod fœtorem oris concernit, allegat quidem Sempronius *Zacchiam*, ſed impertinenter; opinio enim *Zacchiæ* non eſt, ac ſi quilibet fœtor oris matrimonium diſſolveret, ſed ſolùm ille, qui ex maligno narium ulcere, v. g. Ozæna & Polypo pronaſcitur. Confundit inſuper Sempronius quæſtiones & ſtatum controverſiæ, loquitur ſiquidem *Zacchias* non de matrimonio contracto, ſed de ſponſaliis, quæ fœtore oris incorrigibili poſſunt ſolvi, &c. *Dab. Lipſiæ die* 28. *Martii, Anno* 1639.

Vid. Ammann. Med. Crit.

CASUS XI.

DE METU CONTAGII IN PLEURITIDE MALIGNA, SOLENNIA TESTAMENTI IMPEDIENTE.

Species Facti cum Requiſitione.

QUali morbo, tunc graſſante, *Johannes Born*, ante 21. annos laboraverit, quôve ſeptimô aut octavô die, unà cum aliis Perſonis, eô ſimiliter infectis, demortuus fuerit, quòd etiam nullus ægrorum ejusmodi convaluerit, hoc Honoratiſſimi mei Domini ex depoſitione Teſtium ſub lit. B. ut & ex rotulô examinis Teſtium, ſub dato Alsfeldiæ die 11. Febr. An. 1698. his adjectis fuſius perſpicient.

Quùm verò Teſtamentum ab eô relictum, ex capite deficientium ſolennitatum, à conſanguineis ejus impugnetur:

Hac verò ex parte ſuſtineatur, quod Teſtator b. m. juxta dicta Teſtium, morbô quôdam acutô, vel febre malignâ cum Pleuritide complicatâ laboraverit:

Hinc ſolennitates alioquin in Teſtamentis non privilegiatis requiſitæ, in hypotheſi noſtrâ planè non neceſſariæ fuiſſent, ut JCti illud unanimiter ſtatuunt.

Adverſarii è contra exiſtimant, omnes febres calorem quendam p. n. conjunctum habere, quæ tamen eapropter non ſtatim inter morbos contagioſos numerandæ ſint, cùm febres ardentes & morbi contagioſi neutiquam ſynonyma ſint. Hinc quæritur:

An Pleuritis & febris ardens, ſi bini hi morbi in unô eodemque ægrô concurrant, & alicubi epidemicè adeo graſſentur, ut, qui illis corripiuntur, intra 6. 7. *aut* 8. *dies emoriantur, hominesque ægros ejusmodi inviſere ſubvereantur, eorumque domicilia fugiant, inter morbos contagioſos & affectus luesque inficientes à Dnn. Medicis referri ſoleant?*

Quænam jam Ampliſſimæ Facultatis Medicæ ſententia hac de re ſit, eandem haud gravatim, pro debitâ remuneratione, per rationes dubitandi & decidendi, ut impertiat, obnixè rogito.

V. V. Excell. Excell.

Wahlæ d. 20. *Jun. Anno* 1698.

Obſequioſiſſimus

Johann Caſpari, Incola Wahlenſis, Diſtrictus Kirdorffenſis.

Reſponſum Facultatis Medicæ Giſſenæ, deſuper contagio Pleuritidis malignæ.

UT de quæſtione, à *Joh. Caſpari*, Incola Wahlenſi, diſtrictus Kirdorffenſis, Nobis præmiſſis præmittendis propoſita:

An Pleuritis & Febris ardens, ſi bini hi affectus in unô eodemque ægrô concurrant, & alicubi epidemicè graſſentur, ut, qui illis corripiuntur, intra 6. 7. *&* 8. *dies emoriantur, aliique homines ægros ejusmodi inviſere ſubvereantur, horumque domicilia fugiant, inter morbos contagioſos & affectus inficientes à Medicis referantur?*

Judicium & ſententiam noſtram aperiamus: Nos Decanus & Profeſſores Ordinarii Facultatis hujus loci principiis artis omninò conſentaneum eſſe ducimus:

Johanne Bornio, ante 21. circiter annos, morbô quôdam acutô, in parvulo pagô Wahlenſi tunc temporis graſſante, correptô, qui juxta teſtium depoſitionem ex febri aliquâ & Pleuritide conſtabat, dum de nullô aliô, quàm lateris dolore ipſóq; corde conqueſtus, ſtatímq; primô morbi die, cùm die Sabbathi SS. Feſtum Nativitatis Chriſti antecedente confeſſionem peccapecca-

peccatorum ſuorum adhuc peregiſſet, adeò debilitatus fuerit, ut Paſtor loci eâdem adhûc veſpera ſacram ipſi Synaxin miniſtrare non potuerit, ſed in alteram hancce diem differre coactus fuerit, juxta Teſt. 2. *vid. additam. lit. B.* Eô poſt ſeptimum diem, utut integrâ adhuc ratione, demortuus eſt, prout non minus V. vel VI. adhuc Perſonæ, circa idem tempus, hôc morbô perierunt, nullô reconvaleſcente. Omnia ſecundùm tenorem depoſitionis Teſtium ſub lit. B. & Rotuli examinis Teſtium, ſub dato Alsfeld. d. 11. Febr. An. 1698.

Quod ergò quæſtionem hinc formatam attinet:

An Pleuritis & febris ardens, ſi bini hi morbi, in unô eodemque ægro concurrant, & alicubi epidemicè graſſentur, ita quidem, ut, qui illis corripiuntur, intra 6. 7. aut 8. dies emoriantur, hominesque ægros ejuſmodi viſitare non audeant, earumque domicilia fugiant, inter morbos contagioſos & affectus alios inficientes à Medicis referantur?

Eandem ſimpliciter & abſolutè affirmandam eſſe cenſemus, dum Medici famigeratiſſimi nunquam non conſtanter aſſeruerunt, Pleuritides ejuſmodi epidemicas à contagiô profluere *Sennertus Lib. 2. Pract. Part. 2. c. 16. pag. 198. Ed. Pariſ.*

Eâque de causâ plerunque malignas & contagioſas eſſe, *Sennertus Lib. 4. de Febb. cap. 17. Ettmüllerus in Prax. de Pleur. ſ. 3. Dolæus in Encyclop. Med. Pract. lib. 2. cap. 3. pag. 281.*

Imò à quibusdam omninò Peſtilentiales vocantur, in quas ſæpè degenerant. *Wierus Obſ. lib. 1. de Epid. Pleur. p. 913. Sennert. l. a. col. 6.*

Et propterea quoque, aliorum morborum malignorum inſtar, V. S. non æquè ferunt & admittunt. *Sydenham. Hiſtor. Morb. acutor. p. 231.*

E quibus ad oculum apparet, quòd plurimi celebriorum Practicorum pleuritidem & febrem ardentem, ſi epidemicè graſſentur, aliis morbis contagioſis & affectibus alios inficientibus annumerent.

Quam unanimem ſententiam noſtram loco Reſponſi, prævia requiſitione, conſultò & collegialiter impertire, & ſigillo Facultatis Ord. confirmare voluimus. *Signatum Giſſæ, die 3. Auguſti, Anno* 1698.

Decanus, Doctores & Profeſſores Ordinarii Facultatis Medicæ ibid.

CASUS XII.
DE MALIGNITATE LUIS VENEREÆ.

Requiſitio.

Ampliſſima Facultas Medica Giſſena hiſce quàm officiosè rogatur, velit deſuper ſeqq. III. quæſtionibus judicium & conſilium Medicum, pro debita remuneratione, impertire:

1. *An morbus Gallicus morbus ſit contagioſus?*
2. *Si talis ſit, an morbus ſit peſtilentiali morbo ſimilis?*
3. *Annon inter utrumque morbum ingens diſcrimen intercedat? & quale?*

Signatum Francofurti d. 5. Auguſti, Anno 1686.

Honoratiſſ. Dnn. meorum
officioſiſſimus
Philippus Nic. Fleiſchbein, Lic. Jur.

Reſponſum Facultatis Medicæ Giſſenæ.

Quandoquidem Nos Decanus & Profeſſores Ord. Illuſtris hujus Academiæ requiſiti fimus, ut judicium noſtrum Medicum & Reſponſa ad ſqq. tres quæſtiones, quarum

1. *An morbus Gallicus morbus ſit contagioſus?*
2. *Si talis ſit, an morbus ſit peſtilentiali morbo ſimilis?*
3. *Annon inter utrumque morbum ingens diſcrimen intercedat? & quale?*

fundamentaliter & principiis Medicis convenienter concipiamus & communicemus; hinc in dictas modò tres quæſtiones, eô, quo propoſitæ ſunt, ordine maturè inquiſivimus, collegialiter perpendimus, tandemque eò conſenſimus & collimavimus:

Quod ad I. Quæſtionem: *An morbus Gallicus morbus ſit contagioſus?* omninò affirmativè reſpondendum ſit, cùm illud non tantùm ex celeberrimorum Medicorum auctoritate, ſed etiam ratione & experientiâ ſufficienter eluceſcat & confirmetur. Quàmvis autem, quoad auctoritatem facilè prolixus catalogus aſſentientium Practicorum hîc allegari poſſit, quorundam tamen hâc vice tantùm mentionem faciemus, quorum auctoritas & celebritas, ut in forô Medicô ſatis cognita, ita quoque plurimorum, qui hîc fortè allegari poſſent, inſtar eſſe poterunt. Sic celeberrimus *Sennertus lib. 4. Prax. P. 4. c. 3.* poſtquam variorum Medicorum meminerat, eorumque ſententias enarraverat, de hiſce tandem ita ſcribit: Neque enim aliter ſtatuêre extra dubium Luem Veneream eſſe contagioſam & malignam. Sequente *cap. 4.* ulterius adhuc pergit, dum morbum hunc maximâ ex parte imò unicè, per contagium ab aliis infectis oriri ſcribit; verba ita ſe habent, *pag. 140:* Hoc quo

quod ab omnibus conceditur, retineamus, morbum hunc, puta Venereum, non contrahi aliter, niſi per contagium, & imprimis concubitum cum infectis, & *ſeq. pag.* 141: Ergò potiſſimùm per contactum hoc malum contrahitur & quidem frequentiſſimè per coitum Venereum. Huic etiam conſentit *Felix Platerus Tom.*2.*Prax.cap.*16.*pag.*172.ubi morbum Gallicum maximè per contagium inficere aſſerit: & *Foreſt.lib.*32.*obſ.*2. *in Schol.* ſententiam ſuam eò pariter collimantem confirmat verbis *Rondeletii*, qui *lib. de morb. Ital. pag.* 837. in hæc erumpit verba: Hanc Luem Veneream contagioſam eſſe, nemo negare poteſt, niſi ſenſum & experientiam ſimul negare audeat. Non minus idem ſtatuunt *Sebizius* Senior, in *Specul. ſuo Med. Pract. Tom.*2.*Part.*9.*cap.*2. *pag.*2064: ubi morbum hunc occultum, venenatum, contagioſum vocat, & *Greg. Horſtius Tom. Oper.*2.*lib.*7.*obſ.*3.4.*& ſeqq.* in quo librô ut de diverſis morbis contagioſis agit, ita in ſpecie in *cit. Obſerv.* enarrat, quòd Lues Venerea pro morbô contagioſô ſit habenda. Huic ſententiæ Moderni ſimiliter Scriptores ſubſcribunt, cum *Helmontius in Tumulo Peſtis* §. *Peregrina Lues nova*, eò abeat, eaque propter *lib. de Febr. c.* 7. *n.* 12. perhibeat, quòd ablatô Luis Venereæ contagiô, tubercula oſſea &c. ſpontè evaneſcant. Nec minus ſententiam hanc repetunt Autor *Luminis Rat. Med. cap.* 95. *&* 96. *Blaſius Therapeut. Spec. c.* 30. *Dolæus Encyclop. Med. Pr. lib.* 3.*c.*15. *p.* 652. aliique plures, quos ſilentio nunc involvemus, quoniam Luem Veneream morbum contagioſum eſſe firmiori adhuc argumento, ex ipſa ratione & naturâ ejus, quam definitio ſuppeditat, quàm nudâ Auctoritate confirmatur & adſtruitur. In deſcriptione autem morbi hujus Gallici, non tantùm ſupradicti, ſed & alii Scriptores Medici eò unanimiter abeunt, quod ſit morbus occultus & peculiariter malignus, contagione inductus & contagioſus, nutritionem in totô corpore lædens, vel (uti *Panarol. Cent.* 3.*Obſ.* 30. loquitur) facultatem in omnibus membris nutritioni neceſſariam videlicet & ſanguificationem contaminans, & varios proinde morbos atq; ſymptomata excitans.

Paracelſus, ut plerunque in deſcriptione morborum admodum eſt inconſtans, ita in diverſis ſuis ſcriptis obtinere ſatagit, Luem Veneream per ſe morbum peculiarem non conſtituere, ſed aliis morbis permittere duntaxat aſſeclam; ſed meritò refutatur ab *Helmontio in tumulo peſt. d.* §. eò quod omnis contagio, ſive ex leprâ, ſive ex peſte vel aliunde contracta, verè & naturaliter in ſe morbus ſit. Unde ſimul elucet, quòd modò dictus *Helmontius* ipſam morbi Gallici naturam in quadam contagioſâ diſpoſitione, juxta communem ſententiam, collocet: & hoc non tantùm ab Antiquioribus, ſed & à Modernis aſſeritur. Licet enim illorum nonnulli, ipſum morbum, modò illis loquendi conſuetô, morbum lymphaticum appellent, & ita cauſam ejus partim cum *Helmontio* fermentum venenatum vocent, partim cum *Sylvio* eandem in aciditate volatili corroſivâ conſiſtere velint; attamen in reipſa unanimiter conſentiunt, & ſimiliter fatentur, quod morbus hic, in ſe & ſua naturâ, diſcraſia quædam maligna & contagioſa ſit: Quod ipſa porrò experientia hactenus innumeris exemplis ſatis confirmavit. Et ſi primam morbi hujus originem excutimus, oppidò conſtabit, quòd per contagium communicatus, &, ut *Helmontius* loquitur, omnem jam mundi angulum ſic infecerit: ſive jam anno 1493. ex Indiâ ab Hiſpanis, ſive aliunde (de quô aliò tempore) in Europam deportatus fuerit, ſicut de hôc *Helmontius* & *Welſchius in Obſerv.* 4. *Cuman. in Schol. pag.* 30. *& Decad.* 9. *Cur.* 6. *pag.* 587. præter allegatos Scriptores fuſius agunt, adeóque ut prolixius illud hîc deducamus, ſupervacaneum eſſe ducimus.

An verò juxta tenorem II. Quæſtionis:

Si talis morbus contagioſus ſit Lues ♀rea, an talis morbus ſit, qualis eſt morbus peſtilentialis?

AD hoc non niſi per diſtinctionem reſponderi poteſt. Et hunc in finem primò omnium obſervandum eſt, quòd à Medicis 1. omnes illi morbi contagioſi vocentur, qui ſui ſeminium atque inquinamentum quoddam in aliud corpus transfundere, & per illud ſimile in corpore vitium excitare poſſunt, verbis *Sennerti in Inſtit. Med. Lib.* 2. *Part. I. cap. II.* Cumècontrâ illi morbi, qui alium communicatô inquinamentô inficere nequeunt, nullô modô pro contagioſis habendi ſint. Porrò & 2. notandum, quòd talis vis & activitas alium inficiendi ſimili morbô, quæ per contagium modò dictum intelligitur, non unô modô, ſed vel immediatè & corporaliter per contactum, vel & mediatè & ad diſtans fiat & communicetur, ut à pleriſque Practicis hæc differentia conſtituitur, & de eâ apud *Sennert. Lib.* 2. *Inſtit. Med. Part.* 2. *cap.* 12. *& Lib.* 6. *Prax. Part.* 3. *cap.* 3. *it. Lib.* 4. *de Febr. cap.* 3. *Fracaſtor. Lib.* 1. *de Contag. & Morb. Contag. cap.* 1. *Zacch. QQ. Med. Leg. Lib.* 3. *Tit.* 3. *Q.* 2. *Williſ. lib. de Febr. cap.* 12. pluribus legi poterit. Quod ſi jam modum, juxta quem Morbus Gallicus dicendus ſit contagioſus? accuratius inſpiciamus, eundem obſervationes Medicorum præcipuè in contactu immediatô & corporali locabunt: Dum vel per oſcula, quando malignis ulcuſculis Gallicis os alterius infectum eſt, vel per veſtes. *vid. Hildan. Cent. I. Obſerv. ult.* vel communi lectô, linteaminibus ac ſtragulis adhuc ſudore & ſanie Gallicâ madidis exiſtentibus, *vid. Fabr. Cent. V. Obſ. ult.* vel poſt ſcarificationem in balneô publicô &c. contrahitur, qualia exempla apud *Horſt. d. l.* reperiuntur: Ipſa quoque Experientia teſtatur, quòd ſæpiſſimè Lues Venerea ab infectis ita

ita Nutricibus affricetur infantibus, ut idem *Rondeletio* (qui eâ de causâ pueritiæ tempore nunquam non valetudinarius fuiſſe dicitur, teſte *Jouberto in deſcriptione Vitæ Rondelet.*) *contigiſſe conſtat.* Cumprimis autem Morbus hic communiſſimè per congreſſum Venereum cum impurô contrahitur, ut idem ſcripta Medicorum & quotidiana experientia unanimiter confirmant, ut ſupervacaneum eſſe putemus plura hiſce addere. Horum intuitu,& quoniam exempla hactenus allata contactum immediatum & corporalem ſatis ob oculos ponunt, *Helmontius* inter alia ita ſcribit: Saltem Lues Venerea nuſquam ab Endemicis, neque ab aeris infectione. Hinc etiam non paſſim popularis. Quod etiam Rondeletius aliique Medici & Practici celeberrimi ante illum docuerunt. Econtra in Morbis Peſtilentialibus contagium longè penetrantius eſt, utpote quod efficaciam ſuam in diſtans extendit, quod nullô modô contagio Venereo tribuendum, de quibus mox plura.

E quibus ea, quæ ad III. Quæſtionem:

Annon inter Morbum Gallicum & ipſam Peſtem diſcrimen aliquod occurrat, & quale illud ſit?

ex rei veritate reſpondenda ſunt, haud difficulter eluceſcunt. Quod enim inter morbos ante allegatos inſignis differentia intercedat, non tantùm ex eô, quod hactenus allatum fuit, quodammodò conſtat: Sed & clarius id diverſa natura & eſſentia utriuſque morbi oſtendunt. Licet enim in eô conveniant, quòd uterque contagium foveat, & ab hoc alatur, multo tamen penetrantius & in diſtans ſe extendens fermentum venenatum eſt in Peſte, quàm in Morbo Gallico: Quin & ſymptomata hunc affectum inſequentia longè alius ſunt naturæ, quàm ea, quæ à Peſte oriuntur, ut Medicis Practicis abundè conſtat. Adhæc ſi modum, quô Peſtis communicari ſuevit, conſideravimus, vis penetrantiſſima & ſumma activitas agendi eò clarius ob oculos ponitur, dum ejus contagium, etiam ad loca maximè diſtantia, vim ſuam inficientem ita exercet, ut exinde quamplurimi & breviſſimo temporis intervallo inde corripiantur & emoriantur; quæ omnia de Morbo Gallico dici non poſſunt. Equidem *D. Sebizius* in *Diſput. quadam de Morb. Contag.* §. 122. ubi quæſtionem movet: An ad diſtans quoque inquinamentis Venereis aeri inſperſis Lues Venerea homines inficere valeat, ita, ut ſi quis nec infectum, nec fomitem, contagium h. e. Virus Gallicum continentem, corpore ſuo contigerit, hâc Lue conſpurcari queat? Id partim ex naturâ & proprietate miaſmatis Gallici, partim etiam experientiâ adverſus contrarium ſentientes ſuſtinere conatur, cum virus Gallicum ſubtile & penetrativum ſit, & mero quoque halitu inficere poſſit, ſiquidem ita ſæpius nonnulli infecti fuerint. Quapropter etiam *Maynardus* hujus eſt ſententiæ, ut exiſtimet Morbum Venereum quoque ad diſtans per aërem homines affligere poſſe, iiſque ſimile vitium procreare, ſiquidem Gallica ophthalmia in quibuſdam, qui infectorum oculos propius & attentius inſpexerunt, obſervata fuerit; quod etiam *Zacutus Luſitanus Lib. 1. de PP. Med. Hiſtor. Q. 43. & Lib. 2. Prax. admirand. Obſ.* 125. partim ex aliis, partim ex propria experientia defendere ſatagit. Quodſi verò paulò attentius perpendamus & conſideremus, quâ ratione actio ad diſtans propriè explicanda, & à modo agendi contrario, cui opponitur, rectè diſtinguenda ſit? primò ſtatim intuitu apparet, quòd actio in diſtans, ut Morbo Gallico à dictis Auctoribus tribuitur, nimis generaliter & abuſivè ſumatur, hacque ratione benè etiam de phthiſi, ſcorbuto aliiſque ejuſmodi contagioſis affectibus aſſeri poſſit; quod ipſum tamen, ut contra communem Medicorum ſententiam militat, ita rationes ex adverſo allatæ non ſufficere, multo minus autem cum experientia congruere videntur, ita quidem, ut ea propter *Gabriel Fallopius Tract. de Morb. Gallic. cap.* 10. Matronas nonnullas, quæ caſtæ admodum & pudicæ haberi & hoc ipſo ſe palliare conabantur, quod inſenſiſſimus hic morbus per adſperſionem aquæ luſtralis illis communicatus fuerit, non ſine cauſa falsè deriſerit, ſæpiuſque laudatus *Sennertus* heic optimè judicet & doceat: "Sine periculo in eodem contubernio cum in-" fectis verſari licere, neque Chirurgi & Medi-" ci, qui Luem Veneream curant, & quotidiè" cum Ægris converſantur, inficiuntur." Et ſi per inſpirationem & ad diſtans Lues Venerea eſſet contagioſa, totus Orbis jam eſſet Gallicus & morbus magis eſſet quàm Epidemius, ut quidam ſcribit. Neque etiam multum ad contrariam ſuſtinendam facit, quod *Zacutus Luſitanus d. l.* de Ophthalmia Gallica contagioſa adfert & objicit, cum infectio illa, non ratione morbi Gallici, ſed potius, reſpectu ophthalmiæ inſecuta fuerit, utpote quæ abſque Lue Gallica, etiam pro morbo contagioſo habetur; nec majoris ponderis illa eſt objectio, dum aliquot ſe mulieres vidiſſe perhibet, quæ ex Lue Venerea decumbentibus inſervierint & abhinc ex ſola adſtantia, communicatô ad diſtans miaſmate, infectæ fuerint; ſiquidem poſitô eaſdem intra caſtitatis terminos ſe continuiſſe, cujus tamen omninò certus eſſe non potuit, corporalis tamen contactus interveniſſet, dum dictæ modò ancillantes ſudorem ægrorum detergunt, linteamina conſpurcata attrectant, aliaque perficiunt, quibus mediante contactu infici potuerunt; cùm è contra ex ſola in cubiculô adſtantia morbum jam memoratum ſibi neutiquam contra-

ctura

ſturæ ſint; utut allegatus *Zacutus Luſitanus* hanc ſuam opinionem de Contagio Venereo ad diſtans ipſemet correxerit, dum *Lib.* 2. *Prax. Hiſt. cap.* 1. ita ſcribit: Affectus hic (Morbus ſcil. Gallicus) non eſt de genere peſtilentium, & ſic plures non interficit: nec de genere vulgarium; & hâc ratione plures non apprehendit, quia ejus ratio non conſiſtit in his, in quibus communicant, nimirum in aere, ſed in adhæſione & vicinia ejus corporis, quod labe infectum eſt, ſolùm conſiſtit: Ut adeóque *lib.* 2. *obſerv.* 134. allegatum exemplum, ad confirmationem ſententiæ modò enarratæ non omninò quadret, ſed potius illi contrarium ſit. Quod illa etiam Hiſtoria, cujus *Fabritius Hildanus Cent. V. Obſerv.* 99. mentionem facit, confirmare poteſt, quô in loco Mulieris cujuſdam meminit, quæ in hypocauſto, in quo nonnullæ ex Lue Venereâ decumbentes perſonæ inungebantur, commorando, à vaporibus Mercurialibus ſummoperè afflicta fuit; quod autem morbo Venereo correpta fuerit, ejus ne verbo quidem mentionem injicit. Idem pariter, quòd ſcil. affectus hic in communi contubernio, & ſic ad diſtans non inficiat, teſtatur modò laudati *Fabrit. Hildan. Obſerv.* 98. *dict. Cent.* ubi Mulierem Lue Venereâ affectam allegat, quæ cùm Marito, dum ungebatur, ſuppetias ferret, nullo modo exinde pejus ſe habuit, ſed à meris vaporibus Mercurialibus ptyaliſmo quoque correpta & ita curata fuit.

Cur verò Morbus Gallicus contagium ſuum ad diſtans ita, ut Peſtis, non communicet, ejus inter præcipuas hæc eſt cauſa, quòd ſcil. fermentum Venereum, ut à Modernis vocatur, penetrabilitate, ſubtilitate & volatilitate longis paraſangis differat à Fermento & Contagio Peſtilentiali. Hanc rationem inter alios quoque approbat *G. Reyes Camp. Elyſ. Quæſt.* 60. his verbis: Exiſtimo qualitatem Gallicam malignam ideò non communicari ad diſtans, quia non more peſtilentium & aliarum malignarum in materiâ tenui & tenuiorum humorum ſubjecto implantatur, ſed in craſſiori & frigidâ illorum parte ſedem obtinet, quô fit, ut non facilè elevetur, quia torpida & ſegnis manet illius actio: Et *Auctor Lum. Rat. Med.* eâ de causâ ſcribit: Quòd fermentum Venereum ipſi videatur viſcidum &c. Unde celeberrimus ille Medicus Italus, *Hercules Saxon. in Tract. de Lue Venereâ cap.* 2. dubitat, an ſanus à Contubernali infecto, in eodem etiam lecto decumbente, abſque præcedente contactu infici poſſit, cumprimis lodicibus recentibus puriſque exiſtentibus, neque concedit, Obſtetrices ſanæ conſtitutionis ab impuris fœminis infici poſſe. Verba ejus ita ſe habent: Neminem unquam manibus Luem hanc contrectantem hanc ob cauſam infectum cognovimus. Quid de communibus poculis & convictu hoc in puncto ſtatuat, è ſeqq. eluceſcit: Neque verò pocula vel menſæ accubitus Luem hanc compotantibus vel ſedentibus conferre poſſe quiſpiam jure affirmaverit, quando nulla ferè dies eſt, in quâ Venerea Lue infecti ad eorum non ſedeant menſas, qui inculpatam hac in parte habent valetudinem, neque tamen aliquid ex hoc mali patiuntur. E quibus omnibus (ut rei compendium faciamus) ſatis eluceſcit, quòd 1. quidem Lues Venerea morbus ſit contagioſus, nullo modo verò 2. ratione contagii cum morbo peſtilentiali comparandus, ſed potius 3. notabilis inter utrumque differentia maneat, quæ præter ſymptomata hinc inde obſervanda cumprimis etiam in eo conſiſtit, quòd peſtis ad diſtans, lues Venerea autem immediatè per contactum tantùm propagetur.

Quam unanimem ſententiam noſtram in ulteriorem confirmationem Sigillo quoque Facultatis ord. munire voluimus. *Sign. Giſſæ die* 13. *Auguſti*, *Anno* 1686.

Decanus & Profeſſores Ord.
Facult. Med. h. l.

CASUS XIII.
DE EPILEPSIA PER TERROREM PRODUCTA.

Requiſitio.

P. P.

NOn ita pridem à Magiſtratu lictores in ædes quaſdam miſſi, in quibus mulier lactantem adhûc in mammis detinuit infantem; audito hoc triſti nuncio, lictores adeſſe, mulier magno exinde terrore perculſa, cujus infans ipſe novem menſium ſanus & incolumis, nunquam vel minimam ad convulſiones epilepticas percipiens diſpoſitionem, prout nec Parentes. Hoc factô, infans poſtero die intolerabili ardore correptus, qui in ſextum uſque diem continuavit, circa ullam remiſſionem, uſque ad decimum diem, donec die 5. Maji acceſſerunt paroxyſmi epileptici, tunc effectus terroris detectus, atque ab omnibus conſpectus: Medicus convocatus, principio quidem idoneis remediis oppugnavit, ſed non debellare potuit inſultus epilepticos. Hinc differentia, & imputari vult Medico, quod Epilepſiam perperam in hoc infante à terrore, per lictores excitato, derivet. Quia verò de hac quæſtione Medicis tantùm judicare æquum, ad inſtantiam Amici eandem Cenſuræ Facultatis Veſtræ ſubjicere non ſum veritus, officioſè petens, velint ſuper hoc caſu præmeditatò deliberare:

An omninò ex fundamento Medicinæ probabile, prout opinatur Medicus, quod à terrore per Lictores facto, & à matre communicato *infanti Epilepſia obvenerit?* nec ne? &c. Dabam Dresdæ d. 16. Auguſti, Anno 1647.

Reſponſum Facultatis Medicæ Lipſienſis, ſcilicet epilepſiam hancce ſubortam fuiſſe à terrore matris.

Amplitudinis Tuæ literæ, unà cùm Hiſtoria morbi tragica, juſto tempore ad manus pervenêre noſtras; deliberatione itaque ſuper caſu Collegiali inſtitutâ, dicimus unanimiter: quòd tales morbi nervoſi generis utique ab inſperato & improviſo terrore ac timore, vel alio graviore animi affectu oriri poſſint: Hâc enim ratione non ſolùm calor naturalis, & ſpiritus vitales verſus cor retrahuntur, verùm etiam ſi pravi & maligni adſunt humores (nullum enim corpus tàm purum, quin aliquid impuritatum in eo deprehendatur. *Galenus lib. 2. de Cauſ. Sympt. cap. 5.*) ſpiritus valdoperè irritant, hinc quia cerebro & principio nervorum infenſi, eò etiam deducunt. Unde Obſervationibus fide pleniſſimis confirmatur, quas habet *Zacutus Cent. 2. Obſ. 90. Chriſtophorus à Vegga lib. 3. de art. medica cap. 12. Foreſtus* & alii, quòd videlicet à terrore ejus ejuſmodi tenella (adultorum etiam) corpuſcula in morbum comitialem conjiciantur. Nec aliquid probat Objectio, acſi malignitas tota derivata fuiſſet in infantis corpus, hoc enim eſt argumentum pro theſi noſtra confirmanda, ſunt enim lactentes Nutricum quaſi Medicina, nunc bonum, nunc malum attrahentes. Deinde in ipſis lactantibus terroris veſtigia ſatis ſæpe conſpicua, nam inflammationes & ſcirrhi mammarum terrorem ſubſequuntur, qui affectus magis in infantibus ob teneram conſtitutionem ſeſe prodere ſolent. Fundamentis itaque Medicinæ conſonum putamus, *quòd infans ſæpè nominatus ex terrore Matris, per lictores excitato, epilepticos paroxyſmos incurrerit &c.* Dab. Lipſiæ die 26. Auguſti, A. 1649.

Vid. Amman. in Med. Crit.

CASUS XIV.

DE

EPILEPSIA A FUMO EXTINCTÆ CANDELÆ.

Requiſitio.

P. P.

Dum præteritâ die 12. Martii conſueto tempore, ac more, Tribus fabrorum ferrariorum Angariam (Quartal) ſuam celebravit, cui miniſtri cum famulis etiam interfuerunt, quidam horum ex mera petulantia puero 12. annorum, qui in angulo ob laſſitudinem ſomnum capeſſit, exſtinctam, fumigantem tamen adhuc, candelam ſebaceam naribus obtulerunt, ubi nonnihil quidem expergefactus ipſe, ſed iterum obdormivit: hanc proterviam per ſemihorulæ ſpatium continuârunt, ubi puer quidem ſe nonnihil commovit, aſt propter attractum fumum liberè reſpirare non potuit, ſed multò angore præcordiorum, ac Epilepſiâ ſubſequente, triduô poſt miſerè exſpiravit.

Vindicaturi Parentes hanc homicidii ſpeciem, officio Judicii ad inquirendum hoc detulerunt, quod dum expedire intendimus, ſcire nobis opus eſt, an fumus iſte exſtinctæ candelæ ſebaceæ bis naribus attractus tantæ fuerit efficaciæ, ut non ſolùm Epilepſiam, verùm, etiam mortem ipſam in puero iſto cauſari potuerit? Dabam Caloviæ in Luſatia die 25. April. Anno 1650.

Senatus ibidem.

Reſponſum.

P. P.

Quæſtio, quam Reſponſione noſtrâ dignari ſumus compellati, talis eſt: *utrum fumus &c.* Ubi per omnia dicimus, quòd ſic. Fumus enim iſte Candelæ ſebaceæ loco aeris puri, vel cum eodem attractus omninò talis fuit virtutis, ut Epilepſiam & mortem deſubitò excitare potuerit; ſiquidem ſebaceus ille fumus atque evaporatio non ſolùm ſuperficiei aſperæ arteriæ tenaciter adhæſit: verùm etiam naturæ inimicus fœtor cordi communicatus eâdem viâ, hinc patiens ob defectum aeris puri, qui ad generationem virium ſummè eſt neceſſarius, neceſſariò ſuffocari debuit, prout ejuſmodi ſuffocationis exempla, à carbonibus, fumo & calce recens obductis cubiculis paſſim exſtant in Obſervationibus Medicorum, quæ etiam illuſtrationis loco adduceremus impræſentiarum, niſi actum agere videremur &c. *Dab. Lipſiæ d. 28. April. A.* 1659.

Vid. Amman. in Med. Crit.

CASUS XV.

DE CLYSTERIBUS ILEON NON CAUSANTIBUS.

Requiſitio.

P. P.

APplicuit Miniſter in officina mea Nobili cuidam, vehementiſſimis obſtructionibus per 14. dies vexato, Clyſterem à Medico præſcriptum: ſecutus eſt forte fortunâ hanc applicationem ſiniſter eventus, ſcilicet *Paſſio Iliaca,* quia per os excrementa alvi regurgitant, quod etiam Nobilem iſtum è medio ſuſtulit. Inſtinctu cujusdam malevoli, defuncti Hæredes accusârunt miniſtrum meum, quaſi is ipſe, inartificiali & præpoſterâ Clyſteris applicatione, mortem prædictam fuiſſet cauſatus, quô nomine etiam hîc locorum in Arreſto detinetur. Quoniam verò hæ lites veſtro arbitrio tantùm decidi queunt, hinc, pro defenſione miniſtri mei, ſequentes Quæſtiones Veſtris Excellent. propono, videlicet:

1. *Utrum Pharmacopœus ſolâ, poſitô etiam, inartificiali, & præpoſterâ Clyſteris applicatione, paſſionem Iliacam excitare poſſit?*
2. *Annon potius Obſtructiones per* 14. *dies durantes, hujus mali cauſæ fuerint?* &c. Dab. N. d. 12. Martii, An. 1635.

Abraham G. Pharmacop.

Reſponſum Facultatis Medicæ Lipſienſis, ſcilicet applicatione Clyſteris non poſſe excitari paſſionem Iliacam.

REſolutio Quæſtionum nobis propoſitarum eſt ſequens: quòd I. Non poſſibile ſit, quòd Pharmacopœus ſolâ Clyſteris applicatione, etiamſi fuerit inartificialis, vel nimis incommoda, aut violenta, Iliacam paſſionem potuerit cauſari; quia (1) Paſſio Iliaca, vel miſerere mei oritur à laxatione, vel potius, uti in hoc præſupponitur Caſu, à ruptura illius valvulæ, quæ eſt inter inteſtinum Colon & Ileum; ad hanc autem valvulam (2) nullus Pharmacopœorum fiſtulâ Clyſmaticâ pervenire, multò minus eam laxare vel rumpere poteſt; potius (3) probabile, quod diuturnæ obſtructiones alvi hanc valvulæ rupturam, & per conſequens *Paſſionem Iliacam* produxerint. Quòd verò obſtructiones contumaces tantâ potentiâ præditæ ſint, nôrunt omnes, qui modò leviter ſunt verſati in praxi, nec opus exemplorum farragine &c. &c. *Dab. Lipſiæ die* 28. *Martii, Anno* 1635.

Vid. Ammanni Medic. Crit.

CASUS XVI.

DE HYPERCATHARSI AB ♁. DIAPHOR MALE PRÆPARATO.

Requiſitio.

Salutem & Officia obſervantiæ debitæ.

NOn poſſum facere, VIRI *Magnifici, Ampliſſimi, Clariſſimi, Excellentiſſimi, Fautores ac Promotores, omni honoris & obſervantiæ cultu mihi ſemper proſequendi,* quin Veſtr. Amplit. quàm craſſus error ante paucos dies apud nos, à quodam pharmacopolæ noſtri miniſtro ſit commiſſus, aperiam. De hoc ego Veſtras Amplit. quæſtionibus aliquot onerare cogor, obnixè rogans, ut Conſilium Veſtrum de hoc Caſu mihi aperire, authoremque & fontem hujus mali mihi denominare haud graventur. *Uxor Domini Lic. Joh. Wintheri, Eccleſiaſtis in ſummo templo, laborat ex tertiana notha.* Hæc primùm M. Joh. Doererum, Medicum & Practicum celebrem & eruditiſſimum, in conſilium adhibuit, qui in principio ex lege M.M. generalibus præſidiis, evacuatione videlicet, purgatione ex dia-Tartaro & phlebotomia, uſus eſt. Sed poſtquàm peregrè profecturus erat, illam meæ curæ & fidei commiſit. Et cùm patiens noſtra quinque paroxyſmos jam paſſa eſſet, & jamjam ſextus inſtaret, ego illi pulverem ſequentem antipyreticum ordino, cujus tertiam partem in Rob ſambucino, quantitate nucis juglandis, horâ unâ ante acceſſionem deglutire præcipio ℞. flor. ſulph. f. ℈j. Antimon. diaph ℈ij. ⊖ card. bened. ℥ß. M. divid. in 3. part. æq. S. Fieber-Pulver auf einmahl. Illa præteritâ die ☉lis, ſcilicet X. hujus Menſis Junii, eô modó horâ 3. matutinâ hoc pulvere uſa eſt, poſt cujus uſum Paroxyſmus ſtatim acceſſit; ſed quàm malè de hoc pulvere ſeſe habuit, adeò ut adſtantes de vita ægrotantis deſperârint, ex adjecta & affixa ſchedula Dn. L. Wintheri ſub A. Veſtræ Amplitt. ſatis percipere poterunt. Cùm ego hoc poſtero die reſciſco, pharmacopœi noſtri miniſtrum unum ad me arceſſere jubeo, qui prius interrogatus à famulo meo dixerat, ipſorum famulum pulverem hunc præparâſſe, ſeſe neſcire, an rectè præparatus ab ipſo fuerit: mihi verò reſpondebat, hunc pulverem ♁ii diaphoreticum de novo eſſe præparatum, illum jam eſſe fortiorem & ſimul purgare; alter verò Pharmacopœi miniſter interrogatus mihi reſpondebat, ſe

illud Antimon. diaphoreticum rectè elaboráſſe, ſed non adeò candidum factum fuiſſe, ignorare, unde hanc vim catharticam acquiſiverit, forſan ut interdum apud ægrotos accidit, per imperfectam criſin hoc accidiſſe. Interim patiens mea adhuc gravibus infeſtatur paroxyſmis, qui 4. horas de altero die anticipant, cum magno rigore & ingenti calore penè continuò, & vix remittente, ac, quod majus eſt, *gravi uteri præfocatione* in ipſo paroxyſmo, ut extra hunc, ſæpius corripitur & affligitur. Cùm igitur præſens patiens, & ipſius maritus, Dn. Licentiatus, de hoc inſperato Caſu & malo errore admodùm perturbati & anxii ſint, tùm etiam incerti, & dubii, *à quo malum ſit cauſatum, an Medicus vel Pharmacopœus hujus erroris commiſſi ſit inculpandus?* Ad ſcrupulum hunc eximendum, præſertim ne famæ meæ labecula vel nota ulla inuratur, (crudelis enim eſt, uti in communi habetur diverbio, qui famam negligit) Veſtras Amplitud. ſtudioſiſſimè hiſce rogatas volo, ut pro ſumma diſcretione & judicio, Conſilium & Reſponſum Veſtrum mihi, eò candore & humanitate, quâ olim me aſpiraſtis, communicare non dedignentur; quò, uti ſpero, & opto, utrique & alii videant, me extra omnem culpam & noxam eſſe. Quid igitur Veſtræ Amplitudines de hoc recitatô Caſu ſentiant, quæſo, mihi per ſequentes quæſtiones aperite. Quæro igitur 1. *An ego, ceu Medicus, qui medicamentum præſcripſi, hujuſcemodi ingredientium unô, alterovè aliquam & tantam hypercatharſin, & inde ſubſequentem plurimorum gravium ſymptomatum ſyndromen causârim? An verò Pharmacopœus, vel ejus miniſter, aut famulus, qui illud medicamentum diſpenſavit, in cauſa ſit hujus inde oborti mali, nec ne?* 2. *An illa hypercatharſis ab* ♁*nio diaphoretico poſſit oriri?* cùm antimonii ſubſtantia fiat diaphoretica per ſal petræ, quod ſæpius cum illo detonuit, ex mente & notis *D. Hartmanni & Beguini in Tyrocin. Chym. pag.* 349. 3. *An hujus* ♁*nii diaphoretici malæ præparationi forſan, vel alio ſuccedaneo forte ſubſtituto, vel per incuriam aut ſupinam negligentiam imprudenter arrepto, adſcribi poſſit?* 4. *An Pharmacopœus, ſive miniſter aut famulus, qui hunc errorem commiſit, mulctâ ſit puniendus, & quali?* 5. *An & patiens periculum aliquod ſanitatis, vel* (quod DEUS avertat) *vitæ, ſibi timendum habeat, ne ne?* Denuò etiam atque etiam rogo, ut Veſtræ Amplitt. ad formam & normam Artis Medicæ, mihi dextrè de his prolatis quæſtionibus haud gravatim reſpondere velint, quò ex hâc ſuſpicione, in quam facilè incurrere poſſem, quæ tamen in bonum virum non cadat (bonus enim vir non tantùm debet carere crimine, ſed etiam ſuſpicione criminis, id eſt, quòd ſcil. meis patientibus talia deleteria & lethalia non exhibeam medicamenta, & inſuper tantæ ſupinæ negligentiæ, & ruditatis inſimuler) extricare, famæque meæ hoc modo conſulere poſſim. Interim Veſtris Amplitudinibus rurſus mea quovis tempore paratiſſima defero officia. Vigeant demum & valeant floreantque æternùm, ita quidem voveo, voventi faveat Altiſſimus, & Veſtras Amplitudines gratiâ ſuâ foveat. Dab. in Alma Virginea 15. Calend. Quint. An. 1627.

Valentinus N. Med. D. Reip. Magdeburg. Phyſicus ordinarius.

A.

AD conſilium Tuum, VIR Clariſſime, pulveres febriles ex Officina veſperi die Saturni demum accepimus, de quibus alterutrum die Dominicâ, horâ 3. matutinâ uxor mea aſſumpſit: poſteaquàm horâ 5. ſurrexi, eandem in ſummo angore deprehendi, acſi pulvis aſſumptus ipſa præcordia evellere vellet, tunc vomitus ſubſecuti, & innumeræ ſedes, quæ per integram diem, noctem, & adhùc continuant, quibus uterus commotus, adeò ut ſuffocatio eidem imminere viſa fuerit, quam affectionem primitus pro anxietate Cordis habuimus, adhibitis autem hyſtericis, paſſio uterina quodammodò ſedata, ipſa tamen patiens viribus omnibus adhùc ſoluta, lingua & fauces exulceratæ à medicamentô, ut nec edere, nec bibere propterea poſſit, hinc S. Synaxi prius munita, omnibus valedixit hodie. Retulit verò Dominus Doctor, quòd medicamentum transmiſſum nullo modo purgare, ſed ſudorem movere debeat, itaque ſuſpicio de mala & illegitima præparatione ſuborta, ut pharmacopœus potius in culpa ſit: pro meliori informatione remitto alteram doſin, quæ inſtar ſulphuris ardet, ut ſitis reſtingui non poſſit. Det modò Deus, ne vita periclitetur &c. Dabam 12. Junii 1627.

L. Winther.

Reſponſum Facultatis Medicæ Lipſienſis, ſcilicet Hypercatharſin hanc proveniſſe ab antimonio diaphoretico, non legitimè præparato.

CLariſſime, & Excellentiſſime Domine Doctor, Amice dilecte. Ex literis Tuis in Conſilio Facultatis noſtræ prælectis, cognovimus caſum illum inopinatum, qui Claritati Tuæ obtigit in Matrona honoratiſſima, ex febre tertiana notha decumbente, quam ex ſequentis pulveris tertia parte, ante paroxyſmi febrilis invaſionem aſſumptâ, enormibus vomitionibus, dejectionibus, & hinc obortis aliis graviſſimis ſymptomatis, ad vitæ usque extremum periculum delaſſatam & afflictam, pulverem verò talem fuiſſe, ſcribit: ℞. flor. ſulph. ℈j. Antimon. diaphor. ℈ij. ⊖ card. bened. ʒß. M. divid. in tres part. æq. Ideóque à Nobis ad ſequentes quæſtiones tibi reſponderi petis. Conſideratis itaque

itaque & benè ponderatis hiſce quæſtionibus reſp. *ad* 1. 2. *&* 3. *Si ingredientia pulveris hujus reſpiciamus, neque à flor. ſulph. aut* ☿*le card. bened. hanc ὑπερκάθαρσιν oboriri potuiſſe, ſed ex* ☿*io diaphoretico, forſan non eâ, quâ fieri debuiſſet, lege præparato.* Notum enim eſt antimonium vim ſuam emeticam ferocem vix deponere, niſi per crebriores cum ⦶ detonationes, fortemque reverberationem ita figatur, ut ſola facultas diaphoretica ei remaneat, quin ſæpius etiam ex vetuſtate ad priſtinum redire genium, conſtat, & qualitatem purgantem iterum recipere. Cùm itaque antimonium diaphoreticum, quòd ſæpè ſalutari cum effectu, præmiſſis tamen univerſalibus, exhibitum fuiſſe novimus, hos enormes exceſſus hâc vice concitaverit, conjicere licet, ipſum vel nimis vetuſtum fuiſſe, vel debito modo ac numero, cum nitro non rectè calcinatum, & benè reverberatum: unde ex ejus exhibitione, ſi præſertim ob negligentiorem horum pulverum permixtionem, doſis Antimonii in aſſumpta portione magis adhuc aucta fuerit, gravia hæc ſymptomata facile conſequi potuerunt. Quartam quæſtionem *non tàm ad nos ſpectantem, quàm ad JCtos, præterimus meritò: & ad quintam reſpondemus, melius de ea præſentes Medicos,* habitâ conſideratione Temperamenti, ac virium ægrotantis, *pronunciare poſſe, non tamen ſperare nos, ſi remiſerint ſaltem vehementes paroxyſmi tantorum ſymptomatum, habere ægrotantem, quod de futura ſanitate aliquid ſit ſibi metuendum.* Datum Lipſiæ die 4. Julii, Anno 1627.

Vid. Amman. in Med. Crit.

CASUS XVII.

DE PROCURATO ABORTU.

Reſponſum Facultatis Medicæ Giſſenſis, de procurato abortu.

VALENTINUS MELCHIOR, Luffenſis, Uxori Gravidæ Juſti Dammii, ejuſdem loci, 19. Julii, ſub crepuſculò veſpertinô, gravibus comminationibus de verberibus, ſcipione illi inferendis, acriter inſtitit, quô factô hæc mane inſequenti, appropinquante luce, infantem demortuum in lucem edidit; unde quæritur, *à quâ causâ fœtus in uterô ſit mortuus? & quæ cauſa ſit, cur fœtus intempeſtivè & immaturô tempore in lucem ſit editus?*

Ut autem 1. quæſtioni ſatisfaciamus, ſciendum primò omnium, quòd, ut alii affectus animi, ita quam maximè & præ aliis terror ſubitaneus metusvè in corpus humanum ejusque ſanitatem vim quandam exercendi multum valeant, adeò quidem, ut etiam *Galenus lib.* 12. *MM. cap.* 5. enarret ſibi haud ignotum eſſe, occaſione timoris ſubitanei & vehementis periiſſe quoſdam. Similia exempla *Ant. Benivenius lib. de abditis morborum cauſ. cap.* 63. *Th. Barthol. Cent.* 4. *Obſ.* 76. *Joann. Rhodius Cent.* 1. *Obſerv.* 45. *Guil. Fabric. Hild. lib. de Lithotom. cap.* 11. aliique plures allegarunt; moxque addit Galenus: Reliqui quoque magni timores omnes, etſi non jugulent, at certè reſolubilem infirmumque ſpiritum reddunt. Unde *Thomas Fienus Tr. de Viribus Imag. Quæſt.* 18. terror, inquit, eſt affectus omnium affectuum maximus & efficaciſſimus. Eſt enim affectus valdè repentinus, humores & ſpiritus ſummô impetu movens, & omnes animæ potentias in momentô & graviſſimè conſternens. In his autem animi motibus humores & ſpiritus deorſum verſus & à ſupremis ad inferiora moventur, ut idem in *Problem. Ariſt. Sect.* 27. *Probl.* 6. 7. 10. 11. fusè deducitur: Quapropter etiam ſitis, murmura ventris, alvi & urinæ excretiones, poſt terrorem & metum ſe offerunt, & ex eodem fundamentò laudatus *Galenus Comm. in Hipp. Aphor. S.* 5. *Aphor.* 53. affectibus hiſce attribuit, quod abortus exinde oriantur, quorum exempla apud *Lalamantium, Fel. Platerum, Amat. Luſit. Timæum,* & alios reperias.

Poſtquam ergò, deponentibus ita *Teſtibus, ad art.* 4. *Teſt.* 6. *& Teſt.* 7. *ad art.* 4. adhuc ante litem obortam & tumultum illum infans in uterô maternô ſe commoverat, & ita vitâ usque gaviſus fuerat, ob rixam autem commotam additásque minas, mulier gravida in terrorem acta fuit, juxta *Teſt.* 4. *ad art.* 7. *Teſt.* 5. *ad art.* 12. & quidem ita, ut tenebræ ob oculos verſari viderentur, *Teſt.* 6. prætereà etiam ictus quidam, cubitô abdomini ejus inflictus, acceſſerit *Teſt.* 4. *ad art.* 5.

Hinc utique incredibile eſt ab inſigni illo terrore & pro conditione & qualitate ictus, & ab illô fœtum fuiſſe demortuum, quùm idem rigor ille, qui Prægnantem ſtatim poſt utrumque obruit, & quô usque ad diei ſubſequentis tempus matutinum, quô adjuvante DEO infantem emortuum eſt enixa, afflicta fuit, *Teſt.* 1. *ad Art.* 12. haud obſcurè innuat.

Mortuô autem infantulô, mirum non fuit, Naturam (quæ incommoda minus neceſſaria tolerare & perferre nequit) eundem, tanquam inutile pondus ejeciſſe, unde abortus provenit; quod Nos Decanus & Profeſſores ordinarii Facultatis hujus Medicæ, prævià requiſitione ex fundamentis Artis deducere & referre voluimus: Confirmando ſingula *Sigillo Facultatis conſueto. Datum Gieſſæ die* 2. *Aug. Anno* 1672.

CASUS

CASUS XVIII.
DE CONTUSIONE ABDOMINIS IN GRAVIDA, ABORTUM CAUSANTE.

Requiſitio.

P. P.

VEſtr. Exc. Exc. referre teneor, quòd haud ita pridem in Præfecturâ Jenenſi mihi concreditâ talis caſus ſe truſerit: Die 6. Octobris, anni 1668. dudum elapſi, Paſtor Eccleſiæ Coſsbodenſis, *Andreas Wolfeld*, cum Ludimoderatore illius loci rixam ſcandaloſam aluit, ſub quâ mox à verbis ad verbera deventum eſt. Paſtore ergò ac Ludimoderatore in terra ſibi mutuò incumbentibus, Uxor Ludimoderatoris, uterum gerens, ſupervenit, ſperans, ſe Maritum ſuum benignis verbis à Paſtore abſtracturam, quæ verò à Paſtore duriter in ſiniſtrum latus conculcata fuit, de quô poſtmodum per totum, quod adhuc reſtabat, graviditatis tempus, inſigniter conqueſta fuit. Elapſis quatuordecim à diverberatione ſeptimanis, die ſcilicet XV. Januarii nuper effluxi uxor Ludimoderatoris dolores parturientium ſentit, & circa veſperam ejusdem diei inter 10. & 11. horam puerulum ſanum enititur. Cùm verò Obſtetrix è certis circumſtantiis alterum adhuc fœtum, eumque mortuum, reſtare colligeret, à parte ſuâ quævis ſalutaria remedia ad partum promovendum adhibuit, aſt nequicquam profecit, donec inſequente die inter 10. & 11. horam noctu, & ita XXIV. horarum intervallô poſt partum primò editum, puerulum emortuum, penitus inverſum, ore hiante & aperto oculô dextrô pepererit. Quùm igitur infans hic exanimis in lucem editus, in diverſis corporis partibus, ut Relatio Auliatri Principalis, in ſcripto originali hîc adjecta, aliaque hîc ventilata Acta pluribus teſtantur, læſus fuerit ac dictus modò Ludimoderator ejusque Conjux conſtanter aſſeverent, id à conculcatione Paſtoris proficiſci: Hinc omnia VV. Domin. Domin. ſecundùm circumſtantias ſuas referre, & ſimul officioſiſſimè rogare volui, velint haud gravatim judicium ſuum:

An à conculcatione Paſtoris Fœtus in utero in tantum læſus fuerit ut Relatio perhibet? & an Fœtus ab hâc conculcatione pedibus factâ, juxta periculoſas ejusmodi circumſtantias, die IX. inſequente exſpiraverit?

pro debitâ remuneratione mihi impertire, ut porrò ea, quæ officii mei erunt, efficere valeam. Id &c. Dat. Jenæ die 10. Febr. Anno 1669.

Georg. N. Præfectus.

Relatio Obſtetricis,
Actum Ammerbaci die 17. *Jan. An.* 1669.

ELiſabetha Reſtia, Obſtetrix Ammerbacenſis, refert, quòd, cum die XV. hujus, circa veſperam, ad Uxorem Ludimoderatoris illius loci vocata fuiſſet, hanc debilem admodum invenerit, quæ poſt exantlatos inſignes & periculoſos conatus, noctu, intra horam 10. & 11. viventem ſanumque puerulum pepererit: Se autem è certis indiciis collegiſſe, alium adhuc fœtum reſtitare, qui heri quoque tempore veſpertino, diei 16. hujus, inter 10. & 11. horam & ita XXIV. horarum intervallô, poſt priorem partum viventem, ſed penitus inverſus, ore dextroque oculô hiantibus exanimis in lucem editus fuerit: Placentâ uterinâ ad dimidietatem, cum funiculô umbilicali, qui brachio dextro totique corpori circumvolutus fuerat, putridis & corruptis, fruſtoque ſimul ſanguinis coagulati & omninò indurati, dicto modò funiculo umbilicali, pugni magnitudine adhærente &c. Actum ut ſupra.

Joh. Georg. Hillard, Judex Provincialis.

Atteſtatum Medici.

PRævia Requiſitione & Deſiderio Præfecti Principalis, Dn. Georgii N. unà cum aliis Officialibus Principalibus Saxonicis, Emanuele ſcil. Gallo & Joh. Georgiô Hillards, die 17. hujus Ammerbacum, in domum Ludimoderatoris me contuli, & ad petitum illorum fœtum demortuum non tantùm inſpectioni oculari ſubjeci, ſed & Obſtetricem, ut & Puerperam de omnibus circumſtantiis examinavi. Prognato ſcil. die 15. Jan. veſperi, circa 10. & 11. horam puerulo (qui adhuc vivit) ſanô atque vegetô, fune umbilicali integro & incolumi quoque gaudente, Obſtetrix ſtatim è pluribus circumſtantiis & accidentibus conjecit, alterum adhuc fœtum, eumque ſine dubio mortuum, reſtare, qui alterô demum die ſcilicet 16. hujus noctu inter 10. & 11. horam & ita 24. horarum intervallô poſt infantem incolumem, inſecutus, & puerulus exanimis, ſequentem in modum, in lucem editus fuerat: Primò omnium brachium dextrum, funiculô umbilicali cinctum prodiit, quô factô infans humerô dextro & cervice diu retentus hæſit, donec Obſtetrix ope digitorum inſertorum fœtui viam paraverit, qui etiam ita prodiit, ut brachium ſiniſtrum retrò cervicem in dorſô, caput autem inter crura ſita fuerint, ore dextroque oculo hiantibus. In hoc fœtu demortuô funiculus umbilicalis corpuſculo circumvolutus, nigricans & quaſi putridus apparuit, cui ad diſtantiam circiter ſpithamæ à placentâ uterinâ, globus ſanguinis coagulati, pugni magnitudine adhærens,

ba

bat, nigricans, duriuſculus & horrendum fœtens. Similiter dimidia placentæ uterinæ pars ſalva & incolumis, altera verò dimidietas putrida & fœtida fuit. Et hæc omnia ex Relatione Obſtetricis.

Jam quæ ipſemet obſervavi, ſequuntur:

Inſpectô infante, ſtatim, ab initio funis umbilicalis, ut ante dictum, putridus apparuit, & quidem eô maximè in loco, ubi abdomen ingreditur. Apertô verò abdomine, inteſtina non omninò ſalva reperta fuerunt, hepate in dextrô latere prorſus nigricante, & ſanguine coagulatô quaſi repletô, molliuſculô & corruptô, ut digitis comminui potuerit: Verſus ſiniſtram partem autem ſano adhuc exiſtente hepate. Ren dexter circumcirca ſtigmatibus ſanguine ſuffuſis, atque renis ſubſtantiam carnoſam quodammodo penetrantibus deturpatus, in ſiniſtro verò nil p. n. obſervatum fuit. Scrotum, & quidem, ubi ſiniſter teſticulus, ſatis tumidum, nucem juglandem magnitudine æquans, plurimô cruore ſeroſô ſcatebat, ut nequicquam albicantis in eô ſpectari potuerit. Hic tumor atque cruor ſurſum in abdomen, ultra veſicæ ferè regionem, in quâ nequicquam amplius, an ulterius adſcenderit, occurrit, pergebat: Dextrô teſticulô benè ſe habente & nil mali continente. Pulmones ſimiliter in dextrô latere nigricabant, ut partim putridi, partim ſanguine coagulatô repleti fuerint, in ſiniſtrô latere una cum corde iisdem ſalvis exiſtentibus. In dextrô latere 3. quoque coſtæ, ſcilicet 5. 6. & 7. deſuper numerando, à cartilagine diſruptæ & ſeparatæ fuerunt. Ulterius verò inquirendo ſimul obſervatum fuit, quòd ſuprà in latere dextro muſculi intercoſtales, dorſales & ſcapulæ, verſus ſpinam dorſi cumprimis, multô ſanguine ſuffuſi fuerint, quod ipſum & totum humerum & brachia affecerat. Rubor hic externè in dextro humero ſatis conſpectus fuit, qui ad cervicem pergebat, non tamen adeò intensè neque tantâ ſanguinis quantitate ſuffuſus.

Brachium dextrum latuſque dextrum ferè nudum & cuticulâ deſtitutum videbatur, imò totum corpus ita penè conſtitutum erat. Cute à craniô ſeparatâ in omnibus capitis oſſibus, v. g. oſſe frontis, oſſe ſyncipitis dextrô & ſiniſtrô, oſſe occipitis, rubicundæ quædam & ſanguine ſuffuſæ maculæ, groſſi aut quartæ Imperialis partis magnitudine repertæ fuerunt, quæ tamen omninò recentes cum ſanguine videbantur. Pariliter omnes ſuturæ plus, quàm in recens natis obſervatur, diſtabant, ut oſſa ad digiti latitudinem ſibi invicem imponi potuerint. Hoc ad requiſitionem &c. Signatum *Jenæ die* 18. *Jan. An.* 1669.

Auguſtus Heinricus N. D.

Reſponſum Facultatis Medicæ Lipſienſis, de fœtus in utero læſione per contuſionem.

P. P.

Quandoquidem Tua Nob. de ſeqq. binis quæſtionibus informari deſideret:

An a conculcatione Paſtoris fœtus in uterô, in tantùm, ut Relatio perhibet, læſus fuerit?

& an fœtus ab hâc conculcatione pedibus factâ, juxta periculoſas ejuſmodi circumſtantias die IX. inſequente exſpiraverit?

Hinc prævià Collegiali deliberatione & diligenti collatione Relationis Medicæ Eandem certiorem reddimus, quod læſiones illæ, quæ in Vopiſco mortuô tam internè, quàm externè repertæ fuerunt, abſque omni dubiô à præcedenti conculcatione, pedibus factâ, ortæ fuerint, cumprimis, ſi Mulieri Gravidæ, à tempore hujus conculcationis, ſimilis aut alia violentia illata non fuit: Unde tenerrimus fœtus uteri ob vim illatam exſpirare facilè & in utero maternô emori debuit. Nec obſtat eundem ultra 3. menſes poſt læſionem factam in uterô conſervatum fuiſſe: Quoniam Natura, ut fœtum violatum in integrum reſtitueret, omnem diligentiam quidem adhibuit, ſed fruſtrà, cùm læſiones nimis exceſſivè earumque plures juſtô fuerint, unde priuſquam ad ultimam perfectionem deveniret, in uterô maternô exſpiravit & interveniente alterô ſanôque fœtu, & in hujus præcipuè emolumentum à DEO & Naturâ ad tempus parturiendi legitimum in uterô conſervatus: tardius autem eam ob cauſam in lucem editus fuit, quia ſitum naturalem mutavit, vitâ caruit, adeóque ſeipſum, vivorum inſtar, promovere non potuit. Simile omninò exemplum, ut alia taceamus, penes *Louyſe Bourgeois Part. I. cap.* 41. *pag.* 260. quoque occurrit. An verò embryo hic à conculcatione illatâ, die nono poſtmodùm obierit, tempus illud præcisè difficillimè determinari poterit; probabile autem eſt, eundem haud ita diu ante partus tempus appropinquans emortuum fuiſſe. Alioquin enim vix capere poſſemus, quâ ratione Natura cadaver fœtus mortui (utpote quod ſtatim poſt obitum cadaveroſæ corruptioni obnoxium eſt) tam ſine damno & periculoſis ſymptomatibus Gravidæ, quàm ſuperviventis ſanique Gemelli, tamdiu & ultra 3. menſes in uterô ſervari & contineri potuiſſet. Quod &c. *Dab. Lipſiæ die* 15. *Febr. An.* 1669.

Vid. P. Ammanus, in Praxi Vuln. Lethal. Dec. I. Hiſt. IX. pag. 133.

CASUS XIX.

DE

INFANTICIDIO IN UTERO PERACTO.

Reſponſum Facultatis Medicæ Hafnienſis de Jano Nicolai, qui homicidii fœtûs in utero reus accuſabatur à Gertrudâ Martiniâ, quia Matrem in terram proſtraverat, atque baculò ejus uterum aliquot ictibus tractaverat, ut contracta macula propè umbilicum remanſerit & oſſicula Infantis per partes deinde ex utero prodierint.

QUandoquidem à Sereniſſimô Rege noſtrô juſſi ſumus, in caſu, qui in Scania nuper evenit, de Infanticidiô, ut creditur, in uterô peractô, teſtes examinare, rem diligenter expendere,& ſententiam noſtram ſcriptô concipere: Nos clementiſſimo mandato ſubjectiſſimè obtemperaturi, diem XV. Aprilis 1630. huic negotio deſtinavimus & præſentes eſſe juſſimus, non ſolùm Gertrudam Martini Actorem, & Janum Nicolai Reum, ſed & cæteros teſtes, quotquot advenerant, in Conſiſtoriô Academiæ. Re deliberata & perpenſa deprehendimus:

Primo ex obſervationibus variorum, quòd embryo in utero materno mori poſſit, ibidem putreſcere, nec ad hebdomadas ſolùm paucas, ſed ad menſes multos detineri, donec viis ordinariis, vel extraordinariis expellatur, matrem verò intereà ſæpe ſolitis domeſticiſque curis vacare poſſe. Cujus expreſſum exemplum ſuppeditat fœmina hæc Scanica, Gertruda Martinia, in quâ invenimus, non ſolùm ex relatione mulierum, quæ præſentes fuerant puerperæ laboranti, quando oſſa ex illa provenerunt, ſed & ex ipſis oſſiculis exiguis, quæ ſenſim effluxerant, nobiſque oſtendebantur ea magnitudine, eòque robore, ut fœtus eam habere potuerit ætatem, quam Mater affirmat XX. Hebdomadas excedere, quanquam nec motus, nec conceptionis tempus adeò accuratè ad certos dies vel horas determinari poſſit; & ex illorum teſtimoniô, qui poſteà viderunt illam domi laborantem & lavantem, & alia negocia exercentem, comedentem, bibentem, ingredientem & exeuntem &c.

Deinde, ex omnibus nobis exhibitis non ſatis manifeſtè & liquidò probatum invenimus de fœtûs mortis cauſa, vel tempore. Nam etſi Gertruda teſtem juvenem adduxerit, qui teſtatur ſe vidiſſe, quod Janus Nicolai Gertrudam vehementer in terram proſtraverit; tamen, quia ipſe hic teſtis fatetur, tanto intervallo ſe fuiſſe ab illo remotum, ut diſcernere non potuerit, an baculo vel manu illam proſtraverit, quanquam crediderit manu illam fuiſſe percuſſam; tamen probatum non eſt, ictum talem fuiſſe, tamque vehementem, ut exinde fœtus potuerit occidi, ſiquidem quotidiana experientia ſatis demonſtrat, prægnantes fœminas, ſive pharmacis vehementioribus, ſive ictu & verberibus ſæpè malè eſſe tractatas, brevî tamen poſt incolumi ſanitate fœtus vivos enixas; præterea clarum eſt & manifeſtum, quòd non ſolis verberibus, ictu vel aliâ quacunque externâ violentiâ fœtus exſtinguatur, ſed aliis interioribus potius cauſis, nempe fœtus poſitu deteriore, & matris intereà motibus & animi corporiſque inordinationibus, & quibuſcunque aliis cauſis, quibus in tenellô vaſorum diſruptio fit, maximè in illis, quæ aliâs ad abortum pronæ ſunt; & ipſa Gertruda fatetur, primum fœtum ſe mortuum enixam eſſe, circiter horulæ intervallô, poſtquam moventem illum ſenſiſſet, nec tamen ante vel verbera, vel ictus ullos perpeſſam.

Quod maculam illam lividam vel puſtulam attinet, quæ in dextrô hydochondrio manum tranſverſam ab umbilico diſtabat, non videtur ex illo quidquam certi demonſtrari poſſe, quanquam illa ipſa ſtatim legitimè ſit monſtrata ex judicis mandato, & obſervata. Nam ille locus, ex ipſius Gertrudæ confeſſione, & aliorum, qui privatim illum ſunt contemplati, elatior videtur & ſuperior, quàm ut fœtus ætatis ratione illuc pertingere potuerit, & exinde lædi. Præthereà deſignatus locus ita mollis eſt, ut ex ictu baculi non poſſit puſtula elevari, quam aliâs aliqua malignitas vel vis cauſtica ſolet excitare.

Adhæc non immeritò hîc conſiderandum, quòd puerpera die nono poſt acceptam plagam pedibus iverit ad templum itinere quadrantis milliaris, tumque primùm in lipothymiam inciderit, & profluvium muliebre apparuerit, quæ ſymptomata graviora fuêre fœtui, poſt itineris longi moleſtiam, quàm plaga prior.

Hæc noſtra eſt ſententia ſimpliciſſima in caſu hoc ponderoſo & criminali, ubi teſtes probationéſque requiruntur luce meridianâ clariores; quam juſſu Clementiſſimô Regiæ Majeſtatis conſignare voluimus & debuimus, ſalvô meliori judiciô. Hafniæ, loco & tempore, ut ſupra. *Sub Facultatis Medicæ Sigillo.*

THOMAS FINCK, D.
HENNINGUS ARNISÆUS, D.
OLAUS WORM, D.
HENRICUS PASCHASIUS, M. D.
ESBERNUS NICOLAI.
FRIDERICUS SEVERINUS, D.
WILHELMUS LAUREMBERGIUS, D.
TANCREDUS LÆLIUS, nil certi in hac cauſa ſtatuit.

Vid. Thom. Barthol. in Ciſta Med. Hafn. Loc. 28. *pag.* 320. ubi vota ſingulorum ſubjunguntur.

CASUS

CASUS XX.

DE PROCURATO ABORTU.

Relatio Medici.

P. P.

JUſſu Dominationum Veſtrarum ſub inſpectione Uxoris *Philippi Jackelii*, *Langenſis*, quæ tribus abhinc ſeptimanis â Maritô verberibus & conculcationibus abdominis adeò miſerè tractata fuit, ut præterito die Veneris Haynæ Triquernorum in ædibus Sororis obortierit, præſentibus Chirurgô Kleebergerô, Prætore loci, Puerperæ Sorore, quæ tempore partus ipſi adſtitit, hujuſque Maritô, ſequentia ferè comperi.

Dicta ſcil. Philippi Jackelii Conjux per annum & 2. circiter menſes in conjugio vixit, nunquam non integrâ ſanitate prædita & ab aliquot, ut ipſa perhibet, ſeptimanis ſe gravidam eſſe, ipſiuſque fœdus vitalitatem ſenſit, nullis accidentibus, à quibus abortus induci poſſit, obnoxia, niſi quòd ante tres ſeptimanas Maritus ejus, Philippus Jackel, Langæ eandem conculcationibus in abdomen, vellicationibus & diſtractionibus capillorum, duriſſimis plagis capiti inflictis, brachii ſiniſtti contuſionibus miſerè tractaverit, ut colore atro-cœruleo quoque deturparetur; quo facto tribus abhinc ſeptimanis in animi deliquia, & die inſequenti in immodicum ſanguinis fluxum incidiſſe, & ab eo tempore ſummos abdominis dolores ſe perpeſſam eſſe, retulit. Poſtquam verò poſt aliquot deinde dies, cùm vires quodammodò recollegiſſet, ad Sororem ſuam Haynam Triquernorum ſe contulerat, præterlapſo Veneris die dolores partus ſenſit, ubi Soror in conglomeratione quadam ſanguinis copioſi abortum demortuum ſexus fœminei, palmæ longitudine reperit, quoad fœtus formationem naturaliter conſtitutum: Sub cujus inſpectione in præſentia Prætoris illius loci, Chirurgi, Sororis ejus cum Marito, abortus in occipite circa ſuturam lambdoideam dictam, caput cœruleum & multo ſanguine coagulato conſpurcatum, ſiniſtrum brachium, collum totumque corpus cœruleum, digiti ſiniſtræ manus omninò incurvati, pes ſiniſter c. digitis ejus conculcando quaſi compreſſi apparuerunt; è quibus eluceſcit, quod miſerrima hæc fœmina à Marito non tantùm duriſſimè habita, ſed & fœdus in uterô ſimul manes ſuos paſſus fuerit. Adeòque abortus hic heſterno die tumulo illatus, & Puerperæ huic, inſigniter debilitatæ, curâ Magiſtratus illius loci, proſpectum fuit, ut in curâ ejus nequicquam deſideretur, & ſicubi ſymptomata quædam acceſſerint, ſtatim per expreſſum me ejus certiorem redderent; quod eâ, quâ decet, obſervantiâ, referre volui, tanquam

VV. Dom. Dom.

Darmſtadii d. 19. Febr. Ann. 1683.

obſequioſiſſimus
Joh. Petrus Welcker, D.

Reſponſum Facultatis Medicæ Giſſenæ de Procurato abortu.

CUm ſubditus quidam Langenſis, Philippus Jackel, Conjugem, ſibi ante annum & 2. menſes matrimonio junctam, quæ, ut ipſa perhibet, non tantùm ab aliquot ſeptimanis ſe ingravidatam eſſe, ſed & vitam fœtus jamdum ſenſit, ante 3. hebdomadas, die ſcil. 30. Januarii conculcationibus corporis, diſtractionibus capillis peractis, duris verberibus capiti inflictis, & contuſionibus brachii pediſque ſiniſtrorum eorumque digitorum adeò ſæviter tractaverit, ut illa ſtatim in animi deliquia inciderit, & ſequenti die immodicus ſanguinis fluxus inſecutus fuerit, ipſa quoque ab eò tempore inſignes abdominis cruciatus perceperit, quos, cùm recollectis viribus ſororem viſitaſſet, die 16. Februarii dolores partus inſecuti ſunt, ſub quibus plurimùm ſanguinis conglomerati, & fortè coagulati ab illa excluſum, in quò modò dicta ſoror abortum ſexus fœminei, longitudine palmæ, quoad formationem naturaliter conſtitutum reperit; ſub cujus poſtmodùm inſtituta inſpectione accuratiore caput in occipite, circa futuram lambdoideam cœruleum & ſanguine coagulatô perfuſum; brachium ſiniſtrum & univerſum corpus, ſimiliter cœrulea, digiti ſiniſtræ manus omninô incurvati, pes ſiniſter verò conculcando quaſi compreſſus apparuerunt &c. Omnia ſecundùm tenorem Relationis à Phyſico Principali Civitatis & Provinciæ hoc de caſu tranſmiſſæ, reliquorumque actorum: Et verò Sereniſſima Princeps ac Domina, Domina ELISABETHA DOROTHEA, LANDGRAVIA HASSIÆ, PRINCEPS HERSFELDIÆ, NATA DUCISSA SAXONIÆ, JULIÆ, CLIVIÆ ET MONTIUM, COMITISSA IN CATTIMELIBOCO, DECIA, ZIGENHAINA, NIDDA, SCHAUMBURGO, YSENBURGO ET BUDINGA, Vidua tutoriô nomine Regens, *Princeps ac Domina Noſtra Clementiſſima*, Gratioſiſſimè in mandatis dederit, ut prævia diligenti perlectione & ponderatione Actorum illorum, judicium & ſententiam noſtram ea deſuper impertiamus; Hinc Nos Decanus & Profeſſores ordinarii Facultatis Medicæ h. l. præviâ Collegiali conſideratione omnium & ſingularum in caſu hoc deſcri-

deſcriptarum circumſtantiarum, inveniemus, quòd præcipuè binæ ſequentes quæſtiones: *An ſcil.* 1. *Abortus hic per duriſſimas plagas & conculcationes deſcripto modo à Philippo) Jâckelio Gravidæ ſuæ Mulieri illatas productus fuerit, nec ne?* & abhinc 2. *An de vitalitate fœtûs ex ratione traditâ certi quid concludi poſſit?* ſolidè decidendæ ſint.

Quodſi jam ſub Reſolutione primæ quæſtionis, tam illud, quod Uxori Gravidæ contigit, & quî tam miſerè à Marito ſuo vapulaverit, ut & ea, quæ ſub inſpectione fœtus mortui obſervata fuerunt, accuratè ponderemus, & conſideremus, difficilè prorſus erit, ſæpius allegatum Philippum Jâckelium, ratione abortus Conjugis ſuæ, excuſare aut abſolvere. Siquidem 1. Fœmina, ut ipſa quidem perhibet, temporibus antecedentibus nunquam non integrâ valetudine gaviſa fuit, & poſtquam ab aliquot ſeptimanis 2. ſe gravidam ſenſerat & jamdum fœdus vitalitatem perceperat, nullum prorſus ſymptoma, quô abortus ejuſmodi promoveri poſſit, perpeſſa fuit; unde ſatis ſuperque eluceſcit, quod ipſa 1. à Naturâ non malè conſtituta, neque fœtus debilitatus fuerit, ſed Mater æque ac embryo (non attento jam, quod utrique jurgia & rixæ inter conjuges omnino litigioſos ſæpiſſimè exortæ, aliæque tandem extremitates ſummè nocivæ eſſe poſſent) uſque ad tempus ultimæ illius, & quidem miſerrimæ tractationis ſine omni ſymptomate p. n. exſtiterit.

Quam primùm vero 3. modò allegata duriſſima tractatio Viri acceſſit, & illa ſupradictâ ratione vapulans capillis hinc inde protracta & pedibus conculcata fuit, varia ſtatim periculoſa ſymptomata, deliquia ſc. animi, abhinc altero die immodicus ſanguinis fluxus, & ab eô tempore urgentes abdominis dolores ſe truſerunt. Equidem bini priores teſtes, in depoſitionibus ſuis nil aliud, quàm rixas & clamores inter utramque conjugem litigantem, & quod Maritus Uxori ſuæ alapam impegerit, ſibi conſtare perhibent. Uxor vero Caſpari Weberi, teſtis in ordine 3. fateri cogitur, quod Conjugem Philippi Jâckelii humi cubantem, & quòd vitta illi de capite ceciderit, Maritum ſimul illi adſtantem pugnis eandem cædentem, eamque duriſſimè habitam obſervaverit: Quod etiam animi deliquia, & hæc inſequens immodicus ſanguinis fluxus non minus confirmant. Licet enim in prægnantibus, ob tetros vapores, ex uterô elevatos, interdum animi deliquia oriantur: *Foreſtus* etiam *lib.* 17. *Obſerv.* 6. *in Scholio* de Matre ſuâ ſcribat, quod, quoties altius ſediſſet, facilè ſyncope tentata fuerit; attamen debilem hoc conſtitutionem indicat, & ſimilia ſymptomata in ſanâ ejuſmodi & ſemper incolumi exiſtente, tempore geſtationis quoque abſque ullis periculoſis ſymptomatibus vivente muliere, teſtante experientiâ, tam facilè non obſervantur; ſed potius duriſſima ejuſmodi verbera, terrores, conculcationes & ſimilia, tan quam cauſas evidenter æquè ac violenter ſanguinem cum ſpiritibus maximè agitantes & turbantes (de quibus apud *Sennert. lib.* 4. *Prax. Part.* 2. *Sect.* 6. *cap.* 2. *Roderic. à Caſtro lib.* 4. *de morb. Mul. cap.* 41. *Plat. Tom.* 3. *Prax. pag.* 377. alioſque plura legi poterunt) plerunque inſequuntur. Præter enim hoc, quòd ex *Hipp. lib. de morb. vulg. ſect.* 21. *text.* 10. *ſeqq. Beniven. Obſerv. Medic. c.* 110. *Hildan. Cent.* 6. *c.* 11. *Thom. Barthol. in Act. Med. Haffn. Ann.* 1. *pag.* 86. *Heer Obſerv.* 12. & aliis conſtet, alapam quoque ſæpiſſimè mortem intuliſſe, quale exemplum habetur apud Zittmannum in *Med. Forenſi Cent.* 3. *Caſ.* 37. *p.* 686.) experientia quoque teſtatur, quod à ſimili plagâ periculoſa hæmoptyſis excitata fuerit, cujus exemplum in *Ephemerid. Germ. Ann.* 5. *Obſerv.* 207. reperitur. Unde extra omne dubium verſatur, quòd immodicus ſanguinis fluxus per violentam corporis conculcationem induci poſſit; quâ de causâ *Platerus d. l.* ſcribit: A vi extrinſecus ventri fœtu tumenti illata, ictu vel contuſione fœtus emori poteſt; quippè tali his excitata hæmorrhagiâ fœtui nutrimentum atque vires ſurripiuntur; quemadmodum enim ex profluvio menſtruorum in gravidâ abortus aliaque graviſſima ſymptomata ſequi poſſunt, teſte *Hildan. Cent.* 3. *Obſ.* 59. ita idem eò periculoſiori cum eventu accidit, ſi violentæ contuſiones &c. immodicos ſanguinis fluxus in perſonis ejuſmodi cauſentur; ut idem haud longè poſt accedentes præmaturi partus dolores, quos ſanguis extravaſatus & coagulatus, putredinali ſuâ acrimoniâ excitavit & naturam ad excludendum fœtum ſtimulavit, ſatis adſtruxerunt.

Quodſi porrò ea, quæ ſub accuratiori inſpectione fœtus mortui à Phyſico Provinciali cum Chirurgo annotata ſunt, conſideraverimus, ſupra allegata eò magis confirmantur. Dum enim caput infantis circa futuram lambdoideam cœruleum & ſanguine coagulato repletum, brachium ſiniſtrum, collum, totumque corpus ſimiliter cœrulea, digiti ſiniſtræ manus incurvati, pes ſiniſter compreſſus obſervata ſunt, exinde non tantùm admiranda illa Harmonia, quæ Prægnanti cum embryone intercedit (de quâ *Digb. in orat. de pulv. ſympath. Fienus de Imag. vir.* aliique notabilia exempla adducunt) eluceſcit, ſed & per ſtigmata illa, tanquam digitis externas illatas & exceptas injurias oſtendit, & confirmat inſimul ſupra adſtructam ſententiam noſtram, quod, circumſtantiis ita ſe habentibus, Maritus verberans ob abortum hunc omninò ſit in culpâ. Conf. *Bonet. An. Pract. lib.* 3. *ſect.* 38. *pag.* 1371. ubi ex *J. D. Horſtii Obſ. Med.* exemplum ferè ſimile, una cum judicio annexo adducit.

Quod jam II. Quæſtionem attinet: *An in hoc Caſu de fœtus vitalitate certi quid concludi poſſit?* Non ſine cauſa eandem affirmare ſubveremur: Perpendendo, quod 1. Primiparis,

non

non inſolitum ſit, ut ſub hac vel illa fortiori commotione in corpore ſibi omninò imaginentur, ſe infantem jam ſenſiſſe, cùm tamen abhinc non rarò ſe deceptas fuiſſe reperiant, quùm motus ejusmodi à variis cauſis oriri poſſint. Adhæc 2. metuendum, ne malitia quædam ſubterverſetur, ipſaque mulier ex odio, quo Maritum, quicum perpetuas ferè lites fovet, proſequitur & à quô ſimul acerrimè vapulavit, ſe vitam infantis jamdum ſenſiſſe falsò perhibeat. Quin & 3. in Relatione Phyſici memoratur, quòd fœtus longitudine palmæ fuerit &c. quæ magnitudo palmæ transverſæ, ut apud *Kerckringium in Anthropogeniâ*. It. *Platerum, Binningerum* & alios conſpicitur, ipſaque experientia teſtatur, ita comparata non eſt, ut in eâ vitalitas jamdum præſumi poſſit: Eaque de causâ exoptaſſemus, ut fœtus hic ſecundùm principaliores partes æquè, ac externam corporis magnitudinem paulò clarius & diffuſius deſcriptus fuiſſet, quò exinde accuratiorem informationem haurire, & ita de vitalitate fœtus determinatè reſpondere potuiſſemus; in cujus defectu rem hanc tantiſper in dubio & ſuſpenſo relinquere cogimur.

Quam unanimem noſtram ſententiam, tanquam Principiis Medicis & Chirurgicis conſentaneam, pro ulteriori confirmatione Sigillo Fac. Med. conſuetô roborare voluimus. *Sign. Gieſſæ d.* 21. *Febr.* 1683.

Decanus & Profeſſores Ord. Fac. Med. Giſſ.

CASUS XXI.
DE PROCURATO ABORTU.

Reſponſum Facultatis Medicæ Gieſſenæ in causâ procurati abortus.

Sereniſſimi Principis ac Domini, Domini LUDOVICI VI. HASSIÆ LANDGRAVII, PRINCIPIS HIRSFELDIÆ, COMITIS IN CATTIMELIBOCO, DEZIA, ZIEGENHAINA, NIDDA, SCHAUMBURGO, YSENBURGO & BUDINGA, &c. &c. *Principis ac Domini noſtri Clementiſſimi*, Mandato Gratioſiſſimo ut devotiſſimè obſequamur, Nos Decani & Profeſſores ordinarii Facultatis hujus loci Acta Judicialia, Fiſcali Principali hactenus cum *Andreâ Stahlio* intercedentia, eâ, quâ decet, ſollicitudine perluſtravimus, & præviâ accuratiſſimâ omnium & ſingularum illîc occurrentium circumſtantiarum, in ipsâ æquè Naturâ fundatum, ac Artis Principiis conſentaneum eſſe judicamus:

Verberata die 26. Aug. Ann. 1675. cruentum in modum uxore gravida Georgii Pfannenmülleri, ab Andreâ Stahlio, primò quidem pugno in ipsô capite, abhinc ſegmento ligni in latere dextro, poſtmodùm robuſtâ & oblongâ ſude lignea, in lumbis & in ſiniſtro brachio ac manu, ſupradicta uterum gerens fœmina, die 10. Nov. tempore nocturnô, infantulum demortuum enixa eſt, ſub cujus inſpectione atque ſectione obſervatum fuit, quòd externè caput in ſummitate, usque ad frontem, cœruleum & ſanguine quaſi ſuggillatum fuerit, porrò latus dextrum à ſcapulâ, usque ad lumbos, & abhinc plus quam dimidium dorſi omninò cœruleum & ſimiliter ſanguine perfuſum extiterit, ſicut brachium ſiniſtrum usque ad digitos ſimiliter ſigna ejusmodi oſtendit: Sub partium autem illarum ita defœdatarum ſectione repertum fuit, quòd caput, brachium & dorſum dictô quoque modô ſanguine ex atro-cœruleô ſuggillata fuerint; indeque jam lis exoritur: *An nævi illi, plagæ ipſaque mors embryoni, à gravibus illis verberibus mulieri prægnanti illatis, inflicta fuerint?* omnia juxta tenorem Actorum Nobis transmiſſorum.

Utut verò jam Medicis æquè ac Phyſicis ex ipsâ conſtet experientiâ, Phantaſiam Matris prægnantis, motam ab Externis, præcipuè verò timore & terrore, formatricem ſeducere, atque ſic non ſaltem varias ſignaturas fœtui imprimere, ſed & eidem, impetuosè motis ſpiritibus & humoribus, necem quoque inferre poſſe, cùm ſimilia paucis abhinc annis hîc in vicinia exempla contigerint; maximè quoque credibile ſit, in præſenti caſu, per ſummum illum terrorem alioſque affectus animi non tantùm rubicunda & cruore perfuſa ſtigmata producta fuiſſe, cumprimis dum nævi modò dicti in fœtu illis ipſis in partibus conſpecta ſunt, in quibus ipſa Mater verberibus excepta fuerat: Sed & probabile eſt, quòd idem ille terror atque metus tantum in embryonem impetum fecerint, ut tandem obierit, ipſeque abortus inſecutus fuerit.

Quandoquidem verò & quoniam Abortus hic undecimâ demum, ab exceptis ictibus, ſeptimanâ ſecutus fuit, ſub inſpectione autem nulla putreſcentiæ ſigna comparuêre, quæ tamen, niſi fœtus vel induratus fuerit, vel inaruerit, quorum neutrum contigit, neceſſariò ſui veſtigia reliquiſſet: Mater quoque nullis ſymptomatibus, quæ aliàs gravidis, fœtum demortuum in uterô continentibus, familiaria ſunt, obnoxia fuit, ſed potius de mammarum turgeſcentiâ & inde obortô dolore conqueſta fuit, ut è Probatione & Receſſu concluſivô (vulgò Probation- und Schluß-ſchrifft) à Fiſcali Principali oblato No. 15. videre licet, cùm tamen alioquin & ubi fœtus mortuus, mammæ flaccidiores eſſe ſoleant;

Hinc exiſtimamus, quod violentiâ Matri illatâ indeque cauſato terrore & timore ipſi fœtui, una cum deſignatis nævis, prius inſolita

quædam debilitas inducta fuerit, donec circa tempus ſubſecuti abortus ipſa mors hancque abortus inſecuta fuerint. Quòd autem circa idem, quô Mater verberibus tam immanibus tractabatur tempus, ipſe fœtus ſtatim exſpiraverit, è cauſis ſupradictis afferere non poſſumus, ſed exiſtimamus potius, adhibitis tempeſtivè remediis convenientibus, quæ fœtum confortare ſolent, fœtum hunc ad præfixum terminum fortè conſervari potuiſſe.

Quam ſententiam noſtram humilimâ cum Reverentiâ offerre & melioris atteſtationis ergò Sigillô Facultatis confirmare debuimus. *Signatum Giſſæ die* 6. *Martii Ann.* 1676.

Laurentius Strauſſius D.
Michael Heiland D.

CASUS XXII.
DE PROCURATO ABORTU.

Reſponſum Facultatis Medicæ Hafnienſis, deſuper procurato abortu.

EX voluntate Magnifici & Strenui Dn. Cancellarii, Patroni Noſtri & Conſervatoris perbenigni, convenimus Nos Medici, ad id deputati, ut ſententiam noſtram ſignaremus, de Margarethâ, Johannis Filiâ, Helſingorenſi, quæ coram judice urbanô & provinciali comparuit. Et ſiquidem Margaretha Johannea accuſatur, quod ita fœtum ſuum non tractaverit, ſicut oportuerit, & idcircò fœtum interemerit, quia in teſtimonio quodam Curiæ urbanæ 4. April. An. 1633. narratur, quaſdam Mulieres inveniſſe in mammis illius lac, & unam ex illis prætereà obſervaſſe fiſſuras in ventre, & ilia illius quaſi puerperæ, (nec tamen indicatur tempus, quó inſpectio hæc corporis facta eſt) & ipſa Margaretha ſecundùm Acta 29. April. An. 1633. faſſa eſt, ſe rem habuiſſe cum Juvene tribus ante feſtum Paſchatos An. 1632. hebdomadibus, unde impræegnata fuerit, & onus ventris deinde depoſuerit, circa feſtum S. Johannis, quod magnitudine non exceſſerat ovum anſerinum, illudque inter ſordes abjectum, quia neſciverit, quid eſſet; Hinc exiſtimamus ſatis manifeſtum & indubitatum eſſe, quod reverâ prægnans fuerit, ſed ex reliquis actis nobis exhibitis ulterius concludere non poſſumus, illam ipſam cauſam fuiſſe, quod fœtus interierit, vel aſſumtis ullis medicamentis, aut aliis hujuſcemodi expulſus ſit, neque denique diſcernere quimus, an fœtus fuerit provectior, quàm illa refert. In horum fidem Sigillum Facultatis Medicæ Hafnienſis infra poſuimus. *Ex Academiâ Medicâ d.* 30. *Sept. An.* 1633.

Vid. Thom. Bartholin. in Ciſt. Med. Hafnienſi. Locul. XXXIII. pag. 374.

CASUS XXIII.
DE PROCURATO ABORTU CUM INTERNECIONE MATRIS.

MANDATUM PRINCIPALE.

ELISABETHA DOROTHEA, *Haſſiæ Landgravia, Princeps Hersfeldiæ, Nata Ducisſa Saxoniæ, Juliæ, Cliviæ & Montium, Comitiſſa in Cattimeliboco, Decia, Ziegenhaina, Nidda, Schaumburgo, Yſenburgo & Budinga,*

Vidua, Tutrix & Regens.

INcluſis hiſce Vobis Gratioſiſſime aperimus, quid, cùm haud ita pridem Scriniarii Uxor, Crumbaci, quæ à Marito prius duriſſimè tractata & verberibus excepta perhibetur, poſt aliquot dies abhinc abortiiſſet, & poſtmodùm omninò obiiſſet, Medici Noſtri hujus loci in Relatione & Judicio ſuo de hoc Caſu ſenſerint.

Quandoquidem verò è re eſſe ducimus, ut deſuper præſenti caſu & Vos audiamus; hinc clementiſſimè jubemus, ut Incluſa hæc diligenter perlegatis, totum negotium cũ omnibus circumſtantiis probè ponderetis, Nobiſque cùm remiſſione incluſi judicium Veſtrum ocyus transmittatis; Noſque Gratiâ Principali Vobis addicti ſumus. *Datum Darmſtad. die* 20. *Novembr. An.* 1682.

E. D. L. Z. H.

Inſpectio & Relatio Phyſici.

P. P.

SUb inſpectione Scriniariæ Crumbacenſis, XXII. annorum, quæ 6. Junii hujus 1662. anni Viro nupſit, referebatur, quòd die 10. Aug. Mariti comminationibus, quibus ſe eandem transfoſſurum minabatur, in tantum terrorem & anguſtias conjecta ſit, ut tremoris & deſperationis plena illud Prætori communi conqueſta fuerit; quo facto Maritus (ſalvâ tamen mulctâ) in carcerem prius conjectus, per aliquod temporis ſpatium majori concordiâ huic uxori ſuæ cohabitavit, donec die 19. Octobr. rutro quodam ligneo eandem miſerrimè verberaverit, ut licet Chirurgus illius loci remedia quædam adhibuerit, poſt aliquot tamen dies, cum dolores parturientium ſenſerit, accerſitâ Obſtetrice biniſque aliis Mulieribus abortierit, quarto verò abhinc die, & quidem binis diebus ſibi ſuccedentibus in convulſiones per

per intervalla affligentes, ceciderit & tandem die 11. hujus, circa diluculum obierit.

Apertô cadavere in Præcordiis multum aquæ putreſcentis & Pulmones putrefactos, reliqua viſcera verò (exceptô omentô ob plagam exceptam quodammodò violatô) adhuc ſalva, ipſaque inteſtina bilioſo humore haud paucô referta reperi; & quia Mulier hæc ante biennium tuſſiendo multum ſanguinis purulenti rejecerat, ob pulmonum putredinem vitam fortè haud ita longam trahere potuiſſet,&c. &c.

VV. Exc. Exc. & Dom. Dom.

obſequioſiſſimus

J. P. Welcker.

Judicium Archiatri Principalis.

PRævia perlectione Actorum, Scriniariam, Crumbaci demortuam, concernentium, hincque inſtitutæ Sectionis cadaveris & ponderatione circumſtantiarum illîc occurrentium, meô quidem, quàm tenui licet, judicio videtur, quòd, ſi uxor Scriniarii conſtitutionis antea vividæ ſanæque, ab accidentibus quoque illis, quibus abortus procurari poteſt, inſigni ſc. hæmorrhagiâ, alvi fluxu immunis fuerit, nullam fœtûs debilitatem aut indicium inſtantis abortus ſenſerit, nec alia quædam cauſa externa, quæ abortui occaſionem dare potuiſſet, præceſſerit: Hic verò intra paucos dies, poſt exceptas plagas & conculcationes inſecutus fuerit, plagæ illæ duriorque tractatio utique abortum promoverint, illique anſam dederint. Aliorum autem Medicorum Verſatiſſimorum & Ampliſſimæ Facultatis Medicæ deciſioni committo, an de vitalitate fœtus (de cujus conditione, aut quamdiu Scriniarii Uxor beate mortua [quæ 22. annos habuit, die 6. Junii hujus ad exitum properantis anni 1682. nuptias celebravit, die 19. præterlapſi menſis Octobr. â Marito vapulavit, poſt aliquot abhinc dies abortivit, die 4. inſequenti convulſionibus correpta,&tandem quoque demortua fuit] ingravidata fuerit, & an ſigna quædam vitalitatis illa ſenſerit, quove die abortus contigerit, in actis non refertur) certi quid determinandum ſit. De convulſionibus periodicè ſeu per intervalla recurrentibus ſimiliter nil certi definiri poteſt, an illæ ex ſecundinarum vel lochiorum retentione, vel vitioſo humorum nervos irritantium apparatu, vel aliis cauſis pullulaverint, quoniam nulla ſufficiens informatio communicata fuit. Ita neque ex eô, quòd cadavere poſt obitum apertô omentum per illatas plagas quodammodò violatum, adhæc inſignis aquoſitatis putridæ copia in præcordiis,& inteſtina copioſô humore bilioſô referta obſervata fuerint, ſuſtineri poteſt, quòd illatæ plagæ omnium horum cauſæ exſtiterint, aut quòd Scriniaria ab illis neceſſariò & abſolutè interempta fuerit: Cùm quod omentum concernit, illud neutiquam pars corporis nobilior ſit, & obſervationes Medicæ multifariam teſtentur, quòd non tantùm inſignes tumores in eô reperti, ſed etiam in vulneribus abdominis, procidente omentô, portio ejus abſque jacturâ vitæ omninò reſciſſa, iterumque conſolidata fuerit: Bina verò poſteriora cacochymiam aut collectionem vitioſorum humorum indicent, quæ in prægnantibus, ob menſium retentionem, interdum etiam appetitum depravatum, aut nimiam ciborum ingluviem contingere poteſt,& per iteratos vomitus, ipſis prægnantibus, primis præſertim menſibus, familiares, confirmantur & adſtruuntur. Ut taceam exiſtimari, ſcriniariam, ob pulmonum putredinem, vix diu in vivis ſupereſſe potuiſſe. Quod ſalvo omni meliori judiciô obſequioſiſſimè referre debui. *Darmſtadii die* 15. *Nov.* 1682.

Joh. Bartholomæus Schleirmacher.

Reſponſum Facultatis Medicæ Giſſenæ, de procurato abortu.

Sereniſſima Princeps ac Domina &c. Princeps ac Domina Clementiſſima.

QUæ *Sereniſſima Veſtra Celſitudo* ratione Conjugis Scriniarii Crumbacenſis, quæ prævia tractatione duriori in abortum incidit, & abhinc omninò exſpiravit, & ut noſtrum ſuper caſu hoc judicium aperiremus & transmitteremus, Clementiſſimè Nobis in mandatis dedit, ea ex S. V. C. Reſcripto, Darmſtadiô die 20. Novembris ad Nos datô, ſubjectiſſimâ cum devotione fuſius percepimus; Quapropter eo, quo decet, obſequio devotiſſimo incluſa, non ſine circumſpectâ omnium & ſingularum circumſtantiarum, datâ operâ perluſtravimus & ex unanimi conſenſu additum his judicium concepimus, quod unà cum transmiſſis Nobis Incluſis nunc humilimè remittimus. Sereniſſimam Veſtram Celſitudinem, cum Sereniſſimo Principe Juventutis, Principe ac Domino noſtro Clementiſſimo, aliisque Liberis Principalibus Dei omnipotentis Tutelæ, cum omni Proſperitate Principali devotiſſimè: Summæ verò Gratiæ V. Principali Nos humilimè committentes. *Gieſſæ Haſſorum, dat.* 27. *Nov. Anno* 1682.

Sereniſſimæ Veſtræ Celſitudinis

Devotiſſimi & Humilimi Servi

Laurentius Strauſs. D.

Michael Heiland. D.

Re-

Reſponſum.

POſtquam Scriniarius quidam Crumbacenſis uxorem ſuam 22. annorum, quæ binis abhinc annis Hæmoptyſi laboravit, die 6. verò Junii, hujus anni, matrimonio ipſi juncta fuerat, die 10. Aug. primum in ſummum terrorem & anguſtias conjecerat, & abhinc die 21. Octobr. rutro quodam ligneo ejus caput, brachia & pedes miſerrimè contuderat, tandemque pedibus calcaverat, ut Epilepſia correpta, omnium membrorum tremore affecta, & poſt aliquot dies abortum perpeſſa fuerit, donec tandem, cum binis ante diebus per intervalla in convulſiones ceciderat, die 11. hujus animam exhalârit; ubi in Sectione inſignis quantitas aquæ putridæ in præcordiis obſervata, pulmonibus putrefactis, reliquis verò viſceribus, exceptô omentô, ſalvis exiſtentibus, quod ultimum, ob plagas illatas, ſuos etiam manes paſſum erat, inteſtinis ſimulblilioſo humore haud pauco repletis: Omnia juxta tenorem relationis â Medico traditæ reliquorumque additamentorum:

Et verò Sereniſſima Princeps ELISABETHA DOROTHEA, *Haſſiæ Landgravia &c. &c. Princeps ac Domina Noſtra Clementiſſima* Nobis Gratioſiſſimè injunxerit, ut hoc deſuper judicium noſtrum aperiamus:

Hinc Nos Decani & Profeſſores Ordinarii Facultatis Medicæ hujus loci, ſub ponderatione Collegiali omnium & ſingularum circumſtantiarum, in hoc caſu occurrentium, obſervavimus, quod præcipuè ad III. ſequentes Quæſtiones hîc reſpiciendum ſit:

I. An ob verbera illata dutioremque tractationem Mariti fœmina illa neceſſario abortierit?

II. An fructus uteri vitalis fuerit?

III. An Mulier ob plagas illas neceſſario obierit?

Primam jam quæſtionem quod attinet, difficile erit, Maritum adeò penitus abſolvi poſſe, ut culpa abortus hujus ipſi nullo modo imputari poſſit; licet enim ex actis non appareat, em bryonem aut matricem plagis his in ſpecie laceſſita fuiſſe, & ſi hoc ita factum fuiſſet, abortus fortaſſis citius inſecutus fuiſſet, nec poſt ſuſcepta verbera domo exire potuiſſet, cùm tamen actis atteſtantibus Marito ſuo cibum & potum ad carceres detulerit: Hoc tamen ex Actis obſervare licet, per ſe etiam facilè colligi poteſt, Uxorem demortuam, tum antehac, die 10. Aug. tum ab ultimâ eâque peſſimâ tractatione, in ſummum terrorem præcipitatam, ſimiliter Epilepſiâ membrorumque tremore correptam fuiſſe; Jam verò ipſis Medicis, imò cuivis haud ignotum eſt, quid pariles affectus animi vehementiores, & in ſpecie terror exceſſivus in procurando abortu efficere valeant, de quibus fuſius apud *D. Timæum Reſp.* 48. actum; ſimiliter nôrunt Medici, quam periculoſi, ob uteri cum reliquis partibus conſenſum, motus convulſivi ſint prægnantibus; ut adeóque Maritus ad minimum cauſâ mediata, remotior & per accidens habendus ſit.

Ad II. Quæſtionem ut reſpondeamus, circa vitalitatem partus ægrè quid certi determinari poterit, cùm neque tempus conceptionis, neque ulla vitalitatis ſigna in Actis reperiri, rationes verò â nuptiis deductæ fallere poſſint.

Similiter, quod III. Quæſtionem attinet, ex actis neutiquam apparet, quod ullum membrum princeps, aut vas quoddam majus, aut aliud quid vulneratum fuerit, unde lethalitas inevitabilis inferri poſſit, cùm ſaburra illa vitioſorum humorum, quæ in Præcordiis & Inteſtinis obſervata, ex cacochymicâ diſpoſitione corporis & pulmonum probabiliter orta fuerit & convenientibus quoque remediis eliminari potuiſſet: Omentum verò, licet & ſuos perpeſſum fuerit manes, tanquam pars ignobilis hîc in conſiderationem non veniat.

Unde meritò judicium noſtrum hoc deſuper ſuſpendimus. Atteſtationis ergò Sigillô Facultatis omnia confirmando. Signatum *Giſſæ die* 27. *Novembr.* 1682.

Decanus & Profeſſores Ord. Fac. Med. Giſſ.

CASUS XXV.
DE VITALITATE ET PERFECTIONE ABORTUS.

Reſponſum Facultatis Medicæ Hafnienſis, deſuper quantitate abortus.

QUandoquidem nobis Medicinæ in Academiâ Hafnienſi Profeſſoribus oblata eſt â Magnifico Dn. Cancellariô, Domino Chriſtianô Thomæ, Dn. de Stougaard, Sententia judicialis judicis Provincialis in Scaniâ, lata 1648. die 21. Junii, cum aliis documentis in causâ cujusdam fœminæ, Chriſtinæ Benedictæ, quæ creditur geſtaſſe uterum tertiâ decimâ hebdomadâ & die Paſſionis Dominicæ exoneravit illud, quod geſtavit, poſtquam pridiè portaſſet & levaſſet magnum ponderoſumque ſaccum, deinde lavaſſet, quemadmodum ex actibus porrò innoteſcit; eaque cauſa ad tribunal judicis Provincialis Nobiliſſimi Domini Chiliani Kragh Dn. de Trutzholm citata, ita deciſa eſt, ut ad Cenſuram Profeſſorum Medicinæ remitteretur, qui ſententiam ſuam ſcriptô indicarent, an fœtus iſte paucarum hebdomadarum poſſet cenſeri eſſe perfectus: Nos igitur ex voluntate Magnifici Dn. Cancellarii convenimus in Conſiſtorio XVII. Julii, rem expendimus diligenter, cum documentis & teſtimoniis, nec potuimus exinde colli-

olligere, quod fœmina iſta prægnans fuerit, & quanquam impraegnata fuerit, non tamen potuit fœtus brevi illô tempore tantùm profeciſſe, ut pro perfectô æſtimaretur. In rei fidem ſigillô Facultatis Medicæ hæc munivimus. Actum Hafniæ in Conſiſtoriô, ut ſuprà.

Vid. Thom. Bartholin. in Ciſta Med. Hafnienſi Locul. XLIX. p. 520.

CASUS XXVI.

DE INCARCERATO à VINCULORUM VEHEMENTIA EMORTUO.

Acta hiſce tranſmiſſa, *Joh. Balckens*, Molitorem olim Pneumaticum Döllingenſem concernentia, & ex duobus Voluminibus conſtantia docebunt, quâ ratione Vol. 2. fol. 1. à Dominis ejus Provincialibus, Dn. Georg. N. incuſetur, quòd Inquiſitum catenâ quâdam carpentariâ tam arctè atque firmiter in abdomine cingi juſſerit: Quâ itidem ratione Dn. N. eundem Vol. 1. fol. 77. per Medicum ad hoc requiſitum, D. Lehmannum Haynenſem ſecari curaverit, poſtmodùm verò juſſu Electorali Gratioſiſſimo Vol. 2. fol. 13. denuò, ob prægnantes cauſas, alibi per Dn. D. Dreſslerum Torgavienſem inſpectus fuerit. Cùm verò utriuſque Medici Judicia Vol. 2. fol. 20. 50. quodammodò differant, & ſibi invicem contrarientur: Hinc officiosè rogito, velitis, præviâ diligenti ponderatione Actorum me haud gravatim informare, an dictus Molitor Pneumaticus à catena illa carpentariâ tam arctè abdomini injectâ emortuus ſit, nec ne? Vel an catena illa tam arctè conſtricta mortem ejus cauſata fuerit?

Joh. Gottofredus N.

Relationes Medicorum.

A.

Ego infra ſubſcriptus atteſtor hiſce, quod præviâ ſolicita inquiſitione & inſpectione Urinæ, quæ à Molitore Pneumatico Döllingenſi mihi tranſmiſſa fuit, nihil aliud obſervarim, niſi quod in ægro ſumma malignitas occurrerit, cùm in ſedimentô urinæ materia quædam atro-cœrulea reperta fuerit, adeò tenax & viſcida, ut vix dividi potuerit. Unde conjicio, ægrum aut venenati quid accepiſſe, aut aſſumſiſſe. *Haynæ die* 23. *Mart. An.* 1686.

D. Gottofredus N

B.

D. JOHANN. FRIDERICUS LEHMANN putat in ſuo atteſtato, quod ex Pleuritide biliosâ hic Inquiſitus fuerit mortuus: *Haynæ die* 19. *Junii A.* 1686.

C.

Hic D. DRESSLER denuò ſecuit hoc Cadaver die 17. Aprilis An. 1686. quod jam ante 4. hebdomadas erat à D. Lehmanno diſſectum; ſed in poſteriori inſpectione ex ſepulchro erutum planè computruit. Ergò hæc ſectio eſt inutilis, & licèt prolixa, tamen pro inutili habenda. Fuit cadaver verminoſum & ſphaceloſum. Hic Doctor non potuit aliquid de conſtrictione Catenæ atteſtari: multò minus de morte inquiſiti.

D. Amman. Prax. Vuln. Leth. Dec. VI. Hiſt. X. p. 481.

Reſponſum Facultatis Medicæ Lipſienſis, deſuper lethalitate vinculorum ferreorum nimis coarctatorum.

P. P.

Oblatis Nobis Actis Inquiſitionalibus Joh. Balckenſii mortem ſubitaneam concernentibus, & de ſeq. quæſt: *Anſcilicet &c. &c.* requiſitô judiciô noſtrô, prævia Collegiali recognitione cauſæ reſpondemus: Quòd, cùm judicia Döllingenſia Vol. 2. fol. 17. 18. Strias cœruleas in utroq; abdominis latere, unde pectus intumuit, abdomen verò concidit, obſervârint, eaque de causâ Medicum admonuerint; it. Strictiorem carpentariæ catenæ coarctationem in abdomine, à duobus Lictoribus inſtitutam, confirmaverint, dicta catenæ carpentariæ conſtrictio, tam morbum Inquiſiti, quàm mortem hinc inſequentem cauſata fuerit, Molitorque Peumaticus exinde obierit. *Lipſiæ die* 19. *April. An.* 1688.

Vid. cit. loc.

CASUS XXVI.

DE VULNERE THORACIS, *An à Gladio obtuſo infligi potuerit?*

Species facti.

Cum haud ita pridem ob quædam contumelioſa ab Æmilio Martello in afflictum Sylvanum, & quidem abſentem effuſa, Sylvano autem à Ricardo Evandro ſtatim delata, cum Evandro hoc & Martello res ad rixam & duellum devenerit, in quo Martellus binâ vice ad ſiniſtram manum enſe feriebatur & vulnerabatur,


adeò quidem, ut fugam capere fuerit coactus; hinc Evander ſtatim ad Sylvanum ſe contulit, ipſique non tantùm actionem cum Martello habitam & anteceſſas contumelias ac injurias fusè enarravit, ſed & eundem rogavit, ut ipſe Sylvanus cum Evandro Martellum ſtatim adire, & deſuper contumeliis & injuriis illatis audire non dubitaret; unde factum, ut cum Sylvanus Evandrum, ad Martellum deproperantem, comitaturus, pro corporis ſui defenſione enſem duorum digitorum latitudinem æquantem & in extremitate ejuſdem latitudinis callo obtuſo munitum (vulgò einen Balldegen) accinxiſſet, reciprocatis prius nonnullis inter Evandrum, Sylvanum & Martellum verbis denuò ad pugnam & tumultum deventum fuerit, bini priores gladios ſuos evaginârint, & durante hôc tumultu Martellus, ut dicitur, inter quintam & ſextam coſtam, per lobos pulmonum, ſupra auriculam ſiniſtram cordis in arteriam venoſam proximè ad cordis baſin perfoſſus fuerit, ita ut idem Martellus inde ſtatim conciderit, & obierit.

Quandoquidem verò Evander acuto quidem, ſed ſcindente, ſe gladio uſum fuiſſe perhibeat, Sylvanus ècontra ſupradictum latiorem & obtuſiorem enſem habuerit, quorum alterutro tamen Martello ictus eſt illatus; adhæc quoque Sylvanus in conſcientiâ ſua quàm certiſſimus ſit, quòd tantò minus ipſum Martellum lato ſuo & obtuſo gladio ſcindente in ſupradicto loco perfoderit & vulneraverit, quò minùs ictum tam profundum, ob cauſas inſequentes & deficientes circumſtantias inferre & in actum deducere potuerit aut valuerit, quùm minus ſit credibile nec probabile videatur, quòd ictus ejuſmodi lethalis Martello inflictus, inter quintam & ſextam coſtam in thoracem ſiniſtrum, & abhinc per dextram & ſiniſtram pulmonum partem, adeoque tam profundè in corpus penetrando, cum violentia non exiguâ adactus, ab enſe hujuſmodi lato & obtuſo, abſque notabili & ad oculos demonſtrabili contuſione & totali fracturâ unius aut alterius è ſupranominatis coſtis potuerit contingere, eóque minus, quod obſervari non potuerit, enſem hunc latiorem uni vel alteri coſtarum aut impactum, aut inde declinantem ſecundùm latitudinem latus penetraſſe; ut adeóque Sylvani innocentia è fundamentis his, ſanæ rationi innitentibus, à Dn. Judice facilimè perſpici poſſet. Attamen, ut Sylvanus innocentiam ſuam eò clariùs & firmiùs in judicio deducere, & contra quoſcunque tueri valeat; hinc Nob. Exc. Exc. VV. judicium edecumatum Medicum deſuper ſeq. quæſtione deſiderat.

Adeoque quæritur: *An in thoracem ſiniſtrum Martelli, & quidem intra ſpatium V. & VI. coſtæ ſic per dextram & ſiniſtram pulmonum partem ſummô niſu & violentiâ in profunditatem corporis penetrans, & quidem abſque notabili aut viſibili læſione, diſſectione, contuſione aut totali fracturâ unius vel alterius dictarum coſtarum obſervatus ictus lethalis, Sylvani* 2. *digitos lato obtuſo enſe ſecante* (cujus latitudo non minus ac locus, in quô per thoracem Martelli, ex integrô adhuc & denſo panno conſtantem, contigit, ex appoſitâ figurâ conſtabit) *reſpectu violentiæ ſummæ adhibitæ & profunditatis ictûs, fieri & inſtitui potuerit?*

Latitudo ictus in Thorace.





Latitudo Enſis obtuſi & ſecantis ab Afflicto Sylvano adhibiti.

Reſponſum Facultatis Medicæ Marpurgenſis qualitatem vulneris Thoracis concernens.

AD quæſtionem ab Afflicto Sylvano nobis deſcriptam & propoſitam: *An ſcil.* juxta Speciem Facti, in thoracem ſiniſtrum Martelli, & quidem intra ſpatium V. & VI. coſtæ, per dextram & ſiniſtram pulmonum partem, adeóque ſummô niſu & violentiâ in profundum corporis penetrans, & quidem abſque notabili aut viſibili læſione, diſſectione, contuſione aut totali fracturâ unius vel alterius dictarum coſtarum obſervatus *ictus lethalis, Sylvani duos digitos lato & obtuſo enſe* (cujus latitudo non minus ac locus, in quó per thoracem Martelli ex integro adhuc & denſo panno conſtantem contigit, ex appoſitâ figurâ conſtaret) reſpectu ſummæ violentiæ adhibitæ & profunditatis ictûs, fieri & *inferri potuerit?* Noſtra in arte per rationem & experientiam fundata reſponſio ſit, quod ictus ejuſmodi, ut in Facti Specie deſcribitur, eô enſe, cujus forma eſt adjecta, fieri non potuerit. Ut enim hâc vice non dicamus, quod lata & obtuſa cuſpis hujus enſis tam facile thoracem ex panno confectum ad & in carnem uſque penetrare non potuerit: Ob arctam ad minimum coſtarum combinationem pro re omninò & ſimpliciter impoſſibili habemus, ictum ejuſmodi abſque diſſectione & vulneratione illarum per enſem ejuſmodi fieri potuiſſe. Et ut ſeriæ huic & fundatæ noſtræ ſententiæ eò majorem fidem conciliemus, ulterioris atteſtationis ergo Sigillum Facultatis noſtræ de conſenſu & præſcitu noſtro imprimi curavi-

curavimus. *Dat. Marpurgi die* 31. *Martii An.* 1671.

Decanus, Doctores & Profeſſores Facultatis Medicæ h.l.

Reſponſum Facultatis Medicæ Giſſenæ, deſuper qualitate vulneris pectoralis.

POſtquam ab Afflicto Sylvano deinſequente, eâque ſcriptô nobis tranſmiſsâ quæſtione:

„*An ſc. ictus lethalis, juxta ſpeciem facti, in thoracem ſiniſtrum Martelli, & quidem intra ſpacium V. & VI. coſtæ, per dextram & ſiniſtram pulmonum partem, adeoque ſummò cum impetu & violentiâ in profundum corporis penetrans, & quidem abſque notabili, aut viſibili læſione, diſſectione, contuſione aut totali fracturâ unius vel alterius dictarum coſtarum obſervatus, Sylvani gladiô inciſoriô duos digitos latô & obtusô*, (cujus latitudo æquè ac locus, in quo per thoracem Martelli, ex integrô adhuc & densô pannô conſtantem, ex appoſitâ figurâ conſtaret) *reſpectu & intuitu ſummi niſus adhibiti & profunditatis ipſius ictus fieri & infligi potuerit?* unanime noſtrum & in Arte fundatum judicium Medicum requiſitum fuit; Hinc primò communicatam Facti Speciem, una cum additis Delineationibus & figuris, juxta omnes & ſingulas illic contentas circumſtantias, Collegialiter & maturè perlegimus, inſpeximus & perpendimus, ac ſtatim ab initio obſervavimus, quòd ſi ad ſupra allegatas quæſtiones ſufficienti cum fundamento reſponderi debeat, accuratior partim vulneris corporei inſpectio ejuſque cum ictu & ſectione thoracis & veſtitus inſtitui partim & relatio quædam deſiderari poſſit, quo in corporis ſitu tunc temporis Defunctus Martellus conſtitutus fuerit. Licet enim in Facti Specie referatur, quòd inveniri non potuerit, latiorem hunc gladium in hanc vel illam coſtam impegiſſe, inde declinaſſe & in tranſverſum vel latitudinem ipſum latus penetraſſe; attamen hîc adhuc conſiderari meretur, quod præ omnibus intercapedinem inter allegatam quintam & ſextam coſtam curatius inſpicere, & quâ ratione latera coſtarum utrobique conſtituta fuerint, melius obſervare debuiſſent: ſiquidem allegata modò intercapedo non tantùm non in omnibus ſubjectis eadem eſt, ſed & pro diverſo inſpirandi & exſpirandi modô (quem ipſius thoracis major vel minor dilatatio ſequitur) plus minus ampliatur. Unde & *Galenus* notanter monet, quod, cùm animal clamaverit, intercoſtalibus muſculis vehementer inde contractis, coſtæ manifeſtè extuberent, idque magis ſi animal macilentum extiterit, ut *lib.* 8. *Adminiſtr. Anatom. cap.* 7. *Val. Pand.* videre eſt; ad quod porrò ſitus & poſitura corporis haud minimum contribuere poſſunt, cùm juxta corporis incurvationem aut aliam poſituram combinatio coſtarum ſimiliter quodammodò variare ſolet. E quibus omnibus haud obſcurè eluceſcit, quòd, ut jamdum memoratum fuit, in ſimilibus caſibus & vulnerationibus ſummè ſollicita inſpectio & omnium circumſtantiarum deſcriptio requiratur, ſæpeque minima, ut videtur, circumſtantia toti negotio multum lucis commodare poſſit.

Horum intuitu & tantis difficultatibus occurrentibus, ad ſolidiorem illarum Deciſionem exoptaſſemus, ut de ſupra annotatis, cumprimis ratione Inſpectionis vulneris & utriuſque coſtæ melius informari potuiſſemus. Intereà verò & non obſtante prius allegata admonitione, juxta Artis Medicæ, ac præſertim Anatomiæ principia vix aliter concludere & ad propoſitam quæſtionem reſpondere poſſumus, quàm (dummodò vulnus in corpore, cum ictu in veſtitu ſeu thorace, juxta tranſmiſſam Facti Speciem & ſecundum ductum adjectæ Delineationis & figuræ prorſus coincidat) quòd ægrè fieri poſſe nobis videatur, ictum hujuſmodi tam latô & obtuſô gladiô inciſoriô infligi & perfici potuiſſe. Sicut enim Experientiæ minus adverſatur, quod veſtitus, ex ſolido & laudabili pannô confectus (quali tunc tempori Martellus, juxta tenorem Relationis & facti Speciei, indutus eſſe dicitur) ſatis reſiſtere & tam latum & obtuſum gladium eludere & elidere valeat; ita idem magis adhuc ex accuratiore conſideratione conformationis coſtarum & dimenſione ſpatiorum intercoſtalium eluceſcit, ut quæ tanta non ſunt, ut gladium tranſmiſſæ latitudinis, abſque ulla læſione & diſſectione coſtarum utriuſque lateris, admittere valeant.

Quod unanime noſtrum judicium ſolito Facultatis Sigillo confirmare voluimus. *Sign. Giſſæ die* 15. *April. Anno* 1671.

Decanus, Doctores & Profeſſores Ord. Facult. Med. ibid.

CASUS XXVII.
DE VULNERE PECTORIS,
An à præcipitatione in telum adverſarii oriri potuerit?

Species facti cum inſpectione & requiſitione.

DIE XXIX. Novembr. nuperrimô noctu accidit, ut Dn. Quæſtoris Lic. Hoffmanni Scriba, nomine JOHANN CHRISTOPH. SCHEFER, ex Arheilgen, heîc Giſſæ exanimis inventus fuerit: ubi ſub inſpectione & ſectione negotium hoc, ut ſeq. Atteſtatum de dato

Giſſæ die 30. Ejuſd. pluribus oſtendit, obſervatum fuit:

Prævia Requiſitione Regiminis Principalis h. l. nos infra nominati, præſentibus binis Sca binis, Johannis Chriſtophori Schefferi, ex Arhelgen oriundi, corpus: præcedente nocte vulnere quodam exanimatum inſpeximus, & aperto cadavere ictum punctim & lateri dextro ſurſum verſus, binorum digitorum latitudine à dextra papilla, inter ſecundam & tertiam coſtam illatum invenimus, qui per muſculos thoracis lobum ſuperiorem partis dextræ pulmonum, pericardium & truncum venæ cavæ ſupra cor, in lobum partis ſiniſtræ pulmonum penetravit, ubi ictus ſubſtitit. Pericardium multo ſanguine coagulato refertum & turgidum erat. Quæ ita reperta fuiſſe, hiſce atteſtamur & indicamus. Giſſæ die 30. Nov. An. 1685.

Joh. Wormbſer Dr.
Georg Reinhard Langsdorff Chir.
Joh. Joſias Ruprecht. Chirurg.

IS, qui de crimine & homicidio accuſatur, inter alia perhibet, Defunctum in enſem à ſe prætenſum incurriſſe. Quibus accedit, quod Defuncti Socii vehementer lapides projecerint, ut accuſatum ejuſque comites ferirent, ſed fortè præter intentionem in defuncti dorſum detonârint & per vehementes illos lapidum ictus Defunctum, qui jamdum contra adverſarios ſuos enſe denudato in poſitura ſuâ ſummo cum fervore ruebat, eò facilius in ejus adverſarium hujuſque enſem præcipitare potuerint; Quemadmodum & Defuncti curſus & lapſus fere eodem momento acciderunt, ac ſub inſpectione corporis, juxta depoſitiones teſtium, obſervatum fuit, quòd Defunctus mentum cadendo vulneraverit, collum verò atque dorſum omninò cœruleum apparuerint, quæ probabiliter à vehementibus lapidationibus oriri potuerunt.

E contra Dn. Fiſcalis prætendere ſuſtinet, quod juxta ductum ſectionis atque relationis minus poſſibile ſit, ſed omnino impoſſibile, ut Defunctus in criminaliter accuſati enſem incurrere potuiſſet, ipſaque formalia Dn. Fiſcalis hâc in cauſâ ita ſe habent:

„Attamen ut unius tantum mentionem „faciam, ſanè Rei S.C.A. falſis & variantibus „admodum narratis obſtat ipſa evidentia rei. „Ut enim jam non dicam, quod criminaliter ac„cuſatus & defunctus enſem enſi junxerint, am„boque criminaliter accuſati Defunctum in me„dio tenuerint, eluceſcit tamen, juxta teno„rem adjectæ ſectionis cadaveris, quod defun„ctus non in civitatem corporis transfoſſus fue„rit, ut neceſſariò contigiſſet, ſi in Rei enſem „ruiſſet, ſed ictus verſus latus & quidem dex„trum, ubi criminaliter accuſatus conſtitutus „fuit, declinando in lobum ſuperiorem partis dextræ pulmonem, ſupra cor, uſque in lo-“ bum partis ſiniſtræ pulmonum penetravit.“ Quî jam, rebus ſic ſtantibus, poſſibile erit, ut“ Defunctus in gladium criminaliter Accuſati ſe“ præcipitaverit? Siquidem verſus latera nemo“ facilè decurrere poteſt, niſi ſuper proprios ſu-“ os pedes præcipitari velit. Quin & Defun-“ ctus, ſi in enſem ejus ſe præcipitaſſet, rectâ“ proſterni, enſiſque totum corpus perfodere de-“ buiſſet. Hic autem poſt exceptum ictum à“ criminaliter accuſato illatum (utpote qui mu-“ ro proximè adſtitit) verſus ipſum fluvium“ prolapſus, & ita ictu punctim illato præcipita-“ tus eſt.“

Quapropter Ampliſſima Facultas Medica requiritur, ut judicium ſuum in forma probante impertiat: *Annon* contra Dn. Fiſcalis inſtantiam ſuperiorem & ſalvô atteſtato ſectionis, *bene poſſibile, ſi non omnino credibile ſit, aut credibile eſſe poſſit, quod ipſe Defunctus in gladium criminaliter Accuſati ſe præcipitaverit & incurrerit?*

Reſponſum Facultatis Medicæ Giſſenæ deſuper modo Læſionis in Vulnere Thoracis.

QUandoquidem Nos Decanus & Profeſſores Facultatis Medicæ h. l. requiſiti fuerimus, ut judicium noſtrum in formâ probante communicemus: *Annon* contra Domini Fiſcalis inſtantiam & ſalvo atteſtatô ſectionis *poſſibile, ſi non omninò credibile ſit, aut credibile eſſe poſſit, quod Defunctus in gladium criminaliter Accuſati ipſe incurſitaverit & ſe præcipitaverit.*

Hinc quæſtionem hanc Nobis propoſitam juxta circumſtantias, in allegato atteſtato Sectionis cadaveris obſervandas, æquè ac objectiones à Dn. Fiſcali oppoſitas debitâ ſedulitate excuſſimus matureque perpendimus, nec ob rationes ſubjunctas aliter poſſumus, quàm ut affirmativè reſpondeamus.

Licet enim, juxta tenorem atteſtati ſectionis, ſub apertione cadaveris ingens ſatis ictus lateri dextro, ſurſum verſus, binorum digitorum latitudine à dextrâ papillâ, inter ſecundam & tertiam coſtam, iſque punctim illatus, obſervatus fuerit, per muſculos thoracis lobum ſuperiorem partis dextræ pulmonum, pericardium & truncum venæ cavæ ſupra cor, in lobum partis ſiniſtræ pulmonum penetravit, ubi ictus deſiit: Pericardium quoque à ſanguine quo refertum erat, coagulato turgidum quaſi fuerit, eaque de cauſâ Dn. Fiſcalis ſituatione æquè ac vulneratione aliiſque enarratis circumſtantiis ita ſe habentibus vix poſſibile eſſe cenſeat, ut defunctus ſe in telum criminaliter accuſati præcipitare potuerit; ſiquidem ſecundùm laterum ductum nemo decurrere poteſt, niſi deſuper proprios pedes ſe præcipitem dare velit.

Attamen

Attamen & quoniam ex Actis eluceſcit, quod defunctus 1. præ aliis perquam ebrius fuerit, ita quidem, ut adſtantes eundem ex ebrietate cecidiſſe humique proſtratum manſiſſe ſibi perſuaſerint. 2. quoque juxta Teſtium depoſitionem modò allegatus defunctus inſani inſtar ſummâque cum vehementiâ, brutorum more ac extremâ beſtiali vi in ſutores eorumque denudatos & protenſos enſes tantis ferè furiis irruit, ut defunctus etiam illi, qui brachiis eundem amplectebatur & abſtrahere conabatur, vi quadam è brachiis erumpendo ſe ſubduxerit, & fulguris inſtar deproperaverit, ut curſus & lapſus idem fuerint: & demum 3. Fiſcalis ipſe fatetur, quod defunctus cum criminaliter accuſato enſem enſi junxerit, illi autem, qui artis digladiatoriæ gnari ſunt, probè nôrunt, quòd latus illius manus, quâ enſis agitatur, nunquam non Antagoniſtæ præſentetur, in illo etiam corporis motu, quem Galli *la paſſade* vocant, ſemper juxta lateris ductum, absque ullo metu præcipitationis ſuper pedes proprios decurrendum ſit; hinc videre non poſſumus, cur omninò impoſſibile judicari debeat, quòd defunctus in criminaliter Accuſati gladium incidere, ſeque ipſum vulnerare potuerit; cùm quàm notiſſimum ſit, quod homo ejusmodi inebriatus, in ſimilibus caſibus, ad ſui defenſionem quam exiguâ cautione utatur, ſed Andabatarum more in Adverſarium ruat, cumprimis irâ aut vindictæ cupidine accedente, utpote quæ jejuno quoque vix abſtrahendi locum indulgent; ut taceamus easdem ebrietati junctas nullum neque ordinem neque modum obſervare poſſe.

Horum intuitu & circumſtantiis ita jacentibus ſatis eluceſcit, quod benè etiam poſſibile eſſe poſſit, credibile quoque ſit, quòd ſæpè allegatus defunctus ſe in telum criminaliter Accuſati præcipitaverit. Quam unanimem noſtram ſententiam Sigillo Facultatis ordinariô confirmare voluimus. *Dat. Giſſæ die* 8. *Aprilis An.* 1686.

Decanus & Profeſſores Ord. Facult. Med. Giſſen.

CASUS XXVIII.
DE BLASPHEMIIS,
an à morte canis rabidi ortæ fuerint?

Ex Actis Inquiſitionalibus his adjectis haud gravatim videre erit, quâ ratione, juxta tenorem ſententiæ judicialis, fol. 139. occurrentis, Inquiſitum JOACHIMUM DAVIDEM KRUGMANNUM, Experto cuidam Medico adhuc commiſerimus, qui in temperamentum & conſtitutionem ejus accuratè inquiſivit, & deſuper iis fol. 145. ſeqq. judicium ſuum aperuit; queî præterea quoque diverſæ perſonæ, quibuscum olim converſatus fuit, examinatæ? & quæ prævià Notificatione Inquiſiti Defenſor, Dn. Wolfgangus Beſtel, Not. Publ. Altenburgenſis in Defenſionalibus à fol. 152. ad 158. allegaverit? Quapropter Dominos noſtros Honoratiſſimos rogamus, velint haud gravatim transmiſſa Acta Inquiſitionalia diligenter perluſtrare, & abhinc ſubactum ſuum judicium Nobis communicare, quid de temperamento & indole Krugmanni ſtatuendum ſit? *N. die* 30. *Julii An.* 1688.

Judic. Urb. illius loci.

Inſpectio.

Ad Requiſitionem &c. &c. Ego in fine nominatus ad Cameram Judicialem me contuli, ut *Joachimum Davidem Krugmannum* inſpicerem, atque obſervavi, Inquiſitum hoc quidem tempore, nullô modô pro Furioſô aut Rabidô habendum eſſe, dum ad omnia modeſtè & civiliter reſpondebat; & licet in Defenſionalibus ejus fusè allegetur, quod rabies & furor putatitius à morſu canis rabidi in primis pueritiæ annis ſibi inflictô oriatur & eô forte, quô blasphemias imputatas protulit, tempore primùm ſe manifeſtaverit; ſequentes tamen in contrarium militant Rationes, quòd 1. quidem negari non poſſit, in plurimis Auctoribus exempla occurrere, ubi virus malignum per miaſma canis rabidi vulneri communicatum diu ſæpè, imò plures per annos latuerit, & poſtmodùm demum ſolita ſymptomata produxerit: Aſt in Inquiſitô hoc præſumi nequit, dum morſus canis rabidi eundem feriit, cùm vix tres haberet annos, adeóque effectus ejusdem à quartô ad 35. ætatis annum remanere debuiſſet, ſiquidem ſub ejus examinatione totius vitæ curſus nil quicquam obſervari potuit, quòd ſimile quid in eô ſe truſerit.

Poſitô verò 2. miasma malignum tamdiu latere & poſt tot annorum decurſum rabiem cauſari poſſe, hoc tamen Inquiſito minus patrocinari poterit, cùm antea æque, quàm verba ipſi imputata eructaſſe dicitur, ac paulò poſt nequicquam ſive dixerit, ſive commiſerit, quod rabiem aliquam indigitet; quin & in hunc usque diem eorum adhuc recordatur, quæ tunc peregit & locutus fuit, & quales tunc Perſonæ adſtiterint &c. adeoque furor ille nonniſi blasphemias illas concerneret, ipſeque paroxyſmus vix aliquot tantum horas duraſſet, quod ſane vix credibile videtur. Morſus canis rabidi labio ſuperiori & partibus ad oculum vergentibus inflictus fuit: Cùm verò partes hæ cerebro, tanquam nobiliſſimæ corporis parti, imò officinæ ſpirituum animalium & nervorum origini quam proximæ fuerint, hinc virus malignum (niſi convenientibus remediis ſtatim enerva-

 tum

tum fuiſſet,) illis facillimè communicari potuiſſet, nec per tot annos latuiſſet. Quapropter ex hiſce potius eluceſcit, Inquiſitum temperamenti ignei, animi malitioſi, inquieti & ad iram proni eſſe; quæ omnia vita diſſoluta à primis incunabulis transacta & exceſſus in potibus generoſis hauriendis, aliisque commiſſi, haud parum augere potuerunt. *Ziza die 8. Junii, Ann.* 1688.

Wilhelm N. D. & Archiater Princip.

Reſponſum Facultatis Medicæ Lipſienſis, deſuper delirio blaſphemi interpolato.

TRansmiſſis Nobis Actis Inquiſitionalibus, Joachimum Davidem Krugmannum concernentibus, & de ſubjunctâ quæſtione judiciô noſtrô expetitô:

Annon in Inquiſito, ad minimum quandoque obſervetur, quòd mentis ſuæ non ſemper compos ſit?

Hinc præviâ Collegiali ponderatione Actorum reſpondemus, quòd in actionibus & verbis blaſphemis Inquiſiti multum quidem malitiæ intercurrere videatur; quoniam verò 1. idem teneris adhuc annis à cane rabidô demorſus fuit, eôque ipsô ad rabiem aliquam diſponi potuit, hæc quoque 10. 20. 30. imò plures annos in corpore hominis latitare ſoleat, hujus etiam gradus quidam non hâc tantùm vice, ſed & olim in eô obſervati fuerint, prout non ſolùm fol. 128. 142. 143. & 157. ſed & ex Actionibus ejus, ſermonibus aliisque circumſtantiis, quorum intuitu in vincula eſt conjectus, eluceſcit, utpote quæ de nullo homine ſanioris mentis, niſi dementia quædam ſubſit, præſumi poſſunt, v. g. Se ad homicidium perpetrandum obligari: Non Deum, ſed Diabolum in cœlô eſſe &c. &c. quales & minæ & calumniæ in Principem ſuum eructatæ: Se Diabolum recepiſſe; inſuper exinde quoque concludi poteſt, quod potus generoſiores nunquam perferre (juxta fol. 128. 143.) potuerit, ſed ſi vel tantillum de iis aſſumſerit mirabili mirabilior evaſerit, fol. 141. 143. eáque de causâ jam olim nomen INSANI KRUGMANNI retulerit: Hinc ex omnibus allegatis circumſtantiis præſumi poteſt, quòd intervalla ſua habeat, & interdum mentis non omnino compos ſit, benéque fieri potuerit, ut exceſſus in potu ab illo commiſſi, conjugium adverſum indeque ſæpiſſimè ſubortæ animi commotiones, quæ cerebro & ſpiritibus à morſu canis rabidi impreſſam conſtitutionem p. n. ſucceſſivè augere valuerunt, hanc demum in actum deduxerint. *Lipſiæ die 9. Jul. An.* 1688.

Ammann. Prax. Vuln. Lethal. Dec. VI. Hiſtor. IX.

DE MORSU LUPI RABIDI, absque læſione partium ſolo attactu rabiem inferente, & an poſt 10. annos talis recidivare poſſit? *vid. apud Tim. à Güldenklee Reſponſ. XXXIV. pag. 93.*

HInc cùm nuper admodum à *Dn. Seippio*, Capitanei inter Copias Haſſo Darmſtadinas, Vicario Primario conſulerer, an ex morſu canis rabidi, quem citra partium externarum vulnerationem in pede perpeſſus erat, ſanitati ejus periculum aliquod aut diſpendium immineret? quod licet non facilè contingat, verendum tamen dixi, ne ob ſalivæ, his in brutis tunc volatilioris, acrimoniam, poros forte penetrantem, M. S. infici poſſit, ut exempla proſtant apud *Sennertum* & alios; eaque de cauſa ſaltem præſervationis gratiâ bezoardicum aliquod & diaphoreticum præſcripſi, de quô alibi.

PAN-

PANDECTARUM MEDICO-LEGALIUM *PARTIS I.* SECT. III. *DE* RESPONSIS SEMIOLOGICO-FORENSIBUS.

INTRODUCTIO.

§. I.

NON in curando tantùm, ſed & in renunciando quibusdam SIGNIS, tam DIAGNOSTICIS, quàm prognoſticis, indigemus Medici, cùm utrobique de præſenti æquè ac futuro, tum ſanitatis, tum morborum ſtatu ſubinde requiramur. Ita nempe fieri ſolet, ut Leproſorum Recognitio ſive Phyſicis, ſive Facultatibus Medicis committatur, ut in CAS. I. II. III. IV. accidit: Cujus rei modus & proceſſus in ſeq. CAS. V. ob oculos ponitur. Quantæ enim nequitiæ ſub pallio & ſimulatione lepræ lateant, latrones illi Colonienſes, horrendis poſtmodum ſuppliciis affecti, non ſine ſtupore atteſtantur, de quibus vid. *Authentica Medico-Legales.*

§. II.

Haud abſimili ratione illi, quibus Lues Venerea imputatur, corporis ſui inſpectionem ſæpè urgent, & ſimul innocentiæ ſuæ teſtimonium à Collegiis Medicorum expetunt, quorum exempla in CAS. VI atque VII. occurrunt; ubi cautiſſimè procedas, oportet, cùm ſub ſcabiei aut catarrhorum tegmine ſæpe fœditatem illam occultare geſtiant; adeóque ſigna Luis, tam incipientis, quàm confirmatæ, à *Sartorio*, *Sydenhamio* & aliis recenſita, probè attendenda ſunt.

§. III.

Quin & illorum aſtutia ſæpè detegenda eſt, qui, ut à pœnâ ordinariâ, aut ad minimum à torturâ aliisque ſervitiis, ſive civilibus, ſive militaribus liberentur, Melancholiam, Maniam, Epilepſiam aliosque morbos ſimulant, quorum prius in CAS VIII. & IX. Poſterius autem in CAS. X. XI. ob oculos ponitur. Quæ res tanti eſt momenti, ut non *Galenus* ſolùm, ſed & *Silvaticus, de iis, qui morbum ſimulant, deprehendendis,* peculiares tractatus requirerint. Quemadmodum è contra videas, qui morbos, quibus infecti ſunt, diſſimulant, de quibus ex profeſsò *Paul. Zacchias, in Quæſt. Medico-Legalibus lib. III. Tit. 2. Q. X. p. 304. Ed. Nov. Dn. à Franckenau.*

§. IV. Nec

§. IV.

Nec in vivis tantùm, ſed & Demortuorum cadaveribus recognoſcendis ope Medicorum indigent judicia publica, ſiquando in compitis viarum, aut fluminibus exanimati fors inveniantur; ubi cumprimis inquirendum, an illîc ex morbô aliquô, aut violentiâ externâ, ut in CAS. XII. hîc verò, an vivus, an demortuus quis in profluentem aut puteum fuerit injectus, cujus ſigna præ aliis offert *Pareus in Tr. de Renunciation.* in quô & veſtigia occurrunt, è quibus, an vulnus aliquod vivo, an verò demortuo corpori inflictum ſit? conjicere licet. *Conf. Caſ. 9. Part. 2. Pandect. Medico-Leg. ſect. ult.*

§. V.

Plurimum verò negotii, tum in dignoſcendo, tum in curando faceſſunt morbi per faſcinationem & magiam illati, quorum ſigna, ſîs, videas in CAS. XIII XIV. XV. XVI. quô in negotiô reliquæ non minus Facultates ſuperiores, Theologica ſc. & Juridica, ſub Proceſſu contra Sagas inſtituto, ſolent conſuli, quarum Reſponſa aliquot in *Appendice Parti huic annex.* videre licet.

§. VI.

Pertinent huc Veneficia, in quæ dum Medicis inquirendum eſt, haud parum difficultatis ſe trudit, cumprimis ſi corpus delicti non inveniatur, ſed tantùm è ſymptomatibus & partibus læſis judicandum ſit, ut in CAS. XVII XVIII. XIX quod itidem in ſuſpicione Philtri locum habet, ut in CAS. XX. videre licet. Quodſi verò ipſum venenum in cadavere reperiatur ut Arſenicum, in CAS. XXI. XXII. XXIII XXIV. XXV. Auripigmentum, in CAS. XXVI. Mercurius ſublimatus, in CAS. XXVII. Napellus, in CAS. XXIII res erit in vado; licet & hîc cavendum ſit, nè pulveres, & medicamenta fixiora in ſtomacho ſubſidentia ſtatim pro venenis habeantur, hisque morbi ab internis cauſis progeniti perperam tribuantur, ut in CAS. XXIX & XXX. contigiſſe videtur.

§. VII.

Tandem & RESPONSA PROGNOSTICA quandoque judicialiter expetuntur, dum an morbus futuro matrimonio fortè obicem poſiturus curari, aut ſi æger jam ſanatus fuerit, recidivare poſſit, disquiritur; *vid.* CAS. XXXI. & XXXII Item, an læſio externa periculoſa & lethalis ſit futura necne? qualis in proſtibulô Lipſienſi, in CAS XXXIII. occurrebat, & eundem in finem Medici Giſſenſes judicium ſuum interponebant in CAS. XXXIV.

CASUS I.
DE RECOGNITIONE LEPROSI.

Requiſitio.

P. P.

De Concive, vel incola noſtræ Civitatis N. in communi ſpargitur rumor, ac ſi iſte abominabili morbo, quem lepram vocare ſolent, contaminatus eſſet; quoniam verò nobis, utpote Reipublicæ ſalutem procurantibus, ſcire incumbit, *utrum res ita ſe habeat?* & an, uno verbo, civis noſter ſupra nominatus propriè leproſus ſit? ideò Veſtr. Amplitt. humaniter rogatum venimus, velint latorem præſentium *quoad ſingulas Corporis partes ſedulò examinare*, ac eô, quô pollent judiciô, accuratè inſpicere, nævosque ſanitatis in Corpore ipſius exiſtentes ſub ſigillo Facultatis determinare, quô ipsô rem facient gratiſſimam nobis officiô ſuô digniſſimam, atque omni labore ſtudiô retaliandam. Dabamus N. N. d. 22. J. An. 1516.

Senatus Loci.

Reſp.

Reſponſum Facultatis Medicæ Lipſienſis, concernens recognitionem leproſi.

NOS infra nominati DD. Facultatis Medicæ Lipſienſis, notum facimus, literis hiſce, omnibus & ſingulis, & in ſpecie ſpectatiſſ. Senatui civitatis N. quòd Nobis ſeſe ſtiterit N. N. queſtuſque fuerit, quòd à nonnullis concivibus ſuis ſuſpectus habeatur de impuritate lepræ, quâ de Cauſa etiam communi hominum conſortio ejici debeat: locum itaque dedimus ejuſdem petitioni, ac lege artis inquiſivimus in omnia ſigna hujus morbi, luſtrando præprimis omnes corporis partes, inſpiciendo ſanguinem venæ ſectione emiſſum, & denique deprehendimus, quòd Civis veſter leprâ nullô modô ſit affectus, propterea quoque conſortio humano non excludendus, licet adſit quædam diſpoſitio ad prænominatum morbum, à qua tamen, ſi ipſe navare vult operam, atque media conſueta adhibere, brevi liberari poteſt. Judicamus itaque ſincerè, *quòd ob prædictam Diatheſin conventus publicos vitare non debeat*: Et ut hæc Sententia noſtra majorem fidem apud alios, & qui concivi veſtro malè volunt, mereatur, Sigillo noſtro corrobari curavimus. Dab. *Lipſiæ Domin. poſt Petri ad Vincula An.* 1516.

Vid. Amman. Med. Crit.

CASUS II.
DE RECOGNOSCENDO LEPROSO.

Requiſitio.

AMplitudinibus veſtris non poſſumus non ſignificare, quâ ratione communitas pagi Kuzleben ſuſpicatur, *Johannem Piele leproſo morbo contaminatum eſſe*, prout pluribus ipſe, litteras haſce traditurus, referet; quoniam itaque nos ſuper hâc controverſiâ judicare nequicquam valemus, nihilo tamen minus univerſa communitas hâc ratione infici poſſit, ideò petimus à Veſtris Excellentiis, velint haud gravatim diem ſtatum nobis indicare, quo Johannes Piele in perſona, & noſtris quidem ſumtibus, examini veſtro ſubjici poſſit, quô finitô, fide dignum atteſtatum ſub Sigillo veſtro præſtolabimur. Dab. Kuzleben, d. 2. Jul. An. 1517.

Reſponſum Facultatis Medicæ Lipſienſis, concernens recognitionem leproſi.

NOS infrà nominati DD. Facultatis Medicæ Lipſienſis, vigore præſentium omnibus & ſingulis, & præprimis communitati pagi Kuzlebienſis ſignificamus, quòd in Concilio noſtro comparuerit Johannes Piele, cujus omnes corporis partes à capite ad calcem, ut ſic loquamur, inſpeximus, nihil verò à Nobis obſervatum, quod lepram indicare, vel ob id excluſionem à conventibus publicis mereri poſſet, & quàmvis in medio femoris ulcus aliquod Chironium lateat, ob id tamen argumentum nullum pro lepræ præſentia deſumendum cenſemus, ſiquidem nullâ ratione illud contagioſum, licet etiam contagii ſuſpicio metuenda, nullo tamen modo ab humano conſortio ille diſterminandus erit, niſi & illos qui *Scelotyrbe* laborant, eodem modo excluſos cupiamus. Quod noſtrum judicium, ne fide publicâ deſtituatur, ſubſcriptione & ſigillo noſtro confirmari decrevimus. *Dab. Lipſiæ d.* 10. *Jul. An.* 1517.

Vid. Amman. in Med. Crit.

CASUS III.
DE RECOGNITIONE LEPROSI.

Requiſitio.

OCcaſione datâ Dignitates Veſtras celare non volo, quod filius meus natu maximus, poſtquàm per aliquot annos Galliæ regnum perluſtravit; à pleriſque meis ſubditis pro leproſo reputetur; poſtquàm verò ego coacta fui hanc atrociſſimam injuriam vindicare, utpote quæ in Proavos noſtræ proſapiæ quaſi redundare videtur, ideò maximoperè rogo, velitis quoſdam Aſſeſſores ex veſtro Concilio deputare, qui in Acropoli noſtra ad inſtantem diem Georgii compareant, atque in omnia ſigna diagnoſtica leproſi affectûs inquirant, tandémque pronuncient, *An filius meus Comes abominabili lue inquinatus ſit, nec ne?* Ubi finito examine gratitudinem meam reapſe declarabo. Dab. N. N. Dominic. Quaſimodogen. 1525.

Reſponſum Facultatis Medicæ Lipſienſis, concernens recognitionem leproſi.

LIteræ præſentes publicè teſtantur, quòd generoſus Comes N. N. *nulla ratione exſecrandæ lepræ impuritate affectus ſit.* Nam per noſtros Deputatos ex Concilio Facultatis omnia ſigna fuerunt ponderata, quæ modò lepram ſignificare poſſunt, videlicet *ſanguis venæſectione vel infuſione aceti decenter fuit probatus, pariter*

quoque inveſtigatum, utrum defluvium capillorum, vitium loquelæ, intumeſcentia linguæ adeſſet? nec intermiſſa exploratio ſenſus in plantis pedum, aliiſque partibus, quas pungi & ſcarificari juſſimus: Ex quibus omnibus luculenter apparet, quòd Illuſtris Comes pro nunc liber ſit pronunciandus à leproſo morbo. Obſervata tamen fuerunt nonnulla Luis Gallicæ veſtigia, quibus diu afflictus, adeò, ut exinde raucedo ac dyſpnoea fuerit ſuborta, ſanguinis etiam maſſa acrior & magis impura reddita, quæ tamen omnia criteria malum incurabile non faciunt, multò magis ſpes ſupereſt certiſſima, ut convenienti remediorum apparatu etiam à Gallica lue liberari poſſit. Quoniam itaque Generoſus Comes deteſtandâ leprâ non eſt intoxicatus, cauſam non videmus ullam, *ob quam à contubernio hominum ſeparari debeat*, ſed potius ſuademus, ut Comitiis publicis ſæpius interſit, dum præſertim nullum Reipublicæ periculum metuendum. Quæ omnia, nullâ ſpe præmii, ſed potius amore veritatis, ita ſe habere pronunciamus, nulli dubitantes, quin lecturi Perilluſtrem Comitem ab hâc injuriâ atque calumniâ prorſus liberent. P. P. *Lipſiæ Domin. Miſericord. Dom. Anno* 1525.

CASUS IV.
DE
RECOGNITIONE VIRI LEPRA SUSPECTI.

Relatio & Requiſitio Prætoris.

CHriſtophorus *N. N.* Civis & Piſtor hujus loci, qui Vir robuſtus & omninò ſanus fuit, ſummâ & notoriâ paupertate obrutus eſt, ut pro ſui, conjugis & liberorum ſuſtentatione omnibus ſubſidiis deſtituatur, & cùm longô abhinc tempore laboribus ſuis ordinariis defungi non potuerit, coactus fuit ſtipem oſtiatim colligere. In hôc viro ſcabies albicans, lepræ ſimilis obſervatur.

Cùm verò ſimul cum conjuge ſua atque liberis habitet, & cum illis non minus ac aliis hominibus converſetur, indéque pertimeſcendum ſit, ne, cùm morbus infeſtus & malignus ſit, tractu temporis uxorem, liberos alióſque, cum quibus converſari ſolet, inficiat, ac Reipublicæ inſigne periculum inferri poſſit; Hinc, quia, præſentiſſimum periculum in morâ, Illuſtr. Regiminis Principalis diſpoſitioni relinquitur, an non Ampliſſima Facultas Medica requirenda ſit, ut Virum hunc debitæ viſitationi ſubjiciat, & de eô judicium interponat, ut Regimine Principali de ſtatu hujus viri certiore redditô, in eventum certi quid de eô diſponi poſſit. *Dat. Giſſæ die* 28. *Septembris, Anno* 1669.

Illuſtr Regiminis Principalis
Obſequioſiſſimus
P. H. Schmoll, dictus Eiſenvverth.

Viſitatio.

Actum Giſſæ 5. *Octobr.* 1669. *Hor.* 9. *in Hortô Med.*

PArentes omninò ſani ſimiliſque affectu, (ut & reliqui eorum liberi,) nunquam affecti fuerunt. Ante annum præterpropter ſe ſcabie affectum refert, cùm aliâs integrâ ſanitate gaviſus eſſet. Principium morbi cum rigore & inſequente calore conjunctum fuiſſe, ita tamen, ut certam periodum non obſervaverit. Eô quoque tempore impotentiam virilem acceſſiſſe. Appetitus adeſt laudabilis: Nulli ructus, alvus quotidiè reſpondens. Reſpiratio hyeme difficilis: Æſtate ſecus. Scalas conſcendendo pedes delaſſantur. Pruritus adeſt circa ſupercilia & genas: Somnus 2. & 3. horas durans, poſt mediam noctem. Calvities multis jam annis adfuit, à primô, in quantum recordari valeat, ortu ipſi familiaris. Capilli non defluunt. Oculi ſalvi, non rotundi. Ad aures ſcabies. Tumores circa mentum per aliquot jam annos. Nares integri, abſque vitio. Os intus ſanum atque purum. In crure dextro ulcus, à contuſione per lignum inductum. Cutis non unctuoſa: Cutis criſpa, ſed, juxta ejus relationem, ex frigore. Aures naturaliter conſtitutæ, niſi quod cruſtâ tenui obductæ, pili circa radicem iidem. Pruritus totius corporis, quamprimùm incaluerit. Tuſſi & raucedine à plurimis jam annis afflictus, utut Tuſſis hoc tempore ipſi minus ſit moleſta. Palpebræ, ut & myſtax in latere ſiniſtro, ſeminuda.

Reſponſum Facultatis Medicæ Giſſenæ deſuper lepra viri putatitia.

NOs Decanus & Profeſſores Ordinarii Facultatis Medicæ hujus loci profitemur hiſce:

Poſtquam Illuſtre Regimen Principale hujus loci die 4. hujus Nos legitimè requiſivit, ut CHRISTOPHORUM N. N. Civem & Piſtorem hujus loci collegialiter ad Nos citaremus, Eundem affectus ſui intuitu viſitaremus & examinaremus, cumprimis autem in id ſollicitè inquireremus, an ſigna quædam lepræ, ut metuitur, occurrant, & deſuper affectu allegatô judicium noſtrum impertiremus: Nos eam ob cauſam inſequenti ſtatim die citatur

um N. N. ad Nos citaſſe, Eundem non tantùm inſpectioni oculari ſubjeciſſe; ſed & de cæteris, pro rei exigentia, ut decet, examinaſſe, ac in eô nullum quidem veræ & propriè ſic dictæ lepræ indicium, ſed potius ſcabiem quandam inveniſſe, quæ à Medicis perverſa & maligna, Pſora Græcorum, vel & Lepra Græcorum nominari ſolet.

Quoniam verò Lepra ejuſmodi Græcorum nonnunquam in veram & genuinam Lepram, quam Elephantiaſin vocant, mutari ſolet, & in hoc non minus morbo, quàm ſcabie, omnis generis metus contagii ſubeſt: Tales ægri quoque, ſi curari debeant (quod tamen, in ſenibus cumprimis, ægrè fieri ſolet) diætam laudabilem atque curam ſolertem, tam quoad cibum & potum, quàm ipſa remedia requirunt; hinc communiſſimè tales homines, ſi egeni ſint & inopes, juxta monitum *Gregor. Horſtii Lib.* 1. *Epiſt. Medic. Sect.* 4. pro leproſis habentur & ad xenodochia & noſocomia leproſorum ablegantur, ne victu neceſſariô deſtituantur alioſque inficiant.

Quapropter Illuſtris Regiminis Principalis diſpoſitioni relinquitur, quid cum præſente Chriſtophorô N. N. qui quidem non Elephantiaſi, ſed tantùm Pſorâ ſeu Lepra Græcorum laborat, agere, & an eundem, ob allegatas cauſas ad noſodochium leproſorum deferri velit?

In fidem uberiorem hoc noſtrum judicium impreſſione Sigilli Facultatis conſueti confirmare voluimus. *Signat. Gieſſæ die* 6. *Octobr. Anno* 1669.

CASUS V.
DE
RECOGNITIONE LEPROSI.

Literæ Requiſitoriales.

P. P.

NOn poſſumus VOS celare, quòd Subditus quidam Steinbacenſis, Fridericus N. N. unà cum uxore in lepræ ſuſpicionem inciderint.

Cùm verò eam ob cauſam neceſſarium eſſe videatur, ut bini illi conjuges ob ſubleſtam ejuſmodi luem ſine ulteriori mora debitæ inſpectioni committantur.

Hinc nomine Sereniſſimi Principis ac Domini, DN. LUDOVICI, Haſſiæ Landgravii, Principis Herſfeldiæ &c. &c. Principis ac Domini noſtri Clementiſſimi VOS his amicè rogamus, velitis juxta horum tenorem Conjuges ſupradictos certo & determinato die citare, eoſque abhinc præſtitis præſtandis debita ſedulitate viſitare, & *quâ ratione ſe habeant*, Nobis, ut ratione perſonarum illarum ulteriorem diſpoſitionem inſtituere poſſimus, referatis & judicium veſtrum ocyus haud gravatim communicetis. De quo ut nulli dubitamus, ita ad quævis officia nos ſemper paratiſſimos habebitis. *Dat. Giſſæ die* 13. *Febr. Anno* 1675.

Sereniſſim. Haſſorum Princip. Cancellarius & Conſiliarii Regiminis.

INSPECTIO.

Anno 1675. *die* 25. *Febr. in ædibus Decani, ad petitum Dicaſterii Giſſenſis, à Facultate Medica examen & viſitatio inſtituta fuit Friderici N. Steinbacenſis, de lepra ſuſpecti.*

I. *An leproſis genitus ſit Parentibus?*

Reſp. Patrem ſibi morte præmatura ereptum eſſe, ut ejus memoria non ſubeat; omnium tamen eorum, quibus ille cognitus fuerit, confeſſione, Virum omninò ſanum fuiſſe, unà cum Matre, quod hominibus etiam ſibi familiaribus atteſtari poſſet.

II. *An cum infectis fuerit converſatus, & eodem in conclavi iiſdem cohabitârit?*

Reſp. Maximam vitæ partem ſe aliis ſerviendo conſumſiſſe; Herum ſuum adhuc in vivis eſſe: Nunquam ſe in conſortium hominum ſuſpectorum, quantum ſibi conſtet, veniſſe.

III. *An Leproſorum lecto, aut veſtimentis uſus ſit?*

Reſp. Negat.

IV. *An cibis craſſis ſuccique melancholici fuerit paſtus ac nutritus?*

Reſp. Se miſerè & ſimpliciter ſemper, nunquam lautè victitâſſe.

V. *An hæmorrhoidum conſuetarum ſuppreſſionem ſit perpeſſus?*

Reſp. Negatur.

VI. *An varicibus laborârit, qui intempeſtivè fuerint curati?*

Reſp. Negat.

VII. *An prius melancholicis fuerit correptus affectibus, ut febri quartanâ, pſorâ, leprâ Græcorum, cancrô, impetigine, icterô nigrô &c.*

Reſp. Per 9. Septimanas ſe febri tertiana aliquando laboraſſe, præterquam nullo unquam morbo ſe decubuiſſe.

VIII. *An coierit cum leproſâ, aut cum tali, quæ antea rem habuit cum homine leproſo?*

Reſp. Negando. Conjugem ſuam mundi ſemper corporis fuiſſe, niſi quod eryſipelate laboraverit.

IX. *An porcinas comederit carnes, quæ à porcis grandinoſis petitæ fuerint.*

Reſp. Quantum ipſe ſciat, nunquam.

SIGNA EXAMINATA, & qualia deprehenſa fuerint.

1. Capillorum defluvium.	*Nullum adeſt, nec radices pravæ ſunt.*
2. Tubercula quædam dura ſub cute capitis, it. circa frontem & genas, eaque mobilia tanguntur.	*Tinea potius adeſt.*
3. Venæ temporum nigricant, ſuntque varicoſæ, & tales etiam ſub linguâ. Scabies aures occupans.	*adeſt.*
4. Malæ rubent, facies truculenta eſt.	*ceſſat.*
5. Cutis faciei craſſa, dura, aſpera & ferè calloſa.	*Scabies adeſt.*
6. Naſus tumet, interdum exulceratus, hujuſque ſeptum exeſum.	*Ceſſat.*
7. Dentes nigricant, gingivæ ſunt exeſæ.	*Bene habent.*
8. Pellicula in oculis conſpicitur.	*Oculi clari, benè habentes adſunt.*
9. In Linguâ apparent tubercula ſeu grandines.	*Neque in linguâ adeſt p. n. conſtitutio.*
10. Tubercula ſeu nodi in artubus, eademque cutis conſiſtentia, tumores, ulcera fœtida, virulenta, ſordida, impetigenes, rugæ, verrucæ, calcaneorum & plantarum in pedibus fiſſuræ & maculæ. Pedes frigent.	*Nulli nodi apparent in artubus, ulcera ſcabioſa quidem habuit, ſponte iterum exſiccata.*
11. Cutis reliqua corporis maculoſa, ſquamoſa, ſcabioſa & pruriginoſa.	*Scabies ſicca per annum dimidium. Cutis omnis p. n. diſpoſitionis expers.*
12. Senſus tactus ſtupet.	*Neutiquam.*
13. Viſus caligat.	*Oculi ſatis acutè vident.*
14. Motus tardus.	*Bene agilis & expeditus pedibus.*
15. Reſpiratio gravis, halitus fœtet.	*Nulla difficultas reſpirationis.*
16. Vox rauca, ingrata.	*Non eſt.*
17. Appetitus dejicitur. Sitis urget.	*Appetitus viget. Nulla ſitis.*

Reſponſum Facultatis Medicæ Giſſenæ ad Dicaſterium.

P. P.

QUÆ Nob. Nob. VV. à Facultate Noſtra ſub dato 13. Febr. in cauſa Subditi Steinbacenſis de lepra ſuſpecti deſideraverint, ea è literis Veſtris probè perſpeximus, & abhinc totum hoc negotium ita expedivimus, ut ex adjecto Reſponſo videre eſt, quod ulteriori deciſioni VV. Nob. Nob. offerimus, Easque ſimul rogatas volumus, ut poſtquam in ultimò publicata Ordinatione Medica Principali de remuneratione pro hiſce Viſitationibus exſolvenda nequicquam legitur, nihilominus tamen in Principali Ordinatione Medica â Sereniſſimo Principe ac Domino, Dn. Landgr. Mauritio, glorioſſimæ memoriæ Caſſellis d. 10. Jun. 1616. publicata, illa expreſſè & ſpecificè determinatur, ut ex adjecto videre eſt, ſimul procurare & jubere velint, ut Facultati Medicæ, moleſtiſſimæ hujus inſpectionis intuitu ſatisfiat. Permanentes interea ad quævis officia paratiſſimi.

VV. Nob. Nob. & Dom. Dom.

Officioſiſſimi

Decanus & Profeſſores Ord. Facult. Med. Giſſ.

Extract. è Principali Ordin. Med. Sereniſſ. Landgravii MAURITII gl. mem. d. A. 1616. p. 16.

PRo Examine Leproſi & impertito Teſtimonio ſeu publico atteſtatô ſub Sigillo Decani ſuſpecta aut diffamata Perſona 7. Imperiales ſolvat, quibus ſi perſona ſuſpecta deſtituatur, Salarium hoc â Senatu aut Univerſitate illius loci quem inhabitat, expendi debet.

Reſponſum Facultatis Medicæ Giſſenæ, de Viro propter Scabiem in ſuſpicionem lepræ incidente.

NOS Decanus & Profeſſores Ordinarii Facultatis Medicæ hujus loci atteſtamur hiſce:

Poſtquam nomine Sereniſſimi Principis ac Domini, Domini LUDOVICI, Landgravii Haſſiæ, Principis Hersfeldiæ &c. Principis ac Domini Noſtri Clementiſſimi Illuſt. Dicaſterium Principale hujus loci die 13. Februarii Nos requiſivit, ut ſubditum quendam Steinbacenſem, nomine N. N. juxta cum Uxore, qui ambo in ſuſpicionem Lepræ devenerunt, certô & determinatô die ad Nos accerſeremus, Eóſque non ſine ſolvendâ remuneratione debitâ ſedulitate inſpiceremus, & quâ ratione hoc in paſſu ſe habeant, judicium ea deſuper impertiremus;

Nos

Nos eapropter die 20. hujus ſupradictum Fridericum N. (cùm Uxor ejus jam ante publicatam hanc ordinationem demortua fuiſſet) citaſſe, Eundem non tantum inſpectioni oculari ſubjeciſſe, ſed &, prout decebat, reique neceſſitas efflagitabat, rigorosè examinaſſe, ſcabiemq; ſiccam, ex minus conveniente & ob ſortis tenuitatem pravô victu contractam, eamque, ut perhibebat, ſemeſtralem in eô obſervaſſe, nullô verò modô, ſive ex relatione Nobis à ſupradictô Viro facta, ſive ejusdem reſponſis aut inſequente curatiſſimâ inſpectione talia indicia perſpexiſſe, è quibus vera & propriè ſic dicta Lepra concludi, ſubditúmque hunc lue hâc infectum eſſe judicari potuiſſet;

Quod Illuſtri Regimini Principali Reſponſi loco impertire debuimus, reliqua curæ ejus & diſpoſitioni relinquendo. In majorem rei fidem Sigillô Facultatis Med. Ordinario confirmando. *Sign. Giſſæ die* 24. *Febr.* 1675.

Decanus & Profeſſores Ord.
Facult. Med. h.l.

CASUS VI.
DE LUE VENEREA IMPUTATA.

Species Facti.

Die 3. Nov. An. 1670. *Johann Michael Fiſcher* Facultatem acceſſit, Eidem exponens, ſe à malevolis quibusdam diffamari, ac ſi morbô Gallicô eſſet infectus, inſimúlque petens literas, quibus famæ periclitanti conſulere poſſet, ſe fore paratum ad ſubeundum Examen à Nobis quôvis modô inſtituendum. Hôc ergò ex lege Artis præmiſsô, ſequens tradidimus Teſtimonium.

Atteſtatum Facultatis Medicæ Giſſenæ, de Lue Venerea falsò imputata.

Nos Decanus & Profeſſores Ordinarii Facultatis Medicæ Academiæ Hujus notum facimus hiſce & profitemur: Poſtquam die infraſcriptô hodiernô Nobis ſe ſtiterit JOH. MICHAEL FISCHER, Arti Sutoriæ addictus, Giſſâ oriundus, certiores Nos reddens, quòd, poſtquam exceſſum aliquem in bibendâ cereviſiâ commiſerat, & nuper elapsô feſtô Pentecoſtes, manè cum inſigni calore p.n. dolorem aliquem in collô ſenſerat, ita quidem, ut non commodè deglutire potuerit, à Chirurgô hujus loci in principio quidem gargariſmi quidam ordinati fuerint, poſtmodùm autem, cum nequicquam emolumenti inde hauſerit, quotidie unguentum Ægyptiacum, absque ullô additamentô, penicillo quodam gulæ inunctum fuerit, & ultimò tandem, quatuor abhinc ſeptimanis, cùm & hoc medicamenti genus æquè minus ac purgans, à Chirurgô ipſi circa feſtum Bartholomæi propinatum, conduxerit, idem corroſivam quandam aquam adhibuerit, quæ tantos illi dolores cauſata ſit, ut ferè mente privatus fuerit; cujus intuitu, creſcente magis, quàm decreſcente morbô, ſe commotum fuiſſe, ut miſsô hôc Chirurgô Balneatoris hujus loci curæ ſe ſubmiſerit, qui medicamentis blandioribus tantum effecerit, ut cibum & potum denuò, licet non ſine moleſtiâ, aſſumere potuerit: Ab eô, autem tempore ſe audiviſſe, ſibi imputari Morbum hunc à Lue Venereâ oriri, quô ipsô tamen ſummâ injuriâ afficeretur; unde coactus fuerit ad famam ſuam vindicandam & innocentiam comprobandam ſe Nobis offerendi, Examini noſtro ſe ſubmittendi, inſimulque, utcunque res ceciderit, atteſtatum aliquod formale fideque dignum à Nobis exorandi, ſicut horum ergò jam eâ, quâ decet, obſervantia, Nos requiſitos & ſollicitatos vellet.

Hinc non potuimus non petito ejus æquo omninò & honeſto deferre & examen deſideratum Regulis Artis convenienter, cum eô inſtituere, in quô partim ex relatis, partim à Nobis ipſis obſervatis ſignis diagnoſticis ab Antecedentibus cauſis & conſequentibus ſymptomatibus deſumptis invenimus, Laxationem uvulæ, exulcerationem ejusdem & tonſillæ ſiniſtri lateris non tam à Lue Venereâ, cujus quidem affectus usquedum nulla indicia obſervare potuimus, quàm curiosè etiam in eundem inquiſiverimus, ſed potius inde fuiſſe ortam, quòd ab initiô quidem per exceſſum in diætâ, quoad potum, uvula laxata, abhinc verò per remedia inconvenientia acria & corroſiva adhibita, & in hoc quidem ſubjectô, cujus conſtitutio tam totius corporis, quàm epatis nativa partim, partim ex calidiore victus ratione acquiſita, calida & ſicca, non tantùm uvula, ſed & proximè adjacens tonſilla inflammatæ, infectæ & ex parte exeſæ & exulceratæ fuerint; unde quoque adhibitis poſtmodùm medicamentis lenioribus ſucceſſivè nunc ad curationem & meliorem ſtatum inclinare videntur; quòd in ſubſidium veritatis hiſce atteſtari volumus, obſignantes omnia Sigillô Facultatis Noſtræ ordinario. *D. Gieſſæ die* 3. *Nov. Anno* 1670.

CASUS VII.
DE LUE VENEREA IMPUTATA.

Inſpectio.

Quandoquidem *Johannis N. N.* Incolæ Wiſſeccenſis Uxor ob ſcabiem & tumorem, quibus hactenus affecta fuit, à nonnullis ſive incuſata ſive diffamata fuerit, quòd Lue Gallicâ ſit infecta, eaque de causâ Pater ejus me requiſiverit, ut Conjugem ſuam hâc in parte

ipſam percontarer & inſpicerem, hodie dato ad eandem me contuli, & in illa primò ſtatim adſpectu obſervavi, quod abdomen cum pedibus immani tumore aquoſô diſtenſum, ſuperior verò corporis pars, juxta cum brachiis, arida & macie confecta apparuerint, conjunctâ ſimul reſpiratione difficili atque ſcabie totum corpus occupante, è cujus puſtulis ſerum quoddam acre flaveſcens, pruritum inſignem cauſans profluebat; & cùm adhæc eandem ulterius examinarem & ex illâ quærerem, quamdiu ſe tam malè habuiſſet, & quâ occaſione exiſtimaret ſibi ſtatum huncce p.n. accidiſſe? Reſpondit, ſe quatuor ſeptimanis ante Feſtum Paſchatos ultimò prætерlapſum febri quadam ardente per 7. hebdomadas laboraſſe, & ob ſitim immanem (quâ & hoc tempore premeretur) plurimùm aquæ ingurgitaſſe, quô factô in hunc usque diem menſes emanſiſſe, & abhinc ſucceſſivè tumorem hunc acceſſiſſe, qui unà cum ſcabie, continuum pruritum excitante, in eum quô nunc ſpectatur, modum ſuccreverit. Quia & ob ſuſpicionem atque famam, quæ percrebuerat (ac ſi Lue Venerea laboraret eâdemque à Maritô ſuô infecta eſſet) præcipuè requiſitus fueram; hinc in locis ſuſpectis eandem inſpexi, ſed neque puſtulas ejusmodi Venereas, neque rimas, multò minus excreſcentias in capite retrò aures aut alibi obſervare potui: Capilli quidem quodammodò defluxerunt, quod ipſum tamen poſt febrim ardentem contigiſſe dicebatur; & in corpore ægræ modò dictæ nihil aliud, quam ſcabioſam cutis aſperitatem, univerſam cutis ſuperficiem occupantem reperi, in loquelâ verò vix tantillam raucedinem obſervavi. In Maritô ejus, quem pariter inſpexi, ſuſpectæ quædam puſtulæ in pene, quæ ſic ſatis abominabiles apparebant, ſe truſerunt, aliáque indicia occurrerunt, ut ſatis mihi ſuſpectus videretur. Interim tamen uxori ſuæ, juxta Patris narrata, jam per multum temporis decurſum neutiquam cohabitaſſe dicebatur. Quod requiſitus propriâ ſubſcriptione atteſtari volui. *Dab. Giſſæ die* 3. *Febr. An.* 1678.

Johann Wormbſer, Med. Lic.

Reſponſum Facultatis Medicæ Giſſenæ deſuper muliere ob Luem ♀ ſuſpecta.

NOs Decanus & Profeſſores ordinarii Facultatis Medicæ h.l. teſtamur hiſce & confitemur, quòd, cùm Nos Incola Wiſſeccenſis, Johannes N.N. petierit, ut die 3. Febr. anno 1678. à Dn. Lic. WORMBSERO, Medico Practico hujus loci ſcriptis exaratam, filiámque ſuam concernentem relationem examinaremus, in ulteriorem veritatis confirmationem judicium noſtrum ſuperadderemus, & ad ſequentem quæſtionem: *An ex indiciis tunc temporis in filiâ ſuâ obſervatis ipſique relationi inſertis illa pro Lue Gallicâ infectâ haberi debeat, nec ne?* juxta principia Medica reſponderemus; Nos ſine mora relationem modò dictam ſedulò perlegerimus, & præviâ maturâ deliberatione ſignorũillic occurrentium nihil aliud obſervaverimus, quàm filiæ hujus ſtatum p.n. potius pro hydrope cum ſcabie contumaci conjunctâ habendum, quam pro Lue Venereâ venditandum eſſe; ſiquidem ſigna hydropis pathognomonica ſatis expreſſa, ipsáque ſcabies, tanquam vitiatæ nutritionis, ex ſuppreſſis menſibus & pravâ diætâ ortum ducentis, affectus, qualitatem hujusmodi cauſæ confirmant.

Et quamvis Maritus ægræ in citatâ ſæpius relatione ſatis ſuſpectus reddatur, & de nihilo non ſit, quòd, ubi ſimilia indicia obſervantur, non ſine causâ diſpoſitio talis ſummoperè pertimeſcenda ſit, neque certò conſtet, an intereà cohabitatio conjugalis interceſſerit, nec ne? Quia tamen in citata modò ægra ſufficientia Luis Venereæ indicia nullibi occurrunt; hinc neque videre poſſumus, quâ ratione juxta principia Medica, vi relationis, inſpecta illa filia, tanquam Lue tali affecta pro tempore dijudicari debeat, ſed exiſtimamus potius, quòd nî alia atque plura, quàm in relatione occurrunt & recenſentur, indicia obſerventur, aut poſthâc ſe proditura ſint, illa rebus ſic ſtantibus, tanquam à Lue ſibi imputatâ immunis declaranda ſit.

Quod in ſubſidium veritatis hiſce teſtari & in uberiorem notitiam Sigillô Facultatis ordinariò confirmare voluimus. *Giſſæ d.* 9. *Februar. An.* 1678.

Decanus & Profeſſores Ord. Facult. Med. Giſſ.

CASUS VIII.
DE SIMULATA MELANCHOLIA RESCRIPTUM PRINCIPIS.

Nos, Dei Gratiâ, Erneſtus Ludovicus Haſſiæ Land-Gravius &c. &c.

P. P.

QUandoquidem JOHANNES KRUG Saſenſis, Præfecturæ Grünbergenſis, ſubmiſſisſimè ſupplicaverit, ut Filium ſuum Martinum ab Excubiis Municipalibus hujus loci eam ob cauſam Clementiſſimè liberaremus & dimitteremus, quòd Morbo Lienari obnoxius & quandoque Melancholiâ correptus ſit, ut quid agat, neſciat: Nosque prius ſcire deſideremus, an prætenſio hæc in factô ita ſe habeat, priusquam Reſolutionem noſtram aperiamus; Hinc Gratioſiſſimum noſtrum mandatum eò vergit, ut per Chiliarcham noſtrum & Gubernatorem Municipii, à Tirckheim, vigore præſentium, ſupradictum MARTINUM KRUGIUM ad Vos, certô & determinatô die citari curetis, Eundem ratione ſtatus indicati curatè ſolidéque examinetis, & abhinc, quâ ratione

tione hac in parte illum inveneritis, ſubjectiſſimâ veſtrâ Relatione & judiciô propediem transmittatis. Ita fore confidimus, Vobiſque Clementiſſimè favemus. *Giſſæ die* 25. *Octobr. An.* 1697.

E. L. L. H.

Reſponſum Facultatis Medicæ Giſſenæ; deſuper Melancholiâ ſimulatâ.

Sereniſſime Princeps &c.

Princeps ac Domine Clementiſſime.

SERENISSIMÆ VESTRÆ CELSITUDINIS Reſcriptum Gratioſiſſimum ſub dato Giſſæ die 25. Octobr. inſeq. die 1. Nov. humilimô cum Reſpectu hîc obtinuimus, ſtatim illi morem obſequioſiſſimum geſturi heſterno die, tertiô ſc. Ejusdem per Sereniſſ. V. Celſ. Chiliarcham & Gubernatorem hujus loci De Tirckheim, Morbo Lienari, ut perhibet afflictum & interdum in Melancholiam incidentem Gregarium, Martinum Krugium, Saſâ, ex Præfectura Grunbergenſi, oriundum ad Nos accerſivimus, eundemque ratione ſtatus indicati curatè & fundamentaliter examinavimus: Ubi ejusdem faciem quidem aliquantùm pallidam atque Lienoſis & Melancholicis quodammôdò ſimilem, aliâs verò neque in Pulſu, neque Sermone vel Geſtibus mutationem aliquam, aut conſtitutionem p. n. ſed potius ægrum putatitium, pro ejus quidem ſtatu & conditione prudentem & ſatis intelligentem reperivimus; prout etiam Decurio Chriſtophorus Lenzerus, æquè ac Martinus Krugius ipſe, conſtanter aſſerebant, quòd per integrum ferè annum, & quamdiu, ſive hîc Giſſæ, ſive Embſæ commoratus fuerit, ne minimum quidem morbi hujus inſultum ſuſtinuerit, ſed potius (juxta Decurionis relationem) præ aliis vegetus, hilaris & quandoque etiam jocabundus petulánſque fuerit. Qnùm verò, PRINCEPS AC DOMINE CLEMENTISSIME, quotidiana obſervatio & experientia teſtetur, Maniacos æquè ac Melancholicos interdum certos paroxyſmos & intervalla experiri: quemadmodum & hic Martinus Krugius ipſe de ſe perhibebat, quòd aliquando per integrum triennium una tantùm vice morbum hunc perpeſſus ſit, & abhinc nequicquam amplius per tempus benè multum de eô ſenſerit.

Hinc qualecunque noſtrum conſilium eſſet, ut homo is probè obſervetur, & rarò vel nunquam ſolus ſibi relinquatur, ut quam primùm inſoliti quid aut exorbitantis in eô fuerit perceptum, cuſtodiæ aut vinculis tradatur, ubi poſtmodùm in ipſo paroxyſmô juſſu Seren. V. Celſitud. Clementiſſimô certius & facilius judicium ferre poterimus, an morbus fictus & ſimulatus, aut verus in ſubjecto hoc occurrat?

Quod juſſu SERENIT. VESTRÆ CLEMENTISSIMÆ humilimè referre debuimus; Sereniſſ. V. Celſitudinem, unà cùm Conjuge Principali Sereniſſ. Principe Hæreditario Sereniſſ. cæterisque Principibus Juventutis Supremi Numinis Tutelæ Omnipotenti: Sereniſſ. V. Celſitudinis Gratiæ Nos humilimè conſecrantes æternùm perſeveramus

Sereniſſ. V. Celſitudinis

Giſſæ 1697. die 4. Nov.

Servi Humilimi, Devotiſſimi,

Decanus & Profeſſores Ord. Fac. Med. Giſſ.

CASUS IX.
DE MANIA UXORICIDÆ, AN SIMULATA?

Requiſitio.

MEdici in cauſâ homicidii, à Sigismundô Erfurtſiô in uxore ſuâ prægnante die 9. Martii hujus anni perpetrati, conſulti fol. 38. 39. diverſimoda Atteſtata, de conſtitutione animi in Inquiſito, communicarunt; quoniam verò, juxta tenorem Actorum hîc adjectorum, tam ex ipſius Uxoricidæ Reſponſis ad Articulos Inquiſitionales, quàm etiam depoſitionibus teſtium juratorum, hinc inde interrogatorum, ut & Atteſtatis Langenſaltzâ obtentis, neque in actu & commiſsô delictô raptus aliquis, neque hactenus Inſania quædam in illo obſervari potuit, tandémque ſententia judicialis fol. 96. invenienda, V. V. Mag. Magn. judicium edecumatum deſideret: Hinc Dnn. noſtros honoratiſſimos officioſiſſimè rogamus, velint, prævia diligenti perluſtratione Actorum & ponderatione circumſtantiarum illîc obſervandarum: An in Inquiſito ſufficientia Maniæ indicia occurrant? Vel an non potius contrarium inferendum ſit? judicium ſuum æſtumatiſſimum pro debitô redhoſtimentô nobis impertire. *Weiſenfelſæ die* 16. *Julii* 1677.

Judex & Scabin.
Synedr. illius loci.

Inſpectio cadaveris.

A.

PRæviâ Requiſitione Ampliſſimi Senatus hujus loci, Ego infra nominatus cum Chirurgô Juratô in ædes Günderianas me contuli, & in præſentiâ Dnn. Judicum interemtam Dorotheam Erfurtinam legitimè inſpexi, & inveni, quod machærâ in parte corporis anteriori, inter cartilaginem ſcutiformem & muſculos laryngis in collô per aſperam arteriam, œſophagum, arterias & venas jugulares in utroque latere, uſque ad vertebras colli omnia diſſecta atque læſa,

læſa, & exinde quoque dictus culter deorſum verſus Arteriæ Magnæ intruſus fuerit.

Item:

Sub apertione abdominis corpus tenerrimô embryone, ſexus virilis, 3. circiter menſium, prægnans obſervatum fuit. Quia igitur per ſubitaneam totius M. S. & ſpirituum deperditionem uxor ingravidata, Dorothea Erfurtina neceſſariò tam ſubitò emori debuit; hinc illa colli diſſectio, machærâ inſtituta Matri immediatè, tenero verò & imperfecto adhuc fœtui (utpote qui eô tempore extra uterum, licet aliqualis motus cordis adfuerit, vivere non potuit) mediatè per ſe lethalis fuit &c. Quod &c. *Weiſſenfelſæ die* 9. *Martii* 1677.

Joh. Joachim N. N. D.
Joh. Grohner, Chir.

B.

Inſpectio Inquiſiti Maniaci.

POſtquam Judices Ampliſſ. hujus Civitatis Weiſſenfelſenſis me in fine nominatum requiſiverunt, ut Delinquentem, Sigismundum Erfurten inſpectioni oculari ſubjicerem, & deſuper delirio judicium meum conſcientiæ conſentaneum impertirem: Hinc ad locum incarcerationis me contuli & percepi, quid ad quæſtiones diverſas reſponderit, ſimúlque iteratis poſtmodum vicibus eundem viſitavi, & in has vel illas circumſtantias geſtúsque ejus inquiſivi; quibus factis atteſtor, quòd in præſenti Sigismundi Erfurteni ſtatu initium ad inſaniam, aut diſpoſitionem Maniacam occurrat, id quod 1. ex depravatione functionum principum, imaginationis ſc. & ratiocinationis, juxta *Galeni l.* 3. *ſympt. diff. c.* 3. ſententiam, conjicere licet, quùm præſertim & in ſpecie Phantaſia læſa ſit, hæcque læſio ex ſuſpicione graviſſimâ, quam mox de hoc, mox de aliô, absque ulla exploratione veritatisque fundamentô, concipit, appareat; quapropter abhinc ratio excandeſcens, aut ſpiritus animales ignei, ſpecies intelligibiles, non eô, ut decebat, modô, ſed prout à falsâ imaginatione ipſis imprimuntur, dijudicant. Quod verò in Eodem memoria ſatis benè ſe habeat, ut hujus vel illius adhuc recordetur, idemque quodammodò deducere & enarrare valeat, illud in affectu ejusmodi ſimiliter haud inſolens eſt, cùm in Manodochiis admirabundus ſæpè Maniacorum cantus & ſermones audiverim; quod idem quoque *Aëtius lib.* 6. *c.* 3. ex ſententiâ Archigenis & Poſſidonii de inſaniâ teſtatur. Imo, ſi ab inſaniâ illa liberentur, errorum ſæpè commiſſorum, tantùm non omnium, recordantur, eorumque intuitu triſtes, melancholici, mœſti timidíque redduntur, ut *Aretæus de diuturn. l.* 1. *c.* 6. perhibet. Interim memoria interdum ob multitudinem objectorum, quæ omnia retinere nequit, confunditur & debilitatur, utcoram judicio, dum quærebatur: Cur uxorem ſuam interfecerit? obſervari poterat, cùm aliquoties omnes tres facultates animales, ſc. imaginatio, ratiocinatio & memoria, in reddendâ causâ, eum deſeruiſſent, ut certi quid referre & concludere non potuerit. 2. Eadem diſpoſitio maniaca ex mutatione in moribus, ut id *Hippocrat. in Coacis* allegat & deducit, eluceſcit, dum ex modeſtô, humanô omnibúſque amabili homine, præter omnem ſpem protervus, obſtinatus & iratus, imò ferox, uti facies & facta probant, evaſit: Quem & ferociſſimi homicidii à ſe perpetrati, non obſtantibus Theologorum æquè ac Politicorum admonitionibus, adeò non pœnitet, ut coram Judicio Publicô palàm confeſſus fuerit, quod eô ipsô cordi ejus, anguſtiis animíque cruciatibus ferè oppreſſo, multum levaminis allatum fuerit, imò ſubridens Deo gratias egerit, quòd Conjugem ſuam tam ſubitò, absque inſigni cruciatu, enecaverit. 3. Quia ſine lædente causâ vigilat, & vigiliæ ſomnum ſuſcitant, quæ juxta *Hippocrat. & Galen. Comment.* 3. *S.* 3. *&* 18. *S.* 7. *nec non in Coac. Prænot.* affectum maniacum non tantùm indicant, ſed & exacerbant. 4. Idem ex viſione depravata ſplendoribus & inanibus imagunculis, oculis obverſantibus, apparet, dum ſtatim poſt facinus ſanguinem neutiquam emortuum eſſe, ſed adhuc vivere dixit. 5. Ex aliis quoque actionibus horrendô intuitu, cum rixâ & adulatoriâ facie nec non p. n. retentis: Quia ad quæſita ægrè reſponder, & de ſermonibus ingratis, cumprimi[s] erga familiares, ſtatim vehementer conque[ſ]tus & in iram conjectus fuit, ſuæ ècontra ſen[-]tentiæ pertinaciter inhæſit, & abhinc dum ſum[-]mam humanitatem præ ſe ferebat, maxima[m] ſemper malitiam exſeruit & edidit; adhæc alv[us] obſtructa laborat, dùm Cuſtodum & Lictoru[m] teſtimoniô, intra 6. dies & noctes ne ſemel qu[i]dem alvum depoſuit. 6. Ex antecedentibus quia & Langenſalzæ & hîc locorum, antequa[m] homicidium commiſiſſet, jam in vincula co[n]jectus fuerit, quùm Dn. Fratrem ſuum, ob ne[-]ſcio quam ſuſpicionem, lædere voluit. E qu[i]bus omnibus diſpoſitio maniaca intervallata ſ[a]tis eluceſcit. Quamvis ergò Delirans hic & Ma[-]niacus, Sigismundus Erfurt, vinculis jam coe[r]citus, ſe mitiorem gerat, major tamen inſani[a] metuenda eſt, accedente cumprimis malâ co[n]ſcientiâ &c. *Weiſſenfelſæ die* 15. *Martii* 167[7].

Joh. Joachim N. D.

C.

Relatio Medicorum contraria.

CUm à Reverendiſſimo &c. &c. Principe a[c] Domino noſtrô Clementiſſimô juſſi fuiſſ[e]mus, ut ob horrendum homicidium incarcera[-]tum Sigismundum Erfurtenium accuratiô[rem]

Inſp[ectionem]

nſpectioni oculari ſubmitteremus, & vi juraɴenti præſtiti ſcriptam quandam relationem de atu ejus impertiremus: Hinc eâ, quâ decet, ıbmiſſione devotiſſima mandato huic morem eſturi die 10. hujus, antemeridiano tempore um Deputatis à Senatu, 2. Scabinis, ad Turrim vulgò den Saalthurn dictam) nos contulimus : dictum modò Delinquentem humi quidem lecumbentem invenimus, qui tamen protinus ırrexit, vittaque depoſita moribus compoſiis, fronte explicata & oculis non torvis nos exepit, ad quæſtiones varias modeſtè, prudenter : ſingulari cum judicio reſpondit, homicidium uum, & quam ob cauſam idem perpetraverit, leganter cohærente ſermone excuſavit, & conideratè admodum ad quæſtionem illam, quais homicidis ejusmodi pœna ſit dictanda? reſpondit, nil intereſſe, an uno vel altero anno itius moriatur, aut diutius vivat, modò, juſta pſe pœna, & quidem publicè, afficeretur. Siniliter, cùm ab oculos illi poneretur, quàm graviſſimè Deum irritaverit & ad iram concitaverit, ac num & in gratiam cum eo rediturus it? Delinquens reſpondebat: Imò, ſe manè æquè ac veſperi ardenter orare, nec ullum ipſi lubium hærere, DEUM unici Satisfactoris inuitu ſibi propitium fore. Prout non minus le ſui tractatione, unde & qualem habuerit ac mpoſterum deſideret, prudenter admodum ocutus eſt. Hoc tantùm ipſi diſplicebat, quod nenſa quædam elegans ac purior, atramenum & calami ipſi denegarentur, nec libera ipſi nanus indulgeretur, dum ſe in punctò hujus omicidii iniquum aliquid commiſiſſe, nunquam concedebat, ſed, quâ ratione à Conjuge ua ad id coactus fuerit, ſemper excuſabat, ad lens inſuper, ſe, quid Jus & ſententia ipſi adudicatura ſint, præſtolari, ſperans tamen fore, ut & apologia ejus primùm audiatur: Ut liorum, ab eo rationabiliter ſatis allatorum verborum, & quòd in ſpecie felici gaudeat memoria, quodve omnes circumſtantias, in hoc vel illô obſervatas, eleganter recenſere & cùm è circumſtantibus quis adjiceret, ſummam hinc malitiam ὀφθαλμοφανερῶς videri, reſpondere valuerit; Quid? Malitia? Optimè novi, quæ faciam. It. quòd tam propriâ, quam excubitorum confeſſione per integram noctem benè dormiat, & absque phantaſiâ quieſcat, pro exigentiâ comedat, nullum inde corporis incommodum percipiens; & quàm civiliter, cum apprecatione proſperitatis exoptatiſſimæ nos dimiſerit, hac vice mentionem non faciamus. Quoniam igitur partim ex Actis, partim ex aliis hâc in causa obtentis Relationibus eluceſcit, quòd in præſenti Inquiſitô character quidem hæreditarius ad Melancholiam adſit, is etiam ita in actum eruperit, ut curas quasdam, & quidem non ſine ſucceſſu, requiſiverit, poſtmodum in hac vel illa occaſione, dum fortis ſemper imaginatio in eô fuit, ſucceſſivè augmentum cepit, ut ſæpius ex raptu, ſeu furore melancholico (quales per intervalla in Melancholicis ſe trudunt, & nuper adhuc hîc Hallæ obſervavi, & Deo ſit gratia! feliciter curavi) inepta & inexcuſabilia, utut non ſine proæreſi probabili, facta ſibi propoſuerit, tandemque horrendum hoc homicidium commiſerit: Hinc nos in fine nominati, prævia matura ponderatione modò repertarum & antecedentium quoque circumſtantiarum, lubentiſſimè fatemur, quòd in Delinquente implantata quædam affectio melancholica reperiatur: Ex adverſo tamen ſimul ſtatuentes, quod ſub impreſſione ejusmodi, raptu ſeu furore melancholico probabilis admodum & pertimeſcenda malitia lateat. Quod &c.

Val. Pand.

Hallæ die 15. *Aprilis* 1677.

Johann N. D.
Joh. Chriſtoph. N. D.

Reſponſum Facultatis Medicæ Lipſienſis; de uxoricidio Maniaci.

P. P.

QUandoquidem Domini Acta quædam Inquiſitionalia, homicidium, à Sigismundô Erfurt, in Uxore ſuâ commiſſum, concernentia transmiſerint & in ſpecie de ſeqq. Quæſtionibus, An &c. &c. judicium noſtrum expetierint: Hinc præviâ diligenti perluſtratione Actorum, & cum primis Atteſtatorum, à Medicis ea de causa traditorum, referimus, quod ex collatione ſignorum, tam præſentium, quàm præteritorum, vel anamneſticorum, in Inquiſitô non tantùm profunda Melancholia, ſed & inſigne jam principium & Diſpoſitio ad Maniam occurrat, dum jam ante hac Langenſalzæ & brevî ante homicidium perpetratum, diverſos raptus ac furores in eô obſervarunt, adeò ut cuſtodia coercendus fuerit; unde re probè deliberata, juxta circumſtantias, in Actis occurrentes, concludimus, uxoricidium hoc magis ex raptu melancholico-maniacô, quàm ex ſola malitia commiſſum fuiſſe; Quod &c. Lipſiæ *die* 19. *Julii* 1677.

Ammam. in Praxi Vuln. Leth. Dec. IV. Hiſt. II.

N CASUS

CASUS X.
DE SIMULATIONE EPILEPSIÆ.

Relatio Dn. Medici.

PRæviâ requiſitione Ego infra nominatus heſternô Sabbathi die, â meridie horâ circiter X. Captivum *Joachimum Biſchoffium* in Lictoris camerâ viſitavi, EPILEPSIA correptum obſervavi, cujus quinque jam paroxyſmos (è quibus tres ſatis vehementes fuerunt) ſuſtinuerat; interim nullum usquedum vitæ periculum ſubeſſe video: Et quoniam ad malum hoc in captivô ejusmodi radicitus curandum, nec tempus, nec occaſio ſuppetit, idemque juxta *Hippocratem Sect. V. aphor. LXX.* poſt annum XXV. plerumque ad mortem usque ægrum comitatur; hinc intereà, quicquid ad mitigationem paroxyſmorum eorumque crebriores recurſiones impediendas idoneum videbitur, eâ, quâ decet, ſedulitate obſervabuntur; quin & ſi quoddam vitæ periculum ſe trudere debeat, id Illuſtri Præfecturæ Principali tempeſtivè indicabitur. *Delitſchii die 27. Febr. veſperi, horâ XI. A.* 1687.

D. Joh. Caſpar N.

Inſpectio & Judicium DNN. Medicorum Lipſienſium.

POſtquam ad requiſitionem Dn. Præfecti Ducalis Saxonici Delitienſis Nos in fine ſubſcripti, nuperrimè, die 30. Martii, hora 2. pomeridianâ 6. veſpertinâ, ut & die inſequente, manè, horâ ſextâ, & ita tribus diſtinctis vicibus, Inquiſitum Joachimum Biſchoffium, de quô hactenus perhibuêrunt, quòd tertiô epilepſiæ habitualis gradu & de præſenti ſimul melancholiâ & maniâ: Item aphoniâ & ſurditate, cum pareſi crurum laboret, in carcere viſitavimus & in ſtatum ejus curatius inquiſivimus: hominem modò dictum quidem nunquam non facie pallidâ oculisque ad terram defixis, absque ullo auditus indiciô omnique ſermone humi ſedentem aut jacentem, quandoque etiam tremulis, mox tamen rurſus quietis manibus conſpicuum, & ſimul quaſi profundis cogitationibus immerſum, cumprimis, ſi in aliquod objectum attentius ferebatur, offendimus, eundemque paroxyſmus epilepticus, uti dicitur, (qui poſt allatum nuncium triſte, quòd neque à Conjuge neque affinibus ſubſidium aut ſolatium expectare poſſit, alterô die eundem primùm eſt adortus) præſentibus nobis bis invaſit, dum ſc. brachia & crura ejus juxta cum corpore & capite ſic ſatis agitata & epilepticorum inſtar commota fuerunt, pollicibus ſimul inflexis.

Attamen cùm ab unâ parte ſub hiſce motibus extraordinariis obſervaverimus, quod 1. Inquiſitus nunquam non, & priusquam ab iis corriperetur, ſi decumbat, ſe elevet & per inſigne temporis intervallum prius ſedeat; 2. in muſculis dorſi ac cervicis, neque tempore paroxyſmi, neque paulò poſt eundem, nullæ, contractiones aut tenſiones: Neque 3. abdominis quædam diſtenſiones & inflationes: Neque 4. muſculorum laryngis, faucium & faciei; adeoque 5. nec ſpumam circa os aut ſtridorem dentium: Nec 6. oculorum diſtorſionem & rigiditatem, niſi quandoque ſurſum verſus: Neque 7. difficultatem ſpirandi, anxietatem præcordiorum, cordis palpitationem aut ullam alterationem in hujus & arteriarum pulſu: Neque 8. in extremitatibus artuum, paroxyſmo declinante & evaneſcente ullas motuum convulſivorum reliquias aut tremores, neque mutationem coloris in facie obſervaverimus; ſed 9. idem potius ſubitò ad quietem redierit, & ſine ulla tenſione decubuerit, 10. quoque pollices inflexi, tempore paroxyſmi, absque inſigni conatu, explicari potuerint. 11. Simul oris & maxillarum motus, cum deglutitione, & 12. tactus, olfactu & guſtatus, ut videbatur, totâ acceſſionis duratione, integri permanſerint, quùm Biſchoffius ille ab odore ſpiritus ſalis armoniaci ſtatim quodammodò excitatus fuerit, paucasque eju guttas, per labiorum hiatum infuſas, ſine impedimento quodam deglutierit, & ita pluri ma ſymptomata aut phænomena, epileptici aliâs ſolennia, in eô ſe non truſerint; hin meritò dubitamus, an ſuprà memoratæ exa gitationes corporis & artuum pro verâ epile pſiâ habendæ ſint; maximè, quòd 13. Inqui ſitus hicce, juxta aliorum relationem, mal hujuscemodi antehâc nunquam ſubjectus fue rit, & per trium priorum ſeptimanarum decur ſum, poſt ejus captivitatem, idem in eô ob ſervatum non fuerit, nec 14. juxta teſtium depoſitionem, tempore nocturno ſe truſer in eô, tandemque 15. durantibus his mot bus, qui ſimpliciter pro convulſivis habiti fue runt, præſentibus nobis ferè apparuerit, ac cubito inniteretur aut illorum adminiculo & ſuffulcimento corpus elevaret.

Quod ex alterâ parte Melancholiam att net, equidem ipſa Inquiſiti conditio fronter explicatam mentemque hilarem non admitti dum verò 1. nulla ſingularia dementiæ ſign intercurrunt, niſi quòd manibus ſæpiſſimè g ſticuletur, in ſtratô, cui incumbit, ſubinc radat, culmis ſtramineis ludat, eosque lacerel & dentibus arrodat, antea veſtimenta dilace raverit & in præſentiâ noſtrâ ligulam minorer ex illis detraxerit: hæcque actiones facilè qu que ſimulari poſſunt; ê contra 2. mentis eju dem integritas, ex hac vel illâ actione optim concl

oncludi poteſt, v. g. dum (α) ſub applicatione ϵ exhibitione, tam externorum, quàm interiorum medicamentorum, juxta Dn. D. Weſtphali relationem de 7. & 10. Martii, ſe prorſus immorigerum præbuit. (β) oblatâ nuperrimè, juxta tenorem Regiſtraturæ de 30. Martii, â Georgiô Dernauerô, placentâ & oſtensâ Lictoris puellâ, ſimul præſente, acerbiſſimè ploravit manusque contorquendo dolorem ſuum conteſtatus eſt, quia fortaſſis (ſi conjecturari licet) Inquiſitus Infantis ſui, quem juxta teſtimonium aliorum, ſummopere amavit, memoria ſubiit; qui geſtus alias ita ſe habent, ut animi facultates interiores rectè ſe habentes inde conjici poſſint: ut taceam (γ) eundem veſperi ab hora 9. ad quartam aut quintam matutinam nunquam non optimè & naturaliter dormire; hinc & hîc ſuſpicio oboritur, an non delirium ejusmodi ſimulatum potius quàm verum ſit?

Quemadmodum & tertiò allegatus modò ſomnus nunquam interruptus, & quòd in hoc homine nèquicquam furori, (qui tamen affectus hujus formale & ſignum pathognomonicum eſt) ſimile obſervetur, idem quoque ſtimulos naturæ, ad deponendam alvum & urinam optimè dijudicet, & ſignis quibusdam indicet, nullam maniæ præſentiam admittunt. Quòd enim antehac nonnihil de veſtimentis ſuis: it. de complicis ſui, jamdum juſtificati, pileô laceraverit, Lictoris puerum, manus ejus percutientem, vehementia adhibita proſtraverit, peſſiméque tractare voluerit, partim ex dolore quodam, ipſi juſtô viſô, partim ſimulandi animô fieri potuit. Dum verò perhibetur, quòd cibos, beſtiæ famelicæ inſtar, captaverit & devoraverit, id ex inſigni forte fame & voracitate ejus naturali, quam jam olim in eô annotarunt, & hac in parte Teſtes confirmare valebunt, vel eodem dementiam fingendi animô fieri poteſt: Utut appetentiam hanc inordinatam tantùm una aut altera vice in illô obſervarint.

Quartò aphoniam & ſurditatem quod attinet, poſterior hæc inde quidem conjici poſſet, quòd Inquiſitus, juxta tenorem relationis Bernburgo, Patria ejus, allatæ, juventutis annis interdum obauditione laborârit; quia verò hic æquè ac alter effectus æque facilè ſimulari poſſunt: adhæc illi, qui verè aliàs muti ſunt, ſingulari ululatu & balbutie animi ſui ſenſa indicare ſatagunt, quale quid in hoc ſubjectô non occurrit; hinc denuò, an Biſchoffius verè mutus & ſurdus ſit dubitare magis, quam determinare licet.

Et eadem quoque ratione res ſeſe habet cum Pareſi aut Paralyſi crurum, ſiquidem licet appareat, Inquiſitum humi cubando ſeipſum elevare, pedibusque inſiſtere non poſſe: Attamen binis diſtinctis vicibus obſervavimus, quòd cùm ab aliis elevaretur, & ab iisdem duceretur, paſſus non contemnendos ire, pedibus inſiſtere, iisque, alvum excernendo, ſiniſtro tamen fortius, quàm dextrô (cùm eundo tamen priorem immobilem quaſi teneret) inniti & magna ex parte ſolus reſurgere: Item, ſi per fores tranſiret, ſiniſtrum pedem flectere, poſtmodum verò ad latera rurſus rigidum reddere potuerit. *Lipſiæ die* 4. *Aprilis, Anno* 1687.

D. Johann Bohn,
D. Andreas Petermann.

Summaria Apologiæ Medici Ordinarii.

Viſô hôc Lipſienſium judiciô, Dn. Medicus Ordin. non tantùm miſsô ad Sereniſſimum Ducem Saxonicum libello ſupplici conquerebatur, quòd ab Inſpectione illa, contra morem & obſervantiam excluſus fuerit, ſed & prolixa Apologia priorem relationem & ſententiam ſuam contra Dnn. Lipſienſes vindicabat, cujus nervum & contenta, ob temporis penuriam, hâc vice tantùm adjeciſſe juvabit.

Scilicet quod 1. Epilepſiam attinet, hujus utique φαινόμενα & ſymptomata (quæ tamen non ſemper & ſimul in omni ejus ſpecie adſint) aliàs ſolita à Dnn. Lipſienſibus, ſub inſpectione, obſervari non potuiſſe ait, quùm ob varia, tam interna, quàm externa remedia, vomitoria, purgantia, clyſteres &c. morbus jam in declinatione fuerit; quem tamen poſt inſpectionem & judicium Lipſienſium, & poſteaquam Inquiſitus nulla amplius pharmaca admiſit, adeò recrudeſcendo increviſſe conteſtatur, ut corpus & caput ægri jam ad dimidiæ ulnæ longitudinem à terra eleventur.

2. Melancholiam, quam nec ipſi Domini Inſpectores negare omninò poſſent, à priori & à poſteriori adeſſe demonſtrat.

3. Maniam autem ab iisdem pariter obſervari non potuiſſe, cùm paroxyſmus à medicamentis internis Lit. A. & B. ſedatus & æger à Clyſtere Lit. C. per integram noctem vomuerit. Formulæ hæ ſunt:

A.

Die 24. Mart.

℞. *Sacch.* ♄. ℈j.
laud. opiati gr. ij.
camph. gr. iij.
M. F. Pulv.

B.

Die 25. Mart.

℞. *Arcan. dupl. M.* ʒiß.
Sacch. ♄. ℈ij
⊖. *vol. ſuccin.* ʒß.
camph. gr. xv.
laud. op. gr. vj.
M. F. Pulv. pro 6. doſ.
Inter unumquemvis paroxyſmum unam offerendo.

C.

die 27. Mart. 1687.

℞. *Herb. Nicot.*
rutæ.
Flor. chamom. Rom. ana Mj.
Rad. pyrethri ℥vj.
pulp. coloc. in pet. ʒj.
Coq. in ſ. q. ▽. Col. ℞. ℥ix.
add.
elect. hier. c. agar. ℥j.
eſſent. caſtor. ʒiij.
⊖. *gemmæ* ℈ij.
℘o. deſt. terebinth. ʒß.
mellis anthoſ. ʒvj.
M. F. Enema.

4. Quod Aphoniam & Surditatem à poſſe ad eſſe malè concludi putat & diſtinguendum eſſe cenſet inter obmuteſcentiam nativam & ſymptomaticam, quam poſteriorem hîc adeſſe dixerat.

Tandem 5. Se nullibi paralyſin, ſed tantum pareſin crurum in inquiſitô adeſſe perhibuiſſe, quæ duo confundi putat &c.

Adeoque cum utraque relatio in terminis contradictoriis ſteterit, res ad Facultatem Medicam Jenenſem eſt delata, cujus ſeq. eſt Reſp.

Reſponſum Facultatis Medicæ Jenenſis de qualitate epilepſiæ, pro ſimulata habitæ.

P. P.

QUandoquidem Acta (quæ hiſce remittuntur) Inquiſitionalia, *Joachimum Biſchofſium*, Beernburgenſem, concernentia Nobis communicata & ſimul ea, quæ tam fol. 43. & ſeq. à DNN. Medicis Lipſienſibus, quam fol. 55. & ſeqq. à D. D. NN. de ſtatu ægri (qui Epilepſiæ obnoxius putatur) judicata fuerint, deliberationi noſtræ commiſſa ſimulque noſtra ſententia deſiderata fuerint; hinc præviâ Collegiali ponderatione omnium Relationum aliarumque circumſtantiarum reſponſi loco dicimus: quòd equidem magis expediviſſet, ſi Medicus præſens ſimul in conſilium accerſitus fuiſſet; quoniam tamen Inquiſitus jam olim, ſub annis juventutis, pluries obauditioni obnoxius fuit, & inſimul ſtupore & gravitate capitis laboravit, pallidus & p. n. faciei color & voracitas inſignis, acidum quaſi corroſivum ſubinnuens, in apricô quoque ſunt, adhæc teſtimoniis Medici conſtanter præſentis & adſtantium, cumprimis quoad oculorum diſtorſionem & vehementem inſignemque corporis elevationem aliaque, tam facilè contradicere non licet; hinc exiſtimamus rem hanc non quidem pro abſolutè ſimulatô morbô habendam eſſe: attamen, ut ex omnibus circumſtantiis, dum ſigna non conformia penitus vel ſibi quadrantia ſunt, apparere, quòd ſimulatio concurrens in tantum ſubeſſe poſſit, isque hunc morbum ſubdolè in rem ſuam vertere, eoque abuti nôrit. Quapropter è re foret, juxta conſilium Medici ordinarii aliud emeticum, & in ſpecie Tartari emetici gr. iij. vel iiij, ingruente nocte, ipſi propinarentur, effectus abhinc obſervaretur, & in actiones ejus animadverteretur. De ceterô nervina & cephalica porrò continuari poſſunt. Atteſtante Sigillo Facultatis noſtræ. Jenæ Anno 1687. die 29. Aprilis.

Decanus, Senior aliique Profeſſores Facultatis Medicæ ibidem.

CASUS XI.
DE SIMULATIONE PASSIONIS HYSTERICÆ.

Requiſitio.

P. P.

VEſtr. Excell. celare non poſſumus, quòd in Cauſa Sibyllæ N. quæ de infanticidio ſuſpecta in carceribus aſſervatur, Scabini Electorales inſtitutâ inquiſitione, hanc tulerint ſententiam: *quod niſi ſponte fateri delictum velit, torturæ ſubjici debeat*, ad quam aliquoties initium factum fuit: ſimul ac verò ipſa carnificem intuita, morbum ſimulavit, & in ſpecie *paſſionem hyſtericam*, ita ut hûcusque differre torturam fuerimus coacti. Nobis autem videtur in hoc paſſu malitia peculiaris concurrere, quâ ſe à tortura liberare intendit; ne itaque aliquid committatur, quod vel nos, vel ipſam gravare poſſet, rogamus debitâ honoris præfatione, velint Excell. Veſtræ duos Aſſeſſores ex Collegio Medico haud gravatim deputare, qui Sibyllam N. in loco cuſtodiæ accuratè inſpiciant, & ratione morbi examinent, denique ſub ſigillo Facultatis determinare:

1. *Quis, & qualis ſit morbus Sibyllæ N?*

2. *Et poſitô, quòd paroxyſmo paſſionis hyſtericæ detineretur, an propterea torturam avertere poſſit?* Dab. Lipſ. d. 30. Sept. 1624.

Prætores Lipſ.

Reſponſum Facultatis Medicæ Lipſienſis, ſcilicet paſſionem hyſtericam ſimulatam, torturam non impedire.

AD requiſitionem Veſtrarum Dignit. duo Collegæ ex noſtra Facultate Sibyllam N. ratione morbi, quem ſimulat, diligenter examinârunt, deprehendendo, quòd nullus morbus alius

lius hâc vice adſit, quàm octiduana alvi obſtructio, ob quam ſæpius de die parvo animi deliquio vexatur, quæ à ſuppreſſione lochiorum, dum durante puerperio nulla facta purgatio, originem ſuam trahere poteſt: *Paſſionem hyſtericam*, quâ correptam ſe opinatur, quod attinet, inquiſitum fuit in omnia ſigna vel Symptomata, v. gr. interceptionem reſpirationis, conſtrictionem faucium, ſensûs & motûs, ut & omnium actionum vitalium abolitionem, nihil autem horum præſtò, ideò per conſequens nec adfuit paſſio hyſterica. Aliâs (ut ſecundæ quæſtioni brevibus ſatisfaciamus) ſi reverà *paſſione hyſtericâ* eſſet vexata, meritò, præſertim in paroxyſmo, à tortura revocaretur, & hoc ob eas cauſas, propter quas apoplecticæ vel epilepticæ mulieres à tortura aliâs immunes ſunt &c. *Dab. Lipſ. d.* 4. *Octobr. An.* 1624.

Vid. Amman. Med. Crit.

CASUS XII.

DE

MORTUO IN VIA REPERTO AN APOPLEXIA VEL ALIO MODO INTERIERIT.

Requiſitio.

DIE 12. Febr. hujus currentis Molitor Minſenſis; Paulus Emmerlingius, mortuus in viâ repertus fuit, ita ut ſub inſpectione venæ jugulares omninò turgidæ & ſanguine ſuffuſæ, circa gulam & fauces inſignis tumor obſervatus fuerint, & corpore à frigore in hypocauſtum calidum illatô, multum ſanguinis ex ore (quod ſanguine plenum erat) & naribus effluxerit.

Quùm igitur ſolidius & diductius ſcire desiderem, an Vir ille ex apoplexiâ obierit: Siquidem plurimi Medici ſtatuunt, apoplexiam ſæpe oboriri ex obſtructis venis jugularibus, ideò, ut teſte *Bartholinô Celeberrimô* etiam venæ apoplecticæ vocentur, & celeberrimus Medicus Neapolitanus *Severinus* in ſimilibus affectibus capitis feliciſſimô ſucceſſu eas aperiri jubeat & 2. inflatio tumorque venarum jugularium, tam à Medicis antiquis, quàm recentioribus, v. g. *Æginetâ, Avicenna, Rhaze, Alſahavio, Jacobo de partibus, Æliano, Montaltô, Maſſaria, Heurniô, Calderâ de Heredia* & aliis pro ſigno Apoplectico habeatur: Hinc Dominos meos Honoratiſſimos officioſiſſimè rogito, velint Auctoritate ſuâ æſtumatiſſimâ hoc confirmare, & ex experientiâ propriâ rationes quaſdam addere quibus anſam dare poterit, quòd Mortuus intus 1. in aere nivali. 2. Tempore noctis. 3. quaſi ſemiebrius oberraverit,) omniaque pro debita remuneratione, quam primùm id poſſibile erit, in formâ probante exarata præſentium latori tradere. Hoc &c. *Altenburgi die* 6. *Maji*, 1673.

Joh. N. D. & Advocat.

Reſponſum Facultatis Medicæ Lipſienſis, de incerto mortui in via reperti mortis genere.

PRopter defectum ſufficientium ſignorum hoc in Caſu pro nunc nihil potuit determinari &c.

P. Amman. in Praxi Vuln. Leth, Dec. 3. *Hiſtor.* 4. *p.* 228. *& ſequ.*

CASUS XIII.

DE

SUSPICIONE VENEFICII.

Reſponſum Medicum in cauſa ſuſpectæ Perſonæ, ob patratum veneficium.

P. P.

QUÆ in cauſâ accuſatæ alicujus à Facultate noſtrâ deſiderata fuerunt, ea ſatis ſuperque percepimus, inſimulque ex transmiſſis Teſtium depoſitionibus, quas omni ſtudiô perlegimus, ſequentia Reſponſi locô V. celare noluimus.

Primùm autem extra omne dubium eſt locatum, tam penes Medicos, quàm Philoſophos, JCtos & Theologos, quòd per Sagas, Magos & Incantatores quamplures morbi inferri poſſint, qui non tantum horrenda & aliâs inſolita ſymptomata, ſed & ipſam mortem cauſantur, ſicut de hiſce *Bart. Carrichterus* in libello ſuo *de curatione morborum Magicorum & venenatorum aſcendentium ſtatu* legi meretur, cum quô *Lutherus in Comment. in Epiſt. ad Gal. c.* 3. *Scribonius in Phyſiolog. Sagar. Etichius in Dæmonomachia, Petrus Toloſanus JCtus, Grillandus, Bodinus, Del Rio* aliique plures conferantur.

Et hæc quidem II. accidunt ex inſtinctu & perſuaſione Adverſarii Maligni (h. e. Satanæ) qui illis, tanquam inſtrumentis ſuis, utitur & in filiis tenebrarum potens eſt, eaque propter fortis & cataphractarius in Sacro-Sancto Dei verbo audit, qui noctes dieſque circumvagando quærit, quem devoret, cùm adeò malus ſit Diabolus noſterque hoſtis, ut nequeat vel tantillum benè velle, quare nec habet liberum arbitrium, voluntatis intuitu, in malis, in bonis verò nullum niſi invitum & coactum, quia quicquid à Deo receſſit, id eſt malum, & ideò non poteſt non malè velle.

III. autem eas ob cauſas hiſce ſuis mancipiis & inſtrumentis, quæ blaſphemo quodam pacto

cto jam in ſua poteſtate habet & poſſidet, utitur, ut eò facilius, adjutus nempe per animam ſuorum mancipiorum, propoſita ſua omninò peſſima in actum deducere poſſit.

Hæc jam Mancipia Diaboli IV. Diabolica illa conſilia, veneficia & incantationes quamplurimis modis, prævia permiſſione Dei, in effectum deducere valent, ſc. 1. Impreſſionibus vehementioribus & malignis in hominem quendam directis; exempli gratiâ, quivis homo propriis ſuis animi perturbationibus, angore & imaginatione ingenio ſuo, rationi & ſapientiæ, quemadmodum & valetudini nocere, imò mortem ſibi intempeſtivè accelerare poteſt. Tales enim animi perturbationes & imaginationes accidentales non mera entia rationis permanent, ſed tanquam ſeminium aliquod inviſibile humiditati hominis ſe ingerunt, illique ideas ſuas, formas & ſpecies imprimunt, ut hoc in gravidis in ſpecie videre eſt, quæ vel â mure vel alia quadam ſpecie ſubitò conſpectâ in terrorem aguntur & ſolâ imaginatione embryoni in uterô adhuc contento horrendam ejusmodi ſpeciem imprimunt. Quodcunque jam quivis homo ſibimetipſi per terrorem, imaginationem aut perturbationem imprimere valet, hoc ſimiliter Magi atque Sagæ quoque efficere poſſunt, qui in ſibimetipſis ideas ejusmodi venenoſas ope maligni Spiritus excitant, quas abhinc per deſiderium fortiſſimum in illos transferre ſolent, quibus damnum illaturi ſunt; quâ de cauſa Paracelſus affectus illos ad Ens pagoycum ſive mentale tanquam ad cauſam adæquatam refert. Magi autem finem hunc eò facilius aſſequi poſſunt, ſi 2. vultu aſpectuque horribili terrorem in hominibus, quibus nocere volunt excitare valent, quô extemplò Natura perterrita ideam terroris concipit, & ſic in verum delabitur morbum. Vel ſi 3. aliquem habitu vel attactu feriant, quô interveniente contactu venenum, quod circumferunt, aut illinunt, eò melius illis affricare valeant; ita enim fit, ut effluvia quædam venenata ex illis exhalent, & in aliud ſe corpus inſinuent, *vid. Codronchius de Morbis Venef. c. 3. Horſt. lib. 1. Epiſtol. Sect. 7.* ubi per Sagæ cujusdam attactum, fœtus in utero occiſus, & ancilla quædam â Saga attrectata in morbum quendam incurabilem præcipitata legitur; quæ omnia æquè ac ſuperius allegata eò facilius ex hiſce eluceſcunt, quòd & in rebus naturalibus illis contingit, cùm per ⊕ ſeu chalcanthum vulnus aliquod longè diſtans curari poſſit, quod idem quoque de unguento ſympathetico toto die perhibetur, & reapſe ita ſe habere obſervatur. Ita de Baſiliſco referunt, quòd ſolô aſpectu, non tam aerem, quàm hominem, quem aſpicit, inficiat & ocyus interimat. Quemamodum idem quoque Torpedo piſcis ſatis confirmare videtur, utpote qui ſub luto ſe occultans tranantes deſuper piſciculos omninò torpidos reddit, quos abhinc devorare dicitur. Quid quòd ejus cuti, cujus hamum attingit, horrorem & torporem inferat, & ita venenô ſuô non ipſi piſci, ſed illi, quem aſpicit, aut in quem radios ſuos projicit, noceat, ut *Plinius lib. 9. cap. 42.* teſtatur, dum novit torpedo, inquit, virus ſuum, ipſa non torpens: Ita neque Sagis infenſum eſt proprium illorum venenum, ſed aliis melioris notæ hominibus. Vel ſi 4. aliquid in certum defodiant aut ſuſpendant locum, ut quisquis primò eundem tranſeat, damnum concipiat. Vel ſi 5. ſanguinis, puris, ſudoris aut veſtimenti hominis cujusdam compotes fiant, hisque mediantibus per Magnetiſmum in naturâ illis cognitum Magiam ſuam exercent & damnum quoddam inferunt. Vel ſi 6. quid nimiis laudibus extollant, unde ſi Antiqui quem laudare voluerunt, neceſſariò vox præfiſcini addenda erat ut *Terentius*: Paula mea, amabo, pol Tu ad laudem addito præfiſcinè, ne puella faſcinetur: quòd noſtris temporibus per verba: Deus te ſervet (Gott behüt) exprimitur; idque etiam ex *Virgiliô* patet *Eclogâ ſeptimâ*:

Aut ſi ultra placitum laudarit baccare frontem
Cingite, ne Vati noceat mala lingua futuro.

Vel 7. per imagines ex cerâ factas, & 8. ſi verberibus excipiunt homines, & ita veneficia ſua in verberatum transferunt, qui modus prioribus tamen craſſior eſt, ſæpeque per reverberationem avertitur; Hique modi pluribus exemplis demonſtrari poſſent, ſi neceſſitas exigeret.

V. Morbi verò ab Artibus Magicis per veneficia, incantationes & faſcinationes inducti utplurimum ſequentes ſunt, ſc. Epilepſia, Impotentia in thorô, Melancholia, ſi homines alienentur mente, miſerrimè oberrant, ſeque jugulare ſuſtinent: Ariduræ item membrorum dolores & tremores, defectus medullæ in oſſibus. It. ſi homines edant æquè atque bibant optimè, vix tamen tantarum virium ſunt, ut ſe vertere poſſint, anguntur & doloribus cruciantur. It. Ægritudines variæ inſolitis accidentibus ſtipatæ, quæ ab irritatô tantùm & debilitatô ſpiritu vitæ naturaliter proficiſci non ſolent, & exinde oſſa, acus, capillos aliasque res inſolitas per vomitum & alvum rejiciunt, quæ & interdum è brachiis & cruribus exſcinduntur, quas quidem res viſibiles Diabolus modo inviſibili corporibus injecit; quemadmodum & naturaliter cultelli, acus aliaque ex improviſô deglutiri poſſunt, quæ, ut per corporis humani poros ſæpiſſimè absque membranarum læſione penetrant, ita ſimiliter Diabolus per poros aliosque meatus apertos ſimilia inſenſibiliter corpori inſinuare valet.

VI. Denique Signa, è quibus Morbi hujuscemodi dijudicantur, & an perſona Magiæ ſuſpecta affectus ſupra memoratos per Magiam excitaverit, ſunt fere ſequentia: 1. Si perſona quædam malæ famæ anteaque Magiæ ſuſpecta eſt. 2.

Perſo-

erſona hujusmodi infortunium prius commi-
ata fuerit. 3. Si in ejusdem domicilio ſuperſti-
ioſi quid aut idololatrici reperiatur, & 4. per-
ona talis expiationibus & benedictionibus ſu-
erſtitioſis uſa fuerit. 5. Si aliquis è ſupra enu-
neratis affectibus adfuerit, qui ſymptomati-
us inſolitis ſe manifeſtavit, & 6. periodum
uam vehementius ſolitô & citius abſolvit, ne-
ue 7. indicia propinati veneni adſunt, ipſique
gri 8. pejus ſe habent, ſi perſonæ ſuſpectæ illos
iſitant, ut morbus de novô, ſi aliquantulum
uieverit, furere incipiat, tandemque 9. res
ræternaturales, ut ſupra dictum, excernun-
ur, vel aliundè è corpore extrahuntur.

Præſentem igitur caſum quod concernit,
s ita comparatus eſt, ut accuſata usquedum
nficietur, ſe infantem verberaſſe, negetque ſe
jusdem, cùm paroxyſmô detineretur, pectus
ontrectaſſe. Quodſi verò hoc demonſtravi
oſſet, non immeritò ſuſpicionem aliquam in-
urreret, cùm nulla cauſa urgeat, ut nudum
liquem ictum aut attactum inficietur, quùm
imilia â plurimis, honeſtis etiam hominibus,
bsque ullâ negatione fieri ſoleant, de quibus
men, ut judicium noſtrum interponamus,
ujus loci non eſt. Morbum verò ipſum
uod attinet, morbus epilepticus morbus pue-
orum ab *Hippocrate* vocatur, quia infantes
agis, quàm adultos adoritur, ſæpius â ſolo
rrore oritur, etiamſi paulò ante prorſus ſani
in pleniori vixerint habitu, *l.* 1. *aph.* 3. (quia
ui in extremô bonô habitu conſtituti ſunt, eô
ſô, dum proſpicere non poſſunt, nec ob per-
etuum Naturæ motum conſiſtere in eôdem
radu, cadunt in deterius) de quô *vid. Sen-
ertus de Morbis puerorum cap.* 10. Hoc-
ue eò citius contingit, ſi ex variolis & mor-
illis fortè diſpoſitio quædam morboſa & ſe-
nen quaſi epilepticum in infante occultatum
tuerit, aut infans ex aurâ quâdam noxiâ, aut
ummô fervore in locô quodam humido cœ-
oſô minusque ſalubri, quem radii ſolares for-
è nimium ferierint, malignum illum & letha-
em ferè morbum ſuſceperit, ut *Reg.* 2. *c.* 4.
mprimis ſi capite denudato ſe radiis ſolaribus
xpoſuerit, cùm & morbus epilepticus quan-
loque ſubitò enecet, ut quotidiana illud expe-
ientia ſatis atteſtatur.

Inquirendum autem eſſet: 1. *An vera epi-
lepſia fuerit?* quùm radii ad cor vergentes ve-
enoſum quid arguant, ut in Morbis Peſtiferis,
icet rarò, obſervandum, utut & his præcor-
ia ſæpe inſigniter convellantur.

2. *Quid fuerit id, quod Carnifex pro-
inavit?*

3. *Quis mulieri ſuggeſſerit, vitium in
ectore*, quod tetigiſſe dicitur, *latere*, & non
otius alio in locô? cùm Epilepſia eſſentialis,
uæ in cerebro radicatur, à Medicis longè ve-
ementior eſſe dicatur, quàm ea, quæ ex in-
erioribus partibus oritur, & adeò terribilis non
abetur, licet ratione cauſæ vehementioris &
nobilitatis loci hæc quoque nemini parcat. 4.
*An fortè Parentes & Proavi unquam Epi-
lepſiâ laboraverint*, quia hæc morbis hæredi-
tariis quoque accenſeri ſolet, ſæpeque in Ne-
potibus repullulat.

Quod deſuper additur, Infantem poſt
mortem atropurpureum & cœruleum in dor-
ſo apparuiſſe, corpore molli permanente, hoc
in quam plurimis demortuis accidit, impri-
mis in Epilepticis, ubi concuſſio totius corpo-
ris, maximè quoque dorſi, ubi ob arteriam
magnam & venam cavam decurrentem macu-
læ illæ cœruleæ conſpiciuntur. Quin & multi
homines molliuſculi permanent, nec ſtatim
obrigeſcunt poſt obitum, ſi ſc. citò emoriun-
tur, ut adhuc aliquid caloris in humoribus re-
maneat, ut *Greg. Horſtius lib. pec. de con-
ſerv. nat. & cruent. cadaverum* demonſtrat,
ipſeque infans inquietior reddi potuit, quùm
Gieſsâ domum rediit, ob aëris domeſtici ma-
jorem invidiam, quàm Giſſeni, quia in unô
climate ſalubrior ſæpè uni morbo aër, quàm
alteri invenitur. Quod à parte Noſtri Dnn.
Conſiliarios Haſſo-Darmſtatinos celare non
potuimus, reliqua maturiori & ſubacto illo-
rum judicio committentes. *Datum Giſſæ*
1653. *die* 20. *Maji.*

Joh. Tackius, D. Decanus A,
Georg Balthaſar Metzger.

CASUS XIV.
DE
SUSPICIONE VENEFICII.

P. P.

In Judicio Criminali Greiffenſteinenſi *Anna Eliſabetha*, B. Johannis N. N. Vidua,
tanquam Veneficii rea criminaliter accuſatur,
& quidem acſi VIII. infantes veneficiô intere-
merit. At verò ipſum factum demonſtrari ne-
quit, quòd ſc. ulli ex infantibus illis in cibô
aut potu aliquid veneni actu propinaverit,
vel etiam manibus intoxicatis eosdem attre-
ctaverit, ſed quia infantes ad unum omnes
ſubitò ex eodem morbô, febri ſc. ardente &
epilepſiâ continuâ ſerie ſucceſſivè perierunt,
eorum corpora ex parte intumuerunt, & poſt
mortem in dorſô, à collô ad genua usque,
nigricantibus, fuſcis & cœruleis ſtriis & ſtig-
matibus deturpata fuerunt, hinc morbus il-
le non tam naturalis, quàm per Magiam illa-
tus eſſe putatur; eóque magis, quòd neque te-
ſtimoniô deſtituatur, neque negetur, ſed po-
tius jamdum in conceſſis habeatur, quòd cri-
minaliter accuſata primùm tres liberos, ab illa
prognatos, poſt obitum mariti in ædibus ſuis
aluerit, cum illis quotidiè converſata fuerit, iis-
que pro lubitu vim qualemcunque inferre po-
tuerit.

fuerit. Quarti infantis intuitu, certò quodam die, die ſc. ſabbathi, morbum, quô corripiebatur, immediatè præcedente, ad Patrem ejus, Johannem Fiſcherum dixit, quendamè familia forte obiturum eſſe, ejusque filiolum infantem eſſe debilem admodum, qui licet eô tempore ſalvus eſſet & incolumis, inſequenti tamen die, ſc. die Solis, morbo epilepticô correptus lethaliter decubuit, & quod probè notandum, cùm tribus adhinc diebus, ab adhibitis, & quidem ex Illuſtri locô transmiſſis remediis ſe melius habuiſſet, & infans cibum & potum denuò capere potuiſſet, Rea non requiſita quidem, & ex inopinato in ædes Johannis Fiſcheri ſe contulit, ad cunas genubus flexis ſe demiſit, dicendo: Oportet, ut videam, quî infans ſe habeat? manumque ſuper eundem verſando contrectavit, quô factô idem morbus rediit, infans nec cibum nec potum aſſumere potuit, ſed intra 4. dies obiit. Quinto, ſc. Adami Fiſcheri infanti, veſtimentum, à demortuô ſuô filiolô fortè uſurpatum, ſub prætextu amicitiæ obtulit & dono dedit, qui ſtatim quoque Epilepſiâ correptus, paucos intra dies emortuus, & in dorſo colore nigricante & cœrutelo notatus fuit. Sextum, Adamo Fiſchero itidem prognatum, de ſcamno in lectum deportavit, illique ex urceo quodam, in menſâ locato, potum miniſtravit, qui pariter eodem adhuc veſpere epilepſiâ laboravit & intra 6. dies periit. Septimus infans, Johannis Schattii, in Aviæ ſinu prope fornacem, ubi ejus curam geſſit, decubuit, Rea verò præter omnem opinionem hypocauſtum irruendo ad fornacem juxta Matrem ſe contulit, infantulum adſpexit, & quia alius adhuc infans retrò fornacem, Peregrino cuidam Viro, ex Poloniâ oriundo natus in cunis jacebat, criminaliter accuſata, oportet, inquit, ut & obſervem, quomodò infans retrò fornacem intra cunas ſe habeat, acceſſit, velum detexit, infantem inſpexit & denuò abiit: Quô factô prior infans ſequenti, poſterior verò tertio die ægrotarunt, in Epilepſiam inciderunt, & intra quinque vel ſex dies alternis diebus unus poſt alterum perierunt, & ambo ſimiliter nigro & cœruleo colore deturpati fuerunt. Quapropter quæritur & rogatur, cum Rea jamdum malæ famæ ſit, & matertera ejus, quæ judicialiter combuſta fuit, denunciaverit & confeſſa fuerit, quod hanc criminaliter accuſatam magiam docuerit, aliæque jam enecatæ ſagæ affirmarint, ſe Ream in choreis ſagarum rubicundo veſtimento indutam, & Materteræ ſuæ ancillantem conſpexiſſe, ut Sententiâ quadam legali inſtruamur: *An exiſtimari poſſit, infantes ſupra enumeratos naturali morte obiiſſe, vel annon potius effaſcinati & veneficio affecti fuerint?* Nos que ad redhoſtimendum exſolvendum paratisſimos offerimus.

Reſponſum Facultatis Medicæ Giſſenæ.

P. P.

Quandoquidem præmiſsâ narratione, quòd criminaliter accuſata Mulier, *Anna Eliſabetha*, B. quondam Georgii N. N. Vidua, Veneficii ſuſpecta habeatur, indeque ac ſi 8. liberos eô internecioni dederit, rea facta & criminaliter accuſata fuerit, à Nobis Decanis & Profeſſoribus Inclytæ hujus Academiæ Giſſenæ quæſitum fuerit, *an ejusmodi liberi morte naturali perierint, & non potius veneficiô affecti & faſcinati fuerint?* Hinc ad reſolvendas illas quæſtiones unanimem noſtram ſententiam hiſce aperire voluimus & debuimus, poſtquam primò omnium de Naturâ & proprietatibus Morborum per faſcinum illatorum, ut & epilepſiæ puerorum & infantum informationis locô præmiſerimus ſeqq.

1. Quâ ratione ab incantatione & veneficiis hoc eſt, mediante faſcino, artibus Diabolicis & ceremoniis, à malignis hominibus Sagis & Veneficis omnis generis affectus & effectus produci poſſunt, id exempla Antiquorum æque ac Recentiorum Scriptorum, tam Philoſophorum ac Medicorum, quàm JCtorum & Theologorum teſtantur; ſicut in ſpecie de i[...] legi poterunt *Petrus Toloſanus JCtus l. 3. Syntagm. Juris Univerſ. c. 14. Paulus Grillandus de Sortileg. Bodinus de Dæmon. l.* [...] *Del rio l. 1. Diſquiſ. Magic.* Medicos autem quod attinet, Galenus jam ſuo tempore vetularum effaſcinationi plurimum adſcripſit, pro[...] hoc de eo atteſtatur *Alex. Trallianus lib.* [...] deque illis horrenda & abominabilia exemp[la] recenſent *Hucherius lib. 4. de ſterilit. c.* [...] *Morbis Dæmonum, Joh. Langius l. 1. Epi[ſt.]* *38. & lib. 2. epiſt. 34. Cornel. Gemma l. 2.* [...] *Divin. Characteriſm. c. 4. H. Cardanus l.* [...] *1. Contradict. tr. 2. cont. 7. Roderic. a Caſt[ro]* *l. 4. Medico-Polit. c. 2.* Hæc autem fieri, i[n]de apparet, quòd ſæpiſſimè mediis aut inſtr[u]mentis ad incantationem prius adhibitis, ve[l] Magis ipſis (minis aut verberibus eò adacti[s]) remotis, aut incantatoribus in carcerem co[n]jectis, exuſtis aut aliô quôvis modô intern[e]cioni datis, ſupradictô modô faſcinati ægri [...] convaleſcere ſoleant.

§. 2. Ad hoc autem ut eò propius acced[a]tur, cuilibet ſanè conſtat, Magorum co[n]ſilia & labores eò unicè tendere, ut hominib[us] cumprimis inſontiſſimis infantulis, morbos [in]ferant, vel alia quacumque ratione noceant.

§. 3. Quæ omnia tamen propriis unicè v[iri]bus illi vix ac ne vix quidem efficere valent, ſi Diabolus ipſe, permittente ita & concede[nte] DEO, tanquam Dux & Auctor omnis m[ali] & Sagarum Patronus potiores hîc partes ag[at.]

Et

Eundem enim ex permiſſione Divina morbos inferre poſſe, ex Hiſtoriâ Jobi & Evangeliſtæ *Lucæ c.* 11. *&* 13. conſtat; quemadmodum & è *Tertullianô* in *Apolog. adverſus Gentes c.* 22. *D. Auguſtino l. de Spiritu & Animâ, l. de Trinitate & Divinatione* idem elucеſcit: Et illud ipſum quidem, ut vi mutui pacti Sagis gratificetur, efficit, ita ut ad id Veneficæ, à Diabolô deluſæ & perſuaſæ, aliquid contribuant, cui omnem poſtmodum effectum adſcribunt. Hinc quamvis ejusmodi Morbi, quos Venefici hominibus intuliſſe credunt, maximam ad partem à Diabolo ipso proficiſcantur, ipſæque Sagæ parum ſæpe aut nihil contribuant, non tamen omni culpâ vacant, idque ob pactum cum Diabolô hominibus & pecoribus ad illarum æquè ac hujus deſiderium nocendi causâ initum, cum ob propoſitum nocendi in ſimili lutô & reatu hæreant. Adeoque Diabolus reſpectu Morborum ejusmodi per faſcinum illatorum Cauſa Principalis: Sagæ autem cauſæ interdum impellentes, interdum adjuvantes & inſtrumentales ſunt.

§. 4. Illæ igitur ad hæc omnia Satanæ ope aut operationibus actualibus, aut cauſis naturalibus, aut ejusmodi cauſis utuntur, quæ ipſi ei quidem fucum faciunt & ſpeciem, reapſe autem nil aliud, quàm ex merâ ſenſuum fallaciâ oriuntur. Ad morbos autem per cauſas naturales inferendos, à Magiſtro ſuô Diabolo informantur, qui tanquam expertus rerum naturalium indagator ejusmodi rerum qualitates & operationes novit, omniaque myſteria, antipathias & ſympathias Naturæ à longis retro ſeculis excoluit ſatis & in Praxin deduxit; ſicut non minus ſummam experientiam ſibi acquiſivit eorum, quæ ſanitati hominis proficua aut nociva ſunt, unde illis varii generis venena, aut eorum partem volatilem & maximè efficacem artificioſiſſime affricare novit. Similiter & Diabolus contentos in corpore humanô humores & ſpiritus movere, eosdem impetuosè concitare, & mox huc, mox illuc, quò neutiquam ſpectare debebant, propellere & derivare valet, imò violentâ ratione veram corporis formam & figuram corrumpere & peſſundare novit.

§. 5. Quod autem Satanas hominum ſenſoria obcœcare, compeſcere & invertere poſſit, non minus conſtat, & exemplum aliquod *Delrio l.* 1. *Inquiſ. Magic. c.* 4. de Mago quodam recenſet, qui bis vel ter ſub luſu chartarum icones mutare potuerit, quod tamen defraudatio potius & fallacia viſus colluſorum fuit. Pariliter *D. Gregorius Horſtius lib.* 1. *Epiſt. Medic. S.* 7. de nonnemine ophthalmiâ laborante ſcribit, quod indies ingens copia ſcoparum in fruſtula conciſarum ex oculis defluxerit; ubi ſemper ſimul ſcopæ in illa domo contentæ, quamprimùm coemtæ fuerant, ſtatim ſurreptæ & deperditæ fuerunt; *Val. Pand.* nec credibile eſt, easdem intra corpus prius injectas una cum lachrymis ex oculis effluxiſſe, ſed potius ſingulari dolo, fraude & celeritate Diaboli externè applicatas & probabiliter extractas fuiſſe.

§. 6. Media verò & inſtrumenta, quibus Magi in morbis per incantionem inferendis utuntur, quod attinet, illa profectò tanti ſæpe ponderis non ſunt, ut talem, qualis ſæpe ſequitur, effectum producere valeant. Naturalia certè, Pulveres ſc. quos aut in cibo aut potu propinant, aut nudo corpori affricant, aut veſtibus inſpergunt: Unguentum, quod pro conditione mali, quod eô patrare ſatagunt, è diverſis ingredientibus conſtat: Putamina nucum, varia ſemina, capilli, pennæ, oſſa demortuorum, imprimis ſuſpenſorum, quæ ſæpiſſimè ſub ægrorum pulvinaribus reperiuntur &c. nil quicquam valerent, niſi faſcinum, maledictio & exorciſmus inſimul accederent. Media verò artificialia, annuli puta, armillæ, catenæ, clavi, acus, characteres, imagines &c. in ſe & ſuâ natura pariliter non ſemper efficacia ſunt, niſi per incantiones & Diaboli nomina talia reddantur, vel ſubtili quodam venenô inungantur, quô per contactum æquè ac effluvia venenata malignus effectus ſequi poteſt.

§. 7. Nihilo tamen minus ſæpiſſimè Spiritus ille malignus ipſe, ſine cauſis naturalibus aut mediis quibuscunque, è potentiâ violenta prorſus atque virulenta hominibus, ad votum & deſiderium Sagarum, cumprimis ſi illos attingere non poſſunt, nocere valet, ut ex improvisô cervicis aut crurum fracturam patiantur, vel in alia infortunia præcipitentur, ut multiplicibus exemplis confirmari poſſet. Quin & accidit, ut Diabolus miſerrimis illis Sagis ſæpe ita illudat, ut, ſi homini cuidam ex defectibus internis morbum quendam imminere, aut jamdum moleſtum eſſe ſciat: ipſemet ad augendam & confortandam illarum ſuperſtitionem, per easdem medicamenta magica præparari, diſſeminari & ceremonias inſtitui jubeat; quô factô miſerrimi Venefici abhinc effectum, qui tamen e morbô ipsô ultrò oriebatur, miſeræ & ridiculæ ſuæ potentiæ & incantationi tribuunt.

§. 8. Quemadmodum igitur dictô modô per incantationes & veneficia Morbi à Magis producuntur; ita idem omninò per faſcinationem fieri poteſt, ut hoc ipſum proh dolor! diverſimodè, cumprimis in tenerrimis infantulis, pecoribus aliîsque rebus in effectum deducitur; & quidem.

1. Viſu, per aſpectum acutiorem aut torviorem, imprimis iratis & excandeſcentibus oculis, ſicut Antiquiores de hoc multa tradidêre, imprimis *Plinius lib.* 7. *Hiſtor. Rer. Nat. c.* 2. de quibusdam hominibus penes Triballos & Illyrios, & *Apollonius*,

de quibusdam Mulieribus in Scythia Pythiis dictis; unde quoque verſus apud *Virgilium*:

Neſcio, quis teneros oculus mihi faſcinat agnos!

2. Voce & laudatione, ſicut de eô *Plinius l. c.* quoque ſcribit de quibusdam Veneficorum Familiis in Africa, per quorum encomia, omnia, quæ laudaverant, perierint, parvuli infantuli demortui fuerint, arboresque exaruerint! quò non minus *Virgilii verſus Eclog. 7. Buc.* pertinent:

Aut ſi ultra placitum laudarint baccare, frontem
Cingito, ne vati noceat mala lingua futuro.

3. Contactu & contrectatione; ſicut vulgò quoque exiſtimatur, quod per Sagarum attrectationem infantulis damnum aliquod inferri poſſit, quos ea de cauſa ab ignotis non facilè attingi permittimus. Scribitque *Johannes Baptiſta Codronchius lib. 2. de Morb. Venef. c.* 3. de Saga quadam, quæ Mulieris cujusdam prægnantis corpus blandè & leniſſimè tangendo embryonem tamen in uterô contentum enecaverat.

4. Halitu, quod ſimiliter per effluvia fieri poteſt, ut illi, qui peſte infecti ſunt, halitu ſuo circumſtantes inficere poſſunt.

§. 9. An autem faſcinationes ejusmodi naturales ſint, & ex cauſis merè naturalibus proficiſci poſſint, de eô per varias ſententias diſputatur plurimùm. Affirmant id è Medicis Celeberrimus *Fracaſtorius lib. de ſympath. & antipathiâ. Valleſius l.* 4. *Controverſ. ult. & lib. de Philoſ. Sacrâ in Comm. c.* 68. *Hucher. lib.* 4. *de Sterilitate cap.* 1. *Mercurial. lib.* 1. *de Morb. Puero. c.* 3. & doctiſſimis argumentis confirmant *Anthonius Carthaginenſis lib. de faſcinat. Thom. à Vegâ lib.* 1. *de Differ. febr. c.* 4. *Paulus Zacchias lib.* 2. *quæſt. Med. Legal. Tr.* 2. *quæſt.* 6. E contra Neg. id *Santorellus lib.* 2. *Antiprax. c.* 14. *Chriſtophorus à Veigâ l.* 2. *de Art. Med. ſect.* 6. *c. ult.* & in ſpecie de faſcinatione, quæ viſu fit, *Fernelius lib.* 2. *de abd. rerum cauſ. c.* 16. *& Plempius lib.* 4. *Ophthalmograph. probl.* 7. quorum rationes *Rodericus a Caſtrô lib.* 4. *Med. Polit. cap.* 1. *de faſcinat. & Sennertus lib.* 6. *Prax. Med. Part.* 10. *cap.* 1. fusè congeſſit.

§. 10. Hæc autem poſterior ſententia ferè omnibus Philoſophis eſt contraria, ſcilicet præter jamdum memoratum *Ariſtotelem lib.* 20. *probl.* 34. *Plutarch. lib.* 5. *Sympoſ. c.* 5. *Alexandro lib.* 2. *Probl.* 54. *Alberto Magno l.* 22. *de animalibus c.* 5. *Alphonſo Toſtato paradox. l. par.* 4. *Cœl. Rhodigino lib.* 20. *c.* 15. è quibus haud pauci, imprimis ex Antiquioribus, exiſtimant, quòd ipſa anima per malignam imaginationem oculum, tanquam tenerrimum & ſpirituoſum admodum membrum facilimè immutare & alterare poſſit, & quòd porrò oculus ita infectus aerem circumfluentem immutet, aërem autem infectum corpuſcula teneriora puerorum facilè damno quodam afficere poſſe conſtat. *Hieron. Cardanus l.* 1. *De varietate rerum cap.* 17. ſimiliter imaginatione & terrori adſcribere ſatagit, ſi infantuli per vetularum malignarum vultum horrendum fixumque intuitum in epilepſiam aliosque morbos incidunt, & omnimodè pereunt, quod quidem non ſemper locum obtinet, cum ſæpiſſimè infantes malæ nota anus, à quibus effaſcinantur, non ſempe aſpiciant, adeoque ab aſpectu earum terribil & horrendo terrore perfundi non poſſint.

§. 11. *Sennertus l. c.* triplices faſcinatio nis ſpecies ſeu modos proponit: 1. ante per tractatum & ab Antiquioribus ſæpiſſimè accuſatum, qui in nudo aſpectu, laudatione & attactu, absque intervenientibus utrinque cir cumſtantiis & ceremoniis conſiſtit; quem pro ſuperſtitione magis & fabula habet, quam u à cauſis naturalibus derivari poſſit, quique ne que ab Hippocrate, neque Galeno, nequ aliis Medicis antiquis ad cauſas morborum refertur.

§. 12. Secundum pro ejusmodi noxa habet quæ hominibus è malignô quodam & venenatô corpore, per effluvia occulta affricari po teſt, quem pariter pro faſcinatione propri ita dicta non habet, ſed ad morbos contagio ſos & venenatos refert.

§. 13. Tertius ejus modus eſt faſcinatio magica & vera incantatio, quæ facilè credibi lis & *Plempio* quoque *l. c.* afferta eſt, quò ſc. ea mediante Sagæ nudô aſpectu & attactu pueris æquè ac adultis morbos inferre poſſint

§. 14. Et hoc in paſſu ſupra memorata Philoſophorum antiquiſſimorum ſententia ſubſcribi poterit, in quantum Diabolus ſuam illîc ſcenam quoque ludit, & ex oculis æquè a labiis ſagarum venenoſos quaſi radios emittit malignisque atomis aerem inficit, & ſic per in tuitum ſagarum mala quævis infert.

§. 15. Aliàs notum quoque eſt, commo tiones humorum & ſpirituum à fortiori imagi natione oriundas non exigui momenti eſſe a affectus periculoſos inducendos.

§. 16. Contactum quod attinet, quô la ſio aliqua aut violatio partium fieri debebat quæ tamen neutiquam per morbida effluvia corporibus ægris (ut à Scabioſis & Lue Venerea infectis alii per contagium & contactum lædi poſſunt) aut per effluvia venenata è cor poribus venenatis (ut Cambajæ Regis filiu ſic intoxicatus fuit, ut etiam muſcæ, cutin ejus ſugentes extemplò mortuæ fuerint, ut *Sca liger exercit.* 125. *Sect.* 1. ſcribit) ſed ex me ro contactu ab hominibus, pro ſanis habitis & Magiæ ſimul ſuſpectis, infertur, hæc ſanè ad actiones Magicas referenda eſt & incantatio ni adſcribenda, quia corpus ſanitate integr fruens alii morbum quendam, ſibi non inferi ſum

ſum, haud facilè imprimere valet; & absque omni dubiò Magicus hic contactus fuit, quò, ut modò è *Codronchio* §. 4. enarravimus, fructus in uterô enecatus fuit, ubi ne corpus quidem denudatum, ſed veſtimenta tantùm abdomen cingentia attacta fuêrunt.

§. 17. Halitum verò quod concernit, in dubiô adhuc verſatur, an infantuli ſemper Vetulis hîc ſuſpectis tam propè admoti fuerint, ut oris halitus illos attingere, vel ex oculis illarum tam nocivi halitus ad illos deferri potuerint, nec ne? Quodſi tamen illis noxam quandam inferant, credibile eſt, quod ope Magiæ & Diaboli contingat.

18. Interim quacunque demum ratione vel per veneficium & incantationem, vel per faſcinationem magicè morbus cuidam inferatur, difficilimè tamen ille cognoſci & dignoſci poteſt, quia Diabolus ſæpiſſimè cauſis naturalibus quas immiſcet, abutitur, ut non facile diſtingui poſſit, quid à cauſis naturalibus, & quid à Magicis & Diabolicis artibus fluat? v. g. Si quis ex incantatione epilepſiâ laboraret, & nihil peculiare illîc occurreret, præter ea, quæ in ſimili morbô, citra Diaboli concurſum generato, obſervantur.

§. 19. Tunc autem magicum quendam affectum adeſſe credibile eſt, ſi 1. minæ quæpiam & increpationes ab ejusmodi hominibus præceſſerint, qui Veneficii & Magiæ ſuſpecti ſunt.

2. Si in Lectis ægri aut aliis domuum angulis idolum aut aliud quid ſuperſtitioſi reperiatur.

3. Si Morbus illius eſt indolis, cujus Morbi per incantationem illati plerumque eſſe ſolent, v. g. Melancholia, Epilepſia, Sterilitas, Appetitus Proſtratio, Conſumptio, Dolores dorſi, capitis & lumborum &c. cumprimis ſi inſolita & alibi minus obſervata ſymptomata concurrant, & mox hic mox illîc dolor urgeat &c.

4. Si morbus ſtatim in principiô inſolitâ & inconſuetâ vehementiâ ſe prodidit, neque certis, ſed erraticis acceſſionibus affligit, itaque comparatus fuit, ut eundem neque ex internis, neque externis cauſis, in ipſa Matre aut infantulô obſervandis, deducere poſſimus; cùm è contra affectus illi p. n. qui e ſimilibus cauſis naturalibus oriuntur pedetentim incipiant, ſuaque tempora percurrant.

5. Si nulla indicia propinati veneni occurrant, ac efficaciſſimis æquè & probatiſſimis illis contrariis remediis adhibitis nil quicquam in curâ proficimus, cùm morbi hujuscemodi Magici rariſſime perfectè & radicitus curari ſoleant, quia Diabolus ex ſingulari Dei permiſſione conſtitutionem & habitum corporis humani ſic pervertere & corrumpere valet, ut ad ſtatum priorem naturalem impoſſibiliter reduci queat, ipſique natura veneni illius ſoli cognita eſt.

6. Si ægroti pejus ſe habent, quoties homines ſuſpecti illos viſitant, & eô tempore infantes terrore percutiuntur, lachrymantur atque plorant, vel alia quævis interna mutatio in illis percipitur.

7. Cumprimis autem, ſi acus, vitra, capilli, oſſa &c. quæ in corpore humano generari non poſſunt, per vomitum aut alvum expelluntur, aut aliâs e Tumoribus & Apoſtematibus eliminantur.

§. 20. Quod tandem Epilepſiam ſpectat, conſtat affectu hôc parvulos infantes multipliciter vexari, ut ea propter *Ariſtoteles* eandem morbum puerorum & ecſtaſin puerorum vocet, cujus rei cauſam *Galenus in VI. Epid. Com. 1. text. 5. & Avicenna lib. 3. c. 3.* de Epilepſia cerebro illorum frigidiori & ſuperfluis humiditatibus adſcribunt; Et illa quidem vel per eſſentiam generatur, affectô cerebrô, ſi ſcilicet in ipſo cerebro humores illi p. n. generantur, qui moleſtiæ huic fomitem & anſam ſuppeditant, & vel à diſpoſitione quadam hæreditariâ & naturali, à Parentibus in liberos traducta, oritur, vel ab innatâ quadam intemperie, vel pravâ nutritione; à quibus humoribus malignis materia quædam acris & p. n. generatur, quæ membranas cerebri & principium nervorum vellicat, unde facultas expultrix cum facultate motrice irritatur, & modò dictam materiam peccantem propulſando inordinatam quandam agitationem cauſatur, unde modò dictus affectus profluit: Aut quoque per conſenſum partium inferiorum fieri ſolet, prout idem morbus e ventriculo elevatur, imprimis, ſi lac, quo fruitur infans, vel in ſe & ſua natura malæ notæ eſt, vel in ventriculô corrumpitur, & noxiam aliquam qualitatem acquirit; ſicut eadem ratione ex inteſtinis quoque derivari poteſt, cumprimis, ſi lumbrici illîc ſtabulentur. Sæviſſimè autem ſe trudit ille morbus, ſi pueri dentitione difficili laborent, Variolis aut Morbillis afficiantur, imprimis, ſi à pravis humoribus vapores maligni ad cerebrum eleventur: Sic & ſæpiſſimè eadem à terrore oritur affectio.

§. 21. Communiſſime autem & utplurimùm hic morbus quidem periculoſus eſt, attamen in unô ſubjectô magis, quàm in alio, imprimis, ſi fuerit hæreditarius, & cum terribili convulſione adoriatur. *Hippocrates aphor. 7. ſect. V.* Epilepſia, inquit, quibus ante pubertatem contingit, mutationem recipit; quibus poſt vigeſimum verò quintum annum, eos ferè comitatur ad mortem usque. Unde ſenes & adulti inde magis periclitantur, quàm juniores. Interim & in parvulis infantibus res non caret periculô, imprimis ſi ſtatim à partu ſæpe hoc morbo tententur. Attamen non primâ ſtatim vice enecat hic morbus, niſi diutius juſtô duret, & per paroxyſmos ſæpè recurrentes ſpiritus vitales debilitet, vel tanquam ſymptoma aliis affectibus ſuperveniat, & ita junctis quaſi viribus infantes interimat.

§. 22. Ex hiſce jam elucescit, admodum

probabile eſſe, ſupra memoratam & criminaliter accuſatam Mulierem (præſuppoſitô, quòd Magiæ intuitu malæ famæ ſit, Ejusque propria Magiſtra, Mater, Soror aliæque judicialiter occiſæ perſonæ eandem ita comparatam eſſe, & in Sagarum choreis comparuiſſe, ſint confeſſæ) in 3. propriis infantibus magicam illam malitiam exſeruiſſe, quos indies in propriô aluit domiciliô & pro lubitu ſuô, permittente ita DEO, violento modô tractare & omninò enecare potuit, juxta tenorem §. 2. ſive jam mediis caſusísque naturalibus ſit factum, concurrente Diabolô, juxta §. 4. ſive per venena quoque naturaliter agentia, juxta §. 6. ſive violentô quôdam modô, prout §. 7. dictum fuit. Intereà tamen ex nudâ illius cohabitatione hîc nil certi determinari poteſt, quia de venenis actu propinatis, aliísque violentiis nulla facta eſt mentio; potuiſſet enim contigiſſe, ut liberi ejus ſupradicti à naturâ morbis quibusdam antè fuerint obnoxii. An verò res ita ſe habeat, ulterius inquirendum, & an tales affectus p. n. Epilepſiam tam horrendam & periculoſam cauſari potuerint, ut neceſſariò exinde diem ſuum obierint. Equidem, ſi 3. illi liberi integrâ ante ſanitate gaviſi fuerint, ſatisque benè vel mediocriter ſe habuerint, & omnes eôdem morbô, ut etiam ſequentes, perierint, ſuſpicio Magiæ exercitæ aut venenatæ violentiæ non erit de nihilô; quòd reliqui V. liberi ſeu infantes ferè magis confirmare videntur, qui & illi ad unum omnes epilepſiâ correpti & denati fuerunt; vix enim concipiendum eſt, aut præſumendum, in omnibus, & quidem à diverſis Parentibus prognatis infantibus eandem prorſus cauſam naturalem, eademque ſymptomata, in vivis æquè ac mortuis conſpicua reperiri, quæ partim in ipſis, partim propter hæreditariam diſpoſitionem à Parentibus, partim à Diætâ ipſis hactenus conſueta generata & derivata huc ſymbolum ſuum conferre debuiſſent: Quem in finem inquiri poſſet, an lac maternum aut nutricum eorum tam malæ notæ fuerit, ut hiſce anſam dare potuerit, aut an morbus ille tempore dentitionis, vel imminentibus variolis & morbillis infantes illos corripuerit, quibus in caſibus epilepſia non eſt adeò rara. Hoc ſi minus fuerit, omniáque extra phaſes & mutationes Lunæ (ſub quibus affectus hic, cæteris paribus, plerumque furit) contigerint, verendum utique eſſet, ne Magici quid ſubſit, maximè quidem, quòd talis hîc eſt morbus, qui ad affectus, à Sagis inferri ſolitos, refertur, juxta §. 19. No. 3. quodve ſubitò omnes, poſt perſonæ ſuſpectæ præſentiam eôdem modô corripuerit & enecaverit: Quamvis ex allatis ſymptomatibus, quod ſc. abdomen & corpus poſt mortem intumuerit, & in dorsô usque ad genua ex nigro fuſcas & cœruleas ſtrias obſervârint, veneficium aliquod ſimpliciter dijudicari non poſſit, quoniam paroxyſmis epilepticis gravius ſoli tô adorientibus, & ad mortem usque duranti[bus], non tantùm in ſimilibus caſibus macu[læ] ejusmodi nigricantes & cœruleæ, quæ ex ni[mi]â concuſſione partium, humorum & ſangui[nis], cumprimis in dorſo, ſecundùm cuju[s] longitudinem vaſa majora decurrunt, facil[e] oriri poſſunt, in demortuis totô die obſervan[tur], ſed & in Apoplecticis iis in regionibus, quò morbus inclinaverat, livida cœrulea aliís[que] coloribus infecta ſtigmata ad oculum ap[parent], quibus Epileptici admodùm affine[s] ſunt; quapropter ubique perſonam ſuſpectam cæteraſque circumſtantias ſimul conſiderar[e] expedit. In ſpecie autem quartum quod atti[net] infantem, criminaliter incuſatæ præſagium aliquem ex familia illâ moriturum eſſe, admo[dum] dum ſuſpectum eſt; & quidem eò magis ali[quid] magici pertimeſcendum, quia poſt ali[quam] qualem infantis reconvaleſcentiam, dicta mo[dò] fœmina eundem denuò viſitavit, eóqu[e] factô res cum eo ſtatim in pejus ruit & rediit. *Vid.* §. 19. *n.* 5. *V.* hocque fieri potuit per fa[ſ]cinationem Magicam, aſpectum ſc. veneficum & occulta eaque venenata effluvia, vi §. 12. 13. 14. ut & per contrectationem, juxta §. 16.

Quintus infans ſimiliter per eandem faſc[i]nationem Magicam, per aſpectum & cont[a]ctum, aut veſte illa mediante, quam criminaliter accuſata mulier infanti dono dedit, & c[ui] magica quædam, pulveres & ſimilia inferer[e] aut inungere potuit, ex §. 6. incantari potui[t], quod eò majorem fidem meretur, ſi in veſt[i]mentis modò dictis indicia quædam Magi[ca] aut media, de quibus §. 6. dictum, reperi[ri] poſſent. Sextus verò infans ſimiliter per aſp[e]ctum faſcinatione Magicâ incantatus eſſe p[o]teſt, & hoc ut ſtatuamus, potiſſima ferè cauſa e[ſt], quòd contra aliorum voluntatem quoque oc[ta]vum & peregrinum infantem tum inſpicer[e] tum detegere ſummô ſtudiô & labore ſuſtinu[e]rit, qui non minus ac priores vitam ſuam m[i]ſerrimè cùm morte commutavit.

E quibus omnibus concludi poterit, quò[d] Infantes ſupra memorati non tam morte n[a]turali, quàm potiùs malignâ intoxicatione [&] faſcinatione ſupradictæ, & haud immeritò ſ[u]ſpectæ Perſonæ perierint.

Et hæc unanimis Noſtrûm omnium ſe[n]tentia eſt, quam eâ, quâ decet, officioſitate [&] promptitudine ſub ſigillo Facultatis Medic[æ] hiſce impertire voluimus, omnia aliorum r[e]ctius ſentientium judicio ſaniori lubentiſſim[è] ſubmittentes. *Datum Giſſæ d.* 10. *A*[...] 1652.

Joh. Tackius, D.
Chriſtianus Buncke, [...]
p. t. Decanus.

CASU

CASUS XV.

DE VENEFICIO IMPUTATO.

Species Facti.

XX. circiter annis abhinc accidit, ut Sempronius cum Uxore ſua ad nuptias peregrè habendas invitatus fuerit, quò cum puellâ ſuâ & filiolâ decenni, ſed catarrhis admodùm obnoxiâ duo integra milliaria, tempore hyemali, pedibus emetiendo ſe contulerunt. Illîc quùm appulerunt, Parentes in feſto nuptiali quæſtionis ſe exhilarant, & cùm in domo nuptiali hoſpitiô excipi non potuerint, Sponſi curâ & commendatione in Civis alicujus honeſti ædibus lectus illis ſternitur. Manè verò inſequenti Semproniô cum Filiola & Uxore ſurgente, puella à Parentibus jubetur, ut in partem domus inferiorem deſcendat, ſeque frigidâ lavet. Quandoquidem verò puellæ ædium conditio prorſus incognita, ipſáque culina, in qua aqua ſervabatur, obſcura nimis & tenebricoſa fuerit, hinc Hoſpita puellæ Parentibus promittit, ſe illi viam paraturam, aquamque oſtenſuram eſſe, infantique ſtatim ſitulam aquâ plenam miniſtrat, unde manus æquè ac faciem lavabat. Hôc factô, infans in manibus atque faciie ad digiti craſſitiem intumuit, palleſcens inſimul & in terram labaſcens, iisque in locis, ubi ſe lavârat, tumoribus copioſis erumpentibus, ac ſi ab apibus aut crabronibus icta fuerit. Quô factô Sempronii Conjux Hoſpitam (Mulierem alioquin honeſtam & nunquam non remediis egregiis domeſticis inſtructam) conſuluit, quæ infantem catarrhis ſummopere ſubjectum inquiens, eundem è pyxide quadam ſtannea inunxit lectoque impoſuit, unde factum, ut altero die tumor evanuerit.

Quoniam igitur abſque ullâ contradictione certum eſt, puellam hanc in ætate teneriori ſemper valetudinariam, atque defluxionibus admodum obnoxiam fuiſſe, adeò quidem, ut caput ejus interdum modii inſtar intumuerit, manibus etiam continuò ſcabioſis & tumefactis laborârit, & usquedum adhuc in perſona tali ad oculum appareat, quòd malignis humoribus omninò inflata ſit, brachiis, manibus aliisque partibus inſigniter turgidis & craſſis gaudeat, eaque de causa ad pariendum inepta videatur, hinc quæritur:

I. Annon caſus ante deſcriptus naturaliter accidere fierique potuiſſet? e. g. humorum malitiâ, aeris corruptione vel malo regimine vitæ; etenim ſi materia, quæ tumores effecit, calore, frigore, ſiccitate, aut humiditate excedat, illam intemperiem parti affectæ communicat, unde etiam morbus intemperiei eum concurrit: Sicut & humores tales, tanquam cauſa proxima tumoris non tantùm ſenſim & paulatim congeruntur, (cum primis in ſubjecto tam malè conſtituto & catarrhis obnoxio) ſed & ἀϑρόως & confertim influere poſſunt. Quô enim abundantiores ſunt humores in corpore, eò major illorum copia attrahitur, quæ attractio facta fuit, vel à calore ſolis vel igne, humores diſſolventibus & fundentibus; qui verò poſtmodùm in partibus ſtagnârunt, quia aqua frigida, & ſic frigus conſtringendo partes illas compreſſit.

2. Si tale ſymptoma quæſtionis naturaliter contigiſſe potuit, *an nulla remedia proſtent, quæ eô temporis ſpatio, quod in ſpecie facti exprimitur, tumores illos diſſipare rurſus potuerint?*

3. *Aut verò neceſſariò & inevitabiliter concludi debeat, frigidam illam ▽. intoxicatam fuiſſe?*

4. *An non in tali, quoad externum intuitum, adhuc pro ſanâ reputata puellâ, inſignis jamdum diſpoſitio & confluxus variorum humorum p. n. ſub facie, capite & in manibus latere potuerit*, qui ab Idiotâ & ignaris haud facilè dignoſci potuiſſet, quosque aqua frigida paulò poſt, ob ſanguinis interceptionem, aut aliam quandam cauſam abſtruſiorem per tumores externos in apricum deduxiſſet?

5. *An tumor ejusmodi, qui per fluxionem ortus eſſe videbatur, magnum temporis ſpatium requirat, imprimis in ſubjectô hôc malè conſtitutô?*

Quænam jam Ampliſſ. Facultatis Medicæ Giſſenæ deſuper membris ſuprapoſitis ſit ſententia, pro debita remuneratione per rationes dubitandi & decidendi illa breviter, aſt ex fundamento haud gravatim annotare & explicare non dedignetur.

Reſponſum Facultatis Medicæ Giſſenæ, in cauſa ſuſpecti veneficii.

POſtquam Nobis Decano & Profeſſoribus Ordinariis Facultatis Medicæ h. l. adjuncta Facti Species transmiſſa: Nosque propterea requiſiti fuimus, ut deſuper quinque diverſis in fine ejus additis quæſtionibus ſententiam noſtram fundamentalem, per rationes dubitandi & decidendi breviter, ſed ex fundamentô annotaremus. Hinc non tantùm ſupra tactam Facti Speciem, ſed & deſumptas inde quæſtiones maturè examinavimus, inter ſe contulimus, & juxta omnes & ſingulas circumſtantias probè perpendimus & conſideravimus.

Primam ergò quæſtionem quod concernit: *Annon caſus ante deſcriptus naturaliter accidere potuiſſet?*
e. g. ex humorum malitiâ, aeris corruptionê, vel malô regimine vitæ?

A fronte intactum relinquere non poſſumus, quòd, ut in omnibus hujuscemodi caſibus

accuratiſſima ſubjecti affecti deſcriptio requiratur: Ita & hîc cumprimis in caſu adeò intricatô id omninò neceſſarium fuiſſet. Licet enim in Relatione dictâ non tantùm puellæ ætas determinata, ſed & conſtitutio & ſymptomata perpeſſa ſic ſatis deſcripta fuerint, attamen ita comparata deſcriptio negotium hoc omnino exhaurire non videtur, dum, ut ex 4. quæſtione elucescit, puella eo, quô caſus quæſtionis accidit tempore, quoad externam faciem adhuc ſana apparuerit; quod cum morboſa ejusmodi conſtitutione, qualis in principiô adfuiſſe dicebatur, vix commodè conciliari poteſt. Quemadmodum enim juxta communem & ex ipſa Naturâ fluentem regulam: Qui viret in foliis, venit è radicibus humor; ita ex adverſô non ſine causâ dubitare quis poſſet, an & talis humorum pravorum colluvies, tum temporis in corpore adeſſe potuerit, utpote quorum indicia adeo non in oculos incurrerunt, ut Perſona potius illa ſana & incolumis apparuerit. Interea tamen, & quia non minus quoque certum eſt, quod ridentes rubentesque genæ non ſemper ſaniſſimæ reperiantur, ſed ſæpiſſimè ita comparatæ ſint, ut exinde quandam intemperiem, aut & inflammationem pulmonum, vel imminentem, vel præſentem pertimeſcamus, ut ex praxi notum, & apud *Sennert. lib.* 2. *Prax. Part.* 2. *l.* 3. *Petr. Franciſ. Phrygium Comment. in Hiſt. Epid. Hipp. part.* 1. *Ægrot.* 14. *p.* 211. & 212. alióſque fuſius legi poterit; inſuper etiam Latitudo ſanitatis latè ſatis ſe extendit, ut non minus pallida facies lubricaque corporis conſtitutio, dummodò cum eâ homo ὀρθοςάτης permanſerit, ad eandem pertineant: porrò quoque, quoad colorem externum & habitum corporis, de nihilo non ſit, quòd plerumque color ſimilis effloreſcat humoribus, juxta *Hipp. lib.* 1. *de Humoribus text.* 1. nihilominus autem verba, quæ ibidem ſequuntur: Niſi intrò receſſerit &c. ſemper illic ſimul attendenda ſunt.

Hinc principiis Medicis & Phyſicis conſentaneum eſſe ducimus, quòd non tantùm attacta contradictio magis apparens ſit, quàm vera, ſed & caſus ſupradictus, ob cauſas inſecuturas, naturaliter accidere & contingere potuerit: 1. enim in Relatione citra contra„dictionis metum certum eſſe dicitur, quòd ſæ„pius allegata puella ſub annis juventutis ſem„per valetudinaria catarrhisque obnoxia fue„rit, adeò quidem, ut intumuerit, manibus„que continuò ſcabioſis & tumidis laboraverit, „& usque adhuc in Perſona illâ ad oculum ap„pareat, quòd à malignis humoribus omni „nò inflata ſit, brachiis, manibus aliíſque par„tibus inſigniter turgidis & craſſis gaudeat, ea„que de causâ ad pariendum inepta videatur; quæ omnia conſtitutionem corporis phlegmaticam ſeu ſeroſam, & quidem non tam aſcititiam, quàm nativam ſufficienter ob oculos ponunt, cùm enarrata ſymptomata, ut ſimili conſtitutioni conformia ſunt, ita quoque hanc ſa[...] pius comitentur, eaque de cauſa puella â ten[...] ris annis morboſa & catarrhis obnoxia fueri[...] Accedunt 2. diverſæ cauſæ occaſionales, qu[...] diſpoſitionem illam, tanquam cauſam antec[...] dentem (quæ hactenus quaſi inducias indu[...] ſerat, ut puella primo intuitu ſana apparueri[...] facilè rurſus excitare, ipſamque Naturam, [...] morbum à centro ad circumferentiam prope[...] lere conata fuerit, irritare potuerunt: Siqu[...] dem puella à teneris catarrhis ſubjecta, & vix d[...] cennis (α) duo integra milliaria, & quidem ([...] hyeme frigidâ & inclementi, pedibus emetie[...] do ad feſtum nuptiale abiir. Jam conſtat, qu[...] hyems fluxionum ferax ſit, juxta *Hipp. Sect.* [...] *aphor.* 12. quod in hoc ſubjecto eò facili[...] locum invenire potuit, quia membra æt[...] te adhuc teneriori tam longam & moleſta[...] viam ſuperando neceſſariò ſummopere d[...] bilitari, ipſique humores agitari debeant, ju[...] ta quæ & errores Diætæ, quæ ſub conviv[...] nuptiali infantibus non minus ac adultis ha[...] inſoliti ſunt, ſymbolum ſuum dubiò proc[...] contulerint, ita quidem, ut poſtmodum N[...] tura, dum per quietem nocturnam vires qu[...] recuperaverat, tanquam ſui ipſius ſtudioſiſſi[...] curatrix, moleſtam ſibi humorum ſaburra[...] probabiliter pro more & conſuetudine ſua, a[...] cedentibus tot calcaribus, ad habitum corp[...] ris depellere denuò conata fuerit: In quô [...] men, ob lotionem aquâ frigidâ peractam, hin[...] que ſubortam pororum adſtrictionem, parti[...] impedita, partim quoque ob antiperiſtaſin c[...] lor cum ſpiritibus vitalibus interceptus & i[...] tropulſus fuit, eáque de causa illic, ubi mat[...] ria per poros inſenſibiliter expellenda fuiſſe[...] hinc inde potius tumores albicantes, intern[...] humiditati flatulentæ excedenti non abſimil[...] in facie & manibus, in quibus alioquin faci[...] mè & ſæpiſſimè talia tubercula in frigidis [...] humidis Naturis obſervantur; ob nimia[...] quoque ſpiritus flatulenti copiam digiti inflat[...] Hîc verò ſyncoptica quaſi ad terram inclin[...] tio, in tam imbecilli corpore, oborta fuerunt[...]

Quoniam igitur, ut è deductis hactenus [...] tionibus ipſaque Experientia eluceſcit, per N[...] turam impoſſibile non fuit, caſum hunc i[...] contigiſſe, hinc Secunda Quæſtio:

An nulla ergò remedia dentur, quæ e[...] temporis intervallô, quod in Facti Speci[...] exprimitur, tumores illos rurſus diſſipare[...] potuerint? „ eò facilius reſolvi poterit. Q[...] in parte quidem primô intuitu clariorem eju[...] modi tumorum (utpote qui mox albicantes[...] digiti craſſitiem æquantes, mox apum veſp[...] rumque ictibus ſimiles eſſe dicuntur) deſcripti[...] nem deſideraſſemus. Hoc tamen non obſtant[...] quùm enarrati tumores, juxta cauſam antec[...] dentem internam, cujus ſupra facta mentio, [...] judicandi ſint & indicia cachexiæ ſeroſæ & flat[...] lentæ fusè adducta fuerint: Hinc noſtra quide[...] ſententia neq; Rationi neque Experientiæ adv[...] ſati

atur, quod dictô temporis intervallô protuberantes ejusmodi ſeroſi & maximè flatulenti tumores per validè diſcutientia rurſus diſſipari potuerint; cumprimis, ſi malum adhuc recens & pro tempore à flatulentâ magis (ut in præſenti caſu credibile) quàm humoroſâ causâ foveatur; ubi inter alia Topica unguenta quoque non incommoda reperiuntur, ut penes *Sennert. lib. V. Prax. Part.* 1. *c.* 42. aliosque videre eſt.

Quapropter & Tertia Quæſtio: „*An neceſſariò & inevitabiliter concludi debeat,* „*aquam illam frigidam intoxicatam fuiſſe*? è præcedentibus Reſolutionibus haud difficulter decidi poterit; quod ſi enim ejusmodi quid præceſſiſſet, certè longè alia & periculoſiora ſymptomata ſe truſiſſent & propullulaſſent. Licet enim aqua tantùm externè fuerit adhibita manibusque ac faciei applicata, Medicis tamen haud ignotum eſt, quòd ab externô ejusmodi uſu ſæpiſſimè ſummè periculoſa ſymptomata fuerint excitata, qualia exempla apud *Borellum Cent.* 2. *Obſ.* 3. *pag.* 111. videri poterunt. Jam verò in ſæpius allegatâ Facti Specie non tantùm de nocivis ejusmodi & periculoſis effectibus nequicquam habetur, ſed & altero die ſtatim ſubſecuta perfectiſſima reſtitutio innuit, quòd ad illam faciei atque manuum ablutionem aqua venenô quodam infecta adhibita non fuerit, quoniam alioquin tam ratione temporis, quàm modi curandi intuitu majori, quàm adhibitus fuit, apparatu opus fuiſſet. Adeóque interna hominis conſtitutio ſemper attendenda eſt, quales illa effectus, tam p. n. quàm ſ. n. inferre valeat. Hinc quoque *Sennertus lib.* 6. *Prax. Part.* 9. *c.* 5. inter alia ſic refert: Memini me hîc Cives aliquot curaſſe, qui inflammationibus cum maximis doloribus laborarunt, quos ſagæ in carcerem conjectæ ſe induxiſſe confeſſæ ſunt; cùm tamen nihil præternaturale in iis viderim, ſed tales ii tumores fuerint, qui ab interno humorum vitio provenire potuerunt, & quales in aliis etiam, ſine omni veneficii ſuſpicione obſervavi & curavi.

Quando jam 4. porrò quæritur, „*annon* „*benè fieri potuiſſet, ut in tali, quoad ex-* „*ternum intuitum adhuc ſanâ habitâ puel-* „*lâ, inſignis jamdum diſpoſitio & conflu-* „*xus variorum humorum p. n. ſub facie,* „*capite & in manibus latere potuiſſet,* quos „ab Idiotâ & ignaris haud facilè dignoſcere po„tuiſſet, quosque aquâ frigida paulò poſt, ob „ſanguinis interceptionem, aut aliam quan„dam cauſam abſtruſiorem per tumores exter„nos in apricum deduxiſſet?

Jam maximâ ex parte ad eandem in antecedenti reſolutione reſponſum fuit. Et quemadmodum non in cujuslibet poteſtate ſitum eſt, ſed Hortulanis verſatiſſimis tantùm competit, ut è terrâ erumpentes plantulas ſtatim agnoſcant; ita extra omne dubium verſatur, quod non tam parvi res momenti ſit, gliſcentes morbos ex hâc vel illa diſpoſitione artificioſè colligere, ut idiotæ quoque aut ignorantes tam facilè de iis judicare valeant, cùm idem & Experientiſſimis ſæpè Medicis negotium faceſſat. Quamvis igitur in ſæpè nominata Puellâ ejusmodi diſpoſitio, ut in antecedentibus oſtenſum, adfuerit, Natura quoque occupata fuerit, ſe ab onere hoc quodammodo liberandi, attamen hæc omnia adhuc in obſcurô contingere, & ſubjectum quæſtionis in latitudine ſanitatis tantisper adhuc ſanum videri potuit: Siquidem ignotum non eſt, & quotidiana teſtatur experientia, eos, qui ſaniſſimi lectum petierant, matutinô tempore variis catarrhis aut tumoribus correptos fuiſſe, quorum cauſæ pariter per diverſimodas fermentationes & repletiones humorum, in vaſis ſanguiferis & lymphaticis, utut ſatis interdum occultatæ, non aliter tamen, quàm ex naturalibus deducendæ ſunt, non obſtante, quòd vulgus, utprimùm exploratio talium φαινομένων captum ejus tranſcendit, ocyus diverſiſſimas cauſas ſuperſtitioſas arripere ſoleat.

Quintam & ultimam quæſtionem, quod concernit:

„*An tumor ejusmodi, qui per fluxionem* „*ortus eſſe videbatur, magnum temporis* „*ſpatium requirat, imprimis in ſubjectô* „*hôc malè conſtitutô*?

Inter tumores, ut è ſuperioribus conſtat, omninò diſtinguendum eſt, dum quidam ex humoribus, alii verò ex flatulentô ſpiritu ſcaturiunt; ubi in præſenti quidem caſu è re fuiſſet, ſi intumeſcentia tubercula, ratione materiæ æquè ac aliarum circumſtantiarum dilucidius deſcripta fuiſſent. Quòd enim eo in ſpecie tempore, quô tumores horis matutinis ſe truſerunt, merus affluxus humorum, & non potius ſeroſitas quædam flatulenta occaſionem præbuerit, ob ſupradictas rationes concludere non poſſumus, utut ſubjectum malè conſtitutum fuerit: Quia p. n. ejusmodi conſtitutio, vi IV. Quæſtionis, intervalla ſua habuit, ipſaque puella, cùm Parentes ſuas ad nuptias comitaretur, ad faciem ſana apparuerit. Quapropter hæc quæſtio ſponte ſuâ cadit, cumprimis, quòd in dubium adhuc vocetur (verbo ſc. videtur) an tumor ille per fluxionem fuerit productus, nec ne? Poſitô verò talem ejus originem fuiſſe, tumorémque ita comparatum ex affluxu humorum exortum & generatum fuiſſe, humor neceſſariò valdè tenuis eſſe debuiſſet, ſi tam brevî eundem diſſipatum eſſe ſuſtinere quis velit; ab hoc verò caſu ſi abſtrahamus, quotidiana docet experientia, tumores ejusmodi, qui à plurimis humoribus dependent, aut continuò illorum affluxu aluntur, tam exiguô temporis intervallo diſcuti & curari non poſſe. Licet Nos potius, ut jamdum indigitatum fuit, tumores illos quæſtionis ſeroſitati cuidam flatulentæ adſcribamus, &

quæ

quæ in Facti ſpecie deſcribuntur & enarrantur, ita comparata eſſe ſentiamus, ut pro tempore nulla cauſa urgeat, quò de aliis, quam naturalibus cauſis cogitemus.

Quam unanimem noſtram ac principiis Medicis ac Phyſicis conſentaneam ſententiam appreſſo Facultatis Medicæ Sigillô conſueto confirmare voluimus. Sign. *Giſſæ die* 6. *Sept. Anno* 1681.

Decanus & Profeſſores Ord. Facult. Med. Giſſenæ.

CASUS XVI.
DE
SUSPICIONE VENEFICII.

Reſponſum in Cauſa Morbi ob Veneficium ſuſpecti.

P. P.

POſtquam hodie die 24. Februarii à Prætore Facultas Medica Academiæ hujus officiosè requiſita fuit, ut in morbum illum diuturnum & chronicum, quô *Melchioris Reulingii* Piſtoris & civis hujus loci infans obiit, quodammodò inquirat: Hinc Nos Decani & Profeſſores Medici una cum Prætore Urbico, Dn. Schmollio, & Chirurgo hujus civitatis Johanne Rudolpho Medicô puellæ demortuæ corpuſculum primùm externè probe inſpeximus, & abhinc quoque idem aperuimus, variamque corporis conſtitutionem in eâ accuratè conſideravimus.

Externè quidem obſervavimus, totum infantis corpuſculum, capite tantùm exceptô, penitus conſumptum, & ſceleto omninò ſimile fuiſſe, ita ut cutis vix oſſibus hæſerit, hæcque ab illâ tantùm contineri viderentur. Pectus in altum elevatum erat, in quo omnes omninò coſtæ dinumerari poterant. In dorſo gibbô ſatis ingenti laboraverat, in dextro verò femore introrſum verſus ſectiones quædam apparebant, à Fabrô quodam Salsbudanô ad inſtantiam Parentum factæ, & juxta Chirurgi Ordinarii relationem, phlebotomo, quô equis venæ inciduntur, inſtitutæ. Sectiones hæ fiſtuloſæ & cavernoſæ per immiſſam ſpatulam repertæ fuerunt. Extrorſum, verſus craſſiorem femoris partem, in ſummitate propè coxendicem ſimiliter vulnus aliquod putridum, idque ſatis ingens latebat, pedes circa illam regionem, quam tarſum aut metatarſum vocare ſolemus, inflati & quodammodò tumidi erant, dorſum autem fuſcum & cœruleo-nigricans apparebat.

Intra corpus pulmones omnino atro-cœrulei crebriſque maculis deformati, & hepar omninò lividum erant, quod ſubſtantiam minus cohærentem, certiſſimum corruptionis ſignum, edebat. Cor ſatis grande, ſubſtantiâ tamen intemeratâ dotatum, lien inſigniter rubeſcens, renesque absque vitio ſpectabantur neque in aliis quibuscunque locis aliquid præternaturalis & morboſi obſervabatur.

Jam verò â parte noſtri ad judicium Medicum eò firmius concipiendum, in votis haberemus, ut poſtquam cura tumoris moleſtiſſimi in parte femoris internâ Chirurgo huju loci Johan Rudolpho Medico concredita fuerat, huic eandem proſequi licuiſſet, quò i majorem notitiam devenire potuiſſemus, qu & quô ſucceſſu pedetentim omnia ſe truſerint quoniam verò, ut ſupra dictum, ab illa abſt nere coactus, è contra Hippiater hic atque Fa ber, neſcio quibus de cauſis prægnantibus, a curationem admiſſus fuit, hinc ea, quæ ex ir ſpectione oculari obſervare potuit, hîc referr voluimus.

Quodſi igitur ipſum Morbi principium co ſideraverimus, relatum nobis fuit, infante illum demortuum jam à duobus annis tuſſi in mani & ferè incredibili affectum fuiſſe, ita qu dem, ut ſæpiſſimè ſuffocationis periculum a ceſſerit, ipſeque infans pro demortuô habit fuerit, unde quoque gibber tandem oriebatu Hæc ſi ita ſe habeant, ut Avus infantis retulit, f cilè cauſa gibboſitatis æquè ac elevati pecto in medium adferri poterit.

Quia enim in Tuſſi ferinâ continua ad degeneratio ſeri in ſanguine, imò M. S. (un pulmones nutrimentum petunt) tandem ip quoque in putrilaginem mucoſam & pituit ſam convertitur (quæ degeneratio quidem a ex pulmonum nativâ debilitate. aut ſanguir ſalſioris affluxu, item ex hepate intempera & corruptô, aeris externi quotidie per pulm nes attracti, injuriâ, aut acribus & de capi deſtillantibus humoribus oritur) ipſumque p ctus ſub exploſivo tuſſis motu inſigniter co cutitur & extenditur, eaque propter *Merc riali* Teſte degeneratus inibique collectus h mor vertebras dorſi obruere, eáſque extro ſum verſus & articulationibus ſuis expellere p teſt, ut hoc in paſſu quam plurima à Practi exempla annotata ſunt; hinc mirum non e tuſſi præviâ pectus elevatum & gibbum in ſp na dorſi generatum indeque infantem ene tum fuiſſe, quum ipſe *Hippocrates Sect. Aphor.* 46. ſententiam ſuam & prognoſticu hæc deſuper apertè ſeqq. explicet: Qui gibb ſi ex aſthmate & tuſſi fiunt, ante pubertate moriuntur.

Quod autem vulnere illa corporíſque co ſumptionem attinet, conſtat, pulmonibus v tiatis & p. n. affectis, totum corpus ſenſi ſenſimque conſumi & contabeſcere; un à nonnullis quoque pulmones primum m

riei

iens audiunt; & hoc quidem ob hanc, inter alias, cauſam, quia affectibus pulmonum plerumque calor inſimul p. n. conjungitur, qui corpus ſucceſſivè conſumit & exſiccat, & hoc eò magis, ſi hepar inſimul in opere ſanguificationis munere ſuô non fungatur, ubi diuturnam chronicamque tabem ſubindè tandem pedum tumor œdematoſus aut ipſe Hydrops ſubſequi ſolet; quemadmodum in hoc quoque demortuô pedes jam intumeſcere cœpere. Quamvis autem Phthiſis propriè ita dicta heîc neutiquam adfuerit, talis ſc. quæ ex ulcere pulmonum proficiſci ſolet, ſed atrophia totius corporis, attamen obſtructi pulmones ipſéque gibbus, qui ſimul anguſtiam pectoris intulerunt, unà cum decolore & omninò lividô hepate, utpote quô calor vitalis omnino debilitatus, indéque ſanguis minus laudabilis generatus fuit, atrophiam talem unà cum intumeſcentiâ cauſari potuerunt, cùm juxta Hippocratem ex cacochymiâ abolita nutritio, corroſiones, exulcerationes femoris fiſtuloſæ, pedum tumores &c. facilimè deduci poſſent.

Equidem in Obſervationibus Medicis Corporumque Diſſectionibus reperimus, quòd, ſi hepata & pulmonibus debilitatis, lien, cor atque renes ſalva adhuc ſint, homo non omnino, ſceleti inſtar, abſumi ſoleat, quia lien tunc hepatis officiô defungi ſolet.

Quia verò infans hic pauciſſimos adhuc annos habuit, Morbus, quô laboravit, Chronicus fuit, & fiſtuloſa illa vulnera tantùm non omne nutrimentum attraxerunt, & magis magisque corrumpere potuerunt, hinc nutritio & aſſimilatio in ſubſtantiam partium tandem omninò perverſa, vita verò ob calorem nativum adhuc aliquantiſper duravit, & in corpore abſumpto cordis intuitu conſervata fuit.

E quibus omnibus & ſingulis nunc conditionem & naturam Morbi illius chronici cauſis merè naturalibus adſcribere licet, quammaximè quoque exinde, quòd alioquin nulla prorſus indicia aſſumpti veneni aut cauſarum ſupranaturalium â Nobis obſervari potuerint. Quod enim ex cœruleô nigricantes illas maculas in dorſo & coxendice concernit, jam ante dictum fuit, easdem in plurimis affectibus, cumprimis in Morbis Chronicis reperiri poſt obitum, in ſpecie, ſi dolores atrociores præceſſerint. Quæ quidem pro Scientiâ & Conſcientiâ in ulteriorem rei declarationem & notitiam hiſce impertire voluimus, VV. Nobb. reliqua committentes. *Dat. Giſſæ Anno* 1654. *d.* 25. *Febr.*

Johann. Tackius. D. p. t. Decanus.
Georg Balthaſar Mezger.
D. P. Ord.

Val. Pand.

CASUS XVII.
DE
VENEFICIO BUFONINO IMPUTATO.

Reſponſum in Caſu ob veneficium ſuſpecto.

QUæ in cauſa Pueri alicujus, qui ob morbum, quo correptus fuit, & inſequentem mortem dolorificam Anum quampiam ſuſpectam habuit, eámque veneficii cujusdam incuſare voluit, Facultati Noſtræ heîc ritè oblata fuerunt, ea penſitatis omnibus circumſtantiis probè & maturè ponderavimus, totum Caſum ſeqq. cumprimis binis QQ. deciſuri *I. An fœmina, eam ob cauſam, quòd puerum illum* 8. *annorum ad ſe vocaverit, ipſique pyrum aliquod comedendum dederit, quod usque ad veſperam in corpore retinuit &* (quod in relatione omiſſum fuit) *ſub tempore veſpertinô forte rejecit, elapſis quoque diebus aliquot ſummos dolores percepit, quibus ad mortem usque, non obſtantibus quamplurimis medicamentis alexipharmacis, afflictus fuit, veneficii ſuſpecta haberi debeat?*

II. An naturaliter contigerit, ut Bufones numerô non pauci poſt 2. *dies in Hortô in ipſum inſilire voluerint*, & an tumor inſequens aliáque ſymptomata naturaliter & â bufonibus illis oriri potuerint?

Primam quæſtionem quod attinet, penes Philoſophos æquè ac Medicos notum & extra omne dubium eſt locatum, plures ſubdolè morbos hominibus â Magis & Sagis inferri poſſe; quia enim diaboli ſunt mancipia & tanquam ſervi, ejus potentiæ ſe ſubmiſerunt, Diabolus autem juratus humani generis hoſtis eſt, hinc muniis quoque Diabolicis defunguntur, & in quantum â Deo T. O. M. illis permittitur, hominibus nocere ſolent. Unde in Obſervationibus Medicorum ſubinde reperimus, quod Artibus Magicis clavi, acus, ligna, capilli & ſimilia in faſcinatis reperta, indeque rejecta fuerint. *Vid. Langius Lib.* I. *Epiſtol. Med.* 38. *A. Benivenius de Abditis San. & Morb. Cauſ.* 8. *C. Gemma. l.* 2. *Sprengerus in malleo malef. Bodinus de Dæmono-Magia, Remigius de Dæmonolatria Sagarum, Sennertus lib.* 6. *Prax. Part.* 9. *c.* 3. 5. *Helmont. &c.* & quia hæc talia etiam nudô aſpectu, anhelitu & ſimilibus efficere valent, cooperante ſc. Diabolô, malignis item & venenatis impreſſionibus, à *Paracelſo & Helmontio* fusè deſcriptis, hinc eò credibilius & veroſimilius eſt, quòd veneficia & morbos cauſari & inferre poſſint, ídque cibis intoxicatis, pomis v. g. pyris &c. licet Auctores adhuc diſcrepent, an Magi

& Sagæ hæc talia venenis ſuis, an verò ope Diaboli tantùm id efficiant? *Vid. Sennert. Lib.* 6. *Prax. Part.* 9. *cap.* 5. utut utrumque fieri poſſit, cùm Diabolus ubivis Hiobum vexaverit, etiam Sagarum ope, *Hiob.* 1. & aliâs exempla quotidiana atteſtentur, Magos ex inſtinctu & conſiliis Diaboli per unguenta ſua, pulveres eòque determinata venena plura damna inferre, quæ quidem media non tantùm quandoque ſupranaturalia, ſed & interdum naturalia ſunt, quùm Malignus ille Spiritus naturas & proprietates venenorum optimè ſciat, eaque mancipiis ſuis ad morbos certos producendos indeque profluentem interitum ſubminiſtrare ſoleat.

An verò ſolô hôc oblatô pyrô Mulier illa puerum intoxicaverit, vix certiùs determinaverimus, quàm ſi prius ſigna veneficiorum, è quibus aliâs dignoſcuntur, conſideraverimus: & quidem I. eò eſt reſpiciendum, an puer antea ſalvus, ſanus & incolumis fuerit, & an ſtatim ab aſſumpto pyro ſe malè habuerit, & vel extemplò, vel tempore veſpertino ſubſequente enormes vomitus habuerit, cum vertigine, convulſione membrorum, torminibus &c. Quodſi hæc ita ſe habeant, ipſeque puer nullos forte cibos ex immaturis aut crudis pomis & fructibus, quæ in terra diu jacendo à bufonibus, ranis aut venenis quibuscunque infecta fuerint, prius aſſumſerit, utique veneficii ſuſpicio ſubeſt. Morbi namque naturales ſenſim incipiunt, & ſua tempora percurrunt, & ita ad ſtatum ſeu vigorem perveniunt: Morbi verò à Diabolo ſeu veneficiis inducti ſæpè, nullis præſentibus cauſis, nullísque pravis humoribus exiſtentibus, ſtatim in ſuo vigore conſtituti videntur & graviſſimis doloribus & aliis ſymptomatibus ægrum affligunt. *Senn. l. c. c.* 6. Quamvis ſymptomata illa accedente ſtatim vomitu ſæpiſſimè præcaveantur, quòd venenum intrò aſſumptum nulla aliâ ope citius, quàm vomitu rejicitur: Ubi tamen ſeminia quædam veneni reſtitare, & relinqui, & de novo facilè recrudeſcere poſſunt. Quodſi jam graviter vomuerit puer, (quod omiſſum) ratio in promptu eſſet, cur nil amplius mali, aut ad minimum adeò violenti ſenſerit, donec elapſis duobus diebus novum à bufonibus venenum excitatum fuerit.

II. Morbi à faſcino non facilè cedere ſolent, licèt convenientia remedia alexipharmaca adhibeantur, cùm quælibet venena appropriata ſibi antidota requirant, eâque de causâ non facilè cuilibet electuario alexipharmaco cedant; quod & in aliis affectibus contingit, in ſpecie ſi juſto ſerius antidota illa propinentur.

III. Morbi ab incantatione proficiſcentes ſymptomatibus extraordinariis ſtipantur, cùm illis affecti mox hîc, mox illîc, mox in hoc, mox in alio membro malè ſe habeant, & de convulſione variarum partium, dilaceratione, & quaſi vivum aliquod infectum in illis hinc inde diſcurrat, conquerantur; & talia quidem accidentia p. n. cumprimis exacerbantur, ſi perſonæ ſuſpectæ ſint præſentes; ſicut non minùs eò in caſu res toto genere p. n. ligna v. g. acus, ferrum, clavi ex ungulis caballinis, ſtramen, ſtuppa &c. aut ex ipſo corpore per ſuppurationem prodeunt, aut per vomitum & ſeceſſum eliminantur.

Quoniam ergò in transmiſsô caſu nulla majoris momenti ſymptomata annotata ſunt, niſi quod de abdomine dolente puer ille conqueſtus fuerit & ſimul intumuerit, quæ à veneno aliâs facilè obtingunt, & quòd ſonitus & murmura ranarum coaxantium fuerint percepta, quæ tamen illîc poſt mortem non repertæ fuerunt, adeoque ab inflationibus & vaporibus oriri ſæpe ſolent, ut obſervationes quotidianæ docent; hinc ad Secundam Quæſtionem hoc notari velimus, quòd Bufones à Medicis animalibus timidis, qualia & mures ſunt annumerentur, de quo vid. *Helmont. Tr. Natura Contrariorum Neſcia pag.* 143. *parag.* 49. eaque propter, niſi irritentur & concitentur, homini de ſe ipſis non facilè noceant aut eundem, ut in præſenti caſu enarratur perſequantur, quamvis, ſi quis illos inſectetur, verberibus aut ictibus excipiat, venenum ſuum exſpuere & in adverſarium ejaculari ſoleant, ut ad oculum illud obſervavimus. Prćpterea haud improbabile eſt, quòd, cùm Diabolus in detrimentum hominis ſerpente ſtatim in Paradiſo fuerit abuſus, ſimiliter per inſtinctum Diabolicum & Magiam bufones illi puerum perſecuti fuerint, cumprimis, ſi puer eosdem prius neque irritaverit, neque verberaverit, neque aliô quôvis modô læſerit, quùm ut jam antè dictum, hominem alias exhorreſcant & tum demùm ſolummodò damnum inferant, ſi ad iram concitentur. Nam canis ludens, ſi dente vulneravit, infligit vulnus citò medicabile; ſin autem iratô dente non adeò profundum, quàm ludens ante, vulnus inflixerit, id vulnus veneni ab irâ particeps reddit; quod idem in hominibus iratis videre licet, qui ſi ira perciti aliquem demordeant, vulnera maligna & venenata inferunt, quæ aliâs ſine iracundia conjuncta neutiquam venenata ſunt; unde *Helmontius in Tumulo Peſtis p.* 862. inquit: Sunt ideò venefici curioſi, ut prius irritatis ſerpentibus venenum mutuent; juxta quæ inſtinctus Bufonum (excepta ſolùm irritatione à puerô factâ) Diabolo & ejusmodi mancipiis adſcribendus eſſet. Aliâs verò, quod modum attinet, quô Bufones affectus p. n. infligunt, de eô *Santes Ardoynus de Venen. lib.* 4. *cap.* 7. tradit, quòd venenum illorum torporem inducat, ſanguinémque refrigeret, quæ omnia anhelitu & infectione aeris, in quo verſantur, ab illis imprimantur; additque citatus modò Author quod nonnemo ſcipione bufonem perfodiendo, per biduum ſtupore membrorum in toto corpor

orpore correptus & abhinc omninò demoruus fuerit: Cumprimis autem ſputum eoum & ſalivam omninò venenoſa eſſe porrò ubjungit; quîcum *Rondeletius de Piſcibus* concordat, dum rarò inquit bufones mordere, ſed vel urinam, quam multam in veicâ amplâ colligunt, vel ſalivam ſpiritúmque virulentum in obvios & eos, quos aggrediuntur, ejaculari ſolent; quin & herbas à venenaô eorum ſpiritu affectas, multò magis urinâ & alivâ aſperſas, his qui eas eſitant, ad mortem ſufficere addit. *Pareus* quoque perhibet venenum bufonium cutim tantummodò attingens nocivum eſſe; inter alia autem memoratus modò Auctor ſimul tradit Venenum Bufonum, ipſumque aërem, in quô frequentes reperiuntur, pulmonibus nocere. It. quod intra corpus aſſumptum vertiginem & tumorem corporis excitet; unde pecoribus quoque, ſi fortè fortuitò aliquid de bufonibus intra corpus recipiant, ilia crepare poſſunt. Ut taceam reſpirationem difficilem, vomitus enormes, linguæ nigredinem, ſudorem frigidum, cardialgiam, icterum &c. inde provenire. Quid? quod ſaliva bufonum alicui propinata aut injecta talia ſymptomata excitet, qualia ferociſſimus ille Tyrannus, Napellus c. infert, qui ſtatim hominem jugulat, niì ocyus illi obviam eatur; licet alioquin bufones Hydropicorum renibus alligati ad hyropem curandum commendari ſoleant. Aliâs upra allegatus *Ardoynus* venenum bufonum anarum quoad operationem haud abſimile eſſe, & ex ejusmodi animalium veneno plurinum pituitæ generari, quâ jecoris æquè ac ſtomachi digeſtio debilitetur & corrumpatur, indéque Tumor hydropi ſimilis, it. color ictericus, vomitus, aſthma, compreſſio diaphragmatis & ſimilia plura eaque ſatis periculoſa ſymptomata generari poſſint, tradit. Quodſi jam ad infectionem pulmonum, hepatis & renum in dextro latere tumores ejusmodi oriri ſolent, omentum etiam omninò conſumitur, ut nuperrimè adhuc in hydropico quodam hîc locorum obſervatum fuit, puer autem ille ſubitò & ex improviſo, ſine interpoſita mora & absque præcedente morbô poſt comeſtionem pyrorum & bufonum aſſultum affectus ejusmodi p. n. perſenſit (in quæ omnia Judex diligentius inquiret) extra omne dubium ſuſpicio veneni adeſt. Quæ quidem ſunt, quæ juxta caſus ſupra enarrati ſeriem hîc reticere noluimus, nulli aliâs dubitantes, quòd, ſi tempeſtivè probata hactenus alexipharmaca fuisſent adhibita, antequam venenum radices egiſſet, ipſosque ſpiritus affeciſſet, infortunium hoc averti & declinari potuiſſet.

Johannes Takius p.t. Rect. & ob abſ. D.D. Mezger. Vice-Decanus.
Subſcripſit conſentiens
Georg Balthaſar Mezgerus D. Facult. Med. Decanus.

Val. Pand.

CASUS XVIII.

DE VENEFICIO VARIISQUE CAPITIS VULNERIBUS.

Requiſitio.

EX adjectis Actorum Inquiſitionalium, in judiciis noſtris ventilatorum, membris, & quidem 1. ſub num. 3. videre erit, quàm horrendum homicidium in binis perſonis annoſioribus ſexus ſequioris in oppido noſtro Vorsfeldio die 8. Aprilis patratum fuerit. Cùm verò ſuſpicio homicidii hujus commiſſi non tantùm in Veteranum quendam Capitaneum, LAMPRECHTUM JANICKIUM, qui in eodem cum Defunctis domicilio habitabat, ſtatim ceciderit, ſed hic quoque indiciis ſatis urgentibus gravatus fuerit: Hinc die 9. Aprilis huc in hypocauſtum concameratum ſalvus quidem & incolumis tempore veſpertino in carcerem deductus fuit; ſed mox abhinc aliquoties continuans urgénsque vomitus in eo ſe truſit, ita ut inſequentis diei hora VI. matutinâ obierit, ut è Regiſtraturis ſub 4. 5. pluribus occurrit. Quibus ſub 7. 8. 9. 17. 19. & 20. porrò additum obſervatur, quâ ratione cadaver ſub ipſa ſectione inventum & quæ pro ulteriori notitiâ adducta fuerint.

Quoniam verò nunc Probati cujusdam Collegii Medici judicium deſideratur: An Defunctus *Lamprecht Janicke* ex Veneno aut rebus intoxicatis perierit, aut quæ alia mortis ejus cauſa fuerit? Hinc officioſè rogamus, velint ex adjectis Actis conſueta diligentiâ ea, quæ è re erunt, ponderare, Veſtramque de iis ſententiam in formâ probante Nobis communicare. Hoc &c. *Wolffsburgi die* 5. *Maij* 1685.

Omnes & ſinguli
DE BERTENSLEBEN.

Inſpectio.

CUm ego infra nominatus unà cum Chirurgô ad Requiſitionem &c. & ad Incarceratum quendam poſt multos & inſignes vomitus ſubitò præter omnem expectationem demortuum inſpiciendum vocatus & deſideratus ſim, & ut judicium noſtrum in formâ probante ad Acta communicemus: *Annon Defunctus ex veneno hauſto exſpiraverit?* deſideretur: Hinc die 11. Aprilis à meridie hora 4. cadaver denudavimus, in eóque neque ullam intumeſcentiam, neque alia indicia quædam externa aſſumti veneni obſervavimus: Aperto verò

Abdomine & ventriculô, in hujus fundô ad 2. vel 3. digitorum diſtantiam à pyloro vel orificio inferiore, ſtigmata quædam elevata atque inflammata deteximus, quorum ſuperficiei materia quædam ex albo-flaveſcens, pulveri haud abſimilis incubuit, quæ absque ullô violentô conatu digitis removeri poterat, aſpera ad tactum, arenæ inſtar. Quin aliquibus in locis tunica ventriculi interior villoſa dilacerata & eroſa fuit, ita ut ſubſtrata illi nervea albicans eminuerit. Reliqua viſcera, inteſtina ſc. hepar, lien, pancreas &c. ſalva ſatis atque ſana videbantur, niſi quod Lien quodammodò corruptus fuerit: corde & pulmonibus quoque naturaliter ſe habentibus, licet in hiſce maculæ quædam nigricantes, ſuperficiem deturpantes & mox virideſcentes obſervatæ, & non contemnenda ſanguinis coagulati portio in venâ cavâ prope cor reperta fuerint, è quibus tamen certi quid inferre non licet. Satis ſuperque igitur apparet, eóque vergit ſententia noſtra, quòd, cùm materia hujusmodi calculoſa & tartarea in ventriculo, nequicquam obſtante *Paracelſi* diſſenſu, non facile generari poſſit, aut firmiter illi adhærere deberet, ſi vomitum hunc cauſata fuiſſet, quòd pulvere fortè quodam intus aſſumtô inſolitus hic & continuatus vomitus in corpore ejusmodi ſaniſſimô productus & Defunctus per vehementem hujuscemodi evacuationem debilitatus, violentô & præternaturali modô demortuus fuerit, licet etiam pulvis ille venenum, propriè ſic dictum, non fuiſſet; cumprimis, quia in Ventriculo maxima ſeri flaveſcentis copia fluctuabat, quod ſenſim deficiente ſenſu & motu amplius retineri non potuit, adeoque vomitorium ad mortem usque operationem ſuam exercuit. Hæc nemini præjudicatura noſtra ſententia eſt. *Helmſtadii die* 12. *Aprilis* 1685.

Guntherus Chriſtoph. N. D.
Dieter. Herm. Hartm. Chirurg.

Judicium Medicum, de vulneribus.

QUum ſimiliter Dn. Præfectus ante laudatus à me requiſiverit, ut judicium meum de binis fœminis ſenioribus interfectis, ut & vulneribus illis inflictis ſententiæ Balneatoris annecterem; hinc exiſtimo ab hoc quidem meritò cutem & pericranium à cranio, ut decebat, prius ſeparari ipſamque fracturam accuratius inſpici debuiſſe; quia tamen tot plagæ atque vulnera ſe trudunt, & utriusque obitus intra pauciſſimarum horarum ſpatium inſecutus fuit, hinc nullum ferè dubium reſtat, illas ex hiſce obiiſſe, cumprimis, quia hujusmodi cerebri concuſſiones & fiſſuræ cranii, niſi tempeſtivè illis obviam eatur, ipſaque vulnerati conſtitutio aliàque plura huc requiſita ad conſolidationem conſpirent, ex lethalibus, ut plurimum talibus, eſſe ſolent, ipſaque inſtrumenta ita conſtituta ſint, ut plagæ illis inflictæ mortem quàm facilimè inducere poſſint. Actum ut ſupra.

Gunther. Chriſtoph. N

Actum

Vorsfeldiæ die 9. *April.* 1685.

CUM heri à veſpere, poſt horam IX. Danielis Poſterhuſii, olim Receptoris Vorsfeldenſis Vidua 65. annorum hujusque Soror Virgo annoſa 76. annorum, in oppido Dnn. D. Bartensleben Vorsfeldio enecatæ fuerint; hinc præſentibus Præfectis Bartenslebenſibus & utrumque cadaver, ob illata illis vulnera, inſpeximus, & ſeqq. in corporibus inveſtigata fuerunt: I. in Sorore Viduæ Poſterhuſianæ obſervavimus, 1. Vulnus anticæ capitis parti inflictum, quod carnem muſculoſam usque ad ipſum cranium denudatum apparuerit, rotundum quodammodò, & à Balneatore pro lethali habitum, cùm ſecuri inflictum videatur; quo ipsô cerebri motus à ſpiritibus animalibus impeditus, adeoque mors accelerata fuerit. 2. Vulnus rectà tempori, ſupra oculum dextrum inflictum, quod ad nudum quoque cranium penetrabat, oblongum erat, articuli in digito longitudinem emetiens, ab eô ſimiliter pro lethali habitum, cùm eô in locô cranium tenuis ſit, adeoque & unico quoque ictu, quô locus vulneratus eſt, mors inſequi potuerit. At hinc duo adhuc vulnera ſupra aurem dextram, ubi cranium etiam conſpici poterat & aliud ſupra aurem ſiniſtram, ubi cranium non comparebat, & aliud adhuc verſus nucham, ad cranium penetrans, obſervabantur, quæ omnia ut videtur, parte ſecuris foramine gaudenti craſſiore inflicta erant. Hæc 4. poſtrema vulnera autem à Balneatore pro lethalibus non habentur, cùm illa curari potuiſſe exiſtimet. In truncô corporis nequicquam, niſi in genu anterutrô, ubi macula adhuc recens, à lapſu fortè orta, conſpiciebatur, occurrebat: Dorſo fuſco & ſanguine quaſi ſuffuſo exiſtente, quod tamen non tam à contuſione, quàm, ut Balneator putabat, à decubitu fortè ortum fuit.

II. In Vidua Danielis Poſterhuſii primò in ſiniſtrô latere ſupra aurem vulnus, ut videbatur, cæſim inflictum & longitudine tres digitos transverſos emetiens occurrebat, in cujus medietate cranium ad 2. digitorum latitudinem diffractum & comminutum erat, unde idem pro lethali habet. Porrò ſupra oculum ſiniſtrum in angulo verſus aurem vulnus quaſi extremâ ſecuris acie inflictum erat, quod ad digiti dimidii profunditatem, ſed vix ad cranium, penetrabat: Supra hoc, vulnus aliud adhuc haud abſimile cæſim pariter, ut videtur, inflictum & ad diſtantiam digiti transverſi ab hoc tria adhuc

adhuc ad cranium albicans deſcendentia, quæ, juxta mentem ejus, foramine ſecuris illata ſunt. Non minus aliquod in fronte usque ad cranium cæſim, & rurſus aliud ſupra aurem dextram, ubi cranium videri poterat, probabiliter contuſione impactum, & tandem vulnus malæ ſiniſtræ ad mandibulam usque articuli longitudinem referens in conſpectum veniebant. Hæc octo poſteriora vulnera Balneator pro lethalibus non habet, ſed illa curari potuiſſe putat. Præter vulnera ſupradicta in parte inferiore colli, lateris ſiniſtri, contuſio ſanguine ſuffuſa, ſed minus vulnerata conſpiciebatur, quâ tamen nihil læſum fuit. In corpore nihil p. n. ſe truſit, niſi quod in dorſo ſtigmata fuſca fuerint &c.

Balneator.

Reſponſum Facultatis Medicæ Lipſienſis; deſuper lethalitate veneni aſſumti vel propinati.

TRansmiſſis Nobis Actis Inquiſitionalibus binas Mulieres ſeniores interfectas concernentibus, & judiciô noſtrô de ſequentibus Quæſtionibus: *An &c.* in formâ probante deſiderato, reſpondemus præviâ recognitione cauſæ, quòd, cùm Lampr. Janickius ſalvus & incolumis in vincula conjectus fuerit. 2. verò ſtatim vomitus continuus in eô obortus & 3. alterius diei horâ ſextâ matutinâ is demortuus fuerit. 4. ſub Inſpectione in fundô ventriculi 2. vel 3. digitorum latitudine à pyloro vel orificiô inferiori ſtigmata quædam elevata & inflammata ſe truſerint, quorum ſuperficiei materia ex albo-flaveſcens incubuit, quæ absque violentio quodam conatu digitis abſtrahi potuit & arenæ inſtar aſpera tactui occurrit, & tandem 5. tunica ventriculi villoſa interior diverſis in locis adeò dilacerata & eroſa fuerit, ut tunica ſubſtrata nervea & candicans emicuerit, omnino concludendum ſit, quòd dictus Lamp. Janickius ex aſſumto aut propinato veneno perierit. *Lipſiæ die* 12. *Maji* 1685.

Amman. Prax. Vuln. lethal. Dec. VI. Hiſt. 2.

CASUS XIX.
DE VENEFICIO.

Relatio & Judicium de Perſonis quibusdam veneno enecatis.

Auctore
D. ERNESTO FRIDEMANNO SCHELHASS, *Supremi Judicii Cæſarei, quod Wetzflariæ eſt, Archiatri & Academici Natur. Curioſi.*

QUandoquidem ab Illuſtriſſimis Cameræ Imperialis DNN. Præſidibus & Aſſeſſoribus Ego infra nominatus die 16. Febr. Anni 1695. in vicinum nobis locum NN. vocatus fuerim, inibique mihi ſectio demortuarum Perſonarum, Matris & Filii, nominetenus NN. 36. aut 37. circiter annorum & Filii X. annorum demandata ſit; hinc ut deſideriis illorum ſatisfacerem, in Noſocomium ejus loci me contuli & in præſentiâ binorum ad id Deputatorum Scabinorum, Dn. ſcil. NN. & Dn. NN. unà cum Chirurgò civitatis Ord. Dn. NN. inſpectionem æquè ac aperturam binorum corporum in actum deduximus, ubi ſeqq. obſervata ſunt:

Bina ſc. cadavera in dorſo, abdomine, femoribus & cruribus ex fuſco-rubicunda & cœrulea erant, ut non minus ungues in manibus æque ac pedibus ipſius Matris, in quâ color ille malignus clarius, quàm in puero oculos incurrebat. Utraque corpora omnino præter morem inflata erant & tumida, qualis & facies materna erat, utrisque autem facie luridâ & flaveſcente exiſtente. In cavitate abdominis Matris reperiebamus inſignem ſatisque notabilem ſeri copiam, corde, liene & pulmonibus ex atro-cœruleis, maximè tamen in cadavere Matris, quæ viſcera κυρ(?)ώτατα, ad unum omnia, emarcida quaſi & cocta videbantur: Interior ventriculi pars omninò flaveſcebat, in ventriculô verò pueri maſſam cineritii ferè coloris inveniebamus, pulveri in ▽. aut alio liquore macerato haud abſimilem, ſed omni connexione & cohæſione carentem, cùm in formâ grumorum eximeretur; & tandem è cadaveribus illis horrendus fœtor prodibat, utut utrumque ſubjectum diebus 14. & 15. Febr. ſ. v. proximè antecedentibus, & quidem utrumque hora 7. veſpertinâ exſpiraverint, inſolitumque, ut conſtat, frigus ureret; & huc usque ſigna poſt mortem.

Ante mortem ex Protocollo ſequentia comparent ſigna: Et quidem in depoſitione ad art. V. Inſpectoris Noſocomii, & in depoſ. 2. Ejusdem, quòd fœmina ab aſſumptô juſculô ſe malè habuerit, & quamprimùm cum binis ſuis liberis idem deguſtaverat & comederat, ipſa cum puerô, tempore veſpertino, puella verò extemplò, teſte NN. in Depoſ. 2. ad art. 2. neceſſariò vomuerit, ſimúlque conqueſta fuerit, quòd inſignes quosdam motus & circumvolutiones in abdomine perſentiſcat, verendo, ne venenum illi inditum fuerit, ut citatus modo NN. in depoſ. 1. ad Artic. V. expreſſit, ipſaque demortua in hâc opinione perſeveravit, donec obierit. Adhæc Mulier de corde & latere ſiniſtrô conqueſta fuit, ut An-

na Catharina N. Vidua ad artic. 2. fatetur: It. quòd inſigniter intumuerit, ipſéque puer totô morbi decurſu puſtulis albicantibus in corpore & abdomine laboraverit, donec animam exhalârit, juxta Inſpectoris Noſocomii depoſitionem ad articulum 2.

Jam non immeritò heîc quæritur: *An recenſita modò ſymptomata & accidentia, quæ ante & poſt mortem in demortuis obſervata fuerunt, ab externô propinatô venenô exorta fuerint?*

2. *An*, ſi modò dicta ſymptomata & accidentia à venenô externo fuerint exorta, *Mater æque ac Filius ad* 12. *usque diem in vitâ ſuperſtites eſſe potuerint?*

Enimverò, licèt ex corruptione vitioſorum humorum ſæpiſſimè venenum quoddam generari, & conſequenter ſymptomata ſimilia ab illo obſervari ſoleant; manifeſtiſſimè enim conſtat, poſſe in humanô corpore non modò rem veneno ſimilem generari, ſed etiam quæ tota venenum ſit; hinc tam ex venenô intus genitô, quàm ex venenô deforis adminiſtratô eadem omninò ſymptomata apparere poſſunt, ut Medicis illud ſatis ſupérque conſtat; adeóque ſymptomata veneni interni veneno externo communia ſunt, ut vomitus, nauſea, ſyncope, tremor cordis & ejusmodi.

Bene tamen obſervandum eſt, ſymptomata hæc & accidentia non ſimul & ſemel, ut in externo, ſe prodere & reperiri, ſed tantùm ſenſim & ordine ſe ſiſtere; & deſuper in interno obſervari, quod illud venenum internum vel ingenitum concomitetur Febris, vel ſubſequatur, vid. *Valentin. Andr. Mollenbrocii* judicium ſuper caſum: An aliquis philtrum acceperit, in *Caſp. Theophil. Bierlingii Adverſ. Curioſ. Cent. I. p. m.* 30.

In præſenti caſu verò ſymptomata hæc ſimul ſe truſerunt in demortuis, teſtante Protocollo; unde ſine omni dubio concludendum, ſymptomata hæc à veneno quodam Externô ipsíſque demortuis propinato orta fuiſſe, eóque magis, quod ſubitaneus hic & inſignis morbus ſine internâ & occultâ causâ ortus fuerit; Hîc enim benè notandum, quod demortui, ut primùm juſculum aſſumſerant, malè ſe habuerint, & ita victus immediatè præceſſit morbum, qui ſi ex cibis laudabilibus fuit & concoctu facilibus (ſicut hîc præter juſculum nil aſſumtum fuit, teſtante Protocollô) & illi neque ex naturâ, neque ex accidenti contrariis, non eſt, cur in pravos humores, aut in prævium victum culpam evenientium ſymptomatum conjiciamus. Quamvis enim impoſſibile non ſit, ut quis immediatè ante morbum, ut ſpatiô trium dierum præcedentium ab eduliis malæ digeſtionis ſymptomata parilia, imò mortem ipſam incurrat & exinde culpa pravis illis cibis, non verò propinato veneno adſcribenda ſit: hic tamen omninò contrarium ſe offert, quòd ſc. perſonæ demortuæ nil coctionis difficilis, ſed merum juſculum comederint, & abhinc poſt ipſum deglutitionis & maſticationis actum, ſicque intra paucas horas poſt aſſumptum cibum ſe malè habuerint, ut Teſtes ad artic. 2. unanimiter deponunt, & ſic ſtatim diſplicentia & abominatio, perturbatio & nauſea in illis ſecuta fuerint.

Quemadmodum jam hæc talia, ſi dolor ventriculi vehemens, tremor cordis, palpitatio, ſyncope &c. concurrunt, infallibile perniciſſimi & lethalis veneni indicium præbent, teſte *Cardano lib.* 2. *c.* 2. *de venenis*, certum enim eſt, ubi ſine internâ & occultâ causâ mor[illegible] bus tam magnus evenit, ſciendum ex venen[illegible] eſſe &c. Qualia Symptomata & Accidenti[illegible] in Demortuis quoque apparuêre, ut ſimilite[illegible] Teſt. ad Artic. 2. conſtanter affirmârunt; hin[illegible] eò certius exinde concludere licet, quòd du[illegible] biô procul venenum propinatum hauſerint, in[illegible] deque neceſſariò perierint; Et hoc porrò ean[illegible] quoque ob cauſam, quod ſymptomata hæ[illegible] tam ſubitò acceſſerint, & haud multò poſt a[illegible] ſumptionem juſculi obſervata fuerint; In ho[illegible] enim ſignô univerſæ certitudinis vim fundar[illegible] videntur Medici, ita, ut ſi ſtatim ac repent[illegible] ab aſſumptô cibô ſanus homo in ea incidat ſym[illegible] ptomata, quæ hactenus enarrata, ipſi venenu[illegible] externum eſſe adhibitum, pro certô habean[illegible] *vid. Galen. lib.* 6. *de loc. affect. Claſſ.* 4. Cun[illegible] primis, ſi hujus generis ſymptomata plura, ſ[illegible] multanea & cum impetu, nullô ſervatô ordi[illegible] ſe prodant, profectò haud exigua inde pr[illegible] ſumptio oritur, demortuis venenum quo[illegible] dam externum propinatum fuiſſe. *Vid. omni[illegible] Cardan. loc. ſupra citato.* Et quidem hoc [illegible] prægnanti cauſa: Quia Natura multò maj[illegible] rem contrarietatem experitur ex improviſ[illegible] quàm ab ingenitô venenô, quod aliquô m[illegible] dò familiare jam habet, ut declarat idem *Ca[illegible] danus*; idcircò multò magis turbulenti mot[illegible] ex illo cauſantur, quàm ex hoc: Ab illo eni[illegible] enim non aliter, quàm ab Hoſte, proditori[illegible] ex improvisô, & nihil tale pertimeſcens lac[illegible] ſitur.

Quemadmodum verò jam ſimilis ſympt[illegible] matum multitudo, quæ modò recenſita fu[illegible] in præſenti caſu reperitur, ita majori cum fu[illegible] damento inde concludere licet, ſubitaneum [illegible] lum affectum húncque conſecutam Morte[illegible] à nullô aliô, quàm externo veneno aſſum[illegible] fuiſſe exorta.

Et hæc quidem ſigna ſunt ante Morte[illegible] quorum fusè, in allegatô Protocollo, me[illegible] tio eſt facta.

Quod verò nunc ſigna poſt mortem a[illegible] net, jam in ſuperioribus, ubi de ſectione actu[illegible] ſufficienter illa adduxi.

Et quamvis denuò hîc à Medicis exi[illegible] metur, quòd illis omnimodam veritat[illegible] attribuere non poſſimus, cùm & illa à [illegible] neno originem trahere poſſint; nihilomi[illegible] tam

ımen ſi aliæ conditiones, ut tempus, dura-
o ſymptomatum, & mortis aliæque, quarum
ıpra in ſectione mentio eſt facta, circumſtan-
æ jungantur, inconcuſsè inde ſequitur,
mnia illa ſymptomata à propinato venenô
ıborta fuiſſe; veriſimile enim vix ac ne vix
ıuidem eſſe poteſt, hæc ab ingenitô venenô
riginem potuiſſe habere, ergò majori cum
udaciâ de propinatô venenô determinandum,
x erunt hæc conjuncta cum mortis celeritate
x fortioribus ſignis, ad id ipſum adminicu-
andum, ut loquitur *Paulus Zacchias Quæſt.*
Med. Legal. lib. 2. Q. 7. n. 37. p. m. 221.

Alteram verò quæſtionem quod attinet,
ideri quidem poſſet, perſonas demortuas, ſi
enenum illis fuiſſet propinatum, neutiquam
d 12. uſque diem ſupervivere potuiſſe, cùm
otum ſit, quod venena aſſumpta cùm cele-
itate interimant, ut plerique Auctores, tam
Medici, quàm JCti de venenis differentes
obis reliquêre, v. g. quale celerrimum perhi-
etur eſſe venenum aſpidum; *Baccius c. V. in*
Prolegom. venenor. & cap. XV. artic. 1.

Aſt & alia dantur venena tardiora in ope-
ando, quæ à Medicis venena ad tempus di-
untur, quia non tam celeriter, ſed ad rationa-
 quoddam tempus hominem interimunt &
ecant. Dantur enim venena temporaria, quæ
el à Naturâ talia, ut nonniſi tardè occidant,
el Artis miniſteriò, vel aſſumentis diſpoſitio-
e talia evadunt quemadmodum & Celeber-
mus ille Germanorum Medicus, *Daniel*
ennertus Lib. 2. P. 2. c. 12. Inſtit. Med.
m. 227. eleganter de illis ſeqq. perhibet: Ex-
erientiâ, inquit, obſervatum eſt, in eâdem
enſâ pluribus idem venenum à venefico
opinatum fuiſſe, non tamen omnes eodem
mpore obiiſſe, ſed alios mox, alios poſt ali-
uot dies, alios poſt aliquot menſes; & alius
utor: Si plures comedant de eodem cibo, &
nus ſolùm ex pluribus infirmetur, tamen ve-
enum externum ſubeſſe potuit; quibus ſe con-
rmat Incomparabilis Italus *Paulus Zacchias,*
icens: Quod ejusmodi accidentia ſæpè poſt
lures horas, dies, menſes, imò annos, re-
rdentur; in cauſâ eſt temperamenti varietas,
mporis conſtitutio, regio, vitæ genus, in-
itutum, ætas &c. quò & quantitas & qualitas
eneni, imò ejusdem forma referenda. So-
da enim tardius, citius liquida, in mediocri
rmâ, mediocri quoque tempore interficere
nſueverunt, quùm jam ultrò conſtet, quòd
ırgantia, propriè ſic dicta, inter venena ex-
rna, aſt in latiori ſignificatu, referantur,
æ tamen in unâ eadémque perſona ſumta di-
rſimodas operationes exerunt: Scammo-
um enim tempore calidô citius, tardius fri-
dô operatur; quanto magis jam venenum
oprie ſic dictum, & quidem externum, poſi-
 terminis habilibus, effectus diverſos, ſive
ius, ſive tardius producere valebit?

Jam verò perhibetur, Matrem mulierem fuiſſe 35. aut 36. annorum, teſtante Protocollo, & quoad externam faciem, conſtitutionis laudabilis: Puer quoque 10. annorum ſalvus, ſanus & incolumis, ſimilísque complexionis fuiſſe dicitur, unde venenum illud externum illis tam citò mortem inferre non potuit.

Nec obſtat tenerrimum ſubjectum, puellam ſcilicet ſexennem, evaſiſſe & ſuperſtitem manſiſſe; cùm dubio procul vomitu celeriori venenum, antequam virulentiam ſuam in corpore exerere potuerit, ab illa fuerit rejectum ut Teſt. ad Art. 2. in 2. depoſ. refert. Optimi ſanè & Experientiſſimi annotarunt Practici, quod venena ore ſumpta quamprimùm per appropriata vomitoria è corpore eliminari debeant; unde vomitus remedium probatiſſimum eſt ad venenum ocyus è corpore eliminandum, vid. *Prælaud. Sennert. l. 6. P. V. c. 7. Prax. Med. p. m. 254. It. Lazarum Riverium Med. Gallum l. 8. Prax. Med. c. 1. p. m. 321.* & ſic Natura Artis defectum ſupplevit, ac adverſarium ſuum, propinatum ſc. venenum, propriô Marte inſignique ſolertiâ per vomitum tempeſtivè ejecit. Adhæc dubio procul infans tantum veneni, quantum Mater & Frater hauſerunt, non aſſumſit & ita per Dei Gratiam ſalvatus & conſervatus fuit.

Quemadmodum ergò ſub ſedula ponderatione omnium, tam ante morbum, in morbo & poſt mortem occurrentium ſymptomatum vix aliter capere & reperire poſſum, quàm demortuis venenum aliquod externum propinatum fuiſſe, unde miſerrimè perierint & neceſſariò demortui fuerint;

Ita prævia Gratiosa requiſitione hoc deſuper judicium meum Medicum ſub propria ſubſcriptione impertire debui. *Dat. Wezflariæ die 22. Febr. St. V.* 1695.

Ernſt. Frideman Schelhaſs. D.

Alia Renunciatio Facult. Med. & Chirurg. Lipſienſis de veneficio ferè ſimili.

PRævia requiſitione Judiciorum Provincialium hujus loci Nos infra nominati Viduam à cive & figulo, N. N. νῦν ἐν ἁγίοις, relictam & inoptinata morte ſubitò exſtinctam inſpeximus & obſervavimus, quòd externè, cumprimis autem circa præcordia & regionem epigaſtricam, ut & hinc inde in abdomine maculis & ſtriis quàm plurimis ex flavo-rubeſcentibus & fuſcis deturpata fuerit, totúmque corpus (non obſtante, quòd paucis ab obitu horis apertum fuerit) inſigniter tumidum & inflatum apparuerit; ſub ipsa verò ſectione Ventriculus univerſus ſaburra abominabili humorum corruptorum, coloris variegati, quales etiam, (ut nobis oſtenſi fuerunt) paucis ante obitum horis vomitu rejecerat, repletus erat;

Unde rebus ſic ſtantibus, & conſideratis aliis

aliis hîc concurrentibus circumſtantiis exiſtimamus mortem hanc ſubitaneam ab aſſumptô venenô ortam fuiſſe; quod propriâ ſubſcriptione his atteſtamur &c. D. A. 1661.

CASUS XX.

DE

SUSPICIONE PHILTRI EXHIBITI.

Species facti ex obſervationum Chymico-Phyſico-Medicarum Curioſarum Menſe V. Novembr. D. Georgii Erneſti Stahlii Prof. Med. Halenſis.

Accidit haud ita pridem ut Facultas noſtra conſuleretur de ſignis quibusdam, in morbo & poſteà cadavere Illuſtris alicujus Defuncti obſervatis, annon videlicet veneni aliqua ſuſpicio, aut alterius cujusdam artificii (PHILTRI ſc.) à veneficio non adeò diſtantis, ſubeſſe videantur? Decubuerat Defunctus Febre Tertianâ, â quâ cum ita promptè, ut fert ferè hominum libido, funditus liberari non potuiſſet, China Chinæ & ſimilibus fortè remediis aliquantiſper ſublevatus, recidivam mox paſſus eſt. Fatigavit & hæc aliquamdiu Ægrum, tandem uſu medicaminum ſuppreſſa quidem eſt, ſed non in euphoriam, aut ſanitatem traducta, verùm paulatim ad mortem ipſam transgreſſa. Symptomata, quibus exercitatus æger in morte ſuâ quietem reperit, fuerunt: 1. manifeſta, frequentiſſima & graviſſima anxietas, non circa objectum aliquod ſpeculativum, ſed irrationalis & involuntaria, circa nullum certum objectum. 2. Tacita functionum omnium vitalium fatiſcentia, ab appetitus proſtratione, ſomni turbatione & ſenſim ſublatione, virium dejectione indies increbeſcente, ad tabidam usque & hecticam conſumptionem, quæ denique repentinâ extinctione in mortem exiit. Apertô cadavere, ventriculus hinc inde velut arroſus, mollis, flaccidus, præcipuè verò valdè tenuis, liquamen etiam lentum continens, repertus. Non diffiteor, vix legeram ſpeciem facti, quin è veſtigiô famoſi Archiatri artificium ſubeſſe ſuſpicarer; quod ipſum cùm Domino meo Collegæ aperirem, in mentem veniebat Eidem, quòd jam ante aliquot annos fraudem hujus Artificis, in propinando contra Febrim venenô, non modò animadverterit, ſed & Patientibus reverâ horribile hoc ſecretum (vid. c. l. c. 3. p. 246.) & quid pro remedio aſſumendum accipiunt, detexerit. Cùm verò liquidò nobis non conſtaret, quòd Artifex ille medicamentum ſuum hîc exhibuerit, non potuimus ſuſpicioni inniti, ſed cùm aliæ quoque circumſtantiæ concurrerent, mitioris etiam ſententiæ probabilitatem ferentes, ſecuti hanc fuimus. Licet alius haud parvi nominis Vir veneni exhibiti ſuſpicionem opinio ne ſuâ foverit. Et profectò, ſi genium hujus hominis (qui in pleraſque hujus nominis & viciniæ Familias Illuſtres clandeſtina ſu conſilia, molimina & medicamina ingerer notoriè ſolitus eſt) intueor, non eſt, quo ſuſpicionis meæ hodiéque me pœniteat, lice illâ neque quicquam probare, neque vel hîc vel alibi perſonam ejus gravare, ſed in verit tem ſolùm digitum & animum intendere m ſit propoſiti. Si quis verò Ægro huic per ce tam perſonam, quam poſtliminiò ſuſpicio hu jus rei maximè oneravit, medicamentum of ferre & propinari ſategit, ille, unde petitur illud fuerit, ſciet ſine dubio; licet, ſi fide famæ, non adeò fortè jucunda ipſa hæc fu rit memoria.

Lit. A.

Reſponſum Facultatis Medicæ Lipſien ſis; de incertitudine Philtri propinati.

P. P.

Quandoquidem ſub datô N. N. die 1 Octobr. currentis anni Caſum Illuſt Viri, nuperrimè defuncti, obitum concerne tem transmiſeris & præviâ diffuſâ relatione ſy ptomatum, jam à binis annis, poſt perpeſſa febrim illi incommodantium, tum & ph nomenorum in Defuncti corpore, poſt be tum atque placidum ejus obitum obſerva rum, deſuper ſuſpicione illa, acſi ſupradic Perſonæ Illuſtri à juvencula, eaque ſuſpectâ m liere, ſæpiſſimè illi adſtante, Philtrum aut to cum propinatum fuerit; aut aliud quodda ſupernaturale vel prohibitum artificium int venerit? judicium noſtrum collegiale deſi raveris;

Hinc præviâ omnium & ſingularum, ſimul relatarum, circumſtantiarum ponde tione, reſpondemus, quòd, licet Philtra (audiunt) aut horum titulô exhibita Aphro ſiaca, vel & alia usquedum adhuc incogr venena, intempeſtivè cumprimis & in nir doſi, eáque iteratâ ſæpius, ſubjectis malè ita diſpoſitis, ut v. g. Venerem confortanti violentiam, ſine inſigni incommodo, perf re non valeant, propinentur, fortaſſis in h moribus diverſas pravitates, fermentation fuſiones & coagulationes, in ſpiritibus aut ataxias enormiſſimas & conſequenter in viſ ribus dyſcraſias, ſtagnationes humorum

i

ndurationes aliasque eroſiones, corruptelas temque febres cauſari: Veneficia ipſa quoque & incantationes neminem immediatè, ed mediantibus demum viribus, quas vel naturaliter, vel ſupernaturaliter in fluidas & ſolidas partes exerunt, interficere valeant; adeo que annon & in hoc corpore ſimile quid acciderit, tam abſolutè ſuſtinere non audeamus, umprimis, ſi ex ſubleſtis & ſuſpectis factis, liunde advolantibus, plures circumſtantiæ ad uſpicionem illam confirmandam aptæ ſe truerint.

Attamen, cum febris, binis adhinc annis raſſans, ex aliis & ſuſpicioni hujusmodi mius obnoxiis cauſis oriri potuerit, ſiquidem ndies illud fieri videmus, hæque & conſimies cauſæ, ſive evidentes, ſive latentes, non ninus indurationem pulmonum ſcirrhoſam, olypum cordis, cruditates, liquamina cadaveroſa, relaxationem ventriculi aliasque viſcerum corruptelas & anomalias, ut & ſymptomata exinde propullulantia, hæcque mortem ipſam inducere valeant; hinc Perſonam hanc per Philtrum, toxicum, aut aliud veneficium actu enecatam fuiſſe, nullo modô infallibiliter concludi aut probari poteſt. Signaum Lipſiæ die 30. Octobr. Anno 1694.

Decanus, Senior aliique Doctores & Aſſeſſores Facultatis Medicæ.

Lit. B.

Reſponſum Facultatis Medicæ Jenenſis deſuper eodem CASU.

P. P.

E literis Tuis, die 16. Octobr. a. c. ad nos datis, fuſius perſpeximus, quâ ratione Vir Illuſtris, 42. circiter annorum, circa quem frequenter ſuſpecta quædam fœmina juvencula obſervata fuit, poſt febrem, ante binos annos perpeſſam, tuſſi quadam & cardialgiâ ſæpiſſimè correptus fuerit, quæ ſymptomata ſucceſſivè incrementum ceperint, cumprimis autem ab aliquot menſibus tuſſi dolores lateris dextri, cui incumbere non valuit, cum appetitus dejectione acceſſerint, quæ omnia tamen inſuper habita, nec medicamenta convenientia adhibita fuerint: Abhinc, cùm die 8. Octobris a. c. ægrum in templô frigus & rigor inſignis, vomitus vehementes & calor p. n. corripuiſſent, prioraque ſymptomata increviſſent, ita ut maximam partem in lecto ſe continuerit, adhibitis medicamentis diſpoſitio febrilis equidem evanuerit, expectoratio facilior, reddita & quædam reconvaleſcentiæ ſpes affulſerit, ſed tuſſis vehemens, continua ejectio ſuperabundantis ſpumoſæ materiæ, ut & alia, eaque diverſa periculoſa ſymptomata, ut ſingultus, anguſtia præcordiorum, tremor artuum & extrema virium proſtratio adeò ſucceverint, ut die nona inſequente mors tandem ſupervenerit. Quoniam verò poſt aperturam cadaveris inteſtina, ut & ventriculus, obſcuriore & nigricante magis colore, quàm pro naturâ ſolent, cumprimis autem tunicæ ventriculi ſummè attenuatæ & relaxatæ, inibique nigricans humiditas fœtorem ſatis cadaveroſum ſpirans, hepate in parte convexâ cum liene corrupto ſeu infecto, pulmonibus penitus ſcirrhoſis & tumentibus, corde juſto minore, flaccido & in ſiniſtro ventriculo maſsâ quâdam carnosâ, flaccidâ, nullâ parte adnatâ, ſed liberâ, digiti minoris magnitudine, referto, obſervata fuerint, altioris indaginis res hæc viſa fuerit, & ſuſpicionem quandam reliquerit.

Quùm igitur illorum intuitu quæſtio ad Nos devoluta fuerit, an partim è prioribus indiciis, quæ à binis jam annis ſe truſerunt, partim è phænomenis ultimi morbi, & cumprimis poſt apertionem cadaveris obſervatis circumſtantiis concludi poſſit, Defuncto philtrum aliquod, aut in eundem effectum tendens toxicum propinatum fuiſſe, aut & aliud ſupernaturale vel prohibitum artificium interveniſſe?

Hinc prævià Collegiali diligentique rei ponderatione, juxta omnes circumſtantias, exiſtimamus idem è nullô eorum concludi poſſe, quia nequicquam indicari potuit, à cujus aſſumtione uſu aut exhibitione ſubitanea quædam aut quaſi alteratio vel occaſio demonſtrari potuerit: 2. enarrari affectus eorumque ſigna ordinaria in ſe & ſua naturâ ad inferendam mortem ſatis valida ſunt; cumprimis autem 3. prior, tanquam morbus chronicus & diſpoſitio hectico-phthiſica, & 4. alter ceu febris ardens ad minimum cum inflammatione pulmonum comitata, quæ 5. etiam in corrupto adeò viſcerum ſtatu ùtplurimùm mortem cauſatur. Quò 6. neglectus prævius morbi & intermiſſio convenientis medicinæ, tandemque 7. concretio in ſiniſtro cordis ventriculo accedunt, quæ ultima in ſe periculoſa ſatis eſt, & non minus ac alia phænomena à naturalibus cauſis oriri poteſt. Atteſtationis ergò ſigillum Facultatis Noſtræ ordinarium apprimentes. Jenæ die 30. Octobr. 1694.

Decanus, Senior aliique Profeſſ. Facultatis Medic. ibidem.

Lit. C.

EXTRACT.

è literis D. D. FR. *die* 15. *Nov.* 1694. *an Dn. Cancellarium de R. datis.*

QUod tranſmiſſum mihi caſum attinet, eundem, quantum temporis & negotiorum conditio permiſerunt, diligenter perlegi, omnia & ſingula momenta ponderavi, & prout hæcce teſtantur, expedivi. Optarem modò, ut partim Exc. Veſtra, partim aliæ Illuſtres Perſonæ illis ſint contenti. Alias ſi totum hoc negotium collegialiter & majori cum temporis indultu inquiri & diſcuti poſſet, unum vel alterum ſolidius deduci poſſe credo. Impatienti deſiderio expecto, quid DNN. Lipſienſes, viſâ ultima Relatione C. ſint reſoluturi, cujus communicationem etiam atque etiam rogarem. Caſum hunc, proh dolor! in iisdem ferè terminis ob oculos poſitum habemus, ejusque Inquiſitio Summo usque Judici negotium faceſſit. Quin in ſe (ſalvis reliquis omnibus, ſed non conceſſis) res peſſimi exempli eſt, Magnatem â Conjuge ſua Illuſtri abalienare &c.

Lit. D.

Reſponſum II. Facultatis Medicæ Lipſienſis; deſuper eodem Caſu.

POſtquam haud ita pridem, die 16. Octobr. quoad certum caſum, ſuſpicionem philtri & toxici, Illuſtri & eodem menſe denato Viro propinati, concernentem, Collegialem noſtram ſententiam deſideraſti, quæ tunc eò vergebat, quòd ex indicatis circumſtantiis, an modò dicta Illuſtris Perſona ab hiſce vel aliis ſupernaturalibus rebus & cauſis affecta & interemta fuerit, tam certò & abſolutè concludi nequeat: Nunc autem ſub dato, die 6. Novembr. per novarum variarum circumſtantiarum, ſuſpicionem eandem magis augentium, allegationem, ſequens quæſtio, deſuper qua judicium noſtrum Medicum denuò requiritur, ſuborta fuit:

Annon conjecturæ probabiles ſint in promtu, vi quarum præſumi poſſet, Illuſtri illi Perſonæ, â ſuſpectâ muliere juvenculâ philtrum & toxicum propinatum, aut aliud quid ſupranaturale, ex artibus prohibitis, interpoſitum fuiſſe?

Hinc præviâ conſideratione modò dictarum circumſtantiarum, harumque cum prioribus collatione, etiam hiſce, deſiderati reſponſi loco, reponimus, quòd quoad e[...] quæ *punctum* 1. 2. & 3. nunc indigitant, jam dum in priori noſtro Reſponſo monuerimu[s] diſcraſias & corruptiones viſcerum, hum[o]rum pravitates & ſpirituum ataxias, indequ[e] orta ſymptomata â febri relicta, imò ipſa[m] mortem omninò etiam in hoc ſubjectô, fo[r]taſſis à philtro aut toxicô oriri potuiſſe, ſiqu[i]dem & tunc temporis contrarium abſolutè [...] ſimpliciter ſuſtinere auſi non fuimus; quò[d] autem indicia & facta *Num.* 4. 5. &c. allata pr[æ]ſumtione propinati philtri & veneni majore[m] probabilitatem fidemque conciliare valeant ne usque dum quidem per conjecturam ratio[]nalem & ex principiis artis petitam perſpice[re] poſſumus, dum *num.* 5. tantùm videtur [...] conjicitur, non autem certò probatur, Pe[r]ſonæ Illuſtri defunctæ, brevî ante febrem philtrum propinatum aliaque illicita media i[...] adhibita fuiſſe: dumque affectus amoris fo[r]taſſis non tam ex hiſce, quàm potius nimiu[m] tunc inſimul creſcente converſatione & fam[i]liaritate cum ſuſpectâ fœminâ profluxit, & cu[m] tantô fervore ſubitò adauctus fuit, cùm, quò[d] ſola frequentior & ſuavior converſatio ſimile[m] amorem enormiorem cauſetur, quotidia[na] experientia doceat, cumprimis in ejusmo[di] ſubjectis, quibus plus affectuum, quàm pru[]dentiæ contigit; quapropter & 6. ſine quav[is] aliâ præſumptione fieri poteſt, ut poſt paci[fi]cam & expetitam cohabitationem conjug[a]lem ſingularis quædam diſplicentia inter utrun[]que conjugem oriatur, Maritus 7. & 8. pen[es] uxorem ſibi deſponſatam nil niſi inquietud[i]nem & anguſtias cordis, (cumprimis ſi hæc i[n]ſimul æmulationis & diffidentiæ plena ſit) contra penes mulierem ſuſpectam ſingulare[m] quandam animi tranquillitatem experiatur, [...] ſimiliter ſine hâc continuis anguſtiis & inqui[e]tudinibus agitetur, ejusque anima ſenſitiva i[n] varios motus inordinatos, hincque vigilia[s] palpitationem cordis &c. præcipitetur: Ut[i] hoc ſymptoma ſæpiſſimè à ſolo cordis po[]lypô, qualis in Defuncti cadavere inventu[s] fuit, profluere, plurimorum Medicorum Pr[a]cticorum obſervationes doceant. *Monitu[m]* 8. de corde marcido & flaccido, ad conjectu[]ram philtri & toxici exiguum aut omnino nu[l]lum indicium ſubminiſtrat. Quando ver[o] *num.* 9. refertur, Perſonam Illuſtrem aliqua[n]do ſuâ ſponte in cogitationes illas incidiſſe, a[n] ſi aliquid ſibi propinatum fuerit, eâque d[e] causâ conſilium deſideraſſe, fortaſſis ſuſpicio[]nem philtri, non autem veneni augere poſſe[t] indèque non ſequeretur, inde lethalia il[la] ſymptomata profluxiſſe: Verùm enim ve[]rò, cùm ratio, cur illud ſuſpicata fuerit, minù[s] cognita ſit, ſæpius quoque in hujuſcemo[]di enormius amantibus fieri ſoleat, ut, ſi erro[]rem ſuum per intervalla lucidiora agnoſcant, p[er] præconceptam opinionem, ex re morali natura[]lem, aut omnino ſupernaturalem ſufficiant, hin[c]

& hui

& huic præſumtioni parum fidere licet. Rationes *num.* 10. *&* 11. noſtri fori non ſunt, ſed quoad vim à Deo Diabolo permiſſam, Theologorum, & quoad reliqua, Juris-Conſultorum. Quæ ſimul de corculis turturum aliisque ſpeciebus in adjectis ſacculis & libellis ſub B. adferuntur, anili ſuperſtitioni magis, quam alii cuivis delicto ſimilia ſunt, de quibus æquè minus, ac de animô & intentione hominum ejusmodi judicare licet; adeoque 12. facta hactenus enumerata pro ſufficientibus habere non poſſumus, ut exinde plura & certiora, quam ante dijudicare poſſimus, quòd defuncta hæc Perſona Illuſtris probabilius ex philtrô & toxicô, quàm morbô internô & magis naturali obierit, maximè, dùm quanti in ſimilibus atrocibus & capitalibus, maximè tamen occultis delictis, ad eorum ſive dijudicationem, ſive detectionem, ſubſidia indaginis humanæ facienda? conjecturæ etiam & præſumtiones probabiles æſtimandæ ſint? Nos ſuo in valore & Juris Conſultorum deciſione poſitum relinquimus. Lipſiæ die 12. Nov. 1694.

Decanus, Senior, Doctores & Aſſeſſores Facul. Med. ibid.

Lit. E.

Judicium Archiatri Electoralis, ſub perſonato Agricolæ Liberti nomine, de probabilitate philtri propinati.

QUasvis ambages ut evitemus, non opus eſſe ducimus plenariam Relationem *Lit. A.* hic repetere, quùm paſſus utiles hinc inde allegandi ſint, adeoque ſtatim Quæſtionem aggredior: An Illuſtri huic Perſonæ, cùm juvencula, eaque ſuſpecta fœmina ſæpiſſimè circa eandem obſervata ſit, ita, ut ſine illa vix abs que inſigni moleſtiâ vivere potuerit, philtrum fortè & toxicum propinatum, aut aliud quid ſupernaturalis, ex artibus illicitis, adhibitum fuerit? & an idem ex argumentis demonſtrativis, vel ad minimum è conjecturis probabilibus evinci poſſit?

Hinc utique negari nequit ſolida heîc probatione opus eſſe: Attamen in præſenti caſu plurimæ circumſtantiæ ſe offerunt, quæ inſignem nobis ſuſpicionem injicere valent, quæ 1. partim ex iis, quæ durante adhuc vitâ acciderunt, partim 2. poſt mortem beatiſſimam obſervata fuerunt, colligendæ ſunt.

Quoad primum, conſtat, amorem potiſſimum in ſubjecta formoſa ferri, eoque quammaximè juvenes, in mundo minus adhuc versatos, ineſcari; quoniam verò ſimul diverſi amoris gradus dantur, & Perſona hæc Illuſtris quadraginta duos jamdum annos habet, eâque de causâ violentus naturæ inſtinctus non æquè vehemens in eâ eſt, ac in Juvenibus, rerum minus peritis, eſſe ſolet; hinc probè attendendum, quòd Lit. C. num. 5. 6. 7. 8. allegatum fuit, cumprimis, quòd circa tempus obortæ febris converſatio & familiaritas cum ſuſpectâ muliere notabiliter increverit. Jam verò ex Autoribus & Experientia conſtat, quod inter phænomena philtri propinati primô locô ſe offerat totius corporis horror, quô potionati plerumque corripiuntur, ut in febribus fieri ſolet, teſte *El. Henr. Henckelio Tr. de Philtris* §. 7. *p. m.* 12. cujus ratio ab eodem quoque §. 45. 46. *p.* 68. *ſeqq.* allegata fuit; adhæc ſpecies febris Lit. A. expreſſa non eſt. Porrò anguſtias cordis in principio adfuiſſe, & in ultimô morbô inſignem inquietudinem, cum anguſtia præcordiorum obſervatam eſſe, quæ tandem immane quantum ſuccreverit: Quodve Perſona Illuſtris ſine præſentia mulieris ſuſpectæ ſe vix continere potuerit, ſed continuo angore & mœrore detenta fuerit, lit. C. n. 3. perhibetur; jam à ſupra laudato *Autore l. a. p.* 12. inter phænomena philtri propinati pectoris anguſtia, cordis compreſſio & ſpirandi difficultas quoque numerantur, additis rationibus, §. 47. *p.* 69. *ſeqq.* hôc additamento: prætereà conqueruntur potionati magis de anguſtiâ præcordiorum (daſz ihnen ſey angſt und bang) quàm difficultate. Quin & in ultimâ ægritudine utplurimum lecto affixus hæſit Dn. Patiens, lit. A. cùm laſſitudo illa ab humorum ὀργασμῷ, quem philtra concitant, dependeat, ut *idem ibidem* §. 50. deducit. Porrò tam ab initiô febris appetitus abolitus, quam in ultimô affectu vomitus enormes & omnimoda ferè appetitus dejectio (lit. A.) obſervata fuerunt, quæ plerumque à propinatô poculô amatorio oriuntur, ſcribítque *Autor ſupra nominatus* §. 7. *n.* 5. Philtra aſſumta ſtipare etiam ſolent inſignes ventriculi ac inteſtinorum lancinationes, cum aſſiduâ & immoderatâ vitioſorum humorum, per ſuperiora & inferiora, rejectione, quod §. 51. *ſeqq.* porro deducit: unde teſte ratione & experientiâ ſtatim poſt ſuſpicionem aſſumti philtri vomitoria præſcribi ſolent, ut quam maximè in hoc caſu apud *Grulingium & Timæum à Guldenklee* videre eſt; quòd ſi & hîc obſervatum fuiſſet, dubio procul neque ventriculus & inteſtina ita viſa, neque dolorifica illa humiditas in ventriculo, quæ cadaveroſum admodum fœtorem in exenteratione (lit. A.) ſpiravit, inventa fuiſſet. Quòd autem DN. Patiens poſt illam febrim occupationibus ſuis rurſus vacare & defungi potuerit, non minus poſt exhibitum philtrum contingere poterat, quæ inter illa ſunt venena, quæ non occidunt, ſed tantummodò noxam aliquam corpori inferunt, ut à *Paulo Zacchiâ in Quæſt. Medico-Legalibus L.* 2. *l.* 2. *qu.* 3. *n.* 16.

n. 16. refertur & è *Proſperó Farinacio in Prax. Crim. T. de homicid. q.* 122. *n.* 91. *pag.* 2. *tom.* 2. confirmatur. Imò & *Cardanus Lib.* 1. *de Venen. cap.* 26. habet, quòd venenum amatorium inter ea, quæ non interficiunt, ſed ſolummodò noxam aliquam corpori humano inferunt, numerandum ſit; & ad ſimilia etiam pertinent, quæ odium uxoris inducunt, teſte *P. Zacchiâ loc. all. n.* 11. Rationes, cur philtra tardius & multò poſt, quàm hauſta fuêre, tempore, ſuam ἐνέργειαν exſerant, apud *Henckelium l. c.* §. 62. videri poſſunt. Hucque φαινόμενα, quæ Studioſo cuidam Theologo A. C. 1604. poſt epotum philtrum acciderunt, quadrant, de quibus prolixè *Timæus à Guldenklee L.* 7. *c.* 24. *p. m.* 332. Probè etiam obſervandum eſt, Perſonam illam Illuſtrem cum Conjuge ſuaviſſimâ antehâc, usque ad tempus obortæ febris ejusque ſymptomata amabile & exoptatum conjugium duxiſſe; ſtatim verò poſt eandem animum ab Illa abalienaſſe, affectum amoris erga ſuſpectam è contra ad ſummum ferè gradum increviſſe, Lit. C. n. 5. & 6. quòd Herclè febris, ex ſolitis ſuis cauſis ortæ, effectus neutiquam erit, ut nemini non conſtat, ſed potius à converſatione & familiaritate cum ſuſpectâ perſonâ, ſive jam philtrum propriè ſive impropriè ſic dictum vocetur, oritur. Neque prætereundum eſt, Perſonam Illuſtrem absque ſuſpecta muliere nullibi ſubſiſtere potuiſſe, è contra in præſentiâ Ejus perturbationes animi ceſſaſſe, Lit. C. n. 7. in Eaque notabilem animi tranquillitatem obſervari potuiſſe Lit. C. n. 8. quæ extrema utique ſuſpicionem amoris artificio producti creant, ſimileque & quidem notatu digniſſimum exemplum, in ſimili planè caſu recentiſſimo plurimorum oculis & cordibus usque obverſatur; cumprimis, quòd Perſona hæc Illuſtris ipſa in cogitationes inciderit, ſibi maligni quid propinatum fuiſſe, Lit. C. n. 9. Ulterius accedit mulieris ſuſpectæ communicatio cum ſuſpectâ fœminâ, penes quam ſacculus, diverſis ingredientibus refertus, inventus fuit, quæ ex ſuperſtitione in ſimilibus adhiberi ſolent: Qualia ſunt radix victorialis, de quâ *Tabernæmontanus Lib.* 2. *c.* 56. *f. m.* 875. Item galea infantum complicata, de quâ *Voëtius Part. III. Diſput. Select. de ſuperſtit. p. m.* 103. *&* 128. *Joh. Alb. Sebizius Diſſ. de Æſculapio c.* 2. §. 4. It. Corcula turturum, de quibus haud pauca apud *Apulejum L. de medicam. herbarum*: *Sext. Empiric. Barthol. Carrichterum in Herb.* aliosque plures: utut de hujus Amuleti applicatione ulteriori relatione opus ſit.

Quoad ſecundum, in Lit. A. præter ſupra allegatam conſtitutionem ventriculi & inteſtinorum invenimus, quòd hepar, in parte convexâ corruptioni jam proximum fuerit: (unde fortè, durante adhuc vitâ, poſt febrim exantlatam, dolor in dextrô latere, ab aliquot menſibus jam urgens, ita quidem, ut Dominus Patiens illi incumbere nequiverit, in ultimâ ægritudine adhuc moleſtior & ſenſibilior) id quod in liene quoque videre erat; junctâ ſimul ſingulari quadam viſcerum ſideratione. Siquidem in potionatis ſanguis corruptus eſt, ubi partes ſpirituoſæ avolant. Unde *Henckelius l. a.* §. 55. *p.* 77. *& ſeqq.* Eô (ſanguine ſc. temperatô & ſpiritibus affatim imbuto) cum prorſus deſtituantur potionati, utpote quorum ſanguis planè corruptus eſt, non poſſunt non quoque multis morbis frequenter infeſtari; cùm enim hic ſanguis & ſpiritus non in unô eodémque locô permaneant, ſed continuò totum corpus, omniáque viſcera perreptent, multis quoque partibus vitium aliquod affricant, & in illis diſpoſitionem præternaturalem inducunt. Unde quoque eſt, quòd partes corruptæ fuerint, ut in Friderico Auſtriæ Duce & Electo Romanorum Rege poſt philtrum accidit, qui primum cœpit viribus deficere, dein invaleſcente morbô corpus computruit, ut de eô *Cuſpinianus* enarrat, additque *Henckelius Tr. de Philtris* §. 57. *p. m.* 78. *ſeqq.* A philtris ſingulari modò corruptus ſanguis, dum una cum aliis humoribus circulatur, non tantùm bonos humores alios inficit & corrumpit, ſed etiam primariis hæmatoſeos organis ſimilem pravam diatheſin imprimit, adeò, ut ad generandum bonum ſanguinem prorſus ſint inepta; corruptô itaque ſanguine non poteſt non totum corpus corrumpi & putreſcere. Húcque ſub exenteratione cor una cum pulmonibus, hepar & lien bene referri poſſunt.

Certa ergò me ſpes tenet, ex allegatis circumſtantiis & deductione apparituram eſſe, quòd notabiles conjecturæ probabiles, ſi non apodicticæ demonſtrationes inde poſſint colligi; quæ, ob temporis auguſtiam & concatenata negotia, in tantum, debitæ ſignificationis ergò, ſalvis tamen rectius ſentientibus impertire volui. Dat. die 14. Nov. 1694.

D. Agricola Liberti

Reſponſum Facultatis Medicæ Wittebergenſis, de incertitudine philtri exhibiti.

P. P.

QUum Relationem Tuam, unà cum annexis quæſtionibus & diverſis additamentis A. B. C. D. ſignatis, ſacculô inſuper & libello Nobis tranſmiſeris, & de illis informationem noſtram deſideraveris, hinc in abſentia Domini Collegæ noſtri, D. Franckii, prævia Collegiali Deliberatione R[egulis] Artis conſentaneum eſſe ducim[us]

Inc

ncuſatâ juvene quadam fœminâ, quod ſæpiſſimè circa Virum Illuſtrem obſervata fuerit, llique fortè philtrum aut toxicum propinâit, cum dictus modò Vir Inſignis, poſt febrim, binis abhinc annis exantlatam, non obſtante, quòd omnino amicabilem conjugem habuerit, & cum illâ pacificum & exoptatum matrimonium coluerit, converſationem tamen & familiaritatem cum ſuſpecta muliere in antum amaverit, ut exinde non tantùm mutatum ſatis animum & diſplicentiam erga conjugem ſupradictam præ ſe tulerit, ſed & absque fœmina ſuſpecta ſe vix continere potuerit, & continuis anguſtiis detentus fuerit; cum è contra præſente illa perturbationes animi ceſſarint, & earum loco notabilis animi tranquillitas acceſſerit, donec poſt diverſa, à tempore febris obortæ, urgentia ſymptomata, cumprimis tuſſim, cardialgiam & palpitationem cordis, & dolorem in hypochondiis & dejectionem appetitus, tandem die 8. Octobris, hujus 1694. anni, in ſonticum quendam morbum inciderit, indèque die 9. placidè obierit: Judicium noſtrum Collegiale deſideratur, annon, hâc in parte, contra ſupradictam mulierem ſufficiens ſuſpicio aut conjecturæ probabiles in promptu ſint, vi quarum conjici poſſet, quod Defuncto philtrum ejusmodi aut toxicum propinarit, vel aliud quid ſupernaturalis ex artibus prohibitis adhibuerit? Omnia juxta tenorem Relationis & additamentorum nobis oblatorum.

Jam quamvis negari nequeat, ſymptomata Perſonæ Illuſtri, durante morbô, incommodantia, ut non minus alia ſub exenteratione corporis demortui inventa phænomena, ita comparata fuiſſe; ut tam ex philtrô, quàm ex cauſis internis & naturalibus morbi originem ſuam capere potuerint, cùm experientia teſtetur, quòd ſymptomata in Illuſtri hoc Virô obſervata, qualia ſunt: anguſtia præcordiorum, palpitatio atque compreſſio cordis, ſpirandi difficultas, lancinationes & dolores viſcerum ac vomitus, appetitus proſtratus, corporis totius horror & æſtus, ſingultus, tremor artuum, laſſitudo & virium omnium languor aliaque plura ſymptomata ex philtro non tantùm profluant, ſed & viſcera aliasque partes adeò corrumpant, ut neceſſariò tandem mors inſequatur, ut omnia hæc à diverſis Scriptoribus Medicis, cumprimis ab *El. Henrico Henckelio tr. de Philtris* prolixè annotata fuerunt. Quò porrò accedit, quòd juxta ulteriorem Tuam relationem, ſtatim à tempore obortæ febris converſatio & familiaritas cum ſuſpecta muliere notabile incrementum ſumſerit, affectus amoris quoque eò evectus fuerit, ut ſecundum regularem naturæ curſum nullus affectus humanus, ſibi relictus, absque causâ externâ, non facile eò deduci poſſe videatur, cum primis, ſi conſideraverimus Perſonam Defunctam, licet acceptam & amicabilem conjugem habuerit cumque eâ, usque ad tempus febrile, in pacificô & exoptatô conjugio vixerit, poſtea tamen animum erga eandem inſigniter mutaſſe; dum, ut porrò aſſeris, res eò tandem recidit, ut Eadem ſine muliere ſuſpecta vix ſe continere potuerit, ſed continuis cordis anguſtiis obnoxia fuerit, cum præſente è contra modò dicta muliere perturbationes animi ceſſârint, earúmque loco notabilis animi tranquillitas ſe truſerit; quæ ſubitanea permutatio, in duobus extremis conſiſtens, in iis plerumque obſervatur, quibus infortunium in coactum ejusmodi amorem incidendi, illíque ſe irretiendi contingit; quô in ſtatu apparere poſſet, ſufficientem omninò juſtámque ſuſpicionem propinati philtri ſe prodere.

Attamen & quoniam ex allegatis ſymptomatibus aliisque in corpore exanimi inventis phænomenis judicium eò, quod ex illis cauſa extrinſeca magis & violenta, quàm interna & naturalis morbi colligenda ſit, dirigi non poteſt, ſiquidem enumerata ſymptomata & poſt mortem inventæ corruptiones viſcerum, tam ex cauſis internis & naturalibus, & cumprimis à cacochymiâ maſſæ ſanguineæ, indéque ſubortâ concretione carneâ & polyposâ in ſiniſtrô cordis ſinu & corruptione viſcerum, quales in corporibus cachecticis, ſæpiſſimè ſat diu palpitatione & compreſſione cordis, ſpiritus difficultate & tuſſi, doloribus hypochondriorum, appetitu dejectô aliisque accidentibus pluribus laborantibus, haud infrequentes eſſe ſolent, quàm à philtrô ſe trudere & oriri poſſunt; quemadmodum nuperrimè, in Sectione quadam Anatomicâ hîc habitâ, notabile exemplum magis confirmavit, quòd non minus in Virô quodam ſimilis polypus in ſiniſtra cordis auriculâ, cor verò tabidum & lobus pulmonis ſiniſter ſcirrhoſus & corruptus inventus fuerit: Juxta hæc ex auctô & immoderatô amore poſt febrim commodè concludi nequit, quòd idem à philtro oriatur, cùm idem amor ex converſatione & familiaritate cum ſuſpectâ muliere, ſine interventu medii externi, per internum inſtinctum derivari & augeri, varióſque affectus & mutationes animi & corporis inducere poſſit; prout amor affectus ſatis vehemens eſt, ipſáque experientia teſtatur, quod ardentius amantes poſt inflictum amoris vulnus venis, perpetuò ſemper crucientur, ac præter unam dilectam cæteras omnes averſentur, & ſine illius conſuetudine in mœrorem conjecti inſomnes noctes ducant languoremque univerſi corporis incidant: erigantur & ad lætitiam redeant ac tranquilli reddantur, ſimulac amicâ potiantur. Adhæc, quòd mulier ſuſpecta à fœminâ, penes quam amuletum unà cum libellô inventum fuit, ſuſpectum ejusmodi artificium didicerit, & Viro Illuſtri actu applicaverit, in facto non liquet, & ſolùm exinde, quòd ſimul

converſatæ ſint, ſiniſtri quid extorqueri nequit; ut taceamus, uſum corculorum turturum, quem altera fœmina præſe tulit, in ſe minus noxium eſſe, adeoque non apparere, quâ ratione in omnem eventum, etſi eadem à ſuſpecta muliere adhibita fuiſſent, Perſonæ Illuſtri detrimentum aliquod inferre potuiſſet. Quò accedit, quòd juxta ſanæ rationis ductum regulasque Artis Medicæ, ſub inquiſitione cauſæ mortis, in rebus dubiis, ad internas magis, quàm externas cauſas reſpiciendum ſit, cumprimis, ſi delicta facti, & ita absque cauſis prægnantibus non facile conjicere licet, ſi quammaximè cauſæ naturales commodè indicari poſſunt.

Hinc tantum inde eluceſcit, quod in præſenti caſu nullæ adhuc conjecturæ probabiles in promptu ſint, nec de jure ſuſpicari liceat, Viro Illuſtri, à ſuſpecta hâc fœminâ juvencula philtrum aliquod aut toxicum propinatum, vel aliud quid ſupernaturalis ex artibus illicitis adhibitum fuiſſe. Nihilo tamen minus, curatius trutinando, quòd Mulier ſuſpecta, cum Viro Illuſtri, in familiaritate minus permiſsâ vixerit, & ita in aliô delicti genere implicita hæreat, ſimulque alia ad Forum Politicum ſpectantia momenta, ad hanc vel illam ſuſpicionem, in puncto philtri, excitandam intervenerint, cauſa hæc ulteriori Dominorum Jure-Conſultorum Inquiſitioni committenda erit. Atteſtationis ergò Sigillo Facultatis noſtræ omnia confirmando. Wittenbergæ die 29. Novembr. 1694.

Decanus, Senior aliique Profeſſ. Facultatis Medic. ibidem.

Atteſtatum Medici Ord. de nullitate philtri exhibiti.

CUM à nonnullis incuſatus fuerim, quòd de Affectu, Beatiſſimum Dominum DN. N. N. die II. Octobris 1694. obruente, Eumque die nonô inſequente jugulante, unà cum *Dn. D. Glaſſio*, cui, tanquam Archiatro Beatiſſimi Ordinario, per triduum ante beatum ejus obitum, in curatione adjunctus eram, non tantùm judicaverim, ſed & locis ſublimioribus oretenus indicaverim, ſub Exenteratione cadaveris, ab utroque Medico die inſequente, à meridie, inſtituta, indicia quædam cauſarum ſupernaturalium mortis Beatiſſimi DN. N. N. ſe truſiſſe ipſique fortè philtrum propinatum fuiſſe.

Hinc, quantum me concernit, hiſce atteſtari volui, idem veritati adeò non conſentaneum eſſe, ut potius plus una vice, coram inſtituta tunc Commiſſione palàm huic prætenſioni contradixerim, dum cauſæ naturales hujus mortis ad oculum demonſtrari potuerunt, ita ut neutiquam opus ſit in cogitationes illas deveniendi, quammaximè, quòd anxietates præcordiorum laterisque dextri dolor tenſivus, unà cum tuſſi & loquela tenui jam à pluribus annis, ante biennalem febrim obſervata, & poſt exantlatam febrim, è cauſis naturalibus, notabiliter aucta fuerint; unde ne minimum quidem cauſarum ſupernaturalium multò minùs philtri aut veneni exhibiti, indicium inde colligere potui; quin nunquam non in eâ potius ſententiâ permanſurus ſum morbum æquè ac mortem inſequentem, cauſas ſuas ordinarias & naturales habuiſſe; in cujus rei fidem propriâ hæc dextrâ exarare volu[i]
Dat. Merſeburgi die 31. *Octobr.* 1694.

L. J. ARNOLDI

Aliud Atteſtatum de conſtitutione atque valetudine fœminæ ſuſpectæ.

POſtquam DN. N. N. me in fine nominatum datis literis requiſivit, ut judicium meum, de Conjugis ſuæ chronicâ Indiſpoſitione, quâ ratione 1. eandem invenerim & curaverim? 2. An ſub hâc invaletudine appetitus quidam Venereus locum habere poſſit pro ſcientiâ & conſcientia mea, in forma atteſtati fide digni impertirem.

Hinc vi præſentium atteſtor, quòd cùm anno 1693. menſe Junio cum DN. N. N. Meſeburgum profectus, ibidemque per dies aliquot commoratus eſſem, ſupradictæ fœminæ N. N. prima vice innotuerim: Qua occaſione il[lum] ſuum mihi affectum, quô jam per ſeptem an[n]os ætatis ſuæ afflicta fuerit, aperuit & dijudicandum obtulit, & cùm per tantum tempor[is] intervallum plurima medicamenta incaſſu[m] aſſumſerit, ut meam quoque medendi meth[o]dum & remedia tentarem, ſibique auxiliu[m] aliquod ferrem, expetiit?

Quoniam igitur, præviâ accurata con[ſi]deratione relatarum circumſtantiarum inven[i] affectum illum nihil aliud, quàm fluorem a[l]bum, & quidem Gonorrhœam notham eſſ[e] ſimul è cura, mihi deſcripta, oſtenſisque qu[i]busdam medicamentis ſtatim judicavi, affe[c]tum illum ſatis empiricè tractatum fuiſſe; hi[nc] demonſtravi radicem mali, maximâ ex par[te] latentem eſſe cachexiam, quam natura ſalub[ri] conſiliô, per uteri glandulas, tanquam emu[n]ctorium extraordinarium eliminare intendere[t]. Eaque de cauſa pilularum adſtringentium tunc mihi oſtenſarum uſum non tantum diſſua[ſi] ſed ut illæ prorſus abjiciantur, in medium conſi[] lui, & ut è contra iis appropriata potius ant[i]

cach[-]

cachectica, vel remedia quædam & alia, vel prævià exploratione Ventriculi æquè ac corporis conſtitutionis, acidulas Svalbacenſes, interpoſitis blandis laxativis ſubſtituenda: Ab hinc verò Thermarum, ſive Wolckenſteinenſium ſive Töplicenſium uſum addendum eſſe monui, non omiſsô poſt dulci matrimonii vinculô; cujus ultimi conſilii intuitu ſecundæ quæſtionis reſolutio ſuâ ſponte ſe trudebat. Quemadmodum enim omnibus prudentibus & rationalibus Medicis haud ignotum eſt, quòd in fluore albo nothô, tam in mulieribus, quàm virginibus nulla, aut parciſſima in Venerem propenſio adſit, de quo, præter Experientiam quotidianam, innumeri, iique Celeberrimi Authores, ſi opus eſſet, allegari poſſent: Ita reſpectu matrimonii ſententia mea tunc eò vergebat, ut per coitum moderatum & conjugales amplexus ſpiritus animales, aliâs torpidiores, eò magis excitentur, ad uterum parteſque genitales deriventur, & glandulæ uterinæ, hactenus laxatæ, ſub inſtitutis balneis, eò magis ſtringantur: Natura verò pedetentim alterata, & hâc ratione ſerum chyloſum, per muliebria effluens, partibus corporis tandem aſſimilari valeat.

Ridiculum igitur & admiratione dignum eſt, Medicum veteranum, cui tamen de invaletudine ejus ſatis conſtitit, adeò, ut ipſemet plura contra illam remedia adhibuerit, dicare voluiſſe: dictam modò fœminam Perſonæ cuidam Illuſtri Philtrum aliquod propinaſſe, & per remedia prohibita ad amorem incitare voluiſſe, cùm tamen in ſimilibus, quidem chronicis ægritudinibus nullus appetitus Venereus nec ulla in coitu voluptas præſumi poſſit. *Delitschii die 25. Auguſti 1695.*

D. Johann Caſpar Weſtphal. mp.

Reſponſum Facultatis Medicæ Hallenſis; de incertitudine aut nullitate Philtri propinati.

P. P.

Honoratiſſimas Tuas, juxta cum Additamentis, probè obtinuimus, indeque perſpeximus, quâ ratione certa Perſona muliebris in ſuſpicionem tracta & accuſata ſit, ſi mortem Magnatis alicujus, per Philtri propinationem, cauſata fuerit, qualia hujus intuitu Reſponſa à quatuor Facultatibus impertita ſint, quidve abhinc *Agricola Liberti*, ſub nomine fictô, in epiſtola quadam ſpeciali de negotio hôc judicare ſuſtinuerit. Quoniam igitur Honoratiſſimus Dominus Judicium quoddam Medicum, cum rationibus, in Arte noſtra bene fundatis, datis ad Nos literis deſiderat, & quidem 1. An è caſu nobis communicato, ejuſque circumſtantiis rationaliter & medicè concludi poſſit, Perſonæ Illuſtri Philtrum aliquod propinatum fuiſſe, & quod hoc ipſum mortem ejus cauſari potuiſſet? 2. Quid de *Agricolæ Liberti* ſcripto & deductione judicandum ſit? 3. An Perſona quædam muliebris, quæ à plurimis annis fluore albo laboravit, ad amorem, ſeu potius Venerem & libidinem inclinet?

Hinc prævia diligenti, eaque Collegiali & maturâ deliberatione rei, cum omnibus & ſingulis ejuſdem circumſtantiis officioſi reſponſi loco dicimus, quòd, quoad I. membrum nullô modô circumſtantiæ quædam allatæ fuerint, è quibus medicè & rationabiliter, multò minùs apodicticè concludi poſſit, Perſonæ Illuſtri philtrum aliquod propinatum, indeque ſymptomata deducenda, vel ad minimum philtri ſuſpicionem præſentem eſſe; adeoque hâc in parte cum reliquis jamdum impertitis 4. Reſponſis Dominorum Lipſienſium, Wittenbergenſium & Jenenſium Nos conformamus. Adhæc usquedum à nullô cordato & prudente Medicô doceri poterit, Philtra, ex ſanguine menſtruô utplurimùm parata, effectum ejusmodi ſemper edere poſſe, ut ſc. ingentem amorem erga certam Perſonam excitare valeant; magis autem conſtat, ejusmodi res, quæ propriè Philtra audiunt, mentis turbationem, inordinatum ſpirituum motum & furorem, cauſari, ſicque veriſſimus Antiquorum verſus:

Philtra nocent animis, vimque furoris habent,

ita, ut & furor ac delirium ſine febre pro ſignô eſſentiali & pathognomonicô dati philtri habeatur, ut idem prolixè demonſtravit *Sennertus* in *Praxi Lib. 1. Part. 2. Cap. X.* It. *Schenck. Obſ. 30. l. 31. Wierus de Veneficiis lib. 3. p. 382. & ſeq.* nec non *Ettmüllerus in Diſp. de morſu viperæ.* Alioquin ubivis ſequentia ſigna & ſymptomata, quæ ſuſpicionem philtri cauſari valent, attenduntur: Sc. ſi perſona quædam poſt ſuſpectam potionem malè ſe habet, nauſeâ laborat & inquieta eſt, nullibi ſe continere valet, ſæpius ridet, delira & malè cohærentia loquitur, cumprimis autem verecundiæ oblivifcitur, parum dormit, vires amittit, tandem vehementi quodam amore in certam quandam perſonam fertur: Quod ultimum tamen perpetuum non eſt. Quoniam ergò in Perſonâ illâ Illuſtri hæc talia obſervata non ſunt, nec demonſtrari poteſt, quod poſt uſum certæ alicujus rei ſubita illa alteratio, ut & febris, ante 2. annos incipiens, inſecuta ſint; hinc citra magnam temeritatis notam rationabilem conjecturam philtri aut ſuſpicionis de eô formare non licet. Et quamvis hîc opponi poſſet, Perſonam Illuſtrem fœminam illam inſigniter

ter amâſſe & in pretio habuiſſe, ſæpiſſimè quoque cum illâ converſatam fuiſſe: Nihilominus tamen exinde concludi non poteſt, idem ex cauſis occultis, ubi manifeſtæ proſtant, oriri. Notam ſanè meretur, quod de Macedonum Rege Philippo hiſtoriæ perhibent, qui cùm puellam admodum formoſam deperiret, Reginæque Olympiæ narraretur, amorem illum à Philtrô quodam profluere: advocatâ aliquando puellâ, & tum elegantiſſimâ ejus formâ, tum moribus laudabilibus inſpectis, Regina in hæc verba erupiſſe dicitur: Valeant calumniæ! Tu in te philtra habes. Fortaſſis Perſona Illuſtris in hac muliere quid reperiit, quod æſtimationem ejus cauſabatur, unde tamen non ſtatim aliquid honeſtati adverſum concludi poterit. Porrò ad comprobandam ſuſpicionem allegatur, Perſonam Illuſtrem ante duos annos febre intermittente laboraſſe, abhinc proſtrationem virium & appetitus, tuſſim, anguſtiam præcordiorum, unà cum febre, perpeſſam fuiſſe: Factâ verò apertione pulmones ſcirrhoſos, cor flaccidum cum polypo, viſcera corrupta, ventriculum & inteſtina p. n. relaxata, & humore nigricante repleta fuiſſe: Jam verò Nullus ſive Medicus ſive Practicus expertus facilè ſuſtinere poterit, febrim quandam, eamque typicam & communi methodô curabilem, à Philtris generari, multò minùs etiam, quòd polypus quidam cordis à philtris oriri poſſit. Depravatæ autem viſcerum conſtitutiones & corruptiones ſatis ſuperque in corporibus cachecticis ſe trudere poſſunt, cumprimis, ſi in Perſonis ejusmodi febres intermittentes chronicæ acceſſerint, hæque, per intempeſtivum fortè chinæ chinæ uſum, citius juſtô ſupprimantur; prout ſimiliter haud rarò contingit, quòd poſt tales febres, male curatas, obſtructiones & corruptiones viſcerum, ſanguificationi deſtinatorum, hepatis, ſplenis & pulmonum oriantur, & abhinc, pro diverso corporis habitu, in hôc cachexia, in aliô hectica, phthiſis, in utroque autem anxietates, impatientia & appetitus vitia ſe trudant; ſicut & polypus cordis in Illuſtri hâc perſonâ cardialgiam & palpitationem cordis producere potuit; quò accedit, quòd, ut perhibetur, allegata Perſona Inſignis de fiſtulis organi Muſici pulverem quendam abraſerit & aſſumſerit, exiſtimans eundem alvum apertam ſervare: Non minus, quòd omni tempore matutinô cereviſiam frigidam ebibere aſſueta fuerit. Quòd verò ſimilia, pulvis ſc. ♄. & ♃. humoribus diſcraſiam, viſceribus autem malam diſpoſitionem & corruptelam inferre valeant, Medicis ſatis conſtat, plurimisque obſervationibus, ſi opus eſſet, confirmari poſſet; de quibus tamen legi poteſt *Fernelius de noxa* ♄, *in Tract. de Lue* ♀*reâ.*

Ex hiſce jam facilè videre licet, quid de *Agricolæ Liberti* ſcriptô judicandum ſit. Noſtra ſc. ſententia eſt, idem pro deliberatâ Medicoque, ut Medico, digna deductione habendum non eſſe, Auctoremque ipſum, ſi ex fundamentô Artem Medicam calleat, pro tali idem non venditaſſe, dum in re obſcura & incerta nil theticè referri aut inferri poteſt, cumprimis in hôc caſu, ubi nulla evidentia ſigna pathognomonica philtri oſtendi poſſunt. 2. Inexcuſabile eſt, ſi cauſæ manifeſtæ & actuales ſciantur, & omiſſis illis, etiam ad ſuſpicionem tantùm concludere velimus. Tertiò auctoritatem Scriptoris allegat, qui de obſcuro negotiò generaliſſimas ſuppoſitiones & ſymptomata, multis aliis affectibus communia, ponit, & ſpecialiter ad effectum philtri applicat, quas illationes *Dn. Agricola* agnoſcit: porrò exemplum è *Timæo à Güldenklee* allegatum huc omninò non quadrat, quia à Patiente ingens fœtidorum humorum copia, aliæque res ab[surdæ], capilli, ligna, ſetæ porcinæ per vomitum rejecta fuerunt, unde idem potius e[x] Magiâ Diabolicâ deducendum erit. Quo[d] tandem de corculis turturum & galeâ infantulorum adfertur, in fabula anili radicatur, quòd à reculis hujusmodi talis effectus derivandus ſit.

Quoad Tertium membrum: An ſc. fœmina quædam fluore albo à plurimis annis laborans, ad ſalicitatem & Venerem inclinet, reſpondemus, contrarium potius locum obtinere, & experientiam teſtari, Perſonas, eo infectas, ne virorum quidem cupidas eſſe, maximè, quùm affectus hic, conſenſu ferm[è] omnium Medicorum, ab intemperie uteri fr[i]gidâ & humidâ glandularumque uterinaru[m] inſigni debilitate & laxitate oriatur, unde in t[a]libus ſubjectis pauci calidi acresque humores r[e]periuntur, qui ſtimulando alioquin talismo[di] appetitum Venereum cauſari poſſunt; dum [e] in ejusmodi Perſonis utplurimùm debilitas [&] ſpirituum defectus occurrit, quorum tame[n] abundantia ad Venerem requiritur; ſicut & [in] Viris Gonorrhœa laborantibus (qui affect[us] inſignem cum fluore albo affinitatem habet) obſervatur, quòd ad Venerem minus proc[li]ves & apti ſint. Quæ Honoratiſſimum V[i]rum celare noluimus. Atteſtationis ergò F[a]cultatis noſtræ Sigillum apprimendo. Sign[a]tum *Halæ, die 9. Septembris Anno* 169[.]

Decanus aliique Profeſſores Fa-cultatis Medicæ.

CASUS XXI.

DE VENEFICIO ARSENICAL[I]

Requiſitio.

Ex adjectis hîc Actis Inquiſitionalib[us] æquè ac Relationibus Dnn. Phyſicor[um] huj[us]

ujus loci, fol. 17. impertitorum DNN. No-
ri Honoratiſſimi haud gravatim perſpicient,
uâ ratione *Johannæ Juſtinæ Böhmiæ* die
6. Aprilis nuperrimè ab Ancillâ aliquâ è fa-
ulitio ejus arſenicum propinatum fuerit, ita
t ſequenti die, à meridie, obierit. Quan-
oquidem verò ſub Defenſione Inquiſitæ Ad-
ocatus ex officio illi conſtitutus in eas cogi-
itiones devenerit, quòd Defuncta Böhmia,
urante morbô, quoad uſum medicamen-
orum convenientium minus legitimè ſe geſſe-
t & ad hujus confirmationem Medici, quô
nc utebatur. *D. Joh. Chriſtoph. N.* Re-
tionem manuſcriptam fol. 10. Actis inſerue-
t, adeoque hinc inferre conetur, Defunctam
negligentiâ ſui ipſius obiiſſe: Nihilominus
men in aliô fol. 99. obſervandô ſcriptô pe-
erit, ut DNN. Noſtrorum judicium deſuper
requireremus, quod ipſi denegare non po-
imus; hinc officiosè rogamus, velitis haud
ravatim Relationis Dnn. Medicorum, una
um iis, quæ Anna Treutia, â primo ſtatim
empore Defunctæ Böhmiæ adſtans, hoc in
aſſu prævia admonitione fol. 90. judicialiter
epoſuit, diligenter conſiderare, & juxta teno-
em ſcripti fol. 99. allegati ſententiam veſtram
judicium edecumatum, pro debito redho-
imento, nobis communicare. *Die* 12.
un. 1684.

Senatus Urbicus N.

Atteſtatum Medicorum.

PRævia Requiſitione Judiciali Nos infra-
ſcripti *Annam Juſtinam Böhmiam*, Vir-
nem 36. annorum, quæ ab aſſumto Arſeni-
cum intrita ipſi propinato, die 16. hujus à
eridie ſtatim malè ſe habuit, & abhinc die 17.
uſdem media nocte obiit, hodie inſpeximus,
in ea invenimus, quod externè Abdomen
ſigniter intumuerit, internè autem viſcera
m abdominis, quam thoracis ſalva fuerint,
iſi quòd in ventriculo, ad 3. digitorum trans-
erſorum diſtantiam ab ejusdem orificio ſu-
eriori & verſus fundum, obſcurè rubeſcen-
a quædam ſtigmata, inflammata quaſi, &
num ex illis cum aliquali exulceratione ob-
rvari potuerint. Quamvis autem diverſo-
m Medicorum Experientia teſtetur, non
mnes, qui aliquid de ſimili veneno aſſumſe-
nt, ſtatim mortuos fuiſſe, ſed eorum non-
ullos plures adhuc annos, utut valetudina-
os, ſupervixiſſe, indeque concludere quis
oſſet, in præſente fortè caſu mortem tam ſubi-
non neceſſariò hinc ſubſecutam eſſe, idque
aximè, quòd viſcera corporis, ut ſupradi-
um, ſalva & optimè conſtituta fuerint in-
enta: Quia tamen Defuncta mox poſt aſſum-
m venenum anxietates circa præcordia &
rmina inteſtinorum ſenſit, unde poſtmodùm
omitus & diarrhœa, eôdem tenore & vehe-
mentiâ, usque ad paucas ante obitum horas
durantia, nec minimum remittentia, ne-
ceſſariò inſecuta ſunt, quia inflammatio
partim & incipiens exulceratio in ventriculo
eadem induxerat (quibus Spiritus Vitales ſum-
moperè debilitati fuerunt,) partim & non im-
meritò concludendum, vim arſenici corroſi-
vam & putrefactivam ſanguinem ſimul infeciſ-
ſe, eundemque ad necroſin diſpoſuiſſe, cùm
12. jam mortem præcedentibus horis extrema
omninò frigida & fuſca fuerint, nec ullus ar-
teriarum pulſus obſervari potuerit; hinc cir-
cumſtantiis ita ſe habentibus aliter judicare
non poſſumus, quàm Defunctam ob venenum
ipſi propinatum, mox interiiſſe. *Freybergæ
die* 18. *Aprilis* 1684.

Joh. Mich. N. D.
Joh. Chriſt. N. D.
N. N. Chirurg. &c.

Reſponſum Facultatis Medicæ Lipſien-ſis; deſuper Lethalitate aſſumti arſenici.

P. P.

TRansmiſſis Nobis Actis Inquiſitionalibus ANNÆ JUSTINÆ BOHEMIÆ intoxicationem & mox inſecutam mortem concernentibus & deſideratô judiciô noſtrô deſuper ſeqq. Quæſtionibus: 1. *An Defuncta mortem ſuam eô ipsô accelerare potuerit, quod ab initio nulla remedia adhibuerit, poſtmodum verò methodum à Medicô præſcriptam minus obſervaverit.* 2. *An in obſervationibus Medicorum occurrat, quosdam ab Arſenicô liberatos, & per conſequens ipſa Böhmia quoque in vivis conſervari potuiſſet?* Hinc prævia Deliberatione & conſideratione omnium & ſingularum circumſtantiarum reſpondemus, quòd cùm 1. Böhmia ab initio de veneno ſibi propinatô nequicquam ſcire potuerit, & quamprimum ſymptomata illa periculoſa ſenſit, aliquoties ſtatim Mithridatium aſſumſerit, & abhinc Methodum â Medico præſcriptam, juxta fol. Act. 90. 91. in omnibus curatè obſervâverit, illa mortem ſuam hac ratione accelerare non potuerit, ſed hæc potius vehementiæ veneni, utpote quod brevî ventriculum inflammavit & exulceravit (fol. Act. 17. 18.) adſcribenda ſit, id quod ex celeritate mortis ſufficienter eluceſcit. 2. Medicorum Obſervationes quod attinet, de nihilô quidem non eſt, ſæpe quosdam poſt aſſumtum arſenicum convaluiſſe: Quoniam autem Individua & Circumſtantiæ hîc admodum variant, hinc ex ſimilibus obſervationibus quoad caſum præſentem, pro avertendâ lethalitate ſimplici, nihil haurire licet,

ſed potius ſtatuendum, quòd dicta Böhmia ex acceptô arſenicô neceſſariò obierit, ſiquidem & ipſa Natura ab eô per creberrimos vomitus ſe liberare non potuit. *Lipſiæ die* 9. *Jun.* 1684.

Amman. Prax. Vuln. Lethal. Dec. V. Hiſtor. X.

CASUS XXII.
DE VENEFICIO ARSENICALI.

RESCRIPTUM PRINCIPALE.

ERNESTUS LUDOVICUS DEI GRATIA, HASSIÆ LANDGRAVIUS, PRINCEPS HERSF. &c. &c.

P. P.

QUandoquidem in Cauſâ notiſſima funeſtiſſimi homicidii, venenô Archi-Prætore Leheimenſi Strackio perpetrati, à Defenſore Reæ incarceratæ, dubium unum vel alterum moveatur, quod Judicium Medicum requirit; Hinc Clementiſſimè Vos jubemus, ut, quamprimùm hæc obtinueritis, omnibus aliis laboribus poſthabitis collegialiter conferatis, acta his adjuncta percurratis, & in ſpecie documentum Inſpectionis & adjunctum judicium Medici & Chirurgi probè perpendatis, Nobisque judicium veſtrum deſuper, cumprimis, an â venenô illô mors immediatè oriri potuerit & debuerit? Similiter an circumſtantia quædam intercurrat, quæ Criminaliter accuſatæ in excuſationem & liberationem â pœnâ mortis ordinariâ vergere posſit? ſine morâ aperiatis, Nobisque humilimè transmittatis, Vobisque Gratioſiſſimè addicti ſumus. *Giſſæ die* 8. *Febr.* 1696.

E. L. L. H.

Reſponſum Facultatis Medicæ Giſſenæ, in cauſa Veneficii.

Sereniſſime Princeps, Princeps ac Domine Clementiſſime.

JUſſu SERENITATIS VESTRÆ Gratioſiſſimô Acta & Judicia Medici & Chirurgi Darmſtatinorum transmiſſa, Homicidium Archi-Prætoris Leheimenſis *Strackii* concernentia, collegialiter perlegimus & maturè ponderavimus; cujus ergò Sereniſſimam Veſtram Celſitudinem humillimè certiorem reddimus, quòd Arſenicum, vulgo das weiſſe Ratten-Pulver (nam cobaltum, cujus Medicus in Relatione meminit, hoc nomin[e] non venit, ſed ab arſenicô longis paraſangis ratione coloris & qualitatis, differt) activum admodum ſummeque pernicioſum ſit vene[num], in quô quaſi omnis venenoſitas, ta[m]quam in unô corpore concentratur, quodve niſi in tempore & ſollicitè illi obviam eatur brevî & paucis horis hominem enecare vale[at] ut plures illud Obſervatores Medici, v. *Mercurialis*, *Sala*, *Caſtellus*, *Zacchias*, *Sennertus*, *Salmuth*, *Schenckius*, *Schrœderus*, *Ettmüllerus*, *Wedelius &c.* teſtantur. Cùm igitur Rea confiteatur, ſe Marit[o] defunctô binâ vice Arſenicum propinaſſe, [&] ſtatim poſtmodum atrociſſima tormina (plu[ri]ribus ſine dubiô ſymptomatibus, ſed in Acti[s] non expreſſis, concurrentibus) ſecuta fuiſſe. Sub inſpectione quoque interior ventriculi tunica eroſa obſervata fuerit: Eroſiones autem ſint arſenici & ſalis ejus ☿rialis maximè activi, acidi, corroſivi ac mordicantis qualitat[e] propriæ;

Hinc vix ac ne vix quidem aliter concludere poſſumus, quàm criminaliter Accuſatæ Maritum inevitabiliter exindè neceſſari[ò] obiiſſe; & hoc quidem eò magis, quòd i[n] ventriculô ejus ℥j. circiter arſenici (cujus particulis ſulphureis ac occurſu bilis agitatis a[t]que tinctis gryſeus & fuſcus color dubiô pro[cul] adſcribendus, qui Medicum induxit, u[t] pro Cobaltô illud habuerit) in ſubſtantiâ [à] Medicô reperta fuit. Quod juſſu Sereniſſim[æ] Veſtræ Celſitudinis ſubjectiſſima cum devotione hiſce referre debuimus. Atteſtant[e] omnia ſubſcriptione propriâ & appreſſione Sigilli Facultatis Medicæ Ord. Sign. *Giſſæ d[ie]* 11. *Febr.* 1696.

Joh. Frider. Dillenius D. p. t. Acad. Rect. & Fac. Decan.

Joh. Chriſtophorus Herth. D. Conſi[l.] & Arch. Haſſ.

CASUS XXIII.
DE VENEFICIO ARSENICAL[I.]

Requiſitio.

PER Incluſa vos certiores reddimus, qu[a]lia hactenus Acta, in Cauſa Fiſcalis h. Actoris ex officiô, ex unâ, adverſus & contra ANNAM MARGARETHAM SCHILDKOPFIAM Ingelheimenſem, Ream criminaliter accuſatam, ex altera parte, in punctô veneficii & homicidii atrociſſimi, in judicio no[-] ſtrô Criminali ventilata ſint.

Cùm

Cùm igitur de Venenô, in juſculô quoam lacteô, à criminaliter accuſatâ Mulieri odhemii enecatæ propinato judicium verum deſideremus:

An ſcilicet veſtrâ ſententiâ ex eodem modò dicta mulier neceſſariò perierit? & an in Actis obſervanda indicia, quæ in Defuncta reperta fuiſſe dicuntur, ſigna propinati veneni fuerint?

Iinc Clementiſſimè mandamus, ut ſupradicta cta Criminalia, omnibus aliis negotiis poſtabitis, diligenter & Collegialiter perlegatis, Pharmacopola Stockhauſen aliquid Arſenii, cujus portionem Rea ab illo coemit & obinuit, requiratis, omnia probè perpendatis, Nobisque de illis ſententiam Veſtram, quamrimum id poſſibile fuerit, cum remiſſione ctorum transmittatis, Nosque Vobis Graioſiſſimè addicti ſumus. *Gieſſæ die 6. Julii* 696.

Ex Commiſſione Sereniſſimi

Cancellarius & Conſiliarii Intimi præſentes ibidem.

Reſponſum Facultatis Medicæ Giſſenæ, *de veneficio à propinato Arſenico.*

QUæ Sereniſſima Celſitudo Principis ac Domini Noſtri Clementiſſimi per hîc huc præſentes Cancellarium & Conſiliarios timos Nobis infra nominatis, in punctô veeficii & homicidii atrociſſimi, Mulierem, ab NNA MARGARETHA SCHILDKOPFIA gelheimenſi Rodhemii per juſculum lactis toxicatum enecatam, concernentis, die 6. ujus Gratioſiſſimè injungere acquievit, judium noſtrum requirendo:

„*An noſtrâ ſententiâ, è propinato venenô, dicta mulier neceſſariò obierit? Et an ſigna in Actis obſervanda & in Defunctâ viſa indicia propinati veneni ſint?*

a fuſius inde legendo percepimus, ſimulque cta Criminalia nobis oblata & hîc redeuna ſtatim ſedulò & collegialiter perlegimus; quùm omnia ponderaverimus & trutinavemus, hinc juſſu Principali humilimi Reſponloco referimus, quòd ratione: 1. Quæſtiois arduum & difficile nobis videatur, ſimpliter & poſitivè eandem affirmare, dum nulla terminata arſenici aſſumti doſis in Actis Criinalibus occurrit, nec illîc exprimitur, an næ cultri cuſpides, quibus venenum prenſum fuit, majores an minores fuerint; adec quoque pars ejus in fundô ollæ reſtitaſſe citur, quam Defuncta non degluti verat.

Quodſi verò ex adversô curatius conſideverimus, allegatum modò arſenicum (cujus icia ſemis è Pharmacopoliô Stockhuſianô in rmâ pulveris his addimus) maxime activum ſummeque nocivum ſit venenum, quod, nî tempeſtivè & ſollicitè occurratur, pauciſſimarum horarum intervallô, exiguâ quoque doſi aſſumptum & propinatum, hominem enecare valet, ut ex parte die II. Februarii hujus anni in ſimili caſu, homicidium Prætoris Primarii Leheimenſis Strackii concernente, ex authenticis in Phyſicâ & Medicina Authoribus, *Hieronymô Mercuriali, Angelô Salâ, Petro Caſtello, Zacchia, Sennertô, Salmutho, Schenkio, Schrödero, Ettmüllero, Wedelio, Amat. Luſit. Hochſtettero, Sylv. Timæo à Guldenklee* haud ita pridem demonſtravimus: Illud quoque in ſe ponderoſum ſatis, & ita comparatum ſit, ut mediocris etiam cultri apex ejus ferè ſcrupulum, ad ℥ß. usque, imò plus continere poſſit: Hinc exiſtimamus, quòd Defuncta Rodheimenſis ex arſenicô in & cum juſculo lactis, ad duarum cultri cuſpidum quantitatem, utut non plenariâ totaque doſi intus aſſumpſerit, neceſſariò perierit, cumprimis, quòd Rob ſambuci poſt illud propinatum hoc impedire non valuerit; ſicut & in ſimili ferè caſu Facultas Medica Lipſienſis idem judicium & ſententiam tulit,

Vid. Ammannus in Med. Critic. Caſ. LX. p. 372.

Alteram verò Quæſtionem quod attinet, ea Nobis ſententia hæret, quod ſigna in Defuncta obſervata, ſc. ſubitanea ægritudo & „querela de aſſumto juſculo lacteô, vertigo „in capite obſervata, vomitus inſignes & enor- „mes, dolores artuum ferè omnium, cum eju- „lationibus, gemitibus & anguſtiis, cum ex- „trema virium debilitate & impotentia lo- „quendi: Mors item poſt effluxum XII. hora- „rum inſecuta, & in mento defunctæ obſerva- „tæ maculæ 4. cœruleæ, oboli magnitudi- „ne &c. ſi collectivè ſumantur, aliisque ſignis propinati veneni (quorum tamen in Actis nulla prorſus mentio eſt facta) pathognomonicis conjuncta fuerint, probabilia hauſti veneni indicia ſint: non verò ſingulatim item & ſolitariè accepta, quoniam ſimilia ſigna & ſymptomata ab aliis quoque morbis dependere, iisque familiaria eſſe poſſunt.

Quod ad Sereniſſimi mandatum ſubjectiſſima & humilima cum devotione reponere voluimus. Atteſtando omnia propria ſubſcriptione & Sigilli Facultatis Medicæ appreſſione. Sign. *Giſſæ die 9. Julii* 1696.

Juſt. Frid. Dillenius, D. p. t. Decan.

Joh. Eberh. Schleirmacher, D. & Arch.

Mich. Bernh. Valentini, D. & Prof. Med.

Val. Pand.

CASUS XXIV.

DE VENEFICIO ARSENICALI.

Requiſitio.

P. P.

IN pago quodam filiorum meorum minorennium, non ita pridem cum villico quodam, ob mortem repentinam, caſus ſuſpectus contigit, ſalvus enim & incolumis ſemper exiſtens, veſpere quodam pulmentum comedit, ab Uxore præparatum, quô aſſumptô, deſubitò torminibus alvi correptus, quibus etiam continuò & per inſequentes dies vexatus, donec ſexto ab aſſumptione pulmenti die, diem ſuam obiit. Suſpicio autem eſt maxima, ac ſi à muliere veneno ſublatus: ſtatim enim conqueſtus, ſe in pulmento aliquid accepiſſe, hinc eandem carceribus incluſi (adſunt enim alia indicia inquiſitionis, prout Acta manifeſtabunt) & inſtituta inquiſitione, propriâ confeſſione ex eadem percepi, quòd marito ſuo arſenicum album magnitudine fabæ à Tabernario Deliciano pro groſſo emptum (quod inſtar aluminis ratione coloris, ac durum fuiſſet, ut illud comminuere oportuerit) pulmento immiſcuiſſet, quod etiam avidè comediſſet, ſtatim verò malè ſe habuiſſet ab illius aſſumptione, conquerendo de anxietate inſigni præcordiorum, torminibus exquiſitiſſimis, & hoc omne feciſſe ex proæreſi, ſponte atque conſtanter confeſſa eſt. Poſtquàm Electorales Scabinos hac de re rogavi ſententiam, accepi ſequentem: Ut propriè innoteſceret corpus delicti, deberet per ſubſidium ex Tabernario Deliciano præprimis quæri, utrum inquiſita tunc temporis Arſenicum album emerit, quô factô, poteſt cum reſiduo ſedulò conferri, & Collegio cuidam Medicorum tradi, ut hac de re categoricè pronunciet: *An hoc præſentaneum ſit venenum, de quo, ſi homo magnitudine fabæ aſſumpſerit, vel acceperit clanculum, præciſè mori debeat?* Præſtiti hæc, quæ ſententia requirit, iſte verò Tabernarius Delicianus non vult recordari, quòd mulier hæc aliquid de arſenico albo emerit, miſit autem mihi pro uno groſſo aliquid de eo, quod Arſenicum appellare ſolent, quod inquiſitæ (reſiduum enim ſepelivit, nec inveniri potuit) oſtendi curavi, quæ confeſſa, eſſe idem quod marito in pulmento clanculum ſubmiſcuerit. Cæteroquin in Corpore defuncti nihil videre licuit, præterquàm maculas varii coloris in facie, ut & lividas inſtar piſi, in pinnis narium, ut & ſupra Cor maculæ ejuſdem coloris apparuerunt, & pollices manuum complicati ac penè convulſi. Mitto itaque Excell. Veſtr Arſenici particulam in ſcatula, cum annex petitione, velint in amorem juſtitiæ mihi brevibus, ſed categoricè, indicare per ſententiam: *An hoc arſenicum præſentaneum ſi venenum, quô aſſumptô quantitate fabæ hominem oppidò ac præciſè mori oporteat* Dab. Döberniz. die 10. Maji, A. 1652.

Reſponſum Facultatis Medicæ Lipſien ſis; ſcilicet Arſenicum revera eſſe venenum ejusque aſſumptionem in determinata doſi eſſe lethalem.

NObiliſſima Domina à noſtro Collegio ſ per propoſitam quæſtionem petiit con lium, *An hoc Arſenicum* &c. Reſpondem itaque breviter, quòd ſic. *Arſenicum ſci cet album eſſe efficaciſſimum venenum*, qu tàm internè quàm externè ſumptum var ſymptomata, imò ipſam mortem produci prout hoc prolixè apud *Salmuthium Cent. Obſ.* 96. & *Angelum Salam in Ternario Bez articorum c.* 27. aliosque paſſim authenticos Phyſica & Medicina Autores videre eſt. Qu niam itaque inquiſita ſponte confitetur, qu marito ſuo de *Arſenico albo* fabæ magnitudi (quod pondere drachmam dimidiam æqua pulmento immiſcuerit, quô aſſumptô ſtati tormina intolerabilia (ſunt enim proprietat Arſenici) ſenſit, etiam poſt mortem in Corp re defuncti varii coloris & magnitudinis m culæ obortæ, ac denique pollices utriusque m nus complicati (quæ ſigna ſunt Epilepſiæ, q ab Arſenico provenire ſolent) comparuerun ideò ſuffragiis unanimibus concludimu *Quod Hans N. ab immixto pulmento A ſenico albo neceſſariò fuerit mortuus.* D Lipſiæ die 20. Maji 1652.

CASUS XXV.

DE VENEFICIO ARSENICAL

Species Facti.

AMpliſſ. D. Cl. W. Pr. Filiolus duorum c citer annorum Menſe Aug. 1677. fe tertianâ intermittente correptus fuit, in qua hil periculoſi animadverſum fuit; aliquan aliquot diebus intermiſit, mox rediit, null certos typos obſervavit. 30. menſ. Aug. c locum habitationis tranſirem, febricitant invenit Medicus cum inflatione ventris, n parum æſtuantem & ſiticuloſum: Medicame tis congruis aſſumtis 14. Sept. ſatis bene habu Paulò pòſt febris anomala rediit. A die Oct. ſt. n. valde ſitiit, duravitque ad morte

usqu

usque; d. 4. Octobr. manè catarrho cum magnâ anxietate & ſuffocationis metu corripitur, venter inflatur; dantur Syr. pector. c. ▽ prophyl. Barbette â D. *Simone Schmidt*, Chirurgô præſtantiſſimo, unde vomuit, venter detumuit: Vomitus continuavit 5. & 6. Oct. ſudor ſubinde frigidus emanavit, ſigna torminum dedit, multum tuſſiit, non convellebatur: aliquando diarrhœam patiebatur, unde venter detumuit amplius; Tum quoque ſingultiit, æſtuavit. Die 7. Octobr. *D. Schmidt* dedit lap. bez. Hoc manè D. Mater parabat ▽ cordial. ex cinamom. in ▽ coct. addito Saccharô: ſingulari Dei providentia D. Maritus aliam ob cauſam hypocauſtum ingreditur, & aquam hanc percolaturam Dn. Conjugem alloquens, obſervat in fundô vaſis ænei fruſtula candida, inſtar lapillorum, & mox quid lapilli iſti ſibi velint, quærit? ajebat ſaccharum eſſe; pernegat ille, cum ſaccharum in calidâ ſtatim ſolvatur: guſtu acrimoniam percipit: D. Chirurgus vocatus protinus *Arſenicum Cryſtallinum* agnoſcit: Accerſitur ancilla, puella 17. annorum, minis territa fatebatur ſe ante paucos dies fruſtulum Arſenici in vicinô oppidô W. precio à Pharmacopœo redemiſſe; fruſtulum in atriô domus ſub vaſe vinariô occultum ultro attulit, & poſtea ulterius confeſſa eſt, ſe portionem arſenici contuſi unam pulticulæ permiſcuiſſe, alteram in aquam hanc conjeciſſe: puellum parum, & vix quantum duo cochlearia capiebant, reliquum Filiam adultiorem & ſororem natu minorem comediſſe: faſſa quoque eſt ſe porco die 6. Oct. veſperi aliquid arſenici eſcæ permiſcuiſſe, qui manè mortuus in harâ repertus fuerit, atque hâc ratione didiciſſe venenum hoc vehemens eſſe: poſtea nec minis neque equuleô ab illa impetrari potuit, num ſæpius venenum hoc puello ſuggeſſerit, præter illam vicem, quâ illud pulticulæ permiſcuit. Antequam in vincula conjecta fuerat, dicebat quoque puello aquam ex *fungi & cobalti* decoctione, paratam ad muſcas necandas, quandoque propinatam fuiſſe ab ancilla ſe adultiore, ſed illam ad mortem inferendam, quod unice optabant, inſufficientem fuiſſe, nam aliquando ſe ad miſellum ſuffocandum manibus os occluſiſſe: unde tandem de arſenicô cogitârit. Aſtantes obſervârunt muſcas guſtantes aquam cordialem, qua à multis diebus Puellus reficiendus erat, protinus mortuas fuiſſe, unde aquam hanc ex fungis paratam cordiali admixtam indubiè conjiciebant. Puellus poſt meridiem à ſumptâ pulticulâ valdè æſtuabat, ſitiebat, ſingultiebat, angebatur: Sudor frigidus emergebat: non vomuit: toto corpore rubicundus evaſit & maduit, in ore aphthæ obortæ ſunt, quæ primum albæ erant, poſtea nigricabant. Puella adultior & media ſorores, quæ reliquum pulticulæ comederunt, ſtatim vehementer vomuerunt ambæ. Dedit ipſis *D. Schmidt*. Theriacam Andromachi, unde ſtatim rurſus & poſtea ſæpius evomuerunt: Filia natu major ſimul vermem mortuum per os excrevit. Datus ſimul ſeq. pulvis:

℞. *Pulv. antihect. Pot.* ℨij.
Bezoard. min.
CC. Phil. præp. ana ℨj.
F. p.

Hujus ℨj. M. c. ▽. *Scab.* ℥iij.
Syrup. Viol. ℥ß. M.

De hâc Mixturâ tum puello, tum puellis ſæpe dabatur, quantum cochl. j. capit.

It. ℞. *Butyr. rec.* ℥iß.
Sacch. ℥ß.
Pulv. memor. ℨj. M.

Sæpe portiunculam NM. magnitudine deglutiendo: loco potus Emulſ. amygd. dulc. c. Dect. CC. Loco cibi hordeata data: Nihil vini concedendo. Filia natu major diligenti horum uſu die 14. Octobr. ſt. n. extra periculum erat: Minori nondum integrè reſtitutæ lingua adhuc tumuerat: Senſim tamen poſtea his convaluit. Filiolus ſingulis horis pejus habuit, ſignaque lethalia invaluerunt, ſc. extremorum frigus cum ſudore frigidô, anxietate, indiciis torminum, ſingultu crebrô: nunquam vomuit poſt ſumtam 7. Octobr. pulticulam ut 5. Octobr. quô die *Sim. Schmidt* quoque venenum datum credit; unde illum gravius à pulticulâ jejunô ſtomacho ingeſta, puellas verò, quæ evomuerunt, mitius afflictas putat. Puellus ſenſim viribus magis magisque evaneſcentibus die 9. Octobr. veſperi horâ 7. exſpiravit. Dorſum ſtatim poſt obitum lividum reddebatur.

Inſpectio.

D. Chirurgus aperto cadavere & diſſecto ventriculô in ejus cavitate nihil niſi aquam cordialem reperit: ejus internæ tunicæ exlulceratæ: Hepatis pars dimidia gryſea & quaſi elixa: Pulmones inflati admodum atro-liveſcentes: Pectus aquâ flavâ plenum: Colon totum & magna portio reliquorum inteſtinorum à Gangrænâ atro-rubentia erant: In corde, liene & renibus nihil p. n. obſervavit.

Poſtquam facinus Ancillæ veneficæ innotuit, carcere incluſa fuit: Intereà diſceptabatur, num arſenicum cauſa mortis Puelli fuerit?

JCtus quidam perſuaſus, potius centum nocentes dimittendos, quàm unicum inſontem vitâ mulctandum, in dubium vocavit, quòd omnes credebant, & res ipſa loquebatur. Putavit ille necis cauſam fuiſſe febrim diuturnam: Verùm demonſtrabatur, febrim tertianam ſimplicem deſiiſſe aliquot diebus, rediiſſe autem febrim quandam anomalam, atque hanc ſæpe intervallia aliquot dierum habuiſſe, quam Domeſtici adſcribebant aquæ muſcas necanti puello nequiter ſuggeſtæ, quod Vene-

fica non negavit &c. Verùm cum hæc quoque febris nondum vires adeò exhauſiſſet, ut ipſi mors imputanda foret, *D. Simon Schmidt* perſuaſus erat arſenicum à Veneficâ jam die 30. Oct. ſt. v. alimentis admixtum fuiſſe, cùm illud ad manus haberet &c.

Cum & hoc per tormenta iteratò tentata non faſſa eſſet, objiciebatur, arſenicum cauſam mortis ſtatui non poſſe, quoniam Puellus vix quantum duo cochlearia capiunt, comederit, ſorores verò omne reliquum comederint, & nihilominus evaſerint. Itaque à Judice loci ſupremo *D. Wepffero & D. Heinrico Screta à Zavorziz* propoſita fuit quæſtio:

An Puellus duorum annorum ab Arſenicô pulticulæ permixto, & in non magnâ quantitate, ſcil. duorum cochlearium aſſumpto, antea valetudinarius, enecatus fuerit?

Reſponſum Medicorum Helvetorum deſuper lethalitate Arſenici & Cobolti propinati.

UTcunque Febres Tertianæ Intermittentes tutæ credantur, & rariſſimè lethales comperiantur, tenellæ tamen ætati in autumno quandoque poſt errores, maximè in cibando, aut in medendô commiſſos, funeſtas fuiſſe obſervatum fuit. Puello iſti diu febricitanti idem citra Arſenici culpam evenire potuiſſet, epotâ aquâ muſcas necante, cùm plerumque hæ aquæ fiant fungis quibusdam & cobalto, utroque venenosô, in aquâ decoctis: & fortè non negabitur liquorem hunc febrim anomalam, carnem depaſcentem, ſitim intenſam excitantem ac reſpirationem difficilem reddentem effeciſſe, unde hepar ſemielixum & cavum pectoris, ob copioſum potum aquâ plenum in cadavere repertum fuerit. Verùm neutri mortis præproperæ cauſam adſcribendam ſentimus, ſed Arſenico, & quidem omnium funeſtiſſimo, ſc. Cryſtallino: idque ob ſequentes rationes: Nam utcunque prægreſſis diebus jam occulta malignitas in Puello, imprimis die 4. & manè die 7. Octobr. à *D. Simone Schmidt* animadverſa fuerit, non tamen ita de vitâ actum eſſe perſuaſi erant, ut poſt meridiem, quâ certò conſtabat Puellum venenum arſenicale inglutiiſſe; protinus enim aderant ſigna lethalia, ſcil. extremorum frigus, cum ſudore frigido, continuus ſingultus, ſumma virium proſtratio, & cætera non niſi ſupremum diem inſtare indicantia, fruſtraneis remediis; deinde hæc ſingulis horis, imò momentis ita invaluerunt, ut illa die 9. Octobr. hora 7. veſpertinâ, ſc. horâ quinquageſima quinta mors ſeu exceperit, ſeu aboleverit. Tum ſymptomatum vehementiam, tum inexſpectatam & præproperam mortem arſenico deferendam Anatome denique probavit: repertus enim fuit ventriculus eroſus & excoriatus: totum colon & maxima pars reliquorum inteſtinorum gangræna affecta conſpiciebantur. Hæc nonniſi arſenici effectus eſſe potuerunt. Nam arſenicum vi ſepticâ præ multis aliis valet; & licet aqua muſcas necans ſimilem gangrænam efficere valuiſſet, hanc tamen neutiquam produxiſſe vel inde conſtat, quia diu poſt illam imbibitam evenit, atque impoſſibile fuiſſet, Puellum tot diebus præſente gangrænâ ſupervivere, cùm robuſtiſſimos paucorum dierum intervallô perimat, ut obſervatur in herniis, ſi neglecti gangræna ſuperveniat. Nec obſtat, quò puellus de pulticulâ parum delibaverit, ſorores verò totum cacabum pulticulâ arſenicô intoxicatâ plenum exhauſerint, citra vitæ ja[cturam]: nam puellus veſcebatur pulticulâ vacuô ventriculô, & inglutitum hâc ultimâ vic[e] detinuit, ac ne micam quidem evomuit: Sorores autem ſanæ & robuſtæ pulticulam arſenicô adulteratam ventriculô cibis impletô comederunt, & paulò poſt & ſuâ ſponte & theriacâ Androm. ſumptâ iteratis vomitibus pulticulam cum Arſenicô ejecerunt, antequam roderet: ſi quid verò læſum fuiſſet, mitiga[ri] tamen à congruis medicamentis potuit, cùm puello robuſtiores eſſent, & arſenici ſpicula cibô jam obtuſa fuiſſent. Concludimus erg[o] & ſtatuimus Arſenicum à ſceleratâ manu po[r]rectum miſerè Puellum interemiſſe, hisque bona fide atteſtamur.

Scaphuſii d. 19. Octobr. 1677.

Joh. Jacob. Wepfer, M. D. Phy[ſ.]
Scaphus.
Heinricus Screta à Zavorziz.

CASUS XXVI.
DE
VENEFICIO.

Reſponſum Facultatis Medicæ Lipſienſis; in puncto veneficii & propinati auripigmenti.

P. P.

QUùm Epiſtola Veſtra unà cum incluſis a[d] manus noſtras pervenerit, & à Vob[is] ſententia noſtra ſuper inopinata morte NN deſideretur; Nos etiam tam Reſponſiones In[-] quiſitæ, quam NN. modò dicti ſymptomata ut & circumſtantias in ſectione & inſpection[e] obſervatas probè & maturè conſideravi[-] mus;

Cum

Cumprimis, quod Defuncto juſculum Arenico Citrino ſeu Auripigmento infectum die o. Febr. propinatum fuerit: Ipſe quoque, liet nullum antea morbum perpeſſus, aut neuicquam conqueſtus ſit, extemplò alteratioem quandam obſervaverit, & ſubodorando, uod in juſculô hoc quid hauſerit, idem ſpoierit, vomitu continuô, anxietate cordis, olore Ventriculi, reſolutione & laſſitudine nembrorum ſpontaneâ, & tandem motibus onvulſivis immaniter correptus fuerit: Corus ejus exanime quoque externè hinc inde ruris, fuſcis & cœruleis maculis, imò veſiculis igricantibus, inteſtina à flatibus ſummè inata, eorumque, ut & Meſenterii, vaſa à ſanuine tumefacta, ventriculus demum ſanguine ubicundus & fuſco colore ſuggillatus fuerint;)mnia juxta tenorem ulteriorem propriæ veræ Relationis & ſupra allegatorum inluſorum.

Hinc rebus ita ſe habentibus & circumſtanis, in Adjectis & Incluſis occurrentibus, poneratis ſtatuimus memoratum antè NN. ab rſenico citrino ſeu auripigmento in juſculo ab Jxore ipſi propinato quidem enecatum fuiſſe, tamen & ſi tempeſtivè debita remedia ipſi miiſtrata fuiſſent, præſertim morte in undeciium usque diem emanente, benè adhuc inr vivos conſervari potuiſſe: Quod reſponſi co Vos celare noluimus &c. &c. *Sign. Lipſiæ nno* 1670. *die* 9. *Julii.*

Vid. Welſchius in Ration. Vuln. Lethal. Judic. pag. 194.

CASUS XXVII.

DE ENEFICIO IMPUTATO PER ☿. ♎.

Species Facti,

Magnif. D. Samuele Stryckio *in Programmate Witteberga Anno* 1691. *Dom. IV. Trinit. deſcripta.*

MEmini Illuſtris cujusdam exempli, ubi cùm uxor viri in magna dignitate contuti, præparati & propinati marito veneni a poſtularetur, & ſectione cadaveris à Medirum experientiſſimis inſtituta, potiora inrioris corporis membra veneno & infecta & rroſa deprehenderentur, ſolis ſaltem faubus ſine labe relictis, dubium invaſit Medirum filios, an propinato, an connatô vene), deceſſerit vir ille. Pars illorum ſuſtinebat errimè, non potuiſſe venenum ita præpara, ut illæſis faucibus partes interiores corporis ntùm corrumperet; nec enim Gallicis artiſsuſa dici poterat, cujus gentis malitia ante annos non adeò multos demum edocuit alios rationem, ſubtiliſſimô venenô lentiſſimam mortem inferendi; quippe venenum vulgare admodùm à Pharmacopolâ emiſſe convincebatur, quod tamen fucato colori præparando ſe aliâs ſæpius adhibuiſſe prætendebat. In contrarium alii rationibus, ut putabant, evidentiſſimis demonſtrare conabantur, potuiſſe illæſis faucibus illud venenum tranſire ad Mariti ſtomachum, eaque propter ob alia veneficii indicia, quæ ſemet offerebant, ex venenô propinatô ipſum deceſſiſſe pronunciabant. Hic ipſe caſus cùm Judicio V. Collegiorum in Germaniâ pariter & Belgiô exponeretur, tria Medicorum Collegia propinatum, duo connatum fuiſſe venenum, adſerebant, ubi quamvis JCtorum aliqui abſolvendam fœminam illam eſſe exiſtimarent, quod Collegia Medica duo pro ipsâ reſpondiſſent; tandem verò, quòd major numerus contra ſuſpectam uxorem pugnaret, ipſa equuleo ſubmiſſa ſe ream ſceleris non eſſe ſuſtinebat.

Requiſitio.

P. P.

HIſce Vos, certiores reddimus, quâ ratione in Dicaſterio hujus loci Regio, inter Advocatum Fiſci Regium & Conſiliarii Warneri, beatè mortui, Viduam hujusve Defenſorem ardua ſatis cauſa, in punctô veneficii, ventiletur, & quòd occaſione Proceſſus Advocatus Fiſci Regii ſuper corpore delicti bina Reſponſa Medica Helmſtadiô & Jenâ, Defenſor verò Inquiſitæ ſimiliter informatum Medicum Lugdunô Batavorum obtinuerint, poſtmodum verò Reſponſa Medica ab Advocatô Fiſci producta, à Defenſoribus Inquiſitæ impugnata ſint, ac ſi vera facti ſpecies ad dicta modò Collegia transmiſſa non fuiſſet.

Licet autem optimè ſciamus, Advocatum Fiſci omnia ſuper corpore delicti ad Acta relata Scripta & Documenta quavis vice ſub Lit. A. B. C. D. E. F. G. & H. ad utramque ſupradictam Facultatem ſimul transmiſiſſe (ut idem ex Reſponſis eluceſcit) & ita nulli dubitemus, quin verâ facti ſpecies Conſulentibus oblata fuerit; quia tamen res hæc maximi eſt momenti, hinc ad majorem Regiminis hujus Regii ſecuritatem neceſſarium eſſe duximus, ut bina Reſponſa Facultatis Jenenſis & Helmſtadienſis, cum additamentis illìc allegatis, utpote quibus nituntur, indeque extracta ſunt, juxta cum Reſponſo Lugdunenſi atque Recepto, juxta quod, ut Inquiſita perhibet, potio ſomnifera, quam Conjugi ſuo propinavit, præparata fuit, & quicquid à parte Defenſorum contra bina Reſponſa Medica, ab Advocato Fiſci producta allegatum fuit, quidve Advocatus

Fiſci è contra replicaverit, omnia in Originali, quod dicitur, ut membra illa ex integris Actis deſumpta & hiſce ſub Num. 2. 4. 7. 10. 13. 25. 41. 49. 50. 51. 65. & 66. incluſa ſunt, Dominis transmitteremus, Eosdemque ſimul amicè rogaremus, velint Acta hiſce adjecta, pro rei gravitate, Collegialiter & maturè ponderare, ſuamque Nobis ſententiam aperire.

1. *An B. Conſiliarius* FRANCISCUS JULIUS *ex venenô datô, vel extrinſecus aſſumtô obierit?*

2. *An potio ſomnifera allegata, pro circumſtantiarum obſervatarum ratione, mortem ejus cauſari potuerit?*

3. *An Exceptiones à Defenſoribus contra Reſponſa Medica Helmſtadienſium & Jenenſium in medium allatæ attendendæ ſint, nec ne?* Simulque

4. Paucis rationes decidendi adjicere & ſolutis ſolvendis ipſa Acta cum Deciſo veſtro in formâ probante remittere haud graventur. *Stadæ die* 18. Aprilis 1667.

S. Regiæ Maj. Suecicæ in Ducatibus Bremenſi & Verdenſi conſtituti Cancellarius, Conſiliarii Juſtitiæ & Judicii Aulici Aſſeſſores.

A.

Inſpectio.

QUandoquidem Illuſtris, Generoſus & Præſtrenuus DN. N. ab Arnsſchild, Locumtenens Generalis, Nos infra nominatos requiſiverit, ut pro gratâ remuneratione corpus Exanime Dn. Generi ſui, Conſiliarii FRANCISCI JULII aperiremus, viſcera ejus probè inſpiceremus & de omnibus Relationem quandam communicaremus; hinc petito huic DN. Vicarii Generalis lubentiſſimè deferre, & hunc in finem, die X. hujus à meridie hora V. in modo dicti DN. Conſiliarii Warneri ædes nos conferre voluimus, ibique Demortuum debitè denudavimus, ſecuimus & viſcera ſequenti ratione conſtituta obſervavimus:

Cor in parte inferiore quodammodò cœruleum venas, in ſpecie coronalem, ſanguine nigricante turgeſcentes oſtendit. In Pericardio aqua prorſus deſiderabatur, corde ipsô quodammodò flacceſcente, deſuper flaveſcente, auriculis verò omnino emarcidis & collapſis: In dextrô cordis ventriculô uncia ferè ſanguinis coagulati: in ſiniſtrô verò ne gutta fere ſanguinis occurrebat. Summa, cor omnino conſumtum videbatur. In gula nequicquam obſervatum fuit. Bini pulmonum lobi, in latere dextrô, extus maculoſi & variegati, intus autem nigricantes, inſtar ſanguinis coagulati, durioris & compactioris ſubſtantiæ, reperti ſunt. Siniſtris lobis extus & intus picis fluidæ inſtar nigricantibus & ſubſtantiâ compactâ gaudentibus.

Diaphragma circa internam membrano ſam partem ex viridi-flaveſcente, hepaticô, u audit, colore gaudebat: Hepate extus obſcu rè virideſcente, benè de cæterô proportiona to: Intus autem penitus corrupto, ex nigro virideſcente & horrendum fœtente. Siniſte ejus lobus, quoad colorem, dextro ſimili erat, in circumferentiâ verò inferiori color nativo gaudebat, intus viridi magis, quàn atro colore occurrente.

Veſicula Fellis ex viridi-flaveſcebat. Ver triculus, qui ceu membranoſa pars albicare de bebat, externè rubicundus aut colore incarna tô præditus videbatur. Internè autem & cum primis in fundô diverſis in locis ex flavo vir deſcens & inſigniter corroſus occurrebat tene admodum, cum foraminibus piſi & quod e currit magnitudine, lentium inſtar, in me diam ejus tunicam penetrantibus, partim veſiculis interjectis.

Lien præter omnem morem parvus admo dum, nec rene quodam major erat, ext atro-vireſcens, intus autem picis inſtar nigr cans: Ren ſiniſter externè ex viridi cœruleu ſubtus naturaliter tinctus, intus quoque inco lumis: Dexter tam externè, quàm intern bene conſtitutus videbatur.

In Inteſtinis tenuibus nequicquam obſe vatum fuit, niſi quòd flavô colore tincta, c lon verò per totum ſui tractum materiâ qu dam flavâ atque viſcida refertum fuere, ve cis ingentibus, nucem avellanam æquantibu quibusdam etiam minoribus interſperſis.

In Veſica nequicquam notatu dignum o ſervatum fuit.

Coſtæ internè verſus ſpinam dorſi ex r bro-nigricantes æquè ac dorſum externè con paruere.

Hæc omnia, eô, quô hîc ſpecificata ſun modô inventa, & ad hunc actum à DN. Vic rio Generali, à parte demortui, Deputa ſigillatim ad oculum demonſtrata fuiſſe, pr priâ noſtrâ ſubſcriptione & ſigillorum appre ſione hiſce teſtari voluimus. D. die Aug. 1665

Chriſtoph. Bauzmann, I
Elias Luja, D.
Chriſtoph. Lipsdorp, D.

Reſponſum Facultatis Medicæ Lipſie ſis, deſuper veneficio imputato.

P. P.

POſtquam Generoſ. V. Nobilitas Acta d verſa, mortem Beati DN. Conſiliarii V concernentia Nobis transmiſit, ſimulque r gavit, ut Collegialiter & maturè illa pondera & a

& abhinc ſententiam noſtram aperire velle-
nus; hinc petito huic non deferre modò,
ed & Reſponſi loco referre debuimus.

1. quidem

An Beat. Conſiliarius Franciſcus Julius ex venenô datô, ſive extrinſecus aſſumto obierit?

Quamvis Symptomata mortem Dn. Conſi-
iarii, beate mortui, proximè antecedentia
uſpicionem quandam veneficii præbere vale-
nt, attamen in Hiſtoria Morbi *Lipsdorpii*
ium 7. ſymptomatis fere principalis, quod
. ætus utplurimum infert, & ipſe quoque ex
Matthiolô & *Sennertô* allegat, quòd ſc. ſi
ſſumtus ſit, ſtatim linguam & fauces exco-
iet, nulla prorſus mentio injicitur, neque
Dn. Patiens de eò conqueſtus fuit, quod ta-
nen, cumprimis ſi potui permixtus fuiſſet,
ieceſſariò inſequi debuiſſet, quùm ob ſum-
nam vim corrodendi & in nimiâ etiam doſi,
otam potionem corroſivam faciat. Reliqua,
juæ ſub curſu morbi ſe truſerunt, ab humori-
ous putridis vel peculiariter corruptis æquè,
c veneno aſſumto oriri poſſunt, cùm juxta
Sennertum lib. 2. Inſt. Med. Part. 2. cap.
2. æquè citò interimantur homines ab hu-
noribus, qui generantur in corpore noſtrô,
tque illi, qui necantur à venenô lethali: ſic-
t enim venena aſſumta gravia ſymptomata
fferunt, dolores, lipothymias, dementias
infinita alia: Ita quoque humores pravi in
orpore noſtrô geniti (i. e. inſigniter putridi,
eculiariter corrupti, vel alia quavis malignâ,
el occulta qualitate præditi) & ſimilia, imò
najora his, inducunt. Quod verò ſigna poſt
nortem attinet, maculas ſc. lividas & purpu-
eas in totô corpore, illæ ſæpè in ſcorbuticis,
acheƈticis, imò & Plethoricis, cumprimis,
morte ſubitaneâ corripiantur, quoque ob-
ervantur, quatenus ſcilicet copioſa materia
eccans, vi caloris, etiam poſt mortem reſtan-
is, à centrô ad circumferentiam corporis mo-
etur, vid. *Horſtius l. 2. Obſ. p. 2. S. 2. p.*
26. Hinc certum eſt, quod peculiaris corru-
tio & fermentatio humorum, unde Cholera
lla vehementiſſima, quæ calidum nativum
am citò conſumpſit, in B. Dn. Conſiliariô
dfuerit. De aſſumptô autem venenô ex ſu-
ora memoratis circumſtantiis nil certi conclu-
li poteſt, cùm & famulus, Domino aſſiſtens,
ob nauſeam ad vomitum commoveri potuerit.

2.

An Potio hypnotica allegata juxta circumſtantias illic repertas mortem ejus cauſari potuerit?

Ubi attendendum eſt, quòd, in debilibus
uàmmaximè ægris, opiatis cautè mercari de-
eamus. Quoniam verò hoc ipſum (dum-
nodò juxta formulam præſcriptam non unâ
ice propinatum fuerit) 4. granis Laudani
Opiati pro tribus doſibus ordinatis, mortem
cauſari non potuit, cùm & in doloribus vehementiſſimis & commotionibus humorum, vigiliis urgentibus &c. 3. ad 4. quoque grana pro una doſi tutò adhiberi poſſint. Interim Chirurgus illud recuſare debuiſſet, dum Medicus Ordinarius optimè ſcivit, quid Dn. Patienti proficuum fuerit aut noxium?

3.

An Exceptiones, quæ à Defenſoribus contra Reſponſa Helmſtadienſium & Jenenſium allatæ ſunt, attendendæ ſint nec ne?

Hîc utraque quidem pars ſufficientes decidendi rationes ex Auƈtoribus variis allegat: Attamen, ob rationes in 1. quæſtione prolatas binis Academiis harumque Reſponſis ſimpliciter ſubſcribere non poſſumus, dum ex cibis mali ſucci, ſi præſertim involuntariè, præcedente aliquâ nauſeâ, horrore &c. aſſumantur, facilimè humor talis corruptus, cumprimis in diſpoſitis, generari poteſt, qui vim habet erodendi, non ſecus atque aqua fortis, aut aliud corroſivum (cum & ipſe Mercurius ſublimatus nulla alia ratione ſit venenum, quàm quatenus corroſivus,) & licet ejusmodi effeƈtus non ſtatim ſe prodat, periculoſam tamen abhinc fermentationem ciet, quam deinde gravia & lethalia Symptomata ſolent ſubſequi, ita, ut rebus ſic ſtantibus, ex ſignis & ſymptomatibus enarratis, purè & ſimpliciter concludere non poſſimus, Beatiſſimum Dn. Conſiliarium, Franciſcum Julium, ex venenô datô, ſive extrinſecus aſſumtô demortuum fuiſſe.

Quod Dominos noſtros Honoratiſſimos, cum remiſſione Aƈtorum, Reſponſi loco celare non poſſumus.

Lipſiæ die 1. *Maji* 1667.

Facultas Medica Lipſienſis.

Reſponſum Facultatis Medicæ in Academia Lugduno-Batava ſuper præcedente Caſu, ipſi à Viro Nob. & Conſultiſſ. Dn. Tobiâ Reimers, Urbis Buxtehudæ Syndico 16. *Nov.* 1665. *idiomate Germ. propoſitô.*

VIR primariæ in Bremenſi Ducatu Nobilitatis, ſatis juvenis, ante & poſt contraƈtum matrimonium Tabacô ſæpius uſus & aſſuetus, cæterum taciturnus & melancholicus, rarius tamen ægrotus, poſtquam per paucos annos uxoratus fuiſſet, nuper, ſexto nempe Aug. Mytilos aſſumſit in cœna, & paulò poſt malè habuit, vomuit, totaque noƈte parum quievit; ſequenti autem manè Auguſt. 7. more ſuo exivit, negotia ſua peregit, in prandiô iterum comedit ac bibit, exinde autem iterum, & quidem pejus quàm prius, habuit, ac frequenter vomuit, quocirca Medicum ad ſe vocari curavit, medicamenta quædam uſurpavit, at nihilominus, uti prius, vomuit

vomuit ac ejecit; tandem autem continuò debilior factus, conſultum duxit ſequente nocte concionatorem ſuum accerſiri, quò ſacra frueretur Synaxi, ſequente verò manè 8. Menſ. ejusdem vitam cum morte commutavit.

Cùm autem ad ipſius Socerum rumor veniſſet, Generoſuo probabiliter venenum fuisſe exhibitum, ex quô periiſſet, cadaveris apertionem & examen apud Magiſtratum ſollicitavit & obtinuit. Unde 10. Aug. die, horâ pomeridianâ quintâ, poſtquam urgentibus diebus canicularibus ad tertiam diem aſſervatum fuiſſet cadaver, â tribus in eum finem deputatis Med. Doctoribus & adhibitis Chirurgis, præſentibus Viris primariis, apertum eſt, examinatum, ac ſequentia in eodem ſunt obſervata:

Cor in parte ſuâ imâ ſubcœruleum, coronalia præſertim atro ſanguine repleta erant. In Pericardiô nulla aqua reperta eſt, cæterum flaccidum erat ſuperiusque flavum, auriculæ corrugatæ, in dextro cordis thalamô tantillum ſanguinis atri & coagulati repertum, in ſiniſtrô verò nihil ſanguinis, adeoque cor ferè corruptum erat.

In gulâ nil potuit obſervari.

Primi Lobi pulmonum dextri externè maculoſi & variegati, internè planè nigri, ad inſtar concreti ſanguinis, duræ porrò ſolidæque conſiſtentiæ; Lobi verò ſiniſtri externè ubique atri, & internè inſtar picis nigri. Subſtantia itidem compacta. Diaphtragma verò, ſive ſeptum transverſum in partibus internis erat ex viridi-flaveſcens.

Jecur externè colore viridi erat, internè ubique corruptum, valdè fœtens, colore atro-viridi præditum.

Lobus ſiniſter in parte ſupremâ colore dextro ſimili, infernè autem in circumferentiâ colore naturali, internè verò colore mage viridi, quàm nigrô erat donatus.

Fellis veſicula ex flavo viridis erat. Ventriculus externè rubens, internè variis in locis flavo-viridis, valdè corroſus, friabilis, ex parte foraminibus piſorum & lenticularum magnitudinem ſuperantibus, ac præſertim in fundô ſcatens, ex parte veſiculis refertus erat.

Lien præter ſolitum parvus erat, Rene haud major, externè atro-viridis, internè planè picis adinſtar nigricans.

Ren ſiniſter parte ſui ſuperiore ex viridi cœruleus erat, in parte autem inferiori naturali colori ſimilis, internè laudabilis, dexter tam externè, quàm internè, quantum viſu dignoſci potuit, ſat benè conſtitutus.

In tenuibus inteſtinis nihil obſervari potuit, præterquam quod colore eſſent ſubflavô.

Colon inteſtinum ubique materia viſcida & flava repletum erat, plenumque veſicularum, partim avellanarum nucum magnitudinem æquantium, partim minorum.

In Veſica urinaria nihil potuit notari. Internè coſtæ circa ſpinam dorſi erant ex rubro nigricantes, ſimili verè colore, quô cadave in dorsô ſpectabatur externè.

Quæ omnia & ſingula, uti jam deſcript ſunt, à tribus Medicinæ Doctoribus, propri manus ſubſcriptione relata ſunt & confirmat

Cùm autem laudatus Dn. Tobias Reimer rogatus ab iis, quorum intererat, ſuper hoc caſu arduo, alicujus Facultatis Medicæ inclyt judicium & ritè deductam ſententiam ſciſcit ri, jam memoratis literis humaniter à Facu tate noſtra petierit, ut præmiſſam relationer diligentiſſimè collegialiter perlegeremus, ma turè conſideraremus, expenderemusque a que tandem (inſerta noſtro reſponſo hac r latione integra) opinionem noſtram ſuper cum fundamentis & rationibus decidendi ap riremus, an ex præſcriptis certò inferendu ac concludendum, Defuncto ab aliis homin bus venenum exhibitum, ipſumque ab illo nec ab ulla alia causa vel affectu interiiſſe? No bis autem difficultates non paucæ ad ſolidu judicium ex æquo ferendum viderentur pri ſolvendæ, dubia noſtra 18. quæſtionibus con prehenſa ad prænominatum Dominum Sy dicum propriâ ejus temporis Decani noſt manu conſignata miſimus, quæ unà cum r ſponſis ad eandem 9. Februarii nuperi die Bu tehudâ remiſſa, ſexto hujus Menſis Martii d (ſtylo novo) accepimus & quidem talia:

Puncta & Quæſtiones tranſmiſſæ & *Reſponſiones ad easdem*

QUÆST. I.

An alii etiam eâdem veſperâ cum P tiente mytilos (Muſcheln) *comede rint? quodſi factum, an illis etiam aliqu ſiniſtri contigerit?*

Reſp. Uxor & Ancilla comederunt eosd Mytilos, ingrati ſaporis & ferè nullius fru prout plerumque circa tempus novilunii e ſolent, iisque non minus ac patienti vomi obtigit, præterea verò hæ nihil mali ac ſi ſtri ſenſerunt.

QUÆSTIO II.

Qualem materiam dicta veſperâ vom tu rejecerit, i.e. cujus illa fuerit ſapor coloris, odorisque aut conſiſtentiæ?

Reſp. ad II. Materiæ ejectæ qualitates veſpera nemo obſervavit.

QUÆSTIO III.

De quibus eâ nocte, quam irrequiet duxit, potiſſimum fuerit conqueſtus?

Reſp. ad III. Conqueſtus potiſſimum Patiens de eo, quod urinam reddere non p ſet, & inde dolores in inferiore parte ven ſentiret.

QUÆSTIO IV.

Quandoquidem Patiens ſequenti m

do

mo exiverit ad negotia, an etiam ſenſe-t quandam anguſtiam aut oppreſſionem? - qualis ea fuerit?

Reſp. ad IV. Manè ſequenti nihil omni-ò mali ſenſiſſe creditur, cùm de nullô con-ueſtus ſit.

QUÆSTIO V.

Quid ſecundo die in prandiô comederit?

Reſp. ad V. In prandiô comedit oryzam lacte vaccinô decoctam, nec non capita gnorum frixa in butyro.

QUÆSTIO VI.

Quanam in re poſt prandium pejus ſe abuerit, quàm præcedenti die?

Reſp. ad VI. Poſt prandium rediit vomi-is, & conqueſtus eſt Patiens de priſtinis do-ribus, quos præcedente nocte ſenſerat.

QUÆSTIO VII.

Qualem materiam tunc temporis evo-uerit?

Reſp. ad VII. Ferè omnia ea, quæ præce-enti veſperâ, nec non manè & in prandiô omederat, cruda & nondum concocta per omitum ejecit, videlicet particulas carnis, nis & mytilos aliquot integros; color hu-s materiæ albus apparuit, inſtar decoctæ yzæ, & odor ingratus, de ſapore vero ipſe tiens non fuit conqueſtus.

QUÆSTIO VIII.

Qualia Medicamenta à Medico fuerint æſcripta, & in quem finem, ſeu qualis erit intentio Medici?

Reſp. ad VIII. Aſſerit Dominus Medicus, ſe hibuiſſe alexipharmaca & Bezoardica, eum in em, ut ſi fortè Patiens venenum, prout ſuſpi-tus fuit, accepiſſet, id expelleretur.

QUÆSTIO IX.

An purgatio per alvum vi medicamen-rum, ac ratione morbi, vel affectus ac-iderit?

Reſp. ad IX. Purgatio per alvum præceden-nocte cœpit, & poſt prandium rediit, ante-uam medicamenta guſtaſſet Patiens, poſt ea erò aſſumpta ſæpius iterata eſt.

QUÆSTIO X.

An pauco ante obitum tempore, inten-os dolores circa ventriculum, aut in ab-omine ſenſerit, & an convulſiones aut de-iquia animi paſſus fuerit?

Reſp. ad X. De intenſis doloribus circa entriculum, aut in abdomine in ſpecie, non onſtat; conqueſtus verò potiſſimum eſt pa-ens de cruditatibus, quas in ventriculo ſen-ret, quæque exitum per vomitum quære-nt, & de magnâ difficultate vomitus, ideo-ue medicamentis ſibi præſcriptis porrò uti oluit, ſed juſſit ſibi dari Tabacum, eoque o more conſueto aliquoties uſus eſt, etiam lecto decumbens. Deliquia animi nulla aſſus eſt.

QUÆSTIO XI.

An intra hepar corruptum inventa et-iam fuerit materia purulenta? & qualis illa fuerit?

Reſp. XI. Purulenta materia intra hepar eſſe negatur à Dn. Medico.

QUÆSTIO XII.

An parva, an verò magna bilis copia in veſicâ fellea fuerit inventa? & qualis eadem fuerit?

Reſp. ad XII. Parva bilis copia adfuiſſe aſ-ſeritur.

QUÆSTIO XIII.

An in fundo ventriculi materia quædam albicans, aut alterius coloris fuerit obſer-vata?

Reſp. ad XIII. Exiguus pulvis albus in fun-dô ventriculi obſervatus eſſe dicitur à Chirur-gô in ſectione adhibito.

QUÆSTIO XIV.

An foramina illa totam ventriculi ſub-ſtantiam corroſerint, aut quousque eadem penetraverint?

Reſp. ad XIV. Foramina illa totam ventri-culi ſubſtantiam non corroſerunt, nec pene-trarunt.

QUÆSTIO XV.

Quid fuerit in veſiculis ventriculi re-pertum?

QUÆSTIO XVI.

An etiam attenderint ad materiam il-lam, in veſiculis inteſtini coli contentam?

Reſp. ad XV. & XVI. Materia in veſiculis ventriculi & inteſtini coli reperta, perhibetur fuiſſe ichor ſive ſerum, quale in veſicatoriis reperitur.

QUÆSTIO XVII.

An patiens etiam antehac laboraverit vo-mitu, aut ventriculi dolore, aut etiam ven-tris torminibus?

Reſp. ad XVII. Vomitu quidem antehâc non laboravit, ventriculi verò dolores ſæpius expertus eſt; & quoties de his conqueſtus fuit, toties etiam frequentes alvi purgationes acceſſerunt, quæ per dies aliquot, & interdum per duas aut tres ſeptimanas continuas perdu-rârunt; non tamen propterea decubuit, nec pro morbi ſpecie eas habuit, ſed potius ſibi ſalubres eſſe credidit.

QUÆSTIO XIIX.

An patiens circa tempus hujus infortunii paſſus fuerit graves animi affectus ex irâ, triſtitiâ, aut terrore?

Reſp. ad XIIX. Tribus ferè ſeptimanis ante obitum ira vehementi affectus fuit, poſt id tempus verò animi affectus ex diſcordiâ fer-mè quotidianâ, quæ ipſi cum Uxore ex mo-rum diverſitate interceſſit, dubio procul ſub-ortos, diſſimulavit & compreſſit.

Poſtquam præmiſſa omnia tum ſinguli ſe-orſim ac privatim, tum omnes ſimul congrega-ti ſæpius ac ſeriò expendimus, atque de ſtatuen-dis ſollicitè contulimus, tandem unanimi con-ſenſu in ſequentem ivimus ſententiam &c.

1. Ex præſcriptis omnibus certò inferri & concludi non poſſe, defuncto ab aliis exhibitum eſſe venenum, ex quô interierit.

2. Potuiſſe ipſum ab aliâ causâ & effectu interiiſſe, ab humore nimirum melancholicô ipſi familiari, & ob jurgia domeſtica, bilemque nimium commotam & acriorem factam, non parùm ad atrabilarii naturam vergente, atque ſanguini, mox & aliis partibus ſenſim communicato, tandem verò ad Mytilorum ingrati ſaporis & nullius frugi præpoſterum uſum, ſolito magis corrupto, atque ſymptomata notata omnia producere apto.

Nam ut hîc non diſputemus, in quâ corporis parte producatur & Melancholicus & atrabilarius humor, quia de hâc re non ſatis convenit apud Medicos, etiam primarios: in eô ſaltem conſentiunt plerique, Bilem atram generari non tantùm ex bile flavâ, verum etiam ex humore melancholicô.

Addimus nos, ſemper forſan ex utraque acriore ſimul confluente & in bilioſis quidem bile acriore abundantibus ob animi mœrorem gravem, inſperato adventantem, in Melancholicis verò humore melancholicô itidem acriore gravatis, ob iram vehementem ipſis ſupervenientem, atque in utrisque humorem familiariori contrarium augentem, acerbantem ac potenter agitantem, commoventemque.

Notum præterea bilem atram tum blandiorem ideoque minus noxiam, tum acriorem, ideoque nocentiorem, non rarò aut ſurſum ferri ad ventriculum, ubi vel retinetur, vel evomitur, & minus nocet, aut deorſum ad inteſtina propelli, per quæ poſt excitata tormina vel dyſenterias excernitur quoque, atque ipſam ſic dare utrobique manifeſta rodentis ſuæ acrimoniæ indicia. In hoc autem nobili Defunctô melancholicum humorem abundaſſe, probant ipſius mores, triſtitia & taciturnitas, mox in hujus ſcripti limine notati.

In eodem bilem, ſi non auxit, acriorem ſaltem fecit Tabaci copioſus & quotidianus uſus, annis multis continuatus, eandem autem inprimis conturbavit exacuitque non infrequens propter memoratam morum diverſitatem, hinc & diſcordiam cum uxore quotidianam fermè, iracundia, tribus præſertim ante obitum ſeptimanis vehementior, quæ ſicut pituitoſis ferè ſolet eſſe utilis & ſalutaris, ita melancholicis ſemper obſervatur noxia & quandoque lethalis.

Potuit autem ob iracundiam poſtremam vehementiorem, vehementius exaſperata bilis aliquâ ſui parte per ductus bilarios hepaticos copioſius effuſa, & ſanguini tum per arteriam hepaticam è corde affluenti, tum per venam portæ ex abdomine universô refluenti ac melancholico admixta, cum eodem effervescere ac coagulari ibidem, ſtagnare, corrumpi, vaſa rodere, in hepatis ſubſtantiam effundi, eandem itidem, ſicuti in cadaveris apertione notatum eſt, corrumpere; potuit reliqua bilis jam malè affecta, ad mytilorum pravorum aſſumtionem gravius, quàm in uxore atque ancillâ conturbari, & ad ſui ex follicu-lô effuſionem (unde tam pauca forſan in ipsô reperta) commoveri, mox cum humore melancholicô in tenui inteſtinô effervescere, qui[...] totâ nocte, usque ad ſequentis diei tempus po[...] meridianum neglecta, ſymptomatibus nota[...] tis omnibus anſam præbere: unde non mi[...] rum, ſi auxiliis ſerius adhibitis non ceſſeri[...] malum, in humore viſcidô (qualis in col[...] inteſtinô eſt obſervatus) hærens.

Percurramus proinde ſymptomata omni[...] ſuperius enumerata, & ipſa deducamus ab hu[...] more melancholicô acriore atque bile, tum ſeorſim, tum ſimul ſpectatis.

Vomitus à Mytilorum noxiorum aſſum[...] tione potuit excitari, quemadmodum ſæp[...] numero excitatur à rebus quibusvis ingratis a[...] plus minus corruptis: quatenus ab illis ute[...] que humor prædictus vitium contrahens ac e[...] fervescens, poſt nauſeam producere potu[...] vomitum, ac ſequenti die alvi quoque deje[...] ctionem.

An verò manè imprudenter, ob præce[...] dentis noctis moleſtias & inquietudinem, ex[...] ens aerem fuerit expertus æſtuantem, un[...] bilis amplius ad novum ſui orgaſmum fue[...] deducta, non refertur; quamvis talis diebu[...] canicularibus facilè ſæpiusque ſoleat urgere.

Oryza in lacte vaccino decocta & in pra[...] dio ſequenti aſſumta, facile potuit ab hum[...] ribus præcedente nocte commotis, ac necdu[...] ad quietem ſatis redactis, corrumpi & rati[...] ne lactis coagulari, quod confirmari videt[...] ex Reſp. 7. ubi vomitus excreta dicuntur qu[...] dam odoris ingrati.

Eandem corruptionem promovere potu[...] runt agnorum capita in butyro frixa, unde n[...] doroſa cruditas facile ac ſæpe oritur.

Poſtquam verò humores pravi ampli[...] fuerunt ab alimento haud ſatis, poſt tale[...] corporis & humorum conturbationem præc[...] dentem, apto depravati, non mirum, ſi gr[...] viora quoque fuerint ſecuta ſymptomata, [...] nil tunc proficientibus medicamentis, i[...] mors.

Nam humores ſibi adverſantes atque co[...] trarii & pituitæ viſcidæ impliciti, & ideo a[...] quamdiu impediti, tandem propter Diætæ [...] tia nova ad extremum efferati, nullis ſole[...] auſcultare aut cedere medicamentis, quin p[...] tius magis tunc ab iis exaſperari; adde, qu[...] ſæpenumerò prius adeſt corporis deſtructio[...] interitus, quàm ſe mutuò temperent, aut [...] fringant iidem.

Color ſubcœruleus in parte cordis ima trib[...] potuit diutinæ cadaveris aſſervationi.

Sa[...]

Sanguis in corde ipſiusque vaſibus ater obſervatus, humori melancholico eidem admixto adſcribendus.

Nulla in pericardio aqua ſignum eſt ſeri paucioris in ſanguine exiſtentis, quod paulatim, non ſubitò potuit contingere ab eodem humore melancholicô auſterô.

Flacciditas cordis, adde omnium quoque muſculorum, obſervatur frequenter in Melancholicis; cætera in corde ſunt vulgaria.

Pulmones atri & duri ſanguinem notant melancholicum.

Diaphragmatis color mutatus debetur cadaveris aſſervationi triduanæ.

Corruptionem hepatis jam ſuperius deduximus à bile acriore in ipſum effusâ, & ibi hærente.

Color veſiculæ fellis ex flavo viridis haud novus & mirus.

Ventriculus ab humore melancholicô acriore cum bile junctô, ac æruginoſæ bilis qualitates nactô, eoque aſſurgente, ac ibi hærente potuit corrodi, quod ejus color, variis in locis ex flavo viridis, confirmat.

Pulvis verò albicans in ipsô à Chirurgô obſervatus paucus potuit ortum habuiſſe aut ex coralliis, margaritis, lapide bezoar & ſimilibus à Medicô inter cætera Alexipharmaca præſcriptis, aut ex materia teſtacea, mytilis non ratò inhærente, atque à reliqua eorum ſubſtantia forſan ſeparata ibique permanente.

Non novum Lienes parvos inveniri in melancholicis, magnosque in Jovialibus.

Renum conſtitutio laudabilis veneni ſuſpicionem minuit, ut & nihil in veſica, tenuibusve inteſtinis præter naturam repertum.

Materia viſcida & flava in colo inventa confirmat, noſtrum de humore bilioſô & melancholicô pituitæ tenaci implicito judicium, veſiculæ autem ipſorum ibidem moram.

Coſtæ ex rubrô nigricantes cadaveri diutius ſervato debentur.

Atque ſic putamus ſatis commodè nec improbabiliter ex aliâ, præter venenum exhibitum, causâ & affectu deduci poſſe luctuoſum & præcipitatum Viri Nobilis interitum. Ita cenſebamus Lugduni Batavorum $\frac{6}{18}$. Martii Anno 1666.

Florentinus Schuyl Med. Prof. &
p. t. Rector.
Franciſcus de le Boe Sylvius D. p. t.
Decanus.
Johannes Van Horne Anat. &
Chir. Profeſſ.

CASUS XXVIII.
DE
VENEFICIO.

Reſponſum Facultatis Medicæ Hafnienſis; deſuper lethalitate Napelli propinati.

Ex clementiſſimô mandatô Ser. Reg. Majeſt. ex arce Hafnienſi die 17. Jan. 1657. Facultas Medica jubetur ſubjectiſſimam cenſuram ſcripto conſignare, de qualitate radicis cujusdam, quam vulgari dialecto *Munckerœd*, ſeu radicem Monachorum appellamus, ad cauſæ cujusdam obſcuræ elucidationem, nempe mulieris paganæ, quæ dicitur Marito ſuo hanc radicem in cibô exhibuiſſe, unde creditur idem maritus è mediô ſublatus. Quandoquidem verò radix ipſa nobis monſtrata non fuit, nec in judiciô exhibita, ut ſubjectiſſimè ad mandatum Regium reſpondeamus, ſi radix eſt herbæ Danicâ linguâ *Mancke* dictæ, & Latinâ Napellus, exiſtimamus ex omnium Medicorum ſententiâ eſſe radicem venenatam, & ſi internè exhibeatur, præſertim magnâ doſi, hominem enecare. Ad rei controverſæ illuſtrationem brevis hæc eſt noſtra ſententia, quam Facultatis quoque ſigillô confirmavimus. *Hafniæ XVII. Jun. A.* 1657.

Thom. Bartholinus Decan.
Chriſtianus Fabricius.
Jacobus Suabe Med. D.
Eraſmus Bartholinus.
Simon Pauli D.
Saul Moth. D.
Henricus Fuiren.
Chriſt. Oſterfeld.

(L.S.)

Vid. Thom. Barthol. in Ciſta Med. Hafnienſi Loc. LIX. p. 608.

CASUS XXIX.
DE
VENEFICIO IMPUTATO.

Requiſitio.

E præſentibus Actis Originalibus eluceſcet, quâ ratione *Eliſabetha Pflugeria* inopinata prorſus & ſubitaneâ morte perierit, & quâ ratione hæc vel illa ſuſpicio contra Maritum Ejus ſuboriatur, qui fugâ quoque ſibi conſuluit; unde neceſſarium eſſe duximus, ut Defunctæ corpus ſecaretur, & Atteſtatum Medici æquè ac Chirurgi Actis insereretur, prout fol. 18. 19. Act. idem videre licet. Quum verò f. 62. judicialiter deciſum fuerit, ut Atteſtati intuitu, ſive ab ipsô Medicô, ſive Facultate quadam

Medicâ Reſponſum dilucidius expeteretur; hinc Dominos noſtros Honoratiſſimos officioſiſſimè rogamus, velint haud gravatim Acta cum dictô modô Atteſtato collegialiter perpendere, Nosque Reſponſo quodam dilucidato magis ſententiæque judiciali conſentaneô inſtruere. Hoc cum debita remuneratione &c. *Heuckenvvaldæ die* 9. *Jun.* 1677.

Atteſtatum Medici.

POſtquam Summè Reverendus &c. Dominus, Wolffgang Erneſtus N. in Heuckelwaldâ, Nos infra ſubſcriptos debitô modô requiſiverit, ut Eliſabetham Pflugeriam, partui proximam, ſed ſubitò emortuam inſpiceremus & cum ſuſpicio oriatur, Eandem morte naturali non periiſſe, imò quùm continuô vomitu ſimul laboraverit, illi venenum forte propinatum fuiſſe, judicium noſtrum interponeremus; hinc illi morem geſturus, in cadavere inſpecto, neque plagam, neque ictum aut ullum aſſumti veneni ſignum obſervare potui. Sectione verò inſtitutâ, viſcera & inteſtina, ad unum omnia, ſalva & illæſa, in ventriculo verò turbida nigricansque lympha inventa, quæ ſcutellâ excepta, ſedimentum nigrum, viſcoſum & ſabuloſum depoſuit, circa pylorum ſimul materiâ quâdam glutinoſâ, pici ſutoriæ & quoad tactum & quoad viſum haud abſimili, à quâ exitus in inteſtina omninò obturatus fuit, ita tenaciter adhærente, ut ne preſſioni digitorum quidem cedere voluerit; Fœtus omninò ad partum ſe compoſuerat & cervicem uteri jam intrarat, ita quidem, ut vi quadam retrahendus fuerit, membris omnibus benè proportionatis, ad putredinem tamen jamdum inclinando. Licet autem ex materia ventriculi glutinoſa, nigra & genuinæ pici ſutoriæ ſimilima, ut & ſedimento ejus ſabuloſo (ſiquidem pulvis intermixtus facilè palpari poterat) morte repentinâ fœtuque quam citò putreſcente concludi poſſit, quòd Defunctæ Eliſabethæ Pflugeriæ, ſive ad eandem enecandam, ſive ad fœtum abigendum aliquid propinatum fuerit, eâque de cauſa Maritus ejus, Johannes Kreſſe, qui antè malè eandem habuit, & nunc fugam arripuit, in ſuſpicionem inciderit; non tamen impoſſibile eſt, fermentum ſtomachi, ab acidô quodam p. n. nigrum, â pituitâ conjunctâ glutinoſum, & ab admixto alimentis ſale fixo, ſabuloſum evaſiſſe, indeque Tonum Ventriculi inverſum, pylorum occluſum vomitúmque continuum productum fuiſſe; quo factô fœtus, propter defectum alimenti, exitum quæſivit. quoniam verò Defuncta, tanquam primipara, ſibimet ipſi obſtetricare non potuit, neque â Domeſticis conſilium atque auxilium illi latum, inſuperque in frigore locata fuit, hinc fœtus ſuffocatus fuit, & putredine jam accedente, halitus malignos M. S. & cordi communicavit, unde ſuffocationes & mors ſubitanea ſequi debuerunt; quæ omnia, in quantum in Medicina fundata ſunt, atteſtamur &c. *Riziæ die* 3. *Febr.* 1677.

Johann. N. D.
Frieder. Weigel, Chirurg.

Reſponſum Facultatis Medicæ Lipſienſis; deſuper veneficio imputato.

DUbium fuit, reſpectu veneni propinati quoniam Medicus concludit poſſe quoque hanc materiam ab aliis cauſis intrinſeci & præternaturalibus oriri vel produci. *Vid. Amm. Prax. Vuln. Leth. p.* 258.

CASUS XXX.
DE VENEFICIO IMPUTATO

Requiſitio.

P. P.

VV. Magn. Magnif. celare nequeo, Actâ que præſentia fuſius ob oculus pc nunt, quòd die 18. Sept. 1677. Puella 8. vel 1c circiter annorum, quam Incola hujus loci Joachimus Krügerus aliquamdiu ſuſtentavit ſubitò exſpiraverit & in monte (ut audit) c pitali hujus loci extra Dübenam exanimis ir venta fuerit, corpore nigricante & intum ſcente, ut probabile ferè ſit, illam venenu aſſumſiſſe, cumprimis, quòd ejus Mater, R ſina Reuteria incuſetur, quòd liberis ſuis ſ men aliquod aut pulverem dederit, eosque ju ſerit, ut eô juſculum inficerent, dictique Kri geri uxori Annæ aliisque Perſonis propinarer Quapropter anſa mihi data fuit, ut non ta tùm Dominum Lic. Johannem Chriſtoph rum Ferberum, Medicum Eylenburgenſen ad ſectionem cadaveris ſuſcipiendam requir rem, ſed & abhinc recognitionem legale aliùnde de eô expeterem. Quia igitur à Sc binatu Electorali Lipſienſi inter alia fol. 54. d ciſum fuit, mearum porrò eſſe partium, ut Facultate quadam Medica judicium aliquo tam de Medici Chirurgorumque Relatione f 21. & ſeqq. quàm de ſemine, de quo Medic ſimiliter animi ſui ſenſa fol. 41. impertiit, exp terem; Hinc etiam atque etiam rogito, & Hoc &c. *Dübenæ die* 14. *Januar.* 1678.

Johann Heinrich I

Relatio Medici.

CUm die 19. Septembr. currentis modò a ni Dübenæ caſus ſubitaneus in Puellâ qu dam contigerit, quæ ſubitò exſpiravit, corp ſculô poſt obitum ex nigro cœruleo & in gniter tumefactô repertô, hinc præviâ Req ſitione legitimâ in ædibus Krügerianis comp ruimus, & quia conjecturæ ſatis prægnan

ſubo

boriebantur puellæ venenum propinatum
iiſſe, eodem adhuc die ſectionem inſti-
iimus, neque ſalvâ & illæſâ conſcientiâ
iud, quam quæ invenimus & ſequuntur,
ferre poſſumus: Quoad externa ſcil. obſer-
atum fuit, quòd circa oculos, os & nares,
nò in tota facie, fuſca & cœrulea fuerit, cor-
uſque inſigniter intumuerit, ac ſi inflatum
iiſſet. Sectô verò & apertô cadavere, in-
entum fuit, quòd ventriculus inſigni quan-
tate Chymi prorſus repletus fuerit, & ut hoſpes
eferebat, plurimum pultis comederat, & licet
hymus accuratè examinatus fuerit, nihil ta-
ien obſervari potuit. Porrò inteſtina, cum-
rimis verò ileum, cœcum & colon, usque
l inteſtinum rectum cœrulea fuerunt inven
. Subſtantiæ verò & eſſentiæ intuitu, ad-
ıc integra fuerunt. Cor quod attinet, illud
ıolle & omninò marcidum inventum fuit.
andem & Pulmones in dextro latere nigrican-
s & emarcidi fuerunt &c. *Dübenæ die* 19.
eptembr. 1677.

Joh. Chriſt. N. Med. Lic.
Chirurgi &c. &c.

Judicium Medici.

P. P.

QUùm opinio mea de ſemine invento de-
ſideretur, hinc exiſtimo, illud ſemen
yllii eſſe, quod tamen tantam occidendi vim
on habet. Interim Dn. Præfectus tutiſſimè
ocedit, ſi illud ſemen Facultati cuidam Me-
cæ transmiſerit, ejusque ſententiam requiſive-
t; neque enim ſi totam illam ſeminis quan-
tatem ipſemet aſſumerem, mortem inde per-
meſcerem. *Eylenburgi die* 22. *Octobris*
677.

L. Ferber.

Reſponſum Facultatis Medicæ Lipſien-ſis; de incertitudine veneficii.

P. P.

QUandoquidem à Dominatione Tua no-
bis Acta quædam, Puellam in monte
apitali prope Dübenam ſubitò extinctam con-
ernentia unà cum capſula, ſemine repletâ,
ansmiſſa noſtrumque judicium, tam de Me-
ici Chirurgorumque Relatione, quàm de Se-
ine illo deſideratum fuerit; hinc prævia De-
beratione Collegiali Eandem certiorem red
imus, quod 1. Relationis modò dictæ intui-
ı, color atro-cœruleus in cadavere obſerva-
ıs, unà cum tumore, in ſe & præcisè certum
ccepti aut propinati veneni indicium non ſit,
uia & in aliis affectibus, v. g. Apoplexiâ,
Epilepſiâ &c. (quâ puella, juxta tenorem
Actorum fol. 32. 6. antehac correpta eſſe di-
citur) ſimilia ſæpè occurrunt & à cauſis exter-
nis rebusque p. n. facilimè produci poſſunt,
cumprimis, ſi juxta Relationem internè in ven-
triculo aliisque viſceribus nulla corroſionis,
aut alius læſionis, à propinato veneno oriri
ſolita, veſtigia obſervata ſunt. Quòd verò
2. ſemen inſimul transmiſſum attinet, illud
neutiquam ſemen pſyllii eſt, utpote quod
omnino nigricare, glabrum & ſplendens eſſe,
inſpectio ocularis docet, ſed pro ſemine Tra-
go ſelini illud eſt habendum, cui tamen talis
efficacia & periculoſa operatio adſcribi non
poteſt, ut venenis annumerari mereatur, &
mortem adeò ſubitaneam inducere poſſit,
ſiquidem, ubi ex imprudentia aut inconſide-
ratione illud pani in ſacco commiſtum, & à
puella devoratum fuiſſet, ad minimum cor-
tices ejus adhuc in ventriculo ſub ipſa ſectione
inventi fuiſſent &c. *Lipſiæ die* 15. *Januar.*
1678.

Amman. Prax. Vuln. Lethal. Dec. IV. Hiſt. 3.

CASUS XXXI.
DE MANIACA AD MATRIMO-NIUM INHABILI.

Requiſitio.

HAc occaſione datâ non poſſumus non ſu-
per caſu ſequente, Excell. veſtrarum ac-
curatum & in Medicina fundatum judicium ſo-
licitare. Nimirum exiguo abhinc tempore
Studioſus quidam ſponſalia contraxit publica
cum virgine quadam, quô factô inaudivit,
eam antea Maniâ, & cum tali furore, corre-
ptam fuiſſe, ut compedibus atque catenis eam
alligare neceſſum fuerit, quibus aliquando
ruptis ita ſe proſtituiſſe, ut nuda incederet hinc
inde, quô furore digiti pedum ſphacelo cor-
rupti, ut Chirurgus eos amputare opus habue-
rit. Ex hiſce cauſis reſcindere vult Studioſus
ſponſalia, metuens recidivam iſtius maniæ,
vel furoris, quia 1. Malum hoc eſt hæredita-
rium, dum 2. Parens ipſius etiam fuit mania-
cus undis ſeſe immergendo. 3. Frater pariter
propter melancholiam ſtudiis valedicere, &
animum ad Muſicam inſtrumentalem appli-
care debuit. Quoniam itaque ſcire nobis in-
tereſt, *utrum talis furor ſive inſania, vel
mania in hoc ſubjecto recidivam parere
poſſit, nec ne?* petimus à Veſtris Excell. ju-
dicium in forma probante &c. Dab. N. d. 6.
Decembr. 1654.

Re-

Reſponſum Facultatis Medicæ Lipſienſis; ſcilicet virginem hanc maniacam non tutam eſſe à recidiva, & ob id marito aſſociari non poſſe.

TRansmiſsâ nobis affectus maniaci deſcriptione, ac petitâ reſponſione, *utrum recidiva in hoc ſubjecto metuenda?* ſequentia loco ſententiæ reponenda judicamus. Licet virgo iſta pro nunc à miſerabili hoc affectu liberata, etiam quamdiu menſium fluxus ſecundùm naturam durabit, nec forſan à cauſis præternaturalibus impedietur, tàm facile recidiva vix reformidanda, *ſolvit enim menſium fluxus maniam*, ſecundùm ea, quæ habet *Aëtius Tetrab. Lib.* 2. *ſerm.* 2. attamen quia maniæ intermiſſio nunquam tuta, quibusdam per circuitus irruit mania, coacervatô videlicet paulatim eô, quod moleſtum eſt, ut habet idem loco citato, ſiquidem de facili fieri poteſt, ut per cauſas quaſcunque externas, vel alias quoque procatarcticas, huic affectui, ut recrudeſcat, occaſio ſuppeditetur, *nonnullis namque, qui penitus ſoluti maniâ videbantur, aut veris tempus, aut error in victu, aut ira maniam revocavit. Aretæus L.* 1. *de intern. affect. l.* 6. præprimis in ſexu ſequiori, hujus affectus recidiva metuenda, non ſolùm propter menſium fluxum interceptum; *mulieres enim aliquandò inſaniunt, quibus menſes ſuppreſſi ſunt,* dicit *Aëtius* loc. citato, verùm etiam propter alia ſymptomata, quæ in corpore muliebri contingunt; hinc Practici ſatis ſuperque experiuntur, quòd gravidas atque puerperas iidem furores, quibus olim detinebantur, hoc tempore vexent; accedit, quòd *Mania* in ſe ſit morbus difficilis admodum curatu, *Hieron. Mercur. L.* 1. *de A. C. cap.* 16. adeò quidem, ut affectus hic ſæpè ægros ad mortem usque ſoleat comitari, *Sennert. Prax. L.* 1. *Part.* 2. *Cap.* 15. præſertim, ſi mania fuerit inveterata, quæ tractatu difficilima dicitur *Oribaſio Synopſ. L.* 8. *C.* 7. multò magis ſi fuerit ferina, utpote ex bilis flavæ exaſſatione, in nigram vel atram degeneratione ortum trahens, hæc enim omnium periculoſiſſima habetur, ut habet *Philotheus Elianus Montaltus Archipathologiæ L.* 6. *C.* 7. Bilis namque atra, & à bile flava per aduſtionem orta omnium humorum maximè rebellis & contumaciſſimus exiſtit, potiſſimùm, ſi ſimul induat aliquam malignitatem, quam hoc in ſubjecto ex Gangræna digitorum pedis non ineptè colligimus. Mania verò à materia maligna orta non ceſſat, quamdiu materiæ iſtius aliquid in corpore ſupereſt, cum talis humor ſe habeat inſtar fermenti, *Sennertus loc. citat.* Prætereà apprimè notandum, quòd affectus ſit hæreditarius, hinc probabile, quòd à Patre per primam generationem diſpoſitio quædam ad hanc paſſionem in filiam traduce quaſi propagata fuit. Si enim ex pituitoſo pituitoſus, ex bilioſo bilioſus, ex tabido tabidus, ex lienoſo lienoſus gignitur, teſte *Hippocrate Lib. de M. S.* quid prohibet, quo minus à Maniaco producatur maniacus? ſemen namque à ſanis ſanum, à morbidis morbidum decidit, docente ita *Ludovico Mercato Tr. de morb. hæred.* magna autem vis eſt in ſemine, hinc namque prima hominis origo, totaque facultas formatrix inde viget, unde tali perpetuò permanent, qualia ſunt prima hominis rudimenta, quæ mutare non eſt humanum opus, hominemque ad usque vitæ finem concomitantur, inquit *Bruno Seidelius Lib. de morb. incurab. Hinc morbi hæreditarii incurabiles exiſtunt*, maximè ſi adoleſcentiam præterierit homo, tunc enim nullâ arte nullâ ratione, curari poſſunt, ceu pluribus probat *Ludov. Mercatus* loc. cit. & Morbi nativi nullo modo avelli poſſunt, ſecundùm *F. bium Pacium in Comment. ad Lib.* 1. *C.* de *M. M. Galeni.* Ideò putamus, ob ſupr. allegatas & alias cauſas, *neminem in hac perſona à metu recidivæ affectûs maniaci tutum vel ſecurum eſſe poſſe &c.* Dab. *Lipſ.* d. 15. Jan. 1655.

Plura Reſponſa de hoc caſu *vid. apud. Tim. à Güldenklee in Reſp.*

CASUS XXXII.

DE

EPILEPSIA PER MATRIMONIUM CURANDA.

Requiſitio.

P. P.

PUella quædam novem annorum è lecto exonerandæ alvi causa, ſine veſtibus ſurgens, ſola ad ſeceſſum ſe confert, & diutius moratur, quàm par eſt, præſertim frigore exiſtente intolerabili: receſſura imploravit opem ancillæ, ſed ſine effectu, hinc lipothymia accedente in ſeceſſu ſedens reperta fuit cum Epileptico paroxyſmo ſiniſtri lateris, à quo Medicorum induſtria liberata quidem, ſed non plenariè, ſiniſtra enim manus, ſiniſtra etiam pes paralyſi affecti, ad motum multum inepti, probabile quoque cerebrum fuiſſe pariter commotum præter naturam. Quamvis autem temporis ſucceſſu tam Medici quam Chirurgi, utriusque ſexûs, auſi fuerint malum hoc prorſus exſtirpare, effectus tamen ſuccedere noluit, ſed paralytica permanſit: hinc reliquis ſororibus ſuis ſe poſtponi videns, omni

nnibus conventibus ſolennitatum ſeſe abdivit. Evidens inſuper eſt *aridura ſiniſtri brabii*, ut & atrophia totius Corporis, & vixit hoc miſerabili ſtatu usque ad annum 20. ætaſ ſuæ, quo ipſe morbus recruduit, ita ut ex nproviſo caderet, oculis inverſis hæreret, rca os ſpumaret, omnibus ſenſibus ac mobus deſtituta, ſemihorulæ ſpatium ſic quietacens expergefacta Pſalmum cecinit, incerta erba ſine judicio protulit, & ſic ſeſe ſenſim inc inde movendo recolligit. Recurrit iſte orbus 28. anno ætatis per intervalla cum iisem ſymptomatibus, ſæpè namque in ſiniſrum latus recidit, non ſine vulneratione ſiniſri Oculi. Curationis ergò à Medicis fontaella in ſiniſtro crure excitata ad revellendos divertendos humores, ſed pari ratione fruſra; non enim tolerare potuit pruritum Fonculi, hinc ſcalpendo tempore nocturno emlaſtra removit, & ulcus illud artificiale exaperavit, ideò ob hanc cauſam rurſus exiccaus. Hinc quæritur: *An ſperandum, quòd alis virgo hoc morbo affecta, ſi medico nuſeret, à caduco & paralyſi liberari poſſit?* Reſponſum Veſtrum ut rationibus decidendi, uantum poſſibile, nitatur, enixè rogamus. Dab. Bauſenberg. d. 23. April. 1658.

Joh. N. D.

Reſponſum Facultatis Medicæ Lipſienſis; ſcilicet epilepſiam hanc Matrimonio ſolvi non poſſe.

PErlectâ publicè morbi Hiſtoriâ, quô pudica quædam Virgo correpta fuit hacteus, & *an matrimonium iniens ab eo liberari poſſit?* Reſpondemus: quòd quemadmodum in omnibus morbis, ita præprimis n Caduco axioma Philoſophicum attendenum, *quòd nempe unius rei, aut effectus, multæ plurimæque poſſint eſſe cauſæ*, idircò notum ex Theoria Medica, quod etam multæ occaſiones, & cauſæ exiſtant Epiepſiæ, nec inſuper nos latet, quòd in ſexu præſertim ſequiori, à retentis menſibus, vel ſemine corrupto ſolùm, citra aliarum cauſaum concurſum, dependere ſoleat, quô Caduca dabili poſſibile eſt, & obſervatum in hiſtoriis clariſſimorum Medicorum, quòd per interventum matrimonii & connubii malum hoc xſtingui poſſit. Quia verò talis eventus in oc ſubjecto non ſperandus, dum ſtatim primis, ac teneris ab annis, hoc morbo correpta, ob id cauſa jam erit concentrata, ſparſis am profundis radicibus in nervoſum genus: deò arbitramur, potius per Venerem & parum malum exacerbatum iri, quàm ſedatum, uum etiam Epilepſia adhûc ſilens, & quaſi ormiens, per uſum Veneris & iras excitari, que in fœtum deduci poſſit, ut ſilentii peplo involvamus, ipſum concubitum à veteribus Philoſophis pro parva quadam Epilepſiæ ſpecie habitum fuiſſe, multum enim detrimenti, & ſpiritibus & proſapiæ nervorum exinde accedit. Nec omittenda Principis Medicinæ ſententia *Hipp. Aph. 7. Sect. 5. Epilepſiæ quibus ante pubertatem fiunt, mutationem ac ſolutionem recipiunt, ſi verò 25. anno, adeoque poſt pubertatem, aut ante pubertatis tempus ortæ poſtea perſeverent, utplurimum ad finem vitæ usque comitari ſolent.* Quòd ſi verò aliquis Medicorum hoc remedii genere malum exſtirpari poſſe confidit, ei hâc ipsâ occaſione de hâc feliciter peracta curatione gratulabimur: licet ejusmodi eventus optandus potius quàm unquàm ſperandus ſit &c. Dab. Lipſ. d. 11. Maji 1658.

Val. Pand.

CASUS XXXIII.

DE EVULSIONE PUDENDORUM IN PROSTIBULO.

Requiſitio.

P. P.

DOmini noſtri Honoratiſſimi ex adjectâ Relatione ſub A. haud gravatim maturè perpendant, quid in hoc tali puellæ ſtatu faciendum aut pertimeſcendum ſit? ſuumque judicium, pro debita remuneratione nobiscum dividant. Datum *Reichenbaci Anno* 1687. *die* 6. *Martii.*

A.

Relatio Obſtetricis.

M*Agdalena Dietrichia*, Obſtetrix jurata, judicialiter deponit, quòd Mariam Ranckiam inſpexerit, & invenerit, omnia discerpta fuiſſe, adeò, ut ſanguis emanaverit. Pili evulſi erant, omniaque intumuerant. Mirum eſſe, puellam adhuc pedibus inſiſtere & ambulare poſſe. Vietorum famulos penitus intus penetrando diſcerpiſſe omnia, miſeramque rei faciem adeſſe. Labia pudendi, velut uncis quibusdam detraxiſſe, omnesque pilos evulſiſſe, cumprimis retro in appendicibus. Labia inſigniter tumere, puellamque ſummos dolores pati. Interim ſe curaturam, ne aliquid detrimenti inde patiatur. *Reichenbaci die* 6. *Martii* 1687.

Reſponſum Facultatis Medicæ Lipſienſis, de illethalitate evulſionis pilorum in pudendis.

P. P.

TRanſmiſſâ Nobis depoſitione juratâ Obſtetricis, Magdalenæ Dietrichiæ, & deſideratô judicio noſtro de præſenti Mariæ Ranuckiæ Statu, Reſponſi loco Vos certiores reddimus, quòd Evulſio Pilorum in pudendis, violentâ manû peractâ, absque doloribus quidem fieri non poſſit; Quia tamen Labia Pudendorum tantùm tumida ſunt, nec dilaceratio quædam à famulis illata fuit: Aliâs quoque Hyſtericæ Mulieris ſæpè pilis pudendorum ſatis vellicantur, (ut de Vibriſſarum evulſione in Lethargô nequicquam jam dicamus) ut ſcil. excitentur; hinc ex evulſione tali vita non periclitabitur; Interim ad meliorem rei notitiam & certitudinem, præter inſpectionem Obſtetricis, à Medico quodam ſimul inſpectioni oculari ſubjici poſſet. *Lipſiæ die* 10. *Martii* 1687.

Amman. Prax. Vuln. Lethal. Dec. 3. *Hiſtor. VII. p.* 242.

CASUS XXXIV.
DE PROGNOSI VULNERIS VESICÆ.

Reſponſum Facultatis Medicæ Giſſen[…] deſuper illethalitate Vulneris Veſicæ.

QUamvis ſub initium primô intuitu ex ſu[…] preſſione ☐, ipſa urinâ cruentâ & e[…] crementis urinæ admixtis exiſtimatum fuerit ipſam veſicam urinariam & inteſtina in vuln[…] rato Studioſo JOH. MARTINO PORSI[…] MFurtenſi læſa fuiſſe, nihilo tamen minus po[…] uſum medicamentorum præſcriptorum, & in[…] primis inſtrumenti urinarii apparet inteſtin[…] non fuiſſe violata, veſicam autem fortè i[…] collo tantùm attactam eſſe, ipſumque ægru[…] brevi temporis intervallo tantum levamin[…] percepiſſe, ut deambulare rurſus potuerit unde vulnerati vulnus, niſi alia Symptomata ipſiusve vulnerati incuria ſuperveniant, ſim[…] pliciter lethale non eſſe ſtatuimus. Attame[…] in rem eſſe publicam judicaremus, ſi AGR[…] COLA per octiduum aut decendum, ut ip[…] deſiderat, in Muſæo ſuô arreſto quodam d[…] tineatur *PP.* 14. *Jan.* 1632.

Nicolaus Braun D.
Joh. Daniel Horſt [...]
Joh. Tileman D.

PAN

PANDECTARUM MEDICO-LEGALIUM
PARTIS I.
SECT. IV.
DE
RESPONSIS THERAPEUTICO-FORENSIBUS.

INTRODUCTIO.

§. I.

UT fruſtranea, imò nulla eſt potentia, quæ non deducitur in actum, ita vana futilisve eſt omnis Medicorum ſcientia, vanum & inutile Doctorum nomen, niſi aut docendo, aut medendo, aut utrôque modô reapſe ſe tales eſſe comprobent. Quapropter ſummâ cum iniquitate iis, quibus in ompoſis Scholarum Promotionibus Doctoralibus ampliſſima tum doendi tum praxin Medicam exercendi privilegia, Cæſareô etiam & Prinipali nomine, tribuuntur, utrumque poſtmodum, aut alterutrum aliubi denegari videas, ut in CAS. I. accidit. Cui bono enim tot ſolenia in Actibus Promotionum adhibita? Cui bonô juramentum, quô bſtringuntur, inevitabile, vid. CAS. II. niſi forte inter potentiam doendi proximam & remotam diſtinguere velimus, quarum priorem tanùm Profeſſoribus, poſteriorem verò ſimul Doctoribus Promotis vinlicat *B. Dn. Itterus Tr. de Gradibus Academ. Cap. XI. §. 4. pag.* 426.

§. II.

Longè majori jure Agyrtarum, Circumforaneorum, Judæorum & Iulo-Medicorum (quos Macellarios potius quàm Medicos vocandos ſſe *Statuta Acad. Giſſ. Tit.* 38. exiſtimant) audaciæ & cum Proximi ſæpe iternecione conjunctæ φιλαργυρίᾳ obicem figere tenetur Magiſtratus Poticus, nec tam facilem ſe præbere in concedendâ illis licentia praxin xercendi, priusquam à Medicis juratis & Facultatibus Academicis tenti fuerint & examinati, prout laudabilis in Haſſia noſtra ſuperiori conietudo obtinet, vid. CAS. III. Quamvis & hìc ſæpe de nimia Officiaum Inferiorum indulgentia conquerantur Medici; qui tamen ipſi non

omni ſemper culpa ſunt exempti, cumprimis Academici Graduum (ut *Lanſio in Conſult. pro Germ.* audiunt) Inſtitores, qui nullô habitô diſcrimine dignis & indignis Licentiæ & Doctoris gradum, ob maledictum nummorum manipulum, conferre ſæpè ſolent; quô in negotiô nunquam non meam conteſtatus ſum diſplicentiam, & quoad vixero, teſtaturus ero.

§. III.

Quæſtio hîc de Filiis & Nepotibus Carnificum, Studio Medico plerumque ſe dicantibus, incidit, an ſc. Gradus Academici illis ſint conferendi? ubi in diverſa abeunt JCti. Plures negativam amplectuntur quos fusè allegatos vid. apud *Dn. Eric. Mauritium, in Appendic. ad Specim. Conſil. Chilon. num.* 8. *pag.* 215. Alii ad Affirmativam inclinant, ſed cautelis quibusdam temperatam, inter quos *B. Itterus in Tr. de Gradibus Academ. Cap.* 7. §. 28. *p.* 247. quæ obſervatæ quoque videntur & adhibitæ in CAS. IV. Quodſi autem vel ab Imperatore, vel Comite Palatino famæ reſtitutio præceſſerit, res eò magis in proclivi erit, adeò quidem, ut & ad Chirurgorum aliorumque Mechanicorum (alias hic difficilimos ſe præbentium) conſortia admittendi ſint, juxta Reſp. *Facultatis Juris Tubing.* ad CAS V. Alias verò carnifici Chirurgiam exercere non licet juxta Reſponſum Lipſienſium apud *Zittmannum M. F. Cent.* 4. *Caſ.* 39.

§. IV.

Sed quid de Judæis in Exterorum Academiis publicè in Doctores promotis? An & illorum opem Chriſtiani ſalvâ conſcientiâ implorare poſſunt? An & Medici Chriſtiani eosdem ad Conſultationes admittere & cum iisdem curas morborum ſuſcipere tenentur? quod utrumque rectè negatur in CAS. VI. & *Dn. Itteri Tr. allegato c.* 8. §. 12. *pag.* 226. cùm & Chriſtianos, apud Exteros in Doctores promotos, in Germaniâ non pari cum Inquilinis Doctoribus paſſu ambulare, nec tam facile ad altiora evehendos eſſe, *Orat. Panegyrica* in Promot. Doctorali nuper admodum oſtenderit *Dn. Joh. Nicol. Herthius Anteceſſor Acad. Giſſ. Celeb.* Quod idem de Doctoribus bullatis dicendum, quos Dnn. Lipſienſes, vi ſtatutorum planè non tolerant, vid. *Zittmannus in Med. Forenſi Cent.* 2. *Caſ.* 79. *p.* 558.

§. V.

Multo minus illis, qui Curis ſive Magicis, ſive Magneticis & Sympatheticis, Magiæ ſuſpectis, utuntur, ſe Medicus Conſcientioſus miſcere, aut quovis modô patrocinari debet, ſed ad imitationem Facultatis Med. Giſſenæ easdem abhorrere ſcaphamque ſcapham dicere, quacunque tandem ratione incruſtentur, *vid.* CAS. VII. Et ſicut in Acad. *Pariſienſi Facultas Theologica* A. 1398. edicto quodam publicô, inter alias Superſtitiones, curas illas magicas prohibuit, ut apud *Wierum de Præſt. Dæm. Lib.* 5. *c.* 27. *pag.* 564. videre licet, ita jure meritò judicialiter alicubi in easdem inquiritur, in CAS. VIII. & IX. imò aqua & ignis interdicitur iis, qui ſub quocunque prætextu curis illis hodie utuntur, prout Illuſtris Senatus Mœno-Francofurtenſis nuper ſimilem Doctorem (ut audit) Sympatheticum auſu generoſô emporiô ſuô excedere juſſit.

§.

§. VI.

Dum verò de modô Praxin exercendi quæritur, ardua de privatâ ıedicamentorum diſpenſatione difficultas ſe trudit, quam licet de jure bi vindicare poſſint Medici, ut poſt Celeberr. *Dn. Ludovici de priv. re- ıed. diſpenſat. diſcurſum*, judicio ſuo confirmat *Dn. Lentilius* in CAS. X. iis ımen in locis, ubi Pharmacopolia benè inſtructa & privilegiata alun- ır, eadem de factô illis denegatur, conniventibus alicubi Facultatibus ledicis in CAS. XI ſimilique Reſponsô, apud *Dn. Thomaſium in Diſp. de ıre Pharmacopoliorum cap.* 2. §. 15. occurrente. Interim ſpes non vana te- et Medicos de Bono Publico ſollicitos, fore, ut novô hôc ſeculô Medici ıre ſuo, (quod Servis & Mancipiis ad tempus crediderant) liberius uten- o moleſtum Myropolarum (quorum Proxenetæ & Exactores ferè ſunt) ıgum excuſſuri ſint, quò & Pauperum, inexplebilem Unguentariorum varitiam metuentium, ratio haberi, & funeſtiſſimi Pharmacopœorum rrores & veneficia in *caſ.* 25. & 26. *ſect. inſeq.* deſcripta eò melius evitari oſſint, Conf. *Authenticæ Medico-Legal.*

§. VII.

Aliâs quod Actiones Medici concernit, illæ vel Sanitatis Conſerva- ionem vel ejusdem Reſtitutionem reſpiciunt, cujus utriusque intuitu à lagiſtratu Politicô ſæpè moneri & requiri ſolent: Illic quidem, ſi ob in- identem Conſtitutionem quandam Epidemicam & peſtilentialem pro- hylactica quædam ordinare jubeantur, ut in CAS. XII. requirebatur; uò infinita Conſilia publica, ſive peſtilentialia, ſive Anti-dyſenterica, ı Vernaculâ hinc inde promulgata ſpectant, qualia in contagio bruto- ım truculentiori quoque expetuntur. Quemadmodum eundem quo- ue in finem de Mercibus ex infectis locis non advehendis in CAS. XIII. ebitaque Sepulchrorum peſtilentialium profunditate in CAS. XIV. con- ıltatio inſtituta fuit, quæ ne alio quidem tempore intra mœnia, citra ıfectionis metum, tolerari poſſe CAS. XV. nos admonet.

§. VIII.

Maximè verò in METHODO MEDENDI cautum & providum ſe erat Practicus, ne malevoli habeant, quod criminentur; Quibus, ſi ræter meritum ab iisdem incuſetur, Facultatum Medicarum, in ſubſi- lium vocandarum, Deciſiones, juxta ductum CAS. XVI. XVII. XVIII. IX opponere poterit; quemadmodum & in Scriptorum Medicorum, uacunque de causâ ſive prohibitorum, ſive Fiſco adjudicatorum, edi- ione res ad Academiarum dijudicationem devolvi ſolet, ut in CAS. XX. uper accidit.

§. IX.

Idem remedium illis patet, quibus ægrorum ingratitudo & moroſi- ıs ſoſtrum promeritum aut denegat, aut in dubium vocat, ut è CAS. XI. XXII. XXIII. XXIV. apparet; aut ſi inferiores, ex arrogantiâ qua- am jus προεδρίας illis diſputare velint, quod contra Quæſtorem Electora- lem, imò Superintendentem, judicialiter ſibi vindicarunt Medici Saxonici in CAS. XXV. & XXVI.

CASUS I.

DE

DOCTORUM IN MED. PROMOTORUM PRAXI UNIVERSALI.

REQUISITIO.

Viri Excellentiſſimi &c.

AMPLISS. VESTRAS EXCELLENTIAS celare non poſſum, quod, cùm ante binos annos Smalcaldia Suhlam, ſub Jurisdictione Serenitatis Principalis Dn. Mauritii, Ducis Saxoniæ &c. &c. ad Ægros quosdam evocatus fuiſſem, & poſtquam per 14. dies ibidem ſubſtiteram, Smalcaldiam repetere voluiſſem, Proceres ejus loci me rogarint, ut, quum Medico jam deſtituantur, penes illos permanerem, ibique Praxin exercerem, oblato etiam ſtipendiô extraordinariô non contemnendo: Et licet illud recuſaverim, prætendendo, quòd nullô adhuc Gradu gauderem, illi autem inſtando regererent, ſe contentos fore, ſi tantùm teſtimoniô aliquô inſtructus accederem, hôc Lipſiâ obtentô tandem annui, & abhinc Suhlæ vivendo intra 14. ſeptimanas ultra 176. ægros feliciſſimè D. G. reſtitui. Accedente verò demum Phyſicô Suhlenſi Ordinariô, Lic. Gothofredo Fœrſtero, crebris hujus ſollicitationibus Privilegium & Ordinatio Principalis Pharmaceutica renovata fuit, cujus vigore nemini, niſi publicè in Academiâ quadam Promoto Praxis Medicâ conceditur. Huic ergò ne immorigerus eſſe viderer, ad Inclytam & Celeberrimam Academiam Giſſenam me contuli, & præviis examinibus, tam publicis, quàm privatis, à Vobis, Viri Dominique Honoratiſſimi, Gradum Doctoralem, non ſine applauſu (ut ſpero) obtinui, ſperans fore, ut vi Privilegiorum Cæſareorum inſtar aliorum Medicorum, ubicunque placuerit, Praxin Medicam exercere poſſem. Hoc tamen non obſtante ſupradictus L. Fœrſterus, contra omne jus & æquitatem, neſcio cujus adminiculô, privilegium aliquod obtinuit, ut ſolus, excluſis omnibus aliis, Suhlæ locisque eò pertinentibus Praxin Medicam exerceret.

Cùm verò privilegium hocce non tantùm contra quæcunque Statuta Medicinalia, Privilegia Cæſarea & in ſpecie contra Privilegium Pharmacopœorum, à Sereniſſimô Principe DN. MAURITIO, Duce Saxoniæ &c. A. 1662. publicatum militet, in quo ſeqq. habentur: „Hinc jubemus, ut Pharmacopœus „ejusque famuli aliique, qui Artem Medicam „non didicerunt, nec obtentum ab Academiâ „teſtimonium fide dignum oſtenderunt, Collegioque Medico juramentum, ut decet, præ-„ſtiterunt, ab omni Praxi abſtineant, hæcque „tantùm Medico Ordinario & aliis publicè „promotis Medicis teſtimoniis laudabilibus „dictis inſtructis & juratis, relinquenda ſit: „De cætero, id ipſum quoque Ampliſſimæ Facultati Medicæ in præjudicium vergere poſſit. Hinc Eandem etiam atque etiam rogito, ut partes meas agere, & ſuo me patrociniô dignari velit, quod ſervitiis meis nunquam non demereri ſtudebo, æternùm perſeverans

Ampliſſ. Facult. Med.

D. Smalcaldiæ die 26. *Jan.* 1668.

Obſequioſiſſimus

Joh. Georg Keuhl L

Interceſſio Fac. Med. Giſſ.

P. P.

Reverendiſſime & Sereniſſ. Princeps & Princeps ac Domine Clementiſſime.

HAud ita diu eſt, ex quo JOHAN. GEORG KEUHL Med. D. mœſtiſſimè omninò literis Smalcaldiâ datis conqueſtus eſt, quâ ratione in Ditionibus Sereniſſ. V. Celſitu[dinis] & in Specie Suhlæ, à Præfectura ſuperio[ri] Schleuſingenſi, Praxis Medica ipſi, addi[tis] etiam minis, interdicta fuerit, rogans infimè, ut in auguſtiis hiſce non conſiliô tantùm, ſ[ed] & debitis commendatitiis illi ſuccurramus.

Quamvis autem, CLEMENTISS. PRIN-CEPS AC DOMINE, ipſi ſatis ſuperque ſc[i]mus, Sereniſſ. V. Celſ. in ditionibus ſuis vari[as] easque ſalutares conſtitutiones & Statuta fa[]ciendi, abſoluta gaudere poteſtate & licenti[a], nullaque ratione Nobis hiſce imputari velimu[s], acſi reſcripta & inhibitoria hac in causâ pub[li]cata in diſputationem trahere vellemus; nihil[o]minus tamen ſupradictum D. Keuhlen in au[]guſtiis hiſce conſtitutum omninò deſerere, ip[ſi]que petitam à Nobis Interceſſionem devot[e] denegare non potuimus.

Adeoque cùm ſæpius allegatus D. Keu[hl] (1) ob curationes felices & à DEO ſecundat[as] (2) Senatui æquè ac (3) civibus Suhlenſib[us] nunquam non acceptiſſimus fuerit, & (4) adh[uc] eſſe dicatur, unde etiam (5) à Præfecti An[te]ceſſore ſpes ipſi de ſalariô quodam facta eſt, i[n]deque (6) iſte permotus fuit, ut Seren. Celſ. Statutis Medicinalibus & Privilegio Ph[ar]macopœorum ſe ſubjecerit, & (7) Gradu[m] Doctoris non tantùm quæſiverit, ſed (8) præſtitis præſtandis hic (9) cum omnib[us] jurib

ibus & privilegiis, & in ſpecie cum poteſta- Praxin Medicam exercendi obtinuerit, (10) iam ſupradictis Seren. V. Celſ. Statutis ſe in nnibus humilimè ſubmiſſurus ſit: Adhæc 1) Civitati ipſi publicoque magè proficuum deatur, ſi pluribus Medicis inſtructa foret, iò (12) in caſibus difficilioribus unus alteri nſiliô ſuô ſuccurrere, (13) abſente vel ægro- nte unò, Cives alterius opem implorare poſ- it, & (14) alter alterutrum per æmulatio- m ad majorem diligentiam excitet & ſti- ulet.

Hinc SER. V. CELS. ſubjectiſſimè roga- us, velit Gratioſiſſimè acquieſcere, & ob al- gatas non minus cauſas, quàm connatam ementiam & Benignitatem Principalem ſæ- us laudatum D. Keuhlium Clementiſſimô ultu dignari, ut donis à DEO T.O.M. ſibi nceſſis, Sereniſſ. V. Celſ. Subditis pro virili ervire, & ita cumprimis in Principali hâc Aca- mia Giſſenâ à Facultate noſtra Medica ipſi llatis Privilegiis Cæſareis æquè ac interceſſio- hâc noſtra Devotiſſimâ gaudeat & fruatur.

Quam inſignem Clementiam Principalem milimâ noſtrâ Devotione nunquam non nmoperè deprædicaturi ſumus &c. &c. *Giſ- die* 15. *Febr.* 1668.

Ser. V. C.

Obſequioſiſſ.

Decanus & Profeſſ. Ord. Facult. Med. Giſſ.

ſponſum Facultatis Medicæ Giſſenæ, deſuper praxi Medica Doctori pro- moto interdicta.

P. P.

Literis Tuis die 26. Jan. hujus anni ad Nos datis aliisque communicatis docu- ntis fuſius percepimus, qualis Praxi Tuæ, læ hactenus exercitæ obex figatur, & quòd propter conſilium noſtrum & auxilium im- pretur.

Jam ægrè prorſus ferimus, Nob. Domi- n in adverſitates haſce incidiſſe, ſimulque in is haberemus, ut rei huic æquè facilè ſuc- ri poſſet, ac difficile videtur eſſe tam prom- m auxilium ferre.

Interim Nob. T. Claritatem celare non poſ- us, quòd præviâ curatiſſimâ ponderatio- omnium circumſtantiarum invenerimus, m hoc eò tandem recidere negotium, an ilegia Cæſarea, quæ Doctoribus, in Pro- ionibus Doctoralibus conferuntur & ſum- im in eò conſiſtunt, ut Promotus Doctor eat poteſtatem vel theoreticè vel practicè andi illam ſcientiam, prudentiam vel ar- tem, in cujus Facultate Doctoris titulum na- ctus eſt, abſque omni exceptione intelligenda ſint, & an Doctores Promoti vigore horum Privilegiorum ubivis locorum poſſint actu ex- ercere hanc poteſtatem collatam: Aut an non obſtantibus hiſce privilegiis, quilibet Pro- motus Doctor teneatur ſe ſubmittere Legibus Provincialibus cujusvis Status Imperii, etiam in iis, quæ videbantur reſtringere hæc Ipſa Privilegia Cæſarea? & 2. An Status Imperii, qui jurisdictionem territorialem habet in ſuis ditionibus, non habeat poteſtatem exerci- tium horum privilegiorum certâ ratione re- ſtringendi?

Quod primum attinet, certum eſt, in plu- rimis S. R. I. Judiciis, imò & Camera Imperia- li Spirenſi (Wetzflarienſi) non cuilibet Doctori Promoto, etiam, qui Gradum autoritate Cæ- ſareâ adeptus eſt, pro lubitu Praxin exercere li- cere, nec à parte noſtrâ videmus, quò minus exinde ad Medicos quoque argumentari liceat; niſi quis fortè exiſtimare velit, faciliorem ma- gisque excuſabilem eſſe rem, ſi privilegia Do- ctorum juris imminuantur, quàm Medicorum. Ad minimum exempla hæcce docent, quâ ra- tione Privilegia Doctoralia ſint ſumenda, ſc. quòd ipſis conferatur Poteſtas exercendi &c. non in omnibus locis, ſed illis ſaltem, ubi per ſpeciales Conſtitutiones non eſt prohibi- tum. An autem 2. Principi in regione ſuâ Conſtitutiones ejusmodi ſancire non liceat. non facilè aſſerere auderemus, nec ullus Impe- rii Status hanc Facultatem, etiam à Superiori, ſibi eripi patietur.

Ex hiſce Dominus perſpiciet, nihil aliud heîc reliquum eſſe, quam bona ſuppliciaque verba. Quem in finem incluſis Interceſſiona- libus hiſce ipſi ſuccurrere voluimus, quibus de- bito in loco ſe tueri poterit.

Quæ reſponſi loco hiſce communicare vo- luimus, ad quodvis ſimul amicitiæ genus pa- ratiſſimos nos offerendo. *Dat. Giſſæ die* 15 *Febr.* 1668.

Decanus & Profeſſores Ord. Facul- tatis Medicæ Giſſenæ.

CASUS II.
DE DISPENSATIONE QUO- AD JURAMENTUM IN PRO- MOTIONE DOCTORALI PRÆSTANDUM.

Petitum Candidati.

P. P.

EXc. Exc. VV. præſentibus compellandi oc- caſionem mihi ſubminiſtrat manus in Praxi Medicâ per Dei gratiam & benedictio- nem fortunata, & quod proximum ſub Mor- bonæ

bonæ injuriis gementem ſalvâ conſcientiâ derelinquere, ac rariſſimas obſervationes & experimenta, ab Avo æquè ac Parente, cumprimis autem Fratre meô B. Laurentio obtenta, non minus ac talentum à Deo mihi concreditum ſine fœnore defodere & negligere nequeam. Quapropter, ut omnia ordine fiant & decenter, Teſtimonium Academicum cum deſiderarem. Quoniam verò Salvator noſter JESUS CHRISTUS *Matth. 5. verſ. 32. ad* 37. omnia juramenta, quocunque etiam titulô gaudeant, expreſſis verbis prohibuit, dicendo, quod, ultra ſic & non, omnes ſermonum conteſtationes ſint & proficiſcantur de malo, quam à malô liberationem in Oratione Dominicâ quotidiè petimus & nonniſi pretiosô Chriſti ſanguine obtinere potuimus; hinc promiſſio ſtipulata, in vim juramenti valitura, ſub examinibus præſtanda, ut & ſolitum juramentum Doctorale me deterret, quùm Deo potenter adjuvante citius omnia perdere, imò ipſam vitam deſerere, quàm contra conſcientiam agere & temerariè peccare mallem. Quapropter Exc. Exc. VV. ſubmiſsè rogito, velint mihi, præſtitis præſtandis, poſt ſolita examina & diſputationem Gradu mihi gratificari, ita tamen, ut ſupra allegatum juramentum & promiſſio conſimilis mihi remittatur, annotando ſimul in reſponſoriis, quinam requirantur ſumptus, ut literis cambialibus neceſſariis me inſtruere valeam. Interea Tutelæ Divinæ Vos committendo perſevero

VV. Exc. Exc.

Heilbrunnæ die 26. *Nov.* 1677.

Officioſiſſimus

Fridericus N. J. V. Doctorandus.

Votum Dn. D. HEILANDI Prof. Giſſ. ad Decanum.

P. P.

AD Tuas honoratiſſimas, ſerâ veſperâ oblatas, breviſſimis reſpondeo, non eſſe in noſtrâ poteſtate diſpenſare vel recedere in iis, quæ manifeſtiſſimis verbis in Statutis Nobis injunguntur. Diſpenſatio ergò petenda erit apud Sereniſſimum à Candidatô. Quodſi tamen ex animi ſententiâ ſcribere liceat, quod res eſt, videtur hoc ipſum petitum Anabaptiſmum ſapere, adeò ut ferè dubitem, num ſit conſenſurus Sereniſſimus. Quærat nihilominus & ſupplicibus literis exponat ſuo periculô, quod deſiderat. Quô obtentô Nos pro re natâ & cæteris paribus non erimus difficiles in conferendis iis, quæ meretur. Quodſi ergò placuerit Reſponſum exarare, quod temporis penuria mihi vetat, officium exhibebis pergratum. Miror autem, bonum illum virum adeò abhorrere à juramenti præſtatione ob ſic ſibi viſam à Salvatore factam prohibitionem, cum tamen ambiat Doctoris ſeu Magiſtri titulum, à quô tamen, ut abſtineant ſui idem ipſe Salvator videatur ſeriò prohibuiſſe. Utriusque enim eadem videtur eſſe dubitandi ratio. Sed hæc quid ad Nos? Sunt Theologica. Theologi ergò hunc eximant ſcrupulum, ſi adeò teneræ ille fuerit conſcientiæ; hæc enim objecti Medici limites excedit. Hiſce vale, Vir Excellentiſſime, atque fave

T. E.

Francofurti die 13. *Nov. A.* 1677.

addictiſſimo

Mich. Heiland D.

Reſponſum Facultatis Medicæ Decani

P. P.

INtellexit Facultas Medica è literis Tuis Heilbronnâ die 26. Novembr. ſcriptis haud ita pridem obtentis, quâ ratione Dn. Licentiatus occaſione dextræ, in Praxi Medicâ per Dei gratiam & benedictionem fortunatæ contra conſcientiam ſibi agere videatur, tam â B. Avo & Parente, quàm fratre itidem beatiſſimô obtentas obſervationes & experimenta rariora, unà cum talentô à Deo ſibi ipſi concreditô ſine fœnore defoderet, eaque de causâ, ut ordine & decenter omnia fierent, ſibi propoſuerit, â Facultate Medicâ hujus loci, præſtitis præſtandis Teſtimonium Academicum acquirendi, hac tamen cum conditione, ſi promiſſio manu ſtipulatâ facienda & in vim juramenti valitura, ut & ſolitum juramentum Doctorale (ad quorum præſtationem ob mandatum Chriſti *Matth.* 5. §. 37. ſe nequaquam obligare poſſet) ſibi remitterentur, ipſique hâc ratione juramentô hoc ſuperſedere poſſet; quô in caſu ſimul impenſas neceſſarias, ut iis ſibi proſpiciat, ſcire deſiderat &c.

Jam Facultati quidem Medicæ nihil acceptius eſſet, quàm ut, quemadmodum nunquam non eò inclinat, ut Candidatis ſuis quâcunque ratione gratificetur, ſimiliter in Dn. Licentiati petitum conſentire, adeoque intentionem ejus hâc in parte ex votô ſecundare valeret; Cùm verò res hæc ita comparata ſit, ut à Facultate Medica decidi nequeat, ſed unicè à Sereniſſimâ ſuâ Celſitudine, Principe & Dominô Noſtrô Clementiſſimo, tanquam Nutritore Academiæ dependeat; eaque de causâ ab Eô quoque obtineri debeat: Hinc in ſiniſtram ille partem minus interpretabitur, ſi Facultas Medica, Eundem potius ad Sereniſſimum ablegaverit, quàm quicquam hâc in parte, quod ſuarum partium non erat, decideri

rit aut promiſerit; Intereà Facultas Medica
on videt, quo fundamento Dn. Licentiatus
legata verba Chriſti, quæ juxta omnium
heologorum explicationem tantùm de frivo-
& minus neceſſariis intelligenda ſunt, ad
hriſtianas ejuſmodi, licitas & in ſacrâ Scri-
urâ fundatas promiſſiones & juramenta Aca-
mica trahere velit, cumprimis, dum Apo-
olus Paulus ipſe, qui regulas Magiſtri ſui
otimè novit, Deum Teſtem appellet, 2. *Co*
nth. 1. §. 23. Attamen hoc ipſo Facultati
edicæ animus non eſt fori ſui limites exce-
re, ſed ſuam Domino mentem tantum hac
parte quodammodò aperire voluit, additâ
nteſtatione, quòd in omnibus aliis, quæ
arum ſunt partium, ipſi aſſurrectura, nec
icquam, ad promotionem ejus idoneum,
termiſſura ſit; quemadmodum ipſemet in
ecie victum & hoſpitium eventualiter his of-
ro. Impenſas hîc neceſſarias quod attinet,
cultati Medicæ quadraginta nummi uncia-
s, in ſpecie, quod dicitur, exſolvendi ſunt,
xta quos poſt obtentum Licentiaturæ Gra-
m modico convivio Dnn. Profeſſores exci-
endi: Cuivis autem Pedellorum ſex capitata
ferenda ſunt. Reliqui ſumptus Diſputatio-
m & Doctoratum concernentes partim in
ndidati intentionem & arbitrium, an pau-
vel plura folia Typis committere velit, par-
n in numerum Competitorum recidunt &
lundant. Quod nomine Facultatis Medicæ
minationi Tuæ reſponſi deſiderati loco re-
re volui. Paternæ Dei providentiæ Nos
obique devotè commendando perſeve-
s

Domini Licentiati

Giſſæ die 16. *Dec. A.* 1677.

Amicus officioſe addictus

L. Strauſius mp.

CASUS III.

DE

XAMINATIONE CIRCUMFORANEORUM, QUIBUS EA COMPETAT?

Requiſitio Prætoris Giſſeni.

P. P.

QUandoquidem in nundinis hebdomada-
libus hujus loci quandoque Stentores,
cumforanei & Agyrtæ ſe trudant, & Amplif
a Facultas Medica, per Dn. D. TACKIUM
requiſiverit, ut idem illis interdicerem,
potui non Illuſtris Regiminis Principalis
us loci Mandatum expectare, & quid juris &
rvantiæ hîc locorum ſit, inquirere.
Val. Pand.

Quoniam igitur Conſulem & Senatum hujus loci haud ita pridem hôc in puncto conſului, certiores me fecerunt, quod ſimiles Medicaſtri & Circumforanei nunquam non à Dominis Officialibus licentiam & libertatem exorare teneantur.

Cùm autem ſæpe fieri & obſervari ſoleat, quòd Stentores hujuſcemodi miſeræ & ineruditæ plebeculæ crumenas emungant, crepundia illorum nullo fundamento nitantur, imò ſæpiſſimè per magmata Medicaſtrorum illorum miſerorum ſanitati vis inferatur: Adhæc nunc Academia, & in ſpecie Facultas Medica, hoc in loco conſtituta ſit;

Hinc Illuſtri Dicaſterio Principali obſequioſè referre Ejúſque juſſum expectare volui, qua ratione poſthâc cum ſtentoribus ejuſmodi in Nundinis Hebdomadalibus haberi debeat?

VV. Exc. Exc. & Dom. Dom.

Officioſiſſimus & Obſequioſiſſimus Servus

P. B. Schmoll, dictus Eiſenvvert.

Reſponſum & Mandatum.

QUùm ante hâc Conſtitutio quædam ſancita fuerit, ut, ſi peregrini Medicaſtri ſimiléſque Perſonæ huc advolent, & in forô publicô reculas ſuas venum exponere velint, Facultatem Medicam hujus loci adire, & ab hacce examinari debeant; hinc meritò Sancito huic inſiſtimus: Adeóque Prætor hujus loci occaſione ita ferente eò reſpiciat, quò Conſtitutioni huic ſatisfiat. *Signatum Giſſæ die* 28. *Febr. An.* 1652.

Dicaſterium Principale Haſſiacum ibid.

NOTA. Alibi, ut in Ducatu Würtenbergico, imò alicubi in Saxoniâ, nonniſi iis, qui Gradum in Academiis obtinuerunt, facultas publicè Praxin exercendi ſuáque medicamenta divendendi indulgetur, prout è Conſtitutionibus Provincialibus utrobique oſtendit *Dn. D. Bohnius in Diſp. I. De Officio Medici.* Sed quis ex illis in ſcenam & cathedram publicam, Stentorum inſtar, prodibit, quùm Circumforanei à Legibus publicis infames declarentur? *L.* 1. *ff. de his qui not. infam.*

CASUS IV.

DE

CARNIFICUM FILIIS, DOCTORATUS GRADUM AMBIENTIBUS.

Petitio Carnificis N. N.

P. P.

SEreniſſimam Veſtram Celſitudinem humi proſtratâ Reverentiâ ut ſupplex exorem,

me inevitabilis neceſſitas jubet. Poſtquam enim Filium meum NN. in Scholâ Herbornenſi primum per tres claſſes promoveri curavi, & abhinc eundem quoque Limburgi per integrum quinquennium frequentare juſſi, tandémque in Academiâ Fuldenſi Studiorum causâ alui, ut intra biennium illîc Studium Philoſophicum abſolverit,& pro Digno Gradu Magiſterii reputatus fuerit, ut adjecta Copia Atteſtati Rectoralis docet: Ego verò Religionis intuitu in Locis Pontificiæ Religioni addictis Eundem diutius relinquere nolui, eamque ob cauſam, non ſine prævio conſilio Sereniſſ. V. Celſitudinis Archiatri NN. Eundem in Illuſtri hâc Academia NN. Studia ſua continuare juſſi; idem præter omnem ſpem mihi denegatum fuit, ita quidem, ut nolens volens illud, eô jamdum tempore, Sereniſſ. V. Celſitudinis Dn. Marito Principali Glorioſiſſimæ memoriæ conqueſtus ſim, cujus Sereniſſima Celſitudo Judicium Academiæ de hoc petito quoque Clementiſſimè requiſivit, utut ob mutationes intercidentes nullam uſquedum Reſolutionem Gratioſiſſimam obtinuerim.

Quum verò primò nullius fortuna, cumprimis in tali cauſa piâ & favorabili, qualis ſtudiorum cauſa eſt, impediri debeat, nec quiſquam è Collegiis honeſtis ſine culpâ contractæ infamiæ excludendus ſit, omneſque cordatiores, tam Theologi, quam JCti, unô ore fateantur, nemoque inficias eat, Carnifices, utpote qui tantùm Executores Juſtitiæ ſunt, nullâ infamiæ maculâ laborare, *ex Zeppero, D. Miſler in Caſ. Conſc. cap.* 10. *ſect.* 2. *membr.* 2. *q.* 19. *Gerhard. Loc. de Magiſtrat. num.* 308. *Beſold. & Speidel. in Theſ. Pract. vocab.* Hencker, Scharffrichter & alii, Eaque de cauſa idem eò minus Filio meo objici poſſit, utpote qui nunquam ad ſupplicia capienda atque alia hujus generis adhibitus fuit, ſed per integrum vitæ curſum, inter quàm plures Ingenuos & optimè educatos, tam Nobiles, quàm Ignobiles Condiſcipulos & Studioſos vixit, & juxta tenorem ſupra allegati Atteſtati omniúmque Eorum, quibus innotuit, teſtimonium Chriſtianè & honeſtè ſe geſſit ſtudiiſque diligentem prorſus operam navavit: Quorum intuitu ſimiliter Facultas Juridica Jenenſis eò ſemper inclinavit, & ita decidit, quòd & Excoriatorum Filii, quorum actiones tamen facilius turpitudinem aliquam involvunt, ab honeſtis Collegiis non excludendi, ſed ad hæc omninò admittendi ſint, ut hâc in parte bina dictæ Facultatis præjudicia adducit *Richter. Part.* 2. *Deciſ.* 80. *num.* 25.

Porrò hoc in paſſu notorium eſt, quòd in omnibus Academiis Pontificiorum, in univerſô Imperiô Romanô nulli Carnificum filio, qui, illîc ſtudiis operam navare voluerit, vel minima quæſtio moveatur, ut propriô filii mei exemplô conſtat, qui Fuldæ, ut notorium eſt, ceu Studioſus vixit, & adjectum hîc Atteſtatum ſub abitu ſuo obtinuit. Quin nec in Proteſtantium Academiis inſolitum, ſed notum eſt, quòd paucis abhinc annis Carnificis Tigurini Filius in Academiâ N. N. Gradum Doctoralem conſecutus ſit. Sic & meam quotidie partem ad Civitatis hujus bonum publicum, Templorum & Scholarum ædificationem, æquè ac alii contribuo, quare uſus illorum ad filiorum meorum educationem, ut certa me ſpes tenet, mihi non denegabitur.

Quapropter Sereniſſ. V. Celſitudinem ſupplicibus precibus ſollicito, velit intuitu allegatarum circumſtantiarum Clementiſſimè acquieſcere & Illuſtr. Academiæ NN. Gratioſiſſimè in mandatis dare, ut Filium meum ſupradictum NN. recipiant, aliorum inſtar ad Collegia & Lectiones tam publicas, quàm privatas, ut & ſi mereatur & deſideret, ad honores in Facultate Medicâ capeſſendos admittant, nec ullum ſtudiis ejus obicem figant.

Quibus humilimis petitis Sereniſſimam V. Celſitudinem Clementiſſimè locum daturam impatienti deſideriô teneor, hancque Gratiam Principalem una cum Filio meo, quoad vixero, humilimè deprædicaturus ero Sereniſſ. V. Celſitudinis

Subjectiſſimus Cliens

N. N.

Atteſtatum.

Henricus Probſt, Collegii Soc. Jeſu Fuldæ Vice-Rector.

Omnibus has lecturis ſalutem in Domino &c.

CUm Ornatus ac Eruditus Dominus NN. ſuorum à Nobis Studiorum Teſtimonium petierit, fecit ejus morum probitas & ſingulare in literis ſtudium, quô non modò biennale apud Nos Philoſophiæ ſtadium decurrit, ſed etiam aſſiduitatem ſuam nobis probavit, ut cum ſatisfactione abſolverit, & poſtquam Examine ritè ad id inſtituto examinatus, Gradu Magiſterii dignus judicatus eſt, idcircò bonis omnibus eum commendatum cupimus. cujus rei fidem has manu propriâ ſubſcriptas & conſueto Collegii Sigillô munitas ei dedimus. *Fuldæ* 20. *Septembr. Anno* 1678.

(L. S.)

Henricus Probſt S. I. m.

PROTESTATIO FACULTATIS MEDICÆ N.N.

P. P.

PRimò omnia Sereniſſimæ Principis, ſalute Academiæ nunquam non Gratioſiſſimè ſollicitæ, Diſpoſitioni Clementiſſimæ eâ quâ decet, Devotione committebantur. Abhi

Abhinc verò Facultas Medica DNN. Ju-Conſultorum & Politicorum judicio ſub-ittebat, an Carnificibus & hujus farinæ ho-inibus, non quidem infamiâ juris, inſignis men notæ macula laborantibus, Honores oɗorales, qui, juxta jura communiſſima Conſtitutiones Imperii, Nobilitati æquipa-ntur, abſque inſigni tantæ dignitatis deho-eſtamento & ſpeciali Impp. & PP. indultu onferri poſſint? Ipſa ſanè Facultas anceps hæ ret tales Candidatos ad Examina admittere, im priuſquam Tentamen inſtituatur, vigore atutorum, Candidatus, ſub fide juramenti, ipulata manu promittere teneatur, ſe ad qq. Parentum & natalium conditione propo-endas, veritatem prolaturum eſſe; quem-dmodum & in Academia Argentinenſi nullus l examen admittitur, niſi Literas Natalitias ius oſtenderit, ne ſpurius aut inſigni macu-notatus ſe clanculum obtrudat.

Juxta hæc ratione Competitorum major rtè difficultas ſe truderet, quos procul du-o nullos haberet; ut taceam ipſum Promo-rem, ob metum exprobrationis, haud fa-lè ſubjecto hujuſmodi Honores illos collatu-m eſſe; & quid, ſi obtentis Honoribus Pa-ntum abhinc veſtigia relegeret?

Equidem Lectiones Publicæ, quæ in lo Publico habentur, omnibus, cujuſcunque onditionis hominibus, æquè patent, licet udioſi Generoſæ indolis quibuſvis ut aſſide-it, cogi non poſſint: Nec Collegia Priva-ſſima, in aliis quoque Facultatibus, ſi ho-orarium ſufficiens exſolverint, omninò illis enegabuntur; an verò è re Academiarum, acceſſum quoque ad Gradus Academicos is indulgere, valde dubitamus, quicquid et-m de Promotione illa Marpurgenſi, ſub-& reptitiè obtentâ (ut è literis Profeſſ. Mar-urgenſis hîc ſubjunctis apparet) ex adverſò llegetur.

Quapropter Facultatis Medicæ Profeſſores lagnif. Dn. Rectorem Totúmque Senatum cademicum etiam atque etiam rogabant, elint Sereniſſimæ ſuæ Celſit. hæc omnia ob culos ponere, eaque, qua decet ſubmiſſio-e, conſulere, ut Carnificis petito gratioſiſſi-nam repulſam dari, & ut Filium ſuum ad Ex-eros mitteret, Clementiſſimè perſuaderi ju-eat &c.&c.

Extract. è Literis Dn. D. N N. Profeſſor. Medic. Marpurgenſ. de dato 1. *Dec.* 1679.

ad Dn. D. N. N.

P. P.

HOdie reverà omnia iſta eveniunt, quæ in aureis libellis de Medicô, Medicina & Arte prævidit Hippocrates. Atque illa diſſenſio, Medicis proh dolor! nimium familiaris, effecit, ut ante annos circiter duodecim vel quatuordecim à D. NN. nunc Cœliti, contradicente D. NN. in hac Academia Tigurinus quidam, tunc temporis D. NN. Commenſalis, WOLMAR cui nomen, publicè Medicinæ Doctor fuerit creatus: de quo poſtea referebatur, quod ſit Nepos Carnificis Tigurini; cumque hoc nomine in D. NN: inveheretur acrius D. NN., ſcriptis authenticis ac Teſtimoniis publicis, quorum autographa etiam nunc ad Annales noſtros Medicos aſſervantur (quæ quòd D. D. NN. hodiè ſit Decanus, mihi nunc non ſunt ad manus) probavit WOLMARUS, quod quidem avus fuerit Carnifex à multis annis, ſed rude donatus ab Imperatore nobilitatus; qua nobilitate gaudens Pater poſteà à Carnificis munere exemtus, ſe, filium, Medico ſtudio dicaverit. Adeóque nî fallor hodienum D. ille WOLMARUS inter Tigurinos Medicinam facit ſatis feliciter. Habes, Vir Ampliſſ. ſummam Hiſtoriæ, quæ an excuſare poſſit audaciam, dicam, an impudentiam veſtri Carnificis, judicate.

RESCRIPTUM PRINCIPALE
DE
FILIO CARNIFICIS AD GRADUS ACADEMICOS NON ADMITTENDO.

P. P.

Nos DEI gratiâ &c. &c.

PEr incluſa Vos certiores reddimus, quâ ratione Nos Carnifex NN. denuò ſupplicando rogaverit, ut Filius ejus NN. in Academia NN. reciperetur, & inſtar aliorum ad Collegia & Lectiones tam publicas, quam privatas, imò & ad honores in Facultate Medica, ſi promeruerit, eoſque petierit, admitteretur.

Jam eo, quo decet, modò Nobis relatum eſt, cùm à Dilectiſſimi Dn. Mariti noſtri Principalis, nunc in DEO beatè quieſcentis, Char. dictus modò Carnifex, ſub præſentatô, die 28. Febr. An. 1677. idem omninò humilimè expeteret, quale prævia requiſitione judicium die 26. Martii dicti modò Anni 1677. tuleritis, & quale tunc Deciſum ſubſecutum fuerit.

Quemadmodum igitur & noſtrâ ex parte rem hanc denuò eo in loco relinquimus; ita Clementiſſimè Vobis imperamus, ut Supplicantem ad Vos citetis, hujus eundem certiorem reddatis, ab hâc intentione eundem divertatis, ipſi inter alia propria filii ejus pericula, quæ ſubterverſantur, datâ operâ remonſtretis, & ut aliorſum, ubi à nemine agnoſcatur, ſe conferat, ſi ſtudia ſua abſolvere & promoveri velit, ipſi conſulatis, omniáque eò dirigatis, ne ab

Eodem hanc ob cauſam ulterius ſollicitemur, neque alii in Academiâ NN. degentes Studioſi filii ejus converſatione incommodentur: Nos que Vobis gratioſiſſimè favemus. NN. *die* 17. *Novembr.* 1679.

N. N.

CASUS V.

DE

FILIIS CARNIFICUM, FAMÆ RESTITUTORUM, AD ARTEM CHIRURGICAM ADMITTENDIS.

Species facti.

CAjus, qui Medicinam in urbe Z. exercet, filium Sempronium Titio Chirurgo, Artis Chirurgicæ addiſcendæ ergò commendat. Titius Sempronium, poſtquam atteſtatum legitimæ Nativitatis, ſub Sigillo Civitatis Z. Collegio Chirurgorum exhibuiſſet, ab iiſque præſentibus Medicis receptus eſſet, Artis ſuæ præceptis inſtruit, eumque ex ordine Diſcipulorum dimittere, cum teſtimoniô Collegii, cogitat. Id illi concedere reliqui Chirurgi negant, quia avum Sempronius habuerit Carnificem, ſed Imperatoris Ferdinandi III. literis miſſo prioris vitæ genere omni maculâ liberatum, ac acceptis inſignibus à reliquis ſui generis ſeparatum. Patrem verò nunquam vel Excoriatoribus vel Carnifici operam ſuam commodaſſe, ſed ab illis laboribus toto vitæ tempore abſtinuiſſe, & eſſe in urbe Z. bonæ exiſtimationis Civem, ſed à Comite prætereà Palatino Cæſareo impetraſſe famæ, ſi quid ejus lædi Patris priori facto potuiſſet, reſtitutionem ac maculæ abolitionem, quæ omnia confirmaverit Senatus urbis Z. ac in judiciô controversô illum Chirurgiam exercere poſſe pronuntiarit.

Reſponſum Facult. Juridicæ Tubingenſis.

COncedendas eſſe literas teſtimoniales Sempronio, eumque admitti ad Artem Chirurgicam, nec jure ab opificiis honeſtis rejici poſſe, per rationes dubitandi & decidendi *vid. in append. ad Specim. Conſil. Chiloniens. B. Dn. Mauritii, num. VIII. pag.* 215. *& ſeqq.* ubi plura *de Maculâ Carnificum* horumque Filiis & Nepotibus.

CASUS VI.

DE

PRAXI MEDICA JUDÆORU[M] ET CONSULTATIONE CUM JUDÆO MEDICO.

Reſponſum Facult. Theologicæ Wittenbe[r]genſis, deſuper quæſtione: an Chriſtian[us] ſalvâ conſcientiâ ſub decurſu morbi ope J[u]dæi Medici uti? An & Medicus Chriſti[a]nus ſimul cum Medico Judæo curam ſuſcipere poſſit?

AD utramque hanc quæſtionem reſpond[e]mus, & quidem ad I. quòd non vide[a]mus, quâ ratione Chriſtianus ſalvâ conſcie[n]tiâ optimum vitæ ſanitatiſque theſaurum J[u]dæo Medico concredere valeat, idque ex ſ[e]quentibus cauſis: Sanitate corporis neque a[u]rum neque argentum comparari poteſt, n[ec] quiſquam vitæ artuumve ſuorum Dominus e[ſt], ut de iis pro lubitu diſpenſare poſſit & debe[at]; ſed & in conſervatione & reſtitutione ſanita[tis] ordinem à Deo conſtitutum obſervare tenet[ur]. Jam autem is, cui nobiliſſimum hoc Dei d[o]num committendum eſt, ingenium & judi[ci]um ſubactum, cor animumque ſincerun[m], dextramque à Deo benedictam obtinueri[t] oportet: Judicium ſubactum, ne Andabat[a]rum more pugnando, ut Empiricus, ſed ſ[e]cundùm methodum & canones fundamenta[li]ter curationes morborum ſuſcipiat: Cor an[i]mumque ſincerum, ut ægri Sanitatem ὁλοκαρδί[ως] intendat, venetur & promoveat, omniáq[ue] quæ præſcribit & propinat, non tantum int[el]ligat & expertus ſit, ſed & Pharmacopœoru[m], qui manus ſunt Medici, ſolicitam curam h[a]beat, eorumque officinas ordinariè & extrao[r]dinariè viſitet, & in caſu neceſſitatis præpar[a]tioni medicamentorum ipſemet interſit: De[x]tram benedictam, cùm à Dei benedictione h[æc] quoque in parte omnia dependeant.

Ni Deus adfuerit, viréſque affuderit herbi[s], Nil vel Dictamnus: Nil Panacéa poteſt.

Trium horum membrorum Chriſtianus [a] Medicô Judæô certus eſſe non poteſt, du[m] non in unô vel alterô, ſed omnibus trib[us] punctis defectus aliquis occurrit; & licet qu[i]dam ex illis ſtudia ſolida & laudabilia ſi[bi] comparaverint, imò & libros medicos co[n]ſcripſerint, raræ tamen, imò rariſſimæ av[es] ſunt, & ad minimum reliqua requiſita illîc d[e]ſiderabuntur. De Scientia illorum celebr[is] ſatis Medicus Chriſtianus ita ſcribit: Poſit[o] eoſdem Artem addidiciſſe, quorum tamen Millenis vix unicum reperias, ſiquide[m] maximam ad partem indocti aſini ſun[t], qui vix lineolam in vernaculâ legere a[ut] ſcrib[ere]

ſcribere valent: ut taceam eosdem ne verbulum quidem è lingua Latinâ aliisque Medico neceſſariis, callere, hæc & plura in hoc genus ille. De cæterò plus ſpei & confidentiæ poſt Deum immortalem in curâ Medici Chriſtiani, qui publica & ſolennia eruditionis teſtimonia à Doctoribus Chriſtianis obtinuit, qui in Diſputationibus & Lectionibus multum audivit & auditus fuit, qui ab Antiquis & Modernis Doctoribus, in Arte verſatiſſimis, examinatus, in ſanitatem Proximi ſui Chriſtiani juravit, quàm in glorioſo & avaro Judæo, nullo teſtimoniô, fide dignô, inſtructo, collocari poteſt. *Antonius Margarita* Judæus Converſus & Profeſſor in *Tr. Margarita* inſcriptô, apertè fatetur, Judæos in Traditionibus ſuis non tantum legere, ſed eosdem teneri ope medicamentorum decimas à Chriſtianis colligere, h. e. Decimum quemque Chriſtianum, curæ illorum commiſſum enecare, quod ex alio quoque libro Hebraicô *Magda Rabbi Moſis Ægyptii* allegatur, pluraque mirabilia de his in allegato *Margarita Tr. de Fide Judæorum Fol. G.* 4. habentur. Quin & nemo certus eſſe poteſt, annon Medicus ejusmodi Judæus ægrorum fidem tentare turbareque poſſit, eosdem à Chriſto abducere, & ad fidem ſuam & religionem, ut exiſtimant, antiquam ſeducere, quâ tantâ benedictione, opulentiâ & honore obrui gloriantur, ut in mediâ quoque miſeriâ à Gratiæ illorum ſe ſubmittere cogantur Chriſtiani. Quòd porrò dextra à Deo benedicta gaudeant, nullô modô probari poterit. Qui Cœlestis Pater illis benedicere poterit, cujus Filium dies blaſphemiis & calumniis conſpurcant? quemadmodum & S. Virgini Mariæ plura nomina ignominioſa tribuere ſolent. Qui filium non habet, neque Patrem habebit. Triplici maledictione premuntur, quæ illîc benedictio? nec verum adorant Deum, ut Auguſtinus monet. Unde ergo benedictio proflueret? Gloria summaque Nobilitas hominis Chriſtiani augustior ſanè & ſplendidior eſt, quàm ut obſtinati Judæi, qui crucifixionem Capitis Chriſti adhuc extollunt & approbant, ejus Domini & Sustentatores eſſe poſſint. Medicus ſanè homo eſt experientiſſimus; Ἰατρὸς γὰρ ἀνὴρ πολλῶν ἀντάξι@ ἄλλων. Principes & Magnates eundem honorant. Judæi verò ejus conditionis non ſunt, ut ad publica eaque honorata admittantur officia. Sunt enim infames & omnibus honoribus privantur, *Fin. C. de Jud. Cand. Tuſchus Pr. concluſ.* 371. *n.* 59. *& concl.* 373. *n.* 5. 15. 16. *&* 17. *Lit. i.* Deus T. O. M. Judæos quidem non omnes eradicavit, ſed per totum mundum diſperſit: Quare non ut Chriſtianorum curam habeant, ſed ex cauſis, quas *S. Auguſtinus* aliíque è *Pſal.* 59. haurire malunt.

Quæ è contra Judæorum Patroni & Fautores hoſtium Chriſti objiciunt, facilimè declinari ſunt. OBJ. ſc. I. Curam valetudinis neutiquam ad Religionem ſpectare. Verum Reſp. Si res ſe haberet, immeritò Elias ex juſtô fervore Ahaſiæ opprobrio duxiſſet, quod Baal Sebub, Idolum in Ecron, in curſu morbi conſuluiſſet, in hæc erumpens verba: Nunquid Deus eſt in Iſrael &c. 2. *Reg.* 1. §. 3. *&* 4. Si res ita ſe haberet, malè etiam cum Paulo ageretur, dum neque cum Idololatris edendum eſſe prohibet &c. OBJ. II. Scientiam Medicam & in Judæis donum eſſe Dei, eum in finem illis conceſſum, ut homines eô uterentur. Reſp. Poſito, in Judæo præcipuam quandam rerum Medicarum Scientiam obſervari, qualis tamen in centeſimo, qui de eâ gloriatur, non contingit: Attamen nondum demonſtratum eſt, Deum T. O. M. eandem blasphemantibus Judæis conceſſiſſe, ut Chriſtianos, tanquam Medici Honoratiſſimi curarent, & ſimul Diribitorem illorum donorum calumniis & injuriis proſcinderent & proſequerentur. Perſona coram Deo maledicta eſt, adeoque per eandem, Filiis ſuis, Chriſtianis gratiam & beneficium exhibere non vult. Robur corporis, fortitudo aliaque dona non ſanctificantia ſæpius quidem in Contemptoribus Dei hoſtibusque nominis Chriſtiani ſe trudunt; quia verò dona illa per Diabolicam Perſonarum malitiam corrumpuntur, meritò quivis homo conſcientioſus, ob vitium ſubjecti, per dona illa ſalutem ſuam conſervare ſubvereretur. Quis Judæo blasphemo bona temporalia crediderit? multo minus ſanitatem auro contra pretioſiorem &c. Quale etiam Donum Dei in illis ſit, allegati ſupra Medici relatio teſtatur &c. OBJ. III. Varia nihilominus eſculenta aliasque merces ab illis vulgò recipi? Reſp. Id in Magiſtratus & uniuscujusque excuſationem redundabit, cùm Magnates dudum admoniti fuerint, tam ab Evangelicis, quàm Papiſticis Scriptoribus, quantum Regionibus & Subditis detrimentum adferant per tolerationem Judæorum. *Vid. Man. Becani c.* 18. *f.* 970. Adeo quidem peccaminoſum non ſit, cibos, ut medicamenta ab iis præſcripta, intus aſſumere, nihilo tamen minus & illud omni periculo non caret, & ad probationem allegari nequit. Inter alias quoque conditiones pro toleratione Judæorum præſcriptas non minima eſt hæc, ne mercaturam exerceant, ſed ad labores & ſervitia adigantur, ne concedantur illis tales negotiationes, quæ immediatè ad cibaria & edulia ſpectant, quia fœtido ſuo halitu, quem ex quotidianô allii uſu contrahunt, carnes contaminent, *Gerh. Tom. VI. Fol.* 899. & quid Medici Genuini de adulteratione diverſorum medicamentorum, e. g. Lapidis bezoar &c. conquerantur, haud ignotum eſt. Quis E. vitam ſuam, quæ non tam in noſtrâ, quàm Dei T. O. M. poteſtate ſita eſt, tali homini crederet, qui Nos, noſtras conjuges & liberos emori magis, quam vivere mallet? OBJ. IV. *Galeni & Hippocratis* Ethnicorum conſiliis Nos uti? Reſp. *Hippocrates & Galenus* tanti blasphematores & miſanthropi non fuerunt, ut Judæi, tantæ maledictioni non erant ſubjecti, nec talia ad converſionem adminicula iis ſuppetebant ac

Judæis. Adhæc non de librorum ſcriptione hîc ſermo eſt, ſed an è manu Judæi medicamenta recipere debeamus, quæ neque *Galenus* neque *Hippocrates* nunc exhibere poterunt, adeoque impertinenter adducuntur. OBJ. V. Deum per officium Paſtoris impii operari, ut à Nobis contra Donatiſtas alioſque Fanaticos demonſtratur: Ratio eſt, quod Miniſter & Legatus eſt Dei, in quantum Principalis ſui verba profert, abſque additione & detractione, Spiritus S. per verbum ejus operatur, prout Chriſtus plebem ad eos, qui in Cathedra Moſis ſedebant, ablegavit, licet ab operibus horum abſtrahere debuerint, *Matth.* 23. Verum reſp. Judæos omni omninò vocatione carere, nec ulla ſive officii, ſive honoris politici ſede gaudere, multo minus promiſſionem à DEO obtinuiſſe, quòd per medicamenta illorum Chriſtianis ſuis ſuccurrere velit; Chriſtianorum genti potius ſeverè prohibitum eſt, ne à DEI hominumque Adverſariis medicinam ſibi adhiberi curent, *c.*13. *c.*28. *quæſt.*1. Cum Judæis non manducandum, nec habitandum, nec medicamentum ab iis accipiendum eſt, nullus eorum, qui ſunt in ſacrô ordine, aut laicus azyma Judæorum manducet, aut cum eis habitet, aut aliquem eorum in infirmitatibus vocet &c. ſi verò quisquam hoc fecerit, ſi Clericus eſt, deponatur, ſi Laicus, excommunicetur. OBJ. VI. Plurimos à Judæis juvari. Reſp. & Expiatores, Magi & Sortilegi quandoque juvant, an vero eapropter tutò ſunt conſulendi? Fama fortunâ fortè curatorum latè ſerpit; innumerum verò occiſorum numerum egregiè palliare norunt, terraque facinora eorum obruit, eoque facilius, quòd illos, qui eosdem ad Amicos ſuos vocaverant, pudeat multum conqueri & eosdem accuſare. Quod tandem VII. Linguam Hebraicam ab iisdem hauriri OBJICIANT, miſerrimum ſanè hoc ſtudii & doctrinæ illorum genus eſt, cùm & hac in parte donum Dei didacticum illis denegatum ſit, vid. *D. Forſterus in Præfat. Lexici ſui &c.*

Et ex hiſce ALTERA QUÆSTIO facilimè quoque decidi poterit. Si ſcilicet æger ſuo periculô Judæum Medicum, qui formulas ſuas in apricum profert, & aliorum judicio ſubjicit, fortè conſuluerit, Chriſtianus rebus ſic ſtantibus cum eô mederi poterit, ita ut judicium ejus de morbi genere, de causâ morbi, & de remediis percipiat, probéque caveat, ne Medicus Judæus quicquam contra Artis principia ſuſcipiat, aut è myſteriis ſuis & decantatis magiſteriis, forte quid tentet, ſed ita procedat, ut de iis tandem coram Medicis probatis, Magiſtratu Publico & Conſanguineis ægri ratio reddi poſſit. Attamen Medicus Chriſtianus omnem lapidem moveat, quò ægro, ut à Judæo abſtineat, perſuadere poſſit. Quod autem Medicus Chriſtianus propriô auſu Judæum ad curam invitare, & cum eô conſultare & concurrere poſſit, hoc è cauſis ſupra allegatis, ob inhabilitatem illorum, omnino inexcuſabile erit &c. *Dat. Wittebergæ die* 21. *Febr. Anno* 1643.

Decanus, Senior aliique Doctores & Profeſſores ibidem.

Hiſce ſubſcripſit quoque

Academia Argentoratenſis & Roſtochienſis.

P. P.

ADdentes, quod uſus Medici Judæi 1. [...] contra Verbum Dei & præceptum de v[...]tandis Blaſphematoribus. 2. Contra Apoſtolo[...]rum monita, qui, ſi quis ægrotet, Seniores E[...]cleſiæ vocari jubent &c. 3. Contra Patrum ſa[...]cita, qui Judæorum ope utentes excommunic[...]runt. 4. Contra Receſſus Imperii aliaque Ju[...] tam ſacra, quam Civilia. 5. Quia remediis Mag[...]cis utuntur, imò venena loco medicament[...]rum de conſenſu Talmudi adhibent. 6. Qu[...] ægri præſentaneo periculo ſe exponunt 7. J[...]dæos in ſuperſtitione confortant. 8. Quia teſ[...]moniis deſtituuntur. 9. Quia neque Judæis [...]cilè Chriſtianos conſulere licet &c. *Vid. Tr.* [...] *Judaiſmo & binas quæſt. in Lingua Vern[...]cula inde extractas, & Giſſæ An.* 1680. *ſec[...]ſim editas.* It. *Chriſt. Treumunds gevviſſ[...]loſer Juden-Doctor An.* 1698. *editus.*

CASUS VII.

DE CURIS MAGNETICIS, PRO MAGICIS HABITIS.

Species Facti.

ACcidit haud ita pridem, ut Podalirius M[...] dicus parvulis infantibus, ſi fortè Herni[...] ſcrotalem ſibi contraxerint, hoc remedii ge[...] præſcripſerit, quô infantis Parentes manè [...] exortum ſolis infantem hernioſum in hort[...] quendam, in quô herba, Ranunculus dicta, [...]pioſè ſuccreſcit, deportare jubentur; ubi [...]quentia ad unum omnia obſervantur, ut h[...]bam modò dictam una cum radicibus, gram[...] & ceſpite recipiat, eumque in finem horum [...] ſignem portionem inſtrumentô quôdam [...]tusô, ne radices violentur, effodere & repon[...] ſoleat, ad quod plerumque clavem major[...] januæ domus reſerandæ deſtinatam, adhi[...]. Ne autem ceſpes cum adhærente terra, in [...] ſua Natura ſatis tenera & fragili, concida[...] comminuatur, eaque propter ad uſum hunc [...] habilis fiat, hinc plerumque operculo ollæ f[...]linæ ceſpitem adeò lentè imponit, ut eund[...] commodè hinc inde cum operculô elevar[...] deponere dataque occaſione ad uſum d[...]cere valeat. Abhinc ceſpitem modò dictu[...] priſtinum locum deponit, unde effoſſus e[...], ut ibidem cum appenſis herbis & radicibu[...] n[...]

ovô radices agendo ſuccreſcat. Quodſi poſt-
odum herba cum radice incolumes de novô
radicentur & vireſcant, Hernia ſimul curatur.
e verò herbulæ à radiis ſolaribus vehementio-
bus intempeſtivè juſtoque citius exareſcant,
inc operculô ſupradictô ut alia vegetabilia hor-
nſia, ſi primum plantantur, muniuntur; & ne
de ſurripi aut auferri poſſit, calcando illic in
ſta comminuitur; quod tribus manè diebus,
immediatè ſequentibus, repetit, ita ut ſingu-
s vicibus alius atque alius ceſpes cum adhæren-
bus herbulis his & radicibus effodiatur, & ne
priorem fortè rurſus incidat, confracta olla-
m fragmenta ipſi pro cautelâ ſunt.

Jam verò D. Æſculapius cum D. Podaliriô
pradictô in diſcordiam quandam incidit, qui
ic in publico exprobravit, quòd hic curandi
odus minus naturalis, ſed pro ſuperſtitioſa
inusque licita Medicinâ habendus ſit, cum
inus credibile ſit, herbas haſce impreſſas,
uamvis paulò poſt denuo radices egerint &
getentur, effectum aliquem, vim & efficaci-
n in Herniis hiſce producere poſſe, cumprimis,
òd clavi & operculô utatur, cùm aliis gau-
amus inſtrumentis, rhizotomis ſc. ligonibus
aliis ad hoc magis idoneis; unde medicamen-
m hoc magicum & pro faſcinatione quadam
n tantum habet, ſed & Eundem in aliis curis
inus conſulendum, multò minus formulis
s in Officinas Pharmaceuticas transmiſſis fi-
ndum exiſtimat; quod enim Recepta quoque
officinis paranda ſcribere ſoleat, tantùm pro
rmâ, quod dicitur & in ſpeciem fieri, & licet
oad exteriora hæc talia ſatis recta bonaque
deantur, probô tamen fundamentô deſtitui,
d auxilium ſupradictô modô, prorſus ſuper-
tioſô, conquiri; quod exinde concludendum
, quòd dictus Podalirius his pariter in locis
ntra Febrem Quartanam ægris ſchedulas ma-
ſcriptas, in quibus flumina quatuor Cardina-
a: Piſon, Gihon, Hidekel & Phrat continen-
r, de collô ſuſpenderit, iisque febrim abegerit:
oc verò pariter magicum & ſuperſtitioſum,
eque licitos eſſe characteres, deſiderans ſimul,
Podalirio ſupradicto Praxis Medica interdi-
atur. Podalirius è contra modò memoratus
mni modô ſe excuſavit, ſimulque indicavit, ſe
ptima hæc & genuina remedia à Veteri quo-
am Patronô ſuo, penes quem à plurimis jam
nnis Praxeos Medicæ addiſcendæ gratiâ com-
oratus fuerit, & quotidie hujus generis enchi-
ſes quàm plures viderit, didiciſſe, quas inter
ec quoque artificia, quibus infantes ſanaret
curaret, & ab ancipitibus æquè & periculoſis
tionibus liberaret, etiam contineantur; prout
em omninò in urbe longè lateque Celeberri-
â, Baſilea ſæpe obſervarit, quodve omnes illic
ventes Medici ſibi benevolè indulſerint & ap-
obarint; unde harum æquè ac aliarum cu-
ionum intuitu ſummam ſibi famam & cele-
tatem conciliarit; ut adeoque ne minimam
idem ſuſpicionem alicujus ſupernaturalis & incantatorii remedii incurrere poterit, poſtquam DEUS T. O. M. auxilium ſuum & effectum in aliis ſimilibus herbis & rebus naturalibus admirandâ ſæpè ratione oſtendat, qualia exempla hinc inde in probatiſſimis libris & Autoribus vel ſexcenta occurrant, & ex illis probari poſſint. Quod autem clavem & operculum, quibus uſus eſſet, attineret, exiſtimare ſe, nil quicquam intereſſe, ſi quicquam aliud hîc adhibeatur, quo ceſpes, ſi quis hunc ſibi laborem ſumere vellet, effoderetur aut eximeretur, licet id manibus etiam nudis fiat, adeoque neque clavis, neque operculum ſumatur: Potiorem enim vim & efficaciam ab ipſis herbis & radicibus proficiſci. Interea tamen ſe hôc in paſſu eô procedere modô, quem ipſe viderit & didicerit. An verò uſus clavis & operculi aliquid importet, ſe neſcire & in medio relinquere; ſimiliter pro ulteriori ſui excuſatione prætendit, quòd ſchedulæ, quibus fluvii quatuor cardinales inſcripti fuerint, pariter nil monſtri alant, ut quicquam inde extorqueri poſſit, cùm in Sacrâ Scripturâ reperiantur, eaque propter Characteres ex Cabalâ fluentes non protinus rejiciendi ſint; attamen ſe characteribus nil adſcribere, eosdem quoque non didiciſſe, multò minus ſe unquam illis uſurum eſſe; quapropter ſibi nil ſuperſtitioſi, multò minus incantatorii quid imputandum eſſe: Paratum ſe eſſe, ut non ſecus ac alius Medicus, quicunque etiam fuerit, de curis ſuis ſinceris & ingenuis multisque præſtantiſſimis documentis atque probis, à tempore benè multò, in ægris nonnullis tam gravibus affectibus obnoxiis, ut à Celebrioribus etiam Medicis derelicti & abſque ullo auxilio prognoſtico relicti fuerint, præſtitis, rationem redderet, quos optimis formulis, in Officinas Pharmaceuticas transſcriptis, & quidem abſens curaverit, & in integrum reſtituerit, illarumque vitam, deponentibus ita teſtibus nonnullis, opitulante DEO conſervarit. Quapropter certa ſpe tenetur, ſe hiſce contra invidum Æſculapium ſufficienter excuſaſſe, & exiſtimationem ſuam ope teſtium omni exceptione majorum ita vindicaſſe, ut impoſterum ab his talibus abſtinere, ipſumque Podalirium abſque ullis moleſtiis miſſum facere teneretur.

Quæſt. 1.

Jam quæritur, *an ſupradicti Podalirii Medici modus hernias infantum curandi dictasque ſchedulas de collo ſuſpendendi ſiniſtrè explicatus fuerit, & eodem modô, ut à parte adverſa ipſi imputatur & pro Magicô habetur, ſumi debeat, nec ne?*

2.

Quodſi cura illa minus mala atque magica, ſed abominabilis tantum fuerit, ipſique impoſterum non ſit concedenda, an hâc de cauſâ tanto temporis decurſu exercita & ſatis famoſa Praxis illi ſit inhibenda, nec ne?

3.

Cum hâc curâ mediante infantes ab herniotomiâ,

tomiâ, quæ adeò periculoſa, ut è quatuor infantulis vix unicus ſalvetur, liberari ſoleant, & ita utiliſſimè adhiberi poſſit, ut ſanitati priſtinæ reſtituantur, & quidem abſque ullo dolore & periculo, *an ob hanc illi affrictam diffamationem cura hæc tam frivolè inſuper haberi & omninò repudiari debeat, nec ne?*

4.

Annon hæ curationes aliarum inſtar ſinceræ & ingenuæ, probæ & naturales ſint? an ſecus?

5.

Qualem pœnam promeruerit D. Æſculapius, ob ſcriptam æque ac verbalem diffamationem, injurias inauditas & contumelioſos ſermones, quibus uſus eſt, dum palàm & aperto ore hinc inde Eundem temerario auſu pro Mago habuit? *annon jure palinodiam canere teneatur?*

Ad pleniorem autem totius rei notitiam incuſatus Podalirius adjectos & è libris Medicis extractos textus, in morbis curandis adhibendos, ſimul transmittere, breve & impartiale aliquod conſilium honeſtè remunerandum in hâc causâ, eâ, quâ decet, officioſitate exorare, & ita Ampliſſimi Collegii Medici Benevolentiæ & favori etiam atque etiam commendare voluit. Dat. &c.

Extractus è diverſis libb. Medicis.

1. D. *Lonicerus in Herbariô ſuo fol.* 248. ſuadet, ut ranunculus, herba ita dicta, (quæ eadem illa planta eſt, quâ Medicus ſupradictus hernias curat) ſtrumis apponi debeat & illigari, à quò illæ diſcutiantur & diſpareant. Hoc primum.

2. *D. Oſvvaldus Gabelchoverus in libro ſuô Medicô fol.* 378. meminit, quod ad curandam herniam carnoſam limacem rubicundum huic illigari conferat, quo in fumo ſuſpensô, arefactô & abſumptô, tumorem etiam conſumi & prorſus evaneſcere aſſerit.

3. *D. Arnoldus Weickhard* Medicus hujus loci Tr. ſui, qui *Pharmacopolium Domeſticum* (*Hauſs-Apotheck*) inſcribitur, *folio* 853. ſcribit, quod ſi ad ſtrumas abigendas ☽. decreſcente die quodam ♀. radicem herbæ alicujus, quæ verbena vocatur, effodiamus, eandem per medietatem dividamus, & partem inferiorem de collo, ſuperiorem verò è caminô ſuſpendamus, binis hiſce radicum medietatibus arefactis ſtruma quoque pereat & diſpareat.

4. Porrò *idem D. in eod. Tr. fol.* 857. in ſcriptis reliquit, quod contra febres optimum ſit, radicem plantaginis, quæ die ♀. multò manè ante ☉ exortum effoditur, hora impari de collo ſuſpendere, per novem dies illic relinquere, & abhinc eâdem horâ impari removere & in profluentem abjicere.

5. Ampliùs idem *D. Arnoldus fol.* 705. perhibet, quòd, ſi alicui membrum aliquod faſcinatum fuerit & in eô ingentes dolores ſenſerit, miſtâ terrâ de tumulo demortui è cœmeteri[o] petitâ ægri urinæ & in formâ cataplaſmatis loc[o] affectô impoſitâ faſcinum abigatur, membru[m] verò curetur & ſanetur.

6. *D. Johannes Wittichius in libro ſ[uo] Medicô* puerperam nimio lochiorum fluxu l[a]borantem radicibus rutæ & urticæ de collô, i[ta] ut cutim denudatam attingant, ſuſpenſis ſana[ri] tradit.

7. Non minus laudatus modò *Wittichi[us] fol.* 117. ſe ex Avicenna obſervaſſe ſcribit, quò[d] contra febrem quartanam inſigniter conver[t]ant vermiculi in meditullio cardui hortenſis [ſta]bulantes, de collô ſc. ſuſpenſi, aut brachiô al[li]gati, quod optimè conferre, Dioſcorides qu[o]que annotavit.

8. *D. Theſaurus fol.* 709. *lib. ſui Medi[ci]* contra ſpaſmum ſ. crampam rad. Pœoniæ, a[c] hujus ſemina, ſummô manè effoſſas aut col[le]cta, deque collo ſuſpenſa laudat.

9. *Idem* pariter radices plantaginis latifo[liæ] eodem modo effoſſas & applicatas ad idem m[a]lum expedire ſcribit.

10. Radices item filicis in aureo annulô [ex]cavato portatæ ad eundem Spaſmum curandu[m] facere dicuntur.

11. Vulgaris quoque uſûs eſt fabaria, qu[am] ſimili ratione herniæ applicant, & abhinc rur[ſus] in terram transplantant, quâ radices agent[e] ſanatur etiam hernia.

12. Communiſſimi quoque uſûs ad arth[ri]tidem, nudo corpore, circa mediam nocte[m] arborem, quam fruticem arthriticum (Gic[ht-] Baum) appellant, plantare & terræ commit[te]re, qua radicatâ & ſuccreſcente, ſucceſſivè æ[gri] ad priſtinam ſanitatem redeunt.

13. Contra Herniam Infantum etiam v[ul]gare eſt remedium, quô ceraſum diffindunt, [in]fantem per fiſſuram traducunt, arboremque [di]ffiſſam denuò colligant, quâ denuò congl[uti]natâ, concreſcit etiam hernia & ſanatur.

14. Notum quoque eſt artemiſiam rubr[am] hanc ſibi propriam habere qualitatem, ut de[or]ſum verſus decerpta per inferiora operetur: S[ur]ſum verò decerpta per ſuperiora operation[em] ſuam perficiat.

15. Similiter ignotum non eſt, fraxinum [eſſe] lignum vulnerarium inſigniter conducere, [ſi] vulneratus cultrum, aut inſtrumentum, q[uo] vulnus inflictum fuit, ligno ſaltem affricet; [ſic] enim & hæmorrhagia ſiſtitur, & absque tum[ore] ſanatur. Lignum autem hocce ſingulari te[m]pore, feſto ſc. Johannis Baptiſtæ, ante ſolis [or]tum, è ramis Orientem verſus vergentibus [et] quidem unico ictu abſcindendum eſt.

16. Quilibet Ruſticus hoc medicamenti [ge]nere utitur, ut, ſi pedibus in clavum incidat, e[un]dem lardô infigat, unà cum ipſo lardô in loc[um] fumoſum ſuſpendat, adeóque vulnuſculum a[b]que tumore & ſuppuratione ad conſolida[tio]nem deducat.

17. Plures res ejuſmodi inſolitas earum[que]

P

roprietates admirandas deſcribit *D. Barthomæus Carrichter* S. C. M. Maximiliani II. ledicus Aulicus & Archiater Tr. *de fundaentali curatione morborum, per faſcinatioem illatorum & affectuum venenatorum atu, An.* 1551. *in Vernaculâ edito.* Tradit .g. quod, ſi quis per faſcinationem impotens erit redditus, aut homines nonnulli curvi & laudi reddantur, aut injectis variis digiti maus aut alia membra divexentur, ut crines, clai aliaque inſolita inde per ſuppurationem proeant, aut quis ratione priveiur, & rabioſus aut aniacus evadat, aut infantes brutaque effaſcientur ſimiliaque per incantationem homini cciderint, certa reperiantur remedia variis odis & proceſſibus (quos addit) adhibenda, x herbis partim & radicibus conſtantia, quæ men nullô ferramentô attingi vel effodi deeant, certis obſervatis horis & temporibus, plurimum ante ☉ ortum decernendæ aut efodiendæ, è quibus ope viſci corylini, viſci tiacei aut aliorum lignorum unguenta fieri deeant, quibus, in affectibus virorum, ſanguiem ex ore canis maſculi, in mulieribus autem, x ore canis fœminæ (quod auditu inſolitum) dmiſcere ſoleant. Ex parte quoque radices læ atque herbæ ad balnea adhibentur, quæ atim ab uſu in profluentem effundi debent. . autem ad balnea adhibendæ è fluvio quodam nte ☉ ortum, ſecundum fluvii decurſum, mius autem adverſus hunc, hauriri debent; & urante balneô æger terram non attingere teetur, cujus plantæ pedum ſunt radendæ, & uod abraditur, quercui juniori inſerendum, ddito deſuper obturaculo. Alia verò balnea Stagnorum & ▽. quieſcentium ▽. fieri debent. gnis autem, quo balnea decoquuntur, non m è chalybe aut pyrite, ſed ex aliis, quæ deribit, ſubjectis elici debet.

Scribit inſimul, illos, qui impotentes redditi nt, è collectis & colligatis betulæ, ſambuci quatici & geniſtæ ſurculis ſcopas efficere debe, hiſque ſurſum erectis S. V. ☐ immingere eque reconvaleſcere.

Addit quoque eundem in uſum palum è ſe, imento eruendum, ☐ in foveam immittenam, palúmque deſuper in priſtinum locum inerendum eſſe.

Affirmat etiam faſcinationem variis modis ontingere poſſe, & unamquamvis peculiare reedium requirere, unde ſingula ſucceſſivè adhieri jubet, donec in verum & morbo adæquam incidamus, cum nullum ex illis ſit nocim, omnia verò pro utilibus & naturali modo entibus habenda ſint; quemadmodum plures mirandæ ejuſmodi qualitates in libro illo Tys evulgato enarrantur & conſpiciuntur. Quis tem dicere auſit, Medicum hunc & Archiam Cæſareum, tanquam Authorem ejus, qui media ſua boni publici ergò cunctis hominis palam typis exſcripſit, rebus illicitis uſum ſſe?

Val. Pand.

Tot ſane remediorum ejuſmodi Externorum, ſimilibus virtutibus & proprietatibus gaudentium, hinc inde in libris typo impreſſis leguntur, tot etiam à vulgô in communi uſu adhibentur, ut brevitatis ergo & ad evitandas moleſtias omnia hîc allegari non poſſint.

Quodſi jam res ſupradictæ bonæ naturales & ſinceræ ſint, (prout aliter de iis ſtatui dicíque nequit, cum Deus omnipotentiſſimus dona ſua hominis gratia mirabiliter diſpenſaverit, & cuilibet corpori naturali vim ſuam & ſalutarem proprietatem indiderit, quam maxima hominum pars aut omninò ignorat, aut exiguam de illis notitiam habet) non poteſt non radix & ceſpes, quæ ad Hernias puerorum adhibetur, quoque bona, licita minuſque rejicienda eſſe.

Adhæc notum eſt, utiliſſimas & admiratione plenas Magnetis proprietates nunc vulgares & omninò naturales haberi, quæ ab initio hominibus omninò inſolitæ apparebant.

Neque ignotum eſt, lapidem hæmatitem, ſi tantùm manibus detentus incaleſcat, utut neque ſaporem, neque odorem præ ſe ferat, hæmorrhagias tamen ſiſtere.

Et quis ignorat minimum in Mari piſciculum (qui Echeneis ſeu Remora vocatur) ſi more ſibi ſolitô navi adhæreat, hujus curſum in tantum refrænare, ut nulla etiam ventorum vi locô moveri poſſit, donec nautæ eundem à navi abſtrahant; quodſi jam eundem clanculùm quis in navi abſconderet, effectus ille facilimè pro faſcinatione & incantamentô haberi poſſet, quòd tamen reipsâ falſum eſſet. Nullus Spirituum Malignorum de hiſce rebus eſt ſolicitus, ſed omnia à Domino Dominantium, Deo ſc. proficiſcuntur, qui omnia ſecundum voluntatem ſuam divinam creavit, illiſque proprietates ſuas & virtutes, licet homo ratione ſuâ hæcce non attingat, indidit & impreſſit. Conſiderationem merentur, quæ ſacra Scriptura 1. *Reg.* 4. §. 23. de Salomone, Regum Sapientiſſimo teſtatur, quòd ex ſingulari Dei gratia omnium lignorum & herbarum proprietates expiſcatus fuerit, quòd diſſeruerit de cedro, quæ eſt in Libano uſque ad hyſſopum, quæ egreditur è pariete, ſimiliter de jumentis, reptilibus & piſcibus, omnibusque Spiritum ducentibus; in quibus dubio procul quam plurimæ virtutes & proprietates, in hominum uſus cedentes, comprehenſæ, & hodienum adhuc reconditæ ſunt, utut pauci omninò ſint, quibus illæ manifeſtatæ, quæ tamen non omninò deperditæ & oblivioni traditæ erunt. Neutiquam verò putandum eſt Regem Salomonem proprietates ejuſmodi à ſpiritu quodam maligno, ſed ab ipſo DEO Omnipotente hauſiſſe, cùm eod. *cap.* 3. *v.* 13. Deum ipſi omnia infudiſſe legatur, &c.

Reſponſum Facultatis Medicæ, deſuper legitimitate curæ magneticæ.

QUandoquidem à Nobis Decano, Doctoribus & Profeſſoribus Facultatis Academiæ

hujus Medicæ deſuper ante præmiſſa facti ſpecie additiſque extractis variorum herbariorum pag. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. legale Conſilium deſideretur, hinc omnia illic contenta eâ, quâ poterat fieri, diligentiâ perlegimus & expendimus, decidentes illa, ut in ſeqq. videre eſt.

Cùm ductu S. Pauli ad *Rom.* 1. *v.* 23. nil quicquam conſcientiâ dubiâ ſit agendum aut tentandum, ut hocce Theologi noſtrates DD. *Steuberus*, *Gerhardus*, *Brochmannus* & alii ſolidè deduxêrunt, imò & Pagani, ut è *Cicerone lib.* 1. *Offic.* benè præcipiunt &c. obſervare licet, ipſi profitentur, & verò etiam curæ hujuſmodi, quæ nullum fundamentum, certò cognitum, in Naturâ habent, ad actiones dubiæ conſcientiæ pertineant, ut propterea eadem facilitate, quâ aſſeruntur, rejici poſſint, dum neque ad qualitates manifeſtas, neque occultas (ubi ſemper proportio, ſimilitudo aut rationabilis ſympathia aut antipathia intercedit) referri poſſunt; & licet τὸ ὅτι & effectus ſæpius ſatis innoteſcant, illa tamen non ſemper ipſam cauſam inculpabilem reddunt, quia Diabolus ſe quoque in Angelum lucis transformare valet, ægrorumque corporibus medetur, ut interim animæ peccata augeantur, teſtibus *Balduinô & D. Hieronym. in Vita Hilar.* Legatur inſuper ira Divina 4. *Reg. c.* 1. §. 3. expreſſe: Nam animæ ſæpe plus prodeſt, ut caro in hoc mundô crucifigatur & mortificetur, quàm ſi in ſanitate vivat & inde laſciviat, teſte *D. Paulo*, qui dum infirmabatur, potens erat 2. *Corinth.* 12. §. 9. 10. atteſtantibus ſimul D. Auguſtin. aliiſque S. Patribus; Hinc Medicus Chriſtianus benè ſibi caveat, ne conſcientiam propriam lædat rectéque diſtinguat, quænam actio naturalis ſit nec ne? de quibus legi meretur Doctiſſimus D. *Sennertus Tr. De Conſenſu & Diſſenſ. Chym. c.* 18. *à pag.* 339. *ad* 348. *& lib.* 5. *Pract. pag.* 4. *cap.* 10. *& cap.* 24. Hanc verò Curam Herniæ jam quod attinet in ſpecie, plurimæ ſanè dubiæ & omninò ſcrupuloſæ circumſtantiæ intercurrunt, quæ eandem ſuſpectam & ſubleſtæ fidei pleniorem reddunt, quoniam æger in hortum ad ipſas herbas deportandus eſt, inſtrumentorum loco operculô clavique foribus aperiendis deſtinatâ utitur, & repetitio ad numerum ternarium fit, quod Rabbini quoque & Cabaliſtæ, contra Trinitatem aliâs diſputantes, non omnino permittere dicuntur; adhæc nulla hîc proportio, ut, ſicut herba rurſus ipſi terræ concreſcat, ipſum etiam vulnus ſanetur, cum ipſi Hermetici adhuc diſputent, an morbus ſolutæ unitatis, quo etiam rupturæ pertinent, unicè per curam magneticam ſanari poſſit, & longè alia res eſt, ſi morbos ſpirituum, quos Aſtrales vocant, vel qui per incantationes & faſcinationem accidunt, per transplantationem aut aliô modô magneticô curant, in quô ipſi omnes ſuperſtitiones cunctoſque characteres rejiciunt, teſte *Rhumelio in Medicina ſuâ Militari c.* 4. Nec ſufficit, à quô quis didicerit, modò quod dicit, nec ſuperſtitioſum, nec ſuſpectum ſit, unde Spiritus probari poſſint; cujus ſententiæ quoque ſunt ipſi Medici Baſileenſes, vid. Præfatio *D. Stupani* in *Riolani Medicinam Theoricam & Practicam*: & ſi media naturalia operationem ſuam perficiunt, ad quam à Deo deſtinata & creata ſunt, hoc præſtant abſque ſuperſtitione certis ceremoniis & abſque characteribus, ſed per propriam formam ejuſque qualitates. Quamvis etiam plurimi characteres atque voces vel verba è Sacra Scripturâ ſint deſumpta, eorum tamen uſus ad id non ordinatus, multò minus commendatus eſt, teſte *D. Paulô* 2. *Timoth.* 3. §. 15. 16. 17. hîcque plurima exempla allegari poſſent, quid Diabolus ſæpiſſimè hi[s] talibus intenderit, ſi tempus id permitteret. Legatur interim *Wierus de Præſtig. Dæmon. & Peucerus de Divinat.* Ita neque characteres Fluviis illis deſumpti in ipsâ Cabala, ad quam provocat Podalirius, ſunt fundati, qui characteres formales & reales, ut ab ipſo Deo Naturæ ſunt inſcripti, intelligit & nomina Divina (Schemhamphoras) ad fugandos Dæmones & incantationes ſolummodò, aliâs verò nunquam adhibenda eſſe docet, de quibus *Fluddius* aliique Cabalæ veræ Doctores legi poſſunt, quod non omnes credere ſolent, teſtibus *Cornel. Agrippa* & Judæis in *Actis Apoſtolorum c.* 1[9]. *v.* 13. Quemadmodum & ea, quæ è libris Herbariorum extracta ſunt, nequicquam probare valent, quorum pars de morbis in humoribus & ſpiritibus radicatis non verò de morbus ſolutæ unitatis loquitur, pars mediis naturalibus abſque ulla agit ſuperſtitione: pars de morbis per incantationem loquebatur, quæ ad Hernias non quadrant, multo minus ad characteres Fluminum Paradiſi: pars nequicquam auxilii adfert. Pars rationibus fulcitur tantùm probabilibus, pars adhuc ſub judice litigat. Adhæc allegata Salomonis Sapientia Podalirio non patrocinatur, cùm adhuc incertum ſit, [an] quo illa conſtiterit. *Euſebius* certè libros Salomonis de Proverbiis & Odis, in quibus tractabatur de Naturâ plantarum & omni genere animalium, & de curatione omnium morborum ab Ezechiâ è medio ſublatos fuiſſe ſcribit, propter eâ, quod morborum medelas inde acciperet Populus, & nihili faceret à Deo petere liberationes; cui ſimile quid patrarunt Ephe[ſii] *Act.* 19. §. 19.

Quapropter ad propoſitas Quæſtiones [...]quens, eaque brevis noſtra ſit Reſponſio, & quidem: I. Cùm præſens herniarum infantilium cura ad curas Magneticas, propter ſuperſtitioſos numeros, inſtrumenta, imaginationem fixam vel fidem in haſce vanitates, referri non poſſit, ut neque illa, quæ per characteres, ut apud *Trallianum, Aetium & Paracelſum* videre eſt, fiunt, non ſine causâ ſuſpecta & in ſiniſtram partem explicata fuit.

Ad II. Reſpondemus diſtinctè ſeq. mod[o]: Quamvis eſſe poſſit Podalirio nullum pactu[m]

exp

licitum intercedere cum Diabolo, veren
n tamen eſt, ne primus Inventor tale pactum
rit, adeóque pactum implicitum vocandum
t, teſte *Zacchia de Venenis & Veneficis, &*
. Sennerto d. l. Quodſi jam de cæterô or-
arie ad Praxin vocatus fuerit, eandem per
dia legitima obtinuerit, Licentiam â Magi-
tu & prævio Medicorum examine teſtimo-
nactus fuerit, juramentum à ſe præſtitum
q; obſervaverit, quod dubio procul Curatio
Hippocratis & Galeni confirmat, omnia ve-
uperſtitioſa rejicit, ipſe remedia hæc pro ſu-
tis habebit, nec bonâ cum conſcientiâ adhi-
it, niſi totam ſuam praxin prohiberi & dirui
t.

Ad III. Reſp. Non omnes & ſingulas Her-
s manum & Sectionem Chirurgicam requi-
, quam Podalirius tantoperè abhorret, ſed
etiam mediis convenientibus curari poſ-
t, *Vid. Muller. in Myſt. Med. de Herniis,*
ller. Arnold. de Villa Nova, D. Sennert.
3. Pract. Part. 2. cap. 6. ex Platero &c.
id quod neque Sectio, ſi à peritô Chirurgô
itô modô & tempore ſuſcipiatur, non ſem-
periculoſa eſt, teſte *Foreſto, Pareo, Fabr.*
ldano, ut adeóque meritò cura illa, quæ me
naturalibus fit, ſuperſtitioſæ illi præferenda
quæ poſterior omnino rejicienda.

IV. Cura enim hæc, obſervatis omnibus
umſtantiis, Naturalis non eſt, quia nul-
verisſimilitudinem & proportionem morbi
auxilio allegare valet, aut eandem perſuade-
Et quia tandem ultimò Podalirius præten-
ſibi nullum omninò pactum cum Diabolo
licitum eſſe cognitum, ſibique nihil cum
negotii eſſe, ſed Artem hanc, tanquam me-
m aliquod naturale, & â DEO ad id deſtina-
, à Magiſtro ſuô hauſiſſe, Nobis autem non
ſtat, an ater, an albus ſit, hinc Eundem neque
giæ intuitu accuſare, neque abſolvere poſſu
s, quia plura indicia ad veneficium arguen-
n requiruntur. Quod ad petitum ſub Sigil-
acult. Noſtræ reſponſi loco impertire volui
s & debuimus. *D. Marb. d. 3. Febr.* 1644.

Decanus, Doct. & Profeſſ. Fac.
Med. Marburgenſis.

CASUS VIII.
DE
[E]MPIRICO MAGIÆ SUSPECTO.

[Re]ſponſum Facultatis Medicæ Giſſenæ;
[d]e Empirico magiæ ſuſpecto, qui ex
Ludimoderatore Agaſo vel Mo-
litor factus erat.

NOs Decanus & Profeſſores Ordinarii Fa-
cultatis Medicæ Giſſenæ teſtamur hiſce,
d, poſtquam Illuſtre Dicaſterium Princi-
hujus loci die 21. Aprilis hujus anni ſac-
, libros quoſdam, pyxides & capſulas li-
gneas continentem, nuper ad *Helmericum*
Schneiderum, Molitorem Gönnerenſem ſpe-
ctantem, & juſſu Præfecti Bidencopenſis Fiſco
Publico nunc addictum, Nobis tranſmiſerat, &
ſimul requiſiverat, ut in quaslibet illîc conten-
tas reculas inquiramus, & an exinde eluceſcat,
Molitorem illum contra Principalem Haſſo-
Darmſtatinam Ordinationem Medicinalem
egiſſe, referamus & dijudicemus, eâ de causâ,
præviâ rerum nobis tranſmiſſarum perluſtratio-
ne accuratâ, invenerimus, quod diverſa qui-
dem ad Medicinam ſimpliciter non neceſſaria
in libris illis & capſulis contenta fuerint, quæ
partim ad culinam, partim ad Mulo-Medici-
nam ſpectare videbantur;

Interim tamen & quoniam in pyxide qua-
dam, juxta tenorem Schedulæ illi agglutinatæ
pulvis diaphoreticus, qui omninò medicamen-
toſus, adhæc quoque in libro collectaneorum
& ſchedulis quibuſdam, eorum, qui ob ſup-
peditata pharmaca & inſpectam urinam in ære
ejus adhuc erant, nomina, propriâ ejus manu
exarata, contenta fuerunt;

Hinc nulli omnino dubio aut contradictioni
obnoxium eſſe cenſemus, Molitorem ſupra-
dictum in Statutum atque *Ordinationem* me-
moratam *Medicinalem,* in ſpecie *Tit. 1. §. 1.*
Tit. 11. §. Es ſoll auch &c. graviſſimè peccaſ-
ſe, eaque propter (in quô tamen nequicquam
præſcribimus) debita & irremiſſibili pœna affici-
endus erit; ſicut præterea quoque Illuſtris Re-
giminis hujus Principalis ſubactiſſimo judicio id
adhuc committimus, annon intuitu remedio-
rum, quæ partim in diverſis ſchedulis, partim
in libro, cujus prior Titulus inſcribitur: Artz-
ney-Mittel vor kranck Vieh, h. e. Remedia pro
pecoribus ægrotantibus in 8. in fine ſcriptorum,
tum variarum Artium Diabolicarum, v. g. ad
Sagas depellendas, ad inviſibilitatem ſibi com-
parandam, ad immunitatem à canibus obti-
nendam &c. Inquiſitio ulterior inſtituenda
ſit? Atteſtationis ergò Sigillô Facultatis hæcce
confirmando. *Dat. Giſſæ d. 30. Julii* 1672.

Decanus & Profeſſores Fac. Med.

CASUS IX.
DE
MAGIÆ SUSPICIONE.

Requiſitio.

DOmino Decano & Collegio Medico indi-
catur, ut ſententiam ſuam ſuper interro-
gatorium & reſponſorium incarceratæ Magda-
lenæ L. ſine dilatione proferant. *Decret. in*
Senatu A. 1640. die 21. Jan.

Interrog. VII. *Quæ media & medica-*
menta ad virilitatem quibusdam Perſonis
reſtituendam adhibuerit? Reſp. nulla verba,
ſed radices tantùm Satyrii ac Quinquefolii, cum
tribus Cantharidibus, à quibus capita & pedes
fuerint ſeparata, ſe adhibuiſſe, atque in pulve-

[...]al. Pand.

rem redactas cum cibo vel potu ſumendas de diſſe, egregiéque operatas fuiſſe.

Reſponſum Collegii Medici Auguſtani.

EX denominatis tribus remediis duo, radices nempe Satyrii & Cantharides, ad languidam ac imminutam Venerem inſerviunt; Cantharidum autem uſus ſimul periculoſus admodum exiſtit; de quinquefolio non habemus, quod dicamus. Eadem tamen abolitam coeundi potentiam, ex maleficiô præſertim vel Magiâ productam, reſtituere non valent, ubi alia, etiam præternaturalia media adhibere neceſſe foret. Si itaque Captiva talibus perſonis remedia ſua propinaverit, quæ vel præ ſeniô, vel ex cauſis naturalibus debilitatem iſtam paſſæ fuerint, contra Statuta Magiſtratus, & quidem Artic. 25. eóque gravius peccavit, quod tam periculoſa, ideóque magis prohibita, cùm facile nocere queant, tam audacter adhibuerit. Si verò, quod ſuſpicamur, illis inſerviit, qui per incantationem languebant, vel ſaltem ſi illos faſcinatos eſſe credidit, ipſamet noverit, quænam Magica, juxta cum remediis iſtis naturalibus, ſimul adplicuerit, conſulueritve.

Decanus & Collegium Medicum Auguſtanum.

Requiſ. altera.

HInc die 31. Jan. An. 1641. novo Decreto de Reſponſoriis ſequentibus judicium ſuum ferre Medici juſſi fuerunt, tradito una pulvere aliquô albo ex radice *Raſſelvvurz* dicta.

Interrog. V. *An captiva putet, talem adhibitum pulverem & media eſſe licita atque naturalia, & quibuſnam ulterius, præter res ab ipsâ denominatas, verbis, carminibus, ſignis vel dictis uſa fuerit?* Reſp. Se omninò putare remedia ſua eſſe recta, licita & naturalia, cùm nulla unquam carmina, ſigna, vel aliud adhibuerit, adhibeatve.

Interrog. VI. *Cum quinquefolium ad curam ab ipsâ denominatam non inſerviat, neque de eô Medicis quidquam ſimile conſtet, aut fruſtra, aut alias ad illicitas res fuiſſe adhibitum, neceſſe eſſe; edicat itaque VII. quales iſtæ fuerint?* Reſp. Tutò ſeſe poſſe fidere uſui quinquefolii, Satyrii & radicis ari, (quæ omnium herbarum corona & mater exiſtat, caulemque habeat manus longitudine, & herba inſtar uvæ, quæ primò viridis, poſtea, ubi maturuerit, rubea evadat) ut & cantharidibus, & cum hæc ſemper egregiè operata fuerint, benéque ceſſerint, eò minus ſe dubitare poſſe. Quod verò Domini Medici contrarium ſtatuant, ad ſe nihil pertinere.

Interrog. VIII. *An neſciat cantharidum uſum admodum periculoſum eſſe, & cu[illegible] capita pedesque ſeparari debeant?* Reſp. Cantharidum ſaltem corpus adhiberi, quia ſ[i] caput & pedes non ſeparentur, amentem cert[ò] evaſurum eſſe.

Interrog. IX. *An perſonæ, quibus medi[c]ata fuit, ſenilis vel juvenilis ætatis fue[r]int, atque an vel ex totô impotentes, ve[l] ſaltem debilitatæ fuerint?* Reſp. De Perſonis, quas curaverit, nunquam ſe audiviſſe vel ſenſiſſe aliud, quàm quòd omninò impo[ten]tentes, parsque earum in ſeniô conſtituta, par[s] tim juvenes fuerint.

Interrog. X. *An ſaltem ex ſeniô, aliiſv[e] cauſis naturalibus, vel per incantationem & maleficium perſonæ illæ impotentes fue[r]int, vel an ipſa eaſdem faſcinatas eſſe æſti[]maverit?* Reſp. Apud ullum quæſtionem unquam ſe non moviſſe, quomodo impotenti[a] ſucceſſerit; cæterum nullam etiam faſcinatio[]nem apud perſonas illas ſe obſervaſſe.

Interrog. XI. *Cum impoſſibile per natu[]ram ſit, potentiam planè, præcipuè pe[r] Magiam, amiſſam remediis ab ipsâ uſurpa[]tis redintegrare, idcircò neceſſe eſſe, ut ali[] inconveniente & magico modo id effecerit[?]* Reſp. Firmiter ſe credere, remedia ſua recen[] ſita ea ipſa eſſe, quibus poſſit impotentia cura[ri]; quòd verò apud unum vel alterum interdu[m] invalida ſint, ſine dubiô pœnam Divina[m] ſubeſſe.

Interrog. XII. *Indicet ergò, quoties iſta[s] res magicas, & quomodo illis, qui faſcina[ti] fuerunt, vel ab ipſa pro talibus habiti, a[d]hibuerit?* Reſp. Cùm Magia nihil unquam r[] ſibi fuiſſe, neque quicquam de eâ ſibi conſtar[e].

Interrog. XIII. *An neſcierit per Statut[a] publica, & communiter etiam prohibitu[m] eſſe, ne periculoſa & hominibus noxia rem[e]dia in uſum vocentur?* Reſp. Se quidem ſci[] Magica remedia ubique eſſe prohibita, ſe t[a]men nunquam eis uſam fuiſſe, neque adhu[c] dum uti velle.

Interrog. XIV. *Cur tam audacter Canth[a]ridibus, & quidem abſque diſcrimine Perſ[o]narum, affectus, atque ætatis, uti pra[e]ſumſerit, & quotnam Perſonis quoad v[i]tam aut ſanitatem per eas nocuerit?* Reſ[p]. Nihil referre circa uſum cantharidum, an pe[r]ſona ſenex vel juvenis ſit; cum diſcrimine ta[]men pulverem ſuum ſe adhibere, ut juveni m[i]norem, quam ſeni quantitatem propinet, a[] ſperare ſe, res haſce nunquam noxias, ſed util[es] ſemper & proficuas fuiſſe.

Interrog. XV. *Hæc omnia, nec non induſ[i]um notum & calceos N. an coxerit, & que[m] effectum inde obtinuerit, fateatur, ſibique tortura certò decernenda caveat?* Reſp. I[n] duſium iſtud calceoſque nunquam ſe tetigiſ[ſe] & conſequenter nec coxiſſe, aliúdve cum i[] peregiſſe.

Reſpo[n]

Reſponſum II. Collegii Medici Auguſt.

P. P.

Udicium noſtrum circa reſponſa Incarceratæ Magdalenæ L. pulviſculumque album, quem ſa ex *Raſſelvvurzen* paratum dicit, aliasque s plures in ſcatulâ repoſitas, daturi ad V. ſta- imus, remedia iſta quidem ex parte ad ſco- m quæſitum naturaliter operari, ſimul tamen, nuper monuimus, non ſufficientia, pericu- ſa, atque à tali fœminâ contra Magiſtratus pro- bitionem non diſtrahenda eſſe. An verò ſi- ul alia non-naturalia vel ſuperſtitioſa in uſum n vocaverit, fortaſſis res in ſcatula repoſitæ ntrarium docebunt; quò pertinent clavi ex nô nobis incognitô parati, chartula obſigna- in quâ mica panis & pulvis aliquis ignotus vi- is, aliudque lentum corpus incognitum; it. eolus, creta & inde vel ex ſimili materiâ con- ti albi, pluresque alii pulviſculi ac radices, as inter hellebori radix, cujus uſus circum- ctè tractandus.

Ad VI. & VII. primum noſtrum Reſpon- n repetimus, id ſolum inſuper monentes, òd incarcerata Magiſtratui ſuo pulveri jam am ari radicem adjungat, cujus anteà mentio- n non fecerat.

VIII. Cantharides equidem talem præpa- ionem ante uſum ſubire debent, nihilomi- tamen providè & cum periculi metu adhi- i, cùm veſicam valdè offendant, ac ſanguinis tum aliaque mala ſæpius inducant.

IX. X. XI. Concludimus, ſine ullo circum itiarum diſcrimine remedia ſua temerè & tra licentiam quòd captiva uſurpârit.

XII. & XIII. Ad Relationem circa V. Inter- atorium datam Nos referimus.

Ad XIV. circa Interrog. VIII. reſpondimus.

De XV. nihil nobis conſtat.

Pulverem album, quem etiam admiſcuiſſe t dem fatetur, atque ex *Raſſelvvurz* para- t n eſſe innuit, talem eſſe ponamus; quodſi per i m *Raſſelvvurz* ſive Bryoniæ radicem intel- l t, illam in re Venereâ languentibus in uſum v ari, Nos latet; cæterum tamen eâdem, præ- t quam quod aliâs non inutilis exiſtat, gravidis n gnam inferri noxam poſſe monemus.

Decanus & Collegium Medicum Auguſtanum.

CASUS X.

DE
[P]IVATA REMEDIORUM DISPENSATIONE.

Requiſitio D.D. Krauſii, Phyſici Wemdingenſis.

P. P.

PHarmacopola meus paucis abhinc diebus mihi dicam ſcripſit, quod huic vel illi, pro lubitu meô, medicamenta quædam diſpensârim. Equidem medicamenta illa, quæ nonnullis dedi, mea ſunt arcana & remedia univerſalia, qualia cuilibet Medico, quisquis illa ſive ex ipſa Praxi, ſive pretio ab aliis quandoque obtinuit, ubivis diſpenſare licebit, cùm neutiquam teneamur eadem Pharmacopœis ſtatim aperire & concredere, prout idem Oettingæ penes *Dn. D. Megerlinum*, Auguſtæ Vindelicorum penes *D. D. Veltheniùm*, Ratisponæ penes *D. D. Mezgerum*, & Monachii penes *Dn. Thirmayerum* ipſemet & vidi & audivi, qui palam, cuicunque voluerint, ejusmodi pharmaca impertierunt: Quodſi verò ſonticum quoddam malum univerſalem methodum curandi requiſiverit, non minus ac alii medicamenta in officinis præparari jubeo.

Quùm verò hac in parte Pharmacopœum meum prorſus adverſantem experiar, & judicialiter fortè deſiderari poſſet, ut Medici cujusdam atteſtato demonſtrem, Medicis licere arcanum aliquod aut panaceam divendere; hinc Honoratiſſimum Dn. Vicinum rogito, velit haud gravatim paucis tantùm lineolis manu ſuâ exaratis me ſublevare, quô coram Magiſtratu hujus loci me defendere & Pharmacopœi mei (qui arcani mei neque poſſeſſor eſt, neque ullam notitiam habet) attentatis obicem figere poſſim. Vale. Actum Wemdingæ die 9. Julii 1692.

Johann Quirin Kraus, Med. D. & Phyſicus ibidem.

Reſponſum D. D. Roſini Lentilii de privata medicamentorum diſpenſatione Medicis omnino licita.

Honoratiſſime Dn. Vicine.

AD Quæſtionem Tuam: Annon in Medici cujusdam arbitrio ſit locatum, ut ſingularia quædam & nomine hoc omnino digna arcana, quæ aut ipſemet invenit, aut ab aliis Medicis Celebrioribus ingenti ſæpe pretio redemit, neque in officinis proſtat, ægris ipſemet diſpenſet? eâ, quâ decet, officioſitate reſpondeo, quòd, ſi Medicus vera & genuina arcana poſſideat, ipſi nullô modô interdici poſſit, ne ægris ſuis illa præbeat, nullusque Pharmacopœus de jure illud ægrè ferre poſſit, idque ſequentibus de cauſis: Quia 1. neutiquam obligatur, ut arcana ſua Pharmacopœo concredat. Quodſi ergò hæc talia ipſemet diſpenſare non deberet, & neceſſariò ad medicamenta officinalia alligaretur, neceſſariò ægrum, ſi non in totum, attamen in tantum, & ita reſpectu auxiliô deſtitutum derelin-

quere cogeretur, cui arcano ſuo fortè opem ferre poſſet.

2. In deſpectum & ignominiam Medici vergere poſſet, ſi tanquam Inventor medicamentorum, & Præſes ſeu Caput omnium illorum, qui ab Arte Medicâ dependent, Pharmacopœorum ſc. Chirurgorum, Balneatorum, Medicorum ſc. ſervorum & miniſtrorum, ea libertate deſtitutus eſſet, quâ hoc vel illud ſpecificum ipſemet diſpenſare valeret; quod idem eſſet, ac ſi Gregarius Miles Decurioni interdicere vellet, ne ſclopetô, quandocunque velit, uteretur; aut ſi nauta prohiberet, ne anchoram aut ſimile quid attingat Navarcha.

3. Idem praxis tot Medicorum celeberrimorum docet, utpote qui hinc inde ſua ſibi reſervant arcana; quòd autem hoc in unô vel alterô locô non fiat, aliis neutiquam præjudicio eſſe poterit.

4. Ipſæ quoque Academiæ his in Caſibus à parte ſtant Medicorum, prout ſimilis omnino Caſus in *Ammanni Medicina Criticâ p. m.* 183. *ſeq.* occurrit, ubi bini pariter Pharmacopœi Medicum ſuum coram Ampliſſima Facultate Medicâ convenerunt, & ſeq. Reſponſum obtinuerunt: Nulli Medico prohibitum eſt, ſi ſelecta quædam & arcana medicamenta poſſideat, ne eadem domi ſuæ & præparet, ægrisque ſuis tolerabili pretio divendat, hac tamen conditione, ut charitatis Chriſtianæ ſemper memor nequicquam contra propriam conſcientiam faciat. Quorum Honoratiſſimum Dn. Vicinum hiſce certiorem reddere volui. *Nördlingæ die* 29. *Julii An.* 1692.

Roſ. Lentilius.

Vid. Miſcellan. Auth. Medico-Practica Tripartita Part. 1. *p.* 13. aliamque ſimilis argumenti Epiſtolam *vid. l. c. p.* 145.

CASUS XI.

DE

PRIVATA REMEDIORUM DISPENSATIONE.

Requiſitio.

P. P.

Lites nobiſcum & Doctore Medicinæ N. ſuboriuntur, quæ informatione Veſtrar. Exc. facilè, judicio noſtro, ſolvi poſſent: nimirum Paulus N. Medicinæ Doctor, non ita pridem in ædibus ſuis Officinam propriam ſibi comparavit, & poſtquàm ſub initium Praxeos ſuæ, ut reliqui Medici, Recepta in Officinis noſtris præparanda miſit, nunc non ſolùm nulla Recepta, vel rarò, & quando non adeſt parata pecunia, mittit, verùm etiam patientes ex noſtris Officinis avocat, dum ipſe Medicamenta ſua commendat, ſchedulas ſoſtrorum indices conficit, officinas portatiles medicamentis inſtruit, verbo: ſub prætextu Secretorum vulgaria vendit. Pugnat hoc inſtitutum contra privilegia noſtra, dum media neceſſaria vivendi nobis ſubdolè præripiuntur, ideò eundem die 13. Decembr. præteriti anni per amicos certos monuimus officiosè, ſimul rogando, velit hæc intermittere, ne occaſionem nanciſceremur privilegia noſtra, (quæ hîc in Originali producimus) omni conatu defendendi, vel ſi taceremus, ſucceſſores noſtri anſam arriperent, nos etiam poſt fata negligentiæ inſimulandi, utpote qui ad novitatem iſtam conniventes irreparabili damno illos affeciſſemus. Verùm enim verò, præter exſpectationem reſpondit inter alia ſcopticè: 1. Se non teneri ad Secretorum ſuorum revelationem; talia enim eſſe, quæ in noſtris officinis non proſtarent, 2. Cur tàmdiu ſiluiſſemus, & Doctori Fabro (de cujus laboratorio nihil nobis conſtat) non idem interdixiſſemus? neſcientes, an hâc ſuâ reſponſione quæſtionem illam vulgarem, *utrum Medico liceat componere medicamenta*? pro defenſione ſui propoſiti, allegare velit. Ubi an[...] babus utique largimur, quòd Dominis Medic[is] non ſolùm conceſſum ſit, medicamenta præparare, verum etiam, niſi alii exceſſus & abuſus acceſſerint, propterea maximam laudem mereantur, præſertim (1) ubi nullæ proſtant Officinæ privilegiis inſtructæ, (2) quia Pharmacopœa [&] Chirurgia ſub Medicina continentur. (3) nem[o] de compoſitione medicamentorum felicius ju[di]dicare poteſt, quàm rationalis Medicus, utpo[te] cui ſoli ſimplicium & in Compoſitis ex ſimpli[ci]cibus per artificioſam mixturam reſultant[es] qualitates & proprietates optimè notæ ſunt. (4) Quòd olim quidam Medicorum ſua arcan[a] pauca tamen, ſibi reſervârunt, non verò in c[o]pia quævis vulgaria præparaverunt.

Concedimus itaque hæc certâ ratione: [Si] quidem nos nulla medicamenta invenimus, ſ[ed] ſaltem juxta rationem in Diſpenſatoriis à M[e]dicis præſcriptam, cujuscunque etiam ſcopi ſi[nt] medicamenta concinnamus, adeò ut ſolù[m] miniſtri, vel (ut aliis placet) dextra manus M[e]dicorum audiamus, quod tamen citra arroga[n]tiam prolatum ſit, citraque imminutionem o[b]ſequii, quòd illis debemus. Deinde diſting[ui]mus, aliud eſſe medicamenta præparare, ali[ud] vulgaria concinnare & vendere, atque ſub præ[]textu ſingularis Empiriæ chymicæ victum a[] præripere, Pharmacopœos tacitè cavillari, a[c] *quid pro quo* ſubſtituerent, non ſine inge[nti] ægrotantium clade; quæ omnia non ſolùm co[n]tra Medici reputationem, verùm etiam con[tra] juramentum *Hippocratis* pugnant, quod [ita] ſe habet: *In quaſcunque domus ingrediar,* [...] *utilitatem ægrotantium intrabo.* Et alibi [...] ornatu decenti: *Oportet ſapientiam tra[ns]ferre ad Medicinam, & Medicinam [ad] ſapientiam, Medicus enim Philoſophus* [...] *æqualis eſt, nec enim multa eſt inter ip[ſos]*

di[...]

fferentia. *Nam omnia quæ ad ſapientiam*
quiruntur, inſunt in Medicina, ut: Ar
nti contemptus, reverentia, verecundia,
bitus ſubmiſſus, autoritas, judicium, quies,
viam itio, munditia, doctrina, cognitio ad
tam utilium, ac neceſſariarum purificatio-
m, alienitas à ſuperſtitione, præeminentia
vina: Largimur etiam, quòd certis de cau-
in omnibus benè conſtitutis Officinis dire-
rium debeatur Medicis; Pharmacopœorum
ntra eſt parere illis, & prout jubent, medica-
nta diſpenſare, quod ipſum etiam per multos
nos ab utrâque parte ſic fuit ſanctè obſerva-
n; poſtquàm verò Praxis prolixior ſubinde
ta, Chymia vel Pharmaceutica à Medicina
tiſper, & in tantum, fuit ſeparata: quò forſan
llimant verba *Hippocratis*: *Nec calculo la-*
rantes ſecabo, ſed viris Chirurgiæ opera-
s ejus rei faciendæ locum dabo: quibus ap-
et Chirurgiam à reliqua Medicina, ad vitan-
varias confuſiones, fuiſſe divulſam, ita quo-
ecum Pharmaceutica comparatum, & ut eò
uratius in Officinis exerceretur, ſolis Phar-
copœis relicta; militant hâc in parte itaque
nobis privilegia, quorum tenor ultra jam
o. annos conſtans etiam permanſit. Pene-
e itaque vix poſſumus, quid reſponſione ſuâ
pticâ, & hâc periculoſâ novatione ſibi velit?
m objectio, acſi talia, quæ ſuis ægrotis ex of-
na domeſtica porrigit; in officinis noſtris non
ſtarent, contra omnem veritatem, imò con-
ſuam conſcientiam eſt. Etenim quæ ſunt,
ille vendit Medicamenta? nonne vulga-
nonne officinalia? quod in continenti pro-
imus: vendit enim Cremorem & Cryſtallum
♀rum ⊕ latum, Cremorem ♀ri purgantem,
ractum ſcammonii, Flores, Lac, Balſamum
phuris, Eſſentiam Caſtorei, ſcolopendriæ, ve-
icæ, abſynthii, card. benedict. Spir. ⊕ li, ſpiri-
n ſulphuris, ſalis comp. ☽, ♁ diaphoreticum,
nu cervi per ignem, & ſine illo calcinatum,
erſa quoque magiſteria, ut perlarum, corall.
cini albi, oculorum cancri, Olea deſtillata,
ulas, Elixiria, Aquas deſtillatas &c. En cata-
gum Officinalium! imò quod magis, applicat
yſteres, quos ipſe coxit, illinit Unguenta &
nplaſtra, ut videri queat, niſi maturè reſiſta-
us huic audaciæ, eum quoque in poſterum
t venia verbo) pediculorum Unguentum
ficinæ ſuæ incorporaturum; quanta verò
tuenda ſit confuſio, jam liquet. Ergò hæc
nia molitur vel in contemptum noſtrarum
ficinarum, vel ſordidi lucelli causâ. Si prius,
ut videtur, ſummam nobis facit injuriam
tempore vindicandam; noſtræ ſiquidem
icinæ optimè ſunt inſtructæ, tales inſuper in
tationibus omnibus repertæ, ut nullus, et-
Sereniſſimi Archiatrorum, nullus Practi-
unquam de aliquo notabili defectu fuerit
queſtus. Exſtant encomia noſtrorum Phar-
copoliorum, D. Sigiſmundi Kolreut. D. Hen-
Salmuth. D. Georg. Leuſchneri, D. Salomo-
nis Albert. D. Andreæ Doerer. D. G. Belzar. & Jacobi Coci, adſunt eorum Recepta innumera, quibus Officinæ noſtræ refertæ ſunt. Quòd ſi verò interdum defectus aliquis ex inſperato oriretur, eundem de facili ex Sereniſſimi Electoris Officina aulica ſupplere poſſumus, quam Sereniſſ. gratiam ſubjectiſſimè ſemper fuimus exoſculati. Noſtras itaque Officinas aſpernari non debet, niſi ſimul injuriam hanc in aulicam redundare velit, utpote quæ magis nobilitata, quàm ejus domeſtica, quâ non rarò *quid pro quo* miſeris ſuppeditatur. Si poſterius, h. e. turpis lucelli causâ medicamenta Officinalia vendit, oppidò contra juramentum *Hippocratis* agit, & hoc cum conſenſu plerorumque Medicorum, prout ipſe Clariſſimus *Sennertus* quæſtionem, *an liceat Medico præparare medicamenta?* magis pro nobis, quàm contra nos, fundamentaliter decidit, adjiciendo ſequentia: *Prudens & doctus Medicus, quid ſuarum partium ſit, facile noverit, non enim quæſtûs gratiâ componet medicamenta, & omnibus venalia proponet, ſed ſi vel neceſſitate ad hanc operationem compellatur, vel ſelectiſſima, præſtantiſſima, addo etiam nova, hominibus ignaris vel negligentibus ob ægrorum ſalutem committere nolit*, neſcio, *quid præter jus, vel etiam decorum & ſui Ordinis dignitatem committat*, unô verbô, Medicus vir bonus, juramenti Hippocratis memor erit.

Non itaque impugnamus medicamentorum compoſitionem rariorum & ſelectiſſimorum, urgemus tantùm dilemma noſtrum, ratione contemptus, & ratione quæſtûs. Nos tanquàm viri boni omni ſtudio obſervamus, qualem Virum Pharmacopœum eſſe deceat, & ſi ſemper operationibus pharmaceuticis præeſſe non valemus, per idoneos miniſtros illud effectui damus, quod de illo Doctore Medicinæ, an ſic procedat, dubium adhuc eſt. Ut itaque Veſtr. Excell. rationes noſtras accuratius perpendant, documenta ſub A. & B. adjungere voluimus, officiosè inſimul rogando, velint pro ſuo accurato, quo pollent, judicio nos reddere certiores:

I. In quantum Medicus in Compoſitione, & venditione Medicamentorum progredi debeat?

II. An alicui Medicorum ſub prætextu arcanorum officinalia citra reputationem Medicam vendere liceat?

III. Et an huic Neo-practico, de quo hactenus fuimus conqueſti, contra noſtra privilegia, fundamenta, & profeſſionem agere, liberum ſit? Dab. Dresdæ, die 30. Decembr. Anno 1628.

Jodocus M.
Caſpar. P.

A. Ex-

A.

Extractum ex Sereniſſ.

Dn. Mauritii Landgravii Haſſiæ publicata Ordinatione Pharmaceutica de Anno 1617.

UT autem Pharmacopœi hæc eò melius præſtare poſſint, nulli Medicorum dehinc licitum eſſe debet, Officinas privatas erigere, medicamenta ægrotis vendere, multò minus cum Pharmacopœis ſuper quota privata paciſci, ſed contenti debent eſſe ſuis ſoſtris & honorariis, Pharmacopœus autem præſcriptâ taxâ, & ita neuter alterutri quicquam præjudicare, &c. Quodſi verò poſſederint probata ac ſecreta Chymica, & quæ magnis ſumptibus ab aliis didiciſſent, aut ipſi elaboráſſent, hæc privatim vendere omninò conceſſum, vel Pharmacopœo jam præparata erogare legitimo precio, tantum quidem, quantum de iis Pharmacopœus intra ſemeſtre rurſus vendere poteſt &c.

B.

Reſponſum Medicorum Witteber-genſium.

AD quæſtiones à Vobis prolixè admodum propoſitas, brevitatis ergò ſic reſpondemus, & quidem in genere: quod Medicis medicamenta præparare, & in Chymia ſe exercere, interdum etiam ſua ſecreta vendere, præprimis ubi nullæ adſunt inſtructæ, aut privilegiatæ Officinæ, utique liceat, quoniam Pharmacopœa, vel ratio componendi medicamenta pars eſt Medicinæ, nec contra Medici reputationem, ut putatur, pugnat, prout etiam olim & nunc quidam Medicorum propriâ manu confecerunt, & adhuc conficiunt, dum nemo melius de compoſitione medicamentorum judicare poteſt, quàm peritus Medicus; quoniam verò hoc tempore ſummus Magiſtratus in omnibus ferè Rebuspubl. non ſine cauſa ſontica, Pharmacopœam à Medicina privilegiis certis ſeparavit, noſtro judicio arbitramur, Medicis non licere ordinationes iſtas conculcare, officinas privatas ſibi comparare, lucelli turpis ergò, officinalia ſub prætextu Chymicorum vendere, ſed quemadmodum Pharmacopœi vocatione ſuâ contenti eſſe, optima quævis remedia, cujuscunque etiam ſint ſcopi, præparare, miniſtros idoneos officinis præficere, Medicis debitam reverentiam exhibere, compoſita ſingulari ſtudio concinnare, juſto precio omnia erogare, à morborum curatione prorſus abſtinere debent, ita viciſſim æquum, ut Medici intra limites officii ſui ſe contineant, & hâc ratione officinas publicas conſervent magis quàm deſtruant. Si tandem defectus aliquis in Officinis deprehenderetur, debent operam navare omnem, ut magiſtratus eundem emendet, ſedulâ ac frequenti viſitatione. Non tamen eſt prohibitum ulli Medicorum, ſelectiſſima, ſi quæ habet, remedia intra privatos parietes elaborare, ægrotis ſuis juſto precio vendere, hâc tamen conditione, *Chriſtianæ charitatis memor ſit, nec aliqui contra eam, vel propriam conſcientiam, com-mittat.* Dab. Witteberg. die 20. Febr. An. 162[illegible]

Reſponſum Facultatis Medicæ Lipſienſis ſcilicet Medicum non debere præparare v[illegible] vendere medicamenta vulgaria.

QUâ ratione Doctor quidam recens prom[illegible]tus Privilegia veſtra, & officinas turba[illegible] velit, dum ipſe in ædibus ſuis medicamenta pr[illegible]parat, & poſtmodum nomine Chymicoru[illegible] vulgaria vendit, ex literis veſtris ſufficienter c[illegible]gnovimus, exiſtimantes, quod cuilibet quide[illegible] Medico, certo reſpectu Pharmacopœum ag[illegible]re, i.e. ſimplicium & compoſitorum naturam [illegible]dulò ſcrutari incumbat, imò in caſu neceſſit[illegible]tis propriâ manu medicamenta conficere, à [illegible]gnitate Medici vix ſit alienum; quia verò M[illegible]dicus ob penuriam temporis, quod maximâ p[illegible]te in viſitandis ægris conſumit, præprimis ſi [illegible]cus & Praxis prolixa eſt, ipſe præparationib[illegible] medicamentorum vacare nequit, ſed alii co[illegible]mittere tenetur, ideò officinæ inſtitutæ. [illegible] itaque Medicus ſuſpicionem quæſtus illiciti, [illegible] confuſionis tàm ſalutaris conſuetudinis inc[illegible]rat, præſtat Pharmacevticam intactam rel[illegible]quere, exceptâ tamen hâc duplici conditio[illegible] ubi vel defectus officinarum vel defectus Ph[illegible]macopœorum (ſub quo defectu qualitates [illegible]iam perſonarum comprehendimus) occur[illegible]ret. Ne itaque ſalus ægrotantium, & Exiſtir[illegible]tio Medici hoc caſu periclitetur, *Medico li[illegible]tum omninò eſt, Pharmacevticam exerce[illegible] licitum inſuper, ſi quædam poſſidet arca[illegible] quorum præparatio omnibus indifferen[illegible] committi nequit, Medicamenta prepara[illegible]* Dab. Lipſiæ die 22. Jan. An. 1629.

CASUS XII.

DE PROPHYLAXEOS IN PEST[illegible] NECESSITATE.

Requiſitio.

P. P.

QUid *Sereniſſimus ac Potentiſſimus E[illegible]ctor*, clementiſſimè juſſerit, propter inſ[illegible]tes nundinas ſolennes, quas diverſi Mercat[illegible] Francofurtenſes, Colonienſes, Treviren[illegible] Aquisgranenſes, quæ loca nunc ob peſtem q[illegible]dammodò ſuſpecta ſunt reddita, viſitare con[illegible]verunt, incluſæ docebunt, quarum tenor (p[illegible]ſertim reſpectu quarantenæ vel contumaciæ terminandæ) ad Veſtras Excell. ſpectat, i[illegible] ab iisdem officiosè petitum venimus, velin[illegible] ſequentes Quæſtiones nos informare:

1.

1. *An perſonæ, ubi peſtis graſſatur, ad instantes nundinas paſchales in noſtram urbem ſine contumacia admittendæ?*

2. *Quænam merces propter adhærens contagium prohibendæ? quænam viciſſim concedendæ?*

3. *Anne etiam tales morbi contagioſi hic locorum graſſentur?*

4. *Quibus remediis prophylacticis, Deo juvante, lues tàm abominabilis ſufflaminari poſſit?*

Atque ſimul reliquis in hac Civitate Practicis Medicinæ Sereniſſimi Reſponſum communicare, utque illa, quæ hactenus ratione morborum contagioſorum obſervarunt in Praxi, veris Obſervationibus conjungant, amicè ad ortari. Dab. Lipſiæ die 30. Julii An. Chriſti 1632.

Senatus Lipſienſis.

Reſponſum Facultatis Medicæ, Lipſienſis; ſcilicet prophylaxin ratione trium punctorum, ſummè neceſſariam eſſe, imminente peſte.

QUid *Sereniſſ. Elector.* in ſalutem Reipubl. clementiſſ. reſcripſerit, ſubjectiſſima devotione perlegimus, & conſultatione ſuper hac re unanimi inſtituta, reſponſionis loco Veſtr. Ampliſſ. ſequentia impertimus:

1. Quæſtionem primam quod ſpectat, poſſunt ſuſpecti mercatores, qui ex locis jam infectis ad nos proficiſcuntur, ad inſtantes nundinas admitti, hac tamen ratione, ut in loco quodam vicino ac tribus milliaribus abhinc diſtante, conſvetam *quarantenam* prius ſuſtineant, vel ſi ob temporis brevitatem fieri poterit, extra limites provinciarum Saxonicarum: qui verò loca infecta ſolùm peragrant & tranſeunt citra commorationem, illi dimidia quarantena, h. e. 20. vel 14. dierum ſpatio admitti poſſunt.

Quia merces diverſæ, & contagium peſtilens in alteram citius & tardius plus minuſve ſe inſinuare valet, hinc *lana, panni, pelles, plumæ, libri ex antiquis & ſuſpectis bibliothecis* meritò proſcribuntur.

3. Hic locorum, quæ Dei eſt gratia, nihil nobis conſtat de morbis Epidemicis, exceptâ Dyſenteriâ, quæ tamen peſtem non ſemper præcedit, multo minus conſtituit, ut adeò rumor hicce vanus ſit! quod ſi verò permiſſu Divino (quod tamen Deus avertat) tales graſſari impoſterum deberent, ſequentia præſervationis loco ſubjectiſſimè ordinare debuimus:

verb. gr.
Mixturam ſimplicem
Elixir peſtilentiale Crollij.
Acetum alexicacum
fl. calendulæ
Val. Pand.
Rutæ, vel ſcordii
ſquillitic.
theriacal. Auguſt.
Syrup. è toto Citr.
Olea: angelicæ
carbunculi
rutæ
ſcorp. comp. Matthiol.
Pulv. bezoart. D. Sennert.
pannonic. rub.
Saxonic. Auguſt.
Saracenic.
bezoart. minerale
Magiſt. ſpin. Viper.
pro fumo pro pauperibus & divitibus.
Trochiſcos ſublingual. Aug.
Electuar. Camphor. Kegler.
diaſcord. Fracaſtor.
de ovo.
Theriacam Venetam
Mithridatium.
Empl. Magnet. Arſenicale.
Angeli Salæ.
Angel.
bardanæ
calendulæ
Cortic. citr.
galegæ
ſcordii
ſcorzoner.
tormentill.
veronicæ c. & ſine vino
Aquas compoſitas
bardanæ c. camphora
ſine camphora.
▽ *carbuncul. c. moſcho*
ſine moſcho.
cord. Cervi
præſervativ. c. ſp. Vin.
theriacal. Auguſt.

Dab. Lipſ. d. 4. Auguſt. An. 1632.

CASUS XIII.
DE
MERCIBUS EX INFECTIS LOCIS NON ADMITTENDIS.

Reſponſum Facultatis Medicæ Hafnienſis, deſuper Quæſtione: An tutum ſit merces ex infectis locis in urbem admittere.

AD Clementiſſimum Ser. Reg. Maj. mandatum, quô judicium noſtrum ſubjectiſſimum exquiritur: An tutum ſit merces infectis locis huc allatas in urbem admittere; hæc noſtra eſt ſententia, quod nobis non videatur

tutum hujuſmodi merces, quibus contagium adhærere poteſt, quales imprimis cannabis, linum, lana, pannus, pelles animalium, corium, lupulus, farina & aliæ ejus generis, quas aliâs nobis ſubminiſtrare Boruſſia ſolet & mare Balthicum, ubi nuper peſtilentia graſſabatur, urbi inferre, antequam per eoſdem homines, qui eas huc vexerunt, in alium locum perflatilem, quem nemo inhabitat, devehantur, ſeparentur & ventilentur, ibique ſpatio ſex hebdomadarum permaneant, & ut illarum mercium ſacculis vel faſciculis incluſarum primaria ratio habeatur, quæ involucra, qui ſacci vel prorſus comburantur, vel accenſis lignis abietinis vel juniperinis fumô ventilentur: Dumque hæc ventilatio fit, domi ſe vectores contineant, ne in aliorum hominum ſocietatem immittantur. *Hafniæ* 2. *Martii* 1661.

Vid. Thom. Bartholin. Tr. de Medicinâ Danorum Domeſt. Differt. 7. *p.* 327. 328.

CASUS XIV.
DE SEPULCHRORUM IN PESTE PROFUNDITATE.

Requiſitio.

CUM Anno 1628. Peſtis in Urbe (Aug. Vindel.) admodum ſæviiſſet, atque mille familias peſſum dediſſet, ratione ſepulchrorum, quæ non profunda ſatis à Veſpillonibus fuiſſe effoſſa à nonnullis judicabantur, ab Ampliſſimô Magiſtratu judicium Collegii Medici An. 1629. d. 15. Februarii fuit requiſitum, atque ab ipsô ſequenti modô prolatum.

Reſponſum Collegii Medici Auguſtani; deſuper ſufficienti profunditate ſepulchrorum.

P. P.

TRia ſunt, quæ Nobis dijudicanda proponuntur: 1. An ſepulchra, ad quinque pedum profunditatem effoſſa, debitâ menſurâ gaudeant? 2. An in vere, ubi terræ pori recluduntur, nova inde infectio produci queat? 3. Quomodo huic malo occurrendum ſit? Ad quæ reſpondemus:

I. Non probari illam profunditatem, præcipuè cum alibi plurimis in locis, in cœmeteriis, etiam, quæ in ipſis urbibus ſunt, trium ſaltem quatuorve pedum alta ſepulchra fiant. Peſtis quidem tempore ſemper profundiora effodere præſtat. Quanta vero confuſio in Peſte nuper apud Nos fuerit, haud ignotum eſt, cùm multi ex unâ familiâ unicô ſepulchrô fuerint impoſiti, unde ſi non ſatis alta initiô fuerit facta fovea, facilè apparet, ultimò quinque pedes non ſuperfuiſſe.

II. Quia ſatis conſtat, nunquam fere P[…] ſtem apud Nos fuiſſe obortam ex aeris infecti[…] ne, ſed aliunde, uti An. 1607. ita etiam hi[…] annis illatam, non verendum eſt, cadavera terrâ nempe limoſâ & arenoſâ obtectâ, ev[…] porando nocere poſſe, 1. Quia ter[…] noſtra limoſa eſt, imprimis in ſuperio[…] cœmeteriô, arenoſa autem in inferiori[…] quæ ſuâ qualitate ſicca cadavera exſiccan[…] carnemque eorum & humiditates conſ[…] munt; terra enim ſicciſſimum eleme[…] tum corrumpit corpora ſiccando, *Felic. Pl[…] tero* teſte, 2. quia nulla putredo fieri pote[…] niſi ab ambiente calido & humido, quam i[…] que gleba limoſa & arenoſa noſtra ſiccitate ſ[…] & frigiditate impedit abigitque. 3. Hyeme a[…] frigidus & ſiccus, niveſque deciduæ terram […] exſiccandis cadaveribus adjuvârunt, ut nu[…] lum periculum metuendum ſit.

Interim III. monemus, curandum eſſe in p[…] ſterum, 1. ut foveæ ſi magnæ fierent, ſatis pr[…] fundæ effodiantur, in quibus nempe plurin[…] cadavera, cum pauca terra alternô ordine p[…] nendo, ſive ſtratum ſuper ſtratum faciendo ſ[…] peliantur, quæ dum non ſufficienter terrâ o[…] teguntur, facilius invicem putreſcunt, atq[…] ideo nocere poſſunt; quibus ideò fove[…] calx viva non parcâ manu ſuperinger[…] tur. Quæ fovearum magnarum effoſſ[…] cùm ob paucam mercedem, quæ à pauperib[…] aliiſque nonnullis ſolvitur, ortum habeat, pr[…] videndum eſſet, ut quodlibet cadaver ſingul[…] ri ſepulchro imponeretur, foveæque iſtæ ta[…] quam noxiæ & minus Chriſtianæ impoſteru[…] prohiberentur. 2. Cùm in unô Sepulch[…] ſæpe multa cadavera reponantur, ideóque po[…] ea in vere ſubſidere illud queat, quilibet t[…] neatur, talem terræ defectum novâ ſupering[…] ſtâ ſupplere, calceque vivâ obtegere. Opta[…] dumque eſſet, ut nullum cadaver hucuſque […] ne calce vivâ ſepultum fuiſſet, aut in poſteru[…] ſepeliretur. Ingentia at mala neſciunt or[…] nem, & tempus hoc patiebatur confuſioner[…] 3. Cùm infectio utplurimùm per fomitem a[…] unde illata & propagata apud nos fuerit, ſtat[…] imus, ſi nova, quam Deus prohibeat! o[…] retur, illam potius linteis, veſtibus, lecti[…] pelliceis &c. non probè mundatis, interqu[…] hæredes diſtributis, aliiſve confuſionibus, quà[…] ſepulchris & Veſpillonibus imputandam fore.

Decanus & Collegium Medicum Auguſtanum.

CASUS XV.
DE MORTUORUM SEPULTURI[…] INTRA MOENIA NON TOLERANDIS.

JUD

Judicium D. Dn. Roſini Lentilii.

Elebratur à *Plutarcho Vit. Parallel. lib.* 1. *p.m.* 97. Spartanorum Legislator Ly urgus vel hoc etiam nomine, quod ſepelien- i ratio ab ipſo optime ſit ordinata, quippe uod omni ſuperſtitione ſublatâ, mortuos in- ra urbem humari, monumentaque prope empla poni non prohibuerit: hujuſmodi ſpe ẗaculis adoleſcentes aſſuefaciens, ne mortis ecordatione perturbarentur, eamque ne ex- orrerent, quaſi eos, qui cadaver tetigiſſent, ut per Sepulchretum tranſiiſſent polluentem: elebrandum fortè concedam, ut Legislato- m, non item, ut Phyſicum. Aliter ſentiunt, ibus hominum valetudo curæ cordique eſt. udiamus Megalandrum *D. Lutherum no- um Tom. III. Jenenſ. p.m.* 389. ita loquen m: Quoniam verò ad id devenimus, ut de orte loquamur, non poſſum non quædam Sepulturâ in medium adferre. Primò qui m Doctoribus Medicis omnibus expertis ju- candum relinquo, an periculum ſubſit, ſi in edio Civitatum Cœmeteria tolerentur, ipſe- et enim non intelligo, nec mihi conſtat: an umulis vapores quidam eleventur, qui aerem ntaminent. Quodſi vero res ita ſeſe habeat, ægnantes ſanè cauſæ in promptu eſſent, ut emeteria extra civitates adornentur, cum nnes eô, quo poſſumus, veneno reſiſtere eamur; quoniam Deus T.O.M. nobis in- nxit, ut corporis curam habeamus, ipſique rceamus, ubi neceſſitas urget, ſimul tamen em confidenter cuique etiam periculo expo- mus, ſi neceſſitas efflagitet &c. Hoc qui- m ſcio, Anteceſſoribus noſtris olim in more iſſe poſitum, tam inter Judæos, quam Ethni s, inter Sanctos æque & peccaminoſos, ut pulturas extra mœnia inſtituerint, qui tamen pientia nobis minime ſecundi fuerunt. Et oc etiam Lucas teſtatur, quando Salvatorem iduæ Nainenſis Filium ſub portâ civitatis è orte reſuſcitaſſe narrat, ubi textus expreſsè abet, quod mortuus è civitate deportatus fu- it. Quid quod ipſius Chriſti tumulus extra vitatem conſtitutus fuerit. Similiter & brahampro ſepultura ſibi agrum in Ephron rope duplicem foveam redemit, ubi omnes atriarchæ tumulati ſunt. Hinc & à Latinis *efferri* exprimitur, quod nos tumulare di- mus. Nec tantùm efferebant mortuos, ſed eoſdem in pulverem cremabant, ne ulla ra- one aer inficeretur. Hinc ad imitationem il- rum Sepulturæ extra civitatem inſtituendæ eſ- nt &c. Hactenus *Lutherus.* Quam autem edicis litem de cadaverum evaporatione diri- endam tradidit Lutherus, eam inter alios di- mit eruditè *Screta* inſigniſſimus, *Tr. de fe- icaſtrenſi malignâ Sect.* 1. *cap.* 5. *p.m.* 72. m ita inquit: Illud miror, olim adduci po- iſſe templorum cuſtodes, qui valetudinis hu- næ conſervationem exactius noviſſe debue- runt, ut in ædibus ſacris, atriis haud exceptis, locum ſepulturæ dederint, arcaſque reponere conceſſerint; imò ex ipſis templorum pomœ- riis cœmeteria confecerint: inde enim nil aliud exſpectandum erat, quàm quòd ſæpiſſimè fœ- tor teterrimus è cadaveribus illic ſepultis exha- larit, cujus infectione plurimi illorum, qui hæcce loca frequentabant, multis & variis op- preſſi fuêre morbis &c. Sic quoque nonnun- quam Romæ contingere ſolet, ut hi qui ſingu- laris curioſitatis gratiâ ſubterraneas collapſo- rum ſepulcrorum ſpeluncas intrant, â virulen- tis exhalationibus prehenſi, antiquitatis deſi- derium vitæ diſpendiô luere ſæpiſſimè cogan- tur. At jamdudum *Lilius Gregorius Gyraldus Ferrarienſis* ſepulcretis, intra ac circum templa ſtructis, dicam ſcripſit, in *libellô de ritibus ſepeliendi cap. V.* quem *Jo- hannes Föes* Lüneburgenſis luculentis annota- tionibus illuſtravit. Enimvero & Excellentiſſ. *Muraltus in Collegio Anatomicô, Linguâ Germ. conſcripto Lect.* 3. *p.m.* 58. eleganter ſuo more: Occaſione hac non poſſum non monere, quod profectò non expediat demor- tuos in templis ſepelire, ſi cœtus Eccleſiæ illîc convenire debet. In templum defertur mumia humana, ut putreſcat; quæ naturæ humanæ plerumque etiam infeſta eſt: Similiter viri- les in ſpecie, & muliebres, quò eò pauci- ores Virorum & Mulierum integra Sanitate fru- antur, eò deponuntur. Sexus quidem ſequior varia & diverſa ratione exſpirat: Interdum Spi- ritus nativus & Archæus in furorem quaſi agi- tur, aut nauſea afficitur, ut aut naturam mulie- brem occludat, aut ſui quaſi obli us ſuccos & vires circulantes, effundat. Talis eccentricitas putreſcenti mulierum mumiæ adhæreſcit, & vi- ventes, ſi tantillum fomitis ſe trudat, facile in- ficere valet. Quænam autem remedia miſeriæ hujuſmodi opponeres? Scarificationes, V. S. purgationes, balnea, ventoſæ prorſum & re- trorſum affixæ eandem certe non tollent. Ter- ra in templis aut ſub tectis, quò puerperæ, ne madefiant, reponuntur, plerumque arida, friabilis & ſicca eſt, ut eò citius vapores putridi erumpant, qui adeò ſubtiles & volatiles ſunt, ut eò minus ſe præcipitent, quò pauciores par- ticulas aqueas commixtas habent, unde eo pe- netrantiores ſunt & promptiores ad inficien- dum; Eſt ergò, à quô caveamus & proſpicia- mus, quid agamus hiſce, &c. Parochiale Templum Mitavienſe, Ducum Curlandiæ ſe- des, quantum quantum eſt, quoad aream, in ſepulcra dividitur: Et ſi verum fateri de- beam, ſemper naribus meis fœtor quidam ca- daveroſus oberrabat &c. &c.

Vid. D. Lentil. Miſcell. Medico Pract. P. 2. *p.* 644.

Val. Pand.

CASUS XVI.

DE LEGITIMA ASCITIS CURA.

Requiſitio.

P. P.

QUidam Medicus Hydropicum quendam, qui triginta ſex aut octo annorum natus abdomen aque eo humore prominulum, ſcrotum eo vehementer refertum, pedes etiam turgeſcentes habebat, curavit hiſce Medicamentis. Recip. *Rad. cichor.* ʒi. *fœnicul. glycyrrhiz ā* ℥iij. *fol. ſenn.* ʒx. *Mechoac.* ℥ii. *Rad. Gialapp.* ʒi. *Rhabarb.* ℈iv. *cortic. inter ſambuc. Rad. frangul. ā* ℥ii. *ſem. cartham.* ℥ii. *fœnicul.* ʒi. *paſſul. min.* ʒi. *macis* ʒi. *Cinamom.* ʒi. ♀. *crud.* ℥ii. *Inciſa & contuſa dentur ad chartam* S. *Kræuter zum Büſchl.* Hoc medicamentum ordinatum fuit d. 9. December. anno 1648. Recip. ▽. *pectoral. cinamom.. ā* ℥iſ. *Veron. Zedoar. ā* ℥vi. *Syrup. de hyſſop. Oxymell. ſquillit. ā* ℥ſ. Hoc ordinatum fuit die 18. Octob. Recipe *Decoct. hord. ſimpl.* ℥viij. *aq. acetoſ. ſcabioſ. ā* ℥iſ. *Syrup. de liquirit.* ℥j. *violar. jujub. ā* ℥ſ. *M. F. Juleb.* Hoc eâdem die ordinatum fuit. Hæc 2. medicamenta eodem die exhibita ſunt. Quam curationem ideò reprehendo, quia diuretica, in quibus maxima vis momentumque ad hoc morbi genus curandum poſita, ſunt omiſſa. Nam octo dies interpoſiti ſunt, ex quibus diuretica vel invicem ordinare potuiſſet. Paucis me docete, quæſo, *utrum ego jure meritoque curationem prædicto modo factam reprehendere poſſim? Dab. N. d.* 8. *Januar. An.* 1649.

Conrad. N. N.

Reſponſum Facultatis Medicæ Lipſienſis; ſcilicet, licere Medico, in aſcite nodulum purgantem, & Medicamenta Becchica præſcribere.

QUæſtiones tuas accuratè trutinavimus, & quoniam abſurdum non eſt in Hydrope vel Aſcite Nodulum purgantem præſcribere, ut & medicamenta becchica vel expectorantia, hanc etiam curationem ſtrictè culpare non valemus. Forſitan enim tunc temporis nulla diureticorum adfuit indicatio, adfuit potius ὀρθόπνοια, adeoque ob metum ſuffocationis potionem iſtam pectoralem ordinare coactus fuit Medicus iſte.

Ne itaque ex proverbio illo, *Medic[us] Medicum odit*, veriverbium fiat, plura R[e]ſponſionis loco addere non placet; petim[us] potius humaniter, velit Excell. tua nodum [in] ſcirpo non quærere, ſed omnes ſimultatu[m] occaſiones contra Medicum iſtum fugere [ac] vitare. *Dab. Lipſiæ die* 20. *Junii An[no]* 1649.

Vid. Amman. in Med. Cri[t.]

CASUS XVII.

DE VENÆSECTIONE IN GRA- VIDIS.

Requiſitio.

P. P.

MUlier 25. annos nata, aliâs ſatis robuſt[a] conſtitutione & temperamento ſangu[i]nea, hactenus in conjugio quinquies concep[it] ſemperque fœtum debilem, ferè ſemi mort[u]um, & poſteà quoque convulſionibus epil[e]pticis obnoxium edidit, ex quibus vix uni[ca] ſaltem filia adhuc in vivis. Poſt quintum p[ar]tum, per quatuor ſaltem dies vivacem, in[ci]dit in puerperium adhuc menſe Auguſto an[ni] ſuperioris, & in Dyſenteriam veram, tùm tem[]poris cum calore p. n. aliiſque ſymptomatib[us] ſatis frequentem, ex qua per 14. dies perfe[cte] Dei auxilio reſtituta fuit: poſt puerperium al[te]ro ſtatim menſe iterum concipit, & à temp[ore] conceptionis benè ſe habet; uſque ad me[di]um geſtationis tempus, ubi poſt motum infa[n]tis circa 27. Febr. hujus anni dolores dor[ſi,] horrorem, dolorem graviſſimum in abdo[mi]ne, motumque inordinatum fœtus in Uter[o] caloremque præternaturalem quovis die ſen[tit.] Conſilio utitur mulierum, quæ calculi dolo[res] adeſſe ipſi perſuadent, ſexto verò Martii, po[ſt]quàm à foro rediiſſet, & dolores unà cum [ca]lore præternaturali aliáque ſymptomata vidi[t] exacerbari, Medicum advocari curat, qui antecedentibus & ſubſequentibus per aliq[uot] dies deprehendit, febrem adeſſe putridam, [&] quidem tertianam duplicem, quâlibet die, [cir]ca undecimam cum frigore & horrore ſatis [ve]hementi per integram horam, calore præt[er]naturali per aliquot horas, aliiſque ſympto[ma]tibus ſuperius enumeratis, invadentem, ſe[m]per tamen cum inconſueto motu fœtus & [in]ordinato. Medicus alterantia, & roborantia [] & fœtum, tàm externa quàm interna adhib[et,] pilulis quoque de aloë roſata Nr. IV. bis corp[us] interim ad tres & etiam quatuor dejectiones [] niter expurgat, ſimulque deprehendit ſem[per] paroxiſmum madore quodam totius Corpo[ris] finiri. Urinæ verò ſunt craſſæ, rubic[un]diſſimæque, pulſus in abſentia paroxyſ[mi] febrilis ſatis laudabilis, in paroxyſmo [ve]rò etiam tolerabilis, vires pro conditio[ne]

æg

græ ita conſtant, ut & poſt, & ante paroxy-
ſmum ſemper aſſurgat, & per aliquot horas in hypocauſto deambulet, reſpiratio denique facilis: Indicationibus igitur ex natura & eſſentia, ſtatu & cauſa morbi, viribusque ægræ deſumtis, ut ſumma caliditas epatis & renum attemperari, calor febrilis citius mitigari, ſanguisque, qui aliàs propter craſſitiem & viſcoſitatem, quod etiam poſt V. S. apparuit, non ſufficienter anteà ad fœtum ex relatu adſtantium affluxit, habilior ad affluxum & nutritionem fœtus redderetur, V. S. 17. Martii in brachio dextro, ſed tamen ex decreto Medicorum dogmaticorum parciſſimam, *Unciam unam ſemis vel ad ſummum* ℥ij. non excedentem inſtituit.

In tali itaque Caſu jam quæritur:

I. An Medicus, qui ex harum Indicationum præſcripto venam ſecari curaverit, aut potius iniſtam, ut ſatisfecerit adſtantibus, conſenſerit, rectè & juxta Methodi præcepta fecerit? an verò ab alio poſſit cum ratione reprehendi, quòd non rectè fecerit, nullasque indicationes iſtius Venæſectionis habuerit, alimentum fœtui detraxerit, ac fœtæ & fœtui damnum intulerit, quod tamen eventus in hunc usque diem non confirmavit?

II. An omnes Medici in hac Civitate, qui venam in gravidis, quocunque etiam ſit tempore conceptionis, imprimis verò poſt motum fœtus & fœtu grandiore facto ſecuerint, itidem contra rationem, autoritatem, experientiam & placita Dogmaticorum, tàm antiquorum, quàm recentiorum Medicorum fecerint, & ob hanc cauſam quoq; cum illo reprehendendi? &c.

Franciſcus N. D. P. P.

Reſponſum Facultatis Medicæ Lipſienſis; *ſcilicet gravidis circa dimidium, & in acutis, tuto ſecari venam.*

QUæris à Facultatis noſtræ Conſilio, & informari cupis VIR clariſſime, *num in gravida muliere, floridæ ætatis, temperamenti ſanguinei, ex tertiana duplici, circa medium geſtationis tempus decumbente, viribus tamen utcunque conſtantibus, Venæſectio par manu & ultra* ℥ij. *in brachio facta locum habeat? vel, an potius non tantùm in ſimili caſu, ſed & in genere omnis Venæſectio in prægnantibus, fœtu jam grandiore facto in acuta, prorſus improbanda ſit?* Hujus quæſtionis deciſio licet omnibus lippis ac tonſoribus nota ſit, & vel ab ipſis mulierculis noſtratibus peti poſſit, utpote multiplici experientiâ doctis, talem Venæſectionem hiſce conditionibus adminiſtratam, non tantùm innocuam, ſed quàm ſæpiſſimè ſummè proficuam fuiſſe: nihilominus tamen ut quæſtioni tuæ ſatisfiat, reſpondemus, non tantùm in febribus curationis gratiâ, ſed etiam extra morbum aliquem conſtitutis prægnantibus, plethoricis viriumque robore pollentibus, parcam Venæſectionem in brachio præſervationis gratiâ tutò concedi. Priorem Caſum quod attinet, cùm per phlebotomiam non tantùm plethora, ſed etiam cacochymia ſanguini permixta evacuari ſoleat, non immeritò ſaluberrimum illud febrium præſidium, prout ſic à *Galeno L.2.M.M.C.15.* commendatur, etiam in prægnantibus, tàm evacuationis, quàm refrigerationis gratiâ utiliter adhibetur: atque hâc ratione aliquot gravidas, ſive 7. ſive 8. menſe acutè laborâſſent, præſtanti hoc auxilio, etiam ſæpè repetito, magno cum artis decore liberatas vidiſſe, idque pluries per aliquot annorum decades feliciter expertum eſſe teſtatur *Joann. Raphaël Moxius L. 2. M.M. per V.S. M.M. acut. C.5.* Quòd ſi inſuper *Hippocrates Aph.26. S.4.* turgente materiâ gravidis cathartica exhibere præcipit, quidni iisdem multo ſecurius venam ſecabimus? quod luculenter demonſtrat *Horat. Augenius L. 6. d. S. M. c.2.* Et accidat ſanè prægnantem in morbo acuto poſt venæſectionem abortire, quod tamen ſemper non fit; tamen ſæpè etiam fœminæ, quæ abortum faciunt, ſervantur: expeditque fœtum potius ſolum, quàm ſimul fœtum & matrem perire, prout pulchrè ita ſentit *Sennertus Inſtit. lib.5. p.2. Sect.1. Cap.17.*

Quoad poſteriorem Caſum contingit interdum (ſunt verba *Mercurialis Comm. ſuper Aph.31. Sect.1.*) *prægnantem prioribus menſibus usq; ad ſeptimum excluſivè tanto ſanguine abundare, ut fœtus alioquin parvus & pauco nutrimento egens nequeat ipſum conſumere, quo ſit, ut eo velut obruatur, niſi ſtatim ſuccurratur* amplâ ſanguinis evacuatione, & memini, (pergit *Mercurialis*) *me hoc unico remedio plurimas ab abortu, quos frequenter facie bant, conſervâſſe*, modò minore, modò majore copiâ extractâ; hactenus *Mercurialis.*

Hoc ipſo itaque tempore, ſi ſæpè Natura ſanguinis illius ſupervacanei effuſionem ſponte utiliterque aggreditur per nares, per hæmorrhoides aut per uterum, & nonnunquàm menſes ſtatis temporibus ſalubriter effluunt, cur non ſimiliter nobis liceat premente neceſſitate Naturam arte imitari? ſcribit eleganter *Fernelius lib.2. M.M. c.12.* Objicitur quidem *Hippocrates Aph. 30. ſ.5.* ubi mulier in utero gerens ſectâ venâ dicitur abortire, eòque magis, ſi grandior ſit fœtus: ſed à talibus objicitur, qui nec ipſum *Hippocratem* intelligunt, nec ejus Interpretes unquam legerunt. Non enim de noſtrate Venæſectione ℥ij. iij. vel iiij. quam Veteres vix ſcarificationis nomine dignati eſſent, accipiendus eſt Aphoriſmus, ſed de larga illa ſanguinis miſſione antiquitus uſitata ad aliquot Cotylas, vel ad animi uſque deliquium, hanc improbavit in prægnantibus, illam uno ore commendant, atque ita Aphoriſmum Hippocra-

pocratis interpretantur præter citatos Autores etiam *Montanus L. 2. de A. M. ſ. c. 2. Rodericus à Caſtro L. 3. de M. M. c. 21. Epiphanius Ferdinand. Hiſt. 13. Cardanus & Heurn. Comm. in Aph. 30. Sect. 5. Fuchſius Comm. in Aph. 31. S. 5.* & alii quamplurimi. Ita Nos quoque docuimus hactenus in Schola Medica, & docebimus deinceps etiam, adſtipulantibus nobis inſuper *Averhoë Collect. L. 7. C. 4. Celſo L. 2. Cap. 10. Joh. Baptiſt. Corteſio Miſcell. Med. Decad. 10. Quæſt. 9. Hollerio Comm. in Aph. 31. Sect. 5. Ant. Maria Betta Comm. ad Fen. 4. Avicenn. c. 20. Amato Luſitano Cent. 2. Curat. 89. Marcell. Donat. lib. 4. H. M. Cap. 16.* & ſanioribus omnibus Practicis, quorum autoritatibus etiam acquieſcentes finem imponimus, hancque noſtram aſſertionem appreſſo Facultatis noſtræ Sigillo roboramus. Sig. Lipſiæ d. 12. April. Anno 1630.

Amman. in Med. Crit.

CASUS XVIII.
DE MEDICO OB HYPERCATHARSIN IN GRAVIDA EXCITATAM ACCUSATO.

Accuſatio.

POſtquam Conjunx mea chariſſima, Brigitta Brock, non ita pridem in conſilium adhibuit M. TANCREDUM LÆLIUM, Medicum hujus urbis, expetiitque ejus auxilium in defluxu quodam ad oculos, quanquam cetera benè ſe haberet in omnibus; præſcripſit ilii & exhibuit medicamenta, quæ malè ceſſerunt, & ita apud illam operata ſunt, moleſtiamque tantam exhibueruntſine intermiſſione per quinque dies totidemque noctes, ut ſpes nulla vitæ amplius ſupereſſe videretur, nec tamen ipſe remedium quæſivit, ut intenſi dolores mitigarentur, unde valdè exinde debilitata eſt, ut per multas hebdomadas lecto fuerit affixa, & ex illô tempore vires illi fuerint proſtratæ; hæc cauſa eſt, quæ me impellit, ut querelas meas ſubjectiſſimè deferam ad Regiam Majeſtatem, eique humilimè ſupplicem, ut Conſilium Medicum concedat convocari ex beneplacitô ipſius Majeſtatis Regiæ, quod judicet & decernat, an nominatus modò M. Tancredus Lælius partibus ſuis in hâc curatione legitimè ſit defunctus, vel an ullus error in Pharmacopoliô fuerit commiſſus. Sequentia verò ſunt, de quibus M. Tancredum accuſo, humilimè rogans, ut de iis judicent Excellentiſſimi Medicinæ Doctores ad id deputandi:

1. Quiſnam fuerit morbus, quem ſibi in uxore mea curandum ſumſit? ad quæ ubi reſponderit, an tum medicamenta, quæ adhibuit, illi applicari potuerint.

2. An excuſari poſſit, quòd illam purgave rit, illo ſtatu, qui ipſi ſatis erat perſpectus & an tea indicatus.

3. Prævalentibus Medicamentis ad morten penè præcipitantibus uxorem, vocatus ad illan duabus noctibus ſequentibus, ut intolerabile dolores leniret, illos ſolis oculis adſpexit, ne ullô remediô voluit ingentes dolores & purga tionis operationem continuam ſedare, quo tamen ad multas horas perferre non valuiſſe niſi alia remedia ab Experientiſſimô D. OLA WORM, qui in ſummâ neceſſitate, tertiâ nc cte ad eam fuit vocatus, fuiſſent hunc in finen adhibita. Actum Hafniæ die 2. Maji, An. 1639

Tycho Brahe mp

Defenſio.

SIquidem Nobiliſſimus TYCHO BRAH in jus me vocaturus quærit, quemnam mo bum in uxore illius curare aſſumſerim, brevit narrabo: Ad me venit uxor illius querula de d fluxione quâdam ad oculos, & de tumidô ve tre; & quum à me interrogaretur, an gravida ſet nec ne? reſpondit mihi, ſe id non ſcire; qu propter, quia deprehendi hunc fluxum ad oc los habere ſuam originem ex materiâ acri corpore, præterea quòd eſſet tumentior, quà gravidæ ſolent primis menſibus, concluſi, qu magnam copiam materiæ collegerit, & qu talis materia cacochymica quotidiè increm tum ſumit, & in qualitate quoque in pejus v git, exiſtimavi levem purgationem eſſe nec ſariam, ne ſi gravida eſſet, fœtus à materiâ ſuffocaretur, vel ne ex illa materia magnus m bus excitaretur, qui ſenſibili damno illi noce & propter hanc cauſam purgationem illi ex bui. Quod ſpectat medicamentum, hoc fuit ℞. *Crem.* ♀. ℥j.

Reſin. ſcammon. gr. xj. M.

Aliâs ante ipſam curavi Trygveldiæ eod medicamentô, quô jam uſa eſt, & tum non buit, niſi ſex vel ſeptem dejectiones, & me ſe exinde habuit, quàm aliis ſumptis purgatic bus. Anno 1637. Nobiliſſimus illius filius eſt granis IX. quæ minor eſt doſis, quam h blandeque illum expurgavit, tum valdè ju nem. Quî igitur potuit hæc doſis illi exhil eſſe nimia? Simili modô filia illius natu mini feliciter eôdem medicamentô uſa eſt. Vid Italiâ largiorem alvi fluxum ex unciâ unâ Caſ diutius perſiſtentem, quod non evenit ex fa tate medicamenti, ſed ob apparatum hur rum in corpore, nec ignotum eſt Expertis M dicis, quòd hujusmodi errores naturæ & ſu purgationes in Arte noſtrâ ſæpè occurrant, qu nullus Medicus præſtare poteſt damnum, & circò lubentiſſimè me judicio Medicorũ ſubr to. Quod attinet illud, an excuſari poſſit, qu illam purgaverim, ſiquidem TYCHO BR HE refert, me ſatis habuiſſe perſpectam il co

ditionem: ad id Reſp. ut ante, me amplius
il reſciviſſe è Generoſæ Matronæ relatione,
m quòd quereretur de ſuppreſſione men
n, & intellexi, quòd per aliquot annos fuerit
ilis, quamvis jam narretur Generoſam Ma-
nam uteri pondus geſtare, ex quô clarius elu-
Medici & Medicamenti dati innocentia, de
judicium Dnn. Doctoribus, ad id deputatis,
nquo. Quod ſpectat ad Generoſi Tychonis
hei accuſationem, quod fluxum ſiſtere no-
rim, reſpondeo ita: Generoſa Matrona die
rtis aſſumpſit medicamentum, die Mercurii
t mihi, quòd adeò benè expurgaret, ut nol-
quovis pretio ſupprimi, ſi ulterius non pro-
deretur, & hîc ſubſiſteret; hiſce duobus die-
non oportuit me fluxum ſupprimere, ſe-
ntibus duobus diebus, Jovis nempe & Ve-
s vehemens erat, ſed die Veneris cum ma
torminibus, igitur quia aderat prava, lenta
iſcida materia, non potui illam ſupprimere
maximô illius detrimentô. Vidi enim in
orgaſmô materiam propter ſiſtentia retro
iſſe per venas ad uterum, & factam fuiſſe ab-
onem. Die Sabbathi, qui erat quintus dies,
bam ſiſtere, ſed eô die alvum laxam non
uit ante horam veſpertinam undecimam,
ejectio, quæ ſequebatur, erat cruenta, ita
imeremus dies, ex quo primùm ſumpſit
dicamentum, ſiquidem primis duobus die-
, quibus moderatè fluxit, non poterat ſiſti,
uintum usque, quô nihil dejiciebatur, non
duo dies ſunt. Quocircà Generoſus Tycho
ne dicere non poteſt, quod quinque dies
uerim, nec quicquam in illis egerim, & duo-
llis diebus talis materia prodiit, ut ſuppri
e eam nullô jure debuerim. Sæpè evenit,
entes quotidiè per decem vel duodecim
alvum habere fluentem, cum torminibus &
uine, attamen cautè illa ſupprimenda eſt.
idit in Nuptiis Principis Noſtri Sereniſſimi,
. Olaus vocaretur ad primariam Matronam
bilem, & alterô die vocarer & ego ad illam.
ectio illi erat frequens, cruenta, cum tormi
s ingentibus & teneſmo, qui per dies ſeptem
octo perduravit, non audebamus ſubitò ſi-
, ſed quùm illa valdè inſtaret, & urgerent
antes, ut ſupprimeretur, dedimus ipſi ali-
, quod blandè aliquô modô impediebat
oſum fluxum. Sed deinde ſequebatur into-
bilis dolor, major quàm ante anxietas cor-
teri irrequies, ſine ulla quiete, ita ut poſtri-
cogeremur exhibere ipſi levem purgatiun-
m, ut materiæ iterum exitus procuraretur.
d attinet ad illud, quòd viſo cruore nolue-
llum ſiſtere, planè nego, & ſine dubiô Ty-
i Brahe memoria excidit. Non memini
uinem viſum, præter ſemel, tum me ad ſe
vit, venique ad lectum Nobilis Matronæ,
ue me ſuppreſſurum ſanguinem, & in rei
enumeravi ipſi medicamenta ad id pro-
& inter alia nominavi Terram Sigillatam,
otam, & alia ad ſiſtendum ſingularia: Sed
dictum factum accerſivit Generoſus Tycho Bra-
he D. Olaum, qui ſtatim advenit, ſtitítque ſangui-
nem, ut meâ operâ opus non habuerint, alio-
quin ſtatim idem feciſſem. Quod objicit, me
noluiſſe remedia communicare pro magno
dolore ſedando, quanquam bis de nocte inviſe-
rim illam, nec quicquam egerim, reſpondeo,
quod dederim in illum finem Rete caſtrati, cum
℅ Roſaceo, imponendum ventri, unde ſola-
men accepit. Inunctum quoque fuit ℅ ovo-
rum, cum magnô levamentô. Medicamentô
illô utuntur paſſim per univerſam Italiam, in
hujusmodi caſibus & decem aliis hoc præſtat.
Ad id, quod nihil egerim, reſpondeo me mul-
tum egiſſe, dum diligenter obſervabam, quan-
do ſine periculô poſſet ſiſti. Quod cibus in ven-
triculô illius non concoqueretur, factum id po-
ſtremò eſt, quùm illam relinquerem, & accede-
ret D. Olaus.

Quod quæritur, an de Pharmacopœo ali-
quid mihi conſtet, reſpondeo, nihil plus me
ſcire, quàm quòd indicant meæ ſchedulæ, manu
meâ ſignatæ, ad quas provoco.

Tancredus Lælius.

In Pharmacopoliô inveniuntur hæ Schedu-
læ pro Nobili Matrona:

℞. *Conſ. roſ. rub. vet.* ℥iiij.
Magiſt. coral. rubr. ℥ij.
CC. Phil. præp. ʒj.
Mag. Perl. orient.
Lap. Bez. ana ℈j.
C. Syrup. acet. citri F. Mixtura.

Item.

℞. *Conſerv. Roſ.* ℥ij.
~⊕ *g. vj. M.*

Judicium Decani Facultatis Medicæ Hafnienſis, D. Thomæ Finckii, deſuper Cura præcedente.

Etſi in Gravidis magna attentione & circum-
ſpectâ cautione ſcammoneata remedia ad-
hiberi debeant: etiam tum correcta & præparata
reſina, & quidem in tantillâ doſi, & fortè prius in
eadem uſurpata, non tam potuit periculi alicu-
jus metum incutere, quia ſoliti Medici in exiguâ
doſi uſum ſuadere, in tali potiſſimum fluxu ad
oculos irruente, qui puris in reliquô corpore re-
dundantis argumentum præbere potuit.

2. Neque verò quæ ſupervenit ſuperpur-
gatio, uni tantùm medicamento adſcribi debet:
cùm vel à materiæ pravitate, facilitate, copiâ,
acrimoniâ aliisve ejus conditionis ſtimulus, vel
ad florum caſſiæ, medicamenti aliâs levioris,
uſum ſubſequi potuiſſet.

3. Etſi vel maximè certò cognita fuiſſet im-
prægnatio: Conſueti tamen medicamenti ad-
miniſtratio periculi metum facilè jam excuſare
poſſet, quoad ſubortam ſymptomatis noxam,
cùm conceptui ac fœtui illata noxa non appa-
reat.

4. Superveniente alvi profluviô non ſtatim
inhibitione aliqua proſpectum eſſe, facilè Me-
dicum

dicum excuſabunt, quæ paſſim in cholerâ aliisque ejusmodi aut ſpontaneis, aut in ſymptomaticis fluxionibus, *ab Hippocrate, Galeno* aliisque Medicis commendari ſolent: cum vel inibi fluxum nonnunquam fluxui commendari videamus.

5. Interim ætatis, loci, temporis, conſtitutionis & omnium virium diligentem rationem habendam eſſe meritò Medici conſulunt: quam nec hîc penitus neglectam eſſe, etiam in magnâ animi conſternatione, ob in ſubjectô generoſô oborti ſymptomatis præſens periculum, non tam ex Reſponsô Medici, quàm ex fide illâ intemeratâ, quam ægrotis Medici debent, & in primis habitam animadvertimus, ſperamus & nobis pollicemur.

Vid. Thom. Bartholin. in Ciſtâ Med. Hafnienſi Loc. XXXIX. p. 399 ſeqq.

CASUS XIX.
DE CURA FEBRIS PETECHIALIS DIJUDICANDA.

Requiſitio Medici.

In nomine Jeſu Chriſti, Servatoris & Salvatoris noſtrûm omnium unici.

QUod Deus T. O. T. M. bene vertat! juſſus à Regiâ Majeſtate Danicâ (Patriæ Patre Fideliſſimô, Clementiſſimô, injuſtiſſimorum Hoſtium Victore Potentiſſimô, Feliciſſimô, Glorioſiſſimô) per Illuſtrem Cancellarium Magnum, Magnificum Dominum, Dn. CHRISTIANUM THOMÆUM &c. rationem reddere Curationis, quam Schlagloſiæ præſtare debui, volui, Nobiliſſimæ & Virtuoſiſſimæ, dum viveret, Virgini, Abel Bruske, humilimâ obedientiâ, ut par eſt, obtemperaturus, ea hâc vice breviter in chartam conjiciam, quæ pro re natâ locique & temporis conditione poſſum, manifeſtæque judicio meo ſunt fidei. Omnia ſi opus, aliô tempore, vel oretenus, vel ſcriptô prolixius deducturus, expoſiturus, demonſtraturus.

Res autem ita ſe habet, quemadmodum ipſa Mater, generoſus Sponſus, Paſtor loci, Dn. M. Petrus Willadus, Adſtantes & Miniſtrantes, apprimè verò Deus & Conſcientia mihi ſunt Teſtes:

1. Anno 1644. 27. Junii miſſis curru & literis, ſub lit. A. appoſitis, Sorâ vocabar.

2. Relictis aliis, quibus tum immerſus eram, & honeſtè me excuſare potueram, curis & negotiis omnibus & aſſumtô (quod ſemper mecum circumferre ſoleo) quia de morbi ſpecie nihil certi patefactum erat aut conſtabat, Pharmacotheciô propriô, actutum veniebam.

3. Hora, nî fallor, diei nona aut decima erat, quando aderam, morbus diei ſextus.

4. Inveniebam Virginem pravis humoribus, præſertim ſeroſis, ſalſis, bilioſis & atrabilariis, impurôque ſanguine undiquaque refertiſſimam, febricitantem, maculisque pulicum m[...]ſus (puncturæ veſtigium ſi excipias) referer[...] bus, rubris, flavis, purpureis, nigris, in brach[...] pectore, & dorsô repletiſſimam.

5. Pulſus erat parvus, debilis, varius, int[...] cidens: Urina craſſa, turbida, rubicunda. Fac[...] à ſtatu naturali mutata multum, perturbata, [...] bilitata omnia.

6. Adhibita erant prioribus diebus prop[...] judiciô & conſiliô inventa & ordinata varia.

7. Symptomata, præſertim virium imbec[...] tas, quàm pro Febris & febrilis caloris rati[...] & naturâ, graviora, vehementiora omnia.

8. Mater & Filia timida. Et illa mortis, [...] auditæ ſaltem, hâc impatientior longè.

9. Conveniens purgatio & V. S. primis [...] bus, pro allevamento Naturæ fuiſſet utilis & [...] ceſſaria: Sed hôc tempore, hôc rerum ſta[...] impoſſibilis, inconſulta.

10. Morbum mitem videri, ſed fraudu[...] tum eſſe & periculoſum, cognoſcebam.

11. Macularum multitudinem (& quic[...] ſymptomaticè, à principiô ſtatim egreſſaru[...] pro ſufficientis evacuationis ſignô non h[...] bam.

12. Reputabam potius, majoris pravæ [...] teriæ copiæ argumentum.

13. Quippe cætera, ut dixi, non erant bo[...]

14. Summum vigorem, proximè inſtan[...] mortem excepturam metuebam.

15. Quid ergò facere debuiſſem? Al[...] Medicum accerſere teſtem? Vetabat abſe[...] longinquior, moræ periculum. Subibat [...] nullas ſolâ imaginatione & timore in pe[...] incidiſſe: Pravis, procul dubiô, humoribu[...] Cor revocatis & ibidem concentratis. [...] nullos confeſtim ſuffocatos.

16. Eâ ſolummodò Medicinæ Parte uti, [...] prognoſtica appellatur, & abire? Sed tum, [...] incommodum poſterius, ad minimum a[...] debuiſſem crudelis, aut planè deſertor, [...] hoc homicida proclamari & fortè accuſari.

17. Quid ergò feci? Cum diſcrimine f[...] & exiſtimationis meæ maximô (ut tum d[...] nunc manifeſtô conſtat) ægrotantis ſal[...] promovere annixus ſum.

18. Eloquebar primò morbi ſpeciem [...] verendo Dn. Paſtori, quem ſupra nomin[...] Latinis verbis, quæ cum putrida bile, p[...] mum petechialis erat; innuebam non c[...] periculô, nec tam mitem eſſe, quàm ille ſc[...] rit, aut videatur.

19. Poſt horam unam aut alteram M[...] Filiâ remotæ idem morbi nomen detege[...] Periculum tamen ſubticebam.

20. Deinde DEO precibus, Naturæ & [...] ſubminiſtratione convenientium & tut[...] medicamentorum, negotium committeb[...]

21. Et quia optimum inter reſtantia ju[...] bam, quòd Naturam vitioſam materiam a[...] ripheriam corporis, & ſic à majoribus va[...] minora protrudere, viſceraque eô modô lib[...] ce[...]

iantem animadverterem, tanquam Mini-
r eam nequaquam impedire, ſed pro virili
juvare volui.
22. Juſſi igitur Ægram in lectô mediocriter
idô detineri.
23. Propinavi pulverem cordialem expel-
ıtem, ex granis aliquot lapidis Bezoar veri &
ientalis(quem integrum ad manus habebam)
expellentis mei (ex unicornu, Magiſt. mar-
r. corall. &c. & aliis conſiſtentis) confectum,
ıem in noſtrô Pharmacopoliô ordinavi, & in
amplurimis magnarum virium deprehendi.
o vehiculô utebar tantillo julebi ex aq. ſcab.
r. calend. fruct. rub. idæi & ſyrupi gran.
nfecti.
24. Idem medicamentum ſecundâ vice, die
dem, repetebam. Et unà rotulas liberantes,
r intervalla ſumendas exhibebam.
25. Victum imperabam tenuem, potum
pidum.
26. Pro temperandô collô & Epate Empla-
um de melilotô vulg. imponebam.
27. Ad revellendum â capite ſub pedum
ncavô Emplaſt. ex fermento vet. acetô, ſale
ſapone Venetô collocabam.
28. Os aquâ roſ. acet. & ſacch. (quia aliis de-
tuebar) ſemel atque iterum purgari curabam.
29. Aërem in conclavi baccis Junip. & aliis
eravi.
30. Animúmque & Matri & Ægrotæ boni
entus promiſſione addebam.
Ita curatio, parte ſextæ diei, quâ aderam,
ragebatur.
31. Sub crepuſculô veſpertinô (quia plura
edicamenta in promptu habere deſiderabam)
ictô pulvere manè exhibendo & ordinatis ali-
peragendis omnibus, ipſus Soram abibam, &
præſentiâ meâ Decoct. ſcorzon. & alia (quæ
oſtendi, ſi opus, poſſunt) præparari cu-
bam.
32. Summô manè reverſus Virginem clam
atre, ἐφοδίῳ ſacratiſſimô corporis & ſanguinis
ſu Chriſti cibatam: Et Sponſum nobiliſſimum
judiciô & candore paratiſſimum, mihíque
ecantea notiſſimum & Amicum) aſſidentem
on ſine gaudiô offendebam.
33. Cum Generoſô Sponſô paululum de
orbô & aliis locutus pulſum Ægrotæ & alia
plorabam. Et cùm mediocria omnia de-
ehendebam, & prætereà ſudorem ſatis copio
m & naturalem animadvertebam, nonnihil
i concipiebam.
34. Quam majorem, quàm in me erat,
n aliis, ſolùm in ſalutem decumbentis & ſo-
um Matris & futuri Conjugis, verbis com-
nicabam.
35. Regioni cordis intereà & pulſibus extra,
e venenum averruncarent, malignitati reſi-
ent, cor recrearent, ſpecies diamargarit.
id. ad hos fines & facultatem vitalem refici
am, commendatiſſimas, in acetô rutaceô
defactas, teporatas, apponebam.

36. Ultra pulverem præcedente veſpere de-
relictum, paululum de Elect. confort. nonnun-
quam aliquot rotulas liberantes, exhibebam.
Decoctum quoque Scorzoneræ, loco potus,
tepidè aliquoties propinabam.
37. Ipſe totâ penè die aſſidebam, & luctam
Naturæ & morbi obſervabam accuratè, & ubi
poteram & neceſſe erat, naturæ conſolatione
plenis verbis & factis ſuccurrebam.
38. Circa meridiem, quaſi deſperaret de tan-
tæ materiæ, per ſolum ſudorem, evacuatione,
Natura quoque ad alvi fluxum convertebatur.
39. Quem ex eâ ratione inhibere nolui, quod
Criticus & ipſe videbatur, nec modum exce-
debat.
40. Alterantibus igitur & malignitati reſi-
ſtentibus inſtabam.
41. Tempore cœnæ cibum poſtulabat,
quem etiam concedebam.
42. Sed non ita longum poſt eo aſſumpto,
dum Nos alii ſuper mensâ eramus, diſparent
peticulæ ad unam penè omnes.
43. Vel quod robur Naturæ non amplius erat,
& cibo (licet pauco & ſatis tenui) coquendo &
materiæ malignæ ad exteriora propellendæ.
44. Vel quòd viribus morbus jam planè ceſ-
ſerat & appetitus non naturalis, ſed ſolùm ex
ſummâ imbecillitate proficiſcens fictum quid &
præter Naturam quaſi ſugillans fuerat.
45. Materiâ nimirum, quæ prius ad ambi-
tum corporis ferebatur, intro rurſum ad caput,
cor & alias partes internas vergente.
46. Quemadmodum in moriturìs, præſertim
hoc morbo, hoc & aliis temporibus ſæpiſſimè
fieri obſervavi, & ab aliis obſervatum audivi.
47. Nuncio igitur de eo accepto, de men-
ſa ſtatim proſilio & ad conclave, in quo Vir-
go erat, accurro.
48. Quem, renuentem licet, tamen &
Sponſus & Mater ſequebantur.
49. Diſparitionem puncticularum video,
pulſum planè debilem ſentio.
50. Spem, vultu & verbis, quantum poſ-
ſum, ſimulo, dolorem altum mente premo.
51. Ad remedia tamen potius, quam plo-
ratum confugio.
52. Frictiones extremorum ilicet inſtituo.
Epithemata renovo. Pulverem cordialem & ex-
pellentem cum julebo reitero. Verbis conſola-
toriis ſuper eâ re contriſtatos & perturbatos eri-
go, promiſſionibus firmo. Reliquum iterum
Deo & Naturæ committo.
53. Adſtamus aliquamdiu, videtur Virgo
vires paululum recipere, loquitur hilarius! Ad
hypocauſtum viciſſim amandamur.
54. A cœna viſitamus. Ad decimam mane-
mus. Tum neſcio quâ de cauſa diſcedere
cogimur.
55. Circa undecimam viſito iterum. Ad
ſomnum ſe componere expetit. Concedo.
Quî enim aliter poteram? quî debebam?
56. Adſtantes (quæ numero multæ erant, dili-

gentia laudabiles) ut officium ſuum ſedulò faciant, admoneo.

57. Si obſervent aliquam in Virgine mutationem, me ſtatim adfuturum vocatum promitto.

58. Diſcedo & in proximô cubiculo, ut eram indutus veſtibus ſuper lectô, per horam, inſomnis recubo, vocor, adſum, agonizantem & mentis non amplius compotem conſpicio. Aquæ apoplecticæ (ne quid intermiſſum videatur) nonnihil interius & exterius, pro refocillatione applico. Sed in caſſum.

59. Ibi verò Matrem & Sponſum properis acciri jubeo nunciis. Quibus accedentibus & Matre horrendum in modum ejulante & capillos inſolabiliter vellicante, brevi mortua eſt, placidè & beatè.

Et hæc etiam, quæ egi ſeptimâ die, & eventus morbi.

60. In quibus omnibus ſi quid peccatum ſit, id eſſe oporteret, quòd inſtantis mortis patefactione ululatus iſtos non paulò citius concitarim, & ita morbo, contra naturam, ſuppetias tulerim, aut potius, ante ſummam & extremam neceſſitatem tradiderim, occaſionemque ut aliæ (Nobiles fortè Matronæ) convocatæ in præſentiſſimum contagionis periculum conjici potuerint, ſubminiſtrarim.

61. Quod enim de herbis refrigerantibus lectô & corpori fertur applicatis, fabula eſt, honeſtis, apprimè verò Regiis, auribus indigniſſima. Gravius non dicam.

62. Salignos ramulos aliquot ſextâ die ad aërem, pro conciliandô ſomnô, aliquantulum diſponendum, exemplo magnorum Medicorum, in lectô ligneô, longè ab Ægrotæ corpore, circum circa figi curavi.

63. Et, ſi quid aliud cum herbis præterea factum (de quô tamen valdè dubito, & in memoriam certò revocare nequeo) unum atque alterum Lactucæ, eâdem intentione, temporibus & fronti Ægrotantis eôdem die ſextô, applicatum fuit folium.

64. Ex quô tamen (ut res ipſa clamat) nihil mali ſentire potuit, nihil ſenſit.

65. In reliquis omnibus (quantum Ego quidem judicare queo) arbitror me, omnium æquorum rerum æſtimatorum calculô, fidelis non tantùm, ſed prudentis, & circumſpecti Medici (ut citra jactantiam ita loqui liceat) officium impleviſſe, aut implere ſaltim voluiſſe.

66. Et, ſi aliud de me ad Regiam Majeſtatem ſit delatum, delatores ſuo exemplo veritatem juſtiſſimæ confirmare querimoniæ, quam divinus Hippocrates jamdudum de indigniſſimâ Nobiliſſimæ Medicinæ & ejus peritorum Medicorum habuit miſeriâ, ubi ſcriptum reliquit: In Arte Medicâ quæ rectè fiunt, plerumque quidem hominum vulgus non admodum laudat. Sæpè verò Diis attribuit. At, ſi in aliquô repugnans Natura, eum, qui curatur, interemerit, Numen prætermittens, Medic[um] incuſat.

67. Aut quod alius habet: Calumniam ſ[...] per invidiâ, odiô, aut ſimili affectu radicatam nullas vereri fores, quovis gladiô ancipite eſ[ſe] penetrantiorem, nullique rei, neque poſſeſſi[o]ni, neque famæ, neque vitæ ipſi parcere.

68. Contra quæ mala in peregrinô locô re[]medium ſi mihi extaret nullum, patienter [&] æquanimiter ferrem, & Deo

ὅς ἔχει ἔκδικον ὄμμα,

committerem, vitam, rem, decus,

Arbitrio unius, qui
Animi mihi ex ſententiâ
Confecta redderet omnia.

69. Verum enim verò, ſi tale quid factur[] â ſummô, prudentiſſimô & juſtiſſimô Magiſtr[a]tu, contra tam perperam judicantes, aut ta[m] parum benevolè accuſantes, aut ſaltem def[e]rentes certiſſimum ſpero auxilium.

70. Qui me (non ex triviô advolantem, ſ[ed] ex Celeberrimis Univerſitatibus venientem, [ſu]premô in Philoſophiâ & Medicinâ Gradu, laudatiſſimis, legitimè & ſolemniter deco[ra]tum, â multisque Principibus, Academiis, C[i]vitatibus & aliis, hæc antea, expetitum, p[ost] infinita ferè, per Germaniam & Daniam, p[lu]ribus quam octodecim annis, non tantum L[e]ctionum & Diſputationum, tam publicaru[m] quàm privatarum, ſed & graviſſimarum Cu[ra]tionum, laudabiliter, ſpero, edita ſpecimi[na,] ex ſingulari & nunquam ſatis deprædicanda C[le]mentiâ Regiâ, in regiam & equeſtrem ſu[am] Soranam honeſtè vocari, ibidemque Pra[cti]cum & Prof. P. ampliſſimô ſtipendiô conſti[tuere] voluit.

71. A tam Clementiſſimô & Potentiſſi[mo] Evergetâ, certiſſimum, in causa hâc ju[ſta,] ſpero auxilium.

72. Et in ejus imploratione humilimâ, ſu[b]ectiſſima, devotâ, obnixâ, tandem finio [&] confidenter acquieſco.

Hafniæ inclutæ, ὡς ἐν παρόδῳ, αὐτο[σχε]διαςί. 17. Septembr. Anno Æræ Chriſti[anæ] CIƆ IƆCXLIV.

Georg. Krugk,
Phil. & Med. D. in Reg. & eq. Ac[ad.]
Soran. Pract. & P.P.

Reſponſum Facultatis Medicæ Hafni[en]ſis, deſuper methodica & genuina fe[]bris petechialis curatione.

ANNO MDXLIV. 26. Septembris mandatô Sereniſſimi Regis & Domini [no]ſtri Clementiſſimi, juſſu Per-Illuſtris, Ma[gni]fici & Generoſiſſimi Domini Cancellarii, CHRISTIANI THOMÆI &c. convo[cati] convenimus in locô Conſiſtorii Acade[mici] Nos infraſcripti, ut in Curam D. Ge[org.] Krugkii, quam adhibuit Nobili Virgini A[] Bruske, inquireremus. Prælectis ergo [] fati Doct. Krugkii literis, datis Hafniæ 17 [Se]ptem[bris]

embr. 1644. iiſque diligenter examinatis, prehendimus Eum ex methodo morbi iſtius ram inſtituiſſe, neque nos in ea quidpiam ſiderare poſſe; id quod manuum noſtrarum ſcriptione teſtamur. Actum Hafniæ, an- & die, ut ſuprà.

Vid. Ciſta Med. Hafnienſis Thom. Bartholini Loc. 43. p. 458.

CASUS XX.

DE CRIPTIS MEDICORUM,

An liceat eadem in Epitomen redacta publici juris facere.

Requiſitio.

P. P.

Nnotuerit ſine dubio & ad manus fortè erit Prima pars Lexici mei N. N. in cujus Rubrica teram ejus Patrem olim promiſeram; poſt- am ergò promiſſis meis ſteti, hancque ſeme- i hoc hyemali prelo ſubjeci, lis mihi ſumma is ergò movetur. Bibliopola ſcilicet NN. ui horis ſucciſivis Concordantiam quandam nnium N. conſcripſi, in quâ omnia Com- ſita Pharmaceutica ſub Titulos morborum degi, notiſque & Cenſuris *Ludovici*, *Hof- nni*, *Zvvelfferi &c.* illuſtravi, ita ut in agnæ molis opus in 4. ſuccreverit) valdoperè contra ſecundam hanc Lexici partem oppo- : (in quam ea tantùm compoſita recepi & in- ui, quæ in priori parte Lexici, tanquam nus uſualia, omiſeram) conquerens libel- m hunc libro ſuo inſigne detrimentum adfer- poſſe; contra quod quidem in medium at- li, quòd, cùm prior pars, in qua tamen agis uſualia & neceſſaria recenſui, nullum ipſi mnum intulerit, eò minus altera pars quæ inus uſualia continet, ipſi detrimentum ali- uod allatura ſit; addens ne minimum quidem contractu noſtrò, quem cum eo inii, con- neri, quòd de hac materia nequicquam am- ius edere, multò minus alteram Lexici mei rtem publicare debeam. Utcunque verò s ſeſe habeat, Bibliopola Præcipuorum gra m ſibi conciliavit, meque graviter urget, totis viribus annitens, ut opus hoc, quod imam ferè manum expectat & typis eſt ex- iptum, chartæ bibulæ miſceatur & qſ. anni- etur. An verò hoc hominis Chriſtiani ſit, n de jure id à me poſtulari poſſit, illud eſt, quo Deciſum aliquod, tum à Facultate idica, tum à Facultate Medica deſide- em.

Dnn. Profeſſoribus Juris igitur ſequentem pono Quæſtionem: An, poſtquam ante *Val. Pand.* aliquot annos in communi & univerſâ Materiâ Medica compendium aliquod, in formâ Lexi- ci Pharmaceutici conſcripſi & typis evulgavi, in cujus Titulò alteram ejus partem ſeu Conti- nuationem promiſſi; huic Lexicô autem ne- quicquam præter nudas formulas ſeu recepta, cum viribus & uſu, ut in Diſpenſatoriis occur- runt, inſertum eſt: Hanc ipſam materiam ve- ro poſtmodum, in forma cujuſdam Concor- dantiæ, ſub Titulos morborum, additis omni- bus cenſuris & notis Celebriorum Medicorum ita redegi, ut prolixum opus inde natum fuerit, quod totô cœlo à Lexico ratione diſpoſitionis æquè ac commentarii differt: An, inquam, per opus hoc manus ita mihi ligata fuerit, ut alteram Lexici mei partem, olim promiſſam mihi neque conſcribere, neque luci publicæ ex- ponere liceret, cum in contractu, quem cum Parte Adversâ ratione libri ejus, Corporis ſc. Pharmaceutico Med. inii, in terminis genera- liſſimis permanſerim, neque, ut ſuprà dictum fuit, inibi contineatur, me de hac materia ne- quicquam ulterius ſcripturum, multò minus alteram Lexici mei Partem, utpote quam in Titulo prioris partis promiſſam fuiſſe ipſemet probè ſcivit, luci publicæ adhuc crediturum eſſe?

Facultati Medicæ ſequentem quæſtionem decidendam committo:

Annon Compoſita Pharmaceutica pro univerſali & generali materia habenda ſint, de quibus Autor aliquis diverſas Diſpoſitio- nes formare, ut ſc. illa mox contrahat, mox cum commentariis, aut alia diſpoſitione ex- tendat & prolixius explicet, prout è re & ſalute publica id eſſe comperit, ad funda- menta incipientibus Practicis eò melius im- primenda, aut memoriam per compendia ſublevandam?

Hæ ſunt quæſtiones illæ, quarum deciſio- nem deſiderarem &c.

Affinis meus NN. propediem ad Vos ab- ibit, qui honorarium pro deciſione quæſtio- num requiſitum perſolvet &c.

Dn. mei Honoratiſſimi

Officioſiſſimus

N.N. Phyſicus N.N.

Reſponſum Facultatis Medicæ Giſſenæ, deſuper licentia ſcripta pharmaceutica pro- lixiora in epitomen & compendium redigendi.

AD quæſtionem à Dn. NN. Medico Cele- berrimo & Phyſ. NN. Nobis propoſitam: *Annon*, ſcilicet, *Compoſita Phar- maceutica pro univerſali & generali Ma- teria ſint habenda &c.* Vix aliter quam affirmativè reſpondere poſſumus, ſequen- tibus attamen conditionibus expreſſè præ- ſuppoſitis, ſi ſc. (1.) labores & ſcripta

ejuſmodi Autoris alicujus contractui illi, quem cum Bibliopola, ſuis impenſis illa edenti, inierat, aut & Privilegio ſive Regio ſive Cæſareô, ejus intuitu obtento, minus contrarientur. 2. Si Autor generalem ejuſmodi, ſed diverſimodè elaboratam materiam in uſum & emolumentum Emptoris bonique publici, neutiquam verò animô nocendi vel injuriandi quemquam Typis publicis mandaverit.

Quoniam ergò Dn. Phyſicus NN. quoad bina hæcce puncta modò allegata, tum in Duplicâ ſua judicialiter ventilatâ, tum & requiſitione ſua Nobis tranſmiſſa, prout nobis quidem videtur, ſufficientiſſimè ſe purgavit & explicavit; hinc, ut ſupra dictum, quæſtionem ab Eô propoſitam non niſi affirmativè decidere poſſumus: Atteſtante Sigillo Facultatis noſtræ. *Gieſſæ die* 11. *Maji An.* 1698.

Decanus, Doct. & Prof. Fac. Med. ibidem.

CASUS XXI.
DE ÆQUITATE SOSTRI POSTULATI.

Requiſitio.

P. P.

QUid litium Domino D. Hieronymo N. cum Paulo N. ratione ſoſtri interceſſerit, præſentes docebunt Literæ: Nobis autem non conſtat certò, quid hâc in re determinandum quoniam à noſtro foro alienum; ut itaque, an poſtulatio ſoſtri Domini D. Hieronymi N. ſit legitima ac licita? cognoſcamus, atque ſic intentionem Domini Doctoris contra Pauli N. ingratitudinem promovere queamus, humaniter rogamus, velint Excell. veſtræ ſententia ſua categorica, hac ſuper quæſtione, nos haut gravatim in forma probante informare &c. &c. *Dab. Freiburgi d.* 21. *Nov. An.* 1573.

Conſul & Senatus Freiburgenſis.

Reſponſum Facultatis Medicæ Lipſienſis, concernens ſoſtrum Medici.

P. P.

LIteras veſtras collegialiter inſpeximus, quid ratione ſoſtri determinandum? Nam injurias, quibus ſemet invicem affecêre litigantes, meritò à noſtra conſultatione removemus, utpote quæ JCtorum deciſione reſolvendæ. Ante verò quàm categoricum noſtrum judicium vobis ſuper quæſtione propoſita impertimus, ſcitu nobis opus eſt, (1.) quo morbo
Uxor Pauli N. fuerit correpta? periculoſi
enim eſt alter alterô, hinc Medicus etiam la
tius promerebitur ſoſtrum: Quoniam itaq
non expreſſum eſt in literis nobis tranſmiſ
(2.) an morbus fuerit contagioſus, acut
peracutus, venenoſus, chronicus? (3.) qu
ties Medicus patientem de die inviſerit? (
an quoque viſitationes nocturnas præſtiter
& (5.) quot ſeptimanas morbus iſte durave
ideò hac vice categoricè reſpondére nobis
impoſſibile; opus itaque erit inpoſterum,
has circumſtantias exprimatis, ne vel Reo
Actori per noſtram ſententiam aliqua acce
injuria aut moleſtia: Siquidem utplurim
Reus illud pernegat, quod actor affirmare
let, præſertim in ſolvendo ſoſtro. No
proinde ægrè ferre, quod petitioni veſtræ
ſolutè inſurgere non potuimus; quòd ſi v
ſufficienter hac in re fuerimus inſtructi, dabi
operam ſedulò, ut veſtro deſiderio ſatisfiat,
ſimul hoc monemus, quòd litigantes pro la
re futuro decem florenos, pro præſenti v
quatuor florenos, nobis tranſmittere tenean
totidem enim exigunt conſuetudines & ſta
noſtra &c. *Dab. Lipſiæ d.* 21. *Decembr.*
1573.

Vid. Amman. in Med. C

CASUS XXII.
DE ÆQUITATE SOSTRI

Requiſitio.

P. P.

COgimur Excellent. Veſtr. Caſum ſequ
tem exponere, atque ſuper eo judic
veſtrum expetere: videlicet villicus qui
non minimæ fortunæ, piſcatorem quend
abſque ulla occaſione data, lato quodam
tro, quo laniones utuntur, in dextra thor
parte vulneravit, verſus Diaphragma: vu
ipſum erat profunditatis duorum articulo
atteſtante hoc inſpectione vulneris ſub A
quo vulnere ſanguis (erat enim ſauciatus
mo corpulentus & ſucciplenus) tam cop
prodiit, ut, ſpiritibus tandem deficienti
Lipothymia immineret. Hujus vulnerati
noctuque ſedulam curam geſſimus, præ
tim ego Medicus, & quidem per integ
menſem, ipſum viſitando, plagas & vul
mundificando, medicamenta conveni
internè præſcribendo, quibus etiam, Dec
nedicente, ita profecimus, ut patiens ab o
ſymptomatum periculoſa invaſione liber
manſerit, & tandem ſanitati priſtinæ reſ
tus fuerit. Deinde Reus etiam in ipſo tu
tu, dum cultrum ſibi extorqueri non fuit p
plagas varias in capite à lictoribus acc
q

em in carcere aliquoties inviſimus, etiam eâ-
n nocte, è quo ad inſtantiam noſtram, quia
alorem ejus perferre non poterat, liberatus,
compedibus vinctus ad Chirurgi ædes ebrius
hûc deductus fuit. Diſcuſsâ ebrietate, & poſt-
am de vulneratione piſcatoris periculoſa in-
livit, profuſis lachrymis me rogavit, ut de
era, de induſtria mea nihil remitterem, ne
vita vulneratus periclitaretur, ſanctè promit-
do, ſe omnia adæquaturum eſſe juſtâ ſoſtri
ſolutione.

Finitâ feliciter curatione, tàm in Reo, quàm
Piſcatore, ego pro vario labore, formularum
eſcriptione, conſiliis variis, quadraginta,
irurgus autem ſedecim Vallenſes poſtulavit.
rùm Prætori iniqua viſa fuit hæc ſoſtri ex-
io, ideò ex officio, meam ad triginta, Chi-
gi usque ad 6. eſt moderatus. Non poſſumus
em hâc exiguâ pecuniâ contenti eſſe, quia
) vulnus hoc fuit periculoſum, ergò etiam
bis laborioſum. (2.) Ipſe reus non adeò ege-
s, ſed lautioris fortunæ, (3.) in contemptum
s noſtræ vergunt ejusmodi ſoſtrorum muti-
ones, adeoque ſic de ingrato villico verum
ditur, quod in communi ajunt:

Ruſtica gens eſt optima flens, ſed peſſima ridens:

Ungentem pungit, pungentem Ruſticus ungit.

ò ad Veſtras Excellent. confugimus, majo
 in modum petendo, velint per ſententiam
 certiores reddere: *Utrum ſoſtra à Prætore
præciſa accipere, vel eadem ſine prævia
deratione, unà cum expenſis poſtulare
eamus.* Dab. Leucopetræ d. 12. April. An.
17.

D. Paulus N. Phyſicus.
Michael W. Chirurg.

A.

Inſpectio Vulneris.

 pago Korbetha vulnus Georgii N. Piſcato-
s legitimè inſpiciebatur, quod ipſi heri circa
am veſpertinam, in caupona cultro lato &
to (Brotmeſſer) erat inflictum, palmoque
abat à dextra mamma, in thoracem pene-
s deorſum, verſus diaphragma, longitudine
rum articulorum, quod Chirurgi habebant
 vulnere, quod ipſi vocare conſueverunt, ci-
 Doppel Kämpffer, &c. &c.

---

*ſponſum Facultatis Medicæ Lipſienſis,
icet ſoſtrum à Medico & Chirurgo poſtulatum, eſſe omni ex parte æquum.*

 curatione vulneris, quod villicus quidam
iſcatori cultro lato & acuto inflixit, & quod
ore inſpectionis, duos articulos longum, us-
 in cavitatem thoracis penetravit, quid pro-
iti ſitis, non ita pridem ex nobis quæſiviſtis.
nſideratis itaque circumſtantiis omnibus &
ſingulis, præſertim quia per integrum menſem
hæc Cura fuit inſtituta, & à Domino Medico
pariter medicamenta ex Officinâ propriâ ſuppe-
ditata, pronunciamus: *Quòd Vobis Reus quadraginta unciales perſolvere teneatur, ſine prævia moderatione, Chirurgo verò ſedecim,*
quod ipſum quin jure exigatis, dubitamus nulli:
Vita enim tam Rei, quàm vulnerati, quæ à Vo-
bis hâc ratione fuit conſervata, nullam cum
tam exiguo ſoſtro habet proportionem. *Dab. Lipſiæ d. 29. April.* 1617.

CASUS XXIII.
DE SOSTRI ÆQUITATE.

Requiſitio.

P. P.

SExennium nunc eſt, ex quo Conſulem hu-
jus loci variis è febribus, hæmorrhagiis, peri-
culoſis catarrhis, annuatim præſervando, par-
tim etiam curando, eripui, inſuperque præterito
anno 1620. cùm à feſto Paſchatos usque ad fe-
ſtum Bartholomæi, Aſcite, ex vini meracioris
potu nimis crebro contracto, detineretur, bono
cum Deo reſtitui; nunc ſoſtrum, cujus ſum-
mam centum Vallenſibus complexus ſum, ſol-
vere omnibus modis detrectat, ac ſi inſolens &
iniquum foret; ne itaque anſam calumniandi
aut traducendi eidem ſuppeditem, judicio Ve-
ſtro hac in parte me ſubmittam, officioſè ro-
gando, velint moram atque curationes morbo-
rum rite perpendere, & ex amore veritatis poſt-
modum pronunciare, *utrum non, rebus ſic ſtantibus, centum Vallenſes, ſoſtri loco, ſim promeritus?* &c. Dab. Leucopetræ d. 16. Ja-
nuar. An. 1621.

Jacob. N. D.

Reſponſum.

P. P.

PRo ſexennali labore, atque multiplici di-
verſorum morborum curatione, quod vo-
bis Abraham N. ſoſtri loco debeat? ſcire à Nobis
deſideravit. Penſitatis proinde omnibus, quæ
hanc ad rem facere videntur, dicimus: quòd
rigore noſtrorum ſtatutorum, à Sereniſſimis Ele-
ctoribus confirmatorum, propter operam tàm
in acutis, quàm chronicis morbis Abrahamo N.
præſtitam, vobis optimo jure debeantur 100.
Vallenſes. Nam ſi ſolùm quindecim pro annuo
ſtipendio numerarentur, vix tamen ulla iniqui-
tas exinde concludenda &c. Dab. Lipſiæ d. 26.
Januar. Anno 1621.

Vid. Amman. in Med. Crit.

CASUS XXIV.
DE
SOSTRI ÆQUITATE.

Requiſitio.

P. P.

DUbium oritur ratione ſoſtri, ideò narrationem facti, ſine moleſtia tamen Excell. Veſtris transmittere coactus ſum. ſcil. Prætor & Camerarius hujus Civitatis Joh. N. vir plethoricus, & tamen conſtitutionis calidæ, & quoad humoris prædominium, bilioſæ, prout ex calore & rubore externo, actionibusque animi concitatioribus colligere erat: poſtquàm menſe Novembri præteriti anni immodicum vini exceſſum (quo aliâs præter Medicorum monita ſemper ſe oblectabatur, hincque variis affectibus catarrhoſis ſe obnoxium reddebat) commiſerat, atque ſic Archæum ventriculi maxima ex parte peſſum dederat, exceſſum priorem emendare volens, vitrum *elixiris Matthioli* ebibit, unumque adhuc, niſi duo Medici prohibuiſſent, aſſumpturus, quô factô, inſequente nocte paroxyſmum ſyncopalem perpeſſus, ſubſecuto rigore fortiſſimo, à quo ſe vix calore hypocauſti lectivè defendere valuit. Deinde præter vires Curiam viſitavit, morbum ſic eluſurus: tandem malo iſto indies majores acquirente vires, me, tanquàm ſuum Medicum domeſticum, vocavit, petendo, ut de diligentia mea in eo reſtituendo nihil remitterem, hâc promiſſione, ſe velle gratitudine ſuâ quævis æquare. Ratus ſum hoc mei officii, examinavi proinde affectum, (præterita in Diætam delicta magno ſtudio occultando) cum ſæviſſimis ſuis ſymptomatibus, deprehendi tandem, eſſe quandam Colicam paſſionem, non ſine malignitate ſcorbutica, quibus indicationibus obſervatis, etiam Deo dante intra octiduum priſtinæ ſanitati reſtitutus. Tunc iterũ commiſſo in Diæta errore Recidiva multo crudelior ſuâ Radice ſubſecuta, quam majori induſtriâ oppugnare neceſſum habui, ita quidem, ut intra 14. dies ἀνωδυνία & morbi ſolutio eſſet conſpicua. Aſt tertiâ vice affectus idem patientem invaſit talibus torminibus & cordis anxietatibus, ut videretur conclamatum; quâ occaſione D. N. in conſilium & concurrentiam vocatus, verùm morbi vehementia, & patientis indomabilis in Diæta licentia omnem adhibitam diligentiam eluſit. Denique adhibitis ex Methodo, quæ adhiberi debebant, dolores remiſſiores facti, relictis tantùm vagis, modò in dorſo, modò in coxis, & ſcapulis, cum angina ſatis manifeſta ac moleſta, quæ propter ſymptomata funeſta, ut dolorem & deglutiendi difficultatem, item propter inflammationem ad interiora, periculoſa ſatis erat, imò lethalis, cui prognoſtico eventus adſtipulatus, mortu[us] enim patiens leviculo delirio antecedente, comate hypnode. Propter has Curationes c[o]llectivè ſumptas, quæ in 15. ſeptimanam prot[ra]ctæ, dum patientem ſexies, imò ſepties de[die] viſitavi, imò per integros dies & noctes (teſt[an]tur hoc relicti hæredes) ipſi præſtò ſui, deben[tur] mihi publicato Dn. Prætoris Teſtamento, t[anto] quàm ab ampliſſima hæreditate, utpote qua[e in] parata pecunia ultra 20000. Imperiales, in [bo]nis immobilibus & metallifodinis ultra 400[0] Vallenſes ſe extendit, debentur, inquam, 1[50] Vallenſes, hebdomadatim poſcendo dec[em] imperiales; quantum enim recordor, tant[um] vigore ſtatutorum veſtrorum debetur med[ico] in acutis morbis. Excipiunt contra hoc ſoſtr[um] hæredes, 1. me accepiſſe 20. Imperiales in [an]teceſſum; 2. veſtem lugubrem cum pallio, q[ui]bus poſſim & debeam eſſe contentus. Quia v[ero] hâc ratione ludibrio & contemtui expon[itur] ars noſtra, & media ad vitam neceſſaria [hoc] modo abſcinduntur, peto perquàm officio[ſe], velint me informare ex Statutis veſtris, *q[uid] jure poſcere debeam? utrum non à tàm [am]pliſſima hæreditate, & pro tàm vario ac [di]turno labore & ſtudio* 150. *Vallenſes, ſo[ſtri] loco, exigere debeam?* Dab. Zwickaviæ [.] Jul. 1638.

Chriſtian. N.

Reſponſum Facultatis Medicæ Lipſien[ſis] ſcilicet ſoſtrum hoc eſſe juſtum.

IN puncto Curationis, quæ Prætorem Sc[h]bergenſem concernit, expenſis omnibus [cir]cumſtantiis, dicimus Reſponſionis loco: q[uod] Claritas tua optimo quidem jure tantum, ſ[oſt]ri loco, poſcere debeat, verùm quia valor ſt[atu]torum noſtrorum ad montanam regionem [ſe] non extendit, nec ipſi in hac cauſa Judices [eſſe] poſſumus; ideò amicabili compoſitione n[egotium] melius forſan ſuccedet: Nam ab ing[rato] melius eſt aliquid quàm nihil accipere. [D]b. Lipſ. die 12. Jul. Anno 1638.

Vid. Amman. Med. C[rit.]

CASUS XXV.
DE
PRÆCEDENTIA MEDICI-NÆ DOCTORUM.

Deciſio & Sententia Dnn. Scabinor[um] Electoralium Lipſienſium, deſuper jure [προε]δρίας Doctorum Medicinæ & Quæſtor[um] Electoralium.

P. P.

OBortô inter Tuam Cl. & Quæſtorem [E]lectoralem illius loci in puncto præcede[ntiæ] &c.

ſeſſionis ſuperioris diſſidio, dum Quæſtor odò dictus jus *πρoεδρίας* T.C. dubium reddere, ique arrogare voluit, ita quidem, ut in con-iô Senatoriô illi poſthabitus fueris. Licet au-n à Serenitate ſuâ Electorali eò, ceu Quæſtor æfecturæ, ſit vocatus, T.C. quoque aliquam larii portionem exſolvere teneatur; quia ta-n ſalarium hujusmodi ſine diſcrimine Perſo-rum earumque qualitatem jus præcedentiæ n conſtituit: Tu verò non tantum Literatus, l & in Medicinâ ſummô Doctoris Gradu inſi-itus,& præ aliis honoribus variis & privilegiis tatus es, abhinc nuda ſalarii ſolutio præce-ntiam non tribuit: Tibi inſuper ab Electorali Serenitate non minus ſalarium aliquod gra-sè conſtitutum eſt &c.

Hinc Tibi, tanquam Doctori præcedentia ſioque ſuperior præ Quæſtore meritò debetur, c unquam huic poſtponi poteris: Idque jure ritò. *Dresdæ Menſe April. Anno* 1647.

Aliud ejusdem tenoris Reſponſum è *Carpzo-vii Deciſ.* 110. *Part.* 2. Vid. apud B. *Dn. Itterum in Tr. De Gradibus Academicis Cap. X. §. pag.* 392.

CASUS XXVI.
DE PRÆCEDENTIA MEDICINÆ DOCTORUM.

Requiſitio.

Uperintendens oppidi Electoralis Saxonici, Rochlicii, isque Doctor Theologiæ, hacte-s jus *πρoεδρίας*, præ Phyſico Provinciali illîc bitante, ceu Doctore Medicinæ, durante vitâ, c ullâ diſputatione obtinuit. Quùm verò ortuo hôc Superintendente, in locum Ejus aconus illius loci, nudus quidem Magiſter, per evectus fuerit: Ego verò, Phyſicus p.t. ovincialis & Doctor Medicinæ, novo huic perintendenti, ſine legali informatione, præ-dentiam eam ob cauſam indulgere dubito, uia 1. Ipſemet, tanquam Doctor Medicinæ uodecennis,& per XVI. annos Phyſicus Pro-ncialis Ordinarius vereor, ne, ſi jus *πρoεδρίας* illi derem, dignitati Doctorali in præjudicium rgat. 2. Ejusdem cum novo Superintendente ætatis ſum, qui è contra 3. neutiquam Doctor promotus, ſed merus tantùm Magiſter eſt. 4. In unâ eademque Civitate Diaconi munere fun-ctus,& 5. præcedentiam mihi, in quibuscunque conventibus ſemper conceſſit;

Hinc Dominos meos Honoratiſſimos rogi-to quàm officioſiſſimè, velint haud gravatim è jure me informare, an ipſemet, tanquam Medi-cinæ Doctor, præcedentiam, præ novô Superin-tendente, de jure mihi arrogare poſſim? quod debitâ gratitudine nunquam non remuneratu-rus perſevero

Honoratiſſimorum meorum Dominorum

D. Rochlizii die 18. Jun. 1680.

Officioſiſſimus

D. Gottofredus Schvvelke Phyſ. Provinc.

Reſponſum Dnn. Scabinorum Elect. Lipſienſium.

P. P.

AD quæſtionem propoſitam, Nos Scabini Electorales Lipſienſes juri conſentaneum eſſe dicimus:

Officio Superintendentis, in Oppido Electo-rali Rochlicenſi, hactenus vacanti, Paſtore ejus-dem loci, qui Magiſterii Gradu gaudet, admotô, quæritur, *an illi præcedentiam indulgere te-nearis*?

Utut verò allegari poſſet, officium Superin-tendentis munus ſacrum & inſignis authoritatis eſſe:

Quoniam tamen Gradus Doctoratus non minori Prærogativâ gaudet, ac regulariter omnes Doctores quarumcunque Facultatum Magiſtris anteponendi ſunt: De cæterô verò Inſpectio, quæ Superintendentibus committitur, non ſemper Dignitatem illam conjunctam habet, juxta fuſiorem tenorem quæſtionis Tuæ;

Hinc, niſi aliæ circumſtantiæ concurrant, di-ctus modò Superintendens, tanquam Magiſter Tibi, ceu Veterano Doctori Medicinæ & Phy-ſico Provinciali anteponi non poterit: Idque de jure. Atteſtationis ergò Sigillum noſtrum ap-primendo. *Sign. Menſ. Jul.* 1680.

Scabini Electorales Lipſienſes.

PAN-

PANDECTARUM MEDICO-LEGALIUM
PARTIS I.
SECT. V.
DE
RESPONSIS DIÆTETICO-FORENSIBUS.

INTRODUCTIO.

§. I.

UTut ſæpiſſimè Conſilia quædam Diætetica, tam à Magn-i-bus & Perſonis Publicis, ſive ad conſervationem ſui, ſive d Principum Juventutis educationem feliciorem, quàm à P-i-vatis expetantur, ſicut prioris exemplum in CAS. I. po-ſte-rioris verò in Teſtimoniis, ad obtinendam diſpenſation-a, quoad cibos quadrageſimales, in Eccleſiâ Romano-Catholicâ neceſſa-s, & in CAS. II. allegatis, occurrit, eaque de causâ prolixus admodum h-ic in parte ſit *Fortunatus Fidelis Lib. 1. de Relation. Medic. Sect.* 1. 2. 3. 4. Utu & à Magiſtratu Politicô, ad præcavendam infectionem, ſive ab inundati-i-bus aquarum, in CAS. III. ſive à Peſte, Febribus Petechialibus, Dyſe-e-riâ &c. in vicinia tunc graſſantibus, pertimeſcendam, talia frequentiſſ-iè deſiderentur; hîc tamen eorum tantùm mentionem faciemus, qua-in forô ſæpè litigandi materiam ſubminiſtrant, adeoque majori fortè -re quæſtiones Medico Legales audiunt.

§. II.

Inter illas autem hôc in locô non minimi eſt momenti, quæ de -re habitationis ventilatur, quod ipſum non tantùm Eruditi privilegiat-m obtinent, adeò, ut Mechanici opificiis ſuis tumultum & ſtrepitum e-ci-tantes in illorum vicinia non tolerentur: Sed & plebeji hîc jus expelle-di habent, atque iis, qui materiam ſanitati vitæque incommodantem -a-ctant, denegare ſolent, *conf. Stryckius de jure ſenſ. Diſp. V. cap. 3. p.* 322. -iô in paſſu Medici quoque conſuli & requiri ſolent, v. g. an fermentum -el-lionum, aut aliorum opificum, aërem peſtilenti fœtore inficiat? in C-S. IV. quod idem An. 1718. de ſubſtructionibus ſalinarum exhalat-iis (von den Leckvvercken) quærebatur à Facultate Medica Giſſena, -æ ob fixitatem ſalis negabat ab illis aërem poſſe infici. Item an illi, qui -m peſte infectis converſati ſunt, una cum aliis habitare poſſint? vid C-S. V. Quò & Carcerum inſpectio referenda eſt, quæ, ſi incarcerati eoſ-m vitæ & ſanitati periculum inferre conquerantur, Medicis ſæpe comr-tti ſ-et,

let, ut à *Magnif. Dn. Bohnio in Medic. Forenſi*, indeque petito CAS. VI. bſervatum fuit; licet Commiſſarius Med. ſi & ipſe morbum inde pertineſcat, non teneatur præciſè ingredi ipſe carcerem, ſed alii loci perito, .g. Murario id delegare poſſit, *vid. Stryckius l.c.p.292.*

§. III.

Quin & de reliquis rebus diæteticis, ſeu, ut vulgò audiunt, nonnauralibus, litigia quædam moventur, ſiquando, v. g. in Convictoriis publicis de cruditate eduliorum conqueruntur Alumni in CAS. VII. quibus, t in omnibus, ſaluberrimè proſpexerunt Statuta Acad. Giſſ. quæ *Tit.* 112. *De Stip. Præfecto* cavent: Ut omnes eſcæ purè & bene coctæ, & vaſa cereviiæ impolluta, neque oſſa carnibus nuda apponantur, ſed candidè Præpoſius agere jubetur, hac ratione benedictionem, ſecus faciens, maledictioem Dei ſenſurus Quod de noxa potus aſſumpti quoq; procedit, ut in CAS. III. aut quando in pomorum, agrorum, pratorum, paſcuorum, fluminum fontium intoxicationem inquiritur, ſivè veram, ut in CAS. IX. ſive fictiiam & imaginariam in CAS. X qualis & anno nuper effluxô 1699 Francourti ad Mœnum ſe trudebat, ubi cum menſe Auguſto rumor ſpargeretur, ontem â Gallis quibuſdam, peregrè adventantibus, intoxicatum fuiſſe, uſſu Magiſtratus aquæ prorſus exhauriebantur, ut corpus delicti in fundô orte inveniretur, utut tunc temporis nil niſi bacos quoſdam reperierint. n tinctura ex pannis recenter tinctis elutriata piſces interimere & hominiius noxam inferre valeat? Facultas Medica Lipſienſis ita decidit, quod alia tincturarum corroſiva aquas quidem propiores inficere, ſicque piibus & hominibus nocere poſſint, remotioribus autem ad 700. aut 800. aſſus diſtantibus non incommodent, vid. *Zittmannus in Med. For. Cent. 3. Caſ. 97. p. 850.*

§. IV.

Prorſus verò curioſum eſt, quod o là imaginatione & terrore â talpâ, otui injecta & pro mure majore habita, mors inſecuta fuerit, de qua *Facultas Medica Giſſena* olim requiſita fuit, cujus Reſponſum à *D. D. Tackio, Archiatro & Prof. Prim.* eruditè reſolutum, vid. in CAS. XI.

CASUS I.

DE EXERCITATIONE CORPORIS IN PRINCIPIBUS JUVENTUTIS MODERANDA.

Requiſitio.

ANno 1639. juſſu Sereniſſimi Principis ac Domini, Dn. GEORGII, Haſſiæ Landravii &c. &c. Domini Noſtri Clementiſſimi, quens Conſilium Facultatis Medicæ à Decano Profeſſoribus, conſentiente in id Viro Exellentiſſimo *Dn. Johanne Schrœdero* dictæ elſitudinis Archiatro, exaratum, ac Celſidini Ejus obſervanter & humillimè die 20. Jaiarii oblatum fuit.

Val. Pand.

Reſponſum & Conſilium Facult. Medicæ Giſſenæ; quâ ratione Celſiſſimus Princeps ac Dominus, DN. LUDOVICUS, *Haſſiæ Landgravius &c. &c. Princeps ac Dominus Noſter Clementiſſimus, ingreſſus jam X. ætatis annum, quoad Exercitia Principalia, tam corporis, quàm animi, abſque detrimento Sanitatis Suæ Celſitudinis & tenerioris Corporis texturæ ſe gerere debeat?*

QUandoquidem Sereniſſimæ Suæ Celſitudini ad conſervandam ſanitatem, excitationem animi & acuendum judicium, in Legibus Educationis Principalis de Anno 1634. juxta cum Lectionibus indultum ſit, ut Sereniſſima ſua Celſitudo ſaltando, deambulando aliiſque haud abſimilibus & proficuis exercitiis blandè & abſque præcipitatione ſe recreare valeat, ut idem quoque ab *Hippocrate, lib. 6. Epidem S. 4. t. 22. & lib. 1. de Diætâ n. 1. Ariſtotel. lib. 1. Problem. 46. Platone in Phœdrô, Celſo lib. 1. c. 1. Gal. 1. de S. T. l. 2. c. 2.* aliiſque docetur:

Nunc verò ſub renovatione & inſtituenda mutatione Educationis Serenitatis ſuæ à S. C. S. Honoratiſſimo Domino Parente, Sereniſſimo itidem Principe ac Domino, DN. GEORGIO, Haſſiæ Landgravio &c. &c. Principe ac Domino Noſtro Clementiſſimo Nobis infra nominatis, Clementiſſimè demandatum ſit, ut Sereniſſimæ ſuæ Celſitudinis conſtitutionem & conditionem Corporis probè conſideremus & abhinc, quænam exercitia corporis & animi ab Eadem ſuſtineri & adhiberi poſſint? quo tempore & quamdiu illa concedenda? ne tenera Natura præmaturè nimis invaleſcat, exſiccetur & defatigetur, Conſilium noſtrum Medicum impertiamus; hinc Gratioſiſſimo huic Mandato humilimè obtemperaturi ſeqq. annotare & offerre voluimus.

Exercitia Animi quod concernit, ex illis ſpeciatim Pictura, luſus latrunculorum, chartarum & aleæ allegantur, de quorum uſu primùm agendum erit. Equidem Picturam quod attinet, cùm Sereniſſima Sua Celſitudo non minimam exinde oblectationem capiat, adhæc non decori modò ſit, ſed & ad addiſcendam Artem Fortificatoriam & Geometriam aliaque utilis habeatur, hinc reſpectu ad Conſtitutionem Sereniſſ. S. Celſit. habito non incommodè ſequens diſtinctio obſervari poſſet: I. Scilicet ejus quidam gradus datur, qui per tenerrimas & ſubtiles lineas calamo depictas inſtituitur & à Pictoribus Delineatio (das Reiſſen) vocatur. 2. Alius haud abſimilis ejus gradus obſcuro quodam colore perficitur, quem (das Duſchen) nominant, & ex parte ſicco modo rubrica & anthracibus, cum penicillo obtuſo inſtituitur, ex parte verò colore humido c. penicillo pictorio. 3. Tandem modus eſt, ſiquando figura quædam vivis coloribus depingitur, quem propriè ſtrictéque per Picturam intelligunt.

Quùm ergò delineatio & pictura viſionem acutam requirant & propterea copiam ſpirituum viſivorum exigant, Complexio verò Sereniſſimæ ſuæ Celſitudinis ſeroſa ſit & ad catarrhos capiti & oculis infenſos inclinet, adeóque metuendum ſit, ne catarrhi non ſolùm ἀθρόως & confertim attrahantur, ſed & Spiritus Animales, & cumprimis Optici, partim depraventur, partim debilitentur & conſumantur, unde viſus debilis & obſcurus poſtmodum ſuboriri poſſet; hinc non inconſultum eſſe ducimus, ut Sereniſſimæ ſuæ Celſitudini iiſdem pro tempore adhuc parcatur. Secundum verò modum (das Duſchen) ad quem viſio tam acuta non requiritur, inibique minus periculum ſubterverſatur, ſine damnô permittere poſſent. Tempus congruum, quô commodè exerceri poſſet, ante cibum, & cumprimis dimidiam circiter horam ante prandium occupare poſſet, ſiquidem ſtatim poſt aſſumtum cibum ſpiritus in digeſtione ciborum occupati ſunt, & ſimilibus exercitiis facile avocantur: Attamen hâc conditione, ne indies illud, ſed per hebdomadem bis vel ter, & quidem alternatim cum aliis ſimilibus ludis & exercitiis permutando inſtituatur, idque e[o] magis, quoniam in Sereniſſ. ſua Celſit. circ[a] Exercitia animi & corporis fervida & nimia i[n]tentio obſervatur.

Latrunculorum, ut & Chartarum & Ale[æ] luſus in ſe rejiciendi non ſunt, quia per eoſde[m] non tantùm Sereniſſimæ ſuæ Celſit. affectu[s] minæ & mores obſervantur, ſed & animus r[e]creatur, judicium acuitur & ſpiritus excitant[ur]. Luſus quidem Latrunculorum, ſi cautè & di[li]genter inſtitui debet, laborioſus eſt, & judic[i]um requirit, fixaſque cogitationes, unde n[on] immeritò â nonnullis luſus inutilis in Princi[pi]bus juventutis eſſe dicitur: Quoniam tamen p[er] moderatum ejus uſum animus notabiliter ac[ui]tur, Spiritus excitantur, & abuſus inſuper ali[cu]jus rei uſum ejus moderatum atque verum n[on] tollit, Sereniſſ. ſua Celſitudo quoque inſign[es] illîc progreſſus fecit; hinc minimè noceret, ſingulis ſeptimanis ſemel aut aliquoties eô, & aleæ & chartarum luſu, ſe exerceret.

Exercitia Corporis quod concernit, p[er] nunc luſus pilæ, equitationis & ſaltationis m[o]tio fit, annon ſcilicet exercitia hæc Sereni[ſſi]mæ ſuæ Celſitudinis Sanitati incommode[nt] it. quando & quô modô illa, ſi minus nocea[nt], admitti poſſent? Saltatio in ſe & ſuâ Nat[ura] exercitium perquam utile, ut apud *Athen[æ]um lib.* 14. *Alexandr. l.* 2. *v.* 25. *Cælium l[ib].* *antiquit. c.* 3. *Scalig. l.* 1. *c.* 12. *Lactant. l.* *de ſalt.* alioſque legitur; interim tamen e[ſ]ſet, ſi diſcrimen aliquod obſervetur & Se[re]niſſima ſua Celſitudo in ſaltatione ſtatariâ m[a]gis, quam motoria, ut *Scaliger* loquit[ur], exerceatur: Ubi quidem per ſtatariam [...] præciſè intelligitur ea, quæ ſine motu fit, [...] quæ blandô & non violentô peragitur. [...] violentam autem motionem intelligimus e[a]m ſaltationem, in quâ motus præter & contra [na]turæ intentiones jactatione corporis, va[riis] membrorum diſtorſionibus & nervor[um] extenſionibus perficitur, utpote è quâ [fa]cillimè herniæ, febres, catarrhi, ſpiritu[um] accenſiones pertimeſcenda. Quia E. V[en]triculus antemeridianô tempore una cum t[o]to ventre vacuus eſt, veſperi verò per nutrim[en]tum ſolitum, â prandiô proficiſcens, con[...]tatur, & ad hoc magis habilis eſt, optimum [...]giſque opportunum tempus erit veſpertin[um], horâ ante cœnam, ſc. V. pomeridiana, uſ[que] ad mediam ſextam, ubi reliquum temp[us] aliis conſumendum, ne cibi in delaſſatum c[or]pus, ubi calor ad extremitates eſt diffuſus, a[ſſu]mantur, & ita concoctio impediatur; ſuffice[ret] quoque, eadem de cauſa, indies ſemel tant[um] ſaltare, eô ſimul reſpiciendo, quò vehendo [&] deambulando id quandoque commutetur.

Equitationem luſumque pilæ quod attin[et], vehementia hæc exercitia ſunt, eaque de c[au]sâ, cum Sereniſſima ſua Celſitudo ad intem[pe]riem renum calidam inclinet, & præte[...]

ar

tus adhuc teneri ſint, & ita per equitationem cile noxa quadam affici poſſint, ſiquidem diatio crurum, humorum ac ſpirituum comotio, eorundemque ad partes debiliores deictio varia ſymptomata cauſari poſſent, Sereſſ. ſuæ Celſitudini noſtrô judicio perutile fot, ſi ea aliquantiſper adhuc omittatur. Luſpilæ non minus vehemens & violentum eſt ercitium, prout *Mercurialis* teſtatur *Lib. de Art. Gymn.* Qualia etiam ſunt ſaltus, rſus, brachiorum depreſſio & incurvatio, tius corporis ſubitanea agitatio, celerior ereio, cervicis firmitas, oculorum intentus pectus, è quibus motibus caput, oculi & nimales ſpiritus in gyrum, vertiginis inſtar, piuntur, cum cerebrum veluti rotatur & hu ores irrequieto motu circumaguntur: Unde Sereniſſima ſua Celſitudine quoad hoc quoie exercitium eouſque expectandum eſſet, onec in illa vires poſthac augmentum cepent, cumprimis, ne Sereniſſ. ſua Celſitudo in nera hac ætate, in aliis mage neceſſariis pro eſſibus turbetur & obruatur. Quæ juſſu Seniſſimi humilimè referre voluimus. *Marurgi* die 20. Jun. 1639.

icolaus Braun, D.	Subſcribit
oh. Daniel Horſt,	*Jo. Schrœderus, D.*
p.t. Decan.	*p. t. Archiater & Pract. Francofurt.*
oh. Tileman. D.	

CASUS II.
DE
TESTIMONIO MEDICORUM, AD OBTINENDAM DISPENSATIONEM, QUOAD ESUM CARNIUM, ROMANO-CATHOLICIS NECESSARIO.

Teſtimonium Dn. D. SCHELHASSII, Arch. Cam. Imper.

LEgitimam victus rationem vires maximoperè reficere ac conſervare, Medicis non modò, ſed & reliquis emunctioris naſi hominibus quàm notiſſimum. Hinc eò quilibet al borare tenetur, ut corpori ſuo aptum ac con eniens ſubminiſtret nutrimentum, neu ipſi uiſpiam Plinianum illud jure meritóque objiiat ſcomma: Omnia animalia, præter hominem ſibi ſalutaria noſcere; ſecus faciens, itæ filum manu quaſi violentâ ante diem rumpit.

Penſi hoc habeant Illuſtriſſ. ac Excellentiſſ. n. CAROLUS FERDINANDUS, COMES MANDERSCHEID, Blanckenheim, Ruſſii Gerholdſtein, Dn. in Cronenbourg, Belgen, & Dhaun &c. Auguſtiſſimæ Cameræ perialis Judicii Præſes Graviſſimus, nec non *Val. Pand.* Dulciſſima Coſta, MARIA CATHARINA, ex Illuſtri Comitum de KOENIGSEGG familiâ oriunda.

Hi ipſi citra ſanitatis præſentiſſimum detrimentum cibis quadrageſimalibus, quique nutrimentum pituitoſum præbent ac facile corrumpuntur, uti nequeunt, quin potius ad Græcorum & Veterum Romanorum exemplum á piſcium uſu totô vitæ tempore abſtinere coguntur:

Piſcis adhuc illi populo ſine fraude natabat,
Oſtreaque in conchis tuta fuere ſuis.

Quod ipſum *Wezflariæ* ultimo Martii 1697. bonâ fide teſtatur

Erneſtus Friedemannus Schelhaſſ. Med. D.

Alia Verſio.

A P.P. Soc. Jeſ. Wezflarienſibus priori ſubſtituta, ſed Romam non delata.

CUm certa victus ratio ciborum delectus ad ſanitatem vel conſervandam, vel recuperandam plurimum conferre, non tantùm Medicorum omnium judiciô cenſeatur, ſed & experientiâ quotidiana luce clarius comprobetur: Illuſtriſſ. verò & Excellentiſſ. Dn. CAROLUS &c. &c. & Illuſtriſſ. Ejus Conjux Domina MARIA CATHARINA, Comitiſſa de Königſegg eô in ſtatu verſentur, ut cibi quadrageſimales, propter nutrimentum pituitoſum concoctionem impediant, Nephritidis dolores, quibus obnoxii ſunt, augeant, ventriculi indigeſtionem inducant, variaque ſiniſtra ſymptomata excitent, ita ut ſine præſentiſſimô ſanitatis periculo iis veſci non poſſint; Ego infra ſcriptus ſuper hoc requiſitus, atteſtor, pro illorum vita & ſanitate conſervanda neceſſarium omninò eſſe, ut cum illis in eſu carnium diebus prohibitis diſpenſetur. In cujus fidem hoc eis teſtimonium, manu propria ſubſcriptum & ſigillô meo munitum, dare volui. *Wezflariæ* 21. *Aprilis Anno* 1697.

CASUS III.
DE
PRÆCAVENDA INFECTIONE AERIS EX INUNDATIONE.

Requiſitio.

P. P.

SAtis ſuperque proh dolor! conſtat, quanta inundatione aquarum ſupremum Numen ita pridem inter alias noſtram quoque Civitatem caſtigaverit, qua plurimæ adhuc cellæ hujus loci, cumprimis in locis declivioribus, repletæ ſunt. Quoniam igitur facilè hariolari licet, diluvium hoc non tantum varias impuritates advexiſſe, ſed & ſimilem Camarinam ex ſterquili-

niis aliiſque angulis commoviſſe & excitaſſe, inde tetros fortè vapores elevari aeremque iisdem infici poſſe, cumprimis ſi ſub exaltatione Solis radii ejus fortius operentur; hinc in dubium vocatur, an rebus ſic ſtantibus Sereniſſimo Principi ac Domino, Dn. GEORGIO, Haſſiæ Landgravio, Comiti in Cattimelſboco, Decia, Zigenhainâ, Nidda, Schaumburgô, Iſenburgô & Budinga &c. Principi & Domino noſtro Clementiſſimo humilimè ſuaderi poſſit, ut (quemadmodum ante inundationem alioquin ſolebat) una cum Universâ Aulâ Principali huc redire, aut potius in Comitatu Cattimeliboceñſi aliquantiſper adhuc reſidere & permanere debeat? Quorum intuitu amicè rogamus, velitis Veſtrum Conſilium Medicum Nobis communicare & quamprimum id fieri poterit, tranſmittere; quò Sereniſſimam ſuam Celſitudinem ejus, ad meliorem notitiam & reſolutionem, eâ quâ decet, ſubmiſſione, certiorem reddere poſſimus; Noſtrisque Vobis Officiis addicti ſumus. *Dat. Giſſæ die* 20. *Jan.* 1643.

Regim. Princip. Præſes, Vice-Cancellarius Conſiliarii Secretiores & Dicaſt. &c.

Reſponſum Facultatis Medicæ Marpurgenſis, de præcavenda atque fugienda infectione ex inundatione.

P. P.

Viri Generoſi, Ampliſſimi &c.

QUid V. V. E. E. die 20. Jan. datis ad Nos literis ſibi velint, an ſc. conſultum ſit, ut Sereniſſimus Noſter, poſtquam per inundationem non ſolum varia recrementa in Civitatem Giſſenſem derivata, ſed & plurimæ impuritates illîc commotæ & excitatæ ſunt, à quibus tetri vapores facile elevari, ipſeque aer, ſub appropinquante cumprimis elevatione Solis, per fortiorem hujus influxum infici poſſent &c. nihilominus cum Aulâ Principali Giſſam rediret?

Hoc heſterno die benè percepimus & abhinc referimus, quod de Sole quidem nequicquam ſiniſtri conjici poſſit, cùm Facultate ſibi propriâ hæc talia potius impediat, quemadmodum & venti Boreales confertim nunc flantes ea diſcutere & diſflare poſſunt; Intereà tamen, quùm ſub inſtante Conjunctione Magnâ in ſimilibus, ut Giſſa ſe habet, locis, infectionem quandam (quam Deus avertat!) pertimeſcamus, adeoque è re eſſe ducamus, ut imposterum & nunc imprimis cura adhibeatur, quò ab omnibus ſterquiliniis & impuritatibus Giſſa æque ac Marburgum quantocyus liberentur. Incoliſque ſeriò injungatur, ut ad exemplum *Hippocratis* noſtri ignes luculentos è fruticibus juniperi & ſulphure ſuccendant, quò omnis materia ad aeris putrefactionem idonea diſcutiatur; hinc noſtrò judicio reſpectu ſanitatis magis expediret, ſi Sereniſſima ſua Cel[ſi]tudo aerem pro tempore nondum mutare[t], ſed adhuc per aliquod temporis ſpatium Giſſa[m] fugeret, donec impuritates è civitate remot[æ,] aër depuratus & malignitas Saturni ab oper[a]tionibus Jovialibus in propriô domiciliô p[er] conſortium approperans ſubjugata, aut ad m[i]nimum imminuta fuerint; quod Domin[is] noſtris Gratioſiſſimis hiſce aperire, ad quæv[is] ſervitia nos paratiſſimos offerentes &c. *D[at.] Marpurgi die* 24. *Jan.* 1643.

Decanus & Prof. Ord. Facu[lt.] Med. Gieſſ.

CASUS IV. DE FOETORE FERMENTI PELLI[O]NUM ARCENDO.

Requiſitio.

P. P.

PRo defenſione opificii mei indigeo Ve[ſt]rum Excell. informatione, ſuper caſu [ſe]quente: Civis & Pellio ſum hujus Civita[tis,] ab utroque latere habitationis ſtipatus duo[bu]s Doctoribus Juris, qui ſine neceſſitate ull[a in] litem me traxerunt, ex cauſa, quæ ſequit[ur:] quia arbitrantur, *fermentum pellionum* (q[uo]d ex ſale, farina, furfuribus & aqua fontana [a]d uſum noſtrum præparatur) tetrum atque [ab]ominabilem fœtorem ſpirare, quo ſanitas [ho]minum facile enormiter lædi, imò infectio [ex]citari poſſit, hinc tempore peſtis illud per[icu]loſum eſſe, nec conſultum, ut pellio prop[ter] ea vicinus alteri ſit, quia fœtor prædicti [fer]menti etiam parietes maceriemque ipſam pe[ne]traret, vicinum turbaret, aerem videlicet in[qui]nando: Huic vitilitigationi meas oppoſui ra[tio]nes, quòd Doctorum opinio planè ſit erro[nea,] dum fermentum pellionum (quod quilibet [no]ſtrûm legitimè præparare novit) nullum fo[eto]rem ſpargat, qui ſanitatem labefactaret, d[um] ſolùm habet odorem aceti, multo minus la[tè] ſerpit, aut parietes penetrat, vicinos inco[m]modando nequaquam; multo potius, [à] Dominis Medicis percepi, purificat hoc [fer]mentum aerem infectum, & tempore p[eſt]is non tàm obeſt, quàm prodeſt, dum cer[ti]mum peſtis prophylacticum audit, ut adeò [in]periculoſum aut damnoſum ſit, pellionem [ha]bere vicinum. Ut autem adverſarios meos [ma]gis magiſque ſtringam, ſubmiſſè peto, v[e]l[i]t Excell. veſtræ cum rationibus pro & contra [for]matum mihi largiri judicium, quid vide[tur] *de fermento pellionum ex naturâ rei ſent[ien]dum? & an mea vel adverſariorum a[rgu]menta prævaleant, &c.* Dab. Lipſ. die [1]6. Jul. 1659.

Titus Bonifac[iu]s.

Reſ[ponſum]

:ſponſum Facultatis Medicæ Lipſienſis; licet fermentum pellionum poſſe peſtilentem fœtorem ſpirare.

)Etiiſti non ita pridem Facultatis noſtræ ſententiam, ac judicium, ſecundùm fundamenac præcepta Medicinæ conceptum,ſuper quæone: *An fermentum pellionum tetrum ac ominabilem fœtorem ſpiret, quô ſanitas minis labefactetur, peſtis excitetur, hinc llio tanquam vicinus conſultius vitetur?* 1ocirca conſideratis omnibus, quæ hûc ſpeare poſſunt, tandem gratificaturi precibus is reſpondemus ita: quòd quidem materia, qua hoc fermentum formatur, non ſit vitioſa l tetri fœtoris, & per conſequens, nec naturæ c ſanitati hominis inſidietur; quia verò hîc :orum non ſolùm expendi debet, qualem æſtet effectum, ſed & ſubjectum, in quod opeur, pelles videlicet, quæ fermentari debent; ɔtum autem eſt, quòd in iis maxima pars pan-:uli carnoſi cum adipe vel pinguedine hæreat, ıæ omnia, fermento accedente, ita diſponun r, ut facili poſtmodum negotio ſeparari aut radi poſſint; hinc promptè colligendum, òd durante iſthâc fermentatione à reliquiis pelle hærentibus intolerabilis fœtor excite-r (cur enim fermentum pellibus affuſum non :teret?) ſaltem propter diuturnitatem etiam nporis, ſiquidem fermentum eſt abſque fœre, ut taceam pelles abſtractas, licet ſint recenım victimarum, jam per ſe cadaveroſum quid, ad putredinem tendentem qualitatem in ſe ntinere. Hinc inevitabili utique ratione fœtor nitati gravis (præſertim inadſuetis, debilibus, i levi de cauſa in graves morbos conjiciuntur) in peſtilentia ſuſpectus fœtor, quô aer inquiri poteſt, ſiquidem notius quàm notiſſimum, lùm à putredine & fœtore cadaverum excitam & propagatam fuiſſe peſtem. Et ſicut narâ noſtrum Corpus ſuaveolentibus conforta r, & refocillatur quaſi, ita è contrario ejusmo fœtore, qui potiſſimùm à corruptione & pu edine malignarum humiditatum oritur, diſſi ıntur ſpiritus & vires: humores autem ad ſimî m corruptionem inclinant in corpore, & qui ii peſſimique ſunt effectus fœtorum. Hinc nquam vicinus â duobus Literatis, fermentò o, pellio vix tolerandus, præprimis cùm & oc Privilegiis Academicis quodammodo cau m ſit &c. Dab. Lipſ. die 4. Aug. 1659.

Vid. Amman. in Med. Crit.

CASUS V.
DE
OBSERVANDIS PESTE INFECTIS.

udicium D. Bald. Timæi von Güldenee; deſuper Muliere peſtis ſuſpectâ & in publicum proditura. Vid. Aut. Reſp. XXXIX. pag. 102. & ſeqq.

QUandoquidem Illuſtre Dicaſterium Electorale Civem N. N. hujus loci, propter conjugem Ejus, quæ nuperrimè metu peſtis, quâ habitaculum ſuum, in quâ puellâ ſubitò animam exſpiravit, infectum eſſe credebatur, in cellam harum ædium ſe contulerat, nunc autem emitti, & una cum aliis habitare deſiderat, ad me ablegaverit, & ut ſententiam meam de hac re ſcriptis exaratam impertirem, deſideraverit; hinc è re eſſe duxi, ut dicti modò N.N. Conjux, priusquam è cella emittatur, probata prius alexiteria & expulſiva iteratis vicibus aſſumat & ſudorem iis eliciat, quò venenum, per contagium fortè hauſtum, à corde ad peripheriam corporis expellatur; ut vi hujus, quod adjectum eſt, atteſtati tribus quoque diebus continuis ſedulò obſervavit. Quoniam igitur abhinc nulli bubones peſtilentiales erupêre, dictaque modò fœmina non habet, quæ de ſanitate conqueratur; adhæc 4. jam à morte puellæ ſeptimanæ effluxêrunt, nemoque amplius in eôdem domiciliô, neque in cellâ illâ infectus ægrotavit; hinc contagium aliquod à parte mulieris hujus pertimeſcendum non eſt, niſi fortè in veſtimentis & lectis &c. in quibus fomes contagii diutiſſimè latere poteſt, peſtis ſeminium adhuc lateat; quod ipſum tamen per commutationem veſtium, lectorum aliorumque in cellâ relictorum facilè quoque evitari poterit. Quod requiſitus referre hîcque atteſtari volui. *Colbergæ die 15. Jan. An.* 1661.

CASUS VI.
DE
CARCERIBUS ET INCARCERATIS INSPICIENDIS.

Inſpectio & Judicium Dn. D. Bohnii, Prof. Lipſ. de carcere quodam ſubterraneo undis circumfluo.

VOcatus aliquando ſub fine Aprilis à Nobili quodam in viciniâ, ad viſitandum carcerem ſubterraneum & undis circumfluum, ac in hoc per menſes detentum Inquiſitum, in ſpecie verò ad deponendum, an hujus manus pedesque ex cuſtodiæ frigore ad unguium usque receſſum eroſi atque corrupti, corporis verò reliqui habitus naturalis per elapſæ hyemis inclementiam deſtructus fuerit? i. e. carcer ille ita qualificatus exiſtat, quo in inquiſitum ſupplicantem ejusmodi damna redundare valuerint? Circumſtantiis omnibus probè perſpectis, digitos pedum rubentes equidem, ut à Pernionibus fieri ſolet, minimè tamen fiſſos, aut eroſos, horumque ungues & manus integras, quemadmodum reliquum corpus ſatis ſanum deprehendi. Ultimam verò quæſtionem ad deſide-

 rium

rium ac nutum Nobilis requirentis ſolvere mei muneris haud ratus, qui menſe equidem Aprilis locum hunc ſatis temperatum, & extrema artuum minus arroſa annotavi, neſcius tamen qaalis v. g. menſe Decembris, Januarii ac Februarii fuerit ille, ſine dubiô frigidiſſimus & ad Perniones inducendas crurumque ex rema erodenda ſatis potens, utut atmoſphæræ acerbitate ceſſante coaluerint eadem, meliusque nunc ſe habeat miſer ille.

D. Bohnius in Medicinâ Forenſi Specim. II. §. 30.

CASUS VII.
DE
NOXA CARNIUM ET ALIMENTORUM DEPRAVATORUM,
unde XII. Studioſi An. 1677. in Convictorio Lipſienſi perierunt.

Relatio ex actis publicis.

MISSUS I.

Panis â Feſtô Paſchatos ad Feſtum Pentecoſtes omninò vitioſus fuit, glutinoſus; fracidus & mucidus, minus percoctus & graviſſimus. Die Lunæ adhuc panem omninò planum & diffluentem, & quidem calidum, ex furnô menſæ appoſitum fuiſſe referebatur, non unâ vice capillis, emplaſtris, narium concretionibus, pectinum fragmentis & lumbricis (præter murium majorum recrementa) illîc repertis.

MISSUS II.

Placentas Nativ. Chriſti An. 1676. prorſus excavatas & amaras fuiſſe, micâ ferè expertes & Saponem impuriſſimum redolentes.

MISSUS III.

Juſcula ſaporem ſebi retuliſſe, melioribus aliis extra domum divenditis.

MISSUS IV.

Carnes ſemicoctas, duriuſculas, non deſpumatas, cruentas adhuc, absque aromatibus appoſitas fuiſſe, ita, ut quoties easdem comederint, non aliter ac ſi venenum aſſumſiſſent, ſe habuerint.

MISSUS V.

Carnes aſſatas foetuiſſe, & ſ. h. crepitus inſtar ſapuiſſe.

MISSUS VI.

Oeconomum vaccas omninò macras, Peſte fluente & Siphylide arida infectas ipſis devorandas obtuliſſe: Viſceribus tuberculis ovorum columbinorum magnitudine, bubonibus & tumoribus purulentis refertis.

MISSUS VII.

Interanea hoſpitium redoluiſſe &c.

MISSUS VIII.

Olera minus ſelecta decocta fuiſſe, adjecta farina amaricante & fœtente, pinguedine cor-rupta aut oleo lini, ex propriâ Inquiſiti con-[f]ſione.

MISSUS IX.

Braſſicam muriâ conditam ſimiliter fœtid[a]m & vermibus ſcatentem in menſas allatam fu[iſſe].

MISSUS X.

Cereviſiam ſecundariam in aheno do[me]ſtico (contra Oeconomi juramentum) coct[a]m, & non fermentatam appoſitam fuiſſe, cutic[ul]am membranam tympano obtenſam referente[m] [fa]ctam.

Vid. D. Ammannus in Iren. p. 1[...].

CASUS VIII.
DE
ΑΥΤΟΧΕΙΡΙΑ EX NIMI[O ...] V USU.

Reſponſum Facultatis Medicæ Hafn[ien]ſis, deſuper Quæſtione: An aliquis ne[cem] ſibi inferre poſſit ex potu vini aduſti, q[uam]quam flamma ex faucibus nulla com[pareat]?

Quandoquidem ſententia Univerſitati[s] [ex]petitur in caſu PETRI PETRÆI in H[...] defuncti: Nempe an dictus Petrus Petræus [po]tuerit ex nimiô ſpiritus vini potu ſibi mo[rtem] advocare, quanquam probatum non ſit, [fla]mam ex faucibus prodiiſſe, aut labia fiſſa [vel] combuſta? hinc quanquam nullum ſit dub[ium], quin homo ex nimiô Vini Spiritu ſuæ m[or]tis cauſa eſſe poſſit, licet ex ore ignis non e[...] nec labra fiſſa, aut ambuſta ſint: tamen d[efi]nere nequivimus accuratè, an Petrus Pe[træus] ex Spiritus Vini potu mortuus ſit, quia in [do]cumentis nobis exhibitis ne apice quidem ſi[gnifi]catur, quantum vini ſpiritus ſit exhau[ſtu]m, quantumve ex illo defunctus potârit: nequ[e an]notatur, quæ fuerit Defuncti ætas, quæ vir[es], quidem unus potando plus valet, quàm [al]ter, minusque incommodi ex copiâ vini ſentit. Nihil igitur certi definire poſſumus in hôc [ca]ſu, ſine ulteriori relatione, quod etiam Judex [Pro]vincialis faſſus eſt, qui nihil ſine ulterioribu[s] circumſtantiis decernere voluit. Hafniæ ex [Con]ſiſtoriô. 14. Dec. 1635.

Vid. Thom. Bartholin. in Ciſta M[e]d. Haffnienſ. Loc. 36. p. 392.

CASUS IX.
DE
INTOXICATIONE POMORUM ET FRUCTUUM.

Sp[...]

ecies Facti ex Denunciatione Judiciali in Actibus Inquiſitionalibus Storck-vvizenſibus.

Othofredus Doberſtiel, Lictor Querin-genſis indicat, quod CHRISTIAN DRO-TSCH, Tritor Queringenſis, die Martis cir-er, tempore matutino, auſus fuerit non ſo-m ſiliquas piſorum (*vulgò Schoten*) quibus-m in locis, ubi incurſui patent, retro horreum hortô domeſtico, non tam ſepimento, quam ſſa, cinctô, ſed & poma adhuc immatura è ra-is inferioribus dependentia, & non ſecus ac a aliorum irruptioni expoſita arſenico & ve-no (ut hominibus videretur) inungere: quem-modum & die Lunæ præcedenti, tempore ſpertinô erga reliquos tritores palam edixe-: *Se piſa ſua venenô infecturum eſſe, ne eri illa diriperent*: Proferens non tantum atuor piſorum ſiliquas, ſed & pomum immа-um, quæ è Drobitſchii agro piſis conſito & p. pomo heri decerpſerat, in quibus ad ocu-n videri poterat, quod albicante quodam pul-e, argento vivo haud abſimili, oblinita fue-t. Omnia Judiciali inquiſitioni relinquens.

Examinatio Rei cum conjuge.

A Meridie Chriſtianus Drobitſch, Tritor Queringenſis, de ſuperioribus incuſationi-s examinatus confitebatur, quòd in hortulo (cujus alterutrum latus foſſa quadam & pi-a cinctum eſſet) ſiliquas piſorum poſſideat: ebatur inſimul, ſe helleborô, axungiæ por-æ immixto, ſiliquas & poma heri manè in-xiſſe, quam pinguedinem, cum helleboro, or Margaretha â Matre ſua, Suſanna, Chri-ph. Drebitſchii vidua Hahnenſi, obtinuerit, o illi, qui fructus ejusmodi devorarent aut ſundarent, in diarrhœam (*die Schnelle Ca-rine*, ut vocabat) inciderent. Addit nihil ud, quàm helleborum eſſe, quem omnes Ru-i poſſiderent, & porcis propinarent. Quicun e ergò id â ſe expectare nollet, nullumque in rtos jus haberet, fructus illos miſſos facere ere, alioquin ſe cenſum & contributionem e, nec quicquam emolumenti inde obtinere. excuſatione inſimul allegat, pluvias omnia tergere fructusque deradi potuiſſe: neque cias ivit, ſe ad reliquos tritores dixiſſe: Niſi ri â piſis abſtinuerint, ſe eadem intoxicatu- eſſe: hæcque eum in finem ſe protuliſſe, ut, llis abſtinerent. Quid quod 3. vel 4. tantùm uas, præ reliquis magis eminentes, inun-t, duoque tantum in arbore poma. Conju-n ſuam aliquid adhuc hellebori & pinguedi-in ſacculo coriaceô ex ædibus maternis ap-aſſe adjiciebat, hæcque uſui eſſe, ſi porci pru-â laborarent.

Eodem.

Margarethâ Drebitſchiâ, Chriſtiani Dre-chii conjuge, quærebatur: An pulverem hellebori, cum pinguedine, â Matre ſua Hahnæ ob-tinuiſſet? Quæ reſpondebat: Maritum ſuum heri manè conqueſtum fuiſſe, quod piſa in ſili-quis adhuc contenta tam miſerè annihilarentur: Se re aliquâ, ſed minus noxiâ illa inuncturum, ut ab iisdem abhorreant; eaque de causâ pauxil-lum pinguedinis, â carne fumò induratâ, (quæ â porco ante Feſtum Nativitatis Chriſti mactato remanſerit) petitæ, cum exiguâ ſimul hellebori ſeu pulveris ſternutatorii, è parvo cucullo, in-ſcriptione quadam ſignato, rhizotomis & aro-matariis familiari, deſumpti quantitate miſcuiſſe ſiliquisque piſorum atque pomis inunxiſſe, ad-dendo tamen: Nemini illud nociturum; ſiqui-dem ſe ipſam illi interdixiſſe, ne actiones ejus-modi ſuſciperet: Ab eô autem reſponſum tu-liſſe, nil quicquam importare, & licet malè quo-dammodò exinde habituri ſint, ſe tamen de omnibus rationem redditurum eſſe. Addebat eundem pulverem helleborinum diu habuiſſe, unde autem? ſe neſcire: Negans ſe reculas haſce â Matre ex Hahnâ Queringium deportaſſe; quamvis confiteatur ſe ultimâ Dominicâ penes illam fuiſſe, cum quidam liberorum ibi degat: Deum ſe teſtari, quòd â Matre nequicquam de eô reportaverit. De cætero ſe à Marito non per-cepiſſe, quòd ſe piſa atque poma venenô infe-cturum eſſe dixerit, niſi quòd ad reliquos trito-res, interrogatus, quid ſiliquis inunxerit? dixe-rit: Venenum! unde negotium hoc ipſi faceſſe-retur, quamvis jocô tantùm illud ad tritores di-xerit.

Revocato igitur Chriſtiano Drobitſchio pro-ponitur, quòd uxor ejus neutiquam affirmârit, ſe pulverem helleborinum Hahnæ â Matre ſuâ obtinuiſſe: Cui, undecunque demum ipſe pe-tierit, nil referre, reponebat: ſibi ſua ab aliis re-linquenda eſſe. Se pulverem illum jam ante 2. annos Lipſiæ in Pharmacopolio aut cellâ, quam vocant, in plateâ Grimmicenſi, pro 6. obo-lis emiſſe: Vocari ſacculos ſternutatorios, quis ſcire poſſet, è quibus conſtent? Vulgò eoſdem ad curandam porcorum prunellam adhiberi, qui inde purgarentur: Se tantum inde petiiſſe, quantum bina tritici grana ponderarent, cum pauxillo pinguedinis ſuillæ, quam uxor â Matre obtinuiſſet. Uxorem ſtupidam eſſe. Mox pauxil-lum pinguedinis juſculo innatantis fuiſſe adde-bat: Tandem vero â fruſtillo carnis exſiccatæ proficiſci ajebat, fatendo, ultimo dimidiam duo-decadem ſiliquarum & duo poma inde oblinita fuiſſe: Neminem cum eo mortem devoratu-rum! Se, quamprimùm domum venerit, omnia enſe reſciſſurum, quæ ipſi inviderentur. Relin-quendos tandem eſſe fructus, ſi quid inde de-trimenti perſentiſcant, cum jamdum Mendico-rum qſ. patrimonium videatur, quæ poſſideret.

Hôc factô jubebatur, ut ſiliquas atque poma, quotquot inuncta fuerint, è mediô tolleret, & propediem ſententiam hæc deſuper expectaret.

Die 24. *Julii An.* 1696.

Cùm Lictori Querinenſi oretenus injungere-tur,

tur, ut à Chriſtiano Drobitſch id, quod de unguento, quô piſa pomaque inunxerat, ſuperſtes remanſerat, repeteret & inſequenti die adferret, is porrò referebat, quod ipſi narratum fuerit, Magdalenam, puellam 15. aut 16. annorum, penes Johannem Petſchium, Tritorem Queringenſem degentem, ſiliquas piſorum Drobitſchii decerpſiſſe, unamque comediſſe eâque ori immiſsâ dixiſſe, quòd non tantum abominando ſapore prædita fuerit, ſed & inde vomuerit. Similiter Magdalena Braueria, dubium ad quem, dixiſſe fertur: Sibi in ſomniô viſum fuiſſe, ac ſi aliquot panes perdidiſſet, quo factô ſuorum trium liberorum intuitu, ſe in ſummas cordis anguſtias incidiſſe, verens, ne, cum Chriſtianus Dobritſch veſperi præcedente de intoxicandis piſis locutus fuerit, liberi ſui inde comederint, indeque perire poſſint.

Judicium Medici & Pharmacopœi.

QUandoquidem nobis in fine nominatis Judex Scheidingenſis, Dn. ELIAS HARTMAN, ſiliquas quasdam piſorum, pulvere candido & ſplendente conſperſas, cum pomis eâdem ratione ſe habentibus, oſtenderit, de quibus judicium noſtrum, cumprimis, *an pulvis is pro helleboro, qualis in nodulis ſternutatoriis aliàs continetur, habendus ſit?* vel *quid demum ſibi velit?* ſcire deſideraverit; hinc pulverem modò dictum probè conſideravimus, inter digitos palpavimus, linguæ admovimus, guſtavimus & invenimus, quòd pulvis is neutiquam pro helleboro, ſed concretô quodam minerali ſit habendus, arenoſus & durus, ad inſtar arſenici non benè comminuti; hocque exinde conjecimus, quia primò quidem nullum linguæ ſaporem impreſſit, minorque particula, arſenici inſtar, inter dentes confringi potuit, mihique Medico poſt dimidiam horæ quadrantem nauſeam movit, ſubtiliterque pungentem ſaporem, cum minore ſalivatione, reliquit, anterioribus pollicis & indicis ſiniſtri, articulis, quibus pulverem contrectaveram, intus aſperitate quâdam perfuſis. Quodſi igitur pulvis hic ex arſenicô pulveriſato conſtiterit, nullum eſt dubium, hominem quendam è totidem ſiliquis, juxta obſervatam quantitatem, facile perire potuiſſe, ſi ſc. cortices ſimul deglutiti fuerint, pomis etiam non attentis. Atteſtationis ergò hæc propriâ manu ſubſcripſimus & ſigillô noſtrô ordinario munivimus. *Dat. Delicii, die 23. Julii An. 1696.*

(L.S.) *D. Joh. Caſpar Weſtphalus.*
(L.S.) *Joh. Schæffer, Pharmacop. Delic.*

Die 25. Julii 1696.

Lictor refert Inquiſitum confeſſum ſibi eſſe, pulverem fuiſſe arſenicum, quare miſſo eô Dn. D. Weſtphalo denuò transmiſſus, & e[...] judicium requiſitum fuit.

Reſponſum D. D. Joh. Caſpari Weſtphali, deſuper eodem Caſu.

DIe infraſcriptô, Dn. Judex ſupra lauda[...] per Lictorem Quehrinenſem pulver[...] albo gryſeum, eumque groſſiuſculum miſit[...] de eô iteratum noſtrum judicium requiſi[...] Quapropter præviâ diligenti conſideratione[...] collatione fruſtulorum illîc reperibilium c[...] arſenicô, judicamus eundem nihil aliud, qu[...] arſenicum album eſſe, pondere ⅔. drachm[...] aut gr. 40. æquans. Quod verò gryſeum aliq[...] tenus appareat, inde proficiſcitur, quòd ve[...] mortariô impurô contuſum eſſe potuit, ut [...] gis probabile: Vel malè aſſervatum fuit, ut p[...] verulentum evaſerit; ſiquidem integra fr[...] menta minora illîc adhuc obſervata omn[...] candicantia fuerunt. In majorem rei fidem [...] manu propriâ ſubſcripſimus, & ſigillo conſu[...] confirmavimus. *Delicii die 25. Jul. 1696.*

D. Johann Caſpar Weſtpha[...]
Johann. Schæfer, Pharmacop.

Depoſitio Teſtium.

Die 26. Jul. 1696.

PRæviâ citatione ſiſtit ſe Johannes Petſc[...] tritor Quehringenſis, & teſtatur, ſe, [...] Chriſtophorum Hædern obſervaſſe, quòd C[...] ſtianus Drobitſch, die Martis, tempore m[...] tinô, in horto ſuo, circa marginem aut [...] ſiliquarum & piſorum deambulaverit, e[...] illiniverit, portando ollulam, cui digitos im[...] ſerit. Veſperi præcedenti autem Inquiſitur[...] Brauerum, tritorem, dixiſſe & juraſſe: Au[...] me D. nî ſiliquæ piſorum mihi intemeratæ [...] neant, easdem intoxicabo. An in pomis i[...] tentaverit, ſe neſcire.

Eod.

Magdalena, Andreæ tritoris Zeberic[...] Filia, ut & Magdalena, Braueri uxor, ſimili[...] ferunt, addentes priorem, poſtquam ali[...] ſiliquas deguſtaverat, malè ſe habuiſſe, i[...] aqua continuò & ſaliva ex ore manaverit [...]

Articuli Inquiſitionales.

ART. IV.

A*Nnon ſiliquas quasdam in piſis, [...] poma in diverſis locis, ubi occurſui [...] gis patent, unguento quodam illiniverit*

Reſp. Aff. ſe hoc feciſſe, plures tamen, q[...] 4. aut 5. ſiliquas non fuiſſe, duoque ta[...] poma.

A

A R T. VI.

Quali unguento ſiliquas & poma, & ...ot illorum illiniverit?

Reſp. Ejusmodi magma fuiſſe, quale Actua-s hodie acceperit: Eſſe arſenicum, quod ...uratius noverint, quàm ipſe: Neque ul-... 2. poma & 4. circiter vel 5. ſiliquas illini-... fuiſſe, vitam ſuam interpoſiturum, plures ...n fuiſſe.

A R T. VII.

Annon arſenicum fuerit pinguedine ſu-... permixtum?

Reſp. Aff. Hoc verum eſſe. Si pœnam ipſo incurriſſet, ſe leniorem exorare, ſe ...thac cautius mercaturum. Se diu alios ad-...nuiſſe, ut à ſiliquis abſtinerent, adeoque ... clanculum non feciſſe.

A R T. VIII.

Annon venenum, non verò helleborus ...rit?

Reſp. Utique non tam helleborum, quàm ...nicum fuiſſe. Adhæc recognoſcebat pul-...em, à Lictore ab eô obtentum, afferens ...dem adhibitum fuiſſe.

A R T. IX.

Unde pulverem illum, & unde pingue-...em obtinuerit?

Reſp. Se aliquando Lipſiæ eundem emiſ-... Rem vetuſtam eſſe, ultra 10. annos co-...am. Pinguedinem â juſculo proficiſci, ſi ... porcina fumô indurata coquatur.

A R T. X.

Quando, ubi, & quanti pulverem coe-...rit?

Reſp. Accuratè ſe ipſum neſcire, quô tem-...e: 5. vel 6. circiter annos jam effluxos es-... Lipſiæ in platea Grimmicenſi: Neſcire ... an in Pharmacopolio, an aliâ tabernâ fue-... 6. obolis conſtitiſſe.

A R T. XI.

Quantum de hoc pulvere & de pingue-...e aſſumſerit, & quantum cuilibet ſili-...æ & pomo inunxerit?

Reſp. Parum pinguedinis fuiſſe, piſum ...uans de pulvere quantum duo tritici gra-... haberent, ſi comprimerentur: parvam feſtucam habuiſſe: Neſcire ſe, quantum ...nxerit; non magnam ſe portionem ha-...iſſe, quî ergò multum exinde illinire po-...ſſet?

A R T. XII.

An de hoc pulvere jam alibi quid adhi-...rit? & in quem uſum?

Reſp. Contra mures majores ſe adhibuiſſe, ...nam triticeam addidiſſe, & in pavimento ...quiſſe, quod eô, quô Quenringii habi-...t, tempore feciſſet, alioquin nullam ſe ...iliam aluiſſe.

A R T. XIII.

Cur & in quem finem hoc fecerit, ſili-...sve & poma inunxerit?

Val. Pand.

Reſp. Ex impatientia & iracundiâ, cò quòd ſiliquas adeò conquaſſarint & peſſunde-derint, unde & domum rediens ad vicinum Brauerum dixerit: Auferat me D. ni ſiliquas intemeratas mihi ſinant, intoxicabo illas. In ramis inferioribus poma ſuccreviſſe, quæ neſcius quis adhuc immatura decerpſerit. Addit ſe ſperaſſe fures quadantenus ſolum vomituros & cacaturos eſſe, non verò morituros. Seipſum enim, ante annum adhuc, Widderdorfii idem, quantitate piſi aſſumſiſſe, poſtquam per XXIV. horas in aquâ maceraverat & in eâ deglutiverat, cùm nullô aliâs purgante, quàm hôc, moveri poſſet, licet aliquando VI. purgantia aſſumſerit, è quibus nullum operatum fuiſſet.

A R T I C. XIV.

Annon, priusquam fructus inunxiſſet, die ☽ præcedenti, tempore veſpertinô dixerit: Niſi pueri piſa mihi relinquant, illa intoxicabo?

Reſp. Ita, ſe hoc dixiſſe, nec inficiari.

A R T I C. XV.

Annon Uxor hoc ipſi interdixerit, dicendo, cur tales actiones ſuſciperet?

Reſp. Utique, modò obtemperaremus! Uxorem ſuam prudentiorem fuiſſe, quàm ipſe hâc in re.

A R T I C. XVI.

Annon reſponderit: Nil importare, ſe reſponſurum de omnibus, licet, ſi comederint, nauſeâ quadam corriperentur?

Reſp. ſe dixiſſe: Non ſtatim moriuntur, licet caccent & evomant.

A R T I C. XVII.

Quid ulterius his addiderit?

Reſp. Nequicquam, hoc Deum ſuum chariſſimum in cœlis noſſe, niſi quod ad manus & in cucullô eſſet. Irâ ſe obrutum fuiſſe, cùm peſſimè ſe habuerit, quòd ſiliquæ ita conquaſſatæ fuerint.

Sententia Scabinorum Lipſienſium.

P. P.

POſtquam ſpeciem facti, Inquiſitionalia Medici & Pharmacopœi Judicia, Articulos inquiſitionales & Chriſtiani Drobitſchii Reſponſiones ad eos, cum reliquis hujus generis Actis, addita quæſtione quadam, Nobis transmiſeritis, & quid juris illîc ſit, ſcire deſideretis;

Hinc Nos Scabini Electorales Lipſienſes juri conſentaneum eſſe ducimus, quod dictus modò Chriſtian Drobitſch, ob facinus commiſſum, circumſtantiis ita ſe habentibus, per decurſum VI. ſeptimanarum carcere aut mulcta 6. th. puniendus ſit, condemnandus ſimul ad expenſas, hoc in paſſu, ſolvendas,

 præviâ

prævià tamen liquidatione & judiciali moderatione. Cæterum Magdalenæ & Johannis Graueri liberis commiſſa facinora ſeriò exprobranda. De Jure. Atteſtat. gratia Sigillum addendo.

Scabini Elect. Lipſienſes.

CASUS X.
DE INTOXICATIONE PASCUORUM PUTATITIA.

P. P.

AUtumnô præteritô in pago quodam vicino contigit Caſus, quo lites ſubortæ, quæ non aliter quâm deciſione Veſtrar. Excell. dirimi poſſunt; videlicet: Nobilis quidam *rura paſcua* poſſidet, communitas autem loci pari jure cum Nobili hâc ratione fruitur, quâ de cauſa & hæc & ille peculiarem conduxit opilionem: poſtquàm verò communitas gregem magnum, Nobilis autem tantùm aliquot centum in rura paſcua paſtum duxit, prætendit ipſa, acſi Nobilis oves pingueſcerent, communitatis autem emaciarentur, cauſam rejiciendo in Opilionem Nobilis, quia ipſe *ſalem pane bis cocto toſtoque permixtum ovibus exhiberet*, hinc evenire, ut paſcua rura quaſi venenarentur, & communitatis Oves planè corrumperentur. Et quum deputati communitatis aliqui in perâ Opilionis à Nobile dependentis *ſalem cum pane toſto* offenderunt, ſecum abſtulerunt, peram tradendo in præfecturam Weiſſenſæenſem, atque ſic accuſant Opilionem veneficii & falſi, citando ad intereſſe damni, acſi ipſe rura paſcua venenâſſet. Hoc ut probarent, depoſitionem Teſtium aliquot juratam ad Acta retulerunt, quibus dolum, vel falſum eſſe demonſtrant, cujus tamen naturalis & genuina cauſa dari non poſſit. Tametſi autem Communitas Opilioni hâc actione parum nocere poteſt, dum (prout ipſis incubuit) cauſa vera & proxima ſuorum dictorum reddi non potuit, è contrà Opilio teſtimonio Lanionum & Opilionum reliquorum adjutus confirmat, *ſalem cum pane bis cocto toſtoque ovibus exhibitum eſſe purificativum ſanguinis, quò minus inquinarentur*: attamen ante deciſionem Juridicam ſuper hoc Caſu, Phyſicorum ſententiam prius percipere volui, ſubmiſsè rogando, velint Excell. Veſtræ quæſtionem ſequentem Reſponſione Collegiali, ſi non grave, dignari, ſcilicet: *an bis coctus panis, toſtus per ſe, vel cum ſale mixtus hanc proprietatem habeat, ut Ovibus vel pecoribus exhibitus, & ab iisdem adſumptus, paſcua rura ita fœtere faciat, ut poſt paſcentes eadem averſentur, & hinc emacientur &c.* Dab. Greuſſæ d. 8. Dec. 1659.

Reſponſum Facultatis Medicæ Lipſienſis; ſcilicet quod Sal & Panis bis coctus ut ſic, venenandi Potentiam non habeant.

AD quæſtionem propoſitam breviter reſpondemus: quòd *Panis bis coctus & toſtus, ſeu cum, ſeu ſine ſale mixtus* homini plane ſit innoxius; pariter ſal, ut aliis alimentis, ſic etiam cum pane, laudabilis ſit notæ, & naturæ noſtræ convenien[s] nec ex uſu horum aliquid mali homini reformidandum. Quale autem damnum vel uſu ovibus aut pecoribus præſtet, nos tanquàm Medici, judicare veremur, rationi tam[en] conſentaneum, quòd per ſe nec pecoribus cum pane bis cocto nocere poſſit.

An autem *rura paſcua* ſale & pane ſo[lo] venenentur, ſine additione aliorum, val[de] ambigimus: quia res iſtæ ſunt è cenſu nat[u]ralium, modò non characteres, vel aliæ ſ[u]perſtitiones acceſſerint: de quibus tam[en] omnibus Laniones, Opiliones & Bubulci m[e]lius judicabunt. Dab. Lipſ. die 14. N[o]vembr. 1657.

Vid. Amman. in Med. Cr[it.]

CASUS XI.
DE DIARRHOEA LETHALI, TALPA POTUI ORDINARIO INJECTA.

Species Facti ſequenti DNN. MED[I]CIS jamdum communicatæ Relationi innititur.

PIncerna partim confitetur, partim teſtib[us] convinci poteſt, quòd urceum cerevi[ſia] repleverit, conſanguineo demortuo *Chri[ſtio]* eundem propinaverit, & abhinc inſciô hôc t[al]pam demortuam, ab Hortulani ſervis ce[llæ] Principali illatam, injecerit urceo cereviſia[m] continenti, de quâ cognato demortuo *Ch[ri]ſtio* hauſtum obtulerit, & abhinc, cùm is [ex]de bibiſſet, cereviſiam effundendo urceum i[n]verterit, & demortuo Cognato *Chriſtio* T[al]pam elabentem oſtendendo dixerit; Ecc[e] cognate *Chriſti*, de quô potaveris! Sur[gunt] qui teſtando deponunt eundem in hæc ver[ba] erupiſſe: Videsne, Cognate *Chriſti*, qu[i]deſuper ratto ſeu mure majore biberis; quù[m] tamen reverâ talpa fuerit. An verò jam t[al]pa hæc 1. 2. 3. vel plures dies in cella jac[ue]rit, certò hactenus experiri non potuimus.

Reſponſum Facult. Medicæ Giſſenæ; d[e] ſuper Lethalitate potus, talpâ imprægnati.

POſtquam juſſu Gratioſiſſimô SERENIS[SI]MI PRINCIPIS AC DOMINI D[NN.] NN. PRINCIPIS AC DOMINI N[O]STRI CLEMENTISSIMI Nol[...]

:cano & Profeſſoribus Facultatis Medicæ ſſenæ quædam Facti Species de hauſtu potus ſuper talpâ injectâ transmiſſa fuit, indeque æritur, *an potus ille diarrhoeam lethan produxerit, aut an in hâc facti ſpecie ia quædam cauſa reperiatur, quæ eandem uſari potuerit?*

Hinc Nos Decanus & Profeſſores Faculis Medicæ Giſſenæ iſtam Facti Speciem maè perpendimus eâque de causâ ſequens judiim noſtrum Reſponſi loco humilimè offerre buimus.

Et quidem ad primam ex facti ſpecie colſtam quæſtionem: Quòd Talpa in & per ſe à llô prorſus Autore Medicô hactenus pro anili venenatô habita fuerit, cùm *Santes Arynus Piſaurenſis*, Medicus & Philoſophus cellentiſſimus; qui *de Venenis* vaſtum & igne Volumen conſcripſit, ne verbô quidem lparum meminerit, indeque *Prævotius* in *lexipharmacis* ſuis & *Catalogô venenorum* is pariter ne nominetenus quidem adduxerit, que alexipharmacum aliquod illis oppoſin præſcripſerit. E contrariô verò Talpâ in rô Medicô in diverſis affectibus inſigni cum nolumentô ſæpè uti ſolent. *Gregorius Horus* ſanè in *Obſerv. de Arthritide Vaga Scortica* commendat Talpam in cineres redaam; quod & *Schrœderus in Pharmacoeiâ ſua Medico-Chymicâ* confirmat, dum, trinſecus, inquit, cum cereviſiâ aut vinô poſcurat Arthritidem vagam dictam, hisque adıc addit: Cinis confert lepris, ſtrumis & fiſtu-; porrò idem *D. Schrœderus* perhibet, ıòd talpæ cor herniofis conferat, ſi exſiccetur 3. vel 4. diebus continuis unicum pro doſi matur. It. quòd ſanguis ad calvitiem condut, vulgariſque Plebejorum ſit ſententia, lpam manibus, donec emoriatur, comehenſam hominem per integrum annum à bri immunem conſervare, quemadmodum vulgus, ne dentium jacturam ferat, talpæ lhuc vivæ pedem morſu detruncare ſolet, cus rei experientia à multis laudatur & doetur.

Heîc verò quis inſtare poſſet dicendo, liam eſſe rationem cum animali in cineres reacto, quàm eô non combuſto? Cui *Plinius* tisfacit *lib.* 30. *Hiſt. Nat. c.* 3. tradens Vetes devoraſſe cor Talpæ recens & palpitans, e divinationis & ſcientiæ. Equidem *Alberus Magnus* de Talpâ refert, quod V. in qua ecoqueretur Equum nigricantem albedine inıat, quod ob corroſivitatem aliquam continere videri poſſet, ſicut maximam ad partem tas Equorum & Canum tincturæ rebus & mediis usmodi corrodentibus fieri ſolent. Hoc ſi ı ſe haberet, absque ulteriori deliberatione dicandum eſſet, ob corroſivam ejusmodi naram haud difficulter inde diarrhœam oboriri oſſe. Aſt vix ac ne vix quidem probabile aut edibile eſt tincturam illam, ſi modò vera eſt, propter naturam corroſivam, quàm aqua à coctione talpæ mutuetur, oriri, ſed propter ſingularem quandam idiopathiam & occultam qualitatem, haud aliter ac axungia urſina crines, ſine ulla tamen corroſione, albicantes reddit. Adhæc *Helmontius in Tr. ſuo Butler Fol.* 471. Vidi, inquit, cur panaritium digitus ſpoponderat diſtinctus fortè ad brachii amplitudinem, perque noctes aliquot inſomnes torſerat miſerè, cui cruor & recens pellis talpæ circumducta mane craſtinô digitum cum nocturna quiete reſtituerat; ut exinde videre liceat, cutim, ſanguinem, pedes, cor & aliæ Talpis magnarum virium eſſe & haberi; quibus omnibus eò majus patrocinium accreſceret, ſi talpa abſque ſalivâ (quam, ſi occiditur, interdum ejicit) fuerit capta nec in putrilaginem abierit, ad quam inclinat admodum, (quia uti piſcis extra aquam, ita talpa ſupra terram cito moritur & putreſcit, cùm non ſint in ſuô natali elementô) quô caſu facilè ſymptoma quoddam malignum & venenoſum ſubnaſci potuiſſet, de quô tamen in Facti Specie nequicquam habetur.

Alteram quæſtionem nunc quod concernit, propullulat illa è facti ſpecie, hâc ratione: cum ſcilicet *Chriſtio* demortuo, quamprimum hauſtum cereviſiæ aſſumſerat, per inverſionem vaſis oſtenſum fuerit, illum deſuper talpa, vel quô terror eò magis augeretur, de quo tamen dubium, ſuper ratto potitaverit, *an per terrorem morbus quidam lethalis inferri poſſit*: Ad quod unanimiter reſpondemus, quod ſic, quandoquidem adverſa quadam & p. n. impreſſione ſpiritus vitæ in homine, & conſequenter omnes humores in corpore humanô commoveri poſſunt & alterari. Conſiderentur modò impreſſiones utero geſtantium, quæ terrore & merâ phantaſiâ, ſi fortè locum quendam corporis contigerint, entia realia quoque producunt, illarum ſc. rerum ſpecies, quas intuebantur, ſine dubiô, quòd ſpiritus vitæ, una cum humoribus, ad loca illa confertim ruat, illicque ea depingat, quæ phantaſia ſibi prius impreſſerat. Exempla ſanè proſtant eorum, quibus anguillarum loco ſerpentes cum cibis fuerunt appoſiti; qui tamen ob defectum pravæ imaginationis nullum ipſis detrimentum attulêrunt; quamprimùm verò, longô etiam temporis intervallo intercedente, hujus certiores fuerunt redditi, ob fortem impreſſionem immutatamque phantaſiam ſtatim ægrè ſe habuerunt & omninò demortui fuerunt. Hinc *Fienus Tr. de viribus imaginationis quæſt. X.* ſcribit: Phantaſia eſt cauſa motus humorum & ſpirituum in corpore. Motu humorum & ſpirituum poſſunt varii, imò omnis generis morbi in nobis cauſari. Nam motu humorum poſſunt fieri obſtructiones, & conſequenter apoplexiæ, calculi, aſthma, dyſuria, cœcitas, ulcera & apoſtemata interna &c. Motu ſpirituum poſſunt fieri deliquia, vertigines &c. Imô videtur,

tur, quòd homo per ſuam imaginationem ſe ferè, quocunque morbô vellet, afficere poſſit. Etenim imaginatio habet vim directoriam. Ergò humores poteſt in quamcunque partem determinatam dirigere, & in eâ morbum facere, imò & hunc vel illum morbum determinare: Quô in loco quoque diverſa exempla allegavit. Eâque propter hac de re optime quoque diſſerit *Helmontius* in *Tr. Demens idea generat. p.* 226. Fortis perturbatio noſtræ imaginationis imaginem cudit, eamque imprimit in ipſum alimentum, vel etiam in partem ſolidam & noſtri conſtitutivam. Unde videlicet continuata eſt idearum novarum propagatio, ipſaque diverſitas & amplitudo in Maniacis. Siquidem â metu, agoniâ, invidiâ, ambitione, amore, ſtudiô, curâ, pudore, avaritiâ, aliiſque conſimilibus perturbationibus dementiæ fiunt. Tantoque miſeriores, quæ ſuſcitantur abſque excrementorum infamiâ &c. Toto die experimur, quantam alterationem ſpiritui hominis & ſanguini imprimat terror aliquis? *Sennertus L.* 6. *Parte* 2. *c.* 4. *p.* 78. 79. tradit peſtem ſæpiſſimè â ſolo terrore fuiſſe ſubortam, (quod propriæ Ma tris exemplô confirmat *D. Lüncker in Diſ de Peſte.*) nullâ licet aeris infectione præſen te; idemque repetit *C.* 1. *De Nat. Peſtilen tiæ.* Videatur idem in *Tractatu de Conſen ſu & Diſſenſu Chymic. C.* 14. *& Salmuth Cent. III. Obſ. Medic.* Eoque facilius terro affectum quendam p. n. inferre valet, ſi pe ſonis non ſanæ mentis & apprehenſivis inc tiatur, qui non obſtantibus rationibus plau bilibus ad ſe facilè redire nequeunt, cujus n turæ *Chriſtius* demortuus erat, cujus pha taſia eò terribiliores ideas & impreſſiones fo mare potuit, ſi Talpa licet exiſtente mure m jore ſe deceptum eſſe crediſſet. Quæ q dem unanimis noſtra in theſi eſt ſententi arduum eſſe judicantes in hypotheſi de multa diſputare &c.

D. Joh. Tackius, Decan.
Georg Balthaſar Mezger.

PANDECTARUM
MEDICO-LEGALIUM
PARTIS I.
SECT. VI.
DE
RESPONSIS PHARMACEUTICO-FORENSIBUS.

INTRODUCTIO.

§. I.

UT optimi plerumque peſſima eſt corruptio, ita nullam fe artem reperire licet, unde pro variô ſive uſu, ſive abu, majus aut emolumentum, aut detrimentum in corp is æquè ac fortunæ bona redundat, quàm Artem Pharmac ticam; quod ultimum ut præcaveamus, jure meritoque cramentô obſtringenda erit Pharmacopœi fides, cujus formulam tr it *Thomas Bartholinus in Ciſtâ Med. Hafnienſi, Loc.* 27. *p.* 315. *& Dn. Tho ſius in Diſp. de jure circa Pharmacopolia Civitatum Cap.* 2. §. 5. quod & M terialiſtis imponendum eſſe, â *Dn. Lud. van Hornick evincitur in* CAS.

§. I.

§. II.

Sed quid de Famulis illorum ſtatuendum, an & illis juramentum de-
rendum eſt? Equidem ſi obſervantiam, imò & ſtatuta quarundam
ivitatum Medica reſpicias, non niſi ab illis, qui Proviſoris, apud vi-
uam aliquam, aut in Pharmacopoliis Minorum, officiô funguntur, cor-
orale juramentum exigitur, in reliquis autem Pharmacopœorum mi-
iſtris idem ſolâ promiſſione, ſtipulata manu factâ temperatur. *Vid. eun-
m Dom. Thomaſ. c. l.* Aſt neque hiſce juramentum remittendum eſſe, cu-
plus quàm Paterna à Sereniſſimis Haſſiæ Landgraviis olim cautum eſt,
on obſtante Medicorum interceſſione in CAS. II. obſervanda.

§. III.

Vi ejusdem juramenti Pharmacopœi ab omni Praxi Medicâ abſtinere
guntur, quæ ne Medicinæ quidem Candidatis indulgeri ſolet, ut in
AS. III. videre eſt. Quod ſi minus obſervaverint, tanquam perjuri à
acultatibus Medicis coercendi erunt, juxta CAS. III. Et licet, quocun-
ue demum modô, Gradum Doctoralem conſecuti ſint, à Praxi tamen
bſtineant, oportet, niſi aut Proviſorem alant, vid. CAS. IV. aut Phar-
acopolium aliis locaverint; quod tamen litibus quamplurimis & frau-
ibus, nì omnia probè ſupputata & cautiſſimè circumſcripta fuerint,
ccaſionem miniſtrare CAS. V. edocere poterit. Summoperè enim hic
vendum, ut extraditio medicamentorum ſecundum inventarium tra-
torum eodem modo fiat, quo tradita ſunt. Vid. *Zittmann. in Med. For.
nt. 1. Caſ. C. p. 349.* Cæterum ut officio ſuo ſine ullo impedimento de-
ngi poſſint, hinc non ſecus ac Medici ad officium tutoris cogi ne-
ueunt, juxta Reſp. Faç. Med. Lipſ. apud *Zittmannum in Med. Forenſi
nt. 1. Caſ. 37. p. 119.*

§. IV.

Quò verò de bonitate ſimplicium & genuina pharmacorum præpa-
tione conſtet, crebra officinarum Pharmaceuticarum viſitatio inſti-
enda eſt, à quâ neque Materialiſtarum (ut vulgò audiunt) officinæ
imendæ ſunt, ut in CAS. VI. oſtenditur. Utraque enim adeò neceſ-
ria eſt, ut non tantùm Edictô Regiô in Daniâ (vid. CAS. VII.) plurimis-
ue Statutis Medicis ſancita fuerit, ſed & *Fridericus Imperator in Conſtit. 3.*
ltimô ſuppliciô afficere jubeat eos, qui fraudem in creditô hoc ſibi of-
ciô admiſiſſe probentur: *Statuta* autem *Provincialia Saxonica de A.* 1550.
s, qui viſitationes ſibi injunctas intermiſerint, 500. florenorum mul-
am dictitent; conf. *Dn. Thomaſius in cit. diſp. de jure Pharmacop. Cap. 3.
5.* Interim expenſas ad viſitationem neceſſarias non tam Pharmacopœis,
uam Civitatibus & Præfecturis adjudicandas eſſe, Dnn. Lipſienſes ſtatuunt,
ud *Zittmannum in Med. For. Cent. 1. Caſ. 84. p. 568.* quarum dimidietas
a à Pharmacopœo, altera à Præfecturis alicubi in Haſſiâ noſtra ſolvi
let: niſi Pharmacopœus ſit ad incitas redactus.

§. V.

Quodſi diſſidia quædam circa Directorium oriantur, hoc alicubi
mperamentum obſervatur, ut in Viſitationibus Extraordinariis Di-

 rectio

rectio Viſitationum Regimini Politico aliisque per ſpeciale Reſcriptur Principis ad id Delegatis Commiſſariis relinquatur: In Ordinariis autei Viſitationibus Directio Medicis de jure competat, ut in CAS. VIII dec ditur. Utrobique autem medicamenta ſemel rejecta recipienda nc ſunt, juxta CAS. IX. niſi injuriam ſibi fieri conqueratur Pharmacopœu Quô in caſu Facultas Medica deſuper qualitate illorum judicet, opo tet. Vid. CAS. X & XI.

§. VI.

Quia etiam in Taxatione medicamentorum ſæpe nimium excedu Pharmacopœi, illi cumprimis, qui (ut *Helmontius* alicubi loquitur) p diculorum inſtar cruore proximi ſaginantur; hinc eandem per Magiſti tum ordinarium, hunc in finem in CAS. XII. requiſitum, Medici co ceant. Si verò è contra hôc in paſſu injuſtè traducantur, à Facultatib Medicis, ut in CAS. XIII. factum, defendendi erunt.

§. VII.

Sedulò quoque cavendum eſt, ne Pharmacopœi medicamenta ab tum promoventia clanculùm divendant, juxta Reſp. ad CAS. XIV. X Tragicus ſanè caſus, aliquot abhinc annis Alsfeldiæ contigit, ubi emmenagoga à Pharmacopœo data Mater cum fœtu ſub abortu obi neque venena pro lubitu diſpenſent, de quorum efficacia utrobique co ſuluntur Medici, ut in CAS. XVI XVII. contigit; ſicut & de reliquoru tam ſimplicium, quàm compoſitorum qualitate, præparatione & fectu ſæpe quæritur.

§. VIII.

Ita de Simplicibus è regno vegetabili deſumptis in CAS XVIII. è gno animali in CAS. XIX. de compoſitorum verò præparatione & e cacia in CAS. XX. XXI. XXII. Facultates Medicæ judicarunt. Qua Chymicis & Draſticis apprimè obſervanda, cumprimis ☿alibus in C XXIII. & ♀rialibus in CAS XXIV. *Conf.* CASUS infelices de ♁ in *vellis Medico-Legalibus* & de ♁ Philoſophico, ☿. Diaph. ut & Regul Medicinali in *Authenticis Medico-Legalibus*.

§. IX.

Quid verò, ſi per errorem venenum pro medicamentô dederint ministri, ſive pueri Pharmacopœorum? Eô ſane in caſu neque mini neque Pharmacopœus, qui prudentibus & circumſpectis miniſtris debet, impunes ſunt relinquendi, ſed pœnâ arbitrariâ afficiendi, pr in CAS. XXV. & XXVI. accidit; quemadmodum & hîc locorum, c anno 1695. locô trochiſc. alkekengi ʒj. (quam Nephritico in mixt quadam præſcripſeram) tantundem trochiſc. alhandal à puerô Phar copœi Giſſenſis per errorem præberetur, non in puerum tantùm ej ſed & Dominum acriter animadverſum fuit, *vid. Miſcellan. Phyſico-M S. R. Imper. Acad. Nat. Cur. Dec. 3. Ann. 3. Obſerv. 78. p. 3.* Quò perti ſimile infortunium, quod nuper admodum 1720. Nordhuſæ Filio n natu majori *D. Chriſtophoro Bernhardo Valentini* accidit, qui cum ſem. niculi alicui præſcripſiſſet, ex ſymptomatibus ſupervenientibus & i

autoj

utopſia comperuit, Pharmacopœum per errorem ſemen hyoſcyami ubſtituiſſe.

X.

Ne ergò & in compoſitis error ejusmodi, aut fucus, committatur, inc in pretioſiorum diſpenſatione Medici aliique Pharmacopœi convoari illique intereſſe debent, ut in Diſpenſatione Conf. Alkerm. Mithriatii & Theriacæ fieri conſuevit, quæ ultima tamen ultra 24plam proortionem non facilè diſpenſanda eſt, ut in CAS. XXVII. deciditur; eaue de causâ Agyrtarum Compoſita, tanquam adulterina, prorſus reicienda ſunt, juxta Reſp. ad CAS. XXVIII. cùm ne ſimplicium quidem ſtitoribus ſeu Materialiſtis illorum præparatio facilè indulgenda ſit, ut CAS. XXIX demonſtratur. Idem de formulis illorum ſeu Receptis icendum, in quorum cenſurâ, ſicubi requiratur, generoſum ſe Medicus exhibeat, nec facilè cum iisdem, tanquam indignis, in arenam deſcendat, præeunte ſic *Facult. Medic. Hafnienſi* in CAS. XXX.

CASUS I.

DE

URAMENTO MATERIALISTARUM.

D. LUDOVICI AB HORNICK

RESOLUTIO QU.

mon Materialiſtis & Trochiſtis æquè ac Pharmacopœis Juramentum ſit deferendum?

QUod plurimis in locis Pharmacopolæ, profeſſionis intuitu, ad ſpeciale juramenn, juſſu Magiſtratus, deponendum oblitur, id alibi, ubi de præparatione medicantorum illis minus concedenda actum fuit, icabatur. Ut plures ejus formulas hâc vinon cumulemus, unicam ſaltem, quæ ncofurti in uſu eſt, hîc allegabimus, quæ ſe habet: „Pharmacopœi bonâ fide ſtiputâ manu promittant & abhinc corporale jumentum ad Deum deponant, quòd *Ordinationem* à Nobiliſſimo Senatu nuper conceam & publicatam, in quantum juxta terem Tit. III. ipſos ipſorumque famulos ncernit, ſanctè obſervaturi ſint &c.

Tertius autem *titulus Renovatæ Ordi. Francofurtenſis*, illîc allegatus, curam atis complectitur jubetque, ut Pharmacofamulos pueroſque idoneos ſibi procurent, ante eorum acceptationem Dnn. Viſitatoribus offerant, pacificè vivant, Viſitatoribus ſe non opponant, materialibus, medicamentis, receptis, venenis & ponderibus, ut decet, legitimè procedant, Taxam præſcriptam obſervent, Pauperes æquè ac Divites, pro debitâ ſolutione, promoveant, ea quæ ægri celari cupiunt, reticeant, colluſiones clancularias cum Judæis & Medicis fugiant, fraudemque detectam indicent: Inter quæ omnia, ut medicamentis, venenis aliisque materialibus cautè mercentur, principaliter huc pertinet, & in eô conſiſtit, ut emendo, componendo, præparando, vendendo aliisque ſimilibus (in quorum minimis etiam maxima fraus committi poteſt) cautionem & ſinceritatem adhibeant. Dum ergò Pharmacopœi, quòd medicamenta tam ſimplicia, quàm compoſita, eaque ſive cruda, ſive præparata & redimendo & vendendo candidè, ſincerè & fideliter acturi, nullumque fucum adhibituri, & ut famuli puerique ſui idem obſervent, curaturi ſint, ſanctiſſimô juramenti vinculô obſtringuntur, Materialiſtæ autem in eadem, imò longè majori quantitate, quam Pharmacopœi, materialia medicinalia, ſimplicia, compoſita, cruda & præparata emunt & venum exponunt, non minus etiam ac Myropolæ famulos & pueros eam ob cauſam alunt; ſequitur ſanè, eosdem hoc in paſſu eſſe pares, utramque quoque Partem candidè & ſine fucô ad conſervationem & reſtitutionem ſanitatis humanæ, è contra quoque falsò & nefariè, in corporis & vitæ irreparabile damnum poſſe agere.

Quò verò huic poſteriori à parte Pharmacopœorum præveniatur, corporale juramentum ad Deum edere tenentur: Quid ergo in hôc univerſo æquius, quàm ut Materialiſtæ, utpote qui non minus ac Pharmacopœi homines ſuut peccato obnoxii, ad parile juramentum obli-

obligentur, quô ab illis non minus, quàm Pharmacopœis, ſaniæquè ac ægri eò meliora & ſelectiora materialia & pharmaca obtineant. Ubi eadem eſt æquitas & ratio, ibi eadem lex verſari,

L. illud ff. ad L. Aquil. Nicaſ. Vœrda in Tit. Inſtit. de legit. patron. tut. n. 7. & poſt Bald. Alexand. Barthold. Blater in repetit. l. diffamari. c. 12. ſub n. 8. p. 332. verſ. idque maximè propter rationum identitatem C. de ingen. man.

conſequenterque haud diverſa juris diſpoſitio vigere debet.

arg. l. illud 32. impr. ff. ad L. Aquil. l. à Titio 108. impr. de V. O. cum ſimil. Sch. ad de F. part. 10. ſect. 17. n. 19. Reinkink. de R. S. & E. lib. 2. c. 11. n. 25. Gœdd. conſ. Marp. 26. n. 19. Vol. 1. Treutl. conſ. 6. n. 18. Vol. 1.

Nam, quia ratio moderatur diſpoſitiones, ſicut gubernacula naves & fræna equos,

ut inquit poſt alios *Camill. Borel. de Magiſtr. edict. l. 2. c. 3. n. 22. Barth. Kellenbenz de renunc. ſucceſſ. q. 39. n. 9.*

quorſum per dequeſtum alludere videtur *Ovvenus lib. 3. Epigram. 85.* dum ait:

Tempore quod noſtrô RATIO ſit RECTA, dolendum eſt,
Eſſet gaudendum, ſi foret illa REGENS.

Et ego paucis abhinc annis iniquiſſimè detentus, at ab Auguſtiſſimâ Camerâ Imperiali per mandatum S. C. liberatus, in illud Lyclamæ: *Magiſtratus jura regit*, ita luſi:

Jura Magiſtratus regit, *inquis, docte Lyclama*
Jura Magiſtratum ſi regerent, melius!

Unde proverbia communiſſima: Æquales fratres, æqualia præmia geſtant: it. Dum Equi æquis viribus trahunt, optimè procedit currus &c. Et quorum æqualis eſt ſanctitas, eorum æqualis etiam celebranda eſt feſtivitas,

arg. c. ſcire debet. diſt. 76. Goldaſt. lib. 2. de Majorat. c. 36. n. 6. Gœddeus Conſ Marpurg. 32. n. 28. vol. 3. Mund. de diffam. c. 5. §. 3. 192. Zieriz. in not. ad Carol. V. Conſtit. Crim. c. 128. verb. eadem ratione; ubi & ſubjicit, quod vulgò de reb. ſibi quam ſimillimis dici ſolet apud Agell. lib. 3. Noct. Attic. c. 16. idem Accii, quod Titii.

planè quæ eandem accepêre naturam, cæterorum quoque communitatem habere æquiſſimum eſt.

Dio lib. 52.

Secundò Reipublicæ æquè intererat, ut de probatis & efficacibus medicamentis à Materialiſtis ſine fucô & dolô obtinendis aſſecuretur, ac ejus intereſt, ut Pharmacopolæ ſe hîc gerant legitimè. Cur ergò Materialiſtæ hîc dimitterentur, nec eodem, cum quô Pharmacopœi, juramento divincirentur.

Cumprimis cùm illi non minus ac hi pecc
re poſſint? quid dico poſſe? ſæpiſſimè grav
ſimè peccarint & ex parte eâ de causâ in carc
æquè ac bursâ pœnas dederint, ut diverſa,
proæreſi & bonâ ſcientiâ ab illis commiſſa fra
dum exempla alibi fusè allegavimus, cujus
noſtris adhuc temporibus nondum finis e
mihique cognitus eſt nonnemo, qui licet ea
ob cauſam non minimis in anguſtiis fuerit,
mæque virginitatem maximâ ex parte amiſe
paucis tamen abhinc diebus novæ & in Germ
niâ ſuperiori tunc adhuc incognitæ Terræ
Maſſæ Japponicæ lib. 1. duobus Florenis c
mit, & paulò poſt Pharmacopœo peregrin
ob rei raritatem ejus cognitionem exactiore
nondum habenti, aliquot ultra viginti flor.
truſit; En! 8. pro 100. quæ transgredi non
bebant! Ita ſane veriſſimum eſt illud;

Officioſa manus, ô vitioſa manus!

Quô manifeſtiores igitur Impoſtores ſi
Materialiſtæ, eò abſurdius eſt iis, qui ad mi
mum compoſitionis & præparationis medi
mentorum prorſus ſunt ignari, absque ju
mentô plus, aut ad minimum tantum, ac h
neſtis, probatis, examinatis & legitimè c
ſtitutis Pharmacopœis juratis, fidere & c
credere. Tanto autem facilius quintò Mate
liſtæ ad jurandum ſe offerre poſſunt, quoni
eô ipsô nil quicquam iis decedit; quid enim
præter illicitum, ac tam in Divinis, quam p
fanis legibus prohibitum lucrum & uſura
decederet, licet boni publici, ſalutis & ſanit
humanæ gratiâ, ad depoſitionem jurame
(quod, ut alibi dictum, ipſe ſæpe Magiſtra
Mercatoribus licitum & ad candorem in c
merciis comprobandum, neceſſarium eſſe
dit) adſtringerentur & promittere cogeren
quòd nullas omninò merces adulterare,
adulteratas & evanidas, vel etiam compoſ
absque documentis fide dignis divendere,
ulla medicamenta, in detrimentum & præ
dicium Pharmacopœorum ſive compone
ſive præparare, nec ex iis rebus, quarum
penſatio quotidiana à longis retro ſeculis
Pharmacopœos pertinuit, quarum etiam
neroſi Materialiſtæ, qui Groſſarii (ut vulgò
diunt) eſſe volunt, nunquam non pudore
cti ſunt, & adhuc ducuntur, quicquam infr
lodones & tolerabili pretio, impoſterum
vendere, ſed in omnibus Statutis & Conſt
tionibus illius loci, ubi degunt, fideliter obt
perare velint. Quamdiu hoc non conting
pro tenui meo, utut fideliſſimô judiciô,
periculoſum & fruſtraneum eſt, Pharma
pœos ſpeciali juramentô gravari, cùm Medi
ſuos ipſosque ægros de medicamentis infuc
ſecuros certosque reddere non valeant, ad
que juramento, anteà præſtito, debito mo
& more morem gerere illudque obſervare n
poſſint, ſi medicamenta â ſuſpectis minus
juratis Materialiſtis acceptare & coemere
neantur.

Inte

Interim V. his argumentis ex adverſo op-
ni poſſet:

I. Pauciſſimos, præter Pharmacopœos,
terialia à Trochiſtis coëmere: Jam autem
armacopœos in Arte verſatos facilimè diju
are poſſe, quænam ſimplicia genuina & ſe-
ta ſint, necne?

II. Juramentum rem eſſe arduam, pluri-
ſque perjuriis hâc ratione anſam dari, ſiqui-
m avari & fraudibus ebrii Materialiſtæ jura-
entum vix diutius obſervaturi ſint, quàm à
ſpere, ad illud tempus, quô Gallinæ in al-
n evolant.

III. Nec moris, nec obſervantiæ eſſe Ma-
ialiſtas juramentô onerare, adeoque rem
nino novam eſſe.

IV. Per juramentum hujusmodi attenta-
n, aut delationem ejus, Materialiſtas, qui
tè Viri ſint præcipui & opulenti, Fiſcoque
me proficui, facilè abigi, & ut aliò ſe con-
nt, adduci poſſe.

Quatuor hæc argumenta ordine perluſtra-
nus, & quam ponderoſa & ſtringentia ſint,
uiremus.

Primum quod concernit, veriſſimum eſt
d:

Haud quisquam cunctis technis & fraudibus aptus!

Si Materialiſtis indulgeatur, ut medica-
nta præparent, innumerabiles impoſturæ
clanculum committi poterunt. Quod
m magiſteria, perlarum ſc. matris perla-
, coralliorum alborum, CC. cranii hu-
ni, lapidis percarum, ovorum ſtruthii, ebo-
ocul. ♋. & ſimilia attinet, ea profectò
ò ejusdem ſunt ſubſtantiæ, coloris, odoris,
oris & ponderis, ut nemo ferè, doctiſſi
s licet & expertiſſimus, illa, ſi absque deno-
atione illi ob oculos ponantur, diſtinguere
eat; undè Laborantis verbis hic unicè cre-
dum & fidendum eſt. Jam unusquisque,
vel parum judicii habet, hariolari poterit,
d, ſi penes juratos res ſæpe quam lubrica
, penes Chymicaſtros, Laboratores & Ma-
ialiſtas, horumque famulos Pharmacopœos,
aragorum more coctos, futurum ſit, & quan-
confidentiæ in illis locari poſſit? cumpri-
ſi conſideraverimus, quod bina illa maxi-
que lethalia venena, ♁. ſc. & ☿. ſi in pul-
em, præparatione mediante, convertan-
quâ formam & colorem perlarum præpara-
m, cordi vulgò dicatarum, pulveri adeo
ilia ſint, ut ovum ovo. Similiter res ſeſe
et cum Extractis (quæ ejusdem ferè colo-
ſaporis ſunt) ut & Spiritibus, ita ut utro-
e, quæ Arte ſuccreſcente paucis abhinc in
n adhibita, nec ab ullo hactenus Medico
Materialiſtarum ſive Laborantium eorum
arationi concredita ſunt, merito à nemi-
quàm cujus eſt profeſſio hæc, ſc. pruden-
Val. Pand.

te, candido & (dummodò id fieri poſſit) jurato Pharmacopœo præparari debeant. Ut taceam, quodſi unquam Materialiſtis Laboratoria, ad vendenda & præparanda modò allegata aliaque medicamenta indulgerentur, (quòd tamen contra jus & obſervantiam militaret) Dulciarii & Aromatarii, imprimis illi, qui ſub Pharmacopœorum fortè diſciplinâ & miniſteriô olim fuerint & commercii ſui intuitu hiſce propinquiori affinitate junguntur, ſimili ratione medicamentorum præparationem affectare, adeoque neceſſarium illud diſcrimen inter Pharmacopœos, Materialiſtas, Dulciarios & Aromatarios evaneſcere, & conſequenter maxima, quanta unquam in Politiâ probè conſtitutâ exaudita eſſet, confuſio oriri, ſicque Lerna malorum ſimul ſe trudere poſſet.

Quamvis etiam, ut Secundæ Obj. ſatisfaciamus juramentum ardua res ſit (unde quidam Germanicum *Schwur* quaſi *Schwer* dictum volunt.

referente latiusque deducente Chriſt. Beſold. in Theſ. Pract. lib. 5. *n.* 40. *verb.* Schweren. *in pr. Setzer. de juram. lib.* 1. *c.* 1. 8.)

cujus quam facilimus abuſus eſt, juxta illud:

- - - dives vult ditior eſſe,
pejerat & mercum venditor æris amans.

Johann Nevizan. in carmine Sylv. ſuæ Nuptiali annexo.

unde juramenta Planetæ Mercurio aſſimilantur, qui (ut Aſtrologorum more loquamur) in domo benigni Planetæ, benignus, in maligni verò domô, malignus eſſe dicitur,

Cothmannus Vol. 4. *reſp.* 5. *n.* 17. *Klock. in Tr. de Contribut. c.* 12. *n.* 121. *Limnæus tom.* 3. *Jur. public. lib.* 8. *cap.* 6. *in aſteriſc.*

& hinc penes hunc vel illum vix majoris curæ & valoris ſit, quàm penes Polonos quantitas Syllabarum in vocibus Latinis: Attamen Ordinis amans Magiſtratus ex officiô & conſcientiâ, vitiis omni modô legitimô (ſub quô & juramenta continentur) obviam ire, neque ob abuſum, laudabilem rei uſum tollere, nec manus à converſatione juris & juſtitiæ retrahere tenetur.

Uſus ſervandus, ſolùm tollendus abuſus,
Uſus habet laudem, crimen abuſus habet.

Abuſus non tollit uſum, ſed uſus rubigo quaſi eſt, quæ ab iis, quibus à DEO id demandatum, abradenda eſt,

Lehman in Florileg. voc. abuſus.

nec quæ probantur, ſed quæ probanda ſunt ſequenda,

Vellej. lib. 2.

Maximè cum interſit Reipublicæ, nequis re ſuâ malè utatur, cumprimis ad reliquorum hominum perniciem.

Eorum ſanè, qui ad clavum Reipublicæ ſedent, corpus, vitam & ſanitatem non minus

ac miſeros ſubditos hæc concernunt, ad quorum pericula præſcindenda, nunc, poſtquam Materialiſtæ neque admonitionibus paternis locum dederunt, neque mulctam ſive gravem ſive tolerabilem curarunt, omneque hominum opprobrium inſuper habent, nullum amplius remedium, quàm corporale & ad Deum edendum juramentum, ſupereſt, quò Deum ejusque poenam æternam eò magis pertimeſcant, ſi hominum exprobrationes atque mulctas minus timeant.

Mens excitari jurejurando ſolet, ut bina evitet diligenter hæc mala: Culpari amicis, & Deos offendere; juxta *Sophoclem*: Unde *Cicero* 1. *Offic.* verè dicit: Nullum vinculum ad ſtringendam fidem majores noſtri arctius eſſe voluerunt.

Et ſi præter ſpem talis & vitæ & ſanitatis corruptor juramentum ſuum minus ſervet, agedum, Nemeſis ſequatur à tergo, ipſeque Magiſtratus, in exemplum & terrorem aliorum, promeritâ pœnâ capitali illos afficiat, & ita perjuriis ulterioribus viam intercludat, ne tota Reſpublica eorum intuitu prematur.

Quodſi verò Magiſtratus Politicus ex ejusmodi juramenti delatione caſum conſcientiæ efformare, & juxta ſententiam

D. Frider. Balduini in Tr. de Caſ. conſc. lib. 2. *cap.* 9. *caſ.* 19. pluriumque aliorum exiſtimare velit, quod ad jurandum cogi non debeat, quem Judex novit falſum juraturum, aut jusjurandum non ſervaturum, nec etiam ſuſpicio vehemens de perjurio ſit, eò in caſu hoc (propter eandem formidinis cauſam & anſam) Pharmacopœis etiam indulgeatur, neque illi adeò indifferenter & ſine diſcrimine, ut æquitas obſervetur, ad ſimile quid admittantur. Neminem enim gravat, quod æquô fit modô, & æqualia onera nullius ſunt gravia humeris.

Innovationem tertiò quod concernit, notari meretur, licet non facilè novæ conſuetudines & ſtatuta introducenda ſint, cùm cuncta nova ſint variâ formâ

Tacit. annal. lib. 14.

ambigua & ancipitia; & nihil peſtilentius in Rep. quàm legum non neceſſaria mutatio.

Carol. à Mansfeld. in utriusque juris concordi diſcordiâ, ſect. 2. *cap.* 1. *p.* 35.

Nec ulla novatio absque murmuratione, cùm ipſa Natura illud hominem doceat, dum ventriculus cibos inſolitos ferre nequit: attamen hæc ſimilia non de omnibus, ſed de minus neceſſariis novationibus intelligenda ſunt; aliàs omnia adhuc, ut tempore Noæ erant, obſervarentur. Nec omnia antiqua laudabilia ſunt, nec nova omnia culpanda, quæ ut illa quoque ſuum initium poſtulant. Quid quod experientia oſtendat in novis morbis, nova remedia quærenda eſſe.

Si Materialiſtæ Anteceſſorum ſuorum (primorum ſc. in Germania ſuperiori olim habitantium) veſtigia preſſiſſent, ac præparationibus medicamentorum & adulterationibu[s] ſimplicium, uxta tenorem Statutorum Franco[f] &c. abſtinuiſſent, nulla reformatione, innovatione aut animadverſione opus fuiſſet; poſ[t]quam verò dictis modis extra oleas vagati, bo[]num antiquum deſeruerunt, malum verò no[]vum induerunt; hinc

Quandoquidem variant animi, variabi[]mus Artes,

Mille mali ſpecies, mille ſalutis erun[t]

ut *Ovidius Lib.* 1. *de remed. amoris* h[a]bet, & JCti communiter docere ſolent: N[o]vum emergens, novô indiget remediô & a[u]xiliô. Similiter: Quod ſucceſſivè incipit læd[e]re, poteſt reformari & tolli, ita ut Magiſtr[a]tus juſtiſſimam cauſam habeat novis & Mat[e]rialiſtis usquedum incognitis remediis eosde[m] coercendi, ad quod 1. officii, 2. conſcientiæ, [3.] propriæ autoritatis, & 4. boni publici ergo o[b]ligatus erat; idque eò citius absque ullo me[tu] aut hæſitatione fieri poteſt, quia temporis ca[u]sâ mutatâ etiam RECTUM ratio mutare f[la]gitat, ut *S. Auguſtinus Epiſt.* 5. *ad Marc[el]linum* memorat.

Nec, ut ad IV. Obj. reſpondeamus, ta[n]topere curandum eſt, ſi fraudulenti & mir[] conſcientioſi Materialiſtæ hinc inde minent[] ſe Francofurto, Lipſiæ &c. valedicturos &[] Belgium domicilium ſuum transportaturos [] ſe: Siquidem plures citius animum mutaveri[nt] quam iter ejusmodi ſuſceperint. Poſitô [] tem illud evenire, quid aliud hoc importar[] quàm quòd loca derelicta unô vel alterô Im[] ſtore priventur? hujusque intuitu nulla cum [] lis ſympathia eſt alenda. Neceſſarium quid[] eſt naturæ condolere, à lege autem & juſti[] regulâ diſcedere, magis pernicioſum, ut [] Bias: Putridum

Enſe recidendum eſt, ne pars ſincera t[ra]hatur,

Ad ſalutem enim populi, quæ ſupre[ma] lex eſt, ad quam, tanquam Reginam reli[] jura omnia reſpiciunt, ipſique cedunt;

Zaſ. Conſ. 1. *l.* 2. *n.* 26. 27. *Knich[] jur. Sax. verb. Electorum c.* 2. *n.* 20. *For[] de ſucceſſ. lib.* 3. *c.* 4. *num.* 20. *Barthol. [] ſcul. de confrat. Poſ.* 10. 19. 31.

magis, quàm ad hanc vel illam Perſo[na]m reſpiciendum, licet etiam in quibusdam ſu[] fluum quid, v. g. juramentum &c. ſuſtinere[] gatur. Quamvis enim interdum privatum[] dere videatur, id tamen publico comm[] compenſat.

Lib. 2. *§. ſi is. ff. ad SC. Syllan. lib.* 1. [] *uſur. l. unic.* §. 14. *C. de cad. toll.*

Et multa propter utilitatem publicam [con]tra rationem juris ſunt recepta.

l. ita vulneratus. §. 2. *ff. ad L. Aquil. Zaſ.* .2. *Conſ.* 1. *n.* 23. *& ſeq.*

Et pro benefactô habetur, quod ratione ietis publicæ, etiam contra jus (modò non ivinum (factum fuerit.

Bald. in Tit. de pac. Conſtant. §. *hoc quo- ue. Reuſner. Conſ.* 3. *n.* 54. *& ſeq. lib.* 1.

Nec ultimò honeſta illorum conditio & opu- ntia quicquam relevant, ſiquidem vel hanc ſam ob cauſam, dum alicubi eorum nonnulli imitus vix 4000. aut 5000. florenos poſſede- nt, intra 6. vel 8. annos ultra 20. ad 30. mil. ſunt lucrati (quod haud minimum iniquiſſi- i lucri indicium eſt) in commercia eorum imadvertendum eſt. Equidem unicuilibet mmodum ſuum promovere licitum eſt, ia homo natus ad labores; aſt promovere ud non aliter, quam pietate, precibus, pro- ate & parſimoniâ fieri debet.

M. Lud. Dunte in decif. Caſ. Conſc. c.). *P.* 2. *q.* 91.

CASUS II.

DE URAMENTO A FAMULIS PHARMACOPOEORUM PRÆSTANDO.

---

terceſſio Facultatis Medicæ Giſſenæ,

P. P.

Sereniſſima Princeps &c. &c.

Ollicitè haud ita pridem FACULTATEM MEDICAM requiſiverunt Pharmacopœi ijus loci, ut, cùm ab aliquô tempore illorum muli ad depoſitionem juramenti, ſub com- inatione mulctæ adſtringi ſoleant, eamque cauſam hi famulitia ſua derelinquant, hoc- ue tempore Officinæ Pharmaceuticæ & famu- & diſcipulis deſtitutæ ſint, Sereniſſimæ Ve- æ Celſitudini eâ, quâ decet, ſubmiſſione dif- ultates, quæ, ſi Famuli illorum porrò ad ju- ndum cogerentur, emergere valeant, re- onſtremus.

Quandoquidem igitur hoc illorum peti- m, ſalutem & proſperitatem hujus civitatis provinciæ, non ſecus ac tot miſerorum ſo- nen, quoad rem Medicinalem concernat, conſcientiæ intuitu illis denegare non po- mus, humilimâ ſpe detenti, fore, ut Sere- ſima Veſtra Celſitudo ejus intuitu devotiſſi- m hanc remonſtrationem noſtram Gratioſè ceptura ſit.

Ita enim eſt, quòd, ſi contra Famulos armacopœorum in punctô juramenti præ- ſtandi impoſterum ita procederetur, metuen- dum ſit, ne illi ipſi, cumprimis autem, ſi in Arte probè verſati & experti fuerint, tam diu alibi, ubi tale quid minus receptum eſt, & præ- cipuè Francofurti, unde plures eorum peti & vocari ſolent, tanquam homines liberi, & qui certo loco alligari nequeunt, permaneant, lo- cum hunc abhorreant, adeoque Officinæ no- ſtrates nullis, niſi fortè indignis & qui nuſpiam recipiuntur, poſthâc inſtrui poſſint Famulis.

Licet verò non omni tempore hîc loco- rum diſpenſatio receptorum tantum negotii faceſſat, ita quidem, ut Pharmacopœi ipſimet idem, ſi neceſſitas urgeat, ſuſtinere poſſint; quoniam tamen nunquam non, etiam in opti- mè conſtitutis Officinis defectus ſæpè ſunt ſup- plendi, interdum etiam, ob applicationem enematum, Pharmacopœi opera ruri æquè ac in civitate noſtrâ requiritur, Pharmacopœi, nî peſſum ire velint, debita ſua extra hunc lo- cum poſtulare coguntur, ad officinas ſelectis & probatis ſimplicibus inſtruendas ipſimet nun- dinas viſitare tenentur, Pharmacopœi ipſi ſæ- pè ægrotando decumbunt, adeoque ægrorum curam habere nequeunt (ut ad tertiam uſque ſeptimanam hactenus cum Pharmacopœô Academicô contigit, cujus officina neceſſariò occludenda fuiſſet, niſi Socer ejus vices geſſerit) hinc impoſſibiliter Famulis carere poſſunt, niſi officinarum ruinam, in detrimentum Civita- tis, Provinciæ, & tot ægrorum periculum, non minus ac Pharmacopœorum interitum inevitabiliter ſimul expectare velimus.

Hinc Sereniſſimæ Veſtræ Celſitudinis Pru- dentiæ ſummæ & edecumatæ ardui hujus nego- tii conditionem offerre ſimulque ulteriori Ejus dijudicationi, utut absque omni præſcriptione, relinquere voluimus: Annon eadem intentio quæ per juramenti præſtationem quæritur, æquè facilè, imò forte citius, obtineri poſſit, ſi Famulus ſtipulatâ quidem manu fidem pro- mittere teneatur, Pharmacopœus ipſe verò facta Miniſtri præſtare obligetur, â quo tamen hic liberatus eſſet, ſi prior juramentô adſtrin- geretur. Attamen omnia, ut decet, Sere- niſſimæ V. Celſitudinis Diſpoſitioni humilimè committendo &c. &c.

Sereniſſ. V. Celſitud.

Giſſæ die 20. *Martii* 1685.

Clientes Devotiſſimi

Laurentius Strauſſ. D.
Mich. Heiland. D.

Reſcriptum Principis.

Per DEI gratiam, ELISABETHA DOROTHEA, LANDGRAVIA HASSIÆ &c. &c.

P. P.

REcepimus literas Veſtras die 20. hujus exaratas indeque percepimus, quòd Pharmacopœi Giſſenſes ob juramentum, quod vi Ordinationis Pharmaceuticæ Famuli eorum deponere tenentur, putatitiam quandam Remonſtrationem Vobis obtulerint, & qualem Nobis relationem transmiſeritis ſimulque Noſtræ Clementiſſimæ Deciſioni ac Declarationi negotium hoc commiſeritis;

Cùm igitur omnibus circumſtantiis probè penſitatis Conſtitutionem Medicinalem antehàc præmeditatò conceptam, præter alios etiam à quibusdam ex ordine veſtro Facultatis Medicæ approbatam, hoc in punctô denuò ſuo in valore reliquerimus, ſimulque Pharmacopœorum petito, tanquam Publico ſummè nocivo & contrario, gratioſam repulſam dederimus; hinc ejus Vos certiores reddere voluimus, ut idem Pharmacopœis pariter indicetis: Nosque Vobis Gratioſiſſimè addicti ſumus. Darmſtadii die 26. Martii 1685.

E. D. L. H. mp.

CASUS III. (a)
DE PRAXI STUDIOSI MEDICINÆ ILLICITA.

Reſponſum Facultatis Medicæ Lipſienſis,

P.P.

E Literis veſtris, die 19. Decembr. ad Nos datis, percepimus, quâ ratione non tantùm varii abuſus in Praxi Medicâ penes Vos ſe truſerint, dum non tantum Vidua demortui Pharmacopœi & Conſulis, ſed & Famulus Pharmacopœi, Filia natu major, Medicinæ Licentiato olim matrimonio juncta, Praxin Medicam exerceant: Cumprimis autem ſupradicti Pharmacopœi Filius, *Johann Matthæus N. N.* Medicinæ Studioſus, veſtigiis Parentum inhærendo, nihil æquè magis, quàm Praxin, intendat, & ad eandem ſuſtinendam ſequentia argumenta alleget: Quòd

1. A teneris in officinâ Parentis Defuncti manuductionem ad Medicinam invenerit.

2. Hìc Lipſiæ Medicinæ operam navârit, & 3. ſub præſidio B. Dn. D. Ettmülleri diſputaverit, & ſub actu diſputationis Canditati titulô donatus fuerit &c. omnia juxta fuſiorem ten rem ſupradictæ veſtræ Epiſtolæ; eaque de ca sâ Facultatis Noſtræ deciſum, deſuper ſeque tibus Quæſtionibus deſideretis:

1. An Studioſus Medicinæ pro Candida habendus ſit, antequam coram Facultate M dicâ ſe, eâ, quâ decet modeſtiâ, ſtiterit & i dicaverit?

2. An Inſcriptus Candidatus, ſi in hôc ta tùm acquieſcat (in eôque ſe fundet) nullu verò Examen amplius ſuſtineant, eô ipsô ſe Praxin ſufficienter habilitaverit?

3. An Studioſus Medicinæ, ſi publicè ſpondit, nihilominus tamen Author Diſpu tionis non eſt, eô ipsô tale ſpecimen ediderí quô ad Praxin exercendam ſe ſufficienter le timaverit?

4. An Studioſus Medicinæ, qui trienniu fortè in Academiis tranſegit, & v. g. de Myrr vel Caſtoreô diſputavit, Diſputationem i elaboravit, inibique materiæ ſubſtratæ uſ Practicum allegavit, vel & de affectu quoda corporis humani diſputavit, eô non tantùm Praxin ſufficienter ſe legitimârit, ſed & C rurgos Magiſterium affectantes examinar jus habeat, & quidem eô in locô, in quô le timè Promoti vivunt, ſimulque publico & E ctorali ſalariô victitant?

5. An Chirurgus à talismodi Studioſô e minatus pro Magiſtro legitimè examinato h bendus ſit?

6. Annon jus & ratio illis ſuppetat, ut P cticis ejusmodi illegitimis Praxin interdicere diſputare valeant?

Hinc quod quinque priores quæſtiones tinet, ad omnes ſimul purè negativè reſpon mus, & provocamus hâc occaſione ad Dec tum Viſitationis Electorale, anno 1658. G tioſiſſimè publicatum, & præter idem ad C ſtitutionem Provinciæ Electoralem, in quâ l betur, quòd nulli artis Medicæ exercitiu (multò minus examen Chirurgorum aut nunciatio Magiſtrorum) de jure competat, ſi qui à Facultate Medicâ prius legitimè exan natus & promotus, aut Licentiam vel Docto Gradum conſecutus fuerit; unde ſufficien eluceſcit, quod, ratione quæſtionis ſext Praxis Medica non tantum huic, ſed & om bus aliis in eandem involantibus optimo ju inhiberi & diſputari poſſit: Nulli ſimul dubita tes, Vos, præviâ requiſitione, à Magiſtra Superiori, in eô ſubſidium & tutelam inve turos eſſe; quod Reſponſi loco Vos cela nequivimus. Dab. *Lipſiæ die* 23. *Decem* 1687.

Decanus, Senior, Doctores & A ſeſſores Facultatis Medicæ h. l.

CASU

CASUS III. (β)
DE
RAXI PHARMACOPOEORUM ILLICITA.

Requiſitio.

P. P.

NOn fruſtra, Vitam & famam pari paſſu ambulare, vulgò dicitur. Famæ enim qui
uram facit, de jure pro civiliter mortuo
etur. A quâ morte civili cùm cuilibet ho-
to viro ſibi, ut ab angue & peſte cavere,
b aura tali peſtilente infecta opem alicubi
erere incumbat, neceſſarium duxi Veſtris
ell. Caſum, quo ſimile quiddam ab Aſpi-
, Chriſtophoro N. Civitatis olim noſtræ
rmacopœo rejecto, nunc verò, conniven-
imis noſtro Magiſtratu, medicaſtrum ſcan-
ſum agente, mihi, ut pluribus aliis meis
deceſſoribus Medicis & hujus loci Phyſicis,
tigit, exponere & opem veſtram implo-
, ut examinato Caſu ſubſequente, Amplis-
us noſter Magiſtratus, causâ cognitâ, ſy-
hantam illum refrænandi, mihi verò, qui
Germaniæ & Galliæ Academiis, Diploma-
neo Doctorali Cadomienſi teſte, per plu-
annos, citra jactantiam, ſudavi & alſi, fa-
di, & Academiarum & Facultatum Teſti-
nia honorandi occaſionem habere queat.
ſus hic eſt: Johannes N. Senatus noſtri
iſter, anno præcedente, menſe Novem-
podagrico affectu laborans, me in ſubſi-
n vocavit, tartarum igitur, cauſam hujus
bi materialem & occaſionalem, remediis
venientibus diſſolvendo & expellendo,
um iſtum, prout alios plures ad hunc uſque
n benè valentes, per Dei gratiam reſtitui,
oco præſervativæ in ſingulos menſes ali-
d remedii, quo alii quoque feliciter ſunt
præſcripſi: Subſequente hoc anno 13.
r. prædictus Johann. N. corporis obeſi &
is colli vir, qui ratione reſpectus ſui Ma-
atus, nudo capite utplurimum inceſſit,
eri horâ ſeptimâ decumbens, & primò ca-
dolore ab octo diebus inde afflictus, ad
m auxilium iterum confugit; ſternuta-
igitur conveniente ita fuit reſtitutus, ut
quente die officio ſuo in Curia noſtra fun-
tuerit: Sed veſperâ die ingruente Uxor
iterum ad me convolat, & de recidivo
is dolore & vertigine conqueritur: Igitur
um anthos ardentem, aq. apoplect. Lan-
um Elix. vitæ Matthioli c. aq. Cinamom.
x. propriet. & moſchi diſſoluti parvo ad-
ento, de quo cochleatim manè & ve-
ſumeret, præſcribo. Tertiâ die manè
inviſo, inter brachia Uxoris, oculos
ipſius inverſos conſpicor, cum delirio mixto, ſemi-ſermocinantem audio, pulſum verò ex febre magnum, & ex viribus dejectis lentum deprehendo, & quia ad Lethargum ipſum inclinare video, ad V. S. temporis brevitate ob periculum imminens à Clyſteris uſu excluſus, confugio, & olea quædam deſtillata: *Roriſm. major. rutæ aniſ. ſuccin. macis, N. moſchat. c. pauco moſcho in ſpir. roſar. ardent. ſoluto capiti ad latitudinem duorum Imperialium raſo inungenda* præſcribo: & ulterius de panno linteo *in aqua ſtill. roſar. rubr. zedoar. cum tinct. ſantal. rubr. & croc. pauco moſcho & camphora in ſpir. anthos diſſolutis* intincto proſpicio, quo caput raſum foveretur. His ita à me ordinatis Uxor ægri, in hoc diſcrimine vitæ mariti, multum perplexa Pharmacopolam N. à Senatu noſtro rejectum adit, qui, me inſalutato, obviis ulnis, (ut hominis mos eſt) curam hujus ægri tàm ancipitem ſuſcipit, & me, quantum poteſt, calumniis proſequitur, dicens, 1. me podagram, ante tres menſes in hoc ægro à me curatam, in caput repulſiſſe. 2. me nihil ſcire, & nullâ methodô proceſſiſſe. 3. Remedia præſcripta nimis calida fuiſſe, inque ægri perniciem, qui tamen poſt decimam quartam demùm diem, ſub maledici N. clientela, vitâ defunctus eſt, ceſſiſſe. 4. Item me ex ægro, quòd caput ejus radi curaveram, Jeſuitam facere voluiſſe, cujus rei exemplum ſibi nunquam conſpectum fuiſſe. Hujus rei cauſam Veſtræ Facultatis Medicæ judicio committo, & examini ejus tres ſequentes quæſtiones ſubjicio: 1. *An videlicet Pharmacopœo licitum ſit Praxin Medicam exercere?* 2. *An pulvis hiſce tranſmiſſus ex cinnabari, ſive nativa ſive vulgari, & pauco antimonio diaphoretico, Panaceæ nomen mereatur?* 3. *An Alcaheſt Paracelſi ſeu Helmontii formam pulveris vel liquoris habeat?* ita quoque tàm de inchoata ægri defuncti cura, quàm de ultimis iſtis tribus quæſtionibus ſententiam humiliter rogo & exſpecto. Dab. Northuſii d. 14. Martii Anno 1655.

Joh. N. D. &c.

RESPONSUM
FACULTATIS MEDICÆ LIPSIENSIS; ſcilicet

1. *Pharmacopœis non licere Praxin Medicam exercere.*
2. *Pulverem ex cinnabari & antimonio non mereri nomen panaceæ.*
3. *Alcaheſt Paracelſi vel Helmontii exiſtere in formâ liquidâ.*

PErlectis literis ad nos transmiſſis percepimus, impudentiſſimis calumniis non modò infeſtari Te, ſed & plenariè traduci, à Chri-

 ſtophori

ſtophori N. Pharmacopolæ quondam Northuſani, nunc temporis autem à Senatu rejecti, & quod deſperatorum & malæ frugis hominum ferè eſſe ſolet, ſcandaloſum medicaſtrum jam agentis maledicâ nimisque petulanti linguâ, quæ curationem in Johanne N. miniſtro Senatus veſtratis, anno præcendente podagrico, præterito verò menſe capitis quodam affectu, qui ad Lethargum demum inclinare viſus eſt, laborante, à Te celebratam, nefario prorſus auſu cavillari aggreſſa eſt, eâque de cauſa noſtram opem implorare, & cùm de ægri inceptâ curâ, tùm de ſequentibus tribus Quæſtionibus, quarum 1. *An Pharmacopœo licitum ſit praxin medicam exercere?* 2. *An pulvis transmiſſus, ex cinnabari & antimonio diaphoretico compoſitus, Panaceæ nomen mereatur?* 3. *An Alkaheſt Paracelſi vel Helmontii formam pulveris vel liquoris habeat?* Sententiam noſtram exſpectare atque rogare. Optandum autem eſſet, ut Lex illa Cypria, quâ permittebatur, ut porco alienas ſegetes depaſcenti & vaſtanti dentes truncaret fundi poſſeſſor, in noſtris Oris quoque ſanciretur, ſic namque & linguæ mendaci, tàm frequenter in alienos excurrenti agros, & obvia quæque dentibus vaſtanti, modus poneretur, & agyrtarum, nobiliſſimæ arti noſtræ ſeſe immiſcentium, vimque eidem inferentium, numerus magnô humani generis commodo non parum imminueretur. Verùm enim verò res eò rediit jam, ut circumforaneorum cumulus indies augeatur, connivente videlicet Magiſtratu, non ſine inſigni ſubditorum diſpendio, artisvé noſtræ haut levi ignominia, quam tales ruditate ſuâ eidem inurunt. Quid enim regulis artis congruum ab iis expectari poterit, qui artis ejusdem præceptorum ſunt ignari? Unde ſtupeſcimus ad judicium, quod de ſuperius deſcripta ægri cura ferre conatus eſt Pharmacopœus, talis ſc. perſona, cujus in Arte Medica ignorantia vel ſolâ appellatione ſe manifeſtat, quique hactenus nullis Teſtimoniis docere potuerit, vel prima ſaltem in reliqua, præter Pharmaciam, Medicina, elementa ipſi perſpecta eſſe. Quantis verò inter ſe diſtent modis, & quàm minima Medicæ Artis particula ſit Pharmacia, quàm notiſſimum eſt. Quapropter ſupra captum Pharmacopolæ dictum pronunciâſſe, & juxta vulgare, prout Aſinus ad lyram, utique exiſtimamus, præſertim cùm nobis deſcripta curatio cum Methodi pariter & Practicorum Regulis conveniat. Abſtineat ergò Pharmacopœus non meritò à jam facto judicio, ſed ab omni planè Praxi, quæ ſcientiam ejus excedit, officiumque ejus planè ſuperat, utpote quod in parandis medicamentis, Medicoque inſerviendo, conſiſtit, Medico imperanti obtemperet, nec ultra ſuam ſortem ſeſe extollat. Modum porrò & rationem inveniendi & componendi Panaceas Medicis relinquat, quibus medicamentorum vires, tàm inſitæ, qu[æ] ex compoſitione & præparatione reſultant, magis ſunt perſpectæ, ſuisque ſe contin[eat] cancellis, ne ipſi objiciatur illud Apellis: *Sutor ultra crepidam.* Ac ne riſui eruditi[s] bis ſe exponat, à quo non tutus erit, ſuâ [pa]nacea ex cinnabari & antimonio diaphoret[ico] confectâ, nominatus Pharmacopola cav[eat]. Plus enim ad panaceam requiritur, quàm [i]bi forſan ille homuncio imaginatur. *A[lka]heſt* denique *Paracelſi* aut *Helmontii* li[qui]da potius forma, quàm ſolidâ vel pulv[eris] conſtare, nemo dubitabit, niſi qui in hor[um] Autorum ſcriptis planè eſt hoſpes, & ve[l] ſola Arcanorum Paracelſi, ab Helmontio [...] ſcriptorum, lectione, patebit. *Dab. Lip[s.] d. 13. Martii Anno* 1655.

Vid. Amman. in Med. C[rit.]

CASUS IV.
DE PHARMACOPOEO IN D[O]CTOREM PROMOTO, AN PR[A]XIN SIMUL CUM ARTE PHA[R]MACEUTICA EXERCERE POSSIT?

Requiſitio Decani.

P. P.

Quandoquidem Facultas Medica craſt[ino] die Officinam Pharmaceuticam N. [vi]tatura ſit; inſimul autem ratione Lic. N. p[...] quam Licentiam in Medicinâ indeptus [...] unum atque alterum diſponendum veniat, [...] verò Univerſam Academiam concernat; [...] etiam atque etiam rogito, ut Honoratiſ[ſimi] mei Dnn. Collegæ ad ſequentia quæſita ar[...] ſui ſenſa mihi aperiant: 1. An Lic. N. N. [con]cedendum ſit, ut Praxin Medicam exercea[t] & ſimul Pharmacopolium ſuum retineat, aut non potius obligandus ſit, ut alteri è binis [...] ce renunciet. 2. An rebus ſic ſtantibus, & c[um] L. N. N. per promotionem jamdum Civis A[ca]demicus evaſit, adhuc tamen prædicatum Ph[ar]macopoei Academici tueri poſſit? Unde 3. [de]terminandum eſſet: An & Officina ejus ſu[b ju]risdictione Academicâ permanere poſſit, & [qua] ratione? aut an L. Academia Officinam h[anc] miſſam facere, & de aliâ recipienda cogi[tare] valeat? de quibus judicium Veſtrum e[xpe]ctando perſevero

Magn. V. & Honoratiſſimorum m[eo]rum DNN. COLLEGARUM.

Die 8. Maij 1666.

Officioſiſſim[us]

L. STRAUSS. m[...]

ſponſum Magnif. Dn. Cancellarii, TABORIS, *reliquarumque Facultatum in Acad. Giſſena.*

D. 1. Lic. N. N. teneri, ut Pharmacopolio valedicat, aut ad minimum Proviſorem Academiâ juramenti vinculo adſtringendum, alat.

Ad 2. & 3. Propter aſſumtos honores Lic. N. aut officinam ejus à Jurisdictione Academicâ neutiquam excludendos eſſe, cùm per illum Academiæ quis magis obligetur.

CASUS V.
DE LOCATIONE PHARMACOPOLIORUM.

Requiſitio Jud.

P. P.

QUid à Regimine hocce Principali JOH. WOLFFGANG KOPPELIUS Pharmacopœus, contra Johannem N. itidem Pharmacopœum hujus loci, ratione notiſſimorum ...orum, inter illos intercedentium, ſupplicando petierit, hic verò ſcriptis ſuis ex adverſo repoſuerit, ex ambobus hîc incluſis Addimentis fuſius apparet.

Quandoquidem verò ſupra nominati Koppelii petitum æquitati conſentaneum eſſe ...imus.

Hinc nomine Sereniſſimæ Noſtræ &c. hiſce deſideramus, ut transmiſſa hæc Notata Koppeliana probè ponderare, Veſtrumque judicium ſcriptô exaratum de iis haud gravatim aperire velitis, quò in compoſitione partium certum fundamentum, cui ſententiam noſtram ſuperinſtruere poſſimus, obtineamus. Vobis interim ad ſimilia officia Nos paratiſſimos offerendo. *Dat. Giſſæ die* 8. *Novembr.* Anno 1682.

Illuſtriſſ. Regimin. Principalis VCancellarius & Conſiliarii.

Requiſitio Pharmacopœi.

P. P.

QUænam coram Illuſtri Regimine Principali contra Dn. N. N. ſum conqueſtus, ...ea conſcientia me ſtimulavit; & quoniam à primô ſtatim momentô, quô officinam ...am Pharmaceuticam reliqui, ægerrimè tu... ſi vel ipſe, vel domeſtici mei eandem ...prius frequentaremus & viſitaremus, nul... etiam Proviſorem aut Famulum in Arte ...ſatum aluit, non potui non ſtatim, idque non immeritò, in ſuſpicionem ſiniſtram incidere. Quin & aliorum honeſtiſſimorum hominum Relatione haud pauca mihi innotuerunt, quæ neceſſariò & inevitabiliter indicare debui. Licet autem ſæpiſſimè Dn. D. Strauſſium alleget, eoque plurima confirmare audeat, certiſſimè tamen perſuaſus ſum, quòd is Piſtorio Autor non fuerit, ut tot compoſitiones aliaque præparaverit, quæ citius omninò corrumpentur, quam ut hîc locorum illa divendi poſſint. Quùm ergo & hîc Dnn. Medicorum res agatur, de omnibus aliquando ratio ſit reddenda, multique honeſtiſſimi Viri de Taxâ ejus prorſus iniquâ conquerantur, facile hariolari licet, quanam conſcientiâ N. N. ducatur, & in quantum illi fidendum ſit. Corporali ſanè juramento ſe omnia in ordinatione Medica Principali obſervaturum ſtipulatus eſt, eô tamen non obſtante tam inexcuſabili minusque Chriſtianâ taxa & æſtimatione utitur; & licet excuſet nonnulla, utcunque voluerit, malâ tamen fide mecum egit, quod Honoratiſſimi mei Domini ſatis ſuperque perſpicient. Me quod attinet, jam per aliquot ultra viginti annos Pharmacopolium hic apertum alui, nemo tamen ſive Medicorum ſive aliorum me incuſare poterit, quod unquam tam iniquâ rerum æſtimatione, taxatione aliisque fraudibus (prout Piſtorius cinamomum pulveriſatum bolô adulteravit) ulli moleſtus & iniquus fuerim. Sic in aliis, DEO ſit gratia, ad conſcientiam meam inculpatam provocare poſſum. Dum verò in ſimplicibus hoc commiſit ipſe Piſtorius quòd in compoſitionibus efficere non potuerit?

Quapropter Honoratiſſimos meos Dominos officioſiſſimè rogito, velint omnia probè expendere, judiciumque & relationem ſuam Regimini Principali communicare, quò tandem rerum mearum potiar, & particeps reddar. Laborem illic inſumptum, ut recompenſare valeam, nunquam non annitar, qui interea perſevero.

V. V. Exc. Exc.

Officioſiſſimus & Obligatiſſ. debitor

Joh. Wolff. Köppel.

Reſponſum Facult. Medicæ Giſſenæ; circa Selectum Medicamentorum reſtituendorum.

PRæviâ Requiſitione Regiminis Principalis h. l. Nos infraſcripti Notata â Joh. Wolfgango Köppeliô tradita perluſtravimus, omnia & ſingula ab illô allegata momenta ſufficienter perpendimus, illaque ſeq. ratione conſtituta eſſe reperivimus.

Quod igitur â fronte de AQUIS SIMPLICIBUS adfert, nullius eſt valoris, cùm ſub nuperâ

nuperâ viſitatione ▽. inutiles & evanidæ rejectæ fuerint: Quæ verò integræ bonæque fuerunt, ab eô tempore vix corrumpi potuerunt.

Similiter res ſeſe habet cum AQUIS COMPOSITIS, illæque diutius adhuc durant, quàm ſimplices. Quod verò ratione quantitatis allegatur, de nihilô quidem non eſt, quòd, poſtquam Barbitonſores, Balneatores, Carnifices & ſimilis farinæ homines palàm ferè & apertè Medicinam facere non vereantur, conſimiles aquè aliaque compoſita & præparata pharmaca tam frequenter & copiosè non diſtrahantur, eaque de cauſa exoptandum eſſet, ut ejusmodi abuſus, juxta Ordinationem Principalem inhibeantur, ne Pharmacopolia hujus loci tandem omninò pereant: Quô caſu & ſi Pharmacopœi, quoad Privilegia Principalia, ſuſtineantur, Köppelius de exceſſivâ harum æquè aquarum, ac aliorum à Piſtoriô ipſi traditorum pharmacorum quantitate tantoperè conqueri non teneretur; quùm & in ſpecie has aquas compoſitas quod attinet, non tantùm diutius, ut ſupra dictum, conſervari poſſint, quantitate minori non benè præparentur, & non tantùm in gratiam ægrorum præſcribantur, ſed & aliâs coemantur, ut adeoque has in ea quantitate Köppelius recuſare non valeat.

Quæ de *SPIRITU maſtich.* & ∽ *naſturtii* monentur, ſuô ſtant talo, neque Köppelius tenebitur majori eosdem quantitate recipere, quam Piſtorio crediderat, ſc. de ∽ *maſtich.* lib. j. ℥vj. & ∽ *naſturt.* ℔j. ℥ij.

ELIXIR Propriet. cùm frequenter expetatur, non excedit, legitimè etiam præparatum eſſe invenimus.

Quæ de *SALE eſſent. arom. Sylv.* in medium adferuntur, ad Nos non ſpectant.

TINCTURA ♁ genuina eſt reperta. *TR. Bezoardicæ* quantitas non excedit. De *TR. Lunæ* notata ad Nos non ſpectant. *TR. Jalappæ* non excedit.

Quæ de *Mixtura ſimplici* proponunt, ita ſe habent:

De CONFECT. de hyacintho ultra ℥jv. ipſi adjudicandum non eſt.

FLORUM Caſſiæ quantitas nimis exceſſiva videtur, neque Köppelius cogi poterit, ut plus eorum recipiat, quàm tradiderat, ſc. lib. j. ʒß.

ELECT. diacatholicon. non excedit. Quemadmodum de *Elect. caſſ. c. Mannâ* plus ipſi quoque neutiquam offerendum, quàm tradiderat.

SYRUP. ceraſ. nigr. in tantùm non ſpectat ad Nos. *Syr. pap. rhœad.* jamdum viſitatus eſt, nec ulteriori indiget viſitatione.

ROB juniperi ad Nos non pertinet.

OLEUM. abſinthii adhuc examinandum. De 🝆 *benz.* Köppelius plus non recipiat, quam ʒiijß.

Quæ de 🝆 *macis* monentur, ita ſe h[...]bent. De 🝆 *Succini* tantum recipit Köpp[...]lius, quantum tradiderat.

Cum *TROCHISCIS Aliptæ* moſch[...]tæ ita agendum erit, ut infra de Speciebus co[...]poſitis dicetur.

Reliqui Trochiſci ad ſummum eâ quan[...]tate recipiendi, quâ Köppelius illos exhibui[...] niſi forte lubens nonnullos in majore qua[...]titate acceptare voluerit.

Quæ de OLEIS COCTIS adferunt[...] quòd rancida, malóque odore & ſapore pr[...]dita ſint, ea de nihilo quidem non ſunt; qu[...] verò illa neque ſaporis, neque odoris gra[...] in uſum adhibentur, ranciditas verò & od[...] ille mucidus, quamplurimis de viribus ni[...] detrahat, hinc Köppelius hic non habet, [...] quô conqueratur, exceptis ſeqq. quæ in [...] terminatâ hîc quantitate acceptanda ſunt:

🝆 *de caſtor.* ℥viij.
geniſt ℥xiiij.
Roſar. ℔iß.
Violar. lib. j.

De SEMINE *Fœnugræci* plura Köppel[...] non recipiat, quam tradidit.

SPECIES COMPOSITÆ & AROM[...]TICÆ, ut & PULVERES PRETIOSI [...]que accuratius examen merentur, cumpri[...] quòd ea, quæ de *lapid. granat. hyacin[...] magarit. lap. bezoar, ambrâ & moſchô* [...] ſeqq. adferuntur, compoſitiones illas ſum[...] ſuſpectas reddant. Quùm verò impoſſi[...] ſit ſolidè judicare, an dictæ modò ſpecie[...] pulveres juxta deſcriptiones ſuas diſpen[...] ſint, hinc Piſtorius ea deſuper audiendus [...] quâ ratione ſubnatas ſuſpiciones elidere ve[...] percipiendus erit, cui in omnem eventum [...]iam juramentum deferendum eſſet. Qu[...] vero dictô modô ſuſpiciones emergentes [...]clinaverit, talesque compoſitiones genuina[...]veniantur, Köppelius de Speciebus ſeq. qu[...]titatem acceptabit:

SPEC. diaxylal. ʒvj.
diacinam. ℥j.
de gem. calid. ℥j. ʒj.
dialacc. ʒv.
diamarg. cal. ℥ij.
diaturb. c. rhab. ʒv.
diamoſch. dulc. ʒj.

de pulveribus verò recipiet Idem

PULV. Analeptic. M. ℥ij.
contr. apopl. ℥ij.
cach. Quercet. ℥ij.

De reliquis ſpeciebus & pulveribus par[...] major, partim æqualis, partim haud m[...] minor quantitas à Köppelio tradita fuit, q[...]m. recipere tenebitur.

Similiter res ſe habet cum PRÆPA[...]TIS, exceptô *CC. Philoſ. calcin.* de quò K[...]pelio ℥xj. adſcribendæ.

Quæ de *Lap. Gran. Hyacinth. Ma[...]rit. Orient. Occid. Lap. Bez. Or. & Oc[...]*

Am[...]

mbrâ & Moſchô monentur, curatiſſimam quiſitionem merentur, ubi ad priora Nos ferimus, quæ §. de Spec. comp. diximus.

In *Lapide Bez. Orient.* Köppelius erro- m calculi commiſit & ad ℥j. exceſſit; quæ ve- de reſiduô in pulvere exhibito addit, atten- merentur, de quo Piſtorius examinandus, ut verum lap. bez. eſſe demonſtret, adſtrin- ndus erit. Sicut non minus de *lapid. bez. cid.* audiendus, quia non facilè ſub hoc no- ine divenditur.

Ambram & Moſchum Piſtorius Franco- rtô obtinuit, illius ʒiß: Hujus ℥ß, de quibus ſuperfluô audiri poterit.

VITRI ♁ quantitas exceſſiva eſt, nec Köp- lius plura recipere tenetur, quàm tradit, ℥iß.

Quæ de præparatione *Antihectici Poterii* feruntur, ſuo ſtant talo, de quo Piſtorius diendus. Köppelius autem plura non reci- , quàm ℥iß.

Similiter Piſtorius rationem reddet de præ ratione ♀ *emetici*, de quô Köppelius ℥j. cipiet:

De ☿ *præcip.* ℥ij.

☿ *dulci* ℥vj.

Porrò Köppelius recipit *Boli Arm. lib.* ℥iiß.

Camph. ℔ß. deperditioni ejus obviam iri poteſt.

Caſſiæ fiſt. lib. j.

Caſtor. ℥iiß. &c.

Quæ de *candelis fumalibus* adferuntur, conſiderationem non veniunt, illaque quan- as jam ſine dubio imminuta erit.

Pulvis caſtorei adhuc probari poterit, ut- in viſitatione id jamdum factum fuerit.

Quæ de *Pulv. Caryophyll. Fol. Sennæ* à ppelio monentur, cum rationibus ſuis non ſtituantur, ea deſuper uterque audiendus t, cùm adulterationes ejusmodi pulverum, cepto eô, quod de *cinnamomô* adfertur, fficulter agnoſcantur.

Cum UNGUENTIS res haud aliter ac cum ſe habet, nec Köppelius jure de nimiâ quan- ate conqueri poteſt.

Quæ de *EMPLAST. de Tacamah.* di ntur, nullius ſunt valoris.

Empl. de Oppodelt. non excedit.

AXUNGIA Hominis admittenda, dum- odò à Piſtoriô doceatur, quod vera nec adul- ina ſit.

CONDITA, CONFECTIONES aliaque ilia pro deſideriô Köppelii denuò viſitari po- unt, modò prius decidatur, cujus impen- illud fieri debeat.

De *Flor. carthami*, 🜔✱. *Unicornu* Pi- rius audiendus erit.

Quùm tandem Köppelius contr. Piſtorium niquâ prorſus medicamentorum. Taxatio- nonnulla monuerit, ita quoque rem ſe ha- e, compertum fuerit, ita quidem, ut non vi- deamus, qua ratione illud excuſari poſſit; hinc id ſimul hic reticere non potuimus.

Atteſtationis ergò noſtra ſubſcriptione ſi- gilliqueFacult. Ord. appreſſione omnia confir- mando.

Laur. Strauſſius D.
Mich. Heiland. D.
Joh. Wormſer D.

CASUS VI.
DE
VISITANDIS MATERIALI- STARUM OFFICINIS.

D. LUDOVICI AB HORNICK RESOLUTIO QUÆST.

Annon Officinæ Materialiſtarum omnia- que illic contenta ſimplicia æquè ac Pharmacopolia viſitanda ſint?

POſtquam, juxta *Taxam Francofurtenſem ſub Rubrica: Pharmacopœi* &c. ſummæ, æquè ac infimæ conditionis hominum mul- tum intereſt, ut probatis medicamentis, tam ſimplicibus, quam compoſitis illis bene pro- ſpiciatur, hinc plerumque in Ordinationibus Medicis injungitur, ut nunquam non Pharma- copœos probè obſervent, & ſi vel in Perſonis eorum, Officii intuitu, vel in ipſorum materia- libus defectus quidam occurrat, decenter indicent: ſed & jurati Phyſici jubentur, ut jux- ta cum Deputatis omnia, quæcunque in terri- toriô illo ad ſanitatis (utpote quæ inter bona temporalia agmen ducit) conſervationem aut reſtitutionem ſpectant, probè obſervent, qui- libet hac in parte promoveatur, & defectus ſi occurrant, emendentur.

Sic in *Præfat. Ordin. Pharmacopœorum & Materialiſtarum Francofurtenſis* ſeqq. habentur: Perutile eſt, ea quæ neceſſaria ſunt, „ indicare & ordinare, officinas Pharmaceuti- „ cas, quotiescunque id neceſſarium videbi- „ tur, ex improvisô viſitare, inutiles etiam Per- „ ſonas & medicamenta absque metu aman- „ dare, ingredientia compoſitorum examinare, „ utilia approbare, è contra inutilia rejicere &c. „ & in allegata *Francofurtenſium Taxâ p.* 19. „ Medicis autem his ſimul injungitur, ut unà „ cum Deputatis noſtris Pharmacopolia diligen- „ ter viſitent, defectus & errores indicent & „ emendent, cumprimis autem, ne Patientes „ â Pharmacopœis ære emungantur, diligenter „ caveant. Cur hæc omnia? quò laudabilis „ ordo conſervetur, & utrobique ſani æquè ac ægri, peregrini & inquilini, divites & pau- peres eò melioribus medicamentis, tolerabili pretio, ad præſervationem, conſervationem & curationem corporum illorum, in & externè muniantur. Quò autem ſcopus hic & laudabilis

intentio Magiſtratus (ſive Summi, ſive Subordinati) obtineatur, hinc plerumque Pharmacopœos ſuos juramentô corporali conſtringere ſolet. Quia igitur Materialiſtæ non minus pretioſa medicamenta, tam ſimplicia, quam compoſita, ut & venena varia divendunt, & quibuscunque ea deſiderantibus diſpenſant; nullâ verò ratione videri poteſt, quâ de causâ iis æquè ac famulis illorum plus, quam Pharmacopœis horumque famulis fidendum ſit; hinc denuo mera æqualitas hic in eô occurrit, quòd, ut non ſecus ac Pharmacopœi medicamenta (licet etiam ſolùm ſimplicia) & venena divendunt, ita & officinæ illorum omniaque illic contenta materialia, non ſecus ac Pharmacopolia, ad præcavenda omnis generis pericula, fraudes & negligentias, quotiescunque id neceſſarium videbitur, ex improvisô viſitanda ſint.

Et hoc quidem eò magis, quoniam antehâc quidem illis fides eſt adhibita & ſub opinione, illos ſinceros admodùm & antiquæ fidei Mercatores eſſe, hôc remediô ſublevati fuerunt. Verum fide, ſed cui, vide! conſiderando, quam notoriè plures illorum fraudibus & impoſturis uſi ſint, evanida & inutilia Materialia variis artibus & dolis palliârint, iisque ſplendorem conciliarint, variasque adulterinas merces venum expoſuerint, ab Emtoribus nimium & exceſſivum pretium receperint, falcem in Pharmacopœorum meſſem & diſpenſationem quotidianam immiſerint, nulla vel pauca teſtimonia & documenta fide digna de legitimâ Compoſitorum ſuorum præparatione produxerint, pluraque ſimilia, minus decentia, commiſerint, adeoque neque Deum T. O. M. neque homines hactenus timuerint.

Accedit: quòd per viſitationes omnes è famulitio illorum, imò & liberi non tantùm ad majorem diligentiam incitentur, ſed & metus incutiatur, ne fraudulentorum ſuorum ſive Magiſtrorum, ſive Parentum veſtigia premant: Quàm facilè enim

A bove majore diſcat arare minor,
quotidiana teſtatur experientia &c.

CASUS VII.
DE
NECESSARIA PHARMACOPOLIORUM VISITATIONE.

Edictum Regis Daniæ Potentisſimi, de Pharmacopœis viſitandis.

NOs CHRISTIANUS IV. Dei Gratiâ, Daniæ, Norwegiæ, Vandalorum, Gothorumque Rex, Dux Slesvici, Holſatiæ, Stormariæ & Dithmarſiæ, Comes in Oldenburg & Delmenhorſt, notum omnibus facimus: qua[ndo]quidem clementiſſimè intelleximus vari[os] abuſus in Pharmacopoliis noſtris Hafnienſib[us] ſubrepſiſſe, idcircò, ut hi primò abrogari p[os]ſint, & deinde præcaveri, noſtris Profeſſoribu[s] Archiatro (quando præſens fuerit) & Medi[cis] Hafnienſibus, qui jam ſunt, vel impoſteru[m] futuri ſunt, clementiſſimè injungimus & ma[n]damus, ut Pharmacopolia ibidem bis quot[an]nis viſitent, ibidemque explorent, an ita ſ[int] Materiâ Medicâ legitimâ & recenti varii gen[e]ris inſtructa, ſicut optimè conſtitutæ offici[næ] eſſe debent; præterea an illô pretiô conte[nti] vivant, quod præſcribit Taxa, vel præſcrip[ſit], vel illô tempore, quô fit viſitatio, præſcrib[en]da, quæ pretii mutatio manu Medicorum [eo]rundem conſignata, quoties opus erit, ad [pu]blicam notitiam in cuſtodia Univerſitatis [ſer]vetur. Tandem quandocunque defectus [vel] error circa ea prædicta deprehenditur, te[ne]buntur Medici Pharmacopoliorum Viſitato[res] noſtræ Cancellariæ indicium horum inſinua[re]. Pari modô Medici circumſpiciant, ne Bar[bi]tonſores in medicinis internis propinandis [oc]cupentur, curentque diligenter, ut Edicta [no]ſtra de Chirurgis & Pharmacopœis ſervent[ur], & exſequutioni tradantur: vel ad Nos de[fe]rant, ſi quicquam ſubolfecerint contra hæc [il]los movere. Juxta quæ Medici prædicti, Ph[ar]macopœi illorumque poſteri ſe compona[nt], niſi & ipſi & illorum ſucceſſores pro transgr[eſ]ſoribus mandatorum noſtrorum teneri vel[int], nihil horum intermittentes. Datum in a[rce] noſtrâ Fridericiburgenſi 1. Novembr. An[no] 1629.

Sub Sigillo Noſtrô

(L.S.) CHRISTIANU[S].

Vid. Thom. Barthol. Ciſta M[ed]. Hafnienſ. Locul. XXVII. pag. 309.

CASUS VIII.
DE
DIRECTIONE VISITATIONU[M] PHARMACEUTICARUM.

RESCRIPTUM PRINCIPIS.

Nos Dei Gratia, N. N. &c. &c.

P. P.

RElatum nobis eſt, quænam dubia & [di]ſſidia à parte Facultatis Medicæ N. N. [in] punctô Directionis, ſub viſitatione Pharm[aco]polii N. N. illius loci, quam Academia N[.] prætendit, hactenus ſuborta fuerint.

Jam benè quidem recordamur eorum, ...æ in Statutis Academicis, ratione Inſpe... ionis in Medicinalia, non tantùm in Officina ...cademicâ, ut audit, ſed Pharmacopoliis N. ... omnibus & ſingulis, ut & Chirurgorum & ...iorum nonnullorum, in Politiâ & ſub vulne... tionibus lethalibus cumprimis in Juſtitiam re... ...ndantium punctorum intuitu ſint diſpoſita; ...eò quoque ea immutare, aut Medicis illo... ...m ergò demandatam Inſpectionem atque ...ram tollere non intendimus, ut potius hiſce ...rata noſtra eaque ſeria ſit voluntas, manda... ...m & diſpoſitio, ut illi, Medici ſc. noſtri, ... dictis Pharmacopoliis N. N. ſive jam Phar... ...acopœi ſub jurisdictione Academicâ conſti... ...ti ſint, nec ne, ſuper Medicinalia illîc con... ...tra continuè diligentem Inſpectionem ha... ...ant, & juxta ductum memoratorum Statu... ...rum Academicorum quam ſollicitè eò re... ...iciant, ut ea, quæ dicta modò ſtatuta requi... ...t, fideliter obſerventur.

Poſtquam verò Nos, tanquam Princeps & ...ominus Territorialis, ut deſuper omnibus ...nnexis Regiminibus Principalibus, Eccleſiis, ...holis &c. imò ipſâ Academiâ Noſtra reliquis... ...e Principatus Noſtri corporibus, ita cum... ...imis etiam ſuper omnibus Conſtitutionibus ...liticis, & inter eas nominatim quoque Phar... ...acopoliis in Principatu & territoriis noſtris ...ntentis, Nobis Inſpectiones & Viſitationes ...traordinarias reſervavimus, & ut vi ac intuitu ...incipalis noſtræ Summæque Jurisdictionis, ... Corporibus noſtris Regiminum, tam hîc, ...àm N. N. eædem certis temporibus, ut vi... ...bitur, & ſi pro ratione circumſtantiarum & ...erelarum ſubortarum neceſſitas efflagitave... ..., inſtitui debeant, non ſecus ac Anteceſſo... ... Noſtri Principales Laudatiſſimi diverſa ...andata hâc in parte publicavimus; ſub qui... ...s Inſtitutis autem incongruum foret, ſi iis, ...i Noſtrûm ergò Viſitationibus ejusmodi co... ...bitant, inibique Vices & perſonas noſtras ...incipales referunt, Directio & Præcedentia ...btraheretur, cumprimis, dum de Inſpectio... ... hujusmodi Superiori aut Viſitatione Extra... ...dinariâ, & quòd Statuta Academica de illis in... ...lligenda ſint, non tantum in his ne verbum ...uidem continetur, ſed & quòd Nos aut Do... ...ini Anteceſſores Noſtri Principales iisdem ...quam renunciaverimus, neutiquam pro... ...bile aut rationi conſonum eſt, nullô modô ...tem demonſtrari valet; adeoque omnium ...orum intuitu Beatiſſimi Domini Parentis ...oſtri Gr. jamdum ſub datô die 24. Aug. Ao. ...63. diſpoſuerunt, ut ſub conſimilibus & â ...gimine Noſtrô Principali inſtituendis Viſi... ...ionibus extraordinariis, illis, qui Principis ...gentis Perſonam ſuſtinent, in omnibus Di... ...tio & Præcedentia concedenda ſit;

Hinc nulli dubitamus, rebus ità reverà ...habentibus, ſufficientia jam remedia ſuppe-tere, quæ diſſidia hactenus ſuborta ſopire valeant; adeoque ſuo in vigore relinquimus ſupra jam allegatam & à B. Dn. Pareutis Principalis Gr. tam probâ cum deliberatione ſancitam Conſtitutionem Principalem. Ejusve Nos Clementiſſimè vos certiores reddere voluimus, quibus Gratiosè favemus. *Dat. N. N. die* 14. *Aprilis*, *anno* 1665.

N. N.

CASUS IX.

DE MEDICAMENTIS IN VISITATIONE REJECTIS.

Requiſitio.

P. P.

Excell. Veſtris notum facimus hiſce, quòd in noſtra Officina, quæ Senatus ſumptibus ſuſtentatur, certis de cauſis alium Proviſorem, loco N. Hennigk K. ſubſtituimus, præviâ ſolenni introductione, atque totum Corpus in præſentiâ quorundam Deputatorum ex Collegio noſtro, vocatisque in ſpecie ad hunc actum viſitationis Dno Matthiâ E. Anhaltino, Dn. Doct. Valentino R. Mansfeldenſi & Barbyenſi Archiatro, viſitavimus, redactis medicamentis in certum aliquod inventarium, ubi juxta tenorem prioris inventarii Dni Viſitatores partim inſignem defectum ratione pecuniæ, & quidem 798. florenos, partim reſiduum, atque abundantiam notabilem ratione Specierum aromaticarum, Electuariorum purgantium, Extractorum, Spirituum, Oleorum, Unguentorum &c. quibus defectum pecuniæ Proviſor, ab officio remotus, reſarcire intendit, præterea multa reperta ſunt, quæ nullius bonitatis & efficaciæ, multa denique, de quorum legitima præparatione (quorum Catalogus ad numerum 143. aſcendit) dubitatur in judicio, quod ſuper actum viſitationis, ad petitionem noſtram, conceperunt prædicti Archiatri. Animadvertens hæc Proviſor Hennig K. fidem ſuam periclitari, conditiones ad amicabilem compoſitionem obtulit, eâ lege, quòd defectum omnem ſupplere velit, è contra debemus nos medicamenta, à Viſitatoribus tanquàm reproba reputata, ipſi tradere, quæ poſtmodum pro ſuo lubitu pauperibus vendere poſſet. Verùm enim verò, repugnant huic petitioni Domini Viſitatores: metuendum enim, ne homines, quibus erogantur vel venduntur, ſcientes decipiantur, & pericula ſanitatis, à voluntario homicidio hâc ratione parũ diſtantia, ſuboriantur;

tur; etenim reproba iſta remedia ſunt pleraque è numero compoſitorum, quæ ſine violatione conſcientiæ pauperibus etiam ordinari non poſſunt, quis enim compoſita adeò exactè poterit probare? qui autem ſemel malus, ſemper præſumitur talis. Ideò à Veſtr. Excellent. majorem in modum petimus, velinthæc Acta viſitationis diligenter perluſtrare, & pro re nata pronunciare:

1. *Utrum ab Officio remotus Proviſor corpus* in quali & quanto, *& prout ipſi in ſumma una traditum, probâ monetâ, vel mercibus pharmaceuticis; in continentir eſtituere debeat?*

2. *An à Dominis Viſitatoribus reproba & rejecta medicamenta nos Henningio K. ſalvâ conſcientiâ vendere, vel potius ad ignem condemnare? &c.*

3. *An reliqua ſuſpecta & ratione præparationis dubia medicamenta, quoniam multa inter ea ſunt ſophiſticata, in noſtra officina retinere, vel quomodo hac in parte cautè procedere debeamus?*

4. *Annon Henning K. pecunias in has controverſias & viſitationem inſumptas nobis refundere teneatur?* Dab. Aſcaniæ d. 26. Febr. Anno 1638.

Senatus Aſcanienſis.

Reſponſum Facultatis Medicæ Lipſienſis; ſcilicet Medicamenta in viſitatione officinarum ſemel rejecta, ut & Chymica, ratione præparationis ſuſpecta, non eſſe toleranda in Officinis.

CONtroverſias, quæ Amplitt. Veſtris cum Proviſore veſtræ Officinæ interceſſerunt hactenus, ex transmiſſis viſitationum actis, & in ſpecie ex ſubjunctis quatuor quæſtionibus cognovimus ſufficienter, quibus in collegiali conſeſſu penſitatis, hæc reſponſionis loco reſcribimus:

1. Quod primam & quartam Quæſtionem ſpectat, debet ante omnia iſte Proviſor remotus ad Judicem competentem citari, ac exceptionibus ſuis admitti, quô factô, pro re nata certi quid concludi poterit.

2. Secunda & tertia Quæſtio eſt propriè noſtri fori, ideò unanimiter arbitramur, quòd medicamenta planè corrupta, & à quorum uſu ſanitas humana labefactari poteſt, prorſus abroganda ſint. Syrupi autem, Electuaria, Conſervæ, & alia præparata, quæ partim debitam conſiſtentiam amiſerunt, purificari & recoqui poterunt; ſed compoſita, quorum baſis rectâ ſe habet ratione, item quorum corrigentia, ritè ſunt concinnata, (quamvis quædam ingredientia ſecundaria interdum omiſſa) retinenda, & cum judicio â prudenti Medico præſcribenda; idem quoque ſentiendum de Chymicis, modò non ex mineralibus & ven[...] natis metallicis fuerint præparata: quorum v[...] rò defectus planè non poteſt emendari, quoru[...] etiam deſcriptio ac præparatio præſenti Pr[...] viſori non cognita, ea, ut in Officina retin[...] antur, omnibus modis diſſuademus &c. Da[...] Lipſ. die 13. Octobr. Anno 1638.

Vid. D. Ammannus in Med. Cr[...]

CASUS X.

DE LEGITIMATIOME THERIACÆ IN VISITATIONE REJECTÆ.

QUERELA PHARMACOPOEI.

Sereniſſime Princeps, &c. &c.

QUod Sereniſſima Veſtra Celſitudo haud [...] pridem Officinam meam Pharmace[...] cam viſitari juſſerit, in recenti eaque Gratic[...] ſimâ memoriâ adhuc verſabitur.

Quemadmodum igitur ſtatim â princi[...] in id ſemper ſummoperè incubui, ut ſimpli[...] & quæcunque ad Pharmacopolium probè [...] ſtructum requiruntur, recentia, uſualia & [...] nuina ſint & habeantur, ita Sereniſſimæ [...] ſtræ Celſitudini Commiſſarii & Viſitatores [...] id deputati, ſc. Conſiliarius Regiminis [...] Schefferus & Dn. D. Geilfuſius idem ſine du[...] retulerint, addendo tamen, quid unicè ra[...] ne Theriacæ Dn. D. N. N. moverit, qſ. ſcil[...] ingredientia juſtô forte groſſius contuſa i[...] que Theriaca non omninò tenera ſit & flu[...]

Quum verô Dn. D. N. N. exiguum ill[...] quod in ſummitate concreverat & in comp[...] tione inferiorum quodammodò groſſum [...] paruit, nec aliter eſſe potuit, reſpexerit: [...] hæc cum Theriacâ hâc res ita ſeſe habeat, qu[...] cùm ante ſeptem annos Pharmacopolium [...] ſenſe â Petro Stamlerô redemeram, Sereniſ[...] Celſitudinis Archiatrum, Dn. D. Tack[...] omnia & ſingula inſpicere & examinare pe[...] ram, ac nequicquam, niſi quod idem [...] legitimô & perfectô agnoverit, acceptaver[...] inter alia quoque bina doliola LV. libras T[...] riacæ continentia tunc obtinuerim; hinc [...] exiſtimarem prægnantes ſatis cauſas urg[...] ut vel minimus hic ſcrupulus moveatur, c[...] primis, dum ipſemet Dn. D. N. N. quo[...] ſuo nomine, ſub prioribus viſitationibus, q[...] tieſcunque illis cohabitavit, ne minimum [...] dem contra eandem in medium attulit, [...] unà cum Dn. D. Tackio aliisque Dnn. [...] dicis, D. Horſtio, D. Mezgero, & mo[...] nis Dd. & P. P. allegata doliola nunq[...]

non pro genuinis habuit, reapſe etiam, ut multoties experientia comprobavit, Theriaca per annos hactenus effluxos probas ſuas ſuſtinuit, eaque omnia, quæ genuinæ, infucatæ & perfectæ Theriacæ adſcribuntur, præſtirit, ita quoque, ut per 7. annorum curriculum allegata bina doliola, aut LV. libras ferè penitus, exceptâ pauciſſimâ 15. librarum quantitate, diſpenſarim & vendiderim.

Quapropter non potui non cauſam hanc ad Sereniſſ. Veſtram Celſitudinem deferre & vaſculum hâc theriacâ, ut ſtatim ſub ipsâ viſitatione repletum fuit, refertum transmittere ſimulque Dn. Doct. Tackii atteſtatum conſcientioſum de coemtis illis materialibus addere voli, humilimè rogitans, ut ne ea, quæ in Officinâ meâ Pharmaceuticâ genuina & infucata reperta ſunt, in detrimentum meum ſuſpecta reddantur, Tutelâ ſuâ Principali me dignari acquieſcat.

Veſtræ Sereniſſimæ Celſitudinis

Humilimus Servus

Johann Philippus Gieſwein. D.

Judicium Archiatri, Medicorum & Pharmacopœorum Darmſtatinorum.

Sereniſſime Princeps. &c.

Princeps ac Domine Clementiſſime.

Juſſu SERENISSIMÆ V. CELSITUDINIS Gratioſiſſimô Acta Viſitationis, Giſsâ huc transmiſſa, perlegi, & quâ ratione nonnulla medicamenta, imprimis autem Theriaca, pro ſuſpiculis habita fuerint, ſufficienter obſervavi.

Quandoquidem igitur diſſidium hocce multa poſt ſe trahere videatur, hinc è re eſſe duxi, ſi totum hoc negotium una cum D. Rötelio, Phyſico Provinciali & Urbico hujus loci & Prof. Giſſeno binisque Pharmacopœis examinarem, & Sereniſſimæ V. Celſitudini omnia, quantum in Nobis erit, juxta circumſtantias omnes & ſingulas humilimè referrem.

Anno circiter LII. à Bernhardo Schumachero Giſſæ Theriaca publicè & ſolenniter diſpenſata fuit, ubi in præſentiâ Dn. Rectoris Magnifici, D. Tulſneri & D. Dieterici, Conſiliarii t.t. & Directoris Dicaſterii, D. Le Bleu, Syndici Academici, Prof. Dieterici b. m. D. Gregor. Horſtii b. m. plurimorumque Studioſorum ex omnibus Facultatibus Academiæ, atque D. Tackiô, & D. Bunckiô, tanquam illis Profeſſoribus Medicis omnes ſpecies accuratè examinatæ & per aliquot horas, de illis juxta ſeriem, publicè diſſerebatur, prout celeberrimus Medicus, *Johann Baptiſta Sylvaticus de Compoſitione Theriacæ* aliique de prolixè egerunt; omnes quoque ſpecies ſerebantur, & ſine omni prorſus vitio obſervabantur; quibus peractis Theriaca conficiebatur, & abhinc ſolenni convivió præſentes Viſitatores & Inſpectores, & ex parte Studioſi tractabantur; quod ſanè non exiguam laudem & ſplendorem Academiæ Giſſenæ conciliavit, quùm hoc vel illud Emporium ſibi perſuaſerit, nemini, quàm Incolis ſuis, Theriacæ Compoſitionem competere; utut annis nuperrimè effluxis in DEO nunc requieſcens Princeps & Dominus noſter Clementiſſimus, Dn. GEORG. II. H. L. &c. heîc quoque Theriacam, per Pharmacopœum Böcklerum diſpenſari curârit, ut Sereniſſimæ Veſtræ Celſitudini haud ignotum eſt: Et ita poſitis omnibus, ad Theriacam requiſitis & debitè mixtis, etiam ipſa Theriaca præſtò fuit. Abhinc verò accidit, ut Pharmacopœus Bernhardus Schumacherus officinam Pharmaceuticam, cùm Giſſæ valediceret, Stamlero vendiderit, hicque poſt ſimilem approbationem D. Horſtii, antequam Giſsâ abirem, Pharmacopœo t. t. Giſſeno, nunc D. Philippo Gieſweinio, & quidem in pleniſſimâ viſitatione, cui Ser. V. Celſ. Conſiliarii aliique Medicinæ Candidati, ut & juxta me alii nonnulli Profeſſores cohabitarunt, quâ durante Theriaca in brutis nonnullis, quibus arſenicum datum fuit, probata & genuina comperta fuit? ut adeoque bona cum conſcientiâ, una cum præſentibus, teſtimonium bonitatis ipſi tribuere potuerim: Et cùm deſuper poſt abitum meum ex urbe Giſsâ, à quô octavus nunc annus agitur, plures, & quidem ſolennes adhuc viſitationes inſtitutæ fuerint, cumprimis in præſentiâ Ser. V. Celſ. Conſiliariorum, ut & D. Strauſſii, & ex ſpeciali commiſſione D. Geilfuſii, quod Ego, D. Rötelius, atteſtari valeo, & ab illis Theriaca in hunc usque diem nunquam impugnata fuerit; hinc optandum eſſet, ut cauſam addidiſſent, cur aliquoties poſt abitum meum eandem pro genuinâ, nunc verò demum pro adulterinâ aut vitioſâ, habuerint, & ut Theriacæ Diateſſeron miſceatur, juſſerint? dum, ſi incommodum aliquod ex Theriacâ illâ pertimeſcendum fuiſſet, tempeſtivè illi, per tot annorum decurſum, ſuccurrere potuiſſemus. Certum interim eſt, Princeps & Domine Clementiſſime, quod heſternô die, ex Seren. V. Celſ. commiſſione, D. Rötelium binoſque Pharmacopœos hujus loci ad me vocaverim, transmiſſum vaſculum Theriacâ repletum conjunctim aperuerimus, Theriacam intus contentam examinaverimus, colorem, odorem & ſaporem exploraverimus, nullumque diſcrimen eſſentiale ab aliis Theriacis Andromachi invenerimus, ut adeoque non videamus, cur Theriaca hæc Theriacæ diateſſaron miſceri debeat? Dum ergò nullum eſſentialem defectum in Theriacâ D. Giſweinii invenimus, nec porrò aliter de ingredientibus judicare poſſumus, quam eô, dum diſpenſabantur, tempore, niſi fortè perhibere velint, ſpecies non ſatis ſubtiliter contu-

contuſas & cribratas fuiſſe, hoc autem noſtrô judiciô defectum eſſentialem non conſtituit; hinc ab illis indicandum eſſet, quare non additis rationibus Theriacam nil valere poſuerint, cùm tale quid non obſervaverimus & quoad ſaporem, odorem & colorem inter eam & alias Theriacas Andromachi, Francofurtô obtentas nullam differentiam eſſentialem reperierimus, niſi fortè temporis diuturnitas in unô aut alterô, quoad accidentalia, etiam Francofurti & alibi, efficere valet. Quod Reſponſi obſequioſiſſimi loco, juxta conſcientiam noſtram, impertire debuimus: Sereniſſ. V. Celſ. Deo, S. V. C. Gratiæ verò Nos humilimè committentes. Darmſtadii 1669. d. 13. Maji.

S. V. C.

Humilimi Servi

Joh. Tackius D. mp.
Hieronymus Rötel D.
Phil. Petrus Burggraf. Ph.
Frid. Jacob. Merck. Pharm.

Apologia Viſitatorum.

P. P.

QUid SERENISSIMI NOSTRI Celſitudo Principalis, ratione Theriacæ Gieſweinianæ, ſub dato Darmſtadii, die 14. Maji, Clementiſſimè reſcripſerit, hoc è Copiis nobiſcum communicatis, unà cum Additamentis probè percepimus: Et abhinc eô, quô decebat, modô referimus, quòd de Theriacâ modô allegatâ, ratione Coloris, Saporis, ac Odoris, ut &, an omnia ingredientia ad eandem recepta fuerint, nec ne? nullas quæſtiones moverimus, ſed omnia illa, quò Dnn. Medici Darmſtatini tendunt, ſuo in locô reliquerimus è contrà verò eandem eâ præcipuè de causâ non approbaverimus, quòd Ingredientia tam accuratè atque tenerè pulveriſata non invenerimus, prout juxta deſcriptionem & præcipuorum Autorum, qui de eâ commentati ſunt, unanimem ſententiam, meritò fieri debuiſſet; ob celerem quoque quæ in morbis acutis & malignis requiritur, operationem ſummè neceſſarium erat, & ad varia alioquin pertimeſcenda incommoda & ſymptomata (pernix enim, non pernicioſa eſſe operatio debet) præcavenda deſideratur.

Quemadmodum igitur per hanc qualemcunque noſtram opinionem hac in parte Nemini ullô modô contradicere voluimus, ſed ut unicè Sereniſſimæ Suæ Celſitudinis Mandato Gratioſiſſimo humilimè obtemperaremus, omnia, quæcunque ſuſpecta nobis viſa ſunt, abſque ullô affectu animi, improbavimus & eodem prorſus modô quoque cum Theriacâ allegata procedere commoti fuimus, quoniam de eâ vix aliter, ac modò dictum fu[it] pro conſcientiâ tenuique ſcientiâ noſtrâ ju[di]care potuimus: Ita Sereniſſimæ Suæ Celſi[tu]dinis Clementiſſimæ Voluntati humilimè [re]linquimus, an portio dictæ Theriacæ in p[ræ]ſentiâ noſtrâ involvi & peregrè Conſtituto C[ol]legio Medico ad approbandum transmitti d[e]beat? nec minus hoc in puncto: An ſc. [In]gredientia aut Species, ad Theriacam pe[rti]nentes, ſi hac ratione groſſiuſculè pulveri[ſata] obſerventur, in Compoſitione Theriacæ [de]fectum principalem conſtituat nec ne? Sa[pi]entiorum judicio ſubmittemus, aliudve, [ſi] te & melius, quam perſpicere potuimus, [in]formari patiemur. Quam qualemcunque [no]ſtram ſententiam Nobiliſſ. VV. Dom. D[om]. hiſce Reſponſi loco aperire voluimus DEI [T.] O. M. Gratiæ & Bonitati Nos utrobique fi[de]liſſimè committentes. Giſſæ die 9. Junii A[nno] 1669.

V. V. Nob. Nob. Dom. Dom.

Officioſiſſimi

Laurentius Strauſſ. D.
Joh. Gottofredus Geilfuſius [D.]

CASUS XI.

DE

QUALITATE MEDICAME[N]TORUM IN VISITATIONE REJECTORUM.

Requiſitio.

P. P.

EXcell. Exc. V. V. celare non poſſum, q[uod] nos hæredes Walbachiani, prægnan[tibus] de cauſis, officinam noſtram Pharmac[eu]ticam Butisbacenſem vendiderimus.

Quandoquidem autem è Francofurten[ſibus] æquè ac aliis in Arte Verſatiſſimis Pharm[aco]pœis compererim, quòd, ſi officina qua[m] vendatur & medicamenta quædam ſepo[nan]tur, aliorum, Rerum Medicarum Peritiſſ[imo]rum, judicia ea deſuper expetenda & mi[nu]ſima quævis Inventariô inſerenda ſint; ho[c] tem non obſtante expreſſâ admonitione [be]factâ, à Viſitatoribus & Inventatoribus no[n]is, ut mihi relatum fuit, & ex pauciſſimis his [in]gratiis illorum adhuc conſervatis, quoq[ue] fa[]cilè concludi poteſt, minus obſervatum [];

Hinc Exc. Exc. V.V. etiam atque etia[m ro]garem, ut eadem, ex officiô, percu[rre]re & judicium ſuum conſcientioſum de ho[c no]bis communicare velint:

Ar[]

An medicamenta hæc, ſub venditione of-
inæ Pharmaceuticæ rejicienda, vel annon
tius ab Emtore illa acceptanda ſint?
Ad quod noſter etiam ſe ſponte offert, ſi
videatur: Nos autem recompenſationem
mni in reliquis nobis illati debitô in locô
ærendam, nobis reſervamus. Giſſæ pridie
lend. April. 1682.

V. V. Excell. Exc.

Ad preces & officia paratiſſimus
Erneſtus Müllerus, Eccleſiaſt. Giſſ.
& Conſiſt. Princip. Aſſeſſor.

ſponſum Facultatis Medicæ Giſſenæ, de qualitate pharmacorum in viſitatione rejectorum.

NOs Decanus & Profeſſores Ordinarii Facultatis Medicæ Giſſenæ in Illuſtr. hâc iverſitate teſtamur hiſce: Quòd, cum Ec-iaſtes Urbicus & Præſidiarius hujus loci, nimum-Reverendus DN. ERNESTUS ULLERUS retulerit, quòd ſub vendi ne Pharmacopolii Walbachiani, quod Bu-paci eſt, diverſa tam ſimplicia, quàm Com-ita â Viſitatoribus & Inventatoribus ſepoſi-uerint, ſimulque nos requiſiverit, ut me-amenta illa ex officio percurreremus, & an em rejicienda ſint? judicium noſtrum con-ntioſum impertiremus; medicamenta ſub-cta, ut illa nobis oſtenſa & oblata fuerunt, viâ accurata inquiſitione & ad hoc requiſi-xamine, ut ſequuntur, invenerimus:

uſio ▽ *Anhaltin.* in 2. vitris, ▽ alicui de-tillatæ mage ſimilis videtur, attamen ef-icax & ∽uoſa eſt.

Anhaltinæ unicum vitrum intenſius juſto tinctum eſt, attamen ▽ ſimiliter ∽uoſa & valida.

ix. vitæ Matthioli bonum eſt, attamen color, forte ob defectum noduli, clarior ſolitô videtur.

Aſthmatica, quodammodo vappeſcit.

vitæ mulierum non omninò rejicienda, ſed ſatis ∽uoſa eſt.

Cinamomi bona eſt, niſi quod empyreuma quodammodo ſapiat.

. Hirundin. quodammodò debilitata eſt, utut facilè ipſi ſuccurri poſſit.

um aniſi odore quidem adhuc gaudet, ſed on plenariô, ipſaque conſiſtentia idem fe-è adulterium eſſe docet.

atholica, ob deficientem deſcriptionem ac vice dijudicari nequit, attamen virtus uædam medicinalis illic adhùc reſidet.

ctura Cachectica Timæi ſua adhuc virtute audere videtur.

TR. coralliorum bona, nec rejicienda eſt.

Aq. Arthritica Aug. valida eſt:
hydrot. min. Geilfus. medicamentoſa eſt, ob compoſitionem ignotam verò penitus non dijudicanda.

Ophthalmica fragrans nec rejicienda eſt, utut ob deſcriptionem incognitam dijudicari nequeat.

Lucidum panis cydoniorum non rejiciendum eſt.

Succolata bona eſt.

Species lætificantes Galeni pariter adhuc bonæ ſunt.

Sem. 4. *frigid. excorticata* non ſunt contemnenda.

Balſamus Polychreſtus Antiarthriticus Geilf. bene adhuc olet; de cæterô verò incognitus.

Eſſ. Carminativa optima eſt.

Eſſ. Ambræ, fragrans, ſed nonnihil turbida eſt, cui tamen facilè mederi poſſumus.

Theriaca Peſtilent. Geilf. boni eſt odoris.

Conſerv. flor. anthos bona ſatis.
Cheiri ſimiliter.

℅. *Majoran. coctum* } bona
deſtill. } ſunt.
Origani, ſimiliter.

Spec. de hyacintho bonæ ſunt.
diatrion. ſantalon. ſimiliter.

Antihect. Poter. ſine vitio eſt.

Pulv. Polychreſt. incognitus, attamen vitium aliquod in eô obſervandum non eſt.

Flores ⊖✱ in 2. vitris ſatis boni videntur.

℅ *CC.*
chamom.
chærefol.
gummi anim. } bona, nec evanida ſunt.
aurant.
calam. arom.
juniper.

℅ *rutæ* pariter bonum, ſed nonnihil turbidum.

Gummi heder. bonum eſt.

Mechoacanna ex parte adhuc bona.

Rad. Galangæ bonæ.
Chinæ non rejiciendæ.

Rob. ebuli, bonum.
cydoniorum ſimiliter.

Fol. Roriſmarini non rejicienda.

Sem. cardui bonum.

Species pro epith. cord. ſimiliter.

Quod in ſubſidium veritatis elaboratum atteſtatum hiſce impertire, & Sigillô Facultatis Ord. confirmare voluimus. *Sign. Giſſæ die* 2. *April. Anno* 1681.

Decanus & Profeſſ. Ord. Facult.
Med. ibid.

CASUS

CASUS XII.
DE
COERCENDA INIQUA MEDICAMENTORUM TAXATIONE.

Requiſitio Facultatis Medicæ Giſſenæ; Magnifice Domine Rector &c.

RUmor hinc inde in Civitate ſpargitur, ac ſi Pharmacopœus Academicus hujus loci in venditione pharmacorum taxam ipſi præſcriptam tranſcendat, & plus quam juſtum & æquum erat, ab egenis exigat. Quamvis autem usquedum Facultati Medicæ in ſpecie nequicquam innotuerit, quando, quantum & à quô ſimile quid extorſum ſit; nihilominus tamen ipſa hâc in parte diligentiam ſuam conteſtandi ergò hæc talia Magnif. veſtræ referre voluit.

Et quoniam in Statutis Facultatis Pharmacopœis hujus loci publicata Taxa Francofurtenſium in venditione medicamentorum præſcribitur, eaque de cauſa, ſi ejusmodi quid, ut ei imputatur, à Pharmacopœô Academicô ſuſciperetur, ſtatutis è diametrô contrarium eſſet; adhæc quoque, ſi hæc ſilentiô involverentur, non tantùm in Facultatem Medicam, ſed & totam Univerſitatem inſignis & graviſſima culpa redundaret;

Hinc Veſtræ Magnificentiæ & Laudatiſſimæ Academiæ beneplacito relinquitur, an Pharmacopœo ſuo, tanquam Civi Academico, ſub certâ & irremiſſibili mulctâ imponere velint, ut in venditione medicamentorum ſimpliciter Taxæ Francofurtenſi inhæreat & absque præſcitu Facultatis Medicæ in eô nil quicquam immutare audeat? aut an hoc ipſum citato Pharmacopœo per Facultatem Medicam intimari debeat? quod præviâ ſcriptâ notificatione, ut & ſpecificatione mulctæ debita cum ſolertiâ fiet. Hanc gratioſam diſpoſitionem præſtolando perſevero

Magnificentiæ Veſtræ

Giſſæ die 19. *Febr.* 1666.

Officioſiſſimus

Michael Heiland. D. *Fac. Med. Decanus.*

CASUS XIII.
DE
ÆQUITATE TAXÆ.

Requiſitio.

P. P.

NOtiſſima procul dubio eſt veſtris Excellentiis inſignis ἀλαξία illa, quæ reſpectu devalvationis monetarum totum fermè Orbe[m] pervaſit, precium rerum præter modum a[u]gendo, quod etiam aromata, & reliqua [ſa]nitatem noſtram ſpectantia, ſatis ſuperque e[x]periuntur, & in ſpecie quoque Officina m[ea] Pharmaceutica, quam multis abhinc annis ſi[n]gulari induſtriâ, favente Deo, in commodu[m] hujus civitatis, totiusque territorii non ſi[ne] ſumptibus inſtruxi, quâ de cauſa etiam Reg[ia] Majeſtas Bohemiæ eandem privilegiis ſingu[la]ribus munivit, ita, ut nemo, præter me, alia[m] Officinam in hâc Civitate erigat, nemo m[e]dicamenta præparet, aut publicè vendat; [te]neor autem è contrario juſto precio præpa[ra]ta petentibus ſuppeditare. Jam conſtat, qu[od] materialia ex aliis Regionibus, puta Itali[a], Hiſpania, Indiis immediatè, vel mediat[è], Francofurtho ad Mœnum & ad Viadrum, [Li]pſiâ, Numburgo, per mare quoque interdu[m] comparare mihi cogar, & quidem monetâ [ar]genteâ vel aureâ, non æreâ (qualis hor[um] temporum eſt) actutum perſolvere. Sunt [i]tem inter has merces quædam, quarum p[re]tium creſcit & decreſcit, quædam earum [p]er aliquot annos mihi relinquuntur, antequ[am] vendi poſſunt, ideò antiquâ etiam mon[eta] vendere non erit iniquum. Cui accedit, q[uo]d in Marchionatu Luſatiæ ſuperioris hoc tem[po]re, juxta monetam vulgati commercii, u[nus] imperialis valeat quindecim florenos, u[nde] patientes conqueruntur, acſi ego limites j[uſ]titiæ venditione excederem; cui ut obv[iam] irem, ad ſalvationem meæ conſcientiæ & omnis traductionis remotionem, ac ſtati [publi]cii, (ſi fieri poteſt) introductionem, om[nia] medicamenta tàm ſimplicia, quàm comp[oſi]ta, Chymica pariter ac Galenica in peculia[rem] Catalogum redigi, juſtâque taxatione com[pre]hendi curavi, omnia monetâ gravi bon[i]que pagamenti perſolvenda; quòd ſi verò ali[quis] eâdem deſtituitur, æreâ vel novâ quoque [pe]cuniâ vendo, eô tamen valore, quo tem[po]re iſthoc introductum. Itaque à Veſtris [Ex]cellentiis majorem in modum peto, velin[t] [t]axationem meam probè conſiderare, & p[ecu]liari ſententiâ ſub ſigillo Facultatis me pr[æ]diem inſtituere: *utrum hoc precium m[edi]camentis meis aſſignatum, pro ratione [de]ductarum circumſtantiarum, juſtum [&] [li]citum ſit, ut nemo de eo conqueri po[ſſit]?*

Dab. Gorlicii, d. 6. Jan. 1623.

Caſpar [...]

Reſponſum Facultatis Medicæ Lip[ſien]ſis; ſcilicet taxam hanc Medicament[o]rum eſſe juſtam & æquam.

LIteras tuas, vir ſolertiſſime, accepi[mus], ut & libros taxationum eorum phar[ma]corum, quæ in Officina tua proſtant [&] qu[...]

oniam judicium noſtrum præſtolaris ſuper c quæſtione, ideò præviâ Collegiali ventila- ne reſpondemus ita: *Quamvis hoc tempo- articulo, ubi monetarum maxima con- ſio, & ipſæ merces ſingulis ferè nundinis, tione pretii exaltantur, perpetuam & tam taxam præſcribere admodum diffici- ſit*, tamen non ſolùm ex collatione cum alia- m Officinarum taxationibus, verùm etiam m aliis Trochiſtis conferendo percepimus, od precium aſſignatum omninò æquitati & titiæ conforme ſit; quòdſi autem alicui ni- um videtur, id forſan reſpectu expenſarum caritatis mercium factum eſſe dicendum &c. *ab. Lipſiæ d.* 21. *Januar. An.* 1623.

D. Amman. in Med. Crit.

CASUS XIV.

DE
HARMACOPOEO ABORTUM MOVENTIA VENDENTE.

Requiſitio.

P. P.

Onfeſſus eſt Joh. Caſp. Eylenbergk, Pro- viſor hujus Officinæ, in judicio publicè, òd ſpecies deſcriptas ſub A fœminæ cuidam ra matrimonium viventi, & conquerenti, òd intra ſpatium annuum menſtrua experta n fuiſſet, porrexerit abſque præſcitu Phyſici Medici Ordinarii, ut iiſdem ex vino in for- noduli quotidiè uteretur: compertum au- n eſt poſtea, eam eſſe gravidam, & prout a refert, ſequente die ab uſu noduli infan- n mortuum enixam, quem clanculùm in o occultavit, cujus fruſtula ſucceſſu tempo hinc inde reperta. Quoniam itaque ſen- tia JCtorum hoc ſuper negotio nobis ſtan- m, quæ hujus eſt tenoris: *ut ante omnia udens conſulatur Medicus, an hæ ſpecies as Proviſor officinæ fœminæ ſupradictæ rrexit, tantæ virtutis ſint, ut fœtum llere poſſint?* Hinc Excell. Veſtras ex Officio miſsè rogamus, velint naturam harum ſpe- rum, quantum poſſibile, ſcrutari, & qualis efficaciæ? nobis quantocyus communica- &c. &c. Dab. Geraviæ, die 24. Martii 56.

Prætor Loci.

A.

Species pro Nodulo.

ecip. Rad. Calam. Aromat. ℥iij. *Galang. Ari* ℥j. *Herb. Meliſſ. Scolopendr. Sabi- Pulegii, ã M. ſ. Fol. Sennæ* ℥vj. *Rad. hoacann.* ℥ij. *Crem.* ♀*ri* ℥ij. *Dent. aſſun- ur ſ. q. Vini &c.*

Val. Pand.

Reſponſum Facultatis Medicæ Lipſienſis; Scilicet

1. *PHARMACOPOEO NON LICERE MENSES MOVENTIA ABSQUE PRÆSCITU MEDICI VENDERE.*
2. *Hoc infuſum ex enumeratis purgantibus tantæ fuit efficaciæ, ut exinde ſequi potuerit abortus.*

Speciem facti, quâ Proviſor veſter mulieri cuidam ignotæ, & quidem, (uti ex poſt-facto habetur) gravidæ abortivum porrexit, accuratè evolvimus: hinc etiam ad Quæſtionem, *an iſtæ Species, quas Proviſor Officinæ Geravienſis vendidit, talis ſint efficaciæ, ut fœtum ex Utero pellere poſſint?* ita reſpondemus:

Si iſte Proviſor judicialiter confeſſus eſt, quòd diſpenſaverit has ſpecies ipſe, abſque Medici vel Phyſici præſcitu, eò ipſo peſſimè fecit; nam in ordinationibus Pharmaceuticis expreſsè ipſi prohibitum, quòd nullum purgans, multò minus *Sabinam* (quæ ſpecialiſſimè vetita) abſque præſcitu jurati Phyſici vendere debeat: & quamvis in nodulo præſcripto, ratione doſeos purgantium, cautè quidem admodum ſe geſſerit, nec nimis fortia addiderit, nihilominus tamen, & quia reliqua ingredientia, præcipue *Sabina*, ita ſunt comparata, ut non ſolùm menſes, verùm etiam fœtum ciere, ut & ſecundinas ac fœtum mortuum movere poſſint, hinc arbitramur, quòd mediante hoc nodulo, in hac muliere gravida, abortus neceſſariò ſequi debuerit &c. Dab. Lipſ. d. 5. April. Anno 1656.

Vid. Amman. in Med. Crit.

CASUS XV.

DE
MEDICAMENTIS ABORTUM PROCURANTIBUS A PHARMACOPOEO NON VENDENDIS.

Requiſitio.

P. P.

Ex Copia adjunctæ ſententiæ Dominorum Scabinorum ſub A, colligere haud gravatim poteritis, quâ ratione contra Mariam N. viduam, quæ in viduatu ingravidata fuit, & artemiſiâ rubrâ in cereviſia coctâ calidèque epota, fœtum, tertiâ ſeptimanâ poſt dimidium geſtationis tempus, unà cum ſanguine copioſo, dimiſit, pronunciatum fuerit, quòd eam ipſam, niſi ſponte id fateretur, torturæ ſubjicere debeam, cum hâc ſpecialis quæſtionis indagatione: *utrum de artemiſia rubra non eâ intentione biberit, ut*

ut fœtum in utero (cujus motum, prout ipſa faſſa, jam ſenſit, & viginti ſeptimanas geſſit) *perderet, & exſtingueret?* pariter à Collegio quodam Medico ſciſcitari: *an Artemiſia Rubra hujus ſit potentiæ atque virtutis, ut ſanguinem ciere atque ſimul fœtum promovere poſſit?* Quoniam itaque Maria N. in generali inquiſitione ipſa fuit confeſſa: licet ancillæ ſuæ dixerit, quòd Artemiſiam Rubram pro ſanguinis promotione adſumſiſſet, ſe tamen non ſolum de artemiſia rubra, eo fini, ut fœtus pelleretur, atque ſic ignominia ratione ingravidationis quodammodò declinaretur, potâſſe, verùm etiam eam ob cauſam herbam quandam pulveriſatam, ſubviridem, ex officina Strobergeri, Pharmacopœi Hallenſis, ante artemiſam rubram in calida cereviſia uſurpâſſe: an verò hoc ipſo fœtui nocuerit, liquidò ſibi non conſtare, effectum ſiquidem tàm ſubitò non fuiſſe ſubſecutum, dum fœtus octiduo ante, quàm ipſe cum ſanguine excretus fuit, adhuc vixit, triduo verò ante excluſionem dixit ſe fœtum non ſenſiſſe; inſuper eâ quoque die, quâ ſanguinis fluxus cum fœtu prodiit, ſaccum dimidio modio farinæ repletum, Hallenſis menſuræ, à ſuperiore conti gnatione deportâſſe, quô conatu forſan etiam brachium fœtus fractum fuiſſe in utero autumat: verbo, una violentia alterius defectum ſupplevit, ut modò à fœtu liberaretur; hinc tandem confeſſa: ſe hujus homicidii cauſam eſſe; niſi enim herbam ſubviridem pulveriſatam cum artemiſia rubra ſumſiſſet, fœtus ipſe adhûc viveret, atque ſic ſuo tempore vivus naſci potuiſſet. Nomen verò ipſius herbæ nec Maria N. nec ancilla ediſſeruit, ſiquidem poſterior fatetur, ſe ſolùm in genere aliquid ex Officina pro ſanguinis promotione petiiſſe, quô factô non pulveriſatam herbam, ſed quandam materiam, colore inſtar Zingiberis, in charta quadam accepiſſe, pro ſolutione trium groſſorum. Denique vidua adjecit, ſe quoque *cortices arboris ceraſi unà cum artemiſia rubra decoxiſſe & aſſumpſiſſe*; ut itaque ſententiæ præmiſſæ omni ex parte, &, prout juſtum eſt, ſatisfiat, officioſè à Veſtr. Amplitt. peto, velint ad quæſtiones ſubſequentes judicio ſuo me informare:

1. *An Artemiſia Rubra cum ceraſi cortice in cereviſia cocta hujus facultatis ſit, ut exinde ſanguis promoveri, atque fœtus utero maternò pelli poſſit?*

2. *An etiam licitum ſit Pharmacopœo ejuſmodi herbam ſubviridem pulveriſatam, cuilibet perſonæ indifferenter, utrum gravida ſit, nec ne? vendere?* cumprimis quoniam gravidæ laborant ſuppreſſione menſium, & ejuſmodi remediis facilè ſiniſter eventus ſuccedere ſolet; Gratitudinem pro ſtudio & labore &c. &c. Dab. Diſekau die 5. Martii Anno 1613.

A.

Sententia Scabinorum.

POſtquàm nobis quædam Regiſtratura Articuli inquiſitionales tranſmiſſi, cum nexa quæſtione & petitione ſententiæ noſt Ideò nos Scabini Electorales Lipſienſes in j fundatum eſſe pronunciamus: Quamvis M N. in inquiſitione fateri omnimodè nolue quòd fœtum ſuum poculis abortivis expule dicendo, ſe in fœtu nullam vitam obſerva attamen quia non ſolùm uterum clancul geſſit, ingravidationem celavit, neminem enixu accivit, infantem poſt partum per bi um in lecto ſecum ſervavit, & poſtmod prope culinam in Angulum quendam occu vit, nec ipſa diffiteri potuit, quòd per aliq ſeptimanas de artemiſia rubra cocta, ut ſan nis fluxus moveretur, potaverit &c. Ex a inquiſitionis ſufficienter liquet, quòd de re vobis competat, Mariam N. niſi ultrò il fateatur, primo gradui torturæ ſubjicere ex ea ſpecialiter quærere: *An non de artem rubra eum in finem biberit, ut fœtum utero materno* (quem per viginti ſeptima geſſit) *internecioni daret?* vel, *annon p pterea alia pocula abortiva adhibuer quid operæ ad hoc infanticidium conti rit? & quid aliàs eidem de eo conſtet?* confeſſione & recognitione ipſius fideliter c ſignata, nobiſque remiſſa unà cum judicio dicorum de facultatibus artemiſiæ rubræ, *tantæ ſit virtutis, ut ſanguinem matern ciere, fœtumque utero exturbare poſ* tunc ratione ſupplicii, quo Maria N. affici bet, ſecundùm jura nobis præſcripta, ſa procedemus.

Reſponſum Facultatis Medicæ Lipſienſ concernens deciſionem duorum proble matum; ſcilicet

1. *Artemiſiam rubram provocare ortum.*
2. *Pharmacopolas non debere talia dicamenta, abſque præſcitu Med vendere.*

PErlegimus acta inquiſitionalia contra riam N. & ponderatis rationibus, ac q ſtionibus in pleno concilio Facultatis, ita ſpondemus: quoad quæſtionem primam, *q quidem Artemiſia rubra, exceptis etiam raſi corticibus, omninò tantæ ſit efficac ut ſanguinem menſtruum movere poſſit,* eò ut reliqua ex artemiſia præparata, ad tum facilitandum, ad ſecundinarum expul nem, & Lochiorum eductionem adhiberi leant; quoniam verò (1) aliam herbam veriſatam ſubviridem, præter artemiſ rubram, eum in finem aſſumpſit: (2) autem herba non fuit ſpecificata: (nec quantitas artemiſiæ rubræ; cogimur

[...]e judicium noſtrum categoricum ſuſpende-, uſque dum plenius erimus informati.

Quoad quæſtionem ſecundam, reſponde-r: *quodutique jurato Pharmacopœo non* [...]*ceat ſuſpectis perſonis indifferenter medi-*[...]*mentamenſes moventia porrigere*, quam [...]men audaciam forenſi judicio vindicandam [...]linquimus, abſolutius judicium promitten-s, ſi defectum ratione herbæ, & doſeos [...]noratæ, impoſterum ſuppleverint &c. *Dab.* *ipſiæ d.* 26. *Martii A.* 1613.

Vid. D. Amman. Med. Crit.

CASUS XVI.

DE

[...]UALITATE SANDARACHÆ.

Requiſitio.

P. P.

[P]Harmacopœus hujus loci detinetur in in[...] quiſitione, eò quòd accuſatus, acſi mulie[...] ſuæ propinâſſet venenum, prout acta inqui[...]tionalia in originali tranſmiſſa fol. 28. 29. 30. [3]1. 32. pluribus docebunt. Et licet initio [o]mnia negaverit, tandem tamen ſequentia [c]onfeſſus, ſe aliquid de Sandaracha, quantum [c]ultri cuſpis capere poteſt, cum Confectione [A]lkermes immiſcuiſſe, & eidem propinâſſe; [q]uòd autem Sandaracha non eſſet venenum, [p]robare intendit ex Dioſcoride, qui eam in [P]hthiſi & Tuſſi ſicca internè commendavit. [Q]uoniam verò ipſe ſuſpectus, & hinc fide vix [d]ignus, aliis etiam indiciis gravatus, nec cau-[ſa]m allegare novit, cur præcisè Sandaracham [p]ropinaverit cum confectione Alkermes: ideò [m]ajorem in modum rogamus veſtras Excell. [v]elint haud gravatim quæſtionem ſequentem [r]eſolvere: *An Sandaracha* (quæ pulvis rubeus [Ru]beo vocatur) *inter venena referenda, ita,* [u]*t, ſi hanc aſſumpſerit uxor, eandem neceſ-*[ſ]*ariò mori oporteat?*

Reſponſum Facultatis Medicæ Lipſienſis; ſcilicet ſandaracham eſſe venenum.

[P]Ro reſolutione Quæſtionis propoſitæ, ex unanimi Facultatis noſtræ decreto, ita re-[ſp]ondendum judicamus: Sandaracham vel [A]uripigmentum, quod Pharmacopœus cum [C]onfectione Alkermes Uxori ſuæ propinavit, [ab] omnibus Medicis & Phyſicis fortiſſimis ſem-[p]er venenis fuiſſe annumeratum, propter ſym-[pt]omata ſubitanea & periculoſa, quæ aſſumpti-[o]nem ejus ſequuntur, qualia ſunt ventriculi & [in]teſtinorum corroſiones, faucium & gulæ [as]peritates, reſpirandi difficultates &c. Nec *Val. Pand.* valet, quod pro excuſatione inquiſitus adducit ex *Dioſcoride lib.* 5. *cap.* 22. acſi Sandaracha non eſſet venenum, quoniam in Tuſſi inveterata & Phthiſi, ab eo, reſpectu uſûs interni, commendata, ſiquidem hic modus utendi in noſtra vel Majorum Praxi nunquàm fuit in uſu, quia ipſe *Dioſcorides lib.* 6. *cap.* 29. ſemetipſum corrigit, dum noxium Sandarachæ uſum contemplatur, quæ vide dilucidata in Matthiolo, *in lib.* 5. *Dioſc. p. m.* 683. 684. *& in lib.* 6. *Dioſc. p. m.* 745. Dubitatur denique de intentione, an mulieri ſuæ Sandaracham loco medicamenti dederit? Utrùm verò mulier inquiſiti, ab aſſumpta Sandaracha præcisè fuerit mortua, impræſentiarum ſimpliciter determinare non poſſumus, quia neſcimus, quâ doſi & quoties eandem acceperit? &c. *Dab. Lipſiæ.*

Vid. Amman. Med. Crit.

CASUS XVII.

DE

NUCE VOMICA PENES FUREM DEPREHENSA.

Relatio.

P. P.

POſtquam una cum Prætore Naſſoicô Weilburgenſi furem incarceratum Joh. Wilhelmum Nern hinc Langengœnsâ oriundum, nunc verò Incolam Hochelheimenſem, die 17. hujus ex rajudicialiter examinavimus, & ulterius in eundem inquiſivimus, non potui non Exc. Exc. V. V. tam Protocollum Examinis, quàm ea, quæ aliunde ad negata conquiſita ſunt, eâ qua decet ſubmiſſione hiſce tranſmittere, & quòd indices nova, ab Inquiſito perpetrata, facta increbeſcant, ſimul referre; præter quæ & hoc addendum erat, quod penes Delinquentem, cùm Philipſecciæ in carceres conjiceretur, XII. integræ placentulæ (quarum unicam hîc offero) cum aliquot in fruſta diſciſſis repertæ fuerint, quas ipſe inquiſitus Nuces Vomicas eſſe dicit, quæ veneni ſpeciem conſtituunt, Dnn. Medicis & Pharmacopœis non ignotum: Et verò verendum ſit, ne iiſdem non tam bona, quàm homines intoxicandi aut canes (qui furtis ejus obicem figere poſſent) enecandi intentione, utatur; hinc & illud ſubjectiſſimè referre VV. Exc. Exc. & Dn. Dn. juſſa ulterius expectare volui. *Dab. Langengœnſæ die* 26 *Mart. A.* 1680.

V. V. Exc. Exc. & Dom. Dom.

Obſequioſiſſimus

J. H. Eller. mp.

CASUS XVIII.

DE

RADICE VICTORIALI, AN IMPENETRABILITATEM ARMORUM CONCILIET?

Requiſitio.

P. P.

NOn poſſumus facere, quin Veſtris Excell. hiſce ſignificemus, quod Urſula N. non ita pridem in judicio noſtro veneficii fuerit accuſata, quod indicia haut levia probare videntur, quo nomine captiva quoque à nobis detinetur. Factâ generali inquiſitione nihil fateri voluit, nihilque præter haſce duas radices, quas in originali mittimus, in reculis ſuis repertum: has dicit eſſe *Mandragoræ radicem*, accepiſſe dicit à Rhizopola quodam, in nundinis Altenburgenſibus, donando duas ſuo patrueli, qui nuper militiæ ſacramentum dixit, debent enim (prout retulit ipſi Rhizopola) impenetrabilitatem ab armis conciliare: reliquas ſecum geſſiſſe, ut à faſcinatione, vel incantatione eſſet tuta, nullius itaque veneficii ream eſſe. Suſpectis autem quoniam fides habenda non eſt, ad evitandam eluſionem, quæ hâc ratione judicio noſtro accreſcere poſſet, negotium hocce Veſtræ Cenſuræ committere eſt animus; dicant itaque candidè:

1. *An radices tranſmiſſæ ſint mandragoræ veræ?*
2. *An impenetrabilitatem ab armis concilient?*
3. *An iiſdem veneficium vel ulla faſcinatio poſſit inferri?*

Dab. Ronneburg die 20. Sept. An. 1634.

Reſponſum Facultatis Medicæ Lipſienſis; Scilicet *Radices tranſmiſſas non eſſe Mandragoræ, ſed Victorialis Radices, neutram poſſe impenetrabilitatem ab armis inferre, multo minus aliâ ratione nocere.*

VEneficii accuſatam apud Vos Urſulam N. innotuit Nobis ex Literis Veſtris & Actis inquiſitionalibus: ut itaque deſiderio Veſtro ſatisfiat, tres quæſtiones propoſitas, conſideratis omnibus circumſtantiis, ita reſolvimus:

1. Quòd tranſmiſſæ duæ Radices nullo modo ſint *Mandragoræ, ſed Radices Victorialis longæ*, quam Vetulæ noſtræ, quia Loricæ articulationes referunt quodammodo, *allermanns-harniſch* appellant. 2. & 3. quod ſpectat, firmiſſimæ ſumus opinionis, *quod ne radices Mandragoræ, nec Victorialis alicu[i] impenetrabilitatem ab armis certò promitte[-] re poſſint*, niſi concurrente Dæmonis aſtuti[is] & præſtigiis, quibus haud rarò etiam, ſub præ[-] textu mediorum naturalium credulos, præpr[i-] mis ſexûs ſequioris, allicere conſuevit: quo[d] tamen à Nobis, utpote qui de naturalibus, u[t] ſic, judicare ſolemus, impræſentiarum dete[r-] minari nequit. *Dab. Lipſ. d. 2. Octobr. A[n.]* 1634.

Vid. Amman. in Med. Cri[t.]

CASUS XIX.

DE

BONITATE UNICORNU VER[I]

Requiſitio.

P. P.

NOn ita pridem ego à quodam Mercato[re] hoc cornu, tanquam pretioſum ac genu[i-] num Monoceros, ſummâ pecuniæ non e[xi-] gua, emi, hâc intentione, ut cum aliis me[di-] cibus permutarem; reputatur verò à pleriſq[ue] pro adulterato & pro nihilo. Antequàm ve[ro] Venditori meo dicam ſcribere poſſim, op[us] eſt mihi æſtimatione Collegii cujuſdam Medi[ci,] ideò Excell. veſtras hiſce compello, velint h[ac] in negotio mihi gratificari, fruſtulum huju[s] cornu diligenter intueri, probare ac deniq[ue] pronunciare: 1. *An genuinum ſit mono[ce-] ros? & 2. quanti, ratione valoris aut p[re-] tii, æſtimandum?* Dab. Parthenopoli [d.] 26. April. A. 1656.

Georg. N.

Reſponſum Facultatis Medicæ Lipſienſ[is,] *ſcilicet cornu hoc non eſſe unicornu verum.*

ADquæſtionum binarum præcedente c[ol-] latione, ac probatione neceſſariâ reſpo[n-] demus: quòd fruſtulum hoc cornu, ſi ex a[ſpe-] ctu judicandum, genuinum atque legitim[um] monoceros non æquet, ſed potius cuidam m[a-] rino cornu ſimile; notum ſiquidem, qu[od] ejuſmodi cornua in bobus, equis, aſinis, [pi-] ſcibus reperiantur, de quibus prolixè *Thom[as] Bartholinus, Tractat. de Unicornu, & A[n-] dreas Baccius, Tract. de monocerote*, vid[e-] ri poſſunt. Deinceps accedit, quòd charac[te-] res genuini monocerotis, reſpectu vene[ni] non ſuſtineat, licet hoc non ſit univerſa[le,] dum quoque unicornu foſſile vel Cornu Ce[rvi] alexiteriæ virtutis eſſe cenſetur. Quant[um] itaque noſtrâ ſcientiâ atque conſcientiâ [aſ-] ſequimur, *hoc fruſtulum cornu pro genui[no] monocerote vix habemus, quò reſolutò fac[ile]*

quoq[ue]

...que patet, quid de pretio ſit ſentiendum? ...o. Lipſ. die 2. Maji An. 1656.

Vid. Amman. in Med. Crit.

CASUS XX.
DE ...ONITATE BALSAMI SULPH. DIJUDICANDA.

Requiſitio.

P. P.

...Ertis de cauſis Excell. Veſtris Sereniſſimi ...Reſcripti tenorem hiſce aperire me cogit ...eſſitas, qui ſequens eſt: Quòdſi adhuc N.N. ...edes ſuperſtites, qui ad Privilegium Patris ...hæreditarium provocant, eôque ulterius ...dere ſatagunt, illi ante omnia ſiſti debent Fa... ...ati Medicæ, quæ eſt in noſtra Univerſitate ...ienſi, quæ & Perſonas, privilegii participes, ...ſum medicamentum, Balſamum ſc. ſulphu... ...xactè exploret, à quo tempore exploratio... ...poſtmodum venditio ipſius Balſami illis li... ...è concedatur: prout Copia Reſcripti ſub ...egentibus plura ſuppeditabit. Hoc privi... ...um à Cæſarea Majeſtate, & Celſiſſimo Prin... ...Landgravio Haſſiæ, Parens meus Matthias ...ivis olim Schmalcaldenſis, clementiſſimè ...nuit, quod Documentum B. C. D. affatim ...bant, quæ in Originali hîc producuntur: & ...s genuini hæredes nos ſumus extra dubium, ...unitatemque Privilegii hactenus contra ...svis, qui prædictum Balſamum ſulphuris ...terare, vel alio quovis modo, in præjudi... ...n mei, & cohæredum meorum, corrum... ...voluerunt, inhibitione ſub E. maſculè de... ...imus. Ut itaque & Sereniſſimi Electoris ...niæ Reſcripto ſubjectiſſimè ſatisfaciam, ...legitimatione perſonæ meæ, ſubſequens ...timonium ſub F. quod Haſſiaci Conſules & ...atus Civitatis Schmalcaldenſis, ad inſtan... ...meam, impertiverunt, producam, quô ...bit, me legitimum Matthiæ N. filium eſſe: ...ter deponam ſpecimen de Balſamo ſulphu... ...juxta formulam G. exactè præparati, nul... ...dubitans, quin Excell. Veſtræ eundem, ...madmodum in Ducali Gotha, & aliis innu... ...is in locis factum, ſint omni modo appro... ...ræ, factaque exploratione, Teſtimoniô ...uô publicô ratione bonitatis, in ſequentem ...eſſitatem, me ſint adjuturæ. *Dab. Lipſ.* &c.

Joh. Chriſtoph. N.

...ponſum Facultatis Medicæ Lipſienſis, ...cet bonitatem hujus Balſami ſulphuris pro nunc non poſſe determinari.

...teras Tuas & Documenta ſub A. B. C. D. E. ...F. G. ritè accepimus, & quid à Facultate noſtra petieris, optimè ponderavimus: habitâ verò hoc ſuper negotio collegiali deliberatione, celare te nolumus, quòd legitimatio Perſonæ tuæ ex Sereniſſimi Reſcripto non ita intelligenda, quòd probare debeas, Te legitimum Matthiæ N. filium eſſe; nequaquam: de hoc enim judicare nobis non incumbit, ſed magis verba Reſcripti volunt, ut examen medicum ſubeas, quò nobis partim ſcientia tua in pharmacevticis innoteſcat, partim etiam modus præparandi Balſamum ſulphuris liqueat, ut poſtmodum de bonitate hujus medicamenti eò exactius ferre valeamus judicium. Deinde quod attinet balſami ſulphuris quantitatem, hâc vice nobis exhibitam, an juxta formulam G. ſit præparatus? hoc intra tàm curtum temporis intervallum nec aſſerere, neque negare poſſumus, quandoquidem notum ex Praxi noſtra, quod energia medicamentorum multijugâ experientiâ inveſtigetur, quæ plus temporis requirit, quàm quidem tu præſumis. Quòdſi verò, prout Sereniſſimi Reſcriptum poſtulat, te examini pharmacevtico ſubjeceris, nobisque deſcriptæ in ſchedula G. contra allegatos morbos, Balſami virtutes, experientiâ, vel ratione ſaltem, innotuerint, tunc pro re natâ Teſtimonium publicum tibi largiri, nunquam gravabimur. *Dab. Lipſ.* &c.

Vid. Amman. in Med. Crit.

CASUS XXI.
DE TINCTURÆ BEZOARTICÆ EFFECTU.

Requiſitio.

P. P.

CAſum quendam ſub A. qui ſic ſe habet, formare teneor: Medico cuidam 4. milliaribus abhinc Praxin facienti, miſi ad inſtantiam aliquid de *Tinctura Bezoartica*, ſedulò à me ipſo præparata, cujus effectum in infinitis ferè morbis ſenſi planè divinum & ſingularem; forte tamen fortuna nobiliſſimum hoc medicamentum prout fieri ſolet, à vulgo ita traductum atque conviciis affectum, ut meritò illud ab injuria vindicare cogar, contra barbitonſorem quendam, qui infeliciter hoc medicamentum adhibuit; peto itaque perquàm officiosè, velint quantocyus conſideratis omnibus circumſtantiis me certiorem reddere: *utrum Tinctura bezoartica in febribus malignis, non tantùm cœcitatem, verùm etiam ipſam mortem cauſari valeat? &c.* ut convicia iſtius barbitonſoris, qui in aula Sereniſſ. Principis N. Fac To. tum eſt, eò melius refutare poſſim. *Dab. Breslaviæ d. 23. Febr. 1658.*

A.

Barbitonſor, quod genus hominum in penetralia

tralia ſacræ Medicinæ illotis manibus irrepſit, nec ventoſo Chirurgiæ titulo contentum, morbos internos cuare, pharmaca propinare plutibus thraſonicè audet, quod tamen de jure iis non licitum, *probante Paulo Zacchiâ*: talis Barbitonſor præteriti anni menſe Decembr. pluviosâ cœli conſtitutione, peractâ in vicinia venæſectione, domum reverſus, corripitur febre cum rigore, calore quoad extremum tactum, non adeò intenſo, doloſo tamen, cum intenſiſſimis capitis doloribus, & ſumma virium proſtratione. Is die demum ſextâ ab invaſione morbi, à quodam Medico, 2. milliaribus ab illo oppidulo degente, per literas auxilium efflagitavit, referens, ſe ſibimet purgans medicamentum conſuluiſſe, etiam illud adhibuiſſe, abſque omni tamen alleviatione, morbum non factum remiſſiorem, ſed intenſiorem; Medicus mali moris febrem, nempè continuam malignam, eſſe perſpiciens, alexipharmaca, quæ ab infelici Medicaſtro, propriæ fortunæ & miſeriæ fabro, neglecta erant, ſuadet: mittit ergò Tincturam Bezoarticam, præſcribit pro doſi 60. guttas. Aſſumit æger eâdem die adhuc præſcriptam doſin. Quid fit? die ſeptimo ſequente, non fit alleviatio, ſed ſuboritur Cœcitas, & poſtridie, nempe die 10. morbi, moritur æger. Jam plurimi nobiliſſimum hoc medicamentum, optimè etiam præparatum, accuſant cauſam fuiſſe ſubitæ Cœcitatis, Medicum conviciis onerant, & homicidii patrati arguunt. Bifronti Jano opus eſt, ante & poſt ſe reſpiciente, qui de hujus Caſus hiſtoria rectè & medicè judicare cupit. Impoſſibile dico ab Alexipharmaco, & quidem tali, ubi nulla violentiora metallica addita ſunt, Cœcitatem & mortem poſſe oriri. Non novum eſt medicamenta Chymica diffamari, propter ſocia pericula, quæ interdum ex violentioribus ab imperitis parata & adminiſtrata proveniunt: aſt non omnia Chymica ex metallicis parantur; Chymia enim etiam vegetabilia in meliorem ſtatum ſolet convertere: ſi igitur illa vegetabilia ex ſua natura non deleteriæ ſunt facultatis, multo minus ex meliore præparatione illam accipient. Cœcitatem potius â purgante ortam fuiſſe non dubito adſtruere. Quale illud fuerit, quod uſurpaverit, non liquet; ſed quid crebrius in ore barbitonſorum, Mercurio vitæ, dulci, turpetho, floribus antimonii, aliisque ex violentioribus metallicis paratis? quæ ipſi imperiti imperitè præparare conantur, aut ab agyrtis & ciniflonibus vili pretio emunt. Ex talibus medicamentis cœcitatem facile ſuboriri poſſe, teſtis eſt magni nominis Medicus, *Hildanus*, qui *in Epiſt. Med.* 41. aliquot habet exempla. Inter alia ſcribit: Matrona ad lacum Lemannum ſumpto medicamento ab Agyrta præparato, intra triduum non ſolum viſum, ſed & vitam amiſit. Alia dolore Capitis laborans, cùm medicamentum purgans ab imperito barbitonſore (verba ſunt Hildani) accepiſſet, de viſu periclitatur. Quod idem Medicus *Ep.* 92. alio exemplo confirmat. Inſuper cùm venena aſſum[…] facile cœcitatem inducant, teſte *Tulpio L.* […] *obſ. Med.* 31. aliisque, quidni etiam maligni h[…]mores in corpore geniti & venenatam natura[…] habentes, idem malum in talibus febribus e[…]cere poſſint? Quid tandem dicendum de inte[…]peſtivo purgationis tempore? quis docuit B[…]bitonſorem in maligna febre ante diem 14. p[…]gans ſolutivum (de laxativis alia res) exhibe[…] ut humoribus malignis vehementer agitati[…] qui aliâs mobiles nimium, ad partes debiles […] nobiles fiat metaſtaſis, unde Cœcitas orta, […]liquæ vires malignitate Cordi altius infixâ p[…]ſtratæ. Legendum ipſi prius fuiſſet, quid Cla[…] Medici, & inter alios *Sennertus Inſtit. L.* […] *P.* 2. *S.* 1. *p.* 1124. de vitanda purgatione in m[…]lignis, annotaverint. Hinc quæſtiones oriunt[…] 1. *An Bezoartica Tinctura vel potius.* 2. *A[…] ſumptum medicamentum purgans, fuerit* […]*citatis vel mortis cauſa?*

Reſponſum Facultatis Medicæ Lipſien[…] ſcilicet Tincturam Bezoarticam in hoc C[…] nec cœcitatem, nec mortem cauſari potuiſſe.

Dolendum ſanè, & quidem maximè do[…]dum, eò deventum eſſe hiſce noſtris æ[…]bus, quòd Barbitonſores plurimi (non […] omnes) nihil niſi barbam radere, caput la[…] venam ſecare callentes, non tantummodò […]riculoſiſſimos, cautiſſimam, & longè exper[…] Chirurgorum expoſcentes manum, affec[…] manu imperitâ, & Raſtro potius digna, n[…] Medico in conſilium vocato, tentare non […]beſcant, ſed etiam, quod adhuc majus, mo[…] Internos, nullô habitô vel cauſæ morbi, […] ſymptomatum maximè neceſſariô reſpectu[…] glectâque verâ methodô, auſibus temera[…] vel deſperatis potius, ſeſe hominem, Dei T[…]plum, tractare non conſiderantes, ſanare […] vereantur; quibus autem ſucceſſibus ſuc[…]tiantur fine, teſtantur, proh dolor! exempl[…]gica non infrequentia. Talis fortunæ fil[…] etiam fuit faber iſte Barbitonſor, qui febre […]lignâ (quod præſentia ſigna evincunt om[…] correptus, purgans medicamentum aſſum[…] hic, hôc nihil proficiente, ſed malô aliquo[…]ris ingraveſcente, Medicam demum imp[…] opem, ab hâc methodicè conſulitur alexi[…]macum, nempè *Tinctura Bezoartica*, & […] ſerius exhibitum humores, ſuâ naturâ ſati[…] lignos, & purgante inconſultò aſſumpt[…]ctos edomare non valuit, ſed ſuboriri […]tatem, & mortem inſequi, concedere […] coactum. Summâ autem admiratione […] ſumus certiores, non deeſſe quoſdam, qu[…] ſam, quà cœcitatis, quà mortis, Tinctur[…] zoarticæ, cùm ex fortioribus metallicis […] malè audiunt nonnullis, licet rectè pra[…] tis ſumma fiat injuria) eam componi p[…]

trudere audeant: Verùm impoſſibile certè , Tincturæ Bezoarticæ ſuam hocce malum ɔere originem; cùm enim illa ex meris vege-ilibus, nullo reverâ ingrediente forti metal-ɔ, eliciatur, vel lippus videt, illud malum ab juſce uſu excitari non potuiſſe. Quantum uper utilitatis per 30. annos quotidiè, præci-è illâ permagnâ in peſte Anno 1637. hancce bem, ut & alias Urbes mirum quantum in-ante, nec minus in febribus malignis & peſti-tialibus methodicè exhibita, illa humano con-ɛrit generi, teſtabitur non modò noſtra Lipſia, & plurimæ diſſitæ Regiones, quæ expertæ, & ɔjam experientes Divinâ gratiâ, nobiliſſimas us Medicamenti vires, â venenatæ invidiæ gua ſunt vindicaturæ; & tantum abeſt, ut cum audiverim, qui ſimile quoddam per ſum ſeſe quæratur, ut potius vires ejusdem ɔrædicaverint omnes: quomodo igitur hîc as ſuas exuere qualitates, ſolumque iſtum bitonſorem, contra naturam ſuam enecare uit? Purgante potius ἀμεθόδως propinatô, eritus iſte barbitonſor violentas ſibi ipſi in-t manus, quod fortaſſe ex mercurio vitæ aut imonio malè præparatis componebatur; ɛenim non rectè correcta, ſæpiſſimè & Cœ tem & alia gravia ſymptomata excitâſſe plu orum evincit autoritas & experientia. Po-autem, adſumptum purgans non fuiſſe male rectum metallicum, ſed ſimplex vegetabile, ue & cœcitatem, & mortem hîc accerſere fuit inſufficiens. Quis te, barbitonſor pra e, ferulâ digniſſime, docuit in febre mali-, & quidem hyemali tempore, cœlôque plu-ô inſtituere purgationem? ſi commune il-dicterium: *in febre maligna purgare, eſt are*, intellexiſſes, illud non adhibuiſſes! ita n humores fermentantes, & à malignitate is agitatos magis agitâſti, humores ad Ce-um, partem nobilem, jamdum raptos (quod iſſima docet Cephalalgia) magis moviſti, s debiles debilitâſti, motum naturæ & expul-em per poros cutis impediviſti, humoribus ignis commotis alexipharmaca requirenti-purgantia præbuiſti, & ſic flammæ oleum diſti, ut proinde malum hocce in proprium quod dicitur, non potuerit non cadere ca-Utinam iners iſte, & audax barbitonſorum miſerabile hoc exemplum intueatur, & oſterum cautius mercari diſcat!

Vid. Amman. in Med. Crit.

CASUS XXII.

DE

NOXIO PILULARUM FRANCOFURTENSIUM USU.

Requiſitio.

P. P.

Quæſtiones ad vos binæ deferuntur, Viri Experientiſſimi, ſuper quibus Veſtrum ex arte reſponſum deſideratur, quarum

Prima: Gravida fœmina (neſcia tamen ſe eſſe gravidam, multo minus partui vicinam) propter flatulentiam, acſi rumpi deberet, pro alvo reſeranda aſſumſit 5. *Pilulas Francofurtenſes* uſuales, ut & biduo poſt, cùm lipothymia levis immineret, aliquid de *pulvere Marchionis* cum Coralliis, quô factô, tertiâ die circa veſperam, præcedente per integrum diem aquarum & ſanguinis (ſalva venia) fœtentis fluxu inſigni, fœtum mortuum, perfectum tamen, peperit. Nunc quæritur: *An, rebus ſic ſeſe habentibus, hæ 5. Pilulæ Francofurtenſes, & modicum pulveris Marchionis partum ante tempus accelerare, fœtum pellere, aut eundem movere potuerint?*

Secunda: *Utrum ex copia ſecretarum aquarum & ſanguinis fœtentis, qui per integrum ante partum diem fluxit, concludendum, quòd fœtus jam in Utero mortuus, non autem in partu exſtinctus fuerit, cumprimis, quoniam infans natus flaccidus, frigidus & albus inſtar nivis apparuit &c.* Dab. Hamburg. d. 20. Octobr. Anno 1658.

Johann. N.

Reſponſum Facultatis Medicæ Lipſienſis; ſcilicet nec Pilulas Francofurtenſes, nec pulverem Marchionis habere vim pellendi fœtum.

Conſilium ut & judicium, quia ſuper quæſtionibus à nobis non ita pridem petitum fuit, ideò re benè penſitatâ, dicimus: 1. quòd *pilulæ Francofurtenſes* lene admodum ſint Medicamentum, & à gravidis ſine periculo aſſumantur, non tantùm 5. ſed 10. imò 15. eâ tamen magnitudine, quâ communiter in Officinis formantur, 2. Multò minus *pulvis Marchionis* malum hoc cauſari potuit, dum omnia ingredientia virtutis ſunt adſtrictoriæ & confortantis fœtum, hinc etiam gravidis, quando timore aut iracundiâ permotæ, vel aliâs malè ſe habent, præſervandi ergò ab abortu, ordinari ſolet. Probabile propterea potius, quòd fœtus ab aliis cauſis, ſive internæ ſive externæ fuerint, inter quas non minima fuit *contumax obſtructio* alvi, detrimentum aliquod paſſus fuerit.

In qua opinione nos etiam confirmant aliæ à Vobis allegatæ circumſtantiæ, v. gr. effluxus putridarum aquarum, & fœtentis ſanguinis, flaccidus, albus & frigidiſſimus fœtus, è quibus colligitur, ob defectum alimenti fœtum fuiſſe debilitatum, viribusque exſolutum, adeò, ut poſteà

poſteà accedentibus aliis cauſis fuerit mortuus, non quidem eâ die, quâ pilulæ vel pulvis Marchionis uſurpatus, ſed longè ante, quod ex putredine ac fœtore aquarum ſubſumendum &c. *Dab. Lipſ. die* 27. *Octobr. Anno* 1658.

Vid. D. Amman. in Med. Crit.

CASUS XXIII.
DE
ABUSU ANTIMONIATORUM.

Reſponſum Facultatis Medicæ Giſſenæ, deſuper illegitimo medicamenti ♁nialis uſu.

P. P.

ACta in Dicaſterio hujus loci Principali per Kilianum Eckardum, Civem & Chirurgum, contra Gebhardum, Concivem, Chirurgum & Herniotomum Schottenſes ventilata, concernentia purgans aliquod, alii, paulò poſt ſubitò exinde demortuo, propinatum, omni ſtudiô perluſtravimus & perlegimus, eaque propter omnia è Medicinâ illic ponderanda, breviter indicare voluimus & debuimus.

Notum autem eſt, quænam futuro Medico, aut illi, qui nobiliſſimam creaturarum ſub Sole, corpus humanum curandum ſuſcipit, neceſſaria ſint, ratio ſc. uſus ſive Experientia & Exercitatio: item accurata corporis humani cognitio; & quia plurima huc pertinent, donec omnium illorum participes reddamur, vix quoque omnia perfectè obtineri poſſint, hinc non ſine causâ *Hippocrates* ſtatim à fronte aphoriſmorum conqueſtus fuit, quòd vita brevis ſit, ars verò longa, experientia fallax, judicium difficile. Quodſi jam excellens ejusmodi Medicus, cui nemo æquiparandus, & cui omnes ſubſcribere & obtemperare tenemur, Artem Medicam tam arduam atque ſanctam eſſe ſtatuit, ad cujus & cognitionem & exercitium vitam hominis breviorem eſſe queritur, æquum ſanè eſſet, ut illi, qui eandem exercere voluerint, omnia ad eandem pertinentia requiſita curatiſſimè obſervarent adhibitôque judiciô tractarent, in quantum ſcilicet id à Deo T. O. M. mortalibus eſt conceſſum, eorumque difficultates diligentiſſimâ meditatione, ſtudio optimaque vigilantiâ ſuperare anniterentur. Aſt eò proh dolor! eſt deventum, ut Agyrtæ, Circumforanei, Chirurgi, Herniotomi, Aromatarii aliique hujus farinæ homunciones, hoc non obſervent, ſed & illotis manibus in Medicinam irruant. Purgantia præſcribant, & ſi fortè de formulâ quadam huic vel illi benè conferente audiverint, & aliis ſtatim eandem commendare, ſicque nullô habitô diſcrimine in corpora humana gra[…] audeant, quaſi verò quidlibet ex quolibet [...] gando eliminare idem & perinde eſſet, quô fariô auſu non poſſunt non deteſtandam N[…] liſſimæ Arti maculam affricare, cùm veriſſim[…] ſit illud *Hippocratis Sect.* 1. *aphor.* 2. 22. Si talia purgentur, qualia oportet, conveni[…] facilè ferunt: Sin contra, difficulter; q[…] aphoriſmum *Hippocrates* tanti fecit, ut [...] dem quatuor vel quinque diverſis vicibus [...] libris aphoriſmorum repetierit. Quodſi [...] ex homuncionibus illis perconteris, qui[…] ſit effectus ille, contra quem purgans aliq[…] medicamentum direxerint, aut magis [...] erunt, quam piſces, aut confuſè admodum [...] ipſum ventriculum, hepar, lienem vel bilem [...] cuſabunt, abſque ullâ ſubjecti præparati[…] hæc talia propinant, cùm tamen ipſe Hippo[…] tes, cùm quis purgare voluerit, prius cor[…] fluida reddenda eſſe juſſerit; quô factô om[…] præparantibus & digeſtivis humores viole[…] commovent & exterminant, & ſæpiſſimè [...] ſentaneum ſanitatis diſpendium relinquunt [...] taceam varia ex antimonio, ☿ & hellebor[…] rata medicamina, quæ quidem in ſe & ſu[…] turâ, ſi cum granô ſalis, legitimâ doſi, ha[…] diſcrimine affectuum & ponderatione viri[…] benè correcta & præparata adminiſtrantur, [...] quidem nociva, attamen non abſque me[…] loſitate & cautione, ſive propinari, ſive [...] mi non debent, veneni alioquin, imò pra[…] taneæ mortis inſtar futura; hinc Medicis [...] Excellentiſſimis & totô vitæ decurſu hiſc[…] bus enixâ operâ ſtudentibus negotium [...] ſunt, neque primus hic eſt, qui ſub hoc [...] textu vitæ ſuæ jacturam paſſus eſt; quemad[…] dum ſimilia Nobis exempla innotuêre, qu[…] viciniâ per idem ♁ contigêre, & in hâc ipſ[…] vitate haud ignotum eſt, quod medicam[…] quodam purgante, à Mercatore adhuc [...] dicitur, Medicâ æquè ac Pharmaceutica [...] abutente, alii inconſideratè propinatô, n[…] rimè fata accelerata fuiſſent, nî comm[…] inde medicamentis liberatus fuiſſet. Por[…] cum Medicamentis Paracelſiſticis com[…] tum eſt, ut non ab unoquovis eâdem rat[…] præparentur.

Quia igitur Authorum ſententia, in ſ[…] *Sennerti, Crollii, Mylii & Paracelſi* ip[…] imò omnium Neotericorum, huic Sectæ [...] ctorum, bonis hîc corrigentibus opus eſt, [...] qui ægris illa præſcribere voluerit, primum [...] ſervare teneretur, an & quomodò c[…] cta ſint, nec maximam eorum ſtatim doſin [...] pinare, ſed, ubi neceſſaria videntur, mini[…] primò periclitari & experiri, quid corpus [...] manum perferre valeat, quid ferre rec[…] quemadmodum quoque ultra $8\frac{1}{2}$. gr. ♁. [...] pro unâ doſi infundi non recordor. Equi[…] *Crollius in Baſil. Chym.* tradit, quod flor[…] correcta â 7. ad 8. vel in corpore ſatis rob[…] ad 10. gr. ſumi poſſint. An verò flores ♁ [...]

uſum fuerint adhibiti & quidem optimè cor-
ti, in Actis non exprimitur. Si verò ♁ cru-
m officinarum fuiſſet, 4. tamen aut 5. grana
ficere potuiſſent. Verba addo *Mylii in
tidotario Medico-Chymicô, pag. mihi* 30.
icut certò conſtat illud in exiguâ doſi, 4. tan-
m aut 5. gr. in Vinô vel Aqua maceratum &
mtum tantâ vehementiâ corpus turbare, ut
m ſupernè, quàm infernè valentiſſimè pur-
et, ponderis & virtutis quantitate non im-
utatâ &c. Et paulò poſt: Sed valeat vi-
um iſtud, quamvis Empirici in Medicorum
pè opprobrium graviſſimos planè morbos
nent. Medicinæ enim virtus non conſiſtit
itrificatione, ſed vera ejus præparatione,
am docet *Baſilius Valentini*, Monachus
d. S. Benedicti, ſummus Philoſophus & Me-
us. Non minus modò dictus *Crollius* pe-
uſum ♁ requirit, ut obſervetur, ne adſint
i conſtipationes, dolores colici, aut ne
m ex membris principalibus ſit læſum;
n quod picrocholis & iis, qui difficulter vo-
nt, aut imbecillioribus præditi ſunt viribus,
n temerè offerri debeat, ne ex uſu ejus Sto-
chus lædatur, convellatur, diſtendatur, &
i vires in totum dejiciantur; item, quod da-
oſſit iis, qui ſtomachum habent fortem,
racem amplum & ad vomitum aſuetis, &
ibus humorum materia ſurſum fertur; quin
ddit Crollius, quid factu opus, ſi juſto for-
s operetur, & quî ſymptomatibus obviandum
? Summè E. neceſſarium & è re boni publici
t, ſi Chirurgis, Balneatoribus & ſimilibus,
n hâc civitate, quam foris, impoſterum
s purgantium interdiceretur, aut ne illa un-
m abſque conſilio & præſcitu Medici adhi-
nt, caveretur.

Ex alterâ parte Viduæ minus patrocinatur,
od Maritum ſuum nullo omninò morbo la-
aſſe perhibeat: Si enim hoc ita ſe habet, à
dicamento debuiſſet abſtinere, ille quidem
pinando, hic aſſumendo aut deſiderando,
òd purgationes ſecundum Hippocratem ſana
rpora plus lædant, quàm ut iis utilitatem
ferant. Sic & æger haud minimum quo-
è deliquit, quod ſtatim à purgatione vinum
ue ac aquam frigidam ingurgitaverit, cùm,
n vulgus conſtat, poſt aſſumpta pharmaca,
pus â frigore muniendum, ejuſque ratio ha-
da ſit, ut & Crollius monet, quod poſt exhi
onem ♁ noſtri curam agere juſculoq; calido
pus munire debeamus. Verba ejus ſunt: Ubi
omitus movet, ſolet exhiberi offa, aut jus
rum leviter coctorum, vel gallinarum
pingue, aut hauſtus calidæ cereviſiæ, rei-
ndo ſi opus eſt &c. Quapropter æger illô
pore quoque regimen minus obſervavit,
t decebat: quo ipſo haud contemnendam
ſionem quoque dedit ſubſecutæ morti,
non ſatis ſit, ſecundum *Hippocratem* 1.
1. Medicum ſuum feciſſe officium, niſi &
Val. Pand.

ægrotus & adſtantes faciant, & omnia ritè com-
parata ſint.

Alterum caſum quod concernit, de eo Chirurgi peritiores commodius judicium ferre poterunt, an vulnus bombardæ exploſione illatum legitimè tractatum fuerit. Nos exiſtimamus, quòd in vulnere tam periculoſo ſuperius in parte craſſiori, ubi arteriæ majores latitant, ſummâ curâ & ſollicitudine opus fuerit, atque faſciatio c. alb. ovi, ℘ lini & alumine neutiquam ſuffecerit, niſi forte calorem iis temperare voluerit; utut vermiculi illîc reperti vulnus minus rectè expurgatum fuiſſe probabile reddant; de quo tamen Chirurgi audiendi. Quæ omnia, V. V. Nob. Nob. celare non potuimus. D. Giſſæ d. 24. Jun. 1650.

Joh. Dan. Horſt. D.
Joh. Tackius D. p. t. Decan.

CASUS XXIV.

DE FUNESTO ☿ DULCIS, MINUS RECTE PRÆPARATI, USU.

Species facti.

PHarmacopœus quidam juſſu Medici ☿ *dulcem*, juxta proceſſum Lit. A. deſcriptum, ſexies ſublimavit, & more ſolito fruſta ejus integra pro uſu ſervavit, qui ſæpe in formâ pilularum doſi exiguâ præſcriptus fuit. Duobus verò abhinc circiter annis hic ☿ *dulcis* juſſu Medici ſubtiliſſimè tritus, nec integris fruſtis, ſed in formâ pulveris ſubtiliſſimi pro uſu aſſervatus, & ſucceſſivè, prioris inſtar, in uſum adhibitus fuit. Præteritô quoque Januario An. 1669. ☿rius hic ſub frigore intenſiſſimô de novo præparatus, ſuper porphyrite minutiſſimè contritus &, ut antea, pro uſu aſſervatus, ac in formâ pilularum adhibitus fuit.

Accidit autem, ut menſe Aprili hujus anni ab eodem Medico, qui ☿ *dulcem* jam per duodecim & quod excurrit, annos præſcripſit, & nunquam de eo conqueſtus fuit, puerulo unius anni cum tribus quadrantibus formula quædam ordinata fuerit, quæ Lit. B. deſcribitur, qui pulvis tempore matutino hora VI. puerulo (qui antea per integrum ſemeſtre continuò malè ſe habuit) cum binis ▽. cochlearibus propinatus fuit, quem ingens ſtatim vomitus ſecutus ipſeque infantulus hora 5. veſpertinâ demortuus eſt; quo hunc in finem aperto, obſervatum fuit, inteſtina infantis corroſa & corrupta fuiſſe.

Quæritur, quid in culpa ſit? An ☿ minus rectè præparatus, an verò ob doſin exceſſivam (utpote quæ nunquam tam larga præſcripta fuerat) vel an non tam in formâ pulveris, quàm aliâ adhiberi debuiſſet?

Lit. A.

Deſcriptio ☿ dulcis.

℞. ☿ *vivi*, optimè purificati.
⊕ *exſiccati.*
⊖ *torrefacti* ana p. æ.

hæc invicem miſta cucurbitæ vel Phiolæ indantur, & lege artis ≏tur. Abhinc proportione habitâ ℞. ad ℥iiij. ⊖. toſti, ⊕ ad rub. calcin. ℥j. & ≏tur ſecundâ vice: Tertiâ vice ℞ tantum ⊖ toſti ℥iij. ad ≏ ſecunda vice ſublimatum, & abhinc ter vel 4ter per ſe ſublimantur.

Lit. B.

℞. ☿ *dulc. gr.* vij.
Gumm. gutt. ⊕ *lati*
Pulv. jalapp. aa. gr. iij.
M. F. Pulv. pro una doſi.

Reſponſum Facultatis Medicæ Giſſenæ; deſuper illegitima ☿ dulcis præparatione & adhibitione.

CUm Facultati Noſtræ Medicæ addita his Facti Species inſinuata fuerit; inſuper quoque ſententia & judicium noſtrum quoad ſubjunctas quæſtiones à Nobis deſideretur;

Hinc modò dictam Facti Speciem juxta circumſtantias illîc annotatas probè penſitavimus & tam in incluſo contentum, & ſub Lit. A. deſcriptum ☿ *dulc.* quam formulam Lit. B. ſignatam ſedulò & curatiſſimè examinavimus; eaque propter quæſtiones propoſitas, in 3. membris conſiſtentes, ſequenti ratione reſolvendas eſſe principiis Medicis & Pharmaceuticis conſentaneum eſſe ducimus.

Primum ergò quæſtionis membrum quod attinet, an ☿ *dulcis* rectè præparatus fuerit nec ne? in eô non contemnendum errorem commiſſum legesque Artis Pharmaceuticæ minus rectè obſervatas eſſe reperimus, cum debitam quantitatem ☿ *vivi*, qui ☿ priori modô per ⊕ & ⊖ decrepitat. ſublimato addi & maritari debebat, penitus omiſerint, adeò, ut ☿ modò dictus & juxta tranſmiſſam deſcriptionem præparatus, nullô modô pro dulci, ſed pro verò *ſublimato* habendus ſit: de quô apud *Sennert. lib. 5. pag.* 1440. *Beguin. Tyroc. Chym. l.* 2. *cap.* 18. *Schrœder. lib. Phar. Medico-Chym. S.* 1. *pag.* 18. *Thom. Barth. Diſpenſ. Hafn. Claſſ.* 20. *pag.* 219. *Rolfinc. Chym. in Art. form. red. l.* 5. *c.* 2. plura videri poterunt.

Quod verò alterum Quæſtionis membrum concernit: An ſc. Doſis ☿ juſto major: utique res ſic ſe habet, ſi pueruli ætatem intuemur, & ſimul conſideramus eundem jam per integrum ſemeſtre continuò ægrotaſſe, doſin ultra, quam par erat, extenſam fuiſſe, cum jam ante conſtet ☿ rialibus ejuſmodi & vomitoriis in tenerrima hac ætatula debilique conſtitutione cautiſſimè agendum eſſe. Ut taceam adeò exceſſivæ ☿ doſi (quæ, ſi ☿ etiam optimè præparatus fuiſſet, non facile locum habere poter[...] medicamenta tam ἄνω, quam κάτω purgan[...] fuiſſe addita, cùm tamen ad ſemeſtralem ill[...] diſpoſitionem morboſam reſpicere debuiſſe[...] Et ut tandem ultimò tertio membro paucis [...]tisfaciamus, non quidem de nihilô eſt, ☿ d[...]cem ordinariò, etiam à Practicis famigerati[...]mis in forma pilularum vel Boli communi[...] præſcribi, idque hunc in finem, ne ☿ fo[...] gingivas (quibus ſummoperè eſt infenſus) tingat, & ita ſalivationem fortè excitet. Nih[...] tamen minus non videmus, quî ſub forma p[...]veris exhibitus ☿ hac ratione funeſto huic ev[...]tui occaſionem dare potuerit: Sed omnino [...]tuimus, culpam partim exceſſui doſeos, p[...]tim verò & præcipuè præparationi non ri[...] juxta leges artis factæ adſcribendam eſſe; [...] idem corroſa non tantùm inteſtina haud ob[...]rè innuunt &c. Quam unanimem noſtram [...]tentiam & judicium hiſce ad deſiderium & [...]quiſitionem præviam impertimus, & in m[...]rem fidem ſigillô Facultati conſueto confir[...]re debuimus. *Sign. Giſſæ die* 10. *Julii A*[...] 1669.

Decanus, & Profeſſ. Med. G[...]

N O T A.

EO ipſo, quô hæc ſcribo, tempore h[...] abſimilis, isque ſatis Tragicus caſus N[...] ſe truſit, dum Chirurgus quidam Caſtre[...] Thraſo ineptiſſimus & Contemptor Med[...]rum, cui ☿ *ſublimat.* uſus internus fa[...]liariſſimus eſt, Virginem elegantiſſim[...] ejus uſu internô, nefariè enecavit; [...] ut poſt ejus aſſumtionem cardialgiis imm[...]bus, tum imprimis in convulſiones ſæpe e[...]pentibus, ſi potus, juſcula aut medicam[...] ſuperius, quod dicitur, orificium ſtom[...] attingebant, affligebatur: Ita poſt mo[...] œſophagus & ipſe ſtomachus circa orificiu[...]ſigniter inflammata & ſanguine ſuggillata a[...]ruerunt. Quô factô Medicaſter in vin[...] conjectus fuit, debitas forte, Proceſſu Cr[...]nali finitô, pœnas daturus.

CASUS XXV.

DE FUNESTO PHARMACOP[...] ERRORE.

Reſponſum Facultatis Medicæ Hafn[...]ſis; deſuper lethalitate ☿ ≏ti ex err[...]re pharmacopœi propinati.

QUamprimum Clementiſſimum mand[...] Ser. Reg. Maj. accepimus, quô Dec[...] Facultatis Medicæ, cum omnibus Maj. [...]

dicis Aulicis, & aliis Medicinæ Profeſſoribus
)octoribus hic Hafniæ commorantibus, ſine
râ citare jubetur (in caſu illo filii Conſulis
ëskoldenſis, Chriſtiani Sthenonis, quem
perata mors abſtulit) Doctorem Roeskilden-
1, Pharmacopœi Miniſtrum & famulum,
& cæteros ad hanc cauſam ſpectantes, dili-
nter in rei veritatem inquirere, & deinde ſen-
itiam ſuam ſcriptô conſignare, quiſnam
ortis repentinæ hujus filioli cauſa ſit: Nos ſu-
ı nominati, Ser. Reg. Maj. Clementiſſimo
andato obtemperaturi, die 26. Sept. coram
bis comparere juſſimus, præmiſſâ citatione,
oſcunque ſcivimus in hâc cauſa eſſe intrica-
s. Die 30. Septembr. comparuerunt ſinguli
Conſiſtoriô citati, præter Miniſtrum Phar-
ıceuticum, qui citari non potuit, quia fuga
e ſe ſubduxerat: eodem tempore Nobis in
icio exhibitæ tres Doctoris variantes formu-
& deſcriptiones iſtius aquæ, quæ puero fue-
oblata, inter quas in prima, quæ ſcripta erat
ædibus Conſulis, ibique remanſerat, inveni-
atur ☿ vivi ℥j. in altera, quæ ſcripta quoque
rat in ædibus Conſulis & ad Pharmacopoli-
ı miſſa, erat Mercurii crudi drachma una,
qua ſchedula conqueritur Doctor, primò,
òd ſignum ☿ fuerit mutatum & aliô addita-
ento variatum, quàm ipſe conceperat, De-
le quod ſecundum longitudinem fuerit di-
ſſa charta. Tertia formula ſcripta fuerat in
armacopolio poſt obitum pueri, manu pro-
â Doctoris, ubi Mercurii crudi drachma ſe-
s ſignata fuit. Hinc coram judiciô prodiit
nſul Chriſtianus Sthenonis cum Conjuge, &
diente Doctore retulit, quid cum filiolo
um ſit, ægrotante & mortuo. Inter alia
rrabant, eo die, quo puero ebibenda erat
tio à Doctore præſcripta, adveniſſe Docto-
n, quæſiviſſeque, an puer ebibiſſet, quod man
tum fuerat? ſed matrem reſpondiſſe, non,
ia puer nocte prægreſſa, quietè dormiverat,
c velle ſe ſomnum interrumpere; monſtraſ-
verò Doctori vitrum, quod aquam contine-
t ebibendam, dixiſſeque, Domine Doctor,
conſultum erit puero exhibere hanc
uam, in cujus fundo non invenio argentum
vum, quod narrabas ineſſe debere, quùm et-
m puer bene dormiverit hac nocte, jamque ci
mappetat. Cui reſponderat Doctor, tam
rva doſi ineſſe Mercurium, ut videri non poſ-
, apprehenſoque vitro hinc inde verſaſſe, &
onuiſſe, ſe velle percolare, & duo cochlearia
rcolatæ exhibere puero bibenda, tantumque
uæ in vitrea menſura verſaſſe, quantum una
e puer aſſumere deberet, quod etiam
hannes Hervvig Balneator ſcripto teſta-
tur.

Contra hanc accuſationem coram judicio
ſtro in ſui defenſionem protulit Latinum ſcri-
m Doctor, quo hiſtoriam morbi complecte-
ur, & Germanica Lingua interpretabatur, ut
cuſatores id intelligerent; imprimis excepit,
non accuratè adeò inſpexiſſe ſe potionem, ante-
quam puero eſſet exhibita, nec ſperaſſe Mini-
ſtrum Pharmaceuticum adeò malâ fide actu-
rum cum illis. Contra quam inſtantiam rege-
rebat Mater & Balneator, non poſſe à Doctore
negari, quòd vitrum in manu habuerit, concuſ-
ſerit & per linteum percolaverit. Prælecta
quoque nobis fuit Miniſtri Pharmaceutici Epi-
ſtola, ad Eſaiam Pharmacopolam ſcripta, in quâ
fatetur ſe pro ☿ crudo ☿ ♎tum ſumpſiſſe, quia
ipſi videbatur ſignum illud in recepta poſitum,
eſſe Mercurii ſublimati, nec ſciviſſe ſe, an inter-
nè vel externè debuerit adhiberi.

Ex tali hujus cauſæ conditione aliter judica-
re non potuimus, quam quòd Miniſter Phar-
maceuticus ſit prima & primaria cauſa mortis
pueri, ſiquidem fugâ culpam confeſſus eſt, & in
literis fatetur, ſe ſumpſiſſe Mercurium ſublima-
tum, quod præſens eſt venenum, loco ☿ vivi, &
ſi ſcrupulus ullus fuiſſet in formulâ Medici, de-
buiſſet illum conſulere ibidem præſentem,
quùm de ſigno illo Mercurii dubitaret. Inte-
rim tamen aſſerere non poſſumus, Medicum
omni culpâ vacare, ſiquidem potionem manu
apprehenſam ſurſum deorſum verſavit, & per
linteum colavit, quantitatem potus menſurâ de-
finivit ipſe, antequam puer biberet, nec animad-
vertit Mercurium in fundo vitri deeſſe. Hæc
noſtra eſt ſententia ex mandato Ser. Reg. Majeſt.
concepta. Actum in Conſiſtorio Academico,
30. Septembr. Anno 1651.

ſub Sigillo Facultatis Medicæ.

Jacobus Fabricius D.
Petrus Bullichius D.
Chriſtian. Fabric. D.
Jacobus Svabe D.
Olaus Worm. Vice-Dec.
Simon Pauli D.
Paulus Moth D.
Henricus Fuiren. D.

Defenſio D. Preuſmanni.

QUin, Candide, Æque ac Amice Lector, de ſubito & inſperato obitu Petri, Chriſtiani Steenſen, Conſulis hujus Urbis filioli, inaudiveris, nullus dubitare poſſum, utpote cùm eum non tantùm in ore eſſe omnium, ſed & me hujus inopinati exitus Authorem falſiſſimè à Vulgo traduci, nulla non horâ comperiar. Ter Optimo, ter Maximo mea Innocentia ſatis eſt perſpecta; Te tamen etiam, Lector amice, qui rem hanc, vel ex parte tantùm vel ſiniſtrè forſan cognôſti, eam, prout eſt geſta, latere nolui, ſperans, me hinc de atrociſſimô, quô incuſor, crimine apud Te excuſatum iri, ſimulque tuam promeriturum condolentiam.

Interim ad Deum coram te provocans, conſcientiam mille teſtem conteſtans, rem, prout tibi eam narrabo, ſeſe habere omnem. Ideóque Væ! Væ! inquam, mihi, ſecus ſi fecero.

Poſtquam 16. menſis currentis Septembr. qui erat dies Martis, per famulum à Parentibus ad filium ſuum, circiter tertiam pomeridianam acceſſitus eſſem, qui jam ſex vel ſeptem decubuerat diebus, cùm Mater pridiè in conventu nuptiali ejus morbíque mentionem coram me feciſſet, inveni in eô pulſum frequentem, parvum, debilem; Urinam, quòd eam omninò aſſervârant, inſpicere non licuit: calorem, pro natura morbi & ſymptomatum minorem, de quorum ut animalium, ita vitalium & naturalium congerie, multa, ut & de macularum eruptione ſeu præſentiâ Mater narrabat, quas tamen etiam, præ Pueri impatientiâ, eô die videre non eſt datum. Cumque hinc de febri continua (de qua nullus dubitabam, licet alternis diebus puerum pejus habere dicerent) eaque maligna ſuſpicarer, atque à Matre intelligerem, ſe filio C. C. Philoſ. præp. (credo & lapidem bezoarticum) & propinaſſe & in cereviſia, quam potabat, ſuſpendiſſe, ab eademque informarer, puerum omnia reſpuere & reformidare medicamenta, adeóque admonerer, ut ſi quid vellem præſcribere, id ipſum non ſit ingratum, & minimâ etiam doſi exhiberi poſſit, ordinavi eô die ⌒ fuliginis rectificatum, ex aqua cardui benedicti ad gutt. 3. vel 4. eadem ipſa veſpera, ut & inſtante manè porrigendum, quô ipſô, quod puer lecto nequaquàm contineri vellet, eô die nullus, ſequenti autem copioſus profluxit ſudor, matre id referente, cùm tunc circa medium nonæ matutinæ decumbentem viſitarem, adeò, ut jam lecti pertæſus, quo vi, per ſemihorium, contentus fuerat, cùm brachio geſtaretur, ſudor guttatim adhuc de facie proflueret, quod impenſè gaudebam, cumque de maculis, quas jam ante non videram, certior nunc reddi cuperem, puer ad Matris juſſum, in cunis compoſitus eſt detectus, quem probè inſpectum, paucis iiſque minimis conſperſum puncticulis deprehendi (quas ſi ſudore, quem optimè tulerat, ex parte diſcuſſas quis dixerit, ei non repugnabo) unde Matrem benè ſperare juſſi. Interim quòd eadem lumbricorum pridiè meminiſſet, ſeque puero non diu ante ſem. ſantonici vel ejuſmodi quid, pro iis abigendis, ternâ exhibuiſſe aſſereret vice, quamvis ſine fructu, cœpi eorum ſigna in conſiderationem trahere. Itaque quod in detecto ventris diſtentionem & inflationem, hinc fœtorem oris, ſomnum inquietum cum ſaltu, pruritum & frictionem narium, labiorum contrectationem frequentem, faciem pallidam, oculos concavos & tenebricoſos, ejus albi in pallidum mutationem, fluxum alvi &c. obſervarem, nil obſtitit, quin puerum vermibus, tam vivis, quàm mortuis & in inteſtinis putreſcentibus laborare, indeque febrim, quam patiebatur, originem duxiſſe, & crederem, & Matri affirmarem, hincque de remediô eos tam enecante, quàm expell[...] te, cogitare incœpi.

Nolui autem eô manè quicquam præſcri[...] re, ſed ſudoris effectum me ad veſperam uſq[...] exſpectaturum, cui ſcilicet febris malignitas ſe[...] per aurem vellicaret, dixi, adeóque pace il[...] rum abii. Reverſo poſt meridiem de inqu[...] tudine & ſaltu in ſomnô, quoties per mom[...] tum eô bearetur, cum iterum mater multa c[...] quereretur, filiumque ſuum & ſudore nihil le[...] tum, & octo jam noctes continuas inſomn[...] duxiſſe aſſereret, adeoque linimentum qu[...] dam ſomniferum in fictili ex præſcriptione [...] Affinis Dn. D. Thomæ Bartholini, jam ultra [...] num aſſervatum oſtenderet, & num eô etia[...] num uti poſſet, inquireret, annui ego, adde[...] poſſe interim granis aliquot opii vigorari; [...] vermibus autem eradicandis ſuadebam, u[...] Pharmacopoliô noſtrô adferri ſibi curaret [...] Mercurii vivi & ℥iiij. aq. graminis, quæ duc[...] vitrô anguſtioris colli confundi, aliquoties [...] veri, & ex hâc infuſione depleta, manè & veſ[...] cochlear unum puero exhiberi juſſi, adeó[...] pro memoriâ in chartam conjeci tria jam di[...] hac ut vides, ſerie, quam etiamnum Dn. Cor[...] adſervatam habet, quod mihi non ingratum [...]

Opii Thebaici gr. iiij.
Aq. graminis Unc. iiij.
Mercurii Vivi Drachm. j.

Sed quid fit? paulò poſt, an meâ, an Ma[...] occaſione, non dixerim, mutamus ſententian[...] ut in Pharmacopoliô præparetur, concludim[...] Quare in receptæ (ut loquuntur) quæ ute[...] conceperamus, redigo formam, hoc modô: [...]

℞. *Opii Thebaici gr. iiij.*
D. ad chart. S.
Opium.

℞. *Aq. gramin. Unc. iiij.*
Mercurii crudi ʒj.
M. ad vitr. anguſtioris colli.

Quô factô, cùm juſſiſſem, ut opium linim[...] to, ipſa quod habebat, ſomnifero immiſce[...] eoque arterias temporales & pulſus, circa [...] ctem inſtantem filio inungeret, infuſionem [...] tem retrò fornacem ad uſum anteà dictum [...] ſervaret, meditabar abitum, ſed à Conſuliſſ[...] Maritum, in ſuperiori domus parte ſeu tabul[...] cum quodam cive advenâ & aliô Conſulari [...] hujus urbis confabulantem & bibentem, [...] inſcio, quod illi ibi eſſent, deductus, unâ vel a[...] râ vice, cum mihi præbiberent, reſpondi, in[...] que dictâ illis pace, diſceſſi; ubi tamen dum [...] ſcenderemus, matri, an clyſter puero cond[...] ret, interroganti, lacteum ſuaſi, qui autem [...] audio, non venit in uſum, uti nec linimentu[...] lud ſomniferum, cùm antequam opium adfe[...] tur, puer circa quintam, ſomnô obrutus, tot[...] lâ nocte, ut & parte ſequentis, heu ſibi fune[...] ad octavam ſc. mediocriter quievit, quod m[...] circa mediam nonæ, cùm eò triſtis & conf[...] venirem, ob ſummam infirmitatem, quâ [...] mebatur tunc Clariſſimus alter meus patie[...] ad

coque circa nonam animæ curam habitu-
, mater referebat. Anteverterat autem tunc,
erſitus crediderim, Balneator hujus Urbis,
eſſum meum, clyſterem puero, quod præce-
iti debuiſſet fieri veſperâ, applicaturus, ſed
n neque is inſtrumentis eſſet inſtructus, neq;
ter clyſterem haberet paratum, nona autem
aret, ſuaſi, ut jam puero de infuſione propi-
et, à meridie autem clyſterem injici curaret;
uit Mater, infuſum cum aliô vitrô vacuo
erens. Ego, illa præſente & adminiſtrante,
lâ diſtrictus ſuſpicione, memor meæ præ-
ptionis, Pharmacopœoque fidens, cum
neatore autem & matre neſcio quid diſſe-
s, adeoque quid vitro contineretur, non ob-
ans, per linteum duplicatum ipſus nonni-
depleo, cochlear inde unum, ſeſqui vel duo
pinari, reliquumque ad ſervandum in aliud
pus jubeo, eoque, cum promiſſione, me
prandium reverſurum, diſcedo, rectâ offi-
m noſtram petens, quod ejus Præpoſitus
haſar, præcedenti veſperâ cum per famu-
meum inde aquam vitæ aniſatam peti cu-
m, ut diſpenſationi Aureæ Alexandrinæ,
m meditabatur, intereſſe dignarer me ſolli-
ſſet. Mater quamprimum diſceſſiſſem filio
nfuſione hac depletâ, pro ſorbitione, quam
erat, vinariâ, ſeſqui, ut audio cochlearia non
pinavit, ſed vi ferè ingeſſit, non obtulit, ſed
uſit, quam miſellus hic, poſtquam aſſum-
et, incœpiſſe punctô poſt dicitur oculos in-
ere, ſingultire, vomiturire, vomere, deji-
tandem, os denteſque comprimere, adeò,
m mater vi eos diſtrahere ac Confectione
ermes, quæ ad manum tum ei fuit, palatum
et illinire, non poſſet, demum ſe proſter-
, ſpiritum difficilimè trahere, agonizare,
animam Deo reddere. Famulus per pla
diſcurrens me in Pharmacopolio, ſimpli-
ro Aureâ Alexandrinâ perluſtrantem inve-
ad filium, animam agentem, volare digna
ſummoperè petens, quem preſſo licet inſe-
ter pede, puerum tamen vivum conſpicere
licuit, ſed jam exſtinctum, hiante ore in
rô latere cubantem, per famulas ſponte de
um inſpicio demortuum, nil niſi diſperſas,
uentiores tamen, quampridie & majores
rvo maculas, impenſè rubras, quamquam
honeſtiſſima Matrona præter has, plagam
n duos tranſverſos digitos latam, verſico-
m, maximoperè rubram animadvertiſſe
eâ ſit faſſa. Parentes interim me filium ſuum
emiſſe venenoque ſuſtuliſſe, inter auditu
endos ejulatus non ſemel apertè in faciem
tare, mox me excuſare, Pharmacopœum.
incuſare non deſierunt, rationem à me co
Deo petentes. Quibus attonitus tragi-
que hunc actum non capiens, commiſe-
ne tamen plenus, nil niſi placidè reſpon-
Illos ex impatientiâ me criminis & cul-
quâ tamen, ita me Deus! caream, incu-
, paratum autem me eſſe DEO & homi-
nibus, qu vis momentô, rationem de meâ
præſcriptione, quam hic miſerandus non
potuit excipere obitus, reddendi, ultraque
me non ſtringi, cùm à me nil niſi præſcri-
ptionem meam obtinuiſſent. Itaque poſtquam
petiiſſem, ut reliquum infuſionis probè adſer-
varent, diſceſſi, rectâ iterum Pharmacopolium
& Balthaſarem petens, quem in limine domus
offenſum alloquor ita: Balthaſar, Infans eſt de-
mortuus, quid hoc ſibi vult? ad quod ille exani-
matus & pallidus: Vah! quod Diabolus me
Rohtſchildam detulerit, ita ſemper diſcrucior,
heri quoque emplaſtro illo! & mox: An ea de
cauſa mihi quid ſiniſtri inferre poſſent? Cui ego:
ſi formulam meam obſervaveris, extra culpam
eris. Et iterum: Ubi præſcriptio mea? Reſp.
Videbo. Adeoque eum, tam in officinâ, quàm
in contiguô ei conclavi, pro ſimplicibus, ſeu,
ut dicunt, Materialibus adſervandis deſtinatô
quærentem inſequor, tandem exhibitam emi-
nus inſpicio, ut meam, ita inculpabilem agno-
ſco, addoque: Formula omni culpâ caret, ad
minimum copia ejus mihi fiat, oportet, porri-
ge, quæſo, chartam & atramentum. (Ubinam
autem exemplar hoc hæreat, dicere non valeo,
cùm id nuſquam inveniam, forte in ipsô phar-
macopoliô, ejus oblitus, id reliqui, vel in pla-
teâ perdidi, quod tamen me minimè movet,
cùm id ipſum originale, ad quod conſtantiſſi-
mè provoco, adeſſe gaudeam) Pergo hinc:
Oſtende Mercurium, quem ſumſiſti: Ad quod
ille pyxidem ex officinâ depromtam, Mercuri-
um Vivum continentem, non tamen niſi ma-
nibus tremulis & exhibet, & de hoc, inquit, re-
cepi, nonnihil ex eâ in operculum effundens:
Roganti, ſine dubiô ut decet, depuratus erit?
regerit, utique, per corium & ſal, more ſolitô,
depuratus eſt. Inſtanti denique: An puero mi-
ſcendum commiſiſti? reponit: Minimè, per
ſalutem meam æternam ipſemet præparavi;
quod igitur præſcriptionem viderem legiti-
mam, Pharmacopœumque non erraſſe crede-
rem, abeo, ſubitum tamen hunc & inſperatum
obitum mirari, imò demirari non deſinens, ma-
giſque obfirmatus, puerum ſcilicet ex ſuffoca-
tione obiiſſe, quòd imaginer mihi, matrem
invitô filiô, inter lachrymas & ejulatus, obtru-
ſiſſe nonnihil de infuſione, cujus particula ad
pulmones delata tuſſim excitaverit, unde ma-
teria mota, reſpirationis organa, præſertim in
debili hôc ſubjectô, & quod mater filium viſci-
dæ pituitæ particulas digiti articulum æquantes
rejeciſſe aſſereret, facilè obſtruxerit. Contigit
autem hoc 18. Septembris, qui erat dies Jovis,
circa dimidium decimæ. Atque hactenus L. B.
fidelem habes hujus tragœdiæ enarrationem, in
quâ, quòd ſciam, me nil, ne jota quidem, quod
præter rem foret, adjeciſſe: nec quod ad eam
faceret, oppreſſiſſe, Dei conteſtor omnipræ-
ſentiam, meamque (ſi majora poſſem, vellem)
conſcientiam. Ideoque ubi me, præter ~ fuli-
ginis (egregium Spirituum animalium excitati-

vum & corroborativum) & infuſum Mercurii crudi ſeu vivi (crudi dico, quod probè notabis, totidemque & integris ſyllabis in præſcriptione meâ invenies, ne vel hinc error Pharmacopœo obrepere potuiſſet) nil præſcripſiſſe, animadvertiſti, per Deum Te & meritum Chriſti,imò extremum ejus judicium, quod nemo noſtrum effugiet, obſecro, perpende jam, quisquis es Chriſtianus, ac judica, quam indigniſſimè ego hujus funeſti caſus arguar à Parentibus & aliis obtrudar cauſa, quàm falſiſſimè hujus veneni (ſi ita ſe habet) caput & author; atque hinc, ſi dignus Tibi eâ videar, precare non minus mihi, quàm triſtiſſimis Parentibus, patientiam, quâ utrique indigemus, illi de amiſſo filiô, ego, de famæ, non tamen niſi apud malevolos, jacturâ non levi. Neque etiam Te terreat, me Mercurii Crudi infuſionem pro vermium expulſione præſcripſiſſe, habeo enim pro me (ut taceam meam non ſemel factam experientiam) magnorum virorum ſuffragia, excellentiumque Medicorum veſtigia, quibus, quicunque hæc legis, ſi oculos, vel qui hæc audis, ſi aures communicaveris, ſcrupulum, ſi quô teneris, ultrò mittes, & in meam manibus deſcendes & pedibus, ut ſpero, innocentiam. *Matthiolus Epiſt.* 4. ad Stephanum Laureum, Cæſareæ Majeſtatis Medicum, hæc habet: Cùm argentum vivum nullâ aliâ lethiferâ facultate (ut Dioſcorides inquit) interimat, quàm quod ſuo ingenti pondere inteſtina laceret, nil ſanè verendum videtur, minimâ quantitate id poſſe moliri unquam, præſertim cum ſuâ gravitate & ſphæricâ formâ facilè è corpore per inferiora labatur. Idcircò mirari non debemus, ſi Braſſavolus, tam clarus ætatis noſtræ Medicus, ad necandos interaneorum vermes dari pueris argentum vivum nullô incommodô, ſcriptum reliquit, & eô tam feliciter uſus ſit alter quidam Clariſſimus Medicus Patavinus, quamquam parandi, dandique rationem minimè unquam docere voluit, atque ego, etiamſi hôc medicamentô nunquam ſim uſus, vidi tamen ſæpe dari illud ſcrupuli vel ſeſquidrachmæ pondere à Goritienſibus Obſtetricibus, nullô prorſus incommodô, ſed felici ſemper eventu. *Vidus Vidius de curat. membr. lib.* 9. *cap.* 27. Extollunt aliqui ad vermes exiguam portiunculam hydrargyri, cum oxymellite, ſeu Syrupo de abſinthio, aut florum Perſicorum. *Idem lib.* 2. *de curat. generali cap.* 2. *& lib.* 3. *cap.* 13. Hydrargyrum ad duo grana datum puerulis, qui vermibus vexantur, plurimum conducit. *Quercetanus in Conſil. de Lue Gallicâ*: ſubſtantia hæc metallica (argentum vivum) obſervata eſt ſummum eſſe antidotum vermibus, omniſque putrilaginis, quemadmodum inter ſimplicia hypericum. *M. Mayerus de Hermet*: Ab aliquibus datur (Mercurius) interius, cum conſervâ roſarum permixtus, pueris contra vermes. *Fallopius Tr. de Morb. Gall. c.* 76. ſi bibatur argentum vivum, illud hoc facit, qu facit unctum. Vidi mulieres, quæ libras c biberent, ut abortum facerent, & ſine no Ego exhibeo in vermibus puerorum, & n lum parit ſymptoma, ſolùm necantur verm *Platerus Part.* 3. *Prax. cap.* 13. in curatio lumbricorum: Argenti vivi guttam unam alteram, vel ℈ß. aliqui deglutiendum pro nant, quod vermes, quibus maximè adv ſum, citò fugat, poteſtque innoxiè, ut alibi ctum, ſumi. *Joh. Baptiſta Montanus Part Med. Cap. de Pediculis*: Poſſumus arge vivô curare non ſolùm pediculos, ſed & v mes in inteſtinis. *Fabritius Hildanus Obſ. Cent.* 2. *p.m.* 255. Hiſce (poſt enumeration quorundam remediorum) additum eſt ex drargyrô præſtantiſſimum remedium, il enim ad ſeſquidrachmam purum & per rium trajectum hauſit, nec ab eô infeſtar eam dira hæc animalia. *Libavius Tom.* 1. *S tagm. Lib.* 1. *Cap.* 13. Argentum vivum tur utiliter non tantùm Equis, ſed & infanti contra Vermes. *Joh. Baptiſta Zapata lib ſecretis mirabilibus. c.* 5. præſentaneum p remedium ex argentô vivô contra vermes ſigneſque proponit hiſtorias Lumbricis l rantium, Mercurii uſu ſanatorum, quos nita alia remedia, tam aloë, quàm abſinth levare non potuerunt. *Cæſalpinus lib.* 3 *metall. cap.* 11. Sunt, qui argentum vivum fantibus exhibent, magnitudine duorum norum milii, ad vermes necandos, citra u moleſtiam. *Sanctorius in Method. vit errorum lib. V. c. XI.* Niſi in lumbricis ne dis ad valida præſidia confugiamus, ut & a non lotam, vel ad Mercur. ſcrupul. cum a & terebinthinæ pauxillô ad pilulæ perex formam recepti, nihil fit. *Joh. Vincenti Enchirid. Dogmat. Cap.* 23. Mercuriu Mercuriata omnia lumbricorum omniun corruptionum hoſtes ſunt, & ideò nonn inter quos etiam Fernelius, Mercurium dum puerulis à gr. vj. usque ad ℈ß. imò ℈ hibere non verentur. *Burggravius in Ac ſuo*: Ad interimendas alvi tineas ſeu lur cos, facultate pollet ſpecificâ argentum vi *Philippus Müllerus in Myſteriis Med* Mercurius & Mercuriales res hoſtes ſunt bricorum & corruptionum, unde ℈j. M rii crudi, vel per ſe, vel cum aquâ portu ille propinat ad vermium necationem pulſionem. *Baricellus in Hort. Geniali*: drargyrum, quod à multis venenum exiſ tur, feliciſſimô ſucceſſu contra vermes betur, tantæque certitudinis illud in Hiſ reputatur, ut Mulieres tenellis pueris, q ctis vomitu laborant, ad quantit granorum trium in propriâ ſubſtantiâ pinare audeant. Hac autem viâ morbu ſare videtur, frequentatis experim Ego quidem Viduam Mulierem curavi,

nc

vem dierum ſpatiô vomitibus continuis ex rmibus laboraverat, & ferè triduô non co- ederat, nec cibum retinere valuerat. Huic m hydrargyri ſcrup. ij. cùm tantillô cydonii ortificati propinaſſem, absque ullâ moleſtiâ r alvum centum & plures emiſit vermes, & dem die liberata eſt, & ſolita exercuit domi & is negotia, magnâ profectò Parentum ad- ratione, cùm prius debilis & emaciata eſſet. iis exhibui etiam, & bonô ſemper eventu, mique continuo aquam habeo, in quâ hy- rgyrum infuſum retineo, illamque pueru- pro vermibus libentiſſimè concedo, nec ad c quempiam, ex illô noxam accepiſſe, exper- ſum. Uſus eſt hoc remediô ad vermes necan- s *Matthiolus*, *Horatius Augenius* & pleri- e alii celebres viri, qui omnes hujus auxilii ximè extollunt beneficia. Datur pueris in ſtantiâ ſcrupul. j. grandioribus ſcrup. ij. vel chma j. Corrigitur illud & mortificatur in ortariô vitreô cum ſaccharô rubrô idque ndiu conteritur, ut in partes inviſibiles diſſol- ur. Ne autem in priſtinam formam iterum eat, olei amygdalarum dulcium guttulas bi addere oportet & cum ſaccharô roſaceô, latô vel cydoniatô jejunô ſtomachô lan- entibus propinatur. *Lazarus Riverius ax. Med. Cap. de Lumbr. Curat. pag. m.* 7. Pro potu ordinariô aqua ex infuſione hy rgyri parata eſt utiliſſima, vel in quâ hydrar- um per horam integram in ampullâ vitreâ iplenâ agitatum fuerit. Præteréo alia ſco- n meum non ferientia. Quid enim in Mor- Gallici curatione Mercurius poſſit, quid in tis præcautione, quid in pediculorum depul- ne ac enecatione, quid in Lactis amiſſi reſti- one, quid in doloris colici atque Iliaci ſeda- ne, quid in partus difficilis promotione, quid cabiei, herpetis, ac elephantiaſis ſanatione, d in ulcerum putridorum, rebellium ac pra um exſiccatione, deterſione ac conſolida- ne, quid in tumorum durorum reſolutione, d in aliis denique affectibus, tam crudus, m præparatus, tam exhibitus, quàm foras licatus, nôrunt in Arte Medicâ non medio- er verſati, ut hinc in re clariſſimâ laborare, manifeſtiſſimâ operam, chartam & horas per- e non juvet. Nec habeo jam, quod ulte- s addam, niſi hoc: Me de meâ præſcriptio- , mea, inquam, quàm ſuperius deſignatam ctor Benevole habes, imprimis Chriſto Jeſu, remo Judici, cui Ego & quicunque hæc legis, ſiſtemur tempore, hinc Superioribus & Ma- ratui, ſic etiam Parentibus, imò omnibus, id petunt, rationem quovis momentô red- rum, conteſtorque iterum, iterumque Deum nimam meam, me hîc nihil reticuiſſe, ſed omnem, ut eſt acta, enarrâſſe, in ſilentiô in- m & ſpe DEO, cor & interna mea ſcrutanti ns, atque cum patientiâ rei veritatem, quæ opprimetur, licet ad tempus prematur, & exitum hujus triſtis caſus exſpectans. Quam interim me innocentem hæc injuria mordeat, ſtimulet, confodiat, nullus non, niſi qui famam & vitam pari paſſu ambulare ignorârit, facilè concludet. Dabam è Muſæo *Roëſchildæ* 30. *Sept. Anni Sal.* 1651.

Benevoli ac Cordati Lectoris addi- ctiſſimus

Henricus Preusman *Med. D.*

Vid. Barthol. in Ciſta Med Hafn.

CASUS XXVI.

DE VENENO A PHARMACOPOEO PRO PHARMACO DIVENDITO, CUM III. HOMINUM INTERNE- CIONE.

Species Facti.

ACcidit, ut ancilla XL. annorum, à Marito, caſtra ſequenti, deſerta, è famulitio Vi- dui quinquagenarii, Pharmacopolium acceſſe- rit & pro crucigerô ſeminis contra vermes pe- tierit. Pharmacopœus crucigerum ab ancillâ recipiens, jubet, ut famulus, qui per novem annos jam in officinis ſtipendia meruerat, ejus ℥ß. ponderaret, non ſine curâ ad bilancem reſpi- ciens, & quid ponderet, qualeve pondus ſcu- tellæ imponat, obſervans, ipſe interea cum Hor- tulano peregrè adventante in hortulum ſuum abit, & quum eodem ferè tempore Conjugem ſuam obviam habet, hanc, ut in officinam ſe conferat: monet, quùm miniſter vix per V. ſe- ptimanas ibidem vixerit, nullamque hominum cognitionem habeat. Hæc famulum cum eâdem pyxide adhuc occupatum adoritur, qui pro nun- dinis inſtantibus doſes quasdam ſantonici, ſeor- ſim ponderatas, chartulis involvebat, ut illa- rum ponderatione tunc ſuperſedere valeret. Quid fieret? Ancilla domum, ut perhibet, de- properans, ſemen contra vermes coemtum in hypocauſto tabulæ cuidam, pro variis excipien- dis paratæ, imponit. Tempore autem veſper- tinô, inter horam IX. & X. poſtquam vidui fa- milia cœnarat, ancilla cucullum protrahit, & puellæ cuidam, Domini filiæ, XIV. annorum quæ ob lumbricos, quibus ſcatere putabatur, ante 14. jamdum dies ejusdem ſeminis, in Phar- macopolio coemti, quantitatem aſſumſiſſe di- citur, propinat, decoctum pyrorum addens, cu- jus tria vel quatuor cochlearia illi immiſcere ju- betur. Filiola autem recuſans ſemen, idem ne- que colore neque ſapore cum eô, quod ante 14. dies hauſerat, convenire aſſerebat. Res ad Parentem, in lectô jam decumbentem, defer- tur, qui, cape, inquit, ſtolida puella, itane du- plicem ejus ſpeciem in officinis habebunt?

Frater

Frater natu major, octodecim jam annos habens, fortè adſtabat,&,nonniſi bellariis delectaris, inquit, addens,ſe ollam eô refertam haud difficulter deglutire velle, juſculumque apprehendens ejus cochlear unum atque alterum deglutiit, ſaltem ut puellam incitaret,illique ſalivam moveret. Frater natu minor, quindecim annos natus, ex mera curioſitate ſimiliter de eo comedit, tandemque puella. His ita peractis intra XI. & XII. horam omnes & ſingulos illos tres immania tormina corripiunt, ut ἄνω καὶ κάτω, S. V. ſine ulla intermiſſione purgati fuerint, donec prorſus exſpiraverint, & quidem nondum auditâ hora XII. Excitantur Vicini, aſt nemo mortalium ſuppetias ferre poterat,cùm clausâ Urbis porta Phyſicus advocari non potuerit. Vix reſeratis Urbis portis, Vir ſupradictus, unà cum agnatis & ancilla idem Conſuli conqueritur. Res ad Senatum defertur, cujus juſſu ancillæ cruciatus datur, ut penes eundem Pharmacopœum de novo ſemen ſantonici coemeret. Eò cum perveniret, ad latus recedit & in officinam reſpicit. Cùm verò ancilla Pharmacopœi è domo ad fontem exiret,&ex eadem, tanquam ſibi familiari, quid illîc ageret? quæreret, veſtrum, inquit, famulum nigricantem quæro, à quô heſternô die ſemen contra vermes redemi, narrans illi ſingula, quæ nocte præcedente contigerant, addens,ſibi Conſulum juſſu ſimile illîc ſemen contra vermes coemendum eſſe. Hæc, non alium,quàm hunc, quem vides,miniſtrum alimus, regerit, ædes ingreditur omniaque enarrat. Filia Pharmacopœi ad officinam ſe conferens, ex ancilla quærit, ubi pyxis locata ſit, unde heri illi ſemen Santonici depromptum fuerit, quæ anceps & dubia tria diſtincta loca digitis oſtendit. Miniſter autem ex illâ, inquit, pyxide Tibi dedi, è quâ denuò ipſi, quod deſiderat, ſuppeditat. Senatus autem Venerandus Senatores quosdam ablegat, ut omnia explorent, quibus ancilla, ad officinam deducta, conteſtatur, pyxidem inferiorem, circa hanc regionem fuiſſe, cujus intuitu Senatores in eam opinionem delabuntur, illud radicem aconiti ſeu lupariæ, vulgò ſic dictæ, fuiſſe, quæ ultra 4. cubitos (2. Klaffter) à ſemine contra vermes locata erat, cujus ℥j. obolo venit, ita ut ancilla pro crucigerô ſextuplo majorem quantitatem, quam ſeminis ſantonici neceſſariò accepiſſet, adeoque non immeritò mirari debuiſſet, tantam ſe quantitatem accepiſſe, & quidem in formâ pulveris, cum ſantonicum ſemen ſit integris granulis conſtans. Quicquid verò ſit, Miniſter Pharmacopœi extemplo in vincula conjicitur, qui ſtatim in lachrymas reſolvitur,& in viâ ſyncope corripitur: Senatores juſculum apparatum examinant, cujus majuſculum adhuc cochlear reſtitabat, pyxidem radice aconiti repletam è Pharmacopolio adferri jubent, indeque concludunt, ejus quidpiam juſculo fuiſſe commixtum, de novô verò cum juſculo non miſcent, utut integram ollam eo repletam ad manus habuerint, patinam & [co]chlear cum juſculo permixto in cloacam a[b]ciunt, ne & alii eôdem lædantur. Abhinc Chirurgos cum III. Senatoribus & Poligra[...] (domi relicto Phyſicô) ad cadavera demort[uo]rum inſpicienda ablegarunt, ſed, ut Chirur[gus] quidam perhibet, inſpectis ſaltem præcord[iis] cùm venenum probabiliter corda, ut loqu[un]tur, disruperit. Chirurgi ergò ſcalprô lat[o] pectus ſecundum longitudinem in medie[tate] diffringunt, quò ad cor devenirent, circa q[uod] multum ſanguinis coagulati, in inteſtinis r[...] p. n. hepar ſanum inveniunt, quæ ut inv[enta] ſunt, referuntur. Porrò pyxis Pharmaco[...] pulv. rad. aconiti repleta ad Aulam deport[a]tur, & an venenum ſubſit, exploratur, idque [...] obſervatur. Diebus aliquot elapſis Pater [...]rorum defunctorum à Senatu petit, ut P[har]macopœo injungat, quò amicabiliter ſe[cum] tranſigat: Hic an ipſe accuſetur? quærit, [...]rens ſe ad actionem judicialem; cùm au[tem] hoc Viro diſſuadeatur, is acquieſcit. Paulò verò Pharmacopœo à Senatu 200. floreno[rum] mulcta dictatur, ipſique indicatur, Miniſt[rum] præviô juramento de non vindicando rele[gan]dum eſſe in perpetuum. Pharmacopœu[s] pœnam, quam is dare renuit, urgetur, qu[ò] negligentia ejus cuncta acciderint, cùm rad[...] aconiti in media officinâ reliquerit, nec m[...] cuſtodiverit: Adhæc famulus ejus vicem [te]neat, cur non prudentiorem officinæ præ[fece]rit? Is octo dierum dilationem petit: Q[uibus] elapſis libello ſupplici remonſtrare ſuſtinet, [...]dum probatum eſſe, ſe aut Miniſtrum ſuu[m in] culpâ fuiſſe: Ancillam ſimiliter carceri m[an]pandam fuiſſe, ſub cujus examine egregia [...]cet: explorari potuiſſent; & quoniam il[la ad] puellam demortuam deducta fuerat, ut o[bſer]varetur, an ſignum quoddam ſecuturu[m] (quod tamen non factum) hinc meritò qu[...] Miniſtrum, melioris informationis ergò e[...]ducendum fuiſſe: Aſt nullum hactenus re[...]ſum tulit. Miniſter deſperabundus, quem [Phar]macopœus ſuis ſumptibus in carcere alere [...]batur, omnia ploratu & ejulatu replebat [...] niſi gratiam ſollicitabat, cùm, quid actum [...]rit, neſciret. Poſtmodum autem noctu, [...] cum Sartore, qui obolos Argentinenſes [...]derat, ut & cuſtode exceſſit, evaſit, erupit [...]mine ſciente, quò elapſus ſit; & poſtqu[am] Senatu, 200. florenorum mulcta vi extort[a] ita ut ne florenum quidem remiſerit, no[n ob]ſtante, quòd Pharmacopœi familia hone[ſtiſſi]ma pro eô interceſſerit, hinc Pharmacop[œus] ab eo, ad judicium Camerale Spirenſe app[ella]vit, & ad mulctam in certo loco deponen[dam] ſe obtulit: Aſt 200. floreni Senatui ſolv[i] erant, utut cum proteſtatione Pharmacop[œi].

REQUISITIO.

Jam quæritur, *an Senatus hâc in parte [legi]timè proceſſerit? Et an Pharmacopœu[s] jure in tantum puniri valeat?*

NB. Radix aconiti hoc in loco toto die ad ...cta in pecoribus enecanda adhibetur.

Exhibitum Altorfii ult. Jul. 95.

...ſponſum Facultatis Juridicæ Altorfinæ, de præcedenti Caſu.

...Um oblatione Hiſtoriæ, concernentis Pharmacopœum in urbe N. qui, cùm ob pyxi... ...n radice aconiti refertam, & in officina Phar...ceutica repertam, quâ tres liberi Vidui in ...urbio illius loci, ex negligentia & errore fa...li Pharmacopœi, ancillæ vidui quadrage...iæ pulverem illum venenatum divendentis, ...babiliter enecati eſſent, mulctâ 200. flore...rum affectus fuit & à gravamine percepto aut ...icato ad Laudatiſſ. Cameram Imperialem ap...lavit, judicium noſtrum Legibus conforme ...inis diſtinctis quæſtionibus requiritur:

1. *An Senatus Ampliſſimus illius loci N. in paſſu Proceſſum legitimè formaverit?*
2. *An Pharmacopœus ille de jure in tan...n (ſummam puta 200. florenorum) conde...ari & puniri poſſit?*

Primam quod attinet quæſtionem, à fron... ...uidem videri poſſet, allegatum Senatum in ...uiſitione, contra Pharmacopœum ejuſque ...iſtrum, veneni hujus intuitu, debito mo...roceſſiſſe. Primò enim inde apparet Am...imum Senatum nullibi diligentiæ ſuæ pe...ciſſe, nec quicquam, quod ad inquiſitio...n & explorationem veritatis facere potuiſſet, ...iſiſſe, dum juſſu ejus tria Defunctorum ca...era, præſentibus tribus Deputatis Senato...is & Notario, per IV. Chirurgos ſectioni ...miſſa eorumque corda inſpecta fuerunt: It. ...n ancillæ, quæ die præcedente ſemen con...vermes ex officinâ Pharmaceutica coemerat ...iberis demortuis propinaſſe dicebatur, in ...xit, ut denuò ab eodem Miniſtro Pharma...œi ſemen illud acquireret, ut cum priori ...ferri, probari, & ita imprudentia, culpa vel ...us Pharmacopœi agnoſci poſſet; dum item ...verem venenatum, in pharmacopolio in...tum, ad Arcem tranſmiſerat, & an pro ve...o haberi debeat, explorari juſſerat, abhinc ...que Miniſtrum Pharmacopœi cuſtodiæ tra...erat. Adhæc in cauſa vel judicio criminali verſamur, utpote in quo agitur de pœna infligenda, *gl. ad verb. centum, Bart. n. 1. & Alex. & communiter Dd. in l. 3. prin. ff. de ſepulc. viol. & in l. ult. ff. de ...v. del. Gail. lib. 1. obſerv. 65. n. 4. Mynſ. ...t. 2. obſ. 98.* proceditur que extra ordinem, ſervatis ſolennitatibus judiciorum, *l. ordo. de public. judic. l. 1. §. ult. ff. de pœn.* Aſt his omnibus non obſtantibus exi...amus, hoc in paſſu nulliter actum & ...eſſum fuiſſe, idque ex ſequentibus ra...ibus.

Scilicet ad Inſpectionem cadaverum Phyſicus Ord. etiam adhiberi debuiſſet. Hic enim de veneno exactius, quam fere Idiotæ Chirurgi ſolent, judicare potuiſſet. Peritis autem in arte ſua credendum eſt, *arg. l. 12. ſeptimo menſe. ff. de ſtat. hom. & l. 6. ſemel. C. de re militar. lib. 12. ubi Dd.* Eſtque longa inter artifices differentia, *l. 38. inter artifices, ff. de ſol.* Ac de Medicis ad Inſpectionem & Dijudicationem Vulnerum Lethalium ac venenorum adhibendis pulchrè *Gail. lib. obſ. III.* ubi docet, quod etiam unius Medici judicio ſæpè ſtandum ſit, ſi is publico ſalario, ut hîc, conductus ſit. *Vid. & Paul. de Caſtr. Conſil. 296. Vol. 2.* Nec Ampliſſ. Senatum hîc excuſare valet, quod perhibetur, Phyſicum eam ob cauſam domi relictum fuiſſe: quoniam Pharmacopœo fortè affinitate junctus fuit; non enim probabile eſt Phyſicum illum poſthabita religione jurisjurandi, qua Senatui obſtrictus eſt, in gratiam Pharmacopœi, quantumlibet affinitate conjuncti, aliquid pronunciaturum fuiſſe, tot præſertim aliis adhibitis arbitris, qui ipſi contradicere potuiſſent, ſi Pharmacopœo pollicem premere voluiſſet. Ut taceam, quòd, ſi etiam venenum è Pharmacopolio allatum fuiſſet, (quod vi Relationis Nobis tranſmiſſæ nondum probatum & mox ventilandum erit) cauſa illa rectè & principaliter Pharmacopœi Miniſtrum illud diſpenſantem, Pharmacopœum verò tantùm per conſequentiam tetigiſſet. Adhæc ſecundò noſtrô judiciô ſub inſpectione illa minus ſollicite egerunt, quòd liberorum demortuorum ventriculi & inteſtina ſive aperta ſive diſciſſa non fuerunt, in quibus ſine dubiô adhuc reliquias quaſdam pulveris aut veneni inveniſſent, unde judicari potuiſſet, an pulverem ejuſmodi rad. aconiti aut aliud quid aſſumſerint. Porrò tertiò in hoc quodammodò erratum fuit, quod ad veritatem explorandam in principio tantùm ancillæ miniſteriô uſi fuerint. Ut enim non dicam, quod omne fermè mulierum genus garrulum & futile ſit, ideoque propter fragilitatem ſexus à civilibus muneribus arceatur, & cumprimis ab accuſationibus aut delationibus *c. 1. ff. de accuſ. C. de his, qui accuſ. non poſſunt*, & quòd in jure Canonicô in cauſis criminalibus ad teſtimonium perhibendum non admittantur, *ut tenent communiter Dd. teſte Blanc. de jud. num. 351. Dec. in l. fœminæ. num. 34. & ſeq. ff. de Reg. jur.* ſanè hæc talis eſt, quæ Domini ſui filiæ binisque filiis potum exhibuit, qui eoſdem intra 2. horas jugulavit; quapropter æque ſuſpecta eſt, ac Miniſter Pharmacopœi, adeoq; non minus ſeparatim cuſtodiri & examinari debuiſſet, cum de paribus idem debeat fieri judicium, *arg. l. illud. ff. ad l. Aq.* hæcq; ancilla eô ipſo non minori ſuſpicioni obnoxia redditur, quòd, cum de novo ad officinam Pharmaceuticam mitteretur, non ſtatim animô imperterritô eandem intraverit, ſed ad latus ejus ſtando in offici-

officinam reſpexerit, donec à Pharmacopoei ancilla interrogata fuerit, quid illic ageret? & licet Miniſtrum præ oculis habuerit, quem Pharmacopœus ſolum alebat, nihilominus in alium nigrum Miniſtrum inquiſiverit, à quo heſterno die ſemen contra vermes emerit, quem deſideraret, intempeſtivè ſimul confabulando, quâ ratione noctu omnia in ædibus Domini ſe truſerint. E quibus omnibus eluceſcit, quod aut extra ſe, aut bonô forte animo non fuerit; quæ vacillatio aut trepidatio vel ſola indicium contra ipſam inquirendam faciebat, ſecundum ea, quæ tradit *Jul. Clar. §. fin. Pract. Crim. quæſt. 21. n. 39.* Conſequenter quartò cochlear veneni ſuperſtes, una cum ſcutellâ & permixto juſculo pyrorum non tam ſubito, & antequam denuò cum pulvere radicis aconiti miſceri, & ulterius ſufficienter probari potuiſſet, in loca abſcondita abjiciendum fuiſſet, ut merito cum *Terentio* dicere liceret: Tantamne rem tam negligenter & præcipitanter agere oportet? Imò & quintò in officinâ Pharmaceuticâ curatius explorari debuiſſet, an ita, ut perhibeatur, res ſeſe habeat, quòd ſc. Miniſter, quamprimùm ancillæ ſemen ſantonici pro crucigero tradiderat, ejuſdem plures & diverſas adhuc doſes chartulis involverit, & pro inſtantibus nundinis ponderaverit, ut tunc ulteriori ponderatione ſuperſederet, ſi ab hominibus peterentur: Ubi doſes illæ ponderatæ & chartis involutæ ſint? It. an plures homines de hoc ſemine ſantonici quid emerint? an iiſdem quoque nocuerit, nec ne?

Quod de ceterô Proceſſum contra ipſum Pharmacopœum, huicque dictatam mulctam 200. florenorum attinet, ſi res ita, ut in Relatione traditâ recenſetur, ſe habuerit, nempe, quòd Senatus Ampliſſimus abſque præviâ accuſatione, citatione & perceptione accuſati & præſcriptione certi cujuſdam termini ad defendendum Pharmacopœo indulti, hæc peregerit: Tunc ſane proceſſus hic â nullitate ſalvari non poteſt, ſed oportet, ut dicamus, præcipitanter nimis & indebitè hîc proceſſum fuiſſe: Quanquam enim generaliter omne criminale judicium dici poſſet extraordinarium, tum quoad ſolennitates antiquas judiciorum, tum etiam, quia judex ſemper poteſt alterutrâ qualitate perſonæ vel cauſæ alterare pœnam, *Mar. par. 4. diſt. 10. in fin.* imò quamvis ſummariè & ſine figurâ judicii, aut per viam inquiſitionis, vel officiô judicis procedatur; hinc tamen non ſequitur, quòd debeant & poſſint in eô omitti libellus, vel qualis qualis petitio, quæ contineat claram facti narrationem, ex quâ Reus poſſit deliberare & ſcire, utrum cedere, an ultra contendere debeat; ſicut nec hoc ſequitur, quod omitti poſſit litis conteſtatio vel reſponſio, aſſignatio termini ad ſui defenſionem, legitima cauſæ cognitio ante ſententiam, ac ſimilia, quæ ſunt juris naturæ, & omninò ſervari debent in quolibet proceſſu ac judicio, quantumvis extraordinariô, vel ſummari[...] ne reddatur retro nullum, *c. dilecti, ubi* [...] *nor. n. 1. cum ſeq. ext. de Jud. Cle. de ver. ſi*[...] *d. tract. par. 4. diſt. 9. & ſeq. Hipp. in* [...] *unius, §. cog. tuum. nu. 56. 57. cum ſeq. ff.* [...] *quæſt.* Utraque pars, & cumprimis Reus, p[...] nariò audiri, ſæpius interrogari & ad reſpon[...] nem genuinam compelli totaque cauſa ſuff[...] enter cognoſci debent, priuſquam ſenten[...] feratur, *l. 9. Judices. C. de jud.* Nam ad ju[...] cem pertinet, ut veritatem diſcutiat, om[...] que rimetur & ordinem rerum plenâ inquiſi[...] ne diſcutiat, ut ait *Pap. in can. judicatum. q. 5.* Quod maximè procedit, quoad D[...] nitionem cauſæ, ne quiſquam inauditus, [...] non idoneè convictus condemnetur, æqu[...] tis ratio non patitur, *l. 1. ff. de req. reis. l.* [...] *nor autem. §. 1. ff. de minor.* Unde elegan[...] *Symmachus lib. 10. Epiſtol. 47. inquit*: Q[...] unquam ſententiam judicis inauditus exci[...] & *Tertullianus in Apologetico*: Reſpond[...] di altercandique poteſtas patet; quando ne[...] ceat inauditos & indefenſos omninò damn[...] *Item Tacitus lib. 1. hiſtor.* Inauditi, inq[...] atque indefenſi tanquam minorennes pere[...] Et imprimis iſta locum habent in cauſis crim[...] libus & gravioribus, prout iſta eſt, in qu[...] inquit *Bald.* non ſufficit, ut in civili plena, [...] requiritur pleniſſima cauſæ cognitio, in [...] *leg. judices*, num. 2. Imo *Speculat. li*[...] *pract. rubric. de inquiſit. § ult. num. 6.* [...] bit: Quod defenſio nec excommunicato, [...] ne Diabolo quidem, ſi in judicio adeſſet, [...] ganda ſit, allegat. tex. *in c. 5. cum inter. ex*[...] *de except. & in cap. 76. eorum 11. quæſ*[...] quapropter Pharmacopœus hic incuſatus d[...] per relationem ancillæ hujus aliaſque ſuſpi[...] nes repulſâ ſuâ, ut vocant, audiri debui[...] antequam ad pœnam procederetur, *Bald. l. judices num. 2.* Cumprimis, quod ad [...] provocaverit, cum via juris nemini debeat [...]cludi, neque denegari ſui defenſio, qua[...] juris naturæ, *l. ut vim. & ibi Doctores, ff.* [...] *juſtit. & jur.* Quoniam igitur in præſent[...] gotio, in quantum ex tranſmiſſis actis el[...] ſcit, tales ſolennitates & requiſita obſervata [...] fuerunt, firmiter inde concluditur, co[...] mnationem eſſe nullam, eaque de cauſa [...] ctam 200. florenorum, â Pharmacopœo [...] ſolutam, ſive depoſitam, illi reſtituendam [...] tanquam nulliter & ex proceſſu vitioſo ind[...] Fundamento enim non conſiſtente & ſubve[...] corruunt omnia quæ ex eodem ſurgunt fu[...]mento, *l. egi. ff. de except. rei jud.* adeo[...] Pharmacopœus â tantô gravamine non im[...]ritò ad Cameram appellavit, cum hic non [...] tùm jactura pecuniæ iſtius, 200. fl. verſetur [...] præjudicium quaſi fiat de famâ & fide Phar[...]copoei, quæ res pari paſſu cum vita ambu[...] dicitur, *l. juſta. 9. ff. de manum. vind.* & c[...] damna majora ſunt, teſte *Livio*, quàm quæ [...] mari poſſint. Nec obſtat, quòd cauſæ cr[...]

les (qualem hanc eſſe ſuperius demonſtravi-
us) neque per viam ſimplicis querelæ, neque
r appellationem in Camerâ recipi debeant,
gore *Ordin.Camer.* exceptâ fractâ pace, ut te-
tur *Gail. Lib. I. Obſ.* 1. *num.* 27. *& obſ.* 65.
5. Hoc enim non obtinet, cum de nullitate
oceſſus in causâ criminali agitur, *d. obſ.* 1.
m. 28. ut in hoc caſu.
Et tantum de primâ quæſtione.

II.

Alteram quæſtionem quod concernit, ſc. *Pharmacopœus incuſatus hoc in paſſu ſit nibilis nec ne?* Primâ quidem facie utique parere poſſet, quod ſit punibilis, mulctaque o. florenorum pro nimiâ haberi non poſſit, m primò convictus & confeſſus ſit, quòd vena in officinâ vendiderit. Jam verò venena bere & in publicum divendere, flagitioſum & pœnâ dignum. *l.* 35. *quod ſæpe.* §. *veni mali. ff. de contr. empt. l.* 4. §. 1. *ff. fam. iſc. l.* 1. §. 1. *l.* 3. *ejuſdem* §. 1. *&* 9. *â leg. ff. leg. Corn. de Sicar. & venef.* ubi & aconi-n inter cætera venenorum genera recenſe-r, *Sali in l. C. de malef. & Mathem.* Et ia mala venena vèndit, ſi quis eô inſciô, aut s temeritate per hæc occiſus eſt, judicis arbi-ô punitur *Jac. Menoch. de arbitr. Jud. q. ſ.* 359. *n.* 6. *Gomez. dicto loco.* Qui verò ens datâ operâ hominis necandi causâ vendi-, gravius punitur, & quidem locus eſt pœ homicidii, quæ eſt ultimum ſupplicium *enoch. d. loco, Jul. Clar. in parad. cr.* §. *ho-cid. n.* 17. *Aug. in l. neceſſ.* §. *ubi quis. ff. ad Syllan. & extraor. cog.* Idque in præſenti ſu eò magis punibile eſt, quia non unus, ſed s ſubitò periêre homines, certumque Mini-um Pharmacopœi ancillæ ſive ſemen, ſive lverem ſive aliud quid dediſſe, à quô propi-to intra duas horas exſpirarunt: Unde Phar-acopœus de his rationem reddere tenetur. am ſi non dolo malo, (quo eum caruiſſe liben-r in dubio hîc præſupponimus,) at certe lata lpa, quæ dolo eſt proxima, *l.* 1. *ff. ſi falſ. mod. x.* aliiſque plurimis textibus infra allegandis, c Pharmacopœus deliquit. Regula enim eſt neralis, quod in eô qui ex officio ſcire debuit, mperitia & negligentia latæ culpæ adſcribatur, *ſi quis dom.* §. *pen. ff.* Et ideò ſicuti Medi-is. qui per imperitiam mortis cauſam dedit, npunè ferre non debet, *l. illicitas,* §. *ſicut. ff. offic. præſid gloſſ. in d. l.* 2. *ff. quod quiſ-ue jur. text. in* § *præter. Inſt. d. l. Aquil.* ita & narmacopœus iſte in gravem pœnam incidit, bus unius Patris liberis moriendi cauſam præ-ns. Quoniam igitur tres homines hîc periê-nt, mulcta hæc 200. fl. ſatis tolerabilis eſt. Quid im pecunia hæc in comparatione ad vitam 3. ominum, quæ totius Orbis divitiis reddi nequit, liberum corpus nullam recipiat æſtimatio-em *l.* 3. *ex hac leg. ff. ſi quadr. paup. fec. l. ult. his, qui effud. vel dejec.* Nec eundem ex-*Val. Pand.* cuſare valet, ſi dicere vellet, ſe ipſum venenum non arripuiſſe, neque ancillæ tradidiſſe, ſed Miniſtrum ſuum, cui ratio de eô ſit reddenda, cum unuſquiſque ex ſuô admiſſô ſorti ſubjiciatur, nec quiſquam alieni criminis Succeſſor conſtituatur *l.* 26. *crimen ff. de pœnis*: Siquidem in facti narratione habetur, quod ipſemet adſtiterit, & quid Miniſter ponderaret, inſpexerit. Et poſitô Miniſtrum in ejus abſentia venenatum aconiti pulverem arripuiſſe & pro medicamento ſalutari & antidoto vermium diſpenſaſſe, attamen & eo quoque in caſu Pharmacopœus eſſet culpoſus, & ut ſupradictum, puniendus. Nam ſuorum & eorum, quorum operâ in tali officiô utitur, factum præſtare debet, ita, ut ſi deliquerint, ab ipſomet ratio & vindicta exigatur, *l. obſervare* 4. §. *proficiſci. ibique Gloſſ. & Dd. ff. de offic. proconſ.* quæ multo magis dicenda ſunt, ubi de vita hominis agitur, re omnium pretioſiſſima, quæ facilimè in diſcrimen adducitur extremum, ſi in medicamenti præbitione vel pauxillum erratum, & aliud pro aliô, ne dicam malum venenum, pro ſalutari pharmacô, datum fuerit. Unde *Plinius lib.* 29. *c.* 1. in nullo mendaciô majus eſſe periculum ſcribit, & Medicum Imperatorem fieri vitæ" neciſque noſtræ & animas noſtras negotiari:" Quod idem & de Pharmacopœô, qui Medici Miniſter eſt, rectè uſurpabimus. Optimâ igitur ratione in *Statutis Ampliſſ. Senatus Norinberg.* ad Medicos Pharmacopœos & alios pertinentibus, cavetur, ne Pharmacopœi, vel contra Miniſtri auſint in præſcriptis â Medicô medicamentis, pro ſuo arbitrio quippiam emendare vel mutare, neque ſi de ingredientibus hæſitent, pro libitu alia ſubſtituere, *Stat.* 15. Porrò de qualitate Miniſtrorum, qui in officinis Pharmacopœorum deſervire debeant, ſimiliter prudenter cavetur dictis Statutis Ampliſſ. Senatus noſtri, *Stat.* 12. *&* 13. Quòd verò præſens Miniſter hac ratione habilitatus non fuerit, exitus proh dolor! probat, & quod fugâ ſe mage ſuſpectum reddiderit, quæ arguit conſcientiam admiſſi delicti, imo præbet indicium ſufficiens ad torturam *Jud. Clar. lib.* 5. *ſent.* § *fin. q.* 21. *n.* 18. *ſeqq.* Porrò & in eô pœnam illam promeruiſſe videtur Pharmacopœus, quod pyxidem pulv. rad. aconit. repletam in mediô officinæ locaverit, cùm debuerit hoc venenum removere & includere. Hoc enim expreſsè ſub pœnâ arbitrariâ in prædictis *Statutis Noricis* prohibetur, *Stat.* 24. Cum quibus valdè conſentiunt, quæ tradit *Jodocus Damhoud. in Praxi rerum criminal. c.* 74. *num.* 16. *& Anton. Gomez. Tom.* 3. *Var. reſol. cap.* 3. *de homicid. num.* 9. quorum omnium intuitu pœna arbitraria contra hunc Pharmacopœum locum habere videtur, quæ quin ad ſummam 200. fl. extendi potuerit, non eſt dubitandum, per rationes & jura ſupradicta.

Verum enim verò his omnibus non obſtantibus exiſtimamus, contrarium verius eſſe,

& quod Pharmacopœo hîc nulla poſſit culpa imputari, neque de jure pœna aliqua dictari potuerit. 1. Enim, quod venenum vendiderit, in eô contra legum præcepta non egit. Non enim procedit jlla prohibitio in pigmentariis, Pharmacopolis & Veteramentariis, ac ſimilibus (ut in his, quos Materialiſtas vulgus vocat) quibus ex generali conſuetudine totius orbis venena habere ac vendere licet, certis tamen obſervatis conditionibus ac legibus, quæ à *Jodoc. Damhoud. & à Gomezio loc. ſupradictis* exprimuntur, *Tib. Decian. Tract. crim. lib. 9. cap.* 23. *num.* 5. ubi ſemel notanda eſt triplex venenorum varietas, tradita à *Bart.* & aliis *add. l.* 3. Eſt enim primò venenum, quod ſuâ quidem naturâ & per ſe malum & noxium eſt, ſed aliis ſubſtantiis admixtum toxicam vim exuit, & fit bonum ac ſalutare remedium. Ad hoc genus referimus etiam ea, quæ homini quidem perniciosa ſunt, ſed pecoribus & jumentis proſunt. Et dicitur venenum, quod per ſe nocivum eſt & permanet, nec ullâ mixturâ ſalubre effici poteſt, neque hominibus, neque jumentis. Eſt denique, quod malitiosè ad perimendum confectum eſt. Primum genus habere permittitur Pharmacopœis, Chirurgis & Veteramentariis: Reliqua duo omninò & indiſtinctè prohibentur. Atque hæc, quæ diximus, univerſalis conſuetudo, approbata à magiſtratu cujuſque loci, ſupradictas leges (*l. quod ſæpe*; *§. veneni & d. l. ejuſdem*) vel abrogavit, vel certè hanc exceptionem & declarationem eis addidit. Quin, quod apprimè notandum, *S. K.* 1. *Conſtitutio Criminalis* Pharmacopœis indulget, venena poſſidere & cum præſcitu Magiſtratus divendere *c.* 37. *in fin.*

Quapropter hac de cauſa Pharmacopœus puniendus non fuiſſet, cùm is, qui lege vel conſuetudine (quæ & ipſa pro lege obſervatur) permittente aliquid facit, in pœnam non incidat, *l.* 3. *D. de concubin.* 4. *Gracchus. C. ad l. Jul. de adult.*

Nec obſtat, quòd ultimò inter rationes dubitandi adferebatur, eundem nihilominns venenum non ſufficienter cuſtodiiſſe, ſed in medio officinæ locaſſe. Quanquam enim hoc caveatur Statuto Norinbergenſi ſupra adducto, conſtat tamen, ſtatuta eſſe ſtrictè accipienda, & leges municipales unius Reipublicæ non obligare cives alterius, ſed eos tantum, quibus latæ ſunt, *l. omnes populi, ubi Dd. de juſt. & jur.* Jam ſimilis prohibitio, quæ N. vigere debet, non allegatur, quare ſtandum eſt juri communi & conſuetudini generali Pharmacopoliorum, quæ hanc rem & cuſtodiam arbitrio boni viri & officio diligentis Patrisfamilias permittunt, ac ſufficit, venenum non temere & indiſcriminatim cuivis eſſe venditum. Cui Pharmacopœus in eô ſatisfecit: quod, ut in relatione habetur, pyxidem rad. aconiti ultra 4. cubitos â reliquis ſeparaverit. Quodſi in urbe N. ſimile Statutum obtineat & Pharmacopœo prius indicatum fuiſſet, facilius eundem pœna afficiendum eſ[ſe] concluderemus.

Quod porrò additur, quemvis Herum de f[a]mulorum ſuorum delictis rationem reddere t[e]neri, illud ſuis quoque terminis circumſcriptu[m] eſt, idque in noſtro caſu tum quidem obtinere[t] ſi probatum eſſet, Miniſtrum hunc adeò impr[u]dentem & negligentem fuiſſe, ut venenum, u[n]de tres illi homines perierunt, ab eô profectu[m] fuerit, in quo plurima adhuc deficiunt. N[on] enim ſufficit hoc dicere aut ſuſpicari, niſi & pr[o]betur, per *gloſſ. in l.* 1. *verbo, dicatur. ff. quadr. paup. &c.* Nec ſuſpicionibus deb[et] aliquis condemnari, *l. S. abſentem, ff. de pæ[n.]* & licet præſumptiones eſſent violentiſſimæ tales, quæ negari non poſſent, *Gomez. Tom. Var. reſ. c.* 13. cùm probationes in crimin[i]bus luce clariores eſſe debeant *l. ult. Cod. probat.* Jam verò hæc concludens proba[tio] non eſt: Quoniam lupariæ aut aconiti pul[vis] venenatus in Pharmacopolio inventus fuit, ſequitur eundem ancillæ pro ſemine contra v[er]mes datum fuiſſe: Potuerunt enim in eod[em] locô, ubi ipſa repoſuit, quod ex Pharmacopo[lio] attulit, alia nocentia, ut in muſcarum vel m[uri]um necem parata, & imprimis aconiticus pul[vis] forte ipſa etiam inſcia aut non recordante ja[m] iſſe, utpote cujus ad extra adhibiti magnus & [fre]quens in illis locis uſus eſt, ad purganda à ver[mi]bus jumenta & pecudes. Potuit etiam ſuc[cus] ille pyrorum, vel per araneos vel alia ex cau[ſa] adhuc ignota, infeſtus fuiſſe. Et quamvis [...] us, ſi nihil contra eum probatum eſt, de ſui [de]fenſione non adeò ſollicitus eſſe debeat, c[um] actore non probante, ipſe ſit abſolvendus, eti[am] ſi nihil ipſe probaverit, per *l.* 4. *qui accuſa[re]* *C. de edendo*, attamen Miniſtri, & conſequ[en]ter Pharmacopœi innocentia, ex abundanti [...] ſeqq. argumenta demonſtrari poteſt, quòd neque dolo neque inſcitiâ pulverem rad. acc[oni]ti, pro ſemine contra vermes dederit:

1. Non dolo: Quia dolus verus non pra[eſu]mitur in quoquam, ſed tamdiu quiſque bo[nus] creditur, quoad malus probetur. Et quid[em] ex perſpicuis indiciis dolum convenit prob[ari] *l.* 6. *dolum. C. de dol. mal.*

2. Cui bono dediſſet venenum homini[bus] ignotis, à quibus nunquam læſus? Nemo au[tem] fere gratis aliis nocere ſolet, verum ſpe com[modi].

3. Licet ponatur, Miniſtrum hunc tantum [ne]bulonem fuiſſe, ſine dubio tamen Dominu[m] ſ[u]um, qui adſtabat eundemque obſervabat, ti[mu]iſſet, neque ipſo præſente, & quid ageret ob[ſer]vante, tantum ſcelus ſuſcepiſſet.

4. Accedit 4. quòd (prout in factô propo[ni]tur) in ponderatione ſeminis ſantonici, ex [ea]dem unde ancillæ dederat, pyxide, tantam m[o]ram nectere non dubitaverit, & quidem in H[eri] præſentia, ut ita dolus latere non potueri[t] hominibus conſciis: Sceleribus autem late[bræ] quæri ſolent & ſpes impunitatis, juxta *Cic.* [pr]o *Milone*, maxima eſt peccandi illecebra.

Sin

Similiter probabile non eſt, quod errore & peritiâ alterum pro altero dederit. Qua ra- ne enim is, qui per novem annos jam in Phar- copoliis ſervierat, Artemque hanc didicerat de hoc Miniſtrô indicatur) tam craſſum orem committeret? cùm habitus difficulter ponatur, ſecundum *Ariſtotelem*, nec de li aut incontinenti præſumatur mutatio, *dr. Conſtit. in ſuis ſingul. verb. præſum- o. Jaſ. in l. Phryg. n.5. ff. de his, qui ſunt vel alieni juris*; hicque talis error eò mi- præſumi poteſt, quia Pharmacopœus, qui diâ eaque diurnâ luce adſtabat, eundem fa- obſervare & præcavere potuiſſet. Plus enim ent oculi, quam oculus. Quæ præſumtiones *pr. ext. de off. deleg.* inſignem vim & effica- n habent, ad excuſandos & abſolvendos s: *Specul. tit. de Inquiſ.* §. 1. *verſ. ſed quid* &c. quanquam parum ponderis ha- nt ad condemnandum præſumptiones, ut a dictum. Quod Miniſter è carcere aufu- t, nil ſolidi contra eum, præſertim quoad demnationem, infert, multo minus con- pſum Pharmacopœum. Potuit enim fieri uſto timore, ſive carceris, ſive quæſtionis. certè quam molli fuerit animo, ſatis ex eò aret, quod cùm primò à lictoribus ducere- in deliquium animi inciderit. Adhæc poſt uiſitionem, & quidem per oſtium apertum, am per alios effractum aufugit. Quare igno- dum eſt Miniſtro, qui illud cogitâvit, quod *ibiades* dicebat: Noli litigare, dum licet fu- e.

E quibus omnibus, penes Nos quidem, teſcit, quòd Pharmacopœus veneni intui- & quod illud à Miniſtro ejus ancillæ pro ſe- e contra vermes datum fuerit, ſufficienter out de jure decebat, neutiquam convictus it, adeoque mulcta 200. florenorum ipſi tam ſubitò & repentè dictari debuiſſet; un- unque jam venenum illud provenerit, ſive onditoriô illô, in quod Ancilla cucullum m abjecit, jam ante jacuerit & in tenebris ab lla per imprudentiam (dolum enim in re ia præſumere nolumus) arreptus ac puellæ bitus, ſit pulvis, ſive à malo genio in tot narum perniciem ſubjectus fuerit. Neque itamus alios, niſi accuratior proceſſus, m qui nobis indicatus eſt, inſtitutus, aut a contra Pharmacopœum allata & pro- fuerint, quàm quæ è Relatione transmiſſa epimus, ſimiliter in Appellationis inſtan- libi judicaturos pœnamque indictam an- aturos eſſe. In ejusmodi certè dubiò & in- tô caſu quis non dixerit ſequendam eſſe lam à JC. Ulpianô traditam? Satius eſt nitum relinqui facinus, quàm innocen- damnare, *d. l. abſentem. ff. de pœn.* Et d in canonibus habetur: Melius eſt propter ricordiam rationem reddere, quàm pro- crudelitatem *c. allegant. 26. ult. c. ſacris, pul. Bald. in quod. Conſilio* tradit, juſtius peccari per judicem in abſolvendo, quàm in condemnando &c.

Hoc judicium legibus conforme, & hac ratione de transmiſſa causâ judicandum eſſe, Nos Decanus aliique Doctores Facult. Jurid. in Acad. Altorfinâ hiſce fatemur, ſalvo tamen re- ctius ſentientium judicio. Atteſtationis ergò Si- gillum Facultatis noſtræ apprimendo. *Act. die* 6. *Aug. An.* 1595.

Reſponſum Collegii Medici Norinbergen- ſis de Caſu præcedenti, ut & cruenta- tione cadaverum ad præſentiam occiſoris.

Ad Cunradum Rittershuſium JC.

S.

De duabus quæſtionibus communicatâ re cum Collegis Noſtris, ea Tibi volui con- ſignare breviter, quæ temporis anguſtia & alia negotia permiſerunt.

Scio omnia, ubi hæc acta ſunt, nimirum Es- lingæ, & mihi eſt Pharmacopœus, ſi modò eſt *Volmarius*, jam à multis annis notus.

Quoad primam quæſtionem: Si apud Nos Pharmacopœus venena δηλητήρια, quale eſt ra- dix lupariæ, vulgò dictæ, ſive Aconiti, per ne- gligentiam, in officina inter alias pyxides relin- quat, nec in peculiari loco ſervet, atque inde ali- quid mali contigerit, pro facti qualitate à Se- natu pœnâ arbitrariâ mulctatur, quæ tamen qualis ſit in ſpecie (ut dicitur) referre nequeo, cùm nihil tale meis temporibus hîc acciderit. Idem dico, ſi Miniſter per imprudentiam vene- num exhibuerit. Memini quidem puerum Phar- macopœi ante aliquot annos in crepuſculo, cùm adhuc tenebræ eſſent, mulieri celeriter petenti ℴℴ amygd. dulc. pro recens natô infante, per er- rorem dediſſe aquam illam erodentem, quam vocant ſeparationis, & infantem ſequenti die fuiſſe mortuum, ſed puer ſtatim aufugit. Cum- que Pharmacopœus probaret ſe inſcioâ puerô iſtam aquam fuiſſe de ſuo loco translatam in alium, ſeverâ additâ objurgatione, ut in poſte- rum eſſet in his rebus diligentior, ſine aliqua pœnæ irrogatione fuit dimiſſus. In hôc verò caſu videntur multa adhuc eſſe intricata. Nam ſi Pharmacopœus poterit juramento teſtari, ſe vidiſſe, quod non pulverem (aſtitit enim & omnia inſpexit) ſed ſemen ipſius miniſter appre- henderit, res adhuc poterit ulterius diſputari, & ſuſpicio aliqua ſuboriri de Ancillâ, quæ in lo- cum aliis rebus plenum, ſemen iſtud repoſuit, & forſitan alium pulverem pro illô poſtea exhi- buit. Prætereà miramur, Medicum ad Inſpe- ctionem Defunctorum & examen pulticulæ ve- nenatæ, quæ etiam felibus aut canibus potuiſſet exhiberi, non fuiſſe adhibitum. Multis quo- que in locis radix iſta lupariæ in officinis, inter alias radices, quæ & ipſæ, ſi in magna copiâ ex-

hibe-

hiberentur, ſunt venenatæ, ut hellebori utriusque, turpeti &c. reponi ſolet. Quare noſtrô judiciô, ut Pharmacopœus non eſt omnino excuſandus, ita in tam fortuitô caſu, atque adhuc nonnihil incertô, ἐπιείκεια quædam adhibenda erit.

Quoad Secundam Quæſtionem: Tota illa probatio cædis, per αἱματοδείξιν videtur eſſe ſingularis καὶ θεῖόν τι (conf. *Ant. Thomas Gomez Tom. 3. Reſol. c. 13. de Tortur. Reorum, num. 15. vid. etiam Antonin. Teſſaurum Deciſ. 173. & Angel. Matthæacium lib. 3. de viâ & ratione juris c. 31. n. 17. & 2. ſeqq.*) & quamvis *Andreas Libavius* nuper accuratum ſcriptum de illâ ediderit, & naturales cauſas afferre conatus fuerit, quem librum puto D. Scherbium habere, tamen rem non ad demonſtrationem, ſed tantùm aliquam probabilitatem deducere potuit, ut idem *D. Scherbius* in quadam de ea re doctiſſ. Epiſtola ad me ſcripſit.

Apud nos planè non adhibetur, vel ſaltem raro hæc δοκιμασία, & nonniſi aliis indiciis pluribus concurrentibus. Memini in Saxoniâ aliquando accidiſſe, quod quidam, qui ſuo Hero non poterat rationes de omnibus reddere, in quadam ἐπιτροπῇ domeſticâ ideò fuerat ſuſpenſus, & cum Dominus poſt biennium, vel etiam, ut puto, longius tempus, locum ſupplicii imprudens præteriiſſet, cadaver ſemiconſumptum cœpiſſe ſanguinem per os & nares effundere. Quod an Philoſophus quiſpiam, etiam argutiſſimus, poſſit ad Phyſicas cauſas referre, equidem apud me planè eſt dubium.

Hæc celeriter & breviter, ad iter quoddam jam accinctus, abs Te rogatus, hoc ſcriptô conſignare volui; ulterius de his tecum diſputaturus, ubi Deo volente, brevì convenerimus.

Joachimus Camerarius Norinberg. 3. Aug. 95.

Vid. Conſilia ſive Reſponſa Altorfina, Reſp. XXXI. p. 127.

CASUS XXVII.
DE DISPENSATIONE THERIACÆ.

Requiſitio.

COmpellandi Vos audaciam præbuit Theriacæ præparatio, theriacæ illius per univerſam Europam vulgariter expetitæ, medicamentique in Praxi Medica inter præcipua non minimi. Eâpropter veniam audaciæ ſperamus, quod ſupra re tàm ardua mentem veſtra[m] imploremus. Suborta eſt nimirum de diſpenſ[a]tionis quantitate difficultas, quam Materialiſ[tæ] noſtrates reſpectu proportionis in Diſpenſat[o]riis exhibitæ ad 24plam, imò 36plam, v[el] 48plam extendere conantur. Verùm ſcitis VIRI Excell. utique non minimum præparati[o]nis membrum eſſe, exactam ingredientium m[i]ſtionem, fermentationem, ac unionem, e[a]que tantô requiri exactiores, quanto major [cu]mulatur ingredientium diverſitas. Differ[unt] enim invicem non modò gravitate & levita[te] exindeque ſurſum ac deorſum propenſione, etiam ſubſtantiâ oleosâ ac aqueâ, quin imò ſcidâ & concretili, adeoque difficillimè mi[sci]bili. Harum diverſitatum gratiâ non modò i[n] tio præparationis laborioſiſſimâ opus eſt c[om]mixtione, ſed etiam poſtmodum ea ipſa mu[l]ties reiterandis agitationibus, iisque mole[s]ſimis maximoperè indiget. Cùm verò ta[lis] molis operationes vix ac ne vix quidem ac[cu]ratè peragi queant, præcipuè maſsâ jam frig[idâ] condenſatâ ac inſpiſſatâ, experti quippe ſun[t] vel in ipſo commixtionis & incorporationi[s] mine, idque in proportione 24pla, maſsâ hûc etiam tepente, inſtrumentorum fractu[ram] ac annihilationem opus aliquantulum inte[rce]piſſe, laboris difficultatem non parum adaux[iſſe] operique remoram injeciſſe; præterimus difficilem tantæ maſſæ fermentationem, eâd[em]que introducendam craſin. Penſitatis hiſce [ſin]gulis, conſultum duximus metam noſtra[m] decernere, proportionis ſcil. ad ſumm[um] 24plæ, hancque transgredi abſonum judica[re] reprobare. Placuit autem prius Veſtrum [c]que, Viri Excell. conſilium ac judicium ha[bere] per re explorare, id quod ut benè interpr[e]veſtrisque nos Reſponſoriis velitis dignari, officiosè rogamus, noſtrum in ſimili ne[g] promptiſſimum vobis offerentes officium nè valete. Dab. Francofurti die 18. Nov. 1649.

Medici Francofurte[nſes].

Reſponſum Facultatis Medicæ Lipſie[nſis], ſcilicet Theriacam ultra proportion[em] 24plam diſpenſari non debere.

P. P.

FAcilem gratiam Veſtræ apud Nos ob[tinere] potuerunt, quùm ſuaviſſimam am[icitiæ flam]mamque harum ſcaturiginem agnove[rimus] confeſtim. Adeóque ſuperſedere vos par [eſt] ſub ſpecie cujusdam audaciæ inſinuare n[obis] quod utique manifeſto amicæ fiduciæ mento præſtare licuiſſet. Cernimus auten[i] immeritò vos veſtrâ colere curâ, quæ co[mmu]ni & publicæ utilitati deſtinarunt quo[...]

ı majorum. Medico enim non incumbit taxat, ut morborum impetus monſtratâ ilitate, & celeritate citâ leniat, profligetque; ım etiam non minimum muneris ſui pun n eſt, vigilanti induſtriâ, accuratiſſimâ con- ratione librare medicamentorum confectio- confectionumque pariter modos, ac for as ab Anteceſſoribus curioſè præſcriptas. rcò, quod propoſitam Nobis, & apud vos ırtam in Theriacæ (quæ indubitatum certè ranti deficientique naturæ præbet auxi- ı) diſpenſationis quantitate attinet difficul- m, dum Aromatarii veſtrates, reſpectu pro- ionis in Diſpenſatoriis exhibitæ, ad 24plam, lam, imò 48plam extendere conantur, nos ondemus brevibus & paucis, quòd adductæ iones Veſtræ omninò ſtent firmiſſimo veri talo. Reverà namque maximum, & neceſ- ım veræ præparationis membrum, eſt ex- ingredientium mixtio, fermentatio, ac , qui labores tanto ſanè exquiſitiores requi- ur, quanto major concurrit ac concumula- ngredientium diverſitas, utpote quæ ſin non modò inter ſe gravitate & levitate, ex- que ſurſum deorſumque propenſione, ve- etiam ſubſtantiâ oleaginosâ & aqueâ, quin viſcidâ & concretili maximè differunt, & nde difficillimè miſcibilia, præſertim in ıri copia, exiſtunt. Ideoque cum Natura re- ns aliquod individuum primò exactâ fer- tatione opus habeat, quæ poſtea elementa poſita à principiis quodammodo liberat, & nplicitatem, vel quaſi in primam mate- , in qua maxima agendi potentia hæret, cit, cumve hoc ipſo negotio peracto per- præparationis rota ſit completa, ambo- pedibus jure in Veſtram deſcendimus ſen- am, & concorditer uno ore cum Excellen- Veſtris aſſerimus, hæc omnia in mediocri titate fieri melius, & exactius, quàm in a, & excedente, quæ non niſi abſurditatum r in Medicamentorum, & præcipuè in iacæ confectione, eſſe poteſt. Adeoque ad num in 24plo eſto miſcendorum propor Hæc Vobis, Viri Excell. ad quæſitum ve- n, dictitante & Ratione & Experientiâ, re- dere voluimus, ſtudiorum noſtrorum re- ocam promptitudinem nullo non tempore nittentes, offerentes. *Lipſ. die* 28. *Nov.* .

Vid. Amman. in Med. Crit.

CASUS XXVIII.

DE

DICAMENTIS AGYRTÆ ADULTERINIS.

Requiſitio.

P. P.

VEndidit in foro noſtro præteritis diebus *Auguſtus Thomas, Schnebergenſis*, qui ſe Chirurgum & Herniotomum profitetur, ſequentia medicamenta, quòd in multis & graviſſimis morbis eſſent probata hactenus, prout Catalogus typis expreſſus pluribus monſtrabit. Poſtquam verò noſtrates Medici virtutem unam & alteram Medicamenti explorârunt, fucum deprehenderunt, ſcilicet, non præſtare quod illis aſſignatur; hinc ipſum citavimus, de ſingulis *probæ loco* aliquid poſtulantes, atque in præſentia Medicorum & Pharmacopœi examinantes, fraudes omnes detectæ, ac ne unicum quidem legitimè præparatum. Porrò hic *Thomas* ante biennium civem, nomine *Schumacher*, curaſſe dicitur, quod tamen negat, qui patiens ab uſu medicamentorum maniacus redditus. Ideò ut veritas nobis pateſcat, ipſius Thomæ medicamenta Veſtris Excell. una cum judicio noſtri Phyſici ſub A. hâc occaſione mittimus, petendo perquam officioſè, velint, ſi per otium licet, in forma probante ſententiam ſuam nobis impertire, *quid de illis ſentiendum*? &c. Dab. Quedlinburg. d. 4. Aug. An. 1657.

Senatus Loci.

A.

P. P.

AD requiſitionem Ampliſſimi Senatus utriusque Oppidi Quedlinburgi, ego infra nominatus deſcriptionem *Electuarii de Ovo Auguſti Thomæ*, prout Lipſiæ ac Dreſdæ ab ipſo præparari prætenditur, per omnia examinavi, ac deprehendi, quòd ea cum genuinâ & verâ deſcriptione, uti habetur in Diſpenſatorio Auguſtano, nequaquam conveniat. Nam 1. diſcrepat numerus ingredientium: Electuarium enim genuinum 14. ſpurium verò hoc 23. ingredientibus conſtat: deinde 2. Principale ingrediens in Thomæ Electuario planè omiſſum. 3. Contrariatur etiam quantitas totius compoſiti, ſiquidem verum Electuarium, ſecundum Auguſtanorum deſcriptionem eſt unciarum octo, ſpurium iſtud eſt trium librarum medicinalium: ut nihil dicam de *melitomate*, quod in copia maxima admixtum. 4. Ipſa compoſitio, ratione ponderis & menſuræ adeò inſulſa & inſipida, ut etiam impoſſibile, quòd conſignatæ ſpecies hoc modo in ullam Electuarii formam redigi poſſint; putat enim hic Agyrta, quòd Electuarium de ovo ſine melitomate præparari nequeat, quod falſum. 5. De Virtute vel Operatione hujus Electuarii ut aliquid referam, ſupervacaneum puto, quia notiſſimum, quòd in nullo loco Romani Imperii, multo minus Dreſdæ vel Lipſiæ ſic præparatum vendatur. Deinde *ovum aureum* conſtat maximâ ex parte, ex melitomate cum pulvere Radicis angelicæ, imperatoriæ, vel mei athamantici, permixto, nec præſtat, quod præ-

præſtare dicitur, uno verbo: ſunt adulterata, quibus plebejorum marſupia emungunt, imò ſi in peſte aliquis ea ſumere vellet, ſanitatem ac vitam perdere potius poſſet, quàm conſervare; prætendit, quòd hæc & alia Venetiis fieri curet, ſed falſum, ad oculum enim patet, maſſam eſſe recens præparatam: dicit porrò ſe effectum hujus ovi aurei nuper Lipſiæ in præſentia D. N. probâſſe in cane & ove, ſed quis credit? ampullatis enim verbis tales Agyrtæ nunquam deſtituuntur.

2. *Morſulus Italicus* purgans, eſt etiam melitoma quoddam cum vitro antimonii, quod undique ex Morſulo, ratione ſplendoris, elucet: & eſt vitrum antimonii bonum quidem purgans, ſed legitimè adminiſtratum, & ab exercitato Medico adhibitum; aſt ſimul vehementiſſimum, & per conſequens, etiam periculoſiſſimum remedium, quô facile valetudo hominis peſſundari poteſt, quod abundè teſtantur tragici Caſus in Praxi occurrentes. Quia verò in Schedula non eſt adjectus modus præparandi, cavendum ab eo Morſulo: quid eodem præſtiterit, loquuntur Acta; anno enim 1646. civem quendam cognomine Schumacher fermè interfecit, exhibito enim illo per 5. dies purgatus fuit, periculoſâ ſubſequente hypercatharſi, ac delirio.

3. *Pyrum Muſcatellinum* eſt etiam melitoma, cum radice pyrethri, & odontalgiam æquè producere, quàm curare poteſt: contra *ſtomacacen* planè non prodeſt, &c. Actum Quedlinburg. d. 30. Julii Anno 1657.

Joh. Günther, N. D. & Phyſicus.

Reſponſum Facultatis Medicæ Lipſienſis, ſcilicet Medicamenta hujus Agyrtæ eſſe adulterata & meras impoſturas.

AD inſtantiam Ampliſſ. Senatus expendimus diligenter Schedulam Thomæ Schnebergenſis, quâ medicamentorum Catalogum, & virtutes conſignavit, ut & ea quæ ex Protocollo communicârunt: deprehendimus autem ex omnibus, eum eſſe falſarium, circumforaneum, & Idiotam. Nam in ſchedula allegat ille Homerum (Honoratum) Caſtellanum, verùm is non de medicamentis, ſed potius de Medico ſcripſit. Nec legimus Amatum (Luſitanum) in phthiſi & hydrope hoc Electuarium commendâſſe; præterea hi omnes latinè ſcripſerunt, cujus Linguæ ipſe eſt ignarus. Deinde non elucet, quod ullam habeat ſimplicium cognitionem, exceptis illis, quæ Electuario ſuo, ac Pyro moſchatellino vel morſulo admiſcet, & vix 1000. ſunt ſimplicia officinalia, quâ ſpecie itaque veritatis is dicere poſſit, ſe recipere in Electuarium ſuum 2945. ſpecies, judicet qui prudens eſt; poſito etiam dari tot ingredientia, quis autem neſcit, Compoſitiones veterum magnas ſuſpectas, & unum impedire alterius operationem atque energiam. Apparet etiam craſſa ignorantia exinde, dum purgantia vix no[...] nare valet, nam Simon Guttæ (gummi gu[...]) per inferiora & ſuperiora purgat vehemen[...] ideò cautè ubivis adhibendum. Pyrum [...] ſchatellinum dolorem dentium non curat, [...] melitoma neceſſariò iſtis medicamentis ac[...] tur. Summa: Intentiones ejus ſunt impoſ[...] & fraudes, quibus credulos fallere cupit; no[...] enim eſt, quòd Libra una Theriacæ Ve[...] non poſſit haberi, niſi pro tribus Imperiali[...] ipſe verò quomodo Libram pro uno Impe[...] vendere poteſt? hinc Magiſtratui Loci inc[...] bit, ne Agyrtis concedatur talia Antidota p[...] cè vendere, adulterant enim ea, & multos i[...] ficiunt ægros, quod forſan egregiè etiam [...] ſtitit Thomas iſte. Meritò igitur talis imp[...] & pſeudo-Medicus ex bene conſtituta R[...] blica relegatur, condemnatis medicam[...] Vulcano &c. *Dab. Lipſ. d. 8. Auguſt. 16[...]*

Vid. Amman. in Med. [...]

CASUS XXIX.

DE

PRÆPARATIONIBUS PHAR[...]CEUTICIS MATERIALISTARUM, [...]NUS CONCEDENDIS.

Judicium D. Ludovici ab Hornick C[...] Cæſar. & Com. Palat.

UT ordo, juxta Glorioſiſſimi Imper[...] Conſtantini Symbolum, eſt anima r[...] ita Divus Apoſtolus Paulus (qui ſimul pro[...] Eruditiſſimo habitus fuit, *vid. Barthi[...] verſ. lib.* 17. 3.) Corinthios ſuos jubet, [...] mnia ordine & decenter penes illos perag[...] 1. *Cor.* 14. &c. Unde & Jura Cæſarea opti[...] cunt: Ubi non eſt ordo, ibi confuſio, & d[...] ctô ordine nil valet ordinatum:

§. Inordin. auth. de hered. & Falind. [...] 1. *c.* 1. *c. Piſanis* 19. *de reſtit. Spol. M[...] de Eſcobar. de rat. adminiſtr. lib.* 1.

Quod licet in quibusvis Facultatibus, offi[...] vocationibus à Prudentibus veriſſimum [...] ceſſarium comperiatur, ſaluberrima qu[...] inter alias Artes, Medicina ordine ejusm[...] ſtructa ſit nihilominus tamen Diabolus, [...] quam juratus omnis boni ordinis inimicu[...] quoque malitiam ſuam exſeruit, variaqu[...] berrima Statuta ſubvertere non dubitav[...]

mprimis autem in Compoſitione & Præparaione medicamentorum illud evenit, dum dem ſibi tantùm vindicant Pharmacopœi, verò & quàm maximè Materialiſtæ in illas oque irrumpere non verentur.

Quoniam verò ii, qui ad clavum Reipubliſedent, hac in parte dubii redduntur, neendo, quibus labores illos adjudicare & tribudebeant: Adhæc quamplures, harum ren ignari, penes Materialiſtas, à quibus meamenta præparata ſive meliora, ſive recenra, ſive pretio mage tolerabili ſe obtenturos rant, non ſine damno coemere ſolent: Hinc e eſſe ducimus, ut quæſtionem illam:

An

mpoſitio & Præparatio medicamentorum Materialiſtis indulgenda ſit?

ntilemus & è fundamentis ſanæ rationis, Ar Medicæ, uſu hactenus receptô & teſtimoniô obatiſſimorum Medicorum eruamus, & quim ita decidamus, ut & ſimpliciſſimi facilè ncludere valeant, quænam Pars alteri de jure evaleat. Hanc ergò quæſtionem & argunta, quibus compoſitionem & præparatiom non tam Materialiſtis, quàm Pharmacois unicè competere demonſtratur, quod ncernit, certum primò eſt, quòd ad refectiem, ſanationem & ſolatium ægrorum obtindam, triplices præcipuè Perſonæ præ aliis orioſi & ſolliciti eſſe ſoleant, ſc. Medici, dele Pharmacopœi, & tandem Inſtitores illi & rcatores, quos vulgò Materialiſtas & Troiſtas vocare ſolent.

Medicorum officium & munus eſt, ut ægro, xilium eorum expetenti, tam præſervando, àm curando fideliter ſuccurrant, ipſa quoe medicamenta, juxta præcepta Artis Medi, diligenter præſcribant atque ordinent, è ntra verò à ſuperſtitioſis, prohibitis & aborm procurantibus medicamentis abſtineant.

Pharmacopolarum munus in eô verſatur, , ſi prius Teſtimonia ſua de integritate vitæ, orum & ſcientiæ produxerint, & in Examinis in Arte ſua verſati inventi, juramentum etn Pharmacopœorum, ab illis meritò exigenm, ediderint, adeoque in omnibus præſtan præſtiterint, medicamenta â Medico præipta & ordinata, pro rei exigentiâ; ſine ulla ora & dilatione præparent & componant; de & Græcis Pharmacopœi, h.e. Medicantorum Præparatores: Pharmacopolæ item, . medicaminum Venditores: Latinis autem dicamentarii & Pigmentarii, ipſa verò Ars armaceutica, Pharmacopœia, ſive Ars dicamentaria audit.

Andr. Corvin. in Font. Latinitat. Barthius in Adverſarior. lib. 19. cap. 9. Cæl. Rhodin. antiq. lect.

ochiſtarum verò ſeu Materialiſtarum officieſt, juxta Trochiſcos viperinos, h.e. rotuè viperarum carne confectas (quas ex Italiâ primùm obtinuerunt, & exinde Trochiſtæ dicti fuerunt) alia quoque materialia, ubivis aliâs non provenientia, eaque de cauſa in caſu neceſſitatis tam facilè non obtinenda, Pharmacopœis pro juſtô pretiô comparare, & ita hiſce quaſi ſubminiſtrare.

Val. Pand.

Breviter & ſummariter: Proprium Medicorum munus eſt pharmaca præſcribere: Pharmacopœorum præparare: Materialiſtarum ſimplicia & cruda materialia ſuppeditare.

Quemadmodum igitur ſecundô hoc ipſum penes omnes & ſingulos rerum Medicarum peritos in confeſſô & indubium eſt, de quô alii per ſe decenti & ſufficienti ratione judicare nequeunt; ita exinde luce meridianâ clarius eluceſcit, Materialiſtas (de quibus ut & exoticis eorum ſimplicibus, quâ item ratione mercatura illorum cœperit & aliquamdiu duraverit? *Thomas Garſon in Diſcurſu LXXXIX. Piazz. Univerſ.* ſatis eleganter agit) officium conciſum & ſeparatum, nec quicquam ſive cum Medicis, ſive Pharmacopœis, Profeſſionis intuitu, commune habere.

Quapropter tertiò in diverſarum urbium & regionum Statutis Materialiſtæ ſub peculiari Rubricâ, vel ad minimum in peculiari paragrapho ſunt locati; & quidem, ut pauciſſimorum nonnullorum tantùm mentionem faciamus, in Illuſtri *Archi-Epiſcopatus & Electoratus Moguntini Ordinatione Renovata cap. 7.* ita habetur: Ne verò Pharmacopœi, " ob alios ineptos Mercatores & perſonas, qui" vocationem ſuam deſerendo, varias res Me-" dicinales divendunt, habeant ullibi, de quô" conquerantur: Hinc ſeriò præcipimus Dulcia-" riis, ut & omnibus aliis Aromatariis, ne ulla" medicamenta, ſive ſimplicia ſint, ſive com-" poſita, ſive purgantiâ, uti agaricum, rha-" barbarum, turbith, folia ſennæ, hellebo" rum &c. ſive confortantia, aquas deſtillatas," ſyrupos, condita &c. quorum deſcriptiones" Diſpenſatorio inſertæ ſunt & Pharmacopœis," tantum cognita eſſe debent, clam palamque" divendant. Similiter reliqui quoque Merca-" tores, ad unum omnes, ſuis negotiationibus" contenti ſint, neque cum materialibus ad" rem Medicam pertinentibus, rhabarbaro ſc." fol. ſennæ, ſem. ſantonici &c. Theriacâ" item & Mithridatio, quæ de jure ſolis Phar-" macopœis competunt, mercaturam exerce" ant, ſub pœna 5. florenorum & jactura" mercium."

In Liberæ Imperialis Norimbergenſis Ordinatione Pharmaceutica Renovatâ ſtatim *in Exordiô* verba, huc facientia, ita ſe habent: Nos Conſules & Senatus Civitatis" Norimbergenſis hiſce notum facimus cun-" ctis, poſtquam ceu Magiſtratus non intem-" peſtivè debitaque cum diligentiâ animô re-" volvimus, quàm variæ confuſiones hactenus," non ſine aggravatione Civium noſtrorum," tam in applicatione, quam præparatione"

 medica-"

"medicamentorum conſertim ſint exortæ, cum "homunciones quidam inexperti, tam Inqui-"lini, quam exotici Empirici palam hoc in lo-"co varia medicamenta hominibus applicare, "eademque pro lubitu (utut Medicinam nun-"quam excoluerint & didicerint) præparare pu-"bliceque divendere conentur &c.

„It. *paragrapho XXX.* Porrò ſub pœnâ „graviſſimâ Materialiſtæ aliique haud abſimiles "Mercatores de purgantibus & emmenagogis "medicamentis & materialibus, quorum diſ-"penſatio & diſtractio quotidiana à longis re-"troſeculis Pharmacopœis tantùm convenit, „infra quartam libræ partem non divendant, ne-"que vel ipſi, vel famuli illorum compoſita „quædam purgantia, quocunque titulo etiam „veniant, ſive præparent, ſive vendant.

S. R. I. Liberæ Civitatis Francofurtenſis ad Mœnum Ordinatio Pharmaceutica „*Tit. IV.* §. 2. imperat, ut tam Exteri, quàm „Francofurtenſes Materialiſtæ ſub pœnâ X. flo-„renorum, de rebus purgantibus, Theriaca, „Mithridatio, Sarſaparillâ, Guajacô, Chi-„na, Saſſafras, Conditis & ſimilibus, quorum „diſtractio quotidiana â longis temporibus ad „Pharmacopœos tantum pertinet, infra quar-„tam libræ partem, ſeu octo lodones, abhinc „non divendant.

„*It.* §. 13. ita loquitur: Illi (Materialiſtæ "ſc.) nulla prorſus (NB.) compoſita, quocun-"que etiam nomine veniant, ſive ipſimet, ſive "per Famulos præparare audeant, ſed, ſi illa "diſtrahere velint, ſcriptis & fide dignis docu-"mentis, à Medicis, qui illorum præparationi "interfuêre, proficiſcentibus legitimam illo-"rum præparationem demonſtrare teneantur, "& nulla omninò Compoſita abſque infucatis "ejuſmodi teſtimoniis, vi juramenti, Magi-"ſtratui ſuo præſtiti, propriæque conſcientiæ, „venum exponant, aut infra VIII. lodones „diſtrahant.

„*It. Tit. præced.* 3. §. *ult.* Quò autem „Pharmacopœi Taxæ ſibi præſcriptæ ſine da-„mnô inhærere valeant, neque illis quicquam „detrahatur; hinc extra nundinarum tempus „nemini, præter illos, medicamenta præpa-„rare aut divendere concedatur. Quod ſi verò „durantibus nundinis alii quoque medicamenta "compoſita, intus ſumenda, vendere ſuſtine-"ant, primâ nundinarum ſeptimanâ, die Mar-"tis, à meridie hora 1. loco ſolito coram Viſi-"tatoribus noſtris ſe ſiſtant, à quibus ſi merces „illorum approbentur, licitum erit illas diven-„dere: ſin verò adulterina & ſuſpecta ſint, il-„lis auferantur, & ſimul puniantur. Utut verò Materialiſta quidam objicere poſſet, Conſtitutionem Moguntinam Materialiſtarum ne verbo quidem mentionem facere, nihilominus tamen ipſe contextus ſatis clare docet, quòd compoſitio & præparatio medicamentorum Pharmacopœis unicè, neminique præterea illic aſſignetur, alii autem, qui è Pharmacopœorum numero non ſunt, ſua tantùm agere [...]bean ur; cui ſupra allegata Norinberge[...] um aliorumque Statuta ſubſcribunt. Qua[...] pter vocabulum *tantùm*, ceu taxativum [...] bè notandum, quod omnes alias perſon[...] quæ Pharmacopœi non ſunt, à compoſiti[...] & præparatione excludit, namque inclu[...] certarum perſonarum, reliquarum eſt [...] cluſio.

l. cum prætor. 12. *ff. de judic. l. mari[...]* 20. *C. de procurat. c. nonne* 5. *de Ext. p[...] ſumt. Sixtin. Conſil. Marp.* 15. *n.* 2. *Vult. c[...] Marp.* 31. *n.* 11.

Quò accedit, quòd à longis retroſecu[...] h. e. ex obſervantiâ, cujus originem omnes [...] ſciunt, compoſitio & præparatio medicam[...]torum Pharmacopœis tantùm competie[...] & penes hos ſemper manſerit; immortalis [...]tem conſuetudo vim habet conceſſionis & [...]vilegii.

Fr. Curt. Jun. Conſ. 158. *n.* 11. *H[...] Schurpf. Conſ.* 26. *n.* 10. *cent.* 2. *Natta C[...]* 154. *n.* 6. *tom.* 1.

Dicitur privilegio æquipollere, ac proin[...] quæ per privilegium & ſpecialem Principis [...]ceſſionem alicui deferri tribuique poſſunt, [...]dem quoque & per conſuetudinem acc[...] valent.

Mynſing. Reſp. 71. *n.* 12. *Guid. Papæ [...] ciſ.* 402. *n.* 3. *Schrader. de F. part.* 10. *ſ.* 136. *& ſeq. Joh. Bocholt. Conſ.* 5. §. *de[...] quoque certum eſt part.* 2.

Quinimò potentior eſt privilegio, vid.

Regn. Sixtin. de Regalib. lib. 1. *c.* 5. *n.* [...] *Andr. Knichen. de Saxon. non provoc.[...] ub. jus c. n.* 131.

Hinc dicitur tribuere ea, quæ reſerva[...] Principi.

Natt. 9. *conſ.* 447. *n.* 12. *Vol.* 2. *P. P.[...] riſ. conſ.* 27. *n.* 31. *vol.* 1. *Rut. Rulana[...] Commiſſ. Part.* 4. *lib.* 3. *c.* 3. *n.* 32.

Allegatorum autem eorumque ſalub[...]morum & ſummè neceſſariorum Statutor[...] Legum, Ordinationum & Inhibitionum q[...]tò cauſæ ſunt, quoniam ut ibidem clarè [...] & diſtinctè innuitur, tales hactenus enume[...] & extra conſortium Pharmacopœorum co[...]tuti homines, ad præparationem medicam[...]torum inepti, inexperti ſint, Artemque [...] dicam, utpote quæ prolixa ſcientia inſig[...] dexteritatem curamque ſollicitam (ut *Ana[...] Hotterus in Diabolo Medico* loquitur) ex[...] nunquam didicerunt: Cùm, ut genuin[...] artificioſos Pharmacopœos decet, neque [...] guæ Græcæ, quantum ſc. ejus ad terminos [...]chnicos intelligendos requiritur, neque L[...] næ gnari ſint, neque *in Dioſcoride, Gal[...] Meſue, Aetiô, Æginetâ, Val. Cordô, [...]ſô, Paracelſô, Matthiolô, Garziâ ab [...]tô, Fuchſiô, Bauhinô, Tragô, L[...]liô, Quercetanô, Crolliô, Weckerô, Cl[...]*

Be

eguino, *Luminari majore*, *Diſpenſatorio*
olonienſi, *Auguſtano*, *Norinbergenſi aliiſ-*
ue verſati, quò ſcirent, quænam ſive ſpecies
ve partes hujus vel illius præſcrip:i ſimplicis ſu-
endæ ſint? quænam eorum ſuccedanea ſint?
uæ & quot herbæ emollientes? capillares? ra-
ces aperientes majores? minores? flores cor-
ales? ſemina calida vel frigida? hæcque vel
ajora vel minora? fragmenta lapidum pretio-
rum? in quot partibus medicamentorum
uantitas conſiſtat? quotupliciter medicamen-
numerô, pondere & menſurâ diſpenſanda
nt? quî notæ ponderum depingantur? qua ra-
one rotulæ, morſuli, pulveres, electuaria, ſyru-
, decocta magiſterialia aliaque artificiosè com-
nenda & præparanda ſint? quomodo colo-
nthis, coriandrum, ſpodium, eſula, euphorbi-
n, ceruſſa, helleborus, ſulphur, ſcammonium,
ezereum, tutia, chalybs, cranium humanum,
yila, corallia, margaritæ, cornu cervi, fæculæ
dicum, mandibula lucii, oculi ♋. ſuccinum
uraq; alia reſpectivè corrigenda & præparan-
ſint? qua ratione C.C. ſanguis hircinus, hirun
nes &c. urenda & calcinanda? Terebinthina
quenda, Looch ſanum & expertum probè
ndidum præparandum? quomodo Theriaca,
ithridatium, Antidotus Matthioli &c. perfectè
ſpenſari & miſceri debeant? quænam differen
inter Tincturas, Eſſentias, Magiſteria, Extra-
, Elixiria &c. qua ratione balſamis corpus
uè ac tinctura durabilior tribuenda? quando
quo tempore ac quomodo radices, herbæ,
res & ſemina optimè colligenda? qua ratione
ævis medicamentorum ſpecies, tam humidi
cs, quàm ſicciores commodius aſſervandæ?
id ſolutio, calcinatio, extractio, coagulatio, lu-
io, cæmentatio, caput mortuum, ſtratum ſu-
r ſtratum, digeſtio, filtratio, putrefactio,
limatio, fermentatio, trituratio, exaltatio, fi-
io, aliaque plura?

An Magiſtratus quidam inferior ullam ha-
at poteſtatem, ut Doctoribus Medicinæ Pro-
tis prohibere valeat, ne ipſi medicamenta
parent & componant, de eô alibi alioque
npore agetur. Nihilo tamen minus ſimile
erdictum in ſæpius laudata *ordinatione*
armaceutica Francofurtenſium §. 1. 8. *Tit.*
qq. verbis: Unde & Medici nulla medicamen-
, ſub pœnâ 10. florenorum ipſimet præpara-
aut vendere debent, ſed omnia in Pharma
polia transſcribere teneantur, quæ inde ab
gris per famulos expetenda erunt, quo Phar-
acopœi eò pluribus, melioribus & recentio-
bus ſimplicibus & materialibus ſe inſtruere
leant &c. Quodſi ergò in gratiam Pharma-
œorum compoſitio & præparatio medica-
ntorum ipſis Doctoribus Medicinæ interdi-
eſt, qui tamen ſuper omnia, quæ ad Medici-
pertinent, privilegiati & de jure conſtituti
, ſuperioris etiam & majoris conditionis
, quam Trochiſtæ, hinc cautela hæc & pro-
tio citius & potiori jure Materialiſtis quo-
Val. Pand.

que indicanda erit; quod enim majori non licet, nec minori licitum eſt.

c. ſi ergo 8. *q.* 1.

Eaque de cauſa quintò inexcuſabile eſt, ſi quis eam ſibi Artem vindicare velit, quam non addidicit, & falcem in alienam, quæ ipſum non concernit, meſſem immittit, non conſiderando vel perpendendo illud *Syracidis cap.* 8. quæ Deus T. O. M. tibi credidit, eorum ſemper curam geras; neque enim uſui Tibi erit, ſi de iis ſis ſollicitus, quæ Tibi commiſſa non ſunt; quæ E. Tui muneris non ſunt, in iis mitte curioſitatem Tuam, cum plura jamdum Tibi concredita ſint, quàm adminiſtrare vales &c. Quapropter ô Materialiſtæ, Trochiſtæ, Simpliciſtæ avarique Chriſticolæ, vulgare illud: ne quid nimis, curæ vobis cordique ſit, nec quiſquam è Vobis tam protervus ſit & impudens, ut falcem mittat in alienam meſſem.

Eò ergò minus ſextò concedendum eſt, ut Materialiſtæ compoſitionem & præparationem medicamentorum affectent, quo major exinde confuſio & turbatio exoritur, dum Pharmacopœi Materialiſtarum innovationibus & avaris detractionibus (ut illis quidem vitio verti nequit) ſe opponunt, neque locum illis indulgere ſolent, unde magna inter illos contentio oboritur, ita ut Magiſtratus Politicus plurimis moleſtiſſimis querelis & Proceſſibus fatigetur & oneretur. Interea, dum quælibet Pars Patronos, Advocatos, Conſulentes, Procuratores & Cognatos ſollicitat, omneſque cogitationes ad obtinendam victoriam aut vindictam ſui applicat, plurimùm ſæpè temporis & laboris in officinis illorum, non ſine miſerorum, & ægrorum, tam Divitum, quam Egenorum detrimentô perire ſolet.

Quamobrem oportet officia non confundi, ſed eſſe diſtincta, ut quilibet ſibi demandata & adſignata negotia; vocationi ſuæ propria, agat & tractet diligenter ac fideliter.

è Gregor. Tholoſ. de Republ. lib. 22. *n.* 9.
Adam Keller de off. jurid. pol. l. 2. *c.* 1.

Atque ſemper inferiores & minus digni cedant dignioribus & præſtantioribus,

id. Keller, *ibid. è Gregor. lib.* 4. *cap.* 10.

Officio alieno nullus uti debet, ſed ſuo tantùm, ne officia turbentur;

juxta text. in l. conſulta divalia, *lib.* 23. *C. de Teſtament. l. quicunque C. de execut. & exact. lib.* 12. *facit & text. in C. ſingula* 89. *diſt.*

& ideo inquit textus

in lib. 3. *C. de Fabricenſ. l.* 11.

quod fabricenſes debent artibus propriis inſervire, id eſt, fabricis, ut exponit *gloſſ. ibid.* It. & alibi punitur, qui alterius officio ſe immiſcet.

l. in provinciis C. de numerar. & actuar. lib. 12. *facit & textus ubi gloſſ. in l. hac parte. C. de prox. ſacror. ſcrin. lib.* 12. *& in l. is quidem. C. qui militare poſſunt lib.* 12.

Facit

Facit item, quia, ut quis alterius exerceat officium, oportet ut ſit examinatus, & fiat de collegio.

quod notat gloſſa in d. l. 3. C. de fabric. lib. 11. Georg. de Cabedo pract. obſerv. 148. *per tot. part.* 1. *quam ſequitur Guil. Anton. de Freundeberg. de reſcript. morat. tit.* 10. *concl.* 68. *n.* 97. *ſeq.*

Præterquam quod culpa ſit immiſcere ſe rebus, ad ſe non pertinentibus,

l. culpa. 36. *ff. de R. I. c. non eſt ſine culpâ* 19. *eod. tit. in* 6. *Pratei in tr. regul. jur. lib.* 1. *tit.* 6. *cap.* 2. *Spruckmann. Conſ.* 27. *n.* 196. *vol.* 1. *Riminald. jun. Conſ.* 335. *n.* 1. & imperitia culpæ annumeratur.

l. imperit. ff. de R. I. Vid. huc pertinentia è meo *Medicaſtro Apella Part.* 3. *c.* 4. §. *Septimò.*

doloque facere præſumitur, qui facit quod facere non debet.

l. tutor: qui repertorium ff. de adminiſtr. tutor. dolo. ff. ad L. Falcid. Menoch. Conſ. 98. *n.* 30.

Quid ſeptimò de multiplicibus & doloſis fraudibus, periculoſis ſtrophis & impoſturis dicam, quæ à Materialiſtis, cumprimis in Emporiis majoribus (ubi plures fraudes, quam in minoribus & communibus civitatibus, obſervari ſolent, ut *Juſtus Reiſſenberg. in Nomotheſiâ Maximil. I. Imperat. de publicis Notariis & Teſtam. mihi pag.* 512. *ex Dauth. in l. fin. C. de Teſtam.* notat) peſſimè exercentur? dum non tantùm antiquas, obſoletas, rancidas & mucidas merces variis artibus & fraudibus exornant iiſque ſplendorem conciliant, ſed &, ut nuper admodum Francofurti ad Mœnum accidit, viliſſimam, invalidam & (prout audit) Bremenſem aliorumque Theriacam, pro genuinâ, & Mithridatium pro Theriacâ divendunt.

Quam egregiè fraudulenti Materialiſtæ à Lanionibus oſſicula cordis bovini coëmere, & pro oſſibus cordis cervi carè ſatis divendere norint, in apricô eſt, hocque Francofurti ſæpius factum fuiſſe inde colligere licet, quòd ejus æque ac aliorum in Veteri æquè ac Renovatâ Ordinatione cumprimis mentio eſt facta, non ſine multæ comminatione.

Quod olea, cumprimis ☍ cinnamomi oleo amygdalarum dulcium, oleum nucis moſchatæ ſebo depuratô aut butyro flaveſcente aliiſque conſimilibus fraudulenter permiſceant, ex unicô olei laurini doliolô bina efficiant, nihilominus tamen unô eodemque aut non multò viliori pretio viris honeſtis minus honeſtè & ſincerè obtrudant, nil novi illis aut inſoliti eſt.

Comuniſſimam & quodammodò pinguem fortè terram pro genuina terra ſigillata Sileſiaca venditare, falſis ſigillis ſignare, caréque divendere, haud abſcondita & reverà commiſſa nequitia eſt.

Pilulis Angelicis Francofurtenſibus Materialiſtæ nonnulli ibidem miſerrimam omninò turpationem inſtituunt, quapropter omne[s] & ſinguli, quibus ſanitas curæ cordique eſt, à [adul]tatitiis & invalidis ejuſmodi pilulis ſibi cavea[nt] è contra verò illas à Pharmacopœis ipſis, u[…] te qui genuinam illarum compoſitionem u[…] poſſident, & deſuper juramenti fide obſt[…] ſunt, tuto coemere poterunt.

Sunt porrò, qui Materialiſtæ cuidam i[…] dicere audent, quòd Schedulis illis theria[…] bus, quas ad officium ſanitatis Deputatis i[…] que Viſitatoribus certô tempore exhiber[e te]nentur, ut ſi probæ notæ fuerint, ſigillo muniantur, non contentus ſit, ſed propr[ium] ſibi ſigillum, Magiſtratus ſigillo ſimillim[um] ſibi effici curaſſet, ut Spuriam Theriacam, [pro] genuina, & Mithridatium pro Theriaca, q[uan]do & quantumcunque voluerit, ſigillare, [ho]minesque perſuadere poſſit, Theriacam [&] Mithridatium illud à Magiſtratu ſignata fu[iſſe;] qualibus ſanitatem ſuffurantibus impoſturi[s cri]minibuſque falſi, ubicunque ſe truſerint, [Ma]giſtratus, juſtitiam amans, ſeriò rigore ob[via]re, in eadem inquirere, negotium hoc m[inimè] inſuper habere & negligere, ſed ubi quid c[om]pererit, abſque ullo Perſonarum reſp[ectu] (cumprimis ſi vel antea vel poſthâc in aliis […] que minus ſincerè egerint,) ſacrâ juſtitiâ n[…] ſtrante viam, punire deberet.

Haud minor impoſtura in Spicâ Indicâ, [San]guine Draconis aliiſque occurrit. Similit[er] trochiſcis viperinis ipſis, qui à nonnullis […] tam ex carne viperina, quàm vitulinâ &c. [præ]parari ſolent, cùm hujus rei celebris qui[dam] Pharmacopœus Patavinus alium in Germ[aniâ] datis literis certiorem reddiderit, adder[e] quòd hâc ratione ex unâ librâ carnis vipera[rum] XVI. libræ trochiſcorum præparari ſoleant[.]

Quodſi pretioſam, nobiliſſimam & ca[…] cam confectionem alkermes penes hunc v[e]lum Materialiſtam examinare vellemus, [b]Deus! quam exigua pars è Gallia Narbo[n…] (unde unicè peti debet) profecta obſervab[…] & loco confectionis ejuſmodi neſcio quid […] gis expediret.

Quâ ratione aſa fœtida aliæque merces, ſi[…] te evanidæ & invalidæ fuerint, renovari po[ſſint] in eô nonnulli eorum exercitatiſſimi ſunt M[agi]ſtri; ita lucri bonus odor ex re qualibet; […] tamen defraudandi ratio, falſas ſc. merce[s pro] genuinis venditare &c. ceu crimen ſtellion[atus] meritò punitur.

Quidam Materialiſtarum fraudulenta [] utuntur arte, quâ ab hoc vel illo Pharm[aco]pœo, qui forte in ipſorum ære erat, res q[ui]dam & merces Pharmaceuticas, h. e. me[dica]menta præparata in ſolutum accipiant, quo[d] ſimilia ultra decuplum, & quod excurrit, cla[…] lum, utcunque res cedat, præparant & e[…] unt: Quodſi jam ob divendita & prohibita [...] præparata Pharmaceutica in jus vocen[tur] ſtatim ſimulando & in ſpeciem do[…]

con[…]

nqueruntur, ipſis minus gratum & proficuum
:, dum hæc talia ſuſcipere cogerentur; hæc
m omnia ex illis eſſe pharmacis, quæ in de-
tu melioris ſolutionis ab hôc vel illô Pharma-
pœô in ſolutum acceperint &c. quæ ſanè ne-
iſſima eſt impoſtura, plurimas easque peſſi-
is inconvenientias & conſequentias indu-
is, eaque de causâ accuratiſſimam inſpectio-
n mulctamque ſeveriſſimam mereretur.

Tandem quam ſincerè & honeſtè nonnulli in
c vel illô locô à 30. 40. 50. pluribusque annis
t mercati, quantasque curas & labores Depu-
i Viſitatores ſucceſſivè (utut fruſtrà ſæpè) im-
nderint, ut eosdem in viam regiam & in ordi-
n redegerint, de eô protocolla & acta hinc
e ventilata teſtantur, quæ notorium indu-
t,

Ludov. Roman. Conſ. 227. *incip. ſpectabil.*
. verſ. quæ quidem relatio, & conſ. 274.
ip. clarum n. ult. verſ. cum igitur ex actis.
rlich. part. 1. *concluſ.* 43. 61. 48.
parte quoque Statuta ſupra allegata. Et
nquam non facilè vexet Diabolus Diabo-
,
. Clerici q. 33.
men eò ſæpius deventum eſt, ut ſoricis in-
ſe ipſos prodiderint, ſibique invicem enco-
cecinerint; de quo tamen alibi, ſi hæc illis
ſuffecerint & ad palatum non fuerint.

Quodſi propterea octavò hæc & ſimilia cen
imò millies perpetrantur, nulla quoque aut
xigua ſpes ſupereſt, hiſce aſuetos aliam in-
m aſſumturos, felesque murium venatio-
intermiſſuras eſſe; hinc ſponte ſuâ ſequi-
quòd, niſi fraudulentæ & manifeſtiſſimæ
nodi exorbitantiæ artesque ad unam
es debitè punitæ, ſed intuitu fortè cogna-
is, munerum oblatorum &c. (prout hoc
qui nummos & divitias tam gravi, ut Phar-
opœi, noctes atque dies, cumprimis ſub
itutione peſtilentiali aliisque temporibus
ulosis ad nutum parati, labore non con-
unt, haud inſolitum, imò juratis quoque
atoribus attentatum eſt) ſuppreſſæ, nec
ribus & aliis auris Judicum benigna com
ata fuerit, non poſſunt non quamplures
e, corporis & fortunæ jacturam ferre: Famæ
em ipſi Materialiſtæ: Corporis tot inno
s & honeſti homines, tam Nobiles, quàm
eji; qui peſſima ejusmodi medicamenta à
rialiſtis conquirendo, emendo & uſur-
o ita ſe corrumpunt, ut ſæpius neſciant,
in hunc vel illum corporis morbum laban-
oque vexentur: Fortunæ, dum ægri ejus-
nummos ſuos in fimeta quaſi abjiciunt,
quod pejus eſt, morbos aliaque mala iis
dimunt; Pharmacopœi autem, utpote
s (ſi Magiſtratus Politicus ejusque Con-
i conniveant, & contra conſcientiam ini-
ndulgeant) ſuperbi & per indecentes ar-
ati Materialiſtæ præponderant, fruſtrà im-
penſis ſuis lites alunt, & nihilominus experiri tenentur, quòd Materialiſtæ in Novationibus ſuis & impoſturis frivolè pergant & medicamenta, ſi non ipſi, per alios tamen, quocunque demum modò corradere & compingere ſoleant &c.

Ut autem nonò genuini & jurati Pharmacopoei Perſonis ejusmodi reſpectu compoſitionis & præparationis juxta ſe locum concedere, imò tandem fortè omninò cedere teneantur, ultimò quoque exinde minus æquum eſt, quoniam Materialiſtæ in Germaniá reſpectu Medicorum & Pharmacopœorum Novitii ſunt, de quibus ante 60. imò pauciores adhuc annos parum vel omninò nihil conſtitit, qui, ubi primùm ſedem ſuam fixerunt, in id tantùm incubuerunt, ut prioribus ſimplicia exotica (unde primùm Simpliciſtæ dicti fuerunt) in groſſô comparare & divendere valerent; donec poſtmodum Trochiſcos de viperis, ut à principiô dictum fuit, ſimiliter diſpenſarint, olea & præparata à Pharmacopœis, ceu Materialiſtæ Francofurtenſes, qui antehac à Johanne Halbſchmidio, Pharmacopœô Hirſchfeldenſi, qui adhuc in vivis, & tres ultra ſeptuaginta annos habet, nundinasque Francofurtenſes per 48. annos viſitavit, talia obtinuerunt) coemerint, nullas verò compoſitiones aut præparationes ſibi arrogarint, niſi quod plures eorum, paucis abhinc annis, turpis lucelli gratia, ea quoque ſibi attribuerint, quæ propriè & unicè Pharmacopœis elaboranda & facienda ſunt, pharmaca ſc. componere, præparare, eademque numerô, pondere & menſurâ diſpenſare &c. quæ omnia Pharmacopoei à viginti & quod excurrit retro ſeculis poſſeſſione hactenus non turbatâ & tranquillâ ſibi vindicarunt, cùm ejus nobiliſſimum etiam teſtimonium perhibeat Sacra Scriptura, dum *Exod.* 30. Deus T. O. M. Moſi imperaſſe legitur, ut ex optimis aromatibus, myrrhâ, cinnamomô, calamo aromaticô, coſto & oleo olivarum, oleum unctionis ſanctæ, ut & ſimiliter ex aromatibus, balſamo, ſtacte, galbanô & olibanô puriſſimô, ſumptis eorum partibus æqualibus, juxta Pharmacopœorum (audi Materialiſta frivole, non juxta Materialiſtarum, ſed Pharmacopœorum) Artem commixtis, pulverem præpararet. Sic *eodem in libro Cap. XXXVII.* Bezaleel, ex illuminatione juſſuque DEI ſingulari unguenta ſacra & ſuffimigia è puriſſimis aromatibus, juxta Artem Pharmaceuticam efficiebat. Rex Aſa lectô ſuô, optimis ſuffimigiis variisque aromatibus, ſecundum Pharmacopœorum Artem ſuffarcinato, imponitur, 2. *Chronic.* 16. Quin & *Nehem. cap.* 3. Hanania, ceu Filius Pharmacopoei laudatur. In *Cantico Canticorum cap.* 3. §. 6. Pulveres & *cap.* 1. §. 13. hortuli aromatici Myropolarum extolluntur. *Syr.* 49. legitur, quòd nomen Joſiæ inſtar ſuffimigii è Pharmacopoliô petiti ſit, & *cap.* 30. teſtatur idem Syracides, quòd Deus T. O. M. de terrâ creaverit medicinam, & quòd myropola

(μυρεψὸς unguentarius, non Materialiſta, Trochiſta aut Simpliciſta) exinde pharmaca efficiat. Sanè ſi Materialiſta hic vel ille ejusque Filius tantum ejusmodi teſtimonium è Sacris pro ſe allegare poſſet, dubiò procul turbas majores excitaret, quàm felis ſacco incluſa.

Novem hiſce argumentis totidem alia opponere ſatagunt Materialiſtæ, ſc.

1. Mercaturam illorum liberam omninò eſſe, quæ non minus intra, quàm extra Imperium Romano-Germanicum, in omnibus Emporiis cuivis, ſine reſtrictione, ſit conceſſa.

2. Penes Pharmacopœos ſæpiſſimè, tam in præparatione, quàm diſpenſatione medicamentorum, non magis juſtè & legitimè, ac penes Materialiſtas, peragi.

3. Quamvis Materialiſtæ Artem Pharmaceuticam non ſemper ipſimet didicerint, attamen verſatiſſimos illos Laborantes & famulos Pharmacopœorum ab illis ali, qui medicamenta ipſis, vel ingratiis Pharmacopœorum, præpararent.

4. Plurimas ipſis relinqui merces, Emptores non invenientes, quas, ut à vermibus corroſas, propter vetuſtatem aliosque defectus aliis obtrudere nequeant; ne verò nimium inde detrimentum caperent, neceſſariò exinde olea, extracta, magiſteria &c. ab iis præparanda eſſe.

5. In Statutis Francofurtenſium aliorumque Pharmaceuticis Materialiſtis non tam Præparata ſimplicia, v.g. olea cinnamomi, nucis moſchatæ, caryophyllorum &c. it. magiſterium perlarum, corall. &c. Extractum rhab. croci, hellebori &c. Flores ♁. ſulphur. &c. ſed compoſita tantùm interdicta eſſe.

6. Non rarò peregrinos omninò Laborantes tolerari, iisque, ut deſtillationes aliosque labores Chymicos exerceant, indulgeri; quamobrem igitur ſibi, tanquam Indigenis, ac publico ærario, ſive Fiſco mage proficuis, idem non æquè licitum foret?

7. Tempore nundinarum omnibus peregrè advenientibus Exteris minusque juratis Materialiſtis conceſſum eſſe medicamenta compoſita æquè ac præparata divendere; cur ergò Inquilini minoris & deterioris conditionis eſſe, duriusque quàm Exteri haberi debeant?

8. Se medicamenta, à ſe ipſis aut famulis ſuis præparata, Emptoribus viliori pretio concedere poſſe: quod in cujusvis commodum & emolumentum cedat.

Tandem 9. In Præparationes illas multum curæ & laboris impendendum eſſe, adeoque boni publici ergò easdem ſuſcipi; ſe paratos eſſe, totum ſuum commercium cuivis Pharmacopœo, qui illud ſuſcipere, omnesque merces, eodem, quo primum coëmtæ ſunt pretio, intra decem, plus minus, annos, per terminos ſemeſtrales (annuatim quinque pro centò) ſolvere vellet, jure emtionis & venditionis cedendi & relinquendi.

Ad primum verò, quod ſc. Materialiſta
commercium liberum, & absque ulla reſtri
ne in Imperiô Romano licitum ſit, ut reſp
deatur, ſcire primò deſiderarem, quisnam
privilegio quodam donaverit, & libertatem
ceſſerit, & quidem abſque ulla reſtrictione,
quisnam plures illis immunitates & prærog
vas impertiverit, quàm Sutoribus, Sartor
& Operariis? Quis illos tam prorſus ἀβασ-
τυς, exreges & exleges conſtituerit? Quis
illis indulſerit, ut mercaturam ſuam, hoc
æquè minus, ac porcis monilia è margaritis
flata, convenienti additamento exornare
augerent, ſicque ſimul Pharmacopœos age
Quis non videt ex hac illorum objectione,
gallum ægrè foribus inſiſtere patiantur, ſ
commercii intuitu, Magiſtratus Civilis
dictioni, Statutis atque Legibus lubenti
ſubducere velint, & Baronatum quaſi affec
Ubi ejusmodi commercia, imò, quæ talia
gis paraſangis ſuperant, Facultates ſummo
ctorum Gradus reperient, eâ quidem libe
& immunitate gaudentia, ut certis limitibu
nus reſtricta & incluſa ſint? Inſpiciant O
tiones Pharmaceuticas, an Doctoribus M
cinæ, qui tamen ab Imperatoribus & Re
ſummis privilegiis donati ſunt, conceſſu
pro lubitu ſuo quævis audere & ſuſcipere?
tiquam. Inſpiciant Receſſus Imperii & C
tutiones Politicas de annis 1548. & 1577.
ſervabunt, quod omnibus Magiſtratibus
tio & inſpectio aromatum & ſuffimento
quorum plurima à Materialiſtis coëmu
commiſſa ſerioque injuncta ſit. Unde erg
terialiſtæ ſibi perſuadent, quod poteſtate
beant commercium ſuum & mercaturam
detrimento aliorum extendendi? Quis i
get iis, ut in agro rapis conſito, omnia ſuſq
que vertant, & ſine jure, ſine legibus, ſin
nis, ſine vinculis oberrent? genuinas n
adulterent? quid pro quó (merdam pro
mo) diſpenſent? fraudes & impoſturas
lucelli gratiâ committant & ita ſe corp
animâ Magiſtro Impoſturæ, ſc. Diabolo
cipent? Vah egregium liberumque com
cium, hujusque honeſtum ſodalitium! Se
nunquam non pro Mercatoribus vend
Jam autem Mercatores à Magiſtratu Civil
ſubjecti ſunt, leges accipiunt, tam quoa
tium, quàm ſelectum & bonitatem mer
De bonitate mercium jamdum actum fui
tium verò quod attinet, fœnoris illorum
piſſimi lucri ſcriptis quoque exarata co
proſtat. Ut hâc vice de aliis non dicam,
Nobiliſſimi Senatus Francofurtenſis ad
num diſpoſitionem liceat hâc vice allegar
anno 1623. publicata & Typis expreſsâ
pag. 18. ſub Rubricâ Mercatorum ita
Quoniam emtio harum vel illarum mer
fere diverſa eſt, hinc non benè fieri potu
hâc vice omnibus certa taxa aſſignai
Interim hi omnes & ſinguli impoſterum
"

ercibus quibuscunque, ſupra illud pretium, ô primitus ſub emtione conſtabant, & quod eas huc deferendas impendi debebat, ultra tavum obolum lucrari non debent, non mi- s omnes & ſinguli, ſi requirantur, primam emtionem, quanti illa conſtiterit, teſtimo- s fide dignis, vel pro rei exigentia, corporali amentô aperire & demonſtrare teneantur, ue ſub pœna confiſcationis, aut pro circum- ntiarum ratione, aliis quoque ſeriis & cer- imè ſecuturis mulctis &c.

Quod verò conſtitutio hæc & præceptum erialiſtas etiam concernat, ſecundò inde cludimus, quoniam ſtatim & immediatè brica de Pharmacopœis ſequitur, his verbis: ia ſummæ æquè ac infimæ conditionis ho- nes multùm refert, ut convenientibus bo- que Medicamentis, ſimplicibus & compo- s probè inſtruantur &c. ita autem concludi- : Cumprimis autem, ne ægri à Pharmaco- is nimis emulgeantur, Deputati atque Me- i ſedulò caveant &c. Hoc quidem æquum ſanaque dictitat ratio, quòd Mercatoribus t aliquid in venditione mercium lucrari, eas- carius nonnihil, quam redemerant, diven- : aſt commercio illorum certi limites ſunt i, nec ullo modô liberum ipſis eſt, ut tam easdem diſtrahant, ac ipſis placuerit; huic primò ſacra ſcriptura contrariatur, utpote *Levit.* 25. §. 34. inquit: Si Proximo tuo quam vendideris, aut ab illô quidpiam coë- s, nemo fratri ſuo imponere debet &c. & *eſſal.* 4. §. 6. ne quis ſupergrediatur neque mveniat in negocio fratrem ſuum &c. qui- m dictis concordat, quod *Ezechiel cap.* 12. *Syrac.* 5. § 2. 3. *it. cap.* 26. §. 37. *Cap.* 1. 2. habent. Secundò communi vitæ re- contrariatur: Quodcunque vultis, ut fa- vobis homines, & vos facite, illis *Matth.* 7. quæ ab Ethnicis ſæpe aliisque infidelibus ibus quoque magis obſervantur ac à plurimis noſtris Mercatoribus. Tertiò, baptiſtæ exemplô ſuô in contrarium ſtare t, qui omnia tolerabili & exiguô pretiô dunt, & in faſciculum panni, aliquâ in parte ti aut lacerati, tantum auri vel argenti in- t, quantum ad damnum reſarciendum ere exiſtimant, ſicut de hiſce aliisque plu- fusè eleganter agit & diverſas Mercatorum abilium objectiones refutat

Ludov. Dunte in Deciſ. Caſ. Conſc. c. 10. *quæſt.* 95.

Obj. quod ſc. penes Pharmacopœos in ratione medicamentorum non ſemper candidè & ſincerè omnia procedant, re- emus, quod, ut nullus omninò Carpen- reperitur, qui non quandoque extra or- vagetur, ita nullus in hôc universô ſtatus, vocatio eâ puritate gaudet, ut non quan- error aliquis committatur, pro cujus qua pœna quoque illis eſt dictanda. Et eam m ob cauſam, ut in officinis Pharmaceu- ticis major æquitas & juſtitia obſervetur, ipſis- que Pharmacopœis fides adhiberi poſſit, pluri- mis in locis ſpecialibus juramentis obſtringun- tur, quæ Materialiſtæ haud rarò, ſi ob bonum publicum, ut æquum erat, eosdem pariter in or- dinem redigere voluerunt, ex conſcientia ma- culata & quia ſcabies lixivium abhorret, ſubter- fugerunt & ad liberum commercium, h. e. de- fraudandi beneplacitum provocârunt; aſt, ſi Magiſtratus Politicus ſibi poteſtatem convenire exiſtimat, ut Medicis & Pharmacopœis certas leges præſcribat, eosque intuitu profeſſionis ſpecialibus juramentis devinciat, cur non & Ma- terialiſtas, utpote qui Status & Vocationis in- tuitu multò inferioris ſunt conditionis, in ordi- nem redigere, juramentô obſtringere & ut me- dicamenta minus adulterarent ſimpliciumque tantùm curam gererent, nec falcem in alienam meſſem immitterent, ſed Statutis loci in omni- bus obtemperarent, obligare valeret?

Quivis Magiſtratus potentiam habet, imò juxta Mandatum Divinum & officii rigorem te- netur & obligatur, ut omnibus fraudibus & con- fuſionibus obviam eat, tempeſtivè easdem peſ- ſundet, & in caſu neceſſitatis leges & ſtatuta (ut- ut illa penes Anteceſſores non obtinuerint, ut- pote quibus ſpecies hæc & modus defraudandi prorſus incognitus fuit) ſanciat: Ex malis enim moribus naſcuntur Leges; nec eò eſt reſpicien- dum, an in aliis quoque locis idem obſervetur, nec ne? ſiquidem jamdum Statuta unius loci non eadem ſunt, quæ alterius. Hæc autem in- ſpectio & vigilantia valdè erat neceſſaria, quò juxta tria juris univerſalis præcepta honeſtè vi- vatur, nemo lædatur, & ſuum cuique tribuatur. Quicunque igitur Magiſtratus Politicus hoc non obſervat, conſcientiæ ſuæ & officii obliviſcitur, & de eô, tanquam famulus DEI (NB. famulus ſeu famula, in cujus arbitriô non locatum eſt ali- quid facere vel omittere) ſuô tempore IN DIE ULTIONIS

Exod. 32. *circ. fin.*

non tantum rationem reddere tenebitur, ſed & pœnam dabit certò inſecuturam: cumprimis, ſi forte unus aut alter, ſive intuitu favoris, ſive ob perditiſſimam corruptionem lucrumve ma- lum approbat, è tenebris lucem, & ex auſtero dulce efficit *Eſai.* 5. ut enim flamma ſtipulas conſumit, ita radix eorum computreſcet, & ſur- culi illorum evaneſcent, ut pulvis. *ibid.* Ille eſt Fabricius, qui difficilius à juſtitiâ ſuâ, quàm Sol à ſuo curſu dimoveri poteſt, ajebat Pyrrhus, cùm ipſi dona offerret, Fabricius autem, tanquam ſinceræ & apertæ fidei vir illa recuſaret: ſiqui- dem nulli magiſtratui, vi officii, cui præſidet, dona acceptare licet, neque ante neque poſt la- tam ſententiam; idque ob prægnantes cauſas, ut ſc. omni ſuſpicioni anſam præſcindat, neque cor ſuum acceptationi munerum aſvefaciat, quas

M. Lud. Dunte in Deciſ. caſ. conſ. c. 18. *ſect.* 3. *qu.* 4.

è Broch-

è Brochmanno aliisque allegat; quemadmodum hâc in parte omnibus Judicibus exemplo eſt Judex & Propheta Samuel,

1. Sam. 12. §. 3.

Aurum quippe ſi placet, vitium certè non longè abeſt.

Martin. Monter. in præfat. ad lect. ſuper deciſ. ſub n. 37. Wilh. Anton. in Tract. de Reſcript. Morator. conſult. 9. ſub cit. nn.

Ad III. Obj. quòd ſc. ſi ipſimet (Materialiſtæ ſc.) Artem Pharmaceuticam minus didicerint, Famulos in Arte illa verſatiſſimos Laboratoresque Chymicos alant, reſpondemus, hoc ipſum primo in ordinationibus Norimbergenſibus, Francofurtenſibus aliisque ſanitatis curam concernentibus expresſè prohiberi, ita quidem, ut neque ipſi, neque famuli illorum compoſita, cujuſcunque etiam ſint nominis, præparare debeant. Secundò, quî ceu Artis Pharmaceuticæ prorſus ignari Idiotæ dijudicare poterunt, quinam famuli & Laborantes in Arte Pharmaceuticâ probè verſati ſint, qui huic vel illi Pharmacopœo æquiparandi ſint; ſiccine cœcus de coloribus judicare valet? Tertiò, poſitô Laborantes, juxta Materialiſtarum ſuperſtitionem, in præparatione medicamentorum ſatis verſatos eſſe, attamen præparatio medicamentorum illis omninò prohibita eſt, niſi à Deputatis ejus licentiam obtinuerint, & quòd Artem ſuam legitimè & ſincerè exercere velint, ſtipulati fuerint.

Laudatiſſimum Collegium Medicum *Auguſtanum*, cujus *Pharmacopœiam* Senatus Francofurtenſis aliis Medicis, Pharmacopœis &c. normæ & regulæ inſtar eſſe jubet, de eô *in Præmonitione in Mantiſſ.* ita loquitur: Ad monitos Pharmacopœos volumus, ut ipſimet manus carbonibus inferant, furnulis adſtent, ignem moderentur, & indubitati medicamentorum Parentes exſtent, vel ſi hoc interdum minus ſtudioſè obſervare poſſunt, ea perito in Arte Spagyricâ & fallere neſcio Magiſtro, minimè verò inerti & avaro Cinifloni præparanda committant; cauſam quam addunt hæc eſt: Anima eſt, præſertim medicamentorum Spagyricorum, recta elaboratio, quæ ſi dubia ſit aut imperfecta, ſcopum ſanitatis ſibi præfixum, nec Medicus conſulendo, nec Æger obſequendo attingit &c. Ex eleganti hâc & proficuâ admonitione quivis ſemiprudens hariolari poterit, nemini, niſi Expertis unicè Pharmacopœis & approbatis Magiſtris, qui neque errant, neque fraudes committunt, præparationem medicamentorum (Chymicorum cumprimis) licitam eſſe, quibuscum Materialiſtæ nihil commune habent, cum ne verbô quidem illorum mentio fiat, utpote quorum objectum in Commerciô tantum crudorum materialium, non verò ulla alia re conſiſtit. Porrò *Conſtitutio Norimbergenſis Statuto XXXI.* ita loquitur: Sub eâdem pœnâ Deſtillatoribus, quibus deſtillationem (NB.) conceſſimus, prohibitum eſto,

omnia purgantia aliaque medicamenta, c
rum præparatio Pharmacopœis tantùm c
petit, divendere. *It. Stat. XXXII.* Cum
exiguæ querelæ de quibusdam Pharmacop
clancularíis aliisque locis ad Nos delatæ ſi
quibus olea deſtillata, aquæ vitæ, quæ Pha
copœis unicè conveniunt, it. Syrupi purga
electuaria ſine Arte & Marte præparata, ſp
aromaticæ, rotulæ & morſuli ſimiliaque
gantia, omnibus ſine diſcrimine, ſive illis
ſint, ſive noceant, diſpenſantur & vendur
hinc & illa abrogata volumus & ſub pœn
florenorum, quos illi, qui ſine præſcitu n
ſimilia medicamenta divendunt, irremiſſ
ter exſolvere debent, hiſce prohibemus.
rius adhuc & dilucidius *Ordinatio Pha
ceutica Francofurtenſis &c. Tit. VIII.*
Alchymiſtis, Paracelſiſtis & Laborantibu
quenti ratione: Vera Ars legitimæ & ger
Alchymiæ, quâ è vegetabilibus, animalib
mineralibus vires ſubtiliſſimæ, ſpiritus &
tiæ à corporibus illorum ſeparantur & ad
ſervationem non minus, quàm reſtitution
nitatis humanæ adhibentur, præſtantiſſi
DEI omnipotentis donum eſt. Quaprop
milia medicamenta è Pharmacopoliis no
bus, uti hactenus, ita & impoſterum à Pr
tibus, eaque callentibus præſcribi & in uſu
hiberi poterunt. Paracelſiſtæ verò, vul
dicti ac Ciniflones, qui veræ & antiqu
Medicinæ ignari ſunt, ſed eandem parv
dunt, ac ingentes arcanasque Artes fals
pant, turpis lucelli gratiâ reculas quasda
nimis etiam impenſis (ut curta illis eſt ſu
nec multum eò impendere valent) dom
parare, easque frivolè & absque ingeni
piſſimè etiam cum damnô irreparabili,
bus ægris, eôdem modô, non obſtanti
verſis omninò & arduis circumſtantiis
carè obtrudere ſolent. His fraudulentia
pœnâ 10. florenorum, quotiescunque e
tuitu convinci poterunt, interdicta eſto.
in probè conſtituta politiâ nulli Mercato
riario conceſſum eſt, ut Sutores in offic
alat, nec iis qui ſaccharum clarificant,
ciariorum inſtar, varias confectiones ſac
ceas efficiant & divendant, neque Oen
ut juxta cum Vinô, puriſſimô & genuinô
tia, adulterina & minus ſana vina diſtraha
ſed, ubi talia perpetrantur, non immeri
hibentur, & pro illorum conditione puni
Ita quoque inter Pharmacopœos & Ma
ſtas idem obſervari debet. Quodſi etian
que Aromatariis, neque Dulciariis aliis
milibus permitteretur, ſed in Statutis e
prohiberetur & interdiceretur, ne ea, q
priè ad curandos ægros in Pharmacopo
ſervanda, officinis ſuis infererent & ven
ponerent: E contrà verò Materialiſtis i
dulgeretur, quid quæſo emolumenti,
latii inde redundaret in Pharmacopœ
ſextò, ſi Materialiſtis ipſis medicamer

:parare, ſive componere minus licet, ut
ɔdò demonſtratum eſt, ita neque illis con-
ſum erit, ut per alios hoc efficiant, cum
od quis per alium facit, id ipſe feciſſe videa-
. Tandem 7. licet Statuta Materialiſtis mi-
s ſint adverſa, attamen medicamenta deſtil
a aliaque ratione præparata neutiquam in mi-
re quantitate, ut idem Pharmacopœis, jux-
tenorem Electoralium & Liberarum Civit.
perialium Statutorum licet, infra quartam
ræ partem ſeu VIII. Lodones, divendere
terunt.

IV. Obj. quid cum obſoletis, evanidis vi-
uſque mercibus agere deberent, niſi olea de-
lata exinde prolicere; aut alia ratione illa
æparare liceret? riſum magis, quàm applau-
n meretur. Quàm egregia enim erunt olea
extracta inde parata? Omnes enim Stulti,
dum ſanæ mentis homines probè norunt, ex
, in quô neque cutis neque pili quid valent,
iſſimè bonæ notæ pellem fieri; & Vos inſulſi
aterialiſtæ (vel Marteliſtæ potius, utpote ma-
ialia mille modis vexare & martyriô qſ. affi-
e nôſtis) Vobis imaginari non dubitatis, ali-
facile credere, è veſtris elumbibus materia-
us mercibuſque nullius valoris bonæ notæ
a, extracta & ſimilia parari poſſe. Inſpicite
gatas Ordinationes & Statuta, eaque diligen-
percurrite, & obſervabitis vobis injungi, &
t ab evanidis, inutilibus & exoletis mercibus
mninò abſtineatis, genuinis autem & opti-
æ notæ ſimplicibus acquirendis ſummè ſtu-
eatis. Quodſi autem eas merces, quas nul-
s omnino coëmere ſatagit, in olea, extra-
& ſimilia tranſmutatis, ſanè nemo non vi-
digitiſque quaſi calculare valet, quòd non
am ob cauſam præparationi nullo jure Vobis
tæ inhæreatis & inhietis, quàm ut evanidas,
oletas & ſpurias veſtras merces, non minus,
electas, divendere honeſtiſque hominibus
trudere valeatis; nec obſtat, quod hoc pro-
rè & feliciter Vobis ſuccedat, ſiquidem non
a hæc proſperitas, fortuna & benedictio
vina eſt, dum

male quæſitis non gaudet tertius hæres.

Interdum equidem hic vel iſte proſperos re-
n ſuarum ſucceſſus experitur: Aſt in fine vi-
ɔitur, cujus toni; & ſi illis, qui juxta XXXVII.
vidis Pſalmum, honeſtè ſe ſuſtentant, tan-
n proſperè omnia ſuccedere debent, iis è
ntrà, qui prohibitis mediis ſe ſuoſque alunt,
dem malè erit, & certum fortè infortunium
iberos & nepotes illorum derivabitur. Con-
riorum namque contrarii ſunt effectus &
ntraria ratio
l. qui accuſare. ff. de accuſat. & l. fin. ff. de
lumniator. Nic. Everhard. loco arg. legali
n. 7.

Ad V. Obj. quòd ſc. in *Ord. Pharmac. Fran-*
urtenſium aliorumque præparatio Compo-
rum tantum illis prohibeatur, reſpondemus,
pecie quidem hoc compoſitum vocari, ſi
medicamentum cùm medicamento, aut cum
medicamentis componatur: Interea tamen in
genere quoque illud eſt compoſitum, ſi ſimplex
aliquod, cum aliô ſimplici, v. g. ſpir. vini cum
rhabarb. conjungatur, aut componatur, extra-
ctum aliquod præparetur &c. ita, ut de hujus ge-
neris compoſitione, ad Artem Pharmaceuti-
cam, unde primum exorta eſt, propriè ſpectan-
te, Materialiſtæ quoque non debeant eſſe ſolici-
ti, ſed ingratiis etiam ſuis Pharmacopœis (quibus
juxta *Ordinationem Electoralem Moguntinam c.* 7. §. 1. illa tantùm cognita eſſe debet) re-
linquere teneantur; idque eò magis, quia alle-
gata ſimplicium præparatio longè artificioſior
& difficilior, imò & periculoſior eſt, quàm com-
poſitio & præparatio Theriacæ, Mithridatii, Au-
reæ Alexandrinæ &c. quæ ipſæ Materialiſtis ta-
men æquè minus licitæ, ſed prohibitæ ſunt, *vid.
Ord. Pharm. Francofurt. Tit.* 4. *ſ.* 3.

Quodſi ergò faciliores hæ præparationes illis
permiſſæ non ſunt, multò minus arduæ magis &
difficiliores illis erant indulgendæ, juxta Regu-
lam à minori (à quô ſumptum argumentum eſt
fortiſſimum, frequens, ac utile:) Cui non licet,
id quod minus eſt, utique nec licebit, id quod
plus eſt: & minus cui prohibetur, multò magis
id, quod magis eſt, interdicitur. Adhæc quid
opus eſſet ſive Pharmacopoliis, ſive Pharmaco-
pœis iis in locis, in quibus Materialiſtis non tan-
tùm poſt exhibitionem teſtimoniorum fide di-
gnorum aliorumque documentorum ſcriptis
exaratorum (qualia allegata *Ordin. Francof. d.
l.* requirit) compoſita præparata, ſed & pro lubi-
tu ſuo varia ſimplicia præparare & divendere li-
ceret?

Dum VI. Materialiſtas malè habet, quòd in-
terdum peregrini Laboratores eorumque præ-
parationes tolerentur, certum eſt, quod Extra-
cta, Magiſteria, Spiritus, Eſſentias & ſimilia è cor-
poribus ſuis elicere, talia medicamentorum ge-
nera ſint, quæ ad Materialiſtarum officinas non
ſpectant, ſed ut *Ordin. Pharmaceut. Franco-
furt. Tit. VIII. §.* 1. teſtatur, Pharmacopoliis
relinquenda, & ab Expertis Medicis inde præſcri-
benda ſunt. Quod autem Laborantes in ſpecie
concernit, hi illis in locis, ubi politiæ, imò &
pharmacopolia probè conſtituta reperiuntur,
non ſimpliciter & abſolutè, ſed tum demum to-
lerantur, ſi, ut alibi dictum, 1. Genuini, ſi 2. exer-
citati & 3. à Dnn. Deputatis licentiam obtinue-
rint; adhæc 4. Artem ſuam ſincerè exerceant,
& tandem 5. merces ſuas Pharmacopœis aut
Materialiſtis æquô pretiô divendant. Quotus-
quiſque autem è Materialiſtis aut eorum famulis
& Pharmacopœis clandeſtinis eſt, qui ſive deſtil-
lationis, ſive præparationis ſuæ licentiam
prius à ſuperioribus deſideret & obtineat?
Pharmacopœus ſanè Genuinus & in Arte
probè verſatus corporale juramentum de-
ponere, famulus & miniſter ejus autem ſti-
pulatâ manu promittere tenetur, ſe omnia
medicamenta dextrè & ſincerè præparaturos

eſſe, ut ægri, ſive ſupremæ, ſive infimæ ſortis, ſive pauperes, ſive opulenti ſint, extra omne periculum ſecurè vivant: Nonne igitur ſumma eſſet injuria, Materialiſtis æquè ac Pharcopœis præparationem medicamentorum indulgere, priuſquam, ad inſtar peregrini Pharmacopœorum famuli, ſtipulata tantùm manu promiſerint, nedum, ut ratio identitatis ſummaque æquitas requirit, ſimiliter jurarint? De Lucifugis Noctuis, Laborantibus, Bacchantibus & Clandeſtinis Pharmacopœis hac vice non dicam, utpote qui, ut

Ananias Horrerus lib. cit.

perhibet, interdum pro Amomo Ammoniacum, pro apio opium, pro enula eſulam, pro conſerva roſarum electuarium roſarum, pro turbith vulgari turbith minerale &c. & ita venenum pro pharmaco recipiunt, caſſiæ exoletæ diagrydium & pilulis evanidis vitrum antimoniii miſcent, perinde eſſe putantes, an vaſa munda ſint an ſordida, plumbea an vitrea, orichalcea an terrea; aperta, an muribus, muſcis & araneis excludendis cooperta? an herbæ fumo atque pulveri ſub tecto exponantur, à muribus, rattis & cattis conſpurcentur, aut in ſcatulis mundis conſerventur? it. an medicamenta cum abominabili ſyrupo Hiſpanico aut melle, an verò ſaccharo optimo edulcorentur.

Quapropter illi, qui fortè Daniſtico generi aut ineptos, avaros & lucripetas ejuſmodi homines eorumque temeritatem alunt & fovent, vel & prece aut precio ſe corrumpi, infatuari & ſeduci patiuntur, probe perpendant, quàm ſcienter iniquè agant, quantoperè bonum publicum & Rempublicam diſcrucient, quam ſeverè contra propriam exiſtimationem agant, quam facilè Liberis ſuis odium aliquod & damnum ſuſcitent, quàm certè omnia inde propullulantia infortunia, damna & incommoda in conſcientiam ſuam & animam redundatura, & quàm acerbè omnia tandem aliquando expiaturi ſint.

Quoad VII. Obj. Tempore nundinarum Exoticos & minus juratos Materialiſtas, eorumque negotiationes tolerari; illud quidem de nihilò non eſt, aſt his nundinalibus nihilominus, juxta tenorem Statutorum Norinb. Francofurtenſium aliorumque inefficacia & præparata medicamenta divendere non licet. Ad hæc negotiatio illorum vix 8. aut 14. dies durat, quamdiu ſc. nundinæ celebrantur. Inquilini verò Materialiſtæ, qui illicitis compoſitionibus & præparationibus inhiant, impoſturis ſuis aliis nunquam non infeſti & damnoſi ſunt. Sic & iis in locis? ubi Pharmacopœi jurati vivunt, tempore nundinarum peregrini quoque Pharmacopœi ſubinde reperiuntur, qui illic commercia exercent, nihilominus idem Inquilinos deterioris conditionis homines non reddit.

Quænam VIII. Pars medicamenta præparata & compoſita viliori pretio vendat, in quantum medicamenta legitimè & debitò mo[...] præparata concernit, adhuc incertum eſt. [...] liqua autem, quæ fraudulenti Materialiſtæ al[...] & in Officinis ſuis, Laboratoriis & Pharma[...] poliis clandeſtinis venum exponunt, viliori [...] que quam Pharmacopœorum pretio dive[...] poſſunt: Cur hoc? quia nequicquam val[...] Nihil autem valent, quia aut ex evanidis ing[...] dientibus parantur, ut in reſp. ad obj. VIII. [...] ctum fuit, aut in præparando illud, quod a[...] debebat, non additum, aut debita diligentia [...] hibita non fuit. Hinc licet medicamentum [...] nuinum penes verſatum & juratum Pharma[...] pœum pluris æſtimetur, quàm ſpurium pe[...] Materialiſtam, qui pro lubitu idem conſarci[...] attamen illìc tutius & certius procedimus, & [...] conſequentiam prudentius agimus.

Tandem ut IX. Obj. ſatisfaciamus, exer[...] loco quaſi eò tendit, ut ob oculos ponant, q[...] intra decennium proximè elapſum comme[...] ſuò lucrati ſint, & quid in decenniò proxim[...] cuturo adhuc ſe lucraturos ſperent? Aſt teſ[...] demus, Materialiſtas tam ſimplices non eſſ[...] aliis ſtatim manifeſtent, quot & quanta capi[...] intra decennium coacervarint? quin imò, q[...] ſibimet invicem hæc & alia ægrè aperiant, a[...] eorum & ſubſellia ſublimia teſtantur, quæ ir[...] diunt, ne tam facile libros illorum quis inſpi[...] valeat. An verò ſeria illorum voluntas ſit, [...] commercium ſuum in alios tranſmutar[...] transferre velint, incertum adhuc eſt; ut[...] que verò res ſe habeat, facile hoc Pharmacc[...] is offerre valent, utpote cum probe ſciant P[...] macopœum quendam tantum nummoru[...] Pharmacopoliò ad minimum hauſtorum) [...] poſſidere, ut totum ejuſmodi commerciun[...] cipere valeat, cariſſimis cumprimis hiſce [...] poribus, ubi, niſi ſtatim in momentò ter[...] ſolutionis cum burſâ accederet, ſtatim m[...] fierent & Debitorem peſſundarent. Ut [...] am, quod, ſi tranſportatio ſeria ſit futura, [...] mas magiſque pretioſas merces facile abſcc[...] re, & aliò tranſmittere valeant, quò per fas n[...] que reſpirare poſſint. Practica eſt multi[...] hoc qui non credit, eſt ſimplex, &c.

Cenſura & Approbatio Facultatis Me-dicæ Moguntinæ.

P. P.

LIteras Tuas, Honoratiſſime Domine [...] cum binis Exemplaribus ſolidarum [...] rum Reſponſionum, ad 4. Quæſtiones [...] Præparatione & Compoſitione Medicam[...] rum, Nos infra nominati die 24. (14.) huj[...] ne obtinuimus, diligenter perlegimus & pe[...] dimus: Reſponſionis locò modò addentes, [...] eaſdem haud aliter reſolutas eſſe invenerim[...] ſana ratio, ut & allegatæ eæque optimè f[...] tæ rationes, S. Imperii Receſſus, Elect[...]

ɔguntina aliáque Statuta ſeu Conſtitutiones, ɩcum æquitate dictitant;

Quapropter eædem, tanquam neceſſariæ ɔroficuæ Nobis apprimè placuere, noſtraque ɔrobatione, quam hiſce teſtamur, digniſſimæ ɛ fuêre. Quod Dominum celare nolui- ɩs, Divinæ Nos protectioni utrobique com- ɩndantes. *Moguntiæ die* 26. (16.) *Auguſt.* ɩ. 1646.

Excell. T. Amici & ad mutua Humanitatis & Benevolentiæ officia paratiſſimi,

Decanus, Senior, Doctores & Profeſſ. Med. Facult. in Univerſ. Moguntinâ.

ɩdicium & Reſponſum Facultatis Medicæ Marpurgenſis,

Vir Nobiliſſime &c.

ɩPiſtolam Tuam, juxta cum adjecta Reſolu- ɩtione Quæſtionis:

An ɩterialiſtis medicamentâ præparare liceat?

ɩinuimus, ſedulò perluſtravimus, & ad hæc ɔondemus, de jure Pharmacopœis tantùm ɔmpetere, nulla verò ratione Inſtitoribus ɩaterialiſtis; quemadmodum & Sereniſſimi ɩſiæ Principes, jam à centum, & quod ex- ɩit, annis, in territoriô ſuo nemini, niſi ɩrmacopœis, ut medicamenta præparent, ɩceſſerunt, ut adeóque juxta ductum ſtatu- ɩm noſtrorum vix aliter decidere poſſimus, ɩm Materialiſtis neutiquam competere, ut medicamenta præparent, ſed hoc Pharma- ɔœis unicè relinquendum eſſe; quod hiſce ɩrre voluimus. Sign. *Marburgi die* 7. *Ja- ɩrii A.* 1644.

Decanus & Profeſſores Facultatis Medicæ Marburgenſis.

CASUS XXX.

DE IJUDICANDA FORMULA ɩONCINNA, AB EMPIRICO PRÆ- ɩCRIPTA, ET DECLINANDA DIS- PUT. CUM EMPIRICIS.

ɩſponſum Facultatis Medicæ Hafnien- ɩis; deſuper purgante à Patre S. J. in- concinne præſcripto.

ANno 1650. Cal. April. juſſu Illuſtris & Generoſi DN. CHRISTIANI THOMÆI STOUGARD, Reg. Maj. Cancellarii ac ɩgni Daniæ Senatoris Primarii, Academiæ ɔrdinis Literatorum Conſervatoris, Optimi, in Conciliô Medicô exhibita eſt hæc formula medicamenti:

℞. *Salapii*
agarici ana ℨij.
Gingiberis ℨß.
infund. in lib. ij. Mulſi horis XXIV. tranſcola, Collature adjunge
olei ſucc. ℨj.
enuſci gr. j.
croci ℨß.
Doſ. ℥ij. alternis diebus.

Heri veſperi horâ 5. veſpertinâ exhibita 3. Novembr. 1648. pro Daniele Zöllnero, & ſimul propoſita quæſtio: An hoc medicamentum à bonô & approbatô Medicô præſcriptum cenſeri poſſet?

Et quanquam medicamenta meritò cenſeri debeant Dei manus: Interim tamen non poſſunt, niſi iis rectè utentem nacta fuerint: In hoc verò medicamentô cùm variorum & diſparium mixtio & confuſio appareat, non unô nomine ſæpe periculoſa; & in liquida colatura olei commiſtio merito ſuſpecta haberi debeat, & legitimæ methodi non ſolitarum formularum neglectus obvius ſit; quin idem diverſis morbis & diſſimilibus indicationibus præſcriptum narretur, quaſi Catholicum, non à rationali, bono, aut probato Medico præſcriptum eſſe judicatum fuit.

Sub Sigillo Facultatis Medicæ.

(L. S)

Apologia Empirici.

NIhil decreveram ad hoc judicium reſpondere: tum quod improbat illud, cujus præſcriptionis finem ignorat: tum quod nullo rationabili nitatur fundamento. Quia tamen D. Comes de Rebolledo (cui hoc judicium oblatum fuit) affirmabat reſponſionem à me, nomine Facultatis, petitam; non potui illi non morem gerere, ac breviter reſpondere:

Formula medicamenti, de quô fertur judicium hæc eſt:

℞. *Jalap.*
Agarici ana ℨij.
Gingib. ℨß.
Infund. in *Mulſi lib. ij.* horis 24. tranſcola, Col. add.
☍ ſuccini ℨj.
Moſci gr. j.
Croci ℨß. Dos. ℥ij.
alternis diebus.

Quæritur ergò, an hoc medicamentum à rationabili, bonô ac probatô Medico præſcriptum cenſeri poſſit?

Concluditur negativè: Unde ulterius inſinuatur prodeſſe non potuiſſe; quia medicamenta non proſunt, (ut rectè aſſerunt) niſi rectè iis utentem nacta fuerint.

Verum ſi boni illi judices ex æquo judicare voluiſſent, prorſus oppoſitum concluſiſſent, in hunc modum:

Medicamenta ut proſint, neceſſe eſt, ut nacta fuerint iis rectè utentes: Sed hoc medicamentum profuit, & multis, & malo inveterato: E. neceſſe eſt, ut nactum fuerit eo rectà utentem. E. rationabilem, bonum & approbatum Medicum.

Major à parte datur. Minorem non potuerunt ignorare diligentes iſti Scrutatores. Quod ſi ignorantiam ſimulant, probabo eam teſtibus omni exceptione majoribus. Conſequentia eſt legitima. Sed examinemus breviter, quibus hoc medicamentum improbatur.

Prima ratio. Quia in hoc medicamento variorum & diſparium mixtio & confuſio apparet. Reſpondeo ita eſſe. Et ſi hoc arguat Medicum irrationabilem, poterunt etiam ſuum Hippocratem & Galenum irrationabilibus Medicis adnumerare: quia hi etiam in plerisque ſuis medicamentis mixtionem & confuſionem admittunt.

Secunda ratio: Quia hoc medicamentum non unô nomine ſuſpectum eſt. Triplex autem aſſignatur periculum.

Primum periculum hujus medicamenti: Quia in liquidâ colaturâ olei commixtio eſt ſuſpecta.

Secundum: Quia adeſt neglectus legitimæ methodi & ſolitarum formularum.

Tertium: Quia hoc medicamentum diverſis morbis & diſſimilibus indicationibus, ut catholicum, præſcribitur.

Reſpondeo ad primum periculum: Si in liquidâ colaturâ olei commixtio ſuſpecta eſt: caveant ſibi Medici, ne lactucas comedant mixturâ olei acetique conditas. Caveant ſibi ab oleo vitrioli, ſulphuris, roriſmarini &c. ne miſceant hæc cum aliô liquore, quod paſſim faciunt, & rectè, nî velint os adurere, caveant denique, ne, quod plerumque faciunt, clyſteribus oleum admiſceant.

Ad ſecundum periculum reſpondeo, & peto, cujus methodi & quarum formularum neglectus hic adeſt? Galeni, an alterius? Si Galeni, & ſi hoc periculoſum, condemnabunt omnes Medicos Antiquiores & Recentiores, qui Galenum non ſequuntur. Sin alterius, hunc mihi nominent, ſine cujus formulis nullum medicamentum tutò adminiſtratur.

Ad tertium periculum reſpondeo, bonos hos judices mihi affingere abſurdum, quod condemnant: probatum ergò exhibeant, me hoc medicamentum, aut verbô, aut ſcriptô catholicum ſeu univerſale ſtatuiſſe, ſi judices eſſe volunt rationales, boni & probati.

Godefridus Francken.

Reſponſum II. Facultatis Medicæ Haſ[...] enſis; deſuper eodem caſu.

Quæſtio Generalis.

In Collegio Medico propoſita: An illi [...] ſpondendum, qui ſe probatum Medi[...] nondum probavit? quia infra Digni[...]tatem alioquin eſt Collegii.

1. MAndatum Cancellarii ſequimur, [...] le ſui.

2. An præſcriptionis finem ignoraverin[...] ℞. infra agnoſcit, nos non ignoraſſe.

3. An ullô rationali fundamento nit[...] probatum deinde erit.

4. A Facultate Medica non eſt expetit[...] ſponſio.

5. In Formulâ reſcribenda multa falſa c[...] miſſa ab illô & renovata. 1. Jalapii pro [...] pii. 2. Colaturæ pro colature. 3. O[...] infraſcriptum nomen Zölneri, & tempus [...] biti medicamenti.

6. Invertit ſtatum controverſiæ, Sophi[...] more & animo: A rationabili, bonô ac [...] batô Medicô &c. In quâ inverſione latet [...] & fallacia. Rationabilis bonus.

7. In Syllogiſmô modus mirandus. [...] nor ejuſdem 1. probanda. 2. Dicit, nos i[...] rare non potuiſſe, & tamen ſupra ſibi co[...] rius affirmat, nos ignoraſſe. 3. Probandu[...] ſpecie præſcriptum remedium huic ho[...] cujus nomen exſtat, profuiſſe. 4. A teſt[...] Empirica ratio. Ergò & cum ratione id fa[...] probat quoque.

8. Ad Reſponſionem ad argumentum [...] mum, 1. Agnoſcit confuſionem diſpa[...] quam juſtis de cauſis improbavimus. 2. [...] ſtret loca expreſſa Hippocratis & Galeni [...] quibus tâlis eſt confuſio & irrationabili[...] ἀμεθοδία.

9. Ad periculum primum. ℞. Bacul[...] in angulô, ergò Pompejus vincit. Nos [...] pis, ille de aliis. Hæc lactuca illius labii[...] venit, cum oleô ſuccini. Ex confuſione [...] rum apparet illius imperitia. Diſpar eni[...] tio quatuor ſpecierum oleorum. Nec [...] um oleorum confuſionem improbavimus [...] tantùm in infuſione.

10. Ad ſecundum periculum: non [...] mur Autores, ſed legitimam methodum [...] ne & experientiâ ſuffultam. Ex aliis exſcri[...] Empiricorum eſt. Nec ullum pro ſe add[...] ſeu Galenicum, ſeu Chymicum.

11. Ad tertium periculum. 1. Nobis [...] riam facit, quia narrari dicimus, non [...] ptum, aut dictum; & addidimus, qua[...] tholicum. 2. Ipſe ſuprà falſus eſt multi[...] fuiſſe, & in malô inveteratô.

12. Vitia autem præſcriptæ formul[...] ſunt:

1. C[...]

1. Corrigentia non ſufficiunt purgantibus.
2. Doſes XIII ibi præſcriptæ ad tres redigun- legitimas.
3. Oleum ſuccini periculoſum in infuſione, ia ſupernatat, & in unâ doſi poteſt exhau- i.
4. Moſchi granum unum in doſes XII. divi- n nihil efficiet.

Conſultus igitur ſuper hâc re Magnificus ncellarius, per Excellentiſſimum WOR- UM, nomine Collegii, conſenſit, illi non reſpondendum, ſed cauſas ſilentii Legato panico eſſe aperiendas. Igitur THOMAS RTHOLINUS aliâ data occaſione Comiti nuavit modeſtè, à Collegiô illi non eſſe re. nſum, partim quod authoritati Illuſtris Co- is venerabundum aſſurgeret, partim, quòd ſbyterum illum ſciret, cui in Decretalibus ntificum Medicinam facere ſit interdictum, & ex confeſſione ipſius Comitis Lauream Medicorum nunquam meruerit, partim denique, quòd reſponſionem vix mereretur hinc inde ſibi contrarius, nobis injurius. Ad quæ præmiſſa gratiarum actione, pro honore à Collegiô ſibi delato, Illuſtris Comes REBOLLEDO reſpondit: quanquam præſcriptæ formulæ ſucceſſum optatum & felicem inter alios quamplurimos ſit expertus non ita pridem Generoſus Petrus Wibe, Quæſtor Regius, tamen ſe reſponſionem non urgere, quum & manu propriâ ad Presbyterum ſuum miſsâ honorificè de Collegiô noſtrô ſenſerit, & ab his Medicinalibus Controverſiis abſtinere eum voluerit, cui ſalus Animarum tantùm eſt concredita.

Vid. Thom. Bartholini Ciſt. Med. Loc. LII. pag. 527 ſeqq.

PANDECTARUM MEDICO-LEGALIUM

PARTIS I.

SECT. VII.

DE

RESPONSIS CHIRURGICO-FORENSIBUS.

INTRODUCTIO.

§. I.

QUemadmodum πολυπραγμονες Pharmacopœi ſæpe falcem ſuam in alienam meſſem immittunt, & illotis manibus in Praxin Medicam irrumpunt, de quorum aſtu, faſtu & nequitia acerrimè conqueritur *Thom. Barthol. Cent. 2. Epiſt. 1. p. 417. & lib. de Medicin. Dan. domeſt. Diſſ. V. p.* 177. ita Chirurgi viciſſim Myropolarum furnos involant, inibique paratas aquas deſtillatas alia- Chymica ſubinde divendunt; quod ipſis tamen nullô modô concedum eſſe, Ampl. *Facultas Medica Lipſienſis* decidit, in CAS. I.

§. II.

Multò minus illis Praxis Medica erit indulgenda, quæ non tantùm uamplurimis Statutis Medicinalibus, in CAS. II. allegatis, iis intera eſt, ſed & à Phyſicis hâc in parte coërceri poteſt, cùm ne judicium em ſuper actione Medici illis competat, ut utrumque in CAS. III.

 aſſeri-

aſſeritur. Quam deteſtandum verò & inauditum hactenus falſum al quot ante annos commiſerit Chirurgi famulus *Wernerus*, diſputati nem inauguralem alibi habitam ſuo nomine typis exſcribendo & p Doctore publicè promoto ſe palam venditando; vid. plura in *Authentic Medico-Legalibus.*

§. III.

An autem Chirurgus Aulicus pariter à curâ morbi Gallici abſtine debeat? meritò dubitatur, dummodò in vocatione ejus hoc ipſum n fuerit exceptum, vid. CAS. IV.

§. IV.

Sed an & Balneatoribus, iisque ſolis, hujus morbi cura committen erit? Negat id CAS. V. cùm in levioribus quoque malis, in CAS. VI. V deſcriptis, ægros ſæpè negligant.

§. V.

Quanta ab Herniotomis vulgaribus & Caſtratoribus damna in rantur, è CAS. VIII. & IX. elucescit, quorum audacia meritò refræn da, neque cruentæ illorum operationi tam facilè locus concedendus in ſpecie, ſi vires ſint proſtratæ & ſubjecta texturâ teneriori gaudeant.

§. VI.

Quin & Chirurgi imperiti varios ſæpiuſculè in curando errores co mittunt, quorum intuitu & coram Judicibus Civilibus & Facultati Medicis jure meritoque conveniri poſſunt, ut in CAS. X XI. XII. XIII X contigit.

§. VII.

Interim iniquè ſæpius cum illis agi ſolet, dum præter omne merit culpa aut negligentia quædam ab ægris illis imputatur, ut de famâ h raro periclitentur: Quô in caſu Facultates Medicæ illis ſuppetias ferr nentur, prout in CAS. XV. XVI. XVII. XVIII. XIX. factum; quarum et judicium requiritur, ſi, ut in CAS. XX. diſſidium aliquod inter ipſos C rurgos oriatur.

§. VIII.

Eſt, ubi ſoſtrum promeritum illis denegatur, quod, ſi æquitati c ſentaneum, à Facultatibus Medicorum ipſis adjudicandum: Sin exc vum & iniquum, ab hiſce moderandum, ſicut illud in CAS. XXI. autem in CAS. XXII. occurrit.

§. IX.

Huc & Obſtetricum errores pertinent, tam putatitii & injurioſè imputati, in CAS. XXIII. quàm veri, ab iisdem ſive verbis, ſive ipſo f commiſſi, in CAS. XXIV. XXV. XXVI. qui utrobique Medicorum c ſioni committuntur.

§. X.

Tandem recutitio Judæorum huc quoque rèferenda erat, qu arte Chirurgicâ poſſibilis ſit? judicialiter olim quæſitum, & à DNN. Lipſienſibus in CAS. XXVII. affirmatum fuit.

CASUS

CASUS I.
DE
RIVATA CHIRURGORUM
DISPENSATIONE ILLICITA.

Requiſitio.

P. P.

N præjudicium Privilegii, quô Officinæ noſtræ nobilitatæ, quidam Chirurgi hujus loci n erubeſcunt aquas medicinales, tàm ſimpli-, quàm compoſitas (ſub prætextu, quòd rane Operationis Chirurgicæ, & uſus neceſſa pſis hoc liceret) non ſolùm deſtillare, verùm m publicè vendere. Hâc autem ratione & ntione Chirurgorum, extrema ruina officí, non ſine clade boni publici, imminere viur, unde nec Medicè nec Juridicè defendi eſt. Hinc Sereniſſimo ſupplices facti, comſionem ſpecialem hanc ad rem obtinuimus, dente verò lite, nec non re adhûc integrâ, mus, ex parte noſtra, fundandæ Cau rgò, nos indigere Conſilio medicinali, quia iliſſimi Judices, & Conſiliarii ſummi Prins, ejusmodi ſententiâ, dum proficiſcitur ab Medicæ peritiſſimis, ad ſententionandum nobis facile movebuntur, nec in contrarium e quid pronunciabunt; quem in finem jam inorum Archiatrorum ſub A. ut & Phyſici inarii Dn. Andreæ Molleri, pronunciata ſub copiâ Literis noſtris adjunximus, annexâ ioſâ petitione, velint, ni grave, omnes raes ritè ponderare, ac denique in forma prote nobis communicare, *utrum Chirurgis c, hoc quod moliuntur, de jure indultum nec ne*? Dab. N. die 26. Martii Anno 1656.

Pharmacopœi Freibergenſ.

A.

P.P.

X literis, quas Nobis ſub initio hujus anni d 5. Jan. deſtinârunt, abundè cognovimus, ratione quidam Chirurgi varias aquas me ales, tàm ſimplices quàm compoſitas, & in ie Aquam Cephalicam, Apoplecticam, Epi cam, Carbunculi, Balſ. Embryon. &c. non m deſtillare, verùm etiam vendere aude propterea à Nobis quæſitum: *utrum Chi o vel Barbitonſori tales aquas, tàm ſim s quàm compoſitas, deſtillare, patien s ordinare, aut vendere liceat*? ubi exis omnibus hanc ad rem facientibus, non mus, quin reſpondeamus pro veritate rei Quia deſtillatio harum aquarum

. Tanquàm vera & propria operatio artis maceuticæ, & propterea

2. Pharmacopœo ſecundùm artis requiſita, præſcitu Medici, & prævio examine ingredientium, ſoli competit.

3. Iidem Pharmacopœi ſingularibus gaudent privilegiis.

4. Quoad deſtillationem & præparationem (quam ignorant Chirurgi) Reipublicæ multum intereſt.

5. Curationibus internis pleræque dicatæ, quæ cum actionibus & Curationibus Chirurgorum nihil commune habent, & ſic per conſequens

6. Nec deſtillatio, nec internus uſus ad Chirurgiam, vel operationes Chirurgicas, præciſè ſpectat. Ideò concludimus unanimibus ſuffragiis, in arte Medica ſatis fundatis, *quòd Chirurgo ut ſic, ejuſmodi aquas tàm ſimplices, quàm compoſitas, nec deſtillare, nec vendere integrum ſit, &c.* Dab. Dreſdæ die 19. Jan. Anno 1656.

Archiatri N. N.

B.

P. P.

De aquis ſimplicibus multum hîc non loquar; eò enim deventum nunc, ut non ſolùm barbitonſores, ſed & ancillæ earum deſtillationi, non ſine contemptu Artis noſtræ præpoſterè incumbant, ſed de compoſitis, quales ſunt aqua apoplectica, D. Langii epileptica, carbunculi &c. nobilioribus uſibus deſtinatæ, quia Reipublicæ multum intereſt, ut ritè deſtillentur, ac ritè præparentur, ut hîc agam, conſcientia & ſalus publica me inſtigant: *An videlicet conſultum, ut Chirurgis hæc deſtillatio, ut & venditio, publicè permittatur*?

Si operationes Chirurgicas, & Pharmaceuticas inter ſe invicem confero, oppidò liquet, deſtillationem ad has, non ad illas, pertinere. Conſiſtit enim Chirurgia (brevibus ut complectar multa) in quinque Operationibus, quarum 1. Separatorum conjunctio, quâ illud, quod præter naturam disjunctum, artificiosè coalèſcit, vel conſuendo, ligando, ſanando, in vulneribus, apoſtematibus, ulceribus, luxationibus & fracturis. 2. Diſtortorum & compreſſorum correctio, quâ incurvata, contracta, vel alio modo vitiata vel depreſſa, redintegrantur per Elevatoria, Trepana, aliasque Chirurgorum machinas. 3. Continui ſolutio, quæ Venæſectionem, ſcarificationem, apoſtematum & tumorum apertionem, Veſicatoria, Cauteria, Setacea, trepanationem & ſimilia complectitur. 4. Eſt ſuperfluorum exemptio, quæ conſiſtit in ſectione calculi, extractione globulorum, fragmentorum. 5. Eſt deficientium reſtitutio, ut videlicet in labiis leporinis, reſtitutione narium &c. Has partes ſi ſedulò intueor, non video, quomodo aquarum deſtillatio ad eas reducatur, nec ipſi barbitonſores examinantur pro obtinendo magiſterio, ex arte pharmaceutica, ſed chirurgica, pauciſſimi etiam

etiam eorum incumbunt deſtillatoriæ arti, quod non intermitterent, ſi ad eos ſpectaret præcipuè. Deficiente enim vocatione, & dum extra limites officii, propriô auſu, deſtillatoriam aggrediuntur, vix ſuſpicionem πλεονεξίας, curioſitatis, aut πολυπραγμοσύνης evitabunt. Indigent quidem interdum quibusdam aquis deſtillatis, ad gargariſmata & cataplaſmata, ſi autem exinde deſtillatoriam probare volunt, ſequeretur, quòd etiam reliqua inſtrumenta, & machinas ferreas, quibus in Chirurgia opus habent, præparare ipſi debeant. Accedit, quòd hæ aquæ ſint è cenſu communium, v. gr. aqua roſarum, prunellæ, plantaginis, ſpermatis ranarum, de quibus non litigatur, & facile ad uſum ipſorum permitti poſſunt. Verùm compoſitas quod ſpectat, ab illis manum, quæſo, removeant, pertinent enim ad morborum internorum curationem, & imbecillis hæc eſt conſequentia: Chirurgus in ſuis Operationibus certis aquis deſtillatis indiget: ergò etiam illas debet præparare, & publicè vendere; non ſequitur. Præterea res hæc non caret periculo, ſi in periculoſis affectibus, qualis eſt apoplexia & alii morbi ſontici, aquæ ab imperitis indifferenter præparantur. Nam Apoplexia oritur à diverſis cauſis, hunc in finem etiam ordinatæ diverſæ aquæ apoplecticæ: v. gr. *ab Andernaco*, *Nævio*, *Bexero*, *Matthiolo*, *Gabelchovero*, *Langio*, *Kohlreutero*, *Crollio*, *Quercetano*, *Piſtorio*, *Hartmanno*, *Mynſichtio*, *Sennerto &c.* Ergò ex uno diplomate non omnibus apoplecticis conſuli poteſt. Hinc deteſtandus abuſus, de quo nec Medici ſæpè proteſtati, quando patientibus in apoplexia indifferenter, citra reſpectum ad cauſam, aquam apoplecticam plebeji propinant, vel enim admodum ſunt ſpirituoſæ, vel alio modo comparatæ, tunc facile morbum, aut cauſam morbificam, adaugere poſſunt.

Ideò hæc omnia ritè ponderanda: ne præparatio harum aquarum ulli concredatur alii, quàm huic, qui juramentô bono publico obſtrictus eſt, hanc ob cauſam, ſpeciali. Sic proſtant hinc in Officinis variæ aquæ cephalicæ, apoplecticæ, epilepticæ, mnemonevticæ, elixiria vitæ. Aqua Kohlreuteri conſtat ex 67. ingredientibus, quæ ante deſtillationem à Phyſico vel Archiatro examinantur, & eſt probatæ virtutis ac experientiæ per 70. abhinc annos. De reliquis autem, & quaſi in obſcuro præparatis, nihil horum ſcitur, nec ratione effectûs, quod tamen ſummè eſſet neceſſarium, ut exploretur, an nomen, quod gerit, etiam cum omine conveniat? Quod de aquis apoplecticis ſcripſi, etiam intelligendum de reliquis aquis medicinalibus compoſitis, quod nullus, cui bonum & ſalus proximi curæ eſt, improbabit, ſed mihi adſtipulabitur, quòd hæ aquæ ex fundamentis pharmacevticis non privatim, ſed præſente & dirigente Medico, unô verbô, publicè deſtillari debeant. Proſpexit ſibi hâc in re prudenter Ampliſſ. Senatus, qui Anno 1475. 1515. & 152 cautè ordinavit, ut Phyſici habeant inſpecti nem officinarum, nec alii licitum ſit, extra nu dinas, merces pharmacevticas publicè expone vel vendere, quem imitati ſunt *Coburgenſe Magdeburgenſes*, *Brunſvicenſes*, *Norimbe genſes*, *Auguſtani*, *Haſſi*, *Francofurtenſ Uratislavienſes*, *Freibergenſes*, *Wormati ſes*, *Hallenſes &c. &c.* quibus ſub certâ m ctâ Chirurgis interdictum, ne pharmacevt ſeſe immiſceant. Quòd ſi aliquis objiciat: C rurgos jam in arte deſtillatoriâ habere jus q ſitum, quemadmodum antehâc M. Hans B M. Caſpar S. ut & omnes Chirutgi hujus l ſine impedimento, aut interdictione, artem ſtillatoriam exercuerunt; Reſpondetur, fal hoc eſt; de facto quod fit, non fit de jure, ctumque cum proteſtatione Pharmacopo rum; & novi ego, quòd aliquando Medicus dam aquas Chirurgi apoplecticas è feneſtra jici, aliamque ex Officina promi, curaverit. itaque illorum hâc ratione eſt invalidum, & tanquàm particulare ad univerſalia ſe non tendit. Non tolerarent Chirurgi, ſi Pharm poei vulnera & ulcera ſanare vellent; quoc que ſibi fieri non volunt, alteri ne fecerint! ſcirent hi, qui deſtillationi aquarum operan vant, quantâ cum violatione conſcientiæ, q toque cum damno proximi hoc peragere crederem actutum illos manum retracturos mores illius *Syracidis Cap. 3. v. 24. & 25 ſupervacaneis rebus noli ſcrutari mult citer, & in pluribus operibus ejus non curioſus: plurima enim, ſuper ſenſum h num, oſtenſa ſunt tibi &c.* Dab. Freiber 15. Dec. An. 1653.

Reſponſum Facultatis Medicæ Lipſie ſcilicet Chirurgus non debet aquas de lare, & vendere.

Ritè accepimus veſtras literas, quas in Conſeſſu noſtræ Facultatis publicè tilavimus: dum itaque videmus, quòd omnia ſuſcipiantur in fraudem & præjudi privilegii veſtri, non potuimus non Domin Archiatrorum ſententiam ſub A. ut & P veſtri judicium ſub B. approbare atque om modis ipſis aſſentiri, unanimiter conclud quod Chirurgi operationes ſuas ad artem latoriam minimè extendere debeant, q eam non intelligunt. 2. ars pharmaceutica te Chirurgica non ſolùm in foro medico & alibi diſtincta, ideò 3. à ſummo Magi aliis privilegiis gaudet Chirurgia, aliis Pharmacevtica, idcircò Chirurgis aqua ſimplices, quàm compoſitas (exceptis illis, ad gargariſmata, collyria, fiſtulas, vel p ſmeticis adhibere ſolent) nec præparar vendere licet. Dab. Lipſ. die 7. Maji An. 1

Vid. Amman. in Med.

CA

CASUS II.
DE
RAXI MEDICA CHIRURGIS INTERDICENDA.

Requiſitio.

P. P.

DUo hic vivunt Chirurgi, Ido N. Zerveſtæ, & Abraham H. Deſſaviæ, qui in con-
nptum atque deſpectum nobiliſſimæ artis,
ios morbos internos curare non erubeſcunt,
n inſigni ægrotantium clade, ut ſolùm per-
ſionibus ſuis pecunias corradant, prout hoc
avtographis receptis, & ſpecificationibus,
ontinenti probare parati ſumus. Et quamvis
ehac à ſummo Magiſtratu noſtro ejuſmodi
otis, (qui tantam Medicinæ cognitionem
ent, quantam bos Diei Dominicæ, vix
m legere, vix ſine vitio ſcribere poſſunt)
xis Medica ſeriò interdicta, non tamen poſ-
ius intermittere, quin pro confirmanda ve-
e, & nobiliſſimæ Artis autoritate, ſequen-
Cenſuræ Veſtræ ſubjiciamus, enumeratis
s exceſſibus quibuſdam, quos in facienda
licina turpiter commiſerunt. Nam Ido N.
iliſſimæ cuidam fœminæ ſex cochlearia de
one vomitoria ex vitro antimonii exhibuit
er, non ſine imminente vitæ periculo.
aham N. aliis ordinavit 1. pulverem purgan-
, qui recepit Drachmam integram ſcam-
nei. 2. pilulas, quæ continuerunt Drach-
n unam diagrydii. 3. Nigras pilulas, h. e.
crudi ℈ij. pro una Doſi, cum quadrupla
titione. 4. Hypnoticas, i. e. Laudani
ati pro una doſi Gran. 16. 18.
Hinc quærimus: 1. *An Chirurgis iſtis li-
interne curare?* 2. *An non Opium inter
ena ſemper ſit relatum?* quod tamen iſti
ores indifferenter, & quidem in magna
ntitate, ægris ordinant. 3. *Quâ pœnâ
modi homunciones propter commiſſos ex-
us afficiendi?* Dab. Deſſaviæ die 3. Martii
3.

Jacob N. D.
Philipp. N. Phyſicus Serveſtanus.

Reſponſum Facultatis Medicæ Lipſienſis;

Scilicet

1. *Chirurgo non licere Praxin Medicam exercere.*
2. *Opium non præciſè venenum, noxium tamen eſſe.*

DIgnitatum Veſtrarum Literas perlegimus in Conſeſſu Concilii noſtri, factâque vo-
m communicatione, ad quæſtionem pri-
mam dicimus, quòd quidem Chirurgia, in quantum à perito Chirurgô adminiſtratur & exercetur, antiquiſſima & nobiliſſima pars Artis Medicæ ſit: quòd autem propterea Chirurgis liceat *internorum morborum curationes aggredi*, quæ tantùm ad Medicum ſpectant, ex eo nullo modo ſequitur; ſiquidem noſter *Galenus Introduct. ad Medicin. c. 7.* poſtquàm præcipuorum requiſitorum, & fundamentorum boni & perfecti Medici meminit, eorum multa & varia deſcribit, quæ in Chirurgis nedum in barbitonſoribus, non reperiuntur; non enim ſufficit ipſi Galeno corporis humani cognitio reſpectu internorum & externorum morborum, nec ſufficit eidem temperamentorum, rerum naturalium, non naturalium, præternaturalium notitia, ſed requiritur inſuper in bono Medico cognitio ſimplicium, metallorum, mineralium, lapidum &c. Hæc itaque & alia requiſita ſi à Chirurgo requirerentur, procul dubio obmuteſcerent veſtri etiam audaculi, mallentque impoſterum ſuô officiô ordinariô, in Tonſtrinâ, fungi, v. gr. barbas formare, venam ſecare, vulnera & ulcera curare, quàm cum enormi conſcientiæ læſione falcem in alienam meſſem immittere. His itaque præmiſſis, certâ ſcientiâ pronunciamus: *quòd nulli Chirurgorum*, vel, ut in Germania noſtra vocantur, *nulli Barbitonſorum liceat praxin Medicam exercere, aut morbos, potiſſimum internos, curare.* Ideò ſumma etiam cum laude à Magiſtratu veſtro non ſolùm, ſed quoque ab aliis ſeverè interdictum, uti teſtantur ordinationes pharmacevticæ *Francofurtenſium Tit.* 9. §. 4. *Spirenſium C.* 3. §. 1. *Moguntinenſium C.* 8. §. 3. & aliorum. Ad alteram quæſtionem, *an opium non ſemper inter venena relatum?* reſpondemus, quòd à diverſis diverſum ſubindè latum fuerit de Opio judicium. Conſtat autem nunc, non ſolùm experientiâ, ſed etiam aliis rationibus ac fundamentis, quòd opium, præcipuè crudum, propter qualitatem ſuam nocivam, quam Græci *narcoſin* appellant, rebus maximè nocivis & venenatis annumeretur à Medicis, prout in ſcriptis Medicorum declaratum, in ſpecie apud *Dioſcoridem, Galenum, Plinium, Avicennam, Guainerium, Marcell. Donatum, Sennertum, Doringium, Wincklerum, Freitagium & Horſtium.* Hâc de cauſâ *Moguntinenſes Cap.* 8. §. 1. *& Spirenſes* tam in genere, quàm in ſpecie, vetant ac prohibent, ut in poſterum ab omnibus mineralibus periculoſis, ſive cruda ſive præparata fuerint, barbitonſores abſtineant, & talia, (quæ inter etiam eſt opium & laudanum) abſque præſcitu Medici ordinarii indifferenter non præſcribant.

Patet itaque ex deciſionibus iſtarum quæſtionum, quàm graviter iſti Chirurgi, cùm in noſtram Medicinam, tùm in ſalutem proximi, contra quintum præceptum Decalogi, ſæpè peccaverint, & per conſequens jure quoque

graviſſimas pœnas incurrerint, quas tamen Jure Conſulti felicius, quàm nos, ex legibus ſuis determinabunt. Dab. Lipſ. d. 20. Maji An. 1653.

Vid. Amman. in Med. Crit.

CASUS III.

DE COECO ET ILLICITO CHIRURGORUM JUDICIO SUPER ACTIONIBUS MEDICI.

Requiſitio.

P. P.

QUibus de cauſis Ampliſſimus Senatus hujus loci M. Paulum B. Phyſicatûs officio præfecerit, e tranſmiſſis abunde patebit. Hic Phyſicus non ita pridem, cum ad proprium uſum prophylacticum medicamentum, contra morbum Hungaricum præparandum, in Officina mihi præſcripſiſſem, expreſſè Pharmacopœo præparationem interdixit, ſimul indicando, ut à curatione morborum internorum omninò abſtinerem. Hanc inhibitionem non parum miror, præcipuè, quia Phyſicus iſte non eſt promotus Doctor, & in Praxi (quoad morbos internos) nondum multum verſatus, imò patientes ipſe inviſere abhorret. Ego è contra (abſit jactantia verbis) diverſis in Regionibus per benè multos annos Praxi interfui, multosque per DEI gratiam reſtitui. Quoniam itaque intuitu iſtius prohibitionis conſcientia mea quodammodò turbatur, utpote quæ egenos deſerere, aut prognoſtico relinquere diſſuadet, per viam juris contra Phyſicum iſtum injuriam hancce vindicaturus, veſtro mihi opus eſt Conſilio; peto itaque, ut me informent: 1. *An mihi poſſit prohiberi, quo minus egenis, miſeris, medicamentis, quorum efficaciam ex quotidiana experientia didici, ſuccurrere debeam, etiam in morborum internorum curatione?* 2. *An in morbo Hungarico Medicus prudens nodulum purgantem, ſecundùm artis præſcripta, ordinare poſſit, cùm aliâs Dyſenteria eundem plerumque comitari ſoleat, præſertim in ſtatu vel vigore morbi? &c.* Dab. Luccæ die 4. Martii A. 1634.

Fridericus N. Chirurgus.

Reſponſum Facultatis Medicæ Lipſienſis; ſcilicet Phyſicum debere Chirurgo praxin interdicere, Chirurgo autem non competere Judicium ſuper actionibus Medici.

PRopoſitis duabus quæſtionibus breviter hiſce ſatisfacere intendimus.

1. *An liceat egenis, miſeris, medicamenta, quorum efficaciam ex quotidiana experientia didiciſti, porrigere?* dicimus abſolu[te] quod non: ideò Phyſicus Dn. Paulus B. re[cte] omninò fecit, qui hoc tibi interdici curavit. L[i]cet enim promotus Doctor non ſit, ſufficit [ta]men, quòd non deſtituatur teſtimonio publi[cæ] eruditionis: ſufficit quòd Ampliſſ. Senatus [per] prævium Examen Facultatis cujuſdam Medi[cæ] eundem huic Officio præfecerit: denique no[n] ignotum, imò dubium, an experientia [tua] tanta ſit, ut medicamentorum efficaciam [ob]ſervare, ac ritè diſtinguere poſſit, nec obſ[tat] quòd antea Praxin exercueris: forſan hoc [fa]ctum ex conniventia Senatûs, & ob defect[um] Phyſici ordinarii.

2. Quæſtionem alteram quod ſpectat, q[ua] eâdem famam Phyſici arrodere ſatagis, u[t] tuum captum eſſe videtur: an hoc factu[m] quando? & cui? & qui effectus ſubſecut[i] debuiſſes ſubjungere, novitque ſolus Medi[cus] rationes, cur hæc præſcripſerit, de quibus [al]tius aliquis raro perfectè judicare poteſt. [De] cætero notum, quòd partim ex *Hippocra[tis]* partim ex Galeni mente, purgantia in qui[bus]dam febribus, ut & ipſa Venæſectio ſit conc[essa], in quibuſdam febribus malignis, utrum[que] auxiliorum, tàm Venæſectio, quàm purga[tio] prohibitum. Quod ſi hæc in ſtatu morbi à [te] dico fuiſſe præſcripta accuratius probaveris, [con]tra affectum etiam reſpondere tenebimur [in] obſervato illo: Ne ſutor ultra crepidam! [Dab.] Lipſ. d. 1. Martii Anno 1634.

Vid. D. Amman. Med. C[rit.]

CASUS IV.

DE CHIRURGIS AULICIS A C[U]RA LUIS VENEREÆ NON EXCLUDENDIS.

Requiſitio.

P. P.

CHirurgus Aulicus non ita pridem à [ge]quodam, *qui morbo Gallico* erat affe[ctus] requiſitus, ut eundem curare ac priſtinæ ſa[ni]ti reſtituere vellet. Conſentiente itaque Chi[rur]go ipſumque ægrum inviſente, quidam e[x Au]licis ſuſpicati, non tutum eſſe cum hoc Ch[irur]go converſari, facilè ſiquidem ipſe infici p[oſſet] & poſtmodum aliis hoc contagium, qu[ibus] manualibus ſuis operationibus inſerviret, c[om]municare. Refutavit autem hæc omnia [Chi]rurgus, dicendo, hunc panicum eſſe metu[m] auditum inſuper eſſe, quòd Medici & Chir[ur]gi quando tales curant, à miniſterio alioru[m ab]ſtinere debeant; eſſet enim res conſcientia[e] miſerum iſtum ſine auxilio dimitteret, vel [pro]gnoſtico planè relinqueret, præſertim [cum] n[o]...

mo planè hujus loci Curationem in ſe ſuſci-re voluit, ipſe autem jam aliquoties egregia ecimina curati morbi Gallici edidiſſet: Ne que aliquid horum intermittatur, quæ ad ſal-tionem Officii noſtri ſpectare videntur, id-plerisque in Aula noſtra conſultius viſum, æſtiones ſequentes Veſtræ Cenſuræ & judicio bmittere, ſcil.

1. *An Chirurgus hic Aulicus patientis titum ſalvâ conſcientiâ recuſare, ac eun-m ſine conſilio & auxilio dimittere po-erit?*

2. *An Chirurgus iſte, dum Gallicos cu-t, à miniſterio aliorum abſtinere debeat?*

3. *Item an alii, quibus ſervitiis ſuis præ-, contagio vel periculo affici poſſint?* Dab. die 21. Maji anno 1660.

Simplicus Verinus, Aulæ Magiſter.

---

eſponſum Facultatis Medicæ Lipſienſis; licet Chirurgo Aulico licere Patientes mor-bo Gallico affectos curare, ſi modo in vocatione hoc non fuerit ex-ceptum.

Onderavimus ea, quæ ad nos pervenerunt, in nuperrimis literis & quæſtionibus, hinc ſponſionis loco ſequentia impertimus.

1. Quòd Chirurgus iſte Aulicus patientem, rbo Gallico affectum, ſine conſilio & auxi-dimittere, ſalvâ conſcientiâ, non potuerit, forſan in Vocatione ſuâ hoc expreſſis verbis nterdictum. Nec

2. debet, durante hâc Curatione, ab alio-miniſterio ſe abdicare; eſſet enim contra ctionem Chriſtianam, præſertim quia con-ium hoc tàm efficax non eſt, ut ſolâ Chirur-præſentiâ, (excipe tamen hunc Caſum, quan-Chirurgus in curatione talium imprudenter, ligenter & immundè procedit) qui Lue Ve-eâ affectos curat, alii exinde inquinari poſ. *Dab. Lipſiæ die 5. Junii.* 1660.

Vid. Ammann. Med. Crit.

CASUS V.

DE UE VENEREA A SOLIS BAL-NEATORIBUS NON CURANDA.

Requiſitio.

P. P.

NOn ita pridem cum Balneatore hujus loci fœminam quandam (bilioſæ melancholi-conſtitutionis, & ante hæc extremè ſcorbu-) morbo Gallico detentam curavi, in qua rvavi ſequentes indicationes: 1. quomodo oſi humores, & peculiari modo corrupti, convenientia purgantia, imprimis Mercu-a, evacuarentur. 2. Miaſma Venereum per decocta ſudorifera ex lignis funditus exſtir-petur. 3. Venæſectiones & ſcarificationes in corpore aliâs emaciato (exceptis iis, quæ ad ventilationem & refrigerationem ſanguinis fa-ciunt) intermitterentur, & 4. Diæta hume-ctans ac quodammodo refrigerans, præcipuè in juſculis & elixatis conſiſtens, obſervaretur. Huic methodo, (patiens enim ruri vixit, adeò ut ſemper ipſe eam inviſere non potuerim,) planè contrarius ſine mei præſcitu fuit balnea-tor, eámque prorſus immutavit. 1. Decocta cereviſia Ileburgenſi (quam patiens propter lu-puli narcoſin aliâs averſatur) præparando. 2. Venam ſæpè ſecando & ſcarificando, ſub præ-textu, quòd ſanguis corruptus detrahi debeat. 3. Victum exſiccantem præſcribendo, omnibuſ-que alimentis, exceptis aſſatis, interdicendo, 4. negligenter eam viſitando, intra 6. ſeptima-nas (non obſtante, quod pluribus puſtulis & ul-ceribus Gallicis onuſta) vix ſemel adeundo. Tandem non apparente curationis ſucceſſu, de-bilitatâque ægrotante, reprehendi modum cu-randi, eum amicè monendo, ut præſcriptam methodum ſequeretur: ipſe tamen nihilomi-nus ſuperbè & arroganter reſpondit in faciem mihi: ſibi ex multijugari praxi conſtare, curam felicius ſuccedere, ſi meum, Doctoris, conſi-lium dimitteret, nullum enim Medicum ad curationem morbi Gallici neceſſariò requiri, & quæ alia hujus generis ſunt convicia! Patiens obtemperans eidem aſſumpſit δραςικὸν purgans, ex vitro antimonii, quod ita operatum, ut ea-dem viribus omnibus exſoluta fuerit. Ultimò ad me reverſa cum infinitis querelis: ergò alii Chirurgo concredita, nimirum Adamo N. (quoniam ob loci diſtantiam ægram ſemper in-viſere non poteram) qui pariter balneatoris au-daciam, & curandi temeritatem improbavit, mihi aſſentiendo, & indicationes præſcriptas obſervando, quibus etiam, benedicente Deo, cum inunctionibus ex hydrargyro feliciter re-ſtituta. Poſthæc fando percepi, quòd hæc fœ-mina ab aliis hujus Civitatis per modum conta-gii fuerit infecta, & quoniam mihi, tanquàm Phyſico, incumbit diligenter in hanc rem in-quirere, ne latius iſta Lues ſerpendo alios ſubin-de contaminet, quæſivi ex balneatore, utrum hujus rei aliquam haberet notitiam, qui dice-bat, quòd ſic. Se aliquot morbo hoc inquina-tos curaſſe, ſoſtrum quoque ſuum accepiſſe, inſuper ſe hæc teſtaturum, ſi vellem, publicè coram Magiſtratu; hac ſpe ego allectus, prout Officii mei ratio requiſivit, Superioribus ſignifi-cavi balneatoris narrata, quæ omnia ipſe arde-lio nunc in contemptum meæ perſonæ perne-gat, eum in finem, ut hoc modo morbus iſte tantùm propagetur, & ipſe plus lucri exinde corradat. Quoniam verò hæc ſilentio involve-re, aut mecum concoquere non debeo, ſed mul-tò magis autoritatem meam Doctoralem de-fendere, & ejuſmodi præjudicia in Praxi mea amplius tolerare non valeo, peterem à

Val. Pand.

Kk 2 Veſtris

Veſtris Excell. ad quæſtiones ſequentes judicium in arte noſtra firmatum:

1. *Annon balneator in curatione ſuprà deſcripta planè erraverit? & hinc titulum, atque nomen vel privilegia eruditi Chirurgi amiſerit? 2. Annon ipſum decuiſſet meas indicationes præſcriptas obſervare; & quia hoc non fecit, utrum eundem in jus vocare propterea poſſim? 3. An licuerit balneatori ſoli, vel abſque prius communicatis cum Medico loci ordinario conſiliis, perſonas morbo Gallico infectas curare? 4. An illud, quod mihi tanquàm promoto Doctori & jurato Phyſico ſemel confeſſus, iterum ex proæreſi revocare & inficiari poſſit? 5. Annon magis meis verbis, quàm Chirurgi, credendum?* ſi præſertim probavero, plures hac lue affectos fuiſſe &c. Dab. Ilenburg. die 29. Decembr. Anno 1652.

Henricus N. D.

Reſponſum Facultatis Medicæ Lipſienſis; ſcilicet balneator non debet ſolus morbo Gallico infectos curare.

EA, quæ Claritas Tua ad nos deferri curavit, ratione balneatoris, & commiſſæ ab eo audaciæ, collegialiter conſideravimus, hinc ex arte noſtra ſic reſpondendum cenſemus: 1. Congruit Methodus præſcripta (quam balneator etiam obſervare debuit, in ſananda fœmina Gallica) cum methodo medendi recepta per omnia, adeo, ut balneator, qui tantùm eſt miniſter Medici, & Literarum rudis, nec in Praxi verſatus, eandem immutare abſque Claritatis tuæ præſcitu prorſus nullum jus habuerit, multo minus eam rejicere, & ſeſe curationi tam periculoſi morbi, non ſine damno ac pernicie ægrotantis, immiſcere, adeóque 2. optima ratione propter hanc audaciam & temeritatem, ut & illatam injuriam, in jus vocabitur. Ad 3. reſpondemus negativè, quòd balneatori non liceat ſoli & abſque communicato conſilio cum Medico loci ordinario, infectas lue Gallica perſonas curare: nam extra limites ſuæ vocationis ſic vagatur, dum temerario auſu aggreditur, quod non intelligit; hinc autoritas & reſpectus promoti Doctoris, atque Phyſici Ordinarii, non patitur, quòd ejuſmodi tam obſcuris curationibus, niſi ex fundamento artis, & cum judicio fiant, totæ ſocietates morbo tàm contagioſo inquinentur. 4. & 5. Si balneator jam dictus antehâc confeſſus, ſe plures ſcire, qui tali morbo affecti ſint, ſe plures etiam curâſſe, tenetur etiam, ſi vir eſt bonus (nam Phyſicus ejus relationibus omninò fidem adhibet) hæc non revocare, vel in detrimentum Reipublicæ reticere, ad quod ipſum etiam Magiſtratus ordinarius poteſtate ſuâ eundem compellabit, & impoſterum injunget, ut Claritati Tuæ, tanquàm ordinario Medico, reverentiam, obſervantiam, atque honorem debitum, ſine exceptione, ſemper exhibeat & Dab. Lipſ. die 20. Septembr. Anno 1652.

Vid. Amman. Med. Cr

CASUS VI.

DE ANEURISMATE FUNEST EX INFELICI VENÆSECTIONE.

Requiſitio.

EX Actis hîc ſimul conſpiciendis haud g vatim videri poterit, quâ ratione Sar quidam Carolus Heiſſius, ob continuam cep lalgiam, Venæ cephalicæ in dextrâ inciſion admiſſurus, eum in finem Balneatorem hu loci, Ulricum Gallum, die 30. Septembr. ſe accerſiverit, cui verò V. S. minus proſp ſucceſſit, dum bis feriendo venam ne gutta men ſanguinis exſtillavit, donec tertiâ vice guis exilierit, quem tamen tempeſtivè repre Ab eô tempore æger de inſignibus manus il doloribus conqueſtus fuit, ſimulque tumor quis ab ipsâ manu, uſque ad brachium, c rubore quodam ſe truſit, accedente ſepti poſt V. S. febri, unde æger in melanchol quandam incidens verebatur, ne brachi paralyticum fieret, donec delirium cum more & convulſione ſupervenerit, isque die poſt V. S. (qui 14. Oct. erat) obierit.

Jam quæritur 1. An præter venam & teriam ſimul nervus aliquis læſus fuerit? 2 hæc manus læſio, niſi febris aliaque ſymptor acceſſiſſent, abſque paralyſi aut contractur rari potuerit? 3. An hæc manus læſio per ſ ex accidenti lethalis fuerit? & denique 4. febris & ſymptomata læſionem in manu de orem reddiderint? Deſuper hiſce Judicium ſtrum edecumatum, in formâ probante, oblatione debiti honorarii, expetitur *Haynæ die 20. Novembr.* 1675.

Chriſtian Auguſt. L

Reſponſum Facultatis Medicæ Lipſ ſis, de illethalitate vulneris ex in epta V. S.

QUid Gratioſa Veſtra Dominatio in t miſſo Caſu à Nobis ſcire deſideret, id è Literis Ejus, tum & Actis hîc redeunti perſpeximus, omniaque maturè perpendi ubi quidem quoad 1. è Medicorum Chiru rumque Atteſtatô ſufficienter elucefcit, p felicem hanc V. S. non tam nervum aliq quàm venam & arteriam per tranſverſum ceolâ diſſectas ſeu pertuſas fuiſſe; ipſam ver ſionem 2. per ſe lethalem non fuiſſe, ſed e

ci

nti (ſanguis enim arterioſus tam citò lædari poteſt, qui, dum exire non potuit, ſuppuiis fuit, maximô cum patientis periculô) peloſam evaſiſſe; imo 3. quoque abſque paſi prorſus curari potuiſſe, (cum nullum inmentum motus voluntarii læſum fuerit) niſi ris & alia ſymptomata acceſſerint. Quoniam m 4. (ut ex Actis elucefcit) Febris vulnerapoſt diem ſeptimum ſe truſit, hinc illa æquè eliqua ſymptomata, merito pro effectu intis V. S. habenda eſt, quæ omnia collectivè ta funeſto huic eventui anſam dederunt &c. Lipſiæ &c.

P. Amman. Prax. Vuln. Lethal. Dec. 3. Hiſt. IX.

ponſum I. Facultatis Medicæ Lipſienſis, de ſimili caſu.

X Actis, Martinum Knoblochium & Valentinum Berchten concernentibus, prævià ideratione omnium & ſingularum circumiarum invenimus, quòd Medicus & Chius fol. 10. deſuper ſequentibus 4. quæſtios judicium noſtrum deſideret, ſcilicet; . An neglectio talis & hanc inſequens ſymma (ut Balneator perhibet) nihil impor? Annon ipſi officium ſuum ſedulò illic feint, cautè proceſſerint & nunquam non ima quæque conſuluerint? Annon Balnea, ut debitam ipſis mercedem pro laboribus enſis ſolvat, teneatur & quid Medicus & rurgus, ſinguli in ſpecie, promeriti ſint? An Balneatorum res quoque ſit, aut anpotius Chirurgo competat, Venam ape& ſecare? Quapropter Eosdem deſiderati onſi loco certiores reddimus, quòd ra 1. negligenria per infelicem V. S. in Mar Knoblochiô commiſſa, indeque ſubſecuta tomata, magni ſint momenti, in ſe quoatis periculoſa, & ſi non impoſſibiliter, diffir tamen curabilia. Quoniam enim ſub ſee (fol. 20.) ſiniſtri brachii obſervatum fuit, Arteria ad flexuram cubiti loco venæ à fa Balneatoris inciſa fuerit, hinc extra omne um tumor ejusmodi, qui aneuriſma dicibortus fuit, qui totum abhinc brachium, à u ad ſcapulas usque parteſque circumjaes corrupit. Licet verò tale infortunium, ter diverſam vaſorum ramificationem, quâ ludit Natura, verſatiſſimis etiam Venæribus accidere poſſit, eaque de cauſâ illi ſcribenda non ſit, nobis tamen de Famuli, ni Zeidleri, dexteritate, in ſecandis venis, icquam conſtat, quapropter & certò conere non poſſumus, an infelix hæcce V. S. cat ignorantiâ ejusdem contigerit? 2. Curam dico & Chirurgô ſuſceptam quod attinet, ethodo medendi hactenus receptæ omni nò conſentanea eſt, nec quicquam illic omiſſum aut peccatum fuit; quòd verò in ægro non ex votò ſucceſſerit, illud proprietati aneuriſmatis adſcribendum eſt, utpote quod raro lenioribus cedit remediis, fortiora autem, v. g. Sectionem propter imminens periculum non ſemper admittit. 3. Prætenſio mercedis à Medico fol. 24. & Chirurgô fol. 25. in hoc affectu, æquitati ſatis conſentanea eſt, cujus verò ſit eandem perſolvere, noſtrum non eſt judicare. 4. Balneatorum æquè ac Chirurgorum eſt ſecare venam, cùm illi æquè ac hi Chirurgiam didicerint & exinde examinati fuerint: Niſi forte Eylenburgi inter Balneatores & Chirurgos pacta quædam ſingularia interceſſerint, quæ Balneatores inde excluderent. Lipſiæ die 31. Januarii, 1680.

Reſponſum II. Facultatis Medicæ Lipſienſis, de priori caſu.

PRæviâ novâ Scabinatus Electoralis h. l. requiſitione, in causâ Martini Knoblochii & Valentini Berchtenii Balneatorum Eylenburgenſium, tum deſuper judiciô noſtrô, die 31. Januarii hujus anni impertitô, tum & inſequentibus Quæſtionibus: 1. An Aneuriſma caſu vel" culpâ Famuli Balneatoris acciderit? 2. An æ-" ger, cùm à Chirurgô ad Balneatorem deporta-" retur, per Balneatoris curam neglectus fuerit?" 3. An cauſa mortis ab Aneuriſmate, an verò à" Polypô Cordis provenerit? porrò hiſce reſpon-" demus, 1. Longè probabilius eſſe, Aneuriſma illud caſu, quàm culpâ Famuli Balneatoris productum fuiſſe, cum Balneator ipſemet actui V. S. interfuerit, Famulo locum, ubi, & quomodo venam incidere debeat, & quidem juxta fol. 1. medianam oſtenderit, unde huic, tanquam Magiſtro, qui Artem ſuam per XXVII. jamdum annos exercuit, hîc credendum fuit. 2. Melius quidem fuiſſet, ſi æger unius tantùm curæ inhæſiſſet, non tamen videmus, curâ Balneatoris eundem neglectum fuiſſe, quoniam, ut jam ante ad quæſt. 2. reſponſum fuit, Aneuriſma debilibus medicamentis non facilè cedit: Fortiora verò auxilia, propter imminens vitæ periculum non ſemper admittit. 3. Cauſa mortis potius aneuriſma, & hoc ſubſequens gangræna, quàm Polypus cordis fuit, qui licet quandoque reſpirationem difficilem produxerit, in hoc tamen caſu non eſt attendendus &c. *Lipſiæ die* 11. *Februar.* 1680.

Amman. Prax. Vuln. Lethal. Dec. IV. Caſ. X.

CASUS VII.
DE
ILLEGITIMA & FUNESTA BALNEATORIS PRAXI CHIRURGICO-MEDICA.

Requiſitio.

P. P.

Viri Nobiliſſimi &c.

NIgrave fuerit, ex Actis præſentibus Caſpari Faſcheri contra *Burchardum Watterotten*, & in ſpecie ſub num. 11. occurrente ſententiâ fuſius perſpicere poteritis, quid intuitu Atteſtatorum, ſub num. 2. & 3. in priori Protocollo, contentorum, de jure decretum & definitum fuerit. Quemadmodum verò ea deſuper Veſtrum, Viri Honoratiſſ. judicium edecumatum ſcire deſideramus; ita hunc in finem Acta modò dicta illis transmittere, ſimulque officioſè rogare voluimus, velint haud gravatim bina illa ſub num. 2. & 3. occurrentia Atteſtata Medicorum, collegialiter ponderare, Nobisque de illis, juxta tenorem ſupra allegatæ ſententiæ, judicium veſtrum in formâ probante aperire, & una cum Actis Sigillo V. munitum remittere, quamprimùm remunerationem labori huic debitam juſſu noſtro exſolverit Tabellio. Quibus Dei T. O. M. Tutelæ Vos committentes, perſeveramus

Honoratiſſ. Dnn.

Officioſiſſimi,

Prætor judicialis & Aſſeſſores Judicii Criminalis Göttingenſ. d. 11. *April.* 1676.

Reſponſum Facultatis Medicæ Giſſenæ, de illegitima Balneatoris Chirurgia.

P. P.

QUum Sereniſſimorum Principum Brunsvico Luneburg. Prætor Judicialis & Aſſeſſores Judicii Criminalis, quod Göttingæ eſt, Nos datis hunc in finem literis requiſiverint, ut atteſtata Medicorum in Actis Caſpari Faſcheri, contra Burckardum Watterotten, ſub N. 2. & 3. occurrentia Collegialiter ponderemus, noſtrumque judicium in formâ probante communicemus; Hinc præviâ ſedulâ conſideratione omnium & ſingularum, tam in allegatis modò Atteſtatis, quàm in reliquis Actis & Protocollô contentarum circumſtantiarum, in Naturâ fundatum Artisque principiis conſentaneum eſſe judicamus:

Poſtquam ſc. Burchardus Watterott Balneator ad inſigne Cygni, Caſpari Faſcheri Filiam 21. annorum, cùm per 8. jam hebdomadas obſtructionem menſium inciderit, indeque doloribus in crure omnibusque membris correpta fuerit, curandam ſuſcepiſſet, & hunc in finem in principiô pulverem quendam diaphoreticum in ▽. cardui benedicti, & quia ægra inde malè ſe habuerat, abhinc purgans aliquod propinaſſet, quod quidem operabatur, ſed absque levamine, dolores potius adaucti, & tumor in crure obortus fuerunt: Sequenti die bina emplaſtra, pic[...] redolentia applicavit, alterum quidem ped[...] digitis, alterum verò talo, & quùm neque [...] levamen aliquod attulerint, ſed in crure [...] culæ quædam apparuerint, die 14. ▽ albi[...] rem ſingulis ſenis horis calidè applicandam [...] dit, die 16. abhinc cute omninò diſparente [...] néque omninò nigrâ exiſtente, tumore quo[...] & doloribus manifeſtò adauctis, donec B[...] tandem ſequenti die ægram Prognoſtico [...] querit, omniaque pro deſperatis habuerit. [...] factô per inſpectionem Medicorum & Ch[...] gorum, in Arte verſatiſſimorum, reper[...] fuit, crus omninò ſphacelatum fuiſſe, ita [...] dem, ut ſpatiô plurium dierum caro fruſtill[...] deciderit, donec ægra prorſus obierit. Bal[...] tore abhinc accuſatô, quòd Puellam enec[...] rit: Omnia ſecundum tenorem Actorum t[...] miſſorum, illîcque occurrentis Protocolli.

Licet verò heîc è re fuiſſet, ſi plenior [...] hiſtoria conſcripta, Ægræ temperamentu[...] ctus ratio & medicamenta ab accuſatô Ba[...] tore adhibita accuratius deſcripta fuiſſent: [...] inſuper culpam in Parentes rejicere ſuſti[...] quòd ad quartum usque diem omnia re[...] rint, donec Sphacelus acceſſerit: Simulque [...] hibeat ubique locorum in uſu eſſe, ut non [...] tum Balneatores & Chirurgi, ſed & Vetu[...] Juvenes mulieres talia & ſimilia diaphor[...] aliaque interna medicamenta diſpenſent.

Attamen & quoniam è Protocollô Act[...] occurrentibus, ab accuſatô Balneatore ip[...] non expreſsè, tamen tacitè aſſertis circum[...] tiis eluceſcit, quòd Reus modò dictus [...] ſuſcipere curam non dubitaverit, quæ ipſi [...] tiquam competit, eaque de cauſa method[...] dendi minus convenienter proceſſerit: [...] ad affectum omninò neceſſaria non adh[...] rit, Ægram debitâ cum diligentiâ non vi[...] rit, quod tamen ipſi potius, utpote cui ipſ[...] jamdum concredita erat, competebat, [...] ut Parentum, rerum harum minus expert[...] relationem præſtolari debuiſſet: Ipſe etiar[...] dicationem ſuam illegitimam internoru[...] remediorum diſpenſationem eô, quod de[...] contingit, de jure autem fieri non deberet, [...] modô excuſare valeat.

Hinc ex his aliisque cauſis quam plurib[...] iſtimamus accuſatum Balneatorem in cur[...] ſpari Faſcheri Filiæ eô, quô decebat, mod[...] proceſſiſſe, ſed eandem omninò negl[...] Adeoque in tantum ſubſcribimus atteſtat[...] dicorum N. 2. & 3. in Actis contentis. In [...] rei fidem Sigillum Facultatis noſtræ Ord. [...] addendo hæc confirmare voluimus. *Sign[...] ſæ die* 2. *Maji* 1676.

Decanus & Profeſſores Facult. Med. Giſſenæ.

CA[...]

CASUS VIII.
DE
ETHALI HERNIOSI CASTRATIONE.

Cipio Novelli conqueritur de Herniotomo Claro, quòd Filiolum ſuum quatuor anno- Herniâ inguinali dextrâ correptum eneca- t, dum facta Sectione ad digiti longitudinem nguine dextrô, teſticulum hujus lateris vio- ô modo, non ſine miſerabili ejulatu pueri, axerat, à vaſibus ſpermaticis reſecaverat, & nfantem meum non tantùm absque neceſſi- caſtravit, ſed & hâc ratione prorſus enecavit, puerulus mox à ſectione, dum baculo funi- m vehementiſſime conſtringebat, in ere nem mentulæ, excre ionem urinæ involun- m, horrendas convulſiones, vomitus enor- & delirium incidiſſet, quæ omnia intra 18. s mors inſecuta fuit. Lipſiæ die 16. Sept. 5.

Vid. D. Amman. in Irenico p. 240. in Quæſtione, *Utrum Hernioſi & Maniaci caſtrandi?*

Conf. & Boudevvyns Ventilabrum Medico-Theolog. Quæſt. 24. pag. 159. 165.

CASUS IX.
DE
HERNIOTOMIA ILLEGITIMA.

Requiſitio.

P. P.

Cta præſentia Excell. Veſtras pluribus docebunt, quid Herniotomi, Johannes öningk, & Joh. Henricus Keilholtz, in duo- pueris meorum ſubditorum, quos ab Her- vel Enterocele liberare voluerunt, commi- t; ne itaque juſtitiæ hâc in parte aliquid de t, ſcire aveo:

. An ſectio vel curatio Herniarum ab iſtis niotomis ritè ſuſcepta & peracta. II. Vel, ntra pueri eâdem ſectione lethaliter vul- ti, ac propterea neceſſariò mortui? III. ab iisdem adhibita remedia & probatio- lardo, pane & cane facta, ad hanc ſectio- neceſſariæ, & legitimæ fuerint &c. Dab. ie 24. Auguſt. An. 1653.

W. V. W

Depoſitio Teſtium.

Martinus Seiffert ex Sileſia dicit, quòd poſtquàm Herniotomus ad puerum, cujus herniam ſecuit, veniſſet, ab adſtantibus petierit fruſtulum lardi, quô acceptô, aliquid de eo cani ſuo nigello objecit, reliquô illinendo pueri ſoleas, vel plantas pedum, acceptis inſuper tribus fruſtulis panis tetragonis, cruce prius cultrô notatis, quæ fruſtula ori pueri admovit, ſed præ nimio languore recuſans, Cereviſiam calefactam aſſumere coactus, quam ſtatim evomuit, jam enim agonizabat, & nihilominus ipſe medicaſter puerum verberavit, dicendo: eum ſolummodò ita ſe gerere; petiit hinc à matre aciculam, quâ digitorum extremitates in puero pupugit, percipiendo an etiam ſanguinem effunderet, ſed ne guttula quidem prodiit, poſteà averſus à puero dixit iſte Medicaſter: Courage Muſici, cras ſaltabimus, & vinum aduſtum bibemus, dicit porrò, eundem Medicaſtrum ineptias varias & inania verba protuliſſe, atque Diaboli quoque mentionem ſæpè feciſſe.

Eadem confirmant Teſtis ſecundus & tertius.

ARTICULI
Ad quos reſpondere debent iſti Medicaſtri.

1. *In quo latere Hernia fuerit?* Reſp. Johannes Schônik Oenipontanus, ſe propriè neſcire, an in dextro vel ſiniſtro latere hernia fuerit? tandem dixit, in ſiniſtro.

2. *An magnus adfuerit Tumor?* Reſp. exceſſiſſe magnitudinem canthari, qui quartarium recipit.

3. *An durities adfuerit?* Reſp. antequàm aquæ calidæ immiſſus tumor, durus fuit, aquâ deinde emollitus.

4. *An inflammatio acceſſerit?* Neg.

5. *An teſticulum exemerit?* Affirm.

6. *An aliquid de proceſſu peritonæi reſecuerit, vel ligaverit?* Reſp. ſe ſpithamæ longitudine aliquid reſecuiſſe, & ſuſcepiſſe dimidiam ſectionem juxta, alteram ſupra penem.

7. *An inteſtina repoſuerit ante ſectionem?* Reſp. ſe prius ſecuiſſe, nec potuiſſe inteſtina reponere, poſtea ex ſcroto eadem ſiniſtra manu repoſuiſſe, adhibito *Retinaculo*, quô factô aſſumpſiſſe Lancettam, aperiendo ſcrotum, ut videret, an inteſtinum aliquod ſcroto adnatum ſit, fuiſſe autem illud vacuum, prout adſtantibus demonſtratum, quibus peractis, acu filium validiſſimum traduxiſſe, & ſectionem perfeciſſe.

8. *Quando Calor præter naturam acceſſerit?* Reſp. die alterâ poſt ſectionem ſe obſervaſſe in puero calorem internum, linguam exiccatam, acſi eſſet angina, quartâ verò die eundem per idonea remedia evanuiſſe.

9. *Quando puer ſectus vomuerit?* Reſp. nunquàm vomuit, niſi quando plura alimenta ſumſerit, quàm quæ natura digerere potuerit.

10. *An alvus poſt ſectionem fuerit aperta?* Reſp. Negando.

11. Cur

11. *Cur ſoleas pueri lardo inunxerit, & nigello cani ſuo deglutiendum dederit?* Reſpondet: hoc fecit Socius meus, ut exploraret, qualis puero obventurus ſit morbus.

12. *Cur tria fruſtula panis tetragona, cruce & aliis characteribus inſignita puero præbuerit?* Reſp. hæc exquirenda ex ſocio, cur ipſe fecerit?

13. *Cur patientem deſeruerit, nec deligaverit?* Reſp. propterea factum, quia audivit ex puero, quòd à matre cereviſiam frigidam acceperit, unde fauces inflammatæ, & quoniam mater puerum accedere non debebat, donec plenariè eſſet reſtitutus, ne ipſum ad iram commoveret, aut cereviſiam frigidam porrigeret, dixiſſe propterea parenti, ſe nolle patientem deligare, priusquam parati eſſent 24. imperiales.

14. *An inguina eâ in parte, ubi fuit hernia, depreſſa apparuerint poſt ſectionem?* Reſpondet: Negativè.

Johann Heinrich Keilholtz, Eisfeldenſis, ad Articulum

1. Reſp. in ſiniſtro latere.
2. Reſp. magnitudine pugni.
3. Reſp. in aqua emollitum fuiſſe tumorem.
4. Negat.
5. Reſp. Eximi debet Teſticulus, hoc enim artis præcepta requirunt.
6. Negat.
7. Sectio prius facta, quàm inteſtina repoſita, poſtmodum ſcroti apertio Lancettâ inſtituta, inteſtina repoſita, teſtante hôc Sacerdote, qui ſectioni interfuit.
8. Reſp. Alterâ die poſt ſectionem, Lingua enim arefacta, ſed poſt quartum diem calor iterum evanuit.
11. Reſp. Propterea factum, ut exploraret, an moriturus ſit puer? ſi enim Canis lardum comedit, ſpes ſupereſt vitæ, & hoc eſſe commune criterium.
12. Reſp. Se inſculpſiſſe nomen Jeſu, propterea quia eſſet commune indicium, an Dæmon hominem occuparet? Si enim puer eſt energumenos, panem non comedet, & quia puer, ut & mater ejus, in ſectione Enteroceles tàm moroſi fuerunt, putavit aliquid Diabolici in alterutro ſubeſſe, & propterea tales characteres adhibuiſſe.

Reſponſum I. Facultatis Medicæ Lipſienſis.

PErilluſtris & Nobiliſſ. Domine; quærendo nos compellâſti, quid in præſenti de iſtarum herniarum curatione ſentiendum? collatis itaque omnibus, quæ in teſtium depoſitione, ut & judiciali ad Articulos præcedentes reſponſione continentur, judicamus ita: ſi in ſcrotum illapſa inteſtina non ante, ſed demum poſt ſectionem,
in abdomen repoſita, ſi deinde à proceſſu pe
tonæi portio, longitudine ſpithamæ, reſciſſa
Teſticulus exſciſſus, puerque poſt ſectionem
nuiſſimâ Diætâ & non neceſſariâ inhibitione
tûs cereviſiæ recentis afflictus, inſuper per
quod tempus ſine deligatione relictus, tunc
paret ex his, quoad I. & II. quæſtionem, illeg
mam hanc fuiſſe ſectionem, dum inter ſec
dum inteſtinum facile lædi (quod calor præ
naturalis ſubinnuit) atque inflammatio prod
ab hac exquiſiti dolores, deinde affluxus
morum corruptorum, atque ſic ſphacelus
nerari potuit, quorum Symptomatum augm
tum etiam ſine dubio non neceſſaria teſti
exſciſſio haud parum promovit, dum vaſa ſ
matica abſciſſa & lacerata fuerunt, vid. *Cor
Conſentini Progymn. V. p.* 178. 179. qu
mnia non potuerunt non vires puerorum
momento diſſolvere & internecioni dare. C
ad III. ſuperſtitioſè, ſi non blaſphemè, lard
panis, & nomen Jeſu cum aliis characteribu
hâc ſectione adhibita, nec ſunt remedia he
rum ordinaria, nec naturalia, proinde nec
tima, quia Medicina & cujus Pars eſt, Chiru
donum Dei altiſſimi incomparabile, non
modi præſtigiis & faſcinationibus Dæmo
fundata, novitque quilibet Chirurgorur
Chriſtianorum proſapia, lardum, panem &
Dei munera aliis uſibus deſtinare, præcipuè
ctiſſimum Jeſu nomen ſanctius venerari, q
quòd characteribus variis illud pani inſcul
debeat, ad præſentiam Diaboli inveſtigan
Ideò ſuperſtitiones & blaſphemias tales leg
ſummi Magiſtratus ſeverè vindicandas ren
mus, ultimatè pronunciantes: *Ab hâc il
tima, inartificiali, violenta, imò neglig
Enteroceles curatione & ſectione morte
pueris duobus neceſſariò fuiſſe ſubſect
&c.* Dab. Lipſ. d. 29. Aug. An. 1653.

Literæ Secundæ.

QUid præterito menſe Auguſti in cauſa
rum Medicorum, ſive Herniotomo
qui infelici ſectione Enteroceles duos puer
ternecioni dederunt, reſponſionis loco à V
obtinuerim, adhûc recordabimini. Pu
ram equidem, rem ita deciſam eſſe, & ill
hoc judicio acquieturos: attamen ration
ticuli 7. fol. 17. (quem tamen ſuâ reſpon
judiciali coram Scabinis & Prætore Opp
mei N. confirmarunt) dubium unum vel
rum ſuboriri videtur, dum Medicaſtri, (no
ſtante quòd ipſi ad Collegium quoddam M
corum provocaverint) excipiunt, ſe neſci
quòd Articuli, & datæ ad illos reſponſion
Facultatem Medicam tranſmitti debeant,
conſideratius reſponſiones ad Articulos for
voluiſſe; proinde mihi ſupplices facti, ut
prioribus has 17. quæſtiones, manu ill
conſignatas, jungere, atque veſtræ Dec
committere vellem, in quibus tamen Exc

Veſtræ multa falſa & contradictoria oſten-
:. Attamen ne Rei (quorum alter 28. alter
nnum agit) acſi defenſionibus ſuis non ſuf-
nter fuiſſent admiſſi, & ſic de juſtitia dene-
jure conqueri poſſint, ipſis hoc recuſare
ui; peto proinde perquàm officioſè, velint
nes circumſtantias perpendere, cumprimis,
d alteruter puerorum ſtatim poſt ſectionem
uerit, & ante vitæ pauſam in lingua & fau
s intolerabili calore vel ardore affectus fue
&, unde hoc provenerit? categoricè ex-
re. Dab. N. die 14. Sept. 1653.

Reſponſum II.

P. P.

Rælectæ rurſum ſunt nobiliſſimæ Veſtræ Di-
gnitatis literæ, in Facultate noſtra, con-
entes infelicem ac temerariam Enteroceles
ionem, morte duorum puerorum ſubſe-
nte.
rimum ſtupeſcit quaſi noſtra Facultas, quòd
prædicti Medicaſtri non erubeſcant non
um Informatum vel Reſcriptum noſtrum
llare, verùm etiam in Relatione ſua, tur-
mæ ac ſupinæ cujuſdam ignorantiæ, atque
ris, nos accuſare vel inſimulare, qui op-
in Profeſſionis noſtræ principia impingeret,
tamen è contrario Facultas noſtra, ſtatim
ndatione Academiæ, ſingularibus gaude-
rivilegiis, & ab ipſis Sereniſſ. Electoribus
univerſ. pag. 531. *ſtatutum Facult. Lipſ.*
Francofurt. Tit. 10. §. 3. *Hamburgenſ. c.*
3. 4. *de Anno* 1638. hujuſmodi Circumfo-
os & Agyrtas Examini & Inſpectioni noſtræ
nentiſſimè ſubjectos eſſe conſtet, eum etiam
nem Sereniſſ. Princeps ac Dominus, Domi-
Mauritius, glorioſiſſimæ memoriæ, Pro-
ri Anatomico inſimul Chirurgiam (ad
m tales periculoſæ operationes ſpectant) ut
licè profiteretur, prudentiſſimè ordinavit;
itaque tàm enormis ignorantiæ incuſari poſ-
us, nullâ videmus ratione, potius tàm inju-
am diffamationem ad animum nobis revo-
do inſtanter rogamus, ut in terrorem alio-
exemplariter puniantur, & illis ſilentium
onatur.

2. Ipſam operationem quod attinet, falſa
, quæ ad Articulum 7. depoſuerunt, quòd
eſſariò in qualibet Herniæ ſectione Teſticu-
um vaſis ſpermaticis exſcindi ſimul debeat.
i quidem nos non latet, quòd hoc in more
it poſitum antiquiſſimis Chirurgis & Opera-
bus, ſed in quæſtione ſaltem eſt, *neceſſitas,*
n de jure fiat? Item an Chirurgiæ præce-
hoc ſic exigant? Quod ſalvâ conſcientiâ,
x firmiſſimis rationibus magis excultæ Chi-
giæ concedere nec poſſumus nec debemus,
idem in faciem contradicerent nobis ſcripta
xperimenta tàm Veterum quam moderno-
Chirurgorum, & inprimis *Hieronymi Fa-*
cii ab Aquapend. lib. 1. *cap.* 22. qui ſuo tem-
e jam alium modum demonſtravit curandi
Hernias, item *Ambroſii Paræi lib.* 7. *cap.* 17.
Fabricii Hildani Obſerv. 73. *Cent.* 6. *Henrici*
Petræi lib. 5. *Chirurg. c.* 3. *Malachiæ Geige-*
ri Kelegraph. c. 9. *pag.* 106. 109. & aliorum,
qui varios modos excogitârunt ſecandi hernias,
abſque teſticuli exciſione. Debet autem con-
ſcientia præditus Chirurgus æquè ſuas habere
indicationes, atque Medicus, quam itaque idio-
tæ iſti ſceleratiſſimi habuerint, pro exciſione te-
ſticuli, averemus ſcire, cùm herniæ natura in il-
lapſu inteſtinorum in ſcrotum, & in ruptura pro-
ceſſus peritonæi conſiſtat, non verò in teſticulo-
rum & vaſorum ſpermaticorum violenta extra-
ctione. Hinc optandum, ut iſti Medicaſtri, an-
tequam hernias in corpore humano aggredian-
tur, ſeſe in Anatomia Weſtphalica (Sauſchnei-
den) tantiſper exerceant, donec meliores enchi-
reſes exercitio nanciſcantur. Quoad reliqua
puncta conſtantis Facultas noſtra eſt opinionis,
quam in Reſponſo primo videre licebit, & hoc
propter adductas inibi rationes & argumenta
&c. Dab. Lipſiæ die 24. Sept. An. 1653.

Literæ Tertiæ.

P. P.

COmmunicatô Medicaſtris captivis ſecun-
do Reſponſo ſub 24. Septembr. Anni cur-
rentis, nondum acquieſcere voluerunt, ſed in-
ſtanter apud me urgent, ut aliam adhuc permit-
terem ipſis defenſionem, ratione exſecti Teſticu-
li. Ne itaque violentiæ vel injuſtitiæ me incuſent
etiam huic petitioni velificatus ſum, quapro-
pter officioſè contendo, velint Amplitt. veſtræ
defenſionem illorum (quæ tamen nugis meris
& falſis referta, præſertim quæ Johann. Heinri-
cus Keilholtz puero, & parentibus ejus, affingit,
acſi Dæmone obſeſſi fuiſſent, contrarium autem
oppidò vicini, aliique honeſti viri cum paſtore
hujus loci demonſtrant) denuò revidere, exami-
nare, ac perpendere, & ſi aliquid momenti in
iſtis defenſionalibus reperitur, ſententiam ſuam
Scabinis Electoralibus Lipſienſibus, ubi Acta
jam detinentur, tranſmittere, item quid ſatisfa-
ctionis loco, pro injuria ac diffamatione præten-
dant? haud gravatim inſerere &c. Dab. N.
die 30. Septembr. Anno 1653.

Reſponſum III.

P. P.

QUid tertiâ jam vice Nobiliſſ. veſtra Digni-
tas nos velit, ex Actis percepimus, quia ve-
rò duorum illorum Medicaſtrorum partim præ-
ſtigiatoriam ac veneficam, partim in Chirurgia
non fundatam Curationem herniarum, jam in
primo Reſponſo ſufficienter refutavimus, brevi-
tatis cauſa ad illud provocamus, novam defenſi-
onem deteſtantes, quia non ſolum veneficam &
præſtigiatoriam Curationem, ut & abuſum ſcan-
daloſum ſanctiſſimi nominis JESU, verùm et-
iam infelicem adminiſtrationem ſectionis de-
fendere perfrictè ſatagunt, quod Magiſtratui vin-
dicandum relinquimus, ea ſimul ſpe certiſſimâ
freti, fore, ut injuriam nobis à Medicaſtris citra

meritum illatam Domini Scabini reſpiciant, ac in ſententia talem pœnam adjiciant, quæ ejuſmodi farinæ homines impoſterum à tàm frivo lo inſtituto deterreat, atque coërceat. &c. &c. *Dab. Lipſ. die* 2. *Octobr. Anno* 1653.

CASUS X.
DE
MALA MANUS VULNERATÆ CURATIONE.

Requiſitio.

OBorto inter Titium & Cajum diſſidio, hujus dirimendi ergò ambo in Duellum quoddam conſenſerunt, quô fervente accidit, ut dum Titius robuſtus aliâs & vegetus ſatis feriendo ceſpitaret, ejuſque enſis è manibus elaberetur, à Cajo ictum cæſim jam ducente, in extimô dextræ latere per carnem muſculoſam, in eô ſatis craſſam, uſque ad os Metacarpii, haud procul ab articulatione, vel ut Medici vocant, ab exterioribus Carpi oſſiculis, vulneratus fuerit, ictu per duplicatum ſtrophiolum, è linteo craſſiori conflatum, una cum Chirothecâ penetrante, unde juxta Chirurgi, cui Titius fidem adhibere debuit, bini tendines diſſecti fuerint & prominuerint. Titius autem ſtatim ſe Chirurgi alicujus, illîc viventis, curæ ſubjicit, de certô pretio cum eô paciſcens, â quô etiam manè atque veſperi emplaſtris glutinatoriis & ut aliâs decet, deligatur, niſi quòd totam manum rectâ expanſam ferulâ muniverit, cum tamen ipſe Titius ſperaverit, digitos, quorum nullus fuit læſus, ſibi liberos relinquendos eſſe. Alterô die acu tres ſuturas applicat, quia veſperi vulnus denuò ſanguinem ſtillavit, prætextu, tendines alioquin reuniri non poſſe, Titiique vulnus admodum deforme futurum, niſi hoc fieret; quod, licet Titio id ſimiliter adverſum ſatis & moleſtum fuerit, ad meliorem tamen & citiorem conſolidationem obtinendam patienter ſuſtinuit; aſt ſtatim abhinc, proh dolor! accidit, ut durantibus illis ſuturis (quod per quatriduum factum) ne minimum quidem puris è vulnere effluxerit, digiti, à quibus primum emplaſtrum per integrum octiduum remotum non fuit, immobiles redditi, & ſitu quaſi obducti fuerint, ſtatimque inflammatio & tumor aliquis ſe truſerit, cum indicibili calore & dolore, quibus per 4. integras ſeptimanas noctu æquè ac interdiu ſubjectus fuit; quæ omnia Chirurgus in Depoſitione ſua Judiciali exinde derivat: Quòd à manubriô enſis, manui intorto contuſio quædam orta, indeque aliquid ſanguinis in parte manus interna & ſuperioribus particulis inter pollicem extravaſatum fuerit; cum tamen ipſe Titius, neque illîc locorum, neque aliâ parte manus vel minimum quid perſenſerit, id tamen, ut reliqua omnia, & credere & perpeti coactus fuerit; imò porrò adhuc perpeſſus fuiſſet, in fine à Chirurgô (qui cum pretio antea pa[...] contentus eſſe noluit) abſque ulteriori delig[...] one derelictus fuiſſet, quô, ut ante, vehem[...] tiſſimi dolores & inflammatio magis magiſ[...] ſe coacervarunt, ut mortem ſibi ſæpius exo[...] verit. Quapropter Balneatorem ejus loci [...] cerſivit, qui ad manus (ſumme ſc. tumidæ & [...] cum brachio ad ulnam uſque inflammatæ) c[...] ſpectum horrore correptus eandem pro n[...] tuâ acceptavit & curandam ſuſcepit, iteratâ & [...] ligenti tamen renovatione emplaſtrorum re[...] gerantium, cataplaſmatum & applicatô ſup[...] rativô primâ ſtatim nocte eò deduxit, ut [...] preſſa hactenus materia purulenta, quæ i[...] digitos & pollicem magis tangebatur, exitu[...] ús lancettâ procuratô, confertim effluxerit, [...] verò quies reddita, & cura illa animique ſolic[...] do, ne jacturam brachii ferat, demta fuerin[...]

Quoniam verò, Domini Honoratiſſ[...] Titius per 14. ſeptimanarum decurſum [...] Balneatoris utitur abſque vulnere aperto dig[...] quidem nonnihil movere, manum verò p[...] ſus non flectere valet, & probabile videtur, q[...] Chirurgus per totalem ferularum applica[...] nem & ſuturas manus hanc contracturam, a[...] verò dolores hos periculoſos per 4. ſeptima[...] durantes conciliaverit, & in omnibus hiſce [...] tra præcepta Artis, non dicam jam quâ co[...] entiâ (cum non exiſtimet id Chirurgum [...] melius intelligere) egerit, tandemque ab[...] auxilio dereliquerit: Uteapropter Titius [...] rurgum de jure convenire, atque refuſio[...] arrhæ, impenſas à Balneatore liquidatas, [...] mnique à Titio, ob neglectos labores, & [...] lores inæſtimabiles perpeſſi, reſtitutionem [...] dicialiter petere poſſit, adeoque ſolidam [...] informationem deſideret; hinc Dnn. meos [...] noratiſſimos officioſiſſimè rogito, velint, a[...] dictam Hiſtoriam Facti Collegialiter perpe[...] re, & judicium ſuum, pro debitô redhoſtin[...] tô de ſeqq. Quæſtionibus ſigillo munitum [...] hi tranſmittere: 1. An plenaria rectaque fer[...] rum applicatio in hac manu abſolutè neceſſ[...] fuerit? 2. Annon illæ tres ſuturæ Titio adh[...] dum nocivæ ſint, & annon planè ſupervaca[...] fuerint? 3. Annon inde tumor, calor & d[...] res ipſaque inflammatio neceſſariò fuerint e[...] ta, hæcque Chirurgus probe ſcire, videre & [...] pedire potuerit & debuerit, etiam pro ſoſtr[...] quod conſenſerat? 4. An itaque Titius refu[...] nem expenſarum à Chirurgo de jure exig[...] hicque ad eandem propter negligentiam [...] getur? Hoc &c. *Dat. Joh. Georgen-St[...] die* 16. *Martii.* 1672.

Carolus Friſchmuth. J[...]

Reſponſum Facultatis Medicæ Lipſien[...] de qualitate curat. Chirurgicæ.

P. P.

QUibus præviâ Collegiali Deliberatione [...] tisfacturi reſpondemus: 1. Quod plen[...] re[...]

:áque ferularum applicatio, in manu digi-ue inſtituta hâc in parte neceſſaria non fue-, dum deligatio hæc ſpleniis aliiſque lege Ar-:tiam abſque ferulis, inſtitui potuiſſet. 2. :s ſuturæ veræ, cùm vulnus hoc exiguum & noſum fuerit, inutiles fuerunt, cumprimis od ſecundo demum die adhibitæ ſint, quan-quidem 3. ob conjunctum dolorem neceſſa-calor inſignis, inflammatio aliaque ſympto ta exorta fuerint; utut & tumor à forti ſtrictâ-: contractione ferularum & ligamentorum i poſſint, & ſi tres illæ ſuturæ nimis arctè ſtri :; contractæ fuerunt, pus neceſſariò ſupprimi iſque elevari debuit; quæ omnia Chirurgus lius ſcire & adhibitâ ſolicitudine præcavere uiſſet. An verò 4. Titius jure merito de refu-ne expenſarum aliorumque Chirurgum con-ire poſſit, hoc non tam noſtrum, quàm n. JCtorum eſt decidere. Quod &c.

Amman. Prax. Vuln. Lethal. Decad. 2. Hiſt. X. p. 208. & ſeqq.

CASUS XI.
DE
GITIMA CANCRI MAMMA-RUM CURATIONE.

Requiſitio.

P. P.

Aſum proponit Nobilis quidam, me in terprete, qui concernit curationem mor quo uxor ejus affligitur, & quidem in 6. quæ-nibus:

An in principio malum hoc tantùm pro Scirrho mammarum haberi debuerit?
An ſcirrhus naturam Cancri induerit?
An methodicè curatum?
An ſpes curationis ſuperſit?
An juxta opinionem balneatoris, abſque llo dolore, ſectione & corroſione curari poſſit?
An non multum temporis ad hanc curati-onem requiratur?

Caſus eſt ſequens.

Anno 1661. 15. Januar. honeſta quædam mina ætatis anno 37. tertii matrimonii ſteri-à terrore ultimi incendii circiter annorum k tot menſium, cùm menſtruo laboraret, dextra mamma dolorem percepit cum ulo inſtar fabæ minoris, qui à die in diem norem durum atque ſcirrhoſum, & uti vi-ır, naturam cancri induit, quæ ob pudo-reticuit, nec aperire voluit, viſo eum ſtu-e ingentem molem ac admodum duram, al-:entem, æqualem cum caliditate, abſque dem dolore; ſtatim ſequens Cataplaſma nomine Jeſu, & recto victus regimine ob-ato, calido nimirum & humido, atque ev-mo, cum moderata Corporis exercitatione, calefſcat corpus & refocilletur naturalis Ca-ut diſſolvat per inſenſibilem tranſpiratio-nem crudos tartareos humores) calidè adhibi-tum eſt, præmiſſis neceſſariis univerſalibus. *Recip. pulv. rad. althex, lil. alb. ā ℥j. ſcrophu-lar. ireos flor. ā ℥ij. flor. chamom. ℥ij. melilot. ſem. fœnugr. ā ℥j. Bol. rub. ʒvj. Litharg. ℥iiſ. alb. græc. ℥ſ. ℔. lin. lact. caprin. ceræ virgin. ā q. ſ. f. Cataplaſma. Eodem die 13. Chirur-gus cauſticum cautè applicavit, ſed abſque fructu propter ingentem duritiem tartari. Ob metum febris, & circa tempus menſium dabam bezoartic. min. ♃. gr. viij. bis bono cum fructu. Chirurgus intereà ut humor hujus tumoris Cauſa emolliri, attenuari & diſcuti poſſet, ſequens tentavit: Recip. fol. alth. malv. branc. urſin. ſummit. fœnic. ā M. ij. Coqu. cum aq. ſimpl. contundantur & per ſetaceum trajiciantur, poſteà adde farin. hord. fabar. lini fœnugræc. pulv. rad. alth. flor. chamom. ā ℥j. cum Emplaſtr. diachyl. de mercur. Vig. ā q. ſ. f. Cataplaſma quod ad 6. Martii impoſitum eſt.* Eôdem 6. Martii Chi-rurgus & ego malum, legitimum adhûc eſſe ſcirrhum, judicavimus, & univerſalibus, quibus opus fuit, præmiſſis, (tincturâ nimirum antimo-nii & tartar. corallor. verâ, clyſſo cum aliis ne-ceſſariis) & cauſis, in toto quæ ad generationem tumoris facere poſſunt, amotis, ac Diætâ, ut ſupra mentio facta eſt, quæ ſcirrhorum curationi con-veniunt, exhibuimus, emollientibus, attenuanti-bus, & diſcutientibus, ad ſuppurationem autem venire non potuimus. Chirurgus cum præſcri-ptis & neceſſariis cedere non voluit, & metus erat ſcirrhum in cancrum abiturum, cauſticum applicavit felici cum ſucceſſu, quo uſo foramen factum ad dimidium imperialem, carnem ſpon-gioſam & demortuam ſine dolore forpice ab-ſcindebat, tum temporis & mamma mollior præſertim infra reddebatur; ung. Ægyptiacum cum balſamo Saturni, ſpir. ſalis dulc. Chirurgus vulneri impoſuit debito modo, defenſivis aliis neceſſariis, emollientibus, attenuantibus & diſ-cutientibus, quo uſu à die in diem foramen ma-jus factum eſt, ſanguis interdum nigricans cum liquore rodente crudo effluxit; die 29. Martii obſervavimus in latere mammæ nodos duros inſtar minorum fabarum, & circulum in ambitu vulneris exaltatum coloris bruni atque lividi, quem ſuſpectum & naturam cancri indutum ve-rum eſſe æſtimamus; die 1. April. conquereba-tur de Capitis ſummis doloribus, ſecavimus ſta-tim Cephalicam, in dextro pede, quo ſanguis craſſus nigricans effluebat, & Dna Patiens meli-us ſeſe habebat, præſertim poſt uſum ſudorifero-rum ex mineralibus debitis cum vehiculis &c. 23. dito propter menſtrui ſuppreſſionem ſeq. etiam *Recip. Rad. Dictamn. alb. ʒij. viſc. quern. milii Solis ā ʒiij. dictamn. Cret. ʒj. aniſ. ʒiſ. Croc. Orient. ℈iſ. Inciſa & contu-ſa groſſè, ebulliant cum vino generoſo ℔ij. ad ſufficientiam, de quo bis in die 3. cochlearia. Chirurgi Emplaſtra ſunt: Diach. magnum cum gumm. cum melilot.* parum,

Val. Pand.

parum, & ſpermate ranar. q. ſ. ambitum ſeu circuitum vulneris, qui durus, bruni & lividi coloris eſt, inunxit etiam Oleo arſenic. per deliq. facto & ſpir. ſalis dulci, intus verò ungu. Ægyptiacum cum ſaturni balſamo applicavit, & adhùc &c. Inter alia corroborans habet ſeq. compoſitum. Recip. Conſerv. Roſar. rubr. opt. vitriolat. ℥ſ. cond. carnis citr. cortic. limon. ana ℥jſ. Cond. Carnis N. Myriſtic. conf. alkerm. ſpec. Diarrhod. Abbat. ana ʒj ſpec. aromat. roſ. ℈ij. ol. nuc. condit. expreſſ. gtt. vj. citr. cinnamom. ana gtt. iij. Sacch. Canar. in ſ. q. aq. roſar. fragr. diſſolut. ℥vij. f. l. a. Confectio in morſul. D. S. kræfftige Stærckmorſellen, item aurum potabile verum. Proximè iterum corpus medicamentis debitis, atrum & pituitoſum, craſſum humorem evacuantibus, expurgetur per vices, præcedentibus ſimul præparantibus, ſanguinis, ſi opus erit, miſſione &c. Meditamur jam de emplaſtro ſequente: *Recip. ceruſſ. alb. litharg. ana ℥iij. Ol. ſeſamin. cannab. ſucci ſolan. ana ℥ij. Coq. autem ad conſumptionem humiditatis & bonæ conſiſtentiæ, addatur Talpar. combuſtar. cancror. uſtor. pomphol. ana ℥j. ranar. virid. uſtor. ſacchar. ſaturn. antimon. diaphor. ana ℥ſ. Empl. diachyl. comp. diachyl. magn. Vigon. melilot. ana ℥j. Oliban. myrrh. gumm. aloës, mum. ammoniac. gumm. diſſolut. ana ℥ij. Ol. de ranis q. ſ. ut fiat Emplaſtrum juſtæ conſiſtentiæ. Northuſæ d.* 30. *April.* 1661.

Medicus & Chirurgus.

Reſponſum Facultatis Medicæ Lipſienſis; ſcilicet cancrum mammarum exulceratum difficulter curari, & quidem tantùm palliativè.

PErlegimus quidem morbi hiſtoriam, quo hactenus Dna Patiens fuit detenta: ſed optamus, ut magis formaliter, & juxta leges Medicinæ, à Medico & Chirurgo, plures addendo circumſtantias, ratione ætatis, temperamenti, ſymptomatum, item, an menſes hactenus fluxerint, debita ratione nobis fuiſſet deſcripta, ſic etiam reſponſum accuratius ſperari potuiſſet.

Nihilo tamen minus, ut deſiderio veſtro ſatisfaciamus, dicimus ad Quæſtionem 1. & 2. quòd ex obſervatione tranſmiſſa luculenter pateat, malum hocce in principio nec ſcirrhum legitimum fuiſſe, ſed ſtatim ideam Cancri habuiſſe, quod ex tuberculo duro evincitur. Ideò 3. putamus ſatius fuiſſe, ſi nullum cauſticum, præſertim, uti videtur, potentiale, adhibitum, quia hoc modo malum fuit exulceratum, qui Cancer exulceratus ſemper apud Medicos veros peſſimè audit, & plerumque pro deſperato habetur. Reliqua externa remedia, præſertim emplaſtrum, quod Chirurgo fuit in uſu, ſuo loco relinquimus, ut & internè, ſi modò talia ſint, qualia deſcribuntur. *An v methodicè hactenus fuerit curatum nec* ex Relatione vel Hiſtoria morbi cognoſc non valemus. 4. An ſpes curationis ſupe facilè & ὡς ἐν παρόδῳ reſponderi poteſt: quia carcinoma iſtud jam exulceratum, unanim omnes Medici concludunt, cum chirur quòd talia Carcinomata, in mammis præ tim, rarò radicitus curari poſſint, ſed cont ti debeant eſſe ægrotantes, ſi modò malum ulterius ſerpat. Ideò 5. quæſtio ſemetip refutat, quòd ſcilicet abſque dolore, ſect & corroſione curari non poſſit, niſi forſan liativè, quæ tamen palliativa Curatio dolo non tollit, ſed potius auget. Tandem 6. M tum quoque temporis requiritur, ut pati tanquam perpetua valetudinaria, conti medicamentorum uſu, quaſi torquenda. *L Lipſ. d.* 3. *Julii Anno* 1661.

CASUS XII.

DE CURA CHIRURGICA ILLE TIMA.

Requiſitio.

P.P.

DUbium ſuboritur quoddam circa ca præſentem, cujus reſolutionem à gra ſiſſimo Collegio Veſtro ſubmiſsè præſtola Non ita pridem & quidem Menſe Nov. A 1651. vir quidam in ano, vel inteſtino r (ante aliquot ſeptimanas Dyſenteriâ correp de dolore inſigni conqueſtus, quem Balne hujus loci curare auſus, adhibendo extern media: ſed ſine ſucceſſu, non enim ſolùm remiſſiores, ſed graviores ſubinde redditi, biduo poſt Medicum acciri curavit, morbi h riam deſcribendo, qui (acceſſit autem febri tarrhalis) medianam aperuit, Balneator ver rationem ſuam in loco nominato continu poſtmodum Medicus, externis nihil juvanti Clyſterem applicari juſſit, quô remiſſio quæ doloris ſubſequuta, ſubortus autem tumor gnus, in, ante, poſt, & circa inteſtinum rec quem Balneator *Eryſipelas* eſſe putavit, ill que linteolis aquâ ſambuci madefactis h ctavit, & reſolvere aut diſſipare conatus, ſe rum ſine ſucceſſu, tandem linteola in ca aqua madefacta & exiccata admovit, quô puſtulæ quædam in Inteſtino recto ſubortæ morque remiſſus, ſed cum inſigni fœto ano, perinæo uſque ad ſcrotum, item v membrum progrediens Tumor occupa quem tumorem exiccatis linteolis & pri aqua florum ſambuci humectatis diſſipare luit, ſed fruſtra omnia! brevi ſiquidem t poris intervallo, & quidem intra quadridu fœtor ita invaluit, ut patientem putaveris cadaver, in ſcroto puſtulis novis apparenti & quamvis balneator ab uno vel altero,

Chi

hirurgiæ gnarus, commonefactus, inſtare, ap-
rentibus ejusmodi puſtulis, *ſphacelum*, ita-
e cautione opus eſſe, ne malum incurabile ac-
ſcat, inſuper tamen hæc omnia habens, ſibi
n hoc curæ eſſe, reſpondit; ejusmodi morbos
âs etiam feliciter curaſſe, inſtare ſuppuratio-
m, & omne periculum abeſſe, item: quærente
edico aliquando, quis eventus morbi hujus
erandus? Optima quæque ſe ſemper ſperare
ſit, tandem in præſentia cujusdam Studioſi
hirurgiæ puſtulas aperire volens, vidit *ſpha-*
lum in corpore patientis jam factum, à podice
que ad lumbos in perinæo, ſcroto, membro
ili, ita, ut neſciret quid conſilii? obmutuit
aſi, & Medici conſilium ſe petiturum regeſſit:
tante inſuper periculo mortis, imminenti-
s etiam Lipothymiis graviſſimis, amici ægro-
tis tres Chirurgos vocant, relicto Balneatore,
i etiam in pedes ſe conjiciebat, tanquam ſe-
mortuum ſuſceperunt, exſtinguendo per Dei
tiam ſphacelum aquâ quâdam nigrâ, adeò
ſpes ſuperſit ampliſſima pro reſtitutione in
egrum, metuendum tamen eſſe fiſtuloſum
endam abſceſſum in ſiniſtro latere Inteſtini
ti. Quia verò patiens imperitiâ hujus Chi
gi in ſummum vitæ periculum præcipitatus,
n morbum non intellexit, medicamenta in-
venientia adhibuit, & citra omnem ratio
n curavit, reputationem ſuam patientis ſa
ti anteponendo: rogo Veſtras Excell. ut cu-
onem balneatoris hîc à principio conſigna-
examinare, & ex Chirurgia formatum judi-
m mihi ſuppeditare velint ad ſequentem
æſtionem: *Utrum Balneator Gabriel N.*
ientem in hoc affectu ritè curaverit, &
quàm Vir bonus, & Chirurgus peritus,
mſe profitetur, egerit? vel annon ægrum
nè perdiderit? aut neglexerit? cum ne-
e naturam morbi communicando, Medi-
n non conſulendo, benè ſemper ſperare ju
do, & periculum mortis imprudentiâ ſuâ ac-
rando, etenim ſi morbi habuiſſet cognitio
n, & fœtorem inſignem, qui quatriduo ſpha-
m anteceſſit, obſervâſſet, procul dubio tam
ſymptomata præcaveri potuiſſent, & quia
peram, imò peſſimè hâc in re egit, an infamiâ
iendus, à curationibus inpoſterum exclu
dus, & à Magiſtratu puniendus ſit? patientiq;
ptus omnes refundere debeat? Dab. N. d.
Maji An. 1652.

[Re]ſponſum Facultatis Medicæ Lipſien-
, ſcilicet Eryſipelas hoc Inteſtini recti
malè à Chirurgo fuiſſe cura-
tum.

I[n]ſtitutâ Collegiali deliberatione, ſuper Hi
oria morbi nobis communicata, breviter,
ervosè reſpondemus, quòd ob tàm præ-
erè ſuſceptam Curam à Balneatore, in præ-
s ægri partibus ſphacelus neceſſariò ſubſe-
ebuerit, niſique maturô conſiliô Medico
rum ac Chirurgorum exſtinctus fuiſſet, procul omni dubio patiens ad plures abiiſſet. E quibus omnibus ſufficienter elucet, quàm ruditer, turpiter, & citra omnem methodum medendi Balneator in curatione prædicti morbi proceſſerit, non enim (ſi adfuit Eryſipelas, cui forſan, noſtrô judiciô acceſſit humor quidam ſcorbuticus) externis talibus remediis, multò minùs humidis linteolis aut Cataplaſmatibus curare debuit; hâc enim ratione morbum adauxit, materiam cumulando, putredinemque ipſam accelerando: Ab ejusmodi enim curationibus omnes Medici, quibus Salus Ægrorum curæ cordique eſt, dehortantur Chirurgos, ut videre eſt apud *Foreſtum, Sennertum, Paræum, Hildanum &c.* Et ſi forſan diaphoreticis patiens fuiſſet adjutus, & materia, quantum poſſibile, evacuata & reſoluta, in tantum periculum ægrotum non conjeciſſet. Sed quid non audet temerarium iſtud hominum genus? Pronunciamus itaque, quòd prædictus Balneator Gabriel N. hâc imperitiâ ſuâ & negligentiâ autor ſit ſymptomatum, ac tanti mali, malitiosè periculum reticendo, neminemque in auxilium vel concurrentiam admittendo. Hinc à Magiſtratu jure puniendus, ut alii audaculi in hunc, inpoſterum, tanquam exemplar, intueantur, monendus etiam seriò, ut dehinc ab ejusmodi Curationibus planè abſtineat, nec extra oleas vagetur. Reliqua quæſtionum contenta ad JCtos ſpectant, ſufficit itaque nos pronunciâſſe: *quòd imperitiâ & culpâ ſuâ ægrum in tantum periculum vitæ, ac Symptomatum vehementiam, conjecerit, &c.* Dab. Lipſ. d. 26. Julii 1652.

Vid. Amman. in Med. Crit.

CASUS XIII.
DE CURA CHIRURGI ILLEGITIMA.

Requiſitio.

P. P.

FOemina quædam honeſta, dum in ſcabello conſidere voluit, jam ante annum dextram manum retrorſum verſus brachium diſlocavit, cui Balneator quidam varia emplaſtra & olea adhibuit, ſed ſine effectu, neglectâ enim inarticulatione, actio manûs quodammodo ſufflaminata. Huic ſucceſſit alius, longè rudior in Chirurgia, poſtquàm oleaginoſis juncturam manûs inunxit, propter tumorem videtur hæc diſlocatio in Ganglion vel Nattam abire, indies enim augetur. Hæc dum peracta, ſenſit ſe gravidam, & quidem fermè ad dimidium geſtationis tempus, quapropter nec internis affluxui humorum reſiſtere, nec externis diſlocationem curare conſultius viſum, in unum tantum adhibitis Topicis, prohibendo, ne tumor inſigne

 augmen-

augmentum capeſſens aperiretur, ac ipſa fœmina propter inſignem hæmorrhagiam abortiret. Poſt partum lactat ipſa infantem, tumor ſemper idem & per omnia, ratione tuberculorum propullulantium, doloris punctorii, coloris lividi, cancro occulto ſimilimus, hinc interna rurſus reformidantur, adhibitis tantùm externis temperatis, prout ſubjectæ formulæ ſub A. pluribus commonſtrant. Et ut idea tumoris ratione magnitudinis, & partis affectæ eò melius percipiatur, poteſt evolvi *Obſervat.* 70. *Centur.* 4. *Hildani.* Ut itaque quid agendum hac in re, patiens ſciat, ſubmiſsè, me interprete, veſtrum rogat Conſilium, ut & denominationem periti Chirurgi, cui ſe tutò concredere poſſit. Errford. d. 16. Maji 1648.

Alexand. B.

A.

Emplaſtrum. Recip. Ol. roſar. ranar. de vitell. ov. ana ℥ij. Gummi Elem. Ceræ alb. ana ℥iſ. Sacch. ♄ni ʒj. Miſce lento igne & percolentur, deinceps adde Tutiæ præp. Lapid. Calamin. plumb. uſt. Cancr. fluviat. Ranar. virid. C. C. præp. Thuris ana ʒij. Litharg. ⊙r. ʒj. Ceruſſ. ℥ſ. Sem. hyoſcyam. ℥ſ. M. & agitentur per horas 4. 5. & adde ſucc. ſeqq. ex Rad. ſcrophul. ari, Herb. geran. ſolan. &c. & fiat ex his omnibus l.a. Emplaſtrum.

Linimentum: Recip. Ol. Ranar. ℥ſ. Amygd. dulc. de vitell. ov. Roſar. ana ʒvj. Rad. ſcrophul. M. ſ. Geran. M. j. Cancr. fluviat. Ranar. ana Nr. iij. Sacch. Saturn. ℈ij. Incidantur & conquaſſentur in mortario, poſtea coquantur cum prædictis oleis lentiſſimo igne, ad conſumptionem humiditatis.

Reſponſum Facultatis Medicæ Lipſienſis, ſcilicet dislocationem hanc carpi abiiſſe in tumorem cancroſum.

DEſiderantur in Caſu nobis transmiſſo neceſſariæ circumſtantiæ, reſpectu ætatis, temperamenti, ſymptomatum &c. quæ omnia impedimento ſunt, quo minus petitioni veſtræ ex aſſe ſatisfacere nunc valeamus. Quantum tamen exinde perſpicere licuit, dicimus; quòd absque omni dubio patiens ipſa ab hoc periculoſo morbo præſervari & curari potuiſſet, ſi ſtatim in principio periti Medici cum ſcientifico Chirurgo fuiſſent in Conſilium vocati, nec res tanti momenti imperitis balneatoribus concredita. Etenim repoſitio Carpi (quæ in hoc affectu præcipua curationis pars erat) planè intermiſſa, hinc non potuerunt non vehementes dolores ſubſequi, qui poſtmodum aucti à cacochymia gravidæ, quia non ambigendum corpus hoc pravis atque corruptis ſcatere humoribus, hinc propter adhibita oleoſa, calida & pinguia Topica, perpetuus ad partem affectam affluxus, qui indies augmentum capeſſit, ſiquidem prædictis pinguibus pori cutis planè occluſi, quò minus materia peccans reſolvi & evaporare potuit. Nec impedivit ingravidatio legitimam M[...] camentorum convenientium adhibitione[...] quia jam ad dimidium tunc temporis uter[...] geſſerat, uno verbo: Si in principio malum j[...] merito fuiſſet cohibitum, procul dubio felici[...] juvante Deo, ſubſecutus eventus. Ut tan[...] pro ſtatu præſenti noſtram mentem aperiam[...] omninò arbitramur, quòd externis interna[...] media conjungi debeant, quæ ſine perditi[...] virium corruptos humores ſucceſſivè e[...] cuent, & ægram à periculoſo affectu, qui in G[...] grænam degenerare poteſt, liberent ac præ[...] vent. Cui fini bis de ſeptimana præſcriptas [...] ſumat pilulas. Recip. Extract. cathol. And[...] panchym. Croll. Ellebor. nigr. ana ʒſ. Mer[...] dulc. ritè præp. ℈j. Scammon. roſat. gr. xxiij. [...] ſtill. mac. aniſ. fœnic. ana gtt. j. Cum Tinct. [...] fiant l.a. pilulæ xxj. pro Doſi. Intereà bis d[...] de Tinctura ſequente 36 guttulas pro u[...] vice uſurpet: Recip. Tinct. ♂. aperitiv. ℥ſ. [...] Nec inconſultum erit Decoctum aliquod p[...] re ex lignis, & herbis ſpleneticis, de quo q[...] tarium ſemper ſumat, hâc tamen conditi[...] ut alvus ſemper reſpondeat. Hæc ſequantu[...] terna vel Topica, inter quæ Emplaſtrum a[...] bitum probamus in tantum, ut etiam eiden[...] miſceatur vel ſubſtituatur Emplaſtrum Vig[...] mercuriale, linimento autem iſti conjung[...] ſucci plantaginis, virgæ aureæ, hyperici, [...] ſambuc. beccabung. Cancror. fluviatil. [...] pulv. Ceruſſ. Tutiæ præpar. litharg. Terr. S[...] & Bol. Armen. quæ omnia etiam poſſunt [...] mari in conſiſtentiam Cataplasmatis. Hæ[...] que & alia, quæ pro ratione Symptomatum[...] dentiæ Medici relinquuntur, ſi cum exacta [...] ta ad tempus uſurpabuntur, prognoſis ſt[...] dabit, quid in hoc deſperato Caſu amplius a[...] dum, & an tandem ad extremum videlicet [...] *putationem brachii*, ne pars ſincera trah[...] neceſſariò accedendum? quod quidem pa[...] ti vix ac ne vix precamur, interim tamen [...] de cauſis, pro ratione officii noſtri, adder[...] buimus. Deus, autor ſanitatis, huic Co[...] ex alto benedicat. *Dab. Lipſiæ d.* 26. [...] 1648.

Vid. Amman. Med. [...]

CASUS XIV.

DE ERRORE CHIRURGICO [...]THALI IN CURANDO PEDIS TUMORE.

Requiſitio.

P. P.

V. V. Exc. Exc. celare nequeo, quòd [...] mea 4. annorum ex terrore Lanionis [...] lis correpta fuerit, indeque feliciter conval[...] Quoniam verò Medicus curatis jam [...]

infanti purgans aliquod pharmacum non exbuit, hinc internè in malleô dextri pedis tuor quidam eſt obortus, magnitudine globuli lopetarii; quô factô infans Chirurgi curæ eſt ommiſſus, qui tumorem ad ſuppurationem educere conatus fuit: Unde factum, ut circa dis malleum non tantùm ulcus diſci manualis agnitudine obortum, ſed & idem malleus cum biâ picis inſtar nigricaverint, ita quidem, ut hirurgus ſibi propoſuerit malleum pedis nigrintem & corruptum à tibiâ opera Chirurgica parare, exſpirante interim & emoriente inrte.

Jam ad informationem meam judicio V. V. c. Exc. Medicô indigeo, annon ſc.

1. Chirurgus ulcus & foramen circa malm ex ignorantiâ procreaverit, adeoque in ſa ſit, quòd Sphacelus acceſſerit?

2. An malleus pedis, licèt Sphacelô jam laret, absque periculô vitæ & inſigni violentiâ biâ, juxta Chirurgi prætenſionem, ſeparari ſit? Hoc pro debita remuneratione &c. *Gör-i die* 22. *Aprilis* 1644.

J. A.

ſponſum Facultatis Medicæ Lipſiende ſontico Chirurgi errore, & inſeparabilitate mallei pedis à tibia.

P. P.

Um miſerrimam Filiolæ veſtræ conditionem (in quam ex imperitiâ Chirurgi incidit) is retuleritis, & deſuper 2. ſeqq. quæſtioni-: An &c. judicium noſtrum petieritis; hinc derati reſponſi loco reponimus: quod 1. Tur hic ſuppurari non debuiſſet, & ſi id quam imè neceſſarium fuiſſet, Gangræna tamen nc inſequens Sphacelus omni conatu præri debuiſſet. Unde 2. Chirurgi Imperitia de eluceſcit, quòd neſciverit, malleum pe inſignem & robuſtam epiplexin tibiæ eſſe, absque violentiâ (etiam in Sphacelô) & ulô vitæ abrumpi, aut violentô modô ſerinon poteſt; quod exitus etiam ſufficienſtendit, dum puella per hanc negligentiam aſſiſſimam ignorantiam miſerrimè corru& tractata fuit. *Lipſiæ die* 30. *Aprilis* 4.

Amman. Prax. Vuln. Lethal. Dec. 3. *Hiſt.* 1. *p.* 211.

CASUS XV.

DE

URA CHIRURGI DIJUDICANDA.

Reſponſum Facultatis Medicæ Hafnienſis, deſuper qualitate curæ Chirurgicæ.

QUandoquidem Nos Profeſſores Medici & Medici Hafnienſes benèvolè rogati ſumus à Perilluſtribus Dn. Magno Regni Magiſtrô, Franciſcô Ranzoviô, & Dn. Chriſtianô Friſio, Cancellariô Magno, ut ægrum quendam, nomine Petrum Eraſmum, cum Chirurgo quodam, nomine Mag. Johannes Kröger Malmogienſis, ad Judicium noſtrum citaremus, diligenterque expiſcaremur & judicaremus, an æger iſte à dictô Chirurgô in curatione ſit læſus: Hinc petitioni tantorum Heroum ſatisfacturi, ſtatim hodie utramque partem juſſimus comparere in Conſiſtoriô Academicô, diè 25. Octobr. ubi lectô ſupplici libellô Petri Eraſmi ad illuſtrem Aulæ Magiſtrum, accuſabatur Chirurgus, quòd medicamentis Mercurialibus, & inciſione in faucibus cum lancettâ occaſionem dederit affectus moleſti, ut os aperire non poſſet: Comparuit cauſam ſuam dicturus Magiſter Johannes Kröger Chirurgus, negavitque ſe in curatione medicamentis Mercurialibus uſum, ſed deſignationem Nobis exhibuit medicamentorum in hâc curâ adhibitorum, ſanctoque juramentô confirmavit, nihil præterea à ſe fuiſſe adhibitum, & unguenta, quæ neceſſaria fuerant, non niſi levi manu fuiſſe inducta, quod & Petrus Eraſmus ipſe confitebatur, unde exiſtimavit, manifeſtè patere, nullô unguentô Mercuriali ſe uſum. Pernegabat quoque ullam à ſe in faucibus inciſionem eſſe factam, præter levem ſeparationem gingivarum circa dentem, qui eximendus erat, cum aliis pluribus defenſionibus ultrò citroque prolatis; Hinc cauſa accuratè expenſa, quandoquidem Petrus Eraſmus contra Chirurgi Johannis negativam non probavit ſufficienter, in curatione medicamenta Mercurialia eſſe uſurpata, nec probavit aliam in faucibus inciſionem eſſe factam, quam ſolutionem dentis, præterea Mag. Joh. jurejurando aſſeveravit, nullis aliis medicamentis ſe in hâc curatione uſum, quàm quæ nobis in deſignatione exhibuit; non potuimus judicare Petri Eraſmi affectum præſentem culpæ Chirurgi imputandum. In quorum fidem ſigillum Facultatis Medicæ appendimus. Hafniæ anno & die, ut ſuprà.

(L. S.)

Deſignatio Medicamentorum Chirurgi.

PRimò ægrum purgavi hâc purgatione:
℞. *Reob.*
Turb. alb. ana ʒß.
Syrup. de fum. terræ ℥j.
▽ *fum.* ℥ij. M. F. Potio

Deinde Venam illi aperui, mox ſudoriferis uſus ſum manè & veſperi, ut decebat:
℞. *Ligni ſancti lib.* ß.
Rad. ſarſapar. ℥iv.

Colo-

Coloquint. ij.
Fol. Sen.
Rad. Chin. ana ℥iij.
Reob. ℥j.
Enul. camp. ℥ij. Coq. in Vinô.

Intereà dum ſudoriferis uſus eſt, artus ipſi curavi inungi ſeq. unguentô, ut cum illô pariter ſudaret:

℞. *Unguent. dialth. lib. ß.*
Adip. Gallin. ℥ij.
℅ amygdal. dulc.
laurin. ana ℥j.
terebinth.
junip. ana ℥j.
Tereb. in ▽ Nymph. lotæ ℥iij.
℅ Chamom. in quô coct.

Staphiſagr. lumbric. & ranunc. ℥iiij. M. F. ungu. quô artus inunxi.

Præterea aliquoties ipſum purgavi ſequenti laxativa, cujus nonnihil ipſi exhibui, ut alvum laxam procurarem & conſervarem ad phlegma melius expellendum.

℞. *Elect. ſambuc. ℥iij.*
Conf. hamech. ℥ij.
diaph. ℥j.
Syr. de fum. terr. ℥ij.
Pil. fœtid. ℨij.
Rebarb. ℨij.
▽ fumar. ℥viij.

Et hoc exhibui illi ſingulis vicibus ℥iij.

Sed quùm ſalſus hic humor ad os, ſeu fauces adſcenderet & fluere cœpit nocte dieque continuò, ita ut nulla eſſet intermiſſio, nec tamen putavi catarrhum adſcenſurum per os, ſed potius illuc reſpexi, ut aliâ viâ expurgarem per ſudores; adhibui Ægyptiacum cum ſcopis, quo detерſi fauces bis, vel ter, vel quater in die, tum que ſemper ſibi adſtantem habuit bonam aquam, quâ os abluebat, nam gingivæ & maxillæ ſtatim infectæ ab iſtô fœtore, & ignoro, unde inflammatio hæc tam repentè exoriretur, niſi ſi aliquid unguenti delituerit apud illum, quô prior Chirurgus uſus fuerat, ſicut ipſe confeſſus eſt, quod ipſum inunxerit, nec tamen materiam ad fluxum promoverit, ſed in faucibus ſubſtiterit & delituerit, donec Ego illam calore commoverim & ad fluendum incitaverim. Exiſtimo igitur, ita me in illius curâ geſſiſſe, ut primò poſſim reddere rationem DEO cœleſti, & ſim habiturus bonam conſcientiam, & de his judicent Doctores & Viri Doctiſſimi, an tam enormiter in ipſum peccarim, ſicut ille paſſim me diffamavit, apud Maximos & Minimos, adeò, ut ego per hujuſmodi diffamationes jacturam fecerim conſueti lucri, & ille cogitaverit mihi contemptum apud omnes procurare. Hæc ſunt omnia, quibus ad curandum Petrum Eraſmium uſus ſum, & præterea nihil aliud fuit, quod conſiteor propriâ manu. *Actum Malmogiæ* 21. *Octobr. Anno* 1632.

Johannes Kryger Chirurgus Malmogienſis.

CASUS XVI.
DE CURATIONE OCULORUM DIJUDICANDA.

RELATIO CHIRURGI Diffamati.

Brevis Deſcriptio curæ in CHRISTOPHORO VOLCKERO affectu quodam oc[ulorum] laborante à me infra nominatô ſuſceptæ.

1. ÆGer me vocari juſſit, quod brevî p[oſt] feſtum Pentecoſtes factum, coram q[uo] ſtatim comparui.

2. Eundem oculo laborantem inveni, i[n]gniter inflammato, ubi conditio oculi hæc er[at]: Album oculi in rubicundum tranſmutat[um] erat: Pupillæ dimidietas panno obducta, in[] ſpiſſiſſimæ nebulæ, deſuper verſus inferiora.

3. Quapropter præmiſsâ V. S. & veſicato[rio] ſeqq. medicamenta adhibui:

1. *Collyrium ex ſeqq. ſpeciebus.*

℞. ▽ *rutæ*
fænic.
roſ.
ſambuci ana ℥j.
camphor. ℨß. in ſpir. vini ſol.
ſacch. ♄ ℨiß.
croci ℈j.
M.

2. *Pulv. ex ſeqq. ſpeciebus.*

℞. *Conſerv. roſ. & alum. uſti*, miſcea[ntur] & in pulverem calcinando convertantur.

3. *Collyrium.*

℞. *Sacch. candum & ⊕ . alb.* ſolv. in alb[] toſti; quæ ▽ cum ſuperiori mixta ægro ad [] indies oculis, inſtillando adhibita fuit. Ha[] lia in aliis & ſimilibus oculorum affectibus [] bata ſunt, ut experientiâ probare poſſum. 4. [Æ]ger curæ meæ minus convenienter ſe geſſit[] ut aliorum inordinatè & importunè adhi[] rum mentionem non faciam, Tabacô ſte[] naribus attractô, tanquam curæ huic o[] adversô, nimium exceſſit. Durante etia[m] ratione, vix ultra X. dies medicamentis [] præſcriptis uſus eſt, ſed & alia, ut inaudiv[] hibuit, licet, unde illa acceperit, & quali[] rint, non conſtet.

5. Cum ergò tam inordinatè meisque p[] ptis minus congruè ſe geſſerit, me ipſum t[] ſum eſſe ratus valedixi, dicendo, quod ſi m[] me Opitulatore gauderet, illi ſe concred[] Adhæc tamen ſellæ eundem impoſui ocul[] affectum de novô inſpexi, qui eodem adh[] ſtatu, quô ſupra deſcribebatur, repertu[s] Unde in præſentia conjugis ejus ad ægru[m] convertens: Tuus, inquam, oculus adhuc [] quo eundem ſuſcepi, ſtatu verſatur; quod[]

adhibueris, & eundem de novo irritaveris, ɔam mihi tribuere noli. Ad quæ, ſe cul- ı mihi adſcribere non poſſe, reponebat, oque ipſi hac ratione valedixi.

. Pilulas Francofurtentes ſemel m. adhibui.

teſtatum Facultatis Medicæ Giſſenæ, de Curatione Chirurgi legitima.

Uandoquidem *Johannes Ruprecht*, Barbi tonſor & Chirurgus hujus loci No Decano & Profeſſoribus Ordinariis Fa- Medicæ h. l. conqueſtus ſit, quod non- i ipſum inculpare audeant, ac ſi *Chriſto- rum Volckerum*, quem brevi à feſtô Pen- ſtes ophthalmiâ oculi laborantem curan- ſuſcepiſſet, eô in oculo ita neglexerit, ut ɔræſenti eôdem nihil amplius intueri va- , inſimulque Hiſtoriam morbi, ut & ipſa icamenta & remedia, quæ adhibuit, obtu- , inſimulque petierit, ut omnia ſecundum llas circumſtantias benè perpenderemus, cunque res ſe truſerit, teſtimoniô quo fide dignô de curâ ejus in ægrô ſuſceptâ ſuccurreremus;

inc ut honeſto huic petito ejus meritò de- nus, omnia accuratè ponderavimus, & ım è communicata nobis relatione ob- vimus, quòd ab ipſo Ruprechtô adhibi- nedicamenta aliaque auxiliorum genera eptis & regulis Artis omninò conſentanea nullaque ratione ita ſe habeant, ut ocu- affectum majori damnô afficere potue- ; quemadmodum & eventus ipſe docuit, decimô poſt ſuſceptam curam die, ſub lictione ejus modò dictus oculus in prio- tu adhuc obſervatus fuit, & abhinc quo- æger adhuc per aliquot temporis ſpatium e potuit; quin abuſui potius tabaci reli- que in Diætâ exceſſibus adſcribendum, l medicamenta non multum profecerint, mque rebus ſic ſtantibus viſus omninò rditus fuerit.

Quæ in ſubſidium veritatis hiſce atteſtari imus, in meliorem rei notitiam atque fi- ſigillô facultatis omnia confirmandô. . *Giſſæ die* 29. *Septembr.* 1685.

Decanus & Profeſſores Ord. Facult. Med. Giſſenæ.

CASUS XVII.
DE
OECITATE COLLYRII USUI IMPUTATA.

Val. Pand.

Requiſitio.

P. P.

EXul ego & miſerabilis homo Excell. Veſtras certiores hiſce ſupplex reddo, quâ ratione Barthol. W. Chirurgus hujus loci, non ſolùm dextrum meum oculum, qui tamen (ſi melior Cura adhibita fuiſſet) citra ulteriorem læſionem potuiſſet curari, ſed & ſiniſtrum ita depravârit, ut ſiniſter & ante non morboſus pejus nunc ſe habeat, quàm quidem dexter, quô ipsô in maximam miſeriam ſum præcipitatus. Regerit ipſe quidem, ſe extra omnem culpam eſſe, nihil enim per miniſtrum adhibitum, præter anodyna, quæ oculum meum exacerbare non potuerint, quod falſum, ſiquidem materia, quæ oculis meis inſtillata, ita arſit & corroſit Oculos, ut à deligatione per 6. 7. horas vix mentis meæ compos viderer, quibus doloribus ſine dubio tunicæ oculorum inflammatæ, ſiniſterque oculus per ſympathiam ſimul affectus. Quapropter per Dei miſericordiam Veſtras Excell. oro atque obteſtor, velint oculos meos contemplari, & dextrè judicare, *an Chirurgus cœcitatis meæ cauſa ſit*, inſimulque Medicamenta adhibita diligenter conſiderare, *utrum ab iisdem oculi mei adeò lædi potuerint*? &c. Lipſ. die 21. Junii Anno 1644.

Excuſatio Chirurgi.

P. P.

IN abſentia mea miniſtri mei die 5. Febr. 1644. ſutorem quendam, Bernhard. K. in dextro oculo deligârunt, qui à milite Sueco, pugnô, ut ipſe fatetur, in eundem graviter percuſſus erat. Quæ ipſa percuſſio, quia nimis violenta, oculos inſigniter læſit, & tres tunicas, utpote conjunctivam, corneam & ſcleroticam quaſi ad pupillam uſque intruſit, imò dilaceravit eaſdem, cum inſigni tumore, intolerabili dolore, inflammatione, quæ omnia triduo poſt domum rediens, ita in eo etiam obſervavi. Miſertus itaque egeni & exulis hujus, convenientiſſima ſtatim applicui gratis remedia, quæ Oculum in integrum reſtituere, & ſymptomatum diram catervam avertere potuerunt, nec id ſine effectu, brevi temporis ſiquidem ſpatio iterum vidit Objecta diſtinctè, quod ipſi in principio propter illacrymationes continuas & involuntarias erat impoſſibile. Per integram itaque ſeptimanam eum amplius non conſpexi, nec conſilio meo uſus. Elapſis aliquot hebdomadis reverſus ad me conqueritur de dolore ſiniſtri & ſani oculi, quô obſervatô, deprehendi Catarrhos à toto acres & ſalſos, ipſos occupaſſe interea; Ideò ſuaſi ilicet, hanc Curationem ſpectare Medicos, opus eſſe ut conſulat peritiores, quoad externa me ipſi nunquam

 defu-

defuturum, pollicitus ſum. Excuſabat autem ſe, propter pauperiem nec Medicum ullum conſulere, nec Officinas adire poſſe.

Reſpiciens propterea ejus miſeriam adhibui pro intellectu meo, quæ aliâs in hiſce affectibus ſunt uſualia, v. gr. veſicatoria, pediluvia, collyria, & ſecundâ vice ita reſtitui eundem, ut, de quo conquereretur, haberet nihil. Finitis item aliquot ſeptimanis ab uxore ad me rurſum ducitur, cum eâdem ſymptomatum facie, & inflammatione palpebrarum interiorum, objurgavi eundem, cur conſilium meum non attendiſſet? ſed antiqua, reſpectu paupertatis, regeſſit. Nunc pro labore, & fideli Curatione, ingratitudinem reponere intendit, & me meaque medicamenta & Officinam diffamare, acſi incuriâ meâ vel medicamentorum acrimoniâ cæcitas ipſi oborta. Ut verò quilibet de Collyrii adhibiti qualitate judicare poſſit, bonâ fide apponam: Recip. Pulv. Gummi tragacant. ʒſ. Tut. præp. ℈iſ. Sacch. Saturn. ℈j. Magiſt. perlar. ℈j. Camph. ℈ſ. Aq. euphraſ. chelidon. fœnicul. ana ℥ſ. Cyani, Roſar. ana ʒiij. M. f. Collyrium. Judicent itaque prudentiores, *an abuſu hujus Collyrii cœcitas oboriri poſſit? &c.* Dab. Lipſiæ die 26. Junii 1644.

Barthol. VV. Chirurg.

Reſponſum Facultatis Medicæ Lipſienſis; ſcilicet coecitatem à Collyrio præſcripto non fuiſſe productam.

QUerelæ Bernhardi K. ut & exceptio Chirurgi, debito modo ad Nos delatæ, à Nobis omni ingenio ac judicio examinatæ, quia verò oculi læſionem in principio non inſpeximus, itaque, num res ita ſe habeat, prout adducit Chirurgus, inquiret Judex. Pro veris autem tàm diu ſupponuntur, donec probetur contrarium. Etenim Chirurgus probatæ apud nos fidei, ac egregiæ experientiæ. Utut verò nihil eorum intermiſit Chirurgus in oculi curatione, res tamen eo non fuit prorſus confecta: hoc enim in paſſu externæ Curæ non multum proſunt, potius obſunt, dum dolorifici affluxus in Capite retenti, & pars affecta, vel oculi magis magisque exinde inflammati. Debuiſſet itaque Bernhardus K. Chirurgo obedire ac in tempore Medicum conſulere, qui præmiſſis univerſalibus, acres humorum affluxus refrigeràſſet, evacuaſſet, & confortaſſet caput, juſtâ & exactâ inſimul obſervatâ Diætâ, ita ſine omni dubio Curationis eventus fuiſſet longè felicior. Sibi proinde imputet illud omne, Bernhard. K. quod ex hâc mora mali acceſſit, præcipuè ſi Chirurgus juratò affirmarit, ſe, præter deſcriptum Collyrium, nihil aliud, & quod corroſivam habuit virtutem adhibuiſſe. Hujus enim ingredientia, ſi ritè fuerunt præparata, nullô modô dolorem aut inflammationem, nedum ipſam Cœcitat[em] producere potuerunt. *Dab. Lipſiæ die* [...] *Junii An.* 1644.

CASUS XVIII.

DE LUXATIONE MAXILL[Æ] INFERIORIS AN AB ERRORE CHIRURGI.

Requiſitio.

V. V. Exc. Exc. certis de cauſis non poſ[...] non referre, quòd haud ita pride[m] locorum Caſus quidam Chirurgicus in Sex[...] nariô quodam Domino, facie ſanguineâ, [ru]bicundâ & puſtuloſâ prædito, & præter c[om]plexionem ſcorbuticam corpulentô admo[dum] mihi concreditus fuerit, in quo, quan[...] mum ad Eundem vocatus ſum, inſignem [...] læ ſiniſtræ tumorem, cui inflammatio [...] exigua juncta erat, obſervavi, unde non [...] tùm oculus ſiniſter, ſed & os ejus intumue[...] & ad latera declinantibus ſtriis rubicundis, [...] ſipelati haud diſſimilibus, ſignata erat, qu[...] omnibus cataplasma aliquod unctuoſum, [...] rimis oleis permixtum, impoſitum fuiſſe [...] ri, ſumptô ſimul, ut Dn. Patiens retulit, [...] macô quodam purgante, in principiô ipſi [...] pinato, ita tamen, ut, ſub impoſitione [...] plasmatis, tumor cum inflammatione & [...] ctionum dolores magę ſuccreverint; [...] propter pingue hujuſcemodi cataplasma di[...] ſi, aliaque illi remedia ſubſtitui. Quin & [...] jam videri poterat, negotium hoc eò jam [...] veniſſe, ut fœtidus nunc tumor immin[...] cutis hinc inde obſcurèruberet, & gang[...] ſub herba lateret; & quum absque ſub[...] Medici cujuſdam curam hanc ſuſcipere [...] rerer, hinc duo Medici hujus loci ſimul [...] ſulti fuere, & tam internis quàm externis [...] dicamentis malo oppoſitis non pepercì[...] adeò, ut diebus aliquot elapſis, tumor hic [...] ctu horâ 2. ſuppuratus & apertus fuerit, [...] tantæ materiæ ſeu puris fœtidi copia efflu[...] ut admirationem mereretur, quæ copia [...] ſordidi per aliquot ſeptimanarum decu[...] continuavit, ita ut vulnus hoc omnibus [...] binis horis deligandum fuerit. Poſtqua[m] [er]gò tumor quodammodò detumuerat, & [...] ciebatur dentem forte putredine corru[...] illìc latere, de cujus dolore Dn. Patiens ſæ[...] mè conqueſtus erat, & ut referebat, ind[e] [ma]li principium dependebat, ambo Dnn. M[ed]ici mecum ſtatuebant, eundem, ſi Pelicanô [...] hendi poſſet, eximendum eſſe. Spatulâ i[...] ægrè & difficulter ſatis ori inſertâ, obſer[...] dentem admodum fœtentem gingivasque [...] mè tumefactas, cum inſigni rubore. Pre[...]

igitur, hamulô pelicani, dente hôc (qui, num excipiamus, poſtremus erat), non tùm ille, ſed & ultimus & poſtremus absque â violentiâ ſequebantur, ſiquidem videri terat dentem hunc carni fixius, quam caver ſuæ inhæſiſſe, poſt cujus extractionem haud gua ſanguinis nigricantis copia effluebat, m horrendo fœtore: Quô factô tamen Dn. er haud mediocre ſimul levamen percipiebat, ut eô in locô malum inducias paciſceretur. erim è reliquis duobus foraminulis, quæ ſi- ıl inciderant, materia quædam fœtida con- uô manavit, non obſtantibus medicamen- detergentibus & corruptioni reſiſtentibus, n in quam externis, ſiphone aut aliô quovis odo injectis; quod ſcrupulum nobis injecit, reliquis dentibus maxillam fortè corruptam e. Quoniam igitur reliqui dentes ſucceſſive ontè ſeparabantur, ægro conſuluimus, & me- s eſſe duximus, ut & illi eximerentur, quô ri per gingivas exitus pararetur, adeoque xilla inferior â materiâ acri minus corrode- ur: Ægro verò id renuente, (qui dentes ajoris æſtimavit quam maxillam) dentes non tùm ſponte ſuâ exciderunt, & cum pure eje- ſunt, ſed & fragmenta quædam de ſuperio- maxillæ inferioris parte, cui dentes infixi ſunt, ecuta ſunt. Oſſiculis his ſucceſſivè erum ntibus, è vulnuſculô interiore, quod medie- em ferè malæ, inter ſuperiorem & inferio- n maxillam occupat, non autem per malam oris cavitatem, ſed verſus muſculum tem- ralem tendebat, forcipite quodam ſubſtantiæ embranoſæ digiti & longitudinem & craſſi- m habentis fruſtum, filis duplicatis & ntortis haud abſimile, extraxi, quod pe- ſtium maxillæ ſuperioris eſſe videbatur. nnibus hiſce abſolutis vulnus hoc feliciter & timè ſanatum fuit. Interim ſub curâ hâcce cidit, ut maxilla inferior dextri lateris, ubi llum omninò vitium hærebat, ſucceſſivè odammodò introrſum vergeret, mandibu- tamen cum dentibus in ſitu rectô manente, ſi quod ſuperior dentium ſeries inferiori mi- is reſponderet & inſiſteret, ſed, ut di- um, inferior introrſum quodammodò rgeret, ita tamen, ut utraque ſeries ſe invi- m adhuc attingeret, non tamen accuratè i reſpondendo. Dominus Æger quidem nc manducat & comedit, utcunque volue- , alterave & affecta mandibula inferior in u rectô & legitimô locata eſt, nec ulla ſenſui ctus diſtorſio occurrit, excepto unico forami- , è quô fragmentum (quod hiſce adjicio) ppurando ſeceſſit. Quoniam verò à Syco- antis nonnullis hæc mandibulæ inferioris in io latere introceſſio ſiniſtrè explicatur & ab is Dn. Æger perſuadetur, quòd dentis evul- , quâ maxillæ vis illata, & interior oris diſtor- itas producta fuerit, ejus cauſa ſit, cùm ex- rnè tamen, licet accuratè etiam illud intuea- ur, parùm aut omninò non obſervari poſ-

Val. Pand.

ſit; hinc Dominos meos Honoratiſſimos offi- cioſiſſimè rogito (quia ne quidem Dominis Me- dicis, qui utpote Directores curæ me quidem ſatis ſuperque defendunt, quod dentis, carni magis quàm alveolis firmiter annexi & tam fa- cile ſequentis, evulſionem huic maxillæ condi- tioni minus nocivam judicarint, Malevoli hi fidem habere volunt) ut pro meliori defenſio- ne & tum exiſtimationis tum ſalutis vindicatione Judicium ſuum ſcriptô exaratum pro debitâ re- muneratione mihi impertire acquieſcant:

1. Quænam cauſa ſit, quòd maxilla inferior dextri lateris introrſum luxata fuerit?
2. An maxilla affecta ſiniſtri lateris à dentis evul- ſione fracturam ſit perpeſſa?

Cum tamen in ipſis oſſiculis obſervari poſ- ſit, quòd non tam à carne evulſa, ſed à mate- riâ ſeu pure acriori expulſa fuerint, & eô in lo- co, unde dentes exemti ſunt, appareat, ne mi- nimam quidem maxillæ inferioris particulam ſeceſſiſſe, & cum pure effluxiſſe, ſed potius iis in locis id contigerit, ubi dentes non fuerunt extracti, & an 3. non melius fuiſſet, ſi & hi ſi- mul extracti fuiſſent? *Uratislaviæ die 2. Jan. S. N.* 1679.

Franciſcus Erneſtus Hanſen,
Chirurg.

Reſponſum Facultatis Medicæ Lipſien- ſis; deſuper luxatione maxillæ infe- rioris â cura Chirurgi.

P. P.

QUandoquidem ob certam quandam Cu- rationem, & præcipuè dentium extractio- nem illîc ſuſceptam, in Literis Tuis ad Nos datis judicium noſtrum & informationem de ſeqq. qq. An? &c. &c. deſideraveris; hinc præ- viâ conſideratione omnium & ſingularum cir- cumſtantiarum in Literis modò dictis occur- rentium reſpondemus, quòd I. extractio & ſuppurando facta expulſio dentium inferioris maxillæ, in latere ſiniſtro, vera & principalis cauſa ſit, quod maxilla inferior dextri lateris in- trorſum luxata fuerit, cùm exinde diſtantia ma- xillæ inferioris ſiniſtræ à ſuperiore brevior red- dita fuerit, ut ita maxilla inferior dextra, quæ cum ſiniſtrâ os continuum conſtituit, neceſſa- riò quodammodò verſus ſiniſtrum latus ver- gere teneatur. II. Probabilius eſt, fragmenta mandibulæ inferioris ſiniſtræ à carie oſſis magis, quàm violentiâ externâ, ſc. evulſione dentis, promanaſſe, quoniam ex Relatione Tuâ 1. fœtidus & per aliquot ſeptimanas continuans tumor præceſſit; 2. ſub & poſt exemtionem duorum poſteriorum dentium, tam ex ore, quam vulnuſculô externô pus ſordidum

 fœti-

fœtidumque manavit, & 3. inſpectio ocularis docet, fragmenta transmiſſa non tam àvegeto ſanoque, ſed corruptô & carioſô oſſe, neque 4. ab eâ mandibulæ parte, unde dentes exemti, ſed ubi per ſuppurationem poſtmodum ſeceſſum fecere, ſeparata fuiſſe. III. Optimè proceſſiſti, quod dentem affectum, tanquam corruptum & carioſum extraxeris, cumprimis, quod Dn. Æger de ejus dolore ante pluries conqueſtus fuit, adeoque IV. è re fuiſſet, ſi reliqui dentes ſimul extracti fuiſſent, ut eô fortè modô ulterior corruptio & caries mandibulæ præcaveri & impediri potuiſſet. *Lipſiæ die* 7. *Jan.* 1679.

Amman. Prax. Vuln. Lethal. Decad. VI. Hiſt. VI.

CASUS X.
DE CHIRURGO OB PEDEM SPHACELATUM INIQUE ACCUSATO.

Judicium Chirurgorum.

ANno 1683. die 26. Auguſti præviâ requiſitione (Tit.) Dnn. Burggravii, Conſulis & Senatus Fridbergenſis nos infra nominati Examini, in causâ Johannis Philippi Windeckeri (duobus abhinc annis ſclopeti, grandinibus & globulo quodam infarcti, ictu, juxta depoſitionem aliorum in ſurâ cruris ſiniſtri vulnerati) contra Emmericum Felicem Reuſium, Chirurgum hujus loci, negligentiæ alicujus incuſatum, interfuimus, unde vi Protocolli ſequentia obſervavimus & concluſimus: Utramque ſc. partem in culpâ eſſe, Chirurgum primò adhibitum Arti ſuæ nimium tribuiſſe, primisque quatuor diebus ſub deligatione neque ſcarificationibus, neque inciſionibus Gangrænæ, ut in conſimilibus affectibus fieri ſolet, obviam iviſſe, cujus quoque medicamenta (è quibus internè nulla prorſus adhibita fuerunt) externè, ut formulæ ejus & protocollum docent, minus appropriata & ſufficientia fuerunt, ut adeoque ægrum obiter tantùm & ſuperficialiter deligaverit. Abhinc in concurſu Chirurgi ſecunda vice adhibiti, Hoffmanni ſc. Butisbacenſis, in hôc erratum fuiſſe elucèſcit, quòd, cùm ſtatim ſub adventu ejus ſphacelum in inferiori pedis parte obſervaverit, eundem tamen, ſine amputatione membri, illìc per VI. integrorum dierum decurſum reliquerit, unde ſphaceli venenum ulterius ſerpere potuit, adeò ut ipſum crus altius, cum præſentaneô ægri periculô, decurtandum fuerit; cùm omnibus Autoribus teſtantibus ictus ejusmodi ſclopetarii, dilacerationes &c. facile partium mortificationem, nullô aliô remediô, quàm amputatione partis, abigendam, inferre ſoleant. In pede verò per amputationem Chirurgicam ſciſſo ſub hodiernâ inſpectione innotuit, n prorſus oſſi vel minimam à globulo ſclo tariô aut grandinibus læſionem illatam, n to minus ipſum os putredine, carie aut ſp celo correptum fuiſſe. Ex alterâ parte vu ratus Windeckerus in eô peccavit, quòd que Medicum, neque Chirurgum hujus l à Reuſio licet deſideratos, adhibuerit, & principium & periculum ſphaceli in percepit, qui in ſimilibus affectibus & p bus muſculoſis (hîc tantùm læſis) ſubitò do creſcit, & ὀφθαλμοφανερῶς vicinas partes comprehendit, ita ut ſerò tandem tisbaco medicina parata & quæſita fuerit, è contra, ſi raſio ſtatim adhibita fuiſſet, fortè conſervari potuiſſet.

Cæterùm ipſæ Partes ſibi invicem co dicunt in quamplurimis, quòd (Tit.) Judici relinquimus.

Hoc autem in ſubſidium veritatis ſub bere & atteſtari voluimus. *Dat. Fridbe die* 17. *Aug.* 1683.

(L.S.) *Sebaſtianus N. Med. D.*
(L.S.) *Johannes Medicus, Chir*
(L.S.) *Johannes Kleberger, Chir*

Judicium Phyſici Ordinarii pro A gia & defenſione Chirurgi.

QUandoquidem Dn. Emrico Felici ſio, Chirurgo & Civi Fridbergenſi in mine, ob Johannem Philippum Wind rum, Civem hujus loci (qui ex periculoſô ſclopetariô, in actis contento, indeque to vulnere huicque ſuperveniente Sphacel ris jacturam tulit) inſtitutô, à Chirurgis id requiſitis, cauſa atque culpa jacturæ adſcripta fuerit; hoc autem è judiciô ill literis exaratô adeò non apparet, ut p contrarium inde probari poſſit; hinc ad tum dicti modo Reuſii è re eſſe duxi, ipſum Dn. Judici fundamentaliter ob o poneretur, & innocentia æquè ac cura l ma allegati modò Reuſii quaſi digitis de ſtraretur. Quò autem ordine hîc proceda ſcriptis conſignatas Dominorum Inquiren inculpationes, Dn. Reuſium, ut exiſtimant vantes ſequentibus V. membris incluſim una cum reſponſionibus ſigillatim deduxi

Equidem 1. perhibetur eundem Art nimium dediſſe. 2. Primis quatuor d ſphacelum imminentem inhibere, idq ſcarificationibus & inciſionibus, ut in ſi bus caſibus expedit, fieri debuiſſe. 4. In nulla prorſus, externè verò 5. minus appr ta & inſufficientia medicamenta adhibita

Primam jam incuſationem quod conc illa omni omninò fundamentô deſtitu

uòd enim Arti & Scientiæ plus juſto non tri- uerit, vel exinde elucescit, quòd ſub primis angrænæ indiciis ſtatim utut fruſtra, manus bſtetricantes aliorum deſideraverit.

Similiter quoad ſecundam inculpationem ifficienter probari poteſt, ut poſtmodùm de- onſtrabitur, Eundem gangrænæ imminentis ımmam quoque curam adhibuiſſe: Ut taceam ſum ferè mereri, ſi primis quatuor diebus hacelo ſtatim obviare voluerit, cùm non- ſi tertiò demum die quædam ſaltem gangræ- e præludia ſe truſerint: Ignoti nulla cupido.

Eodem prorſus modô ſe habet 3. mem- um, dum, ſine mentione cauſæ gangrænæ temporis morbi, partes ſcarificationibus & ciſionibus à Sphacelo præſervandas fuiſſe di- nt. Unicum enim Autorem & Chirurgum tem ſive audire ſive legere deſideraremus, i hanc præſervandi methodum ullibi adhi- erit. Quodſi autem Gangrænam jam præ- tem intelligant (quod tamen neque è Pro- ollô neque judicio ſcriptis deſignato de- nſtrari poteſt) idem aut de principiô, aut rementô Gangrænæ ſumendum eſſet. In- mentum gangrænæ neque debet neque po- hîc intelligi, cùm Dnn. Inquirentes refe- t, nulla prorſus medicamenta ſpecifica, llas itidem ſcarificationes adhibita fuiſſe, t per 6. integros dies jamdum præſens fue- gangræna; è contra Autores ad unum nes unanimiter teſtentur, membrum in- mentô gangrænæ jam affectum, ſine citiſſi- & momentaneâ medelâ, à Sphacelô & ple- â mortificatione præſervari non poſſe. igitur concluſio, quòd, niſi omnibus Artis itis in os contradicere velimus, principium grænæ hîc intelligatur. Si igitur hoc in- gunt, ſimiliter omnibus tam Medicis quàm rurgis contradicitur, qui in principiô, imò ncrementô gangrænæ 1. curam medica- tis internis pharmaceuticis inſtituendam docent, ut caſus quidam proximè ſequen- tteſtantur. *Simon Pauli* ſanè in *Qua part. Botan. cap. de malò* refert, quòd græna pomis putridis feliciter curata fuerit. iliter *Bartholinus Hiſt.* 41. *Cent. V.* de bus cereviſiæ calidis Ancillæ ſuæ applicatis adſtruit, quibus & Piſtori crus, jamdum utationi deſtinatum, à muliere quadam ervatum fuerit. Accedit quod *Formius* 24. enarrat, gangrænam in crure Nobilis ſdam adeò increviſſe, ut Medici æquè & urgi jam in amputationem pedis conſen- t: Circumforaneô verò accedente & De- m è calce vivâ atque creta paratum ſæ- que calidè admotum applicante crus intra oras in integrum reſtitutum fuiſſe. In *Joh. nii Chirurgiâ* tanquam incomparabilia dia his in caſibus laudantur Spiritus vini, olus, ſive camphorâ, ut & aloë, myrrha hure acuatus &c. Hiſce verò nihil ju- vantibus ipſiusque gangrænæ incremento aut ſphaceli principiô jamdum præſente 2. ſcari- ficationes, inciſiones aut ſimilia adhibenda eſſe ſuadent, ut methodum hanc ipſe *Hippo- crates Sect.* 8. *aph.* 6. præſcribit, dum, quæ- cunque non ſânant medicamenta, inquit, ea ignis ſanat: Quæ ignis non ſanat, ferrum ſa- nat &c. Vid. & *Valeſc. de Tarantâ Philon. Chi- rurg. cap.* 5. *Aquapend. Chirurg. eod. cap. Bohn. in Chirurg. Sennert. in Prax. Bar- bette in Chir. Jonſton. Syntagm. Meth. uni- verſ. Burnett. in Theſ. Med. Pract.* & ferè omnes Medici & Chirurgi. Tandem magnum adhuc poſtulatum eſſet, an ſcarificationes & inciſiones in incrementô gangrænæ, & quidem hoc in caſu, ubi plura jamdum in crure fora- minula obſervabantur, ſemper neceſſariæ ſint? *Barbette* ſanè in *Chirurg. cap. de gangrænâ & ſphacelô* quosdam Chirurgos allegat, qui ſcarificationes prorſus rejiciant, nihilo tamen minus gangrænam per appropriata & putredi- ni reſiſtentia medicamenta feliciſſimè curare norint; quemadmodum ipſe quoque hanc cu- ram, exemplis ſupra è Formiô, Bartholinô &c. allatis confirmatam, approbat.

Quoad IV. inculpationum membrum Dn. Reuſius laudem potius, quàm opprobrium meretur, dum à curis internis, quas alii con- tra conſcientiæ dictamen ſuſcipiunt, abſtinuit; quâ in parte Doctiſſimum æquè ac excellentem Chirurgum, Dn. *Barbette* ſequitur, in *lib. cit. pag.* 134. alibique: Medicorum, inquit, (non Chirurgorum) eſt, Diætam & convenien- tia remedia præſcribere. Quapropter ſi medi- camentis diaphoreticis potionibusque confor- tantibus opus fuerit, illa Chirurgia neque dat neque præſcribit.

Quamvis autem 5. ex Actis ſufficienter elu- ceſcat, Dn. Reuſium tantùm principium gan- grænæ curandum ſuſcepiſſe. Hofmannum au- tem Butisbacenſem poſtmodum omnia in nego- tiô principali ſolum direxiſſe, adeoque huic, non Reuſio abſolute & ſimpliciter de iis, quæ ſeu fe- liciter ſeu infeliciter ſecuta ſunt, rationem eſſe reddendam; attamen ex ſuperabundanti tam ra- tione, quàm experientia, imò & autoritate proba- turi ſumus, medicamenta ejus contra gangræ- nam appropriata & ſpecifica fuiſſe, ut reliquas, omnino non promeritas, incuſationes omni- bus juris & æqui amantibus, eò melius ob ocu- los ponamus. Quod ergò 1. Cauſas Sphaceli inſequentis (quarum Domini Inquirentes pla- nè non meminerunt) attinet, inter minimas illarum combuſtio à pulvere pyriô & ipſo plum- bo inducta: præcipua autem inſignis illa furæ conquaſſatio & dilaceratio à tot confertim jux- ta ſe poſitis grandinibus & globulo, per ſclo- petum exploſis, oborta fuit, quâ (ut hæmor- rhagiam taceamus) extinctio quædam caloris nativi, & per conſequens corruptio & putredo oriri potuit. Priori cauſæ nihil ſelectius & pretio-

pretioſius opponi potuit, quàm medicamentum contra ambuſtionem Celeberrimi *Felicis Wurzii* hîc quoque amdhibitum, de quô in *cap.* 23. *Chir. ſuæ*, experientiâ ſuffultus ſequentia habet: „Hoc optimum eſt unguentum contra „ambuſta, quod non tantùm gangrænam præ„cavet, ſed & quamprimum ea acceſſerit, ita „refrænat, ut ſtatim ſubſiſtat, nec ulterius ſer„pere aut corrumpere valeat, &c. Nec immeritò idem tam contra ambuſtionem, quam accedentem gangrænam atque ſphacelum dilaudat, cùm quodlibet ingredientium in ſpecie blandè refrigeret, mundet & à putredine præſervet; conf. brevitatis ergò *Schrœderus in Pharmacop. Medico-Chym.* Imò de jure & ſucco cancrorum *Bohnius in Chirurg.* ſpeciatim refert, quòd remedium admiratione dignum conſtituat adverſus gangrænam & ambuſtionem. De Myrrhâ reliquisque ſimplicibus conſuetis, ut & Unguentô Ægyptiacô omnia Chirurgorum monumenta teſtantur, quòd laudatiſſima ſint contra ſphacelum, putredinem &c. De Mynſichti Decoctô nigrô, (ut è quamplurimis unum ſaltem allegemus) *Paulus Sorbait Prax. Tract.* 5. *Chirurg. cap.* 8. *de Gangr. & Sphacelo* ita ſcribit: Decoctum nigrum Mynſ. qualitate & efficaciâ ſua omnibus ferè medicamentis palmam eripit, quia leniter refrigerat, ſiccat, mundat, reſiſtit putredini &c. In hoc & ſpiritus vini reperitur, cujus virtus, ut ſupra dictum, non ſatis laudari poteſt. Hæc quoque remedia, bonô cum DEO, tantum præſtitêre, ut Sphacelus (qui, niſi obviam iviſſet breviſſimô temporis intervallô, ut ſupra dictum, acceſſiſſet) ad notabile temporis ſpatium ſe trudere non potuerit.

Quid jam videtur Dominis Inquiſitoribus, an adhuc neque appropriata neque ſpecifica adhibita? an adhuc deligatio obiter inſtituta fuit?

Quò verò prætereà ſufficienter eluceſcat, quàm inhumanè (ne dicam, iniquè) non tantùm ipſe Reuſius, ſed & tota cauſa, tractata fuerint, quasdam adhuc contradictiones ob oculos ponemus: & ut primò non dicamus, incertum adhuc eſſe, an poſt duorum annorum effluxum, de pede amputato perfectum quoddam judicium ferri poſſit; contradictionem tamen involvere videtur, dum dicitur, ſub inſpectione corruptionem quandam in oſſe pedis obſervari non potuiſſe, cum tamen antea præmiſerint, ſphacelum per integrum ſextiduum in crure fuiſſe repertum, unde neceſſariò corruptio oſſis oboriri debuiſſet, docente ſic experientiâ. Quapropter & ſæpius laudatus *Barbette* Sphacelum definivit: Quòd ſit perfecta mortificatio, non tantùm molliorum, ſed & duriorum partium. Annon verò corruptio principium mortificationis eſt in oſſibus? Ejusdem farinæ eſt, dum addunt: Quòd ſi raſio adhibita fuiſſet, os fortè conſervari potuiſſet: Cùm paulò ante, nullam in oſſe co[...] ruptionem obſervatam fuiſſe, aſſeruerint, [...] bono ergo raſio inſtituenda? & cùm juxta [...] poſitionem illorum muſculi tantum gangræ[...] atque ſphacelo affecti fuerint, quid oſſium [...] ſio ad conſervationem illorum contribuere [...] tuiſſet? qualia quam plura adhuc adduci p[...] ſent, ſed ſatis!

E quibus omnibus Dominus Judex ad [...] culum obſervabit, quod Chirurgus Reu[...] convenientia & appropriata remedia adhib[...] rit, Deligationem juxta artis principia inſti[...] rit, adeoque, cùm nullius erroris conv[...] poſſit, non obſtante omni malè fundatô j[...] ciô, meritò abſolvendus ſit. *Dab. Frid[...] gæ die* 20. *Februarii, Anno* 1684.

Johann. Hartmannus Senckenb[...]
Med. Lic. & Caſtri Civitatis [...]
Fridberg. Phyſ. Ordin.

Reſponſum Facultatis Medicæ Jenen[...] deſuper innocentia Chirurgi veraqu[...] cauſa ſphaceli.

POſtquam ex Actis nobis transmiſſis, in [...] ſâ neglecti cruris, Johannis Philippi [...] deckeri, contra Emmericum Felicem [...] ſium, Chirurgum hæc quæſtio ſuborta f[...]

An ſphacelus in Philippô Windeckerô [...] ſclopetario plurimis grandinibus [...] buloque ſuræ inflicto? an verò [...] gentiæ Chirurgi, Emmerici F[...] Reuſii, illic commiſſæ adſcrib[...] ſit?

Nos præviâ Collegiali perlectione om[...] que circumſtantiarum ponderatione exi[...] mus: Quòd, cùm partes carnoſæ, fib[...] nerveæ eô ipsô ſine dubiô vehemenre[...] quaſſatæ, læſioque adeò profunda fuer[...] medicamenta allegata, tam Chirurgica, [...] Pharmaceutica, ſufficienter penetrare n[...] tuerint; actu ipsô autem applicata ſp[...] contra ambuſtionem & gangrænam [...] fuerint, Chirurgus etiam alium è civi[...] bi adjungi petierit &c.; Sphacelus ſupr[...] in ſe â vehementi læſione, indeque ſubo[...] tredine & mortificatione ortus fuerit, [...] Chirurgo hac in parte nihil, quod alicuj[...] menti ſit, imputari debeat: Atteſtantes [...] ſigillô Facultatis noſtræ. *Jenæ die* 2[...] *vembr.* 1685.

Decanus, Senior & Profeſſores [...] tatis Medicæ ibidem.

CAUS[...]

CASUS XX.
DE
SPHACELI CRURIS PRÆSENTIA.

Requiſitio.

P. P.

V. Exc. Exc. Nos infra nominati celare non poſſumus, quòd paucis abhinc diebus Illuſtrem quendam Miniſtrum Saxonicum . circiter annorum à meridie hora 3. voca- erimus, in quô extrorſum verſus in ſurâ is dextri (qui inſigniter tumidus, inflam- us & ad genu usque rubicundus fuerat) ntem cutis nigricantis portionem inveni- , volæ virilis latitudinem æquantem, n phlebotomo ad duorum fere camffero- profunditatem abſque ullô ſenſu ægri, ab initio quoque ſine cruentatione tenta- us, & paulò poſt aliô inſtrumentô, tanquam corium, inſignes particulas uſque ad vi- carnem exſcidimus, ac inſequenti mane es cutis particulas, inſigniter quidem ſuf- , ſed S. V. planè non ſuppuratas, humo- quid ſeroſi conjunctum habentes abſque bilibus doloribus amputavimus, utut ma- hoc nunc ab initio ferè uſque ad finem pertingat. Jam pedem hunc balneato- ujus loci ante adventum noſtrum, tan- n eryſipelate, ut palam ſuſtinent, affe- , deligârunt, adeóque nunc adſtruere dubitant, affectum hunc pro ſphacelô ndum non eſſe: Nos è contra in eô per- amus, quòd omninô pro tali, aut ad mum pro initio & proximô ſphaceli gra- quem Gangrænam vocant, habendus ſit. propter Patronos & Dominos noſtros offi- ſſimè rogamus, ut judicio & ſententiâ umatâ nos dignari, & 1. Pro quonam af- ſtatus hic, ita deſcriptus habendus ſit? 2. in ſententiâ noſtrâ contra Balneato- Arte Chirurgicâ fundati ſimus? in for- robante nos informare velint. Hoc &c. *ſdæ die* 21. *Septembr.* 1670.

Samuel Meyer Chir.
Georg. Spörlein Chir.

ponſum Facultatis Medicæ Lipſien- ſis; de ſpacelo præſente.

Deſſe Sphacelum genuinum in hoc ſub- jectô ex ſymptomatis patere & Chirur- oſce contra Balneatores ſatis eſſe funda- Adde ex Med. Crit. Caſ. LXI.

Ammannus in Praxi Vuln. Lethal. Dec. 2. *Hiſt.* 4. *p.* 171. *& ſeqq.*

CASUS XXI.
DE
SOSTRO CHIRURGI DETERMINANDO.

Reſponſum Facultatis Medicæ Giſſenæ; de ſoſtro Chirurgi.

CUm poſt inſpectionem Viri cujusdam Reichenbachenſis, Joh. Adami Speyeri (pridie demortui) Benshemii die 8. Jan. ſt. n. in ædibus Bractearii inſtitutam, Chirurgo Caſtrenſi illius loci JOHANNI LUDOVICO WOLFFIO, cujus curæ ſe defunctus per XIII. ſeptimanarum decurſum crediderat, ſiniſtri quid imputatum & ipſe, ut dimidiâ parte ſoſtri ante promiſſi contentus eſſet, condemnatus fuerit, eaque de causâ à dictô modò Chirurgô ad Reſponſum Facultatis provocatum fuerit.

Hinc prævia Requiſitione Nos Decanus & Profeſſores Ordinarii Facultatis Medicæ h. l. Communicata Nobis documenta ſedulò perlegimus, accuratè illa ponderavimus, indeque Principiis Artis conforme eſſe ducimus.

Poſtquam ſc. Chirurgus Caſtrenſis Wolfius, ſub præviâ manuductione D. Elberti à fronte nominatum J. A. Speyerum menſe Septembri 1691. Reichelbaci eâ ratione curandum ſuſceperat, ut juſſu allegati Dn. Medici die 28. ſeptembr. Sectionem in ſcrotô, tanquam parte affectâ, inſtituerit, accedente corruptione ſeu putredine & tumore, malum indies exaſperatum fuit, ut Æger die 15. Octobr. Benshemium delatus, & die inſequente, juſſu Dn. Medici pars ſcroti ſphacelata reſecta, ipſeque Chirurgus ab Ægri Fratribus, qui XVI. Imperiales eâ de causâ ſtipulati ſunt, eò perductus fuerit, ut Patientem, licet ut vulneratum, tumore & hydrope correptum hominem pro demortuô ferè curandum ſuſceperit, per XIII. ſeptimanas domi aluerit, illique de medicamentis æquè ac victu ita proſpexerit, ut æger ad mortem usque ſollicitudinem ejus celebraverit; quin & 10. ſeptimanarum decurſu, ut Chirurgus perhibet, ſic ſatis curatus fuerit domumque repetere voluerit; cùm verò Fratres eundem dereliquerint, tandem ex mœrore aliisque affectibus animi in febrim ardentem (ut ex deliriô conjicitur) incidit, & demum die 7. Jan. omninò exſpiravit. Die ſubſequente, cùm novus Bensheimenſium Phyſicus binique Balneatores, utut abſque prævia requiſitione, demortuum ſectioni ſubjeciſſent, obſervatum fuit, corpus, abdomen atque pedes inſigniter adhuc inflata, ſcrotum verò abſumtum majoremque apertionem neuti-

neutiquam conſolidatam fuiſſe. Similiter circa regionem pubis, femoris, natium, ſigna inflammationis, ad radicem penis, in latere dextro natium, ut & in parte inferiore oſſis ſacri ulcera manantia reperta fuerunt, è quibus Viſitatores concluſerunt, ulteriori & internâ inſpectione opus non eſſe, ſed absque illâ dijudicari poſſe, quòd curatio adeò non abſoluta fuerit, ut potius illegitima ægroque damnoſa ſit, eâque de cauſa Chirurgo caſtrenſi dimidia mercedis pars tantum exſolvenda videatur. Omnia ſecundum tenorem Relationis de Inſpectione annotatæ & apologiæ, nomine Chirurgi Caſtrenſis conceptæ.

Utut verò optimè factum fuiſſet, ſi poſt obitum D. Elberti alius in cura Medicus ſurrogatus fuiſſet, cumprimis, quia, ut ex delirio apparet, in fine febris aliqua ſupervenerit, quæ ægrum jugulavit, quò non tantum affectibus externis, ſed & interno morbo eâ, quâ decet, ratione obviam iri & occurri potuiſſet, dum ſimiles curationes internæ Chirurgis, extra quorum profeſſionem conſtitutæ ſunt, nullò modò competunt.

Attamen & quoniam è documentis nobis communicatis eluceſcit, quòd Æger hic à D. Elberto Chirurgi hujus curæ concreditus, & hôc vivente adhuc probabiliter externi tantùm affectus (quos tamen nonniſi cum prognoſticô aggreſſus eſt) ab ægri Fratribus Chirurgo Caſtrenſi, ſub compromiſſione XVI. Imperialium commiſſi ſint, adeoque veroſimiliter ægri Fratres, illum etiam derelinquentes, magis quàm Chirurgus in culpâ ſint, quod nullus amplius Medicus ad hanc curam vocatus fuerit: Sub inſtitutâ Viſitatione (quæ an legalis fuerit necne [cùm ſine prævia requiſitione eorum, quibus id incumbit, nec abſque contradictione, ob refuſionem Teſtium Impartialium, qui deſiderabantur] aliis dijudicandum relinquimus) ab Inſpectoribus nulla ſectio, quæ tamen in abdomine ad minimum inſtitui debuiſſet, adminiſtrata fuit, ut, quî interiora abdominis viſcera conſtituta fuerint, determinari potuiſſet; Sententia illorum in tantum quidem admittenda, quòd curatio hæc ad finem, optatum ſc. & ad ſanitatem vergentem non perducta fuerit: Quod autem malè illa inſtituta ægroque damnoſa fuerit, ob intermiſſam ſectionem & deficientem relationem curæ inſtitutæ (qualis ad manus noſtras non pervenit) ſolidè & cum fundamentô dijudicari neutiquam poteſt; è contra Medicis & ex Hiſtoriis conſtat, quod ulcera ſimilia gangrænoſa in corporibus Cacochymicis & Cachecticis curatu difficilima ſint, cumprimis circa partes genitales, ob ſingularem illarum texturam, de quibus Celeberrimus Chirurgus *Guilielmus Fabritius, Hildanus Cent. V. Obſ. Chirurg.* 77. ſequens fert judicium: In Hydropicis Gangrænam pudendorum propter cachexiam co[r]poris & labefactationem viſcerum, nec non [ca]loris nativi & partis affectæ imbecillitatem, p[e]nè inſanabilem eſſe exiſtimo. Et licet etia[m] præter omnem ſpem ejusmodi ægri ſemel cu[ra]ti eſſe videantur, vix tamen diu hoc durat, [ſed] mox Recidiva ipſaque Mors ſubſequitur, [&] ſimilia exempla in Caſibus ſuis allegat *Bal[th.] Timæus à Güldenklee l. 6. Caſ.* 25. Et [...]mum promiſſi XVI. Imperiales pro cura la[bo]reque impenſis, medicamentorum victusq[ue] per XIII. ſeptimanas ſuppeditatorum intui[tu] ita comparati ſint, ut ſi Chirurgus Caſtre[nſis] amplius quid poſtulaſſet, tantæ iniquitatis a[c]ſari non potuerit.

Hinc ex ſupra allegatis cauſis nullô m[o]... videre poſſumus, cur Chirurgo Caſtrenſi [...]ſtrum ſemel promiſſum in ſolidum ſolvend[um] non ſit? Atteſtante Sigillo Facult. Ordina[...]. *Sign. Giſſæ die* 28. *April.* 1692.

Decanus Ord. Fac. Med. C[...]

CASUS XXII.

DE MODERANDO CHIRUR[GI] SOSTRO.

Requiſitio.

P. P.

Veſtris Excell. caſum cogor recenſere [ſe]quentem: Circa feſtum Martini [an]no præterito in pago N. villa quædam peſte [...] fuit infecta, adeo ut ex eadem aliquot per[ſonæ] peſte correptæ obierint, nemoque amplius [ex]ceptâ villici filiâ, virgine jam nubili, in ea[dem] permanere voluerit. Hæc ipſa paulo po[ſt] veneno peſtilentiali correpta, quam ad in[ſtan]tiam fratris inſpexi, deprehendique: 1. *Car[bun]culum in dextra gena*, 2. *Siniſtro pede*, [...] *dextro femore bubonem peſtilentialem.* [Cu]ravi autem illam non ſine metu contagi[i]: tota enim domus dirâ veneni potentiâ qu[asi] fuit intoxicata: Peractâ feliciter curâ ſupe[...]que periculo, in quod me conjeceram, [...]dem paciſcebatur mecum de ſoſtro: ego [con]ſiderans morbi qualitatem, fœtorem, p[ericu]lum, & tempus, nam ultra 5. ſeptiman[as] præſtò fueram, æquitatis eſſe dixi, ſi 50 [...]lenſes mihi ſoſtri loco numerarentur, qu[o] nuebant tergiverſando, ſe velle ſoſtrum [...] judicio facultatis cujusdam Medicæ comm[itte]re, & juxta decretum ſolvere. Hinc [...] Veſtras maximoperè rogo, velint pericu[lum], in quo verſatus fui, velint beneficium [...] ponderare, quod in hanc puellam labore[...] contuli, atque ſoſtrum ita moderari, ut e[...] moderatione poſſim eſſe contentus. *Dab. [...]diz. die* 25. *Maji.* 1634.

Daniel N. Balne[...]

eſponſum Facultatis Medicæ Lipſien-ſis; ſcilicet ſoſtrum, quod pro Carbunculo Peſtilentiali petit, eſſe moderandum.

Tatum Controverſiæ optimè cognovimus ex literis tuis, quid laboris in reſtituenda aria B. inſumpſeris, ſcil. unum anthracem gena dextra, alterum in pede ſiniſtro, & um in dextro per 5. ſeptimanas curando, i tamen nulla fit mentio, an ſuppurati unàm fuerint? Pro labore præſtito & pericu-exantlato, ratione ſoſtri, quoniam conveni-non poteſtis, provocârunt adverſarii ad no-um pronunciatum, ac moderationem po-lati ſoſtri. Æquitatis ergò judicamus, ut aria B. ſi facultates ejus permittunt, tibi pro ore, periculo, & curatione carbunculorum vat 30. vallenſes, ſin verò tenuioris fuerit tis, ſufficient tibi, vigore noſtrorum ſtatu-um, 20. Imperiales. &c. *Dab. Lipſiæ die .Julii Anno* 1634.

CASUS XXIII.

DE ROCURATIONE ABORTUUM OBSTETRICI IMPUTATA.

Requiſitio.

V. Dom. Dom. officioſè referimus, quòd Sempronius, Chirurgus loci, ob-ricem Publicam Titiam, ob ſingularem erientiam, à Ruricolis æquè ac Nobilibus ebratam, judicialiter per modum denuncia-nis incuſaverit: 1. Quòd certis V.S. partum Gravidis acceleret, ut pro lubitu & con-one ſuâ ab unâ puerperâ ad aliam oberrare, bique partes ſuas agere valeret. 2. Ante pus ſolitum & priusquam Gravidarum con-o id ferre poſſit, ad ſimilem partus accele-onem, aquarum eruptionem, menſe octa-& ſic porrò partum promoveat, ut & con-oni ſuæ proſpiceret, & Gravidæ ab uteri ſar-liberarentur. Has incuſationes Titia pro ciſſimâ injuriâ habuit, & ſub Inquiſitione ſæ, Denunciantis animum injuriandi exin-probare ſuſtinuit, quòd omnia hæc, qua-intuitu accuſaretur, in ſe impoſſibilia & rda ſint, quùm 1. Venas ejusmodi ipſa raret, Chirurgus etiam eaſdem in ſpecie denominaret, multo minus in ejusmodi eaſdem reperiri poſſe crederet, ut ad ſi-em ſcopum obtinendum ab Obſtetrice, ſi. æmorrhagiâ periculoſiſſimâ, aut ipſa mor-te, Gravidæ incidi poſſint. Addit 2. Praxi omnino reclamare, quòd aquarum eruptio ante tempus ſolitum induci poſſit, ſiquidem id nunquam ad partus accelerationem, ſed unicè imminente & rotante ſe partu, eum in finem, ne partus in viis partui dicatis optimè conſtitutus regrediatur, fieri ſolere.

Tertium imputatum rem notoriè impoſſibilem & abſurdam eſſe, cùm orificium uteri internum in prægnantibus firmiſſimè occludatur, & nunquam ferè ante tempus partus aperiatur, adeoque ad ſecundinarum ſeparationem vì ſummâ aperiendum eſſe, idque non ſine ſummis puerperarum doloribus & præſentaneo fœtus periculo, licet quam maximè Obſtetrix manibus eò pertingere valeret. Adhæc caput infantis (ſi legitimum ſitum habeat) interno uteri orificio & oſſi pubis ita approximari, ut, ſi quis ſecundinas attingere vellet, illud retropellendum, adeoque ſitus embryonis legitimus invertendus eſſet. Quid, quod placenta uteri vel corpus illud craſſum carnoſum in ſecundinis ſuperius uteri fundo ita adhæreat, omniaque tunicæ ſubtili incluſa ſint, ut absque rerum ejusmodi vix attingendarum dilaceratione & aquarum eruptione ſecundinæ impoſſibiliter ſeparari poſſint.

Quoniam igitur ſine prævià deciſione hujus, an ea, quæ à Sempronio Titiæ imputantur, in ipsâ Praxi poſſibilia ſint? cauſa hæc juridicè dijudicari nequit: Noſtrûm quoque eſt, pro communi bono inquirere, an per artificioſas hujus generis ſtrophas & enchireſes Partus præcipitari, & ita Matris æquè ac infantis ſanitas periclitari poſſit? Hinc Dnn. noſtros Honoratiſſimos rogamus, velint hæc juxta Medicinæ æque ac Anatomiæ Fundamenta maturè ponderare, & quia Sempronius omnia affirmat, & aliam Obſtetricem, quæ in quadam Civitate arte hâc olim uſa fuiſſe dicitur, provocat: Titia è contra ea, tanquam abſurda & impoſſibilia, negat, Nos de ipſa rei veritate informare. Hoc &c. *die* 25. *Sept.* 1682.

Conſul & Senatus illius loci.

Reſponſum Facultatis Medicæ Lipſienſis; de procuratione abortus putatitia.

CUm V.V. Nob. Nob. in transmiſſis Nobis Literis, ob Denunciationem Sempronii Chirurgi, contra Titiam Obſtetricem, judicium noſtrum Medicum deſiderent: An per nocivas ejusmodi enchireſes artificiales, prout illas Sempronius contra Titiam denunciavit, ſc. certarum venarum inciſiones, intempeſtivas aquarum erumpentium procurationes & imma-

turam ſecundinarum ſeparationem partus præcipitari, & ita Mater æquè ac infans, ſanitatis intuitu, periclitari poſſit? Hinc præviâ maturâ deliberatione principiis Anatomiæ & Medicinæ conſentaneum eſſe invenimus, quòd Sempronii contra Titiam denunciatio omninò falſa & erronea ſit; cùm nudâ V. S. partus tam facilè, nedum pro lubitu, promoveri nequeat, dum haud pauca exempla proſtant earum, in quibus etiam poſt iteratas V. S. prægnantibus ne minimum quidem damnum illatum fuit, ipſique Sempronio incumbit, ut venas, quas Titia ſecaſſe dicitur, it. quoties? it. quâ copiâ ſanguinem eduxerit, & quænam in Gravidis abhinc ſymptomata obſervârit prius ſpecificè determinet. Deinde quoad aquarum ruptionem notari quoque meretur, quòd in Gravidis ſæpè notabili temporis intervallô ante partum aquæ ſponte ſuâ erumpant, citra ſubſequens quoddam detrimentum, niſi quòd partus difficilis ſubinde ſequatur. De cæterô ante orificii uteri interni aperturam, & priusquam aquæ ſpontè ſe trudant, & ita ante partum inſtantem Obſtetrices ad hanc aquarum ruptionem, ob uterum ita occluſum devenire non poſſunt: Multò minus poſſibile eſt ſecundinam, cum primis eô in loco, ubi placenta uteri matrici firmiter adhæret, ſeparare. Quod &c. *Lipſiæ die* 23. *Sept.* 1682.

Amman. Prax. Vuln. Lethal. Dec. V. Hiſt. VI.

Alium Caſum de Obſtetrice injuſtè accuſata, cum RESPONSO *vid. apud Tim. à Güldenklee* ℞. 38. *p.* 100.

CASUS XXIV.
DE OFFICIO OBSTETRICIS DIJUDICANDO.

Requiſitio.

P. P.

PRo defenſione famæ meæ cogor ſequentem Caſum Veſtris Excellentiis proponere, atque veſtram de eo audire ſententiam: Adſtiti ante 14. dies nobili cuidam fœminæ in puerperio, eâ, quâ potui fidelitate, ſed proh dolor! ſiniſtrô eventu: Etenim quamvis infans rectô ſitu orificium uteri internum ingreſſus, attamen elapſo horæ ſpacio magnum frigus in pectine perceptum, accedente diarrhoeâ lethali, mater & infans ſimul exſtincti, utut ſeparationem utriusque moliri intenderim. Poſtea culpa in me tranſlata, acſi Encheireſes ad hanc rem neceſſarias neſciviſſem, atque ſic per negligentiam meam infantem interfeciſſem, quia effato Medici, qui matrem aperuit, infanti ab Obſtetrice ferri potuiſſet auxilium, quo minus extingueretur, pro verba Relationis habent ſub A. Quia ve iſthæc non ſine injuriâ meâ prolata, ſubm ſè peto Veſtras Excell. velint ad quæſtione ſententiâ mihi communicatâ, me informare

1. *An Obſtetrix omnes ſitus vitioſos f tus, manuali ſuâ operatione, avertere p ſit; & ſi hoc ei non eſt poſſibile, an u culpa poſſit eidem imputari alicujus neg gentiæ?*

2. *An hunc Caſum, quo infans re quidem ſitu Orificium internum uteri greſſus, ſed circa talum ſiniſtri pedis ſis umbilicalibus involutus & quaſi ten culâ detentus fuit, potuerim prævide & avertere? & quia hoc non factum, lius culpæ accuſari poſſim?* Dab. N. die M Anno 1628.

A.

Ad requiſitionem Nobiliſſimi Dn. ſ conjugem ejus puerperio exſtinctam cum fante, obſervando: ſitu quidem naturali tum uterô in orificium internum ingreſſ dum caput verſus vulvam, pedes autem ſus Uteri fundum reclinati erant, è contr vaſa umbilicalia circa talum ſiniſtri pedis, ſi Tendicula erant obvoluta, quæ tamen Obſtetrice, ſi gnara fuiſſet artis μαιευτικῆς, volvi potuiſſent, ſervato fœtu vivo incol &c. Dab. N. die 3. Maji. Anno 1628.

Nicol. N.

Reſponſum Facultatis Medicæ Lipſ ſis; ſcilicet Obſtetricem non poſſe om ſitus vitioſos fœtus prævidere vel avertere; multo minus *ſcire poteſt obſtetrix, an vaſa umbi lia involuta ſint talo fœtus?*

REſpondemus, præviâ deliberatione f ad Quæſtiones tuas nobis oblatas: Obſtetrix omnes vitioſos ſitus fœtus non per ſcire, multo minus avertere poſſit, et ſi libenter vellet, provocando ad Expe tiam quotidianam. Hinc 2. etiam videre potuiſti, an vaſa umbilicalia Talo inf ſint obvoluta? quoniam in abſcondita viſu penetrare poteſt, nec Medicus ſci Proinde non conſpicimus, quomodo h volutio vaſorum fieri potuiſſet? optamus ut Medicus hoc in paſſu vice tuâ functus ſet, vel modum juvandi Relationi inſeru Abſolvimus itaque ab hac imputatione ob cem, dicendo: *quòd ob impoſſibilitatem lam culpam aut negligentiam commi* Dab. Lipſiæ die 24. Maji 1628.

Vid. Amman. Med. rit.

CAS

CASUS XXV.
DE
OXA BALNEI NIMIS CALIDI AB OBSTETRICE ADHIBITI.

Requiſitio.

P. P.

Ertiâ ſeptimana poſt obitum Illuſtriſſimi Comitis N.N. Vidua ipſius mediante Divigratiâ filium ſalvum & incolumem enixa, i tamen poſtmodum negligentiâ obſtetrin deſubitò vitâ iterum privatus fuit. Simul enim in cupâ calidâ lotus, miſerabiliter ſi- intermiſſione clamavit, interea obſtetrix adſtante Gynæceo admonita, ut placidè ocederet, forſan aqua nimis eſſet calida: tamen admonitione poſthabita continualavando, dicens: *quod manibus ſuis non t calidum*, nec huic infanti nocere poſſe, plus quàm aliquot millia puerorum ita abſſe; quia verò indeſinenter vociferatus, edam ex adſtantibus tetigerunt aquam, quæ vore ſuo manus ipſarum penè excaluiſſet, ubi ſus admonita, ut eundem lavacro exime-, obſtetrix verò experientiam prætendit, iec infans hic quaſi ſub manibus denatus, enim per dimidiæ horulæ ſpatium ſupervi: Poſt mortem Archiatri corpuſculum inxerunt, puſtulis maximâ ex parte repletum n abſceſſione cuticulæ: Quoniam verò ipſe ns Columna fuit Proſapiæ hujus, eſt enim ma proles familiæ perilluſtris, ſalvus etiam ſanus hanc auram vitalem adſpexit, juxta nfeſſionem obſtetricis (licet nunc, neſcio m, connatam debilitatem fingere videa-) ipſaque diverſis quoque vicibus admoniut balneum temperaret, hæc autem omnia inè poſthabita; ne itaque nobis propter c temeritatem, damnum ullum accedat inc, rogamus ad ſubjectas quæſtiones ve- in arte fundatum judicium:

Annon obſtetricem deceat, honeſtis & expertis Matronis, in rebus puerperium concernentibus, obedire?

An poſſibile, quod Infans hic propter calorem nimium lavacri ex nimia alteratione mortuus fuerit? *Dab. N. N. d.* 16. *Aug.* 1626.

Conſiliarii N. N.

ſponſum Facultatis Medicæ Lipſien- ; ſcilicet Obſtetricem hanc, balneo nimis calido, infanti huic mortem acceleraſſe.

Xquiſitâ deliberatione inſtitutâ, ſuper quæſtiones propoſitas, judicium in arte noſtra fundatum communicare non veremur: quod 1. utique Obſtetricem deceat honeſtis & expertis Matronis, in Rebus puerperium concernentibus obedire, ſiquidem facile aliquid contingere tunc poteſt, quod ab adſtantibus obſervatur, ab ipſa verò, aliis intenta, non animadvertitur, hinc etiam, quando hæ examinantur, ut ejusmodi admonitiones certò reſpiciant, injungitur iſtis, ad honeſtas etiam matronas hanc ob cauſam expreſsè remittuntur. Huic quoniam contravenit, nec nimium calorem aquâ frigidâ temperavit, ſed in omnibus obſtinatè proceſſit, tenebitur ipſa propterea judicialiter reſpondere, nec defendet eam experientia imaginaria, vel invalida, quam prætendit, ratio: quòd lavacrum manibus ſuis non eſſet nimis calidum; puſtulæ enim in corpore apparentes, & indeſinenter facta vociferatio, teſtes jam ſunt omni exceptione majores, quòd fervor lavacri fuerit nimius, hinc & poſſibile, quòd violentâ hâc alteratione, & irritatione infans hic fuerit mortuus, cùm præſertim ſalvus & incolumis ſit natus, nec alia ſymptomata tàm ſubitaneæ mortis dari vel afferri poſſint &c. *Dab. Lipſ. die* 24. *Auguſti Anno* 1626.

Val. Pand.

Vid. Ammann. Med. Crit.

CASUS XXVI.
DE
VIOLENTO OBSTETRICIS ERRORE.

Requiſitio.

PRævio Ampliſſimi Senatus hujus loci deſiderio non poſſum non referre, quid ſub appropinquante ordinariô, eoque primô, partu Honeſtiſimmæ Mulieris DOROTHEÆ THILIÆ haud ita pridem die 18. Jan. S.N. huncque ex inopinatô inſequente morte acciderit, & quid ſub inſpectione cadaveris die 20. Jan. inſtitutâ obſervatum fuerit? Scilicet, cum modò allegata Perſona, ſana aliâs & vegeta, annô ætatis vigeſimô ſecundô, die primùm nominatô, multò manè, hora ſc. 3. terminum partus jam inſtare præſentiſceret, præſente obſtetrice ſe ad labores partus compoſuit, & ob parcos debileſque dolores ad partum urgentes, horâ circiter 12. meridianâ leniori medicamentô ad illum promovendum, meô quidem conſiliô, uſa eſt, undeà meridie, mediâ ſecundâ, ſanum &, proportione habitâ, magnum ac robuſtum puerulum enixa eſt, eaque de cauſâ erga Maritum ſuum, ſanitate ſatis integrâ exiſtente, lætitiam inſignem animumque contentiſſimum teſtata eſt, DEOque pro Clementiſſimo adjutoriô gratias egit devotiſſimas. Quia verò Secundinæ eô adhuc tempore remanſerant, Obſtetrix ſtatim à partu ad earum extractionem omnem, eamque diligen-

 tem,

tem, ut putabat, operam locavit, non tamen tempeſtivè obſervavit, easdem utero ſatis adnatas adhæſiſſe; unde factum, ut una cum ſecundinis ipſe Uterus cum fundô ſuô quodammodo prodierit, & quidem eò pronius, quia per fœtum grandiorem omnia prius ſatis extenſa viæque partui dicatæ ampliatæ fuerunt. Infelicius autem adhuc ceſſit negotium hoc, poſtquam Uterus jam prodiens ab obſtetrice pro alio adhuc embryone habitus & venditatus fuit, eaque de causâ puerperam ad ulteriores parturiendi conatus ſtimulavit, non obſtante, quod hæc ipſa putatitium illum fœtum his verbis negaret: „Ubi quæſo eundem continerem? „(alterum ſc. fœtum) Eundem ſanè ſentire de„berem; Nihilominus tamen molimina & conatus ad alterum fœtum promovendum ſummò cum fervore continuabantur, quibus durantibus tandem Puerpera erga obſtetricem bis vel ter in hæc verba erupiſſe dicitur: „Eu„ge, omnia è corpore meo extrahe. Vel: „Noli quæſo omnia mihi è corpore ſurripere; Accedente mox oculorum caligine (ut ſc. Adſtantes amplius agnoſcere non potuerit) donec haud multò poſt tertio circiter quadrante, horam 3. præcedente, mortem jam inſtare ipſa ſenſerit. Viſa ergò tam ſubitanea & periculoſa mutatione, ipſe quidem comparui, ſed juſto ſerius advocatus, cùm ſub adventu meo, utut citiſſimo, de quocunque humano auxilio jam actum, & Puerpera ita dicta in agone mortis conſtituta fuerit: Poſt cujus obitum obſtetrix adhuc ſollicita erat, an infantem putatitium, nondum in lucem editum derelinquere, an promovere & protrahere deberet? & quoniam meam hîc ſententiam deſiderabat, qua ratione, inquiebam, os uteri intravit? illa verò, peculiari & quidem denſiſſimæ membranæ ſeu tunicæ, vel (ut vocabat) ſacculo cinctum, utroque brachio capiti impoſito inſtare, reſpondebat. Ad deſiderium ergò adſtantium rem ipſam inſpiciens ſtatim non ſine horrore obſervabam, maximum proh dolor! errorem eſſe commiſſum & loco embryonis quæſiti uterum inverſum inveniri, à quo poſt mortem Defunctæ demum placenta uterina ſeparata erat, quæ ſignum aut ſtigma aliquod, fundum verſus, ubi annata erat, reliquerat, quod tunc temporis Parentibus & Conſanguineis aperui, conteſtando, nullum amplius fœtum reſtare, ſed bina illa embryonis brachiola ab obſtetrice ſic dicta & putata, nihil aliud quam inferiora duo ligamenta rotunda uteri, in Matrice inverſa recondita eſſe; quemadmodum ſub deſideratâ & ſub initio memoratâ die, circa veſperam hora 5. à me, in præſentiâ Dnn. D. Chriſtophori Seeligeri & D. Caroli Schröteri, ut & Inquiſitæ, unâ cum aliâ obſtetrice, poſtmodum inſtitutâ ſectione id reverâ obſervatum fuit, quòd ſc. cavitas Hypogaſtrii, ſeu Pelvis, quoad uterum, omninò exinanita, imò ne ullum Matricis veſtigium inter inteſtinum rectum & veſicam urinariam conſpiciendum fuerit, niſi quòd a oſſe pubis illìc dependentia & protenſa Ligamenta uteri rotunda vel teretia ſe in uterum omninò inverſum externè ſpithamæ longitudine propendentem inſinuarint & occultarint. *Zittaviæ die* 28. *Julii* 1681.

D. David I

Reſponſum Facultatis Medicæ Lipſienſis; deſuper violenta obſtetricis operatione.

P. P.

TRansmiſſis Nobis Actis Inquiſitionalibus CHRISTINAM SCHERIAM, Obſtetricem Zittavienſem concernentibus & propoſitâ ſimul quæſtione:

An & qui dicta Chriſtina Scheria Andr. Thielenii conjugem poſt Partum neglexerit?

Præviâ maturâ & Collegiali deliberatione A[illegible] ci Reſponſi loco referimus, quòd juxta te[illegible] rem Relationis de Inſpectione à Medicò co[illegible] municatæ, poſtquam dicti modò Andr. Thielenii Conjux uterum jam feliciſſimè poſuerat, & ſalva ad lectum puerperii dedu[illegible] erat, omnia quidem juxta dictum modò [illegible] teſtatum ipſaque Acta, huic Chriſtinæ Sche[illegible] non competierit, absque ullis indiciis, [illegible] quæ profitetur, certioribus alium adhuc [illegible] tum ab allegata Thielia extorquere, eam[illegible] ad periculoſos ejusmodi labores urgere; q[illegible] niam illud, quod pro altero embryone [illegible] buit, ſi non ipſe uterus violentiâ quadam [illegible] tractus, Secundinæ tamen aut placenta u[illegible] cum tunicis fuerunt, quæ ſæpiſſimè (utu[illegible] una puerpera magis, quàm in aliâ) adnaſc[illegible] let, hocque puerperæ præſenti accidit. Inte[illegible] eandem non decebat tantam vim adhibere [illegible] cum ſecundinis ſimul uterum tam violent[illegible] crudeliter à partibus ſub- & ſuperſtratis div[illegible] re; ſiquidem ſub Inſpectione obſervatum f[illegible] cavitatem Hypogaſtrii, quam pelvim voc[illegible] quoad uterum prorſus exinanitam fuiſſe, [illegible] ne ullum quidem uteri veſtigium inter int[illegible] num rectum & veſicam urinariam occurri[illegible] ſed (juxta fuſiorem tenorem Atteſtati) ut[illegible] inverſus & ad ſpithamæ longitudinem ab [illegible] pubis dependens inventus fuit; è quibus on[illegible] bus non tantùm craſſa quædam ignoran[illegible] ſed etiam violenta quædam incuria à parte [illegible] ſtetricis concludenda eſt, unde Puerpera [illegible] ſuæ jacturam tulit. Quod &c. *Lipſiæ* 22. *Nov.* 1681.

Ammannus Prax. Vuln. Let[illegible]
Dec. V. Hiſt. 1.

CASU

CASUS XXVII.
DE
POSSIBILITATE RECUTITIONIS IN JUDÆIS.

Requiſitio.

P. P.

Detinetur apud Nos carceribus verſipellis quidam Judæus, qui rem habuit cum [Ch]riſtianis puellis, diverſimodè ſeſe illis car[nal]iter commiſcendo; inſtante nunc torturâ, [d]icit, ſe nunquàm fuiſſe circumciſum, quò [cri]men ſuum palliare intendit: conſtat verò [no]bis per Teſtes juratos, qui longè alia ex ipſo [Ju]dæo audiverunt hactenus, quòd nimirum [Ju]dæus circumciſum præputium, arte quâdam [...]tâ, idoneis remediis ſibi rurſum attraxerit, [...]oc in paſſu, deletis circumciſionis veſtigiis, [...] Chriſtiano haberi poſſit. Hæc omnia in[fici]atur Judæus, nihilo minus nobis veritatem [...]tari, operæ pretium eſt; rogamus ideò [...]ell. Veſtras humaniter, velint ſine moleſtia [...]is ad hanc quæſtionem ex artis ſuæ funda[me]ntis reſpondere:

Utrum videlicet circumciſus Judæus [præ]putium mediis naturalibus ita poſſit attrahere, ut nulla circumciſionis veſtigia amplius appareant, ipſeque pro non circumciſo haberi poſſit? Dab. N. N. die 6. Jun. 1637.

Reſponſum Facultatis Medicæ Lipſienſis; ſcilicet Recutitionem in Judæis arte Chirurgica eſſe poſſibilem.

Ad quæſtionem: *Utrum circumciſus Judæus, &c.* ex artis noſtræ fundamentis reſpondetur; quod utique poſſibilis ſit, etiam per naturalia remedia, præputii circumciſi attractio, vel per agglutinantia, vel etiam mediante ſuturâ, vel peculiari quodam inſtrumento, quod Græcis σπαθιστήρ vel attractorium vocatur; eum autem in finem teſte *Joſepho lib.* 12. *Antiquit. cap.* 6. recutiri volebant, ut pro Græcis, vel non circumciſis, inter Gentes haberentur, prout *Cornel. Celſ. & Hieron. Mercurialis* pluribus hæc deducunt. Hinc poſſibile quoque, (ſi præſertim recutitio fit primis ſtatim ab annis) ut poſtmodum agglutinatione factâ nullum in adultis veſtigium circumciſionis appareat, & ſub hoc prætextu nefandæ petulantiæ ſuſcipiantur &c. Dab. Lipſiæ die 24. Julii Anno 1637.

Ex Ammanni Med. Crit.

APPENDIX AD PART. I.
PANDECTARUM MEDICO-LEGALIUM
DE
VARIIS SAGAS CONCERNENTIBUS QQ. MEDICO-FORENSIBUS.

[Reſp]onſum I. Facultatis Theologicæ Rin[tele]nſis, de Conventibus Sagarum nocturnis [a]liisque Advocatorum conſcientiam concernentibus.

[P]oſtquam Nobis, Decano, Seniori Facultatis Theologicæ Rintelienſis Nobiliſſi[mus] & Honoratiſſimus DN. DIETERICUS [A]DOLPHUS KLEINSORG, Advocatus [Lem]govienſium Celeberrimus, epiſtolam pro[...]i, cum adjectis Actis à Num. I. usque ad [...].XXIV. incluſivè transmiſerat, & ſimul ſen[tenti]am noſtram deſuper III. Quæſtionibus cum [rat]ibus decidendi deſideraverat:

[I.] *Annon ipſe* DN. KLEINSORGIUS *in[...] omnium in transmiſſis ad Nos literis [...] ac actis occurrentium circumſtantiarum Paſtori Lemgovienſi N. N. ſalva hactenus conſcientia advocando adſtiterit, hocque poſthac continuare poſſit,* non obſtante, quòd huic à nonnullis partim incarceratis, partim judicialiter enecatis Perſonis imputatum fuerit, quòd in nocturnis Sagarum tripudiis conſpectus fuerit, imò & ſacra peregerit: Non obſtante etiam, ſi plures ejusmodi denunciationes & delationes ſecuturæ ſint?

II. *Quid de conventibus Sagarum nocturnis ſtatuendum ſit,* an reverâ unquam contigerint? an verò meris omnia Diaboli illuſionibus innitantur?

III. *An Diabolus inſontis quoque hominis ſpeciem in ejusmodi conventibus repræſentare valeat?*

Hinc omnia Collegialiter & circumſpectè perpendimus & ad I. Quæſt. reſpondemus, quòd, ut ſupradictus DN. KLEINSORG, ſuſpenſo ab officio Paſtori N. N. illæsâ conſcientia hactenus advocando ſuccurrit, ita & imposterum optimô jure ejus cauſam agere valeat, dummodò res in nudis illis denunciationibus ſeu inculpationibus conquieſcat, nec alia evidentiora indicia contra memoratum modo N. N. ſe trudant. Quia enim omnes Theologi æquè ac JCti in eô concordant, quod denunciationes, quantumvis iteratæ, nullam omnino vim probandi, multò minus convincendi habeant, hinc iisdem Advocati conſcientia non læditur, ſi cujusdam denunciationibus hujuscemodi gravati cauſam in judiciô agat, præcipuè, quod in vulgus notum ſit: Satius eſſe defendere, quam accuſare; & ſi accuſare ſufficit, quis innocens erit? Si enim Sagæ adeo protervæ & impiæ ſunt, ut ipſum DEum, Creatorem ſuum, abnegare non exhorreſcant, & cum jurato ejus Adverſario, ipſo ſc. Satana, pactum inire non vereantur, quidni & innocentes ex inſtinctu Diaboli incuſare valerent? cùm ſatis ſuperque cognitum ſit, Eundem Homicidam & Mendacem à principiô fuiſſe. Quodſi jam hominem ejusmodi, qui à Sagis denunciatus fuit, ſtatim pro reo habere, eumque indefenſum relinquere velimus, res ſanè eſſet Satanæ exoptatiſſima. Hinc Advocatus Perſonæ ejusmodi patrocinando opus Chriſtianâ charitate plenum efficit, tentando ſc. an innocentia ejus in apricum deducatur: Hicque locum habet Ethnici prudentiſſimi, Ariſtotelis ſc. pronunciatum: Cujus contrarium hoſtibus placet, illud eſt bonum: Ergò cujus contrarium Diabolo infenſiſſimo illi generis humani hoſti, qui non niſi ſanguinem humanum ſitit, prodeſt, illud etiam, non poteſt non eſſe bonum; utiliſſimum enim foret Diabolo, ſi homines, & præſertim in honore conſtituti viri, indefenſi relinquerentur; eòque minus ſæpius nominato Dn. Kleinſorgio ſcrupulus in conſcientiâ ſubnaſci poterit, quia in decretô Senatus Lemgovienſis, die 9. Novembris An. 1665. publicatô, expreſsè cavetur, quod facta ſuſpenſio Dn. N. N. nilquicquam derogare debeat iis, quæ ad demonſtrandam fortè innocentiam ejus, competenti modô, locô & tempore inſtituendam, facere poterant; quæ ſine adminiculo alicujus Advocati, uti conſtat, fieri non poſſunt. Denique defenſio adeo eſt favorabilis, ut reis petentibus Advocati dari ſoleant, & non petentibus etiam inviti ex numerô ordinariorum dari poſſint, ut ex jure conſtat.

Secundam quæſtionem quod attinet, nullum quidem dubium eſt, quod Satan ſæpiſſimè miſerrimis illis homuncionibus, qui ſemel illi nomina dederunt, glaucoma ob oculos ponat, ipſisque perſuadeat, quod ad locum peregrinum deferantur, cùm tamen domi ferè & in plumis hæreant; intereà tamen valde eſt probabile, Diabolum reverâ Sagas, tanqua[m] mancipia ſua ad certum quendam locum d[e]portare, ubi conventus ſuos celebrare, ejusq[ue] deſideria implere tenentur; hoc enim ipſi poſ[ſi]bile eſſe, omnino non in dubium vocari p[o]teſt, quia ex Hiſtoriâ Evangelicâ conſtat, quo[d] permittente DEO, ipſum Chriſtum, Servat[o]rem noſtrum, è deſertô per aerem ad ſumm[i]tatem Templi Hieroſolymitani deduxer[it]. Enim verò ſunt quidam è Doctoribus, qui e[x]ſtimant: Chriſto hæc in Spiritu & viſione qu[o]dam obtigiſſe, putando, Deum T. O. M. p[er]mittere non potuiſſe, ut ſanctiſſimum Dom[ini] corpus à Satanâ pro lubitu in aere circumd[u]ceretur; aſt optimè de eô judicat *Gregor. N. Hom.* 16. *in Evang*: Qui ſe crucifigi [vo]luit in Membris Diaboli, non eſt mirum, [ſi] ab ipsô Diabolô permiſit transferri; Si v[erò] Satanæ datum fuit, ut Dominum noſtru[m] Chriſtum ſc. ipſum, eâ ratione in aëre di[du]xerit, quidni conceſſum illi eſſet inſtrume[nta] ſua & mancipia, quæ ſe in totum illi devo[ve]runt, pro lubitu & voluntate ſuâ quando[que] de loco in locum deducere, & quod in [u]no potuit efficere, idem in aliô quoque val[uit] præſtare, quia ſecundum Thomam datâ p[oſſi]bilitate in unô: per conſequens datur in o[mni]bus, quæ ſunt ejusdem ponderis & magnit[udi]nis. Notabile hujuscemodi exemplum re[fe]ſet *Chriſtophorus Lehmannus Lib.* [...] *Chron. Spirenſis cap. XV.* quâ ratione ſc. [Ma]gus quidam, ad deſiderium Leopoldi, A[rchi]ducis cujusdam Auſtriaci, conatus fuerit [fra]trem Archiducis Fridericum, à Ludovicô I[...] rô captum, è carcere (captivus autem [ſerva]batur in caſtrô Trauſeniz) Diaboli ope lib[era]di, nec, ſi Rex Fridericus Diabolo obte[mpe]rare voluiſſet, huic difficile fuiſſet, eund[em è] captivitate abducendi; unde ſatis eluc[eſcit] quanta ſit Diaboli potentia, dummodò [DEus] ipſi permittat, hoc vel illud in actum de[duce]re; ſi verò jam conventus Sagarum no[ctu] inſtituuntur, Diabolo haud difficile eſt g[ra]lationes ſuas per varias effigies & repræ[ſenta]tiones exercere, formando imagines d[...] modas, & alia in aere oculisque ſag[arum] mira & inſolita objiciendo, cumprimis, [...] proh dolor! plus, quam expedit, cogn[...] homines per Artes Magicas & incantatio[nes] medio Hyeme Æſtatem quandam, arb[oribus] vireſcentibus, fructibus arborum, gram[ine] foliisque virideſcentibus, floribus & ſi[...] ſuperbientem præſentare potuiſſe: Qu[...] ſolitum & ſtupendum convivium hâc [...] Coloniæ Regis Wilhelmi gratiâ ab A[lberto] Magnô Anno 1248. tempore hyemali i[...] tô quodam inſtitutum fuerit, de eô ru[...] pra laudatus *Lehmannus Lib. V. C[hron.] Spir. cap.* 90. legi meretur.

Tertiam quæſtionem, an Satana[s inno]centis cujusdam hominis figuram atqu[e ...] em in Conventibus Sagarum repræſen[tare ...]

? quod concernit, ad eandem procul ni dubiô affirmativè reſpondendum eſſe ſemus.

Si enim Diabolus ceu fallax Spiritus induere potuit figuram Samuelis, nihil obſtat, quò nus etiam figuram hominis innocentis in-it, & in conventibus nocturnis Sagarum re-ſentet. Illud autem factum eſſe conſtat ex cap. I. Sam. §. II. Neque enim verum Sa-elem fuiſſe ſuſcitatum, Viri longè eruditiſ-i ſtatuunt, inter quos eſt *Hugo Grotius in notat. ad cit. loc.* videturque id, inquit tius, ipſa mulier ſatis ſignificare: En, di-Elohim, Deos adſcendiſſe de terrâ, ita ap-ans ſpiritus illos, quorum unus Samuelis ram induerat, cæteri ei velut comites nt.

Equidem Samuel ille fictitius & repræſen-vus Saulo Regi prædicebat, quòd de thro-& Regno ſuô præcipitandus, & â Philiſtæis endus ſit, quod ipſi quoque contigit; aſt minus concludi debet, quòd revera Sa-el Propheta fuerit: Sæpe enim, ut modò atus Grotius optimè monet, Deus etiam os ſpiritus cogit verum dicere, ſicut patet atth. 8. §. 29. Unde *Tertulianus in Apo ticô ſuo adverſus Perſecutores Ethni-* Ita inquit, de contactu, deque afflatu no-, completione & repræſentatione ignis s, etiam de corporibus noſtro imperiô ex-nt inviti, & dolentes & vobis præſentibus eſcentes. Credite illis, cùm verum de quuntur, qui mentientibus creditis.

Quemadmodum igitur Satan Samuelis em induit, ita nullum omninò dubium quòd hodiè quoque inſontiſſimi hominis am aſſumere, eamque in conventibus Sa-m nocturnis repræſentare valeat.

Quibus de cauſis nudæ meræque denomi-nes, quibus Sagæ hunc vel illum homi-in tripudiis nocturnis ſe conſpexiſſe affe-, ad inquiſitionem ſpecialem ſufficiens in-m ſuppeditare nequeunt, multò minus aliquam probandi aut convincendi habe-terunt.

Omnia jure meritò. *Rintelii die* 19. *tii Anno* 1666. Sub Sigillo Academiæ.

(L.S.) *Decanus, Senior & reliqui Doctores Facultatis Theologicæ Rintelienſis.*

Reſponſum II. Facult. Juridicæ Chiloni-enſis de proba aquæ frigidæ in pro-greſſu contra Sagas.

Species facti.

. K. & Uxor illius è pagô Steinrade accu-ſant C. B. quod ipſos ſæpe Magicæ Artis ulârit, illâ factum pernegante, niſi quod provocata ab Actore, cùm illam Sagam dixiſſet, reſponderit, illum cum uxore jam à pluribus annis pro veneficis haberi. Eodem tempore A. B. accuſat E. S. quod ab illâ provocata ſit ad probam aquæ frigidæ, quale quid ſine injuriâ & incuſatione maleficii fieri non poſſit. E. S. ſe ante aliquot annos ab A. B. veneficii inſimulatam, ait, eamque tum ſubiiſſe examen aquæ frigidæ, cujus nunc periculum cum ipſa ſubire parata ſit, nec, niſi aquam ſubierint, reſtitui poſſe, vel ſibi, vel Actrici famam, quam conviciis mutuis putabat læſam. Judex acta ad Facultatem Juridicam transmittere cogitur. Intereà cognati earum, quæ in lite verſabantur, Perſonarum, excitatô quaſi tumultu, poſtulant à Judice, velit aquæ frigidæ permittere litigantes, ut diſcerni queant noxiæ ab inſontibus. Addunt id unicum ſupereſſe reſtituendæ in pago concordiæ remedium, ac detrectant, niſi ita fiat, obſequium. Judex invitus, cùm impedire non poſſet, dedit aliquid populari tumultui, & probam aquæ frigidæ permiſit. Projectis ergò quinque perſonis in aquam, tres natare compertæ ſunt, duabus fundum petentibus. Priores, quod aliis indiciis, & famâ etiam urgerentur, interque illas imprimis M. K. quæ angelum, cùm puella adhuc eſſet duodecim circiter annorum, ſe vidiſſe aliquoties dixerat, & mortem ex fulmine in campô comminata dicebatur fratribus duobus, brevi poſt à fulmine in agro peremptis, in carcerem conjiciuntur, & an ex indiciis adductis torqueri poſſint, interrogatur. Quod negatur & torturæ loco, Confrontatio, ad eruendam, ſi fieri poſſit, confeſſionem, decernitur.

Reſponſum Facult. Juridicæ Chilonienſis; de inſufficientia probæ aquaticæ ad decernendam torturam.

Poſtquam Nobis Decano, Seniori & reliquis Doctoribus Facultatis Juridicæ in Illuſtri Academia Holſatico-Chilonienſi Acta, his adjecta, transmiſſa fuerunt, additâ Requiſitione, ut, quid rebus ſic ſtantibus, cum Mulieribus hiſce ſuſpectis agendum, & an indicia ſummaria in Protocollo contenta, ſi à denuntiantibus juramento confirmentur, ſufficiant, ut omnes tres torturæ committendæ ſint? judicium noſtrum Legibus conſentaneum impertiamus; hinc ad Juſtitiæ promotionem illa omnia & ſingula perlegimus, ſequentem Speciem Facti extraximus, & ut poſt eandem ſequitur, juribus conſentaneum eſſe ſenſimus.

Repetatur hic ſpecies facti.

Ut ergo de hiſce ſententiam noſtram Legibus conformem communicemus, primò notandum Magiſtratum illius loci optimè in eô

eô feciſſe, quod Probam hanc Aquaticam, quoad potuit, ſubditis non indulſerit, ſed ſeriò eandem inhibuerit, quoniam illa prorſus erronea & in legibus prohibita eſt, utpote quâ Deus tentatur, inſontes in periculum deduci, rei autem pœnam promeritam effugere poſſunt.

Optimè quidem nobis conſtat, eandem proh dolor! in diverſis locis, non tantum à vulgô Ruſticorum, ſed & judicibus nonnullis magni fieri, quodve non tantùm in Livonia, & ut *Gœhauſen quæſt.* 1. *an proba aquæ frigidæ ſit licita?* perhibet, in quibusdam prope Rinteliam ſitis locis adhuc paucis abhinc annis recepta fuerit, ſed & in Weſtphalia ejusve Confiniis quandoque adhibeatur. Item quod *Wilhelmus Adolphus Scribonius*, Profeſſor Marpurgenſis, *in literis ad Henricum Floreckinum & Dietericum Cothmannum*, Conſules Lemgovienſis, & poſtmodum quoque in libro ſuo *de Sagarum natura & poteſtate lib.* 2. ut & Rex Angliæ Jacobus *Dæmonolog. lib.* 3. *c.* 6. *in fine Edit. Lond.* eandem defendere, ejusque cauſas quasdam dare ſuſtineant; dum „non naturæ ope, ait *Rex Jacobus*, ſed divi„na voluntate inſtitutum videtur; tanquam „aqua ſuum in ſinum eos non admitteret &c. Ac ſcimus *Henricum Kornmannum lib. de Mirac. vivorum* eandem propugnaſſe. Imo *Jacobus Rickius* anno 1598. Coloniæ pro hujus probæ defenſione librum edere deſtinaverat, ut recenſet *Petrus Heigius Part.* 2. *quæſt.* 39. *n.* 60. & *Cruſius* inter veneficii indicia, recenſet. Quin & è Veterum Germanorum, cumprimis Friſiorum & Longobardorum, legibus ſufficienter eluceſcit, probam hanc illis uſitatam fuiſſe; ſicut & ex *Epiſtola Imp. Juliani ad Antiochum Miſopogona* ſatis apparet, eo quoque tempore Germanos proba hac uſos fuiſſe, non quidem hunc in finem, ſed ad explorandos ſpurios, quos ſubmergi putabant, legitimis in Rheno natantibus, ut è *Claudian. loco in Rufinum*, & notatis *Lipſii ad Taciti Germaniam* conſtat.

Aſt, cum omnes effectus, qui à naturalibus cauſis (quales hîc non dantur) non oriuntur, aut à Deo, aut Satanâ oriantur; Proba aquatica autem in Verbo Dei nuſpiam ſancita ſit, ibique omni promiſſione & exemplo careat, adhæc fraudulenta ſit, hinc juxta probatiſſimorum Theologorum & JCtorum mentem effectus hic à Satana, ad ſeducendos homines, introductus eſt: *vid. Binsfeldius de Confeſſ. Malefic. Caſtro Palæo Part.* 3. *op. Moral. diſp.* 1. *de ſuperſtit. Delrio Diſq. M[…] lib.* 4. *q.* 3. *ſect.* 3. *Gisb. Voet. Part.* 3. *di[…] 39. de Mag.*

Unde II. in Jure Canonicô Proba hæc [e]xpreſſè eſt prohibita, *Can. Menna cauſ[…] quæſt.* 5. & *cap.* 8. *X. de purgat. canoni[…]* Unde cognito probæ hujus errore Cæſa[…] Francorum illam quoque abrogarunt, *v[…] cap.* 183. *Capitular. in addit. item in L[…] Longobard. lib.* 2. *tit.* 54.

Imô III. Experientia teſtatur, probam h[…] falſam omninò & erroneam eſſe, ſiquid[…] *Gœdelmannus in Relat. ſua fundament[…] de Veneficis & Sagis lib.* 3. *cap.* 4. notal[…] exemplum, quod propriis oculis vidit, de[…] gâ confeſſâ jam, ſed in ▽. ſubmerſa; cui ſi[…] quid refert *Althuſius in admonit. ad Jud.[…] Dubravius Epiſcopus Olomucenſis lib[…] Hiſt. Bohem.* obſervat Regem Vratislaum […] res Sagas aquis ſuffocaſſe. Econtra inſo[…] ſupernatare poſſunt, *vid. Hermannus N[…] walt. in Relat. de prob. aquat. Germ. edi[…]* 256. *Theatr. de Venefic.* quemadmodun[…] diverſæ cauſæ, propter quas perſonæ non[…] læ, quæ Sagæ non ſunt, aquæ ſupernata[…] allegantur in *Deductione*, quam Dnn. Pr[…] ſores Medicinæ & Philoſophiæ *Acad. [L]ugdunenſis* in Bataviâ, juſſu Statuum Con[…] anno 1594. formarunt, ſubſcribentibus […] *Heurnio, Gerard. Bontio, Petro Pa[…] Anton. Trutio & Petro Molinæo*, Ope[…] Med. Heurnii, annexâ.

Abhinc IV. in omnibus fere Europæ […] prorſus rejecta eſt hæc proba, vid. *D[…] Diſq. Mag. lib.* 4. *q.* 5. *ſect.* 2. *p.* 713. Ce[…] enim eſt in Italia *Alciatum* primum pravæ[…] conſuetudini ſe oppoſuiſſe, in *Comp. Pr[…] judiciarii.* In Gallia *Bodinus* ejus intui[…] ſibilavit Germanos *lib.* 4. *de Magor. Dæ[…] man.* ubi A. 1601. per Decretum Parlar[…] Pariſienſis totaliter everſa eſt. In Ger[…] anno 1584. à *D. Hermanno Neuvvalt.* H[…] ſtadienſi *in pec. Tr.* & jam ante Bremæ […] *Joh. Evvigio* rejecta fuit, ita ut hodie in[…] maniâ ſuperiori vix credibile ſit, in Ger[…] Inferiori adhuc reperiri, qui probâ hâc […]tur &c. &c.

Hiſce præmiſſis negatur Quæſtio: A[…] probâ hâc ſuſpectæ ſint redditæ, Tortur[…] ponendæ ſint? &c. &c.

Actum Chilonii in Collegio Fac[ul]tatis, die 3. Julii, Anno 1668

PA[N-]

PANDECTARUM MEDICO-LEGALIUM

PARS ALTERA.

PROLEGOMENA.

SI quicquam eſt, quod Medicorum, in Academiis cumprimis docentium, conſcientiam exercere valet, id ſanè vulnerum, ſive lethalium, ſive non lethalium, renunciatio eſt. Heic enim non tam de lanâ caprinâ diſputa- r, quàm de corio, imo ſanguine humano, ad cœlum, vel inultus, vel inique profuſus fuerit, clamante, ludi- r. Hinc & pleroſque, à quibus hæ ſanguinum cauſæ di- dicandæ ſunt, latebras & effugia quærere, culpamque, quæ commiſſa fuerit, in alios devolvere videas. JCti licet judiciis Facultatum Medicarum, Facultates è contra ſpectorum Relatione ſe tuentur, qui ſi vel minimum in ctione ceſpitaverint, in Academiis aut judicia ſuſpen- nt, aut in partem mitiorem inclinant, ſicque Judex In- iſitum à pæna ordinaria abſolvit, & de eo Medicis de- um rationem reddendam eſſe cenſet. Quo jure vero, ave injuria illud fiat, non tam propriis, quàm JCti Con- mmatiſſimi, D. N. *Samuelis Stryckii*, verbis exprimere eat, qui in *Programmate* quodam *Wittenbergæ Anno* 91. *publicato*, ſolidiſſimè, ut ſolet, de negotio hoc ita lo- itur: Ipſe, inquit, Imperator Carolus V. in Nemeſi ſua binde ad Medicorum judicium remiſit Judices, præſer-

tim, ubi ob effuſum ſanguinem humanum mortis ſupplicium venit irrogandum. Si enim Medicorum arbitrio mortiferum vulnus reputatum non fuerit, non morte, verùm extra ordinem puniendum eſſe homicidam, uno ore ab illis, qui circa criminales cauſas occupantur, Doctoribus aſſertum eſt huc usque. Non equidem vituperanda eſt illa Caroli V. Judicibus injuncta induſtria, ut caſu eveniente exactiſſimam vulneris inſpectionem adhibeant: Æque enim intereſt Reipublicæ, ne rapiatur ad ſupplicium ille, qui mortem non meruit, quàm ne ſupplicio eximatur, cujus factum ipſe Deus ſanguine piandum ab initio rerum cenſuit. Verum enim verò poſtquam in Sectas abire Medici, & novis novorum ingeniorum experimentis Veterum placita erroris accuſare cœperunt, eò deventum eſt hodiè, ut non pauci homicidarum ſolis Medicorum ſubtilitatibus ab optimè meritô liberentur ſuppliciô. Vix enim vulnus quoddam, ſi unum alterumve exceperis, proferri poterit, quod abſolutè mortiferum eſſe univerſa Medicorum Schola aſſerat. Quod eatenus in criminali forô probatum, ut, ſi quidam Medicorum vulnus lethale contendant, alii verò medicinam vulneri parari potuiſſe, ſi Medicus vulnerato mox adfuiſſet peritus, & inſolita quædam remedia, vix centeſimo Chirurgorum nota, adhibuiſſet, intrepide adſtruant, in hoc negotio dubio ſtandum illorum eſſe aſſerto, qui vulnus mortiferum negaverint, utpote quod hæc aſſertio Rei defenſionem, ſummo favore dignam, promoveat. Verum ita non amplius divino judicio, ſed Medicorum arbitrio ſubjacebit, an ultimo destinandus ſit ſupplicio Homicida, an ejus ſanguini parcendum? Sane poſtquam ex legibus humanis æſtimari cœpit poena profuſi ſanguinis, tot media elabendi recepta ſunt Doctoribus, ut facilius hodie ſit, homicidam à gladio, quam à furcâ furem liberare. DEUS O. M. ſummus ille ſanguinis humani vindex, quoties legem hanc in ſacrâ paginâ repetiit, nunquam vel cadaveris inſpectionem, vel vulneris abſolutam mortalitatem deſideravit. Adeſt quidam locus *Exod. XXI.* §. 12. cui particulam *inde* inſerendam viſum eſt quibusdam: *Qui hominem percuſſerit, et* INDE *moriatur:* Ex quo deducere nituntur, ſi non ex vulnere moriatur abſolute, ceſſare legis divinæ ſanctionem. Verùm ſi pro lubitu Juri divino particulas inſerere fas eſſet, ſalva res foret. Aſt nulla illius textus verſio, quot-

quot

quot earum exhibent *Biblia Polyglotta*, vocem illam agno- cit, ſed ſenſum divinæ legis ſimpliciter exprimit: *QUI PERCUSSERIT HOMINEM, UT MORIA- TUR*, (ubi vulgata ſubſtituit, *volens occidere*, quaſi per- uſſio ſine occidendi animo, etiamſi mors ſequatur, ulti- num ſupplicium non mereatur, rectè notata à *Grotio in Not. ad Exod. d. cap.* 21. *vers* 12. nocendi enim animus ſuffi- it, *L.* 1. *C. ad L. Com. de Sicar.*) *MORTE MORIE- TUR.* Nihil ergò amplius deſiderat divinus Legislator, uàm quòd percuſſionem ſecuta ſit mors; ut verò imme- iatè & abſolutâ neceſſitate ex illa percuſſione ſecuta ſit, ullibi exigitur. Quapropter percuſſus in capite, ſi brevi empore pòſt apoplexiâ, aut epilepſiâ corripiatur & ita de- edat, ſectione autem corporis inſtitutâ appareat, ictum on fuiſſe mortiferum, ſed accedentem apoplexiam cau- m morti dediſſe, abſolvendus foret in foro ſoli, ſed con- emnandus omnino ſecundum legem divinam. Ex per- uſſione enim apoplexia, ex hac verò mors ſecuta; Mor- uus ergò omnino eſt ex percuſſione, licèt non immedia- percuſſio vitam homini ademerit. Fateor ex Jure no- ro Romanô primitus hauſiſſe illam diverſitatem Interpre- s, an mortiferum vulnus fuerit, vel non, *L.* 11. §. 3. *L.* 15. 1. *L.* 3. §. *fin. L.* 36. §. 1. *L.* 46. *L.* 51. *L.* 52. *ff. ad L. Aquil.* erùm hoc pariter fateor, per incuriam hos textus de ne- otio planè alio loquentes, ad irrogationem pœnæ ultimi pplicii fuiſſe extenſos. Lex Aquilia civilem, ob vulne- tum vel occiſum hominem, concedit vindictam, ubi t conſtet, an ex primô, an ex tertio capite damnum ſit parandum, ratio vulneris neceſſariò fuit habenda. t verò ſi publicam cæſi hominis vindictam ex jure oſtrô deſideres, ad Legem Corneliam tibi recurren- um, quam nullo unquam loco vulneris mortiferi tionem habuiſſe, ſingulorum textuum docebit evo- tio. Quippe uno ſaltem caſu vulnera contemplari luit, ſi in rixâ percuſſus homo, nec conſtet, cujus tu perierit, per *L. ult. ff. ad L. Cornel. de Sicar.* ìàs nocendi animum & factum mortem præceſſiſſe fficit. Quæ Legis Corneliæ ſententia eò certior eſt, um *Ulpiano* monitore, quantum ad pœnam illius Legis hil intereſt, occidat quis, an cauſam mortis præbeat, . 15. *ff. d. t.* E contrariò quantum ad actionem Legis quiliæ, multum intereſſe dicitur, occiderit quis, an cau-

ſam mortis præſtiterit, teſte eodem *Ulpiano in L. 7. §. 6. ff.* *ad L. Aquil.* ut adeò juris noſtri placita circa Legem Aqu liam Legi Corneliæ minus cautè applicentur. Stabit erg immota hæc ſententia, divino civilique juri ex aſſe conv niens; vulnus omne, morti cauſam dans, utut in ſe ſu pte natura mortiferum non ſit, ſi exterius culpa vulnera nihil adveniat, quod mortem promoveat, capitis ſuppl cium mereri. Quis enim negaret, illa, quæ ipſi vulne ſymptomata ſuperveniunt, nullo vulnerati malo regin ne, aut Chirurgorum negligentia accedente, ipſi vuln ranti eſſe imputanda, *vid. l. 52. ad Leg. Aquil.* Et ob ha cauſam hominem, in loco ab aliorum conſortio remot ubi Chirurgi Medicique copia haberi nequit, vulnerante utut non mortifere, jure divino morte puniendum cenſe Vulnerando enim in loco deſerto, mors ſine dubio ex v nere ſecuta; & quamvis Medicorum manu medela v neri parari potuiſſet, cum tamen illorum copia haberi n potuerit, nihil eſt, quod excuſare vulnerantem poſſ quamvis in forô excuſetur quotidiè. Occidendi enim a mus adfuit, factumque ipſum pariter conſummatum eſt; Sentiat ergò pœnas facinore ſuo promeritas. Qu ſi aliter ſtatueremus, pari ratiociniô dicendum foret, lum, qui hominem de ponte præcipitaverit, ita ut c tinuò non ſubmergatur, ſed laſſatus, vi fluminis victus t dem pereat, qui caſus eſt in *L. 7. §. 7. ff. ad L. Aquil.* po capitis plectendum non eſſe; potuiſſet enim, ſi na mox adfuiſſet, ſervari, ut hinc non ex projectione, deſtitutus auxiliô humanô deceſſiſſe videatur. Quis v ſalvâ conſcientia illum abſolveret? Et hanc divini juris tentiam, quod qui mortis in causâ fuit, morte plecten ſit, agnoviſſe pariter Ebræos, ex Maimonide docuit *denus de jure Nat. & Gent. juxt. Diſcipl. Hebr. Lib.* 4. *p.* 480. & 482. Imò tandem nec Carolum V. abſolu vulneris lethalitatem exegiſſe exiſtimo. Si enim *Art.* *Conſtit. Crim.* evolvamus, apparebit, in hoc ſollicitum tem fuiſſe Carolum, ut poſt aliquot dies decedente vu rato inquiratur, qualem ſe ab accepto vulnere geſſerit annon aliunde mortem ſibi conciliarit. Nullibi verò poſuit idem, quod ſi vulneratus ordinaria adhibuerit media, & Diæta morbo conveniente uſus fuerit, nihil nus ex vulnere non lethali deceſſerit, morte puniendus ſit homicida, ſi de propoſito occidendi vel nocendi cor

videnter. Nec enim ſatisfactum legi divinæ eſt, ſi Me-
icus aſſerat potuiſſe vulneratum priſtinæ valetudini reſti-
ui. Quippe

Non eſt in Medico ſemper, relevetur ut æger,
Interdum docta plus valet arte malum.

Quâ ergò fiduciâ dicere poſſunt Medici, vulnus hoc le-
ıale non fuiſſe, cùm quod uni mortiferum non eſt, non
ırò perimat alterum: Nec æqualis ubique vigor eſt in ſu-
inendis vulneribus. Adeoque tum demum ſuccurren-
um cenſeo homicidæ, ſi vulneratum malo regimine ſibi
ıortem conciliaſſe Medicorum judicio conſtet. Hacte-
ıs JCtus Famigeratiſſimus, cui vel eam ob cauſam *Pro-*
gi vices heîc conceſſi, quod hanc in rem non tantùm ſci-
ſſimè commentatus fuit, ſed & Medicis, à ſcrupuloſâ
ɔnſcientiâ in diverſum actis, haud minimum ſolatii attu-
:, utpote qui de qualitate vulneris judicando, â pœnâ in-
gendâ, tanquam alius fori negotiô, prorſus abſtrahunt.
u verò, *Lector Erudite*, benè de novô vale, & quos de
ılnerum lethalitate fortè deſiderare poſſes caſus alios, no-
tatu digniſſimos, in ſubſecuturis *Novellis Medico-Legalibus* præſtolare.

PANDECTARUM MEDICO-LEGALIUM

PARS II.

SECTIO I.

DE

INSPECTIONE VULNERUM IN GENERE.

INTRODUCTIO.

§. I.

LIcet quamplurimis in caſibus INSPECTIO OCULARIS, m JCtis, quàm Medicis, valdè neceſſaria ſit, ut utrumqu ex profeſsò oſtendit *Dn. Joh. Nic. Herthius, Prof. Giſſenſis, in* *de Inſp. oculari, Opuſculis* ejus & *Commentariis*, nuper ad dum ſimul editis, adjectâ, nullibi tamen magis, quàn renunciationem vulnerum lethalium eadem expetitur, ita quidem, ſi vel prorſus omittatur, aut negligentius, quàm par erat, ſuſcipia pœna ordinaria vulgò locum non habeat, cum dubium maneat d corpus, quod præter *Reſponſum Dnn. Lipſienſium* in CAS. I. confirm *Dn. Mauritius in Conſil. Chilon. XXIV. p.* 313.

§. II.

Perſonæ ad Inſpectionem hanc neceſſariæ enumerantur in *Conſti minal. Carol. V. art.* 149. ubi præter judicem, binos Scabinos & Actua judicialiter requiruntur Chirurgi ſive Medici, qui hâc in parte co duntur, *l.* 1. §. *Med. ff. de extraordin. cognit. Gail. cap.* 2. *O. III. num.* 2. Chirurgorum nomine non quivis Barbitonſores aut Balneatores, Chirurgi in Anatomiâ verſatiſſimi intelligantur, expl. *Stryk Tr. de ju c.* 2. *n.* 19. qui cum raræ aves ſint, hinc meritò illis Medici, conſuet nunc ubivis receptâ, adjunguntur, ita tamen, ut ſi horum copia detur, ſoli Chirurgi periti, absque Medico, poſſint vulnerum inſpec præeſſe, decidente ita *Facult. Med. Lipſienſi in Reſp.* ad CAS. II. Pha copœi autem clyſteribus explodendis ſtudeant, & ab arduô hoc ne abſtineant, *vid. c. l.*

§. III.

Aſt ſi diſſenſio oriatur inter Medicos & Chirurgos, quorum tu dicio ſtabit judex? Equidem peritiorum judicio ſtandum eſſe, juxta munem ſtatuit *Stryckius Tr. alleg. c.* 4. *n.* 21. Quibusnam verò prima

nt deferendæ, Medicis, an Chirurgis? dubitatur: Prius tamen contra *Maſcardum* eleganter oſtendit *Celeb. D. Bohnius in Tr. de renunc. vuln. Lethal.* *pag.* 15. non minus ac diſſidiô inter Medicum & obſtetricem obortô, riori, tanquam in arte ſuâ peritiori, credendum eſſe, à *Scabinis Jenenſi-us* deciſum olim fuit in CAS.III.

§. IV.

Cùm verò indubitati juris ſit, Peritis in unaquaque arte non aliter dem haberi, quàm ſi ſub fide juramenti judicaverint, vid. *Jacob. Schulz.* *l Modeſt. Piſtor. P.* 4. *q.* 1. 42. *n.* 11. hinc Medici æquè ac Chirurgi ſine præ-ô juramentô, ſive ad inſpectionem vulneris, ſive judicium deſuper fe-ndum, non admittuntur, ſed diſpari ratione. Priores enim non te-ntur ad hunc vel illum actum ſpecialiter jurare, cumprimis illi, qui in uadam civitate Phyſici conſtituti ab initio officii, ad quod publicâ au-ritate evecti, jurârunt, vid. *Claſſen. in Comment. ad Artic.* 147. *cc. p.* 934. *ail. obſ.* 111. *n.* 13. *Carpz. Prax. Crim. Part.* 1. *Q.* 26. Quid quod juramen-m, à Doctoribus aut Licentiatis in Promotionibus ſolennibus præſti-m, ejusdem ſit virtutis, vid. *Stryck. de jur. ſenſ. diſſ.* 1. *c.* 2. qui pro hôc ju-mentô, tanquam ſufficiente, à *Facult. Juridicâ Viadrinâ* pronunciatum iſſe teſtatur; idemque in contradictoriô olim obtinuit Ampliſſima *Fa-ltas Medica Lipſienſis*, in causâ homicidii, à Joh. Dörnig. in G. Geislero nno 1657. perpetrati, vid. CAS. IV. eo quidem cum effectu, ut exceptio i, quam à juramento Medici & Chirurgorum teſtantium ante inſpe-onem vulneris haud præſtito petierat, ab Ampliſſimo Scabinatu reje-a fuerit, referente *Dn. Bohnio in Med. Forenſ. Specim.* 1. *§.* 14. Chirurgi è ntrà ad quosvis inſpectionum actus ſpeciale ſemper juramentum præ-re tenentur, idque vi *Conſtit. Crim. art.* 149. niſi ex illorum ordine non-lli, propter ſingularem experientiam & peritiam à Senatu Civitatis pu-co ſalario, prævio juramento, alantur, quibuscum quoad juramen-n illud diſpenſari poſſe, præjudicio quodam confirmat *Carpzovius l.c.* *rt.* 1. *q.* 26. *n.* 40. *vid.* CAS. V. ubi tamen ſaluberrimè à *Dn. Stryckio* mo-ur, quòd eo in caſu expediat, ut, qui ab initio jurarint, in actu inſpe-onis illius Sacramenti admoneantur.

§. V.

Ut autem Inſpectio legalis ſit & inculpata, omnia probè ſupputan-, & quæ tum ante, tum intra & poſt eandem requiruntur, curatiſ-è obſervanda ſunt.

ANTE INSPECTIONEM præviâ requiſitione ordinariâ (ſine qua pectores ſe legitimare nequeunt, *vid. Part.* 1. *Sect.* 7. *caſ.* 20.) vi *Conſtit. olinæ* in varias circumſtantias primùm inquirendum, ut de vulnerati te, diſpoſitione, ſive ante ſive poſt vulnerationem ipſi familiari, de ar-, quibus læſus, diætâ, Chirurgorum & adſtantium ſolertia, mortis pore &c. quorum omnium notitiam *Celſus lib.* 5. *cap.* 26. heîc inſimul uirit. Sedulò etiam cavendum, ne Chirurgi ante ſectionem occiſi averis ſtylo vel inſtrumento quodam ferreo vulnerum profunditatem tiantur, cum viſcera interna ita facilimè lædi, & poſtmodum error in unciando committi poſſit; unde ſolam ſtyli immiſſionem ad inſpe-nem non ſufficere, præter CAS. VI. *Welſchius de ration. vuln. lethal. ju-c.* 15. *Dn. Maurit. in Conſil. Chilon. P.* 2. *Conſ.* 23. *num.* 4. aliique rectè ju-ant.

§. VI. In

§. VI.

In ipſo Inſpectionis actu, juxta ſæpius allegatam Conſtitutionem C minalem, SECTIO requiritur, in quâ temporis æquè ac modi ratio l beatur. Prioris intuitu ante ſepulturam inſtituenda eſt apertio, utut ſepulta quandoque & è tumulo rurſus eruta cadavera ſectioni ſubmitta tur, dummodò recentia adhuc, nec putredine corrupta ſint: Hoc en in caſu nullum Medicum teneri, ut famam æquè ac ſanitatem ſuam p clitetur, *Ampliſſ. Facult. Medic. Lipſienſis* judicat in Reſp. ad CAS. VII.

§. VII.

Modum quod attinet, Sectionem ſuſpensâ & providâ manu in tuendam, monet *D. Bohnius in Medicin. Forenſi Specim.* 2. §. 17. ne vuln prius efficiamus, quàm inveſtigemus. Unde ſimul Medicis Inſpect bus autor eſt, ut propriis potius, quàm Chirurgi manibus ſectionem ſtituant, cùm præſtet manus, quàm conſcientiam, cruentare. Exp etiam cultros Anatomicos adhibere, non verò novaculam, ne Defe ribus effugium aut patrocinium relinquatur, quo ſub ipſa ſectione vel illa vaſa incautè amputata & inciſa conqueruntur, ut in causâ ho cidii N. N. nuperrimè ventilata accidiſſe CAS. VIII. ob oculos ponit. hinc non tantum ipſius vulneris confinia perluſtranda, ſed omnes ſi C. H. cavitates aperiendæ ſunt, ut in renunciatione eò certius dete nare poſſimus, an occiſus è vulnere magis, quàm aliô quôdam mo in abſcondito latente, perierit?

§. VIII.

Sed quid ſi derepentè telô lethiferô vulneratus obierit? an & t ipſa ſectio neceſſariò ad vulneris lethalitatem determinandam requiri Sunt qui negare videntur, adeò, ut plures è JCtis neglecta licet in ctione pœnam ordinariam in occiſore tunc locum habere ſuſtine *Brunnemannus ſc. Oldecop. Stryckius, Menochius, Maſcardus* & alii. Ve ſalva tot Virorum Celeberrimorum autoritate illis ſubſcribere vere cum per morbum quendam intus latentem, ſi forſan terminus fa cum tempore illius vulneris coincidat, aut hoc brevî excipiat, c potuerit, vid. *D. Bohn. in Medicin. Ejus Forenſ. Specim.* 2. §. 13. Notab hujus rei hiſtoriam in Solenni quadam Anatome, hîc locorum hal referebat *D. Majus*, Marburgenſis primùm, poſt Rintelienſis Acad. feſſ. P. Celeb. quod ſc. aliquis à pollice, ab adſtante in pectus impa exanimis corruerit, in cujus ſectione Empyema, quod à longis tem bus illic latuerat, & à contuſione illa modò diſruptum fuerat, obſ bant; quis autem dixerit, huic vulnus per ſe lethale inflictum fuiſſe? de valetudinariis ex leviſſimo quoque ictu ſæpe concidentibus jud dum, exemplo apoplecticæ in CAS. IX. à ſimili contuſione emo Adeoque tutiſſimum, imò abſolutè neceſſarium eſt, ſectionem adhi ſe, etiamſi credibile ſit, occiſum è vulnere periiſſe, ut in CAS. X. F bergenſi, inter *Facultatem Medicam Giſſenam* & Phyſicum loci or rium, D. N. N. prolixè ventilato accidit. Si enim ipſa Sectio aut Po tentioribus impediatur, ut in CAS. XI. factum, aut à Magiſtratu Pol Medicisque negligatur, vel ab Inſpectoribus ſuperficialiter abſolv meritò pro illegali habetur, ipſæque Facultates, ſuper lethalitate vul requiſitæ, aut in mitiorem partem inclinant, aut ob illegalitaten In-

ſpectio-

ectionis judicium ſuſpendunt, ut in vulneribus trium C. H. regionum riarumque partium videre licet in CAS. XII. XIII. XIV. XV. XVI. XVII VIII. XIX. XX. XXI. XXII. XXIII. XXIV. id quod in infanticidiis quoque cum habet, de quibus in *Sect. ult.*

§. IX.

Quodſi verò accidat, ut ſectione etiam legitimè inſtitutâ Reus nilominus, aut Defenſor, eandem, tanquam inſufficientem & illegalem, cuſent, Facultates Medicæ Inſpectores defendere, & ſicut in CAS. XXV. ctum, pro legalitate ejus pronunciare debent; quod idem quoque btinet, ſi fortè Chirurgi, miniſterium ſuum commodantes, ob ſectiom Anatomicam à vulgô è Magiſterio & conſortio reliquorum frivolè cludantur, ut in CAS. XXVI. evenit. Eaque de cauſa publicæ & ſonnes Anatomiæ nonniſi in Theatro Anatomico, aut locis ſimilibus intuendæ ſunt, ſuadente CAS. XXVII. ut omnes cavillandi anſa præcitur ineruditæ plebeculæ.

§. X.

POST INSPECTIONEM tandem Relatio & Judicium Inſpectom, juxta dictamen conſcientiæ ſcitè & legitimè formetur, ne ſi Medis nimis temerariè judicet, reus ſit ipſe mortis & ſupplicii vulneratoris, xta monitum *Fienı in Semiot. Part.* 1. *ſect.* 4. *c.* 1. quod & Facultates Meæ in Renunciationibus obſervent, oportet, quibus *Statuta Acad. Giſſ. t.* 38. ſeriò injungunt, ut judicium ſuum integrum & incorruptum ant, neque pretio, neque amori, neque odio, neque cuivis affectui icquam, ſed omnia veritati & conſcientiæ dantes. Cum enim pro rane judicii Medicorum tantùm vulnerans nonnunquam, tanquam ocor & homicida, capitali pœna plecti, & viceversâ homicida, tanquam lnerans tantùm, dimitti poſſit, apud animum reputent Medici, illô u ſe in causâ eſſe, ut inſons occidatur, hoc autem, ut nocens impunè eat, quorum utrumque grave, & cum publicæ utilitatis diſpendio, opriæque conſcientiæ læſione conjunctum eſt. *vid. cit. loc.* Utrobique tem cavendum, ne impenſæ Inſpectoribus ſolvendæ ultra, quàm par erat, extendantur: Secus ſi fiat, à Facultatibus Medicis illarum moderatio poterit expeti, ut in CAS. XXVIII. ob oculos ponitur.

CASUS I.

DE NECESSITATE INSPECTIONIS VULNERUM LEGALIS.

Extract. è Reſponſo Dnn. Scabinorum Lipſienſium, de Pœnâ ordinariâ, ob Inſpectionem illegalem homicidæ non infligenda.

P. P.

INquiſitus tamen, pro conditione hujus Caſus, cùm Inſpectio, ut vi Conſtitutionis Criminalis Caroli V. decebat, peracta non fuerit, dum neque bini Scabini, neque Actuarius, ſed Judex tantùm Provincialis illi interfuerunt, pœnâ homicidii ordinariâ puniri nequit &c.

Vid. Carpzov. in Prax. Crim. p. 1, q. 26. n. 32.

CASUS II.

DE PERSONIS AD INSPECTIONEM REQUIRENDIS: UT ET VULNERE CORDIS.

Requiſitio.

EX incluſâ Regiſtraturâ Domini haud gravatim perſpicient, quâ ratione Pharmacopœus binique Chirurgi de vulnere occiſi cujusdam Ruſtici, Adami Fritſchii Unterſchiemenſis, judicium ferre auſi ſint, neque dubitaverint Regiſtraturam hancce poſtmodum ſimpliciter, absque ullis cauſis aſſerentibus juratò confirmare, & quòd modò dicti Occiſi Vulnus (juxta eorum opinionem) lethale fuerit, judicare. Quùm verò Filius meus Wolffgangus Heinricus von der N. tanquam Nobilis inter exteros nunc ſtipendia merens, homicidii hujus accuſetur, & de nihilô non ſit, ab Eodem, ob cauſam ſufficientem & legitimè deducendam, Ruſticum hunc, die 16. Sept. 1665. hora XII. meridianâ, in Pago Niederſchiemenſi Molaque ejus loci ita fortè vulneratum fuiſſe, ut inde quidem mox obierit; nunc verò quæratur: An vulnera inflicta pro abſolutè lethalibus, aut ex accidenti talia? an & Regiſtratura hîc ſufficiens ſit nec ne? hinc ſibi haud gravatim à me referri patiantur, quòd 1. Inſpectioni non tam Medicus, ut leges requirunt, quàm potius Pharmacopœus, cujus Profeſſio non Anatomia, ſed tantùm præparatio eſt medicamentorum, à Medicis præſcriptorum, interfuerit, *vid. Dn. Carpzov. Prax. Crim. Quæſt. 26. p. 1. N. 33. cum ſeqq. & Dn. D. Welſchius in Rationali Vulnerum Leth. judicio cap. 15. paulò poſt p. 2.* ita quidem, ut 2. induſtria certæ perſonæ ſingularis, (ut hîc Medici) adeò requiratur, ut ſubſtitutio alterius perſonæ, p[...] ſertim ut hîc Myropolæ, & non ejusdem p[...] feſſionis reſpectu Medici, non admittatur, *I[...] Carpzov. Pr. Jur. Tit. 2. Art. 3. N. 18. [...] Art. 4. N. 48. junct. art. 1. N. 43.* Adhæc[...] Chirurgorum (in juribus hîc requiſita) per[...] negetur, eoque magis, quòd 4. in Add[...] mentô non habeatur, ſub quâ coſtâ ictus c[...] tigerit, quænam incognita pulmonum ligam[...] ta læſa, & quinam cordis ventriculus viola[...] quanta item vulneris magnitudò fuerit. I[...] dum Diaphragma ſub ipsâ ſectione multum[...] boris requiſiviſſe dicitur, non tamen ipſ[...] thalitas illîc, aut cauſæ ejus adducantur, &[...] plura ex imperitiâ ſupradicta eluceſcunt[...] Porrò maturè perpendendum, nec inſ[...] habendum ſit, quòd in Additamentô non [...] tùm ubivis vocula FERE, tanquam vox in[...] ta & nil probans obſervetur, *D. Carpzov. [...] Crimin. Part. 3. Quæſt. 114. N. 57. 58.* [...] & 6. quod probè notandum, judicialiter [...] annotatum ſit, inſignem quantitatem ſan[...] nis in Defuncto jamjam aquoſam, imò pul[...] nes ejus omninò morboſos minusque vi[...] obſervatos fuiſſe; unde 7. facilè conclude[...] cet, Defunctum jam ante maximam ætati[...] partem, tanquam virum jam ſatis annoſum[...] boribus debilitatum Ruſticum conſumſiſ[...] alioquin facilimè, etiam citra hunc caſum[...] bus ſic ſtantibus & ita obſervatis emori pot[...] ubi 8. nihil obſtat, quod ſupradictus Pha[...] copœus & Chirurgi, ut in primordiô di[...] fuit, judicium ſuum putatitium, & quòd [...] illorum mentem, vulnus lethale reperie[...] ferre atque Regiſtraturam incluſam, q[...] contenta die 25. Nov. 1669. juratò confir[...] non dubitaverint; cùm illis absque M[...] non competat, neque ſcientia illorum ([...] dem & notitiam & peritiam ad hæc req[...] illis denuò denegamus) tanta ſit, ut abſq[...] tionibus, ceu brutum, ſuper lethalitate [...] neris judicare valeant. 9. Inſpectio hæc qu[...] die 17. Septembr. 1665. horis pomeri[...] ab iisdem inſtituta: Defunctus autem d[...] Septembr. antecedenti circa Meridiem a[...] ulla ſive curatione ſive deligatione anima[...] flavit, ubi ſpatio nychthemeri multa in e[...] tari potuerunt. Quapropter Dominc[...] quâ decet, Officioſitate rogito, velint [...] gravatim de ſeqq. mihi judicium ſuu[...] pertire:

1. *An rebus ſic ſtantibus, juxta [...] ſum Additamentum, vulnus hoc in ſe [...] naturâ abſolutè lethale fuerit?* aut e[...] denti lethale habendum ſit? Et quòd defu[...] qui mox quidem exſpiravit, neceſſariò [...] obire debuerit?

2. *An Regiſtratura incluſa ſuffici[...] nec ne?* An potius, ob rationes N. 4. cum[...] allegatas citra hæc Defunctus, tanquam [...] decrepitus & laboribus confectus Ruſtic[...] quoque facilè emori potuiſſet, aut breve[...]

ırminum experiri debuiſſet? Hoc &c. *Mo-ılæ die* 23. *Novembr.* 1670.

Inſpectio

Regiſtratura 17. *Septembr.* 1665.

P. P.

ABhinc Adami Fritſchii, Ruſtici Niederſchiemenſis, cadaver à Nobis infra noinatis illîc in ſuperiori corporis parte apertum, obſervatum ſuit, quod ſub axillâ ſiniſtrâ ıus Clunaclô punctim illatus intraverit, ligaenta & pulmones læſerit, & per pulmones fomen duorum ferè digitorum transverſorum ıitudine in ventriculum cordis effecerit, ſumque cor ferè penetraverit, unde in ſiniſtrô ıere ℥. ℔ ferè ponderans ſanguinis coagulati ıantitas cum inſigni quoque ſanguinis jamjam ıoſi copiâ, reperta fuit. Aliâs verò pulmoıs non omninò ſani videbantur, quia morıſi admodum, ut inſtar ſanguinis intenſè gruıoſi fere comminui potuerint. Ventriculus obıtum ingurgitatum prope diaphragma verſus ılmones ſe converterat, ut haud parum laıris & negotii nobis ſub ipſâ ſectione creave. Ipſe verò ictus oſtendebat, brachium eô ıpore extenſum fuiſſe, alioquin fieri non ıtuiſſet, ut absque brachii læſione ictus eum modum infligi potuiſſet; quibus actus hîc ıitus, omnia annotata, ipſaque Regiſtraıra Sigillô meô Notariatus & conſuetis inſigniıs cum propria ſubſcriptione confirmata, ıam & Pharmacopœus & Chirurgi addideıt. *Act. die* 17. *Sept.* 1665.

Johann Model. N. P.
Heinrich Hager Apoth.
Salomon Unger. } *Chirurg.*
Gottfried Magir. }

ſponſum Facultatis Medicæ Lipſienſis; deſuper lethalitate vulneris cordis & inſpectoribus legalibus.

VUlnus hoc cordis per ſe eſſe lethale. Deinde quòd etiam Chirurgi periti absque ıdico (ſi hujus copia non detur) poſſint vulneın Inſpectioni præeſſe, in quô caſu illorum ıunciationi, ſi accuratè & ſecundum Funımenta Anatomica eſt facta, & carentia Mediıplenariè probata fuit, etiam fides habenda, quamvis nullus præfuerit Inſpectioni Meıus. Etenim vulnus hoc fuiſſet & manſiſſet ſolutè lethale, quamvis centum adfuiſſent ıdici & totidem Chirurgi: Interim Pharmaıpœi huic negotio ſontico non debent ſe comıſcere, ut Corchorus inter olera!

Ammann. Prax. vuln. Lethal. Dec. 2. *Hiſt.* 3. *p.* 170. *& Welſchius in Rationali Vuln. jud. cap.* 15. *p.* 124. *Val. Pand.*

CASUS III.
DE DISSENSIONIBUS INSPECTORUM.

Deciſum Dnn. Scabinorum Jenenſium deſuper Medici & obſtetricis diſſenſu.

P. P.

HUic autem Obſtetricis Atteſtato è diametro contraria eſt Medici Relatio, qui Genitalia mulierum poſt abortum, aut partum legitimum æquè arctè firmiter, ac ante tempus illud erant, conſtringi & occludi, indeque nil certi ab Obſtetrice hîc aſſeri poſſe expreſſis verbis aſſerit; cui Medico Celeberrimo, concurrentibus tot circumſtantiis, tanquam peritiori in Arte ſuâ, plus fidei, quàm Obſtetricibus adhibendum.

Vid. Richterus Vol. 2. *Conſil.* 65. *n.* 4. 5. 6. *& ex eô Bohnius Med. Forenſ. Diſp.* 1. §. 33.

CASUS IV.
DE JURAMENTO INSPECTORUM.

Relatio.

PRæviâ Requiſitione Judiciali nos in fine nominati Zythopeptum, *Georgium Geiſlerum*, qui pridiè diei præcedentis, tempore veſpertinô; poſt acceptam plagam obiit, hodie inſpeximus, & invenimus, in utroque ejus brachio, ut & ſcapulâ ſiniſtra externè cutim in lacinias contuſam, cumprimis autem ſiniſtro ejus lateri ictum vehementiſſimum illatum fuiſſe, quô non tantùm externè cutis, pinguedo & muſculi, ad manus majoris latitudinem, in formâ rotundâ ſanguine inſigniter ſuffuſa & circa vaſa, quò violentia ictus pervenerat, inſignis ſanguinis coagulati quantitas collecta fuit, ſed & octava et nona coſtarum, utrobique ſemel, decima verò bis diffractæ fuerunt, diaphragmate ſimul à contuſione adeò læſô, ut in utrâque ſuperficie, tam quâ cor, quam quâ lienem ſpectabat, ſanguine inſigniter ſuffuſum fuerit, venæque in eô diſſilierint, adeòque ſubitaneam & vehementem hæmorrhagiam intulerint, cùm ultra menſuram ſanguinis coagulati in abdomine occurrerit. Unde è contuſione hac & inde ſubortâ ſanguinis & virium jacturâ neceſſariò demortuus fuit. Quod ſub propriâ ſubſcriptione hiſce atteſtari voluimus. *Lipſiæ die* 21. *Aprilis Anno* 1657.

D. Gottofr. Welſchius Anat. & Chir. P. P.
Laurentius Cindarſus Chirurgus.
Adam Schweizer.

 Exce-

Exceptio Rei contra Inſpectores non juratos.

JOHANNES DORING Inquiſitus monet, ſe in oblatis haud ita pridem defenſionalibus indicaſſe, Relationem à Dn. Medico & Chirurgis transmiſſam diverſas ob cauſas minus genuinam eſſe, tùm quòd nondum probatum ſit, Medicum & Chirurgum ad actum hunc in ſpecie juramento obſtrictos fuiſſe, tum, quòd indicatum non fuerit, quænam venæ diſſilierint, nec aliæ circumſtantiæ vulneris probè examinatæ fuerint, tum & quòd relatum non ſit, an occiſo, ſi Medicorum ſtatim auxilium imploratum fuiſſet, ſuccurri potuiſſet necne? & quoniam hâc ipſa Relatione Inquiſito multum incommodi adferri poſſet, hinc ea, quæ de relatione Medici & Chirurgorum in Defenſionalibus adducta fuerunt, paulò fuſius deducemus:

1. Quidem extra controverſiam conſtitutum eſt, Medicos & Chirurgos, Occiſum ſecantes, in ſpecie ad id juramento obligandos eſſe, ut *ex Art.* 14. *Conſtitut. Crimin. Carol. V. videre eſt. Conf. Carpzov. in Proceſſu Crimin. p.* 1. *quæſt.* 26. *n.* 38. ubi notatu dignum, allegatum Art. 147. in Inſpectione expreſſis verbis non Medicum, ſed Medicos requirere. Quapropter, cùm hîc locorum unicus tantùm reperiatur, dici non poteſt, inſpectionem hanc ritè adminiſtratam fuiſſe. Quia pariter nondum demonſtrarum eſt Medicum, Dn. Gottofredum Welſchium, ipſosque Chirurgos ad actum hunc juraſſe, doceri primùm id debebat; adeoque rogatur, ut Dn. Medicus binique Chirurgi juratò percipiantur. 2. Monetur, ſub inſpectione requiri 1. Sectionem vulneris. 2. Ut denotetur locus, in quô vulnus inflictum. 3. Ut Vulnus exactiſſimè conſideretur & examinetur. 4. Ut aſſeratur certò vulnus lethale fuiſſe. 5. Ut aſſertionis rationes addantur, prout demonſtrat *Dn. Carpzov. in Pr. Criminal. p.* 1. *quæſt.* 26. *n.* 43. *& ſeqq.*

Quodſi jam Relationem inſpiciamus, inde præcipuè innoteſcet:

1. In occiſô binas coſtas diffractas fuiſſe, de quo *D. Sennertus lib.* 5. *c.* 17. *p.* 572. tradit, quòd coſtarum fractura per ſe non ſit lethalis &c. & dicto in loco diverſa medicamenta deſcribit, hîc adhibenda; quod ipſum quoque, Dn. Medicus & Chirurgi ipſimet indulgent, dum in Relatione ſua Defunctum ob fracturam coſtarum obiiſſe, aſſerere non audent. 2. Ex eadem Relatione eluceſcit Diaphragma per contuſionem læſum fuiſſe ſanguineque ſuffuſum: Ubi acceptatur, Diaphragma vulneratum non fuiſſe, ſed tantùm ſuggillatum, ſimulque hic annotatur error, quod non addatur: An contuſio Diaphragmatis in parte nervoſa, an carnoſa fuerit; juxta *Galenum* enim *lib. V. c.* ingens quoque in parte diaphragmatis carn ſâ lethale non eſt, conf. *Sennert. lib. V. Par* 4. *c.* 3. *p.* 366. Imò nec vulnera ipſa Diaphra matis in parte nervoſâ ſemper lethalia ſun *Dn. Sennertus d. l.* 3. Ex Relatione appa venas diſſiliiſſe: Aſt ne verbo quidem additu quænam fuerint illæ venæ? unde tamen, vulnus lethale fuerit nec ne? deciſio hau potuiſſet. Medici enim unanimiter docen quod vulnera venarum minorum non ſint thalia, grandium verò, nimirum venæ cav magnæ arteriæ & grandium ramorum leth pronunciant, *Dn. Sennert. lib. V. Part. c.* 3. *p.* 288. *&* 359. Venas etiam majores læſas non fuiſſe, inde apparet, quòd Def ctus V. horas, ut ex actis patet, ſupervixe & è contra, ſi cui vena inſignis inciſa, nec nuò obturata fuerit, vix per ſemihorulam perſtes & in vivis remaneat, quod omni c dubio, ipſaque teſtatur experientia; Sangu enim & ſpiritibus copioſius ex venis majori profuſis vires ſubitò dejiciuntur, *Sennert. d. l. p.* 371. Unde & 5. ſponte ſua cadit, occi Geiſlerum, cùm nondum demonſtratum quænam vaſa diſſilierint, ipſeque Defunctu horas ſupervixerit, ob ſanguinem extrav tum & illatam contuſionem neceſſariò f mortuum; ſiquidem *Dn. Sennertus d.* *Part.* 4. *cap.* 14. *pag.* 458. docet, quòd narum etiam majorum vulnera interna cur hæmorrhagia ſiſti poſſit, ibique *pag.* 465 rationes deſcribuntur. 6. Hîc obſervand non reperiri Defunctum legitimè diſſectur viſcera interiora aquâ penitus abluta fuiſſe accuratè videri potuiſſet, quî hoc vel illuc habeat &c. Hinc Inquiſitus etiam atque etia gat, ut Dn. Medicus biniqueChirurgi jurat us deſuper ſeqq. articulis examinentur, & i cie dijudicandum offert, annon Dn. Medic Chirurgi Depoſitionem ſuam juratò conf re teneantur?

Art. 1.

Verum eſſe, Teſtes ad inſpectionem Defunctum Geiſlerum aliaque concerne juramentô obſtrictos non fuiſſe.

Art. 2.

Verum pariter, Teſtem neſcire, qu venæ in ſpecie diſunitæ fuerint.

Art. 3.

Quomodo vocentur venæ diſruptæ?

Art. 4.

An ex venarum læſione Defunctus ceſſariò obierit?

Art. 5.

Annon Medici in ſcriptis tradant ſan fluxum compeſci poſſe?

Art. 6.

An defunctus in diaphragmate vuln fuerit.

Art. 7.

Art. 7.

An & omnia viſcera interna aqua fuerint [lu]luta, ut omnia curatiſſimè perſpici potue[ri]nt?

Art. 8.

Annon *Sennertus* & alii Medici ſcribant, [...]dâ contuſione Diaphragmatis neminem in[te]rfici? hoc enim neque *Sennertus* neque [...]us Medicorum ſtatuere valent.

Art. 9.

Annon illi, in quô Diaphragma contu[su]m, ſi Medicus tempeſtivè conſulatur, ſuc[cu]rri poſſit?

Art. 10.

Annon ille, cui vena minor in corpore [di]rupta fuit, curari poſſit, ſi Medicorum au[xili]um ſtatim quæratur?

Art. 11.

An rationi conſonum, eum, cui vena ma[jor] in corpore diſrupta eſt, ad V. uſque ho[ras] vivere poſſe?

Art. 12.

Verum, Teſtes opinari Defunctum Geiſ[...]m cecidiſſe, vel inclinando ſe damnum in[...]s accepiſſe?

NOMINA TESTIUM

Dn. Gottofredus Welſchius An. & Chir. Prof. Lipſ.

Laurentius Zindars } *Chirurgi.*
Adam Svveizer }

[...]nes Teſtes ad ſingulos Artic. interrogentur.

[C]ontradictio Facultatis Medicæ Lipſienſis.

P. P.

[C]Ollega Noſter Dilectiſſimus, *DN. Gottofredus Welſchius* p. t. Anatomiæ & [Chi]rurgiæ Prof. Publ. hujus loci Nobis retulit, [...]ratione coram V. V. Nob. Nob. articuli [...]am, Inſpectionem nuperam concernentes [pro]ducti fuerint, annexâ petitione, ut ipſe, unâ [cum] binis Chirurgis, qui inſpectioni ſimul in[terfu]erunt, juratò ad illos reſpondere tene[ret]ur.

Quum verò DOMINOS non lateat, [quo]d Ipſi non tantùm, ſed & Anteceſſores [eoru]m nunquam non inſpectionem ejuſmodi [...]ano Facultatis Medicæ obtulerint, Deca[num] autem munus Anatomico Ordinario com[mitt]ere ſoleat, adeoque diffidentia, quâ per [ju]ratos illos articulos Domini Collegæ no[ſtri] Chirurgorumvè veriſſima & conſcientiæ [om]nino congrua relatio in dubium vocatur, [non] tantùm in ſæpe allegatum Dn. Collegam [noſt]rum, ſed & nos ipſos in Corpore, cujus [nom]ine & Autoritate Collega noſter inſpectioni præfuit, & de hacce Relationem impertiit, redundet;

Hinc omnino decebat, ut noſtri heîc rationem haberemus, & quæ ad defenſionem noſtram facere videbantur, obſervaremus, cùm abſque notabili ignominiâ & contemptu fieri non poſſet, ſi in his & ſimilibus occaſionibus Facultas & Collegia horumque Membra ſententiam ſuam juratò ſemper ferre tenerentur, quod hactenus inauditum fuit.

Quapropter Nobb. Dominos officiosè rogamus, ut, cùm ipſis, tanquam reſpectivè Judici & Judicii Aſſeſſoris optimè conſtet, quòd hoc neque in juribus fundatum ſit, neque ullum ejus exemplum allegari poſſit, cumprimis etiam Dominorum, ceu Requirentium, legitimatio per indirectum hac ratione in dubium vocetur, eâ de causâ Conceptori cum articulis ſuis, lubrico fundamento innitentibus, repulſam dare velint. Secus ſi contigerit, dubitamus omnino, an impoſterum ad Requiſitionem Dominorum aliquem ex Ordine noſtrô ad actus ejuſmodi ablegare debeamus, ſi quâvis vice ſpeciale juramentum deponendum eſſet.

Quod ut juribus conſentaneum eſt, ita erga Dominos, ubi occaſio ſe tuſerit, rurſus demerebimur &c.

NB. Hiſce præmiſſis ipſe D. Welſchius ſectioni nullo modo præfuit, ſed aliis Doct. Medicinæ negotium hoc commiſſum fuit, qui die 29. Jan. 1658. Vulnus ſine ſpeciali juramentô inſpexerunt.

Vid. P. Ammann. in Prolegom. Prax. Lethal. Vuln. §. VIII. & ſeqq.

CASUS V.
DE JURAMENTO CHIRURGORUM AD INSPECTIONEM VULNERUM REQUISITORUM.

Extract. è Reſponſo Scabinatus Lipſienſis de Juramento Chirurgorum.

P. P.

UT primò omnium Nobis referatur, quænam Perſonæ Inſpectioni interfuerint, an & Chirurgi aut Balneatores vulnus illud pro lethali habeant, niſi ab initiô officii juramentum præſtiterint, jurisjurandi ſacramento affirmaverint &c.

Carpzov. in Prax. Crim. P. I. Qu. 26. n. 40.

CASUS VI.
DE
INSPECT. VULNERUM INSUFFICIENTI PER STYLI IMMISSIONEM.

Requiſitio.

P. P.

SAuciatus quidam fuit, poſtmodum à Chirurgo Nicolao F. in judiciali vulneris inſpectione lethalitas abſoluta, & neceſſaria exinde convicta: Primò in Capite interfecti Heinſii, & quidem in medio vertice, cutis Capitis longitudine trium unciarum, ictu ſclopi minoris, diviſa & corrugata erat. Secundò ſimilis Cutis, ſalvô tamen Cranio, diviſio duarum unciarum longitudine conſpicua. Tertiò, quod maximum, ſub ſiniſtro brachio vulnus punctim inflictum, quod immiſſo ſtylo explorari non potuit, & rectà verſus cor tendit, ita ut in ſupremo humero rurſum exierit. Quartò cartilago etiam naſi inſigniter fiſſa & contuſa erat. Refert porrò Chirurgus, quòd ab extra videri, & inſtrumento ſentiri potuerit, *quòd iſto vulnere Cor ſit læſum*, nec à contuſionibus, ſclopo breviore in vertricem factis, iſtum Heinſium fuiſſe occiſum; Adeò ut nullâ opus fuerit apertione, quam tamen ipſi Judices præceperant, fuiſſe enim per ſe lethale.

Hanc inſpectionem tanquam illegalem impugnat nunc Reus, ad peritiores hâc in re provocans. Quamvis itaque Chirurgus, pro ratione ſui ſuper lethalitate lati judicii decidendi (nam læſiones reliquæ non fuerunt lethales) adducat, Cor ictu ſclopeti tactum, & demum à contuſionibus vertici inflictis trucidatum fuiſſe: attamen & quia vulnera interna in defunctis non ſenſu tactûs externi, per ſpecillum (in vulneribus enim expendendis cavere debet Chirurgus, juxta monitum *Paræi de Renunc. p. m.* 653. ne inter percontandum à ſpecillo decipiatur, ſæpè enim hoc vulneris fundum ſubire non poteſt, ſed ad aliquod offendit, atque in via hæret, vel quia ictus ad perpendiculum inflictus mox dextrorſum aut lævorſum, infernè ſurſum, aut supernè deorſum deflexerit) ſed ſectione Cadaveris, & ſic viſu judicari debent, quod enim latet, ignotum eſt; Deinceps experientia quoque teſtatur, quod internæ læſiones poſt ſectionem cadaveris longè aliter comparatæ ſint, quàm ab extra à Barbitonſoribus deſcriptæ. Hinc externa vulneris deſcriptio, cum judicio, ſuper interna læſione lato, non convenit, ſed principiis anatomicis è diametro contrariatur, dum punctura in ſiniſtro latere ſub brachio rectà ad cor in thoracem ſurſum verſus intravit, & in dextro humero viciſſim egreſſa dicitur, qu[…] facti deſcriptio eſt contra ſitum naturalem[…] nec aliâ ratione, niſi apertione & oculari p[…] luſtratione, decidi poteſt, & eadem reſpo[…] ſio: viſui vulnus patuit, acſi dicere vellen[…] poſſe ex cunarum aſpectu externo cognoſ[…] quòd infans faſcias excrementis maculaver[…] tàm valida hæc eſt conſequentia! Deinde qu[…] do Chirurgus in ſuo judicio lethifero ſcrib[…] ſe læſionem Cordis 1. ab extra vidiſſe, 2. [in]ſtrumentis ſenſiſſe, ineptæ planè ſunt ratio[nes…] dum vulnera interna, niſi aperta, ab extra [vi]deri non poſſunt; deinde inſtrumento tanqu[a]m ferro inſenſibili & irrationabili nulla res ſe[nti]ri poteſt; contrariatur enim verbis in Rela[tio]ne poſitis: *non potuiſſe immiſſo inſtrume[nto] explorari.* Accedit, quòd Natura circ[…] dederit Cordi Pulmonem, ἄλμα μαλακὸν[…] tanquàm molle ventilabrum afferat aerem, [q]ui mitiget cordis calorem & ſpiritum. Quor[…] verò pulmones, tanquàm propugnacul[…] vallum, vel promontorium cordis, læſ[i] fauciati nec dicuntur, nec viſu aut ocula[ri in]ſpectione læſio ulla obſervata, & ita nec [Cor]dis vulneratio probata, hinc de ejuſmod[i] [Bar]bitonſoribus ac eorum judiciis improbar[…] tanquam fide indignis *Bernhardus Su[…] in Præf. ad Lectorem de inſpect. vuln[…]* talem tulit epicriſin: *Proceres benè c[…] tutarum Rerump. quibus ſalus ſubditor[…] Deo concredita atque commiſſa eſt, in d[…] quandoque caſibus, ubi vulnerato & v[…] ranti jus decernendum, arduam hanc in[…] endi & curandi vulnera provinciâ, ſol[…] bitonſoribus & balneatoribus ne quæſ[…] mittant, cum quibus utplurimum &[…] ſa ſua inſcitia & imperitia, in An[…] præſertim, baſi chirurgicæ ἐυπραξίας, it[…] paratum eſt, ut vulnus, vel alium […] vis morbum lethalem dicant, qui […] nil minus, quàm talis eſt, &, utr[…] vulnere vulneratus, an alio ſympt[…] ſuperveniente, mortuus ſit? neſciant.* […] petitio mea perquàm officioſa ad Exce[…] ſtras directa, velint pro ea, quâ pollen[…] duis Caſibus reſolvendis, dexteritate ju[…] *An propter defectum ſectionis, & in[…] nis, ex ſola externa deſcriptione, […] balneatoris relatione concludi debeat[…] Cor læſum, & vulneratus exinde, […] à Contuſionibus vertici inflictis, ne[…] fuerit mortuus?* &c. &c. Dab. Dre[…] 13. Novembr. Anno 1648.

Caſpar […]

Reſponſum Facultatis Medicæ L[…] ſis; ſcilicet hanc Inſpectionem vulne[…] illegalem neque ſufficere explora[tio]nem ſtylo factam.

AD quæſtionem: *utrum propte[r defe]ctum ſectionis &c.* ſequentibu[…]

us ſufficienti deliberatione, reſpondemus: amvis non immeritò conjiciatur, à tot ac erſis & non levis momenti læſionibus, fa- partem principalem ſauciatam, ac per con- uens, vulnus lethale productum fuiſſe; at- nen, quoniam à balneatore in partes inter- vulneratas non inquiſitum, corpus non rtum, nec viſcera quomodo ſe habeant, loratum, ſed ſaltem inſtrumento vel ſtylo lorata pars vulnerata, & qualitas vulneris erversè inveſtigata, hinc lethalitas abſolu- er modum conjecturæ illata, quod vix pe- ſimus Chirurgorum auderet; nam immiſ- i ſtyli viſcera, tanquàm mollia, facile ce- t, hinc tantum profunditas interdum vul- s, non autem partis vulneratæ qualitas, eri poteſt. Elucet etiam ignorantia balnea- s exinde, quando arbitratur vulneratum us à Contuſionibus ſclopo factis, (quas et- tantum ſuperficialiter conſideravit) quam lnere Cordi inflicto mortuum fuiſſe, quod eſsè contra rationem & principia Chirur- , dum vulnera Cordis penetrantia inevi- iter mortem afferunt, capitis autem vul- non ſemper ſunt lethalia, ſed ad aliquod pus patiens ſervatur, imò conſervatur et- . Hâc prænotatâ barbitonſoris manifeſtâ eritia, multo minus fidendum exploratio- ylo factæ, fundamentum ſiquidem ſui ju- de lethalitate vulneris, debuit eſſe ſectio oris, & inſpectio ocularis. Quod in ſpe- *primum & ſecundum vulnus in capite* tat, ſupina profectò eſt negligentia, d ab eo Cranium in inſpectione non fuit tum, atque ſic non perceptum, *utrum an hâc contuſione multiplici lamina in- or, prout ſæpè fieri conſuevit, ſalvâ ente externâ, fiſſa fuerit? vel anfrag- ta, vel teſtæ ex eadem penetrantes brum & meninges pungant?* Item, *u- n vaſa arteriarum & venarum, quæ em extant, violentiâ contuſionum diſ- a fuerint?* dimiſſis tamen his omnibus oſcimus: *quod balneator ex nuda, ex- a & ſuperficiali, adeoque penitus in- inſpectione ἀλόγως judicaverit, quod n factum in vulnere thoracis.* Deſi- mus itaque ubivis ſectionem & apertio- . Deinde Experientiâ & Obſervatione Me- rum clarum eſt, ſæpè numero aliquem per acem transfodi ſalvô Corde, & illæſis cipalioribus cordis vaſis, patientem tamen l mori, ſed omnino reſtitui interdum. Re- taque ſic ſe habentibus, aliter non poſſu- , quin dicamus: *quòd ejusmodi ſuperfi- , inſufficienti, & ſolâ ſtyli explora- e factâ inſpectione, præciſè cognoſci non t, utrum vulnus hoc, multo minus ordis vulnus* (quod ipſum cor an fuerit eratum, adhûc neſcitur) *abſolutè lethale it?* &c. Dab. Lipſ. d. 16. Nov. A. 1648.

Vid. Ammann. Med. Crit.

CASUS VII.

DE INSPECTIONE SEPULTI & VULNERE SCLOPETARIO.

Requiſitio.

EXcellentias Veſtras hiſce certiores reddo, quâ ratione Nobilis quidam hujus Provinciæ, BERNHARD FRIEDRICH von der N. 1669. die 6. Jun. opilionem in campô diverſis granulis plumbeis, per ſclopetum explosis, feriit, ita ut die inſequente obierit, ſtatimque inhumatus fuerit; quod factum cum Superiori Regimini Principali innoteſcebat, ſtatim Prætori pagi Falckenhanenſis, (in quô opilio tumulatus erat) Dn. Antonio N. in commiſſis dedit, ut cadaver demortui Opilionis denuò effoderetur & à me, tanquam Medico Provinciali (qui ad XVIII. annum hîc Praxin Medicam exerceo, & non uni ejusmodi inſpectionis actui ex officiô interfui) inſpiceretur, quæ inſpectio quoque die 14. Junii poſtmodùm in præſentiâ Judicum paganorum, à me & binis Balneatoribus adminiſtrata fuit; ubi ſub ipſa ſectione reperiimus, diverſos ictus ſclopetarios granulis plumbeis inflictos hepar & diaphragma, cum maximâ contuſione, vulneraſſe. Obſervavimus ſimul, quòd in ultimâ vertebrâ ſpinæ, probe os ſacrum, grando ejusmodi penetraverit, & exinde albicans ſinceraque medulla Spinalis effluxerit, ſimulque Stochaſmo Medico concluſimus, ictum quendam neceſſario quoque Veſicam urinariam læſiſſe, cùm in parte corporis anteriore circa regionem veſicæ ſimilis corpus perforaverit, ipſeque æger, juxta Balneatoris, qui ejus curam geſſit, juratam depoſitionem, urinam emittere non potuerit, quæ per foramina ictu ſclopetariô formata deorſum forte, verſus Spinam effluxit; & propterea adjectum hic Judicium ſuper lethalitate vulnerum ſub A. impertii, certò confidens, me, dum plures inſignes ejusmodi læſiones contigerunt, tam nobilia membra interna læſa, v. g. hepar diſruptum, diaphragma contuſum, veſica diſciſſa, ſpina fracta hîc concurrunt, in ſubſidium veritatis officium meum & conſcientiam obſervaſſe, & hoc meum judicium Rationibus & Fundamentis Medicis conſentaneum & conforme eſſe, ita ut nunquam in animum mihi venerit, ullum fore, qui idem poſthac impugnare aut in dubium vocare poſſit.

Nunc tamen ab Amico quodam intimo mihi concreditum fuit, Reum, dum ob exceſſum hunc usque dum exulavit, & aliis excuſationibus ad defenſionem ſui conquiſitis, emergere nequit, aut potius Defenſorem ejus omnem lapidem movere, ut judicium meum ſubver-

ſubvertant, idque ex ſeqq. cauſis, quod à fronte Relationis meæ fatear, cadaver inſpiciendum omninò nigricaſſe, Nobisque, propter ſummum fœtorem impoſſibile fuiſſe, ut omnium partium interiorum inſpectionem inſtituere potuerimus; unde ex hiſce extorquere ſuſtinent, quòd nullum judicium firmum ſuper lethalitate dari poſſit; cum tamen ipſi negotio quoad actum inſpectionis me omnino ſatisfeciſſe putem, quia hepar æquè ac Diaphragma, utpote membra principalia gravisſimè hîc læſa conſideravi & ex celeberrimis Autoribus & rationibus mihi conſtat, quòd graves ejusmodi errores, licet alii non concurrant, ſæpè pro lethalibus habiti fuerint. 2. Ratione læſionis veſicæ ſententia mea inde oppugnari dicitur, quòd tantùm ex meris conjecturis, juxta Relationem, de veſicæ læſione judicem, quod tamen expreſsè contra veritatem militat, cùm ſententiam hanc & autopſiâ & verô eoque rationali Stochaſmô Medicô, itemque autoritate Clariſſimorum Medicorum confirmârim, ut expreſſa illud verba docent in Judiciò. 3. Prætendere dicuntur, vulneratum inſigni hæmorrhagiâ correptum fuiſſe, adeoque inde effugium quærere, quòd ægrotum non ex vulnere, ſed ex ſupervenientibus ſymptomatibus diem ſuum obiiſſe dicant, cum tamen hæmorrhagia hæc longè aliter conſideranda, aliter etiam conſtituta ſit, quam ea, quæ in læſione partium externarum contingit. Quamvis ejus tanquam Cauſæ aut Concauſæ Lethalitatis in Relatione non meminerim, cum aliæ, & quidem ſatis ſufficientes cauſæ in promptu mihi fuerint, quarum unica ſæpè ſuffecit, ut hominem citiſſimè interficeret. Quò verò innocentiam meam eò clarius probare & demonſtrare valeam, V. V. Excell. Excell. ſubſidio me ſubjicere veſtrumque judicium validiſſimum hâc in cauſa requirere volui, officioſiſſimè rogitans, velint mihi, licet Ignoto, hoc favoris argumentum exhibere, Judicium hoc meum una cum adductis rationibus perpendere, & an illud juxta placita & fundamenta Medicorum formatum? ac an Adverſariorum allegatæ rationes tanti ponderis ſint, ut hoc Judicium meum (quod juſſu Sereniſſimi impertii) annihilare & ſubvertere valeant, gratioſè decidere; Nullus dubitans, quod, cum id decus & famam illuſtriſſimæ Artis Medicæ concernat, petito huic, pro debita remuneratione, locum daturæ ſint &c. *Luckaviæ in Marchionatu Luſatiæ Inferioris, die 2. Novembr.* 1671.

L. Samuel Sturm.

A.

Judicium Medicum.

QUùm præterlapsô nuper die 14. Junii currentis modò 1669. anni Tit. Dn. Antonius Leopard &c. datis ad me infra nominatum literis referret, quâ ratione Superius Regimen Marchionatus Luſatiæ Inferioris ipſi rriò injunxerit, ut demortuum & jamdum pultum cadaver opilionis effoderetur, & ictum ſclopetarium ipſi inflictum inſpiceret ſimulque juſſu laudati modò Regiminis Su rioris Princip. tenuitatem meam requiſive ut illi actui intereſſem; hinc eô ſtatim c cum Magiſtro Gottofredo, Samuele Kühi Balneatoribus hujus civitatis, Falckenhan me conculi, & à meridie horâ 2. refoſſum (lionem, in præſentia Perſonarum Judicial inſpexi, ubi 1. quidem horrenda & abom bilis in cadavere ſpuma, cum intermixtô guine, viridis nigricantisque coloris obſe batur, totum dorſum & veſtitus ſepulch ſanguine coagulato defœdata erant, ita, binas haſce cauſas omnium interiorum par inſpectionem ſuſcipere non potuerimus, impoſſibile & inutile fuit, cùm omnia ſu putrida fuerint. Interim tamen quamplu foraminula ictu ſclopetariô effoſſa (quo nonnullis craſſiorem calamum ſcriptoriu etiam digitum minorem inſerere potui circa dorſum, & maximam quidem ad pa in dextrô latere, circa regionem hepatis num & veſicæ, rotunda partim, partim gulosa ſenſimus & invenimus, referente Balneatore Golzenſi, Chriſtophorô R rô, qui demortui curam geſſit, quòd ſu mâ deligatione eorum 25. numeraverit, bus unum, quod dextro femori impactu parte anticâ verſus abdomen perrexerit; admodum & ictus ſclopetarius in inguin veſica ſitum ſuum habet, corpus perfo fruſtulum plumbi quoque ſpinam dorſi ſum verſus, prope femur penetrarat, qu nonnulla obliquè ſub cute & muſculis fe tur; plura verò, & in ſpecie illud, quod nâ dorſi erat & diverſa deorſum vergenti prope coſtas ſpurias abdomen ingredieb ita, ut abſque ullâ reſiſtentia inſtrum Chirurgicum, quod ſtylum ſ. explorat vocant, totum immittere potuerimus; concluſimus, hepar neceſſariò inſigniter fuiſſe, quod poſtmodum ipſa ſimul in ocularis ſectioque cadaveris confirmavi quâ invenimus, diverſas læſiones in he foramen aliquod ſurſum ad diaphragm dens; circa illud fruſta quædam ſanguin gulati reperiebantur, aliaque materia nanda. Inteſtina nigricantia & corrupta, que Diaphragma per totum ſui tractu guine tali repletum erant, ita ut dive ſclopetarii illud ſimul vulnerarint, arteri magnam & venam cavam læſerint; u ferente Balneatore Golzenſi, vulnera funđo multum ſanguinis ſtillârunt, ut e ſub deligatione variis ſtipticis uti opo Quin & poſt mortem plurimum adhuc nis coagulati è vulneribus manavit. mine Spinæ dorſi, dum tangebatur aut batur, ſimul ejus medullam confertim

re vidimus, & ut jam ante dictum, ſtylum ploratorium, absque inſigni conatu, prondè immittere poteramus. Unde concludere licet, per ictum hunc ſclopeti exploſione flictum veſicam ſimul læſam fuiſſe; quod de quoque elucescit, quod juxta Balneatoris olzenſis depoſitionem, æger urinam excludere non potuerit, & ſub deligatione obſervarit, ex hôc ſpinæ dorſi foramine genuinam inam effluxiſſe; qui effluxus clariſſimum temonium veſicæ vulneratæ perhibet, ut juxta otidianam Experientiam Celeberrimus & mortalis *Sennertus lib.* 3. *Pr. p.* 855. edo : Quæ veſicæ urinariæ læſio; ut & ſpinæ dorcontuſio ejusque medullæ effluxus: Summa m hepatis vulneratio & Diaphragmatis ſuffu, pro ſummè funeſtis & lethalibus læſionibus bendæ ſunt, quod omnes Eruditi & Conſcitioſi Medici unanimiter affirmant: v. g. *Sennertus l. c. de Vuln. veſicæ*: ſi veſicæ corpus & s, quæ nervoſa eſt, vulneratur, inſanabile è malum eſt. De vulneribus Diaphragmadem affirmat Excell. *Bartholinus in Inſtit. at. lib.* 2. *pag.* 188. Idem quoque de vulneus hepatis teſtatur Nobiliſſ. *Dn. D. Welius in Rat. Vuln. Jud. Lit. D. p. ult.* De neribus ſpinæ dorſi nervoſè judicat *Antos Conſtantinus in Medic. Prognoſt. lib. ap.* 340. quia ſpinalis medulla cum cerebrô nia ferè habet communia, ſubſtantiam npe, nervorum principium, ſentiendi propè parem, meninges duas, è duabus ebri membranis productas, ob id vulnera â, non ſecus ac cerebri ſunt lethalia. Juxta e hoc in Caſu adhuc partium diverſarum tuſionum, quæ hîc acceſſerunt, mentio i debebat, utpote quæ, teſte ante laudatò *nertò lib.* 5. *pag.* 481. non tantum vulnus iculoſum reddunt, ſed & ad ejus lethalitaplurimum contribuunt; unde vulnera ilum contuſione Nobiliſſ. Medicus *Paulus chias in Quæſt. ſuis Medico-Legalibus* 1. *l.* 5. *p.* 375. in catalogum vulnerum leium refert: Hinc Vulneratus ex tot concuribus læſionibus neceſſariò tam citò emori uit, quod officii æque ac conſcientiæ ergò e atteſtari volui. *Luckaviæ die* 18. *Jun. no* 1669.

Lic. Samuel Sturm.

ſponſum Facultatis Medicæ Lipſienſis; de lethalitate vulneris Sclopetarii & inſpectione cadav. ſepulti.

P. P.

Uandoquidem literis, die 2. Nov. S. N. currentis modò anni ad Nos datis, ſiveris: *An Relatio adjecta ſub datò die Val. Pand.* 18. *Jan.* 1669. *concernens Opilionis ſervum interemtum, ut & judicium ſuper lethalitate, juxta placita & fundamenta Medicorum concepta ſit, nec ne?* hinc præviâ omnium & ſingularum circumſtantiarum ponderatione reſpondemus, quòd optandum quidem fuiſſet, ut inſpectio hæc debitô tempore, & neutiquam in Cadavere, per octiduum, cumprimis æſtivô tempore, terræ mandato inſtituta fuiſſet, (prout in ſimilibus quidem Caſibus nullum Medicum teneri cenſemus, ut famam æquè ac ſanitatem ſuam periclitetur) ubi plura circa lethalitatem allegari potuiſſe nulli dubitamus; attamen ex læſionibus, ſimul ſumtis & quammaximè ex obſervatis & in Relatione enumeratis vulneribus Hepatis, Diaphragmatis, ut & Arteriæ Magnæ Venæque Cavæ, indeque ſubortâ ingenti ſanguinis profuſione (quæ nullô modô impediri potuit, invenimus, quòd illæ meritò pro abſolutè & ſimpliciter lethalibus habendæ, & rebus ſic ſtantibus, relatio ſæpius laudata, juxta placita & fundamenta Medicorum concepta ſint. Quod &c. *Lipſiæ die* 1. *Dec. S. V.* 1671.

CASUS VIII.

DE SECTIONE NOVACULA PERACTA, ET NULLITATIS ACCUSATA.

Extract. è Literis DN. N. N. Conſiliarii Illuſtriſſ. DN. Comitis N. N. ad D. Mich. Bernh. Valentini, die 6. *Nov. Anno* 1699. *datis.*

QUod de cæterô RESPONSA MEDICA in Causâ N. N. homicidium concernente attinet, cum illis res ita ſeſe habet: Medicus ſc. hujus loci D. N. N. ſectionem propriis adminiſtravit manibus, adhibitâ quidem novaculâ, quâ arteriam ſubclaviam probabiliter diſſecaſſe putatur; & cùm Relationem ſuam non ſtatim exhibuerit, neque cum Dn. D. N. N. ſectioni ſimul cohabitante prius communicaverit, ſed effluxis demum aliquot diebus eandem judicialiter produxerit, factum eſt, ut Medici illi à ſe invicem diſcrepaverint, & conſequenter inſpectio hæc nullitatis & vitioſitatis incuſata fuerit, ita quidem, ut à Reo bina Reſponſa Medica, alterum quidem à Facultate Medica Altorffinâ, alterum à Facultate Medicâ Marpurgenſi expetita fuerint; quibus paulò poſt ab aliâ quadam Facultate Medica Celeberrimâ tertium, mihi apprimè complacens, Reſponſum, ad Requiſitionem Facultatis Juridicæ, ſententiam ex Actis concipientis, acceſſit. Ipſa verò Reſponſa conciſa admodũ ſunt, è quibus absque reliquis Reſponſis Juridicis Actisque Crimi-

nalibus parum hauriri poterit. Sententia quoque contra Reum N. N. nondum publicata eſt. Communicationem illorum, quam petiiſti, in Collegiô quidem propoſui, aſt difficiles ſe præbent haud pauci, ne Medicos hîc incuſatos publicatione illorum videantur irritare &c. &c. Vale.

D. è Muſ. N. N. die 6. *Nov.* 1699.

Tuus ex animo Totus

N. N. Conſiliarius N.

CASUS IX.

DE VETULA EX SCUTICÆ MINORIS ICTU APOPLECTICA.

Species Facti.

ANno 1696. die 20. Jun. MARIA R. à duobus Apparitoribus in plateâ fuit impetita, quorum unus parvâ ſcuticâ, ex genitali taurino parata, cùm ejusdem manum unicô ictu petiiſſet, quò ahenum, quod cereviſiâ prohibitâ impletum manu portabat, dimitteret; paulò poſt titubare eadem inſtar temulentæ cœpit, ceciditque, quin & die 23. Jan. mortua eſt. Filius autem Defunctæ verberibus enecatam matrem ab Apparitoribus fuiſſe, conqueſtus, ſuggillationem in axillâ, tumoremque capitis & colli in teſtimonium adducebat; alteroque poſt factum die ſpumam ex ore profluam fuiſſe purulentam & ſanguinolentam, ſoror demortuæ atteſtata, Viros illos & ipſa cædis reos accuſabat. Alii verò præter ictum iſtum manui inflictum nullam aliam plagæ illationem ſe obſervaſſe, poſt lapſum in terram non rectâ amplius loqui potuiſſe Mariam R. jamque olim etiam apoplexia fuiſſe tactam confirmabant.

Requiſitio.

Juſſu Ampliſſimi Magiſtratus Collegio Medico Caſus hic conſultandus fuit propoſitus, utque Chirurgos juratos, qui Defunctæ Inſpectioni adfuerant, eapropter examinarent, injunctum. Quamvis autem neceſſaria cadaveris ſectio fuerit omiſſa, errorque iſte debitè reprehenſus, Collegium tamen hanc ſententiam tulit.

Reſponſum Collegii Medici Auguſtani, deſuper illethalitate ictus ſcuticæ.

DEcreto Nobis exhibito inſiſtentes Chirurgos juratos ratione Inſpectionis Demortuæ Mariæ R. ſufficienter examinavimus, qui in manu tantùm maculam lividam à plagâ inflictâ ſe deprehendiſſe, nullum verò tumorem in capite alibive, in collô autem & dorsô ſpadicei coloris maculas, oriſque aliqualem curvaturam obſervaſſe retulerunt. Unde ipſam non à verberibus, ſed adfectu apoplecticô perveniente demortuam eſſe judicamus; n[...] gnum momentum concitatâ in tali actu indig[...] tione ac terrore, præcipuè in vetulâ, & ol[...] jam apoplexiam paſsâ addentibus; id quod [...] magis credibile, cùm titubatio linguæ, o[...] que poſt mortem etiam ſuperſtes contor[...] obſervata fuerint.

Decanus, Vicarius & Collegi[...]
Medicum Auguſtanum.

CASUS X.

DE INSUFFICIENTE & ILL[E]GALI INSPECTIONE VULNERIS PECTORIS SCLOPETARII.

Inſpectio Cadaveris

NOs infra nominati, juſſu Magiſtratus [...] inſpectionem cadaveris, exploſione bo[m]bardæ intus ſtriatæ exanimati, deputati r[e]rimus, quòd vulnus in ſterni partem ſupe[rio]rem ad aliquot digitos tranſverſos infra cl[avi]culas penetrando & quodammodò deor[ſum] vergendo in mediô ferè ſcapulæ dextræ exi[tum] quæſiverit, glande tormentariâ verò ad ſatis [no]tabilem profunditatem parieti impulsâ, ſi[gni]cantes, ictu hoc ſclopetariô non tantum [pul]mones, ſed aortam ſeu arteriam magnam [læ]ſa fuiſſe; utrumque, quòd exanimatus [non] tantum extemplò vitam cum morte com[mu]tando conciderit; ſed etiam cavitas Pec[to]ris ſanguine adeò referta fuerit, ut ſuperficiem [ex]ternam vulneris in ſternô attigerit & ſub in[ci]ſione cadaveris, in quantum coagulationi [...] qualis ergò fieri potuit, confertim effluxe[rit;] quod accidit Fridbergæ, in ædibus V[...] Leſchhornianæ, die 19. Aug. Anno 168[...]

Gerhard. Runckel.
Conſul Junior.
Joh. N. N. Med. [...]
& Phyſ. Fridb.
Johann Hartmann Fauerb[a]ch.
Barbitonſor & Chirurg[us]

Reſponſum I. Facultatis Medicæ Giſſ[en]æ; deſuper illegali inſpectione vulneri[s] pectoralis.

AD quæſtionem propoſitam: *An ſc[...]ta adjectam Relationem vulnus [...] deſcriptum ſufficienti certitudine pro [abſo]lutè & ſimpliciter lethali infallibilite[r] & abſque ullô dubiô haberi poſſit?* Nos [De]canus & Profeſſores Ordinarii Facultatis [Me]dicæ hujus loci profitemur, prævià ſol[...] ponderatione omnium & ſingularum illic [con]currentium circumſtantiarum, Artis P[rin]cipiis conſentaneum eſſe:

icet in prædicta Relatione conjiciatur, uòd, cum occiſus ſtatim exanimatus conci- erit, ipſaque cavitas Pectoris ferè tota ſangui- e repleta fuerit, non tantùm pulmones, ve- ùm etiam aorta ſeu arteria magna læſa fue- nt, negari quoque non poſſit, vulnera Aor- ſimpliciter lethalia eſſe, imò & vulnera pul- onum, maximè, ſi vas aliquod grandius læ- m;

Attamen & quia ex ſuperiori Relatione ne ternus quidem vulneris ſitus, multò minus iam pars interna lethaliter vulnerata digno- i poteſt, cùm ſub inſpectione hâc nulla cor- oris apertio inſtituta fuerit, vulneris magni- do non deſcripta, neque latus, quod ictus ombardarius perfodicaverat, nominatum, in- gitati aliquot digiti transverſales æquè parum rti ſuppeditant, ac allegata ſterni regio ſub aviculis, cùm ex Anatomicis conſtet, ſub cla- culis non tam ſternum, quàm coſtas cum rtilaginibus ſuis & muſculos intercoſtales re- riri, quæ omnia tamen meritò conſiderari buiſſent, & quidem in causâ tam arduâ & nguinem humanum concernente, in quâ, ſi eris conjecturis innitentes certi quid determi- re velimus, graviſſima tandem ratio redden- eſſet, imprimis, cùm partem læſam, ſi aut rta aut pulmones eandem conſtituiſſent, qua- igitis oſtendere potuiſſent; Inſuper non mi- s conſtet, illos, quibus pectus omninò trans- ſſum, non ſemper obiiſſe, ſed quandoque iciſſimè reſtitutos fuiſſe, prout exempla talia ud *Guil. Fabrit. Hildanum Cent.* 2. *Obſ.* . *Cent.* 3. *Obſ.* 36. *Petr. Foreſt. lib.* 6. *ſerv. Chir.* 17. *Joh. Scult. Armament. ir. Obſ.* 43. 50. *Thom. Bartholin. Cent. Obſ.* 81. *Joh. Rhod. Cent.* 2. *Obſ.* 18. oc- rrunt: Similiter quoque ſanguis magnâ in piâ illîc collectus absque jacturâ vitæ evacu- s fuerit, ut idem apud *Ambroſ. Paræum . Chir. lib.* 9. *cap.* 31. *Guil. Ballon. lib. Conſ.* 22. *Rodericum à Fonſecâ Tom.* 2. *nſil.* 5. *Joh. Scultet. Armament. Chir. Obſ.* . 43. 49. 50. videre eſt: Vulnerati quoque lmones non ſemper, ſed tantùm vaſis eorum andioribus læſis neceſſariam lethalitatem in- ant, ut idem ex omnibus Chirurgis conſtat;

Hinc nullô modô ſufficienti certitudine aſ- ere aut definire poſſumus, vulnus hoc pro ab- utè & ſimpliciter lethali infallibiliter & abſ- e ullo dubiô haberi poſſe,

Atteſtationis ergò Sigillo cultatis pro confirmatione annexo. *Giſſæ* 3. *Nov.* 1680.

Decanus & Profeſſ. Ord. Facult. Med. Giſſen.

Requiſitio II. de Eodem CASU.

Um in Libera Civitate Imperiali Fridber- genſi die 18. Aug. præſentis 1680. anni *Val. Pand.*

Lethalis quidam Caſus contigiſſet & nonnulli DNN. Deputati externam corporis inſpectio- nem ſuſcepiſſent, ac Relationem aliquam ra- tionibus annexis formaſſent, Ampliſſima Facul- tas Medica Giſſenſis die 3. Novembris ejusdem anni Reſponſum ejusmodi impertivit, quod ſc. non obſtante ſupradicta Relatione, vulnus il- lud pro lethali neutiquam haberi poſſit, ut Re- ſponſum memoratum fuſius docet. Quando- quidem igitur per depoſitionem Teſtium hoc adhuc innoteſcit, quod Defunctus eodem, quô diem ſuum obiit, tempore 1. haud contemnen- dum vini hauſtum ingurgitaverit. 2. ſaltaverit, 3. ira & æmulatione plenus fuerit. 4. ſummô conatu & labore clunaclum è vaginâ extraxerit. 5. vehementi ſaltu Reum gladio ſuo perſecutus ſit. 6. dubiô procul non exiguô terrore percul- ſus fuerit, cum inopinatus & acutiſſimus explo- ſæ bombardæ ſonitus, & quidem in ædibus hy- pocauſtum irruens eundem feriiſſet, 7. adhæc ipſe concidiſſet; inſuperque Fiſcalis circumſtan- tiis ita ſe habentibus, nullô amplius ſubſidio ni- tatur, niſi quod perhibeat, Defunctum in con- tinenti periiſſe, adeoque ſectionem vulneris mi- nus neceſſariam fuiſſe.

Hinc Ampliſſima Facultas Medica denuò eâ, quâ decet, obſervantiâ requiritur, ut judi- cium ſuum ſubactum & fundatum aperire & nobiſcum communicare dignetur, ***annon ad- huc, non obſtante, quòd defunctus in conti- nenti exſpiraverit, ratione ſimpliciter & ab- ſolutè lethalitatis vulneris, res, ob ſectio- nis intermiſſionem, ſemper ſatis dubia ſit & permaneat?***

Reſponſum II.

Facultatis Medicæ Giſſenæ; de neceſſa- ria cadaveris ſectione, Vulnerisque Inſpectione.

PRæcedenti quæſtioni ut ſatisfiat, Nos De- canus & Profeſſores Ordinarii Facultatis Medicæ hujus loci, ſollicitè prius trutinatis omnibus & ſingulis in hôc caſu obviis circum- ſtantiis, Principiis Artis convenienter edicimus:

Utut exiſtimari velit, Sectionem Cadaveris vulnerisque inſpectionem eam ob cauſam mi- nus neceſſariam fuiſſe, quòd Defunctus in con- tinenti obierit;

Attamen & quia Medicis æquè ac Eruditi Chirurgis conſtat, ſæpiſſimè accidiſſe, ut leviſ ſimis etiam plagis & ictibus ſubitò quandoque mors ſucceſſerit, prout apud *Horatium Augee nium Lib.* 9. *Epiſt. & Conſil. Med. Epiſt.* 2. diverſa ejusmodi exempla ex aliis Autoribus adducuntur, Ipſeque atteſtatur, ab inflictâ ala- pa aliquem Apoplexiâ ita ſubitò correptum fuiſſe, ut exanimis conciderit, cui ferè ſi- mile quid in *Guil. Fabric. Hildani Cent.* 5. *Obſ.* 85. occurrit. Porrò *Anton. Benivenius Flo- rentinus l. de abditis rerum cauſ. c.* 53. exem-

plum Tinctoris enarrat, qui ab accepto circa ſtomachi regionem pugni ictu ſtatim exanimis in terram præcipitatus eſt; unde *Gottofr. Welſchius in Rationali Vulnerum Lethalium Judiciô c.* 15. inter neceſſaria, quæ in Legali occiſorum inſpectione obſervari debent, requiſita, præcipuum eſſe dicit:

„ Legitimam cadaveris inſpectionem, utpote quæ partis læſæ monſtrat ſitum &c. Vulneris item magnitudinem, profunditatem aliasque qualitates exhibet & accidentia, mortisque ipſius cauſam reddit & explicat; ut verba ejus *locô cit.* ſe habent. Quapropter etiam Facultas Medica Lipſienſis ob defectum requiſitæ Sectionis, in parili ferè caſu Vulneris Thoracis, ſuper lethalitate vulneris quicquam decernere recuſavit, licet vulneratus mox ab accepto vulnere exſpiraverit; verbis ſeqq.

„ Attamen è relatione Dnn. Inſpectorum, quæſtioni annexâ, nulla lethalitas concludi poteſt cum ſub inſpectionè nec legaliter nec debitô modo proceſſerint, cadaver, ut requirebatur, non apertum, multò minus Pars Nobilis lethaliter vulnerata oculis ſubjecta, & cum omnibus ſcitu neceſſariis circumſtantiis determinata fuerit; quapropter ſuper lethalitate vulneris jam hoc in paſſu judicare res omninò anceps & incerta eſt;

Quod Reſponſum Facultas Medica Regiomontana Pruſſorum approbavit, verbis *ibidem:* „ Prævia maturâ & conſcientioſâ deliberatione Membra Facultatis Medicæ unanimiter concluſerunt, quòd ex annotatâ Inſpectione nullô modô inferri aut ſuſtineri poſſit, vulnus hoc neceſſariò & ſimpliciter lethale fuiſſe, cùm, ut Facultas Medica quoque optimè monuit, cadaver debitô modô apertum non fuerit, neque ductus & tranſitus vulneris indagati & quæſiti, multò minus an nobile quoddam viſcus, (quorum vulnera præcipuè lethalia) fortè læſum fuerit, ſpecificè adductum fuerit; & licèt mors ſubitanea haud exiguam ſuſpicionem in contrarium progignat, nihilominus tamen infallibiliter & fundamentaliter è transmiſſa deductione judicali, quæ meris conjecturis nititur, nulla ratione concludi poteſt, quod vulnus hoc ſimpliciter lethale fuerit. Ut bina hæc præjudia *Bald. Timæus à Güldenklee in Reſponſis Medicis Reſp.* 52. 53. allegavit.

Hæcque ſectio & apertio in præſenti caſu eò magis neceſſaria fuiſſet, quia occiſus, ut refertur, eô tempore, quô obiit, partim vini potu, partim vehementibus corporis æquè ac animi commotionibus ſanguinem ita inflammavit, ut vulneratis etiam minoribus vaſibus hæmorrhagia ſummè periculoſa, imo prorſus lethalis extemplo oriri potuiſſet; adhæc quoque ex Hiſtoriis Medicis conſtat, quod ex iracundiâ & fervore nimiò ſubitanea atque præſentanea Mors producta fuerit, ut pluribus [...] lud deducit & exemplis quibusdam ſupra lau[...] tus *Fabritius Cent.* 2. *Epiſt.* 1. confirmat.

Quas quidem ob cauſas in ſalvô manet p[...] or deciſio, quod non obſtante hôc, quod I[...] functus in continenti obierit, ob intermiſſ[...] tamen corporis defuncti apertionem, ſu[...] qualitate vulneris, ratione ſimplicis & abſo[...] tæ Lethalitatis, nil certi decidi & determin[...] poſſit. Atteſtationis ergo Sigillo Facult[...] omnia confirmando. *Sign. Giſſæ die* 23. *L*[...] 1689.

Decanus & Profeſſores Ord. Fac[...]
Medicæ Giſſenæ.

Apologia Fridbergenſis.

QUoniam ab iis, qui juſſu Magiſtratus [...] externam Defuncti, jamdum ſatis n[...] inſpectionem deputati erant, ſuccincta ea[...] ſcriptis comprehenſa Relatio deſiderata æ[...] ac impertita fuit: Defenſor autem Rei eand[...] Amplif. Facultati Medicæ Giſſenæ obtulit[...] exinde cognoſceret, *an vulnus inflictum* [...] *ſimpliciter & abſolutè lethali habendum* [...] Hæcque in binis diſtinctis Reſponſis Depu[...] imputare ſategit, quod 1. ſub inſpectione [...] nùs legaliter proceſſerint, neque cadave[...] ctioni commiſerint &c. 2. ſimul incurian[...] excuſabilem in eâdem Inſpectione & Relat[...] de ſtatu vulneris præ ſe tulerint, cum aliis [...] dem annexis; 3. quod itidem in tam arduâ [...] vique causâ meris conjecturis dubiisque [...] ſpicionibus innixi fuerint; Hinc iisdem, [...] ſertim Phyſico, juſſu Magiſtratus demanda[...] fuit, ut eô, quô decet, modô ad omnia hæ[...] ſponderent: Id quod ab Illis quoad om[...] heîc quidem neceſſaria, puncta modò o[...] vatur.

1. Ergò inculpationem, quod ſcil. Inſp[...] minus legaliter inſtituta, Sectioque cada[...] neglecta fuerit, quod concernit, negari [...] dem non poteſt hoc alioquin & in caſibu[...] fra deſcribendis magnum requiſitum [...] Quod autem eadem hîc inſtituta non fueri[...] cèt Phyſicus, in præſentiâ Dnn. Deputato[...] aperturæ cadaveris mentionem fecerit) ob[...] gnantes ſine dubiô rationes à Magiſtratu fa[...] erit. Dum verò illos nobiſcum neceſ[...] omninò cadaveris Aperturæ in Reſp. 2. Li[...] pag. 4. è *Welſchio* (qui locô ibi citatô n[...] ſaria inſpectionis legalis Requiſita, & inte[...] præcipuè legitimam & interiorem per cul[...] Anatomicum perſecutionem enarrat) co[...] cere ſatagunt, incaſſum agunt. Hic [...] ſciendum, requiſitum modò allegatum [...] valere (quia generaliter heîc verba Auto[...] habent, nec ad hunc noſtrum caſum a[...] cari poſſunt) ſi ſcilicet 1. Vulneratus aliq[...]

adhuc inter vivos permanſerit. 2. Mors De-
cti, ob alia graviora ſymptomata, aut 3.
uriam & imperitiam Chirurgorum in du-
m vocatur; 4. homicidium remotis arbitris
tigit, neque per alias circumſtantias noto-
n eſt &c. Et quamvis etiam neceſſitas aper-
e ob rationes à Defenſore in *Reſponſ.2.pag.*
uppeditatas, & à Facultate *ibid. pag. ult.*
robatas extollatur; ſciendum tamen, 1. Cau-
has mortis repentinæ rariſſimas eſſe; 2. è ſi-
ibus mortem non ſine prævia corporis
rboſâ diſpoſitione utplurimum contingere;
icèt etiam, teſtantibus Hiſtoriis Medicis
ſque, mors quandoque ex irâ, *vid. Re-
nſ. aliosve*: terrore, *vid. Livium Hiſt.
n. lib. 22. in princip. Schleidanum Con-
Hiſtor. lib. 6. part. 2. theſ.* 24. *aliosque*,
ui poſſit, inde tamen ad noſtrum caſum
cludi non poſſe, niſi pro Junone nebulam,
certis & prægnantibus rationibus, dubias
rò contingentes amplecti, hisque fucatis ex-
tionibus omnibus Duellantibus (quorum
adiationes vix ſine ebrietate aut irâ contin-
t) fores aperire velimus. Adhæc quilibet
arta atque 5. ratione, quam allegavimus,
care poterit, omnes hîc adductas, in du-
n vocari non poſſe. Nonne ſcilicet De-
tus ſaltu vegeto Reum eſt aggreſſus?
ne magna cum potentiâ clunaclum eva-
vit?

Secundum membrum, ſc. inexcuſabilem
nputatam incuriam, ſi diis placet, ſub in-
tione & relatione commiſſam quod attinet;
ejus & binorum Reſponſorum funda-
ta è loco *Welſchii* Reſp. 2. pag. 4. allega-
venerimus & conſpexerimus, hinc eadem
tim repetemus, & ad omnia ſufficienter
ndebimus.

Dicitur è Relatione impertita demonſtra-
n poſſe Vulnus eſſe lethale, cùm Sectio cada-
inſtituta non fuerit. Quis autem primò
u non videt conſequentiam hanc nullam
& idem ſine ratione de relatione illa perhi-
? Quoad 1. enim, ſi (ſepoſitâ quodammo-
latione) homicidium eò in locô ſe truſiſ-
bi neque Medici neque Chirurgi haberi,
ue nulla cadaveris apertura inſtitui po-
nt, cumprimis medio æſtatis fervore, an
ereâ, circumſtantiis adeò claris exiſten-
, vulnus minus lethale dicendum eſſet?
è Relatione hoc tantum allegemus, an-
nſignis illa hæmorrhagia & repletio cavi-
ectoris lethalis eſt? Cur ergò ab ipſa Fa-
e *Reſponſ. 2. pag. ult. Sennert. Med.
. lib. V. Part.* IV. *Cap.* III. *pag.* 364. pro
i habetur?

Externam vulneris regionem latusque,
u ſclopetario violata minus nominata
perhibent. Ubi ſciendum, relationem
omicis (ad quos non impunè ablegamur)
ſcriptam, utpote quibus haud difficile
ſi eadem rectè inſpiciatur) etiam ſine de-
nominatione locum vulneratum digitis quaſi
demonſtrare. Ex Anatomicis enim conſtat
(videatur ſaltem, ſi opus, *Joh. Riolanus Anat.
cap.* 36. *de ſternô p. m.* 482.) quod ſternum
in parte ſuperiori ab anguſto principio, ſenſim
in amplitudinem lateſcat &c. Si ergo ſterni
principium anguſtum & ad 3. digitorum diſtan-
tiam ſub claviculis vulneratum, quî locus,
ictu perforatus, minus nominatus dici
poterit?

III. Vulneris quoque magnitudinem non
determinatam fuiſſe ajunt. Verum neque hoc
abſolutè neceſſarium eſt, cùm eadem ab uno-
quovis facilè concludi & definiri poſſit, ſi con-
ſideretur 1. inſtrumentum lædens ingentem
bombardam ſtriatam fuiſſe. 2. Defunctum Reo
proximè adſtitiſſe &c.

IV. Allegatos digitos transverſales æquè in-
certum indicium eſſe putant, ac determina-
tam ſterni regionem. Verum huic in 2. in-
culpatione jamdum ſatisfactum.

Quod autem V. adducta paulò pòſt ex Ana-
tomicis concernit, muſculorum ſc. intercoſta-
lium, coſtarum earumque cartilaginum men-
tionem quoque fieri debuiſſe, ut Reſponſum
non ſine exprobratione requirit, nullam eo-
rum, non obſtante curâ hic adhibitâ, ratio-
nem invenimus, cùm 1. ſternum, ut audit,
tanquam pars primum læſa, nullis coſtis gau-
deat, niſi cum Antiquitate ſternum, coſtas
continuatas dicere audeas, quod tamen abſo-
num) & cum hiſce per eam συμφύσεως ſpeciem,
quæ συγχόνδρωσις dicitur, componatur, adeoque
2. per conſequens muſculis quoque intercoſta-
libus deſtituatur.

VI. Allegata huc Exempla, quod ſc. non-
nulli, quibus pectus transfoſſum, inde non ſta-
tim obierint, & 2. ſanguis in ejus cavitate
collectus, ſine vitæ jacturâ evacuatus fuerit,
illîc, ubi mortis paritas quædam intercedit,
rejicienda quidem non ſunt, hîc autem in pari
ſtatu non verſantur; utrobique ſc. quia Defun-
ctus extemplò exſpiravit, hicque tota cavitas &
adjacentes pectoris partes ſanguine repletæ fuê-
runt. Adeoque ex omnibus hiſce in ſecundo
Membro allatis Imputationibus & ſufficientibus
(quod judicent alii) reſponſionibus illis oppo-
ſitis elucefcit, quod (ſi internam contempla-
tionem vulneris, oculô corporis, quæ alibi pon-
deroſa, perficiendam exceperis) tanti ponde-
ris non ſint, ut Deputatos tam inexcuſabilis in-
curiæ reos, quod intendunt, condemnent;
ſiquidem non ad eſſe, ſed ad bene eſſe judicii
de vulneris lethalitate ferendi, ſunt uſui, ſeri-
esque ſecandi & contemplandi ea expoſcit, ut
apparet ex definitione ejusdem *Welſchii de
vuln. leth.* aut ex *Alberti Sebizii Doct. &
Prof. Med. Argentinenſ.* Celeb. Præcept. no-
ſtri quondam colendiſſimi *Exercit. Patho-
log. Diſſ.* 17. ubi in fine ait: Lethales affectus
illi ſunt, qui partes occupant principes, aut ſal-

tem ad vitæ continuationem maximè neceſſarias &c. ut eorum fundamenta in *Hippocr. aph.* 18. *Sect.* 6. occurrunt. Jam verò nec cuticula, nec cutis, ſternum, muſculi aut coſtæ tales ſunt. Quapropter omnia allata requiſita, ad ſimilem relationem poſtulata, bonâ cum conſcientiâ prorſus omitti poſſunt; ut non dicam, neque ſolenne eſſe, loco brevis relationis, prolixam diſputationem conſcribere, modò pars, lethale reddens, ſi opus fuerit, accuratè deſcribatur. Nullô ergò modô conſcientia, quod minantur, periclitatur, ſi vulnus lethale ut tale, ſcapham ſcapham nominemus, ſi caſus ita fert.

Tertium quod concernit membrum, quod ſc. Inſpectores in definienda vulneris lethalitate, in tam gravi cauſâ, meris conjecturis uſi fuerint, &c. primò ſtatim obſervamus, hîc aucupium verbi *ſuſpicor* committi, cum in utroque Reſponsô quater vel quinquies repetatur, ſperamusque Facultatem Medicam, rem ponderando (quâ de ſi conſtat, de verbis non eſſe litigandum, Philoſophi docent) nobis ſiniſtrè explicaturam non eſſe, ſi illud *Sylvii* ſuſpicor & opinor, certa tamen intereà ſtatuentes, obſervaverimus & ſupercilium evitaverimus. Ubi enim certitudo quædam eſt, conjectura deficit, quæ eſt medium quoddam inter perfectam ſcientiam & omnimodam ignorantiam, docente *Galeno lib.* 1. *de loc. affect. cap.* 1. *& ibid. lib.* 3. *cap.* 3. *alibi.* Jam verò locus naturalis conſervativus ſanguinis arteriæ & venæ ſunt: Unde ſequitur vaſa illa læſa eſſe, ubi tanta ſanguinis extravaſati copia occurrit. Sive igitur magnum, ſive exignum vas ita læſum ſit, ut contento ſuô, mox, ut hic locorum, totam pectoris cavitatem replere potuerit; (quæ repletio hîc tanta fuit, ut pectus ob anguſtiam plurimum adhuc ſanguinis cutis & muſculorum interſtitiis intruſerit totumque latus, ad os coxendicis usque ſuggillatum fuerit) 2. cordis & pulmonum actiones impediverit & ſuſtulerit, θανάσιμον utique & lethale, per neceſſariam conſequentiam, id fuerit. Adeoque neutiquam meris conjecturis uſi fuimus. Alias rationes ſilentio involvimus.

Quoniam igitur ex omnibus hiſce elucescit, Deputatos ſine juſtâ ratione & in vanum incuſari, hinc ex eodem conſcientiæ inſtinctu adhuc ſtatuimus, vulnus, ob rationes in relatione datas aliasque, pro abſolutè lethali habendum eſſe. Quod juſſu Magiſtratus, ſalvâ tamen autoritate & veniâ Facultatis Medicæ actum. *Fridbergæ die* 29. *Jan. An.* 1681.

Joh. Hartm. N. Med. Lic. & Phyſ. Ord. Fridberg.

Requiſitio III.

HAud ita diu eſt, cùm Ampliſſima Facultas Medica Giſſenſis, partim die 3. Novembr. partim die 23. Decembris præviâ Requiſitio[...] deſuper Relatione Fridbergenſi inſpecti ca[...] veris humani die 19. Auguſti anni nuperri[...] delapſi tradita Reſponſa ſua impertierit, qu[...] ſc. vulnus in Relatione extrinſecè deſcript[...] pro abſolutè & ſimpliciter lethali haberi [...] poſſit, ut reſponſa illa pluribus oſtendu[...] contra quæ optimè fundata Reſponſa puta[...] quædam Apologia Fridbergenſis in ſcen[...] prodiit, ut additamentum ſub ſignô num[...] de dato Fridberg die 29. Januarii currentis [...] dò anni fuſius docet. Quapropter Defe[...] coactus fuit Laudatiſſimam Facultatem M[...] cam ex ſuperabundanti rogare, *an illa ſta[...] re poſſit, quod non obſtante Apologia F[...] bergenſi ſub num.* 1. *Vulnus quæſtionis, [...] intermiſſam Sectionem atque inſpectio[...] internam pro abſolutè & ſimpliciter let[...] apodicticè aſſeri non poſſit, ſed res a[...] ut ante ratione vulneris lethalis in a[...] permaneat?*

Reſponſum III. Facultatis Medicæ [...] ſenæ, de neceſſaria vulneris corpori[...] que Sectione.

CUm bina Facultatis N. Medicæ Giſſen[...] ſponſa, de datis d. 3. Novembr. & d[...] Decembr. anni nuperrimè præterlapſi, i[...] ctionem corporis cujusdam exanimati, d[...] Auguſti defluxi anni 1680. inſtitutam, &[...] per eâ oblatam Relationem de Lethalitat[...] neris, concernentia mediante prolixâ Ded[...] ne in dubium vocari, aut omninò dirui, & [...] tra afferta ab initio ſimplex & abſoluta n[...] tas lethalitatis ſummoperè & enixè ſu[...] velit, eaque propter denuò ſententia noſ[...] quiratur: *An non obſtante hac Fridb[...] Apologia vulnus quæſtionis propter [...] miſſam ſectionem atque inſpectionem [...] nam pro abſolutè & ſimpliciter lethali [...] non poſſit ſed totum hoc negotium ratio[...] thalitatis æquè dubium, ut ante, perm[...]*

Jam verò, licèt non immeritò ance[...] hærere poſſet, an in re tam apertâ & lu[...] ridianâ clariore prolixæ ſe diſceptation[...] mitteret, cumprimis, quia parum vel o[...] nihil, ad Rhombum faciens, in med[...] latum: Attamen ne Autor illius Scripti[...] phum fortè ante victoriam canat, inſ[...] à parte noſtri imputationes, quæ absq[...] fundamentô Nobis affricantur, declin[...] ſint;

Hinc Collegialiter denuò convenim[...] præviâ accurata & conſcientioſâ conſi[...] ne omnium & ſingularum in Caſu ho[...] rentium circumſtantiarum in ſequens [...] ſum conſenſimus.

E[...]iden[...]

Equidem à fronte ſtatim Facultati Medicæ
um & inſolitum apparuit, quod ſibi impu-
r, acſi Deputatis ad Inſpectionem vulneris
legalitatem, 2. Incuriam & 3. Fallax judicium
ibuere voluerit. Provocatur hac in parte
manifeſtam literam, ubi videre erit, quod
eutro Reſponſô Deputatorum vel unicô ver-
ò, etiam minima fuerit mentio inſecta: Sum-
etiam iniquitas eſſet, talia ab illis ſive exi-
e ſive expectare, quæ vel ultra vires eorum
t, aut quoque illis demandata non erant,
n omninò conſtet, quod in ſimilibus omni-
arduis & ſanguinem humanum concernen-
is cauſis nunquam non nonnulli è Magiſtra-
Civili deputentur, qui vulnus à Medico &
irurgis, ad hoc in ſpecie requiſitis, explo-
m & inventum, partesque vulneratas ſimul,
quam Teſtes fide digni, inſpiciant, & quod
nia in Relatione deſcripta ita ſe habeant,
ſcriptione propriâ confirment. Unde Te-
is à Magiſtratu illius loci ad Actum hunc
tatis nulla omninò culpa adſcribi poteſt,
iam maximè error quiſpiam ſub inſpectio-
uerit commiſſus. Interim & Medico re-
ito æquè ac Chirurgo parcere, nullique
id imputare voluimus, ut literalis ſenſus
isque Reſponſi teſtatur. Poſtquam verò
iſiti fuimus, ut judicium noſtrum Colle-
impertire velimus, an ſcilicet è Relatione
municatâ ſufficienti certitudine aſſeri & de-
i poſſit, quòd vulnus in ſupradicta Relatio
eſcriptum pro abſolutè & ſimpliciter letha-
fallibiliter & abſque dubiô habendum ſit,
quoque in perlectione inſcriptæ ſic Inſpe-
nis Cadaveris defectus aliquot commiſſos,
que non minus circa vulneris deſcriptionē
es obſervaremus, negotium hoc haud ali-
idem reperitimus, utut ſine omni partiali-
& injuriâ tractare, & ob intermiſſam corpo-
tionē, ut & inſufficientem vulneris deſcri-
nem (cùm ratione magnitudinis, ſitus &c.
dò dictâ Inſpectione nil certi haurire po-
mus, quæ pars lethaliter fuerit vulnerata)
aliter, quàm negativè reſpondere potui
, dum pro re ſummè inexcuſabili habui-
in Lethalitate judicandâ meris conjecturis
. Hanc ſententiam noſtram in ſecundò
nſô rationibus nonnullis roboravimus,
Phyſicus, qui ſectioni interfuit, non tan-
xaminandas, ſed & omninò invertendas
uendas juſſu (ut perhibet Magiſtratus)
ere conatur; quam miſerò verò ſucceſſu
præſtiterit, in ſubſequenti Dilucidatione
ſimè ob oculos ponetur.

rimò igitur plurima quidem adferuntur,
monſtretur Sectionem, in ferendô judiciô
lethalitate vulneris, non ſemper neceſſa-
eſſe, ſed in certis tantùm infimulque
s caſibus, eaque ſententia ſuſtinetur, quòd
a è *Welſchio* locô alleg. de neceſſitate aper-
tradita generali in hoc caſu minus appli-
canda ſint; Attamen ſine ullô hæc fundamentô
dicuntur, quin potius eô ipsô, tum hæc talia
ab Autore ſupradicta generaliter intelligenda
eſſe cenſentur, per bonam conſequentiam con-
cedendum & adſtruendum erit, illa quoque in
Caſibus Specialibus applicari poſſe ac deberi.
Quod enim de genere prædicatur, etiam præ-
dicatur de ſingulis ſpeciebus, ſecundum vulga-
ta. Unde &, Autor modò allegatus in eodem
hoc *cap.* 15. *§. Porrò manus &c.* neceſſita-
tem hanc ſectionis in omnibus caſibus adeò
inculcat, ut, licèt etiam nullum extus vulnus,
ſed aliqua tantùm violentæ mortis ſuſpicio ad-
ſit, corpus tamen aperire & ſecare jubeat;
Verbis ibi:

„ Aperire autem & ſecare cadaver omninò
„ oportet, etiamſi ne minimum quidem, ut
„ fieri interdum contingit, in externis partibus,
„ læſionis appareat veſtigium. Nulla quoque
ratione approbare & concedere vult, ut
abſque ſectione debitâ ſolis inſtrumentis, ſty-
lis & ſpecillis, ut Chirurgi vocant, vulnus ex-
ploretur; loc. cit. Verbis ibi:

„ Nec Styli ſufficit immiſſio, ac ſola per eun-
„ dem facta vulneris exploratio, utpote quæ
„ & ipſa fallax pariter & ſuſpecta eſt.

Equidem non ſine prægnanti cauſa ſectio
requiritur; ſi enim ſub inſpectione cadaveris
ſufficeret, occiſi corpus nudis tantum oculis
ſubjicere, & ut vulgò dici ſolet, ut vacca
portam noviter exſtructam intueri, ut ſolum-
modò ſciatur, an occiſus reverâ demortuus ſit
nec ne? idem ab Idiotis ſimpliciſſimis facilimè
fieri poſſet, nec tantô apparatu tantiſque cere-
moniis hîc opus haberemus, quæ in denomi-
natione certorum Deputatorum, ablegatione
Actuarii, requiſitione Medici & Chirurgorum
obſervari ſolent. Sed quoniam inſpectio talis
eum in finem inſtituitur, quò Judex Latorque
ſententiæ poſt oblatum ſuper qualitate
vulneris judicium Reo promeritam pœnam
dictitet: Judicium autem ſuper lethalitate vul-
neris à partibus vulneratis deſumendum eſt,
hinc abſque ulla contradictione ſequitur, quod,
ubi conjectura de partibus quibusdam internis
læſis adeſt, neceſſariò ſectione ad easdem de-
veniendum, & quænam ex illis, quôve modô
læſa & vulnerata ſit, ipſis oculis ſubjiciendum,
Deputatis, tanquam Teſtibus, oſtendendum,
hæcque omnia relationi formâ conſuetâ inſe-
renda ſint, ut vel inſpectores ipſi, vel, ſi in
Caſu difficiliore judicium ſuſpendant, alii
Artis Periti ex annotatâ illa Relatione fir-
mum atque ſolidum judicium ſuper lethalita-
te vulneris efformare valeant. Quapropter
Relatio ejusmodi hanc in formam redigenda
eſt, ut claris & expreſſis verbis læſa pars de-
terminetur, & abſque ulla hæſitatione eadem
dignoſci poſſit, niſi in ferendâ ſententiâ ſu-
per lethalitate in tenebris palpare, aut, ut
Autor

Autor Apologiæ loquitur, nebulam pro Junone ampleĉti velimus. In defeĉtu verò ejus Medicus Conſcientioſus meritò judicium ſuum ſuper lethalitate vulneris illius ſuſpendit; quemadmodum & præter duo illa præjudicia in Reſponſo 2. è Timæo allegata ſæpius allegatus Welſchius loc. citat. aliud adhuc addit, ubi ſectio quidem inſtituta fuit, ob defectum tamen ſufficientis deſcriptionis partis vulneratæ Facultas Medica Lipſienſis judicium ſuum ſimiliter ſuſpendit verbis:

„Et quoniam eapropter neque in literis veſtris, neque in atteſtatô Medici pars læſa determinata fuit; Hinc rebus ſic ſtantibus ſuper lethalitate vulneris judicium noſtrum aperire non poſſumus.

Et cùm in eâdem Causâ à Medico dilucidior, ut putabat, re ipſa autem non ſatis dilucida, ſed æquè, ut prior, obſcura relatio adferebatur, Eadem Facultas in priori ſententiâ perduravit, verbis:

„Hinc juxta Inquiſitionem vulneris eâ ratione inſtitutam vulnus ſuprà deſcriptum pro ſimpliciter & abſolutè lethali habere non poſſumus: Optantes ſimul, ut pariles Inquiſitiones, cùm profectò ſanguinem humanum concernant, ab inquirentibus melius & modô principiis Artis conſentaneô inſtituantur, ne poſtmodum in Artis Nobiliſſimæ ignominiam clariori Relatione opus ſit.

Quæ determinatio læſæ partis in hoc Caſu eò magis neceſſaria fuiſſet, quia, ut in *Reſp.* 2. jam annotatum fuit, tales præceſſerunt cauſæ, quæ Concipientis ſeu Autoris Apologiæ propriâ confeſſione repentinæ mortis cauſæ eſſe potuerunt. Unde enim certi eſſe poſſumus, quod modò dictæ cauſæ, v. g. incaleſcentia à vino ac motibus animi & corporis immoderatioribus, quæ aliquando mortem ſubitaneam intulerunt, & hac vice ſimilia cauſari non valuiſſent, niſi per inſtitutam ſectionem alia cauſa manifeſta necis, pars ſcilicet lethaliter vulnerata clarè & vel digitis demonſtretur. Nec quicquam ad Rhombum facit, quod prætendi velit: 1. Cauſas has mortis inopinæ, Experientiâ teſte, eſſe rariſſimas. Quod enim ſemel accidit, ſæpius accidere poteſt. 2. Quod utplurimum non ſine præviâ corporis morboſâ diſpoſitione ſimiliter mors ſequatur: Hoc enim utplurimum infert, E. non ſemper, ſed aliquando, etiam ſine præviâ corporis morboſâ diſpoſitione è ſimilibus mors ſubſequitur. Quod 3. à prioribus ad hunc caſum argumentari non liceat, purum putum eſt aſſertum, nec ullâ ratione probabile redditum, niſi quod exiſtimetur hâc excuſatione omnibus Duellantibus fores aperiri, qui tamen metus omninò inanis & intempeſtivus eſt, nec ullus Duellantium in hac excuſatione patrocinium inveniet, dummodò factô homicidiô Inſpectio vulneris debitô modô inſtituatur. An non verò p ſuperficiariam ejuſmodi Inſpectionem Reis p tius effugium aliquod paretur? de eô ſæpi laudatus *Welſchius c. l. cap.* 15. §. *Ex quib &c.* Verbis:

Ex quibus facilè conſtare cuilibet exiſti mo, quantum interſit, ut vulnerum inſpe ctio à peritô adminiſtretur Medico & bon præprimis Anatomicô, ne ex tam craſſis circa inſpectionem „ ex Requiſitorum v ignorantia vel incuriâ commiſſis erroribus i ſperatum emergat Reo patrocinium. „

Porrò exiſtimari videtur, aperturam Cadav ad lethalitatem judicandam, vel exinde mi neceſſariam eſſe, quod conſimiles caſus e locô contingere poſſint, ubi neque Me neque Chirurgi obtineri poſſent, tempore vô &c. Aſt hæc, ut videtur, difficultas lius planè valoris & ponderis eſt, cùm d ctus ejusmodi, ſi uſpiam ſe truderet, fa mè è viciniâ reſarciri poſſet. Quodſi apertura non præceſſerit, ipſeque Medicu vulneris interni neque viſi, neque deſ lethalitate quidpiam judicare conaretur, cumſtantiis licet quammaximè claris & c latis exiſtentibus, id tamen judicium cœ coloribus eſſet.

Ad lethalitatem autem vulneris eò r ſuſtinendam Autor illius ſcripti cumprim gentem hæmorrhagiam & expletionem p ris urget, quam Facultas Medica in *Reſ* 2. *& Sennertus Med. Pract. l.* 5. *p.* 4. *p.* 364. *aliique* pro lethali habuerit. A certò hîc præſupponitur, quod nondu monſtratum, de quô paulò infra fuſius dum erit. Poſitô verò jam, ſed non e sô lethalem ſanguinis effuſionem, & Th repletionem accidiſſe, illa tamen let neutiquam vulneri inflicto, de quô pri quærebatur, adſcribi poteſt, ſi conſider mus, notabilem differentiam intercedere vulnus lethale & ſymptomata lethalia, h pariter ex vulneribus non lethalibus ſ poſſe, ut quotidiana id experientia Quamvis & illud ſilentio minus involv ſit, quod Facultati præter omne meritu putetur, ſi quis illi tribuat, àc ſi in *R* 2. *pag. ult.* repletionem cavitatis thora lethali habuerit. Sanè Membris illius ſit gratia, memoria nondum ita debilita ut obliti fuerint eorum, quæ in *priori R circa finem* de evacuatione ſanguinis i race confertim collecti, absque jactur protulerant, eaque de cauſa non indig nitoriô quôdam Fridbergâ advolante, il contradictionis, ſi Diis placet, convi De Repletione Thoracis in alleg. R pag. ult. nequicquam habetur. Quod de hæmorrhagiâ lethali ob vaſa min nerata illîc adfertur, & in Theſi adſtru Autori Apologiæ æquè minus patrocin allegatus ab Eô *Sennertus*, dum, ut j

ictum, hâc vice non de Symptomatibus, ſed vulneribus lethalibus tractatur.

Quoad externam vulneris regionem, ejusue deſcriptionem, quam hac ex parte deſiderabamus, prætenditur eô ipsô, dum Relatio natomicis conſcripta ſit, ad quos ipſi, ſcilicet quirentes non impunè ablegati fuerint (quæ rba & qua ratione ablegatio illa facta ſit, Nos pere non poſſumus) quibus facilimum fo-, etiam absque denominatione locum vulratum vel digitis oſtendere, cùm ex mente iolani ſternum in parte ſuperiori ab auguſtô ncipiô ſenſim in amplitudinem lateſcat: ſum trium digitorum transverſorum latitudi- ſub claviculis vulneratum fuerit, locum, o ictus ingreſſus ſit, neceſſariò denominan fuiſſe.

Ut verò jam prolixè non disquiramus, an uscemodi Relationes, vel in ſpecie quoque c talis Anatomicis conſcribatur, vel an non tius eum in finem illæ & deſiderentur & anentur, ut ſub actione Proceſſus Criminalis dex Criminalis Ejusque Aſſeſſores, aut & ii, ibus Acta Inquiſitionalia, ad ſententiam gibus convenientem ferendam committun-, inde neceſſariam debitamque information haurire poſſint, de quibus jam in ſuperios quadantenus actum fuit: Quia tamen ad atomicos provocatur, hinc videbimus, an ò locus vulneratus, è Relatione, ſi rectè piciatur, tam facilè eluceſcat & ſine denoiatione quoque vel digitis oſtendi poſſit? atio hoc in paſſu ita ſonat: Vulnus in ſterni rte ſuperiori ad aliquot digitorum transerſorum latitudinem ſub claviculis intrando deorſum quodammodo vergendo, in edió ferè ſcapulæ dextræ rurſus exiiſſe. Jam tor Apologiæ è *Riolanô* fortaſſis malè intelo quidem præſupponit, quod ſterni princin anguſtum ſtrictumque ſenſim in amplinem lateſcat. Aſt magis è re illius fuiſſet, mpus, quod Riolano evolvendo inſum-, aut in Sceleto quodam ipſum ſternum, n defectu illius in figurâ quâdam æneâ deationem ejus & picturam paulò accuratius ndiſſet, ubi mox primô intuitu reperiiſ quòd deſcriptio ſterni à Riolanô annotata)riginali longis paraſangis diſtet; unde ferè iratione dignum, quod talis Anatomicus, jam à plurimis annis titulum Principis tomicorum affectavit, tam abominabi- errorem committere debuiſſet, niſi de illo ſternô ſit intelligendus, in quo mundatione ad conficiendum ſceletum ilagines coſtarum relinquuntur, & ſub hoc re communiter ſternum audit. Notum n eſt os ſterni, ob figuram externam & in ſuperiori parte latius; adhinc in acumen deſinit, pugioni ab Anatomicis aſſimilari, cujus nodus ſ. caput ſuperius in jugulo, apex autem (mucro ſeu mucronata cartilago dicta) in ſcrobiculo cordis finitur. Unde porrò ſequitur, quod digitorum aliquot transverſorum, quorum in Relatione mentio eſt facta (nunc verò numerus indefinitus, utut poſt feſtum, à concipiente, ad trium digitorum transverſorum numerum reſtringitur) diſtantiâ ſub Claviculis, quæ ad latera ſupremæ partis ſterni adnectuntur, nequicquam de ſternô reperiatur; & licèt etiam ex ſuperabundanti & contra clariſſimam inſpectionem ocularem admitteretur, quod ſternum deorſum verſus latius fiat, nihilo tamen minus deſcripta regio aliquot digitorum transverſorum ſub claviculis exinde ſatis obſcura foret, quod per rerum naturam impoſſibile, unum idemque vulnus, quale hoc quidem fuit, ſub utraque claviculâ, quæ ſibi neutiquam incumbunt, ſed in utroque latere, & quidem non ſibi proximè adjacendo, ſed interjectô ferè tantô interſtitiô, quanta eſt latitudo mediæ partis ſterni, in parte ſupernâ conſuetum ſuum ſitum habent, contingere poſſe; unde meritò determinari debuiſſet, an totidem digitis transverſis ſub dextrâ, an verò ſiniſtrâ clavicula ictus ſclopetarius intraverit, ad locum eò dilucidius annotandum.

Val. Pand.

Quæ ratione magnitudinis vulneris non deſcriptæ adferuntur, & quod determinatio ejus omninò non ſit neceſſaria, ea, tanquam mera aſſerta & narrata, eadem facilitate declinantur, quâ aſſeruntur. Alioquin, ſi neceſſitas urgeret, facilimè demonſtrari poſſet, quod deſcriptio magnitudinis in vulneribus tam ad proceſſum legitimè formandum, quam determinationem lethalitatis interdum ſummè neceſſaria ſit; in quibus diutius non commorabimur. Hoc verò in re tam ſeriâ ferè riſum meretur, quod dicatur, magnitudinem vulneris ab unoquovis facilimè definiri aut inferri poſſe, ſi inſtrumentum lædens, quod in Relatione ſclopetum ſtriatum, in Apologiâ verò ingens bombarda ſtriata audit, conſideretur: Quod neque Nos, neque alii reverâ ullô modô penetrare valemus, idque ob ſummam tuborum in bombardis diſparitatem; niſi forte Civitas Imperialis Fridbergenſis certa menſurâ civili, ſclopetis & bombardis ſtriatis dicatâ, gaudeat, cujus tamen nullam usque notitiam obtinuimus, eaque de cauſa, quod ex ignorantia facti hoc proceſſerit, ſatis excuſati erimus. Quamvis & eo in caſu incertum adhuc foret, & an ſclopetum illud globulo ordinariô debitoque oneratum & ſuffarcinatum fuerit, * quùm & fieri potuiſſet, ut minor globulus illi intruſus fuiſſet.

An

An verò ſive vicinia, ſive diſtantia ictus tormentarii vulnus foramenque amplius efficiat, quod No. 2. adducitur, incertum pariter eſt & ad deciſionem hujus rei parum aut omninò nihil efficiet. Qua ratione E. incertitudini, non tantùm menſuræ, à digitis transverſis deſumptæ, ſed & regionis ſterni intuitu, à Nobis motæ, ſatisfactum fuerit (ut gloriari ſatagunt) ex antecedentibus ſatis ſuperque apparet.

Quod Nobis porrò tribuitur, ac ſi per modum exprobrationis tum muſculorum intercoſtalium, tum coſtarum cartilaginibus ſuis junctarum mentionem deſideraverimus, id in rei veritate nullô modô ita ſe habet, nec unquam probari poterit. Hoc autem in Reſp. 1. invenietur, quod ponatur ex Anatomicis, haud ignotum eſſe, quod ſub Claviculis non tam ſternum (ut Relationi videbatur) quàm potius Coſtæ una cum ſuis cartilaginibus & muſculis intercoſtalibus reperiantur: Unde Au tores apologiæ labori, quem in indagationem cauſæ, cur partium mentio fieri debuiſſet, ſe impendiſſe perhibent, optimè parcere potuiſſent. Quin & Concipiens meliori jure ſe domi continuiſſet cum præſumta ſua Scientia Anatomica, quam, ſi Diis placet, circa ſternum & in ſpecie ejus cum coſtis connexionem oſtentare ſatagit, perhibendo, ſternum ipſis coſtis per eam συμφύσεως ſpeciem, quæ συγχονδρώσις, dicitur, conjungi, quod immane quantum à ſcopo declinat, hîcque tempus opportunum fuiſſet *Riolanum* ſuum conſulendi, qui in *Enchiridiô Anatomicô lib. 6. cap.* 15. articulationem ſterni cum coſtis arthrodiam vocat, totô genere à ſymphyſi differentem, idque rectiſſimè.

Quod ſternum, ut porrò additur, neque coſtas, neque muſculos intercoſtales habeat, novelli noſtri Studioſi Medicinæ norunt, ſi vel eminus in Res Anatomicas inſpexerint, neque opus erat, ut id ipſum, tanquam ſingulare aliquod myſterium, nobis communicaretur.

Quâ intentione exempla eorum, quibus pectus æquè transfoſſum, ac ſanguine repletum, & nihilominus in integrum reſtituti fuerant, in Reſponsô 1. adducta fuerint, ipſe contextus docet, quod ſc. neque penetrans vulnus, neque repletio Thoracis à ſanguine lethalitatem efficaciter concludant, eaque ſuo adhuc prorſus talo inſiſtunt; quemadmodum & Conceptor ipſe fatetur, quod non rejicienda ſint, utut in pari ſtatu non verſentur. Aſt neque ita res compoſita, ſed diſparitas demonſtranda eſt, quod, ſi talis adfuiſſet, facilimè fieri potuiſſet, ſi ſectio inſtituta fuiſſet. Licet æquè adhuc incertum ſit, an tota cavitas Thoracis partesque circumſtantes eô, ut perhibetur, modô repletæ fuerint, ſed ob ſectionem intermiſſam res potius æquè dubia manet, quæ aliàs omnia acilè in apricum deduxiſſet. Quin & Autori Apologiæ omninò difficile fuerit ex rubicu do-cœruleô, ut videbatur, latere, usque Coxendicis Medico Perito perſuadere, qu color ejusmodi ab extravaſatô & in Cavitate inſignem effuſo ſanguine neceſſariò ſemper pendeat, utpote quibus conſtat, in aliis ſu taneis mortis generibus, cumprimis Apop cticis, haud inſolitum eſſe, quod maculæ vidæ adſint, imò latus aliquod, aut & tot corpus rubro & cœruleo colore ſuffuſa ſi Neque etiam credibile eſt, ſanguinem è t race effluxiſſe, & per viam tam anguſtam, tium ſc. inter cutem & carnem vi quadam ſe ſinuaſſe, cum tamen viam longe amplior per vulneris orificium reperire potuiſſet.

Quod tandem in hoc Secundo Mem ſubjungitur, ſectionem ſc. non ad eſſe, ſe bene eſſe judicii de vulneris interni lethali ferendi concurrere, id neque è *Welſchii* nitione, neque allegato *Sebizii* loco dem ſtrari poterit. Hoc, cæteris licèt paribus, gimur, quòd circa finem §. Eſt igitur &c legatæ partes, cuticula ſc. cutis &c. in Rel ne ejusmodi omittendæ ſint, dummodò p quæ vulnus lethale efficit, ſi opus fuerit, ficienter deſcripta ſit. Quodſi jam in ob hac relatione pars vulnerata ſufficienter de pta fuiſſet (quod omninò neceſſarium eſ tis ſuperque deductum) nullæ prorſus i terminandâ lethalitate difficultates ſubortæ ſent; Hôc verò non factô, judicium ſup thalitate meritò in ſuſpensô manet, & è c (dum utique ſcapha ſcapha eſt vocanda) I ctio peracta manca, mutila & imperfecta dic

Ex adductis hucusque rationibus nun cilimè eluceſcit, quòd judicium ſuper qu te vulneris prolatum meris conjecturis, mè verò ſolidis firmisque rationibus, nit nec aucupium hîc verborum adhibetur quia nulla evidens certitudo hujus pronu ti proſtat, eſt & permanet id mera conj ra; quemadmodum & Autor Relationi nec ſuſtinuit, nec potuit illam partem, qu nus lethale reddit, ſufficienter deſcribere, a lummodò nominare, ſed quæ de pulmoni aorta ponuntur, ſaltem è ſuſpicione orta Nec multum hîc ſubſidii reperitur in *Sylvi* rietate hujusque verbis: *Opinor, Suſpicor,* derando manifeſtiſſimam, quæ intercedit ferentiam, cùm, quæ de parte lethaliter ctâ ſ. vulneratâ ſciri deſiderantur, ad oc demonſtrari potuiſſent, dum è contra *Sy* circa eruendam veritatem abſtruſius latita occupatus erat, ubi in verbis *opinor, ſpi cor,* utique ipſi ſubſiſtendum erat; cum trariô nullum ſit dubium, Eundem, ſi p ejus tam evidenter ab illo demonſtrabili ſent, uti pars vulnerata hîc detegi potuiſſe minis longè aliis uſum fuiſſe, ſuoque ter pauciores Adverſarios, ab obitu verò Aſſeclas reperiſſe. Ad tales imputatas, principiô conceſſas, conjecturas igitur

, Autor Apologiæ lethalitatem vulneris dictice demonſtrare conatur. Cùm verò onſtrationis hujus fundamentum ficulneis, itatur pedibus, ejusdem ſc. valoris eſſe, in extravaſatione ſanguinis magnum aliod vas, ſive minus læſum fuerit, quod tan omnium Chirurgorum & Medicorum ıcipiis repugnat, Scriptique Autor dubio cul in *Sennerto* locô à ſe ipſo citatô, legequi aſſerto huic caſui omninò ſimili è diaetro contradicit: Ea pulmonum vulnelethalia non ſunt, in quibus ſaltem pulmoım ſubſtantia, non vero magna vaſa læſa nt. Contra ſi non ſolùm ſubſtantia pulmos, ſed & magna in eô vaſa, venæ ſc. arrioſæ, & arteriæ venoſæ inſignes rami vulrentur, vulnera lethalia ſunt. Quod m judicium modò laudatus *Sennert. Lib.* 2. *rt.* 2. *C.* 11. *Pract. Med.* in Prognoſticis tit, ſimulque ex *Andr. à Cruce lib.* 4. *r. Tract.* 2. *c.* 5. exemplum alicujus alle, cui pulmonum portio, è vulnere elapſa, cta & perfectè tamen curatus fuit. Cui lia pariter apud *Nicol. Tulpium Obſ. Med.* 2. *c.* 17. reperias. Ejusdem quoque ſeniæ eſt *Bernhardus Svevus in Tr. de Inſp. ner. lethal. & non lethal. Part.* 2. *c.* 7. ſæpius allegatus *Welſchius in Rat. Vulım Lethal. Jud. c.* 6. ubi plures adhuc Aues adducuntur: Hinc unô impetu cadit uniſus apparatus tam operoſè conquiſitæ Apoæ.

E quibus omnibus hactenus fuſè adſtrurationibus jam tantum elucescit, Nosque nimiter ſtatuimus, quod non obſtante que hâc Apologiâ Fridbergenſi ſub num. ulnus quæſtionis, ob intermiſſam ſectioatque inſpectionem internam, pro abè & ſimpliciter lethali apodictice aſſeri poſſit, ſed negotium hoc, ratione le tatis vulneris, æquè dubium, ac antea aneat.

Quod in ſubſidium veritatis, prævia retione referre, & appreſſione Sigilli FacultaMedicæ conſueti confirmare voluimus. *Giſſæ die* 25. *Febr. An.* 1681.

Decanus & Profeſſores Ord. Facult. Medicæ h. l.

Reſponſum Facult. Medicæ Heidelbergenſis; deſuper lethalitate vulneris præcedentis ſub inſpectione non aperti.

Poſtquam in Libera Imperiali Fridbergenſi, anno 1680. die 18. Auguſti, Vir ım ſclopetô majore ſtriatô, ab aliô (qui nte rixatus erat, & tam ſub compotatioıàm plenô fervore clunaclum prehenderat) cum in hypocauſto ſtaret, per januam exploſo ictus fuit, ut ſtatim exanimis ad terram corruerit, & abhinc juſſu Magiſtratus die inſequente, qui 19. Aug. erat, à Dn. Phyſico Ordinariô & adjunctô Chirurgô inſpectio inſtituta fuit, hi (juxta tenorem Atteſtati Medici & Chirurgi ſub num. 10.) retulerunt, vulnus in parte ſuperiore ſterni, ad aliquot & (ut poſtmodùm additur) trium digitorum transverſorum diſtantiam ſub claviculis intrando deorſum quodammodò corpus penetraſſe, & medio ferè ſcapulæ dextræ rurſus exiiſſe (globulô ſclopetariô ſatis altè in parietem penetrante) indeque Defunctum ſtatim exanimatum corruiſſe: Cavitate Pectoris ſimul ſanguine extravaſato adeò repletâ, ut ad ſuperficiem vulneris externam in ſternô tenderit, & ſub inverſione corporis, in quantum aliqualis coagulationis ergo fieri potuit, ubertim effluxerit: Omnia juxta tenorem ſupra allegati Atteſtati. Unde quæritur, *an vulnus ita conſtitutum abſolutè & ſimpliciter lethale fuerit?*

Quapropter, præviâ maturâ deliberatione & diligenti perluſtratione omnium illîc ventilatorum nobisque communicatorum Actorum, collegialiter & unanimiter in id conſenſimus, quòd (licèt valdè quoque neceſſarium fuiſſet, ut ſectio medii ventris à Dn. Phyſico & Chirurgô ad id deputatis inſtituta, aut ad minimum ſollicitata magis eſſet, quia hâc ratione ad oculum & quaſi digitis partes violatæ demonſtrari potuiſſent) nihilominus juxta indicia ictus ſclopetarii, tam ratione introitus, quàm exitus, ut & ſecundùm ſitum partium communiſſimum (quia cor in parte ſuperiore cum vaſibus principalibus vulneratum fuit, cumprimis, dum ictus omninò cominus & tali ſclopetô, è quô globulus exploſus in corpore hinc inde rotatur, & quicquid adoritur, extemplò diſcerpit) vulnus hoc abſolutè & ſimpliciter lethale fuerit: Simul tamen credentes, iram, ebrietatem & terrorem, tanquam concauſas, ſymbolum ſuum contribuere potuiſſe, ita tamen, ut mors immediatè ab ictu ſclopetariô inducta fuerit.

Quod in ſubſidium veritatis hiſce profitemur & Facultatis noſtræ ſigillo confirmamus. *Actum Heidelbergæ die* 30. *Aprilis*, 1681.

(L.S.) *Decanus, Senior, Doctores & Profeſſores Acad. Elect. Heidelbergenſis.*

CASUS XI.

DE VULNERE PECTORIS & DENEGATA INSPECTIONE LEGALI.

Extract. è Protocollo Conſulari.

ACtum die 13. *Junii Anno* 1679. manè circa horam dimidiam ſecundam J. T. S. Chirurgi N. miniſter indicat, ſe ad Æthiopis Dn. Comitis N. vulnus periculoſum deligandum fuiſſe accerſitum, quod ipſi in porticu frumentariô, incertum, à quô fuerat inflictum; Æthiopem totum eſſe ebrium, vulnusque videri periculo non vacare; plura fortaſſe à pueris mendicis, qui in locô iſtô pernoctârunt, reſciri poſſe.

Actum die 23. *Jun.* J. T. S. Chirurgi Miniſter juratò dicit, Æthiopem ex porticu in diverſorium fuiſſe deportatum, ubi ipſe demum vulnus inſpexerit & deligaverit; illud autem in latere ſiniſtrô ad digiti latitudinem infra papillam valdè parvum adparuiſſe, ſe vero certo adſerere non poſſe, quali armorum ſpecie fuerit inflictum. Ipſum vulnus ad dimidii digiti longitudinem nonnihil introrſum & ſimul verſus inferiora declinâſſe; non potuiſſe tamen ſe certò explorare, an in corporis cavitatem penetraverit, cùm durius debuiſſet tractari, ſi ſtylo penitius inveſtigare tentaſſet, quod apud tam ebrium hominem non ita benè fieri potuiſſet. Et hanc ipſam ob ebrietatem indicia circa vulnera contingi ſolita, eò minus obſervari, aut ſciri potuiſſe, an ex vulnere vel ebrietate illa deducenda forent; ipſum quoque Æthiopem vulneris ſui inſcium fuiſſe, nec ullo verbo indicare valuiſſe, quid cum ipſo actum fuerit, ſed tantùm, quantum percipi potuerit, ſe faſcinatum eſſe, edixiſſe. Cæterum digito ori admoto ad vomitum ſe coegiſſe, quo nihil aliud, quàm quod ab ebriô fieri ſolet, nec ullus ſanguis prodierit.

Actum die 11. *Julii.* Hoſpes diverſorii juratò interrogatus retulit, noctu circa duodecimam horam quatuor mendicos pueros januam diverſorii pulſaſſe, ipſique Æthiopem vulneratum eſſe indicaſſe, unde Stabuli Magiſter, cui id ipſo notum fecerat, Heiduccum, coquum, tibicinem & promumcondum ſuum ad vulneratum amandaverat, qui eum ſupra trabem inclinatum offenderant, & Chirurgum advocari fecerant, tandemque cùm advenientibus duobus Chirurgi Miniſtris in hoſpitium deportaverant, in quò menſæ impoſito exiguum vulnuſculum adparuerit, Æthiops autem deligationem admittere recuſaverit, usque dum ſupra culcitram ſtramineam reclinatus, atque à Coquo, ut deligationi non reſiſteret, perſuaſus fuerit. Chirurgos de vulnere non admodum grave judicium formaſſe, Tubicinem dicere, Æthiopem noctu pœnitentiâ ductum Deo peccata ſua deprecatum eſſe, neminem tamen eundem moriturum credidiſſe; manè autem horâ ſexta, quòd jam vitâ exceſſerit, ſe percepiſſe &c.

Promus condus hoſpitis eadem ferè edic
Æthiopiſque manum & caput ſupra trabem
pendiſſe &c.

Mediaſtinus hoſpitii noctu ſæpius eum
clamaſſe: Væh! væh! non potuiſſe tam
præ ebrietate enarrare, quid ſibi contiger
aquam pro potu expetiiſſe, ſat alacriter lo
tum fuiſſe, ut eundem tam citò moritur
non crediderint &c.

Requiſitio.

D. 20. *Julii* per Senatus Decretum Co
gio Medico gladius Percuſſoris, intereà t
poris cum ſocio ſuo in captivitatem ducti
& Extracta ſuperiora exhibita, Chirurgi M
ſter de ſtatu vulneris examinandus coram
dem comparere juſſus, Collegioque an vu
lethale ſit dicendum? Sententiam ſuam f
injunctum fuit.

Sed cùm de ſtatu vulneris (quod qui
mucroni gladii quadrabat, cujus etiam e
mitas, ad digiti longitudinem, nonnihi
curvata erat) certi quid ex datis indiciis d
minare non liceret, ſcrupulus tamen m
batur, cor ob inſecutam tam celerem mo
fuiſſe perfoſſum, præcipuè cùm vulnus p
mè infra ſiniſtram papillam comparuerit
pulſus nullus vel debilis extiterit &c.
dem tamen concluſum fuit, vulnus per
dens lethale eſſe pronunciandum, ſtante
quod vulneris exploratio à Chirurgi Mi
ritè fuerit peracta & relata; hâc ſiquiden
tione cor â vulnere immune fuiſſe, qu
Chirurgi ſtylus in cavitatem pectoris no
netravit, neque aeris ex vulnere egreſſu
obſervatus; 2. Vulneris profunditas di
digiti longitudinem æquans, ut & ejuſde
inferiora deflexus cor attingere & ferire
potuit. 3. Pulſum nullus in explorando
ritus tetigit, debilitaſque ejus ex aliis cauſ
ri potuit.

Unde hanc renunciationem Ampli
Senatui Collegium Medicum exhibuit.

Reſponſum Collegii Auguſtani.

P. P.

CUm Chirurgi Miniſtrum exactè de
vulneris examinaremus, ultra illud
coram D. Conſule recenſuit, nobis ulter
tulit, nullum in eô pulſum ſe depreh
potuiſſe, vulneratumque dixiſſe: oh!
mihi obtigit? non poſſum amplius
re: Confeſſarium etiam, ut accerſerer
tiiſſe, obſtitiſſe tamen ejus Contuber
dicendo, hominem prorſus eſſe ebriu
rationis uſu carere; tandem cùm Chi
ipſe circa quintam matutinam hora
veniſſet, poſt dimidiam eundem,
ullo animi deliquiô, ſubitò & placi
ſp

aſſe, prius verò rubicundum cum obſcuri oris ſanguine permiſtum ex vulnere ema- ſe; poſt obitum ſe à Stabuli Præfecto petiiſ- ut vulneris vel cadaveris apertio concede- ır, qui tamen ipſi, inſtrumentis Anatomi- nſtructo ad diverſorium redeunti, Dn. Co em nolle in apertionem conſentire, denun- erit, cùm non ſit neceſſaria, facileque ad- at, quonam vulnus pertingat: ſibi verò, ris in urbe hac eſſe, regerenti, vulneratos s aperire, quò, ſi percuſſor innoteſceret, a relatio de vulnere fieri queat, reſpon fuiſſe datum, Dn. Comitem admodum gnari, dixiſſeque, ad quid denuò Æthiops xcoriandus, ſatis jam eum eſſe excoriatum as man ihn nochmahlen ſchinden wolle, ye gnug geſchunden?) unde difficile eſt are, an vulnus per ſe fuerit lethale nec ne? ipuè cum nullus ex noſtrô Collegio, ne- ante, nec poſt mortem, vocatus fuerit, l meritò fieri debuiſſet, ut eò minus de vel altero dubitari potuiſſet: *Vid. Statuta rm. Mogunt. c.* 8. §. 4. *& Haſſo Caſſel. . Med. cap.* 7. Cum itaque inſpectio, quæ um certum medium cenſetur, per quod gnitionem lethalitatis vulnerum deveniri ſt, fuerit omiſſa, & nobis ex ſola Chirurgi- iniſtri relatione de ſtatu Vulneris cum Chirurgicô inſtituta, in corpore vivô, & em eò minus, ubi vulneratus admodum uietus eſt, difficilis atque incerta eſt; con- ramur tamen, vulnus non ſimpliciter & utè, ſed per accidens lethale eſſe dicen- , cum percuſſus non tantum fuerit ebrius, mul irâ accenſus, quod utrumque ſolum mortem acceleraſſe hiſtoriæ variæ confir- t; non minus nocturnus ille longior & s ſupra trabem in porticu corporis poſitus em accelerare potuit, præcipuè ſi Æthiops cum Veneribus ſuis, quas apud ipſum conſtat, ſe nimium delaſſaſſet. Id quod & tutâ noſtrâ conſcientiâ referimus.

Decanus, Vicarius & Collegium
Medicum Auguſtanum.

CASUS XII.
DE
SPECTIONE ILLEGALI VULNERIS & CONTUSIONIS CAPITIS.

Requiſitio.

Um die 16. Auguſti nuperrimè præter-lapſo, manè circa horam 8. Conradus l, Oberlaisâ Niddanus, MARTINI GEM-HII capiti ictum flagellô ibidem inflixiſſet, Gembachius hic inde neque obmutuit, neq; in terram procidit, ſed poſtquam ex horreo domum ſe contulerat, bipennem quæſiverat, hancque non reperiendo, ligone inſtructus ad ædes Appelii redeundo hunc provocaverat, indicando, ſe proprium cum illo ſanguinem diviſurum, ita ut vel ipſe vel Appelius interire debeat, & aliâs quoque irâ ſummoperè commotus fuerat, hinc eodem adhuc die circa veſperam obiit: Dum E. Sectio à Chirurgis Niddanis inſtituta, & ut adjecta docent, ſcripta & relata fuit;

Hinc Ampliſſ. Facultas Medica Giſſenſis officioſiſſimè debitóque modô rogatur & requiritur, ut judicium ſuum gratioſè impertire velit,

An, & quouſque Chirurgi Relatio cum Artis principiis conſiſtere? & an credibile eſſe poſſit, quòd à plagâ quadam illæsô & integrô craniô, pia & dura mater, cum venulis quibusdam dilacerari potuerint? An tandem vulnus hoc Defuncto lethiferum, ſepoſitis aliis, fortè ex nimiô iracundiæ & vehementioris motus calore ortis ſymptomatibus, fuerit & *pro vulnere lethali habendum ſit?*

Relatio.
Actum Oberlaiſæ die 16. *Aug.* 1689.

POſtquam heri, die Veneris, 16. ſc. Aug. &c.

I. Plagam medio capitis inflictam obſervavi, unde cutis & caro in capite digiti circiter longitudine diſruptæ, craniô illæſô & integrô exiſtente.

Attamen II. ab ictu hôc vehementi dura & pia mater cum venulis in cerebrô diſſiliêre, multumque ſanguinis per utrasque effluxit, qui cranium inter & duram matrem in unum ſe acervum collegerat, à quô vir ille neceſſariò obiit, cum impoſſibiliter curari potuerit.

Juxta hæc in Defuncti capite aliquot adhuc ictus occurrebant, quos tamen Chirurgus (excepto priore) pro lethalibus non habuit. Sig. ut ſuprà &c.

Reſponſum Facult. Medicæ Giſſenæ, deſuper illethalitate vulneris & contuſ. capitis.

AD propoſitas Quæſtiones: *An & quouſque Chirurgi Relatio de ictu à Conrado Appelio, Oberlaiſenſi, Martino Gembachio flagello in caput inflicto, hujusque inſequente Morte, cum Artis principiis conſiſtat?* 2. *An credibile vel poſſibile ſit, ut ab ictu quodam, illæſo & integro cranio, pia & dura mater, cum venulis quibusdam, dilacerentur? & an tandem* 3. *vulnus hoc lethiferum ſit?*

Nos Decanus & Profeſſores Ordinarii Facultatis Medicæ prævià omnium & ſingularum adductarum circumſtantiarum accurata conſideratione Principiis Medicis & Chirurgicis conſentaneum eſſe dicimus:

Ictu die 16. Auguſt. nuperrimè elapsô tempore matutino circa horam 8. à Conrado Appelio Oberlaiſa-Niddano, Martini Gembachii capiti, mediante flagello inflictô, hic Gembachius neque obmutuit, neque in terram procidit, ſed poſtquam ex horreô domum ſe contulerat, & variis eructatis verbis ſe irâ ſummoperè percitum eſſe prodiderat, eôdem adhuc die circa veſperam demortuus eſt. Sectione igitur & apertione Capitis die inſequente, qui 17. Aug. erat, inſtitutâ, primò ictus in mediô capitis ſe truſit, quô cutis & caro in capite ad digiti circiter longitudinem diſruptæ fuerunt, craniô illæſo & integro manente, ita tamen, ut à vehementi illa plaga dura piaque mater cum venulis quibusdam in capite diſſilierint, multumque ſanguinis per utrasque effluxerit, qui inter cranium duramque matrem in unam quaſi maſſam ſe collegit. Omnia ſecundùm tenorem quæſtionum ſuprà dictarum ipſiusque Relationis.

Jam à principiô ſtatim non poſſumus non monere, quòd è re utique fuiſſet, ſi ad arduam ejusmodi inſpectionem, utpote quæ ſanguinem humanum concernit, Anatomiæ periti adhibeantur, qui omnes & ſingulas circumſtantas, tam ipſius vulneris, quàm partium vulneratarum, nec non vicinarum obſervare, & abhinc de conditione læſionum accuratiorem & dilucidiorem relationem formare & communicare poſſent, unde poſtmodum ſolidiori cum fundamento certum aliquod judicium ſuper lethalitate formari poſſet.

Quoniam igitur ex adjectâ Relatione eluceſcit, quòd ſub inſtitutâ ſectione Chirurgus omninò non inquiſiverit, an ſanguis fortè coagulatus in quartô cerebri ventriculo, vel circa principium nervorum collectus fuerit, quod præ omnibus tamen aliis fieri debuiſſet, ſed maximoperè ſanguinem illum, qui inter cranium & duram matrem collectus fuit, reſpexerit, & quoniam ſanguinem hunc nullô modò è capite educi poſſe exiſtimavit, hinc quoque judicium ſuum, virum ſc. illum neceſſariò demortuum, & impoſſibiliter curari potuiſſe, in hoc fundaverit; Et verò è præceptis Chirurgicis conſtat, quod in ſimilibus ictibus vehementioribus per V. S. Clyſteres, varia epithemata externa, unguenta, emplaſtra & ſimilia non tantùm præcaveri poſſit, quo minus tantâ in copiâ ſanguis affluat, ſed etiam jamdum collectus, per modum diſcuſſionis, reductionis in vaſa &c. & ſi hæc quoque remediorum genera irrita fuerint, per cerebri perforationem aut trepanationem diſſipari & derivari poſſit;

Hinc judicium à Chirurgô ſuper lethalitate vulneris prolatum, quod ſc. impoſſibile fuerit læſum percurari potuiſſe, ex ſupradictis c
ſis Principiis Artis minus conforme eſſe ſta
mus, exiſtimantes potius, quòd, cùm p
ter ſanguinem, inter cranium & duram
trem collectum, nulla amplius conſtitutio
rebri præternaturalis in Relatione enarret
ictus hic pro ſimpliciter, per ſe & abſolute
thali non habendus ſit, ſed poſtquam ictu
inflictô neque obmuteſcentia, nec impo
tia motus inſecutæ, & ita cerebri commo
tam exceſſiva, ut apparet, non fuit, fieri
dem potuerit, ut ex nimiâ iracundiâ & e
veſcentiâ ſanguinis mors illa ſubitanea in
ta ſit, cum ſatis ſuperque conſtet, quid ira
modica in commotione & inflammatione
guinis efficere valeat, ipſaque experienti
ſtetur, quod non periculoſi tantum mo
ſed mors etiam ſubitanea inde fuerint c
qualia exempla *Guil. Fabric. Hildanus*
1. *Obſerv.* 18. *it. lib.* 1. *Ep.* 1. *allegat.*

Aliâs verò utique fieri poteſt, ut ab ictu
dam, illæsô & integrô craniô, pia &
mater, unà cum venulis quibusdam læda
cum experientia teſtetur, quod interdu
terior cranii lamina, & ita os duriuſcu
ſalva exiſtente externâ, à plagâ quadam
ram agat, imò & fragmenta quædam in
parentur, quod Latini Contrafiſſuram v
fortunium vocant.

Quod in ſubſidium veritatis appre
Sigilli Facultatis Medicæ ſolennis confi
voluimus. *Sign. Giſſæ die* 12. *Sept.*
1689.

Decanus & Profeſſores Ord. Fa
Med. Giſſ.

CASUS XIII.
DE
VULNERE CAPITIS MAL
INSPECTO.

MANDATUM PRINCIPA E

Ad D. Heilandum.

ELISABETHA DOROTHEA

Dei Gratiâ, Haſſiæ Land-Grav
&c. &c.

Doctiſſime, &c.

EX incluſis additamentis videre l
quàm Tragicus ſe caſus Auerbaci
dum Subditus quidam Johann Wildha
dem conjugem ſuam ob ſuis, quam tu
cturam miſerrimè verberavit, jactuque
neravit, ut paucis abhinc diebus obier

Quandoquidem igitur famâ ejus ad
latâ cadaver demortuæ inſpectum & à
Electorali N. N. Chirurgô N. & aliô h
Barbitonſore & Chirurgo de illis, q
inſtituta Sectione obſervârant, talis,
nale adjectum oſtendit, Relatio in

rit: Nos autem & Tuum judicium hâc in ſâ ſcire deſideremus; Hinc Gratioſiſſimè emus, ut totum hoc negotium ſecundum nes circumſtantias maturè perpendas & jum Tuum & ſententiam de eô, cum remiſſe incluſi, ut primum illud fieri poterit, ximè ſubjectiſſimè transmittas. Ita fore ò confidimus, Tibique Gratioſiſſimè addi ſumus. *Darmſtadii die* 15. *Aug.* 1687.

E. D. HLmp.

Relatio Sectionis.

D requiſitionem DN. N. RAYSII, Cel larii Principalis Haſſo-Darmſtatini in ngenberg, Mulieri die 26. Julii à Maritô riô ictum inflictum jactuque illatum vul-, unà cum binis Chirurgis inſpexi, quod us in principiô, tam à vulneratâ, quàm ito ejus, flocci penſum & inſuper habitum tertio autem die Chirurgus advocatus eſt, cujus relationem fœmina viribus adhuc gris ſanoque judiciô gaudens reperta fuit, c 1. Auguſti die omninò decumbere coge-: Secundô ejusdem, prævio dentium ore, continuum oris ſpaſmum & tetanum cis ſenſerit: Tertiô autem, qui poſt fa- nonus erat, integrâ adhuc ratione ani- exhalârit. Quod jam primam attinet m, ſupra futuram lambdoideam ſub cer- cutis nigricans erat & cœrulea, intus ſan- coagulatô omnino perfuſa usque ad cra- fere: Hoc autem omninò illæſum. Sub ô, deſuper membrana craſſa, ubi cere- m mediante meninge craſſiore (dura ma- ctâ) dividitur & à cerebrô ſeparatur, ali- ſanguinis extravaſati grumoſi nigricantis iciebatur, antrorſum verſus oculum, ubi s opticus per meninges ad bulbum oculi rit, durâ matre colore flaveſcente & cœ- infectâ, à materiâ ſc. ſequentium vulne- Tertius ſinus vel ventriculus cochleare quæ carnei coloris continebat, non ab- aquæ vel LYMPHÆ STEATOMATI- Omnes autem venæ in ſuperficie & par- ticoſâ cerebri à ſanguine nigricante tur- ant: Vulnus autem ex ictu violentiori, pore dextrô, cuticulam, cutem & mem- m carnoſam, usque ad perioſtium, digiti ngitudine, deorſum verſus ad cavitatem primæ maxillæ inferioris, cui caput in-, penetrabat; unde ægra quoque intra m os aperire non potuit, læſoque proba- nervô quintæ conjugationis, ſpaſmus nus acceſſit. Unde propter tantam di- em hujus muſculi temporalis ejusque a vaſa & conſenſum cum Meningibus ulnera profundiora, quandoque minus nec in tempore obligata, lethalia fieri & vocari poſſunt. *N. A.* 1687. *die* 6. *Aug.*

N. Caſp. N. D. Arch. Elect.
Fridericus Beck. Chir.

Reſponſum DN. Michaelis Heilandi, deſuper illethalitate vulneris capitis.

P. P.

QUæ SERENISSIMA VESTRA CELSITUDO, occaſione Tragici cujusdam, qui aliquot abhinc diebus Auerbaci accidit, caſus Clementiſſimè in mandatis mihi dedit, ut nempe ipſum negotium, cum omnibus, in Relatione â Medico Electorali Moguntinô ipſisque Chirurgis impertitâ contentis, circumſtantiis maturè ponderarem, atque judicium meum & ſententiam ea deſuper, utprimùm illud fieri poſſet, ſubjectiſſimè transmitterem; ea ex Sereniſſ. V. Celſ. Mandato Gratioſiſſimô, die 15. Aug. ad me dato, heſternô demum die mihi traditô, humilimâ cum Veneratione fuſius percepi.

Huic Gratioſiſſimo Mandato ut devotiſſimè ſatisfiat, ſupradictam Medici Elect. Mog. Chirurgorumque Relationem (quam his ſimul remitto) debita cum diligentiâ accuratè perlegi, omnes illîc adductas circumſtantias maturè perpendi, ubi quidem primô ſtatim intuitu obſervavi, quod in eâ, tam ratione formalium, quàm materialium, unum & alterum deſiderari poſſet, ut, dum in deſcriptione primi ictus dicitur, quod ventriculus cerebri tertius cochleare ferè aquæ carnei coloris, non abſimilis aquæ vel lymphæ ſteatomaticæ, ut verba ſonant, continuerit: Utique ſummè neceſſarium & ad ſcopum in ſimilibus inſpectionibus nunquam non propoſitum omninò proficuum fuiſſet, ſi relatum ſimul eſſet, an & quid in quartô ventriculô, qui, præterquam quod hîc eſt principium nervorum, creditur & habetur à nonnullis officina ſpirituum animalium eaque de cauſâ Nobilis audit, præter naturam inventum fuerit; ut taceam, quod is, qui Steatomatis eſſentiam noverit, haud facile ſibi conceptum aquæ vel lymphæ ſteatomaticæ formare poſſit. Similiter in deſcriptione alterius vulneris intelligi nequit, quid Conceptor per Cavitatem primæ maxillæ inferioris, cui caput inſeritur, ſibi velit? & quæ fortè ulterius, ſi è re foret, moneri poſſent.

Ut verò ad id, quod rei caput erat, redeam, meamque deſuper vulnere in dictâ modò Relatione deſcriptô ſententiam impertiam, à fronte præſuppono, quod ubi judicium aliquod ſuper lethalitate vulnerum deſideratur, id

id nullo modo de lethalitate quacunque, quæ etiam per negligentiam, incuriam & errorem Chirurgi, vel & à propriâ Vulnerati culpâ maloque regimine oritur, intelligendum ſit: Cùm eâ ratione etiam vulnera leviſſima evadere poſſint lethalia, & ut epilogus ſæpius allegatæ Relationis habet, talia vulnera quandoque minus ritè nec in tempore deligata, lethalia fieri & vocari poſſint: Sed quando de Lethalitate vulneris ſententia ferenda eſt, quæſtio eſt, an deſcriptum vulnus per ſe ſimpliciter & abſolutè lethale ſit?

Horum ergò vi meum de vulneribus, Uxori Joh. Wildhaüſeri illatis, judicium eſto, quod ſequitur: Quandoquidem ſub inſpectione, juxta tenorem Relationis, obſervatum non fuerit, quod ullum, multo minus periculoſum aliquod, vulnus cerebro inflictum fuerit, nulla ſymptomata periculoſiora acceſſerint, indeque vulnera illa ab initiô inſuper habita, iisque nulla medicamenta adhibita fuerint, ſanguis & lympha autem in capite ſtagnantes V. S. Enematibus, Epithematibus aut tandem Trepanatione aliisque remediis aut evitari aut reduci potuiſſent, vulnera quoque Temporum, propter conſenſum cum cerebrô & hinc reſultantia ſymptomata graviora, periculoſa quidem, minimè verò lethalia habeantur;

Hinc vulnerationes illas deſcriptas pro vulneribus per ſe, ſimpliciter, & abſolutè lethalibus habere non poſſum.

Quam ſententiam meam, utpote Principiis Artis conſentaneam Sereniſſ. Veſtr. Celſitudini humilimâ cum Devotione offerre volui: Sereniſſ. V. Celſ. c. Sereniſſ. Principe Juvent. Totaque Domo &c. DEI T. O. M. Providentiæ committens. *Giſſæ die* 22. *Aug.* 1687.

CASUS XIV.

DE
VULNERE CAPITIS MINUS RITE INSPECTO.

Relatio Chirurgorum.

JUſſu Dn. *Georgii Phil. Junckeri* Prætoris Provincialis Haſſo-Darmſtatini & Dn. *Lud. Antonii*, Vice-Præfecti Naſſoico-Saræpontani, tanquam Magiſtratus Hüttenbergenſis, nos bini Chirurgi, Georg Reinhard Langsdorff. & Herman. Vincenz. Erich, ambo Giſſenſes, Nidercleam ad exanimatum illîc corpus vocati, idem præſentibus modò dictis Præfectis utriusque Dominatus, ut & Joh. Schmidtiô & Jacobo Nernſio, utpote binis Senioribus juratis inſpeximus & obſervavimus cadaver demortuum jactum lapidis in ſiniſtro capitis latere; tempore excepiſſe, adeò ut à ja[...] hoc cranium ad aurem usque fiſſuram, di[...] dii digiti longitudinem æquantem, egerit, [...] multum ſanguinis coagulati inter craniu[m] [...] cerebrum repertum fuerit, quod hiſce a[...] ſtamur, dat. *Nidercleæ die* 30. *Ma[...]* *Anno* 1668.

Georg. Reinhard. Langsdorff
Chirurg. Urbicus.
Herman. Vincenz. Erich.
Chirurgus Præſidiarius.
Johannes Schmidt.
Johannes Nern.

Reſponſum I. Facultatis Medicæ Giſſ[...] *ſuper lethalitate vulneris capitis a jactu lapidis.*

CUm à Regimine hujus loci Principa[...] quiſiti fuerimus, ut ſententiam & [...] cium noſtrum ſuper lethalitate vulneris [...] 29. Martii jactu lapidis vulnerati & eaden[...] cte demortui inſpectique Johannis Schr[...] Niedercleenſis aperiamus;

Hinc non tantùm Acta nobis commu[...] ta ſedulò perluſtravimus Chirurgorumq[...] inſpectione exaratum atteſtatum ſollicite [...] ſideravimus, ſed & allegatos modò Chir[...] denuò hac de re examinavimus, è quib[...] men plura & dilucidiora, quàm in att[...] jam contenta & indicata erant, vix ac ne v[...] dem extorqueri potuerunt, quod ſc. ob[...] tum fuerit: Cadaver exanimatum in ten[...] re ſiniſtro jactu lapidis vulneratum fuiſſ[...] quô cranium ad aurem usque fiſſuram [...] midii digiti longitudinem æquantem, [...] multumque ſanguinis coagulati inter [...] nium & cerebrum repertum fuerit. [...] quidem de nihilo non eſt, omnia vulner[...] tuſiones & ictus capitis plerumque non [...] periculoſa, ſed & plericulum pro div[...] partis læſæ variè dijudicandum eſſe, i[...] dem, ut oſſa temporum eorumque [...] neutiquam inter leviora habenda ſint, [...] quod *Hippocrate teſte lib. de vulneri[...]* *pitis*, ex reliquis oſſibus, quod eſt ad [...] ra, maximè ſit imbecille: Partim quod i[...] venæ, arteriæ & nervi illîc reperiantur [...] rum læſiones plerumque varia & ſati[...] ſta ſymptomata inferunt;

Nihilominus tamen exinde non ſt[...] thalitas abſoluta concludi poteſt, cùr[...] ta, per ſe quidem admodum pericul[...] nera, ex accidenti non raro fiant letha[...] ſupervenientia ſc. ſymptomata, ægri[...] tutionem, curationis maturandæ neg[...] aliasve circumſtantias, ut apud *Hipp[...]* *Prorrhet. Galen. l.* 4. *M. M. c.* 6. *C[...]* 5. *c.* 26. *Sennert. lib.* 1. *Prax. c.* [...] *Horſt. T.* 2. *Obſ.* 3. *Guil. Fabric.* [...] *Cent.* 2. *Obſ.* 8. aliosque Medicos & [...]

s quamplures videre licet. Hujus intuitu quia, imprimis in præſenti caſu, ſub in- ſpectione vulneris ſufficiens inquiſitio inſtituta n fuit, cùm præ omnibus cerebri membra- , ſubſtantia & partes, principium nervo- n &c. eorumque conditio benè conſideran- , examinanda & deſcribenda fuiſſent, quæ ninò inſuper habita minusque notata fue- it: Hinc exiſtimamus, ex hujusmodi Chi- gorum atteſtatô illicque contentis indiciis b illis ipſis repetitâ relatione, vulnus ſupra- tum quidem pro ſummè periculoſô, neu- iam verò ſimpliciter & abſolutè lethali ha- dum eſſe.

Atteſtationis ergò ſigillô Facultatis con- o omnia confirmando. *Signatum Giſſæ* 20. *Aug. Anno* 1668.

Decanus & Profeſſores Ord. Facult. Medicæ Giſſenæ.

CASUS XV.

DE ULNERE CAPITIS ILLE- GALITER INSPECTO.

onſum Facultatis Medicæ Giſſenæ, puncto homicidii à Vulnere Capitis.

Ræviâ Requiſitione Dicaſterii hujus Prin- cipalis, ut ſententiam noſtram deſuper ere uxori MARTINI HORSTII Allen- ſenſis die 18. Junii hujus anni demortuæ to, *& an illud pro ſimpliciter & abſo. lethali habendum ſit, nec ne?* in formâ ante impertiamus; Nos Decanus & Pro- res Ordinarii, conſideratis circumſpectè ibus & ſingulis circumſtantiis, in relationi- Quæſtoris, Chirurgorum & Scabinorum vulnus ejusque conditionem concernen- Actisque inſertis reperiendis, Artis prin- s conſentaneum eſſe ducimus;

nventô ſub inſpectione conjugis demortuæ ini Horſtii craniô omninò contuſô & in æquè ac fiſſuras actô & confractô, ita hirurgus ad primam forcipitis applicatio- mox unam poſt alteram feſtucam & frag- um ſecedere obſervârit, quorum 6. nu- bantur, remanente ſeptimo, eoque maxi- n cerebro, quô ſimiliter extractô, cere- & inſignis ſeri flaveſcentis portio inſecuta ipſaque membranula cerebrum ambiens ſa, & à feſtuca majori læſa obſervata & ſimè agnita fuit; omnia juxta tenorem dictæ relationis.

Quamvis autem vulnerata altero ſtatim à rratione die perierit, ipſeque Chirurgus ju- in eam inclinet ſententiam, quòd juxta ca- humanum ictus & eundem inſequens *Val. Pand.* vulnus nihil aliud, quam mortem præſenta- neam inferre potuerit;

Nihilo tamen minus, cùm Medicis æquè ac Chirurgis quam notiſſimum ſit, vulnera & Contuſiones cranii, cumprimis ubi conjun- ctum vulnus & ipſum malum viſui patet ac ap- plicationem medicamentorum admittit, nul- lô modô pro lethalibus habenda eſſe, quod quoque de vulneribus membranæ cerebri duræ, vulgò duræ matris dictæ, intelligendum: Vul- nera piæ matris autem ſeu Meningis tenuis & cerebri quod attinet, illa tantum, quæ majo- ra ad ventriculos & Medullam Cerebri pene- trant, pro lethalibus habeantur, reliqua au- tem, quæ corticem afficiunt, vel leviora ſunt, ad hanc claſſem neutiquam referantur, cum & Experientia & Principum Medicorum ob- ſervationes ac hiſtoriæ teſtentur, vulnera cere- bri quoque curata eſſe, Vid. *Galen. in Comm. ad* §. 14. *ſ.* 6. *Hipp.* dicens: Cerebrum vulne- ratum ſæpè ſanatum vidimus; *& l.* 8. *de U. P. c.* 10. Smyrnæ in Jonia ſumus conſpicati adole- ſcentem vulnere in alterum anteriorum ventri- culorum acceptô ſuperſtitem fuiſſe; utut hoc pro admirabili ſpectaculô atque incredibili ha- beat; quibus ſimilia *Ambr. Paræus lib.* 9. *Op. Chir. c.* 22. *Fr. Arcæus lib.* 1. *de Cur. Vuln. c.* 6. *Guil. Fabritius Hild. C.* 4. *Obſ.* 3. *Ph. Salmuth Cent.* 3. *Obſ.* 38. *H. Petræus diſſ. Harm.* 36. *quæſt. ult. B. Timæus l.* 6. *Caſ.* 37. aliique plures obſervarunt; & quia in- ſuper ſub inſtitutâ inſpectione oculari caput ſerrâ diſſectum & apertum non fuit, quod ta- men in re tam arduâ, ſanguinem humanum & vitam concernente, meritò fieri debuiſſet, ut inquiſitio accuratior eorum, quæ internè lædi potuerant, fieri potuiſſet;

Hinc rebus ſic ſtantibus, & ubi non con- ſtat, quam altè penetraverit vulnus cerebrum, Nos vulnus hoc pro ſimpliciter & abſolutè le- thali certò habere non poſſumus, ſed præſen- tibus his circumſtantiis judicium noſtrum ſuſ- pendere tenemur. Quod in ſubſidium veri- tatis referre debuimus, obſignando omnia ſi- gillô Facultatis ordinariô. *Signatum Giſſæ d.* 12. *Julii* 1672.

CASUS XVI.

DE ILLEGALI INSPECTIONE VULNERIS CAPITIS.

Requiſitio.

P. P.

A verbis ligitantes quidam die 24. Octobr. in pago Schönbach, venerunt ad verbe- ra, quibus Andreas Schreiber junior jactu vel ictu, urceô factô, in capite ita læſus, ut 13. die poſt ictum vivus eſſe deſierit, & in inſpectione judicialis vulneris poſtmodum notata ſunt ſe-

quentia.

quentia: 1. Ictus vehemens in ſiniſtro ſyncipite cum ecchymoſi. 2. Ictus pariter in fronte, verſus oculum dextrum, latitudine dimidii digiti. 3. Fractura decuſſatim facta in calvaria. 4. Penetrantibus diverſis teſtis membranas. 5. Purulenta materia in ipſa contuſione, prout ex Relatione Chirurgi Coldizenſis & Grimmenſis, ſub A. abundè claret. Quoniam itaque neceſſitas exigit, ut ſciamus, *an hæ læſiones ac vulnera pro lethalibus per ſe habenda?* hoc autem ex Relatione allegata non liquet, veſtro limato ac ſincero judicio ſubmittimus, quærendo, *utrum ſecundùm adductas circumſtantias hæc læſio fuerit lethalis, nec ne?* Item, quoniam duo Chirurgi pro inſpectione XXVII. imperiales poſtulant, *quid ipſis* (quia æquitatem excedit) *detrahendum?* Dab. Coldizii d. 8. Jan. An. 1656.

Jacob N.

A.

IN apertione corporis Andreæ Schreiberi junioris notavimus nos Chirurgi ſequentia: 1. In ſiniſtro ſyncipite contuſionem latitudine dimidii digiti. 2. In fronte verſus dextrum oculum contuſionem latitudine dimidii digiti. 3. Sublatô Craniô, ſub contuſione erat in lamina interna fractura decuſſatim facta. 4. Hinc tres teſtæ ſeparatæ in Calvariâ reperiebantur. 5. Perforata mater dura teſtâ quâdam magnâ, pondere trium granorum, quæ extracta ex meninge, relictis quinque parvis fragmentis. 6. Sub cranio & dura matre purulentam materiam. An autem hæ læſiones ſint lethales? judicio gratioſæ cujusdam Facultatis relinquimus. Dab. Schönbach d. 7. Novembr. 1655.

Chirurgi.

Reſponſum Facultatis Medicæ Lipſienſis; ſcilicet lethalitatem hujus contuſionis, propter inſufficientem inſpectionem, non poſſe præciſè determinari.

COllatâ diligenter Relatione Chirurgorum, ad propoſitas quæſtiones, noſtra Reſponſio hæc eſt. Licet ab *Hippocrate Aph.* 18. *S.* 6. Cerebri vulnera abſolutè & ſimpliciter lethalibus annumerentur, attamen ex contextu & *Commentario Galeni* in hunc Aphoriſmum tantummodò de profundis & magnis vulneribus hoc intelligendum eſſe, liquet: Jam in hâc relatione tantùm adducitur læſio partium capitis externarum; in ſubſtantiam, ut & profunda Cerebri non inquiſiverunt Chirurgi, nec funeſtorum Symptomatum mentionem fecerunt: proinde etiam pronunciamus, *quod, rebus ſic ſtantibus, vulnus præſens pro ſimpliciter & abſolutè lethali non habendum ſit?* Deinde quod pretium inſpectionis attinet dum pro hoc Chirurgi XXVII. imperiales poſtulant, putamus eos dimidio, videlicet 12. vallenſibus poſſe contentos eſſe, non videntes, cur pro una inciſione ſtatim ipſis unus debeatur Joachimicus? *Dab. Lipſ. die* 29. *Jan. An.* 1656.

Vid. Ammann. Med. C

CASUS XVII.
DE VULNERE CAPITIS MALE INSPECTO.

Requiſitio.

P. P.

SAngerhuſæ Pecuario cuidam advoc præſum, qui pedô ſuô corylinô, cr pollicis, Andream N. unicâ ſaltem percuſ pone aurem ſiniſtram, non procul à ten ita læſit, ut in momento veterno correpti terram ceciderit, retrorſum quidem i gendo in acumen mulctræ, & tertio die tuus fuerit; hinc quæſtio: *Utrum hæc percuſſio* (ſiquidem Judices in inſpection ſervârunt ſolùm in Capite vibicem long ne digiti) *lethalis fuerit?* quâ Andrea neceſſariò etiam mori potuerit? quod Chirurgus, Joh. Martin. N. qui in bell cedente caſtra ſequutus, juratò affirmat cui tamen contrariatur judicium ſub B. celebres duo Medici ſuper hoc Caſu gnârunt.

Itaque quia hâc ratione vita mei C periclitari videtur, peto eâ, quâ par eſt miſſione Veſtras Excell. velint Relat Chirurgi & judicium Medicorum duoru actè trutinare, & *quid de lethalitate percuſſionis ſentiendum?* in forma pr mihi communicare. Dab. Sangerhuſæ d April. 1657.

A.

Juramentum Chirurgi.

EGo juro, quod Andreas N. ab hâc ſione fuerit mortuus; ratio, quia temporales ſiniſtræ erant contuſæ, mult extravaſato & congrumato ſanguine a te, quo viæ naturales à Corde ad Cer interceptæ, ac ſufflaminatæ: deinde preſſionem, & fracturam Cranii, quæ digiti longitudinem; hinc concuſſus ratione ſtatim privatus mutus in terra dit, & tertiâ die poſt percuſſionem obii

Auguſtus N.

B.

Judicium Medicorum.

P. P.

ADvocatus Henrici N. Chirurgi ju tum nobis copialiter transmiſit, cuſſionem, quam Henricus N. Andreæ corylinô, pollicis craſſitie, inflixit, pro lethali æſtimandũ eſſe ſtatuit, petendo, v rationes Chirurgi ponderare, & in amo ritatis, atque pro Rei defenſione, noſtr

n eâ de re literis conſignatum in forma
pante remittere, quô factô dicimus: ra-
es Chirurgi eſſe invalidas. Nam quia pe-
ı corylinum habuit ſolùm craſſitiem polli-
impoſſibile fuit, quòd unicâ percuſſione
cranii ob inſignem duritiem potuerint de-
ıi: nec *Contrafiſſura* hîc locum habet,
ıua *Hippocrates Lib. de vuln. Cap. fran-
r calvaria ſub vulnere in alia parte,
m ubi plaga eſt.* Multo minus ſangui-
concretio & ſuggillatio, circa temporales
rias, mortis eſt cauſa, dum ex *Galeno,
ineta, Avicenna & Rhaſe* ſufficienter
ſtat, quod aliis fruſtra tentatis remediis,
iotomia in contumaciſſimis capitis affe-
ıs ſemper & ubique habuerit locum, cum
ni emolumento. Nec videmus ſufflamen
ılationis ſanguinis, & ſpirituum in corde.
to magis hîc reſpiciendum 1. ad lapſum
ıum in acumen mulctræ, quo ſpiritus ani-
es, qui per totam Cerebri ſubſtantiam fe-
ur, confuſi ſunt. 2. ad copiam vini San-
uſani, quo ad furorem usque (ut dicunt)
rgitatus fuit. 3. ad iracundiam. 4. ad na-
lem impotentiam linguæ & blæſitatem,
morboſo totius corporis habitu conjun-
ı, de quo *Hippocrates Lib. 7. Aphor. 40.
Zacchias Quæſt. Medic. Legal. de Vi-
loquel. Tit. 3. quæſt. 9.* Quæ omnia ſi
æſentia Medici periti Cranium fuiſſet aper-
, procul dubio ita apparuiſſent, & quia
non factum, nec Patienti remedia revul-
, & alia convenientia in principio adhi-
, ideò *de abſoluta lethalitate judicare
valemus.* Dab. Eisleb. d. 12. Maji 1657.

D. Chriſtoph. N.
Tobias N. D.

*onſum Facultatis Medicæ Lipſien-
; ſcilicet percuſſionem hanc Capitis
non fuiſſe per ſe lethalem.*

Elationem Chirurgi, ut & judicium duo-
rum Medicorum in conſeſſu noſtri Con-
diligenter perlegimus; hinc ut ſatisfacia-
deſiderio veſtro etiam reſpondemus:
ndum præ reliquis eſſet, ut concuſſus & de-
us Andreas N. non tantum externè à Chi-
o fuiſſet inſpectus, ſed etiam internè,
endo Cranium, ſic etiam qualitas vul-
oculis melius ſubjecta fuiſſet, & exa-
Relatio edi potuiſſet; quia verò hoc tur-
omiſſum, apparet nihilominus ex Rela-
, quòd alia ſymptomata mortis cauſæ
nt; & ideò pronunciamus: *quòd con-
, quam Henrich N. Andreæ inflixit,
riè & per ſe lethalis non ſit,* dum et-
vulnera Cranii, ut Cranii, beneficio Chi-
æ, & remediorum convenientium cura-
terdum feliciter poſſunt, veluti hoc expe-
Val. Pand.

rientiâ quotidianâ, ſi opus, actutum poſſet probari. Multo minus lethalitas ex nuda inſpectione, & ſolo tactu cranii firmiter concludi poteſt: ubi non poſſumus non ſimul monere, quòd Chirurgi ratio nulla, & infirma ſit, quando ſcribit: 1. *quòd contuſione arteriarum temporalium influxus ſanguinis à corde in cerebrum fuerit impeditus,* ſiquidem ex læſione unius vel alterius arteriæ, non ſtatim circulatio ſanguinis & influxus ſpirituum ita ſufflaminari potuit; nec majoris roboris eſt ratio, 2. quando dicit, *quòd Cranium* (prout temerariè & non ſine perjurio refert Chirurgus) *fractum & depreſſum fuit:* Natura enim oſſeâ compage cerebrum ſatis munivit, quæ unicæ percuſſioni, pedô corylino factæ, non facile cedet, prout hoc optimè monuerunt Medici Eisleb ienſes; ideo ſine dubio lapſus in acumen mulctræ reſpiciendus, utpote quo vehementiſſima concuſſio fieri poteſt, ubi non parum ſymboli contulerunt iracundia, ebrietas, & diſpoſitio à primo ortu ad blæſitatem. Quæ circumſtantiæ, præſertim quando patiens & vulnus non ritè tractatum, plus ad lethalitatem contulerunt, quàm rationes Chirurgi juramento quamvis confirmatæ &c. *Dab. Lipſ. die 9. April. Anno 1657.*

Vid. Amman. in Med. Crit.

CASUS XVIII.
DE
VULNERE PECTORIS MALE INSPECTO.

Requiſitio.

P. P.

Veſtræ cognitioni præſentem Caſum ſubjicio. Habitâ à me concione, Dominicâ Miſericordias Domini Philippus David Günther die 25. April. decrepitam meam mulierem 75. annorum, absque ulla cauſa præcedente, non ſolùm injurioſis verbis, verùm etiam arundine Hiſpanica tandem ita tractavit, ut hinc inde plagæ, obortis vibicibus ſugillarentur, nec prius ceſſavit, quàm ego cultro meo, quem cum pane caſeo mixto eô monitô in manibus habebam, eundem in ſiniſtra axilla vulnerarem, aut pungerem, quo vulnere etiam die 13. mortuus fuit. Poſtquam autem gratiâ Sereniſſimi Principis, defenſio mihi clementer conceſſa, ſcire averem:

1. *An inſpectio vulneris fuerit legalis?* nemo enim eidem interfuit, quàm 2. imperiti balneatores, qui nunquam interfuerunt Anatomiæ ſtudio, cùm tamen Chirurgi idonei ex vicinia Parthenopoli videlicet haberi potuerint?

2. *An vulnus fuerit lethale? & an patiens, ſi omnes venæ, mediana, epatica, cephalica, cordialis, fuerint diſſectæ* (veluti ab imperitis balneatoribus ſcriptum ſub A.) 13. *diem vivendo attingere potuiſſet?* Deinde Balneator J. S. die nonâ poſt vulnerationem, mercatum Eglenſem inviſendo, vulneratum intereà ruſtico commiſit, qui nullam Chirurgiæ habebat notitiam, hinc vulnus de novo irritatum, & labia diducta, aliis ſymptomatibus peſſimis ſubſequentibus, quæ omnia in continenti probabo: ideò magis ex incuria balneatoris mortuus. Has itaque quæſtiones, ut Medicè, ac, prout faciunt, ſecundum conſcientiam, quantocyus reſolvant, humilimè peto, quia periculum in mora, & ultra quatriduum pro defenſione mea mihi relictum nihil. *Dab. Biſtorff. d.* 15. *Jun.* 1658.

M. N. N. Paſtor.

A.

Relatio Balneatorum.

IN ſiniſtræ axillæ parte ſuperiore foramen repertum, magnitudine globuli, quem ſclopus edere ſolet, aperto vulnere profunditatem ſpithamæ habuit: prout ſtylo exploratum, quod tamen non fuit lethale: In homoplata aliud vulnus, quod forſan ob ſitum corporis, à vulnerato in actu vulnerationis mutatum, profundius intravit. Os humeri prorſus erat denudatum, & ab eo omnes tendines, vena mediana, cephalica, epatica, ſplenetica, ſeparatæ ac abſciſſæ, hinc propter defectum ſanguinis, quia *Vena Cordialis* diſſecta fuit patiens non tantum lipothymiâ correptus, verùm etiam exinde neceſſariò mortuus. Hæc in fidem veritatis &c. d. 10. Maji 1658.

Reſponſum Facultatis Medicæ Lipſienſis; ſcilicet vulnus hoc thoracis per ſe non fuiſſe lethale.

DIu multumque ſuper Caſu, ac quæſtionibus ex eo natis, deliberavimus in Concilio noſtræ Facultatis, hinc & conſcientiæ ſuaſu ita reſpondendum cenſemus: quòd balneatoris inſpectio & judicium, ſuper qualitate vulneris, temerarium, frivolum, ſimplex, obſcurum, inarticulatum, imò nullius momenti ſit: non enim corpus lege artis apertum, inde qualitas vulneris confuſè & ineptè deſcripta, ut nihil certi exinde concludere liceat: quibus accedit, quòd balneator vulneratum deſeruerit, uno verbo negligenter tractaverit, & ipſe patiens demum 13. die poſt acceptum vulnus mortuus; iis itaque de cauſis vulnus pro ſimpliciter, & abſolutè lethali non habendum, multo minus balneatorum inſpectio pro legali & ſufficienti reputanda &c. *Dab. Lipſ. die* 19. *Junii* 1658.

Simile Reſponſum Facult. Medic. Lipſ[...] ſis & Kœnigsbergenſis de aliô Pectoris vul[...] ejusque Lethalitate, ob illegalem inſpe[...] nem, dubiâ vid. ap. *Timæum à Gülden* *Reſp.* LII. LIII. *p.* 118.

CASUS XIX.

DE VULNERE THORAC[IS], EJUSQUE INSPECTIONE ILLEGALI.

Requiſitio.

EX adjecta heîc Relatione Medici Jur[...] hujus loci, nunc in Dominô paucos [...] dies beatè mortui, V. V. Magnif. Magnif. [...] ſpicere acquieſcant, quâ ratione Nobilis [...] dam Magni Nominis, die 30. Martii huj[...] ni, cum Henrico Böttigero in diſſidium [...] derit, ita, ut eundem eodem die circa h[...] ſextam, iracundiâ & ebrietate perfuſus, [...] vulneraverit; unde vulneratus die 3. A[...] paulò poſt animam neceſſariò efflavit. [...] verò inſecutâ inquiſitione Nobilis modò [...] incarceratus fuiſſet, me, ut ejus defenſi[...] in me ſuſciperem, per alios rogavit. Qu[...] tur rebus ſic ſtantibus Relationem Medici [...] de lethalitas evinci debet, meritò in du[...] voco, idque ob ſeqq. rationes, quia 1. [...] Perſonam Medici concernit, junior adh[...] nec, ut probabile, utriusque Medicinæ [...] ctor creatus fuit, dum in vicina Academi[...] telienſi ut ſtudioſus vixit, neque à Pa[...] (quibus aliâs Electio competit) ad inqu[...] nem electus, neque 2. idem juxta *Conſti[...] nem Criminalem Caroli V. Art.* 149 [...] mentô obſtrictus fuit; cum tamen 3. in[...] veritatis ſit, quod nullius Reipublicæ M[...] juratus fuerit, adeoque, ut vulgò dicitur [...] DICO JURATO, TANQUAM IN A[...] SUA PERITO, CREDENDUM, R[...] nem ſuam juratò confirmare nequit, cu[...] mis quia 4. in Relatione ſuâ diverſis par[...] dubitativis utitur, v. g. dum ſtatim in pri[...] N. 1. ictum enſe punctoriò acuto, juxta [...] munem famam, ſub brachio ſiniſtrô, i[...] & 8. fortè coſtam illatum: Similiter N. [...] præſumtivè ferè, ut verba ſonant, affe[...] adſtruit, in fine tamen concludit, vulnus [...] lutè & ſimpliciter lethale fuiſſe: Ultimò [...] contuſione muſculorum, quaſi hæc ta[...] mortis cauſa fuerit, niti vult, ſub eâ verò [...] ſione, ne minimam quidem inquiſition[...] ſtituit, quæ & qualia medicamenta in cu[...] hoc vulnere irrita & invalida fuerint? [...] niam verò in dubiis ejusmodi de jure alite[...] cluditur, quod nempe, ubi de vita hom[...] agitur, probationes dubiæ ad mortem inf[...]

m non ſufficiant, per *Text. in l. fin. c. d. ob.* hinc in Caſu hôc admodum dubio, ubi Inſpectio juxta tenorem anteà allegatorum, præſentiâ Judicum & Scabinorum neutiam inſtituta, neque Relationi eo in loco, inſtituta fuit, dies adſcriptus, illi effectum m tribuere non potui, multò minus credere ſum, quod in punctô lethalitatis, ſolidi quid e hauriri debeat. Quandoquidem verò ad jorem confirmationem Ampliſſimæ Facul-s Medicæ, hîc locorum, in eô cumprimis diô ſummè æſtimatæ, judicium deſiderem; c V. V. Magnif. Magnif. officioſiſſimè ro-, velint gratioſè Relationem hanc colleiter perpendere, & ſi lethalitas exinde inferri ueat, breviter ſententiam ſuam, cum raibus decidendi, pro debita remuneratione, ſſimè (quia periculum & vitæ diſcrimen in â eſt) Relationi ſubjungere. Prout id ad motionem & obtentionem cauſæ In carceplurimum contribuet ita, &c. &c. *Stadt-æ die* 19. *Jun.* 1672.

RELATIO MEDICÆ.

eniſſ. Principis Haſſo-Schaumburgici Meritiſſimi Dnn. Cancellarie & Conſiliarii!

Uùm haud ita pridem mihi injunxeritis ut cum binis Chirurgis ſimul eò deputaberkircham proficiſcerer, Henrici Bötti-, Oeconomi Domini V. Brinch, cadaver ime inſpicerem, & in ictum illîc obſervancultrô Anatomicô inquirerem; hinc cum urgis modò dictis die 4. April. eò me con- & ut ea, quæ in commiſſis habebamus, in n deducerentur, manum operi admovi, vando ictum punctim illatum, enſe acuô, punctoriô, juxta communem famam, , ſub brachio ſiniſtro, inter 7. & 8. fortè m (deſuper numerando) in quas enſis deerat, per muſculos ſerratum majorem & coſtalem in cavitatem thoracis usque peſſe. 2. Inciſâ demtaque cute, muſculi us poſticus inferior, ſerratus major, dors, longus ſacrolumbus, oblique deſcen-, adſcendens, ad propagines usque nervouſculum rectum abdominis & à ſcapulis iſchias, iique in hypochondriô totô ſinidorſo & parte aliqua dextri, ferè penitus uaſſati, ſanguine ſuffuſi & ob ſanguinem latum interjectum ferè infecti aut inflamfuerant. 3. Apertô Thorace cavitas ejusanguine, ſed majore ſeri quantitate, corepleta fuit, quæ circa orificium ſiniſtrum iculi & venæ circulum utrumque nervoiaphragmati innatabant, adeoque pronimiam vulneris inflicti diſtantiam ejusue anguſtiam, nec per hoc, nec per nes, qui vix tam notabiliter læſi fuerant, educi potuerunt. 4. Diu ſeduloque quærendo tandem 2. vulnuſcula minora in ramis bifidis venæ cavæ deſcendentis, ſub corde, ad utrumque latus vertebræ, cui ſeptima coſta alligata eſt, diſſeminatis, qui ſanguine inſigniter diſtenſi, eoque effluxo, ſtatim denuò repleti erant. 5. In pulmonibus parum p. n. & læſi invenimus, niſi in lobo ejus, qui in hoc affectu loco & regione, mediante mediaſtino annexus erat: Unde per bronchia pulmonum parum vel omnino nihil de ſanguine coagulatô expectorari potuit. 6. Reliqua inteſtina & parenchymata abdominis ſane & integra fuerunt, præter lienem aliquantulum corrugatum. 7. Cor, apertô pericardiô & expreſſâ aquâ, præternaturaliter flaccidum & molle erat, unde parum ſanguinis continebat. 8. Similiter Arteria Aorta deſcendens collapſa & ſanguine ferè inanis erat. 9. Præſumi poteſt, imò infallibiliter ferè concludo ictu illô Ductum Thoracicum ſeu Chyliferum, vel totaliter, vel partim læſum fuiſſe, cumprimis, quod ductus hic immediatè juxta vertebram ſeptimam ſub vaſibus decurrit, ſed exſtillante lympha in hoc ſubjéctô evanuit, nec reperiri potuit; dum intereà in cavitate Thoracis plus ſeri, quàm ſanguinis conſpiciebatur. Sic & Chirurgi teſtantur Ordinarii, imò ipſemet die 3. Aprilis ſub deligatione vidi, quod maximâ ex parte aqua pulmonalis (ut vocant) paucô ſanguine pureque intermixtô è vulnere manaverit; & quoniam alia adhuc ſymptomata accedunt, quæ partim ipſe vidi, partim exquiſivi, quod ſc. de dolore ſtomachi, renum & puncturis in ſcapulis conqueſtus fuerit, ſingultu quoque laboraverit, deliraverit, ſub deligatione aliquoties in ſyncopen inciderit, vires evanuerint, ipſeque vulneratus abhinc per 3. noctes non dormierit, pulſus inordinatus & intermittens fuerit & die quintô tandem obierit, quæ omnia Chirurgi dubio procul ſimul obſervaverint, hîc adjecerint & notaverint; hinc concludimus, quod non tantum vulnus in ſe ſimpliciter & abſolutè lethale ſit, ſed etiam ipſa contuſio muſculorum dorſi, ob interceptum & inflammatum ſanguinem tandem certa mortis inevitabiliter ſequentis cauſa fuerint. Quod in ſubſidium veritatis &c. *Rintelii die* 5. *Aprilis* 1672.

Bernhard. Chriſtian N. D.

Reſponſum Facultatis Medicæ Lipſienſis; de dubia vulneris Thoracici lethalitate.

P. P.

E Caſu Nobis transmiſſô vidimus, quod Nobilis quidam magni Nominis, die 30. Martii hujus anni, Henricum Böttigerum

enſe vulnerarit, unde hic die 3. Aprilis, & ita die quintô obierit; & quod ſimul rogemur, ut adjectam Relationem Medici & Chirurgorum collegialiter & maturè ponderemus, & cum rationibus decidendi judicium noſtrum deſuper impertiamus.

Licet verò à Domino variæ Rationes ad Lethalitatem in dubium vocandum, allegatæ fuerint, noſtrum verò non ſit ullas, præter eas, quæ fundamentis Medicis, cumprimis autem Anatomicis & Chirurgicis nituntur, dijudicare; hinc Dominum, præviâ diligenti & collegiali perlectione tum Literarum ad Nos datarum, tum Relationis ſupradictæ, certiorem reddimus, quod ὁλοκαρδίως exoptemus eandem diſtinctius conceptam fuiſſe, & quoniam nunc in dubium vocata lethalitas, è quatuor præcipuè punctis colligi poſſet, ſenſus autem illorum admodum dubius eſt, & vulnerata vaſa verbis expreſſis debitiſque nominibus expreſſa non ſunt: Hinc ex copioſô ſanguine extravaſatô, ut & ex ipsô eventu, qui vulneratum die V. exſpiraſſe teſtatur, videtur quidem ipſum vulnus per ſe & abſolutè lethale potuiſſe eſſe, cumprimis, ſi per ramum bifidum venæ cavæ deſcendentem, rami intercoſtales intelligi debuerint: Attamen & quoniam, ut modò dictum, vaſa ſub corde læſa clarè ſatis expreſſa non ſunt, nec propriô nomine inſigniuntur, adeoque qualitas vulneris vel partium vulneratarum ſatis obſcura eſt; hinc juxta deſiderium Domini, hâc vice ab ſolutam lethalitatem impræſentiarum categoricè determinare non poſſumus. Quod &c. *Lipſiæ &c.*

Vid. Ammanni Praxin Vuln. Lethalium Dec. 3. Hiſt. 3. ubi p. 227. judicium de hoc Reſponſo.

CASUS XX.

DE VULNERIS ABDOMINIS & VENTRICULI INSPECTIONE ILLEGALI.

Requiſitio.

P. P.

IN ſauciati Corpore reperta ſunt lethalitatis veſtigia, prout ſequitur: Novaculâ à balneatore apertum 1. Corpus decuſſatim, inteſtina, ad quæ ictus ſclopeti tendit, inſpecta, ubi potiſſimum Ventriculus in planitie à globulo perforatus, cibique indigeſti copia non exigua in abdominis cavitate reperta, cæteroquin in inteſtinis nihil læſum, & quia hoc vulnus, ubi videlicet ſtomachus in medio perforatus, vel globulo læſus, à pleriſque Chirurgis & Medicis, ob rationes non contemnendas, pro lethali habetur, etiam hic balneator, qui ſectionem adminiſtravit, idem in h Caſu pronunciavit. Notandum tamen hî quod vulneratus per aliquod tempus in v publica, & frigore maximo ſine deligatio relictus; deinde nec ratio balneatoris per om ſolida eſt, vulnus enim non eſt in parte Ve triculi, quæ lethalitatem inferre poſſet, per quæ tradit D. *Sennertus lib. 5. Med. Pra p. 4. c. 5.* ubi rationes & exempla plurima. autem Vulnera ventriculi ſunt præcipuè thalia, quæ orificio ejus ſuperiori infligunt cùm nervos habeat inſignes à ſexta conju tione Cerebri oriundos, & maximum c Cerebro & corde conſenſum obtineat, eô affectô, facilè lethalia Symptomata exci poſſint. Quia itaque hoc à balneatore de ptum Vulnus eſt in medio Ventriculi, ne Orificio ſuperiori, aut inferiori, nec in do, pro defenſione Rei Veſtræ Excell. h gravatim meditabuntur collegialiter: *utr hoc vulnus per ſe lethale? & patiens dem neceſſariò mortuus ſit, citra ſpem rationis ullam?* Dab. Lipſiæ d. 22. Anno 1649.

Reſponſum Facultatis Medicæ Lip ſis, ſcilicet lethalitatem hujus vulne ventriculi, ob inſufficientem Inſpe ctionem, non poſſe determinari.

AD omnia juxta Tenorem veſtrarun rarum antequàm reſpondemus, præſ nendo, dicimus collegialiter: quod in tione balneatoris deſideremus perſpicui majorem, prout aliàs artis eſt, in quo l & per quam viam ſcilicet globulus ing non ſolùm, verùm etiam egreſſus fueri & quæ viſcera in tranſitu tetigerit? quà plum ventriculi vulnus extiterit? & qu aliæ hujus commatis circumſtantiæ, a ſtrum deciſum neceſſariæ; nihilominu hoc non factum, & ſolùm vulneris vent in planitie inflicti in genere facta mentio tamen non omnia ventriculi vulnera, ſiv ctim, ſive à globulorum exploſione inflic ejuſdem qualitatis, & illa tantùm lethalia & ſuâpte naturâ, quæ in Orificiis ver exiſtunt, prout hoc rationibus fundati *Sennerto & Suevo* paſſim probatum ceamus experientias, quibus hæc & ali triculi vulnera, ſummâ tamen cautelâ & ſtriâ curata fuiſſe, teſtari poſſemus; i iam rebus ſic ſe habentibus & Relatio perfectâ Balneatoris exiſtente, *nec h nus pro lethali per ſe judicare va ſed magis ex accidenti*, quia frigori ligationem, & exactum regimen, commiſſus &c. *Dab. Lipſ. die* 1. *Jul* 1643.

Ex Ammann. in Med

CASUS

CASUS XXI.
DE
ꞁSPECTIONE VULNE-S ABDOMINIS ILLEGALI & JU-DICIO CHIRURGI INEPTO SUPER LETHALITATE EJUS.

Requiſitio.

QUinque circiter menſes effluxêre, quòd bini milites Gregarii, alter Pfaffius, alter ɔ Fiſcherus dicti, à verbis ad verbera devent, quorum hic ictum punctim illatum in ſtro abdominis latere ſub umbilico excepit, factô poſt 4. horarum defluxum Chirurgus nbergâ accerſitus, quintô verò die alius ad-Chirurgus Butisbacô advocatus fuit, vultô verò ſextô die moriente. Abhinc qui-Locumtenens cum ſupranominatis binis urgis demortuum Fiſcherum adierunt, nque vulnus, licet externè tantùm & abs ſectione ejus aut corporis, inſpexerunt. bus peractis Chirurgus Butisbacenſis judin ſuum impertivit, ipſumque vulnus pro ali habêre ſuſtinuit: Judicium autem ita ſe bet: Ego infra nominatus Johannem dolphum Fiſcherum Rodhemii, in præſentia ocumtenentis Tilenii & Johannis Klugii, nirurgi Hombergenſis, inſpexi, qui die ætis præterlapſô veſperi intra 4. & 5. horam u perfoſſus fuit, & inveni quod vulnus leale abdominis lateri ſiniſtro, ſub umbili-inflictum fuerit, præſentibus jam mortis nis in eô obſervandis, continuô ſc. & periloſô ſingultu, erumpente ſudore frigido. odhemii d. 20. Aprilis 1678.

Joh. Chriſtian Hoffmann, Chirurgus Butisbacenſis.

m quidem Pfaffius communi illô ſe defenere poſſet, quòd ſectio corporis & vulnee neceſſitate requirantur, inſuper quoque urgi binique Scabini vulnus exactiſſimè in ere & indicare teneantur, quæ pars internè fuerit, & cur vulnus ſimpliciter lethale junt? ut de hiſce

Carpzov. in Pract. Crim. p. 1. quæſt. 26. n. 43.

ixè agit.

Ere tamen & conſiliô eſſe duximus, ſi ab pliſſ. Facultate Medicâ hujus loci Judicium uod expetatur, eóque magis, quòd ſingulx ſudor erumpens non ſemper mortis ſigna ſtituant, quæ ſæpiſſimè ſanè iis, qui vehetivomitoriô uſi fuerunt, accidunt;

Quapropter Laudatiſſima Facultas Medica requiritur, ut pro remuneratione debita entiam ſuam Nobis aperiat: *An tali in caubi nulla vulneris ſectio præceſſit, & ad adictum Chirurgi Butisbacenſis atteſtatum, demortui Militis Fiſcheri vulnus pro ſimpliciter lethali æſtimari & dijudicari debeat?*

Reſponſum Facult. Medicæ Giſſenæ, de illegali Vulneris Abdominis inſpectione & judicio.

QUum Nos Decanus & Profeſſores Ordinarii Facultatis Medicæ h. l. requiſiti fuerimus, ut in Cauſâ Criminali ante 5. circiter menſes Rodhemii vulnerati, & ſextò abhinc die demortui Gregarii Fiſcheri, de ſubjunctâ quæſtione ſententiam noſtram impertiamus:

An ſc. eô in caſu, ubi nulla vulneris ſectio præceſſit, ad atteſtatum Chirurgi Butisbacenſis, militis demortui Fiſcheri vulnus pro ſimpliciter lethali haberi & judicari debeat?

Hinc quæſtionem hanc juxta ductum circumſtantiarum in adjectâ Relatione contentarum maturè examinavimus, & tantum reperimus, quòd dictus ſupra Chirurgus non tantùm judiciô tali ſe præcipitaverit, ſed & unum atque alterum membrum omninò neceſſarium prorſus præterierit.

Quod enim primum attinet, allegatum Chirurgi Butisbacenſis Hoffmanni judicium, vivente adhuc vulneratô milite conceptum, & utplurimùm juxta externam apparentiam & ſymptomata nonnulla in vulneratô obſervata directum fuit, quòd utrumque membrum licèt ita comparatum ſit, ut exinde ſtatum periculoſum certâ ratione colligere poſſimus; nemo tamen inficias ire poterit, quòd, cùm vera conditio qualitasque ſtatus interni in hâc vulneratione, durante vulnerati vitâ, ſatis & exactè dignoſci non queat, eâ quoque de cauſâ ſuper lethalitate ſimpliciter tali nil certi determinari poſſit, cumprimis, quod à Chirurgô ſic dicta mortis ſigna, ſingultus ſc. immanis & continuus & erumpens ſudor frigidus non tantùm & ſimpliciter à vulneribus lethalibus, ſed, in hôc præcipuè ſubjectô, partim à nimiâ, quæ fortè contigit, hæmorrhagiâ, partim quoque dilatione neceſſariæ medelæ & refectionis (quibus vulneratus ad 4. & quod excurrit horas omninò privatus decubuit) deduci poſſent, adeóque ſciri non poſſit, quâ fortè ratione Natura poſt adhibita illa remedia ſe collegiſſet.

Quoad ſecundum haud difficulter oſtendi poteſt nonnulla admodum neceſſaria in judiciô ſupradictô omiſſa fuiſſe, cùm nihil amplius feratur, quàm obſervatum fuiſſe, quòd vulneratus ſiniſtrô abdominis latere ſub umbilicô vulnus aliquod lethale exceperit &c. Quemadmodum verò abdomen in latere ſiniſtrô ſub umbilicô circumſcriptione ſatis inſigni gaudet, eaque propter ratione contentorum ſeu partium ſubjacentium & internarum non minor

nor illîc varietas occurrit, ita in cauſâ tam arduâ, (in quâ nuda Chirurgi alicujus authoritas omninò non attendenda eſt,) non tam crudè & ſuperficialiter omnia ponenda, ſed tam pars regionis hypochondriacæ ſiniſtræ determinata, certaque ab umbilico diſtantia deſignanda, quàm ipſius vulneris qualitas, magnitudo, profunditas & ſimilia: Item an vulnus ſurſum, an deorſum, vel ad quod latus declinaverit, omninò determinanda erant. Neque hoc adhuc ſufficere videtur, ſed potius ante latum judicium, ſtatim ab obitu vulnerati corpus demortuum aperiendum, & debita diligentiâ ac dexteritate in partem affectam inquirendum, & abhinc claris & expreſſis verbis indicandum fuiſſet, quænam pars interna violata fuerit, unde neceſſariò moriendum fuiſſet ægro. Quod cum omninò intermisſum fuerit, hinc eò magis eluceſcit, quòd plura omninò neceſſaria in hac tali inſpectione deficiant, quæ aliâs ad judicandam lethalitatem vulneris ab omnibus Medicis & Chirurgis requiruntur.

Hiſce poſitis itáque comparatis circumſtantiis penes Nos, extra omne dubium verſatur, quòd in præſenti caſu nimis obiter proceſſum fuerit, eaque de cauſâ demortui Militis Fiſcheri vulnus juxta nudum Chirurgi Butisbacenſis atteſtatum pro ſimpliciter lethali nullô modô haberi vel judicari poſſit.

Quod unanime noſtrum & principiis Medico-Chirurgicis conſentaneum judicium appreſsô Facultatis Medicæ Sigillô confirmare voluimus. *Sign. Giſſæ die* 14. *Aug.* 1678.

Decanus & Profeſſores Ord.
Facult. Medicæ Giſſenæ.

CASUS XXII.

DE

VULNERE ABDOMINIS MALE INSPECTO.

Requiſitio.

P. P.

IN ſympoſio quodam Balthaſar N. ab Henrico N. die 15. Jan. 1621. enſe longiſſimo ita ſauciatus, atque punctim vulneratus fuit, ut circiter quintâ die poſt inflictum vulnus eundem mori oportuerit; videlicet die 20. Jan. ante meridiem, circa nonam, corpus occiſi, juſſu Magiſtratûs ejus loci, in præſentia Medici Dn. Doctoris Abraham N. & quatuor C[hi]rurgorum inſpectione & ſectione ſubjectur[...] ubi deprehenſum: *I. Vulnus punctim fact[um] ſub umbilico in abdominis cavitatem, v[er]ſus latus dextrum, ſurſum tendens, [...] per inteſtina, & in dorſo viciſſim egredie[ns] menſurâ decem campfferorum, vel ulnâ [di]midiâ reſpectu longitudinis. II. Nov[um] vulnus punctim factum, ſupra pri[us] in eodem latere dextrò, latitudine palm[...] verſus dorſum, digiti profundita[te]* prout pluribus ex Regiſtratura ſub A. v[ide]re licebit.

Hæc vulnerum inſpectio nobis in [...] quodammodo ſuſpecta videtur, quod [Me]dicus, unà cum quatuor adjunctis Chi[rur]gis, retulerit, *quòd hæc duo vulnera p[un]ctim inflicta non ſint lethalia.* Eten[im] quamvis pro ratione decidendi adduca[nt] propterea non eſſe lethalia, quòd v[...] nullum, vel alia pars nobilis læſa fue[rit] nihilominus tamen (1.) vulneratus ab [eo]dem vulnere accepto die quinta exſti[nctus] fuit, hinc in communi omnes Medic[i] Chirurgi conſentiunt, quod hæc & alia [vul]nera, quæ in Cavitatem corporis do[...] verſus penetrant, læſumque intra 24. [ho]ras è medio tollunt, pro lethalibus ſi[nt] putanda, (2.) ipſe Medicus & quatuor [Chi]rurgi ultrò fatentur, quòd quia vulne[ratus] die vulnerationis potu largius ſe ingurgit[averit] à ſanguine ſuffocatus fuerit, jam ſa[...] iſte unde? niſi à vulneribus punctin[...] ctis, & per conſequens hæc duo vu[...] in hoc individuo erunt lethalia. (3.) [...] tentiæ meæ accedunt Juris Dd. *quòd [...] nus, ex quo vulneratus ultra* 18. *h[...] poſt vulnus acceptum, & ſic in eode[m] in quo illata fuit percuſſio, ſed [...] intra triduum obiit, dicatur & hab[...] lethale, & cauſam fuiſſe mortis,* [...] *Conſ.* 228. *lib.* 2. imò natura ipſa oſt[...] vulnus morientis ultra triduum fui[...] thale, *Proſp. Farinac. lib.* 1. *Conſ.* [...] *n.* 16. *Berlich. deciſ.* 323. *n.* 11. [...] *Conſ.* 405. *n.* 7. *Menoch. de arbitr[...] quæſt. caſ.* 272. *Gomez. de Homi[...]* 29. *Gail. Obſervat.* 111. *n.* 11. [...] 2. *Petr. de Placa in Epit. delict.* [...] (4.) Inſuper validè iidem Dd. ab [...] concludunt vulnerationem ſecuto, n[...] ſi vulnus fuerit circa tergum vel v[...] inflictum, nimirum ex morte ſub[...] vulnus fuiſſe lethale, dicendo: *quò[...] quam effectus eſt ſecutus, nempè [...] non ſit dubitandum, vulnera non [...] lethalia*, & alias vulnus in parte c[...] circa tergum, vel ventrem inflictu[...] quo vulneratus in continenti jacere f[...] ctus, immenſo prorſus dolore, n[...] plius potuit ſe de loco movere, e[...] modi accidente ſtatim ſubſecuto, j[...]

us lethale: quibus omnibus (5.) acce-
quòd interfectus à teneris optimæ fue-
nitatis, & evexiæ, quia nunquam ægro-
, nec in hoc caſu probari validè poteſt,
l poſt vulnus acceptum periculoſa ſym-
ata, vel alii morbi, eundem invaſerint.
e viciſſim naturaliter concludendum:
l in occiſo duo obſervata vulnera
inò fuerint lethalia, contra Reum vel
ium, qui relatione Medici ſeſe nunc tue-
Ut itaque certi quicquam in hoc paſſu
minari, & veritas ipſa erui poſſit, peti-
à Veſtr. Excell. velint inſpectionem vul-
, & à Nobis pro lethalitate adducta argu-
ta collegialiter ponderare, tandemque
s ſigillo Veſtro munitis nos informare:
m prædicta duo vulnera reſpectu hujus
s pro lethalibus meritò æſtimari de-
t, & poſſint? &c. Dab. Lipſ. d. 1.
1623.

Occiſi Hæredes.

A.

Copia inſpectionis vulneris.

Os infraſcripti hiſce ad ſalvandam ve-
ritatem, & conſcientiam noſtram, te-
ur, quòd ad requiſitionem Scabinorum
N. in occiſi Balthaſaris N. corpore ſe-
ia obſervavimus:
Vulnus punctim factum, ſub umbili-
in cavitatem abdominis verſus latus
um, ſurſum tendens ſuper inteſtina,
men ſalvis) *& in dorſo viciſſim egre-*
extra corpus, præterpropter menſu-
midiæ ulnæ, vel decem campf-
um.
. Itidem vulnus punctim inciſum ſu-
rius, in eodem latere dextro, latitu-
palmæ, verſus dorſum, digiti pro-
tate. Et hæc duo vulnera pro lethali-
non habentur, propterea; quia nec
nec pulmo, nec aliæ partes nobiles eo
æſæ fuerunt; arbitramur tamen occiſum
enim largiore ſe invitaverat) à ſanguine
ſuffocatum. *Dab. in Penckendorff*
Jan. 1621.

Medicus & Chirurgi.

---

nſum Facultatis Medicæ Lipſien-
ſcilicet lethalitatem horum duorum
lnerum abdominis, propter inſuffi-
cientem inſpectionem, non poſ-
ſe determinari.

uatum eſt nobis extractum Regiſtratu-
udicialis, concernentis inſpectionem vul-
n occiſo corpore Balthaſaris N. obſerva-
al. Pand.

ti, ponderando rationes & fundamentum quæſtionis: *An videlicet deſcripta ſuperius vulnera pro abſolutè lethalibus ſint habenda?* Quia I. quintâ die à vulneratione mors ſubſecuta. II. à ſanguine (juxta Chirurgos) ſuffocatus patiens. III. Jura clarè habent, quòd quando vulneratus intra 18. horas à vulnere diſcedit, meritò fuerit lethale, cumprimis IV. Occiſus à primis annis nunquam ægrotavit, ſed evexiâ præditus &c.

Ad hanc quæſtionem licet velimus aliquid determinare, non tamen in præſentiarum poſſumus, quia in Atteſtato inſpectionis nihil refertur, quid in & quid poſt vulnerationem ægro acceſſerit? an tempeſtiva inſtituta fuerit deligatio? an neceſſario mediorum apparatu ipſi fuerit proſpectum, & quæ alia hîc neceſſaria ſunt ſcitu. Quod vero in genere abdominis vulnera attinet, de illis ita ſcribit *Hier. Fabr. ab Aquapend. Part.* 2. *Oper. Chirurg. Lib.* 22. *Cap.* 44. *Vulnus non penetrans periculo vacat &c. & Galenus lib.* 4. *M. M. C. c.* 6. *vulnus quod thoracem, aut peritonæum penetravit, non protinus periculum affert, potiſſimum ſi nihil interiorum ſit vulneratum.* An itaque in hoc vulnerato talis læſio contigerit, debuiſſet determinari, præprimis an ex immodica Hæmorrhagia chylus vel aſſumpta reliqua, aut excrementa fuerint excreta; quòd verò, etiamſi Balthaſar N. antea incolumis & ſalvus fuit, intra quinque dies mortuus, hoc ſimpliciter & abſolutè vulneris lethalitati attribui non poteſt, usquedum plures circumſtantiæ, ratione horum vulnerum, nobis communicentur; ſiquidem verum eſt *Hippocratis libr.* 5. *Prorrhetic. lib.* 1. *de morb. Coac. prænot.* 509. *& Celſi lib.* 5. *C.* 26. *ex cujusvis generis vulneribus hominem contingit mori.* Nam ex vena ſecta propter intermiſſam deligationem mors ſubſequi poteſt, non ſecus ac ex vulnere &c. *Dab. Lipſ. die* 23. *Jan. An.* 1624.

Vid. Ammann. Med. Crit.

CASUS XXIII.

DE

VULNERE SINISTRI HYPOCHONDRII, VENTRIC. & HEPATIS.

Requiſitio.

P. P.

Neceſſitate ſic urgente Eosdem celare nequeo, quâ ratione M. Daniel N. die 19. Auguſt. anni nuper præterlapſi, me

 non

non tantùm variis ignominioſis & injurioſis verbis graviter affecerit, ſed & verberibus duriſſimè tractaverit & in terram proſtraverit, quô factô contigit, ut idem noctu hora undecima ictu ex improvisò punctim illatô vulneratus, poſt IX. circiter horarum effluxum demortuus, & ictus ille ſub inſequente Sectione & Inſpectione pro lethali habitus fuerit, ut ex adjectis Atteſtatis & Medici & Chirurgorum ſub ſigno ⊙ & ☾ fuſius videre licet. Jam inſpectionem inſtitutam ſuo in loco relinquo, contra eandem omnia, quæ è re mea futura erunt, hâc vice reſervans. Quùm verò tàm penes JCtos, quàm ipſos Medicos expreſſè diſtinctio quædam inter vulnera lethalia obſervetur, ita ut vulnera alia per ſe, ſimpliciter & ſuâ naturâ lethalia ſint, alia verò per accidens & ut plurimum lethalia fiant, omiſſâ ſc. curâ, aut culpâ Medici: Ex atteſtatô quoque Medici primô ſtatim intuitu appareat, non tantum partes corporis nobiliores, ſc. cor, inteſtina, orificium ſtomachi ſuperius & inferius, venam hepatis cavam, veſicam felleam, & diaphragma prorſus illæſa fuiſſe, ſed & nulla ſupervenientia ſymptomata nominari poſſe: Adhæc vulnerato neque per venæſectionem, neque aliis medicamentis hæmorrhagiam ſiſtentibus medela fuerit lata; hinc diverſæ eæque dubiæ ſatis quæſtiones hîc oriuntur, quid de ictu hôc in M. N. obſervatô, &, ut putant, lethali ſtatuendum ſit, quid 1. *hoc in caſu per lethalitatem intelligi debeat?* 2. *An vulnera meſenterii & per fundum ventriculi exeuntia pro ſimpliciter lethalibus habenda ſint?* quia exempla ſunt in promptu, ejusmodi vulnera non tantum feliciſſimè curata, ſed & cultros omninò atque furcas è ventriculo exſecta fuiſſe. 3. *An vulnera hepatis, illæſis exiſtentibus venâ cavâ, nec non veſicâ felleâ, diaphragmate atque inteſtinis, ſimpliciter, per ſe & ſua naturâ pro lethalibus ſint habenda?* quia ſimiliter haud pauca exempla ſunt ad manus, vulnera hepatis feliciter curata fuiſſe. 4. *An Defunctus M. N. juxta tenorem Receptorum ſub ſignô ☿ adjectorum legitimè curatus,* & remediis probè munitus fuerit, dum mera confortantia ipſi præſcripta, & ſub prætextu mutationis ☽ nulla venæſectio adhibita, & ita hæmorrhagia ſufflaminata non fuit. 5. *An ſub ipſa Sectione ſufficiens & legalis inſpectio adminiſtrata fuerit,* cùm in Atteſtatô Medici quidem referatur, quod in abdomine inſignis ſanguinis quantitas inventa, hæc autem non ponderata, nec ſymptomata allegata fuerint, unde potius hariolari licet, vulneratum ex aliis & naturalibus cauſis obiiſſe, quia hæmorrhagia nec per venæſectionem, nec medicamenta refrænata fuit. 6. *An Chirurgorum Atteſtatum ſub ſigno ☾ authenticum,*
& ictus eam ob cauſam lethalis ſit hab
dus, quòd is totum abdomen, ventricul
& hepar penetraſſet, cum tamen nullam
dicii ſui rationem allegare poſſint. *An p*
pterea 7. ictus M. N. illatus, ob præ
ſam partium nobilitatem & adjunctam
morrhagiam, nec non curandi ἀδυναμίαν,
ſimpliciter lethali habendus ſit? null
cèt convulſionibus, epilepſiâ aliisque ſ
ptomatibus ſupervenientibus? & an
æque ac Inſpectio ex præſcripto Medico
in omnibus debitô modô inſtituta fuer
Cùm igitur deſuper præſenti caſu & illîc ſ
obortis quæſtionibus ambiguis jamdum
ctum hiſce Conſilium à Dn. D. N. Co
Medici Seniore, ſub ſigno ♃ obtinueri
ad meliorem cauſæ Defenſionem Ampl
V. Collegii Medici ſubactiſſimo judiciô
geam; hinc Nobiliſſ. & Ampliſſ. V. V
minationes officioſiſſimè rogito, ut o
Collegialiter, maturè & debita cum dil
tiâ ponderare & cum remiſſione Conſili
ginalis Dn. D. N. ſententiam ſuam ratic
lem, ſub Laudatiſſ. Facultatis Sigillô, ſc
deductam gratioſè impertire velint.
unà cum debita remuneratione &c. N.
1. *Febr. A.* 1667.

Georgius Arnurus Phil.

⊙.

SUb inſpectione die 20. hujus inſtitut
nus Defuncti M. Danielis N. ſequ
in modum obſervatum fuit: In ſiniſtr
re, 2. circiter dig. transverſorum lati
ſub coſtis ſpuriis, ictus punctim illatus
te repertus fuit, qui inſtrumentô expl
ſatis profundè in abdomen ſurſum ver
netraſſe videbatur. Abhinc cadaver a
& inventum fuit, quòd ictus inter ir
(prorſus illæſa) per meſenterium & f
ventriculi hujus cavitatem intraverit, &
mè ſub orificiô inferiori rurſus exiverit.
rò ictus hic concavam hepatis partem
veſiculâ felleâ (pariter illæſa) denuò a
omninò penetravit, ac ſtatim ſub di
mate, inter IX. & X. coſtam dextri
in cute deſiit, ibique tenuis ſatis cor
fuit, obſervatâ ſimul inſigni ſanguini
titate, in abdomine contentâ.

Vulnus hoc, quod Meſenterium
ventriculum & epatis ſubſtantiam pen
præcipuè ob partium nobilitatem &
ctam hæmorrhagiam, tum curandi ἀ
& ſupervenientia Symptomata pro let
bendum eſt.

Joh. N. Phil. & M. D.
& P. P.

☾.

[P]Oſtquam à Nobis in fine nominatis Atteſtatum quoddam deſideratum fuit, ut [...]m Defuncto Dn. M. Danieli N. die 19. [...]us noctu illatum ſub inſpectione atque ſe[...]one invenerimus; hinc teſtamur hiſce, [...]m illum ſiniſtrum latus intraſſe, totumque [...]omen, ut & ventriculum cum hepate pe[...]rando, exitum ſuum per 9. & 10. coſtam dextrô latere quæſiviſſe, & ita lethalem & [...]ninò incurabilem fuiſſe. Melioris notitiæ [...]ò Atteſtatum hoc ſub propriâ noſtrâ ſub[...]ptione impertire voluimus. *Wittenbergæ* 24. *Aug.* 1666.

Joh. Georg. Wiedner } *Chirurg.*
Chriſtoph. Dam }

☿.

℞. *Carbunc.*
meliſſ.
roſ. opt. ana ℥iß.
rub. id. ʒvj.
Elæoſacch. citri ʒß.
roſ. g. 15.
M. S.

℞. externa confortativa.

℞. *cord. H. S.*
cinamom. borrag.
bugloſſ.
carduibened.
pap. errat. ana ℥j.
Ocul. ♋. *præp.* ℈ij. *M. S.*

Aqua confortans pro aliquot doſibus.

♃.

P. P.

[E]X Epiſtolâ Tuâ ad me data, ut & ex ad[...]jectis copiis ſub ☉. ☽. & ☿. ſufficienter [...]epi, quâ ratione de quæſtionibus non[...]is è fundamentis Medicinæ ſolidè informa[...]eſideres, quarum prima eſt, *quid in* [...]*ſenti caſu per lethalitatem intelligen*[...]*ſit*? Lethalitas ſc. duplex eſt, alia ſim[...], quâ vulnus per ſe, ſuâ naturâ, neceſ[...] ac ſimpliciter lethale exiſtit; alia non [...]lex, quâ vulnus ratione Symptomatum [...]tione imperfectæ curationis lethale exiſtit, [...]eo non ſemper tale, quia ſimile aliquan-do fuit curatum, aut diutius hominem vexavit. Hæc diſtinctio in Scholis Medicorum recepta, Galenum pro Autore habet, quâ Hippocratem explicat, qui multa vulnera pro lethalibus habet, quæ tantum ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ (utplurimùm lethalia ſunt) 2. *An vulnera meſenterii & per fundum ventriculi exeuntia pro ſimpliciter lethalibus habenda ſint*, cùm exempla proſtent, ejusmodi vulnera non tantum feliciſſimè curata, ſed & cultros & furcas è ventriculo exſciſſa fuiſſe? ad quod reſpondetur, quod talia ad unum omnia non ſemper pro ſimpliciter lethalibus habenda ſint, quandoque tamen ſimpliciter lethalia eſſe poſſint, dum circumſtantiæ variant rem, ſi ſcilicet arteriæ & venæ meſenterii majores, cum nervis ventriculi & meſenterii totoque ſuperiori orificio enormiter læſæ & laceratæ fuerint, ut ſpiritus vitales omninò diſſipentur, antequam remedia quædam adhiberi poſſint, quæ & in ſimili caſu nequicquam efficere valent, quale exemplum *Cent.* 1. *Thom. Barth. Hiſt.* 14. occurrit, ubi puella ſclopeti ictu vulnerata erat. E contra *Galenus lib. de locis affect. c.* 5. *it. in Comment. aphor.* 18. *aph. l.* 6. *aliud docet*, quod ſc. talia vulnera quandoque curentur, qualia exempla allegat *Chriſtophorus à Vegâ*, *Matthias Cornax*, *Julius Alexandrinus*, *Jacobus Oethæus*, *Joh. Franc. Hildeſius* apud *Schenckium*; quò facit & id, quod *Fallopius de vuln. cap. c.* 12. habet: „De ventriculô habeo, quod dicam: Nam ſanavi „Mulierem, & hominem, à quibus egrediebatur chylus & cibus. Sanavi mulierem glan„de percuſſam plumbeâ ab anteriori & poſte„riori parte. Si autem fuerit in ore ventri„culi inſigne vulnus, tunc ſuccedit mors. Sa„natur tamen ventriculus, quoniam exhibe„mus glutinantia per os. Quodſi objiciatur „& dubitetur, an nutritio quædam in corpore contingat, cùm ventriculus duobus in locis perforatus ſit, omniaque ſtatim effluant? *Platerus* exemplum ſuppeditat, ubi aliquot foraminibus pertusô ſtomachô, nulla tamen tabes inſecuta fuit. Summa, ſententiam meam confirmat *Hildanus Cent.* 4. *Obſ.* 2. hiſce verbis: „Ventriculi vulnus, quamvis „ab Hippocrate, loco ſupra citato, lethale „pronunciatum fuerit, non tamen ex neceſ„ſitate tale eſſe, teſtis eſt admiranda & ſtu„penda Hiſtoria *Oſwaldi Crollii.* „ 3. *An vulnera hepatis illæſis exiſtentibus vena cava, nec non veſicâ fellea, diaphragmate atque inteſtinis, ſimpliciter, per ſe & ſuâ naturâ pro lethalibus habenda ſint*? cùm ſimiliter exempla proſtent, vulnera hepatis feliciſſimè curata fuiſſe? Quamvis *Hippocrates*, & inde quoque *Celſus* hepatis & ſtomachi vulnera lethalia putet & vocet, juxta ſupra dictam tamen explicationem vox lethale intelligi debet. Eodem namque modo loquun-

tur pariter atque judicant *Antonius Muſa*, *Braſſavolus*, *Benevenius*, *Hier. Fabric. ab Aquapendente*, *Nicolaus Tulpius*. Non agemus hâc vice de ingentibus epatis apoſtematibus ejusque ulceribus inveteratis, tandemque ex parte curatis, quorum hiſtorias enumerant *Fernelius*, *Capivaccius*, *Eraſtus*, *Garnerus*, *Merman. apud Schenckium*, *Julius Alexandr. Gad. Sterghius*, *Dodonæus*, *Montuus*, *Marcellus*, *Donatus*, *Hollerius*, *Fabricius Hildanus*, *Amatus Luſit. Herc. Saxon. Foreſtus*, *Joh. Zechius*, *Petrus Pavv. &c. &c.* Sed de recenter illatis vulneribus ut dicamus, *Paulus Ægineta*, è Græcis & Antiquiſſimis Scriptoribus, docet & refert, hominem adhuc conſervari poſſe, licet in hepate ita vulneratus fuerit, ut fruſtum ejus pereat. Talia & ſimilia exempla allegant Principes Medici, etiam Juniores, v. g. *Bertinus Campanus*, *Cornelius Gemma*, *Quercetanus*, *Deſiderius Jacotius com.* 1. *ad l.* 1. *ſ.* 13. *aph.* 15. *Fabric. Hildanus Cent.* 2. *Obſ.* 43. *& Cent.* 4. Unum inſtar omnium hîc totum inſeremus, cum quæſtioni huic prorſus ſatisfacere poſſit: *Eſaias Meichſnerus* in Obſervationibus *Joh. Schenckio à Grafenberg. ſeniori* „ communicatis ita ſcribit: Pforzæ olim Pere- „ grinus quidam Norimbergenſis, ut ſeſe „ venditavit, à quôdam Lateranô Principis „ perfoſſus per hepar, illæſis forſan majori- „ bus venis, etſi magna copia ſanguinis efflu- „ xerit, exanimatus quaſi, tamen ſanitatem „ illæſam recuperavit. Senſibiliter deprehen- „ ſum eſt hepar, nos duo Aulici Medici cum „ Chirurgô ad curam adhibiti ſumus. Notandum hîc venas majores, ramos ſc. venæ cavæ adſcendentis & deſcendentis, læſas non fuiſſe, unde tantùm ſimplex lethalitas in vulnere hepatis, non ratione ſubſtantiæ iſtius viſceris oritur. Pro meliori explicatione hujus ſententiæ meæ ſubjungo verba Celeb. Chirurgiæ Doctoris, *Guilielmi Fab. Hildani Cent.* „ 4. *Obſ.* 2. Veſicæ, cerebri, cordis, præcor- „ diorum, tenuinum inteſtinorum, ventri- „ culi ſ. ſtomachi & jecoris vulnus lethale eſ- „ ſe Hippocrates docet. Verùm hoc ver- „ bum lethale, ut *Galenus* teſtatur *in Comm.* „ prædicti *aphoriſmi Hippocratis*, ſæpius „ dixit de illis, qui ex neceſſitate ſunt mori- „ turi: ſæpius autem de iis, qui magnâ ex par- „ te. Ex neceſſitate moriuntur, teſte *Ga-* „ *leno l. c.* quibus cor vulneratum eſt. Cere- „ brum vulneratum ſæpius, inquit Galenus, cu- „ ratum vidimus: cujus rei exempla quoque „ videre poteris *Cent.* 1. *Obſ. mearum Chi-* „ *rurg. Obſ.* 13. *&c.* Qua diſtinctione & in „ vulneribus hepatis utendum eſt; ſuperficia- „ le enim vulnus jecoris aliquando curatum „ fuiſſe, ex obſerv. 34. Cent. 2. Obſ. mea- „ rum videre poteris. Profundum verò vul-

nus hepatis propter profuſionem ſanguini[s] qui theſaurus eſt vitæ noſtræ, ex neceſſita[te] lethale eſt. Sic & vena cava aut aliqua alia v[e]na, aut arteria in abditis corporis partibus, vulneratæ fuerint, propter hæmorrhagian[m] quæ cohiberi non poteſt, ex neceſſitate mo[r]tem infert. 4. *An Defunctus M. N.* [...] *ta tenorem Receptorum*, *ſub ſigno* ☿. [...] *jectorum*, *legitimè curatus* & me[dica]mentis munitus fuerit, cùm mera co[n]tantia ipſi præſcripta & ſub prætextu mut[atio]nis ☽. venæ ſectio intermiſſa, ſicque [hæ]morrhagia cohibita non fuerit? Cu[ra] ſufficiens non fuit, unde Medicus ad C[olle]gium Medicum citandus erit. Venæſ[ectio] contra methodum medendi omiſſa fuit, & [qui]dem frivolâ ex cauſâ, quod mutatio [pha]ſeos lunaris inſtet; Si enim Plenilunium incideri[t], V. S. magno cum emolument[o] [in]ſtitui potuiſſet: Sin Novilunium: V[enæ] ſectio ejus intuitu differri non debuiſſet, neceſſitas non habet legem. Ingruente [a]plexia vena inciditur, non conſultis [...] Ephemeridibus. Adhæc vulneratus p[...] latum vulnus adhuc IX. horas ſuper[...] *Aqua cordialis Herc. Sax.* in febribu[s] [ma]lignis magis adhibetur, utut ob adſt[...] nem adhuc uſum aliquem habere po[...] ſymptomatum intuitu, quæ in ſimilibu[s] [ge]nerationibus periculoſis pertimeſcenda commodè adhibeatur. 5. *An ſub ip[...] ctione Inſpectio ſufficiens adminiſtrat[a fue]rit?* cum in Atteſtatô Medici quidem [...] tur, in abdomine inſignem ſanguinis [quan]titatem repertam fuiſſe, quæ tamen [...] ponderata, nec ſymptomata (puta [...] denominata ſint; unde probabile ma[...] ſet vulneratum ex aliis & naturalibus [cau]ſis obiiſſe, quod ſanguinis per V. S[...] que medicamenta refrænatus non [...] Reſp. Inſpectio vulneris accuratius fie[ri de]buiſſet, cùm ſanguis extravaſatus [...] ponderatus, nec quantitas ejus [...] propter definita fuerit; quia etiam [ventri]culus pertuſus & vulneratus inebriatu[s] materia potulenta è ventriculo in cav[...] abdominis deſtillare, & hanc ſanguinis [quan]titatem, ut videtur, augere p[...] adeoque in hoc inquiri debuiſſet. N[...] fertur, an convulſio, oris tortura, [...] convulſivus, epilepſia, aut paralyſi[s] alicujus acceſſerit; in hoc dum m[...] quiro, nulla ejusmodi ſymptomata a[...] perhibent, interim è re fuiſſet, [...] vulneratæ denominatæ fuiſſent. 6. *A[n] Chirurgorum Atteſtatum ſub ſign.* ☽. *a[u]ticum*, *& ictus* eâ de cauſâ lethalis [...] ſendus, quod totum abdomen, ut & [ventri]culum cum hepate penetraverit, cum [...] judicii hujus rationem allegare valeant [...] Chirurgorum atteſtatum minus att[...]

n eſt. Nimium ſcriptum eſt dum vulnus ari non potuiſſe dicunt, attamen ita ex- ari poteſt: Lethale, vel utplurimum le- le fuit, dum non curari potuit, ſc. per- tè, ita, ut vulneratus nullum amplius in- nmodum & moleſtiam â vulnere hoc ſen- us ſit, cùm exempla proſtent, vulnera triculi aperta manſiſſe, indeque cibum non infigni hominis moleſtiâ expulſum fuiſſe. inſanabile non ſtatim lethale per ſe & ſim- iter tale eſt. 7. *An ictus in M. N. obſer- tus ſimpliciter, per ſe & ſuâ naturâ pro hali habendus ſit?* & an hoc in locô tum urâ, tum Inſpectione, ex præſcriptô Me- orum ubivis legitimô modô proceſſerint? c quæſtio cardinalis eſt, ſolum vulnus cernens, ubi omnes & ſingulæ circum- tiæ probè obſervandæ ſunt. Ictus hic pliciter, neceſſariò, per ſe & ſuâ naturâ alis non fuit. Non ob partium nobilita- , ob ſuprà allegata exempla: Non pa- r ob adjunctam hæmorrhagiam, cùm non ratur venam cavam aut aliam venam ma- m læſam fuiſſe: Non ob ἀδυναμίαν, cùm vulnera, utplurimum q. lethalia, unum ſe, ſimpliciter & neceſſariò ſuâque natu- ethale efficere non poſſunt: utut pericu- agnitudinem curandique difficultatem in- nt. Nulla etiam à Chirurgis mentio fit tæ vulneris dilatationis, quâ ſanguis ex- ſatus educi potuiſſet. Unde Vulnus hoc periculoſiſſimô & pro vulnere utpluri- n (ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ) lethali, non verò pro- ere ſimpliciter per ſe, neceſſariò & ſuâ râ lethali habeo. Quod ad petitum Te e nolui. N. N. die 1. Februarii Anno 7.

N. N. N. Med. D. P. P. Colleg. Med. N. Sen.

---

ponſum Facultatis Medicæ Lipſien- s; de non ſufficienti Inſpectione vul- neris Hipoch.

P. P.

Um in Literis Veſtris, de dato Witteb. die 1. Febr. à Nobis informationem dam deſuper 7. quæſtionibus diverſis de- tis, hinc modò dictas una cum Addi- ntis Collegialiter perlegimus eorumque nta probè & maturè ponderavimus, vos- reſponſi loco celare non poſſumus, primi intuitu determinare non poſſi- , quid in præſenti caſu, ut perhibetis, ethalitatem intelligendum ſit? eâ qui- de cauſa, quoniam, ut infra adduce- caſus hic, ſecundum qualitatem & con- ditionem ſuam, & ſicut penes Medicos hic re- ceptum eſt, non eſt deſcriptus; aliâs verò, tam è fundamentis Artis, quàm ex Autori- tate Claſſicorum, tam recentium, quàm vete- rum Medicorum ſatis conſtat, phraſin illam, lethale eſſe, in forô Medicô tripliciter uſur- pari, ſc. 1. pro eô, quod malum & pericu- loſum eſt; 2. pro eô, quòd maximè pericu- loſum & utplurimum cum vitæ periculo eſt; & 3. pro eô, quod ſimpliciter, abſolutè & neceſſariò mortem inferre ſolet. Quoad II. An vulnera meſenterii & per fundum ven- triculi exeuntia, pro ſimpliciter lethalibus habenda ſint? Satis obſcurè quæritur; quia 1. meſenterium & ventriculus partes ſunt & ſitu & actione & aliis diſtinctæ, neque 2. in quæſtione veſtra habetur, an vulnus prædi- ctarum partium tantùm de læſione ſubſtantiæ, vel ſimul de vaſorum, præprimis majorum læ- ſione intelligendum ſit: Illam quod attinet, ventriculus, etiam ſecundum fundum, mul- tò magis autem meſenterium, abſque ſimpli- ci & abſolutâ lethalitate vulnerari poteſt: Ho- rum autem intuitu & ſi vaſa harum partium, præſertim arteriæ earumque rami majores, ſi- mul læduntur, vulnera illorum non imme- ritò pro lethalibus habentur, non tantùm ex- inde, quoniam partes hæ additæ & in imô corporis ſitæ ſunt, ita ut vulnus commodè non tractari, multò minus hæmorrhagia ſi- ſti queant; ſed etiam, quia per hæmorrha- giam ſpiritus inſigniter & confertim diſſipan- tur. Quoad III. cum vulneribus hepatis, ut in quæſtione veſtrâ deſcribuntur, eadem ra- tione comparatum eſt; dum Epar diaphrag- ma & inteſtina diſtinctæ ſunt partes, eâque de cauſa de vulneribus illarum diſtinctè et- iam quæri debebat. Quoniam verò in quæ- ſtionibus veſtris neque diaphragmatis læſi, neque inteſtinorum læſorum mentio eſt facta, hæcque quæſtio vulnera hepatis tantum con- cernit, hinc ſimilia vulnera eodem, ut in præcedenti reſponſione dictum fuit, modô definienda ſunt: Scilicet ſi hepar abſque læ- ſione vaſorum majorum vulneratur, vulnus pro ſimpliciter, abſolutè & ſuâ naturâ letha- li habendum non eſt; è contra verò, & ubi vaſa majora ſimul violantur, vulnus meritò, & quidem ob allegatas cauſas ſimpliciter & abſolutè lethale eſt. Quoad IV. Curam De- functo M. N. adhibitam ſuo in locô relin- quimus; certum tamen eſt, medicamenta il- lîc præſcripta ferè ſingula ad confortationem viriumque conſervationem directa fuiſſe, neque videmus, quâ ratione tantopere hîc erratum fuerit, cùm Medicus qualitatem vulneris è nullô ſignô externô dignoſcere, indeque intentionem ſuam ad ſiſtendam hæmorrhagiam præcisè dirigere non potue- rit. Ut taceam medicamenta quoque in- terna, quæ pro ſiſtendâ hæmorrhagiâ ad- hiberi potuiſſent, exiguum fortè effectum

exſerere potuiſſe; quod autem V. S. intermiſſa fuerit, erroneum eſt, nec ullo modô per mutationem phaſeos Lunaris excuſari poteſt; OCCASIO ENIM PRÆCEPS EST: & quia in omnibus & ſingulis, cumprimis vehementioribus vulnerationibus illa non tantùm curationis, ſed & præſervationis gratiâ, lege methodi medendi celebrari debet, hinc ſtatim in principiô curationis vena incidi debuiſſet. Quoad V. Inſpectio & ſectio utique pro ſufficientibus haberi poſſent, dummodò qualitas vulneratarum omnium partium, & præprimis vaſorum, ex quibus inſignis illa hæmorrhagia fuit ſuborta, accuratius determinata fuiſſent, ut meritò id & lege Artis fieri debuiſſet, cumprimis, quod ex allegatâ inſigni ſanguinis quantitate præſumi poſſit, à vulnere cavam hepatis partem penetrante, dubiô procul inſignem quoque ramum læſum fuiſſe; Sanguinem autem coagulatum ſimul ponderari debuiſſe, neceſſarium non fuit, nec ad accuratam ſectionem aut vulnerum judicium requiritur, dum Medici ex copiâ ſanguinis, per cauſam violentam extravaſati, non verò ex pondere ipſius judicium formare ſolent: Multò minus Symptomata poſt inflictum vulnus in vulneratoſe trudentia atteſtato Medici inſerenda ſunt. Minimè omnium autem conjecturare licet, vulneratum ex aliis, & quidem è naturalibus, ut perhibetis, cauſis obiiſſe. Quoad VI. Chirurgorum Atteſtatum, cum ſuperficiale nimis ſit, nec qualitatem vulneris deſcribat, pro authenticô & ſufficiente habere non poſſumus. Quoad VII. demum purè & abſolutè ſtatuere non poſſumus, an M. N. inflictum vulnus, prout ſc. à Medicô & Chirurgis in atteſtatis ſuis deſcribitur, pro ſimpliciter & ſua natura lethali, vel ſecus haberi debeat, quoniam, ut ſuprà dictum, qualitas vulneratarum partium omnium ſufficienter & ex Artis præſcriptô determinata non fuit, eaque de cauſa optandum eſſet, ut in vulneris inſpectione major & ſollicita magis cautela adhibita fuiſſet. Quod pro tenore quæſtionum Nobis tranſmiſſarum Reſponſi loco atteſtari voluimus. Lipſiæ die 4. Febr. 1667.

Vid. Amann. Prax. Vuln. Lethal.
Dec. I. C. 2.

CASUS XXIV.

DE
ILLEGALI INSPECTIONE PLAGARUM.

Reſponſum Facult. Medicæ Giſſenæ, de illegali inſpectione plagarum variis C. H. partibus inflictarum:

QUoad communicatam Speciem Facti, illique annexas Quæſtiones, Medicis æquè ac Chirurgicis Principiis conſentaneum ſe ducimus:

Sene die 17. Maji hujus anni contuſ ſclopeto temporibus impacta, adeò gra vulneratô, ut deliquio ferè animi corriper Similiter in pectus & latus ſiniſtrum adeò tuſô, ut ſanguinem ſtatim vomuerit, & d teris ſiniſtri dolore ſub coſtis ſpuriis conqu fuerit interdum etiam, imprimis, cùm p jam dies decubuiſſet, duorum palmoru titudine ſanguinem variegatum, & duobus obitum diebus dimidiam amphoram ſang per ſeceſſum dejecerit. Attamen adhu cumire, imò nonnulla milliaria abſolver tuit, donec per 14. dies, obitum antece tes, lecto affixus hæſerit, ob ſummos, tere ſiniſtro, dolores vermis inſtar ſe c xerit, ſummo corporis calore perfuſu rit, diem integrum, mortem præceden ſomno conſumſerit, noctem verò inſe tem inſomnem egerit, ratione licet ir manente, dieque ſubſequente, 2. ſc. à meridie placidè & quietè obierit. Su ſectione, à 2. Chirurgis, die 3. Julii, ir ta, caput, utpote cujus vulnus optim ſolidatum erat, minus apertum: Pector & abdomine inciſis, tam in pectore, liene nil incommodi obſervari potuit; tra verò in latere dextrô hepar omninò dum, inflammatum & haud exiguâ qua materiæ ſeroſo purulentæ refertum vide adeoque quæritur:

An 1. Vomitus cruentus. 2. Sangu ſeceſſum excluſus, 3. calor in corpore p tumor, inflammatio, pus & materia ſa in hepate à contuſione per Sclopet cta profluant & 5. die 47. mortem ill ſata fuerint? Omnia juxta tenorem i tæ Nobis Speciei Facti annexarumque ſtionum.

Primum jam quod attinet, tant enarratis circumſtantiis apparet, quòd tus cruentus maximâ ex parte plagis, lateri illatis, adſcribendus ſit, cum minores in liene dilaceratæ fuerint, causâ ſanguis extravaſatus in ſtomachun & per vomitum ejectus fuit, cum ex riis Medicis conſtet, quod in vomitu ſanguis interdum è liene profluxerit. ter res ſeſe habet in ſecunda quæſtione, ſanguinem paucis diebus poſt illatas co nes per alvum excluſum, quoniam ſolenne eſt ſanguinem extravaſatum, xium & inutile quid, per varios ductu vias è corpore eliminare; licet vena fo morrhoidalis, quæ juxta Chirurgi de nem in defunctô quandoque fluxit, ſe ſimul aperire potuerit. Quòd autem dius ille ſanguinis congius, qui bini obitum diebus per alvum ſeceſſit, è aut liene immediatè derivatus ſit, vel ir nus eſt probabile, quia ſub inſpectio

ue in pectore, neque in Liene defectus aliuis aut vitium ſe truſit, & quia defunctus in uintam usque ſeptimanam obambulare, imò Vezflariam adhuc petere valuit. Quin pous credibile eſt hæmorrhagiam hanc ab heate inflammato & inſequente tumore fuiſſe portam. Quemadmodum & 3. calor ille p. in corpore non minus, ac 4. intumeſcen-, pus & materia ichoroſa in hepate ab inmmatione propullularunt. Unde verò dicta odò inflammatio propriè ſubnata fuerit, n facilè determinari non poteſt, cum inſpeo minus legaliter, nec eâ cum ſedulitate, iam tam ardua & ſanguinem humanum connens cauſa exigit, adminiſtrata fuerit, ſed out neutiquam apertum ſit, cujus inſpectio ſectio tamen meritò fieri debuiſſet. Quamenim prætendatur, vulnus in capite omni & perfectè conſolidatum fuiſſe, è probaimis tamen Chirurgis, tam Veteribus, àm Modernis conſtat, quod vulnera capi-, quam levia etiam primô intuitu videan-, nunquam inſuper haberi debeant & ſentiâ Hippocratis nullus ejusmodi vulneratus e 100. diem præterlapſum in tutô ſit loca-, cùm experientia teſtetur, quod non tann ſeptimâ aut nonâ ab acceptis plagis & neribus ſeptimana, ſed effluxis omninò). diebus æger, ſubitò perierit. Eo magis em id obſervari caputque ſub inſpectione riri debuiſſet, quod ictus temporibus illafuit, ubi teneriori textura gaudet caput atcranium. Cum verò id neglectum fueex ſpecie facti autem id eluceſcat, quòd egionem epatis nulla contuſio pervenerit, us etiam & lien, quæ utrobique ſalva & merata apparuêrunt, huc nequicquam tribuere potuerint, & è contra neſciatur, cerebrum vulneratum inibique materia dam (ut è lethargô paulò ante obitum dente videri poſſet) collecta fuerit, quæ nc per tranſpoſitionem hepar inundaverit, que inflammârit, an verò allegata hepanflammatio morbus ſeparatus fuerit;

Hinc rebus ſic ſtantibus neque inflammaem, neque calorem intenſum, neque cam, purulentam & ichoroſam materiam epate, nec die 47. inſequentem obitum s Senis, contuſionibus Sclopeti abſolutè mpliciter adſcribere poſſumus.

Quod ad inſtantiam factamque requiſitio Reſponſi loco impertire debuimus. Atndo ea ſigillo Facultatis Medicæ ordina-

Sign. Giſſæ Menſ. Julii An. 1667.

CASUS XXV.

DE [I]SPECTIONE LEGALI DEFENDENDA.

Reſponſum Facultatis Medicæ Lipſienſis; deſuper legalitate inſpectionis incuſatæ.

P. P.

QUæ contra Inſpectionem in N. N. inſtitutam, & deſuper eâ impertitum Atteſtatum fusè allegâſtis, ac ſi ea minus legalis eſſet, Vulnus verò Lienis & nullô modô pro abſolutè & ſimpliciter lethali habendum foret; ea unà cum aliis, eorum intuitu, nobis propoſitis quatuor quæſtionibus Collegialiter, juxta, circumſtantias illîc contentas, ponderavimus, & deſiderati Reſponſi loco referimus, quod in I. & II. Quæſtione, (utut, ad Atteſtantium verba, ad unum omnia, hîc defendenda non teneamur) videre non poſſimus, quibus in punctis Relationis ſuæ ultra quàm par erat & citra Cauſæ præjudicium fieri debuiſſet, proceſſerint; multo minus, quod in periculum Tertii aliquid, quod ad cardinem rei facere potuiſſet, præterierint & omiſerint; ſiquidem I. neque Vobis, neque Defenſori Veſtro indulgendum, quòd forma ictus aut vulneris externi triangularis tantum efficta & excogitata fuerit, cùm enſis triangularis, aut aliud ſimile inſtrumentum lædens in partibus ſeu integumentis externis parilem quoque ictus formam utplurimum relinquat. Adhæc 2. à Vobis tanquam palmarius defectus allegatur, quòd Atteſtantes non addiderint, quantum ſanguinis è vulnere externô promanarit? an collapſum & occluſum idem fuerit? an vulnus rectum vel obliquum? an ſtylo inquiſitoriô pervium? quinam ſpeciatim muſculi ſint læſi? an ictus deſuper an ſubtus inflictus fuerit? Quæ omnes tamen circumſtantiæ, dum intentionem Inſpectorum nequicquam implent (enormi cumprimis Lienis & Ventriculi Læſione luce Meridianâ clariori exiſtente) impunè præteriri potuerunt. 3. Nodus in ſcirpô quæritur, dum ſcrupuloſè inquiritur, quâ ratione ſub coſtâ ſeptimâ ictus inflictus lienem & ventriculum perforare potuerit? cùm vel ipſi, vel illi, qui conſilia ejusmodi Vobis ſuppeditârunt, hæc ipſa ex autopſia & fundamentis Anatomicis, unde nonnulla in perverſo ſenſu petiiſtis, facilimè addiſcere poſſitis, dum Lien ſub Diaphragmate fornicatô, in hypochondriô ſiniſtro, cum adjacente ſibi ventriculô locatur, h. e. ſub coſtis nothis, & ita quoque ſub ſeptimâ & octavâ coſta ſitus eſt, ut adeoque utrumque viſcus ab ictu modò dictô optimè ſimul & unâ vice perforari potuerint & Lien quidem dummodò Læſus dictum hypochondrium in ictus momentô, ut facilimè fieri potuit, introrſum nonnihil inclinaverit) non tantùm in extima, ſed & interiore mediaque parte; Quod 4. enſis triangularis non ſimul ſecare, adeoque vaſa lienis diſſecaſſe

caſſe non potuerit aut laceraſſe, prolixâ refutatione non indiget; cum inſtrumentum quoddam triangulare ſimul quoque anceps & acie quadam inſtructum eſſe poſſit, adeoque vulnera aliis perículoſiora inferre valeat. Cur 5. Atteſtantes vaſa arterioſa & venoſa Lienis, tam ab arteriâ cœliacâ, quam ramô ſplenicô diſſecta dicant, ſuo in loco relinquimus; ſufficit è contextu elucefcere, Eosdem non eô, qui ipſis affingitur, ſenſu id feciſſe, ut ſc. exiſtimari poſſit, vaſa illa majora læſa fuiſſe, ſiquidem expreſsè vaſa hæc non extra, ſed intra lienem vulnerata dicunt, è quibus & perfoſsô Liene (ut de vaſis ventriculi ſimul laceratis nil addamus) ſpatio 37. horarum aliquot libræ ſanguinis effluere & in Abdominis Cavitate, etiam absque contentis ventriculi (quæ à ſanguine congruma to facilimè diſcerni poſſunt) colligi potuerunt.

Ut adeoque, quoad III. eamque Cardinalem Quæſtionem, Vulnus Lienis & Ventriculi in Atteſtatô deſcriptum optimô jure & juxta Fundamenta Anatomico-Chirurgica pro ſimpliciter & abſolutè lethalibus habeamus; quin neque Vos ipſi, neque Conſulens Veſter ullam obſervationem allegare poteritis, quod ſimile vulnus ſub talibus circumſtantiis unquam curatum fuerit, cum tali ſanguinis vitalis & contentorum ventriculi profuſioni nullâ arte ſuccurrere poſſimus. Imò ſi inter ſymptomata à vulnere & inter ſymptomata ab aliâ causâ provenientia diſtinguere voluiſſetis, facilimè judicare potuiſſetis, aſſertum veſtrum manifeſtò falſum eſſe, & plurima vulnera, mediantibus demum, aut certè non ſine ſymptomatibus inevitabilibus, enecantia tamen per ſe lethalia eſſe eumque, qui ex ſymptomatibus vulneris moritur, non ex accidenti, ſed neceſſariò & ex vulnere perire.

Adeoque, quod IV. Quæſtionem attinet, Atteſtatum hoc, ſine omni jure, contra propriam & ſcientiam & conſcientiam impugnatum, Legibus artis omninò conſentaneum eſſe ducimus, cui, in ferendâ ſententiâ DNN. JUDICES, etiam absque noſtra admonitione, inniti poterunt; Adhæc in votis habentes, ut ſimilibus in Cauſis ſanguinem humanum concernentibus, contra Principia Medica agentibus Defenſoribus eorumque Conſulentibus & Patronis tandem aliquando à Magiſtratu Civili ita obviam iretur, & in eos animadverteretur, ut impoſterum à ſimilibus Attentatis abſtraherent & deſiſterent &c. &c.

Welſchius in Rationali Vuln. Leth. Judic. cap. XVI. pag. 171.

CASUS XXVI.

DE FAMA ANATOMICORUM.

Relatio.

BRugis Flandrorum 1666. Menſe Jan. [...]ptum eſt ad Facultatem Lipſienſem, C[hi]rurgiæ Studioſum quendam in itinere hirc[um] ſecuiſſe aliquando, hinc indignum eſſe M[agi]ſterio Artis, nec à reliquis Barbitonſor[ibus] tolerandum.

Reſponſum Facultatis Medicæ Lipſ[ien]ſis; de Anatomia hirci non infamante.

CUm Nobis Decano, Seniori, ut & [Do]ctoribus aliis Medicinæ & Facultatis [Me]dicæ in Academiâ Lipſienſi Aſſeſſoribus, [Spe]cies quædam Facti transmiſſa fuerit, hu[jus te]noris: Quòd ALPHONSUS CLAUSM[AN], Barbitonſor & Chirurgus Neo-Hanovie[nſis], cùm penes Vicarium Chiliarchæ olim [...] dia mereretur, brutô aliquô ſubitò demo[...] huic ſimile, cibo deſtinatum, juſſu ejus, [...] ſam prioris indagaret, aperuiſſet & inſpe[xiſſet] &c. eaque de cauſa quæratur, an dictus [...] dò Clausmannus, ob peractam illam S[ectio]nem, ab aliis Chirurgis jure meritoqu[e pro] infami haberi poſſit? Nosque Speciem [...] integram diligenter perlegendo reperieri[mus], Clausmannum illum ab honeſtis Paren[tibus] prognatum, & annis diſciplinæ ſupera[tis in] Patria ſuâ (juxta tenorem teſtimonioru[m fide] dignorum) Artis Magiſtrum declara[...] ſe; Hinc exiſtimamus eundem Alpho[nſum] Clausmannum hujus Sectionis intuitu, [...] modô pro infami habendum, ſed omni[a] quæ Chirurgo Legitimo permittuntur, [...] las ſc. ſuſpendere, curas ſuſcipere, pue[...] muloſque alere, vi privilegiorum in Art[e Chi]rurgica ipſi impertitorum, ipſi omninò [...] re concedenda ſint, cumprimis ſi iden[...] probabile eſt, ſolum eum in finem ſu[...] ut in conjecturâ & opinione ſuâ eò mag[is con]firmetur, & per ocularem inſpectione[m ...] tum experiri valeat, quò Generi huma[no ...] hac vel illa occaſione ſalutariter inſervi[re pos]ſit; ſiquidem ex intempeſtivis ejusm[...] omninò inculpandis imputationibus inſi[...] qui poſſent abſurda, ſi omnes illi, qui i[...] tis Fundamenta, tam Medicæ, quan[...] rurgicæ Artis cautè quærunt, pro infam[ibus &] illegitimis haberi debeant. Quapropter ſi [...] legatus Alphonſus Clausman, ſecundu[m alle]gatas circumſtantias meritò defendend[...] Quod

[qu]od hiſce ſub ſigillô Facultatis atteſtari vo-[lu]mus. *Lipſiæ die* 29. *Jan. An.* 1666.

Vid. Ammann. in Irenico pag. 266.

CASUS XXVII.
DE
[L]OCO ANATOMES SOLENNI.

Reſcriptum Electorale Saxonicum
AD
P. P.
[C]apitaneum & Senatum Weiſſenfelſenſem.

QUid à Nobis Facultas Noſtra Medica Lipſienſis ob D. Loneri Anatomen penes Vos [ſu]ſcipiendam humilime petierit, ex Incluſis [he]ce perſpicere poteritis; quoniam verò hoc [ejus] Propoſitum in non contemnendum præ[judi]cium Privilegiorum Facultati noſtræ con[ceſſ]orum, & in Veſtrum æquè ac vulgi ſcanda[lum] vergit; adhæc Chirurgorum famuli illic [dege]ntes, ob viciniam, ſimilibus Exercitiis [quo]tannis Lipſiæ cohabitare valeant;

Hinc Clementiſſimè his jubemus, ut ſu[pra]allegato D. Loneri Exercitium hoc, quod propoſuit, ſecandi extra Academiam, in[hib]icatis &c.

Vid. D. Paulus Ammannus in Prolegom. ad Praxin Vulnerum Lethalium §. VIII.

CASUS XXVIII.
DE
[MO]DERATIONE IMPENSA[R]UM INSPECTORIBUS SOLVENDARUM.

P. P.

[Q]. V. Exc. Exc. hiſce Acta quædam Inquiſitionalia JOH. AULICHENIUM Nich[...]zenſem (utpote cui imputatur, quod [...]nem ſuum, Andream Pfennigen, Fabrum [...]arium Böckwizenſem die 15. Maji nuper [...]ô ſub compotatione in Tabernâ Artzber[...]i ita verberaverit & contuſerit, ut die in[...]enti obierit) concernentia, officioſè tranſ[...]o; & poſtquam in Ampliſſimô Scabinatu [...]ienſi, teſt. Act. fol. 69. inter alia deciſum [...]ut Medici & Chirurgorum prætenſiones [inſp]ectionem corporis fol. 38. 40. 41. liqui[...]s, niſi amicè cum iisdem convenire poſ[...], moderationi Facultatis cujusdam Medi[...]ommitterem; hinc idem hiſce in actum [...]cere & Dominos meos Honoratiſſimos [...]ioſè rogare volui, ut tres illas liquidatio[...]noderare, & quantum cuivis hâc in parte [ſo]lvendum ſit, me gratioſè informare velint. [Qu]oniam etiam Inquiſitus Aulichius fol. 70. [...]. rogavit, ut inſimul exquirerem, an ex Se[...]ne fol. 17. 18. & Relatione Medici & Chi-rurgorum de eâ Actis inſertâ, plagæ quædam lethales, unde defunctus neceſſariò obierit, hauriri poſſint? hinc, ut veſtrum ſimul judicium ſimiliter aperiatis, eſt quod amicè rogito. *Liebenwerdæ die* 23. *Sept.* 1679.

Joh. Gottfried. N.

Liquidatio.

	Thal.	*Gr.*
Medicus pro labore & itinere	20.	12.
Chirurgus - - - - - -	9.	18.
Balneator - - - - - -	7.	--
Summa	37.	6.

Relatio ſuper vulnere.

NOs infra nominati in Defunctô ſequentia invenimus: 1. Cadaver hinc inde à pedibus ad verticem, & ita in univerſô corpore externè fuſcum cœruleum & ſubviride fuit, & in eô diverſæ veſiculæ obſervatæ ſunt. 2. Scrotum cum pene veſicæ mediocris inſtar extenſum fuit, quô apertô tamen meri flatus absque Teſticulorum læſione erumpebant. 3. Caput atque facies ſimiliter externè, ut totum corpus, fuſcum, cœruleum & ſubviride, linguâ ore quodammodo exſertâ & cuticulâ tam molli exiſtente, ut ad primum ferè attractum ſub digitis diffluerct, dubiô procul eam ob cauſam, quod cadaver, in quintum usque diem, ſub intenſâ aëris caliditate & in calidô anguſtoque tuguriolo putreſcere inciperet, & plurimis in locis vermiculis, horrendo fœtore conjunctô, ſcateret 4. aliquid ſanguinis coagulati è nare ſiniſtra fluebat. 5. Intra membranam capitis carnoſam, venulis donatam & pericranium (absque ullâ tamen cranii hujus læſione) in utroque capitis latere aliquantulum, utut haud multum, pondere ℥vj. circiter æquans ſanguinis extravaſati & coagulati reperiebatur. 6. In craniô & perioſtiô nulla inflammatio obſervabatur, niſi quod iis in partibus, ubi ſanguis locatus erat, color membranarum quodammodò immutatus fuerit. 7. Et poſtquam hæc quoque involucra, ſeu membrana ſupra cranium expanſa, leniter à craniô ſeparata fuit, ſimiliter nulla fractura, neque fiſſura, nec contrafiſſura, nec ulla compreſſio, aut contuſio cranii reperta fuerunt, ſed illud purum omninò & candidum fuit. 8. Cranio verò remotô in latere ſiniſtrô, & quidem in parte capitis decliviore intra cranium & duram matrem fruſtum ſanguinis coagulati, ℥ß. ferè ponderans cranio proximè adjacens, inventum fuit, durâ piâque matre illæſis. 9. Cerebrum & Cerebellum molliuſcula jam & fœtida erant, ſiquidem jamdum ob intolerabilem fœtorem vix illîc ſubſiſtere poteramus. 10. Circa ſectionem thoracis pulmones penitus fere diffluentes, cor verò marcidum, utut ſine vulnere & læſione obſervabantur. Stomachus & inteſtina (ob crapulam) diſtenſa, epar autem inſigniter nigricans videbatur. 11. In

In Dorsô cadaver hocce ſanguine quodammodò ſuffuſum erat; unde elucescit, quod ex ictibus illis & plagis non tam neceſſariò, ſed ex accidenti obierit, quia nulla prorſus curatio adhibita fuit, ſed dictus ille Pfennigius poſt rixam & luctam ebrius ſub frigore decubuit, cùm ſub ipſa ſectione nulla principalis læſio obſervata fuerit.

Joh. Fridericus N. Phyſ. Haynenſis.

Reſponſum I. Facultatis Medicæ Lipſienſis; de Vulnere Capitis ambiguo & moderandis Impenſis Inſpectoribus ſolvendis.

P. P.

QUandoquidem Dom. Tua Nobis Acta quædam inquiſitionalia, Andream Pfennigium, violenta morte interemtum, concernentia tranſmiſerit & inter alia ſententiam noſtram deſuper ſequentibus quæſtionibus inquiſiverit, ſc.

1. *An & in quantum Medici Chirurgorumve Liquidatio moderanda ſit?*
2. *An ex Sectione inſtitutâ & deſuper illâ ad Acta relatio atteſtatô, plagæ quædam lethales, unde Defunctus neceſſariò perierit, hauriri poſſint, ne ne?*

Hinc præviâ Collegiali ponderatione omnium circumſtantiarum reſpondemus, quòd 1. Medici liquidati 20. Imperialis 12. Gr. ad 14. Imperiales: Chirurgi ad 6. & Balneatoris ad 5. Thaleros moderanda ſint. 2. Relatione Medici fol. 32. N. 9. ſatis obſcura eſt, dum vix intelligere poſſumus, quid propriè per partem capitis decliviorem (ubi fuit) ſibi velit, an os temporum, vel profundiorem adhuc locum per eandem intelligat? quopropter & de neceſſariâ & abſolutâ Lethalitate hâc vice certi quid determinare non poſſumus. Lipſiæ die 19. Septembr. Anno 1679.

Dilucidatio Relationis *& Requiſitio II.*

QUùm juſſu veſtrô, in Cauſa Andreæ Pfennigii, Homicidium concernente, juxta Facultatis Medicæ Reſponſum in Actis Inquiſitionalibus hinc inde ventilatis & aſſervatis fol. 79. reperiendum, clariorem Medici explicationem, quid in Relatione fol. 32. communicata, N. 9. per partem decliviorem capitis (ubi ſanguis extravaſatus inventus fuit) ſibi velit? an os temporum, vel profundiorem adhuc locum per eandem intelligat? requiſiverim, isque fol. 78. ita ſe explicaverit, ut per v[...] Relat. fol. 39. N. 9. in parte decliviori ca[...] nihil aliud, quàm os Temporum ad aur[...] quod quinque habet exigua foramina, per[...] tranſeant venulæ & arteriolæ, intellexerit[...] deque concluſerit, quod ex illarum[...] ruptione ſanguis extravaſatus & coagu[...] extra cranium ad duram matrem deſcend[...] aliâs verò neque in hoc oſſe, nec oſſe [...] pitis contuſio, ſive fractura aliqua obſe[...] fuerit; hinc &c.

Joh. Gothofredu[...]

Reſponſum II. Facultatis Medicæ [...] pſienſis; deſuper lethalitate vuln[...] ris Capitis.

POſtquam Acta Andræ Pfennigii h[...] dium concernentia nobis remiſſa, & [...] ulteriorem explicationem fol. 78. quâ [...] Medici obſcura, in parte capitis declivio[...] in Relatione fol. 23. 33. N. 9. dilucida[...] finale noſtrum judicium, an ſc.? &c. [...] que impenſarum, de novô prætenſarum [...] deratio iterata deſideratur; hinc prævi[...] ficienti conſideratione omnium & ſingu[...] circumſtantiarum referimus, 1. quod cu[...] guis extravaſatus & coagulatus ℥ß. pon[...] (qualis in Andreâ Pfennigiô occiſo in[...] fuit) inter os temporum duramque m[...] ſitus fuerit, adeoque nullo remedio, [...] nec per trepanationem extrahi potuerit [...] obſtante, quod vulneratus per aliquot [...] dies ſupervixerit, & in cura ejus nihil on[...] fuerit, hanc tamen læſionem, juxta ci[...] ſtantias ſuas, meritò pro ſimpliciter & a[...] tè lethali habeamus: Licèt & negari n[...] ſit, malum Regimen in Actis allegatum [...] celerationem hujus Lethalitatis haud mir[...] attuliſſe: 2. Impenſas à Medicô de n[...] quidatas quod attinet, ſanè videre n[...] ſumus, quô jure ulterius quid prætende[...] ſit? ſiquidem Explicatione, ab eô re[...] carere potuiſſemus, ſi pars affecta in pri[...] latione, prout Artis eſt, determinata [...] Quapropter exiſtimamus, quod plura [...] nequeat, ſed 14. Imperialibus, ipſi d[...] natis contentus eſſe poſſit. &c.

Amman. in Praxi Vuln[...] Dec. IV. Hiſt. IX.

P. N[...]

PANDECTARUM MEDICO-LEGALIUM
PARTIS II.
SECTIO II.
DE
VULNERIBUS CAPITIS LETHALIBUS.

INTRODUCTIO.

§. I.

CAput, ceu ſuprema corporis humani regio, offendiculum quoddam eſt, in quod omnes aut pleræque injuriæ externæ irruunt & impingunt. Videas enim nulla in Forô, tam Civili, quàm Medicô, frequentiora eſſe, quàm vulnera capitis, ut non ſine Providentiâ Divinâ partibus intus contentis ȩâ illâ & firmiſſimâ concameratione, quæ cranium conſtituit, pro-ctum ſit. Imo ne & hæc ſtatim omnibus pateat inſultibus, cute ıſiſſimâ primò cincta eſt, quæ ictus leviores excipiat & avertat, pro ɔrum diverſitate vulnera capitis vel magis, vel minus periculoſa fiunt. et enim nulla ex illis ſuâ naturâ tuta ſint, ut *Fortun. Fidelis* rectè judi- *lib.* 4. *ſ.* 2. *c.* 6. adeoque nullum pariter capitis vulnus pro leviuſculô ha-i debeat, juxta *Hippocrat. in prœm. lib. de vulneribus capitis*: nihilomi- tamen ratione lethalitatis inſignis & notabilis illìc differentia occur- Quemadmodum ergò ea tantùm vulnera per ſe, ſimpliciter & ab-ıtè lethalia dicuntur, quæ omnem medelam effugientia brevî tem-is ſpatiô vitam adimunt, ut è *Farinaciô* JC. notat *Paulus Zacchias in æſtion. Medico-Legal. lib. V. Tit.* 2. *q.* 2. §. 6. ita (niſi vaſa inſigniora ſi-l lædantur) ea tantum vulnera in capite per ſe lethalia dicuntur, quæ fundius in partes intus contentas penetrando, aut humoribus cir-antibus, cum ſpiritibus, viam intercludunt, aut Medici Chirurgique m prorſus excludunt. Superficialia è contra & in cortice quaſi hæ-ia adeò non lethalia dicenda ſunt, ut potius haud rarò illa curata e Praxis quotidiana atteſtetur. Hinc ſi vel ſola cutis in capite, vel & ſculi illi ſubſtrati lædantur, vulnus immediatè & per ſe mortem in-e non poterit, neque pro abſolutè lethali haberi debet, juxta CAS. I. icet etiam muſculus temporalis violatus fuerit, neutiquam tamen ıus ſimpliciter lethale inde orietur, ut contra communem, ex aliis

Scriptoribus, Actis Publicis & propriâ experientiâ *Bohnius in Renunc. Vuln. Lethal. Sect. 2. Cap. 1. pag. 176. & ſeq.*

§. II.

Porrò neque cranii fracturæ (ſolâ fortè Contrafiſſurâ exceptâ) ejusque vulnera, in ſe ſpectata, ſimpliciter & abſolutè ſunt lethalia, ſive cæſim fiant, ut in CAS. II. ſive punctim, in CAS. III. ſive contundendo, in CAS. IV. licet cum ſanguine extravaſato, ſub cranio, in CAS. V. vel inter utramque meningem, in CAS. VI. hærente, conjuncta ſint, cùm hic per trepanationem, inciſionem, V. S. aliaque remedia Chirurgica commodè educi poſſit; niſi aut ſanguis tenaciter ſive cranio, ſive partibus vicinis adhæreat, aut de eô neque Medico, neque Chirurgo quid conſtare poſſit, *vid. Bohnius c. l. p. 212. 213.*

§. III.

Idem prorſus judicium ferendum eſt, ſi, ut in CAS. VII. cranium depreſſum, aut in fragmenta & feſtucas comminutum fuerit, in CAS. IIX. cùm illìc per vectes & elevatoria cranium reſtitui, hîc verò forcipitibus aliisque inſtrumentis feſtucæ variáque heterogenea, vulneri adhuc inhærentia, removeri potuiſſent, imò debuiſſent.

§. IV

In Meningum Læſionibus Chirurgorum vulgus hanc obſervat differentiam, ut vulnera duræ (ut loquuntur) matris minus lethalia, piæ verò abſolutè lethalia eſſe perhibeat: Sed falsò atque frivolè. Nulla enim hîc prærogativam habet tenuis, præ craſsa meninge, tunica, adeoque ſicut hujus vulnera per ſe & abſolutè lethalia non cenſentur, in Reſp. ad CAS. IX. ita quoque pia, cum dura matre, ſimul dilacerata non tantim vulnus ſimpliciter & neceſſariò lethale conſtituit, ut duplici exemplô conſtat in CAS. X. & XI. Interim utriusque meningis vulnera aliis ex cauſis facilimè per ſe lethalia fieri poſſunt, ſi ſc. ſinus duræ matris & proceſſus falciformis ſimul perforetur, cujus vulnera, ob hæmorrhagiam incompeſcibilem, abſolutè & ſimpliciter lethalia dicuntur in CAS. XII. & XIII. ſi item in piâ matre contraruptura quædam oriatur, quæ non minus ac contrafiſſura cranii neceſſariò & per ſe lethalis eſt, ut non in causâ decidit Ampliſſima *Facult. Med. Lipſienſis* in CAS. XIV.

§. V.

Quid vero, ſi vulnera capitis in ipſam cerebri ſubſtantiam penetraverint, an & illa lethalia ſunt dicenda? Equidem ſunt, qui inter vulnera cerebri corticalia & medullaria diſtinguunt, è quibus illa per accidens lethalia eſſe ſtatuunt, ut in CAS. XV. XVI. & XVII. hæc vero ad ſimpliciter & per ſe lethalia referre ſuſtinent. Alii nec omnia medullaris cerebri ſubſtantiæ vulnera pro abſolutè lethalibus habenda eſſe cenſent, cùm exempla proſtent eorum, in quibus eadem & violata & fruſtillatim cranió exempta fuit; hinc quæ non adeò profundè in medullam penetrant, ut in CAS. XVIII. & XIX. per accidens: Quæ verò altius, & in ventriculos usque deſinunt, ſimpliciter lethalia eſſe pronunciant. Verum & hæc ita ſimpliciter aſſeri non poſſunt, cùm haud pauca præjudicia proſtent, in quibus vulnera cerebri ſatis profunda & in ventriculos anteriores penetrantia non tam pro vulneribus abſolutè lethalibus, quàm per accidens talibus habita fuerunt, ſive jam ex errore Chirurgorum, in CAS. XX. ſive vitioſâ Vulneratorum Diætâ, in CAS. XXI. & XXII. mortifera evaſerint, perinde eſt. Adeoque hôc in locô non an-

n ad vulnerum magnitudinem & profunditatem, ſed & partium vi-
arum vaſorumque læſionem, functionum animalium vitaliumque
erceptionem, & ſimilia cum *Sennerto* reſpiciendum eſſe, Celeb. *Bohnius*
Renunc. vulner. lethal. Sect. 2. Cap. I. p. 225. obſervat: quorum intuitu
nera cerebri ſclopetaria omnium periculoſiſſima, & nunquam non per
ethalia dicenda, ut non tantùm in theſi è plurimis Authoribus oſten-
Welſchius in Ration. Vuln. Lethal. judiciô Cap. 3. *p.* 30. ſed & in hypotheſi
nſpicitur è CAS. XXIII.

§. VI.

Quodſi ergo ſimili ratione fragmenta à cranio divulſa profundius
ngerant in cerebrum, ejusque ſubſtantiam vaſaque interſperſa diſcon-
ient, ut hæmorrhagia, corruptio, ſphacelus & ſimilia ſtatim inſe-
ntur, nullum pariter dubium eſt vulnera hujusmodi per ſe, ſimpli-
r & abſolutè lethalia eſſe, ut in CAS. XXIV. XXV. XXVI. & XXVII.
re licet.

§. VII.

Similiter ſi ab inſtrumentis & utenſilibus capiti fortiter injectis &
actis, cantharo v. g. ſtanneô in CAS. XXVIII. candelabro ligneo
S. XXIX. rhombô CAS. XXX. globô ſphærico CAS. XXXI. aut ſimili-
, cerebrum nimis concutiatur, craniumque cum partibus incluſis
gniter violetur, plerumque vulnera per ſe & abſolutè lethalia oriun-
, utut ad horum magis, quàm inſtrumentorum qualitatem aut con-
onem reſpiciendum eſſe non negemus; cum & levioribus inſtrumen-
ſc. flagelli extremitate (mit einem Peitſchenſtiel) & peſſulo ligneo
t einem Haus-Riegel) lethalia Vulnera inflicta fuiſſe *Zittmannus*
d. Forenſ. Cent. 3. *Caſ.* 80. & 81. referat.

§. VIII.

Cumprimis autem in Cerebri Vulneribus ſedulò ad principium ſpi-
s medullæ, unde nervi ortum ducunt, & ad omnes C. H. partes diſ-
antur, reſpiciendum; adeoque ſi hujus confinia à ſanguine, ſive
avaſatô, ſive coagulato, comprimantur & obruantur, tunc omnium
enſu vulnus abſolutè lethale cenſetur, ut in CAS. XXXII. XXXIII.
IV. XXXV. deciſum fuit; eaque de causâ vulnera plagæque nuchæ
cta, tam periculoſa, imo per ſe lethalia cenſentur in CAS. XXXVI.
XVII. XXXVIII. XXXIX.

§. IX.

Tandem & COLLUM, cui inſidet caput, variè lædi ſolet, tum
ad vertebras ſuas, quarum ſive dislocatio, ſive comminutio per ſe
ales ſunt, in CAS. XL. quàm reliquarum partium & vaſorum intuitu,
ſi violentur, vulnera ejus non raro lethalia efficiunt, ſi v. g. venæ
lares & arteriæ carotides incidantur, œſophagus ſimul & arteria, quo-
artes interiores graviter lædantur, ut in CAS XLI. & XLII. quarum
rnæ tamen & ſuperiores læſiones ſimpliciter Lethales non ſunt, de
ibus *Welſchius & Bohnius cit. loc.* ſicut nec *Oculi* vulnus pro abſolutè
lethali habuit Fac. Med. Lipſienſis apud *Zittmannum* in *Med.*
For. Cent. 2. *Caſ.* 33. *p.* 444.

CASUS I.

DE VULNERE CAPITIS EXTERNO CUM VARIARUM PARTIUM PLAGIS.

INSPECTIO.

Actum Erfeldiæ die 26. *Decembr. A.* 1685.

JUſſu Sereniſſimæ, hodiè manè, præſentibus Chirurgô Kleebergerô, Prætore hujus loci tribusque Scabinis, ante inſpectionem vulneris in ea, quæ die 24. Decembris cum Caſtratore pecorum, inter 40. & 50. ætatis annos conſtitutô, (qui die 23. Decembr. in diverſorio Petri Schneideri, Fabri Ferrarii & Hoſpitis hujus loci, pernoctaverat & ſequenti die, circa diluculum, per Filium hujus Cauponis, Johannem Schneiderum ejusque Servum, fuſte, juxta tenorem Protocolli, miſerrimè vapulaverat,) contigerant, inquirendo invenimus, quòd is in dextrô capitis latere læſus, dorſum & brachia cœrulea, in dextrô pede verò tibia ſanguine prorſus perfuſa, ipſaque tibialia eô omninò ſaturata fuerint, ita ut locus ille, quô Joh. Conradi Theyſii ædes intrando, januam prehenderat, horrei paries, ubi ſauciatus per dimidiam aut integram horam ſe continuerat, paleaque, in Cauponis horreô, in quam ſe projecerat, ſanguine conſpurcata fuerint: Referente ſimul Jacobo Scheffero, quòd cum ad vulneratum, in horreô decumbentem, dixiſſet, quòd hoſpitem antequam abiret, primò ſolvere debuiſſet, hic integrâ adhuc ratione & loquelâ reſponderit: Se in capite non ſemper probè conſtitutum, h. e. ſanæ mentis eſſe, ſed Epilepſiâ ſæpe corripi, adeoque ſub turbatione ejus ſe abiiſſe, & ita in capite totoque corpore miſerandum in modum vapulaſſe. Relictô igitur illîc per 3. vel 4. horas ſauciatô, Hoſpes tandem eundem in hypocauſtum calefactum detulit, in quô cum per dimidiam horulam jacuiſſet, vulneratus capitis jactatione, digitorumque inflexione epilepſiâ correptus & brevi poſt demortuus eſt; & hæc ex relatione Hoſpitis. Sub inſtitutâ ſectione hujus poſt acceptas plagas, intra 6. ad 7. horas & viventis & demortui hominis miſerrimi, in præſentiâ ſupra denominatorum Teſtium, quibus Dn. Quæſtor Dillenius Prætorque Vietor cœptâ jam inſpectione ſe adhuc junxerunt, invenimus, quòd in dextrô latere, prope os verticis, cutis capitis digiti longitudine diviſa, in tibiâ dextri pedis ingens quoque vulnus, brachium dextrum atque dorſum, ut & ſuræ ad cœruleitatem contuſæ fuerint, & cum nullæ prorſus notæ externæ cujusdam læſæ partis vel vulneris reperiri potuerint, ad ſectionem deventum in quâ cranium ſine fracturâ aut ſciſſuris, brum cum meningibus, ſine ullâ guttulâ ſa nis extravaſati illæſum reperi.

Quoniam igitur ex Authoribus & rientiâ conſtat, quòd non omnia vulnera tis ex ſe & ſimpliciter lethalia ſint, q mors ſupervenit, ſed illa tantùm, quæ ope, nullisque mediis & remediis curar ſunt, & ita in hoc vulnere Nobiliſſ. Judi ficium ſufficienti informatione deſtituitur que vulneratus juxta Jacobi Schefferi nar nem, pro Epilepticô habeatur; hinc d lô non eſt, quòd plaga hæc non tantùr lum exacerbâverit, ſed conſequenter m acceleraverit, eoque magis, quòd vu tus nudis pedibus incedere & in frigo cumbere coactus fuit. Pedes enim conſ habent cum capite, & quàm noxius ae dus ſit cerebro nervoſoque generi, doce *pocr. aphor.* 2. *lib.* 5. *& Galen. lib. thod. med. cap.* 12. Interim tamen ape domine Pulmones putrefactos, Diaph corruptum, Epar lividô colore tinctun ri, ſalvis aliis viſceribus, exceptis ſupra quæ ſatis corrupta erant, ut ita meô Defunctus propter δυσκρασίαν & conſen ſcerum, interdum in convulſiones ce An autem de Lethalitate hujus vulneris mortui, qui ab horâ 6. antemeridianâ ad duodecimam pomeridianam vixit, dem illæsô craniô, cerebrô ejusque m nis, ſine ullo extravaſato ſanguine, ce determinari poſſit? Aliorum verſatioru dicorum deciſioni relinquo. Erfeldiæ, u

J. P. Welcker M.
Joh. Kleberger Ch

Reſponſum Facultatis Medicæ G deſuper illethalitate vulneris capiti variis diverſarum partium pla & læſionibus.

QUandoquidem in abſentiâ Sere Principis Serenitatis ſuæ dom DNN. Præſes & Conſiliarii Darmſtat Facultatis Medicæ Decanum & Pro Ord. requiſiverint, ut in causâ imp micidii ſententiam noſtram & judiciu tiremus; Hinc eum in finem Acta lia Nobis communicata diligenter perl omnia illîc contenta & in ſpecie in ſec daveris obſervata probè perpendimus pterea Principiis Medicis & Chirurgicis taneum eſſe judicamus:

Cum die 23. Decembris anni nu præterlapſi 1685. Jacob Bergen Ofen ſis ex Præfectura Alzejenſi, Caſtrat

n, ætatis, ut videtur, intuitu 40. inter & annos conſtitutus, in diverſoriô Petri neideri, Fabri, Ferrarii & Hoſpitis Erfelden- pernoctaſſet, manèque inſequenti circa dilu- um ſine præſtitâ ſolutione abiiſſet, à Filio dò dicti hoſpitis ejusque Servô, fuſte, è vil- lorum deprompta, duriſſimè habitus ma- ue tractatus inſimulque vulneratus fuit, ut tuor aut quinque abhinc horis omninò de- rtuus fuerit. Inſtitutâ ergò Inſpectione ca- eris extus obſervatum, quòd in dextrô la- , prope os verticis, cutis capitis digiti lon- dine diſcontinuata, in tibiâ dextri pedis o inſigne vulnus, ut tibialia externè ſangui- rorſus infecta, brachium quoque dextrum, ſum & ſuræ à contuſionibus cœrulea appa- int. Suſceptâ adhæc ſectione cranium abs- fracturâ aut fiſſurâ ipſumque cerebrum & inges absque ullâ ſanguinis extravaſati ula illæſa videbantur. Apertô autem ab- ine, vel potius mediô & infimô ventre, iones putrefacti, diaphragma corruptum, lividô colore tinctum, ſalvis quidem reli- viſceribus reperta fuere. Omnia ſecun- tenorem atteſtati Dn. Medici & Chirur- qui hanc ſectionem adminiſtrarunt.

Utut verò jam certum ſit, quòd juxta ſen- am Hippocratis nullum capitis vulnus, et- exiguum, inſuper habendum ſit, cum ra- èquè ac experientia teſtetur, quòd in par- m præſtanti & nobiliſſimâ ſæpius exigua era illata maximum infortunium & ſym- ata periculoſa induxerint. Interim ta- nunquam non curatiſſimè inquiſitum fuit, parte læſâ talis læſio contigerit, quæ ibus aliis circumſtantiis anteferenda & in ſuâ naturâ lethalis eſſe ſoleat, *vid. Sen- lib. 5. Prax. Part. 4. C. 3.* Quodſi in præſenti caſu ea, quæ tam cum vul- o acta, quàm poſt ejus obitum factâ ſe obſervata ſunt, debitô ponderamus & inter ſe invicem conferamus, ſtatim ncipiô haud exigua indicia ſe produnt, bus ſatis eluceſcit, quòd vulneratus (ut- qui paucis abhinc horis obiit) acerrimè arit & in toto corpore malè, imò peſſimè tus fuerit, quum non tantùm brachium & m ad ſuggillationem & cœruleitatem usq; ſa, ſed & tibia dextri pedis ita vulnera- rit, ut tibialia ſanguine ſaturata fuerint. rimis autem in ipsô capite vulnus digiti udine, prope os verticis, cutim pene- inventum fuit: Quibus omnibus tamen obſtantibus nulla hinc lethalitas abſoluta i poteſt, ſiquidem aliæ circumſtantiæ, & n ipsô cadavere obſervata fuerunt, lon- ud & quidem illud docent & evincunt, peſſimam hanc tractationem mox inſe- obitus partim vulnerati morboſæ corpo nſtitutioni, utpote qui jam ante epilepti it, & in cujus cadavere poſtmodum pul- s putrefacti, epar lividum & diaphragma corrumptum obſervata ſunt: Partim etiam negligentiæ, quæ illîc interceſſit, utplurimum adſcribendus ſit; Siquidem miſerrimus hic ſub intensô frigore, nudis pedibus, in horreo, omni auxiliô deſtitutus, per aliquot horas hu- mi cubavit, ut ex Actis fuſius videre licet. Im- primis autem hîc probè conſiderandum, quòd cranium ſine fracturâ & fiſſurâ, cerebrum quo- que ipſum cum meningibus ſuis ſine ullâ gut- tulâ ſanguinis extravaſati illæſum inventa fue- rint. Jam autem internis capitis partibus pla- nè illæſis, vulnus capitis etſi ſatis longum, ta- men non niſi cutim dividens, mortem per ſe non infert, quemadmodum ejusmodi vulnera ſæpiſſimè inflicta & facilè rurſus conſolidata fuerunt. Quin & vulneratus integram adhuc, poſt illatos ictus, rationem retinuit, & ad di- verſas quæſtiones clarè ſatis & rationi conve- nienter reſpondit, quod, ſi cerebrum & aliæ capitis partes internæ læſæ fuiſſent, tam facilè non fieri potuiſſet, ſed potius inſignes con- vulſiones, vomitus aliaque ſimilia periculo- ſa accidentia inſecuta: Vulneratus quoque ἄφωνος redditus fuiſſet, ut in ſimilibus læſio- nibus contingere ſolet, & hinc inde, præter Experientiam quotidianam, in Obſervationi- bus Medicorum annotatum eſt. Vid. præter *Hippocr. Guilielm. de Salicetô, Placenti- nus Lib. 2. Chirurg. c. 1.*

Quapropter, circumſtantiis ita ſe haben- tibus concludere non poſſumus, quod vulne- rato Caſtratori inflictæ plagæ atque vulnera, utpote quæ mera vulnera ſuperficialia fuerunt, abſolutè lethalia judicanda ſint, à quibus ne- ceſſariò obierit, ſed quòd obitus ejus potius ex ſupra dictis circumſtantiis & morboſâ con- ſtitutione interaneorum tandem inſecutus fuerit.

Quam unanimem noſtram ſententiam, pro ulteriori confirmatione, Sigillô Facultatis Ordinariô confirmare voluimus. *Giſſæ die 2. Octobr. Anno* 1686.

Decanus & Profeſſores Ord. Facult. Med. Giſſ.

CASUS II.

DE

VULNERE CAPITIS CUM FRACTURA CRANII.

Requiſitio.

P. P.

QUandoquidem in causâ criminali Fiſcalis Principalis hujus loci, contra *Joh. Eber- hardum*

-hardum Clees & Henricum Jungium, Beltershainenſes, Præfecturæ Grunbergenſis, adjecta Relatio Sectionis impertita fuerit, nos autem è re eſſe ducamus, ut ratione lethalitatis vulneris Veſtrum quoque judicium requiramus;

Hinc præſentibus nomine Sereniſſimæ Principis ac Dominæ, Dnæ ELISABETHÆ DOROTHEÆ, Haſſiæ Land-Graviæ &c. &c. Principis ac Dominæ Noſtræ Clementiſſimæ à Vobis requirimus & à parte Noſtri amicè rogamus, ut modò dictam Relationem Sectionis & annexum judicium Medici probè ponderetis & judicium veſtrum, cum Adjectorum remiſſione, quamprimum fieri poterit, datis literis pro debitâ remuneratione Nobis transmittatis. Ita fore certò confidimus, & ad quævis officia nos amicè offerimus. *Giſſæ die* 24. *Julii Anno* 1684.

Regim. Princip. Conſiliarii ejus loci.

Relatio ex Inſpectione.

CUm juxta deſiderium Illuſtris Regiminis Principalis Giſſeni Ego infra nominatus, cum quibusdam à Dn. Prætore Hoffmannô ad id deputatis Senatoribus, eorumque Notariô & Chirurgis requiſitus fuerim, ut die 29. Aprilis tempore nocturnô Beltershainæ in capite & utroque pede miſerè vulneratum & inſequente poſtmodum die demortuum Inſtitorem, Johannem Helden, propter vulneris lethalitatem inſpicerem; hinc die Vener. ſecundô ſc. Maji, eò me recepi, pro virili omnia obſervavi & inſpexi, ubi quidem, abraſis pilis, deſuper in parte capitis ſiniſtrâ, circa frontem, propè tempora, unicum tantum, longitudine digiti, profundè inflictum vulnus ſe truſit.

Remota igitur cute à craniô more ſolitô, inventum fuit, quod in ſuturâ ſagittali fiſſura trium digitorum transverſorum longitudine fuerit, citra omnimodam cranii depreſſionem; in reliquis partibus nil amplius obſervari potuit.

Ablatâ calvariâ, cerebri binæ Meninges omninò illæſæ, venæ verò & arteriæ ſanguine repletæ fuerunt. Aliquid etiam ſanguinis coagulati, qui ab extra fortè per fiſſuram cranii in caput ſe inſinuaverat & inter cerebrum & cranium ſubſtiterat, repertum fuit Cerebrô & ventriculis ejus omninò illæſis, nec vel minimâ ſanguinis particulâ repletis. Nec ullum etiam fragmentum à craniô ſeceſſit, quod duram & piam Matrem, & conſequenter ipſum cerebrum lædere potuiſſet.

Utramque Tibiam quod attinet, ſuperius, in Medio dextri cruris vulnus quoddam à plagâ ſubortum, in ſiniſtrô verò tumor, cum ſtriis quibusdam cœruleis utrobique apparuerunt.

Remotis muſculis os tibiæ utriusque pe[dis] fractum, utrumque verò os fibulæ quoad ſ[ub]ſtantiam ſuam illæſa fuerunt.

Cæterum in truncô nil amplius occur[re]bat, niſi quòd tota ſpina dorſi ſtriis cœ[ru]leis deturpata fuerit.

Hæc ita inventa fuiſſe Nos infra ſubſc[rip]ti in ſubſidium veritatis, pro Conſcientiâ n[o]ſtra ſacrâ, juxta jusjurandum in judiciô crim[ina]li præſtitum, hiſce atteſtari voluimus. Da[tum] die 26. Maji Anno 1684.

Joh. Jonas Guttv[...]
Chirurg.
E. Hederich.
Sebaſtian Frech.
J. G. Grynæus Not[...]
Wolff Leonhard Str[...]
Pharmacopœus
J. Gryſen Chirurg. C[...]

Judicium Medici.

QUamvis difficile ſit de vulnerum leth[alitate] in crimine homicidii, certi quid pr[onun]ciare cùm non omnia ex ſe & ſimpliciter h[abean]tur lethalia, quibus mors ſupervenit, ſed il[la tan]tùm, quæ nullâ ope, nullâ curâ, nulliſque [me]remediis curari poſſunt; Attamen à par[te] exiſtimo occiſo huic Inſtitori nullô mo[do] liſque remediis ſuccurri potuiſſe, non [ob]ſte hôc, quòd vulnus capitis tantùm ſup[erficia]le fuerit, nec cranium penetraverit.

Non enim tantùm in occiſô, poſt [...] vulnus, varia periculoſa ſymptomata, [...] muteſcentia, totius ſenſus & motus de[...] tio, ſpasmi ſeu convulſiones, extre[...] frigus, ut & Sudores Syncoptici, qu[...] cundum *Hippocratem aphor.* 50. *ſ[ect].* & *aphor* 58. *ſect.* 7. gravioribus capi[tis vul]neribus ſupervenire ſolent, obſervari [...] runt; ſed etiam ſanguis coagulatus, [...] Syncipite ſub calvaria & arteriis cerebr[...] ctus fuit, ſtatim Thalamos anteriore[s] quam Spirituum Animalium domicili[a] preſſit, ut Spiritus vitalis, ceu imme[...] animæ inſtrumentum, in ulteriori ſuô [...] impeditus, & flamma vitalis exſtincta [...] quæ omnia paucis illis horis, per quas [...] poſt factum adhuc vixit, licet etiam a[...] dia ſtatim fuiſſet deproperatum, inevi[ta]bi[li]ter tamen evenire debuiſſent.

Quod aliâs vulnus dextri pedis, ut & [...] que concuſſiones & fracturas attinet, [...] illa pro ſimpliciter mortiferis haberi [...] ſe. *Vid. Sennert. lib. V. Inſtit. Part[...] ſe[ct].* 2. *cap.* 12. *Schenck Obſ. M. lib.* 5. [...] *Hippocr.* 6. *aphor.* 18. ut taceam [...] rum illarum ſtriarum in ſpinâ dorſi &[...]

ervatarum præſentiam; quæ omnia tamen cauſæ mortis eſſe potuerunt. Hæc mea, ſal- Peritiorum judiciô, eſt ſententia, quam uiſitus, ſcriptô hôc, fideque Medicâ at- ari volui. *Grunbergæ die* 16. *Julii An.* 84.

Henricus N.N. ML. & Phyſ. ibidem.

ſponſum Facultatis Medicæ Giſſenæ; *deſuper illethalitate vulneris Capitis.*

Um Illuſtre Dicaſterium hujus loci Nos Decanum & Profeſſores Medicinæ Ord. uiſiverit, ut communicatam Nobis re- onem Sectionis, quæ in Inſtitore *Johanne den*, die 29. Aprilis Beltershemii noctu erato, & inſequente die demortuo, à Chi- ô Johanne Jona Guttwein inſtituta & de- tâ fuit, ut & annexum Judicium Medici è ponderaremus, & ratione lethalitatis vul- s ſententiam noſtram & judicium ſcripto atum ea deſuper impertiremus: Hinc utra- illa membra debitâ ſedulitate perlegimus, omnes circumſtantias probè expendimus rincipiis Medicis & Chirurgicis conſenta- n eſſe duximus:

Obſervatô ſub inſtitutâ ſectione & abra- pilis, deſuper in parte capitis ſiniſtra, circa npora, unicô tantum, longitudinem di- i adæquante, vulnere, muſculo profun- inflicto: Abhinc remotâ cute à craniô erius inventum fuit, quod in ſuturâ ſagit- i fiſſura, trium digitorum transverſorum gitudine adfuerit, utut citra omnimo- m cranii depreſſionem; in reliquis par- us nil amplius occurrente. Ablata Cal- riâ cerebri meninges omninò illæſæ, ve- autem & arteriæ ſanguine repletæ fue- &c. &c. *Vid. Relat. ſup. hic inſeren-* .

uamvis autem nullum omninò Capitis us, ut *Hippocrates lib. de vulneribus, in procemiô* benè monet, pro leviuſcu- beri debeat, cùm experientia ſæpius te- r, quod ea quoque vulnera, à quibus tan- cutis in capite læſa fuit, niſi legitima cu- erit adhibita, non tantum inſigne vitæ ulum, ſed & ipſam mortem intulerint, empla ejusmodi apud *Schenckium lib.* 1. 1. *Hildan. Cent.* 1. *Obſ.* 21. aliosque oc- unt: Attamen & illud certum eſt, quòd ejusmodi capitis vulnera maxima diffe- a intercedat, eaque, quæ absque inſignio- ione, partim cranii ipſius, partim ſub il- ontentarum meningum, contingunt, tan- & adeò pertimeſcendum vitæ periculum & ſuâ naturâ non conjunctum habeant; *Val. Pand.*

& quia deſuper è Chirurgi Relatione eluceſcit, quod quidem 1. præter illud, quod abraſis ſtatim capillis deſuper circa frontem in ſiniſtra parte capitis, prope tempora conſpiciebatur, vulnus muſculo profundè inflictum, abhinc ſub cutis ablatione in ſuturâ ſagittali fiſſura trium digitorum tranſverſorum longitudine obſervata, hæc autem citra omnimodam (quod dubiô procul, ut contextus docet, idem ac *citra ullam* denotat) cranii depreſſionem fuerit. 2. quoque in reliquis partibus nil amplius occurrit. 3. Ablatâ Calvariâ utraque meninx cerebri ſalva & incolumis: Cerebrum ejusque ventriculi ſimiliter illæſa, neque ullâ ſanguinis particulâ repleta fuerunt. 5. Nullum etiam fragmentum, quod duram & piam matrem, & conſequenter ipſum cerebrum lædere potuiſſet, abſceſſit: Inſuper 6. utramque tibiam concernendo, circa illarum concuſſionem & fracturam, juxta propriam Medici ſententiam & judicium nil occurrit, quod pro ſimpliciter mortiferô haberi poſſit. 7. periculoſorum illorum ſymptomatum, quæ in judiciô Medici adducuntur, in transmiſsâ ſectione mentio facta non eſt; 8. quoque ſanguis extravaſatus & grumoſus, prævia Venæſectione per fomenta, cataplaſmata, emplaſtra, & tandem per terebrationem cranii impediri, diſſipari & educi potuiſſet; hinc videre non poſſumus, neque inferre, quod vulnus hoc pro ſimpliciter & abſolutè lethali habendum ſit.

Quam unanimem noſtram ſententiam melioris confirmationis ergò ſigillo Facultatis Ordin. confirmare voluimus. Signat. *Giſſæ die* 29. *Jul.* 1684.

Decanus & Profeſſores Ord. Facult. Medicæ Giſſenæ.

CASUS III.
DE VULNERE CAPITIS & CRANII PUNCTIM ILLATO.

Requiſitio.

JACOBUS FABRICIUS D.
Archiater Megapolitanus & Prof. in Acad. Roſtoch.
GREGORIO HORSTIO D.
Arch. Haſſ. & Prof. Prim. Giſſ.
S.

TRiennium ferè abiit, quum ſuper controverſô quôdam vulnere Facultas Medica in Acad. noſtra ſententiam ſuam verbis, ut decet, breviſſimis dixit, eamque poſtea

Nobiliſſ. Dn. Reus, rationibus atque exemplis paſſim ex fide dignis Medicinæ ac Chirurgiæ Doctoribus congeſtis, confirmari petiit, nimirum Calvariæ, uti & non pauca ipſius cerebri vulnera non eſſe ex neceſſitate lethalia, ſed plerumque, ſi tempeſtivè pateant, & ſordibus exitus ad hanc rem idoneis paretur inſtrumentis, ſatis feliciter ſanari. Hanc deinde Clariſſ. N. N. quibusdam ratiunculis infringere attentavit, nullâ aliâ de causâ, quàm quod ille, qui de hôc vulnere jam antea rogatus iſtud neceſſariò & ſuâ naturâ lethale pronunciârat, adſertione noſtrâ ſuæ exiſtimationi atque autoritati quidpiam detractum iri putaret.

Potuiſſet quidem citra invidiam à Nobis diſſentire, verùm Reſponſô intactô. Quod quia aggreſſus fuit, non potuimus non, quod officii noſtri erat, illud vindicare, noſtramque ſententiam fundamentis & experientiæ Medicorum quam maximè conformem publicitus demonſtrare; idque coacti contradictionibus Adverſarii ſemel atque iterum &c. Ne verò impoſterum, etiam cum temporis jacturâ idem ſaxum volvere neceſſum ſit, hactenus omnia illa aliquot Medicis legenda & cenſenda miſimus &c. Quoniam autem ante paucas ſeptimanas ob eandem cauſam, etiam eadem ſcripta Veſtræ Facultati miſſa fuerunt, nobis Medicis inſciis, operæ pretium duximus, ut quod tum fieri par erat, nunc oblatâ occaſione vobis indicaremus.

Neque verò dubitamus, quin pro veritatis ſtudio rectiſſimè illa legeritis &c. Quandoquidem autem Collegium libenter cenſuram tuam ſingularem, Clariſſime mi Dn. D. HORSTI, exoptat, unanimiter mihi demandatum fuit, eam à Te petere, quam ut peculiari chartâ conceptam per præſentem hunc γραμματόφορον transmittere ocyſſimè ne graveris, ipſe etiam, qui nunc Decani vices ſuſtineo, diligentiſſimè rogo. Precium pro labore & ſubſcriptione, quodcunque poſtulaveris, perſolvet Reus &c. Benè vale. *Roſtochio*, 24. *Martii Anni* 1618.

Reſponſum Facult. Medicæ Giſſenæ, deſuper lethalite vulneris capitis.

CUm inter alias defenſiones Nobiliſſ. ac Strenuus N. N. in Caſu homicidii Nobiliſſ. itidem ac Strenui N. N. hoc etiam urgeat, quod vulnus eidem, in capite, pugione inflictum, non ex ſe lethale fuerit, ſed potius imperitiâ Chirurgorum & continuâ aliquot dierum capitis & cerebri concuſſione periculoſum evaſerit, ut eapropter Facultas Medica Roſtochienſis cum N. N. Med. D. diſſentientes aſſertiones propoſuerint, quemadmodum Acta & Reſponſa teſtantur; à Nobis autem prædictus Dn. Reus certior eſſe cupiat, quid de qualitate vulneris ſtatuend n, & num Reſponſis prædictæ Facultatis Me æ ſubſcribendum, nimirum, quod vulnus n per ſe, ſed ex accidenti periculoſum & le le redditum fuerit; Idcircò transmiſſa Acta & e paratim & collegialiter legimus, & pro ra o ne officii, juxta normam principiorum e dicorum ponderavimus, ubi poſitis fu a mentis ſequentibus:

1. Quod vulnera ſint vel lethalia, ve e riculoſa, vel minimè periculoſa, *Pareu b.* 8. *cap.* 3. *Hor. Augen. Tom.* 1. *Epiſt. li* 2. *c.* 9. *Fallop. de Vuln. cap.* 10. *Foreſt.* 6. *bſ. Chirurg. obſerv.* 2. *Tagault. Lib.* 2. *I it. Chirurg. cap.* 3. *Marian. Sanct. lib. qu d. quæſt. de Vuln. capit.*

2. Quod vulnera cerebri non ſint abſ ute lethalia, niſi propter magnitudinem, *G n.* 6. *Aphor. Com.* 18. *&* 8. *de U. P. in p n. cip. Tagault. loco jam cit. Fallop. ibid. Fo. reſt. lib.* 9. *Obſ.* 36. *& cit. l. Horat. A n. cit. loc.*

3. Quod vulnera cum fracturâ cranii non adſit ſymptoma ſuperveniens, & a io. nes adhuc conſtent, tantùm periculoſa, on autem lethalia pronuncianda, *Fallop. l d. Cap. Vuln. cap.* 24. *& Tr. de Ulceribus a* 15. Approbant Jurisconſulti, quia v nus mortale judicatur ex qualitate accident m, quæ ſuperveniant tempore illati vulneris vel intra paucos dies, Contra mortale, ub alia mox, vel etiam in paucis diebus non ac nti hinc vulnera alia non certa ad mortem, qu Me dicis periculoſa. *Farinaceus lib. de Ho id. Tit.* 14. *p.* 1. *q.* 127. *num.* 4. 5. 7.

4. Quod meningum compreſſio, & ul tò magis inciſio colligatur, ſi ſubitò vo us vel delirium ſuperveniat, juxta *Fallop. de ul cap.* 32. Etſi dolor loci, ſcotomia, vertig na rium ſtillicidium, imprimisque læſio a na lis facultatis adſint, juxta *Argelatam lib. Tr* 7. *cap.* 2. Talia enim nonniſi magnum um conſequi ſolent, â quô etiam cerebri ſu tan tiæ & membranæ læſionem ſenſêre, *Pa rus de cauſ. mor. in vulnerib. cap.* 30. co nge *Pareum de Renunciat. Aquapend. l* 2. *de Vulnerib. cap.* 18. *&* 19. *Marian. nd de capit. læſion. Arant. in Hipp. de uln. Cap. pag.* 108.

5. Quod indicatio apertionis cranii tim in principiô locum habeat, ubi aliqui exi mendum, alias non, *Fallop. ibid. cap.* . *A rantius cit. loco Aquapend. cit. cap. La lib.* 1. *Epiſt. in princip.*

6. Quod incertum ſit (imprimis no per tô craniô poſt mortem) longitudinem tuſi pugionis articulum digiti ferè (ut habe iſca lis in Interrogatoriis) æquantis, mem anas & cerebrum læſiſſe, cùm aliquantum me bra na diſtet à craniô, imprimis extra ſuturas bi & hoc vulnus fuit. Idipſum craſſities mem anæ, cedere natæ, propter mollitiem cerebri, pri nis,

is obtuſo pugioni, & experientia compro-
t, quòd prioribus menſibus hìc vidimus in
ılnerato feliciter reſtituto, cui per ictum gla-
i vehementiorem cranium in dextrâ parte ad
temporum, unà cum temporali muſculo,
antitate Imperialis circulariter avulſum fuit,
embranâ dictâ penitus illæſâ.

7. Quod ob denegatam ſordium evacua-
nem potius, quàm ratione ſolutionis con-
ui, concurrente occluſione vulneris & in-
nvenienti manuum operatione (quæ pro-
tò in tota Germania in graviſſimis caſibus,
h dolor! non raro deprehenditur) vulnus
uod lethale reddatur, ſua natura alias tan-
n periculoſum. *Vid. Arantius cit. loco,*
ſſerus de Vuln. Cap. 30. *Arcæus de Cu-*
Vuln. lib. 1. *cap.* 5.

Nos Decanus & reliqui Profeſſores Colle-
Medici, in Acad. Giſſenâ concludimus,
nus capitis, quô prædictus Nobiliſſ. & Stre-
s N. N. adflictus fuit, per ſe lethale non
e, ita ut convenientibus mediis, juſtô
pore adhibitis, divinâ benedictione ſer-
potuiſſet, quod veritatis teſtificandæ gra
literis hiſce ſigillô publicô munitis notifi-
voluimus. Dabantur *Gieſſæ Cattorum*,
11. *April.* 1618.

Vid. Greg. Horſt. in Epiſt. Sect. 17.

CASUS IV.

DE ...ULNERE CAPITIS, CONTUSIONE ET DEPRESSIONE CRANII.

Reſcriptum.

P. P.

X adjectis additamentis quodammodò
apparet, quale facinus haud ita pridem
ocorum contigerit. Quandoquidem igi-
Veſtro, Viri Celeberrimi, judicio hac in
opus habeamus; hinc Eosdem decen-
iſce requirere volui, ut illud Collegiali-
erpendere & abhinc Reſponſum aliquod,
ulnus lethale & incurabile fuerit, nobiſ-
communicare velitis. Quò autem eò
s id fieri poſſit, reticere ſimul non potui,
percuſſus per 24. horas expectare co-
fuerit, donec Chirurgus aliquis adve-
; poſt aliquot quoque dies demum Do
quidam Medicinæ advocatus fuit. Si-
r Chirurgus ſub initio curæ, nullum
ulum in vulnere ſubeſſe, nullam etiam
n diffractam eſſe perhibebat, quod ta-
paulò poſt ſub inſpectione aliter inven-
uit. Honoratiſſimi mei Domini horum
itori tempus aliquod haud gravatim de-
Val. Pand.

terminent, quò ad Reſponſum obtinendum
redire debeat. Interim perſevero

Freisbergæ die 10. *Octobr.* 1680.

Honoratiſſ. Dnn. meorum Officioſiſſimus,
N. W. Schüz, Satrapa.

Inſpectio Vulneris.

Actum Kirchæ d. $\frac{15}{5}$ *Octob.* 1680.
Sereniſſimæ Ducis & Dominæ, Dn. Johannettæ, Ducis Saxon. Jul. Cliv. & Bergæ &c. Dominæ noſtræ Clementiſſimæ,

JUſſu Gratioſiſſimo à Nobis infra ſcriptis, ſub Inſpectione demortui Johannis Georgii, Venatoris Primarii Principalis (à milite quodâm percuſſi peſſimeque tractati) ſeqq. obſervata fuerunt:

1. Quod cranium prope ſuturam coronalem in dextrô latere, latitudine dimidii capitati depreſſum, & usque ad aurem diffiſſum fuerit, absque tamen fragmentis, repertis illic aliquot ſanguinis coagulati guttis.

2. Sub apertura corporis inveniebatur, quod coſtæ ſpuriæ in latere dextro conquaſſatæ, quædam verò è veris coſtis ſub brachio diffracta fuerit, dexter pulmonum lobus omninò inflammatus, & tandem lumbi in latere dextro externè omninò nigricaverint. In hujus atteſtationem Nos ad id requiſiti propriis manibus hæc ſubſcribere voluimus. Dat. ut ſupra.

Johannes Trefurt M. D.
Joh. Frid. Achenbach.
W. Hoffmann.

Extract. Protocolli inquiſitionis in punctô malè tractati & demortui venatoris J. G. K. contra Gödderten Horn, Inquiſitum.

N. 1.

Lit. A. & B.

RElatio Dnn. Medici & 2. Chirurgorum deſuper Inſpectione demortui corporis.

Binæ eæque accuratiſſimæ Delineationes ſunt binorum ſedilium, quorum alterutro indubitato, ſive ſub Lit. A. ſive B. defunctus Joh. Georg Kühn, ſecundum depoſitiones Teſtium, ab Inquiſito bis in & ſub capite, ſemel verſus humerum dextrum, & bis ad minimum in dextrô latere, ſummô conatu ambabus manibus, fulcrum pedis manu tenendo, percuſſus fuit: Inſiliente poſtmodum bina vice Inquiſitô in Joh.

 Georgium

Georgium, & quidem in latus dextrum, bisque eundem pedibus conculcante.

Hoc jam ſub inquiſitione innotuit. Quod ſi plures ictus aut conculcationes ſub ulteriori examine manifeſtata fuerint, ea porrò quoque indicabimus. *Dat. Kirchæ d.* 11. *Octobr. ſt. vet. Anno* 1680.

Joh. Eberhard. Pezmann.

P. S.

NOtandum inſuper, quod factum ab Inquiſito die 3. Oct. N. C. noctu, hora circiter 7. perpetratum fuerit, & vulneratus die 4. & 5. Oct. ſt. v. 1680. noctu obierit.

Reſponſum Facultatis Medicæ Giſſenæ, ſuper illethalitate vulneris cranio inflicti.

P. P.

CIrca transmiſſas Nobis quæſtiones, lethalitatem vulneris concernentes, Nos Decanus & Profeſſores Ordinarii Facultatis Medicæ hujus loci, prævià accuratiſſimâ ponderatione omnium & ſingularum illîc occurrentium circumſtantiarum, Artis Principiis conſentaneum eſſe ducimus:

Plagâ, die 5. Octobr. St. N. veſperi quidem, Johanni Georgio Kühn, altero binorum ſedilium, quorum delineatio transmiſſa ſimul fuit, bis capiti, ſemel verſus humerum dextrum, bisque ad minimum dextro lateri ab Inquiſito, qui fulcrum ipſius ſellæ in manibus continuit, omni vi, ambabus manibus illata, porrò Inquiſitus bis in occiſi latus dextrum inſiliit, & binâ ſimul vice pedibus eundem conculcavit, quô factô Vulneratus noctu intra $\frac{4}{14}$ & $\frac{5}{15}$ Octobr. obiit, & ſub apertione & inſpectione cadaveris occiſi inventum fuit, quòd cranium prope ſuturam coronalem in latere dextrô latitudine dimidii capitati depreſſum, & usque in aurem fiſſurâ disunitum fuerit, nullis tamen fragmentis & feſtucis, ſed aliquot tantùm ſanguinis coagulati guttis ſub eô repertis. Porrò Coſtæ Spuriæ in latere dextrô conquaſſatæ, è coſtis veris autem unica ſub brachio diffracta, dexter pulmonum lobus omninò inflammatus, & tandem lumbi in dextrô latere externè omninò nigricantes fuêre; omnia juxta tenorem prolixiorem Extracti è Protocollô Inquiſitionis ac Medici Chirurgorumque Relationis.

Quamvis autem in apricô ſit, quod Fracturæ cranii, teſtimoniô omnium, tam Veterum, quàm Modernorum Autorum, in univerſum ſummè ſint periculoſæ, cumprimis, ſi vicinum ſit futuris inflictum vulnus & oſſibus bregmatis, ſimulque juncta depreſſio: Si[…] liter, ſi oſſa, ut vocantur, temporum [..]cturam aut fiſſuram patiantur, dum ſub latitans cerebrum cum membranis & vaſi[..] ſimul lædi ſolet, unde poſtmodum & ex co[…] motione cerebri, nec non extravaſati ſang[..] nis collectione, maximè circa principium [..] vorum, periculoſa admodum ſymptom[..] neceſſariò ſequuntur, quod quidem hoc caſu intuitu impetus in plagâ inferendâ ad[..] biti craſſitieque ſedilis ſuſpicari quis poſ[..] Fracturæ inſuper & contuſiones coſtarum, [..] inſequentia interdum ſymptomata funeſta [..] militer ſummè periculoſa habeantur;

Interim tamen, & quia in allegata & à [..] dico Chirurgisque communicatâ relatio[..] non aliûs, quàm aliquot guttularum ſan[..] nis coagulati, mentio eſt facta, illæ au[..] convenientibus, ipſis Medicis & Chiru[..] haud ignotis, remediis inde removeri po[..] ſent: Fracturæ quoque coſtarum quidem [..] riculoſæ, neutiquam verò ſimpliciter leth[..] ſunt, cùm notabile diſcrimen inter vul[..] abſolutè lethalia & periculoſa conſtituen[..] ſit: Nobis adhæc non conſtet, quâ rat[..] cura, cui ab initiô neque Medicus, ne[..] Chirurgus interfuit, inſtituta fuerit, adeo[..] credibile ſit, inflammationem pulmonun[..] frænari potuiſſe, ſi tempeſtivè illi ob[..] iviſſent;

Hinc ex ſupradictis cauſis vulnera ill[..] ſimpliciter & abſolutè lethalibus habere [..] poſſumus.

Quod Nob. Tuam hiſce reſponſioni[..] co celare non debuimus. Signatum [..] *die* 27. *Octobr.* 1680.

Decanus & Profeſſores Or[..]
Facult. Med. Giſſenæ.

CASUS V.

DE VULNERE CAPITIS CRANII, CUM SANGUINE EXTRAVASATO, CEREBRUM COMPRIMENTE.

Requiſitio.

FIlius meus annô 83. Judæum quen[..] quîcum in actionem devenit, ligo[..] caput feriit, qui verò ſequenti die demo[..] eſt. Quô factô Medicus Dn. Lic. Schmi[..] unà cum Chirurgo Grunbergenſi prævià [..] ctione judicium ſuum ſuper illethalitate [..] neris impertierunt, ut ex adjectis videre[..]

Quoniam igitur Filio meo hâc de [..] Proceſſus Criminalis eſt formatus, ip[..] Reſpônſum quoddam confirmatorium ab [..] pliſſima Facultate Medica ad meliorem [..] ctionem ſuæ cauſæ deſiderat;

inc Honoratiſſimos meos Dominos hiſce iliter rogare volui, ut Reſponſum aliquod, *ulnus*, ſi res, ut à Medico & Chirurgô djectis relatum fuit, ita ſe habeat, & ſub ctione ſic reperta ſit, *ſimpliciter letha-erit nec ne?* impertire non dedignentur, certâ confidentiâ expectando perſe-

Honor. Dnn. humilima
Eliſabetha Hochheymeria.

Inſpectio Vulneris.

Ccidit die 3. Januarii currentis modò an-ni Freyenſehnæ, ut Viduæ cujusdam fi Laubacô oriundus, Thomas Hochey s nomine, cum Judæo quodam, cujus n mihi non cognitum eſt, rixatus, in-e Judæus ab allegato Thoma Hocheyme one ad ſiniſtrum capitis latus, in parte , ictus fuerit, adeò ut inſequenti die à ie obierit. Sub inſpectione igitur cada-externè in craniô neque tumor, vul-aut fovea apparuêre: Remotâ verò, in ntiâ Dn. Medici, L. Schmidtii, cute à , oblonga rima in cranio ſe truſit. Plu-rò externè obſervari non potuerunt. ô autem craniô, ſub eô & ſupra duram m inſignis quantitas ſanguinis grumoſi a, quæ cerebrum deprimebat, dura pia-atre illæſis, nullis etiam fragmentis à ſeparatis; quemadmodum & cerebrum triculi ejus omninò integra & naturali-nſtituta fuerunt. Quæ Ego infra ſub-is in ſubſidium veritatis ex conſcientiâ ianâ atteſtari volui. *Datum ut ſupra* 1683.

Sebaſtian Frech, Chirurgus
Grunbergenſis.

Judicium Phyſici.

m ad deſiderium Illuſtriſſ. Com. Solme-o-Laubacenſium Ego infra ſubſcriptus, m Chirurgô, Sebaſtiano Frechio, Grun-ſi, requiſitus fuerim, ut Judæum die 3. ii Freyenſehnæ in capite vulneratum & enti die demortuum, nomine Hayman-ridbergenſem, inſpicerem, hinc cum hirurgô die 5. ejusdem menſis Freyen-me contuli, & pro virili omnia ob-.

cet autem abraſis pilis in craniô ejus ex-ullus tumor apparuerit, attamen cute, ut craniô ſeparatâ, in anticâ capitis par-trâ, prope ſuturam coronalem, con-uædam ſe trudebat: Eôdem quoque in anium non tantum ſanguine coagula ſus obductum fuit, ſed idem quoque diocris culmi craſſitiem, Adultis alias m, æquavit, inſimulque ibidem, utut mnimodam depreſſionem, fiſſuram, dine trium digitorum latitudinem eme-tientem, egerat; in reliquis verò cranii parti-bus nihil amplius obſervari potuit. Porrò, capite apertô, ſtatim ſub fiſſurâ multum ſan-guinis coagulati, ovi gallinacei craſſitie, in-ternè ad ſupremam cranii cavitatem firmiter annexi, occurrebat, qui ſanguis neutiquam ex internis capitis partibus ibi collectus fuerat, ſed ab extra, ex ipsâ cute, cranium cingente, per ſupradictam ſciſſuram aut rimam cranii ſe in caput, intra cranium & cerebrum, inſinua-verat, quô cerebrum inſigniter depreſſum, utut meninges illæſæ fuerint, nullumque fragmentum à craniô ſeceſſerit, quod duram & piam matrem lædere potuiſſet.

Etſi nunc difficile ſit, de vulnerum letha-litate, in crimine homicidii, certi quid pro-nunciare, cùm non omnia ex ſe & ſimpliciter habeantur lethalia, quibus mors ſupervenit, ſed illa tantùm, quæ nullâ ope, nullâ curâ, nullisque mediis & remediis curari poſſunt, ac propter quæ ſummâ & inevitabili neceſſitate mori oportet ægrum: In præſenti tamen caſu res aliter ſe habet, quia unicum & ſolum cra-nium fiſſurâ affectum, quæ idoneis remediis, ut experientiâ conſtat, Practicorumque obſer-vationes teſtantur, curari potuiſſet, dummo-do à parte occiſi tempeſtivè auxilium implora-tum fuiſſet: Adeoque ob talem auxiliorum dilationem ſanguis per diſciſſionem cutis ex-ternæ cranium ambientis extravaſatus, & ſupra fiſſuram ſtagnans, qui ſub plaga illîc ſe collea gerat, neutiquam derivatus fuit, ſed per fiſ-ſuram vi qſ. penetravit, unde tandem ex ac-cidenti contigit, ut à ſuppreſſione cerebri Spiritus animalis in ſuô influxu inhibitus & flamma vitalis ſuffocata fuerit. Quæ omnia tempeſtivè præcaveri potuiſſent, ſi à parte oc-ciſi ſtatim ad remedia deproperatum fuiſſet, cùm, ut modò dictum fuit, extravaſatus ſan-guis extus derivari potuiſſet.

Aliâs nulla quoque periculoſa ſymptoma-ta, ut vomitus bilioſus, obmuteſcentia, de-lirium, convulſiones &c. qualia ſecundum *Hippocrat. aph.* 50. *ſect.* 6. *& aphor.* 58. *ſect.* 7. gravioribus capitis vulneribus & mem-branarum læſioni ſupervenire ſolent, obſer-vari potuerunt. Et quamvis Judæus ſequenti die perierit, attamen exiſtimo, quòd non ex naturâ & gravitate vulneris, utpote quod ſu-perficiale tantùm, nec cerebrum & meninges penetravit, ſed ex accidenti mors ſupervene-rit, quatenus ſtatim inter initium acceptæ pla-gæ, vel contuſionis ſanguis collectus: aut tum colligendus, per Sectionem Cutis non eductus & à parte occiſi totum opus neglectum fuit. Hæc mea, ſalvô Peritiorum judiciô, eſt ſenten-tia, quam requiſitus Scriptô hôc, fideque Me-dicâ, atteſtari volui. *Grunbergæ die* 10. *Jan. Anno* 1683.

Henricus Schmidt, Med. Lic. &
Phyſ. diſtrictus Grunbergenſis.

Reſponſum Facultatis Medicæ Giſſenæ; ſuper illethalitate vuln. Capitis.

P. P.

QUandoquidem Reſponſum aliquod à Nobis deſideraveris, *an Vulnus* à Medico & Chirurgo deſcriptum, & à Filio Tuo Anno 83. Judæo alicui, ligone in caput alliſo, inflictum, *ſimpliciter lethale fuerit, nec ne?* hinc circumſtantias in transmiſſis additamentis adductas Collegialiter & accuratè perpendimus Principiisque Artis conſentaneum eſſe judicamus:

Repertâ ſub inſpectione Judæi, die 3. Jan. Anno 83. vulnerati & inſequenti die demortui, in anticâ capitis parte ſiniſtra, prope ſuturam coronalem, contuſione, unâ cum fiſſura 3. digitorum transverſorum longitudine, apertô craniô ſub fiſſurâ multum ſanguinis coagulati, craſſitie ovi gallinacei, inventum fuit, de cæterô verò neque fragmentum aliquod in cranio, nec læſio quædam in meningibus obſervata, ipſumque cerebrum cum ventriculis ejus ſalvum & naturaliter conſtitutum fuit. Omnia ſecundum tenorem modò dictorum additamentorum, ſub n. 5. & 9.

Quamvis verò jam, juxta *Hippocratis* aliorumque Probatiſſimorum, tam Veterum, quàm Recentiorum Medicorum & Chirurgorum ſententiam, vulnera cranii in genere, ſummè periculoſa ſint, cumprimis ſi utraque lamina ſit diviſa, ut in hoc ſubjectô contigit; adhæc compreſſio cerebri maximè à ſanguine extravaſato ſimiliter ſummè periculoſa ſit: Attamen & quia utraque meninx illæſa, cerebrum quoque cum ventriculis ſuis integrum & naturaliter conſtitutum fuit, nullum fragmentum à craniô ſeceſſit, ſanguis intra cranium collectus, qui probabiliter mortem acceleravit, per trepanationem aliaque convenientia remedia, ſi tempeſtivè adhibita fuiſſent, educi potuiſſet, nulla ſymptomata periculoſa, quæ alias graviora cerebri vulnera comitantur, obſervari potuerunt, & demum inter vulnera periculoſa & per ſe lethalia inſignis & notabilis differentia intercedit;

Hinc ſupradictum Judæo die 3. Jan. 83. à Filio Tuo inflictum vulnus pro ſimpliciter & abſolutè lethali habere non poſſumus.

Quod hiſce teſtari & communicare volumus. *Sign. Giſſæ die* 25. *Sept.* 1683.

Decanus & Profeſſ. Ord. Facult. Med. Giſſ.

CASUS VI.
DE VULNERE CAPITIS & CRA-NII, CUM SANGUINE INTER UTRAMQUE MENINGEM EXTRAVASATO.

Inſpectio.

QUùm nuperrimè diffluxô primô M[...] die, manè inter 3. & 4. horam *Chri-ſtianus Bez*, Miles hujus loci, cùm U[...] in Lectô decumbente litigaverit, huicque [...] dem enſe ſuô non denudatô plagas quaſ[...] intulerit, ut & infantem juxta Eandem de[...] bentem, quatuor annorum, ægrota[...] jamdum & de abdomine conquerentem, [...] ter in capite vaginæ extremitate ferierit, [...] que infans die 26. Martii ſubſequente de[...] tuus fuerit, fama quædam increbuit, i[...] tem à plaga illâ periiſſe: Unde ſequens i[...] inſtituta fuit, in quâ ſubjuncta annotata [...] runt.

1. Vulnus aliquod crucigeri latitudi[...] craniô, prope ſuturam coronalem, [...] ſiniſtrum latus.

2. Inter tenuem & duram meninge[...] rum ſanguinis nigricantis & coagulati ſe[...] flaveſcentis reperiebatur.

3. In utraque meninge ipſoque cereb[...] quicquam violatum fuit.

4. Apertô pectore, pulmo in ſiniſtr[...] re, è regione illius loci, ubi externè [...] cœruleus apparuit (externè in ſiniſtrô [...] ab aure ad pedes & in dorsô omninò [...] leus erat, absque tamen externâ vulne[...] ne) omninò nigricans & cœruleus c[...] ctus.

5. Verſus dextrum pulmonum latus [...] la atro-cœrulea, quartam floreni parte[...] citer magnitudine æquans, conſpicie[...] acſi pulmones in putredinem inclina[...] prout reverâ hôc in locô paulò ſuperiu[...] dammodò infecti videbantur. Aliâs d[...] guine coagulatô nil comparuit.

Adeoque quæritur? *An plagæ ſup[...] ctæ infanti necem procurarint?*

Reſponſum à Decano Facultatis M[...] Giſſenæ, deſuper illethalitate vul[...] Capitis infanti inflicti, exaratum.

QUandoquidem primô Martis die c[...] tis modò anni 1683. *Chriſtianu[...]* Miles Præſidiarius hujus loci, cum uxo[...] in lecto decumbente, inter 3. & 4. ho[...] tigaverit & rixatus fuerit, huicque tande[...]

non evaginatô plagas quaſdam intulerit, t juxta eandem unà cubantem infantem t ægrum jamdum & de abdominis dolore querentem) extremitate vaginæ in capite rit: Nunc autem, infante die ſeq. 26. tii, inter 1. & 2. horam, demortuo, vulicatur, eundem ab accepta plaga periiſſe: oque Judicium quoddam Medicum deſuuæſtione: *An plaga ſupradicta infanti m attulerit?* à me deſideratum fuerit; prævià ponderatione omnium & ſingun, in Relatione, hunc in finem traditâ, entarum circumſtantiarum Principiis Aronſentaneum eſſe judico:

Dbſervato ſub peractâ ſectione, 1. vulneucigeri latitudine, in cranio, juxta ſutucoronalem verſus ſiniſtrum magis latus er duram & piam matrem tantillô ſans nigricantis & coagulati ſerique flaveſcen3. Quòd in binis ſupradictis meningibus roque ipſo nihil violatum fuerit: Porro tore aperto ſiniſter pulmonum lobus, è ne illius loci, ubi extus cœruleus appareolor (quò externè in ſiniſtro latere ab au pedes & in dorſo, utut abſque ullo vuleturpatus fuit) ſimiliter cœruleus appa5. Verſus dextrum latus in pulmone a quædam atro-purpurea quadrantis i magnitudine ſe truſerit, acſi pulmoputredinem inclinaſſent, prout jamdum loco paulò ſuperius quodammodò inpparuerint; nullô cæteroquin ſanguine lato comparente: Omnia ſecundum teRelationis de ſectione & inſpectione unicatæ.

cet autem in Relatione modò dictâ æquè actâ Inſpectione major & dexteritas & uitas meritò deſideretur, dum quidem lneris cujusdam in cranio, propè ſucoronalem, verſus ſiniſtrum latus, crunagnitudine, mentio injicitur, neutiverò, quænam ejus longitudo fuerit, & ranium usque penetraverit, vel an craquoque vulneratum fuerit, additur. amen (2.) dum vulnus juxta ſuturam lem & inter duram & piam matrem alinguinis coagulati apparuit, meritò acrem inquiſitionem exigere videbatur, n (a) oſſa circa ſuturas ſolida non ſunt, iſa, & proinde in Ictibus (cumprimis te 4. annorum) ad reſiſtendum infir., (b) ex Suturis filamenta meningis xeunt, quæ hinc facilè in conſenſum eſt. *Vid. Bernhard. Svev. Tr. de In. uln. part.* 2. *c.* 1. *pag.* 29. (3.) Conic quoque, per externum in latere ſib aure, & ità quamproximè à parte afcipiendo, ad pedem & per dorſi tratregrum obſervatum colorem cœrue manifeſtare videtur, & (4.) illud, pulmonibus additur, quod ſc. infe& ad putredinem vergentes apparuerint, parum ad Rhombum facere poteſt, cùm meræ conjecturæ ſint, ipſosque pulmones in quibusdam ſatis ſanis variegati coloris fuiſſe obſervatum ſit à *Thom. Bartholin. lib.* 2. *A. R. c.* 9. *p.* 279. infans (5.) non tam de pectore, quam potius de ſolô abdomine (vi Relationis) conqueſtus fuit eaque de cauſâ, neque aliis pectoris affectibus laboravit: Adhæc (6.) non benè conciliari valent, quod vulnus tantùm ſuperficiale fuerit, poſt elapſum tamen trium hebdomadum cum dimidiâ, adeò latum abſque ullâ conſolidatione repertum ſit.

Intereà tamen, quia 1. in meningibus æquè ac ipſo cerebro nihil violatum fuit, ut Relatio quidem perhibet. 2. Sanguis coagulatus & ſerum flaveſcens inter utramque meningem etiam ex aliis cauſis oriri poſſunt. 3. In Sectione minus artificioſâ facilimè vaſa quædam lædi potuerunt, tandemque 4. nullà cumprimis accidentia ſingularia & periculoſa ſymptomata, quæ vel extemplò ſupradictam plagam ipſumque vulnus, aut poſtmodum etiam inſecuta fuiſſent, recenſentur; hinc ad quæſtionem propoſitam, circumſtantiis ita ſe habentibus, nullò modô affirmativè reſponderi, neque vulnus hoc pro abſolutè lethali haberi poteſt. *Giſſæ die* 14. *April.* 1683.

Laurentius Strauß, D. p. t.
Fac. Med. Decanus.

CASUS VII.

DE VULNERE CAPITIS CUM SUBSIDENTIA CRANII ET FRAGMENTIS LAMINÆ INTERNÆ.

Requiſitio.

P. P.

DOminos & Fautores noſtros celare non poſſumus, ipſa quoque Acta his adjecta pluribus ob oculos ponunt, quâ ratione Michael Michels, Opilio quondam Penzigenſis, â Ruſtico Bielenſi, *Georgio Gloſſio* dictô, ſecuri in capite ita verberatus & vulneratus fuerit, ut effluxis poſtmodùm 4. ſeptimanis obierit. Quamvis autem ex tranſmiſſis Actis Inquiſitionalibus (hîc ſimul junctis) Scabini Electorales Lipſienſes, vi ſententiæ ſuæ fol. 9. judicaverint, Georgium hunc Gloſſium, ſi confeſſioni coram Judicio Criminali jamdum factæ inhæſerit, aut ejus, ut juris eſt, convictus fuerit, ob hoc in Michaele Michels perpetratum homicidium decollandum eſſe; quia tamen Inquiſitus in Defenſionalibus ſuis fol. 11. ex *Foreſto Obſerv. Chirurg.* 1. *&* 2. *lib.* 6. *Volum.* 2. adduxit, vulnera cranii non ſemper lethalia eſſe, adeoque hujus intuitu ſupra laudati

dati DNN. Scabini Electorales, juxta teno rem Sententiæ fol. 33. de novô juſſerint, ut, cùm Inquiſitus per allegatam authoritatem & obſervationem Foreſti, Medici Chirurgorumve judicium, fol. 15. in Actis reperiendum, in dubium vocaverit, dictum modò Medici judicium, cum Actis Inquiſitionalibus Facultati cuidam Medicæ transmitteremus, & ex Eadem percontaremur:

An exiſtimet illud Vulnus ſtatim ab initio lethale fuiſſe, nec curari potuiſſe: Aut an probabile potius ſit, idem ob malum in Diætâ regimen & juſtô tardiorem deligationem lethale factum eſſe? ſicque, ſi vulnerato tempeſtivè medela fuiſſet adhibita, hic, in quantum rationi humanæ videretur, curari potuiſſet? adhæc quoque à Dn. D. Chriſtiano N. qui vulneratum in curâ ſuâ habuit, Relationem accuratam, hîc ſub Lit. A. conſpiciendam (unde vulneris circumſtantiæ eò facilius innoteſcere poſſunt) obtinuerimus; Hinc, ut ſententiæ illi ſatisfiat, non potuimus non Dominos Fautores noſtros amicè rogare, velint haud gravatim Acta Inquiſitionalia, quæ transmittimus, cumprimis autem Medicorum & Chirurgorum Judicium diligenter conſiderare atque ponderare, ſuamque Nobis ſententiam, pro debitâ remuneratione, impertire &c. *Görlicii die* 19. *Novembr.* 1667.

Conſul. & Senatus ibidem.

Inſpectio Vulneris.

ANno 1667. die 22. Julii Michael Michels, Opilio Penzigenſis, judicialiter inſpectus fuit, in eoque externè in oſſe frontis, in parte ſuperiore frontis, ſiniſtri lateris, foramen occurrit, ad alteram cranii laminam usque penetrans: Sub aperturâ verò cranii internè cranium Groſſi Bohemici magnitudine contuſum & depreſſum fuiſſe, ita, ut pars contuſa non tantùm meninges, ſed & ipſum cerebrum adeò læſerit, ut eodem in locô inſigni putredine correptum fuerit, cùm diſſectum cerebrum intus, in ſiniſtro latere, pure omninò refertum fuerit. Præter hoc in Defunctô nullum amplius incommodum obſervatum fuit. Heri quatuor elapſæ ſunt ſeptimanæ, cùm æger ad Franciſcum Segerum primùm deportaretur: Die verò ♂ præcedente vulneratus fuit. Actum Görlicii, præſentibus Dn. Carolo Förſtero, Prætore Civitatis: Dnn. Chriſtiano Mollero, Jeremia Victorino Zachero & Ehrenfrido Hegenichiô, Scabinis, ut & Sebaſtiano Schönes, Notario.

Judicium Medici & Chirurgorum

ANno 1667. die 22. Julii Michael Michels, Opilio Penzigenſis, prævi[a le]gitimâ Requiſitione Ampliſſimi Senatus [Gör]licenſis à Friderico Ferberô Med. D. & Ph[yſ.] Ord. ut & binis Chirurgis publicè & in pr[æſen]tiâ Dnn. Judicum & Scabinorum inſp[ectus] fuit, ac in corpore ejus externè in oſſe fr[ontis] in ſiniſtrô capitis latere, foramen tam am[plum] & profundum reperiebatur, ut dimidiu[m] minimi digiti articulus illi immitti pot[uerit.] Apertô vero craniô idem in futurâ coron[ali] Groſſi Bohemici magnitudinem contuſ[um &] depreſſum fuit obſervatum, ita quiden[, ut] contuſa & depreſſa pars non ſolùm utra[mque] meningem, ſed & ipſam cerebri ſubſta[ntiam] adeò affecerit, ut in eodem locô putred[o qui]dam inſignis ſuborta fuerit, quæ diſſecto [cere]bro manifeſtiſſimè comparebat, cùm i[n ſini]ſtro capitis latere id omninò purulentu[m fue]rit. Ultra hanc læſionem alia in corpo[re De]functi obſervari non potuit.

Cùm igitur non tantùm Meninges, [ſed] ipſum cerebrum, tanquam pars nobi[lis] & principalis per vehementem comp[reſſio]nem & vulnerationem cranii diffiſſa inſi[g]mnum ſint perpeſſa, impoſſibile etiam [vide]tur tantam puris quantitatem è cerebr[o...]vare, hinc omninò inſignis Spirituum [...]tio, ut & Convulſiones mortiferæ c[...] oportebat. Quapropter vulnus hoc [...] Chirurgiæ æquè ac Anatomiæ fun[...]ta, pro abſolutè & ſimpliciter leth[ali ha]bemus.

Fridericus N. Med. D. & Phy[ſ.]
Franciſcus Seger } *Chirurg.*
Joh. Georg. Roth

Extract. è defenſionalibus Advo[cati] juncti, Balthaſaris Bierle, n[omi]ne Inquiſiti.

QUod Vulnus attinet, & judiciu[m...] à Dn. Phyſico & Chirurgis pro [ſim]pliter & abſolutè lethali habetur, ſuo in l[oco] relinquimus. Nihilo tamen minus i[n Exc]ellentiſſimi Medici *D. Petri Foreſti O[bſe]rv. Chirurg. Lib. 6. Obſ. 1. & 2. Vol. 2.* [...] vulnera Cerebri non ſemper letha[lia, ſed] quandoque adhuc curabilia eſſe, it[a...] genti, providâ & juxta Regulas Me[dico]rum inſtitutâ curâ in integrum reſtitui poſſe [...] inter alia exemplum, quod Romæ [...] allegat, ubi omnibus & Medicis & C[hirurgis] de vulnere hujus generis deſperantib[us, ip]ſe tamen æger L. dierum intervallo [reſti]tutus fuit.

Cumprimis autem 1. ſollicitudinem & idențiam hic requirit, quæ, dum vulne- ſ tertiô demum die ad Franciſcum Segerum tus fuit, hîc ſtatim obſervari non potuit. ommotionem ægris ejusmodi ſummè no- m eſſe ſtatuit, quæ abundantiſſimè hîc uta fuit, dum è pagô usque ad civitatem, grâ cum dimidiâ leucâ inde diſtantem, entô vectus, agitatus & exceſſivè commo- uit. 3. Diætam exigit, quæ in Ruſtica e minimè obſervatur. Unde aliud acci- , vel potius ſtatim ab initiô tum ægri, Adſtantium incuriâ, aliquid neglectum otuit.

A.

Relatio Medica.

Nno 1667. die 12. Nov. ego *Chriſtia- nus N. Med. D.* & Practicus à Pruden- iô Senatu Görlicienſi requiſitus & voca- ii, ut, ſuadente hoc Laudatiſſimâ Facul- uridica, Medicamque Facultatem in arduô egotiô in ſubſidium vocante, uberiorem tionem de Michaele Michels, Opilione igenſe nuper occiſô, impertirem; Qua- ter ſanctè religioſè & fideliter atteſtor, , cùm à Franciſco Segerô eapropter ro- ægrum ſimul curandum ſuſcepiſſem, eun- Lethargô detentum invenerim. Exſu- us & qua in parte malè ſe haberet, inter- us, multa effari non potuit, & ſaltem ali- es de dorſo conqueſtus fuit, in quo ta- damnum aliquod aut vitium inveniri non t, quod ſtatim mihi ſuſpicionem ſubmi- vit, contuſionem admodum vehemen- pſamque medullam ſpinalem, cum totô nate nervoſo, concuſſam fuiſſe; ſicut ul- quoque vomitus convulſiones epilepticæ nſiones nervorum confertim acceſſerunt, nque jugulârunt: CURAM quod atti- illa tam à parte mei, quàm Chirurgi fide- adminiſtrata fuit, ipſeque Chirurgus in tam periculoſô absque conſiliô meô ne- uam ſuſcepit, cui à parte mei viciſſim conſilium ſubminiſtravi, convenientem m præſcripſi; quemadmodum & hoc de n Chirurgo teſtari poſſum, quod ægro admodum beneficia exhibuerit, fideliſ- nque ejus curam egerit, quod ad vitæ rotractionem plurimum contribuit. Ipſum n VULNUS quod concernit, neceſ- inde ægrum perire oportuit, cùm ne qui- viſu bene illuc penetrari potuerit, craniô erfractô, ſed tantùm depreſſô (ut ex ipſô o videre licebit) niſi quòd in alterutro exiguum admodum foraminulum, ne n quidem admittens, obſervatum fuerit; que cerebrum intus pure, cui exitus de- atur, neceſſario repletum fuit. Factâ verò ſectione depreſſum tumorem duram & piam matrem ipſamque cerebri ſubſtantiam penetraſſe conſpexerunt, ita ut dubiô procul Vulneratus ſtatim corruiſſet, ſi arteria coro- nalis infimul attacta fuiſſet; qua illæſâ æger aliquantum adhuc ſupervixit, qui per triduum etiam deligatus non fuit, ſed vertiginoſus omninò oberravit & ſemidelirans neſcivit, quid ageret. Interim quoad actiones vitales integer nobis oblatus fuit, quod ſanæ & robu- ſtæ ejus Naturæ & ætati vigoroſæ adſcribi poſ- ſet, cùm per 28. annos corpore ſatis valido & robuſtô vixerit. Durante cura ſæpè interro- gatus, an capite doleret, reſpondit interdum, haud ita vehementer: Interdum nequicquam ſe ſentire perhibuit, in lethargum ſtatim reci- dens, quem ἔκλυσις ſimul & leve animi deli- quium ſequebatur; unde mali intuitu ad multos ſermones inſtigari non potuit. De vulnere quoque ſubinde ex eô quærebatur, an ſi aliquid imponeretur, aut illud detergeretur, dolorem exinde ſentiret, quod negavit. E quibus omnibus eluceſcit caſum hunc cum al- legatis obſervationibus *Foreſti* prorſus non convenire, cum in hiſce vulnus apertum fue- rit, ut omnia viſu dignoſci potuerint. Cau- telæ, à Foreſto in curâ ejusmodi vulnerum propoſitæ, ex parte noſtra, ut ſupra dictum, probè obſervatæ fuerunt; neque caro, ma- ſticatione indigens, ipſi oblata, ſed tantùm juſcula cum ovis, pulticulæ avenaceæ, cum pane macerato; globuli carnei, ceraſa ex- ſiccata, ova ſorbilia, piſciculi bonæ notæ ma- cere conditi, carnes gallinaceæ inciſæ & ſimi- lia. Ex parte ægri tantum etiam peccari non potuit, quia Mater integrô eô triduô, quo penes illam verſabatur, juſcula tantùm illi præbuit, cum pane cereviſiæ intinctô, donec tandem, non tam in carpento aut curru, ſed ab Amico (cùm vehementer illum læſum eſſe obſervarent) pedibus eundo ad urbem dedu- ctus fuerit, & quidem ſub bona & modicè ca- lidâ aeris conſtitutione. Quicquid verò ſit, licet & primâ ſtatim horâ deligatus fuiſſet, non tamen conſervari potuiſſet, dùm depreſſum cra- nium cerebro firmiter incumbebat, illudque intrabat, nec aperta quædam janua ad abſcon- ditam hanc cameram malumque reperiri aut fieri poterat, ut ita mera eaque interna pu- tredo inſecuta fuerit, vulnere externô licet mundô ſemper conſervatô. Quænam por- rò medicamenta à me præſcripta fuerint, ſe- quentia Recepta docebunt, utut adhuc plura confortantia juxta hæc adhibita fuerint. To- pica à Chirurgo uſurpata, juxta directorium meum elaborata fuerunt, ubi inter alia Balſa- mo Americano fluido uſi ſumus. Quò ve- rò Chirurgus pleniorem medicamentorum noti- tiam haberet, formulas quasdam in verna- culâ præſcripſi, hocque in caſu facultatis, quâ æger gaudet, exiguæ rationem habui. Quæ- ri autem hîc poſſet, annon per trepanationem crani-

cranium elevari potuiſſet? cui tacitæ objectioni ut occurratur, tres adduco rationes, quòd ſc. 1. ob vulneris ſitum hoc neutiquam fieri potuiſſet, quia ex unô latere muſculi temporales multis arteriolis intertexti, obſtabant, ex altero vulnus ad ſuturam coronalem pertingebat. 2. Cranium cerebro jam impactum fuerit, & quidem adeò tenaciter & firmiter, ut abſque ulteriori læſione cerebri id fieri non potuiſſet. 3. Tentari quoque non potuerit, tum ob lethargum, tum ob ſenſibilitatem ægri, qui ſub duriſſimo ejusmodi proceſſu facilimè æternùm obdormire potuiſſet.

Cætera committo Illuſtri Facultati Medicæ diſcutienda & dijudicanda. Nam prolixiori ſtylo tam arduis negotiis obicem non pono. Ego tamen affirmare audeo, vulnus in ipſo principio fuiſſe lethale. *Görlicii d. 16. Nov.* 1667.

Chriſtian N. D. & Pract.

★

℞. *Aq. verben.*
prim. ver.
fl. tiliæ.
beton.
Julep. roſ. ana ℥ß.
∽*ceraſ.* ʒj. *M.*

S.

Julepus confortativus.

★

℞. *Decoct. aper. maj.* ℥iij.
reſol. elect. diaphor.
diacathol. ana ʒiij.
Pulv. jalap. ℈ß.
crem. ♀. *gr. xii.*

M. D. ad Vitrum. S. Potio aperitiv. manè pro unâ doſi ſumenda.

★

℞. ∽. *fœnicul.*
lavend.
lil. convall.
ceraſ. ana ʒi.

M. D. ad vitrum. S. Spiritus Cephalicus de die ter 10. guttas ſumendo.

★

℞. *Herb. malv.*
branc. urſ.
☿*ialis.*
Flor. ſamb. ana Mj.
Rad. polypod. ℥ß.
cort. med. ſambuc. ʒii.
coloc. ʒi.

Nod. incluſa coq. in Menſ. iß. ad reman. Menſ. j. Adde

🝆 *flor. ſamb.*
chamomill. ana ℥j.
Laurin. ℥ß.
S. Clyſter pro 2. vicibus.

★

℞. 🝆 *Nuc. moſch. expr.* ℈j.
ſtillat. major.
meliſſ.
aurant. ana g. iv.
M. F. Balſamus S.
Balſ. Cephalicus.

℞. *Tripher. magn. c. op.* ℥ß.
Philon. Rom. ℈ij.
Pulv. cardamom.
nigell.
Nuc. moſch.
Laudan. ℈ß.
🝆 *ſtill. abſinth.*
nuc. moſch. ana g. j.
M. D. ad Chartam.
S.
Empl. alutæ inducendum, & ſtomacho contra vomitum imponendum.

★

℞. *Pulv. oliban. puriſſ.*
Myrrh. el.
g. anim. ana ℈ij.
Flor. benzoin.
Succin. ana ℈ß.
Corallin. præp.
Serici torref. ana ℈i.
F. Pulv. omnium tenuiſſimus. D. ad chart.
S. Pulv. inſpergendus.

★

℞. *Pulv. antepil. vil.* ʒij.
Succini præp. ℈i.
Cran. præp. hom. ʒj.
Magiſt. corn. alc.
Cinnab. ♁ *ana g.* iiij.
D. S. Pulv. cephalicus bis de die in cere... quantum cuſpis cultri capit.

★

℞. *Roſ. rubr.*
Flor. acac.
ceraſ.
bugloſſ. ana pro 4. obol.
Fol. Sennæ ℥vj.
agrimon.
menth. criſp.
beton.
Pœon. ana pro 4. obol.
Rad. verb.
pœon.
rhab. ʒij.
Agaric. ʒij.
Sem. aniſi.
fœnic.
cumin.
roriſmar. ana ʒj.
D. S. Species ad laxandum &c.

℞. *Succ.*

*

Succ. inſpiſſ. Pœon. roſ. an. ℥j.
Balſ. Americ. fluid. ℈j.
℘. expr. Nuc. M. ℈ß.
Moſch. Or. gr. j.

M. F. Balſamum.

…ponſum Facultatis Medicæ Lipſienſis; deſuper illethalitate vulneris.

P. P.

…Iteras Veſtras, una cum adjectis Actis Inquiſitionalibus, die 16. Nov. benè obti…nus & prævia diligenti perlectione tam il…m actorum, quàm Medici Relationis Spe…s, præcipuè deſuper ſeq. Quæſtione: *An …nus, Michaeli Michels à Georgio Kloſ…ecuri illatum, ſtatim in principio le…le fuerit, nec curari potuerit? Vel an …babile magis ſit, quod idem per malam …tam & deligationem juſto tardiorem le…le evaſerit, & ſi Vulnerato tempeſtivè …ela fuiſſet adhibita, rationabiliter cu… potuiſſet?* maturè & Collegialiter deli…vimus. Utut verò certum ſit, vulnera …tis, Experientiâ Teſte, utplurimum non …periculò vitæ æquè ac ſanitatis eſſe ſolere: …men exinde nondum univerſaliter con…i poteſt, omnes ejus læſiones indifferen… neceſſariò & per ſe, ac abſolutè lethales …ndas eſſe: Siquidem & re probè penſita …nanimiter ſtatuimus, vulnus capitis à Do…is nobis denominatum & in individuo hoc, …a circumſtantias ſuas deſcriptum, neque …rincipio neque poſtmodum per ſe & ab…tè lethale & mortale fuiſſe. Non ſtatim …rincipiò, quia vulneratus poſt illatam læ…em nullam inſignem actionum vitalium …am ſenſit, cùm Acta æquè & Medici Re… clarè doceant, vulneratum integrum tri…m, quô potiſſima medela adferri potuiſ… non deligatum circumeundo conſumſiſſe, …modum quoque læſionem non conveni…r, & ſecundum Artis præcepta tractatam …e, dum vulnus, ægrô ſe curæ ſubmitten… prout expediebat, neque dilatatum, nec …agmentis aut feſtucis liberatum fuit, quò …uini per contuſionem extravaſato & con…mato exitus parari, & debitô modô educi …uiſſet. Quapropter ſanguis ille extrava…s ſub fragmentis laminæ interioris non po… non ſucceſſu temporis putreſcere, & ad ma…tionem vel ſuppurationem devenire; un…non tantùm ſubjacentes cerebri membra…, ſed & ipſa cerebri ſubſtantia à putredine …cta fuerunt, & conſequenter lethalia tan…a ſymptomata inſecuta ſunt; ut adeo æger ex hoc vulnere (utpote quod non tam per ſe & abſolutè lethale fuit, quàm potius per accidens lethale evaſit) demum obierit. Quod DNN. reſponſi loco celare non potuimus. *Lipſiæ die 29. Nov. Anno* 1667.

Vid. Ammanni Praxis Vuln. Lethal. Dec. 1. Hiſt. 1. p. 1. & ſeqq.

CASUS VIII.

DE

VULNERE CRANII, PUNCTIM ILLATO, RELICTO ILLIC PUGIONE.

Viri Clariſſimi, Domini & Amici ſingulariter colendi.

TRiennium ferè abiit, quum ſuper controverſo quodam vulnere Facultas in Academia noſtra, ſententiam ſuam verbis, ut decet, breviſſimis dixit, eamque ſibi poſtea Nobiliſſ. Dn. Reus rationibus atque exemplis paſſim ex fide dignis Medicinæ ac Chirurgiæ Doctoribus congeſtis, confirmari petiit, nimirum: *calvariæ, uti & non pauca ipſius Cerebri vulnera, non eſſe ex neceſſitate lethalia, ſed plerumque ſi tempeſtivè pateant, & ſordibus exitus idoneis paretur inſtrumentis, ſatis feliciter ſanati.* Hanc deinde *Clariſſimus Dn. Joh. Schlezerus, Illuſtriſſ. noſtri Domini Adolphi Friderici, Ducis Megapolitani, Domini noſtri gratioſiſſimi, Medicus Aulicus*, quibusdam ratiunculis infringere tentavit, nullâ aliâ de causâ, quàm quòd ille, qui de hoc vulnere jam antea rogatus, illud neceſſariò, & naturâ ſuâ lethale pronunciaret, aſſertione noſtrâ ſuæ exiſtimationi atque autoritati quidpiam detractum iri putaverit. Potuiſſet quidem citra invidiam à nobis diſſentire, verùm Reſponſo noſtro intacto. Quod quia aggreſſus fuit, non potuimus non, quod officii noſtri erat, illud à calumniis vindicare, noſtramque ſententiam fundamentis, & Experientiæ Medicorum quàm maximè conformem, publicitus demonſtrare. Neque deſtitit *Dn. Schlezerus*, aut quievit, ſed denuò Apologiam noſtram protervè excepit, ſcripto prolixo, quô non dextrè informatus Judex quàm facilè ſeduci poterat. Dominus Reus iterum ſui Tutelam continuare nos oravit & exorat. Confecimus itaque ſecundam Reſponſi noſtri defenſionem, eamque ultimam eſſe voluimus: ne verò impo-

ſterum etiam cum temporis jactura idem ſaxum volvere neceſſum ſit, hactenus omnia illa aliquot Medicis legenda & cenſenda miſimus, qui noſtram ſententiam non ſolùm probârunt, ſed & ſuâ autoritate atque ſubſcriptione roboratam lubentiſſimè reddiderunt. Quoniam autem & Veſtræ Facultati ob eandem cauſam, etiam eadem ſcripta mittenda & legenda Facultas noſtra operæ precium duxit, ego, qui p. t. Decani vices ſuſtineo, ejus juſſu, omnia illa, per præſentem Tabellarium, αὐτογράφοις & Originalibus reſpondentia transmitto, nec dubito, quin pro veritatis ſtudio, & Facultatis noſtræ amore, rectiſſimè iſta lecturi, nobisque plenè & planè ſubſcripturi, cenſuramque illam Chartâ peculiari conceptam, unà cum adjunctis hiscè viciſſim, idque quàm fieri poteſt ocyſſimè, transmiſſuri ſitis. Pro labore & ſubſcriptione incluſimus tres Ungaricos, parati, quodcunque etiam prætereà ſupperaddi poſtulaveritis, perſolvere. Pro quo, chartâ hâc indice, Facultati veſtræ tantiſper obligatus manebo, donec reapſe tinnientibus Literis ſatisfecero. Promitto inſuper viciſſim mea ſtudia, & quæ amicos decent officia. Benè Valete. *Roſtochii d. 21. Martii Anno 1618.*

Jacobus Fabricius, Archiater Megapolit. & Prof. Publ.

Marcellus Donatus lib. 5. Hiſt. C. 4.

Ex vehementi ictu, & contuſione plurimus intra venas ipſas ſub Cranio latitantes evocatur ſanguis, ſanguineque in parte anguſta coagulato & contento, nec debitè expurgato, ex mora & prohibita difflatione calorem extraneum ſeu putredinalem concipiente, ſuboritur inflammatio, ad quam mortem ſubſequi contingit, quamvis leviſſimum vulnus conſpicientium oculis ſe offerat.

Miror Aph. 50. S. 7. non adductum eſſe.

Quibus cerebrum concuſſum eſt, in tribus pereunt diebus: ſi verò eos evaſerint, ſani fiunt.

A.

Reſponſum Facultatis Medicæ in Acad. Roſtochienſi, ſuper vulnere Cranio punctim inflicto.

Cum obortis quibusdam diſſidiis Nobilis quidam de Peccatel à Sigfrido ab Orzen, pugione per Cranium adacto, ſa tus eſſet, veluti Acta nobis transmiſſ teſtantur, in vicinum conclave conc ibique coram præſentibus de vulnere ſi flicto conqueſtus fuit: unde à Comi aliisque Nobilibus in diverſorium ded Chirurgum ad ſe vocavit, qui depr dens particulam ferri in Cranio reli adſcitis & aliis artificibus, eò ſuam ram direxit, ut illa eximeretur: qu dem triduano labore magna cum diffic te extracta, cùm æger ante ſe non ma bens, protinus convelleretur, die ſuum obierit.

Quæritur à Nobis,

An vulnus hoc per ſe fuerit letha

Quamvis autem hæc quæſtio explica ficilis ſit, ex eo, quòd ægrum nen ſtrûm viderit, aut locum affectum aper mortem calvariâ inſpexerit: tamen cùm quamdiu illa ferri portio in Cranio re mentis compos vixerit, & illa pars, actio integra eſt, læſa dici nequeat, cer vel meninges facto vulnere ſtatimque & ſauciatas fuiſſe, non eſt credibile. Non quod *Hippocr. Levia etiam capitis v minimè negligenda moneat.* Eo enin rurgorum diligentiam duntaxat excitare idcirco propriè & per ſe lethalia dicere Videmus enim non raro, quantumvis et meninges & ipſum Cerebrum quandoq tingant, illa curari: quin & id genus v ſæpè cum ſubſtantiæ Cerebri effluvio ac perſanata, fide digniſſimi obſervârunt M ut taceamus, pro locorum & temporum tate, non rarò illa vel faciliora curatu red ſe. *Pronunciamus ideò vulnus hoc, quæritur, licet periculoſum fuerit, tamen propriè que lethalibus non an randum*: quin imò ſi illud Chirurgi omiſſis, quibus ægrum integrum triduu ſerabiliter cruciarunt, inſtrumentis, T ἀβαπτίςω, vel aliis, dilatando vulneri, & tempeſtivè educendæ inſervientibus, a fuiſſent, non dubitamus, per ampliatu nii foramen ſub eo contentas ſordes exp putridosque vapores exhalare potuiſſe. medendi rationem quia neglexerunt, ve rârunt, Vulnus jam ante periculoſum, fuit deterius: remediis iſtis vulgaribus planè renuens. Unde ægrum, *non ta nere, quàm organorum convenienti fectu, inopinâ morte exſtinctum fuiſſe* dò apparet. Id quod ſub Sigillo Fa noſtræ facimus notatum. *Roſtochii 6 Anno 1615.*

B.

[Re]futatio prima ad Reſponſum ſuper [v]ulnere Cranii punctim facto, Facult. Medicæ Roſtochienſis.

à

JOHANNE SCHLEZERO.

DE vulnere, quod *Sigfridus ab Orzen* no-bili cuidam *de Peccatel* inflictum cum [...]tione ferri reliquit, à Judice rogatus dixi [...]entiam meam, ſcil. *illud non tantùm pe-[ric]uloſum, ſed prorſus exitiale fuiſſe.* Eam [...]riſſimus *Dominus Azarius Sturtius* J. U. [...]Conſilio ſuo pro Rei defenſione magno co-[...]i convellere tentavit, ut illud neutiquam [...]tale fuiſſe perſuaderet. Cujus rationes pe-[...]ari ſcripto examinavimus & refutavimus; [...]reſt itaque, ut Ampliſſimæ in Alma Ro-[...]h. Acad. Facultatis Medicæ ſuper eodem [...]ere reſpectum atque judicium quoque [...]iciamus. Illud verò adeò ſententiæ no-[...] refragari non videtur, ut aliter Vi-[...] doctrinæ & artis uſu eminentiſſimos [...]care haud potuiſſe cenſeam, quibus Caſus [...]ri circumſtantiæ plenè & verè ſatis haud [...]tuerunt. Apparet enim ex circumſtantia-[...] repetitione, à qua ſuam Cenſuram pru-[...]er ordiuntur, altum apud eos ſilentium, [...]*nta ferri impacti longitudine, ejusque [...]ltate*, fuiſſe, *nihil eos de hebetato aut [...]fracto potius, ante ictum, mucrone, [...]l de vulneris illius conditione, rectum [...]bliquum fuerit? nihil denique de Sym-[...]iatibus,* quæ à vulnere ſtatim ex teſtium [...]ctis adductorum invictâ aſſertione, in-[...]runt, *utpote, de bilioſo vomitu, capitis [...]re, oculorum caligine, animi deliquiis, [...]um hæmorrhagia, intellexiſſe.* De tri-[...]o autem Chirurgorum labore, tanquàm [...]rno cruciatu, perperam, nec ſatis bonâ [...] ad eosdem fuiſſe relatum, ut transeam [...]ulſionis tempus malè iisdem etiam adſi-[...]um, aut adſcriptum fuiſſe, utpote quæ [...] confeſtim pugionem extractum conſe-[...]a fuit, ſed vel tertiâ demum à ferri ex-[...]ione, unà cum intenſiore febre moleſta [...]œpit, uti hæc in Reſponſo ad *Sturzium* [...]tium conſtante adſertione, & circumſtan-[...]n evidente veritate ſolidè deduximus. [...]ropere autem in talibus Caſibus judicio [...]ſitè ferendo tanti defectus incommodent, [...]li Celeberr. *Facult. Med. P. P.* Domini [...]nici mei honorandi, libenter agnoſcunt, [...]entur, dum quæſtionem ſibi difficilio-[...] explicatu ideò ſcribunt, quòd ægrum non [...]nt, quòd locum affectum, apertâ poſt [...]em Calvariâ, non inſpexerint, ut tàm [...]ous de cauſis ſpectatiſſimæ hujus Faculta-[...]licium, ſententiæ noſtræ de hoc vulnere, exactiori circumſtantiarum omnium & ægri ipſius cognitioni innixæ, præjudicare debeat aut poſſit? Ab eâdem autem imperfecta circumſtantiarum enumeratione profectum eſſe arbitror, *quòd Cerebrum aut Meninges in vulnerato ſauciatas eſſe, haud credibile putent. Cùm compos mentis æger, quamdiu ibi ferrum relictum eſt, vixerit, illaque pars, cujus actio integra eſt, læſa dici nequeat.* Certum quidem eſſe non diffitemur, ex mentis functionibus læſis certius, quàm aliis quibusvis facultatis animalis ſymptomatibus, judicium de cerebro affecto ſumi; conſtat autem multis ſæpè graviſſimè caput, meninges, adeòque cerebrum ipſum ſauciatum fuiſſe, quibus primis morbi diebus functiones mentis ſalvæ & integræ permansêre, ut quandoque quarto, vel ſeptimo, vel undecimo die deliria mentisque alienationes demum inciderint. Exempla in hoc ipſo Ducatu recentia, & alia paſſim apud Autores ſuppetunt. Rei hujus rationes ſupra explicatas, nihil attinet hîc repetere. Quanquam nec ſequens ratio ſatis evidens ſit: *Mentis compos fuit, E. illæſa cerebri actio exſtitit.* Quin aliæ animales functiones lædi potuerunt, illæque partis affectæ argumentum præbere. Atque eò referenda putârim *capitis dolorem punctorium, vertiginem, oculorum obtenebrationem, inquietudines & vigilias.* Bilioſus autem vomitus, etſi ad hanc Claſſem non pertinet, de læſis tamen meningibus, tanquàm illorum conſenſu factus, evidenter teſtari potuit. Ut nihil de animi deliquiis dicam, pari ratione inde proficiſcentibus. Poſtremis autem morbi diebus mentis etiam actiones in hoc ægro læſas, non aliunde, quàm à vulneris natura fuiſſe, certum putamus. Locus autem ille ex *Hippocr.* adductus nihil quicquam ſententiæ noſtræ officit, quippe qui levibus Capitis vulneribus noſtrum, id quidem punctim & tam profundè, tantâ violentiâ illatum, ut pugio aliâs ſolidæ craſſitiei inde confractus ſit, nullo modo, ſed gravioribus, imò graviſſimis ob rationes ante dictas, jure accenſeamus. De Cerebri autem vulneribus ſatis magnis, libenter hoc Clariſſimis Viris aſſentior, dummodò hoc ſalvum maneat, illa & ex iis eſſe, quæ raro eveniunt, & quòd aliqua talia curata ſint, non ideò neceſſariò omnia ſanabilia eſſe; veriſſimum enim eſt, non temporum modò & locorum, ſed Naturarum etiam varietatem in utramque partem magnas vires obtinere, uti etiam in præſenti caſu ad difficiliorem curationem æſtatis ſatis intenſum calorem, qui tum incidit, non parum habuiſſe momenti arbitramur. Veniam itaque hanc mihi præſtantiſſ. Medd. dabunt, ſi in periculoſiſſimorum omninò, & lethalium vulnerum genere hoc reponam. Illis porrò de miſerabili triduano cruciatu ante ſatisfactum. Trepani verò *ἀβα-*

πτίςȣ uſurpationem, ſalvo eorum judicio, nec convenientem in hoc caſu, nec neceſſariam planè fuiſſe, arbitror. Si enim, uti ipſi cenſent, interiores Capitis partes à vulnere affectæ non fuerunt, quorſum fuit opus per trepanum capitis apertione? cùm illæſæ illæ à ſordibus quoque & alia materia liberæ & vacuæ forent; Sin verò læſa interiora fuerunt, uti nos prorſus cenſemus, ne ſic quidem organi illius uſurpatio facta fuiſſet, eò quòd trepanum in ferrum cranio adhærens concidiſſet, idque ſic nlterius impreſſiſſet: Si autem quis ad totum vulnus idipſum applicandum fuiſſe opinatur, præterquam quòd in ſuturas incidere potuiſſet, Vulneri parum commodârit. Nec enim ferrum interioribus intruſum, etiamſi cranium alibi foret apertum, ibi moleſtum eſſe deſinit, manente autem continente hac vulneris cauſa, neceſſariò irrita foret alibi ſordium internarum tentata evacuatio, ut taceam hanc operationem, ſi non majoribus, certè æquis cruciatibus ægrum objeciſſe. Nec enim adhiberi inſtrumentum hoc potuit absque Cranii denudatione, denudatio autem fieri, absque Cutis decuſſatâ, aut quâ alia inciſione & pericranii aut perioſtii amotione non potuiſſet. Quodſi igitur Chirurgorum horum operationi culpa hæc impingitur, quod periculoſum vulnus deterius reddiderint, non video equidem, quo pacto in ſimili planè operatione quis tandem culpam devitet? nam quòd objici poſſit, à trepani uſu, aperto Cranio, cerebrum ſe evacuare penitius ab interna humorum & vaporum colluvie potuiſſe: aſſentior ſanè, ſed cum ab extractione ferri tam hians & patula illa cranii rima ab ictu illata exſtiterit, ut ſufficientem ſatis egreſſum puri aliisque ſordibus præbere potuerit, ne ſic quidem de alia operatione cogitandum fuiſſe putarem. Monent ſanè plerique Chirurgorum, & inter hos *Guil. Fabricius c. 2. Obſ. Chirurg. ſi rima talis ſit in Cranio, ut Cerebrum inde ſe evacuare queat, nullâ tunc opus eſſe perforatione.* Sed nec omnes, quibus trepana iſta ſunt adhibita, ſtatim propterea ex Cerebri vulneribus ſalvos evaſiſſe, certum eſt. Exemplum inſigne, ut alia mittam, *Batti Chirurgia* habet. Tandem ſi optimè conveniens & ſummè neceſſarius illius uſus maximè fuiſſet, nullum forte Trepanum, nec Roſtochii, in tàm celebri & populoſo emporio, nec alibi apud quosvis Megalopoli, tum reperiri potuiſſe crederem. Non itaque, pace Ampliſſ. Facult. periculum aliquod majus vulneri, rebus ita comparatis, ſive ab Operatione Chirurgorum ex arte inſtituta, ſive à neglecto Trepani uſu, accreviſſe, ſed *ſuâ illud naturâ prorſus lethale fuiſſe, omninò mihi judicandum videtur.*

C.

Reſponſi Medicorum Roſtochienſium

Defenſio I.

D. JOH. SCHLEZERI,

Refutationi illius primæ oppoſit[...]

ANnus eſt, & quod excurrit, cùm [...] gati de vulnere, quod Nobilis [...] *fridus ab Orzen*, alii Nobili, *Nicola*[...] *Peccatel*, pugione per Cranium ada[...] ante ſexennium, vel præter propter, [...] xit, ſententiam noſtram diximus, verb[...] planis & perſpicuis, ut qui contrad[...] videremus neminem, ſcil. *Vulnus* [...] *per ſe & Naturâ ſuâ neutiquam* [...] *lethale.* Neque verò nudè illud a[...] mus, ſed & permoti Domini Rei prec[...] rationibus evidentiſſimis, & ἀξιοπίςων [...] dicorum autoritatibus, exemplisque [...] abundè roboravimus. Interim *Vir C*[...] *ſimus, & Experientiſſimus Dn. J*[...] *Schlezerus, Illuſtr. & Celſ. Princip*[...] *Dni. Dni. Adolphi Friderici, Ducis* [...] *gapolit. Medicus* digniſſimus, prolixu[...] dit Commentarium, in quo non [...] Rationes à *Nobili & Conſultiſſimo Dn. Azaria Sturzio* in ſuo Reſpon[...] Reo explicatas, refutare; ſed etia[...] ſtram ſententiam, parum attentus ad [...] nes & Magn. Medd. Obſervationes, [...] bis ad Domini Rei petitum ſeorſi[...] poſitas, infringere ac dubiam fa[...] anniſus fuit, argumentis quidem non [...] nò nullis, ſed talibus, quæ imperitu[...] dicem facile ſeducere, & Reo peri[...] curare poſſent. Quod ut fideliter [...] mus, ſingulatim Dni Conſulentis i[...] as perpendamus.

1. *Quaſi Circumſtantiæ Caſus n*[...] *tuiſſent*, eò quòd, quàm profun[...] gio cranio fuit impactus, item de [...] cto ante ictum ejus mucrone, neſci[...]

de loco ſpeciatim vulnerato, nec de
neris conditione, rectum an obliquum,
l denique de Symptomatibus, quæ à
ere ſtatim contigerunt, ſcripſimus:
o. *Imbellia hæc ſunt*, cùm Acta trans-
à Collegialiter ſedulò perlegerimus, & in
omne, quicquid *D. Schlezerus* accura-
epoſuit, trutinaverimus: neque verò
i momenti invenimus, ut quod ſcitu di-
n, & à nobis illius judicio omiſſum, in-
plenè habere potuerimus. Nihil enim
bi de *loco* aut *rectitudine*, vel obliquitate
eris (rectum autem illud fuiſſe ad Artic.
Reſp. Sturzius) ut taceamus ſymptomata
nerata, *vomitum bilioſum, capitis dolo-
oculorum caliginem, animi deliquia, hæ-
rhagiam narium* ab ipſo non viſa, ſed
ta duntaxat, adeòque, ſemetipſo ju-
, parum firma, ut iis Medicus inni-
beat. Longitudinem verò ferri per Cra-
n ſatis determinavimus, pugione per
um adacto, ſiquidem, cum omni-
craniis non ſit eadem craſſities, quin
Cerebrum ipſum uni datum copioſius,
n alteri, adeoque quod utrique inter-
ſpatium ſine oculari inſpectione exactè
iri nequeat, maluimus in dubiis gene
us uti, quàm, quod nemo vidit, qua-
im fuiſſet, indicare. Argumentum au-
*à ſplendore & nigritie particulæ pu-
is*, quintâ demum à vulnere die ex-
æ, licet in eo totum cardinem Clariſſ.
ezerus ponere videatur, nihil aut parum
e, Anatomes periti nôrunt: Cranium
duabus laminis per mediam medullam
is conſtare, quàmvis hæc medulla non
nnibus æquè luxuriet, cùm Crania ſint,
ibus duæ iſtæ laminæ diſtingui ad ocu-
non poſſint. Iſta verò medulla proxi-
offibus ſtatuitur nutrimentum, & ſan-
apparet, ſi exterior tabula fuit inſtru-
o trajecta. Fit autem ſubinde præ ictu
o, a telo obtuſo in caput incidente,
edulloſitas laminis interpoſita à ſuis ex-
expreſſaque cavernulis, inflammatio-
patiatur, ſæpèque putreſcat, uti *ad
ocr. de Capit. Vuln.* ſcripſit *Petrus
ius in Anatomic. Succentur. p.*
5. 36.

uidni igitur & ipſum ferrum propè &
iſtud meditullium contaminari poſſet,
llo modo inde ſequatur: *ipſam Cere-
ubſtantiam pugionem ingreſſum*, eò,
nigredinem conceperit? Quin imò,
ra Cranium hunc colorem contraxit,
n à Vaporibus ad Cerebrum ſemper de-
ieri potuit? Ratio ergò à ſplendore &
dine nulla eſt, nec tanta, ut vulnus per
hale exinde probetur. *Præfractus pu-
gio, ſeu obtuſus, nihil niſi vehementiam
pertundentis notat*, quippe certus detruſio-
nis modus præſcribi, vel ad ſtateram aut
menſuram vulnerum inflictorum nequit, non
tamen inde Meninges aut Cerebrum ipſum
læſum eſſe infertur, quod non niſi αὐτοψία,
apertâ ſcil. poſt mortem calvariâ, verè cogno-
ſci potuit. *Rectitudo vel obliquitas*, vulnus
non lethale, ſed curatu facile vel difficile con-
cludit. Symptomatibus conceſſis, licet ne-
mo teſtium tam ſpecialiter hoc afferat, quia
Continua non fuerunt, & vomitus potius à
repletione, quàm vulnere ortus, ob potum
largiorem, hujus eventus cauſam. Deinde
nec illa Cerebri aut Meningum læſionem,
ſed duntaxat pertuſam Calvariam indicant,
ut ex *Celſo*, *Avicenna*, *Halyabb.* *Rudius
L. 1. C. 18. de hum. Corp. affect. externis.*
adſtruit. *Quibus verò concuſſum eſt Cere-
brum, teſte Hippocr. in Coacis, ii ſtatim
nec audiunt, nec vident, ſed ſtatim mo-
riuntur*, uti in brutis perculſis videmus à
Lanione, quæ robuſtiſſima licet, tamen uni-
co ictu concidunt. Hinc Cerebri, ſicut &
duræ matris læſæ, ſigna ſunt: *Caſus ſubi-
tus, torpor, mentis inconſtantia, con-
vulſio, paralyſis vel diſtenſio nervorum,
ægri anxietas, vigiliæ valdè moleſtæ,
febris acuta & continua*, quæ ſyndromen
conſtituunt vehementis ictus. *H. Fabritius
L. 2. Chirurg. Cap.* 15. Hæc verò adfuiſſe
ex teſtimoniis colligere non eſt. Quin &
Schlezerus, ſe præſente, febrem nondum
invaſiſſe teſtatur, & alii teſtes ægrum in concla-
ve conceſſiſſe vicinum, & de vulnere con-
queſtum, demumque comitantibus aliis in
diverſorium iviſſe, imò & ſequente manè re-
ſurrexiſſe dicunt. Quod profectò, læſo Ce-
rebro aut Meningibus, nemo facere pote-
rit; ejus enim generis vulneribus, muſculo-
rum thoracicorum, & aliorum reſpirationi
motuique & ſenſui inſervientium, actionem
interturbari, unde mortis conſecutio *Hip-
pocr. Sect. 7. Aph.* 14. & *Pareus L. 9.
cap.* 10. docent. Quin & integro Cranio
iſta quandoque Symptomata apparuerunt,
& contrà, nullum horum, nihilominus fiſ-
ſum, imò fractum fuiſſe Cranium vidit *Pa-
vius loc. cit. in Comment. Hipp. d. Capit.
Vuln.* adeò, ut ſigna hæc nec certa ſemper
nec perpetua ſint. Unde febris & bilioſus
vomitus ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ, non ſemper, incidit.
Calor verò iſte præternaturalis, quem *D.
Schlezerus* deprehendit in Capite, non fe-
bris comes fuit partis læſæ, quippe ſpiritus
& ſanguis ad locum dolentem effluendo par-
tes calidiores reddunt. Triduanus verò
Chirurgorum labor non bonâ fide ad nos re-
latus, nobis ignoratur, quæ *D. Schlezerus*
ſcribere audet, nam id præter alios teſtes
Dri-

Drierus ad Art. 13. clariſſimè depoſuit. In dubiis itaque Teſtium Reſponſis malumus audire, quàm certi quid concludere. Similiter ſtatim ab exempto ferro vulneratum pejus habuiſſe, non unus depoſuit teſtis, ut miremur tempus convulſionis à *Schlezero* alteram vel tertiam aſſignari poſt extractionem diem, quam vitæ pauſam attuliſſe vulnerato, narrarunt Chirurgi: tùm itaque moleſta febris intenſior eſſe haud potuit, cùm omnium actionum dolorumque finis inductus fuit. Quinto enim die fuit ferrum exemptum, ſeptimo periit æger, *mortuos autem ægrotare, audivimus nunquam.* Errorem itaque calculi commiſſum eſſe ſtatuimus, quæ amicè monemus, veniam quoque nobis Clariſſ. *Schlezerus* dabit, & deinceps de actione ſuâ, omnium circumſtantiarum, ægrique ipſius agnitione gloriari deſinet, eò magis, quod locus poſt mortem, calvariæ apertione neglectâ, ſeu vulneris profunditas ignoratur. Quod ſi factum fuiſſet, lis facilis deciſu. Nunc vero contra Reum reſpondere nec poſſumus, nec debemus, quod humanitatis eſſe ſtatuimus, in dubiis potius innocentem dicere, & abſolvere, quem abſolutè condemnare nequimus.

Ratio autem D. *Schlezeri*, quâ cerebrum aut meninges â facto vulnere ſimul ſauciatas non fuiſſe oſtendimus, infringitur. Sed ne principia artis everteret, aut *Hippocratis* authoritatem imminueret, non potuit non fateri, ex mentis functionibus læſis certius, quàm ab aliis quibusvis facultatis animalis ſymptomatibus, judicium de Cerebro affecto ſumi poſſe. *Id verò eſt, quod urgemus.* Cùm enim internorum ſenſuum ac facultatum principum actiones non malè vulneratus obierit, quamdiu ab iſta crudeli Chirurgorum operâ, quâ pugionis fruſtulum in Cranio reconditum, integro triduo eximere machinati ſunt, liber manſit, quis amplius dubitabit, quicquid noxæ prædictis partibus contigit, illud potius ineptis Chirurgorum machinis, quàm prædicto vulnere excitatum eſſe? Meninges verò Cerebrique actiones vitiari potuiſſe tàm ærumnabili labore, nemo ambiget, qui ſanus eſt, & Capitis commotionem vehementem ſæpè *cephalalgiæ, ſcotomiæ* aut graviori morbo anſam præbuiſſe, in ſuopte corpore expertus fuit *Galenus.* Et mirari imperitam Chirurgorum ſævitiam non poſſumus, quod cùm panniculos Cerebri læſos exiſtimaverint, contra Chirurgiæ Magiſtrorum *Celſi, Avicennæ, Guidonis, Faventini*, atteſtante *Foreſto*, præcepta caput tàm violentis motionibus ſubjicere non ſunt veriti, quâ de re in ſecundo Collegii noſtri Reſponſo diximus. Et licet *D. Schlezerus* in Articul. 53. contra *Sturtium* eam machinationem à Chirurgis adhibitam contendat, ſine violento tactu & ſine impetu ferramentorum, ex Calvæ oſſe aſſulas exciſas fuiſſe, tot quidem ac tantas, ut

ad incuneatam illi pugionis portionem for
pi pateret aditus, credibile non eſt: hinc
tàm nobili & molli membro, quale eſt Ce
brum & pia mater, dolor exoriri & vaſa
vi quàm facillimè potuerunt, quæ deinde p
tinus graviſſimorum inſultuum, ipſius denic
mortis, cauſam produxerunt. Quò dubio p
cul reſpexerunt priſci, *Foreſto* teſte ſup
quando facto ſaniei exitu, ſi vulnus in par
culis aut cerebro exiſtat, omnem penitus
tationem, tam animi quàm corporis prohib
runt, tantum contenti levi manu in abſterg
do & lavando, cùm ita Natura ſuccurrat
dico, tùm loco affecto, vulnusque con
dabitur. Hinc *Tagaultius L. 2. C. 4. S*
lum infixum ſic intus lateat, ut nullo
do reperiri, aut non ſatis commodè ex
hi poſſit, tantiſper dimittendum eſt,
nec Natura ipſum protrudat aut manife
Interdum verò tela infixa integra intus,
trice obducto vulnere, citra noxam aliqu
diu delituerunt, deinde longiore tempori
tio, partem illam abſceſſu occupante
diſrupto exiliere. Quo facto vulnera m
ſanitatem perducta ſunt in illis, curâ ad
tâ, quæ aliis debetur vulneribus. Qu
Albucaſis obſervavit *L. 2. Chir. C. 6.*
rei & geminam hiſtoriam *D. Sturzius* ci
cui utrique licet *D. Schlezerus* parum
velit, vivunt tamen illi ſat benè curati
ullam moleſtiam ex ferri particula adhuc
nio infixa ſentiunt. Unde *Celſus*, *n*
cile, inquit, *hos occultos Naturæ m*
Medico cognoſci poſſe, naturam vero
doque à Capitis vulneribus pus, ali
materias ſub Cranio latitantes, per i
viſos meatus expurgâſſe, Donatus o
H.R.M.C. 4. L. 5. Gal. ad S. 7. Aph.
Jacobus Carpus de ſignis Cerebri con
Quod verò porrò à D. Schlezero additur
tis ſæpè graviſſimè Caput, Meninges,
que Cerebrum ipſum violatum fuiſſe,
in principio morbi actiones ſalvæ & i
perſtiterunt, eſto ſanè: ſed iſtam parti
ctarum læſionem ex accidente ſubnaſci
ſè *Pareus L. 9. c. 12.* monſtrat: *Q*
cunque cerebrum ipſius inciſionis, ſ
ræ, contuſionis, compreſſionis, pun
concuſſionis aut alterius fracturæ
ſauciatur vulneraturve, dicta ſig
mis ſtatim diebus apparent. At ſi pl
ab ictu diebus ſuboriantur, à putr
ſanguine in Cerebrum effuſo fiunt.
dixit *Hippocr. 4. aut 7. die febris in*
vulneribus contingentis anſam à p
neratione exiſtere, putandum eſt.
tem noxa infertur, quoties Calvariæ ri
ſatis ampliatur, ut ſanguinis intra crani
rebri meninges concreti & putreſcen
exhalare, & ichor effluere queat.
hoc Caſu procraſtinatione Chirurgoru
trahendo ferro vehementer peccatun

ue neglecto Trepani uſu gravia iſta ſym- ıata, quæ mortem prægreſſa, ſanie non nte exitum, producta fuiſſe, quis ne- ? præſertim ſi *Langium l.* 1. *Epiſtol.* 5. *. Epiſt.* 6. in ſimili Caſu nobis conſenta- audiat, ut & *Pavium loc. cit. quoti- a ſeſe offerre exempla*, ſcribentem, *us vulnus Capitis per ſe exiguum, Chi- i inertiâ morâve lethale factum*, oſten- eat, interque alias cauſas primam facit, *ricranii apertionem, calvæque denu- onem, omiſerit, ſi fragmenta à reliquo imis violenter abſtraxerit*, ſi venæ ſe- em non adhibuerit, quorum non pauca um vulnerato noſtro damnum attuliſſe, dum eſt. Cæterùm ſequelæ ratio firmiſ eſt: *quamdiu mentis compos fuit, tam- rinceps Cerebri virtus illæſa perſtitit.* e tamen ideò negamus, accidere non ra t aliæ animalis facultatis actiones lædan- & affectæ partis indicium præbeant. Hor autem ſuperius numerata referri poſſe, ebere, id pernegamus. Certo namque s eſt, illa ipſa ingruere, quoties pus Ce ejusque partibus moleſtum eſſe cœperit, fit, dum exitu caret, *Celſo teſte, libr.* 8. 4. ab oſſe enim ex fractura, vel vulnere, i reddito, non amplius proba fieri poteſt ctio proprii alimenti, unde neceſſariò mentitia quædam ſeroſitas, & ut *Langius ib. ult. Epiſt. ultim. indigeſtæ aquoſita- nguinea copia qſ.* ἰχῶρ, *in fiſſuræ loco, artibus vulneri contiguis colligitur*, ſe- turque ſæpè per rimam, ſæpe occultè in n matrem defluit, quæ ob Naturæ debili- , accedente præſertim rimæ anguſtiâ, fo- trudi nequit, hinc fermè omnes, qui à ribus Capitis moriuntur, hâc de cauſa per- , ut in diſſectis Cadaveribus *Aquapendens Chirurg. c.* 18. ſcripſit; quare præcipuus s eſt in hiſce curandis vulneribus, ut læſi rimam patentem habeamus, quò mate- xitus pateat, iſta vero niſi hiet, quam imè os exſcindere & perforare oportet, *no teſte lib.* 6. *M. M. c. ult.* in quo cùm gentes Hippocrates ſui ævi Chirurgos vi- *, nullum Capitis vulnus contemni, aut er vel obiter tractari debere*, ſedulò uit eos, id quod & de aliarum partium ribus accipi debet. Unde Pavius narrat, iſſe tantùm læſâ ſuperficietenus cute ma- ſuperveniſſe febrim, quæ læſum ſuſtulit. ongè periculoſiora capitis vulnera, quæ ſæpè accidunt, maximas inſidias ſtruunt, *lexias, convulſiones, Phrenitides* præ- hirurgi ſpem excitant, id quod Cranio r alia oſſa accidit, ob medullæ copiam: amus, quantum juris ſit ambienti aeri in Sunt quidem, qui os ob ſummam ſiccita- utredine corripi poſſe negant, ſed errant. t enim nativam in ſe ſucculentiam, ut & re- partes, habet medullam calidã & humidã, *al. Pand.*

quæ ob cauſas multas corrumpi poteſt, uti ex *Carie & Oſſium Gangræna* diſcere licet, quod ideò ſubjungendum fuit, quod Clariſſ. *Schle- zerus* minus ſententiæ Hippocraticæ illud qua- drare ſcripſit, ſubjungens, hoc non levibus, ſed graviſſimis & ſuâ naturâ lethalibus accenſeri de- bere. Sed hoc in quæſtione eſt, & τὸ κρινόμενον, & error natus ex minus accurata vulnerum de- ſcriptione, quam *Galenus Lib.* 6. *Aph.* 18. propoſuit; unde *Guido Lib.* 2. *Cap.* 3. diſtin- guit inter *vulnera neceſſariò & per ſe, & vul- nera per accidens & non neceſſariò lethalia.* illa inevitabilem mortem afferunt, nec ex iis ullus unquam juvatur, ut ſunt, *ſi baſis cerebri læſa ſit*, item *cordis vulnera*, quod non ſolu- tionem continui diu, aut ut *Avicenna Lib.* 2. *Cap.* 5. ait, apoſtema permanente vitâ perferre valet. Hæc calamitoſa quidem cenſentur, aſt non neceſſariò occidunt, unde etiam nomen habent: quòd niſi ritè tractentur, ex iis etiam vulneratis moriendum ſit; Contra ſi in nullo peccatur, cùm ab ægro, tum ab adſtantibus & Chirurgo, non rarò ſanantur, uti ſunt *Capitis, Calvariæ, Meningum cerebri*, aliorumque membrorum vulnera &c.

Ad quam Claſſem & hoc vulnus referimus, *ideoque per ſe lethale dici nequit.* Ego ma- gis, quòd & maxima cerebri vulnera, quæ quo- que cum ſubſtantiæ illius effluvio ac jactura con- tigerunt, felicem ſuſceperint medelam. *Sym- phorianus Campegius* ait, *Hippolitum* Chi- rurgum vulnus ſanâſſe, utut cerebri portio, quantum cochleari excipi poterat, in terram de- ciderit. *Valleriola lib.* 5. *Obſerv.* 9. *Braſſavo- la & Chriſtophorus à Vega ad* 6. *Aph.* 18. *Ni- col. Maſſa, Coiter. in Obſerv. Fallopius de vuln. Cornel. l.* 3. *c.* 6. *Coſmocrit. & Horatius Augenius L.* 9. *Ep.* 2. totam cerebri ſubſtantiã diſſectam, ventriculos diviſos, aliquam etiam ipſius portionem perlapſam, hominem nihilo- minus convaluiſſe, *Pareus L.* 9. *C.* 22. ipſe præ- ſtitit, *Vigo Lib.* 3. *C.* 3. Per ſe itaque talia vulne- ra lethalia non ſunt, ſed medium locum inter omninò mortalia, & omnino ſanabilia vulnera jure ſuo ſortiuntur. Hinc *Galenus* 6. *Aph.* 18. Cerebri vulnus ex neceſſitate lethale non exiſtit, niſi ſit vaſta διάκοψις, vel aliquousque in ventri- culos cerebri pateat profunditas, de priore ergò conſtat, nec de poſteriore ulla eſt ſuſpicio, nec qui dem ipſi *Schlezero.* Nullibi enim ultra menin- ges pertingit; multò minus ventriculi læſi ſunt, cum cuſpis tàm longa non ſit. Imò ex natura *le- thalis* id apparet, ſi ſcil. ipſa Vulneris natura *im- mediatè inevitabili neceſſitate, nullo inter- veniente Symptomate lethum infert, idque nunquam declinari poteſt*, niſi Θεὸς τις ἀπὸ μηχανῆς ſuccurrat, & præter omnem ſpem ſanetur. Fuiſſe autem hoc vulnus non per ſe, & ex ſuâ na- turâ, ſed ex interventu ſymptomatum lethale, ante oſtenſum eſt ſatis. Factum verò hoc non ne- ceſſariò, ſed ex contingente, ſeu alieno errore, & ob præpoſteram naturam. Quippe poterat

non intervenire, ſi tempeſtivè exempta cuſpis, vel primo vel ſecundo die erupturo ſanguini exitum præbuiſſet, ſubque Cranio collectarum ſordium proventus prohibitus fuiſſet. Unde hic canon contra rationem locum non habet, *cauſam cauſæ eſſe cauſati effectus cauſam:* cum cauſas per ſe velit. Unde & aliâs probavimus, rectius à Chirurgis factum fuiſſe, ſi omiſſis penitus iis, quibus integrum, triduum miſerabiliter vulneratum cruciârunt, organo τρυπάνῳ ἀβαπτίστῳ ſeu formâ orbiculari (ita fabricatâ, ut inter ſerrandum ad cerebri panniculos penetrare, eosque ſauciare non queat) exitum ſaniei aut materiæ meninges pungenti parâſſent. Sed quomodo ille *Trepanum* rejicit? ſi internæ partes capitis à vulnere affectæ non fuerunt, quod ipſi cenſent, quorſum opus fuit capitis per trepanum apertione? Id nequaquam, mî Vir, cenſuimus, ſed ideò calvariam, quam ictu iſto violento & forti læſam ambigimus, aperiri debuiſſe voluimus, ut ſi quid ex ea forte ruptis venulis collectum fuiſſet, maturè educi, nec deinceps novus humor per fracturam ex vicinis locis ſenſim ſenſimque in membranas ſtillare, easque & conſequenter cerebrum offendere aut irritare valeret. Semper enim & ſeriò præcipiunt, ut quàm citiſſimè, & ſi accerſiti ſimus, intra triduum, docente *Rudio Lib.* 1. *C.* 19. *d. affect. extern. Hippocrate Lib. de vuln. Cap. Carolo Batto Tract.* 4. *C.* 11. materiæ ſatis patens detur via, membranæque à ſordibus repurgentur, & ſi quod oſſis fruſtulum ipſas fortaſſe pungat, eximatur. Unde hîc, cùm ferrum oſſi tam firmiter infixum inhæſerat, ut extrahi ægrè potuerit, morâ verò in aperiendo Cranio nihil deterius exiſtat, non potuimus non ſtatuere, perforationem illam, quæ Trepano fit ſeu *modiolo*, fuiſſe neceſſariam. Quantoperè autem obſit mora hîc, experientia docet, nam licet poſtmodum ad πρίσιν ſeu inciſionem accedatur, nihilominus ſuccumbit æger, qui, in tempore ſi os apertum fuiſſet, ſervari potuiſſet. At D. *Schlezerus* contra ſtatuit. *Nam ſeu in ipſo vulnere, ſeu ad latera Trepanum infixum fuiſſet, utrobique illud ineptum & noxium ſtatuit,* hîc quidem, quòd in ſuturas incidere potuiſſet, (nec ferrum intimius intruſum, etiamſi cranium alibi aperiatur, ibi moleſtum eſſe definit) iſthîc autem, quod cuſpis trepani in ferrum ipſum incidiſſet, idque ſic ulterius impreſſiſſet. Egregiæ rationes iis hæ ſunt, qui Trepani uſum ignorant; multo rectius *Galenus L.* 6. *M. M.* os perforare, & rimam dilatare potuit, & *Albucaſis L.* 2. *Chirurg. C.* 96. quoties ſagitta vel ſimile telum intra capitis oſſa figitur, quam ibi relictam nolumus, aut non poſſumus, neque tamen illa extractioni obedire vult, ſtatim in circuitu ejus ab omni parte cum terebra ſubtili os perforari, locusque pro vulneris conditione curari debet. Itaque

& hoc Vulnus certè trepanum popoſcit, qu vis vix rudem impetravit forcipem, quam lentem adhûc ab incude coacti ſunt m Chirurgi adhibere. Quam verò 3. die actam oportuit ferri exemptionem, ecce q tus dies ibat, cum inciſorius culter viam raret, ac Cranium in vicinia relicti mucr raderetur, ut forcipi admovendo aditus p ret. Cujus demum viribus aliquoties fr tentatis, hebes & edentulus vulcano redd ut externè induretur chalybe, atque ita 5. dem die extractus eſt mucro, non tamen comite apoplexia, & niſi fallimur, cum m Chirurgorum pudore. Chirurgorum it negligentiæ & inertiæ, non vulneris m tudini aut lethalitati, id adſcribendum. quorum gratiam addimus, *Trepana* d generum, unum *in medio habens clav* qui oſſi primùm infixus in cauſa eſt, ut diolus huc & illûc non dilabatur, atque men fiat orbiculare. *Alterum clavo ca* eoque dum perforando jam ad meditul devenimus, ſtatim utimur, ne à clavo ninx premátur, pungaturvè. Alii hæc aliter efformata habent, ut, quod nos du peragi vidimus, unô abſolvere queant, habet *Pareus L.* 9. *cap.* 18. quorum uſu Chirurgis commendat. Et quidem ope cum eodem fieri debet primis diebus, vi adhûc conſtantibus, teſte *Celſo.* Et op maturato, ne quam initio non perci noxam vulnerati, ſucceſſu temporis cum culo vitæ experiantur, & ſic ſerò ſa Quippe, *Celſo* teſte, in anguſtiſſima etiar nii rimula, niſi protinus dilatetur, ſæp lectus ichor putreſcens ipſum os inquinat paulatim diſcedendo, membranam ſecu conſenſum trahit, ut poſteà re infectâ ſi ſtendum. Idem *Hippocrates Libr. de Vuln.* ſeriò monuit: ſæpè cutis ſola c ferro aut aliâ aliquâ re, niſi ſanguis con non expurgetur, aut aliud quiddam ne tur, ulcus incrudeſcens non parum m creat, & Medico negotium, ægro peri faceſſit. Adhibentur iſta Organa non i *ſutura*, ut Dn. D. putat, ſed ad latus eju ut dentibus ſerratis tota rima, vel qua ejus incidi oportet (quippe ſi longior fu ſura, alia quærenda eſt via, quam habe *reus & Pavius*) comprehendatur, neq men ſimul & ſemel utraque Cranii lamin tunditur, verùm ad internam ubi perve hæc una tantùm in parte inciditur, ut p cum apertum, ſi quid ſub Cranio hæreat expelli queat, tùm & ut habeamus ad immittendo inſtrumento *Celſi*, quod a ctu μηνιγγοφύλακα Græci vocant, & ab il *c.* 3. deſcribitur, cujus ope membrana a ſeparatur, interque eam ac ſuprapoſitu nium modiolus intromittitur, ut dentat menti ictus excipere poſſit, partesque nas, proruptione internæ tabulæ fa

a immunes præſtare. Ignotum hoc inſtru-
ıtum fuit *Hippocrati*, quocirca & ille
ariâ uno loco pertuſâ reliquam ſegregatio-
ı naturæ permittebat, quod os modiolô
ſum haud aliter ſe habeat, ac ſi fractum eſ-
&c. Ne verò in exciſione aberretur, ſua-
e *Albucaſi p.* 3. *Chir. c.* 3. inſtrumenta
æ amplitudinis, ad omnem Calvariæ craſ-
m, adeſſe debent, ut variare poſſimus,
ıt tùm vulnus, tùm calvæ fracturæ, tùm
læſi, tùm demum affecti loci conditio
cabit: ubique tamen eſt ſeriò cavendum,
uàm minimum oſſis capitis auferatur, quod
nativum Cerebri tegmen ſit, inſuperque
turæ, quæ debiliores ſunt, quam ut il-
, quæ ſcalpro aut trepano fit, compreſſio-
perferre poſſint, rectiſſimè vitentur. Quia
modi plurimum, damni parum aut nihil
iſſet hîc Chirurgica perforatio, quâ negle-
ymptomatibus multis, & ipſi morti, via
a. Nam quod de decuſſata cutis capitis
ione Dn. D. veretur, nihil eſt, cùm obtuſi
nſûs, eapropter & cum *C. Celſo Hieron.*
ricius lib. 2. *cap.* 13. ubi vel minima læſi
ii fuit ſuſpicio, audacter illam incidere ju-
cum non magno negotio ſaneſcat. Cæ-
n conſentit demum Dn. D. & rectè trepa-
ũ cerebrum evacuari potuiſſe ſtatuit. De-
tamen dilabitur, dicendo, applicationem
ani huic caſui minus aptam fuiſſe. Aſt
frivolum eſt, quin & ipſe vel alius animi,
ui immemor Reſponſi ad *Articulum* 53.
zii, ubi collectis plurium autoritatibus
unum oſtendere conatur, aperiendum os
ſſariò eſſe, quoties vel pugionis portio,
hor, vel oſſis fragmina, in aut ſub eo
inentur, ſed trepanô ad hoc nihil accom-
atius. Secundò inutilitas aut ineptitudo
ni in hoc caſu redarguitur, *quia ſatis*
na & patula ex vulnere ab extracto fer-
licta eſt rima, de alia apertione cogi-
um non erat. Reſp. illa verò non patuit,
patere debeat ab initio, ſed anguſtiſſima
ut, quæ expelli debebant ſuperflua, ſub
o remanſerint; deinde & ferrum extra-
eſt tardius, quam ut læſo prodeſſe poſſit.
enim materiâ pejus in cranii fracturis,
natura fracta ſuccumbat. Nam cunctan
cauſa eris, ut collecta ibi ſanies oſſe Cal-
rrupto, quod ſuâ naturâ ad inflammatio-
proclive, ſeſe in meninges inſinuet, quæ
ſicuti cerebrum ipſum, facile infici que-
& ſine dubio lethaliter in hoc ægro inqui-
fuerunt. Illud enim non ex vulnere per
d ex defectu Chirurgici apparatûs, adeo
per accidens factum, nemo negabit;
olum igitur Antiquorum hîc in uſum tra-
debuerunt, ſed cum invocatione Numi-
ivini, quia ἀρχὴν ἁπάντων καὶ τέλος ποιεῖ
Nam præſtat remedium aliquod an-
experiri, quàm nullum, & prorſus
m relinquere: Quia ex iſta apertione va-
Val. Pand.

pores & fuligines è Cerebro exhalare, & inflammationis metus ſubmoveri potuit, uti *Pareus & Carol. Battus*: Ubi hiſtoria à trepani uſu demortui ægri affertur. Sed hic ex apoſtemate Cerebri potius obiit, cui, quod tardius æquo poſt 7. diem trepanum applicaretur, ſine dubio anſam præbuit. Priores ergò dies iſti operationi deſtinare debemus, dummodò citò advocamur; namque hic fit, ut capite violati nihil vel parum ſentientes primùm incommodi rem negligant, nec Medicum aut Chirurgum ſtatim advocent. Quin & ſæpè Chirurgus vulnus ægri, quoad externa benè ſe habere, mente conſtare, nihilque mali imminere putat, hinc pericranium non diſſecat, multo minus inquirit, num os fiſſuram habeat nec ne? unde latens aliquod in cranio aut cerebro vitium ſerpendo paulatim accreſcit, cui diutius reſiſtere non valens natura, tandem victa ſuccumbit, & inopinatò ægrum tollit, ut ſuſpicacem oporteat ſimul eſſe Chirurgum, & Hippocratis moniti memorem, *in veſtibulo lib. de vulneribus capitis*: *Nullum vulnus capitis parvi faciendum.* Niger enim Color 4. 7. aut 11. ſaltem die, ut Doctor *Schlezerus Sturzio* reſpondet, protinus ab ictu ſeſe pandentibus venulis adeſſe poteſt. Vid. *Arcæus lib.* 1. *c.* 2. *de curat. vuln. & Schenckius Obſ.* 45. *de cap. vuln.* Figura Trepani eſt apud *Pareum l.* 9. *c.* 18. Cùm itaque morâ nihil deterius ægro, & inſuper Medico primus ſcopus ſit, ut vulnus dilatetur, ac materia, quæ per fiſſuræ rimam in duram matrem dilabi, vel etiam ex ictu vehementiore colligi potuit, quàm celerrimè, ne cerebro ejuſque partibus ocyus damnum inferatur, educatur, notorium verò ſit, & ex teſtibus conſtet, Chirurgos non tàm in aperienda calvaria, quam in extrahenda pugionis portiuncula, totum triduum contriviſſe fruſtra, cùm id horulæ ſpatio, aptô inſtrumentô, peragere potuiſſent, vulnus nec dilatâſſe, nec ſaniei, aut vaporibus ſubinde in Caput attractis, exitum ſtraviſſe, adeoque in curando enormiter deliquiſſe, nihil dubitamus, quin rectiſſimè reſponderimus, *vulnus hoc per ſe proprieque lethalibus non æque annumerandum*, ſed rectam medendi methodum Chirurgi vel neglexerunt, vel neſciverunt, *vulnus jam ante periculoſum, morâ illa factum fuiſſe deterius*, & remediis iſtis vulgaribus poſtea cedere noluiſſe; unde *vulneratum non tàm vulnere, quàm inſtrumentorum legitimorum defectu, inopinâ morte exſtinctum fuiſſe*, liquidò apparet. Id quod ſub Sigillo Collegii noſtri repetere, & denuò publicè teſtari voluimus. Roſtochii 21. Nov. Anno 1616.

D.

Hujus Inſtantiæ refut. 2. *Autore Doctore*
JOH. SCHLEZERO,
Et quidem per puncta præcipua.

1. UBi de Capitis Vulnere exactum judicium fieri debet, neceſſum eſt, ut

 Medici,

Medici, judicium laturi, præſentes ſint, adeoque *ægri vultum, animi præſentiam, tolerantiam, locum affectum, vulneris & lædentis inſtrumenti materiam & qualitates, corporis & partium læſarum conſtitutionem, pulſum, appetentiam, reliquaſque animalis aut naturalis facultatis promptas vel impeditas actiones exactè conſiderent*; nam abſentes multa latent, quæ ad judicem exquiſitè informandum neceſſariò requiruntur. Atque Facultas Medica Roſtochiana ideò difficiliorem quæſtionem ſibi fuiſſe confeſſa eſt, quod ægrum coram haud licuerit intueri, ergò de lethalitate aut ſalubritate vulneris certi quicquam determinare non potuerunt. 2. Symptomata, quæ ipſos latuerunt, à me ipſo, regerunt, non viſa, ſed audita tantùm. De vomitu bilioſo & animi deliquiis aſſentior, non de reliquis, puta, capitis dolore, hæmorrhagia, ſcotomia, & cæteris, quæ quaſi continuò perdurarunt. 3. Longitudinem porrò immiſſi in cranium ferri determinatam ſatis eſſe credo: *pugione per cranium adacto.* Ubi & ægri ipſius & cranii, & partium affectarum, & ferri denique exactior conſideratio erit adhibenda. In homine alioquin ſanæ conſtitutionis cranii craſſities mediocris eſt, ideòque putandum, ferri relictam partem longitudine ſuâ non per cranium tantùm, ſed per meninges etiam ad Cerebri ſubſtantiam penetraſſe. Nec enim illa ferri portio, quæ intra cranium adhæſit, ſed quæ altius ad juſti digiti latitudinem, intra intimam Calvariæ laminam, in ejuſdem interna capacitate delituit, hæc omnimodâ nigredine & ſqualore obſita fuit: ſed infima illius pars altius ad Cerebrum ſubiens nigrore ſqualido fuit infecta. Nequaquàm igitur totum id negotium Cuſpidis ſive ſplendeſcentiæ ſive nigredini ſuperſtruimus, nempè quod ſqualida pars inferior cuſpidis fuerit, ideò aut cerebri ſubſtantiam illam ingreſſam, aut vulnus ideò lethale fuiſſe concludimus; ſed tantùm illius longitudinem non potuiſſe non intima capitis lethaliter læſiſſe, h. e. quod nigredinis nudâ mentione deſignamus, & firmiter arguimus.

4. Præfractum, ſeu obtuſum pugionem, cranium pertranſiiſſe, nihil ultra denotat, quàm percuſſoris vehementiam. Rectius *Hippocr. in lib. de capitis vulneribus, & Coacis prænotionibus* aſſerit, telum obtuſum dura & gravia plerumque efficere, ut cum τῇ ἕδρῃ concurrant ἡ ῥωγμὴ, καὶ θλάσις καὶ ἔνθλασις, imò συμφορὰ i. e. infortunium; hinc *Celſus*: *Obtuſo telo plagam inferre pejus eſt, quàm acuto.* Vulnera enim complicatiora periculoſiora ſunt ſimplicioribus, eò, quod ſecundùm *Pavium* medulloſitas cranii à telo obtuſo è ſuis alveolis excuſſa phlegmonem gignat à putrilagine concepta. Ictus quò vehementior, eò profundius & truculentius vulnus, & per conſequens lethalius vulnus efficit. Jam ſi ferri longitudo, ejusque ob
& præfracta acies cum percuſſoris vehen
tia & cum cranii craſſitie aut tenuitate,
que neceſſariis circumſtantiis ritè conferan
potueritne læſio ad meninges & cerebri
ſtantiam pertingere? perſpicacioribus jud
æſtimandum relinquo. 5. *Rectitudo vel*
liquitas vulneris quid conferat, lique
Hippocrate, & ejus interprete Pavio.
enim rectilineos efficacius afficere, quàm
liquos ex eo patet, quòd in iis ictuum vis
pendiculariter recurrens duplicetur, trem
que motu fortius, quæ intra cranium
concutiat; idem judicium eſto de plu
globulis ſclopetorum, vel ſecundùm lon
dinem vel obliquitatem illiſorum. 6. R
cùm rectilineus ictus fuerit, inque ſini
Bregmatis os medio quaſi loco incidens,
negaverit, tanto etiam periculoſiorem &
ſtiorem ægro obtigiſſe, quanto altius ad
riora irruperit, & quanto vehementius e
ſauciaverit. 7. Symptomata, convulſio
& in oculis genisque inchoatum torpore
præternaturalem in ſomnum declinatione
te omnem adhibitam Chirurgiam ſe ex
ſe conſtat. 8. Non fuiſſe ebrium patet,
ideò cellam vinariam acceſſit, ut nutante
letudinem, aut adhûc ex morbo imbec
vini moderato uſu confirmaret. 9. Sign
ſtatim adfuiſſe omnia, neceſſum non eſt
Pareus ſcribat: *quibus nihil tale præc*
tium Symptomatum, puta vomitus b
ſcotomia, hæmorrhagia narium &c. a
ſtatim ſupervenit, cranium tamen fra
compertum eſt: ſic & *Aquapendens*
Celſo hæc eſſe ita, ſigna, inquit: *fra*
Cranii & ſi ſupervenerint, nihilomin
bitare oporteat de fractura Cranii:
Hippocrates fatetur: *Quibus cerebrum*
neratur, illis utplurimum (ergò nor
per) *febris aut bilis vomitus adeſt.* 1
febris adfuerit, id eſt, vera febris, an ve
tùm partis, id eſt Cranii inflammatio?
concedo, illam nego. 11. Hæmorrhag
rium tantum increvit, ut vulnus deligai
bilis abſente Chirurgo non potuerit, &
adſtantes ægrum recreare ſint coacti.

12. Obj. *cùm in tàm gravi vulnere*
brum non potuit non concuti, cur ta
ger ab initio mutus factus non eſt?
Valleriola: quod tunc non fuerit læſ
ratione cerebrum, ut potuerit vocis al
nem prius inferre, quàm noxa ſeſe e
extenderit. Ubi enim contuſio qui
ſed non prorſus meningum cùm veh
tia percuſſio, ibi quantum ab e
vehementia abeſt contuſio, tantò
erit *ſubſidentia, diſruptio, coarct*
contuſio, obſtructio, tantoque etiam
ſariò mitiora erunt Symptomata. Hi
vius ad Hipp. libr. de cap. vulnerib.
riam ex capitis vulnere ægrum mori ac

quod per ſe vulnus lethale ſit, aut quod *ale detur per accidens. Per ſe ubi ce-* *rum validè concuſſum fuit, ſi non tan-* *cranium, ſed etiam meninges diſciſſæ,* *e ipſum cerebrum penetraverit telum,* *ſis cerebri læſa ſit, his ut plurimùm ſta-* *initio lethalia adſunt ſymptomata, quæ* *um aut 4. aut 7. die tollunt.* Ut pluri- n, inquit, ab initio, ergo non ſemper. Ægrum vero ſtatim ab extracto ferro pe- abuiſſe, plures ſunt qui negant, imò ſunt, melius illum aliquamdiu habuiſſe, epi- icosque inſultus in alium ab extractione n incidiſſe, aſſerunt 14. Ægrum in ſtatu bi, id eſt 7. die obiiſſe. 15. Me, ubi pri- n cutis decuſſata inciſio facta fuit, apertè uiſſe, ne nimium ſibi & ἐγχειρήσει Chi- i permitterent, ſed quâ ſummâ cautione oderatione uterentur, nî fiat, diſertè in- r proteſtatum, nolle me operationi in- ſe. 16. Nulla perículoſiora ſymptoma- gro inter operandum obveniſſe, præter- n, quæ vulneris propria fuerunt, eun- que de nulla unquam violentia fuiſſe con- tum, nullum etiam ab extractione dete- malum irruiſſe, ſed ægrum commodius ſe aliquandiu habuiſſe. 17. Quod ſcalpra lè fuerint adhibita, ſine omni violentia hementiore commotione, in tàm nobili olli membro, quale eſt cerebrum & pia r. 18. Chirurgos priſcos falsò allegatos, *vicennam, Albucaſin, Tagaultium,* *onem, ſi telum oſſi adhæſerit, nonniſi* *hendo ipſum eximere telum licet,* id- el manu vel forcipe. Quodſi telum in ltius deſcenderit, quod cognoſcimus, niter infixum, nulli vi metuatur, ſed prio cultello oſſe, quod juxta eſt, exem- aut etiam terebra, ſi neceſſum ſit prius, rato, ipſum telum extrahimus.

). Contra inſtantiam: *Quamdiu men-* *npos fuit, tamdiu principem illam fa-* *tem poſſedit,* quaſi ſic argumentarer, s compos fuit, ergo illæſa cerebri actio t. Quidni rectius contra inferrem: Re- actiones animalis facultatis læſæ ſunt, erebri actio læſa eſt, ſalva mente, ſalvo ctu 20. De puris ortu ſub Cranio & de amno parum curo. 21. Rationes, vulnus per ſe fuiſſe, ſi tanta ad putrilaginem endam cerebri aptitudo, tàmque prona uris ad meninges deſcenſio, ſi cranium liquis oſſibus inflammationi maximè ob- m, quid de hoc vulnere enormi ſtatue- Pet exemplum à *Carpo* (*p.* 84.) *Cardi-* *uipiam* καθ' ἕξιν *ſauciatum fuiſſe cere-* *à cuſpide longitudinis 4. digitorum,* *tenaculis magno labore, quòd vix vi-* *ut capi poſſet, extraxit,* & in eodem ine (notetur, cap. terebratum haud) tenuit *tentam* per 50. dies, is tametſi aret juratò, quod nunquàm ab initio læſionis diem quaſi unam à Venere illicita ab- ſtinuerit, tamen ſe recollegit. 22. Lethale ut accipiendum, *Libaultius ad Aphoriſm. l. 6. aph.* 18. Accipitur ſecundùm magis & mi- nus, ut omnia illa vulnera lethalia dicenda ſint, etiam alia ex iis aliis magis lethalia, vel minus dici queant. Omnia enim ibi enarrata ab *Hippocr.* vulnera lethalia, minus verò lethalia ex- iſtunt, quibus ſola oſſa fraguntur; quæ ad mem- branas penetrant, potiſſimùm piam matrem, mortifera; quæ ad cerebri ſubſtantiam, omnium maximè lethalia, cùm ob ſymptomatum gra- vitatem, tùm ob partis nobilitatem. Multos tamen exinde convaluiſſe, multæ teſtantur hiſtoriæ. Hinc Ampliſſima Roſtochienſis Fa- cultas dixit: non raro, ſi in nullo pecca- tur tùm ab ægro, tùm ab adſtantibus & Chirur- go, vulnera ejusmodi ſanantur; ergò, inquam ego, ſequi, ſi in ullo peccetur, non ſanantur, & hinc eſt, quod per ſe lethalia putentur. 23. An telum meninges penetraverit, Doctor Schlezerus non aſſerit, contentus longitudine ferri, & partium affectarum collatione inter ſe. 24. Mira diſtinctio! *Naturâ ſuâ lethale eſt,* quando ipſa vulneris natura immediatè & inevitabili neceſſitate mortem infert: *naturâ verò ſuâ non lethale eſt,* quando interveniens aliquod, ſive contingens, ſive neceſſarium accidens, quale ſemper adeſt, nec poteſt abeſſe, lethum infert. Imò, ubi neceſſarium acci- dens, quale ſemper adeſt, nec poteſt abeſſe, lethum infert, ibi accidens eſſe neceſſe eſt, quod naturam vulneris immediatâ & inevitabili ne- ceſſitate conſequatur. Ubi ergò ex tali acci- dente aliquis moritur, ibi ex vulnere, ſuâ na- turâ, neceſſitate immediata atque inevitabili moritur. Jam talia accidentia fuerunt in hoc ægro, ergò 25. De Cruciatibus ægri, ſub ope- ratione Chirurgica obortis, nemo eſt qui ali- quid certi affirmet. 26. Rimam ſatis patulam fuiſſe, ut nullâ ampliatione ob ſordes elicien- das fuerit opus, etiam *Pavio teſte*: *Si rima ſatis patens, conſpicuaque ſit, ſufficit ex- aſperatas fiſſi oſſis rimas ſcalpendo delere, ut ſaniei & ſordibus pateat exitus.* Bre- viter: omnia prius tentanda, quàm modiolus in uſum trahatur, ut qui periculo non vacat, ideoque non niſi neceſſitate urgente adhiberi debet. Et in omni opere faciendo primo ſe- curitatis & celeritatis cura eſſe debet. 27. Tre- pani applicationem noxiam & infrugiferam fuiſſe, adhuc repeto.

E.

Antapologia ad 2. Dn. Schlezeri inſtantiam à Collegio Medico Roſtochienſi.

PRovocati denuò reſpondere cogimur, etiam contra eum, qui nullas rationes no- vas protulit, quibus vulnus illud Cranii lethale oſtendat, & quidem *naturâ & neceſſariò.* Vulnera ſunt triplicia, *lethalia* alia *planè*, alia

alia *ſanabilia*, alia *intermedia*. 1. Non evitabilia mortem afferunt, à quibus nullus ſervatur, ut ſi cerebri baſis fuerit diſſecta, aut vulnus cordi inflictum. 2. Sunt vulnera partium carnoſarum, quæ etiam absque Chirurgo quandoque, ſolius naturæ ope, curantur. 3. Media, quæ quidem periculoſa, ſed ut non omninò ſunt ſanabilia, ita ex ſua natura nec neceſſariò occidunt, unde per accidens lethalia dicuntur, quia, niſi rectè tractentur, ex iis etiam moriendum ſit. Contra ſi in nullo peccetur, tam ab ægro, quam ad abſtantibus & Chirurgo, indubiè ſanantur, uti ſunt *capitis*, *cranii*, meningum cerebri, aliarumque partium vulnera, quoties regionem illarum attingunt tantum, non autem penetrant, vel profundè admodum adiguntur, è qua Claſſe tertia & *hoc præſens vulnus* fuit. Jam ad rationes D. Schlezeri reſpondendum.

1. Cum non ſint ejusdem craſſitiei omnia Crania, & uni grandius quàm alteri cerebrum, ſpatium illud, quod intra cranium & cerebrum intercedit, ſine oculari inſpectione nemo metitur. Non itaque potuit exactè determinari, quousque per cranium pugio adactus, & an meningibus & cerebro ſimul cum ictu illata fuit plaga, quòd poſt obitum vulnerati cranium non fuit apertum. 2. Symptomata inſecuta non arguunt ſtatim cerebrum vel meninges fuiſſe læſas, cum non ſint certa, nec perpetua, nec propria, nec neceſſaria. 3. Longitudo vulneris pugione per cranium adacto ſatis determinatur, & ſi fortè vulneris rima quinta poſt extractum ferrum aliquousque patuit, ut ſubtus poſita quodammodo videre licuerit, non ſequitur ob iſtud ſtatim membranam ſauciatam. 4. Argumentum à ſplendore & nigritie fruſtilli pugionis infirmum diximus, eò, quòd ſub cranio ferrum aliundè infici potuit, & nulla ſequela: *Ferrum pertranſiit cranium, ergò internas partes læſit*. 5. Rectilinea vel obliqua vulnera non lethalitatem, ſed difficultatem curationis inferre diximus, & quidem *Hippocratis & Pavii* autoritate. *Ecquid ideò lethale vulnus, quia cum majore periculo conjunctum?* 6. Nova Symptomata, convulſionum in oculis & genis initia &c. Eſto, cum hæc ſigna non ſint ἀναγκαῖα nec cerebri vulnerati παθογνωμονικά, ſed dubia, cum *Hippocr.* potius concludendum: *quibus concuſſum cerebrum eſt, ii ſtatim nec vident, nec audiunt &c.* Nec valet hìc Diſtinctio D. Schlezeri, quando cerebrum ita concuſſum eſt, ut in ſe concidat atque ſubſideat, ſecus autem ſi leviter violatum ſit. Si namque quod ſubſiderit cerebrum, à concuſſione reſurgat, manet ſpirabilis vitæ ſalus, & homo mutus aut ſurdus ad ſe redibit, ſi non, talis manebit, & ob ſuffocationem caloris nativi, & exſtinctionem, mors ſequitur, quod neutrum cum in noſtro ægro obtigerit, cerebrum ſalvum fuit, & per

conſequens, *vulnus non lethale*. Quæ[…] *an ſymptomata dicta à concuſſione Cer[…] provenerint?* partim imbellis, partim […] turpis eſt. Nam quando vulnerati ab iſtis ſ[…]ptomatibus manent immunes, cerebrum […]cuſſum eſſe negamus cum *Dureto ad con[…] & Valleriol. Lib. 3. Obſ. 1. & 8.* id quo[…] noſtro ægro fuit. Ergò, quia vulnus non *per ſe lethale*, neceſſum eſt, ut ſit *per a[…]dens*, & quidem multis de cauſis, *vel […]dici*, aut *Chirurgi, ſi pericranii ſectio[…] & calvæ nudationem omiſerit, os ſca[…] non raſerit, pinguia oſſi applicuerit, in[…]mendis fragmentis, modiolive uſu […]branam violaverit, ſuturis ipſis ſcalp[…] aut modiolum adhibuerit, fragmenta […] integrè exemerit, ſi purgationem aut […]næſectionem non præmiſerit, bonam […] tam neglexerit, aerem quemvis adm[…] &c.* Quin æger ipſe anſam præbere p[…] morti, *ſi vino ſe implebat, aut vin[…] cupidus ſomnum ſibi adimat, ſi cacoch[…] ſcateat*, ſumma: Tertiâ die decuſſatim […]ſum Cranium, quartâ illud in vicinia […] mucronis raſum, ut aditus admovendæ […]pi pateret, operatio aliquoties fruſtra te[…] hebeſcit inde millies ferrum, incudi re[…]tur, ut extrema indurentur chalybe, […] ita quintâ die demum peragitur extractio[…]tractionem verò è veſtigio ſequuntur co[…]ſiones, & poſtridiè mors. Febris ἐπιγένη[…] morbi, ex vulnere juſto diutius clauſo, […] ex concluſo cruore vel ſordibus putreſce[…] inflammatio ſubſecuta, inde febris, ut […] *tus* ait. Quod, quomodo, & an ita […]buerit, potuiſſet apertò craniò poſt m[…] inſpici & deprehendi. Quod tamen […] neglectum. 7. Longitudo & profundit[…] neris ex ferri fruſtillo deprehendi pot[…] inde lethalitas non concludi, cum long[…] fundiora data ſint vulnera, nec tamen […]ſera. 8. Chirurgi producuntur, & ipſor[…] delitas, & tardæ operationes. *M. Joa[…] de Gadebachio*, qui duram matrem […] ſauciatam nullis ſignis deprehendere […] & vulnus *ſimpliciter lethale* negavit, […] *ſpar N.* qui emplaſtris rem peragere […] & *M. Luderus*, qui pugionis mucro[…]ctè & tutò in oſſe relinqui potuiſſe […]dit, & aliquis ex iis dixit: *ſe ali[…] ctūrum, ſi vulneri ſolus præfuiſſe[…]* ſtatur etiam aliquis, ſtatim ab extra[…]ro vulneratum deliràſſe, idque à co[…]ne illa, & validiore Chirurgorum m[…]taſſis factum, ſupervivere autem p[…]ſi, quod ita firmiter Calvariæ inhæ[…] liquiſſent. 9. Meningum præſtantia […] eſt eadem quidem in cerebro, quæ […] in Thorace, & peritonæi in Abd[…] At *Fernelius* hunc uſum tribuit, u[…] originem ſtatuat. 10. Mora & cuncta[…] rurgorum turpiſſima fuit, & ægro per[…]

ia: nam primus Medici ſcopus hic habe-
, humorem, qui per fiſſuræ rimam in du-
n matrem illapſus eſt, vel ex ictu iſto infra
lectus, quam ocyſſimè evacuare, idque pri-
s diebus faciendum, non ultra triduum dif-
endum, *Duretus L.* 3. *Tr.* 2. *C.* 1. *Jaco-
s Lib.* 1. *S.* 3. *Comment. Aph.* 4. præſer-
æſtate, cum caro magis putreſcat, & os
grænâ infici queat. Vulneris itaque fora-
n ſtatim ab initio ampliari, vel alibi Cra-
n convenienter terebrari debuiſſet, ut ſan-
nis ichor, in panniculos Cerebri illapſus,
ctus fuiſſet. Qui diutius concluſus, & mo-
ibi putreſcens virulentis ſuis vaporibus ca-
replevit, & procul dubio corrupit, letha-
ue ſymptomata produxit. Chirurgi ergò,
quidem *malitiâ*, ſed ſua *inſcitiâ* inflam-
ionem excitârunt, quod aperto Cranio
ibere potuiſſent. 11. Autoritas *Foreſti,
donis & Tagaultii* examinetur. 12. Me-
ges & Cerebrum non per ſe & primo affe-
uiſſe, ſed Cranium, ſenſus convincit. Il-
rò per συμπάθειαν, ob juſto diutius clau-
fracturam, & ſordes ſubtus retentas, quod
primariam Cerebri læſionem neceſſariò
itantia nulla cum ictu, primis diebus, ap-
erunt, ubi *Pareus* falsò à Dn. Doctore
ur, qui per primos dies primum ſeptena-
intelligat. Inquit autem *L.* 9. *c.* 12. *cùm ce-
um inciſionis aut cujusvis alterius fra-
æ impetu læditur, læſionis ſigna primis
m diebus apparent, aſt cum, niſi mul-
poſt ictum diebus, non comparent, à
bri phlegmone & putreſcentis in ipſum
uinis effuſione, orta eſſe illa ſigna, col-
e licet.* 13. Mentis compos fuit, ergò
tas fuit integra. Eſt ſequela à cauſa ad
tum, quia facultas actionem ſemper præ-
. Functiones animales integræ ſuas Fa-
tes integras oſtendunt. Atqui functio-
nimales in hoc ægro usque ad ferri ex-
onem integræ fuerunt, Ergò & facultates.
Vulnerum & ſanabilium & inſanabilium
ctio corroboratur, ut & ſupra, ad reli-
am reſponſum &c.

*R...onſum Facultatis Medicæ Lipſien-
ſcilicet vulnus lævo bregmatis oſſi in-
ictum, relicto in Cranio pugionis
mucrone, non neceſſariò lethale
exſtitiſſe.*

QUod Collegii Veſtri nomine petiiſti à no-
bis, VIR Excellentiſſime, Amice ho-
de, transmiſſos de vulnere controver-
ellos, literis A. B. C. D. E. inſignitos di-
iſſimè perlegimus: comperimusque,
præcipuè diſceptari cauſam: *neceſſariò
contingenter lethale vulnus in capite
erit Nicolaus de Peccatel?* Rogati au-
tem & nos ſententiam, expenſis rationibus ul-
trò citróque allatis, firma conſenſione ſtatui-
mus: *Tametſi vulnus illud periculoſiſſimum,
fuerit (quippe cum pericranii laceratione
inflictum Bregmatis oſſi, tum pugione mu-
cronis præfracti, tùm tanto ictus rectili-
nei impetu, ut confracto pugione particu-
la ferri per Cranium, infra intimam Cal-
variæ laminam, ad juſti digiti latitudi-
nem adacta, relinqueretur in illo per tri-
duum, tum æſtivo tempore;) quia tamen
vulnus adeò profundum non fuit, ut ad
Cerebri baſin usque, (quâ læsâ profectò
nec ad diem ſeptimum vulneratus ante obi-
tum rationis compos permanſiſſet) perti-
gerit, lethale illud non neceſſariò exſtitiſ-
ſe.* Hanc noſtram eſſe concordem in præ-
ſenti controverſia ſententiam, ut propalam
teſtaremur, Collegii noſtri Sigillum reſpon-
ſo huic appreſſimus. Vale Vir Clariſſime.
Actum in Concilio noſtro die 9. *April. An.
Chriſti JESU* 1618.

*Decanus, Senior, cæterique Dd.
Colleg. Medicor. in Acad.
Lipſ.*

Conf. Reſponſum Giſſenſium ad Caſ. III. hujus Sect. qui unus idemque cum præſenti eſt.

CASUS IX.

DE VULNERE CAPITIS & CRANII CUM DURÆ MATRIS DILACERATIONE.

Requiſitio.

P. P.

Viri Excellentiſſimi &c.

EX adjectis hiſce Actis Criminalibus E. E. V. V. haud gravatim perſpicient, quâ ratione die Mercurii, qui erat undecimus Septembris anni 1678. nuperrimè præterlapſi, noctu circa horam IX. Walthuſæ, Præfecturæ hujus communis Lohnbergenſis, ex improviſò homicidium aliquod contigerit, quodve occiſi corpus, poſtquam manè ſequenti horâ ſextâ ſtatim fatis ceſſerat, illudque à Patre ejus nobis indicatum fuerat, à Pharmacopœô Aulicô & Chirurgô Civitatis Weilburgenſis (cùm ob homicidium juſtô ſerius nobis indicatum aliæ perſonæ ad inſpectionem cadaveris tam exiguô temporis intervallô advocari non potuerint, adeoque neceſſariò negotium hoc illis committendum fuerit) unâ cum utroque noſtrûm inſpectum, eaque ratione, ut ex atteſtato num. 1. actis inſerto videre licet, inventum fuerit.

Quan-

Quandoquidem verò Superiorum juſſu Acta hæcce Laudatiſſimæ cuidam Facultati Juridicæ, ad reſponſum aliquod & ſententiam Homicidæ ferendam obtinenda, transmiſerimus ab illa verò tale, ut ex adjecto originali ſub Lit. G. videre eſt, tulerimus, quòd, ſi primum omnium ſuper lethalitate vulneris, prævió quidem juramentó à ſupradicto Chirurgo æque & Pharmacopœó Aulico, teſte additamentó ſub Lit. A. præſtitó, ab Inclyto quodam Collegio Medico recognitum, ejusque judicium obtentum fuerit, ipſa ulterius judicatura & juxta tenorem legum ſententiam latura ſit.

Hinc ut obtentæ huic ſententiæ, eâ, quâ decet, obſervantiâ, morem gereremus, Vobis, Honoratiſſimi Domini, Acta hæcce, una cum additamentis & incluſis eò pertinentibus, numeris ſuis & literis deſignata transmittere, Eosque officioſiſſimè rogare voluimus & debuimus, velint ſuum nobis judicium, pro debitó gratiali, laborum intuitu ſolvendo & præſentium Exhibitori determinando, ocyus (cum præter exſpectationem negotium hoc jamdum nimis protractum fuerit) impertire, ut ulterius illud urgeri & tandem ad finem legaliter deduci poſſit.

Interim de Benevoló Veſtró Reſponſó nequicquam dubitantes & V. V. E. E. Dei T. O. M. Providentiæ committentes æternum perſeveramus

V. V. Dom. Dom. &c.

Löhnbergæ die 28. *Febr.* 1679.

Sereniſſ. Principis Naſſoicô-Decienſis & Illuſtriſſ. Comitis Naſſ. Weilb. Præfecti ib.

Reſponſum Facult. Medicæ Giſſenæ, ſuper illethalitate plagæ tempori ſiniſtro illatæ;

Ad Officiales Principis Naſſovio-Diezenſis & Comitis Naſſoico-Weilburgenſis in Löhnberg perſcriptum.

Viri Nobiliſſimi &c. &c.

QUandoquidem in Literis Veſtris, Calendis Martii ad Nos datis à Nobis ſcire deſideraveritis, quomodo in punctó lethalitatis ſe habeat Vulnus à Pharmacopœo Aulicó & Chirurgó Civitatis Weilburgenſis inſpectum, in transmiſſis Actis Criminalibus, adjectó Atteſtató ſub Num. 1. deſcriptum, & à Jacobo Reinhardo die 11. Octobris Anni nuper præterlapſi 1678. Johanni Chriſtio inflictum? An ſc. plaga illa lethalis fuerit, & ita vulneratus exinde certò obierit? Hinc præviâ perluſtratione atteſtati ſupradicti & ſollicitâ conſideratione omnium in eo pariter ac in Actis obſervandarum cumſtantiarum Principiis Medicis & Chirurg conſentaneum exiſtimamus;

Obſervató ſub inſpectione oculari inter ri Johannis Chriſtii, & quidem primò ante a tionem, quòd plaga tempori ſiniſtro imp fuerit, & abhinc apertó capite ſanguis è ſin aure promanaverit, idque juxta depoſitio teſtium, ante occiſi obitum: Tempore ſtró omninò tumefactó & cœruleâ ſuffuſi deturpato exiſtente; quæ ſuggillatio cœr deorſum verſus, usque ad humerum ſiniſtr deſcendit: Factâ verò capitis aperturâ p oculum obſervatum & perſpectum fuit, ram matrem ab aure ſiniſtrâ verſus inferio maxillam usque diſcontinuatam & diſru fuiſſe, adeò ut ſanguis, inter piam & d matrem copioſè collectus, è ſiniſtrô l effluxerit: Omnia juxta fuſiorem relatio ſupradicti atteſtati.

Quamvis autem è cruore, qui tam quam poſt apertionem copioſè effluxit, jici poſſet, ſanguinem circa Principium n rum collectum fuiſſe, à quô mors hora no cuta produci potuiſſet: Tempora inſupe plura eaque periculoſiſſima ſymptomata timeſcenda, plagas vehementiores ſuſt nequeant: Vulnera duræ matris quoque neratum ſimiliter in non contemnendu tæ periculum conjicere ſoleant;

Interim tamen & quoniam in trans (ut vocatur) Relatione Fundamentali no ditur, quòd ſub factâ inſpectione, modò d principium nervorum examinatum, & a guis coagulatus circa illud collectus & co ctus fuerit? quod tamen jure fieri deb porrò ictus atque plagæ, quæ ob comm nem cerebri quidem ſummè periculoſi, quidem, ut mors ſubitanea quandoque quatur, nullo tamen modo abſolutè le ſunt, cùm inter alios *Schenckius Lib.* 1 *Tit. de Temporum Oſſibus Obſ.* 4. exem cujusdam Ruſtici recenſeat, qui poſt acc plagam in Tempore ita feliciter curatus ut tandem quoque integra oſſicula abſce & à reliquô cranió ſeparata fuerint: Si *Alexand. Bened. Lib.* 1. *Cap.* 5. *de me morb.* exemplum Viri Octogenarii habe plagâ vehementiori cerebrum ita conc fuerat, ut ad 16. quoque diem aphonus buerit, qui tandem tamen perfectè rur ratus & in integrum reſtitutus fuit: Si quoque res ſeſe habet cum vulneribus du tris, dum Medicis & in Scriptoribus C gicis verſatis Chirurgis haud ignotum eſt pariter non omnia cerebri vulnera, ſed p diora tantùm & ad medullam ejus pe tia pro ſimpliciter & abſolutè lethalib beantur, eaque propter vulnera duræ cò minus ad hanc claſſem referenda ſi cæterô verò in transmiſſâ relatione terius, unde abſoluta Lethalitas co

P

t, ſed potius in *libello accuſat. Art.* 26. ...moratur, quod demortuus poſt acceptam ...m adhuc locutus fuerit, quod alias, ubi ...rum inſigniter læſum, fieri non ſolet, jux... ...tentiam *Hippocr.* §. 5. Sect. 7. verbis: ...bus occaſione aliquâ cerebrum vehemen... ...oncuſſum fuerit, neceſſe eſt, ſtatim mu...eri; id quod *Galenus in Comment. ad Aphor.* & poſt illum alii Commentatores ...imiter confirmant;

...inc circumſtantiis ita ſe habentibus & fa... ...ſufficienti Inſpectione occiſi, vulneratio... & Plagam in tranſmiſſa relatione deſcri... pro abſolutè & ſimpliciter lethali, & quod ...rtuo exinde neceſſariò pereundum fuiſſet, ...re non poſſumus.

...uod Vos reſponſionis loco celare non ...mus, permanentes ad quævis humanita... ...icia Vobis præſtanda prompti æquè ac pa... Signatum *Gieſſæ die* 4. *Martii An.* ...

Decanus & Profeſſores Ordin. Facult. Med. Giſſenæ.

CASUS X.

DE ...LNERE CAPITIS ET CRA...I CUM UTRIUSQUE MENINGIS DISRUPTIONE.

Species facti.

...ſtquam anno 1686. die Jovis, qui 16. Se...tembris erat, unà cum Chirurgô juratô ...loci, Joh. Georgio Curtmannô Rebges...m ab Illuſtrium Dnn. Baronum Præfectis ...s fueram, ut Inſpectioni Cadaveris, die ...dente ab alio verberati & abhinc defuncti ...itarem, inſpectione eôdem adhuc die, ...ntibus Dn. Johanne Caſparo Langio, ...re Riedeſeliano Engelrothenſi, Scabi...ibuſdam & Senioribus Rebgeshainenſi... inſtituta, inventum fuit, oculum ſini... colore cœruleo & ſanguine ſuffuſum, ...ctumque in anteriore capitis parte, im...tè ſupra frontem maculâ albi latitudinem ...nte, utut, dum in ſuperficie tantum cu...rebat, nullius momenti, deturpatum: In ...autem latere ſupra aurem, verſus ocu... ſatis inſigni ſtigmate cœruleo affectum ... Detectô itaque Pericranio repertum ...quod Muſculus temporalis in dicta dextra ...s regione conquaſſatus & ſanguine ſuggil...fuerit, quo ſemoto obſervabatur, crani... digiti latitudinem retrò ſuturam corona... ad diſtantiam trium digitorum tranſver... à ſutura ſquamoſa oſſis temporum, ſurſum verſus verticem rimam egiſſe & fiſſura affectum fuiſſe. Aperto cranio haud contemnenda ſanguinis nigricantis, & congrumati quantitas pugni majoris craſſitie, in latere dextro, ſupra aurem, verſus oculum, inter cranium & duram matrem ſe offerebat, qua remotâ conſpiciebatur, quod eo in loco dura æque ac pia mater dilaceratæ atque læſæ fuerint. Subſtantia cerebri illæſa erat, in ſitu ſuo naturali conſpicua, niſi quod in altero latere à ſanguine coagulato incumbente quodammodo depreſſa fuerit. Ventriculi & meatus cerebri, una cum nervis naturaliter erant diſpoſiti, ita quidem, ut nulla in illis læſio conſpici potuerit. Reliquum quoque corpus illæſum erat, cum neque in eo læſio quædam, ſive cæſim, ſive punctim facta, aut ullum etiam plagæ veſtigium obſervari potuerit, niſi quod in ſcroto maculæ quædam cœruleæ (quæ meo judicio à compreſſione unguium ortæ erant, cùm qua ratione digiti impreſſi fuerint, adhuc videri potuerit) illæſis tamen teſtibus conſpectæ fuerint.

Quùm verò ſupradicta Inſpectio eum cumprimis in finem inſtituta fuerit, ut exinde cauſam lethalitatis in corpore delicti inveniremus, hinc quæritur: An in ſpecie Facti allegata contuſio capitis, cum utriuſque Meningis vulnere & copioſa inde orta ſanguinis extravaſatione lethalis fuerit? Quæ quidem quæſtio affirmativè decidi, ipſaque lethalitas ſufficientibus rationibus & Autoribus fide dignis demonſtrari poſſet; aſt prægnantibus & gravibus de cauſis Judicium meum qualecunque ſuſpendo, negotium hoc Ampliſſimæ Facultati Medicæ committens. *Lauterbaci die* 17. *Sept.* 1686.

Johann Eberhardus N.
Med. D. & Phyſic. Ordin.
Joh. Caſpar Lang. Præt.
Johannes Spörerus.
Melchior Juchert.

Reſponſum Facultatis Medicæ Giſſenſis; deſuper illethalitate Vulneris Capitis.

QUandoquidem Nos Decanus & Profeſſores Ordinarii Facultatis Medicæ hujus loci requiſiti fuerimus, ut juxta tenorem communicatæ nobis ſpeciei Facti, Inſpectionem contuſi & paulo poſt emortui N. N. concernentis, ſuper lethalitate vulneris, unanime noſtrum judicium impertiremus: Hinc non tantùm allegatam modò facti ſpeciem, juxta circumſtantias ſuas, accuratè perpendimus, ſed etiam quæ ſub peracta ſectione cadaveris obſervata ſunt, maturè ponderavimus, & ex hiſce Principiis

Medicis & Chirurgicis conſentaneum eſſe reperimus:

NB. *Repetatur hic Species Facti.*

Utut verò externæ vulnerationes atque læſiones capitis in occiſo N. N. (non obſtante, quod præter exiguam illam maculam cruentam, ſupra frontem in ſuperficie cutis repertam, aliud adhuc ſatis inſigne ſtigma cœruleum in latere ſiniſtro, ſupra aurem, verſus oculum ſe truſerit, ſiniſter etiam oculus cœruleus & ſanguine ſuffuſus fuerit) tanti momenti eſſe non videantur; cùm ſæpiſſime facies & oculi, à verberibus, contuſionibus & caſibus ab alto fuſco & cœruleo colore, abſque ullo periculo vitæ deturpentur, ut præter quotidianam experientiam idem Hiſtoriæ & obſervationes Medicorum atteſtantur: Quoniam tamen in hiſce læſionibus, & quidem his in terminis res non ſubſtitit, ſed remoto pericranio porrò obſervatum fuit, quod cranium non tantùm in allegatis & deſcriptis locis rimam & fiſſuram egerit, ſed etiam hocce aperto pugni magnitudinem æquans ſanguinis coagulati quantitas inter cranium & duram matrem in ſiniſtro latere, ſupra aurem, verſus oculum, & utraque ſimul Meninx læſa & diſciſſa obſervatæ fuerunt: Hinc vulneratio hæc (quam quæ ſymptomata inſecuta ſint, & quo intervallo mors ſupervenerit? meritò ex primi debuiſſet) eò majus & præſentius vitæ periculum ob oculos ponit, dum illa præter inſignem capitis contuſionem, hincque ictus violentiâ excitatam fiſſuram, abſque arteriarum æquè ac venarum in dictis partibus copioſè concurrentium rupturâ & dilaceratione fieri non potuit. Interea tamen, quùm vulnera duræ & piæ matris in ſe lethalia non ſint: Sanguis nigricans & grumoſus inter cranium & duram matrem collectus variis convenientibus remediis, cumprimis per trepanationes, exciſiones & alia educi potuiſſet, ſiquidem *Franciſcus Arcæus l. de rectâ curandorum Vulnerum ratione c.* 2. omninò ſimile exemplum attulit, in quo modò dictus Autor ægrum quendam feliciter & brevi curavit, ubi præviâ trepanatione obſervavit & eduxit ſatis magnam concreti & teterrimi cruoris copiam: conf. etiam *cap.* 6. Quò & Fortunatus *Fidelis de Relationibus Med. lib.* 4. *c.* 3. tendit, dum ita ſcribit: Ex his enim planè ſtatuendum puto, vulnera panniculorum eſſe quidem lethalia, vix enim horum incommoda ſubjecta cerebri ſubſtantia non participat; non tamen neceſſariò, ſed magna ex parte: ſæpeque obſervatum eſt, non paucos vulneratos inde evaſiſſe, niſi in malos incidant Chirurgos: Adhæc in ſpecie Facti, ut vocatur, referatur, ſubſtantiam cerebri illæſam in ſitu ſuo naturali conſpicuam, ſimiliter ventriculos & meatus cerebri, unà cum nervis ſimiliter naturaliter diſpoſitos fuiſſe, ita, ut nulla in illis læſio obſervari potuerit: Præterea quoque vulneratus, juxta Teſtium depoſitionem, poſtquam manè vapulârat, ad pagum inſigni diſtantiâ inde remotum, reverſus ſi[…] ingruente demum nocte intra 8. & 9. abſ[…] ullis ſymptomatibus periculoſis præcedenti[…] obierit; hinc ob ſupra allegatas rationes […] nus hoc pro ſimpliciter & abſolutè lethali h[…] re non poſſumus. Quam unanimem noſt[…] ſententiam ſigillô Facultatis ſolito confirm[…] voluimus. *Sign. Giſſæ, die* 23. […] 1686.

Laurentius Strauſſ[…]
Michael Heiland. […]

CASUS XI.

DE

CONTUSIONE CAPITIS C[…] UTRIUSQUE MENINGIS DILA[…] CERATIONE.

Requiſitio.

Ampliſſima Facultas Medica hujus […] rogatur, ut ad requiſitionem Dnn. […] toris & Scabinorum Judicii criminalis, […] in Libera Imperiali Friedberga Wetterav[…] eſt, in præſenti cauſâ criminali Reſponſu[…] quod pro debito redhoſtimento conci[…] Reſque à parte Ampliſſ. Facultatis Medi[…] maximâ ex parte redit: An, ut ſub lit. […] Additamentô D. (inter Acta reperiendô) i[…] latione & Judicio Medico habetur, læſio[…] mæ Arnoldi Uxoris defunctæ pro lethali h[…] da, ita, ut abſque hæſitatione in ſ[…] tionando illo uti poſſimus? *Gieſſæ di*[…] *Maji* 1699.

Facultas Juridica […]
Haſſo-Gieſſena.

JUDICIUM
Medici & Chirurgici.

Præviâ requiſitione ordinariâ Magi[…] hujus Ampliſſ. Nos infra nominati […] datô, die 13. Febr. præſentibus binis Dn[…] binis Thomæ Arnoldi Conjugem inſpexi[…] in illâ externè, niſi quod tempus ſiniſtru[…] luſque colore cœruleô ſuffuſa & quodam[…] tumida fuerint, nequicquam obſerva[…] Quamprimum verò melioris cognitionis […] titudinis majoris ergo caput aperuimus […] tantùm ſub cranio, ſed etiam in toto la[…] niſtro cerebri inſignis copia cruoris aut ſ[…] nis coagulati ſe truſit inſimulque dura […] mater, vulgò ſic dictæ, ad digiti lon[…] nem dilaceratæ fuerunt. Quoniam […] cerebrum per immanem illam contuſ[…] non tantùm inſigniter læſum fuit, ſed […]

bile fuit, tantam coagulati ſanguinis copi- ducere, adhæc etiam privatio ſpirituum, que ſenſus & motus inſecuta eſt; Hinc læ- em illam meritò pro lethali habemus. *Dat. dibergæ die* 13. *Febr.* 1699.

Joh. Philippus Hilcher. D.
Emmericus Felix Reus,
Chirurgus.
Johann. Gothofredus Fau- erbach. Chir.

onſum Facultatis Medicæ Giſſenæ; deſuper Illethalitate Vuln. Capitis.

Uandoquidem Ampliſſima Facultas Juri- dica hujus loci, ad deſiderium Dnn. Præ- & Scabinorum Judicii criminalis Fridber- s, Nos requiſiverit, ut in cauſa criminali Thomæ Arnoldi, Uxoricidium concer- te, Reſponſum quoddam conciperemus, n, ut in Relatione & Judicio Medico ha- ur, læſio modò dicti Thom. Arnoldi con Defunctæ pro lethali habenda? judicium um impertiremus; hinc Nos Decanus & eſſores Ord. Facultatis Medicæ h. l. com- cata nobis Acta, ut & Relationes, à Me- & Chirurgis traditam collegialiter & dili- ſſimè perlegimus, & prævià matura exa- tione omnium & ſingularum illîc occur- um circumſtantiarum Principiis Artis con- neum eſſe dicimus:

Dborto die 11. Febr. 1699. manè circa . diſſidio inter Joh. Thomam Arnoldum n & Piſtorem Fridbergenſem, hujuſque igem, accidit, ut huic contuſio aliqua npore ſiniſtro illata fuerit, quô factô cum prius clamaſſet, Maritumque adhuc ali- es injurioſis verbis affeciſſet, brevî abhinc ammodò animo deliquerit, paulò tamen deterſo prius, ſanguine, in partem ædi- feriorem deſcenderit, in cella cereviſiam derit, donec elapſa circiter hora, iracun- nuc, cameram lectumque intrarit, circa nX. evomuerit & de dolore capitis con- fuerit, die verò ſubſequente prorſus obie- Cadavere ergo die 13. Febr. inſpecto, iè, niſi quod tempus ſiniſtrum oculuſ- olore cœruleo ſuffuſa & quodammodò a fuerint, nequicquam apparuit. Aper- o capite, non tantum ſub cranio, ſed & latere ſiniſtro ipſius cerebri inſignis copia s aut ſanguinis coagulati ſe truſit, inſi- ie dura & pia, ut audiunt, mater, ad ongitudinem dilaceratæ fuerunt. Omnia enorem Actorum nobis tranſmiſſorum e contentæ Relationis Medicæ.

ut verò jam Vulnera Temporibus in ca- flicta ſummè periculoſa & ſæpiſſimè le- ſint,

al. Pand.

Hippocr. lib. de Vuln. cap. 3. §. 3. *ſeq. Sebizius Exam. Vuln. Part. Diſſimil. Part.* 1. § 61. 62.

cumprimis, ſi non tam cæſim aut punctim, quàm per contuſionem infligantur,

vid. Sennertus lib. 1. *Med. Pr. P.* 1. *c.* 33. *Petr. Pavv. in comment. ad Hipp. de vuln. cap. ap. Bohn. in Examin. vuln. leth. S. II. cap.* 1. *p.* 222.

In hoc caſu quoque notabilia quædam & peri- culoſa ſymptomata, vomitus ſc. & febris ſe tru- ſerunt, unde cerebrum ipſum læſum fuiſſe con- cludi poſſet,

Hippocr. 6. *aphor.* 50. *& Coac. Præn. III. n.* 371. *& lib.* 1. *de morb. III. n.* 35.

ſine cujus violatione læſio duræ piæque matris, quæ hîc contigit, non facilè accidere poteſt,

Hieron. Fabric. ab Aquapendente Oper. Chirurg. l. 2. *P.* 2. *c. XX.*

& ut in vulneribus lethalibus alias accidit, De- functa altero ſtatim die perierit; quod à Proba- tiſſimis Scriptoribus ad ſigna lethalitatis re- fertur,

vid. Goth. Welſchius in Rationali Vuln. Lethal. Jud. cap. 3. *p.* 28. *& ſeq. Bohn. l. c. S. II. Cap.* 1. *pag.* 224. *Ammannus in Praxi Vuln. Lethal. Dec. I. Caſ. VIII. pag.* 99. 109. 115. 124. *&c.*

Attamen & quoniam Defuncta poſt illatum vulnus adhuc altum ejulavit, & væ mihi! actum eſt de me! clamavit fuiſque conviciis & injuriis ſtrenue adhuc in Maritum detonavit, non ſta- tim obmutuit, voceque ac ſenſibus privata fuit, quod illis aliâs, quibus cerebrum, aut à caſu aut ictu vehementer concuſſum & commotum fuit, accidere ſolet,

Hippocr. 7. *aphor.* 58. *& Coac. Præn.* 3. *n.* 370. *& lib.* 1. *de Morb.* 3. *n.* 34. *ut & Cor- nel. Celſ. l.* 8. *c.* 4.

quin potius aliquamdiu adhuc in ædibus ſuis obambulavit, in cella aliis cereviſiam diſpenſa- vit, quo ipſo, dum in medio Februarii id ac- cidit, ſe æque ac vulnus (quod hoc ipſum omninò non perferre valet) refrigeravit: Porrò ante litem æque ac eâ finitâ iræ nimium indulſit, & hâc adhuc efferveſcens cameram le- ctumque petiit, quâ ſanguinis & ſpiritus, cum- primis in vulnere ita inflammari potuerunt, ut non tantùm periculoſa admodum ſymptoma- ta, ſed & ipſa Mors oriri potuerit, ut idem ab haud paucis, iiſque Celeberrimis Medicis, tam ex cauſis naturalibus, quàm exemplis ob- ſervatum fuit,

vid. Wierus Lib. de irâ pag. 195. *Joh. Valent. Willius Diſp. Inaug. de ira p.* 38. *Guil. Fabrit. Hild. l.* 1. *obſ.* 18. *it. lib.* 1. *Ep.* 1. *Camerar. Memorab. Med. Cent.* 10. *obſ.* 52. *Reſp. Fa- cult. Med. Giſſ. de Ann.* 89. *d.* 12. *Septembr.*

tandem neque Medicum, neque Chirurgum accerſivit, ut per V. S. apertionem contuſionis aliáque convenientia remedia ipſi ſuccurri potuiſſet: de cæterô ex Obſervationibus Medicorum quoque conſtat, non tantùm vulnera Meningum, ſed ipſius quoque cerebri (niſi profundiora fuerint) ſæpiſſimè curata fuiſſe.

Galen. in Com. ad aph. 14. Sect. 6. Ambr. Pareus Lib. 9. Op. Chir. c. 22. Guil. Fabric. Hild. Cent. 4. Obſ. 3. & Cent 5. Obſ. 24. Fallop. de cur. Vuln. c. 45.

in relatione Medici & Chirurgorum verò nullius, præter hanc, vulnerationis mentio facta eſt, & ita neque fractura, fiſſura aut contrafiſſura cranii aut oſſis temporum, neque ſpecificè determinata læſio aut ruptura ſinuum duræ matris, venarum plexus choroidei aliorumque cerebri vaſorum, it. extravaſatio ſanguinis & ſeri ad interiora, feſtucæ cerebro impactæ aliáque vel minimô etiam verbulô allegantur, neque conditio ventriculorum, cumprimis autem Principii nervorum obſervatur & deſcribitur, quod tamen in arduâ ejuſmodi & ſanguinem humanum concernente cauſâ meritò fieri debuiſſet: Tandem Pectus & abdomen quoque ſecta non ſunt, quæ cum juxta Teſtium depoſitionem Defuncta ante litem tuſſi & reſpirationi difficili obnoxia fuerit, meritò inſpici debuiſſent, ut obſervari certóque ſciri potuiſſet, an fortè viſcera quædam affecta fuerint, quæ Defunctæ mortem promovere potuerint &c.

Hinc rebus ſic ſtantibus vulnus hoc, ita deſcriptum, pro abſolutè & ſimpliciter lethali habere non poſſumus; prout in ſimilibus omninò Caſibus non tantùm Facultas Medica Lipſienſis, in Reſp. de A. 1668. die 24. April. & 1669. die 6. Mart.

Vid. P. Amman. Prax. Vuln. Lethal. Decad. 1. Hiſt. 7. p. 75. & Decur. 1. Hiſt. 10. pag. 143.

ſed & Facultas Medica hujus loci in diverſis Reſponſis *Anno* 1668. *die* 20. *Auguſt.* 1672. *die* 12. *Jul.* 1687. *die* 22. *Aug.* 1689. *die* 12. *Septembr.* 1699. *die* 18. *Sept.* jamdum pronunciavit. Atteſtationis uberioris ergo Sigillum Facult. Ord. apprimendo. Sign. *Gieſſæ die* 23. *Maji* 1699.

Juſt. Frid. Dillenius D.
M. B. Valentini D. p. t.
Decanus.
A. J. Bötticher. D.

CASUS XII.

DE

VULNERE CEREBRI ET OCULI CUM PERFORATIONE FALCIS.

Relatio Chirurgi.

EGo infra ſubſcriptus, cum nuperrimè 10. Martii à (S. T.) DN. Joh. Rudol Rebhunio, Sereniſſ. Principis Anhaltini Se tario Feudali & Præfecturæ Mückernenſis J ce, ad Inſpectionem & apertionem capit Johanne Meyero, Fabro Ferrario, 23. au circiter annorum, prope pagum Lähe oc requiſitus fuiſſem, quamprimùm circa ram 5. pomeridianam illîc appuli, audivi mum, Defunctum die 7. Martii, veſperi 9. & quidem ebrium furcâ fœnariâ aut ſte rariâ per dextrum oculum confoſſum, n inſequenti à Balneatore Mückernenſi de tum, die verò 9. ejuſd. menſis hora 10. meridianâ emortuum fuiſſe; adeóque poſ tam vulnerationem 37. horas adhuc ſuper ſe. Sub inſpectione verò capitiſque Sect ſequentia inveni: Totum cadaver inſignit midum & ubivis flavum, cœruleum & ſ ride, adeoque præter horrendum fœtore ſui abominabile; quin omnibus in locis, facie, capite & abdomine illud attinget ſub digitis ſibilus, ac ſi omnia flatu diſten ſent, oriebatur. Oculus dexter cruen admodum multum extra orbitam prop bat, aſſerente Balneatore ſupradicto, cùm primum eundem accederet & ocul magis adhuc promineret, hunc denuò i ſiſſet, & quùm tempus ejuſdem lateris in ter intumuiſſet, hoc oleo liliorum alb inunxiſſet, oculo verò emplaſtrum catag cum impoſuiſſet, & ita domum ſe contu Quæſitus porrò à me, ſimul referebat, in ipſô oculô nullam hæmorrhagiam obſ rit, neque ex auribus, ore atque naribus ſanguinis effluxerit, niſi quod è dextro ſemper aliquid ſeri, carneô colore tincti, perit. Parentes autem adſtruebant, quo inflictum vulnus inſigniter vomuerit, nec quam penes ſe retinere potuerit, ſub v interdum ſanguine, utut paucô, ſimul re Addebant eundem ſummè inquietum f nec unô in locô ſe continere potuiſſe, pa ma locutum, & interdum ſenſibus & me deſtitutum fuiſſe: Maximum verò dolo quem ſenſiſſet, occiput & cervicem occu lctus punctim illatus, inter dictum modo trum oculi bulbum & palpebram ſuperi quæ parum excoriata erat, in dextram or penetraverat, ipſumque oculum inſignite ciaverat. Separando cutem carnoſam p ctionem cruciformem, illa ubivis fun craſſa, fuſca, & cœrulea, fœtidisque vapo inde cum ſibilô quaſi erumpentibus, r erat. Pericranium ſimiliter in totâ ſui ci ferentiâ cruentatum erat; & licèt inſeq manè Inquiſitus ipſe retulerit, quòd, cùm D cto ſpalô acutô è ſepimento extractô (f enim ſe non habuiſſe) ictum inflixiſſet, id terram prolapſus fuerit, cui palô modò

uc plagas aliquot intuliſſet, neſcius tamen
enebras & nocturnum tempus, quô in locô
dem ferierit: Caput etiamſi totumque cor-
, ut ſuprà dictum, tam malè tractatum vide-
r, nulla tamen plagarum veſtigia reperire
ii. Cranium integrum & illæſum erat, quô
otô dura mater ubivis ſanguine perfuſa, in
bus autem ſanguiferis, in ſpecie ſinu falci-
ni nequicquam ſanguinis conſpiciebatur,
inſigniter tumebat, in extremitate falcis
â, quâ oſſi criſtoſo affigitur, binis foraminu
otundis, piſi magnitudine, occurrentibus.
Mater ſimiliter cruentata, ipſumque cere-
n, cum omnibus vaſibus illud perreptanti-
ſummè tenerum, colore p. n. conſpicuum
rruptioni ferè proximum erant. Rete Mi-
e ſanguine turgebat, & è ſitu ſuo ferè remo-
erat. Circa cerebellum plurimum ſangui-
ollectum fuiſſe apparebat, & notam mere-
, quod foramini, per quod medulla in ſpi-
dorſi tendit, intruſum & quaſi inſaccatum
. Dura Mater, eô in locô, ubi ſinus & ca-
em cranii interioris ſeu baſeos cerebri inve-
uicque arctè adhæret, in foſsâ oſſis cunei-
is dextri lateris, in fine orbitæ oculi, dila-
,& ab oſſe quodammodò ſeparata erat.
verò cerebrô remotô in ſupradictâ cavi-
nus aut foſſæ oſſis cuneiformis dextri bina
enta oſſium teneriorum, hujus ferè ma-
dinis △ □, ipſasque oſſis laminas cœru-
ſanguine quaſi perfuſas reperi. Unde
oſſicula illa profecta fuerint, ſub diligenti
itione inveniebam; quia ſc. ictus, ſive
, ſive paiô inflictus finem orbitæ oculi,
tempus, prope rimam oſſis cuneiformis,
am non tantum nervi oculum moventes,
inſignis arteriæ carotidis ramus ad ocu-
è contra venulæ quædam ex oculo in du-
matrem ſe dividunt, tranſeunt, penetrave-
llic dicta modò oſſicula ab orbita oculi in
caput intruſerat tantumque foramen ef-
rat, cui minimum digitum meum inſe-
otuerim. An autem per ictum hunc ipſa
i ſubſtantia, aut ulla ejus pars læſæ fuerint,
hoc diligentiſſimè & quidem ob cande-
ectum, ſolum prælucente tædâ, inquiſive-
ob ſupradictam malam ejus conſtitutio-
eperire non potui. Cranio igitur à cere-
iſque liberatô, oculum quoque vulne-
ex orbitâ ſuâ extraxi, in quô clariſſimè
ci poterat, quod ictus vehementiâ non
bulbus inſigniter contuſus, ſed & muſcu-
llens omninò dilaceratus fuerit. An
efunctus à Balneatore (qui, ut ante di-
juxta propriam confeſſionem eundem
ter deligavit, nec in violentiſſimâ hac
one ægro venam ſecavit, multò minus
tationes, Cataplasmata aliaque conve-
medicamenta capiti applicavit, neque
remediis illi ſuccurrit) methodicè & ut
mus ille ſtatus ſummoperè exigit, tracta-
it, ſuo in loco relinquo. Cæterum, prout
oculi læſio per ſe lethalis non eſt, ita tamen ne-
gari nequit, & juxta experientiam è plurimis Au-
toribus demonſtrari poteſt, violatas ejusmodi
læſiones & contuſiones aut compreſſiones cere-
bri, & rupturas vaſorum oſſiumque fracturas
ſummè periculoſas eſſe, & utplurimum (quô ra-
tionali tamen Dnn. Medicorum ſententiæ præ-
judicare nollem) ſuffocationem Spirituum cau-
ſari, ut mors neceſſariò inſequatur. *Serveſtæ
die* 19. *Martii* 1669.

Ido N. Chirurgus.

Inſpectio Inquiſiti.

AD deſiderium Dn. JOH. RUDOLPHI N. Judicis Mückernenſis, inſequente manè, poſt Sectionem Occiſi Fabri Ferrarii, Johannis Meyeri, die ſc. 11. Martii Incarceratum Bartholdum Steffinum inſpexi & obſervavi, quod dexter ejus oculus cœruleo colore infectus & in parte anticâ ſanguine ſuffuſus eſſet. Supra frontem ſub capillis leve vulnuſculum habebat, unde parum ſanguinis effluxerat, quod baculô nodoſô ſeu manubriô mallei inciſorii, quo Defunctus Faber Ferrarius uſus erat, inflictum videbatur. Quin & mucrone dicti modò mallei inciſorii in clune dextra ita vulneratus erat, ut mucro per femoralia ſeu braccas & induſium penetrando dictô in locô foraminulum aliquod efformaverit, unde parum ſanguinis effluxerat &c. *Serveſtæ, die* 16. *Martii* 1669.

Ido Wulff, Chirurg.

Reſponſum Facultatis Medicæ Lipſienſis, deſuper lethalitate vulneris cerebri.

P. P.

QUandoquidem Caſum quendam, Homicidium concernentem, cum adjunctis Actis hujus tenoris transmiſeritis: Quod Johannes Meyer, prope pagum Lôhe, à Bartholdo Steffino die 7. Martii veſperi horâ 9. furcâ fœnariâ aut ſtercorariâ, vel (juxta Inquiſiti narrata) palô acuminatô in oculum dextrum, inter bulbum oculi & ſuperiorem palpebram contuſus & ictus fuerit, ita, ut inter alias læſiones, ſub inſpectione atque ſectione præcipua fuerit, quæ per orbitam oculi dextri, prope criſtam galli & ſupra os cuneiforme ad cavitatem cranii ſub cerebro penetravit, quâque ab orbita bina inſignia fragmenta & feſtucæ ſimul intruſa, ut ita non tantùm bulbus oculi ſummè conquaſſatus & cruentatus, è capite extra orbitam propenderit, ſed etiam Muſculus Attollens dilaceratus & proceſſus falcatus in acuminatâ ſui parte, ubi

cum criſtâ galli connectitur, binis foraminulis perforatus: Dura piaque mater hinc inde multô ſanguine ſuffuſa, illa quoque juxta orbitam oculi dilacerata fuerint: Vulneratô die tertiô abhinc, qui nonus Martii erat, horâ decimâ antemeridianâ moriente; Omnia juxta tenorem Relationis Chirurgi, in Actis obſervandæ; noſtram ſententiam hîc deſideraveritis; Hinc Eosdem certiores reddimus, quod, cùm poſt Collegialem diligentemque ponderationem ex allegatis circumſtantiis & conditione læſionum appareat, quod inde ſubortis rupturis vaſorum, cumprimis ſinus iſtius magni falcis tertii, ſive longitudinalis cerebri ſanguinis profuſio ita producta fuerit, ut ſinus modò dictus omninò exinanitus & corruptus, per extravaſatum & coagulatum ſanguinem tam cerebrum, in cujus porulos illapſus, quam utraque mater corrupta, & exinde cerebrum & cerebellum compreſſa, generatio quoque & motus Spirituum animalium, ad vitam maximè neceſſariorum, turbata & per conſequens actiones animales & vitales ſufflaminatæ fuerint, ut allegata ſymptomata, vomitus ſc. continui, anxietas vel inquietudo, loquelæ impotentia, ſenſuum alienatio &c. fuſius oſtendunt, juxta circumſtantias in Chirurgi Relatione occurrentes læſio hæc pro ſimpliciter & abſolutè lethali omninò habenda ſit; melius autem fuiſſet, ſi ad ſectionem hanc Medicus Expertus ſimul requiſitus, ipſaque Inſpectio à Chirurgô tempore diurnô & non prælucente tantùm tædâ ſuſcepta fuiſſet; quod &c. *Lipſiæ, die* 8. *Aprilis An.* 1669.

CASUS XIII.
DE
CONTUSIONE CAPITIS CUM PROCESSUS FALCIFORMIS LÆSIONE.

Requiſitio.

CLemens Schönertus, Incola Zſchitz-Schvvizenſis, die 30. Septembr. An. 1670. affini ſuo, Georgio Hermanno harpage, ut ex adjectis hîc Actis videre licet, ictum vehementem in capite inflixit, quô factô hic die inſequente emortuus, hæcque læſio ſub inſtitutâ Sectione à Medicô & Chirurgis, qui illi interfuerunt, pro lethali habita fuit, prout ex Relatione illorum fol. 4. & 6. fuſiùs apparet. Jam quidem Inquiſitus vulnerationem illam inficiari nequit; inter alias autem excuſationes in Defenſionibus ſuis fol. 66. auſus eſt judicia à Medico & Chirurgis de lethalitate vulneris impertita in dubium vocare; unde & in ſententia poſt inſecutâ, fol. 83. juribus conſentaneum eſſe viſum fuit, ut Judicia illa Facultati cuidam Medicæ transmitterentur: Adeoque Celſiſſimus Princeps Elector Saxoniæ, Dominus meus Cl[...] tiſſimus fol. 82. Clementiſſimè juſſit, ut [...] meis Honoratiſſimis judicium aliquod [...] ſponſum requirerem; quos, ut Mandat[...] Devotiſſimè ſatisfiat, officioſiſſimè rog[...] lint Relationes fol. 4. & 6. diligenter per[...] & an Vulnus hoc pro lethali agnoſcant, n[...] juxta circumſtantias maturè ponderare, [...] que ſententiam in forma probante mihi [...] municare. Hoc &c. *Dresdæ die* 27. *Ju*[...] 1671.

Joh. Sigismundus N. Præfe[...]

Atteſtatum Medici fol. 4. & Chir[...] *gorum fol. 6.*

PRæviâ Requiſitione Satrapæ & Secre[...] ctoralis Saxonici (S.T.) Dn. MICHA[...] N. in præſentiâ Dn. Joh. Sigismundi N. P[...] & Actuarii, ut & Dnn. Seniorum & Chi[...] rum Juratorum Dresdenſium, ut & Sc[...] rum Provincialium & Judicum Z[...] ſchvvizenſium, Ego infra nominatus[...] ante meridiem, inter 9. & 10. horam, I[...] ctum Georgium Hermannum, In[...] Zſchitzſchvvizenſem, in ædibus ſuis [...] atque reperi, quòd vulnus capiti & dextr[...] verticis inflictum (3. dig. fere longum) vi[...] quàm cutem læſerit; ſiquidem peric[...] quidem integrum, ſed non tantùm eô i[...] cui vulnus illatum, ſed & in totô latere [...] unà cum Muſculô Temporali illic obvi[...] guine coagulato prorſus ſuffuſum fuit. [...] in oſſe bregmatis dextro, retrò ad diſt[...] digiti Geometrici à ſuturâ lambdoideâ & [...] à ſuturâ ſagittali ſtigma fuſcum exiguum [...] obolô tegi potuiſſet) repertum fuit: [...] cranium eô in locô ſalvum & absque fr[...] tis conſpicuum fuerit, attamen ad digiti l[...] nem ab eô, verſus ſuturam ſagittalem, [...] fiſſura orta fuit, quæ per ſuturam modò [...] totumque os bregmatis ſiniſtrum, uſq[...] ſtantiam digiti transverſalis à ſuturâ ſq[...] aut oſſe temporum ſiniſtrô continuata f[...] fiſſura hæc ſe diviſit, alteraque ejus rima [...] ſum, uſque ad os frontis, per ſuturam [...] lem: Altera verò retrorſum abiit & in o[...] matis ſiniſtrô, ad dorſi in cultro latitudi[...] citer, ab oſſe occipitis finita fuit. Apert[...] capite, eô in loco, ubi externè læſiones [...] erant, in Meningibus cerebri, vel durâ & [...] tre, ſimiliter in ſinu tertiô craſſæ membr[...] rebri & falce foraminula quædam min[...] ſum æquantia, conſpici poterant, unde [...] confertim profluxerat ſeque inter cra[...] meninges inſinuaverat; unde eô in lo[...] externè muſculus temporalis eſſe ſolet [...] fruſtum ſanguinis coagulati, pugnum [...] batû æquans, hærebat, quod cerebrum [...] perè compreſſerat; quemadmodum no[...] inter membranas cerebri & cerebrun[...]

gnis quantitas ſanguinis vel cruoris reperta . Præter hæc cerebrum neutiquam vulne- ım erat,niſi quòd à ſanguine modò dictô ven- ulus ſiniſter omninò compreſſus & everſus rit. Licet verò externa læſio periculô carue- quoniam tamen contuſio conjuncta 1. Fiſ- m cranii cauſata eſt. 2. Utramque menin- ı ipſumque proceſſum falciformem læſit, e 3. immanis & ſubitanea hæmorrhagia orta fuit, quæ (antequam remedia neceſſaria iberi potuerint) motum cerebri & influxum ituum animalium impedivit,& hâc ratione plexiam, poſtmodum verò ipſam mortem, horarum aliquot decurſum inſecutam, in- t; Hinc contuſio hæc cum vulnere meritò e & ſimpliciter lethalis habetur; quod hiſce tari voluimus. *Dresdæ die 2. Octobr.* o.

Heinrich N. D. & Phyſ.
Paulus Prickner } *Chirurgi.*
Joh.Fried. Müller }

---

onſum Facultatis Medicæ Lipſienſis, deſuper lethalitate contuſionis Capitis.

icium facilè poteſt haberi ex circumſtan- ,in literis allegatis, propter ſymptomata, ge interfecto inflicta: Sc. fuiſſe neceſſa- ane læſionem lethalem &c.

Vid. Ammanni Praxis Vuln.Lethal. Dec.1. Hiſt.7.p.188. & ſeqq.

CASUS XIV.
DE
LNERE CAPITIS SCUTICA NFLICTO, CUM CONTRARU- CTURA MATRIS.

Requiſitio.

tquam die 3. Decembr. anni 1683. con- ctus aliquis inter Ruſticos nonnullos & ortus fuerat, & unus ex illis, Chriſtopho- thſal dictus, brevi poſt exſpiravit; hinc ex tô cadaver à Medico & Chirurgô ſectum ectum fuit. Quoniam vero judicium de- eô ſub A. impertitum nimis rigoroſum t, eoque magis, quod læſio in capite tam lis non fuerit, niſi quod aliquid cruoris râ matre, prorſus illæſâ & poſt deterſio- anii læſio quædam in piâ matre ſe truſe- nc officioſè rogito, velitis Caſum hunc ponderare, & imprimis illîc conſiderare: 1. quod Defunctus Islebiæ ante conflictum cereviſiâ ſe nimis implendo inebriârit. 2. Ante & ſub ipsâ actione inſigniter incaluerit: 3. durante tumultu bis ad terram in caput præcipitatus fuerit. 4. Abhinc ſummè ebrius curruі vel carpento lignario impoſitus,& per viam inconditam, ſub frigore inſigni ad diſtantiam milliaris integri vectus & dubiô procul vehementer concuſſus & commotus fuerit. 5. Quòd inſtrumentum, quô homicidium perpetratum eſſe dicitur, pars anterior ſeu apex ſcuticæ ſit, quo unicus tantum ictus ipſi inflictus fuit. 6. Quod læſio piæ matris in Relatione indicata, in exiguô foraminulô conſtiterit,& loco cruoris, qui ſupra læſionem repertus eſſe dicitur, ſpuma tantum ſanguinea obſervata fuerit. Quapropter iterum atque iterum rogito, velint circumſtantias, quæ omnes & ſingulæ ex Actis comprobari poſſunt, bene attendere & ad ſequentes quæſtiones ſolidè reſpondere: 1. *An in causâ adhuc dubiâ vulnus hoc pro abſolutè lethali habendum ſit?* 2. *An illud ab unicô ictu, apice ſeu parte anteriore ſcuticæ, ſeu potius baculi ſcuticæ, produci potuerit?* 3. *An hæc piæ matris læſio non potius à causâ internâ, ſc. nimiâ excandeſcentiâ, vel commotione hominis, imprimis ebrioſi, aut à duplici lapſu, aut à violenta contuſione in curru lignariô oriri potuerit?* Datum Islebiæ die 2. Januar. 1684.

Joh. Fridericus N. Jur. Peritus.

Atteſtatum Medici & Chirurgi.

PRæviâ Requiſitione unà cum Chirurgô cadaver virile inſpexi atque reperi, quod 1. ex ore naribusque Occiſi craſſa viſcidaque ſpuma fermentando prodierit. 2. In ſummitate frontis maculam rubicundam oboli triplicati magnitudine obſervavi, diffiſsô 3. labiô ſuperiore ex fuſco-rubeſcente. 4. Mala ſiniſtra quodammodò elevata & ſtigmatibus rubicundis obſita erat. 5. In vertice capitis vulnus digitalis longitudinis, ad perioſtium penetrans & ſanguine nigricante coagulatô repletum erat. 6. Collum, uterque humerus, cum binis brachiis, uſque ad carpos utriusque manus, ut & totum dorſum cum ſpinâ dorſi, uſque ad clunes, omninò fuſca & ſtigmatibus obſita erant, ab epilepſiâ forte accedente. 7. Cute capitis per ſectionem cruciformem ſeparatâ, ſub eâdem in perioſtiô, proximè ad ſuturam coronalem in oſſe ſyncipitis ſiniſtri, alia plaga ſeu contuſio, non quidem penetrans, ſed coagulatô tamen ſanguine ſuffuſa, digitum dimidium longa & pollicem lata latebat. Craniô verò, modô moreque ſolitô, ſeparatô inveniebamus, quòd 8. craſſa meninx minus læſa fuerit, nec quicquam vitioſi illîc reperiri potuerit, niſi quod firmiter cranio adhæ-

ſerit.

ſerit. 9. Separatâ jam durâ matre cruor ſub eâ latebat, in ſummitate verticis, in ſuturâ dextri lateris, ſupra piam meningem, quô detersô, pia mater eô in locô ita læſa fuit, ut inſtrumentô cerebrum eximi potuerit. Quoniam enim pia mater vaſibus ſanguiferis referta eſt, & ob ictum vehementiorem venulæ piæ matris diſruptæ ſunt, hinc cruor ille extravaſatus fuit. 10. In eodem latere, circa auditus organum 2. ferè drachmæ ſanguinis coagulati, qui è ſuperioribus piæ matris venulis eò deſcenderat, conſpiciebantur. 11. Cerebrô tandem & cerebello è craniô exemtis & in ſcutellam depoſitis, licèt hinc inde verſando illud accuratè examinatum fuerit, nihil tamen aliud obſervari potuit. 12. Abhinc Thorax & Abdomen aperta, omniaque illìc ſalva reperta fuerunt. Adeoque ex §. 6. 9. & 10. clarum & manifeſtum eſt, quòd pro vulnere lethali ſit habendum, ob læſionem piæ matris, à ruptione venularum & cerebri in illâ, ob contuſionem vehementem, unde ſtatim quoque convulſio & inſultus epilepticus exorta ſunt, ut idem §. 6. tanquam apparentia externa ſatis ob oculos ponebat. Adhæc, licet aliquot adhuc dies ſupervixiſſet, cruor tamen vel ſanguis transvaſatus in putredinem abiiſſet, ubi delirium ſtatim inſecutum & inſultus epilepticus extemplò & omni momentô exaſperatus fuiſſet, cùm nullô modô educi potuerit. Præterea cerebrum iis in locis jamdum pultis inſtar molle ſine dubio putredini obnoxium fuiſſet, non emanente febri ſymptomaticâ ſeu vulnerariâ; quæ omnia priora augere potuiſſent, ſeptimô tamen die, ſi non citius, pereunte ægro, ut idem in ſimilibus caſibus Experientia ſatis ob oculos poſuit. *Seeburgi die* 4. *Dec.* 1683.

Laurentius N. Med. Lic.
Barthol. Wild. Chirurgus.

Reſponſum Facultatis Medicæ Lipſienſis, ſuper lethalitate vulneris capitis ſcutica inflicti.

TRansmiſſo Nobis Caſu, Homicidium, in CHRISTOPHORO ROHTSAHLIO commiſſum, concernente & deſuper 3. ſubjunctis quæſtionibus: An &c. &c. judiciô noſtrô deſideratô, præviâ Collegiali ponderatione omnium illìc occurrentium circumſtantiarum reſpondemus, quòd, cùm 1. juxta tenorem Relationis in Defunctô, & in ſpecie in vertice capitis ejus vulnus ad perioſtium penetrans: Item, in oſſe ſyncipitis ſiniſtri proximè ad ſuturam coronalem alius ictus ſeu contuſio, à quâ contraruptura piæ matris in latere dextrô ſuborta fuit, obſervata fuerint, hîc non amplius cauſa dubia, ſed omninò clara ſit, adeoque læſiones hæ, collectivè ſumtæ, omninò abſolutè lethales fuerint, utpote quibus nulla ratione nu[…] que modô ſuccurri potuit, idemque celer[…] mortis ſubſecutæ ſufficienter confirmavit. I[…] ſine dubio plura vehementium ejusmodi […] ſionum veſtigia obſervari potuiſſent, ſi (ut […] cebat) cerebri interiora diligentius & non […] ter in ſectione perluſtrata fuiſſent. Quodſi v[…] certò doceri poſſit, defunctum, ſive ante, […] poſt inflictas plagas binâ vice ad terram inc[…] præcipitationibus illis ita læſum fuiſſe, […] utique lethalitas, reſpectu Inquiſiti, dubia […] poſſet. 2. Quamvis ſufficientia exempla […] ſtent, quod ſæpiſſimè à ſubtilibus inſtrum[…] vulnera lethalia cranio æquè ac cerebro in[…] fuerint, hoc tamen in Caſu eò reſpicien[…] quoque eſt, quòd reliquæ Contuſiones D[…] cto illatæ, vehementiores fuerint; niſi in […] anteriore habenæ ſcuticæ nodi quidam fu[…] 3. Omnia hîc allegata, tanti valoris non ſu[…] læſionem tam periculoſam & mortem adeò […] taneam inferre valeant. *Lipſiæ die* 9. *Jan[…]* *An.* 1684.

Vid. Amman. Prax. Vuln. Le[…]
Decad. V. Hiſt. IX.

CASUS XV.

DE CONTUSIONE CRANII, C[…] FESTUCIS CEREBRI CORTICE[…] INTRANTIBUS.

Requiſitio cum Relatione Inſpe[…]ctorum.

HAud ita diu eſt, quòd rixa quædam […] orta fuerit, quâ durante nonnemo g[…] vulneratus fuit, qui die 8. ſequenti ex[…] filiusque meus vulnerationis accuſatur. […] Medicus D. Gothofredus N. una cum Ch[…] Gothofredo Gröſchnern, Atteſtatum a[…] quâ ratione Defunctus ſub ſectione in[…] fuerit, judiciis obtulit, quod ſeq. in mo[…] habet: Præviâ requiſitione Ampliſſ. Ju[…] rum Civilium hujus loci, Nos infra no[…] die 21. Febr. hujus 69. anni Johannem K[…] Sutorem ex Mega-Haynâ oriundum, […] menſis ſupradicti, noctu inter XI. & X[…] ram ſecuri Molitorum in oſſe frontis, […] ſuturam coronalem, aut in ſyncipite […] ſiniſtri vulneratum, & die 20. hujus p[…] dum, poſt mediam noctem circa ho[…] emortuum, inſpeximus & invenimus […] non tantùm cutis in eodem locô, ad l[…] dinem digiti, ſauciata, ſed & pollicis lati[…] & ferè ejusdem longitudine quoque c[…] depreſſum & ad cerebrum impactum, i[…]

mminutum fuerit, ut ſub deligatione ſuc- ſivè novem fragmenta ſeu feſtucæ, diverſæ gnitudinis, cum ſanguine confertim pro- ente extracta fuerint. Sub apertione cra- verò tam dura, quam pia mater, ad ſu- dictam magnitudinem, diſunitæ & dilace- æ, inter meninges & cerebrum, & in ſe ltum ſanguinis coagulati, ex parte jam cor- ti atque putridi, ut & cerebri cortex per ucas impactas non tantùm vulneratus, ſed mnino corruptus apparuerunt. Cùm igi- per hanc contuſionem, quæ cum vulnere, tura & ſubſtantiæ cranii læſione, item mbranarum & ipſius cerebri ſubſtantiæ tigit, cerebrum, tanquam pars nobilis gniter violatum, hæcque omnia ſtatim itus, brevî poſt autem alia quoque ſym- mata periculoſa, aphonia ſc. convulſio, febris, paralyſis dextri lateris & epilepſia cuta fuerint, æger quoque intra paucos à tuſione dies obierit; hinc læſio hæc pro le- i habetur; quod propriis noſtris manibus amur. Actum die & anno ut ſuprà.

Gothofredus N. D.
Gothofredus Gröſchner, Chir.

Tut autem Medicus & Chirurgus in Atte- ſtatô ſuô perhibeant, vulnus pro lethali ndum eſſe, è ſequentibus tamen rationi- oc ipſum vulnus e contra non tam abſolu- ſed ex accidenti & partim ex negligentia ncti, partim ex imperitia Chirurgi letha- ſit, quia 1. Vulneratus poſt læſionem ca- enudatô per 2. horas in plateâ divagatus dum primò per portam Lipſienſem ad Bal- rem abire voluit, quam dum occluſam it, neceſſariò retrocedere debuit, donec neatoris famulum inciderit, qui eundem deduxit & deligare voluit, eaque de causâ em in plateâ expectare juſſit, quem cum aliquamdiu fruſtra & impatienti deſideriô olatus fuiſſet, tandem ad Chirurgum in Torgavienſi ſe contulit, illîc pulſando e voce clamando denuò haud parum oris inſumere debuit, antequam Chirur- ſuſcitatus fuerit, eumque intromiſerit. 2. imul æger confeſſus eſt, quod eô, quô teâ de locô in locum divagaretur, tem- aliquoties in terram deciderit? 3. Poſt tionem nudô capite in hypocauſto frigi- pra ſtramen & aſſeres abſque tegumento, ium excipias, decumbere coactus fuit. inſequenti rurſus denudato capite aeri ex- s, & ſub intenſô tunc frigore per forum ad n ſe contulit, & de rixâ judicialiter exami- fuit. Hôc factô una cum Sociis ſuis in ſis locis, per integrum ferè diem ce- am vinumque aduſtum ingurgitavit, à plurimis hominibus, non ſine ad- ione, viſum fuit. Circa veſperam ho- râ 6. à Chirurgi ædibus ad Hoſpitium Su- torum, non mediocri diſtantia inde remo- tum, ſe contulit, idque non ſine inſigni cerebri commotione, ubi ſimiliter lectum ali- quem non invenit, ſed duriſſimo ſcamno, in hypocauſto frigido incumbere tenebatur, & quidem per totam illam noctem & diem pari- ter inſequentem, ſub miſera cura & Diæta. 5. Hîc cumprimis notatu dignum eſt, quòd Chirurgus (vir honeſtus aliàs, ſed qui ejuſ- modi vulnerum curæ fortè non ſæpe interfu- it) talia inſtrumenta, quæ à Prudentibus & Expertis Chirurgis in vulnerum periculoſorum cura adhibentur, in promtu non habuerit, dum ad extrahendam feſtucam ad minimum furcam, qua edulia in menſa recipit, quo- dammodo incurvavit, & ita feſtucam illam extrahere coactus fuit. Quapropter 6. omni- nò neceſſarium fuiſſet, ut expertus quidam & verſatus Chirurgus ad negotium hoc ſtatim adhibitus fuiſſet, qui plura ejuſmodi vulnera tractaverit, & per idonea inſtrumenta vulneris curam gerere potuiſſet. 7. Quoniam hîc & inſtrumenta & experientia deſiderata fuerunt, & ita cranium, quod juxta tenorem Atteſta- ti, ad cerebrum uſque depreſſum fuit, neu- tiquam elevatum, nec ipſum cerebrum inde liberari potuit, hinc neceſſariò illud cum mem- branis ſuis infici & corrumpi debebat. 8. Conſiderationem etiam meretur, in Sectio- ne Serram minus firmam & omninò craſſam adhibitam fuiſſe, ita, ut per talem vehemen- tem motum, tam dura, quàm pia mater ali- æque tenues pelliculæ facilè lædi & dilacerari potuerint. Quapropter 9. quæritur: Annon, ſi ſub ſecunda aut tertia ſtatim deligatione vul- nus per cruciformem ſectionem dilatatum, ſubſidia per idonea inſtrumenta Chirurgica ad- hibita, hacque ratione cerebrum ab incum- bente ſanguine, fragmentis, & putredine li- beratum, ipſæque meninges cum cerebrô bal- ſamis nobiliſſimis vulnerariis & ſimilibus cu- rari meliuſque tractari potuiſſent, annon, in- quam, Æger, adjuvante Divina Benedictione, ſervari potuiſſet? 10. Adhæc in eas devenio cogitationes, quod læſio hæc nec tam peri- culoſa, nec concuſſio cerebri adeò vehemens & lethalis fuerit, aut eſſe potuerit, quùm ipſe Chirurgus, vi Atteſtati, ſub ſecunda & tertia deligatione vulnus hoc non tam peri- culoſum eſſe dixerit, quin & æger ultra 3. di- es diſtinctè loqui, confeſſionem ſuam devotè recitare, & ſacra cœna eadem devotione uti po- tuerit, adeoque ſanæ mentis ſemper fuerit; cum è contra *Hippocrates in Coac. Aph.* 499. à vehementi concuſſione læſum non tantùm vo- ce privari, ſed etiam non videre, non audire, fereque mori doceat. Quia igitur in hoc vul- nerato talia ſtatim inſecuta non ſunt, & dubiô procul eapropter, quod vulnus aeri expoſitum fuerit, ſanguis per fiſſuram & fracturam copioſè manavit, & exinde cerebrum ejuſq; ventriculos

neque corrumpere, neque ſpiritus animales ſuperare aut ſupprimere potuit, hinc concuſſio talis non adeò vehemens & ipſa forte læſio minus lethalis fuerit, ſed ipſe fortè æger per errores Diætæ malumque curæ regimen & vulneris refrigerationem ſibi ipſi ſymptomata periculoſa mortemque accerſere, Chirurgus autem, cum ob inſtrumentorum defectum cranium prehendere nequiverit, vulnus neglexiſſe potuit. Quia & 11. Chirurgus nunquam examinatus aut Magiſter Artis renunciatus fuit, neſcimus, an ipſi perſpectum ſit, quænam in ſimilibus caſibus medicamenta adhibenda ſint? quod 12. exinde quoque eluceſcit, quod ad Prætorem dixerit, vulnus totumque negotium omni carere periculo? 13. Omnia propriô auſu & abſque conſilio Medici ſuſcepit, qui tertiô demum die ægrum acceſſit. Quodſi etiam 14. dura piaque mater ab initio læſæ fuiſſent, æger neutiquam per octiduum ſupervivere potuiſſet.

Quia igitur, in dubiô hôc negotiô ſolidâ & dilucidatâ relatione & informatione indigeo; hinc V. V. Excell. Exc. officioſiſſimè rogito, velint haud gravatim me certiorem reddere,

An vulnus ſtatim ab initiô abſolutè lethale, an potius ex negligentiâ vulnerati, & ex imperitiâ Chirurgi ex poſtfactô lethale evaſerit?

Hoc cum debita remuneratione &c. *Eylenburgi die 4. Martii, 1669.*

Chriſtoph. Bohr.

Reſponſum Facultatis Medicæ Lipſienſis; ſuper illethalitate contuſionis Cranii.

P. P.

PRopoſitô nobis Caſu, Johannem Keilen, Sutorem concernente, qui 14. Febr. ſecuri Molitorum in capite vulneratus, & die 21. abhinc inter horas 11. & 12. noctu emortuus eſt & deſideratô judiciô noſtrô de ſeq. quæſtione:

An vulnus ab initio ſtatim abſolutè lethale, aut potius ex negligentia patientis & imperitia Chirurgi ex poſtfactô lethale evaſerit?

referimus, quòd, poſtquam totum hoc negotium tam in ſe & ſua naturâ, quàm juxta circumſtantias ſuas Collegialiter & maturè perpenderimus, contuſio hæc, ut à Medicô & Chirurgis deſcribitur, ſummè periculoſa fuerit, quoniam non tantùm cum vulnere fractura, ſed etiam cum ſubſidentiâ & effracturâ cranii conjuncta fuit: Ita quidem, ut decimus quoque ita vulneratus certâ reconvaleſcentiæ ſpe lactari non poſſit. Nihilominus tamen & quoniam varios exceſſus allegatis, qui tam in malo regimine Patientis, dum is per 2. horas poſt vulnerationem denudatô capite circun[gatus eſt], ſævius corruit, detectô capite [f]u[mini] incubuit, die inſequente ſub intenſiſſi[mo] frigore ita ad curiam ſe contulit, poſtea q[ue] cereviſiam & aquam vitæ ingurgitavit, quàm in imperfectô apparatu Inſtrumento[rum] Chirurgicorum conſiſtunt, quoniam hiſce [de]ficientibus, alius & expertus magis Chiru[rgus] adhiberi debuiſſet, qui inſtrumentô elevat[orio] cranium ſubſidens elevare, fragmenta re[mo]vere, ſanguinem extravaſatum evacuare, & prout Artis eſt, putredini & corruptioni [ob]viam ire potuiſſet: Hinc eò inclinat ſent[entia] noſtra, quòd, ſi circumſtantias allegatas [ſuffi]cienter probare poſſitis, ſæpius nominata [con]tuſio, in hoc Individuo, in ſe & ſuâ n[atura] neutiquam lethalis fuerit, ſed maxima[m] partem ob allegatas cauſas ex accidenti le[thalis] evaſerit. Quod &c. *Lipſiæ die 6. M[ar]tii* 1669.

Vid. Paul. Amm. in Prax. Vuln. [...] *Dec. 1. Hiſt. X. p. 143. & ſeqq.*

CASUS XVI.

DE

VULNERE CAPITIS C[UM] MENINGUM ET CEREBR[I] LÆSIONE.

P. P.

ANno 1645. die 10. Martii judicialis [in]ſp[e]ctio vulneris à ſubſcriptis Perſonis [f]act[a] & in occiſo Georgio E. obſervatum: 1. [V]uln[us] rectilineum in ſiniſtro ſyncipite, long[itu]din[e] dimidii digiti, nullâ in partibus externis [ap]p[a]ren[te] cuâ ſugillatione; aperto verò Cranio, [la]mi[na] interna cranii circa vulnus, internè in [ſu]tur[a] Coronali, incurvata & fiſſa erat, ita ut [acu]le[i] teſtæ duram matrem tangerent, à quib[us] no[n] ſolùm puncta, ſed factâ meningum ſe[para]tio[]ne, cerebrum ipſum ejuſdem loci cor[ru]pt[um] videbatur. 2. Vulnus ſupra ſiniſtru[m] O[cu]lum ad uſque Cranium penetrans. 3. Sy[m]ptomata fuerunt ſequentia, videlicet [] ſtatim die febris travmatica acceſſit, [] quinta die Paralyſis dextri lateris excepi[t] [] amiſſione loquelæ, nonâ die Conv[ulſiones] Epilepticæ continuæ, tandemque m[ors]. Dab. Görlicii, ut ſupra.

D. Pa[]us []
D. Fri[] F.

ponſum Facultatis Medicæ Lipſienſis; ilicet contuſionem hanc Capitis periculoſam quidem, non vero lethalem eſſe.

tituta ſedulâ perlectione Relationis, vel pectionis vulnerum nobis tranſmiſſæ, cocimus atque pronunciamus, quod vulſtud Capitis, tam propter compreſſionem ii, & fiſſuram multiplicem laminæ inte-, quàm etiam propter inducta ſympto-, ſummè exſtiterit periculoſum, *non ta- ſimpliciter & abſolutè lethale*; ratio, 1. amiſſio loquelæ non ſtatim & immedia-ſt vulnus acceſſit, ſed demum triduo poſt erationem, quod in abſolutè lethalibus *Hippocratem Sect. 7. Aph. 58. & Coac.* ſtatim fieri conſuevit. 2. Mediante Tretione à prudenti Chirurgo potuiſſet pati liberari, atque ſic à morte præſervari. *Lipſiæ die 3. April.* 1645.

CASUS XVII.

DE

ULNERE CAPITIS CUM MENINGUM ET CEREBRI CORRUPTIONE.

Reſcriptum Principis.

Octiſſimi, Dilecti Fideles: Ex Incluſo perſpicietis, quid, cùm die 10. Auguſti præterlapſi duo Pyrobolariorum noſtron viâ publicâ hic locorum inter ſe rixati fu- &unus eorum alterius capiti acinace ta ctum intuliſſet, ut hic quarto die abhinc ortuus fuerit, eapropter Phyſicus Urbi-. l. D. N. N. de qualitate vulneris ſubmiſe retulerit. Quandoquidem verò & ve-judicium hâc in parte deſideremus; Hinc oſiſſime jubemus, ut relationem Ejus c. hiſce communicatam collegialiter perle-, vulnus occiſi & circumſtantias illîc ocntes probe ponderetis, & abhinc Nobis ntiam veſtram, cum remiſſione incluſi, primum id fieri poterit, eò directam hu-nè tranſmittatis: An ſc. dictus modò ocè vulnere tali neceſſariò obierit, hocque aut potius per accidens lethale fuerit? Hoc re confidimus, Vobiſque omni Gratiâ ad ſumus. *Darmſtadii die* 11. *Sept.* 16.

E. Ludovicus, H. L.

Relatio Medici.

Sub inſpectione & accuratâ viſitatione vulris capitis, quod N. N. Knau Pyrobolario Chiliadis Schrautenbachiani die 10. Auguſt. tempore veſpertino inflictum, ut die 14. noctu circa X. is obierit, repertus fuit ictus cæſim medio ferè oſſis frontis illatus, à ſuturâ coronali incipiens & deorſum verſus oculum dextrum vergens, 5. circiter digitorum tranſverſorum, qui non tantummodò dictâ longitudine cranium & ſubjacentes meninges, duram & piam matrem penetravit, ſed & ſubſtantiam cerebri ad digiti tranſverſi profunditatem vulneravit; quæ omnia non contemnenda extravaſatio ſanguinis ſecuta eſt, cujus quantitas ſub diſſectione cranii circa latus ſiniſtrum effluxit & circa cerebrum vulneratum, ejuſque meninges, ut & interiorem cranii partem, cum fragmentis quibuſdam, ſe truſit, quæ aliqualem jam corruptionem cerebro ejuſque meningibus læſis induxerat. Quia igitur per ictum hunc cerebrum, tanquam pars principalis, cum meningibus ſuis inſigniter læſum fuit, unde vehementes vomitus inſecuti, ipſe ſanguis confertim in craniô ſe collegit, qui difficulter inde extrahi, nec ad vulnus commodè deveniri potuit; adhæc Chirurgi Caſtrenſes, ut prætendunt, omnem diligentiam ac medicamenta ad id & defenſionem neceſſaria, abſque effectu adhibuerunt; ſed æger tertio die rurſus vomuit & ſequenti die deliravit: It. die 14. cum ſumma inquietudine vulnus ſæpius attrectavit & emplaſtra detraxit, ut lethargus, & tandem mors ſecuta fuerint: Hinc rebus ſic ſtantibus & ex cauſis modò dictis vulnus pro lethali habendum. *Darmſtadii die 15. Aug.* 1696.

S. H. Ulner Locumtenens.
F. M. Stäckrad, Locumten.
J. H. Benerodt Signifer.
Alb. C. N. M. L. p. t. Phyſ. Darmſt.
G. D. Reuling. Chir. Caſtr.

Reſponſum Facultatis Medicæ Giſſenæ; de illethalitare Vulneris Capitis.

P. P.

Cum proximè elapſo die 10. Auguſt. veſpertino tempore, intra 5. & 6. horam, inter bynos Pyrobolarios Darmſtadii in via publica lis oborta fuiſſet, & alter alterutrum acinace in capite ita vulneraſſet, ut hic die 14. ſequenti circa X. noctu exſpiraverit, poſtridie »ſub inſpectione & accurata viſitatione vulneris »hujus cephalici ictus in medio oſſis frontis, à »ſuturâ coronali deorſum, verſus oculum dex- »trum tendens, 5. circiter digitorum longitudi- »nis, per cranium & ſubſtratas meninges, duram

 & piam

„& piam matrem non tantùm penetrans, ſed & „ipſam cerebri ſubſtantiam ad digiti transverſi „profunditatem lædens obſervatus fuit, quæ „omnia non contemnenda ſanguinis extravaſa-„tio inſecuta eſt, cujus quantitas aliqua ſub diſ „ſectione cranii circa ſiniſtrum latus effluxit & „circa cerebrum vulneratum, meninges ejus „& interiorem cranii ſuperficiem, cum frag-„mentis nonnullis obſervata fuit, quæ aliqua-„lem jam corruptionem modò dicto cerebro „vulnerato æquè ac meningibus ejus induxerat. „Quin & vomitus ingentes in vulnerato inſecu-„ti ſunt, qui tertio quoque die redierunt: ipſe-„que æger ſequenti nocte deliravit, die 14. „Aug. quoque ex ſumma inquietudine vulnus „ſæpe contrectavit & emplaſtra detraxit, ut le-„thargus & tandem mors inſecuta fuerint. „Omnia ſecundum tenorem Relationis ab Au-„liatro & Phyſico Darmſtatino, Dn. L. Geil-„fuſio, impertitæ.

Quandoquidem igitur à Sereniſſimo Noſtro Principe & Domino ſub dato Darmſtadii d. 11. Sept. Nobis Clementiſſime demandatum „fuerit, ut acta eum in finem tranſmiſſa, & hiſce „redeuntia Collegialiter perlegeremus, vul-„nus occiſi omneſque illic occurrentes circum-„ſtantias probe conſideraremus, & abhinc „ſententiam noſtram quamprimum imper-„tiremus, an Byrobolarius occiſus è vulnere „tali neceſſariò obierit, hocque per ſe aut potius „per accidens lethale fuerit?

Hinc Nos Decanus & pro tempore præſentes Profeſſores Facultatis Medicæ Giſſenæ, prævia accuratâ ponderatione omnium & ſingularum, in deſcripta Relatione Medici, ut & circumſtantiarum in tranſmiſſis nobis Actis occurrentium, principiis Anatomicis & Chirurgico-Medicis conſentaneum eſſe ducimus, de nihilo quidem non eſſe, quod ſimilia capitis vulnera, per cranium & meninges in ipſam cerebri ſubſtantiam penetrantia, & cum ſanguinis extravaſatione, fragmentis ſeu feſtucis cranii, membranas cerebri pungentibus & vomitu crudorum vel bilioſorum humorum conjuncta ſummè periculoſa ſæpéque lethalia ſint; dum ipſe etiam eventus lethalitatem in hoc caſu confirmavit, quia vulneratus die 4. ab illatô vulnere exſpiravit; & quidem 1. ob auctoritatem *Hippocrat.* qui cerebrum diſſectum habenti lethale eſſe ſcribit. *VI. aphor.* 15. *&* 1. *de morb. III.* §. 4. moritur, ait, ſi quis cerebro ſauciatus fuerit. Et 4 *Prorrhet.* XXII. 1. Ex capitis vulneribus lethaliſſima ſunt, inquit, quæ ad cerebrum pertingunt, & nullum capitis vulnus contemnendum eſſe in *proœmio libri de Vulneribus Cap.* monuit; Et *Fortunati Fidelis*, qui *l.* 4. *de Relat. Medic. c.* 6. *p. m.* 555. capitis vulnera ſuâ naturâ nequaquam tuta eſſe pronunciat. 2. Ob læſæ partis (cerebri ſc.) nobilitatem & neceſſitatem. 3. Ob vulneris magnitudinem & profunditatem. 4. Ob curandi & remedia applicandi difficultatem vel impoſſibilitatem. Ob ſymptomatum grav[...]tem, & 6. periclitantis vitæ termini brevitat[...] teſte *Gothofr. Welſchio in Rationali V[...] ner. Lethal. Judic. Cap. III. p. m.* 28. *[...] & Bernh. Svevô, de Inſpect. vuln. lethal[...] ſanabil. p. m.* 36.

Attamen & quoniam 1. Vulnera ca[...] cæſim, vel inſtrumentis ſecantibus inflicta [...] periculoſa non ſunt, quàm ea, quæ punct[...] vel etiam contundendo infliguntur, teſt[...] *Sennertô lib.* 1. *Med. Pract. P.* 1. *cap.* 23[...] *m.* 164. *Sebiz. Exam. vuln. part. diſſimi[...] Part.* 1. §. 66. *&* 69. *Petr. Pavv. C[...] ment. in Hippocr. de Vulner. Capit. Wiſe[...] of Wounds & Blancard. in Collect. [...] Phyſ.* citante *D. D. Bohniô Exam. Vuln[...] thal. Sect. II. C.* 1. *p.* 222. ubi circumſt[...] am hanc iis, qui ſuper lethalitate depo[...] poſtulantur, differtè commendat: Quoniam [...] iam 2. vulneratus ab inflicto vulnere non ſt[...] ad terram ruit & humi proſtratus fuit, n[...] obmutuit & ſenſibus orbatus fuit, ſed juxt[...] ſtium depoſitionem ſtrenuè adhuc dec[...] neque alia periculoſa ſymptomata ſtatim [...] initio in eo obſervata ſunt, quæ in ejuſ[...] cranii & cerebri læſionibus lethalibus ple[...] que ſe trudunt, & ab *Hippocrate VII. Aph[...] &* 58. *item Coac. Prænot.* 499. *&* 500. [...] *de Morb.* 34. 35. *& lib. de cap. vuln. XV. & Corn. Celſô lib.* 8. *c.* 4. ordine enumera[...] 3. Vulnus quoque, juxta Medici Relatio[...] tantum ad digiti tranſverſi profunditatem i[...] rebri ſubſtantiam & neutiquam ad baſin & [...] triculos uſque penetravit: quemadmodu[...] eadem relatione quoque non habetur, q[...] tione quartus cerebri ventriculus, u[...] omnium nobiliſſimus & principium nerv[...] ſe habuerint, an hoc à ſanguine coagulat[...] tè obſtructum fuerit nec ne? priori enim [...] ſpirituum animalium influxus in medulla[...] nalem & nervos præpeditus fuiſſet & c[...] quenter facultas animalis, & tandem q[...] vitalis ceſſare, ipſaque mors citius, quam [...] tigit, inſequi debuiſſet; cum è contra e[...] ſervationibus Medicorum conſtet, [...] ejuſmodi & pejora adhuc capitis vuln[...] & quidem cum deperditione ſubſtantiæ ce[...] magnitudine quoque ovi gallinacei (teſt[...] *cot. lib.* 1. *Prænot. S.* 3. *Fallopio de C[...] vulner.* 45. *& Symphorian. Campeg. a[...] vum de Inſp. vuln. pag.* 30. 32.) curata [...] & licet 4. in relatione Medici ſymptom[...] quorundam graviorum, vomitus ſc. ing[...] delirii, inquietudinis aut jectigation[...] (conf. *Bohnius de Renunciat. vuln. in [...] rep.* 34. *ſeqq.*) tandemque lethargi men[...] facta; priora quidem (ſi continuent [...] dies aliquot, uti hîc contigit, de no[...] deunt, cum alias ex repletione ſto[...] per cibum & potum, aliiſque cauſis q[...] oriri poſſint) ſigna capitis & cerebri læſi ſ[...] apud *Hippocrat. & Celſ. loc. cit.* videre[...]

am tamen lethalitatem abſolutam, vel per lem indicant, hæcque non minus ac alia pe- loſiora ſymptomata (quæ quidem non tam aturâ vulneris, quàm ex accidenti & negle- idoneorum auxiliorum acceſſerunt) per peſtivam V.S.Clyſteres, cautam vulneris di- ionem (utut hoc in ſe jam ſatis amplum fue- lebitam eductionem ſanguinis extravaſati, ſquam putreſcere inceperit, extractionem nentorum aut feſtucarum & ſimilia, tam urgica, quam Pharmaceutica Remedia, m ſymptomaticam, inflammationem, ce- i corruptionem &c. inhibentia (ut talia *Paræum, Pavvium, Foreſtum, Valle- m*, utrumque *Fabricium, Scultetum, . Horſtium, Tim. à Guldenklee &c.* ſatis que occurrunt) præcaveri potuiſſent.

inc ob cauſas tam allegatas, quam alias c quamplures (dum ſc. neque Medicus in Peritus, una cum Chirurgô Caſtrenſi, ſta- principiô vocatus, neque remedia ſupra- adhibita fuerunt) vulnus hoc pro ſimpli- & abſolutè lethali vix habere poſſumus. tante propriâ nominis noſtri ſubſcriptione illo Facultatis Ordinariô. *Sign. Giſſæ die eptembr.* 1696.

J. F. Dillenius, D. h. t. Facult. Med. Decan. & Acad. Rector.

Mich. Bernh. Valentini, D. & P.P.

CASUS XVIII.

DE

LNERE CAPITIS IN SUB- STANTIAM CEREBRI PENE- TRANTE.

. P.

ius in ſympoſio ſauciatus in capite, de- mâ die poſt mortuus eſt, & quia hæredes tant, cauſam hujus mortis ſubitaneæ pro à plagis vel contuſionibus, quibus ab ad- is exceptus, ideò cognitionem homici- us commiſerunt Nobiliſſ. Judicis officio, erâ ſtatim die corpus defuncti legaliter & aperiri curavit, prout videre eſt ex Re- ſub A. Obſervandum hîc, quòd 1. Ti- ſt ſauciationem ſtatim quidem deliga- d 2. aliquem invaſit, ulturus contuſiones as, niſi à tertio interveniente fuiſſet re- . 3. Saltavit per aliquot horas, uſque nguis ex vulnere rurſum proſiliit, ita ut â deligatione opus haberet. 4. Manè uente in mactra circa curiam ſe portari 5. Poſt meridiem per quadrantem millia- ris domum ſe contulit pedibus ſuis. 6. A Balneatore quodam, cui experientia in curandis vulneribus, & apparatus inſtrumentorum Chirurgicorum deficit, curatus. Dubium itaque: utrum Titius præter omnem navatam operam, ab acceptis plagis mori neceſſariò debuerit? vel, an magis ex malo regimine, aut imperitia balneatoris, vel aliis ſymptomatis, quæ allegatam Cerebri putredinem produxerunt, hoc contigerit? Ut itaque hoc dubium eximatur nobis & Judicibus, deliberent, quæſo, Excell. Veſtræ ſuper hoc caſu collegialiter, & in forma probante ſententiam mihi communicent: *An ex lethalitate abſolutâ hic patiens obierit?* Dab. Torgaviæ die 26. Jan. 1642.

Andreas G.

A.

DEprehendimus in Titio vulnus occipitis ſiniſtri, longitudine digiti ab aure ſiniſtra verſus dextram, eodem etiam ſpatio à prima vertebra diſtans: cranium erat magnitudine dimidii thaleri depreſſum & incurvatum, ab extremitate aſciæ, quâ contuſio hæc peracta, ita, ut ab hac incurvatura vel depreſſione cranii, fragmenta aliquot, per duram & piam matrem, profunditate dimidii digiti in ſubſtantiam cerebri penetraverint, circumferentia unius Groſſi, in medio vulneris cerebrum conſpiciebatur putridum, fœtidum, colore flavum inſtar vitelli corrupti, profunditate unguis in digito, videbaturque hæc putredo totum occupare cerebrum; dura mater lìvida erat, & ab effuſo cruore ſugillata &c.

Chriſtoph. H.

Reſponſum Facultatis Medicæ Lipſienſis; ſcilicet vulnus hoc cerebri periculoſum quidem, non tamen lethale fuiſſe.

SCire deſideratis à Nobis, *utrum Titius in capite inter compotandum ſauciatus, inevitabiliter mori exinde debuerit?* Hoc ut eo promptius expediremus, accuratiorem relationem Medici & Chirurgi ſperâſſemus. Illa enim ſub A. eſt admodum confuſa, obſcura: Nihilominus, ſtante iſtâ, dicimus: quod licet omnia Cerebri vulnera, tum propter partis nobilitatem, tum propter conſenſum nervorum & conſolidationis difficultatem, admodum periculoſa ſint, cumprimis illa, quæ cum contuſione fiunt; minimè tamen exinde concludendum, quod per conſequens omnia vulnera cerebri, ſed tantum illa, quæ ventriculos ejuſdem penetrant, & quæ lethalia ſymptomata ſtatim ſubſequuntur, abſolutè & ſimpliciter lethalia ſint. Experientia ſiquidem conſtat, quòd non

ſolùm ejuſmodi vulnera, ſed profundiora quoque & cum deperditione ſubſtantiæ à peritis Chirurgis, idoneis inſtrumentis, legitimâ obſervatâ Diætâ, & remediis convenientibus adhibitis, fuerint curata. Quoniam verò Titii vulnus (ſit fides relationi) 1. tantùm unguis profunditate cerebrum penetravit. 2. Nulla Symptomata lethalia mox ſubſecuta. 3. Nec ipſe perito & inſtrumentis idoneis inſtructo Chirurgo commiſſus. 4. Multo minus Diætam obſervavit patiens, ſed 5. poſt deligationem per aliquot horas ſaltavit, 6. aëri ſemet expoſuit, 7. quadrantem milliaris eundo emenſus, quâ commotione ſanguinis maſſa facile potuit inflammari; 8. decimo quoque die poſt vulnerationem demum mortuus, hinc ex adductis rationibus aliter concludere non poſſumus, quàm ita: *quod Titii quidem periculoſa vulnera, non tamen per ſe lethalia fuerint*, ſed potuiſſe eundem, adjuvante Divino Numine, idoneis inſtrumentis ac medicamentis, feliciter curari; mortuus itaque eſt potius Titius ex malo Diætæ Regimine, & defectu periti Chirurgi, quàm *vulneris lethalitate abſolutâ*. Dab. Lipſ. die 31. Januar. 1642.

Vid. Amman. Med. Crit.

CASUS XIX.

DE

VULNERE CRANII CUM SUPPURATIONE CEREBRI.

Requiſitio.

P. P.

Cum oblatione ſervitiorum noſtrorum paratiſſimorum Vobis, Domini, reticere non poſſumus, ex Actis Judicialibus hìc ſimul adjectis quoque videre licet, quâ ratione Valentini Rothii uxor, Alten-Geiſſingæ, ſub lite, Marito ſuo cum Elia Büttnerô hujusque Conſortibus die 21. Novembr. 1664. intercedente, in capite ita vulnerata fuerit, ut die 13. Decembr. 1664 tandem, elapſis prius tribus ſeptimanis, obierit; quemadmodum autem ſub ipsâ cadaveris Sectione Medicus ad eandem requiſitus, D. JOHANN CASPAR HORN & Daniel Hoffmann Chirurgus, ambo Freybergenſes, atteſtatum aliquod, vulnus lethale fuiſſe, in Act. fol. 25. dederunt: Ita mihi Vice-Præfecto ratione officii æquè ac juſſus gratioſiſſimi incubuit, contra utrumque Inquiſitum, Eliam & Joh. Henricum Büttneros inquiſitoriè procedere, donec res eò deducta fuerit, ut alteri inquiſitorum Eliæ Büttnero, juxta ſententiam *fol.* 199. tortura dictata,
poſt ejus autem Defenſionem alibi diduct
fol. 245. juri conſentaneum judicatum fueri
Quoniam Inquiſitus in Defenſione ſuâ co
tra Medici & Chirurgorum Relationem unu
alterumve allegavit, & ut Acta Collegio ci
dam Medico transmitterentur hujusque ju
cium expeteretur, rogavit, hinc ocyus ill
fiat, & ita tam defenſionis, quàm cauſæ intui
juri & æquo ſatisfiat! "
Nobis quoque fol. 244. inter alia Clemen
mè injunctum fuerit, ut conjunctim Proceſ
Inquiſitionalem urgeamus & promovean
Inſuper dictus modò inquiſitus iteratam D
ctionem in Actor. fol. 247. produxerit; ut a
que totum hoc negotium in ſola hâc quæſti
an vulnus hoc ſimpliciter & abſolutè letha
dicendum? acquieſcat? Hinc Dnn. noſtros
noratiſſimos officioſiſſimè rogamus, veli
ſum hunc probè conſiderare, Sectione
Actis *fol.* 25. reperibilem, ut & argument
quiſiti, tam fol. 145. ſequ. quàm 232. 23
248. ſeqq. contra eandem allegata dilige
mè examinare, & de omnibus ſubactum
cium & ſententiam, cum remiſſione Acto
pro debito honorario, Nobiſcum per Tab
nem hunc communicare &c. *Altenburg*
18. *April. Anno* 1668.

N. N. N. N.

Atteſtatum Medici & Chirurg

Ex deſiderio & diſpoſitione Nob. &c
Caroli N. Sereniſſ. Elect. Saxon. Vic
fecti Altenburgico-Geiſſingenſis nos in
minati, in præſentiâ Judicialium, cadav
riæ, Valentini Rothii, Metallicolæ, Ux
ſpeximus & obſervavimus: 1. Vulnus a
longitudine ſupra oculum ſiniſtrum, pr
turam coronalem. 2. Pericranium & peri
diſcontinuatum erat, ita, ut cranium d
tum fuerit & ſub ipſo vulnere corruptu
Poſt cranii apertionem ad articuli longit
4. feſtucas ſeu fragmenta ſatis notabili
ſub cranio hærentia, tria ſcilicet numm
cati (eines Zvveyers) magnitudine, q
verò paulò minus, quæ duram & piam
penetrarant & ab ictu plagaque vehemen
majore inflicta, ita decuſſa fuerunt. 4
cerebrum, intra cranium pus ſincerum
latitudine, quô remotô 5. foraminula
nucleum ceraſorum æquantia, occur
quibus digito compreſſis, pus per pia
rem confertim erumpebat, quod ali
contigit, & quia invenimus totum ce
ſuppuratum eſſe, hinc reliquum miſſ
mus, craniumque occluſimus. Ex
quoniam ante mortem Ejus febris
ria cum immani calore & debilitate, u
ſeâ ciborum, vomitu, agrypniâ
lepſia continua acceſſerunt, vid. H

S.6.Henr. Froben.l.2. c.1. & Senn.l.5. 4. *c.8.de prognoſt. vuln.* hinc vulnus hoc thali habendum. *Dat. Altenburgi d.*19. 664.

Johann.Caſpar.N.D.
Daniel Hoffmann, Chirurg.

nſum Facultatis Medicæ Witten-rgenſis, deſuper illethalitate vulneris cranii.

P. P.

Jid in cauſa Mulieris alicujus plagâ qua-lam vulneratæ Nobis perſcripſeritis,& quâ e Dnn. à Facultate Medicâ hujus loci in-ri deſiderent, an vulnus pro ſimpliciter habendum ſit? hoc ex quæſtione, hiſce redeunte,ſatis diſtinctè percepimus. Quo ntuitu Nos Decanus &c. præviâ diligenti ratione & ex ſeqq. fundamentis agnoſci- veritati non minus, quàm juſtitiæ con-eum eſſe dicimus, quòd læſio hæc pro re ſimpliciter, per ſe & ſuâ naturâ lethali, & agnoſci non poſſit; 1. quòd vulnerata ô demum ab obitu die inſpectioni ſub-uit, ubi cerebrum facillimè & citiſſimè npitur, cumprimis, ſi vulneratum fuit & æ exitus ſufficiens denegatur, quapro-l ſolidi hîc determinari poteſt. 2. Quia ata poſt contuſionem illatam per XXII. huc in vivis ſuperſtes manſit; 3. quoque la proſtant, ejuſmodi Perſonas, in quibus m cum pia duraque matre, imò ipſo cere- læſum fuit, ut multa cerebri pars ob pu-em effluxerit,curatas fuiſſe. Hoc & ſimi-ſtantur *Arcæus*, *Botallus*, *Foreſtus*, *rtus, Fabricius Hildanus* &c. & licet 4. *crates* vulnera veſicæ, cerebri, cordis &c. dicat, repetente id *Cornelio Celſo*, vox θανατῶδες hîc lethalitatem quoque acci em, utplurimum contingentem, item im periculum denotat, ut ſatis conſtat. ieri vulneratæ nulla Diæta imperata fuit, ri frigido, qui cerebro prorſus inimicus xpoſuit & aquam vitæ hauſit. 6. Tracta-neris legitima & methodica non fuit, rulentæ materiæ æquè ac fragmentis de-xitus paratus non fuit. 7. Vulnerata fuit ia correpta & poſt illatam plagam ſemel ,ipſumque caput alliſit. Ex his igitur aliis-ionibus ſatis ſuperque videre licet, vul-c pro ſimpliciter, per ſe & ſuâ naturâ le-beri non poſſe, quod hiſce atteſtamur *Vittenbergæ die* 9. *Martii, Anno* 1668.

Decanus, Senior, &c.

ReſponſumFacultatis Medicæ Lipſienſis, de eodem caſu.

P. P.

Quandoquidem haud ita pridem Quæſtionem aliquam unà cum Actis judicialibus Nobis transmiſeritis, noſtramque de eâ informationem deſideretis:

An ſcil. Vulnus Valentini Rothii conjugi ſub durante diſſidio illatum pro ſimpliciter & abſolutè lethali habendum ſit, nec ne?

hinc præviâ diligenti perluſtratione dictorum Actorum maturaque eorum ponderatione referimus, quod vulnus modò allegatum pro ſimpliciter & abſolutè lethali habendum non ſit, dum poſt illatam læſionem ægra, tam ratione curationis, quàm ratione Diætæ debitè obſervata & tractata non fuit, cumprimis Trepanatione inſuper habita & neglectâ, utpote quâ majora adhuc Capitis vulnera curata fuerunt. Unde multò minus ex ipſa ſectione, die 7. poſt mortem demum inſtitutâ, lethalitas hujus vulneris hauriri poteſt; adeoque læſio hæc ex accidenti lethalis evaſit. Quod &c. *Lipſiæ die* 24. *Aprilis* 1668.

Vid. Ammanni Praxis Vuln. Lethal. Dec.1. Hiſt.7. pag.69.

CASUS XX.

DE VULNERE CAPITIS CUM MENINGUM ET CEREBRI LÆSIONE, AC INUNDATIONE VENTRICULORUM.

P. P.

Poſtquàm Henricus N. me verbis injurioſis, citra meritum, affecit, ad vindicandam exiſtimationem meam, gladium evaginavi, planitie eundem percuſſurus ſolùm, caſu vero vel alio infortunio ſuccedente, gladius aliter directus, ipſeq; in Capite vulneratus fuit, quô factô ſtatim in Muſæo meo deligatus,& Chirurgo commendatus, ut nihil eorum intermitteret, quod ad felicem Curationem facere poſſet, qui etiam Chirurgus hoc vulnus flocci pendit, dicendo: eſſe tantùm vulnus ſimplex, nec cranium læſum, hinc non eſſe neceſſarium, ut Medicus advocaretur, poſſe talia à Tyronibus curari, quod etiam intra 14. dies conſolidavit, & ita ſupinâ ſuâ negligentiâ cauſatus, quod Henricus N. tandem die 12. Julii, & ita ſeptimâ hebdomade à vulneratione, poſtquàm aliquoties vulnus recruduit, mortuus fuerit. Perſtitit in ſua opinione

etiam in vulneris inſpectione, cranium illud vulnus non penetrâſſe; ſed, proh dolor! ſeparatâ cute, deprehenſum, quod non ſolum vulnus cæſim factum Cranium, & quidem Os ſyncipitis ſiniſtrum, prope angulum, quem facit ſutura Coronalis cum ſagittali, penetraverit, exiſtente in cranio foramine, craſſitie piſi, longiuſculô tamen. Apertô porrò craniô, & dura mater ipſumque cerebrum læſum, apparente in margine vulneris corruptione ac putredine, in dextro cerebri ventriculo eximia quantitas materiæ ſeroſæ, ſiniſter autem cerebri ventriculus anterior plenus erat ſuccoſæ & purulentæ materiæ, ita ut vix 3. cochlearia eandem ceperint, prout pluribus ex Relatione patebit.

Occurrunt ideò varia dubia ſuper hâc lethalitate, aut qualitate vulneris, v. gr. 1. *In genere: An capitis vulnera ex doctrina Hippocratis, qui nullum Capitis vulnus contemnendum eſſe ſcribit, per ſe lethalia, & maximè periculoſa ſint?* 2. *An vulnera Capitis, ubi cranium quidem læſum, vulnus autem ex negligentia nimis citò conſolidatum, vulneratus etiam uſque in 7. hebdomada vixit & iterum munia ſua obivit, pro lethalibus habenda?* 3. *An vulnera cerebri, in & per ſe, lethalia ſint?* 4. *Annon in vulneribus Capitis & cranii, quæ ex incuria nimis citò conſolidantur, multum ſeroſæ ac purulentæ materiæ retineatur, cujus acrimoniâ Cerebrum corrodatur, & patiens poſtmodum neceſſariò moriatur?* Et ut eò melius mentem meam conſequantur Excell. Veſtræ, adjunxi Conſilium Tit. Dn. D. Victor. N. qui in deciſione harum quæſtionum mihi adſtipulatur.

Peto itaque perquàm officiosè, velint omnia ritè ponderare, & poſtmodùm in forma probante me certiorem reddere: *Utrum, rebus ſic ſeſe habentibus, ulla culpa mortis, vulnerationem ſubſequentis, mihi queat imputari.* Dab. Wittenberg. die 14. Maji Anno 1662.

Detlevus N.

Reſponſum Facultatis Medicæ Lipſienſis, ſcilicet vulnus hoc cranii & cerebri non fuiſſe ſimpliciter lethale.

PRæviâ Collegiali deliberatione & perluſtratione Actorum, ac circumſtantiarum omnium hîc requiſitarum, dicimus ad quæſtionem: 1. Quòd quidem in genere omnia Capitis vulnera, etiamſi Cranium modò ſuperficialiter ſit læſum, non ſine periculo ſint, cumprimis circa ſuturas ſi facta fuerit læſio, partim ob conſenſum cranii cum meningibus, partim ob contrafiſſuras, fracturas laminæ interioris, aliaque latentia mala. Hinc rectè *Hippocrates*: *Nullum Capitis vulnus eſſe contemnendum.* Attamen non omnia capitis vulnera per ſe, ſimpliciter & abſolutè ſunt lethalia, dum[...] gna eſt differentia inter vulnera lethalia, & [...]ter periculoſa; ſed experientia monſtrat, q[...] non tantùm Cranii vulnera, verum etiam [me]ningum, quin ipſius Cerebri, præſertim rat[ione] corticis ejusdem, feliciter fuerint curata, ſi[...] à parte patientis, quàm Chirurgi, nihil i[...] miſſum: hinc 2. Quia vulnera cranii ex in[curia] vel negligentia nimis citò conſolidantur, [...] purulentæ materiæ exitus intercipitur, hoc [...] tàm violentiæ læſionis, quàm errori, à Ch[irur]go commiſſo, imputandum, & proptereà [vul]nera talia pro ſimpliciter lethalibus non [...]tanda. 3. Nec omnia vulnera Cerebri, ſed [...]rùm illa ſimpliciter ſunt lethalia, quæ m[edul]lam ejus penetrant; quæ autem ſolum cort[icem] cerebri lædunt, ſunt quidem ſatis pericu[loſa] abſolutè tamen lethalibus ſemper non ann[ume]randa. 4. Nec negandum: quòd purule[nta] ſeroſa materia retenta tantam acrimonia[m] [tra]ctu temporis contrahat, quæ non tantùm [cere]bri ſubſtantiam, aliàs mollem & ſpongio[ſam] verùm etiam ipſum cranium corrodat; in[de ne]ceſſariò varia & periculoſa ſymptomata [...] tempeſtivè evacuentur, ſubſequuntur, [...] ob has cauſas omnes, cauſa mortis in vul[...] Henrico N. tibi minimè imputari pote[ſt] *Dab. Lipſ. die* 18. *Maji, Anno* 1662.

Vid. Amman. in Med[...]

CASUS XXI.
DE VULNERE CAPITIS C[UM] FRACTURA ET FESTUCA CRA[NII] IN CEREBRUM PENETRANTE.

Species Facti.

PErſonæ nonnullæ criminaliter accu[...] ratione imputati Homicidii, ipſaque [...] tutio vulnerati & apertura partis læſæ, ut [...] Relatio pluribus edocet, obſervata fui[...] tur, ita ut Defenſor è deſcriptione tali [...] dat dextram ſyncipitis partem ictu affect[...] unde cranium in 6. fruſta diſſiliit, inter c[...] & duram matrem multum ſanguinis c[...] repertum, & ventriculi cerebri ſanguine [...] inſigniter repleti fuerunt, fragmento cr[anii] duram & piam matrem in ſubſtantiam [...] penetrante, adeò ut cerebrum, tanqu[am] nobilis ſummè vulneratum fuerit; D[...] ſimul dubia quædam oborta ſunt, dur[...] ger, quamvis tam miſerrimè tractatus [...] hibeatur, præviâ tamen adhibitione [...] rum nonnullorum, tam Pharmaceuti[co] quàm Chirurgicorum, à 24. uſque ad [...]

diem denuò loqui, audire; videre & ſen-
valuerit, maximè, cum vi Relationis illi-
teſte Hippocr. à vehementi cerebri con-
one, non tantùm voce privetur læſus, ſed
n non videat, non audiat, ſed & ferè mo-
r, & quæ hujus generis alia &c.

Quæſtio.

Uapropter Ampliſſima Facultas Medica
requiritur, ut judicium ſuum impertiat, an
edentia vivi & conſequentia exanimati
ĉti inter ſe invicem legaliter concludere
nt? item an vulnus pro abſolutè & ſimpli-
lethali habendum ſit, ac nullô prorſus
ſubſidio curari potuiſſet?

Inſpectio & Relatio.

Ùm d. 23. Aug. currentis anni ad ſubdi
um quendam Elect. Moguntini, die 21.
em propè Alsfeldiam dentali in dextrô
itis latere vulneratum, Vackenrodam
us fuiſſem, hunc ipſum in tam miſerabili
offendi, ut demortuo magis, quam ad-
viventi homini ſimilis mihi viſus fuerit.
at enim ſenſus motuſque abolitio, obmu-
tia, oculorum obcæcatio, cum ſomno
ndô, ita ut neque loqui, videre, audi-
eque ſentire, multò minus ſe movere po-
; è quibus immanis ſanè concuſſio cere-
deque oborta perturbatio ſpirituum ani-
m, eorumque influxus denegatio facilè
di poterat: Nam à vehementi cerebri
ſſione non tantùm voce privatur læſus,
am non videt, non audit & ferè moritur,
pocrates habet. Nihilominus tamen,
nte adhuc, quàm exiguâ licet, ſpe ſenſu-
cuperandorum, conſiderandoque moni-
elſi, quô vulneratos nunquam ſine auxi-
nquendos nec deſerendos eſſe cavet, fa
us prognoſtico, ægrum in maximô ver-
riculô, quædam Artis præſidia, tam
aceutica, quàm Chirurgica tentabam,
r Dei gratiam tantùm proficiebant, ut
24. ad 27. Aug. diem denuò loqui, au-
videre & ſentire potuerit, ita ut haud
reconvaleſcentiæ ſpes affulſerit: vulnere
n lege artis ſedulò obligatô & neceſſariis
ſmatibus munitô. Aſt malum proh do-
m ingens erat, ut tandem omnia artis
a eluſerit, & vulneratus die 28. Aug. ſum
nè circa ſecundam inopinatò animam
it.
occùm Magiſtratui Principali hujus loci
um fuiſſet, ſectionem Cadaveris ille in-
ravit, quæ eodem quoque die in præ-
triuſque Partis & Electoralis Moganti-
rincipalis Haſſo-Darmſtatinæ Præfecto
d id Deputatorum, inſtituta, ipſaque
quenti ratione inventa fuit.

H. Pand.

Sub inſpectione & apertione corporis exa-
nimati ſtatim ab initiô, in parte ſyncipitis dex-
trâ, vulnus inveniebatur, quod digiti medii
longitudinem & latitudinem ferè adæquabat,
cum depreſſione cranii permagnâ. Cute de-
cuſſatim incisâ, eaque ex parte detectâ, peri-
cranioque ſeparatô, quouſque introceſſio ſe
pandebat, cranium in ſex particulas diffractum
quaſi diſſiluiſſe conſpiciebatur. Apertô craniô
quantitas ſanguinis congrumati occurrebat,
quæ palmæ latitudine duræ matri incumbebat,
& meo q. judicio ℥iiß ad ℥iij forte pendere potu-
iſſet. Deterſô hôc ſanguine apparebat, quòd
particula diffracti cranii, duram cum piâ ma-
tre ipſamque cerebri ſubſtantiam ad profundi-
tatem articuli penetraverit, unde & cerebrum
ferè ad digiti latitudinem & articuli profundita-
tem putredine jamdum correptum erat. Per-
luſtrato tandem etiam cerebro, in ventriculis
ejus & ſinubus inſignis quantitas ſanguinis &
lymphæ collecta erat, quæ è vaſis ſanguiferis &
lymphaticis, per vehementem concuſſionem
ruptis, ut facile hariolari licet, effluxerat, & ita
ſpiritus animales tandem omninò ſuppreſſi fue-
runt. Quia tandem quoque in infimo ventre
vel abdomine læſio quædam adeſſe putabatur,
hinc & ille apertus, ſed nihil internè læſum ob-
ſervatum fuit, niſi quòd ſcrotum cum teſti-
culis per fortiorem compreſſionem contuſum,
& propterea ſanguine ſugillatum fuerit. Quod
properanter atteſtantur

Joh. Juſt. Bücking D. Phyſ. Ord.
Joh. Peter Allendorff, Chirurgus.

Alsfeldiæ d. 1. *Sept. An.* 1686.

Reſponſum Facultatis Medicæ Giſſenæ; deſuper Illethalitate Vulneris Capitis.

QUum Facultas Medica hujus loci requiſita
fuerit, ut judicium deſuper ſequenti quæ-
ſtione impertiat, an in Relatione Medici &
Chirurgi adducta antecedentia vivi & conſe-
quentia exanimati Subjecti inter ſe invicem le-
galiter concludere valeant? Item, an Vulnus
pro abſolutè & ſimpliciter lethali haberi, & pror-
ſus nullo artis ſubſidio curari potuiſſet?

Hinc Nos Decanus & Profeſſores Ordinarii
Facultatis Medicæ hujus loci, præviâ accuratâ
ponderatione omnium & ſingularum in Relati-
one hac obſervandarum circumſtantiarum
Principiis Medicis & Chirurgicis conſentane-
um eſſe ducimus:

Quantum ſc. primam attinet quæſtionem,
negari quidem non poteſt, quod ſenſus & mo-
tus abolitio, obmuteſcentia, oculorum oc-
cœcatio, ſomnus profundus, quibus ſympto-
matibus occiſus correptus offendebatur, à ſimili

conſtitutione præternaturali capitis, qualis ſub inſpectione ſe truſit, interdum oriantur, adeoque non ſine cauſa in dubium vocari poſſit, quî in tantum æger reſtitutus fuerit, ut à 24. ad 27. diem, loqui, audire, videre & ſentire potuerit, cum tamen adhibita præſidia, tam Pharmaceutica, quam Chirurgica conſtitutionem illam præternaturalem minimè correxerint;

Quoniam tamen genus teli, quô ictus illatus fuit, dentale ſcilicet, ſimiliter depreſſio & fractura cranii in ſex particulas, ut non minus fragmentum, cerebro impactum, ſatis oſtendunt, quod caput vim inſignem, moleſque cerebri ingentem commotionem perpeſſa ſint, & verò juxta *aph. Hippocr. Sect.* 7. §. 58. quibus cerebrum vehementer fuerit concuſſum, mutos fieri protinus neceſſe ſit: Quod *lib.* 1. *de morb.* adhuc latius extendit, hiſque adhuc plura ſymptomata addit, his verbis: Si cerebrum concuſſum fuerit, eum illicò voce deficere, neque videre, neque audire neceſſe eſt. Inſuper ſanguis coagulatus æquè minus ac putredo ſubſtantiæ cerebri, dubiô procul, in principiô hujus ictus adfuerunt: E contra verò ambo hæc æquè ac reliquæ res præternaturales in capite detectæ non obſtare potuerint, quo minus enarrata ſymptomata evanuerint;

Hinc ſymptomata illa, quibus Defunctus ab initiô correptus fuit, neutiquam conſtitutioni præternaturali capitis & cerebri, ut illa ſub inſpectione modô ſupradictô inventa fuit, ſed potius commotioni cerebri adſcribenda ſunt, adeoque in Relatione Medici & Chirurgi enarrata antecedentia vivi & conſequentia exanimati ſubjecti inter ſe invicem legaliter vel ex lege Artis Medicæ concludunt. An autem hæc commotio cerebri lethalis ſit dicenda, vel eâ de causâ fundamentaliter dijudicare non poſſumus, quia in allegata Relatione non additur, quod ante occiſi mortem ejuſmodi accidentia, quorum *Jacob. Hollerius in Schol. ad alleg. Aphor. Hippocr.* meminit, v. g. inflammatio, febris acuta, delirium, pulſatio vehemens, convulſio, ſideratio ſupervenerint.

Alteram quæſtionem quòd attinet, an ſc. vulnus pro abſolutè & ſimpliciter lethali habendum, & prorſus nullô artis ſubſidio curabile fuerit? De nihilô quidem non eſt, quod ſimilia capitis vulnera, cum depreſſione cranii conjuncta, & ubi feſtuca aliqua membranas pungit, nec non tam gravibus ſtipata ſunt ſymptomatibus, ſummè periculoſa ſint, ipſe etiam eventus lethalitatem confirmet, dum Æger die ſeptimô periit; attamen verò, & quoniam depreſſiones ejuſmodi in principiô vectibus convenientibus aliiſque inſtrumentis, à *Petr. Pavv. lib. de cap. vulneribus*, *Joh. Scultet. in Armament. Chirurg.* & aliis deſcriptis, elevari poſſunt, quod quidem hîc eô facilius fieri potuiſſet, ſi facta inciſione cutis in formam crucis, juxta cum feſtuca in cerebri ſubſtantia hærente, ſex particulæ cranii fracti, dum[…] dò, ut probabile videtur, ſeparatæ fuer[…] lege artis extractæ fuiſſent, itaque proceſſiſſ[…] ut modò laudatus *J. Scultetus Obſervat.* 9. […] cet, qua ratione cum ejuſmodi ſubjecto p[…] cedi debuiſſet, quod ex introceſſione cran[…] puncturâ duræ Matris, ob denegatum inſ[…] mentorum apparatum demortuum fuit. […] ipſô ſimul collectio ſanguinis congrumati […] caveri potuiſſet.

Quid de ſymptomatibus illîc ſubort[…] punctô lethalitatis judicandum, præter ea, […] modò in antecedentibus deducta fuerunt […] illis colligi poterit, quæ *D. Sennertus li[…] Pract. Med. P.* 1. *c.* 23. §. 19. perhibet […] quentibus verbis: Quæ initiô (capite) vul[…] tis accidunt ſymptomata, minus terrere de[…] quam quæ perſeverant, vel poſtea ſuperven[…] Cum enim fiant ſaltem ob dolorem, hæ[…] rhagiam, aut ſpirituum animalium turb[…] nem, lethale vulnus non ſignificant. […] verò vel permanent, vel quartô, ſeptim[…] aut deinceps, quô tempore omnia in m[…] mutari oportebat, accidunt, periculum […] tendunt & ſaniei collectionem, putredi[…] vel ſimile quid adeſſe ſignificant. Et lice[…] dem eventus morbi lethalis quidem fuerit […] inde tamen abſoluta neceſſitas lethalitatis […] cludi nequit.

Hinc vulnus hoc pro ſimpliciter & abſ[…] lethali habere, & quòd ullo prorſus […] ſubſidio curari non potuerit, ſtatuere no[…] ſumus.

Uberioris notitiæ fideique gratia Sigil[…] cultatis omnia confirmando. Sign. *Giſſ[…]* 17. *Sept.* 1687.

Decanus & Profeſſores C[…]
Facult. Med. Giſſenæ.

Reſponſum II. Facult. Medicæ Gi[…] deſuper eôdem Caſu.

AD Quæſtionem Superiorem Nos […] nus & Profeſſ. Ord. Facultatis Medi[…] Principiis Artis conſentaneum eſſe judic[…]

Cum juxta *Hippocr. in Principio […] riſm.* In Arte Medica ejuſque praxi o[…] præceps, quæ occaſio, teſte *Jacobô H[…] in Comment. ad hunc locum*, eſt oppor[…] rei faciendæ vel non faciendæ: In exhi[…] autem (pergit idem Autor) tempeſti[…] mediis, tota vis eſt curationis: ob id c[…] dicitur curationis anima. Hæc occaſi[…] quit *Joh. Heurnius in Commentar. a[…] locum*, præceps eſt & acuta, adeo, ut […] amplitudinem habeat, quâ revocari […] unde idem Autor, paulò ante citatum […] textum, optimè docet: Ut rectè Med[…] facias, rectè medendi interdum mome[…] eſt occaſio & captu difficilis, quâ elaps[…] natio fit, vel ad mortem, vel ad dele[…]

od illud ipſum eſt, quod allegatus *Hippo-tes* alibi, ſc. in *Epiſtol. ad Cratev.* habet: omni equidem Arte aliena eſt procraſtina-, tùm verò maximè in Medicinâ, in quâ tio vitæ periculum adfert. Temporum em opportunitates curationum ſunt animæ, mque obſervatio finis; Et verò ex actis um eluceſcit, quod Defunctus in principio culpâ, deinceps verò, ut credibile, ex ligentiâ adſtantium, agendi & curandi oc-onem evaneſcere permiſerit, & ita poſt duo demum dierum effluxum ad curam manus ibita fuerit;

Hinc credibile eſt, quòd ſi ſtatim poſt illa-vulnerationem debita remedia, & quidem, quæ in Reſponſô à Facultate Noſtrâ Me-die 17. Septembr. ad quæſt. 2. in §. atta-verò & quoniam &c. paucis adduximus, ibita fuiſſent, in reliquis etiam ſecundum s Artis proceſſiſſent, vulnus illud curabile et.

Quod Reſponſi loco, Requiſiti, in ſubſi veritatis atteſtari, & appreſſione Sigilli Fa-tis confirmare voluimus. Sign. *Giſſæ die Novembr. An.* 1687.

Decanus & Profeſſores Ord. Facult. Medicæ Giſſenæ h. l.

CASUS XXII.

DE [LE]GITIMA CURA ET ILLE[G]ALITATE CONTUSIONIS CAPITIS, CUM PLURIMIS FRAGMENTIS IN CEREBRO.

Requiſitio.

Uum ANDREAS KRAULING, Inco-la Zellenſis, 40. circiter annorum, die anuar. currentis modò 698. anni, à Caſpa-enzelio urceo Huſano cereviſiâ repleto & ntem projecto vulneratus eſſet; hoc verò itio flocci penderet, & ita quoque domum gra horâ diſtantem) ſub frigida aeris conſti-ne, non deligatus properaſſet, hæmor-a verò (non obſtantibus ſive imprecatio-, ſive benedictionibus & expiationibus, ulâ quadam bis adhibitis) non remitteret, t reverteretur, coactus fuit, ut per Chi-m Kleebergerum deligaretur; ubi appa vulnus 2. dig. diſtantiâ ſupra oculum dex-, ſecundum ductum linearum fatalium, ferè longitudine digitique minoris fermè dine. utramque cranii laminam diffregiſ-t aliquot in locis motus duræ matris clariſ-conſpici potuerit, effluente ſero limpido, minus urcei fragmentum, cranio adhuc m, cum feſtucâ hujus eximebatur, vul-

Val. Pand.

nus plumaceolis ſiccioribus (quibus *pulv. cephal. ad denud. cranii* ex *rad. ariſtol. irid. Florent. ſarcocoll. myrrh. aloe, maſt. ſuccin. &c.* paratus, inſpergebatur) implebatur, labia verò ejuſdem *unguent. digeſt. ex maſtich. myrrh. olib. aloe, ſarcocolla, pulv. gum. ammon. elem. croc. Orient. cum melle roſ. & tereb.* ♒ *lil. convall. lot.* ad conſiſtentiam unguenti redactis, inungebantur, ſuperimpoſito *empl. ſticticò Crollii*, cui (raſis prius capillis) imponebatur *emplaſtr. de betonicâ*. Externè totum caput ♒ quodam cephalico, ex *Spir. lil. convall. ceraſ. nigr. major. vini camph. &* ✳ ⊖ ✳ *vol.* parato quotidie lavabatur, & abhinc ſacculi *Spec. cephal.* repleti vinoque cocti ſingulis horis calidè imponebantur. Quoniam etiam vulneratus de doloribus, in ſummitate capitis, ſecundum ductum ſuturæ ſagittalis, ut & circa aures conquerebatur, tanto cum ſibilo, ut ſibi videatur, ac ſi ▽ deſuper in vulnus deſtillaret, hinc ſeq. præſcriptum fuit:

℞. *Pulv. contra caſum* ℈iv.
Marchion.
ocul. ♋. *præp. ana* ʒj.
Succin. alb. ℈ij.
Rad. torment. pulv.
Specif. cephal. ana ℈ß.

M. F. Pulv. de quo ſingulis diebus manè & à meridiè hora 4. veſperique ſomni tempore, tantum ſemper, quantum 3. cultri cuſpidibus prehendi poterat, cum 2. cochl. ſeq. vehiculi propinabatur:

℞. ▽. *ceraſ. nigr.* ℥iij.
lil. convall. ℥ij.
apopl. ℥j.
Liq. C. C. ſuccin. ℈ij.
Eſſent. caſtor. ℈j.
Syr. pap. errat. ʒvj. *M.*

Quibus inſequenti nocte dolores quodammodò cedebant, intumeſcente è contra facie, cumprimis circa oculos, contra quod ſymptoma *die* 17. *Jan.* oleum defenſivum, ex ⁰⁄₀ *roſ. lil. alb. chamom. ſuccin. &c.* adhibitum, veſperi quoque Clyſter aliquis applicatus fuit. *Die* 18. (qui tertius vulnerationis ejus erat) ſatis bene ſe habuit, doloreſque magis magiſque remittebant, bene dormiente ægro, cum pure laudabili. Porrò *Die* 21. *Jan.* denuò cranii fragmentum eximebatur, ut & *die* 23. ejuſdem continuando ſedulò pulverem ſupradictum internum, bene ſe habente ægro, qui neque de doloribus neque ſomno deficiente conqueſtus. *Die* 24. *ej.* novum fragmentum, & *die* 25. bina eximebantur. Hoc quoque die de dolore, circa orbitam oculi dextri, conqueri cœpit, qui tamen inſequente nocte evanuit. *Die* 26. *Jan.* feſtuca denuo exemta. noctu inſequente vomitu unico. *Die* 28. 29. 30. ej. bene ſe habuit, & abſque doloribus bene dormivit. *Die* 31. *Jan.* cum ſub ingreſſum Novilunii rurſus de doloribus ſupra oculum dextrum conquereretur, ſeq. præſcribebatur, ut de die aliquoties guttas

aliquot

aliquot volâ manus caperet, naribuſque attraheret:

℞. ▽ *Veron.* ℥ij.
Regin. Hung. ℈j.
Eſſent. caſtor. ℈ß. *M.*

Veſperi quoque Clyſterium applicabatur. *Die* 1. *Febr.* Dolores illi ſupra oculum dextrum quodammodò quidem remiſerunt, non tamen omnino ceſſarunt, unde concludebatur, inciſionem illic, ſecundum ductum fibrarum muſculi frontalis, inſtituendam, quâ factâ prorſus ceſſarunt. Nocte verò proximè ſequente de novis doloribus, in parte capitis ſuperiore, ſecundum ductum ſuturæ ſagittalis, quô in locô primum illos ſenſerat, eſt conqueſtus, quare *die* inſequente, 2. *ſc. Febr.* duo majora, cum minori unico fragmenta ſunt exemta, & ſimiliter *die* 3. *Febr.* bina alia. Quin & eodem die conſilium aliquod cum Dn. D. Müſſiggangio inſtitutum fuit, quid porrò factu opus eſſet, an trepanationem inſtituere debeamus, quæ tamen ob ſequentes rationes intermiſſa fuit, quod ſc. apertura ampla ſatis, 2. hinc neque ſanguis neque materia quædam purulenta effluxit. 3. nulla ſymptomata, aphonia ſc. febris, deliria, convulſiones &c. in ægro occurrerunt, unde ſanguinis extravaſatio, indeque ſuborta meningum inflammatio aut corruptio concludi poſſent. 4. nulla cranii depreſſio aderat. 5. Novilunium obſtabat. Adeoque medicamentis, tam internis, quàm externis inſiſtendum eſſe decernebatur, prout hunc in finem ab Eodem ſeq. præſcribebatur:

℞. *Elix. vit. maj.* ʒj.
Tinct. ſuccini.
⊖ *vol. aromatiſ. Sylv.*
∽ *C. C. ana* ʒß. *M.*

S. Mixtura cephalica, de qua manè veſperique XXX. gutt. cum 2. cochl. ſeq. ▽. ſumendæ:

℞. ▽. *lil. convall. c. Vin.*
ceraſor.
lavendul. ana ℥ii.
flor. til.
ſalv. ana ℥i.

M. S. ▽. ad Mixturam.

Die 4. *Febr.* cum dolores ſuperius in capite remittere nollent, ſuaſu D. Müſſiggangii V. S. in brachio aperiebatur & ℥iv. ſanguinis emittebantur, eodemque die bina rurſus fragmenta extrahebantur, totumque caput ſupra deſcripto 🝆 defenſivô, loco ∽ adhibiti, inungebatur, veſperi 4. cochlearia ſeq. emulſionis, à Dn. Müſſiggang ſimiliter ordinatæ, ægro propinando:

℞. *Sem. 4. frig. maj. excort. ana* ʒß.
papav. alb. ʒiß.
violar. ℈i. F. l. a. emulſ.
Add. *Lap.* ♋. *præpar.*
Corall. rubr. præp.
pulv. March. ana ℈j.
Tab. man. Chriſti perl. ℥iij.

M. D.

Hac autem nocte 3. vel 4. vomuit.

Die 5. *Febr.* dolor verſus poſteriorem pitis partem magis & inter ſcapulas ſe exter ubi de lancinationibus ingentibus conqueſ omnia in cor impetuoſè irruere addebat; u cervix in nucha oleo ſupradicto inungeba addito ſimul 🝆 lumbricorum, exemtis ru 2. feſtucis. Singultus tamen per interv ægrum affligens ſimul obſervabatur. Sub gatione vulneris de conſilio D. Müſſigg plumaceoli ſeq. elixiriô madefacti, calid plicabantur:

℞. *Gumm. ammon.*
myrrh.
aloes ana ʒj.
Pulv. croci ʒß.
∽. *ceraſ. nigr.* ℥iß.
lil. convall. ℥ß. *M.*

Stent in digeſt. per 24. horas. *Die* 6 *bruar.* Æger ſub deligatione vertigine co ebatur, aliquot denuò feſtucæ minores e bantur, doloribus in nucha & ſcapulis i dem, ut ante, gradu permanentibus, c quos DN. Müſſiggang præſcribebat:

℞. *Unguent. roſ. camphor.* ℥ß.
refrig. Galen. ℥ij.
🝆. *Nymph.* ʒj. M. F. Unguent.

Contra vigilias continuò urgentes a dem *Unguent. Popul.* ordinabatur, d ſimul Mixtura confortante ægro ſæpè co ria quædam propinando:

℞. ▽. *confortativ. Aug.* ℥iij.
epilept. Lang.
cinamom. ana ℥ß.
confect. alkerm. in compl. ℈ij.

M.

Nocte inſequente delirare cœpit, ſi ſæpius intercurrente, cum urinæ invol & inſcia emiſſione, unde *die* 8. *Febr.* convulſivi per horæ ſpatium durantes a runt, tandemque ipſa mors, abſque convulſionibus, noctu circa horam 1 cuta eſt.

Inſtituta ergo *die* 9. *Februar.* Sectio poris demortui præſentibus Dn. Prætor rath & Dn. Prætore Romrodienſe Pfaffic Conſule hujus loci D. Kickio obſervatu quod externè in cute præter vulnus omn fuerint, per nares effluente materia, pauca quantitate. Remotô craniô dur naturaliter, abſque ſanguine aut pure i bulantibus, ſe habebat, niſi quod circa ris confinia, una cum pia matre, perfr ta interioris laminæ ſ. diploes dilacerata quorum bina, quælibet articuli longi illic hæſerunt; quibus extractis ſubſtan rebri ſimul læſam fuiſſe apparebat ejus læſio in ventriculum ejuſdem be rii, h. e. dextrum cerebri penetrabat, qui pure repletus erat. Vaſa ſangui

s erant ſanguine nigricante turgida. In , ut & quartô ventriculô, imò & ſub cere- , circa principium ſpinalis medullæ, puris d ſero permixti ſtagnabat: Criſta galli xtrô latere ab oſſe ſpongioſò ſeparata & ans prorſus, per quam fiſſura quædam erſa ducta erat, ſimilisque à vulnere deor- erſus, ad orbitam oculi dextri. Omnia ninis æquè ac thoracis viſcera ſalva & conſtituta erant, niſi quod pulmones ubicundi, utut abſque materiâ purulentâ, ecti fuerint.

uandoquidem verò, nullô diligentiæ ad- curæque ſollicitæ habitô reſpectu, præter m expectationem, à quibusdam injurio- oque traducamur, quod Defunctus ne- tiâ Chirurgi Kleebergeri mage perierit, qui nec legitimè, ut decet, eundem tra- , nec tempeſtivè trepanationem adhi- (quod, ut ſanguis eximi potuiſſet, neceſ- omninò fuerit,) nec tandem â Medicis, et, melius inſtructus & examinatus fuiſſet: verò mens non ſit, hanc culpam nobis atam, ſive ſuſtinere, ſive inultam relin- Hinc Dnn. noſtros Honoratiſſimos et- que etiam rogamus, velint caſum hunc è ponderare, & deſuper ſequentes quæſtio ſponſum Facultatis nobis impertire:

quicquam à Nobis neglectum aut omiſ- fuerit?

, non obſtantibus rationibus ſupradi- (nullo cumprimis, ut poſt ſectionem ap- it, ſanguine extravaſato, multò minus ſupra duram matrem contentis) *tre- atio tamen ſummè neceſſaria fuerit?*

noſtris officiis erga Nob. & Hon. Viros demereri ſtudebimus: Quos Providen- inæ devotè committentes æternùm per- nus

Dom. noſtr. Honoratiſſ. ſervi
officioſiſſimi

Johann N. Phyſ. Alſf.
Georg. Ludvvig. N. Lic. M.
Henrich Kleeberger, Chirurgus.

---

nſum Facultatis Medicæ Giſſenæ, le qualitate curæ antecedentis.

---

iri Nobiliſſ. &c.

æ veſtræ d. 26. Febr. ad Nos datæ, unà n capſulâ quadam, Calendis Martii No- è traditæ ſunt; è quibus perſpicimus: um Andreas Grauling, Incola Zellenſis, ter annorum, die 15. Jan. à Caſp. Wen- zel, urceô, cereviſia pleno, in fronte vulneratus eſſet &c. indies Medicamenta & operationes, ab initio quidem à Dn. L. Schleirmachero & Chirurgô Kleebergero ſolis, poſtmodum verò ſimul à DN. Müſſiggangiò, communicatô con- ſiliô & unitis viribus propinata & ſuſcepta fue- rint: Et quâ ratione, non obſtante diligentiâ cu- râque ſollicitâ, à Vobis adhibitâ, vulneratus ta- men, præcedentibus quibusdam vomitibus, do- loribus in ſummitate capitis & ſupra oculum dextrum, uti non minus in nuchâ & inter utram- que ſcapulam perceptis, accedentibus ſimul, ſub deligatione vertigine, vigiliis continuis cum aliquali delirio, ſingultu per intervalla recur- rente, cardialgia, urinæ involuntaria emiſſione, motibusque convulſivis, per horæ ſpatium du- rantibus, tandem die 28. poſt illatum ictum, noctu circa horam 12. exſpiraverit: Similiter, quod ſectione die 9. Febr. in corpore demortuô legaliter inſtitutâ, externè in cute, præter ipſum vulnus, nequicquam, per nares autem mate- riam quandam purulentam effluxiſſe, obſerva- tum fuerit: Remotô verò à craniô dura mater ſeu craſſa meninx naturaliter, abſque ſanguine vel pure eandem cingente, ſe habuerit, ita ta- men, ut in confiniis vulneris eadem cum piâ ma- tre, à fragmentis quibusdam interioris laminæ ſeu diploës lacerata fuerit, ubi quidem bina ejus- modi fragmenta, articuli utrobique longitu- dine, hæſerint & exemta fuerint: Subſtantiâ ce- rebri illîc ſimul vulneratâ, cujus læſio in ventri- culum cerebri dextrum penetrarit, utpote qui materiâ purulentâ repletus fuerit: Quod ulte- rius vaſa ſanguifera piæ matris, ſanguine nigri- cante turgida fuerint: In tertiô & quartô quo- que ventriculo & ſub cerebello, circa princi- pium ſpinalis medullæ aliquid materiæ puru- lentæ ſero permixtæ ſtagnaverit: Criſta Galli vero, in dextro latere ab oſſe ſpongioſô ſepa- rata prorſus vacillaverit, quam fiſſura transver- ſim trajiciebat, qualis à vulnere deorſum verſus ad orbitam oculi dextri quoque pergebat. Re- liquis C. H. viſceribus (exceptis ſolis pulmoni- bus atro-rubeſcentibus) ſalvis exiſtentibus. Omnia ſecundum tenorem Relationis Veſtræ ad Nos perſcriptæ.

Quandoquidem verò, non attentâ diligentiâ curâque ſolicitè à vobis adminiſtratâ, præter omnem ſpem nonnulli Vos injurioſè traducere, & hinc inde diffamare ſuſtineant, perhibendo, Defunctum ex incuriâ & negligentiâ Chirurgi Kleebergeri magis exſpiraſſe, qui nec eundem, ut decet, legitimè tractaſſet, trepanationem, ad educendum ſanguinem omninò neceſſariam, omittendo, nec à Medicis rectius inſtructus & examinatus fuiſſet: Vos autem non permiſſuri ſitis, ut ipſis hoc impunè abeat, aut culpa im- putata penes vos reſideat; adeoque nos, ut ca- ſum hunc maturè ponderare & ad ſeq. quæ- ſtiones:

1. *An in cura hac à vobis aliquid omiſſum aut neglectum fuerit?*

 2. *An*

2. *An trepanatio aliqua* (non obſtantibus rationibus allegatis, nullô etiam, ut ſectio docuit, ſanguine, multò minus pure ſupra duram matrem exiſtente) *ſummè neceſſaria hic fuerit?*

reſpondere velimus, legitimè requirere voluerītis:

Hinc Vos, Viri Nobiliſſ. amici reſponſi loco, celare non poſſumus, quod præſentem caſum, cum circumſtantiis illîc occurrentibus pro rei gravitate, diverſis vicibus maturè & collegialiter expenderimus & ponderaverimus, ejus poſtmodum intuitu unanimiter & conſtanter afferentes, quod in Priori quæſtione unum quidem aut alterum, ratione curationis, tam à parte Chirurgi, quàm Dnn. Medicorum adhuc monere poſſemus: Quoniam verò hoc tale ad lethalitatem vel illethalitatem vulneris quæſtionis parum vel omnino nihil contribuere valet, cum licet altera feſtuca, quæ poſt mortem demum vulnerati ſub durâ mate reperta fuit, exploratoriô ſuſpensâ manu adhibitô tangi, & poſtmodum vel per ipſius duræ meningis inciſionem (de quâ *Glandorp. in ſpeculô Chirurg. Obſ.* 4 *Sennert. lib.* 1. *Pract. P.* 1. *c.* 23. *p. m.* 173. *Barbette in Chirurg. c.* 18. *p. m.* 66. *& Blancard. Collect. Med. Phyſ. c.* 1. *obſ.* 27. *it. Bohn. Exam. vuln. lethal. p.* 199. *&* 215. *& Ammannus Prax. vulner. lethal. p.* 80. §. 11.) eximi potuiſſet; neutiquam tamen videre queamus, qua ratione alterum fragmentum, quod ſub dura & piâ matre (juxta poſteriorem veſtram relationem) latuit, eximi potuiſſet; nec quomodò profundior læſio cerebri ſubſtantiæ medullaris, in dextri hemiſphærii ventriculum uſque penetrans commodè curari: Nec in eodem æquè ac 4. ventriculô, circa principium ſpinalis medullæ inventa materia purulenta & ſeroſa educi potuiſſet; ut de fiſſurâ jam & ſeparatione proceſſus interioris oſſis ethmoidis ſeu cribriformis, criſtæ galli ſimilis, jam taceamus. Adeoque exiſtimamus ægrum magis ex gravitate ac lethalitate vulneris, quàm negligentiâ & incuriâ ſive Dnn. Medicorum ſive Chirurgi Kleebergeri diem ſuum obiiſſe.

Alteram quod attinet quæſtionem:

An ſc. Trepanatio in hoc vulneratô neceſſaria fuerit? Ad eandem reſpondemus negando, non ſolùm ob rationes, à Nobilit. V. V. in Relatione ſeu Requiſitione adductas, ſed etiam, quia trepanatio in oſſe frontis, prope ſupercilia, tam ob hanc, quam alias inſuper cauſas, locum non habet, niſi in ſummæ neceſſitatis caſu, ut *Pareus p.* 209. *Oper. Chir. Bohn. p.* 206. *l. c. Ammannus p.* 81. §. 13. *loc. alleg.* aliique plures idem teſtantur.

Quod propterea ad binas à Nobiliſſ. Dnn. Nobis propoſitas quæſtiones hiſce amicè reponere voluimus. Atteſtantes omnia Sig. Fac. Ord. Sign. *Giſſæ die* 9. *April.* 1698.

Decanus & Profeſſores Ordin. Facult. Med. ibid.

Reſponſum Poſterius Facultatis M[…] Giſſenæ, deſuper Lethalitate vuln[…] ris præcedentis.

QUâ ratione ANDREÆ GRAU[…] Incolæ Zellenſi, è Præfecturâ R[…] denſi, die 15. Jan. anni hujus 98. â Caſp. [...] zelio, urceo quodam Huſano, menſuræ c[…] in frontem projectô, vulnus 2. digitoru[…] jorum diſtantiâ ſupra oculum dextrum, [...] dum ductum linearum fatalium, duos f[…] gitos Geometricos longitudine, unicu[…] digitum latitudine æquans inflictum: Æ[…] iam die 8. Febr. poſtmodum demortuus, [...] dem die 9. ejusdem à Chirurgo Kleeberge[…] præſentiâ Medicorum & Præfectorum [...] denſium ſectus & inſpectus fuerit, obſer[…] Externè in cute nihil, præter vulnus & [...] materiæ purulentæ, nares penetrante: R[…] verò craniô duram matrem naturaliter [...] tutam, abſque ullô ſanguine aut pure, i[…] currente, ita tamen ut circa regionem v[…] hæc, una cum piâ Matre, per feſtucas q[…] laminæ interioris ſeu diploes lacerata fue[…] rentibus illic binis ejusmodi feſtucis, artic[…] longitudine, quæ exemtæ fuerunt: Nor[…] & ipsâ cerebri ſubſtantiâ in ventriculum [...] num ejus dextrum uſque læsâ exiſtente, [...] qui materiâ purulentâ refertus erat, vaſi[…] matris ſanguine nigricante turgidis? q[…] tertiô, ut & quartô cerebri ventriculô, [...] cerebellô, circa principium ſpinalis n[…] exiguâ puris, ſero permiſti, quantitate ex[…] criſtaque galli ſeu proceſſu oſſis cribrif[…] cutô, ad culmi ſtraminei latitudinem, i[…] latere, ab oſſe ſpongioſô ſeparato atqu[…] lante, quem fiſſura transverſalis penetra[…] lis & à vulnere deorſum verſus, ad orbita[…] dextri tendit; quâ in regione Defunctu[…] viveret, de inſignibus doloribus con[…] fuit, ita ut hujus occaſione, inciſio ſec[…] ductum fibrarum muſculi frontalis hîc [...] fuerit, quæ dolorem quodammodò [...] paucô etiam pure illic repertô: Quod [...] viſcera tam infimi, quam medii ventr[…] rali & colore & conſtitutione, ut & ſitu c[…] (exceptis pulmonibus ex atro - rubeſce[…] ſed abſque pure,) gaviſa fuerint &c. Relatione Gratioſiſſimè nobis commu[…] hiſce remiſſa fuſius perſpeximus.

Cum vero juſſu Sereniſſimi cleme[…] judicium noſtrum Medicum in punctô [...] tis vulneris aperire debeamus; Hinc N[…] nus & Profeſſores Ordinarii Facultatis [...] h. l. prævia maturâ & Collegiali Cauſæ [...] que illic occurrentium circumſtantiar[…] deratione principiis Artis conſentan[…] ducimus, quod licet vulnera capitis & [...] cumprimis autem ea, quæ per conti[…] infliguntur & cum fractura, fiſſura & [...] tis cranii, membranarum ac ipſius ſu[…]

bri læſione conjuncta ſunt, ſummè pericu- &maximâ ex parte lethalia ſint, juxta men- *Hippocratis*,& fuſius à Nobis, in peculiari ponſo anno 1696. die 18. Septembr. publi- , è Probatiſſimis Scriptoribus, allata argu- ta.

ttamen & quoniam (1.) ex Actis,& quidem epoſitione Teſtis 2. ad interrog. prælimi- 12. & ſpec. 2. eluceſcit, quod Defunctus, illatum jam vulnus ex irâ & vindictæ cupi- criminaliter accuſatum citatô curſu perſe- s fuerit, huncque præ foribus capillis arri- it & in terram proſtraverit: Ex obſervatio- s verò Medicorum ſufficienter conſtet, & plures alios etiam à *Gregor. Horſt. Inſti- Med. Diſp.* 20. *c*.6. §. 1. *it. obſ. Med. l. XI.* 15. *in Reſp. ad epiſtol. Guil. Fabricii, erto lib.* 1. *Pract. Med. P.* 1. *cap.* 24. *& .P.*4. *C.*3. *Guil. Fabrit. Hildan. Cent.* 1. *Chir.* 17. *&* 18. *& Cent. V. Obſ.* 75. *it. Epiſt. Timæo à Güldenklee in Reſponſ. pag.* 28. *&* 29. *Sebiz. Prodr. Exam. Vuln. t.* 3. §. 63. 68. *ſeq. & Reſponſ. Facult. Roſtochienſ. in Reſp. ad Hiſt.* 4. *De- 6. Prax. Vuln. Lethal. Pauli Ammanni* 451. aſſertum & oſtenſum fuerit, quod ex nt vulnera lethalia, quæ talia ante non : Ira namque (uti *è Galeno* prælaudatus ur *Hildanus Epiſt.* 1. modò cit.) ſpiri- n corde & arteriis inflammat, in venis ſan- m concitat, cerebrum concutit, nervos ellit, humores exagitat, calorem innatum ctat, valetudinem vitiat, morboſque in- lethales. *Conf. Annotat. ejusdem Hil- ad cit. Obſ.* 18. *Cent.* 1. Quia etiam Vul- us, juxta tenorem Actorum, non tantum vitate Alsfeldenſi ſub frigore veſpertinô que potus & inebriatus criminaliter Accu- curſu proſecutus,& cum eô luctatus eſt, referentibus ita Medicis & Chirurgis Als- ſibus, ex urbe domum, hincque rurſus pem (ultra duas horas ita conſumendo) & m non deligatus ſe contulit, infeſta verò oris conſtitutio, ſive illam manifeſta in- ries, ſive infelicis aſtri aſpectus pariat, et- xiguum vulnus irritare atque exacerbare juxta *Fortunat. Fidel. de Relat. Medi- b.*4. *cap.* 8. *pag.* 560. Frigus autem & aer nus vulneribus, capitis imprimis, cere- nervis ſummè nocivum eſt, juxta *Hippo- V. aph.* 17. *&* 18. *Galen. lib. V. Method. c.* 12. *Pareum l.* 9. *cap.* 13. *Sennert. lib. ct. P.* 1. *c.* 24. *& lib. V. P.* 4. *c.* 3. *pag.* 375. *Fort. Fid. l. c. c.* 6. *Melch. Sebiz. om. Exam. Vuln. Part. III.* §. 50. *& evum de Inſpect. vuln. lethal. & ſanab. p.* 3. *Tim. à Güldenklee Reſp.* 1. *pag.* 2. *nn. Med. Crit. pag.* 298. *Diſc.* 46. *& c.* 3. Defunctus etiam diſcurrendo, lu- & concertando, non tantùm ſe inſigni- mmovit, ſanguinemque accendit & in- avit; (ſi verò quis ab accepto vulnere corpus intempeſtivis exagitet motibus, etiam exiguum vulnus &c. vid. paulò ante locum è *Fort. Fideli* adductum & *Sebiz. l. c.* §. 64.) ſed & inde plurimum ſanguinis profudit, ita etiam, ut ſuſpecta illa fœmina Zellenſis omnibus Artibus ſuis & exorciſmis ſanguinem promanantem ſi- ſtere non valuerit: Unde cum ſanguine ſimul ſpiritus vitales evanuerunt, viresque neceſſariò proſtratæ ſunt, ut vulnerationi huic ferendæ par amplius eſſe non potuerit. 4. Idem, jactu jam excepto, non ſtatim ad terram eſt prolapſus, nec evomuit, nec obmutuit, aut ſenſibus privatus fuit: quæ ſigna tamen *Hippocrates Coac. Præ- not. III. S.* 499. *it.* 7. *Aphor.* 58. *&* 1. *de Morb. ſ.* 14. *n.* 34. ad lethalitatem vulnerum illorum capitis, tanquam inſeparabilia requirere vide- tur: Imò, ut Medici perhibent, ne quidem febri aliquâ, inflammatione, vertigine, aut convul- ſione, niſi in quarta demum ſeptimana & brevî ante obitum, laboravit, quæ ſymptomata alias, juxta omnium ferè Practicorum (*Vid. Zacchias Quæſt. Medico Legal. Tom. III. Conſil. LXII. Sennert. lib. V. Pract. P.* 4. *C.* 3.) ſub omnibus perículoſis & lethalibus capitis vulneribus ſta- tim à principiô ſe trudere ſolent. 5. Defunctus quarta demum hebdomade vel die 25. â die læ- ſionis obiit, ſicque terminum vulnerum abſolutè lethalium (qui paucarum horarum vel dierum eſt,& cum morborum acutorum termino coin- cidit, juxta Sennert. loc. ante cit. *Gothof. Welſch. in Ration. Vuln. Lethal. jud. C.* 3. *p.* 29. *& c.* 16. *p.* 179. *Fortun. Fidel. l. a. lib.* 4. *c.* 10. *pag.* 568. *Zacch. Quæſt. Med. Legal. l.* 5. *Tit.* 2. *Qu.* 5. *p.* 422. *n.* 11. utut *DD. Bohnius de Re- nunciat. Vuln. in genere p.* 143. *& ſeq. & Wedel. Diſp. de Fundam. Lethal. Vuln.* §. 37. aliud ſentiant) longè ſuperavit; Et quoniam tandem 6. in Actis quoque refertur, quòd De- functus ſub lucta & certamine cum Adverſariô ſuô in foſſam aliquam,& ante in ſtratum lapi- deum ceciderit,& ita fieri potuit, ut feſtuca illa, quæ ab initio forte inter cranium & duram ma- trem hæſit,& ita à Chirurgô ſucceſſivè bene ex- trahi potuiſſet, per violentam commotionem & prolapſum profundius in membranas & ipſum cerebrum impacta fuerit, ut vivente ad- huc Defunctô ad eandem devenire, vel abſque periculo extrahere nequiverint; adeoque de- functus ſe ipſum neglexerit & inſuper habuerit: Utut haud difficulter etiam contigiſſe potuerit, ut feſtuca modò dicta ab ipſo Chirurgô ſub ex- ploratione aut aliorum fragmentorum extra- ctione profundius & intimius cerebro impacta & intruſa, & ita periculum hoc ipſo adauctum fuerit.

Hinc in eam inclinamus ſententiam, quòd vulnus hoc ex ſupra allegatis cauſis quidem ſummè periculoſum,& utplurimum lethale, non tamen pro ſimpliciter & abſolutè lethali haben- dum ſit; ſiquidem & Facultas Medica Lipſien- ſis in ſimilibus ferè Caſibus eandem ſententiam tulit,

tulit, ut apud *Ammannum in Medicinâ Criticâ Reſponſ. ad Caſ.* 4. 6. 48. & 71. videre licet.

Atteſtante propriâ noſtrâ ſubſcriptione & Sigillo Facultatis Ord. *Sign. Giſſæ die* 15. *Jun. An.* 1698.

Decanus & Profeſſores Ordin. Fac. Med. h. l.

CASUS XXIII.

DE

VULNERE CAPITIS SCLOPETARIO, CUM CEREBRI EJUSQUE VASORUM DISRUPTIONE.

Inſpectio.

JUſſu Regiminis hujus Principalis Nos infra nominati tres Chirurgi jurati, heri veſpertinô tempore, horâ 7. Magiſtrum Equitum, Cornelium van der Welle (qui pridie ejus diei ab accepto in capite ictu ſclopeti minoris ſive manualis exploſi, ſtatim exſpiraverat) inſpeximus & factâ aperturâ invenimus, quod ictus ille tormentarius duorum digitorum latitudine ſub aure ſiniſtrâ, introrſum quodammodò, juxta os petroſum, retro circa finem ſuturæ lambdoideæ, per foramen occipitis ſecundum aut tertium, in ſiniſtrum cerebelli lobum penetraverit; cùm & diverſa fragmenta globuli tormentarii, unà cum feſtucis quibuſdam majoribus & minoribus dicti oſſis petroſi & occipitis in allegatô cerebellô reperta, hujus ſubſtantiam ſatis dilacerarint, ibique, ob vaſa vulnerata, multum ſanguinis coagulati inventum fuerit: Adhæc quoque in ſummitate capitis vulnus aliquod, articuli præterpropter longitudine comparuit, quod tamen in carne tantùm ſubſtitit, craniumque non violavit, dubiô procul ſub præcipiti ab equo lapſu obortum; Quod hiſce propria manus ſubſcriptione atteſtari voluimus. Dat. *Giſſæ die* 30. *Maji* 1679.

Georg Reinhard Langstorff
Chirurgus Civit. Ord.
Philippus Nicol. Koch. Chir.
Joh. Adolph Hirſch. Chir.

Relatio Medici de eadem Inſpect.

SUb inſpectione occiſi pridiè Magiſtri Equitum, *Cornelii van der Welle*, die 29. Maji inſtitutâ, inventum fuit, quod ictus tormentarius duorum circiter digitorum latitudi[ne] aure ſiniſtrâ, attamen quodammodò intr[orſum] verſus cervicem penetrando, juxta os petr[oſum] in fine Suturæ lambdoideæ, per forame[n] pitis oſſis tertium, quod à dictô oſſe petr[oſo] additamentô occipitis efformatur, ſiniſtr[um] rebelli lobum intrârit, cùm non tantùm [partim] majores, partim minores feſtucæ mod[o dicti] oſſis, ſed etiam diverſæ particulæ globu[li tor]mentarii ſe truſerint, à quibus tam ſub[ſtantia] cerebelli ſatis diſrupta, quàm venæ jugul[aris in]ternæ major & arteriæ carotidis minor adeò læſi fuerunt, ut inſignis ſatis quantit[as ſan]guinis coagulati illic conſpici potuerit. [Præter] hanc læſionem aliud quidem, ſed externè i[n ſum]mitate capitis apparebat vulnus, digiti l[ongitu]dinem exæquans, quod tamen in ſolâ [carne] ſubſtitit, craniumque intemeratum reliq[uit], ſine dubio poſt exceptum ictum ob pra[ecipita]tionem de Equô factam productum. Q[uod in] ſubſidium veritatis ſubſcriptione propri[a] confirmare volui. *Dat. Giſſæ d.* 30. [Maj] 1679.

Laurentius Stra[...]

Reſponſum Facultatis Medicæ Gi[...] deſuper lethalitate vulneris capiti[s ſclo]petario glande illati.

POſtquam die 28. Maji currentis mo[...] 1679. Magiſter Equitum CORNE[LIUS] van der WELLE ictu ſclopetario ita tact[us] ut poſt eundem extemplò exſpiraverit [...] verò judicium noſtrum ſuper lethalitate [...]ris, ſecundum qualitatem eorum, quæ i[...]tione die ſubſequente inſtitutâ obſervat[a ...] conceptum deſideratur;

Hinc Nos Decanus & Profeſſores O[...] Facultatis Medicæ hujus loci præviâ cura[...]deratione omnium & ſingularum, in trac[...]bis relationibus occurrentium, Principi [...] conſentaneum eſſe ducimus;

Ictu hoc ſclopetariô duorum circiter [...]rum latitudine ſub aure ſiniſtra, introrſu[m quo]dammodò juxta os petroſum, retrò circ[a finem] ſuturæ Lambdoideæ, per foramen occipi[tis ...] tertium, in ſiniſtrum cerebelli lobum [pene]trante, adeò quidem, ut per diverſas pa[...] ſtucas & fragmenta oſſium modo dictor[um ...]tim per aliquot globi bombardarii frag[menta] ſubſtantia cerebelli ſatis dilacerata, eamq[ue] reptantia vaſa arterioſa & venoſa ſimil[iter] læſa fuerint, ut haud contemnenda ſa[nguinis] grumoſi quantitas illic reperta fuerit: P[...] quoque vulnus aliquod in capite, artic[uli ...]citer longitudine comparuit, quod i[n carne] tantum permanendo cranium inviolatu[m reli]quit: Omnia juxta tenorem & fuſiorum [...]lixiorum relationum de inſpectione i[...] communicatarum.

Utut verò jam ultimò deſcriptum vulnus, ote quod ſuperficiale erat, nullius momen ierit, & brevî temporis intervallo ſine ullo tu & periculò conſolidatum fuiſſet; cum ori tamen longè aliter ſe res habet; & quia n tantùm contuſio ſubſtantiæ cerebelli, quæ per glandem ſclopetariam æquè ac feſtucam tigit, ſummè periculoſa ſymptomata cau- ſolet, ſed etiam, quia vulnera vaſorum lo vicinorum, ob neceſſariò inſequentem norrhagiam, cui nullô modô reſiſti poteſt, *Hippocrat. lib. 3. Prorrhet.* lethalibus ac- ſentur, cumprimis, cùm omnes ejuſmodi quaſſationes ab exploſione ſclopetorum gè periculoſiora ſymptomata conjuncta ha- nt;

Hinc vulnus ſupra deſcriptum pro ſimplici- & abſolutè lethali habemus, confirmando nia Facultatis Sigillo. *Datum Giſſæ die unii Anno* 1679.

Decanus & Profeſſores Ordin.
Facult. Med. Giſſenæ.

CASUS XXIV.

DE

ULNERE CAPITIS CUM RIMIS FESTUCIS CEREBRO IMPA- CTIS ET SANGUINIS EXTRA- VASATIONE.

Requiſitio.

Binis hîc offerendis Voluminibus Acto- rum fuſius elucеſcet, quâ ratione coram drio Electorali Conradus Reinhardus & Se- nus Wilhelmus, Fratres Germani de Geiſt ottmannsdorff, à Fiſcali accuſati fuerint, die 5. Julii 1686. auſi fuerint Judicis Ni- vvizenſis filium, Adamum Gottofredum ium ita cædendo & contundendo vulnera ut die 17. Julii animam exhalârit. Cùm contra Inquiſitum Conradum Reinhar- de Geiſt (quia de altero Sebaſtianô Wil- ô V. Geiſt durante proceſſu, ob aliud ho- dium ſupplicium jam ſumtum eſt, probati- inſtitutæ & abhinc Acta Scabinatui Electo tranſmiſſa fuerint, hicque concluſerit, Facultatis cujuſdam Medicæ judicium re- ndum ſit; hinc ut ſententiæ huic morem em, Acta hactenus ventilata hiſce tranſ- re, & ſimul judicium veſtrum exorare vo- An fiſſura cranii, in Relatione Medici de a, ab ictu cæſim inflictô, aut verò plagâ exortâ, an & illa in ſe lethalis ſit? Labo- &c. *Budiſſinæ die* 12. *Febr.* 1686.

Gottlob Emerich von N.

al. Pand.

Relatio Medici.

PRæviâ Requiſitione Adamum Gothofre- dum Fürſtium inſpeximus, & invenimus: 1. In capitis latere ſiniſtrô, ad 2. digitorum tranſ- verſorum diſtantiam ſupra aurem ſiniſtram, obliquè ſurſum verſus ipſam verticem, vulnus profundum, cranium ad duram meningem uſque penetrans, & digitum majorem longitudi- ne æquans. 2. Alium adhuc ictum cæſim in- flictum, ad articuli diſtantiam à priore, qui cu- tim tantùm læſerat, & ferè curatus erat. 3. Cu- te capitis per ſectionem tranſverſam remotâ, in ipſo cranio diverſa ſtigmata rubicunda, à plagis & contuſionibus oriunda, conſpiciebantur. 4. Craniô cautè ſeparatô multum ſeri ſanguine permiſti effluxit. 5. Duræ meningi profundè impactum erat fragmentum reſectum, digitum longitudine & calamum ſcriptorium compreſ- ſum latitudine exæquans, quod fragmentum non ſtatim ſub ipſo vulnere reperiebatur, ut extus conſpici potuerit, ſed ſub ictu vehementi ſimul cranio qſ. ſubinſinuatum erat, ubi tam fir- miter impactum erat, ut manu removeri non potuerit, ſed inſtrumento ſeparandum fuerit. 6. Alia adhuc feſtuca articulum longa & tenuiſſi- mam partem calami ſcriptorii craſſitie imitans occurrebat. 7. Rurſus aliud adhuc fragmentum nucleum avellanæ nucis latitudine exæquans interiori cranii parti adhuc firmiter inhærebat, & extremitatem ſeu cuſpidem deorſum verſus protendebat, una cum aliis 2. illi adhærentibus feſtucis. 8. Dura matre ſeparata, per totum cerebri convexum plurimum puris, piam ma- trem qſ. obducentis, in tanta copia inveniеba- mus, ut aliquoties ſpongia abſtergendum fue- rit, quod 9. etiam per piam Matrem ſatis pro- fundè in ſinum falcatum penetraverat, ubi ſi- milis materia purulenta copioſè reperiebatur. 10. Adhæc cerebrum in eodem latere, cui vi- olentus ille ictus inflictus erat, rubicundum ad- modum & ſugillatum erat. 11. Cerebro remoto cranium omninò diffractum & retrò aurem uſ- que ad oculum ſiniſtrum per vulneris majoris tractum inſtar rimæ in olla confracta apparebat. 12. Statim ſupra oculum ſiniſtrum inter duram meningem ipſumque cranium ſimile pus, quod ſucceſſive eò ſe inſinuaverat, copioſe occurre- bat. Juxta hæc jam lethalitatem vulnerum de- terminare deberemus; quod ipſum tamen Pe- ritioribus in Arte relinquere volumus. *Zit- taviæ d.* 18. *Jul.* 1687.

Gothofredus N. D.
Auguſtinus Meyer, Chirurgus.

Reſponſum Facultatis Medicæ Lipſienſis; deſuper Lethalitate Vulneris Capitis.

QUùm Nob. Tua Nobis Acta Inquiſitiona- lia, Homicidium in Adamo Gothofredo

Förſtero commiſſum concernentia transmiſerit, ſimulque quæſierit: An &c. &c. hinc prævia perlectione Actorum allegatorum & ponderatione omnium circumſtantiarum ad qq. illas reſpondemus, quod vulneratio hæc, ob enormem contuſionem, fracturam & fiſſuram cranii, cum plurimis fragmentis, cerebri ſubſtantiam comprimentibus & lædentibus, extravaſationem ſanguinis, atque hinc genitam & collectam purulentam materiam, omninò pro abſolutè lethali habenda ſit. An autem fiſſura hæc ab ictu cæſim inflictô aut plaga fuerit exorta adeò exactè determinare non poſſumus, quia & talis ictus, enſe tam lato atque gravi, ut Act. Vol. 1. fol. 3. 6. deſcribitur, inflictus, & vehemens ejuſmodi contuſio fiſſuram hanc cauſari potuerunt. *Lipſiæ die* 12. *Febr. S. V.* 1686.

Ammanni Praxis Vuln. Leth. Dec. 6. *Hiſt.* 7.

CASUS XXV.

DE

VULNERE ET CONTUSIONE CAPITIS CUM IMMANI HÆMORRHAGIA ET CEREBRI SPHACELO.

Requiſitio.

DIffluxô nuper menſe Martio lis & tumultus quidam inter Militem, è (Tit.) Dn. Chiliarchæ Lobenii centuriâ Pedeſtri Primariâ, & cives nonnullos Wurzenſes exoriebantur, quô durante Civis MATTHÆUS BERTHOLD ictu cæſim inflicto & vehementi contuſione ita vulneratus fuit, ut die tertiô ſubſequente exſpiraverit, cujus cadaver poſt effluxum paucarum horarum juſſu Senatus per Phyſicum ſuum & 2. Chirurgos ſectioni ſubmiſſum fuit, à quibus & Atteſtata quædam, in Actis ſub A. fol. 12. 35. 36. obſervanda communicata, ipſumque vulnus, nullô, ſive ictus, ſive contuſionis & ſymptomatum ſupervenientium diſcrimine habito pro lethali habitum fuit, è Diametro tamen contradicente Chirurgo Caſtrenſi Primario, qui Phyſico & Chirurgis, durante ſectione, ad oculum oſtendit, ictum cæſim inflictum & contuſionem per ſe curabiles, adeoque minus lethales fuiſſe, ſed tantùm per Chirurgorum inſcitiam tales evaſiſſe, juxta fuſiorem tenorem Atteſtati ejus in Act. n. 6. fol. 27. Cùm vero inquiſitus de Judicio Phyſici & Chirurgorum certior redditus & quòd eô gravaretur, conqueſtus fuerit, adeoque Exceptiones quaſdam fol. 89. in D. Act. contra illud adferendo petierit, ut Phyſici æquè ac Chirurgorum Atteſtata, una cum reliquis eò pertinentibus Magiſtratuis, Facultati cuidam Medicæ tranſ… teremus, ejuſque judicio committeremus in præſenti caſu vulnus Defuncto inflictum ſe lethale, & incurabile fuiſſe, ſtatuendum… rebuſque ſic ſtantibus, Phyſici & Chirurgo… ac Chirurgi Caſtrenſis Primarii contradicti… inſignem utique ſcrupulum moveant; … Dominos meos Honoratiſſimos officioſè … to, velint Medici & Chirurgorum judicia … adjecta, ut & conditionem vulneris, h… ictus cæſim inflicti, contuſionis accedent… liquorumque ſupervenientium ſymptom… diſcrimine, diligenter perpendere ſentent… que ſuam ſubactam: *An illa per ſe & ſi… citer, an ex accidenti lethalia fuerint?* … ris obſignatis mecum communicare. Ho… Eylenburgi die 8. April. 1682.

Johann Georg. N. Judex C…

Inſpectio.

A.

P.P.

1. INveniebatur, quod in parte anteri… 3. dig. tranſverſorum diſtantiam, … Medici & Chirurgorum unanimem relati… ipſamque inſpectionem ocularem, ſupra … lum dextrum & 2. dig. tranſverſalium maj… diſtantiâ ſupra aurem dextram, in oſſe … tis ad pollicis majoris latitudinem à … coronali & eadem diſtantia à ſutura ſag… (hîc enim ſagittalis non tantùm ad coron… ſed etiam per univerſum os frontis uſque … cribroſum ſe extendebat) ictus cæſim capi… cutim capillarem & panniculum carnoſu… rioſtium item, & totum cranium in … verſus aurem inflictus, ut & contuſio i… verſus ſuturam ſagittalem (aut capulo en… lapide probabiliter illata, obolum tripli… ferè æquans magnitudine) unde fragmen… craniô, medii digiti longitudine & 3. dig. … verſorum latitudine ſeceſſerat, ita tame… aliqua, ſed exiguâ adhuc parte in eodem … verſus oculum, ſub cranio firmiter adhu… ita adhæreret, ut fragmentum reſectum … elevari potuerit. Craniô igitur circum… ſub læſione remotô & ſeparatô, porrò … æquè ac piam matrem, ſub fragmentô, … modô reſectô, illæſam, ſeu minus diffe… aſt inſigniter corruptam, cum feſtucis q… dam illi incumbentibus, ut & cerebrum … ctum penitus conquaſſatum, ſummè … ptum, molle & putridum, hîc ad pollicis … verſi, illic ad digiti tranſverſi profundita… ita uſque in Medullam cerebri conſtitutu… dimus; non minus cùm duram & piam m… retrorſum, ad ſuturam ferè & lambdoide… cerebrô removeremus, inſignem ſang… omninò nigri putridique, quantitatem e… Torcular dictô, erumpere conſpexim… co…

motione forte aut contrafiſſurâ ſuborta,
neque in occipitio, neque in ſyncipite,
alibi in capite tale quid obſervatum fuerit.

Johann. Göritz, Phyſicus.
N. N. Chirurgi &c.

B.

NOra qnòd in Regiſtratura Judiciali, ea in
pagina, ubi Lit. A. occurrit, à lineâ tertiâ,
e ad lineam octavam (hic 4.) incluſivè, ver-
Exigua adhuc parte, uſque ad verba: *Ele-*
potuerit, error aliquis in ſenſu occurrat,
bChirurgi Caſtrenſis blaterationes ſub ipſâ
one contigit. Verus enim ſenſus hic eſt,
ſc. fragmentum deſuper reſectum, ſuperi-
que anguſtiori parte, ſubtus cranium fir-
adhuc ſupra illud locatum, per contuſio-
poſt ictum cæſim inflictum forte illatam,
ctum & inſinuatum fuerit, duramque Ma-
immediatè incumbendo omninò com-
rit: Parte verò inferiore 3. digitos tranſ-
s latâ firmiter adhuc & minus reſectum
o adhæſerit; unde fragmentum hoc (ut
rgus Caſtrenſis, ſectioni adſtans & oculis
mnia obſervans, [utut multum de eô diſ
erit] re & neceſſitate exigente nolens vo-
eſtari cogetur) vi & conatu quodam, ope
menti ſuperius extrahendum, abrumpen
& abhinc manibus infra ulterius decerpen-
rat: Ubi 2. Chirurgi, qui vulneratum de-
rant, referebant, quod piaculo ſibi duxe-
ragmentum ſupra impactum, ſub princi-
ligationis, extrahere, ſeparare, & ita Matri-
Cerebro compreſſis ſuccurrere, (parato
altero latere puri exitu atque ſpatio, pro
andis medicamentis Chirurgicis requiſi-
oniam ſymptomata lethalia, eaque inevi-
per conatum hunc, ob feſtucam acutam,
conjiciebant, poſtmodum verò inveni-
illic ſubſtratam duramque matrem ſic
irritaturam, ſine dubiô produxiſſent. Jux-
notari meretur, quod Chirurgus, quam-
m vulneratum deligavit, obſervârit, quod
tiâ ictus inciſivi cutis capillaris cum pan
carnoſo eâ latitudine, quâ reſectum cra
mentum tegebat, abrupta deſuper oculo
derit: Quod inſuper ſub ſectione nil ul-
iſi in brachio dextro 2. rimulæ, & in hu-
niſtro exiguum vulnus muſculoſum, en-
m & nil quicquam importans, obſerva-
rit.

Subſcripti ut ſupra.

C.

Judicium Inſpectorum.

Xſpectione atque Sectione die 29. Martii
ertimè inſtitutis eluceſcit, quâ ratio
Regiſtraturam judicialem B. Matthæi
di caput, per ictum inciſorium & contu-
vehementer & quidem eô, ut illic
videre eſt, modo læſum fuerit, adeoque per læſionem hanc non tantum inſignis & periculóſa contuſio tam duræ & piæ matris, quam cerebri ſubjacentis & valdè concuſſi inſecuta fuerit, ſed & dictæ modò partes in corruptionem quandam gangrænoſam & conquaſſatum cerebrum in genuinam putredinem, corticem ejus (in quo ſervatur ſpiritus animalis pro ſenſu) uſque in ipſam medullam (in quâ ſpiritus animalis pro motu reſidet) penetrantem inciderint: Porrò quoque in ſinu torcularis inſignis ſanguinis corrupti copia contenta fuerit, quæ ex conquaſſatione & dilaceratione illic & in cerebro diſcurrentium venularum collecta & ante ſectionem ne per ſomnium quidem innoteſcere potuit: Adhæc non contemnenda hæmorrhagia ſanguinis arterioſi, ſpiritu vitali perfuſi, ad generationem ſpiritus animalis maximè neceſſarii, ex ramulis arterioſis temporalibus per ictum inciſorium ſimul diſciſſis, producta fuerit, quæ ante mediam noctem & horam 12. non obſtantibus optimis, quæ adhibebantur, ſtipticis, ſiſti non potuit, adeoque omnibus hiſce cerebrum, tanquam unum è præcipuis C. N. membris, cum ſpiritibus animalibus tam valdè debilitatum & corruptum fuerit; hinc die Martis (qui 28. Martii erat) inſequenti, ante tertii à vulneratione diei complementum, vulneratus hora 7. matutina in leve delirium (poſt octavam auctum, & ſummis convulſionibus ſtipatum per aliquot horas durans) abhinc in ſoporem vehementi ſtertori junctum incidit, & ad finem vitæ iis afflictus fuit; quapropter, juxta *Hippocrat. V. Aphor. 2. & VII. aphor.* 14. abſque ulla convaleſcentiæ ſpe, horâ 4. pomeridiana animam efflare coactus fuit. Wurzenæ die 3. April. 1682.

Subſcripti ut ſupra.

D.

Relatio Chirurgi Caſtrenſis.

QUùm juſſu DN. Chiliarchæ de Löben &c. ego infra nominatus ſectioni Cadaveris, Wurzenæ Defuncti Matthæi Bertholdi, interfuerim, huicque inflictum capitis vulnus, cum ipſâ contuſione, diligentiſſimè inſpexerim, inventum fuit, quod ictus inciſorius, in dextrô latere, ſupra aurem & tempora enſe inflictus, cranium penetraverit, in hôc rimam cauſſatus fuerit, ut ſub ſectione inſtrumentô facilè removeri potuerit, durâ piâque Matre omninò illæſis. Interim hoc cranii fragmentum facilè elevari, in feſtucas inquiri, hæque, ne Duram & Piam Matrem comprimerent, eximi potuiſſent. Cerebro autem feſtucas incumbentes perſentiſcente & ſeparaturo, juxta Chirurgi mentem, accidit, ut fragmentum Cranii ictu abſciſſum magis intruſum fuerit, unde fragmentum

 inſtru-

inſtrumento quodam vi extrahi debuit, cum certum ſit, cerebrum ne minimam quidem impuritatem admittere. Aſt ictui hic inciſorio & inſignis ſatis contuſio, ligno aut lapide inflicta, jungebatur, ægro tamen (in quantum quidem mihi conſtat) ratione adhuc, ad tertium uſque diem, conſtante, quo ſphacelus jamdum corpus ipſum corripuerat & noctu ita intumuerat, ut totum corpus flavum, fuſcum & cœruleum apparuerit, unde agnovi, ſphacelum ipſi mortem acceleraſſe. Nulla quoque vena ipſi aperta fuit, quod tamen Chirurgi ſub ſectione affirmabant, & quod in brachiô dextro illud factum ſit, reſpondebant, ejus tamen veſtigio neutiquam occurrente.

Porrò cum inquirerem, an in Ægro convulſio aliqua, aut Delirium obſervata fuiſſent, aliaque in Vulneribus Capitis ſubinde obvia? Negando reſponderunt, & ex Epilepſiâ eundem periiſſe retulerunt. Et licet ſub apertione cranii cerebrum, ad digiti latitudinem ab ictu ſanguine ſuffuſum fuerit, ejuſmodi tamen ictus inciſorios quamplures ſub cura meâ habui, & DEI auxilio omnes reſtitui. Huic etiam Inſpectioni Nemo præter Medicum, duos Chirurgos & 2. famulos interfuit, cum præ fœtore nemo illîc ſubſiſtere potuerit, ſphacelô genuinô fœtore ſe prodente. An verò rebus ſic ſtantibus & prævia negligentiâ Lethalitas ipſi vulneri, ſine diſcrimine, & non potius ſymptomatibus inde productis tribuenda ſit? ſuo in loco relinquo, & Ampliſſ. Facultatis Medicæ judicio edecumato committo &c. *Würzenæ die* 4. *April. Anno* 1682.

Joh. Godofredus Gallus, Chirurg. Caſtrenſis Primarius.

Reſponſum Facultatis Medicæ Lipſienſis; deſuper Lethalitate Vulneris & contuſionis Capitis.

P. P.

QUandoquidem T. C. datis ad Nos Literis & tranſmiſſis Actis Inquiſitionalibus ſub A. & B. Homicidium, in Matthæo Bernhardo perpetratum, concernentibus, inter alia è Nobis quæſiverit:

An in præſenti caſu Vulnera Defuncto inflicta pro lethalibus per ſe & incurabilibus habenda ſint?

Hinc Acta illa, cumprimis autem Medici & Chirurgorum Atteſtata Inſpectionis, Actor. Litt. A. fol. 12. eorumque ulteriorem explicationem fol. 35. diligenter perlegimus & invenimus, læſionem hanc, ut à Phyſico & Chirurgis juxta circumſtantias ſuas deſcribitur, tam ob immanem hæmorrhagiam ex læſis ramulis arteriarum temporalium (cujus Act. Litt. A. pag. 36. mentio injicitur) quàm imprimis, ob fracturam cranii & fragmenta inſignia, quæ non tantùm ipſam cerebri ſubſtantiam valdè vellicarunt & compreſſerunt, ſed & ita læſerunt, ut juxta relationem ex templò corruptio ejuſdem gangrænoſa & ſphaceloſa inſecuta fuerit, omnino pro abſolu[te] ſimpliciter lethali habendam eſſe ſtatuimus licet Chirurgus Caſtrenſis Actor. litt. B. fol. 2[...] glorietur ſe Vulnera ſimilia antehac curaſſe tamen ſuo jam in loco relinquimus, cum d[...] procul illîc res aliter ſe habuerit, ut ad hoc[...] nus applicatio fieri nequeat. *Lipſiæ die[...] Aprilis* 1682.

Amm. Prax. Vuln. Let[h]. Decad V. Hiſt. IV.

CASUS XXVI.

DE VULNERE CAPITIS ET CE[RE]BRI CUM FRAGMENTIS IN SU[B]STANTIAM CEREBRI PENETRANTIBUS.

P. P.

CAſus ſequens veſtram expoſcit inform[at]ionem: ſi cantharus ſtanneus alicui d[...] ſyncipiti prope tempora injiciatur, à quo non ſolum externè vulnus longitudine dig[...] oſſis petroſi fiſſura lunaris, longitudine a[...] & in peripheria quadrantem Imperialis æq[...] oritur; verùm etiam ipſum cranium fract[...] cum triplici teſta, quarum maxima panni[...] Cerebri, duram & piam matrem profun[de] cuſpidis cultri penetravit, cerebrumque i[...] in circumferentia nummi inſtar, vulneratu[...] it; an ſic vulneratus patiens varia aliment[a] pepta, ut carnem fumo induratam, conc[...] re, cereviſiam e lagena bibere, dormire, a[...] lare, & quidem ingruente maximo & intol[erabi]li frigore ædes Chirurgi frequentare, ra[...] pollere; & ſextum ab accepto vulnere die[m] vendo attingere poſſit?

Poſito, quòd hæc per naturæ viam fier[i] ſint, attamen ſciendum, quod poſt jactu[...] neratus ab aliis in terram proſtratus, pugn[...] lè tractatus, poſtmodum vulnus vino el[...] ab alio verò fruſtulum butyri congelati v[...] immerſum, & per integram horam Vuln[...] ligatum non fuerit à Chirurgo; *annon conſideratis circumſtantiis poſſibile vel [...] ſumibile, quod hoc modo extremitas [...] duræ & piæ matri infixa vulnuſque [...] lethale ſic redditum fuerit, non verò a [...] jactu, canthorô ſtanneo facto, mors ina[...]* Peto itaque &c. Dab. Miſenæ die 16. Fe[...] Anno 1621.

Nicolaus N[...]

Reſponſum Facultatis Medicæ Lipſie[n]ſis; ſcilicet hanc contuſionem, & fiſſuram [o]ſſis petroſi cum ſubſidentia, & teſtis d[i]ploes internæ, eſſe per ſe lethalem.

AD quæſtiones nobis tranſmiſſas ita r[eſpon]demus:

1.

Quòd vulnus à vobis prolixè deſcriptum *ue per ſe, & abſolutè fuerit lethale*, ita præter Experientiam, ex fundamentis Ana-cis habet *Hippocrates libr. 6. Aphor.* 18: *uſſo pertuſoque cerebro, lethale*: & alibi; *cui cerebrum vulneratum fuerit, letha-* hoc eò magis hîc locum habet, quia non n matrem duram & piam, ſed ipſum quo-Cerebrum ejusque parenchyma, nimis pro-è penetravit, non obſtante, quòd alimenta octu difficilia aſſumſerit: quoniam hæc in tis ad tempus contingere ſolent.

Nititur hæc meris conjecturis, niſique ja-præceſſiſſet, talia non fuiſſent ſubſequuta tomata: ideò reſponſio jam patet ex reſo-e quæſtionis prioris. Dab. *Lipſiæ d.* 24. *An.* 1621.

Vid. Amman. in Med. Crit.

CASUS XXVII.

DE LNERE CAPITIS CUM OFUNDA TOTIUS CEREBRI DI-VULSIONE.

Requiſitio.

Jum ad urgendam defenſionem mihi, anquam miſerrimo & innocenti Inqui-clementiſſimè conceſſam, ſcitu opus ſit, *Bartholdus Schönau, ab Adamo Bren- & Erneſto Hahnio Utenbaci verbera- n vivis conſervari potuiſſet, ſi major, perhibetur, ejus cura fuiſſet habita?* eſtris Excell. & Dom. Dom. hîc in copia itto Atteſtatum à Dn. D. Faſchio Jenenſi itum, addita officioſiſſimâ relatione, Defunctus Schönau poſt acceptas plagas, am noctem non deligatus, tempore plu-ante fores domus decubuerit, unde vul er accidens lethalia fieri, ipſumque ex egimine neceſſariò obire oportuit. Quò us omnino certus reddar, hinc officio- rogito, velitis adjectum hiſce Atteſta-iligenter & collegialiter perlegere, cir-ntias maturè ponderare, & edecumatum n judicium, obſignatâ quadam informa-oſt honorarii, pro ſtudio debiti, ſolutio-mihi impertire: *Dat. Pfulsbornii die uar. An.* 1687.

V. V. Excell. & Dom. Dom.

Officioſiſſimus Cliens
Andreas Zipffel.

Inſpectio cadaveris.

viâ Requiſitione Judiciali Præfecti & Ju-s Provincialis Duc. Saxonici, Dn. Joh. Reicharti die 28. Junii Udenbachium me contuli, Bartholdum Schönavium nocte præcedenti in capite inflictis plagis vulneratum inſpexi, atque reperi, quòd in ſiniſtro capitis latere verberibus duriſſimè tractatus, ſtatim Apoplectici inſtar ſtertoroſus, ſomnô profundiſſimô obrutus, mutus, imò in omnibus membris paralyticus jacuerit, pollicibus tam arctè intortis, ut vix ac ne vix quidem locô moveri potuerint, adeoque jamdum prorſus riguerit; apertâ autem venâ medianâ dextrâ & infuſô alio medicamentô volatili, extusque applicato eôdem, binis quidem vicibus ſternutatio ſe truſit, ſtatim verò ſuppreſſa rurſus fuit, ægro ut trunco immobili corruente: Et licet penetrantia medicamenta continuata fuerint, citiſſima tamen mors, veſperi inter ſeptimam & octavam horam inſecuta fuit.

Abhinc die inſequenti ſub Inſpectione judicialiter inſtitutâ, in ſupradictô Bartholdi Schönauii cadavere ſequentia obſervata fuerunt:

1. Bina vulnera juxta ſe locata, attamen unum, altero majus, in ſiniſtro Syncipitis latere, haud procul à ſuturâ coronali ſupra tempus, ubi muſculus temporalis connectitur: Ambobus ad calvariam uſque penetrantibus, ibique ſtigma ſatis latum ſanguine perfuſum producentibus.

2. Minorem adhuc plagam, in dextrô latere, haud procul à vertice invenimus, quæ cutim quidem læſerat, non tamen omninò penetraverat, utut aliquid ſanguinis coagulati ſub ſe habuerit.

3. Poſt remotionem Cranii, in eô, ſub binis, juxta ſe locatis, ictibus, fiſſuram dimidii digiti longitudine invenimus: ſub ipſo verò craniô, hôc in locô, inſignem manipulum ſanguinis coagulati, à cujus quantitate cerebrum maximè depreſſum & compreſſum; inquirendo autem ulterius obſervatum fuit, eundem è vaſibus ſanguifluis, illîc dilaceratis, effluxiſſe, ut propterea in hoc latere vaſa modò dicta vacua & exinanita reperta fuerint.

4. Remotâ durâ matre cerebrum per divaricationes ſuas uſque ad medullarem, & ſic per intimiorem ejus ſubſtantiam diſſiliit, & quaſi divulſum obſervatum fuit; quale quid, ſummâ admiratione, etiam in mediô cerebelli, ſupra quartum cerebri ventriculum viſum fuit.

E quibus circumſtantiis ſatis clarè eluceſcit, quòd, cùm per ictum vehementem ejusque penetrantem violentiam, non tantum vaſa ſanguiflua diſſilierint, ſed etiam profundiſſima, ad baſin uſque tendens cerebri concuſſio, & ſimul ejusdem diſcuſſio, vel, ut quis nominare poſſet, diſploſio acciderit, neceſſariò totalis ſpirituum animalium confuſio, ſenſus & motus abolitio & totalis apoplexia, una cum ſupra memoratis pluribus, iisque gravioribus accidentibus ſuborta, & ſimul citiſſimus obitus producta fuerint. Atteſtante manu propria & ſolito ſigillo. *Sign. Utenbaci, die* 29. *Jun.* 1686.

Auguſtinus Heinricus Faſchius, D.

Reſponſum Facultatis Medicæ Erfurtenſis, deſuper lethalitate hujus vulneris.

P. P.

OBtinuimus Literas Tuas, in quibus, juxta alios nonnullos, de Bartholdo Schönau, Udenbachii antehac occiſo refers, quod, ſi major ejus cura habita fuiſſet, non verò per integram noctem in hortô ſuô, ſub cœlô pluvioſô, ſine deligatione decubuiſſet, plagæ & vulnera ejus adeò lethalia non fuiſſent, qualia ſic per accidens evaſerunt, annexâ petitione, ut atteſtatum Dn. Medici in copiâ additum, diligenter perlegere & maturè ponderare velimus, in quô obſervatum fuit, quòd in cadavere Defuncti non tantùm externè plagæ quædam vehementiores & vulnera ſe truſerint, ſed & ſub craniô manipulus ſanguinis coagulati, è venulis diſruptis & inde exinanitis, profluxus hæſerit, à quo cerebrum inſigniter depreſſum & compreſſum fuit; ſicut ſimiliter poſt apertionem capitis inſtitutam cerebrum uſque ad fundum diviſum & quaſi diſperſum obſervatum: Unde per ictum vehementem ejusque vim diſrupta vaſa ſanguiflua & profundam nimis cerebri diſruptionem prorſus lethalem eſſe cenſent; quæ omnia Collegialiter perlegendo, juxta omnes circumſtantias diligenter & maturè ponderavimus.

Quamvis autem, ſi vulneratus extemplò, juxta cum Diætâ convenienre, externâ æquè ac internâ curâ probè tractatus fuiſſet, probabiliter in principiô majus forte levamen obſervari potuiſſet; attamen inſignis illa læſio cerebri, à Domino Medicô diligentiſſimè inquiſita & obſervata, tanti fuit, ut nulla curatio ſperari potuerit, ſed ſæpius allegatus Dn. Medicus fundamentis ſufficientibus ſubnixus, antedictas læſiones jure meritò pro ſimpliciter lethalibus habuerit, cui hâc in parte bona cum conſcientiâ nemo contradicere poterit. Quod reſponſi loco Vos celare non potuimus. Atteſtante Sigillo Facultatis noſtræ &c.

CASUS XXVIII.

DE CONTUSIONE CRANII CANDELABRO LIGNEO INFLICTA.

Requiſitio.

POſtquam nuperrimè proh dolor! in ejusmodi infortunium incidi, ut maximis jam impenſis cauſam meam coram judiciis agere cogar, dum die 20. Decembr. 1676. cantharum cereviſiæ hauſturus in Tabernam cereviſi[...] me contuli, eoque occupatus me à Carol[...] geliô (qui pariter ebrius diu antea cum h[...] rixatus erat, quod cereviſiam illi absque p[...] ſolutione denegaſſet) ſeduci paſſus ſum, u[...] reliquis ſimul aſſidentibus chartis luſorii[...] unico tantùm obulo luſerim, & cum ten[...] ſic maximam ad partem diffluxô Carolus V[...] lius à me quidem abſque ullô diſſidiô di[...] ſet, poſtmodum vero à Joh. Nicolaô Se[...] & Johanne Geiſslero in Tabernam rev[...] luſum renovaſſet, donec, cum allegatus [...] lus Vogelius omni pecunia (quod mihi g[...] mum erat) deſtitutus fuerit, pacificè adm[...] & amicè ad eundem, lubentiſſimè quiden[...] res, ſed pecuniâ cares, dixerim: Accidit[...] ut in hæc verba erumpens replicaret: Si t[...] Creditores tuos, ut ego meos, ſolveres, n[...] nus ac ipſemet nummis egeres. Quo fac[...] exprobravi, quod Vogelius ille 4. flor. ærar[...] cleſiaſtico à me ſolutos ipſique concredit[...] perdiderit, unde idem Carolus Vogeli[...] tantum aliquoties nebulonem me vocav[...] & ut furem, nequam, me injuriatus eſt, [...] caput ejus & ſinum quidem reciprocavi. [...] niam verò ipſe Carolus Vogelius injuria[...] nem neſcivit, hinc eundem prorſus dec[...] rus hypocauſto ejeci, ſed absque ulla la[...] non alium in finem, quàm ut me miſſu[...] ret. Aſt ne ſic quidem acquievit ille Vo[...] ſed præ foribus furiis & injuriis ſuis inſtiti[...] neonem me compellavit, ut pudore pror[...] rutus fuerim. Quapropter, cum is ſimul j[...] hypocauſti manibus continendo occlude[...] ut Joh. Nicolaus Seidler, Sartor hujus lo[...] turus ſufflaminaretur, donec januam è c[...] bus ſolverim, adhæc Johannes Geiſsleri[...] compater meus hæc vitio mihi verterit, [...] ſe compatrinatum mihi renunciaturum, [...] lum amplius cereviſiæ hauſtum mihi p[...] turum eſſe, ſi injurias haſce deglutirem &[...] rem, tandem candelabrum ligneum in[...] prehendi, ut eundem ab ulterioribus cal[...] detinerem, quo inſuper ab eô habitô, uni[...] tum vice eundem ferii, & ſtatim reſiliend[...] reliquis vicinis, luſum continuavi. C[...] Vogelius interim injurias & calumnias ſu[...] tinuando abit, & poſtquam cum 4. aliis[...] nis pro 4. Gr. vini aduſti prius hauſerat, d[...] ſe contulit, fores ita pulſando & clamar[...] conjux illas aperuerit. Quô factô veſti[...] æque ac calceamentis adhuc cinctus lec[...] trare voluit, & cum Uxor eundem admor[...] primùm veſtes deponeret, juſſit, ut ca[...] extraherentur, eôque factô lectum eſt in[...] nec verbulum amplius locutus vel de [...] quoque dolore conqueſtus fuit. Con[...] tem inſequenti die ſtertorem inſolit[...] ſtusque inconſuetos in eô percipiens, [...] mum Johanni Chriſtophoro Vogelio [...] verò Dnn. Judicibus hujus loci indica[...] Inſpectionem judicialem expetivit, q[...]

inſtitutâ Carolus Vogelius die ſequenti, eri hora 6. exſpiravit. Cum verò ſub inſpe-ne die 22. Decembr. ſtatim à Medico & Bal-ore ſuſceptâ externè, neque ictus vehe-s, neque vulnus, aut alia læſio in eô obſer-potuerit, eaque de causâ Medicus & Bal-or cutem à radice naſus uſque ad cervicem, una aure ad alterutram, in formam crucis, caſſet & ſeparaſſet, quinque diverſæ læſio-b illis obſervatæ ſint, ut Atteſtatum illorum) pluribus oſtendit: Hoc ipſum autem At-um nimis obſcurum ſit, indeque videri poſſit, ullam læſionem pro lethali haben-eſſe, cum licèt in 4. §. Medicus ille feſtucam dam cranio adhæſiſſe, & utramque menin-penetraſſe aſſerat, hæc tamen allegatio lon-arius inſtitui debuiſſet, hæcque feſtuca ſub iali ſeparatione & ipſius cranii remotione quoque potuiſſet. Ad minimum proba-t, feſtucam illam haud magni momenti cum externè ictus cujusdam violenti ſigna occurrerint; & licet feſtuca illa magnitu-alicujus fuiſſet, quod tamen Medicus atte-on potuit, licet & notabilis medullæ cere-antitas effluxiſſet, ut inſignis ejusmodi tia jam pateret, de hujusmodi tamen vul-uratione dubitari non poſſet, ſi vulnera-eô ſtatim conqueſtus & conſilio Medici ac Chirurgi uſus fuiſſet, ut exemplis illud confirmat *Jacobus Berengarius* Cele-im in Bononienſi Academiâ Chirurgiæ for *in Tr. de Fract. Cran.* his verbis: poteſt egredi cerebrum, in magna etiam & ſtare vita, vid. *Fallop. c. 45. de Cur. & Symphorianus Campegius* refert, lytum Dantrapium Chirurgum ſuâ ætate exemplis clarum, vulnus curaſſe, ex quô particula, quanta cochleari excipi po-n terram deciderat: Et *Horatius Auge-* aliquando vidiſſe ſcribit, totam ſubſtan-erebri vulneratam ejusque ventriculos os, quàm etiam portionem cerebri vul luxiſſe, homine tamen ſanitati reſtitutô, *Arcæum l. S. de c. V.* Unde ob fragmen-ſmodi cranio adhærens, multo minus iquid ſanguinis cerebro incubuerit, nul-mninò dubium emerget, vulneratum in m potuiſſe reſtitui, quia ſupradicta vul-nus lethalia & curabilia ſunt, ſimulque *de Maſſa Tom. 2. Ep. 11.* in ejusmodi ionibus ita ſcribit: Ego teſtor Deum, plurimi homines, qui adhuc vivunt, te-, me plurimos vulneratos in capite, cum e panniculorum & inſignis cerebri ſub-ſanaſſe arte & remediis &c. *Marcellus D. M. Hiſt. l. 5. c. 4. §. 2.* Inſuper adeò non videtur, unico ictu, tali ligni fru-le candelabrum ligneum videtur, infli-cam ejusmodi, quæ cranio adhæſiſſe pu-parari potuiſſe, cùm externè nulla vis æſio apparuerit & abſque inſigni vi & externa cranium minimè comminui poſſit. Adhæc, cùm Defunctus è Tabernâ ce-reviſiariâ domum abiret, optimè & prudenter adhuc loqui potuerit, de nihilô ergâ Uxorem conqueſtus fuerit, ut auxilium Medici tempe-ſtivè implorari, & ſi læſio adfuiſſet, minus negli-gi potuiſſet: Ego è contra pro Defenſione meâ inſtante Dominorum meorum Honoratiſſimo-rum informationem, cùm rationibus deciden-di deſiderem: An ſc. juxta ſectionem hanc & judicium de eâ impertitum (& quidem ejus, qui nondum in Doctorem promotus eſt, ſed illic locorum Praxin tantùm inceperat) prout illud hîc adjicitur, interna illa læſio pro lethali ha-benda ſit? & annon rebus ſic ſtantibus, ſi præter expectationem lethalitas aut inſanabilitas ſta-tuenda eſſet, illa per accidens potius lethalis eva-ſerit, cùm is absque ullô impedimentô ſtatim poſt ictum domum iverit, nullâ curâ opus eſſe putaverit, adeoque hanc neglexerit. Hoc &c. *Guttmanshuſæ die* 28. *Octobr.* 1677.

Joh. Nicol. N.

Inſpectio & Relatio.

☉.

PRævia Requiſitione Judiciali Nos infra ſub-ſcripti Defunctum Carolum Vogelium in-ſpeximus, & in dextro latere Syncipitis, cui plaga candelabrô ligneô (Lichtknecht vulgò dicto) ex inſtituto probabiliter inflicta putabatur, inex-timâ cutis ſuperficiene minimum quidem ictus vehementis aut læſionis indicium obſervavi-mus. Cute vero à radice naſi ad cervicem & ab una aure ad alterutram cruciatim diſſectâ & ſe-paratâ invenimus, quod 1. Muſculus tempora-lis, ut & pericranium in dextrô latere Syncipitis, ſub ſuturâ coronali ſanguine ſuffuſa fuerint, nul-lâ tamen Cranii læſione obſervatâ. Quapropter & 2. cranium artificiosè ſeparatum fuit, in cujus dextrâ parte ſtatim 6. cochlearia ſanguinis ex-travaſati grumoſi & concreti cerebrumve omni-nò deprimentis invenimus: Fiſſô 3. craniô cru-cis formâ, per ſuturam coronalem & oſſa tem-porum deorſum verſus, magis tamen & decli-vius inter dextrum oculum & aurem ejus lateris. 4. Feſtuca, cranio quodammodò adhuc adhæ-rens, utramque Meningem, duram & piam ma-trem penetraſſe obſervabatur, venâ 5. ex oſſi-bus temporum ſurſum vergente, per ictus & fe-ſtucæ læſionem apertâ, unde ſanguis emanans inter cranium & meningem exteriorem ſe inſi-nuaverat, adeoque non potuit non exinde præ-ternaturalis & exitioſa cerebri compreſſio & ex hâc omnium ſenſuum & motus ſubita abolitio, aphonia, altus & profundus ſopor, ſpirituum-que animalium & vitalium finalis, & tandem

cita

cita mors ſubſecuta eſſe. *Guttmanshuſæ die* 22. *Decembr.* 1676.

Joh. Nicol. Groſshegen, Med. Wertherian. Ord.
Joh. Ludov. Hagemeyer } *Chirurgi.*
Joh. Fridericus Stempffel }

☽.

Reſponſum Facultatis Medicæ Jenenſis.

P. P.

E Literis veſtris ad Nos datis fuſius percepimus &c.&c. Cùm ergò ſub apertione capitis externè nulla quidem læſio apparuerit: Factâ tamen ſectione Cranium introrſum in formâ crucis per ſuturam coronalem & oſſa temporum diffiſſum, ſub eô quoque fragmentum utramque meningem penetrans, 6. cochlearia ſanguinis grumoſi, cerebrum omninò deprimentis, & vena illic per ictus comminuentis violentiam aperta, obſervata fuerint: Omnia juxta tenorem Relationis Veſtræ; adeoque à Nobis ſcire deſideretis, *An læſio illa pro lethali habenda ſit*? hinc amici Reſponſi loco vos certiores reddimus, & principiis Artis Medicæ conſentaneum eſſe dicimus, quòd licet à parte Caroli Vogelii errores quidam in omittendo & committendo ſint commiſſi, dum nihil poſt ictum adhibitum, multò minus deligatio inſtituta, ſed omnia inſuper habita fuerunt, nec ipſe curam ſui habuit, nihilo tamen ſecius hoc vulnus, rebus & circumſtantiis ita ſe habentibus in ſe pro lethali habendum ſit &c. *Jenæ die* 25. *Octobr.* 1677.

Reſponſum Facultatis Medicæ Lipſienſis, deſuper Lethalitate vulneris cranio & cerebro candelabro ligneo inflicti.

P. P.

E Piſtola veſtra, una cum Additamentis nobis bene tradita eſt; & quandoquidem noſtram deſuper læſione, candelabrô ligneô Carolo Vogelio inflictâ, ſententiam fuſius & quidem cum rationibus decidendi requiratis; hinc eandem in ſe, pro ſimpliciter & abſolutè lethali habemus: Quoniam illa 1. præter vehementem contuſionem integumentorum capitis externorum in fracturâ quadam cranii inſigni, & quidem cum fragmentô aut feſtucâ, utramque meningem perforante, conſiſtit, atque 2. Ruptura vaſorum, ſub inſpectione obſervata, i[...] que oborta extravaſatio & congrumatio ſan[...] nis ejusque notabilis quantitas, 6. cochleari[...] plens, neceſſariò 3. talem ſubſidentiam & c[...] preſſionem cerebri, aut pororum, ejus me[...] larium induxit, ut eapropter 4. influxus [...] tuum animalium maximâ ex parte impedit[...] ſymptomata allegata, ſc. ſtertor, aphonia[...] imò ipſa tandem mors inſecuta fuerint, [...] Defuncto tam brevi temporis intervallô, [...] cumſtantiis ita ſe habentibus per nulla rem[...] ſuccurri potuerit. Nec obſtat hîc, quòd ext[...] ubi plaga inflicta fuit, nulla læſionis ſigna o[...] rerint, cùm ſalutarius fuiſſet, ſi vulnus p[...] adfuiſſet, ut ſanguis coagulatus effluere, ne[...] facilè ſymptomata illa lethalia cauſari pot[...] Interim poſtremò atque ultimò neceſſe er[...] Medicus, qui Inſpectionem adminiſtra[...] juxta Relationem veſtram, neque legitim[...] motus neque juratus eſſe dicitur, hoc A[...] tum ſuum, quod ſc. omnia, reverâ ita ſub [...] ctione obſervata fuerint, juramentô cor[...] confirmet. Quod &c. &c. *Lipſiæ die* [...] *vembr.* 1677.

Ammannus in Prax. Vuln. L[...]
Dec. 4. *Hiſt.* 3. *p.* 271. *ſeqq.*

CASUS XXIX.

DE

VULNERE CAPITIS RHO[...] FACTA.

Requiſitio.

QUid in cauſâ Thomæ Schlegelii, [...] conſtituti, deciſum fuerit, Acta fol[...] ribus oſtendunt; eaque de cauſâ officio[...] tamus, velitis pro ſolitô redhoſtimentô [...] nobis ſententiam aperire, *an vulnus in* [...] *allegati modò Schlegelii EVA*, juxt[...] ſtraturam judicialem Fol. 2. & Phyſici [...] gique Atteſtatum, Fol. 4. *inventum, pr*[...] *li habendum ſit, nec ne? &c.* N. die 28. [...] 1689.

Judicia Urbica illi[...]

Atteſtatum Medici.

POſtquam me infra nominatum, h[...] cum Urbicum juratum, Laudatiſ[...] dicia Urbica hîc N. oretenus requiſive[...] hodie à meridie hora 12. Mulierem qu[...] à Maritô occiſam, inſpicerem; hinc [...] Chirurgis poſtpoſitis eò ſtatim me con[...] hypocauſto illius loci Thomæ Schleg[...]

multo ſanguine circumdatam, exanimem
rra cubantem inveni,& ſolicita perquiſitio-
ib ipſa Sectione ſequentia obſervavi: Quòd
culus ſiniſter, ad canthum oculi minorem,
dammodo rubicundus & tumefactus, ſupra
ccipitis autem cutis ad manus tranſverſæ la-
dinem ſanguine inſigniter ſuffuſa fuerit;
hæc in oſſe bregmatis ſiniſtrô inter ſutu-
ſagittalem & coronalem vulnus inſigne ſe
ebat, quô non tantùm cutis cum cuticulâ
embrana carnoſa circumcirca groſſi ma-
dine ſeparata, ſed & aliquid cerebri ex-
i quantitate fabæ propulſum fuit: Sub
, detectis partibus, cranium ad Thaleri
dinem introrſum verſus in 3. fragmenta
ptum, aliud verò fragmentum, articuli
nitudinem habens, verſus ſuturam coro
m quodammodo extrorſum reflexum erat.
que meninx, dura & pia mater, ad longi-
nem dimidii digiti, & corticalis cerebri ſub-
ia ad profunditatem articuli dimidii con
ſatæ & ſauciatæ erant. Quemadmodum
ſatis conſtat, quod talia cerebri vulnera
e non ſint lethalia, ſed quod & maxima ce-
vulnera, quæ quoque cum ſubſtantiæ illi-
luvio ac jactura contigerunt, felicem ſuſ
rint medelam, qualia exempla apud Me-
s fide digniſſimos hinc, inde copioſè occur-
, ſc. inter alios apud *Anton. Muſ. Braſſa-
m, Nic. Maſſam, Fallopium, Fr. Ar-
n, Joh. Andream à Cruce, Pareum,
nck. Cabrolium, Petræum, Hor.
enium, Sennertum. Vid. Reſponſum
Med. Roſtoch. Lipſienſis. It. in Med.
Ammanni pag. m.* 76. 81. 97. 300. 585.
cumprimis autem vid. *Muralti Obſerv.
Miſc. Nat. Curioſ. D. II. A.* 3. *pag.* 295. *De
ſurâ cranii cum vulnere & ablatione
ionis cerebri; it. A.* 4. *p.* 295. *&c.* ita è
ra quoque negari non poteſt, ſimilia cere-
ulnera admodum periculoſa eſſe, ita ut è
m, imo mille, vix unicus emergat, ſcri-
e *Hippocrates de Capit. vuln. p. m.* 689.
3. Hac parte vulnera lethalia, ac ad curan-
& effugiendam mortem difficiliora ſunt,
m alibi in capite. It. Homo ubi etiam ali-
x vulnere moriturus eſt, breviore tempo-
oritur, qui hac parte capitis vulnus ha-
, quam qui alia. 16. 4.
uoniam igitur hoc adhuc tempore ſciri
oteſt, quamdiu defuncta poſt inflictam
m vixerit? multò minus, quibus ſym-
atibus correpta fuerit: Læſio quoque ne-
entriculos, neque baſin &c. ſed tantum
em cerebri penetravit, ac ad expurgatio-
puris vulnus ſatis amplum fuit; è contra
vaſa ſanguifera, è quibus ſanguis confer-
d terram profluit, minus obturata, nec de-
nodô deligata fuerunt; hinc ex dictis mo-
uſis ictum illum vehementem, indeque
um vulnus, quod malleô forte aut aliô
mento groſſi latitudinem habente infli-
Val. Pand.

ctum fuit, non quidem pro abſolutè & ſimpliciter lethali, ſed pro ſummè periculoſo, utpote quæ vulnera ſæpè ac utplurimum morte terminantur, habemus. Quæ omnia hiſce vi juramenti præſtiti atteſtamur. *Plaviæ die* 8. *Septembr.* 1688.

Georg Melchior N. D. & Phyſ.
Johannes Haſsler, Chirurg.

EXTRACT. DEPOSITIONUM.

Teſt. 2.

BArbara, Johannis Schlegelii conjux refert, quòd cùm primô jam ſomnô correpta dormiviſſet, Filius ſuus ædes pulſaverit, infantem attulerit, & ſe uxorem ſuam Rhombô occidiſſe dixerit &c. &c.

REGISTRATURA.

RHombo inſpecto obſervatum fuit, quod in parte inferiore columnam penetrans & è rhombo prodiens verticillus, in quo aliquid adhuc ſanguinis conſpiciebatur, binaque rhombi fulcra diffracta fuerint; ut adeoque probabiliter iis ictus cranio impactus fuerit.

Johann Schwanberger, Prætor
Urbicus.

Reſponſum Facultatis Medicæ Lipſienſis; deſuper Lethalitate Capitis contuſionis, Rhombo inflictæ.

TRanſmiſſis Nobis Actis, Thomæ Schlegelii Uxoricidium concernentibus, deſideratoque judicio noſtro de lethalitate, Regiſtraturam judicialem fol. 2. ut & Phyſici Chirurgique Atteſtatum fol. 4. perlegimus, omneſque circumſtantias collegialiter probè perpendimus; licèt verò de nihilo non ſit, quod juxta obſervationes à Medico allegatas periculoſa ſæpè capitis vulnera curata fuerint, hîc tamen, ob concurrentes diverſas enormes læſiones, rupturas ſc. vaſorum & inſignem ſanguinis effuſionem, fracturam, comminutionem & ſubſidentiam cranii, & hinc conſequens vulnus duræ ac piæ matris atque ipſius ſubſtantiæ cerebri &c. & quia ob tam ſubito inſequentem mortem nulla convenientia remedia adhiberi potuerunt, Vulnus meritò pro abſolutè lethali habetur. Quod &c. *Lipſiæ die* 2. *Nov.* 1689.

Ammanni Praxis Vuln. Lethal.
Dec. 6. *Caſ.* 6.

CASUS XXX.

DE VULNERE SEU CONTUSIONE CAPITIS GLOBO SPHÆRICO INFLICTA.

Relatio.

JOHANNES FRANCK Oelſnizenſis ab Affine ſuo, ex merâ malitiâ globulo quodam Sphæricô in caput projectô ita læſus fuit, ut ſub inſpectione, quæ ſequitur, obſervatum fuit: Defunctus Franckius, die 12. Julii 1680. ab Affine globulo Sphæricô, in os frontale prope ſuturam Coronalem injecto, haud procul à Muſculô temporali ſiniſtri lateris ita contuſus fuit, ut exinde ſtatim conciderit, auditu viſu que privatus fuerit, evomuerit, ſanguinem ex ore rejecerit, in ſoporem p. n. inciderit, inſequenti die ratione & loquelâ deſtitutus ſit, & tandem ſub principio tertii diei à projectione obierit; adeò ut veriſſimum ſit, quod *Sennertus* de contuſionibus ejuſmodi capitis „habet, dum: Sic affecti, inquit, brevi & „plerumque intra triduum moriuntur.

Sub inſtitutâ ſectione 1. Cutem & pericranium ſanguine ſuffuſum. 2. Cranium eodem in loco aliquot fiſſuris, & 3. intra cranium ac craſſam meningem grumum ſanguinis dimidium pugnum majorem æquantem, cum inſigni craſſæ meningis & cerebri depreſſione & tandem 4. ſub eâ cerebrum ſanguine ſeroſo ſcatens invenimus; quæ omnia conſideratis ſymptomatibus exinde dependentibus, in parte tam nobili & animæ rationalis omniumque ſenſuum internorum domiciliô, ex illata contuſione, ſanguinis extravaſatione & Spirituum ſuffocatione accidentia Lethalitatem nobis ſatis indicant, de qua Tit. *Dn. D. Welſch, Jud. Vuln. Rat. plura habet.* Oelſnizii die 15. Julii Ann. 1680.

Georg. N. Med.
N. N. Chirurgi.
&c.

Reſponſum Facultatis Medicæ Lipſienſis; deſuper Lethalitate contuſionis Capitis, à globo ſphærico.

QUùm tranſmiſſis Nobis Actis Inquiſitionalibus Homicidium, in Johanne Franckio commiſſum, concernentibus quæratur: *An genuina lethalitas hic occurrat? Et an ſanguis extravaſatus inter cranium & craſſam meningem hærens, pro conditione loci contuſi haud procul à temporibus, tempeſtivè educi, & jactu globuli ſphærici læſus Johannes Franck eô ipſô aut a… in vivis conſervari potuiſſet?* hinc prævia diligenti deliberatione & ponde… tione Atteſtati à Medico & Chirurgis fol. 7… ctor. impertiti omniumque illic occurrent… circumſtantiarum exiſtimamus, quòd hæc … bulo ſphærico inducta capitis contuſio, … fractura & fiſſura cranii, ut & inſigni ſangu… extravaſati & congrumati copia, & hinc ſub… ſubſtantiæ cerebri compreſſione, ſubſide… & jam incipiente corruptione, quam … ſymptomata periculoſa & tertio abhinc die… mors inſecuta eſt, ſimpliciter & abſolutè l… lis ſit; cum non videamus, quâ ratione ſan… congrumatus inter cranium & craſſam me… gem, in hôc aut ſimili Caſu, educi & c… prio præcaveri potuiſſet. *Lipſiæ die* 20. … 1683.

Ammanni Praxis Vuln. l…
Dec. 6. Hiſt. 7.

CASUS XXXI.

DE VULNERE CAPITIS CUM HÆMORRHAGIA INSIGNI … PRINCIPII NERVORUM COMPRESSIONE.

Relatio.

SUb peracta Inſpectione occiſi Foſſori… nicipalis ſeu Valli Inſpectoris, in part… dem capitis exteriore nulla vulneratio occ… apertô verò eô in cranio dextri lateris, … temporis regionem, in oſſe Syncipitis, … ſuturam coronalem fiſſura quædam obſ… eſt, quæ à modô dictô oſſe ſyncipitis de… verſus per os temporum ejuſque proceſſu… troſum & abhinc in additamentum oſſis … tis penetravit; ſicut non minus major … venæ jugularis internæ, qui foramen oc… ſecundum vel dextrum permeat, proba… jactu fortiori diſciſſus fuit, unde non pot… ſumma exoriri hæmorrhagia, cum non t… ictu jactuque factô ſtatim ſanguis confer… aure dextra promanarit, ſed & multum … ris, qui ad baſin cerebri & principium … rum ſe collegerat, ſub inſtituta ſection… xerit; quemadmodum & dexter ſimili… quartus cerebri ventriculus ſeroſâ ejuſm… teria repleti fuerunt; quod in ſubſidium v… propria ſubſcriptione confirmatur. *Da… ſæ die* 11. *Aprilis* 1677.

Laurentius Strauſs D. mpp.
Conrad Wagner.
Joh. Tobias Salfeld.
Georg. Reinhard Langs…
Chirurg.
Philippus Nicolaus …
Chirurg.

Reſpon-

…ponſum Facultatis Medicæ Giſſenæ; deſuper Lethalitate hujus Vulneris Capitis.

…Uit abſolutè & per ſe lethale, non tan… tum ob immanem hæmorrhagiam, ſed & …cipii nervorum compreſſionem & ſpiritu… animalium interceptionem &c.

CASUS XXXII.

DE

…LNERE CAPITIS ET CE…EBRI CUM SANGUINE COAGULATO CIRCA PRINCIPIUM NERVORUM.

…onſum Facultatis Medicæ Giſſenæ; …uper Lethalitate Vulneris Capitis & cerebri.

…Um Dicaſterium Principale hujus loci Nos …equiſiverit, ut judicium noſtrum ſuper le…ate vulneris die 25. Febr. occiſi & ſequenti …ſpecti Lictoris Præſidiarii h. l. aperiremus …e in formâ probante communicaremus; …inc prævià conſideratione circumſpectâ …um & ſingularum circumſtantiarum prin… Medicis & Chirurgicis conſentaneum eſſe …mus:

…bſervatô ſub inſpectione occiſi modoque …orati Lictoris, quod totum corpus invi…m, attamen ipſum dorſum omnino fu… apparuerit, inſuperque ex aure ſiniſtra ali… ſanguinis effluxerit, unde capite apertô …um fuit, quòd ſutura coronalis, quâ os …atis dextrum cum oſſe frontis combina… omninò ſeparata & dehiſcens ſe truſerit, …gmatis ſiniſtrum verò eô in locô, ubi ſu… …gittalis & coronalis coeunt, fiſſuram per …que laminam egerit, quæ non tantum … temporum ſiniſtrum penetravit, ſed & …ictum os temporum & proceſſum ejus, … (ut audit) petroſum ſimul affecit, adeò …ra hæc diſtantiâ ſuâ latitudinem in cultrô …averit; remotis autem cerebri membra… illæſis licet, porrò obſervatum ſubſtanti… …rebri omninò rubicundam, & tandem cir… …ncipium nervorum & exortum ſpinalis …llæ multum ſanguinis grumoſi collectum … Omnia ſecundum tenorem eorum, quæ …ore annotata nobiſque tranſmiſſa ſunt, …ecundum relationem Medicorum, In…oni cohabitantium.

…uandoquidem ergò judicio Hippocratis …mque Chirurgorum Probatorum non tan… …genere omnia vulnera in ſuturis, breg… … temporibus, ob pertimeſcenda illic …omata, ſummè periculoſa ſint, ſed & in ſpecie, hoc in caſu, ex vehementi contuſione facta extravaſatio ſanguinis, ejuſdemque extrava ſati collectio circa principium nervorum apoplexiam lethalem induxerit;

…al. Pand.

Hinc ſupra deſcriptum vulnus pro ſimpliciter & abſolutè lethali habetur.

Atteſtante hoc Sigillo Facultatis Ordinario. *Signatum Giſſæ die* 1. *Martii Anno* 1667.

Decanus, Doctores & Profeſſores Ord. Facult. Medicæ Giſſenæ.

CASUS XXXIII.

DE

CONTUSIONE CAPITIS PALO INFLICTA CUM PRINCIPII NERVORUM COMPRESSIONE.

Requiſitio.

P.P.

Doctiſſimi &c.

PEr additamenta his incluſa vos certiores reddimus, quid, cùm haud ita pridem Burgemindæ vir quidam, nomine Nicolaus Sehrt, conjugem ſuam, & Annerodæ in tractu communi Hüttenbergenſi ſubditus quidam Steinbacenſis, Johann Jacob Horn, Johannem Georgium Feylingium ita verberaſſent, ut ambo abhinc demortui, eorumque corpora à Medicis & Chirurgis more ſolitô viſitata fuiſſent, in Relatione ſua aperuerint.

Quùm vero ea deſuper & veſtrum judicium deſideremus, *an & quomodo in utraque perſonâ, pro circumſtantiarum conditione mors ſecuta ſit?* Hinc clementiſſimè vos jubemus, ut additamenta ſupradicta diligenter perlegatis omnia probè expendatis, & de unoquovis caſu in ſpecie ſententiam veſtram cum rationibus & remiſſione additamentorum proximè tranſmittatis; & Nos Vobis Gratioſiſſimè favemus. *Darmſtadii die* 10. *Octobr. Anno* 1696.

E. Ludov.

Reſponſum Facultatis Medicæ Giſſenæ, deſuper Lethalitate vel Illethalitate utriuſque Contuſ. Capitis.

P.P.

1. QUâ ratione Johann Georg. Faylingius, cælebs adhuc & 22. annorum An-

nerodæ à Jacobo Hornio Steinbacenſi die 29. Sept. nuper effluxo, tempore veſpertinô circa 8. aut 9. horam palo quodam in capite ita vapu-
»lârit, ut abhinc 3. Octobr. manè obierit: Ubi
»ſub inſpectione, à Phyſico hujus loci biniſque
»Chirurgis inſtituta, obſervatum fuit, quod
»1. ictus ſe truſerit in brachio dextrô, ſed fermè
»curatus; 2. conquaſſatio cutis in capitis ſummi-
»tate lateris ſiniſtri, quodammodò cœrulea,
»ſed abſque tumore, effluente poſt cranii diſſe-
»ctionem ſanguinis copiâ ingente & hiante ſu-
»tura coronali uſque ad ſuturam ſagittalem ſi-
»niſtri lateris, ultra cultri in dorſo craſſitiem,
»utut abſque feſtucis, mobili tamen exinde
»frontis oſſe: Supra & infra duram matrem non
»contemnenda quoque cruoris & ſanguinis co-
»agulati quantitate ſubſiſtente, in dextro au-
»tem & ſiniſtro latere, circa proceſſum petro-
»ſum oſſis temporum, ſub illæſa adhuc dura
»matre, foraminulum oboli circiter magnitu-
„dine obſervatum. Ventriculô aut ſinu cere-
„bri dextrô ſanguine ſeroſo pleno, in reliquis
„verò tribus ventriculis nil conſideratione di-
„gno, utut ſub cerebello in ſinu majore oſſis
»occipitis ſanguine grumoſo occurrente: Id è tranſmiſſa Nobis & hiſce jam remiſſa Relatione Phyſici Ord. & utriuſque Chirurgi fuſius perſpeximus.

Quùm ergo Sereniſſimus Princeps & Dominus Noſter Clementiſſimus Gratioſiſſimè nobis injunxerit, ut judicium & ſententiam noſtram:

An ſc. & quomodò Mors in Juvene illo pro circumſtantiarum conditione inſecuta fuerit? cum rationibus devotiſſimè impertiremus & tranſmitteremus;

Hinc nos infra nominati, prævia maturâ ponderatione omnium & ſingularum in ſupradicta Relatione cæteriſque Nobis hîc locorum poſteà communicatis Actis occurrentium circumſtantiarum principiis & fundamentis Artis conſentaneum eſſe ducimus, quod licet 1. in allegata modo relatione non habeatur, quòd Defunctus poſt acceptam plagam extemplò corruerit, loquela etiam & ſenſibus orbatus fuerit, de quibus *Hippocrat. Prænot.* 3. *text.* 499. *n.* 370. *Ed. Lind.* ſcribit: Quibus cerebrum concuſſum fuerit & doluerit, percuſſis, aut aliàs lapſis, hi ſtatim voce privantur, & neque vident, neque audiunt, & plerumque moriuntur. *Conf.* 7. *aphor.* 88. *&* 1. *de Morb. S.* 3. *text.* 14. *no.* 34. 2. quoque Phyſicus hujus loci N. N. unà cum Chirurgo Ruprechto non ſtatim in principio, ſed ſecundo die circa veſperam, vel circa principium tertiæ noctis demum ad ægrum vocati fuerint; dum intereà Chirurgus Lichenſis Textor locum contuſionis capitis per inciſionem cruciformem, ita dictam, (prævia capitis raſura & adhibitis primum defenſivis ex oleo roſarum, beton. &c.) non aperuit, nec ſanguinem extravaſatum quovis modo atque ductu, ut idem in *Pareo, Fore-ſto, Pavvio, Valleriola, utroque Fa-cio, Greg. Horſtio, Timæô à Güldenk-e, Sculteto &c.* videre eſt) educere & deri- ſtuduit.

Attamen & quoniam 1. e reliquis, à fr-
nobis non communicatis Actis & Phyſici h-
loci priori ſcriptaque relatione eluceſcit, c-
primum, quoad caſum repentinum & ſenſ-
deperditionem, certo contigerit: Sa-
quoque memoratus Phyſicus 2. oretenus
bis retulit, quod ſanguis coagulatus ſupra &
duram matrem, ut & in ſinu majori oſſis
pitis & ſub cerebello, poſt mortem rep-
tam induratus & tenax fuerit, partibuſqu-
tam firmiter adhæſerit, ut vix cultro abrad-
fuerit: Qui propterea, quoad ſecundum
que per trepanationem, neque alia
vis remediorum genera extrahi potui-
teſte *Bohniô, Exam. Vuln. letha- p.*
216. Quoniam etiam 3. illæ capitis
nes, quæ contundendo fiunt, long-
riculoſiores ſunt, quam cæſim, vel i-
mentis ſecantibus inflictæ, ut in Re-
ſo noſtro ſubjectiſſ. vulnus ſimile concern-
die 18. Septemb. haud ita pridem tranſm-
ex *Sennertô, Pavvio, Sebizio, Wiſe-
no, Blancardo & Bohnio* oſtendimus
demum 4. probabile admodum eſt, quòd
guine coagulatô ſub cerebellô repertô v-
culus cerebri quartus & nobilis, ut & pri-
um nervorum (licet id in Relatione Med-
preſſè non contineatur) obſtructa &
quenter influxus ſpirituum animalium ip-
facultas animalis primò & tandem quoqu-
lis intercepta fuerint; Hinc violentam
contuſionem cum ſciſſura cranii & dilace-
ne piæ matris & vaſorum cerebri, tum ſ-
ſeroſorum, tum lymphaticorum, per ſe
ſolutè lethalem fuiſſe & vulneratum nec-
indè obiiſſe credimus. *Conf. Bohn. Ex-
Vulner. lethal. pag.* 251.

II.

MUlierem Burggemundanam, quæ
ter præterlapſo die 3. Octobr. man-
horam 4. (juxta Phyſici Grunbergenſis
rumque Chirurgorum Relationem) in
quodam domus ſuæ exanimis invent-
quod attinet, ſub inſpectione corporis
mati externè, neque in cute nec binis te-
ribus, nec in reliquô corpore vel mini-
plagæ aut contuſionis alicujus veſtigium
currit, niſi quòd tumor admodum exig-
2. digitorum latitudine, ſub aure dextr-
mandibula obſervatus fuerit, qui vel pu-
vel aliô inſtrumentô obtuſo fortè illatus
quô apertô, contuſio quædam, capita-
tudine, cum pauco ſanguine interfuſ-
truſit, nec amplius quid, ſive verſus
cem, ſive alibi obſervari potuit;
ſanguis è naribus aut auribus ema-

anió verò remotô, ſub ejus diſſectione ſta-
n inſignis ſanguinis quantitas per ſciſſuram
mpendo profluxit: Ablatô verò eô non
tùm utraque meninx illæſa, ſed & tota ſub-
ntia cerebri, cum ventriculis ſuis integra &
que ſanguine inventa ſunt, ita ut & inter
nium ipſum duramque matrem non mul-
n ſanguinis reperiri potuerit. Quamprimum
o tota cerebri moles è cavitate cranii ex-
ta fuit, retro circa principium nervorum
ula diſrupta comparuit, quæ continuò ad-
ſanguinem emiſit, una cum ſanguine coa-
atô, nucis avellanæ craſſitie. Apertô verò
omine, uterus lapidis inſtar durus & in for-
renis cujusdam conſpiciebatur.
am negari non poteſt, Obſervatores quos-
Medicos perhibere, quod interdum, etiam
edentibus quibusdam plagis aut caſibus,
e ullâ læſione partium externarum (*teſte
iól. d. pag.* 155. 210. *ſeq. &* 234.) inter-
on tantùm calvaria læſa, ſed etiam cere-
ita commotum fuerit, ut exinde quam-
s venulæ in eô dilaceratæ, & ſubitanea mors
inſecuta fuerit; quia vero in Relatione
ci Grunbergenſis nullarum plagarum, nec
ntiæ ullius, in reliquis vero Actis tantum
alicujus, mentio injicitur, quam Nicolaus
uxori ſuæ, ut ipſemet fatetur, inflixit: Exi-
ero læſio atque tumor ſub aure dextra in
ibula ſub inſpectione obſervata, à caſu
am aut contuſione fortè orta, & effluxus
is ſub apertione cranii æquè ex laceratione
arum & vaſorum ſtrictius adnatorum, à
ductibus & aſperitate calvariæ oriri, ve-
uoque in parte poſteriori circa princi-
nervorum facilè à causâ internâ & ante-
eâ obſtructione ac circulatione ſanguinis
iſſilire & memoratum ſanguinem coagu-
, nucis avellanæ craſſitie ſuppeditare po-
prout idem in pluribus apoplecticis, teſte
*ero in Obſerv. de iis, qui apoplexiâ
nt, & Boneto Anatom. Practic. p.* 92.
bſervatum fuit;
nc ob allegatas cauſas propriè determi-
on poſſumus, an mulieris hujus obitus ab
alapâ aut aliâ Nobis incognitâ violentiâ
erit; quò aliâs ſcirrhus uteri ſimul obſer
arum vel omninò nihil contribuere po-

od Juſſu Principali Clementiſſimo devo
cum ſubjectione referre & propria noſtra
ptione ſigillique Facultatis Medicæ ap-
ne confirmare voluimus, debuimus
iſſæ die 19. *Novembr. An.* 1696.

*uſtus Frider. Dillenius D. Facult.
Med. Decan. & h. t. Ac. Rector.
ohannes Chriſtophorus Herthius D.
ohannes Eberhard. Schleirmacher. D.*

CASUS XXXIV.

DE VULNERE CAPITIS CUM PRINCIPII NERVORUM COMPRESSIONE.

Inſpectio & Relatio.

SUb accuratâ atque ſedulâ Inſpectione Juvenis, die 2. Jannar. currentis modò 683. anni, veſperi intra horam 9. & 10. vulnerati, & diei inſequenti manè abſque Medici aut Chirurgi alicujus adhibitione demortui (quam in præſentiâ Dnn. Præfectorum ad id Deputatorum inſtitui) externè neque in occiſi corpore, neque artubus ullum vulneris, ictus, aut cujuscunque plagæ veſtigium comparuit, niſi quòd tumor quidam in capite circa muſculum temporalem dextrum (qui crotaphites audit) obſervatus fuerit, ubi poſt apertionem tumoris hujus, exigui licet, contuſio muſculi temporalis, cum læſione arteriæ carotidis ſive ſoporalis aliorumque vaſorum, indeque ſuborta tam ingenti hæmorrhagiâ ſe truſit, ut etiam tota cranii ſphæra ſanguine coagulato ferè circundata fuerit. Detectis itaque muſculis, apertoque craniô, in parte cranii laterali dextra, duplex cranii fiſſura, una ab oſſe frontis, bregmatis ſive ſyncipitis, os dextrum & ſuturam coronalem, uſque in ſiniſtrum verticis os, utramque quoque laminam penetrans, ſpithamæ longitudinem ferè adæquans, altera verò exteriorem ſaltem cranii laminam penetrans, digitique medii longitudinem non excedens inventa: Duræ matri, juxta tempus dextrum, quantitas congrumati ſanguinis incumbebat, utrâque, craſſa & tenui meninge illæſâ, niſi quod dura mater ferrâ quodammodò læſa fuerit. Perluſtratô tandem etiam cerebrô, ſimiliter omnes ferè cavitates vel ſinus ſanguine coagulato referti, principium etiam ſpinalis medullæ ipſum ſanguine congrumatô quodammodò cinctum videbatur, ita quidem, ut in unô occipitis ſinu, in quô pars cerebelli dextra continetur, cochlear majuſculum ſanguinis coagulati, illinc extracti, contentum fuerit. Quod atteſtantur

*Johannes Juſtus Bücking D.
Johann Friderich Müller,
Chirurgus.*

Judicium Medici.

QUamvis jam contuſio vel læſio Muſculorum temporalium, ob triplicem nervorum inſertionem, maximum inferat convulſionis, imò etiam ipſius mortis periculum, præſertim affectâ parte inferiore, magis nervosâ, ob

cujus diſtenſionem Hippocr. interioris maxillæ luxationem, niſi ſtatim reponatur, lethalem pronunciavit, vid. *Bartholin. Anatom. l.* 3. *pag.* 535. ob ſanguinis quoque profluvium ex læſis arteriis muſculorum horum contuſiones & vulnera maximè periculoſa habeantur. Fiſſuræ verò cranii, ut & congrumatus ſanguis ſupra duram meningem, ex celeberrimorum Autorum obſervationibus ſæpiſſimè feliciter curatæ fuerint, ita, ut juxta Illuſtrem *Timæum von Güldenklee* non omnia cerebri vulnera capitisque contuſiones & cranii fiſſuræ aut fracturæ pro ſimpliciter & abſolutè lethalibus habenda ſint; ſed ea tantum, quæ in causâ ſunt, ut ſpiritus animales ſubitò diſſipentur, vel ſanguine è vaſis effuſô principium nervorum occludatur, atque ita ſpirituum animalium influxus prohibeatur; nihilo tamen minus dubium aliquod reſtare videtur: Annon ſc. in principio effuſio ſanguinis in principium ſpinalis medullæ inhiberi potuiſſet? quod tamen aliorum, & quidem Superiorum judicio relinquo? Quem in finem, efflagitante neceſſitate juſſuque obtento, diductam magis caſus hujus Relationem formaturus ero.

Joh. Juſtus Bücking D.

Reſponſum Facultatis Medicæ Giſſenæ, deſuper Lethalitate vulneris Capitis.

QUandoquidem Facultas Medica hujus Acad. debitô modô requiſita fuerit, ut judicium ſuum ſuper lethalitate vulneris, Juveni die 2. Jan. 1683. veſperi inter 9. & 10. horam vulnerato & inſequenti mane, ſine præceſſa Medici Chirurgique vocatione circa quintam demortuo, illati aperiret: Hinc præviâ omnium & ſingularum in Relatione traditâ contentarum circumſtantiarum Principiis Anatomicis & Chirurgicis conſentaneum eſſe ducimus.

Obſervatô ſub inſpectione demortui (& quidem adhuc ante ſectionem) ad regionem muſculi temporalis dextri exiguo tumore, poſt ejus ſectionem contuſio muſculi temporalis cum læſione arteriæ carotidis aliorumque vaſorum & hinc ſuborta hæmorrhagia tam inſignis occurrit, ut etiam totum cranii hemisphærium ſanguine coagulato ferè cinctum fuerit. Apertò verò craniò in hujus latere dextrô porro duplex ejuſdem fiſſura ſe truſit, quarum altera ſpithamæ ferè longitudine oſſis frontis & utriusque bregmatis duplicem laminam, nec non ſuturam coronalem penetravit: Altera verò exteriorem laminam penetrans, longitudine medii digiti. Duræ matri, juxta tempus dextrum quantitas congrumati ſanguinis incubuit, utrâque, durâ ſc. & piâ, matre illæsâ. E contra omnes ferè cavitates cerebri ſanguine coagulatô repletæ ipſumque ſpinalis medullæ principium ſanguine congrumatô quodammodò cinctum apparuit, ita quidem, ut in alterô occipitis ſinu, in pars cerebelli dextra continetur, cochlear juſculum ſanguinis coagulati contentum fu Omnia juxta tenorem communicatæ Nobis Medico æquè ac Chirurgô ſubſcriptæ R tionis.

Utut verò jam enarrata contuſio Mu temporalis, cranii fiſſuræ, collectio item moſi ſanguinis, ſupra duram meningem, nu abſolutam lethalitatem, ſi cætera fuerint inferant, ſed ut ſtatui huic præternaturali o ramus, convenientia adhuc remedia ſint ac nus, ut plurimis id exemplis, è probatiſſimi rurgis & Medicis, ſi opus eſſet, demonſtrar ſet. Attamen & quoniam quantitas collect guinis grumoſi extra & intra Cranium, ut ſura utramque laminam penetrans & in l tudinem inſignem, etiam per ſuturam co lem protenſa, de inſigni violentiâ cauſæ ex clariſſimè teſtatur, & quòd exinde vaſa ſa fera, vel mole grandiora, vel numerò etiam in ipsâ ſubſtantiâ cerebri (cum pe ninges illæſas ſanguis ab extra in ventricu rebri penetrare non potuerit) læſa fuerint ſtatim extravaſatio ſanguinis immodica, dem ἀθρόως & confertim ſecuta ipſæque tes cerebri, in ſpecie quarta, repletæ & ſim locatum principium nervorum coanguſt & ita nullum omninò Artis ſubſidium ad fuit, quô affluxus ſanguinis ad principiu vorum inhiberi, aut collectus circa illu cuari potuiſſet.

Hinc vulnus hoc pro ſimpliciter & al lethali eſt habendum.

Quod appreſſione Sigilli Facultatis confirmare voluimus. *Sign. Giſſæ die* *vembr.* 1687.

Decanus & Profeſſores
Facult. Med. Giſſenæ

CASUS XXXV
DE
VULNERE CRANII CU SIGNI CEREBRI COMMOTIONE TRAVAS. SANGUINIS ET NUC LÆSIONE.

Requiſitio.

IN cauſa homicidii imputati, JOH BERNHARDI Tibicinis Mindenſis CHRISTOPHORUM WEINMANN niorem, Medicus ad Sectionem requiſ aliquot Chirurgis, *Actor. fol.* 32. *Vol.* 1. tum quoddam impertiit, quod Inquiſit fenſionalibus ſuis, *Vol.* 2. *à fol.* 49. & ſpiciendis, impugnavit; quô factô *fol.* 96. & 97. *Vol.* 2. ſcriptô illud fuſius confirmare ſategit. Qu

ium hoc *Vol.2.fol.*101. Deciſioni Legali
iſerimus *fol.* 104. adhæc etiam ſenten-
btinuerimus, vi cujus Medici modò dicti
rgorumque Relationes,quæ Vol.1.fol.32.
occurrunt, unà cum Actis Inquiſitiona-
cumprimis autem Inquiſiti Defenſionalia
ati cuidam Medicæ offerre eandemque
cie de hac quæſtione conſulere debea-
*An exiſtimet vulnera in Defuncto ob-
ta per ſe lethalia & incurabilia*
?
ic Honoratiſſimos meos Dominos offi-
ogo, velint haud gravatim ejus me certio-
ddere; quod &c. *Dat.Zvvickaviæ d.*30.
667.

Joh. Philipp. N.

Atteſtatum Medici.

cidit, ut JOH. BERNHARD, Tibicen
lindenſis, quartò circiter die ab acceptis
e læſionibus obierit. Quapropter à Judi-
minali Zvvickavienſi nos infra nomina-
eram mortis cauſam inquirendam, vo-
ut prævià ſectione corporis ejusque in-
ne judicium noſtrum deſuper impertia-
bgati fuimus. Invenimus ergò Defun-
odò dictum binis ictibus vehementibus,
latis, in occipitio vulneratum fuiſſe, ita
ictus in dextrò latere, cujus inciſio trans-
trium digitorum transverſorum longi-
præ ſe ferebat, ad profunditatem cra-
tim ad extuberantiam oſſis occipitis, ad-
ſuturâ lambdoideâ perrexerit: Alter au-
niſtrò latere ſimiliter modò dictum oc-
s, in parte ſupremâ, proximè ad ſutu-
bdoideam ferierit, ubi ad nucham ferè
d latitudinem manus, â craniô reſecta
ebat. In ipſô craniô externè nil quic-
deri poterat, an diffiſſum aut comminu-
rit, cum in nulla ferè capitis parte tam
& firma, ac in loco, ubi optima & nobi
erebri pars, cerebellum ſc. & princi
rvorum, continetur & à Naturâ eò me-
itur. Apertò verò capite obſervabatur,
anium ſub ictu ſiniſtrô quodammodò
ſuffuſum & ſub eô, (dubiô procul â
ione & dilaceratione venularum inter-
dum ictus ille ſuturam ſtatim attigit)
nguinis coagulati craſſioris in matre
a medietatem capitis, contentum fue-
is tamen verſus ſiniſtram cerebelli par-
pe viciniam illam, ubi 4. canales prin-
rebri uniuntur, & inter ipſum cerebrum
llum conjunguntur, ita ut cerebellum
odammodò depreſſum & macula ſub-
ura matre ab inflammatione ſanguinis
ntis apparuerint. In ſummitate verſus
, circa canalem longitudinalem, quem Eruditi Torcular vocant, aliquid craſſi & coagulati ſanguinis inter duram & piam matrem cerebro inſidebat canalesque & vaſa cerebri ubivis ſanguine plena, turgida & diſtenſa erant. Juxta hæc pariter ictum quendam detegebamus, qui per os verſus colli vertebras tendebat & intus verſus latus dextrum prope foramen, per quod medulla ſpinalis è cerebro in ſpinam dorſi tendit, incipiendo os occipitis illîc, ad latus declinando, perforabat, ubi mucro enſis internam cerebri meningem, quam duram matrem vocant, in cavitate illâ, in qua dextra cerebelli portio continetur, quodammodò attigerat læſeratque, unde nonnihil ſanguinis coagulati illic reperiebatur. Utut verò è Symptomatibus, læſionem ſtatim inſequentibus & ad mortem uſque continuantibus, vivente adhuc Defuncto, juxta ſententiam & experientiam Celebriorum Medicorum (quorum prognoſtica ut hîc allegemus nimis prolixum minusque neceſſarium eſſet) haud difficulter mortis ſecuturæ certitudinem dijudicare & conjicere potuerimus, dum ἔκληψις καὶ παραφροσύνη ut *Hippocrates* loquitur, deperditio læſioque judicii & memoriæ, propenſio in ſomnum continua, immobilitas corporis, ſenſuum imminutio, hemiplexia ſiniſtri lateris & tandem ſtertor ſuperveniens, reſpiratio difficilis, cum ſpumâ oris lethalem cerebri vulnerationem ſatis indicaverint: Idem tamen ſectio & inſpectio poſt obitum eò magis confirmabat. Et quoniam vulnus illud parti nobiliſſimæ cerebri inflictum, adeoque in occipite prope principium omnium nervorum contigit, ubi ob inſignem illam commotionem extravaſatus coagulatusque ſanguis, partim externè matrem duram, partim internè cerebrum in ſubſtantia ſuâ aggravavit, ductus ejus obſtruxit & ſupradicta ſymptomata induxit nullaque ratione absque ulteriori læſione educi, multò minus tam brevi temporis intervallô per medicamenta diſcuti potuit (quod in ſimili ſtatu prorſus impoſſibile) hinc neceſſariò mors per ſuffocationem, utpote quâ unicè apoplectici æquè ac in capite ſimul vulnerati jugulantur, neceſſariò & inevitabiliter inſecuta eſt; quapropter vulnus hoc, ob allegatas cauſas pro ſimpliciter lethali habendum. Ictum punctim illatum quod attinet, neque is, ſi Defunctus diutius in vivis perſtitiſſet & reliquis ictibus cæſim illatis, minus obnoxius fuiſſet, curari potuiſſet, quoniam cranium intus eo in loco perforatum fuit, cui neque remedium applicari, neque Sphacelismus cranii impediri potuiſſet; adeoque ſi non tam citò & tam brevi temporis intervallô, eandem tamen certè & neceſſariò mors inſecuta fuiſſet.

Hæc autem reverâ ità obſervata & in allegato Defunctô conſpecta fuiſſe, DEI æquè ac Conſcientiæ noſtræ teſtimoniô juratò adſtruere poſſumus, indeque Atteſtatum hocce

pro

pro deſiderio concipere & impertire voluimus. *Zvvickaviæ die* 21. *Jul. An.* 1667.

Zacharias Nicol. N. D. Phyſ. ibid.
Philipp. Wircker.
Raphael Jungnickel. } *Chirurgi.*
Georg Eberlein.

Reſponſum Facultatis Medicæ Lipſienſis, deſuper Lethalitate vulneris cranii.

P. P.

Cum propoſitâ Nobis quæſtione & transmiſſis prius Actis, è 3. voluminibus conſtantibus, inquiratur, *an exiſtimemus, quòd vulnus in occiſo repertum per ſe lethale fuerit, nullaque Arte curari potuerit?* Hinc præviâ perlectione Atteſtati, à Medicis & Chirurgis communicati, negotium hoc maturè & collegialiter perpendimus: Licèt autem Nos non lateat, quandoque inſignia & periculoſa ſatis capitis vulnera, ſi legaliter tractentur, optimè curari & ſanari poſſe; Attamen & ſi læſiones Occiſo huic illatas, in ſpecie autem contuſionem hancque inſecutam cerebri commotionem, ut & hinc obortam extravaſationem ſanguinis & ſuccedentem inflammationem meningum, cum ictu per os verſus nucham tendente, conjunctim conſideremus, & ſubſequentia ſimul ſymptomata, & quidem omnia juxta tenorem Atteſtati Medico Chirurgici probè ponderemus, omninò ſtatuimus, Vulnus in hoc Occiſo (prout ſc. deſcribitur) repertum per ſe lethale fuiſſe, & ob circumſtantias in eodem Atteſtato adductas curari non potuiſſe; quod Dnn. Reſponſi loco celare non potuimus. *Lipſiæ die* 2. *Decembr.* 1667.

Ammannus in Prax. Vuln. Lethal. Dec. 1. *Hiſt.* 5. *p.* 62.

CASUS XXXVI.
DE PERCUSSIONE IN NUCHAM, INSTRUMENTO SANNIONIS FACTA.

Requiſitio.

V. V. Magnif. Magnif. non poſſum non fuſius & ſecundum omnes circumſtantias referre, quàm ſubitaneus mortis caſus Dominicâ 1. poſt Trinitatis feſtum, in Foſſâ Sclopetariâ hujus loci, in Servô Lanionis, Joh. Nicolao Selingero, Hoffenſi, acciderit, & quâ ratione eam cauſam ipſe judicialem inquiſitionem in[...] rim. Societas ſc. tormentaria hujus loci, [...] idem tempus, in dicta modò Foſſa, ſclopet[...] ſcopum ſibi præfixum ſeu diſcum exploſi[...] directis ſe exercuit, ubi pariter tunc conſtit[...] fui, & ſicut in hoc Exercitiô mearum part[...] fuit, Spectatores in locis periculoſis conſtit[...] abigere, & à periculô tutos reddere conatus [...] Accidit igitur, ut eodem omninò tempore [...] rantibus exploſionibus ſclopetorum, iden[...] lingerus juxta alios in periculoſa quadar[...] tione repertus fuerit, quapropter eundem [...] minus, ac alios abegi, & ſub abitu inſtrum[...] ſannionis (mit der Pritſchen) plagam ali[...] dorſo ejus intuli. Hoc factô ſæpius allegat[...] lingerus non tantùm erectus adhuc ſtetit, [...] vertendo & circumſpiciendo, voce prorſ[...] mutatâ: quare me verberas? mihi ogg[...] ſed etiam ad terram ſe inclinavit, pileum qu[...] durante hâc actione de capite ejus decidera[...] vando eundem capiti ſuo impoſuit; abh[...] terius abiit & ad lævam manum collem, i[...] radice hæc actio contigerat, ad minimum [...] 5. paſſus ſurſum eundo adſcendit, & in [...] ſummitate conſtitutum palum, cui per[...] verſum baculus infixus erat, binis mani[...] prehendit; nec certò hîc ſcitur, an ba[...] hunc aſcendendo ſuperare, & ictum ſc[...] rium (qui eodem tempore fieri debebat[...] tare, an verò palum ſupradictum evelle[...] que eôdem proſternere voluerit? Inter[...] nibus gliſcentibus & inde declinantibus is [...] recidit. Licet autem nonnullæ haud pr[...] eô conſtitutæ aliæque plures perſonæ, i[...] petias laturæ, accurrerint, ſtatim tam [...] lapſum exanimatus, nec aliud in eô obſe[...] fuit, niſi quòd collum circumcirca ill[...] ctum fuerit. Caſu hoc ad Laudatiſſ. Jud[...] jus loci delatô, abſque ullâ morâ, eôder[...] die, cum in locum, ubi cadaver adhuc [...] ſe contulerunt, idemque ope Chirurgor[...] ſimul advocatorum inſpexerunt, & in eô [...] omninò dislocatum, ita ut abſque inſign[...] facies ad dorſum converti potuerit, al[...] nulla læſio, nec ullum plagæ veſtigium [...] aliud externum læſionis ſignum obſe[...] conſpecta fuerunt. Die inſequenti dict[...] dò cadaver à Chirurgis denuò Inſpectio[...] ciali ſubjectum, & juxta colli vel nuchæ [...] nem ulterius obſervatum fuit, quòd co[...] cum circa, cumprimis in binis ejus lateri[...] gis tamen in ſiniſtrô, quàm dextrô, ſan[...] ſigniter ſuffuſum fuerit, ſiquidem id bi[...] ctionis atteſtata ſub A. & B. pluribus o[...] Quamvis autem circumſtantiæ hacter[...] meratæ luce meridianâ clarius ob oc[...] nant, Selingerum non tam ex plag[...] mento ſannionis à me illi inflictâ, quà[...] à caſu obiiſſe, attamen Genitor ejus ab[...] pore judicialiter me convenit, & quò[...] ejus inſtrumento ſannionis retrò in cer[...]

rim, collum ita effregerim, adeoque in
i ſim, quod filius emortuus ſit, conque-
ſt. Quoniam ergò in deducendâ inno
â mea occupatus ſum, & reſolutione ſeqq.
tionum indigeo: *An ſc. is, cui collum*
diffractum ſive luxatum eſt, 1. *circumſpi-*
2. *vegeta & immutata voce loqui,* 3.
terram inclinare, & 4. *pileum elevatum*
ti imponere, tandemque 5. *ad* 5. *paſſus*
redi, & ſurſum verſus collem adſcende
leat? Vel ſi omnia hæc conjunctim perfi-
on valeat, *an* 6. *in omnem eventum uni-*
tantùm aut alteram ex adductis modò
nibus, & quamnam ex illis, collô licet
rvice dislocata, in actum deducere va-
Item, *annon* 7. *in corpore alicujus,*
ollum plaga diſruptum fuit, ſtatim ab
factô externa quædam læſio, vel admini-
ſignum aliquod illius plagæ neceſſariò
rere debeat? & annon conſequenter 8.
uam primâ ſtatim die, quâ Selingerus ex-
it, in corpore ſuô externè neque plagæ,
e alius cujuſdam læſionis veſtigium habu-
hacce tantùm causâ, licet ſuperioribus
entiſſimis, imo infallibilibus (ut ſimpli
meæ videntur) innocentiæ argumentis de-
etur, *ſufficienter eluceſcat, ipſi per*
meam plagam, inſtrumentô ſannionis
tam, collum neutiquam diffractum,
eceſſariò à caſu luxatum fuiſſe? Hæc
ie Reſolutio tutiſſimè à Dnn. Medicis ex-
i poſſit? hinc V. V. Magnif. Magnif. &c.
Hoc cum debito redhoſtimentô &c. Da-
offiæ die 16. Nov. 1673.

Johann Schreiber.

A.

Relatio Chirurgorum I.

Laudatiſſ. Judiciorum Hoffienſium nos
ne ſubſcripti Chirurgi Nicolai Selingeri
, natu maximum, Johannem Nicola-
lingerum, à Johanne Schreibero, in-
nto ſannionis in parte colli capitiſque
verberatum, & abhinc, poſtquam ad col-
iens cancellis ſe applicuerat, retrola
in ædibus Parentis ſui inſpeximus, atque
m omninò diſcontinuatam invenimus.
lapſu, aut ictu, inſtrumento ſannionis
, acciderit, accuratè conſpici non po-
uia neque plaga, neque tumor, neque
aut intumeſcentia comparuerunt.
Hoffiæ die 1. *Jun.* 1673.

Hans Georg Schmidt.
Thomas Lauer.
Nicol. Höltzel.

V. Pand.

B.

Relatio Chirurgorum II.

HOdie hora 9. matutina die 2. Jun. Juſſu Quæſtoris hujus civitatis, nos in fine ſubſcripti Johannem Nicolaum Selingerum denuò inſpeximus, quoniam exanimis obriguerat, & invenimus, quòd utrumque colli latus, ſiniſtrum tamen magis, quam dextrum ſanguine inſigniter ſuffuſum fuerit &c. &c.

Iidem qui ſupra.

Reſponſum Facultatis Medicæ Lipſienſis; de vera vertebrarum colli luxationis cauſa.

P. P.

QUùm Caſum aliquem Nobis tranſmiſeris, qui Dominicâ 1. poſt Trinit. nuper in Foſſa Veſtra Exploſoria, in Servo quodam Lanii, Johanne Nicolao Selingero, accidit, quem inſtrumento ſannionis in dorſum verberâras, unde non tantum circumſpexit, ſed & locutus, ſe ad terram inclinavit, pileum elevavit, hunc capiti impoſuit, abhinç ad lævam progrediens collem 4. aut 5. paſſus ad minimum inde diſtantem ſurſum verſus adſcendit, abhinc à colle recidit, & poſt lapſum hunc ſtatim exſpiravit: Repertò ſub inſpectione collo circumcirca diſcontinuato &c. Omnia ſecundum tenorem Relationis à Te fusè inſtitutæ; eaque de causâ ſequentium quæſtionum reſolutionem à Nobis deſideraveris: An ſc. is, cui collum ſive diffractum, ſive luxatum eſt 1. circumſpicere &c. &c. Hinc prævia Collegiali ponderatione & conſideratione circumſtantiarum Reſponſi loco Te celare noluimus, quòd intuitu 1. 2. 3. 4. 5. & 6. qq. juxta Fundamenta Artis, cumprimis Anatomiæ, ut & Experientiæ, vix credibile ſit, eum, cui collum, ſecundum circumſtantias allegatas, effractum, circumſpicere & loqui poſſe, ſed talis extemplò, tanquam attonitus, abſque ſenſu, licèt interdum cum motu, tamen convulſivo, ad terram ruere debet, adeoque actiones, à Te enumeratas, exercere non poterit. Unde quod 7. quæſtionem attinet, cum ſecundùm depoſitionem & atteſtatum Balneatorum, qui corpus demortuum (utut abſque prævia ſectione & apertione omnino neceſſaria) tantum obiter & ſuperficialiter inſpexerunt, primô die accuratè obſervari non potuit, an cervix à relapſu in dorſum, aut plagâ inſtrumentô ſannionis impreſſa diffracta fuerit, quoniam neque plaga, neque tumor aut ſuffuſio occurrerunt, cum

tamen ad minimum ab ictu ſtigma quoddam rubicundum apparere debuiſſet; hinc quoad 8. quæſtionem potius hariolari licet, ſæpius allega um Selingerum à relapſu potius collum effregiſſe, quàm quòd ictu inſtrumentô ſannionis inflictô, cumprimis, ut à Te deſcribitur, illud diſcontinuatum fuerit. Quod &c. *Lipſiæ die* 20. *Novembr. Anno* 1673.

Amman. Prax. vuln. Lethal Decad. 3. *Hiſt.* 6. *p.* 234. *ſeqq.*

CASUS XXXVII.

DE CONTUSIONE NUCHÆ LETHALI.

Requiſitio.

P. P.

Acta tranſmiſſa veſtras Excell. docebunt pluribus, quid die 4. Martii in vicinia contigerit, videlicet: Caſpar N. cauponâ benè potus cum Jacobo N. domum tendens, lapide Nucham Jacobi petiit, tàm vehementer, ut quatriduo poſt obiret.

Inſpectione Cadaveris habitâ, obſervatum, quod Jacobo venulæ diſruptæ, multumque ſanguinis craſſi & congrumati ſub cranio collectum, ac prout referunt adſtantes, intolerabili dolore per hoc triduum fuerit correptus.

Reus è contrario pro defenſione ſua demonſtrare nititur, quòd Jacobus N. non à jactu, ſed ex malo regimine, & pravorum ſymptomatum invaſione, mortuus fuerit. Ut itaque legaliter in hoc negotio procedam, à Veſtr. Amplitt. petitum venio, velint Acta tranſmiſſa, potiſſimum autem inſpectionem vulneris, diligenter perluſtrare, poſtmodum ſententiam ſuam haud gravatim communicare: *An videl. Jacobus N. ex jactu lapidis in nucham, vel magis ex malo regimine, obierit?* Dab. Ileburgi die 2. Maj. Anno 1628.

Paul N. Præfectus.

Reſponſum Facultatis Medicæ Lipſienſis; ſcilicet jactum, lapide Nuchæ inflictum, neceſſario fuiſſe lethalem.

Ad quæſtionem, perlectis ſedulò actis, propoſitam reſpondemus ita: Si verum, quòd Jacobus N. lapide jactus, palmô ſupra collum, quo Calvaria latitudine imperialis, citra tamen aliam læſionem, fuit denudata ipſe quoque ſtatim in terram cecidit, alterutro oculo torvum ſubinde videns, omnibus ſenſi[bus] deſtitutus, loquelâ privatus, quæ ſymptom[a]ta quarta die mors excepit, apertoque cra[nio] mater dura teruncii latitudine livida, ſangu[ine] ſuffuſa, ſub qua cochleare ſanguinis cong[ru]mati repertum, hinc nulla quoque trepana[tio,] quia cruor ſub meningibus Cerebri collect[us,] multo minus Emplaſtra, Clyſteres, vel Ve[næ] ſectio, pro revulſione, prodeſſe potuer[unt.] Idcò unanimiter concludimus ex fundame[ntis] artis noſtræ, *quod, rebus ſic ſeſe habenti[bus,] Jacobus N. à jactu lapidis in Nucham fa[cto,] neceſſariò obierit, minimè verò à malo [re]gimine.* &c. Dab. Lipſiæ die 7. Maji A. 1[6]..

Vid. Amman. in Med. C[r]it.

CASUS XXXVIII.

DE CONTUSIONE NUCHÆ [I]N CAPITE.

Requiſitio.

Ex adjectô heic extractô videre licet, q[uo]... tione Decurio V. Hollaufer à Ruſticis [q]ui... buſdam globulo ſphærico Erzlebiæ projec[to] occiſus fuerit. Cùm vero à Regimine P[rinci]pali Weiſſenfelſenſi inquiſitio Præfectur[æ] Sa[n]xenburgenſi demandata fuerit, hinc fol[io].. lum. 6. per ſententiam judicialem deciſum ... ut primò omnium Medici & Chirurgoru[m Ca]ſtrenſium Relatio Facultatis cujuſdam M[edi]cæ Judicio, an inſpectio in ſe & ſua natura [pro le]thali habenda ſit, committeretur: Qu[o]... fol. 11. Facultatis Medicæ Erfurtenſis d[e]... fuit: Quod præcipitatio de Equô cauſa ... tinæ mortis fuerit, factaque læſio in ſe & ſ[ua na]turâ pro lethali habenda non ſit. Quùm ... id Medicus requiſitus fol. 10. ſeqq. r... hinc officioſè rogito, ut de hoc: *An læ[ſio] in ſe & ſuâ naturâ pro lethali habenda* ... debita remuneratione judicium veſtrum ... tiatis. Dat. in Caſtris Sangerhuſanis die ... Jul. Anno 1685.

N.

Inſpectio Vulneris.

1. Graviſſima contuſio capitis, à g[lobulo] ſphæricô in occipite, juxta nuc[ham].
2. Cutis externa non fuit cruenta.
3. In principio fuit cruenta.
4. Occiput juxta nucham, duplic[em ha]buit fiſſuram.
5. Sub meningibus è cerebellô cru[or col]lectus.

6. Qui è naribus & ore profluxit.
7. A quibus Spirituum ſuffocatio & inter-
o, & ſic Apoplexia, tandemque mors pro-
.

Joh. Nicol. N. Medic.

…onſum Facult. Medicæ Erfurtenſis; deſuper Illethalitate contuſionis Capitis.

…Cta tranſmiſſa, Decurionem V. H. ejuſ… …que obitum concernentia, in ſpecie verò …mque paſſum nobis propoſitum, ſc. Rela… …s Inſpectionis, tum Medici, tum 3. Chi… …orum fol. 9. contentas collegialiter & dili… …er perlegimus & perpendimus. His autem, … primis quæſtioni annexæ: An &c. &c. ut … principia Medica ſatisfiat, Inſpectiones à …te ſtatim allegatæ quidem lucidiores eſſe & …ri cum diligentiâ inſtitui & annotari, cum… …is autem quoad omnes circumſtantias re… omnia deſcribi debuiſſent. Interim ta… è Relationibus tantum elucеſcit, quod …ipitatio de Equô præcipua mortis repenti… …uſa fuerit, quæ jactu, qui incuſatur, ve… …entiori quidem ſimul promoveri potuit, …men, ut læſio inde illata per ſe & ſua natu… …halis haberi non debeat. Siquidem & ſan… …circa collum & verſus præcordia probabili… …ngè à dictâ modo præcipitatione, quam …uſione à merô illô jactu deduci poteſt. *Er… …die 3. Jun.* 1685.

…onſum Facultatis Medicæ Lipſienſis; …ſuper Lethalitate contuſionis Capitis in Nucha.

…Blatis Nobis Extractis Actorum Inquiſiti… …onalium Occiſum Decurionem V. H. con… …entium & de propoſitâ inter alia Quæſtio… An? &c. judiciô noſtrô requiſitô: Præ… …ollegiali ponderatione omnium & ſingula… circumſtantiarum amicè reſpondemus, … Contuſio hæc cranii in occipite, cum du… …fiſſuris circa nucham, ut & contuſio cere… cerebelli à jactu potius vehementi, glo… ſphæricô inſtituto, quam præcipitatione …quo producta fuerit, ita ut præcipitatio à …ope accedente & deperditione Spirituum …alium inducta ſit. Læſionem verò ipſam … concernit, eandem, ob vehementem …uſionem & fiſſuras cranii, ſimiliter, quia …s ille in nucham, ubi principium nervo… …latitat, impactus fuit, pro abſolutè letha… …emus, cum exinde Spiritus Animales, …enas & arterias ruptas & conſequenter à …ine extravaſato intercepti & ſuffocati fue… indeque mors ſubitanea neceſſariò inſequi …erit. *Lipſiæ die 7. Julii An.* 1687.

Val. Pand.

SIMILIS CASUS
DE
CONTUSIONE CAPITIS A JACTU IN NUCHAM ET CERVICIS VERTEBRAS.

Requiſitio.

EX Actis in fine adjectis obſervare licebit, quod juxta ſententiam Judicis judicium veſtrum de hoc tantum puncto: *Annon jactu à Joh. Gottofredo V. Lochau inſtitutô Defuncta Ancilla, Magdalena Catharina Miritſchia, ita, ut fol. 5. 9. 11. habetur, & in Relationibus illic contentis deſcribitur, lædi potuerit?* De jure requiri debeat; Quapropter officiosè rogamus, velitis negotium hoc porrò Collegialiter & ſolitâ cum diligentia perpendere, nobiſque deſideratum judicium Veſtrum, pro debito redhoſtimento &c. &c. *Deſſavii die* 25. *Oct.* 1685.

N. N.

Reſponſum Facultatis Medicæ Lipſienſis; deſuper Lethalitate jactus in nucham & cervicis vertebras.

PEr totum Reſponſum omninò affirmatum fuit, quod ex ſolo jactu (cum plaga inflicta probari non poſſit) vertebrarum colli diſlocatio, ut & mors ſubitanea, per fuſtem & ſcipionem tranſmiſſum induci potuerit. *Lipſiæ die* 20. *Octobr.* 1685.

Ammanni Prax. Vuln. Lethal. Dec. 6. Hiſt. 3. & 5.

CASUS XXXIX.
DE
VULNERE GULÆ LETHALI, CUM VERTEBRARUM COLLI COMMINUTIONE.

Reſponſum Collegii Chirurgici Lipſienſis; die 28. Aug. Anno 1626.

P.P.

ET inventum fuit, quod ictu ſclopetario in collo vulnerati cartilago ſcutiformis in ſiniſtro latere omnino conquaſſata, inſignis

in collo vena læſa, œſophagus & arteria aſpera perfoſſa & vertebra colli, quæ ſimul tacta fuit, ita diffracta & comminuta fuerit, ut ſanguis arteriam aſperam irruperit, & ex hac æquè ac conquaſſatione laryngis aeri via intercepta fuerit, & ob vertebrarum colli comminutionem medulla ſpinalis, tanquam principium & ad vitam humanam omninò neceſſarium membrum ſimul læſa ſit; quapropter intra tam paucas horas vulneratum neceſſariò exſpirare oportuit.

CASUS XL.
DE VULNERE ASPERÆ ARTERIÆ SIMILI.

Vid. Reſponſum XIV. apud Timæum à Güldenklee pag. 31.

CASUS XLI.
DE VULNERE OESOPHAGI & VASORUM VICINORUM.

Relatio & Renunciatio Jenenſi de Vulnere Oeſophagi cum venæ jugu externæ & arteriæ carotidis læſion

POſtquam prævia requiſitione ordinari diciorum in N. infra nominati die hod per ictum ſclopeti heri circa veſperam inte tum N. N. inſpeximus, obſervavimus i ſclopeti, in dextro colli latere, è cor quartæ vertebræ haud procul à medio, ſul xillâ dextrâ ſuperiora verſus jugulum pe ubi muſculi adjacentes conquaſſati & ob v am icti, ambuſti, vena jugularis externa & ria carotis per medium diviſæ, œſophagu omnes reliquæ partes) ambuſtus & ap aſpera vero arteria leviter ſimul tacta fuit, ad primam uſque vertebram cervicis adſc runt, ubi charta ſclopeto intruſa, mag dine ſuâ & latitudine reliquas ſimul vert attigit. Cerebrum & Cerebellum ſic ſat va erant, exceptis lituris quibuſdam illîc rentibus; E quo quidem vulnere ſau neceſſario obire debuit. *Actum* 1669. *Jul.*

Georg Wolffgang Wed
N. N.

PANDECTARUM MEDICO-LEGALIUM
PARTIS II.
SECTIO III.
DE VULNERIBUS PECTORIS LETHALIBUS.

INTRODUCTIO.

§. I.

ORdine nos ad vulnera Thoracis deducente, primô ſtatim intuitu majorem quis, circa partium continentium lethalitatem, ἀκρίβειαν aut ſollicitudinem deſiderare poſſet, q MUSCULORUM PECTORALIUM & COSTAR vulnera à nemine, quod ſciam, pro abſolutè lethali ſed periculoſis tantum habita fuerint, ut exemplum in *Caſ.* 4. *Sect.* pr dentis occurrebat. Poſtquam vero noſtris temporibus, è princ mechanicis, innotuit, partes haſce ad arduum reſpirationis nego abſolutè neceſſarias eſſe, ipſoſque pulmones ad dilatationem thoraci tendi, hocque concidente, ab aere intercluſô rurſus comprimi, ut ter *Mayovium & Senguerdium* eleganter oſtendit *Dn. Schamber in Diſp. de Reſpiratione læſa*: adeoque fieri poſſit, ut ſive in mu

erforatis, ſive coſtis, numerò pluribus, diffractis, tantus hiatus tur, ut aer intercluſus nullâ amplius ratione coerceri poſſit, quin datâ â ruat, ſicque vulneratus neceſſariò exinde ſuffocetur; hinc, non ſine â, quandoque vulnera ejusmodi per ſe & abſolutè lethalia dicenda eſſe, ratiſſimo Viro, *Dn. D. Bohnio in Tr. de Renunciat. Vuln. Lethal. cap.* 13. 91. videbatur, ututpro eâ, quâ pollet modeſtiâ, rem ulteriori alio- dijudicationi offerat.

§. II.

De Partium autem Contentarum vulneribus res magis expedita eſt, inter primò omnium PULMONES occurrunt, quorum, ut & PLEU- & MEDIASTINI, vulnera, non tam per ſe, quàm per accidens lethalia entur in CAS. I. & II. Conf. *Zittmannus in Med. Forenſ. Cent.* 1. *C. XII. p.* 47. uamvis hiſce vulneribus phthiſis utplurimùm ſuccedat, certum tamen alibi perfectè quoque eadem curata fuiſſe, ut egregiò exemplò docet *inus, in Hiſtoria Vulneris Thoracici.* Quodſi autem vena aut arteria pul- alis, aut rami illarum majores perforentur, ob hæmorrhagiam in- peſcibilem vulnera illa per ſe & ſimpliciter lethalia evadunt, ut è Reſp. AS. III. apparet; id quod plerunque in vulneribus pulmonum ſclo- iis accidit, qualia in CAS. IV. & V. referuntur. Quemadmodum & ua pectoris vaſa majora, mammaria, ſubclavia & vena ἄζυγος ſimili obnoxia ſunt.

§. III.

De PERICARDII Vulneribus, lethalitatis intuitu, diſcrepant Autores, n abſolutè & ſimpliciter talem exiſtimant haud pauci, non quidem fluxum humoris pericardii, à *Rondeletio & Svevo*, ex falsâ hypotheſi, ro causâ allatum; ſed quòd Pericardium nihil aliud ſit, quàm con- s tendinum, à quamplurimis muſculis, texturam cordis conſtituen- , orientium, unde ob ſummam ejus ſenſibilitatem convulſionem & em mortem neceſſariò læſiones ejus ſequi ſtatuunt. At verò cùm ex- ntia teſtetur, vulnera ejusmodi quoque curata fuiſſe, etiam parte peri- ablatâ, hinc neque illa pro ſimpliciter lethalibus habentur in CAS. VI.

§. IV.

n Vulneribus autem CORDIS dijudicandis omnes ferè conſentiunt, unquam non pro ſimpliciter & abſolutè lethalibus habentur, ſive antiam ejus feriant, ſive vaſa: Maximè verò ſi in ipſos cordis ventri- penetraverint, quæ eodem, quô infliguntur, momentô purpuream am, è priſtinô corporis domiciliô, propellunt, ut in CAS. VII. & VIII. licet.

§. V.

andem SPINÆ DORSI læſiones huc referri poſſent, quæ ſi ob ejus- racturam aut luxationem Medulla Spinalis, intus contenta, prorſus rimatur ſpiritibusque animalibus via intercludatur, per ſe lethales oſſunt, cumprimis, ſi SPINALIS MEDULLA per transverſum diſ- r, aut latius incidatur. Puncturæ autem ejus (niſi in ſummitate fiant) & abſolutè lethales non ſunt, vid. Reſp. ad CAS. IX. Rariſſimum eſt iculum cum annexo pancreate & omento in cavitate pectoris in- veniri, quod in vulnere diaphragmatis majori contingere poſſe, CAS. X. ad oculum oſtendit.

CASUS I.
DE
QUALITATE VULNERIS THORACIS.

Reſponſum Facultatis Medicæ Giſſenæ.

POſtquam HENRICUS BECKER, Miles Gregarius, ſub Chiliade Schrautenbachianâ, die 27. Nov. anni nuper præterlapſi, tempore matutino, circa horam IX. in duello ab Adverſariô ſuô vulneratus, & paulò poſt, die 4. ſc. Decembr. veſperi hora 6. demortuus fuerat: Die inſequente ſub inſpectione atque ſectione cadaveris, ictus, à pugione ancipite, digitum transverſum longus, ſub brachio dextrô, inter V. & VI. coſtam, pleuram, uſque in ſextam dorſi vertebram, perforans obſervatus fuit, una cum ſanguine ex parte grumoſo & ultra 3. menſuras implente, in cavitate pectoris hærente, cui dexter Pulmonum lobus ferè innatabat. Prout verò ictus ille modò dictam pulmonum partem, & quidem in inferiore magis, quàm ſuperiore tetigerat, ita, dum prædictus lobus, in dimidietate inferiori jam corruptus & putredine affectus, in parte verò ſuperiore omninò emarcidus & flaccidus fuit, non obſtante curatiſſimâ viſitatione, profunditatem & magnitudinem vulneris, & quæ vaſa vulnerata fuerint, invenire non potuimus: Neque in vulnerato ab initio ſymptomata quædam lethalia occurrerunt, niſi quòd brevì poſt illatum vulnus & ſub primâ deligatione brevioribus animi deliquiis, doloribus in latere vulneratô & abhinc reſpiratione difficili correptus fuerit. Adhæc Chirurgus Caſtrenſis, qui ſub vexillô eodem ſtipendia merebatur, circa meridiem demum ad ægrum venit, eundemque primâ vice tantum obiter deligavit, nullâ V. S. adhibita, neglectis etiam medicamentis, tam internis, quàm externis, hic omninò neceſſariis; donec ægro ſequenti die Arhelgâ Darmſtadium translato, res curæ Chirurgi Chiliadis Primarii concredita fuerit, qui præviâ exploratione debita quidem remedia adhibuit; Æger autem Darmſtadii adhuc per 3. dierum noctiumque intervallum, in frigore decubuit, Arhelgâ quoque, non obtectô vulnere, Darmſtadium delatus fuit, &c. Omnia juxta tenorem Relationis à Phyſicô Darmſtatinô D. Geilfuſiô deſcriptæ, nobisque communicatæ.

Cum ergò juſſu Principali Clementiſſimô, judicium noſtrum Medicum ſuper lethalitate vulneris hâc in causâ impertire teneamur; Hinc præviâ maturâ & Collegiali ponderatione omnium & ſingularum in caſu hoc occurrentium circumſtantiarum exiſtimamus, quod licet illa vulnera pulmonum (cum vulnera pleuræ
& ſextæ dorſi vertebræ, quorum in Rela
mentio fit, nullius ferè conſiderationis ſint
majora illorum vaſa, tam arterioſa, quà
noſa diſſecant, ab *Hippocrate* 3. *Coac.* 388
ſo lib. V. c. 26. aliisque Medicis pro ſimpl
ac per ſe lethalibus habeantur, *vid. Bo*
Exam. Vuln. Lethal. p. 316. & ſeqq. ub
res, attamen & quoniam ob dimidietate
feriorem pulmonum jam corruptam, pa
que ſuperiorem eorum flaccidam ſub ſe
obſervari non potuit, cujus profunditatis
gnitudinis fuerit ipſum vulnus, an pulm
eorumque vaſa, & quænam læſa fuerint?
quoque ex inſigni illâ ſanguinis quantita
cavitatem pectoris ſucceſſivè extravaſatâ
concludi nequit, vaſa quædam majora &
bilia ictu vulnerata fuiſſe (cum eô in ca
neratus intra horas aliquot, imò ſemiho
cumprimis tam ſuperficiariâ & juſtô tardi
ligatione, & neglectu remediorum, tam
norum, quàm externorum accedentibus,
ſariò hæmorrhagiâ perire nec in octavum
ſupervivere debuiſſet) ſed potius contrar
quod vulnus nec adeò profundum & i
nec vaſa quædam majora læſa fuerint,
bile eſt.

Hinc eâ de cauſa de ſimplici & abſo
thalitate per ſe nil certi determinare poſſ
ſed eò potius inclinamus, quòd vulnus
ptum, propter exiguam curam primitu
bitam ægrique negligentiam, ex accide
thale fuerit; cumprimis, quod ſtatim ab
non obſtante tam perfunctoria curation
nulla tamen ſymptomata lethalia ſe tr
ſed ipſe vulneratus ad 8. uſque diem am
ſtare, ſedere & ſermocinari potuerit, i
jora adhuc & periculoſiora pectoris, qu
ipſum, ſæpè curata fuerint, ut apud *H*
l. 3. *Obſ.* 13. *& l.* 4. *Obſerv.* 55. *in E*
Fuhrmanni circa fin. Fabric. Hild. C
Obſ. 32. *& Cent.* 3. *Obſerv.* 36. *Pech*
ſtor. Vuln. Thor. Bohn. l. c. p. 36. *&* 31
que quamplures videre eſt; Inſuper
dexter pulmonum lobus ante vulnera
flaccidus & corruptus eſſe potuerit, & ita
ctus jam ante ſemiphthiſicus fuerit.

Quod juſſu Sereniſſimi humilimè re
Sigillô Facultatis Noſtræ Ord. confirm
bemus: Signatum, *Giſſæ* die 13. Jan. 1

Decanus & Profeſſ. Fac. Med.
Michael Bernhard Valentini
Rector.
Johannes Chriſtoph. Herth.
Arch.
Juſtus Fridericus Dillenius

CASUS II.
DE
VULNERE PECTORIS.

Inſpectio.

ıidem ex mandato Prætoris Urbani Clau-
lvari Corvini, ſcriptô conſignatô, nos in-
pti Chirurgi jubemur luſtrare & exami-
adaver Fabri Illuſtriſſimi Domini Gene-
lajoris Gyldenlövvii, qui non ita pridem
i gladiô eſt vulneratus, in præſentia Cla-
orum & Excellentiſſimorum Virorum, D.
æ Bartholini, M. Jani Dolmeri & aliorum,
r defuncti accuratè luſtravimus & ape-
s. Ubi primò invenimus exiguam pun-
n ſupra claviculam, in dextrô latere, propè
n, & apertô corpore nihil prorſus ex inte-
ıs eſſe læſum, quamquam & cor & pul-
s extraxerimus, ſed cor valdè tenue & exi-
c pulmones ea magnitudine aut robore
li in ſiniſtrô latere, ſecus ac in dextrô. Præ
ouncturam habuit ſub ſiniſtrâ ſcapula po-
verſus alas brachii, ſed non penetravit.
ui reperimus magnam quantitatem mate-
nicoctæ in pericardiô, & ſiniſtram pectoris
tem ea materia fuiſſe repletam; unde pro-
t iſta materia, certò ſcire non poſſumus,
dicere licet hominem hunc ex duabus
uncturis mortuum. Ita actum revera, fa-
manuum ſubſcriptione. Hafniæ 18. Nov.

Wilhelmus le Eſchnoven.
Martinus Sixen, Chirurgi.

---

*nſum Facultatis Medicæ Hafnien-
s, deſuper illethalitate vulneris
pectoris.*

Clementiſſimô Reg. Maj. mandatô, quô
ceſſitas nobis imponitur judicandi de
rgorum luſtratione in cadavere Fabri Fer
eneralis Locûtenentis Güldenlövvii, qui
e hac creditur occiſus, noſtramque ſen
m ſcriptam extradendi ſexdecim illis judi
, qui juramento tenentur reum declarare:
d ſubjectiſſimum obſequium parati hodiè
nimus, & ex Chirurgorum non ſolùm
narratione, nobis exhibita, ſed & ex ipſo
ræſentium reſponſione ad noſtra interro-
omnibusque circumſtantiis perſpeximus,
llas puncturas lethales neutiquam fuiſſe,
od collecta in pericardiô & ſiniſtrô pe-
materia potuerit ex aliis pulmonis inter-
ectionibus & morbis originem ſuam tra
ine ulla externa cauſa, ſive punctura, cæ-
iisque infelicibus caſibus. Id quod ſubje-
a fide ſignavimus, & Sigillô Facultatis Me-
univimus. Hafniæ die 8. Martii, 1658.

Thom. Bartholinus Dec.
Chriſt. Fabricius D.
Jacob. Svabe, Med. D.
Sim. Paulli D.

Paulus Moth. D.
Chriſtianus Oſtenfeld. D.
Vid. Thom. Bartholin. in Ciſtâ Med. Hafn. Locul. LX. pag. 609.

CASUS III.
DE VULNERE PECTORIS.

Inſpectio.

PRæviâ Requiſitione Inclytæ Academiæ à Nobis in fine ſubſcriptis, Studioſi Eccardi, die Lunæ præcedenti vulnerati, & die Sabbathi inſequente demortui, cadaver heri à meridie in Theatrô Anatomicô inſpeximus, & in eô invenimus ictum punctim illatum, in latere quidem ſiniſtrô, verſus dorſum, 3. digitos transverſos latiores & longitudine & latitudine æquantem, quô præter integumenta communia & externa coſta octava & huic incumbentes Muſculi intercoſtales totaliter, ſeptima verò coſta, ad culmi latitudinem perforata & diſſecta erat, penetrante ſimul ictu per diaphragmatis partem carnoſam in cavitatem thoracis & in ſiniſtri pulmonis lobum ſuperiorem, ad articuli latitudinem, ita, ut exinde quædam pulmonum vaſa & cumprimis inſignes rami arteriæ læſa & diſſecta fuerint; quapropter & inſignis vehemensque hæmorrhagia ſuborta fuit: Quemadmodum & in thoracis cavô ſiniſtrô magna adhuc ſanguinis grumoſi copia, cum paucô pure, ſubſtantia pulmonis in parte læſa ad nummi uncialis latitudinem ſanguine ſuffuſa ac inflammata, ejusque tunica & pleura totius lateris corrupta apparebant. Cùm ergo hæc, pulmonum imprimis, læſio ita comparata fuerit, ut nullis omnino medicamentis hîc admodum neceſſariis illi ſuccurri potuerit, maximè autem hæmorrhagia arteriarum in hoc viſcere, continuò motu gaudente, ſiſti non potuerit; adeoque exinde una cum ſanguine Spiritus Vitales neceſſariò evaneſcere, & ipſa reſpiratio intercipi debuerint; hinc vulnus hoc juxta Fundamenta Anatomica & Chirurgica à Nobis pro ſimpliciter & abſolutè lethali habetur. Lipſiæ die 7. Decembr. An. 1674.

D. Johann Bohn.
Michael Martin Molzer.
Paul Heinrich Schmidt.

Reſponſum Facultatis Medicæ Lipſienſis, de Lethalitate vulneris thoracici.

Fuit

FUit hæc fractura coſtæ & vulnus deſcriptum abſolutè lethale.

P. Ammannus in Prax. Vuln. Lethal. Dec. 3. *Hiſt.* 8. *p.* 246.

CASUS IV.
DE
VULNERE PULMONUM GLOBULO SCLOPETARIO INFLICTO.

Requiſitio.

DIe 10. Jun. Dom. 1. Poſt Trin. hora primâ pomeridianâ in areâ ſclopetariâ hujus loci infortunium inſperatum accidit, dum Civis hujus loci, exploſione probatoriâ ad terminum directâ, hunc quidem feriit, globulus autem à fulcro hujus reflexus, Virum ex averſa muri parte inopinato prodeuntem in dextro latere tetigit, & claviculam dextram diffregit, poſt quem ictum 140. paſſus adhuc, donec ad domum aliquam pervenerit, abſolvit, dimidiâ abhinc hora deligatus, veſperi autem, inter 7. & 8. horam exſpiravit: Quem die inſequenti à binis Medicis ſecari juſſi, ut illorum Atteſtata fol. 12.17. Actorum invenienda docent. Cum ergo ſcitu opus habeam, *an vulnus hoc per ſe lethale fuerit?* ut dictum Dn. Lic. Steuerlini judicium fert: An verò per accidens ob nimium ſanguinis effluvium lethale evaſerit; hinc pro debitâ remuneratione &c. Suhlæ die 1. April. 1683.

Chriſtianus Ludovicus N. Præfectus.

Atteſtatum I. Medicum.

MArtini Autheni corpus exanimatum, propter fermentationem & putrefactionem incipientem intumeſcens jam, externè inſpiciendo, ſtatim claviculam dextram in mediô ferè, magis tamen verſus collum, ictu ſclopetariô diffractam obſervavi. Sternô igitur remotô, in dextrô pectoris latere ultra lib. 1. ſanguinis continebatur, quô exhauſtô, ictum ſub ramis ſubclaviis repentem & lobi dextri pulmonis ſuperiorem partem penetrantem invenimus, ita quidem, ut vulneris pulmonalis locus ad pollicis majoris latitudinem ab extremitatibus dicti lobi diſtaret, læſis ſimul majoribus vaſibus ſanguiferis, quæ in utraque vulneris parte optimè adhuc conſpiciebantur, repertis pariter aliquot feſtucis majoribus in pulmonibus. Ictus autem ſclopetarius, poſtquam deorſum verſus lobum dextrum penetrârat, quintam, ut videbamus, coſtam veram lateris dextri, ad diſtantiam digitalis latitudinis à Spina dorſi, pariter perfo- unà cum vaſibus intercoſtalibus, ita, ut adhuc portio deorſum verſus in V. coſta r- ſerit: Globulô ingentis ſatis magnitud- quodammodò planô & inæquali, paulul- pra V. coſtam, cum plurimis feſtucis ca- pactis & ſanguine coagulatô repertô. Al- nus eâ gaudebat magnitudine, ut digitu- jorem immittere potuerimus, exceptô e- ubi clavicula diffracta erat, in quô vix e- torium carni inſinuari poterat, idque p- ſitum muſculorum mutatum, ſecundùm ſituationem corporis, cum notaretur ſub- hunc ictum ſe inclinando excepiſſe, q- muſculi contracti ſanguini viam intercl- Quoniam igitur juxta veram hanc Rela- Vulnus hoc plurium vaſorum, & conſec- inſanabilis hæmorrhagiæ eſt: Item vuln- incongrui, propter quem Chirurgus n- tuit manum adhibere ad conſolidanda ſtringenda vaſa ſanguiflua, eaque non r- It. Vulnus cum contuſione, vel cum fr- to oſſium & læſione in pulmonibus. V- nus magnum & profundum pulmonum meritò, ſalvô tamen aliorum Judicio, il- nus per ſe lethale vocare poſſumus, velu- Med. Doct. idem comprobant. *Dn. A- mann. Med. Crit. p.* 282. inquit: Let- vulnerum non ſolùm ex læſione unius principalis, verum etiam ex læſione pl- & minus principalium æſtimati deb- *Bohn. in Colleg. Publ. de Lethal. Vu-* cebat: Vulnera inter alia per ſe lethal- propter ſitum incongruum, propter Chirurgus non poteſt manum adhibere nus ſanare. *Sennertus Prax. Lib. V.* 36- Si vulnus pulmonum eſt magnum & n- lùm ſubſtantia, ſed etiam magna vaſa rantur, ea ſunt abſolutè lethalia. Tande- que *Cardilucius in Praxi pag.* 987 ſentit; licet aliâs ſubjectum intra 6. h- ictum exploſorium non ſtatim obierit guini exitus paratus fuiſſet (cum idem guine ſuffocatum fuerit) neutiquam t- ſtitui potuiſſet, ex ſuperioribus rationib- gumentis. *Schleuſſingæ die* 15, *Jun.* 1683.

L. Samue- N.

Atteſtatum Medicum II.

SUb inſpectione inventum fuit, quò- clavicula in mediô ferè diffract- Aperto verò Thorace obſervabatur, bus dexter pulmonum circa extremit- periorem ictu perfoſſus, & in pulmoni- neratus feſtuca è clavicula inventus f- Adſtantes clariſſimè conſpiciebant. ſanguine in dextrâ thoracis parte coll- ſpiciebatur, ictum quartam coſtam fer- demque ad latitudinem digiti à Spina fregiſſe, globulô ſupra V. coſtam, i-

nguine coagulato, latitante. Notam ſeretur, locum, unde ictus ſclopetarius at, altiorem fuiſſe eò loco, ubi Martinus e per eundem vulneratus fuerat. Ad- efunctus poſt Ictum exceptum 140. paſ- huc abſolvit, donec ad domum, in quâ uit, pervenerit. Prætereà cum domus, vulneratus permanſit, quodammodo à diſtaret, ad minimum quadrans horæ ef- debuit, antequam ad eundem pervenire rimus. Unde ob ſanguinem emanantem n temporis non ſuperfuit, ut convenien- æſidia Chirurgica adhiberi potuerint. *e die* 28. *Jun.* 1683.

Andreas N. D.
Chriſtophorus Reih Chirurg.

---

nſum Facultatis Medicæ Lipſienſis; ſuper Lethalitate Vulneris Pulmo- num ſclopetarii.

anſmiſſis Nobis Actis Inquiſitionalibus, omicidium in Martino Lauthenio perpe- n concernentibus, & deſiderato judicio no- ſuper ſeqq. Quæſtionibus: *An &c. &c.* ſufficienti ponderatione allegatarum nſtantiarum reſpondemus, deſcriptum ſatis magnum pulmonum vulnus, quô a & ingentia vaſa ſanguiflua ſauciata & im- hæmorrhagia excitata fuit, (ut fracturam quintæ, & per eandem productas feſtucas ice taceamus) meritò pro ſimpliciter le- abendum eſſe. *Lipſ. die* 16. *Auguſt.*

Ammann. Praxis Vuln. Lethal. Dec. 5. *Hiſt.* 7.

CASUS V.
DE LNERE PECTORIS ET ABDOMINIS.

Requiſitio.

P.P.

upo noſter, Urbanus Fabian, ab Equite uodam, exploſione globuli è ſclopo bre- ita die 17. Junii vulneratus, ut die 23. m etiam obierit. Vidua, & hæredes ejus tam hujus homicidii Senatui detulerunt, nte omnia, ut de qualitate læſionis certi us, corpus demortui aperiri curavimus. uerunt ſectioni ſequentes Medici & Chi- quorum nomina in atteſtato expreſſa, terne & internè conſiderando vulnus, ſub- one propriâ Relationem ſuam ſub A. no- tulerunt, quam Dominis Scabinis unà ctis inquiſitionalibus tranſmiſimus, quo- ntentia hæc eſt, ut à Collegio quodam *l. Pand.* Medico informatio peteretur: *An Ictus iſte, globulo factus, certò, & per ſe, lethalis ſit, ut patientem eo mori etiam oportuerit?* Ideô Veſtras Excell. officioſè rogo, velint in ardua hâc quæſtione, judicio ac pronunciatione ſuâ mihi ſuccurrere, atque quid *de lethalitate hujus vulneris propriè ſentiendum?* categoricè explicare &c. *Dab. Martisburg. die* 10. *Octobr.* 1635.

A.

Relatio.

AD requiſitionem Senatus N. nos infra ſcripti, corpus Urbani Fabiani, globulo è ſclopo minore (Piſtol) interfecti, inſpeximus, ubi externè hoc animadverſum, quod ictus globuli ſupra ſiniſtram Thoracis partem per muſculum pectoralem intraverit, & circa lienis regionem per Coſtas ſpurias egreſſus rurſus fuerit; abdomine aperto, prout decet, ſeparatis cute, muſculis, cum peritonæo & omento, portio Lienis, quæ antrorſum in parte ſumma protuberat, globulo prorſus perforata, duæque Coſtæ ſpuriæ fractæ ac contuſæ apparuerunt: pariter à globulo tranſeunte ventriculus in parte inferiore ejuſdem lateris, Diaphragma in ſuperiore parte, ſiniſter pulmonum lobus in extremitate, ut & una coſta ſub muſculo pectorali, penitus fuerunt vulnerata atque violata &c. Quæ veritatis ergò teſtari debuimus &c. *Dab. Martisburg. die* 25. *Junii* 1635.

N. N. N. N.

Reſponſum Facultatis Medicæ Lipſienſis; ſcilicet Vulnus hoc pectoris, & abdominis fuiſſe lethale.

LIteras Veſtrar. Amplitt. ut & Relationem Anatomico-Medicam vulnus aliquod concernentem, optimè accepimus: & quia à Nobis determinari cupiunt, *utrum ictus globuli, quo Urbanus Fabian ab Equite vulneratus fuit, lethalis per ſe fuerit, ut eô læſum mori præciſè oportuerit?* Ideò ex Relatione adjuncta, cui fidem neceſſariò habere cogimur, ita reſpondemus; licet interdum contigerit, quòd læſiones in ejuſmodi partibus fuerint curatæ, & patiens (exempla proſtant in Obſervationibus Medicorum & Chirurgorum) ſervatus, tamen raro contingit, & centum etiam moriuntur prius, quàm unus reſtituitur, jure itaque cum *Galeno Lib.* 6. *Aph.* 18. *& Celſ. Lib.* 5. *C.* 26. hæc vulnera huic claſſi adſcribuntur, quod nimirum ſæpè & *utplurimum* interimant, & curationem difficilem habeant. Et quoniam in hoc individuo non una ſaltem, ſed duæ vel tres partes principales variis modis læſæ fuerunt, ſimulque acceſſit curandi ἀδυναμία, dum labia vulneris ſtatim poſt ictum aut vulnerationem coiverunt, adeoque ſic nullis medicamentis idoneis tractari potuit, ob

hanc & alias in Anatomia fundatas rationes pronunciamus, *quod vulnus iſtud meritò pro lethali per ſe habeatur, quô etiam Patiens neceſſario obiit.* &c. Dab. Lipſiæ d. 15. Octobr. Anno 1635.

CASUS VI.
DE
VULNERE PERICARDII.

Reſponſum Facultatis Medicæ Giſſenæ; concernens Lethalitatem Vulneris Pericardii, Marpurgum tranſmiſſum.

EX oblata Nobis enarratione caſus illius Tragici, qui ante tres circiter anni quadrantes, die 14. Febr. in Academia Marburgenſi contigit, percipimus vulnus ſub papillâ ſiniſtrâ in cavitatem pectoris penetraſſe, & ſupra 4. coſtam, ſurſum verſus obliquè per pericardium, & quidem leviter & in ſolâ ſuperficie in ſiniſtrum pulmonum lobum uſque ad ſcapulam ſiniſtram adſcendiſſe, ita ut die 25. Febr. ſubſequente veſpertinô tempore obierit.

Quæritur jam, *an vulnus hoc per ſe lethale? vel an mors neceſſariò illud conſecuta fuerit?* Ubi ſcitu quidem & notatu neceſſarium eſt, quòd omnia vulnera thoracem penetrantia periculoſa ſint, licet etiam viſcera interna minus læſa fuerint, quia non tantum ab aere externo viſcera intus contenta, ut & calor illorum nativus inſigniter debilitatur, ſed & tunica interior coſtas ſuccingens, pleura vulgò dicta, neceſſariò ſimul violatur, quæ, tanquam ſenſu acutiſſimô prædita, varia eaque ſatis gravia ſymptomata excitat. Multo autem periculoſiora habentur illa, in quibus læſio cujuſdam viſceris interni conjuncta eſt, ut proh dolor! in præſenti caſu accidit, ubi pericardium & pulmones ſimul attacti ſunt. Equidem Pericardii vulnera quod attinet, illa *Fabricius ab Aquapendente in ſuâ Chir. lib. 2. cap. 21.* pro lethalibus & deſperatis habet, quod tamen procul omni dubio non abſolutè ſumendum, cum illa tantùm vulnera abſolutè, ſimpliciter & per ſe lethalia vocentur, quæ neceſſariò mortem inferunt & intra paucos dies vel horas ad exitum deproperant, quorum curatio quoque aut rariſſimè obſervatur, aut ſi hæc contingat, pro monſtris in Medicinâ habeantur. Talia verò pericardii vulnera non ſunt: quia plurimorum Medicorum judicia & obſervationes contrarium docent. *Benivenius* certè *Tr. de abd. morb. cauſis* vulnus pericardii feliciſſimè curavit. *Cardanus* ſimile quid vidit, etiam parte pericardii ablatâ; cui *Sennertus*, *Sebizius* & alii quamplures ſubſcribunt, quia pars eſt ignobilis, paucis venis & nervis prædita; quibus à parte noſtri lubentiſſimè quoque conſen-

timus & vulnera pericardii per ſe neutiqu
thalia eſſe cenſemus, idque ob rationes
ctas, periculoſa tamen eſſe non negamu
accidenti talia, propter viſcus principa
contentum & graviora ſymptomata
metuenda.

Pulmonum intuitu, qui ut refertu
ter tantùm, cum vaſorum minimorum l
in ſiniſtra parte vulnerati ſunt, vulnus
haberi pariter non poteſt. Equidem
crat. in Coacis Prædict. vulnera puln
lethalia (θανατόφορα) vocat, ſed ipſe ſu
terpres, quænam intellecta velit, ſc. n
profunda & cum ramorum, præſertim
orum, læſione. Extra hæc nulla ſunt l
Pro confirmatione hujus *Sennertus* exe
alicujus Studioſi recenſet, qui per pu
omnino transfoſſus, intra menſis uniu
um perfectè ſanatus fuerit. Simile q
Horſtius lib. 3. Obſ. refert, quod hîc
Studioſo quodam ſe truſit. Plura
apud *Foreſtum*, *Schenckium*, *Fab*
Hildanum &c.

Horum intuitu pro ſcientia noſtra
conſcientia vulnus hoc pro ſimpliciter,
tè & per ſe lethali habendum eſſe ſtatu
poſſumus, ſed niſi in examine aperti ca
aliud quid obſervatum, & in cura nequ
omiſſum fuerit, cauſam interitus bene
vere potuit debilis pulmonum diſpoſit
Phthiſin inclinatio, quæ à Dnn. Medic
burgenſibus, quibus vulneratus ration
ſitionis ſuæ naturalis plus & exactius
Nobiſmet ipſis perſpectus fuit, alle
quum ſæpiſſime in corpore quædam c
micô minimum quoque & vix conſide
dignum vulnuſculum, articulare v.g.
partis nullô modô periculoſum, ex a
morbum inferat. Exempla ſunt obv
Valeriolam, *Monardum*, *Beniv*
Hipp. ipſum &c. Taliaque praxis qu
offert, nobiſque adhuc recenti in mem
ſatur exemplum notiſſimum, in Medi
natomicô Patavinô Spigelio, noſtrô
viſum. Quæ ad requiſitionem præce
hiſce communicare voluimus. Dat.
4. Decembr. 1655.

Johann. Tackius D.P.O.p.t.
Georg. Balthaſar Mezger D
Ord. Facult. Decanus.

CASUS VII.
DE
VULNERE CORDIS LET

Relatio & Reſponſ. Jenenſi

POſtquam Nos infra nominati à Dn
ad N.N. à N.N. ictu cultri interemp
ſpiciendum ſolenniter requiſiti fuimu
hodie die infraſcripto illud in N. N. i

eductum, ibique obſervatum, quòd ictus ſiſtrô pectoris latere, inter tertiam & quarcoſtam, ſuperius circa baſin cordis, in rum ventriculum, digiti minoris lati udiper ſeptum intermedium, uſque in ſinipenetraverit ventriculum, unde non poon cum impetu exſilire ſanguis, qui non im in pericardiô, undique circa cor, ſed cavitate thoracis ſiniſtra maxima in copiâ ſit; quod ipſum vulnus jure meritò pro leæſtimandum. *Actum MDCLXVII. die Nov.*

Georg. Wolffgang Wedelius D.
Vid. Diſp. de Vulner. Leth. Dn. D. Wedel.

CASUS VIII.
DE
SOLUTA LETHALITATE VULNERUM CORDIS.

RENUNCIATIO
ltatis Med. & Chirurg. Lipſienſis; de Vulneribus Cordis.

P.P.

ue obſervatum, quod ictus, unde vulneshaud multò poſt obiit, dextram mam, duorum digitorum latitudine â papillâ, rando pulmones & dextrum cordis venum (qui penitus perforatus erat) peneverſus ſiniſtrum latus coſtas attigerit, vulneratus neceſſariò obiit. *Vid. Wels in Rat. Vuln. Jud. cap.* 4. *p.* 41.

CASUS IX.
DE
ULNERE SPINALIS MEDULLÆ.

Requiſitio.

P. P.

ctus eſt cultro latiſſimo (Brodmeſſer) in rſum Georgius W. & undecimo abhinc m ſuum obiit; ut itaque contra Reum, uris, procedatur, duo Medici cum Chi ſunt requiſiti, ut intereſſent inſpectioni is, & categoricè poſtmodum pronunci *utrum vulnus lethale ſit per ſe nec ne?* b illis etiam fideliter præſtitum, uti halatio ſub A. Excipit contra hanc pro dee ſua Reus; quod vulnus non fuerit leſupplex petendo, ut eadem relatio duoollegiis Medicis tranſmitteretur, ludi unc de ipſius vita & corio; denegari hoc n potuit: quapropter Excellentias Veficioſe rogo, velint haud gravatim & nem ſub A. & Facultatis Wittebergenſis n ſub B. ponderare diligenter, poſtmodumque ſuam ſententiam mihi ſuper hoc vulnere communicare, *an lethale fuerit? nec ne? &c. &c.* Signat. Witteberg. die 30. Octobr. Anno 1647.

A.

AD requiſitionem Senatus N. nos infraſcripti corpus interfecti Georgi W. legaliter inſpeximus, præcedente ſectione Anatomicâ, ſedulâque inſtitutâ inquiſitione; deprehendimus autem in dorſo vulnus punctim factum, acuto & latiſſimo cultro, verſus dextrum latus, non procul à dextra vertebra thoracis ingrediens, atque intra nonam & decimam vertebram rurſum mucrone egrediens, relicto in cultro hiatu (eine Scharte) ſerrato, quô ipſo vulnere ſpinalis medulla læſa, hinc inferiores corporis partes, ob denegatum influxum ſpiritus animalis, neceſſariò ſenſu & motu privatæ, ita quidem, ut excrementa alvi cum urina ſecreta ipſo invito fuerint. Licet etiam interna viſcera ſana & illæſa deprehenſa, per naturam tamen fuiſſet impoſſibile, ſenſum & motum recuperare; licèt etiam undecimo mortuus, vix tamen probabile, quod propter conſenſum principii nervorum & cerebri (indies enim debilitas Capitis aucta) diutius ſuperſtes eſſe potuerit &c. Deſſaviæ die 1. Octobr. Anno 1647.

N. N.

B.

Reſponſum Wittenbergenſium.

QUalitatem vulneris ex relatione Dominorum Medicorum ſufficienter cognovimus, ut & Symptomata ſtatim læſionem ſubſecuta. Hinc talem formamus ſententiam: *Quod vulnus iſtud nullo modo pro ſimpliciter, abſolutè & neceſſariò lethali haberi debeat*, cùm ex mente *Sennerti Lib.* 6. *Prax. Part.* 4. *c.* 3. ea demum vulnera ſimpliciter lethalia habeantur, quæ paucarum horarum vel dierum ſpatio neceſſariò ægro mortem inferunt, nec ullâ arte ſanari poſſunt; hoc autem nullâ pars principalis ſauciata: & quamvis medulla ſpinalis circa nonam & decimam vertebram violata, vitæ tamen & facultati nullum acceſſiſſet periculum præſentaneum, ſaltem ob denegatum ſpirituum animalium influxum, motus & ſenſus in partibus inferioribus privatio; clarius: potuiſſet hic Georgius W. etiamſi ab hoc vulnere in utroque pede ſenſu & motu deſtitutus, diutius vivere: Ventriculus enim à ſex o pari nervos ſuos nanciſcens optimè potuiſſet chylificare, Epar cum Liene ſanguificare, Cor & pulmones officio ſuo fungi, integrâ reſpiratione, cumprimis, quia læſio ſpinalis medullæ infra nonam vertebram thoracis facta, hinc ſpiritus animalis deſuper, ut ante, in regionem thoracis influere potuiſſet, illæſo prorſus Diaphragmate, quod ad reſpirationem multùm facit. Quòd porrò Cerebrum, & ab eo dependens genus nervoſum, attinet, facilè

facilè ab hoc vulnere in conſenſum trahi potuiſſet, forſan etiam non, nec neceſſariò mors ob conſenſum Cerebri debuiſſet ſubſequi, prout patet ex vulneribus ipſius Cerebri, & ejus Tunicarum, in quibus non ſolùm dura & pia mater, ſed ipſum cerebrum (à quibus partibus denominatis conſenſus vel ſympathia cum nervis & ſpinalis medulla dependet) ſæpius vulneratur, & putreſcunt membranæ, colliqueſcit & abſcedit Cerebrum, non obſervato unico ſigno in conſenſum tracti nervoſi generis. Præterea non adducitur in Relatione, quam graviter ſpinalis medulla fuerit læſa; etenim quò profundior vel ſuperficialior ea eſt, eò exactior vel minor etiam ſympathia cerebri. Brevibus: Vulnus hoc ſimpliciter, abſolutè ac ſuâ naturâ lethale exiſtimandum haud eſt, ſed fuit admodum grave & periculoſum, & ex eorum numero, quæ ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ, h. e. ut plurimùm mortem inferunt. Nam ex ſententia *Hippocratis*, teſte *Galeno Comment. in Hippocr. 5. Aph. 2. & 6. Aph.* 101. duplicia ſunt vulnera lethalia, alia propriè dicta, in ſtricta ſignificatione ſumpta, quæ ex neceſſitate, alia verò minus propriè, & in latiori ſignificatione ſumpta, quæ admodum periculoſa & ſæpe ac utplurimùm morte terminantur. Nec obſtat, quæ habet *Celſus lib. 5. Cap.* 26. *ſpinalis medullæ vulnera inſanabilibus accenſentur, & ex quibus homo ſervari nequit.* Locum enim habent hæc verba tantùm in illo Caſu, quando Spinalis Medulla in ſuprema quaſi parte læſa, & velut per tranſverſum diſſecta eſt, ut etiam *D. Sennertus* loc. cit. ita diſſerit: *ſi verò,* inquiens, *inferiore loco vulnera ſpinali medullæ infligantur, non neceſſariò ſunt lethalia, & quò diſpoſitiones præter naturam plus ſunt in parte ſpinæ inferiore, eò minus noxiæ.* Dab. Witteberg. die 1. Novembr. 1647.

Reſponſum Facultatis Medicæ Lipſienſis; ſcilicet vulnus hoc, ſpinali Medullæ inflictum, nullo modo eſſe lethale.

VUlnus Georgio W. latiſſimo & acutiſſimo cultro inflictum, prout in Relatione ſub A. deſcriptum, in concilio noſtro communicatis conſiliis trutinavimus. Et licet communiter, atque *ab Hippocrate* ipſo paſſim, vulnenera ſpinalis medullæ, quoad lethalitatem, vulneribus cerebri æquiparentur, eò quod Medulla ſpinæ in partibus ſub capite locatis vices cerebri ſuſtineat, & cum cerebro fermè cuncta habeat communia: item ob nobilitatem partis, ob violentè ſic interceptum & deperditum ſpirituum animalium influxum ob naturam nerveam, exquiſitiſſimo ſenſu præditam, atque hinc ſupervenientium ſymptomatum magnitudinem; hinc enim non ſolùm omnes univerſi corporis convulſiones & rigores partium, verùm etiam inſtrumenta reſpirationi dicata ita læduntur, ut amplius ſuo officio non fung ſint, & per conſequens, ceſſante reſpirat vitæ terminus inſtet.

Quoniam vero hæc omnia, ſic con entibus Clariſſimis Medicis, ut *Galeno l de loc. aff. C.* 3. *Fallopio Cap. 2. vuln. ca reſto Lib. 6. Obſerv. Chirurgic. C. 6. Se to Lib. 5. Prax. Part. 4. C.* 3. & aliis de illis vulneribus ſubintelligenda, quæ ſtatim in principio medullæ, hoc eſt, in cis vertebris & vicinioribus contentæ, dem non modò ſpinalis medulla ibidem bro vicinior, (quod facilè in conſenſum tur) verùm etiam nervus, qui Diaphra inſeritur, & nervum phrenicum conſtitu quinto & ſexto pari nervorum cervicis, quartam & quintam ejus vertebram orit præcipuè in eo loco, ubi nervi in colli m oriundi, cum ſexto pari nervorum ex c prodeuntium, qui partibus vitalibus & n libus attributi conjunguntur inter ſe in hinc quoniam vulneratio ſpinalis Med collo, præprimis vitalibus partibus mo actionem aufert, etiam cum totius c convulſionibus mortem neceſſariò infert.

Quæ autem minimè ad illa vulnera canda, quibus reliqua & inferior pars M ſauciatur: teſte enim *Galeno* loco cit. *q poſitiones præternaturales plus ſunt i ſpinæ inferiore, eo minus noxiæ,* & de nec ſymptomata vitæ adeò interitum tia ſunt pertimeſcenda. Ratio, quod n inde propullulantes ſolum partes inferi minus nobiles pertingant, iiſque ſpiritu malem ad motum & ſenſum communic eò in præſenti caſu vulneratus non ſtati undecimâ demum die obiit. Nec quòd inferior pars corporis motu & ſenſ ta, vis etiam retentrix ſublata, ſiquid ſymptomata mortem non neceſſariò rant, prout hoc videre eſt *in ſyderatis, ralyticis,* aliiſvè hiſtoriis Medicis, qu complures, decem, imò duodecim continuavit, debilitas retentricis pari conjuncta cum periculo vitæ; quibus omnibus ex Relatione veſtra, quod Medulla cuſpide cultri quodammodo ſ cta, nequaquam verò per tranſverſum fuerit, de quibus *Fallopius* loc. citato *alterutro tantum latere ſit vulnus aut ſi tantùm pungatur Medulla, ſanari poteſt.* Hinc dubitandum n quin, ſi curatione debita, tàm interni externis remediis, patienti fuiſſet proſ ſucceſſu temporis ſenſus & motus reſtit iſſet, & per conſequens ex collatione circumſtantiarum, *vulnus iſtud pro a ſimpliciter, neceſſariò, & immediat li nullo modo habendum.* Dab. Lip Nov. 1642.

Vid. Amman. in Me

CASUS X.
DE
VULNERE DIAPHRAGMATIS IN SUBSTANTIA CARNOSA LETHALI.

Inſpectio cadaveris.

[P]ſtquam requiſitione Nobiliſſimi Senatus [I]mperialis hujus Civitatis Goslarienſis præ[...]junctum mihi fuit, ut die 3. hujus hora V. [...]tinâ vulnerati, die 16. ejusdem autem [...]1. nocturnâ demortui, *Franciſci Caſpari* [...]*verdfegeri* cadaver aperirem, & de vulne[...]illi inflictis atteſtatum fide dignum imper[...], id ipſum ſine morâ horâ 7. matutinâ, præ[...]us (Tit.) Dn. Johanne Philippo Volck[...], Præfecto Civitatis reliquisque adjunctis Aſſeſſoribus, adjuvante Cognato meo, [P]hilippo Wernero Stockhuſio, Medicinæ [...]idato, ut & infra nominato Chirurgo ex[...]i & inveni: ſub manu ſiniſtra & ejus capi[...]ſeu appendice oſſis ulnæ vulnus cæſim in[...]m, particula ab appendice abſciſsâ. 2. Ad [...] digitorum transverſorum diſtantiam ſu[...]ud vulnus punctim illatum, dimidium [...]m longum. 3. Aliud adhuc vulnus cæſim [...]um ſupra ſpinam ſcapulæ. 4. Porrò aliud [...]s punctim acinace inflictum, idque inter [...]coſtam ad quartam ulnæ partem à ſpina [...] juxta longitudinem conſtarum in ſiniſtrò [...]diſtans, quod latitudine 2. digitos trans[...]s ad exitum ſub mammillâ ſiniſtrâ adæ[...]t. 5. Separatis integumentis externis cum [...]lis & ſterno, aperto ſimul abdomine, [...]ventriculus cibô & potu adhuc repletus [...]abatur, cum annexo pancreate, omento [...]e inteſtini coli, ſupra diaphragma in ſini[...]ectoris cavitate, quibus hæc penitus re[...]ur. 6. In eâdem cavitate ſiniſter pulmo[...]lobus omnino flaccidus dorſo plenariè [...]etus adhærebat, ut nonniſi magnô la[...]nde ſeparari potuerit; quemadmodum [...]xtremum dextri pulmonis lobi, ſeu apex [...]m cum pericardiô quodammodò, co[...]tem circa dorſum tenacius accretus ob[...]atur. 8. Sub ulteriori inquiſitione [...] diaphragmatis, per quod ventriculus [...]annexis ad pectus adſcenderat, internè [...]egionem binorum vulnerum, in carno[...]phragmatis parte foramen, 4. digitos [...]erſos longum occurrebat, quod fibras [...]rnoſas transverſim penetrabat & ventri[...]rificia omnino conſtringebat. 9. San[...] coagulati extravaſatique parum illîc in[...]atur; quemadmodum & in abdomine nequicquam de eô conſpiciebatur: Vena cava autem & reliqua vaſa ſanguifera turgeſcebant.

Quoad ſymptomata præcedentia notatu dignum eſt, vulneratum extemplo de cardialgia conqueſtum fuiſſe, & quoties aliquid cibi & potus, vel medicamentorum aſſumſerat, ſtatim per vomitus exiguos rejeciſſe; Unde & omnia à binis Medicis præſcripta ſtomachica, cordialia, vulneraria, ſanguinem reſolventia &c. tum binorum Chirurgorum deligationes ſolicitæ, V. S. clysmata &c. fruſtranea fuerunt omnia, ſiquidem vulneratus tandem in ſummis anguſtiis inter 16. & 17. Jun. & ita tribus diebus cum 8. horis poſt inflictum vulnus animam efflavit.

Atteſtationis ergò hæc propriâ manu conſignavi, nomine ſigilloque meo conſueto confirmavi, & ſimul Chirurgi ſubſcriptione inſignivi. Goslariæ d. 22. Maji An. 1712.

(L.S.) *Petrus Chriſtophorus Stockhauſen.*

(L.S.) *Chriſtian Müller, Chirurgus.*

Relatio Medici.

POſtquam Ampliſſimus & Nobiliſſimus Senatus hujus Civitatis Imperialis Goslarienſis à me infra ſubſcripto pleniorem relationem de vulnere beatè denati *Franciſci Schwerdfegeri*, Papyri Fabricatoris Caſſellani, 28. circiter ætatis annum habentis, deſideravit, non potui non eandem his impertire.

Quamprimùm die 13. menſis currentis Maji horâ V. veſpertinâ ſtatim poſt vulnerationem ejus certior factus & requiſitus fui, ad eundem ſtatim me contuli & ope Chirurgi totum corpus perluſtravi, ubi ſeqq. ſe truſerunt vulnera. 1. Vulnus in juncturâ oſſium, & ulnæ ſiniſtri lateris, ad pollicis transverſi profunditatem cæſim inflictum. 2. Vulnus exiguum punctim illatum, ad 4. circiter digitorum latitudinem ſupra prius in brachio. 3. In medio ſcapulæ ſiniſtræ aliud vulnus cæſim inflictum, profunditate pollicem transverſum, & longitudine digitum exæquans. 4. In dorsô verſus latus ſiniſtrum, inter 6. & 7. coſtam ad manus transverſæ latitudinem à vertebris, inter & per haſce coſtas vulnus punctim inflictum mediocris digiti longitudine, in cavitatem thoracis abiens: & ſicut hæc punctura acinace pectus illîc intravit, ita verſus anteriora inter 6. & 7. coſtam ad 4. dig. latitudinem ſub mammâ ſiniſtrâ exitum quæſivit, & ita 5. vulnus externè paravit.

Quemadmodum verò à graviſſimis hiſce vulnerationibus, cumprimis autem è quartâ, in dorſo, inter 6. & 7. coſtam, inſignis & impetuoſa hæmorrhagia orta, & vulneratus à cereviſiâ quodam-

quodammodò inebriatus fuit, ita miſſionem ſanguinis in parcâ quantitate per V.S. adminiſtravi, & ſimul potionem ſic dictam cordialem, tam internè, quàm externè, unà cum enemate, adhibui: quibus ſymptomata ſupradicta ſic ſatis refrænata ſunt, nullus autem enematis effectus, quod horis matutinis demum per immiſſionem duorum ſuppoſitoriorum rejectum fuit. Accedente igitur circa meridiem Dn. Petro Stockhuſio Seniore, Med. Lic. & conſilium ſuum conferente, ſingultus & vomitus maximoperè urgebant, contra quæ mala remediis ſupradictis per diem 15. & 16. hujus menſis non tantum ulterius pugnavimus, ſed & re probè deliberatâ, cum die 16. hinc evocarer, iisdem continuatum fuit, utut vomitu ſuccreſcente de iis æque ac de cibis nequicquam in corpore retineri potuerit.

Sub his ergo circumſtantiis, me abſente, noctu exſpiravit, & abhinc die 17. currentis menſis, horis matutinis, cadaver inſpectioni & ſectioni ſubjectum fuit, prout è Relatione adjectâ pluribus elucescit; quæ omnia hiſce decenter atteſtari volui. Goslariæ d. 25. Maji 1712.

(L.S.) *Henning Johann Siemens.* *M. D.*

Examinatio Chirurgorum.

ACTUM

GOslariæ in judicio, die 30. Maji, præſentibus Dn. Prætore, Joh. Philippo Volckmario & Actuario infraſcripto.

Chriſtian Müller ex officio citabatur, & loco juramenti ad ſeqq. Q. Q. ita reſpondebat:

I.

An ſervum Fabricatoris Papyri, Franciſcum Schvverdfegerum, *ante feſtum Pentecoſtes nuperrimè effluxum, vulneratum & d.* 3. *Pentecoſtes denatum ſub curâ habuerit?*

Reſpondebat: Omnino

II.

An ipſemet primam deligationem injecerit, & quo tempore id factum?

Reſp. Non tam ſe ipſum, quam Franciſcum Georgium Rennevvaldum primam deligationem adminiſtraſſe, cum duabus abhinc horis ipſe demum acceſſerit.

III.

Quo in ſtatu eundem invenerit, cùm eundem deligare vellet, & quomodo ſe geſſerit?

Reſp. Se priorem deligationem ſolviſſe, & ipſum vulnus exploraſſe, item convenientibus unguentis & emplaſtris curaſſe, non intermiſsâ impoſitione ſacculorum ex herbis balſamicis & vinô calidô, quæ ſingulis bihoriis, noctu æquè ac interdiu repetita fuerint; & quoniam æger ſe in tantum moverit, ſe hoc illi ſeriò exprobraſſe, & injunxiſſe, ut quietè jaceret, quo deligatio æque ac medicamenta operationem ſuam perficere valeant, eòque magis, quod duorum hominum vita hic periclitetur: Vi... tum verò reſpondiſſe cardialgiam, & an... ſuas hoc minus concedere.

IV.

An continuò ſe quietum geſſerit, ut ad... emplaſtra & medicamenta internè... bita operationem ſuam perficere... rint?

Reſp. Negando, cùm Caput mox pedum... in lectô occupaverit, mox quatuor qua... bus & manibus inſiſtere viſus fuerit.

V.

An Dnn. Medici ipſeque vulnus ab ini... tim pro lethali habuerint?

Reſp. Affirmando, id præſumi potuiſſe... perpetuo evòmuerit, & ſingultu continu... raverit.

VI.

An ipſe æque ac alii in eam opinione... derint, diaphragma per ictum lat... perfoſſum, & ventriculum ſtatim in... cipio per illud penetraſſe, ut in ſecti... ſum & repertum fuit?

Reſp. Affirmando: hoc & Medicos & ſ... veritos fuiſſe. Quod autem ventriculus ... phragma adſcenderit, utrisque ne per ſo... quidem in mentem veniſſe.

Actum ut ſupra in fiden...

C. C. Wüſt...

NOTA: *Franciſcus Georgius Renne...* concordabat cum priore.

Reſponſum Facultatis Medicæ H... *ſtadienſis.*

OBlatam nobis facti ſpeciem, occiſi... pyrarii ſervum Goslarienſem con... tem Nos Decani, Senior & reliqui Pro... Facultatis Medicæ hujus loci debitâ cu... gentiâ perlegimus & collegialiter perpen... ſc. juxta copias atteſtatorum medicoru... dato Goslariæ d. 22. Maji 1712. antedic... pyrarii ſervus inter alios ictus minores ca... flictos occipiti inſimul gladio inter 6. &... ſtas ad diſtantiam quadrantis ulnæ à ſpin... juxta longitudinem coſtarum, in ſiniſtrô... vulnere ſimul punctim illato, quod lat... 2. dig. transverſos adæquans ad 4. dig.... tiam ſub mammilla ſiniſtra inter coſtas i... ſus exitum quæſivit, læſus inventus fuit. ... autem cadavere in carnoſa diaphragmat... foramen 4. dig. latitudinem emetiens o... tum fuit, per quod ventriculus cibo ac p... huc repletus, cum annexô omentô, pa... & inteſtini coli parte adſcenderant & ſi... cavitatem pectoris impleveranr.

De his ut jam medicum noſtrum ju... impertiamus, & ad quæſtionem:

An hæc per diaphragma illata vul... pro ſimpliciter & abſolutè lethali habe...

pon-

ondemus, ſancimus & dicimus; vulnenem ſupradictam, juxta additamenta littera A. & D. ut & copiam examinis rurgorum atteſtatique Medici non tam pro lutè lethali quàm pro graviſſimo quodam ifficulter ſanabili vulnere habendam eſſe, n noſtram ſententiam ut principiis Artis entanea eſt, ita eandem conſueto Sigillo ltatis confirmare voluimus. Helmſtadii V. Jun. 1712.

(L S.) *Decanus, Senior & reliqui Profeſſ. Facult. Med. Acad. Juliæ.*

Reſponſum Facultatis Medicæ Giſſenæ.

T prævia requiſitione decente Ampliſſ. Facultatis Juridicæ hujus loci judicium non impartiale & principiis artis conforme, *vulnus diaphragmatis* (cùm reliqua ia minoris ſint momenti) *prout in comicatis nobis actis criminalibus inibique ento atteſtato inſpectionis Dn. Medici, udiciali depoſito Chirurgorum deſcri , & à* Friderico Chriſtiano Nollbeckio *emto Papyrario* Franciſco Henrico verdſegero, *inflictum fuit, ſimpliciter le fuerit?* communicemus, Nos Decaseniot & Profeſſores Ordinarii Facultatis cæ hujus loci, prævia Collegiali perlee Actorum modò dictorum & maturâ eratione omnium illic concurrentium nſtantiarum, conſtanter judicamus, vuldiaphragmatis huic ſubjecto inflictum no pro ſimpliciter & abſolutè lethali haum eſſe: Idque juxta ſancitum *Hippocra.* oſtri 6. *Aphor.* 18. cui perfecta fuerit veaut cerebrum, aut cor, aut ſeptum transm (i.e. Diaphragma) aut tenue quoddam inum, aut ventriculus, aut jecur, lethale t licet *Galenus* in *Commentario* ad hunc n & *lib.* 8. *methodi medendi Cap.* 9. Ver c Hippocratis tantum ad vulnera tendidiaphragmatis ſubſtantiæ inflicta reſtrin mò & hæc ipſa, licet juſto majora ſint, pro utè lethalibus non habeat, teſte *Sennerto Med. Pract. P.* 2. *c.* 18. *p.* 224. *& l.* 5. *p.* 4. *ag.* 366. cui quoad carnoſæ partis vulnera, ra præcipuè, *Alex. Benedictus Holle- in Hipp.* 6. *aph.* 18. *Jacotius, Paræus, dorpius ſpecul. Chirurg. Obſ.* 27. ac *Dieroeck Anat. l.* 2. *c.* 3. & ex parte quoque *pius* & *Vidus Vidius* ſubſcribunt, teſte *ckio l.* 2. *Obſ.* 277. & DD. *Bohnio Re iat. vuln. p.* 324. ttamen è contrariò *Zacchias* in *Quæſt. co-legalibus lib.* 8. *Tit.* 2. *pag.* 416. *Col. n Foreſto l.* 6. *Obſ.* 3. *Vido Vidio l.* 8. *c.* 15. exiſtimat, vulnera diaphragmatis, etiam non magna interimere: Quia & jugem habet motum, propter quem & ſanguinis ſuppreſſio & agglutinatio impeditur & nullô negotiô inflammationem concipit, imò & ſenſum habet exquiſitum, ob quem dolores mirum in modum exacerbantur. Dum ergò hoc ipſum revera de minoribus diaphragmatis vulneribus dici poteſt, multò magis id de vulnere quæſtionis admodum enormi, ſc. 4. digitorum transverſorum latitudinem æquante, valebit.

Quemadmodum & vulnera ſimilia diaphragmatis, etiam carnoſæ illius parti inflicta à Celeb. Lipſienſium Profeſſore *D. Bohnio*, omninò pro abſolutè lethalibus judicantur, dum l. c. *pag.* 325. ita de iis ſcribit: Majora nihilominus (ſc. diaphragmatis vulnera) non niſi morte expiari, præter experientiam communem ratio ſuadet: Dum per hæc quoque actio reſpiratoria vitalis turbatur, & inflammatio ſuperveniens cerebrum ac nervoſum genus æque facilè, ac ſi pars ejus tendinea ictum ſuſtineat, in conſenſus ſpasmodicos ciet: Et ſimiliter Famigeratiſſimus Profeſſor Hallenſis *D. Stahl* in *Diſſ. de vuln. lethalitate* §. 53. perhibet ſeqq. Si diaphragmatis vulnera talia fuerint, quæ nobilis hujus viſceris functiones enormius turbent, periculum ſanè magis magisque notabiliter intenditur, non eapropter ſolùm, quod pars vulnerata, in perpetuo motu exiſtens, ob quietem denegatam conſolideſcere nequeat; ſed ob inflammationem, dolorem & ſpaſmum compreſſivum, per quem reſpiratione ad tempus cohibitâ vulneratus è vivis tollitur. Ad hæc 2. in Relatione inſpectionis ſupra allegata §. 5. perhibetur, totum ventriculum, cibo & potu adhuc repletum, cum annexo omento, pancreate & parte inteſtini coli ſupra diaphragma in ſiniſtram pectoris cavitatem penetraſſe, ſicque motum cordis & pulmonum, ipſamque adeò reſpirationem, ad ſyncopen & ſuffocationem uſque turbaſſe, imò tandem planè intercepiſſe: de quibus prælaudatus DD. *Bohnius l. c. pag.* 327. *&* 328. ex *Paræo, Sennerto, Henrico ab Heer, Glandorpio* & *Blancardo* exempla allegat, & ſtatim addit: Sive brevi, ſive poſt menſium demum fluxum moriatur ab ejusmodi viſcerum mutato ſitu perfoſſus, Lethalis tamen dici meretur hic diaphragmatis ictus, quod arti nullus ſuppetat modus, per quem hiatus ille impediatur, ac translocata interanea retrahantur; etiamſi de his (phænomenis ſatis abſtruſis) quid conſtaret. Prout & 3. Symptomata concurrentia periculoſa, ſc. vomitus alimentorum ac medicamentorum & ſingultus ferè continuus, anxietas, ac inquietudo ſeu jectigatio, decubitus inordinatus, (de quibus *Hippocr. Progn.* ſ. *Prorrhet. III.* 9. Edit. Lindenii legi poterit) exiguam ad reconvaleſcentiam ſpem dederunt, ſed potius vulnerati mortem

mortem tertio die accelerarunt & promoverunt. E quibus circumſtantiis haud aliter concludere poſſumus, quàm vulnus enorme diaphragmati in hoc caſu inflictum pro abſolutè lethali habendum eſſe; quod unanimiter his atteſtari & ſigillo Facultatis noſtræ conſueto corroborare voluimus. Sign. Giſſæ d. 23. Jan. 17

Decanus, Senior & Profeſſ. Ord. Facult. Med. Giſſ.

PANDECTARUM MEDICO-LEGALIUM
PARTIS II.
SECTIO IV.
DE
VULNERIBUS ABDOMINIS LETHALIBUS.

INTRODUCTIO.

§. I.

THoracem ab infimô ventre, tanquam paries intergerinus, diſcriminat DIAPHRAGMA, quod ut frequentiſſimè utique vulnerari ſolet, ita in dijudicandis læſionibus communiſſimè inter ſubſtantiam ejus carnoſam & nerveam diſtinguunt, vid. CAS I. Poſterioris vulnera, ob convulſiones aliaque ſymptomata periculoſiſſima, per ſe & abſolutè lethalia pronunciantur in CAS. II. Prioris autem læſiones periculoſas quidem, ſed non æquè per ſe lethales aſſerunt, cumprimis, ſi minores & exiguæ ſint. Si vero hiatus juſtô major illîc fiat, ob periculum ſuffocationis, inflammationis & convulſionum, non minus lethalia inde vulnera exſurgunt, licet non in continenti ſtatim exſpirent ægri, cùm ventriculus & inteſtina, in hiatum, à vulnere relictum, impacta, ſuffocationem imminentem aliquantiſper ſufflaminent, ut exempla, in *Sennert. Prax. l. 2. Part. 2. c. 18.* *Pareô lib. 9. cap. 30. & Blancard. Anat. Pract. Ration. Obſ. 1.* occurrentia, teſtantur, utut viſceribus hiſce priſtinum locum repetentibus, cum præſentaneô ſuffocationis periculô demum obire ſoleant, ut paucis abhinc annis in Generali Vigilum Præfectô Haſſo-Caſſellanô, *Dn. à Gör*, in Obſidione Rheinfelſianâ per diaphragma vulnerato, ab Archiatris Principalibus obſervatum fuit. Conf. CASUS X. S. III. immediatè præcedens.

§. I

§. II.

Rarò verò ſolum diaphragma læditur, ſed plerumque viſcera adja-
ja ſuos ſimul manes patiuntur, cumprimis HEPAR., utè binis mo-
llegatis caſibus videre licet. Hepatis autem vulnera ſuô jam tem-
e pro lethalibus habuit *Hippocrates*, ob hæmorrhagiam illis utpluri-
m conjunctam, quod tamen ita temperârunt Facultates Medicæ,
ontuſiones & vulnera hepatis ſuperficialia non tam pro ſimpliciter,
m per accidens lethalibus habeant, in CAS. III. & IV. profundiora
nunquam non abſolutè lethalia pronuncient, vid. CAS. II. & V.
f. *Zittmannus Med. Forenſ. Cent.* 1. *Caſ.* 95. *p.* 340. quod idem quo-
de VESICULÆ FELLEÆ, hepati annexæ, vulneribus ſtatuitur
AS. VI.

§. III.

Ejusdem valoris ſunt LIENIS rupturæ atque vulnera, ſive jam im-
iatè à plagis, ſcipionibus illatis, oriantur, ut in CAS. VII. accidit,
à fractura coſtarum, lienem diſrumpentium, quod à Dn. *Eyſelio*,
Erfurt. in Hiſtor. de Rupturâ Lienis, obſervatum fuit. Quamvis
per inquirendum ſit, an morbus aliquis, lienis viſcus erodens, præ-
rit, ubi mors per accidens vulneribus abdominis & lienis conjungi
ſt, ut in CAS. VIII. decernitur.

§. IV.

VENTRICULI Vulnera, orificiis ejus & fundo inflicta, ob inſequen-
vomitus & convulſiones, juxta Reſp. Facultatis Med. Lipſienſis, apud
mannum in Med. Forenſi Cent. 1. *Caſ.* 51. *p.* 205. *& Caſ.* 84. *p.* 302. *it.*
86. *p.* 309. nunquam non lethalia obſervantur, cumprimis ſclope-
ictu inflicta in CAS. IX. aliaque profundiora, ut è CAS. X. in
nque partem fusè ventilato, haurire licet. Quæ enim de Cultrivorô
omontano, & Halenſi referunt, inter miracula Naturæ ſingularia
enda, à quibus ad univerſalem regulam concludere non licet. *Vid.*
c. niſi quod hinc inferre poſſimus vulnera ventriculi parietibus in-
non ſemper pro abſolutè & ſimpliciter lethalibus habenda eſſe, ut
AS. XI. (pro & contra pariter ventilato) obſervare eſt.

§. V.

Vulnera OMENTI per ſe lethalia non ſunt, cùm totô die pars ejus
lnere propendens reſecetur, vid. CAS. XII. & XIII. quod idem de
CREATIS & MESENTERII vulneribus ibid. judicatur; niſi vaſa
ſive chylifera, ſive rubra majora, aut plexus meſenterii nervoſi affi-
ur, quorum priora ob hæmorrhagiam, poſteriora ob convulſio-
necem inferunt, vid. CAS. XIV.

§. VI.

Quoad INTESTINORUM Vulnera communiſſima adhuc obtinet
nctio inter vulnera inteſtinorum craſſorum & tenuium. Priorum
nes minores & ſuperficiales per ſe minus lethales ſunt, juxta Reſp.
AS. XI. XII. XIII. Conf. *Zittmannus in Med. Forenſi Cent.* 1. *Caſ. VIII.*
utut inſigniores, æquè ac inteſtinorum tenuium vulnerationes, ſim-

pliciter lethales ſtatuantur à Dn. *Bohn. in Renunciat. Vuln. Lethal. Cap.* V. *p.* 351. De poſteriorum autem abſolutâ lethalitate nemo eſt, qui dubi t. Vid. CAS. XV. XVI. XVII. XVIII.

§. VII.

Reſtat VESICA VRINARIA, quæ ſi in ſubſtantiâ membranosâ -datur, vulnus per ſe lethale dicitur: Sin in collô tantùm & parte carneâ, minus lethale habetur, vid. CAS. XIX. In parte verò membranoſa i i-ctum ſimpliciter & abſolutè lethale ſtatuitur à Fac. Med. Lipſ. a d *Zittm. in Med. For. Cent.* 3. *Caſ. X. p.* 636.

§. VIII.

Omnium verò peſſima ſunt vulnera in Abdomine, ſi vaſa ſangui ra majora, truncus VENÆ CAVÆ MAGNÆ violentur, quæ unan ni Facultatum conſenſu pro ſimpliciter & abſolutè lethalibus habentur & breviſſimô temporis intervallô enecant, quale quid in CAS. XX. occu it.

§. IX.

Quodſi verò EXTERNÆ tantùm PARTES abdominis lædant r, illæſis viſceribus & vaſibus intus contentis, vulnera adeò non leth lia fiunt, ut ne periculoſa quidem à Chirurgis habeantur; vid. CAS. XXI.

CASUS I.
DE VULNERIBUS DIAPHRAGMATIS, HEPATIS, ALIARUMQUE PARTIUM.

Requiſitio.

P. P.

QUum præterlapsô nuper die 31. Martii, à meridie circa horam XII. miles quidam vulneratus, & ſtatim abhinc demortuus fuerit, ac ſub inſpectione legitimâ, die 4. Aprilis inſtituta, occurrerint: 1. Ictus aliquis punctim ſcapulæ dextræ illatus, qui per nudam tantùm cuticulam penetravit. 2. In pollice ſiniſtro ſimilis ictus, non penetrans. 3. Alius in muſculo huic proximè adjacenti, qui ſimiliter non penetraverat. 4. In manus dextræ auriculari digitô ictus obliquus. 5. Similis in labiis, verſus narem dextram. 6. Inter 4. & 5. coſtam ab inferioribus incipiendo, quæ coſtæ ſpuriæ vocantur, decem circiter digitorum latitudine à ſpinâ dorſi, in latere dextrô, ictus primò per diaphragma, abhinc per ſubſtantiam hepatis ictus obliquus ad digiti latitudinem profundus, juxta quem ramulus venæ portæ vulneratus, abhinc ictus hic diaphragma denuò perforavit, ut vulnus in hepate tantum fuerit, quanta diſtantia binorum foraminum diaphragmatis, digiti longitudinem æquans, unde ſanguis confertim in infimum ventrem extravaſatus erat. 7. In capite ictus cæſim illatus, trium digitorum latitudine, in ſiniſtrô latere, verticem, usque ad cranium. Inſpectis aliis partibus, cumprimis medii ventris ſervatum fuit, quod bini pulmonum lo nati fuerint, præcipuè dexter: Subſtantia nò nigricans, ad putredinem alioquin i ter inclinans, ſtigmatibus & maculis, mati ranarum ſimilibus, deturpata vide

Quapropter Honoratiſſ. Dominos h ter exorare voluuit, judicium ſuum imper *an miles hic ex vulneribus illis ſimp & abſolutè obierit & demortuus fuer*

Honoratiſſ. Dnn. meorum

obſervantiſſimus

Philippus Heſſ

Reſponſum Facult. Medicæ G desuper incertâ lethalitate vulne diaphragm. Hepatis, aliarum que partium.

PRæviâ ſcriptâ requiſitione Philippi in quâ judicium noſtrum deſiderat 31. Martii vulneratus & abhinc ſtatim tuus Miles, ex vulneribus illîc deſcriptis citer & abſolutè obierit & demortuus Nos Decanus & Profeſſores Ordinarii tis Medicæ hujus loci Principiis Artis taneum eſſe ducimus:

Vulneratô die 31. Martii à Merid ca horam duodecimam, Milite, eóqu demortuô, ſub inſequente die 4. Ap ſtitutâ Sectione, præter quinque prior res & hâc ratione in conſiderationem nientes vulnerationes, inventum fui ſexto inter 4. & 5. coſtas ab inferio ci

ndo, ad decem circiter digitorum diſtan- à Spinâ dorſi, in dextrô latere ictus qui- primò diaphragma penetraverit, abhinc ſubſtantiam hepatis ictus obliquus, digiti idinem profundus, decurrerit, juxta quem ılus venæ portæ vulneratus, ac poſtmodum hic diaphragma denuò perforaverit; ut us in hepate tantum fuerit, quanta diſtan- inorum foraminum diaphragmatis, digi- ıgitudinem æquans, unde ſanguis confer- n infimum ventrem effluxit. In capite cæſim illatus, trium digitorum latitudi- in ſiniſtrô latere, prope verticem, usque ranium penetrans, ſe truſit. Omnia ſe- um tenorem Scripti Requiſitorii ad Nos

Quamvis igitur juxta *Hippocratis*, *Celſi* umque Probatiſſimorum Autorum ſen- m vulnera illa, quæ hepati infliguntur, ethalibus habeantur, cumprimis, ſi va- ijora ſimul lædantur, quod quidem hîc giſſe, ex inſigni in infimum ventrem de- e ſanguinis copiâ colligi poſſet; ſimiliter ra diaphragmatis, præſertim quoad ſub- am ejus membranoſam, æquè pro le- us, ac vulnera capitis pro ſummè peri- s, à ſupra laudatis aliisque Autoribus ha- ur.

ttamen & quoniam ſub inſtitutâ ſectio- juxta deſcriptionem nobis communica- nullô modô obſervatum fuit, quod va- ora læſa fuerint, ſed potius unius tantùm i venæ portæ, qui circa hanc regionem ariò minor eſſe debuit, ut ex Anatomiâ t, mentio facta eſt: Sanguis etiam in in- ventrem confertim ruens ex aliis quam- ıis minoribus venis fortè læſis ſcaturire : Nec omnia hepatis vulnera, ſed ea tan- ut ſupra dictum, pro lethalibus habean- n quibus majora vaſa læſa ſunt; reliqua quæ hepar in ſuperficie tantum attige- nullamque venam majorem læſerunt, vitæ periculum abſolutè inferant, adeò n, ut P. Æginetæ aliique Claſſicorum ım ſententiâ fruſtula quoque ab hepate, lethali eventu, abſcindi poſſint, ut *Sennert. Pract. lib.* 3. *Part.* 6. *Sect.* 1. *& ex eô G. Welſchius in Rat. Vuln. l. Jud. Cap.* 9. pluribus habet: Adhæc eriori deſcriptione videri non poſſit, ars diaphragmatis, carnoſa, an mem- a vulnerata fuerit? item an ictus in ca- que ad cranium incluſivè, an excluſivè verit? ut non minus, qualia fortè mata mortem præceſſerint? quæ omnia in re tam arduâ omninò & ſummè ne- fuiſſent, dum inexcuſabile videri poſ- olutum judicium ſuper lethalitate vul- eris conjecturis ſuperſtruere.

ıc rebus ſic ſtantibus nullô modô affir- oſſumus, quod exanimatus è vulneribus pliciter & abſolutè obierit & demor- *l. Pand.* tuus ſit, ſed judicium noſtrum hâc in parte, donec ulterior informatio acceſſerit, ſuſpen- dere malumus.

Atteſtationis ergò Sigillô Facultatis Ordi- nariô id confirmantes. *Sign. Giſſæ die* 10 *Aprilis Anno* 1682.

Decanus & Profeſſores Ord. Facult. Med. Giſſ.

CASUS II.

DE VULNERE HEPATIS SCLOPETARIO.

Renunciatio Medic. & Chir. Jenenſium, de lethalitate vulneris hepatis & diaphragmatis.

CUm prævia requiſitione Nos infra nominati corpus N. N. ab ictu ſclopeti per N. N. exanimatum hodie inſpexerimus, reperimus, ictum modò dictum ſclopetarium, quatuor digitos transverſos circiter ſub papilla dextra, quadantenus ad mammam, inter ſextam & ſeptimam coſtam intraſſe, ac ſub & prope diaphragma epar in medio ejus omninò perforaſſe, abhinc per circulum nerveum diaphragmatis, & inferius per dextrum pulmonum lobum, usque ad decimam coſtam, penetraſſe, quæ omninò contuſa, ipſeque globus ſclopetarius in dorſo ſub cute hærens, obſervata fuerunt. Quæ omnia poſt circumſpectam inquiſitionem ita ſe habuiſſe, ipſumque vulneratum è vulnere illo neceſſariò periiſſe, propriâ hîc ſubſcriptione confirmare volumus &c.

Georg Wolffgang Wedel D. N. N.

CASUS III.

DE VULNERATIONE HEPATIS.

Requiſitio.

P. P.

VEſperi die 2. Januar. 1644. intra decimam & undecimam horam nocturnam,

nam, vulneratus quidam fuit, qui etiam ſtatim ſubſequente manè die 3. Januar. demortuus. In Relatione refert Chirurgus, ſe in vulnerato obſervaſſe puncturam, aſt eam vacare periculo, nullamque metuendam lethalitatem. Mortuô vulneratô, quæſiverunt Judices, cur non ritè vulnus conſideraſſet? reſpondit ipſe, ſe non putâſſe, quod tam periculoſum ſit vulnus in prima deligatione, poſtquàm autem alterâ vice eâdem nocte poſt horam primam inviſiſſet ægrum, ſe obſervâſſe adhuc duo vulnera, unum per brachium dextrum, alterum ſub ſiniſtro brachio in corpus penetrantia, multo periculoſiora priore, voluiſſe quoque hæc Judici indicare, ſed ipſi fuiſſe prohibitum à nonnemine, ac ſi non eſſet neceſſarium. Eodem die 3. Januar. horâ nonâ antemeridianâ Judices in defuncti ædes ſe contulerunt, & ſequentia obſervârunt: 1. Puncturam præciſè ſub umbilico in ſiniſtro latere. 2. Vulnus ſub ſiniſtro brachio in corpus penetrans. 3. Vulnus per dextrum brachium, vel humerum; apertis hiſce omnibus per Chirurgum Chriſtianum G. animadverſum, hæc tria vulnera unum tantum eſſe, quod per caligas interfecti ſub umbilico in corpus, per inteſtina, citra illorum violationem, omentum, & Epar penetravit, & ſub dextro brachio egreſſum, per coriaceam thoracis manicam, quibus addit Chirurgus, quòd, quia vulnus iſtud Epar & muſculos penetravit, ſit per ſe lethale, & vulneratus à copia ſanguinis congrumati ſuffocatus. Nunc diſputatur: *utrum vulnera nominata per ſe, & ſuâ naturâ, incurabilia, & lethalia fuerint? ac patiens neceſſariò ex iisdem mori, nec vivus conſervari potuerit? nec ne?* cum vulnera ſimpliciter lethalia ſint, quæ neceſſariò ægro mortem inferunt, nec ullâ arte ſanari poſſunt. Licèt quoad prius pro affirmativa, ſcilicet quòd fuerint lethalia, rationes ſequentes militent: 1. quod vulnera Epatis inter lethalia numerentur ab *Hippocrate Sect. 6. aphor.* 18. 2. quod patiens ſtatim à vulnere mortuus, & 3. quod Chirurgo, qui lethalitatem prædixit, tanquàm artifici in arte ſua credendum.

Non deſunt tamen etiam quoad poſterius, id eſt, pro negativa, ſatis valida argumenta; non enim 1. omnia Vulnera Epatis indifferenter ſunt lethalia, ideò allegatus Aphoriſmus Hippocr. cum reſtrictione, ſeu limitatione vaſis alicujus majoris vulnerati accipiendus. Nam Vulneratô Epate, & abſciſsâ ejus parte, hominem ſervari poſſe, tradit *Ægineta lib. 6. Cap.* 28. & Hiſpanum juvenem, cui magna Epatis portiuncula per Ilei dextri vulnus erumpebat, ſanatum fuiſſe refert *Cornelius Gemma Coſmocritic. L. 1. C. 6.* Scribit etiam *Bertinus L. 3. Cap. 7.* Nobilem poſt inflictum circa epatis regionem vulnus, & particulâ ex ejus ſubſtantiâ abſciſſâ & extractâ, ſanum evaſiſſe. *Guilelm. Fabricius Hildanus Centur. 2. Obſ.* 34. refert, quod Helvetius quidam 30. anno in conflictu quodam, gladio Helvetico gione Hepatis percuſſus fuerit, maxim que vulnus longitudine ſpithamæ accep atque fruſtulum epatis ablatum fuerit, q men, quamvis ſæviſſimis ſupervenien ſymptomatibus, DEI beneficio, integrè valuit. Pariter *Glandorpius* habet hiſt juvenis in epate inſigniter vulnerati, qu lominus reſtitutus. 2. Solutæ unitates in non ſemper ſunt uniformes, ſed variæ il differentiæ. Aliquando enim Epar telo vulneratur, aliquando pars aliqua, & mitas epatis planè abſcinditur, aliquan obtusâ obtunditur potius quam ſcinditu quando vulnus eſt ſuperficiale tantùm quando profundum, aliquando ſubſtan tem epatis, interdum etiam vaſa rump aliquando gibbum, aliquando cavum vulneratur. 3. Curam quod attinet, ſi i nere epatis ſanguinis profluvium metuat tim ſecanda vena cubiti, & niſi æger ſ vel alternis diebus laxam ſemper alvum h injiciatur clyſter, ſtatim verò adſtringe glutinantia exhibeantur: quæ autem in hibenda remedia ſubtiliſſimè trita eſſe d ut facilius penetrent. Ubi ſanguinis c ſuſpicio ſubeſt, porrigenda diſſolventia etiam lapſis ab alto & percuſſis ſuaderi 4. Omenti vulnera nullam inferunt le tem abſolutam, uti in hernioſis videre meminitque *Galenus* gladiatoris cuju cui pars omenti præciſa, citra vitæ p nem. 5. Nec muſculi, ut ſic, lethalia faci nera, cum muſculus ſit quoddam conſ & thoroſum compoſitum ex nervis, ca ligamento, ideò ejus ſolutio non vita motum tantum, aut perpetuò, aut ad adimit. 6. Judicium barbitonſoris ni generale, quando ſcripſit, epar fuiſſe v tum, addere debuiſſet, an aliquod va vulneratum, an vulnus ſuperficiale, an dum fuerit? &c. hinc quoniam omiſſu tò determinari non poteſt, *utrum vul ab hoc vulnere epatis certò mortuus* tamen Chirurgo ſuper lethalitatem ſen dicturo ſummè neceſſarium, ſi peritu ſua eſſe velit; quemadmodum præcl cent Logici, in teſtimonio periti in requiri: 1. Cognitionem. ut ſcias qui & de quo? 2. Virtutem, i. e. ut ita l ut ſentis. Etenim pro veritate jud chirurgicorum, Magiſtratus Politic vel condemnare, vel abſolvere deb quæ vulnera ſint lethalia, quæ non, m menti eſt, & Medico diligenter atqu ratè penſitandum. Cum enim non judiciis & foro vita nonnullorum, nera aliis inflicta, pericliteur, & à J Medicorum hâc de re ſententia req danda diligens opera, ut Medicus t qualitate vulneris ferat ſententiam,

ens non condemnetur, nec reus abſolva-
Imperitia itaque quoniam in hoc barbi-
ſore eſt maxima rerum anatomicarum, quî
lethalitate vulneris judicare poterit? Ac-
it inſuper *incuria*, eaque duplex, *extrin-*
& intrinſeca.
Extrinſeca, dum vulneratum non fre-
nter ac ritè inviſit, vulnus in brachio nec
m vidit, nec in tempore deligavit, relin-
ndo eundem ſine auxilio, & in hæmor-
gia ſanguinis, imò, quod magis, in frigore
que lecto & ſtragulis jacentem in hypocau-
calefactum non inferri curavti. *Intrin-*
, dum vulnus epar penetrans pariter nec
ndit, nec curavit, intermittendo veneſe
nem in cubito, alvum non reſerando, ſan-
em copioſè profluentem non ſiſtendo, re-
entia negligendo; hinc ſanguis ab exter-
frigore congrumatus mortem ex mera im-
ia & incuria acceleravit, prout hoc ipſe in
tione fatetur his verbis: *Vulneratum à*
ſanguinis congrumati fuiſſe ſuffoca-
. Nec poterit huic ignorantiæ patrocina-
vulneratio muſculorum dextri brachii:
enim, ut ſic, nullam lethalitatem, ſed ſo-
intervallatam, vel continuam, motûs im-
ntiam inducit, ceu patet ex Wittebergen-
Reſponſo ſub A.
Multo minus obſtat 8. *Hippocratis* pro-
iatum ſuperius; nam quod Aphor. 18.
6. dicit eſſe θανατῶδες, illud Coaca 509.
t per ἀποθνήσκουσιν μάλιςα. Quibus omni-
. accedit notatu digniſſimum, quod Chi-
s in prima deligatione vulnus prope um-
m non habuerit pro lethali. 10. In judi
nſpectione mentio facta epatis vulnerati,
cujusdam involucri, ſed nullâ additâ de-
natione, utrum *omentum vel perito-*
n fuerit læſum &c.
Proinde à Nobiliſſ. Excell. peto, ut hæc
a, quia ſanguinem hominis reſpiciunt,
è atque maturè conſiderent, mihique ad
quæſtionem quantocyus reſpondeant,
n ex data Chirurgi Relatione liquido
reat, quod deſcripta Epatis & dex-
achii vulnera incurabilia & lethalia
nt? & ideò neceſſariò vulnerato mor-
ntulerint? vel an non potius ex incu-
r imperitia Chirurgi obierit. Dab. N.
8. Octobr. Anno 1648.

Hans Andr. S.

A.

ſponſum Wittenbergenſium.

P. P.

E Actis & Chirurgi Relatione vulneris de-
ſcripti qualitas in tantum nobis innotuit.
Op ſemus autem, ut paulò accuratior fuiſ-
ſet, & ſtatim in principio ab ipſo eadem vul-
nera obſervata; nihilominus, in quantum ex
inſpectionis ſchedula liquet, dicimus: quod
à vulnere brachii, licet muſculi & venæ cum
arteriis diſſectæ, tamen ſubitanea mors nullo
modo ſubſecuta, nullis enim periculoſi ſym-
ptomatis facta eſt mentio, quô lethalitas evin-
ci poſſit exactè: pariter nec læſio Capitis pro
lethali judicanda; Cranium enim, non Cere-
brum penetravit &c. Dab Witteberg. die 27.
Jan. Anno 1648.

Reſponſum Facultatis Medicæ Lipſien-ſis; ſcilicet Inſpectionem hanc eſſe inſuffici-entem, & non omnia vulnera Epatis eſſe lethalia.

DEſideratis ex fundamentis Medicis infor-
mationem ad ſubjunctam quæſtionem:
utrum &c. Optaremus autem, ut à Chirur-
go Vulnera, vel læſiones iſtæ accuratius fuiſ-
ſent penſitatæ, ſic etiam exactior Relatio ena-
ta, quo ſcil. modo, & in qua parte Epar fuiſ-
ſet vulneratum? an vulnus fuerit ſuperficia-
rium ſaltem? vel, an etiam magnus ramus
vaſorum majorum, ut venæ portæ, cavæ, læ-
ſus fuerit? ſic etiam nos in decidenda lethali-
tate promptiores eſſe valeremus. Nihilomi-
nus, quia hoc turpiter intermiſſum, & ſolùm
ac indifferenter 1. Vulneris, quod Epar ſub-
ivit, fit mentio, non tamen omnia Epatis vul-
nera, h. e. quæ ſuperficietenus & ejus extre-
mitatibus ſunt inflicta, ſed illa modò, quæ
alta ac profunda ſunt, quæve craſſiorem illius
partem, qualis eſt media, penetrant, quæque
etiam vaſa majora, ut Truncum venæ cavæ,
& portæ, ſive earundem majores principalio-
resque ramos læſerunt, per ſe & ſuapta natu-
râ lethalia ſunt. 2. Nec vocabulum (Netz) ſuf-
ficienter explicatur, utrum *peritonæum*, vel
omentum, vel *meſenterium* ſubintelligen-
dum: quicquid verò horum ſit, *abſoluta ta-
men lethalitas exinde non evincitur.* 3. Vul-
nus brachii & muſculorum, prout nec alibi,
ſic nec hîc ſunt lethalia; quibus 4. accedit,
quòd vulneratus fermè per bihorium non in
omnibus vulneribus, ſed tantùm ſub umbili-
co fuit deligatus, nec decenti regimine tracta-
tus, hinc periculoſa ſymptomata non potue-
runt non ſuccedere. Virtute itaque harum ra-
tionum atque circumſtantiarum, (quia Rela-
tio Balneatoris imperfecta, an ſcil. ſimul ma-
jora epatis vaſa diſſecta fuerint, nec ne?) nihil
certi determinari poteſt, nec præciſè, *an iſt-
hæc vulnera ſimpliciter lethalia fuerint?*
pronunciari. Dab. Lipſiæ die 16. Novembr.
Anno 1648.

Vid. Ammann. in Med. Crit.

CASUS IV.
DE
CONTUSIONE HEPATIS PUTATITIA & PRÆTENSO HOMICIDIO.

Requiſitio.

P. P.

CUm menſe Martio hujus anni inter me & Caſparum Wieſenbachium, Fronhusâ oriundum, Dillenburgi in diverſorio lis aliqua oborta fuerit, & dictus modò Wieſenbach, qui jam ante dudum valetudinarius & Phthiſi obnoxius fuit, nono abhinc die obierit, Vidua ejus & conſanguinei in eas devenerunt cogitationes, ac ſi à me hujus morti fors occaſio data fuiſſet; & quoniam à Dn. Lic. Cnopiô, Medicô Herbornenſi, cum præſentibus tunc Chirurgis, ut & Prætore & Notario Civitatis, inſpectiô demortui Wieſenbachii ſuſcepta, inibique circumſtantiæ, ut additamenta ſub N. 1. & 2. ob oculus ponunt, obſervatæ fuerunt; Hinc quæritur: *an mihi cauſa mortis ſupradicti Wieſenbachii adſcribi poſſit, & ex adjectâ ſpecificatione jure ejus convinci poſſim?*

Juxta quæ hoc adhuc notare & indicare debebam, quòd eâdem ſeptimanâ, quâ Wieſenbachius obiit, tres vel 4. adhuc perſonæ demortuæ fuerint, quarum una 4. dies, altera 6. tertia octiduum, quarta vero tantum 24. horas decumbendo ſuperavit. Quapropter V. V. Exc. Exc. officioſiſſimè rogito, velint, pro debitô redhoſtimentô Reſponſum aliquod ea deſuper, ad ulteriorem mei indigentiam, mecum communicare, cujus certa ſpe detentus perſevero

V. V. Exc. Excell.

humilimus

Andreas Achenbach. Fronhuſanus.

Inſpectio Ocularis.

JUſſu gratioſô Regiminis Principalis, Ego Johann. Philippus Cnopius defuncti Caſpari Wieſenbachii corpus, die 1. Aprilis A. 1687. in Præſentiâ Dn. Prætoris & Notarii Urbici Dillenburgenſium, unà cum 3. Chirurgis ſectioni commiſi, ubi quidem invenimus, quod dexter lobus pulmonum naturali minor & qſ. conſumptus fuerit, ſiniſtrô lateri itidem ſiniſtro adnatô, quô perfoſsô ſanies aut pus fluidum, cum materiâ quadam viſcoſâ effluxit. Corde abhinc inſpectô, in dextro ejus ventriculô ſanguis coagulatus illicque inſolitus, cum materiâ [...]noſa, cui ſanguis coagulatus ita firmiter a[...]ſit, ut digitis Chirurgi ſeparandus fuerit, o[...]rebat. In ſiniſtrô cordis ventriculô etia[...]quid coagulati repertum fuit, ſed non in t[...] ac in dextrô, copiâ. Porrò ad Epar deventu[...] quod in ſtatu naturali & omnino ſano rep[...]batur, niſi quod porus choledochus bilem [...]dammodo effuderit, & circa illum contuſi[...] qua reperta fuerit, unde, juxta Chirurgi [...]cati depoſitionem, nunquam non de dext[...]tere conqueſtus fuit.

De cæterô reliqua viſcera, ad unum o[...] naturaliter conſtituta & omninò illæſa fu[...]

Deus Omnipotentiſſimus corpori D[...]cto reſurrectionem ſalutarem, Nobis a[...] beatam ſucceſſionem largiatur. Diller[...] die 1. April. Anno 1687.

P. S.

QUoniam Relatio deſcripta, deſupe[...] ſpari Wieſenbachii corporis ex[...] viſitatione & hiſtoriâ properanter eſt con[...] antequàm plenariò extendi potuerit, hi[...] huc addi his meretur, quod ſtigma, in [...]te hepatis obſervatum & contuſio quæda[...]minatum fuerit, abſque depreſſione & p[...]ditate & magnitudine groſſi Imperialis c[...]ctum: Tunica verò idem obtegens [...] non fuerit: Teſtante, à Nobis ad hunc [...] juſſu Magiſtratus, Deputatis Commiſſar[...] jectâ ſubſcriptione. Act.d. 3. April. 16[...]

Johann Philippus Cnopius [...]
Johann Daniel Tileman [...]
Dill.
Ludvvig Henrich M[...]
Archigram.
Johann Conrad. Wuſteh[...]
Chirurg.
Johann Georg. Kummet Chi[...]
rurg.
Chriſtoph Rittersdorff, C[...]
gus & Lithotomus.

Reſponſum Facultatis Medicæ G[...]

CUm Andreas Achenbach, Fronhu[...] inquiſiverit, an ipſe Autor Morti[...] demortuo Caſparô Wieſenbachiô, c[...] Menſe Martiô Dillenburgi in diverſori[...]tus fuerat, exſpirante paulò poſt, die[...]nô, Wieſenbachio, Viduâque & con[...]neis in ſiniſtram hanc opinionem i[...]tibus, & an ex additamentis N. 1[...] hujus poſſit convinci? Hinc à Decano [...] feſſoribus Facultatis Medicæ Giſſenæ, [...]

curatâ ponderatione omnium & ſingula-
ircumſtantiarum principiis Artis conſen-
m eſſe putatur.
eperto ſub inſpectione atque apertione
orati Caſpari Wieſenbachii, qui jam an-
valetudinarius & Phthiſi obnoxius fuerat,
dexter pulmonum lobus, vel potius pul-
xtri lateris juſto minor & quaſi conſum-
pparuerit, ſiniſter verò lateri ſiniſtro ad-
fuerit, quô perfoſsô ſanies aut pus flui-
una cum materia viſcoſa effluxit, porrò
tro cordis ventriculô ſanguis coagulatus
ô more, cum materia carnoſa conſpi-
ur, cui ſanguis coagulatus ita firmiter ad-
ut non niſi digitis Chirurgi inde ſepara-
uerit. In ſiniſtrô cordis ventriculô pari-
quid ſanguinis grumoſi, ſed non tanta in
, quanta in dextro continebatur, reper-
uit: Reliquis viſceribus ſalvis exiſtenti-
niſi quod porus choledochus aliquid bi-
ctaverit, illicque contuſio quædam obſer-
ierit, utut absque depreſſione aut fovea,
pariter illæſâ. Demortuus autem, jux-
rurgi relationem, ſemper de latere dex-
nqueſtus fuit. Omnia ſecundum teno-
uæſtionis oblatæ & additamentorum ſub
& 2.
tut verò jam poſt obortum diffidium de-
us die 9. obierit, ſub inſpectione quo-
corde & pulmonibus affectus quidam
naturales, ſicut non minus in cavâ epa-
te, contuſio quædam ſe truſerint.
ttamen & quoniam, in nullo atteſtato-
djectorum læſionis cujusdam ſive viſce-
obiliorum, ſive vaſorum majorum ulla
o eſt facta, quæ à causâ externâ & vio-
oriri potuiſſet, ſed expreſſis potius verbis
bſervatur, quòd viſcera omninò natura
onſtituta & illæſa fuerint, exceptis iis, quæ
nſtitutione morboſâ pulmonum & cor-
t. de contuſione circa cavam epatis par-
dducuntur, quibus vitioſis conſtitutioni-
it videtur, & Chirurgi relationi ex parte
matur, demortuus jam dudum ante li-
xortam obnoxius fuerat: Hæc omnia
iguo temporis decurſu à cauſa & vi exter-
tiquam oriri, atque contuſio in cava epa-
te, ob naturalem ſitum à cauſa externa
ibiliter fieri potuit.
nc ex ſupra allegatis rationibus Decani &
ſorum Facultatis Medicæ ſententia
iò ſeria & fundata habet, quod à capite
natus Andreas Achenbach Fronhuſanus
modô Autor mortis Wieſenbachianæ ſit,
adjecta ſpecificatione ejus convinci poſ-
n cujus rei atteſtationem hoc ipſum ſigil-
ltatis Ordin. & Decani propriâ ſubſcri-
confirmavimus. Signat. *Giſſæ die* 18.
, 1687.

Michael Heiland, D.p.t.
Decanus.

CASUS V.
DE
VULNERE EPATIS.

Requiſitio.

P. P.

E Sequenti Specie Facti eluceſcet, quâ ratione Chriſtianus Schwarzius, Tubicen Ducalis Saxonicus Merſeburgenſis, Tympaniſtam illius loci, Carolum Lengsfeldium, die 6. hujus adhuc currentis menſis, ſub compotatione, gladiô inciſoriô ita vulneraverit, ut læſus quidem de ſcalâ adhuc deſcendere fortiterque adhuc loqui potuerit, mox autem, intra 2. horarum decurſum abhinc obierit, prout adjecta hîc Atteſtata Medici ſub A. & Chirurgorum ſub B. de qualitate vulnerum plura referunt. Quum verò allegata modo Atteſtata inſigniter diſcrepent à ſe invicem dum Chirurgi omenti læſi mentionem faciunt, quam Medicus non tantùm ſimpliciter negat, & quòd relatio hæc ſub præſenti conditione ictus contra ſtructuram partium corporis militet, defendit, ſed & juxta hæc adſtruere non dubitat, quòd Chirurgus, qui vulneratum primâ vice deligavit, in eô erraverit, quòd omentum ex abdomine elapſum & ab aere externô corruptum in priſtinum locum reſtituerit, ipſumque Patientem retrò, ubi ictus exitum quæſivit, non deligaverit, neque operam dederit, ut hæmorrhagiam ſiſteret, aut per V.S. ut & interna remedia, ope Medici periti ſimul adhibiti, Vulnerato ſuccurreretur; ut adeoque in curâ debita diligentia adhibita non fuerit; unde neque Medicus, neque Chirurgi de Vulneris Lethalitate purè & diſtinctè quid atteſtantur. Quapropter heic ſequentes oboriuntur quæſtiones:

1. *An in præſenti caſu*, in quô Atteſtata Medici & Chirurgorum ſub A. B. diſſentiunt, certum ſolidumque Judicium Medicum expectari, & in graviſſimâ hâc cauſa criminali *de Lethalitate Vulneris nunc certi quid judicari poſſit?*

2. *An, ſi illud expectari poſſit, vulnus pro ſimpliciter lethali habendum ſit? vel annon potius per ſupradictam incuriam Chirurgi, vel alia ſymptomata mors inſecuta ſit?* annexa petitione, velint negotium hoc Collegialiter & diligentiſſimè conſiderare, & judiciô ſuô optimè fundatô, annexis rationibus dubitandi & decidendi mihi gratioſè & quamprimùm impertire. Hoc &c. *Weiſſenfelſiæ die* 31. *Maji*, 1672.

Re-

Relatio Medici.

PRævia Requiſitione Judiciali, die 7. Maij, ante Meridiem, inter horam 10. & 11. ſub Inſpectione judiciali & inſtitutâ Sectione pridie occiſi cadaveris obſervatum fuit, quòd in Defuncto, enſe inciſoriô ſatis latô, in hypochondriô dextrô, prope coalitum ſecundæ & tertiæ coſtæ, juxta enumerationem *Hippocr. lib. de internis affect.* hepar in illo latere inferius, ut & convexæ epatis parti ſuperſtratum Diaphragma, in confiniô partis carnoſæ & membranoſæ diſſectum fuerit, ita quidem, ut ictus punctorius verſus Spinam dorſi ad ſecundam coſtam penetrando exierit; ubi primâ ſtatim fronte ſub apertione ſuturæ, à Chirurgis veſperâ præcedenti applicatæ, omentum cum inteſtinis cum impetu erumpebat & inveniebatur, quòd per ſectionem hanc latam ſatis, in dictâ modò hepatis parte plurimæ & inſignes venæ cavæ & portæ propagines diſſectæ, & ita ex *Hippocr. Aphor.* 18. *Sect.* 6. mors accelerata fuerint: Repertâ ſimul ingenti ſanguinis congrumati, in cavitate illâ, quantitate. Adhæc in mediô frontis ictus cæſim illatus conſpiciebatur, quô à craniô fragmenta quædam ſeparata fuerunt, nulla tamen fiſſurâ præſente. Quod &c. *Martisburgi d.* 7. *Maji* 1672.

D. Henricus N. Med. Ord. Merſburgenſis.

B.

ATTESTATUM CHIRURGORUM.

Relatio, quâ ratione infra nominati Tympaniſtæ Principalis Saxonici, Caroli Chriſtiani Lengsfeldii, vulnus die 6. Maji invenerint.

SC. 1. Ictus inciſorius erat in capite, ſuperius in mediô frontis, ubi fragmentum à craniô deceſſerat. 2. Ictus punctim illatus, ſub dextra mammâ, per omentum & hepatis lobum inferiorem, ſurſum tendens & diaphragma penetrando, inter primam & ſecundam coſtam retrò exiens &c. *Merſburgi die* 25. *Maji* 1672.

Reſponſum Facultatis Medicæ Lipſienſis; deſuper lethalitate vulneris Epatis.

FUit hoc Vulnus abſolutè lethale, ſaltem propter adynamiam curandi & mortem citiſſimè ſubſecutam &c. &c.

Amman. in Praxi Vuln. Lethal. Dec. 3. *Hiſt.* 1. *p.* 216. *ſeqq.*

CASUS VI.
DE VULNERE VESICUL[Æ] BILARIÆ.

Requiſitio.

P. P.

EX Actis hîc adjectis videre licet, [...] causâ Homicidii contra Michaele[m ...] tofredum Andream Fol. 41. deciſum ſi[t ...] niam ergò judicio Veſtro ſuper lethalita[te vul-]neris indigemus; hinc petimus, ut pr[æ ... di-]ligenti perlectione Actorum & Atteſtat[...] à Phyſico Noſtrô impertiti illud No[...] communicetis. Pro ſtudio & labore [...] tium Exhibitor redhoſtimentum offe[...] *Oſchazii die* 22. *Febr. Anno* 1676.

Senatus illi[...]

Atteſtatum Medici.

PRæviâ Requiſitione Senatus Ampl[...] ego infra nominatus, die 20. No[v.] hujus anni, horâ 1. pomeridianâ, u[...] ſubſcriptis Chirurgis, Molitoris interem[...] tini Ulmanni &c. cadaver in ædibus M[...] Superioris, Eliæ Schûzii aperiri curavi, [...] nus diligentiſſimè inquiſivi, & ὀφθαλμο[...] inveni, Defuncto ictum quendam pun[...] digiti transverſi latitudinem ſupra umb[...] ad latitudinem manus unius cum dimi[...] diſtantem, verſus ipſum pectus, in de[x-]tere illatum fuiſſe, qui ſub tertiâ coſt[â ...] in abdomen, per dextrum hepatis lobu[m ...] ta quem & arteriæ cujusdam ramus læſ[...] in veſiculam bilariam, ad digiti transve[...] gitudinem perforaverat, unde & dimi[...] pars in abdomine collecta fuit, adeoqu[e ...] ratus intra 27. horas quoque exſpiravi[t ...] cèt autem vulnus hoc lethale fuerit, La[...] tamen Facultatis Medicæ judicio magi[s ...] quere, quam ſolus certi quid determin[...] lo. *Oſchazii die* 21. *Nov.* 1675.

D. Joh. Georg. Reinhard. Phy[...]
Chriſtoph. Barthel. } *Chir[...]*
Hieronymus Bradan. }

Reſponſum Facultatis Medicæ L[ipſien-]ſis; deſuper lethalitate vulneris [veſi-]culæ felleæ.

Fuit abſolutè & per ſe letha[le ...]

Vid. P. Ammann. Prax. Vuln. [...] *Dec.* 3. *Hiſt.* 10. *p.* 252.

CA[SUS ...]

CASUS VII.
DE VULNERE LIENIS.

Requiſitio.

V. E. E. ex adjectâ hic Sectione & Inſpe-
ctione Judiciali, à Phyſico & Chirurgis
. A. deſcriptis, perſpicient, quam Tragi-
Caſus truſerit inter JOH. MICHAE-
SCHATTAUERUM Ejusque
ugem, dum is, ob hujus injurioſa verba,
ſuâ Indicâ uxorem ita verberavit, ut ef-
abhinc horâ animam exhalarit. Qua-
er de ſeqq. quæſtionibus informari deſi-
nus: *An læſio & ruptura Lienis ſub*
ectione inventa & in Atteſtato aſſerta
lethalis ſit? 2. *An illa Lienis ru-*
à plagis cannâ Indicâ illatis, an verò
indicatô orta ſit? & an 3. *plagæ*
una cum lapſu indicatô, ſimul eo ci-
am ſiniſtrum eventum accelerare po-
nt? quum fæmina modò dicta, juxta
um relationem, aliquamdiu febri labo-
t? Hoc &c. *Lignizii die* 29. *Aug.*

Conſul & Senatus illius loci.

A
Inſpectio & Relatio.

evio Senatus Ampliſſimi juſſu, ego in-
a nominatus, cum Dnn. Scabinis & Chi-
juratis, die 23. Auguſti, 1682. hora 12.
idianâ in domum Tſchepkiſchianam me
i, cadaver Mariæ Annæ, JOH. MI-
ELIS SCHATTAUERI, Cella-
onjugis inſpiciendum, quæ die præce-
hora 10. matutinâ, juxta propriam
aueri confeſſionem, Cannâ Indica, me-
craſſitiei, 6. circiter ictibus vapulârat
abhinc, horâ ſc. XI. obierat. Cadave-
amerâ in hypocauſtulum delatum ſca-
laptato imponebatur, ubi præviâ diligen-
ectione & attrectatione omnium loco-
qui à ſcipione contuſi credebantur, in
latere, ſub ultimâ coſtâ ſpuriâ, ſtriam
am 2. digitorum Geometricorum lon-
e, invenimus, quæ præ aliis, non adeò
ibus, magis in oculos incurrebat; quo-
erò nulla inde certitudo hauriri poterat,
r aperiebatur. Hoc factô in Abdomi-
gnis ſanguinis quantitas occurrebat, ut
ſanæ mentis conjicere potuerit, vas ali-
nſigne læſum & dilaceratum eſſe. San-
gitur ſpongiis extractô & inteſtinis ſum-
n cautelâ exemtis Lienem inſolitâ ma-
Val. Pand.

gnitudine gaudentem invenimus, ſub quo membrana Renum adipoſa & peritonæum (omnia verſus ſtriam exteriorem cœruleam) ſanguine prorſus ſuffuſa & fuſca apparebant: Lien autem in parte gibbâ & peritonæum tangente fiſſuram inſignem, in formâ anguli acuti, acceperat, in eodem latere rubro & longè aliô, quam in latere non violatô, colore deturpatus: Quibusdam inſimul in locis ſummè tenera erat ejus ſubſtantia, ut exiguô labore fiſſuræ ejusmodi ipſi imprimi potuerint. Abhinc & externum cœruleum diſſecabamus locum & in eô non contemnendam ſanguinis coagulati portionem invenimus, cùm tamen in ipsô corde, ut & Venis ac Arteriis majoribus ne guttam quidem ſanguineam offendere potuerimus. Quoad omnem apparentiam lien corruptus à Cannâ Indicâ in hypochondriis ita vapularat, ut emortuus fuerit, eoque ipsô ſanguis, tanquam ex loco arteriis refertiſſimô omninò in cavitatem abdominis effluxerit, adeoque ex læſione hâc inſignis hæmorrhagia conſecuta fuerit, quæ non tam facile cohiberi poteſt, licèt omnis etiam labor & diligentia adhibeatur; unde tandem nihil aliud, quàm ipſa mors inſequi poteſt, ut *D. Pfizerus in Judic. ſuis de Leth. Vuln. cap.* 17. *p.* 130. docet &c. *Lignizii die* 23. *Aug.* 1682.

Martinus N. D.
Joh. Marſilius Piſtorius, Chir.

Reſponſum Facultatis Medicæ Lipſienſis; deſuper Lethalitate vulneris lienis.

OBlatis Nobis Actis Inquiſitionalibus Johannis Michaelis Schattaueri Uxoricidium concernentibus, una cum Relatione Phyſici & Chirurgi, & propoſitis Nobis ſequentibus Quæſtionibus:

An &c. &c.

Hinc præviâ ſufficienti deliberatione & conſideratione omnium & ſingularum circumſtantiarum exiſtimamus, quod 1. Læſio, quæ accidit & Ruptura Lienis, ob immanem hæmorrhagiam exinde ſubortam, pro ſimpliciter & abſolutè lethali habenda ſit, ſimul tamen 2. judicando, quòd vehementis hujusmodi læſionis non tam lapſus, dum de eô paucæ, & quidem exigui momenti circumſtantiæ adferuntur, quam plagæ Cannâ Indicâ inflictæ cauſæ fuerint, Utut 3. benè quoque fieri potuerit, ut magnitudo lienis aucta & friabilitas ejusdem ſubſtantiæ extraordinaria, quarum in Atteſtatô ſimul mentio eſt facta, à febri chronicâ, quâ hactenus laboraverat, inducta fuerit, adeoque viſcus modò dictum per externam plagarum violentiam eò faciliùs lædi & dilacerari potuerit. *Lipſiæ die* 28. *Aug.* 1682.

Amman. in Prax. Vuln. Lethal. Decad. 5. *Hiſt.* 4.

CASUS VIII.
DE VULNERE & RUPTURA LIENIS.

Reſponſum Facultatis Medicæ Giſſenæ;

POſtquam JOHANNI LUDOVICO LOZIO, XVI. annorum, præterito 25. Sept. à Patre ſuo Michaele Lozio, Incolâ Londorffenſi, ob certum aliquod delictum alapa impacta fuit, ut in terram atque lapides ante ædes Joh. Ludovici Junckeri depoſitos prolapſus fuerit, Pater abhinc, poſt verba quædam ignominioſa à Filio eructata, hunc adhuc aliquot vicibus ad nates ſ. h. pedibus conculcavit, ſimulque lapillum (quô pueri nuces contundendo frangunt) retrô verſus dorſum in partem veſtis, adhuc novæ & è densô pannô factæ, inferiorem projecit: Puer etiam jam ante ab Affine ſuo, Henrico Wilhelmo (ob diras imprecationes infanti hujus teneriori nuncupatas) anteriori ſcuticæ parte aliquoties circa dorſum & lumbos vapularat; & abhinc in horreum primùm, mox verò in hortum ſe conferendo ſub radiis ſolaribus decubuerat, veſperi autem à Sorore ſuâ potum deſiderarat & in hypocauſtum contenderat, in hôc tantâ infirmitate correptus fuit, ut noctu intra 1. & 2. horam obierit.

Cùm ergò ſequenti die, ad requiſitionem Generoſ. & Nobiliſſ. Dnn. de Rabenau, Phyſicus Grunbergenſis, Dn. Lic. N. N. unà cum Chirurgô. Joh. Jona Gutwein, corpus Juvenis demortui inſpiceret, & poſtmodum quoque aperiret, in totô quidem corpore externè nequicquam notatu dignum occurrit, illæſis omnibus, ita, ut putatum fuerit demortuum, qui per aliquot ſeptimanarum decurſum dyſenteriâ malignâ cum febre conjunctâ prius laboraverat, ex aliô, internô forte, affectu periiſſe. Quia tamen Defunctus de inſignibus doloribus in hypochondriô ſiniſtrô ſummoperè conqueſtus fuit, corpus etiam intumuerat, eâque de causâ ſectio corporis à ſupra allegatis Medicô & Chirurgô inſtituta fuit, primùm in occipite, remotâ cute, bina ſtigmata rubicunda, latitudine utrobique albi ſe truſerunt: Totum verò abdomen plurimum ſanguinis exceperat eoque refertum erat, ita ut duo ſanguinis coagulati fruſta, quorum alterum craſſitiem pugni virilis mediocris æquabat, in regione lienis conſpicerentur: Liene verò ipſo tribus in locis, & cumprimis in mediô ſummè vulneratô, diſunitis etiam venis & arteriis ſplenicis. Omnia ſecundum tenorem transmiſſi Protocolli & Relationis à Medico & Chirurgô conceptæ. &c.

Et verò propterea Facultatis Noſtræ Medicæ dilucidatum & fundatum Reſponſum [...]tô modô requiratur;

Hinc Nos Decanus & ProfeſſoresOrd. F[...]tatis Medicæ h. l. præviâ maturâ delibera[...] ac ponderatione omnium & ſingularum i[...] pradictâ Relatione & Protocollo contenta[...] circumſtantiarum, veris principiis Medi[...] Chirurgicis omninò conſentaneum eſſ[...]cimus:

Quòd licet magna & profunda lienis [...]nera, quæ multiplicia ejus vaſa & ven[...] arterioſa diſſecant & diſcontinuant, à *C[...]liô Celsô Lib. V. cap. 26. Melch. Sebiz. E[...] Vuln. Part. diſſimilar. Part. 3. §. 109. [...] Facultat. Med. Lipſienſis, apud An[...]num, in Praxi Vuln. Lethal. Decad. 5[...] 4. p. 355. Goth. Welſch. Rational. Vul[...]thal. Judic. cap. 5. pag. 65. ſeq. Bernh[...]vo de Inſpect. Vuln. Part. 2. Cap. 13. [...] & ſeqq. Joh. Bohnio de Renunc. Vuln[...] 2. cap. 4. p. 380. ſeqq.* aliisque pluribu[...] ſimpliciter & abſolutè lethalibus habe[...] *Conf. Ephemerid. Natur. Curioſ. D[...] Ann. 8. pag. 498. Obſ. D. Vateri de Ru[...] Lienis*, quoniam per vaſorum illorum [...]tionem, inprimis arteriæ ſplenicæ, im[...] hæmorrhagia oritur, quæ nullâ ratione [...]beri poteſt: Inſuper etiam præpropera [...] inopinata mors juvenis ſupradicti dubiô [...] à ſanguine extravaſato & in abdominis [...]te, cumprimis autem in hypochondriô [...]cumulato dependeat, probabiliter etia[...] extravaſatio ſanguinis ex ſolutâ unitate [...]rum, per lienis ſubſtantiam diffuſorum [...]ta fuerit;

Attamen & quoniam in Reſponſo [...]ni Medici & Chirurgi expreſsè cont[...] quòd externè in toto corpore nulla [...] læſio reperta fuerit: E contrà verò ex[...] Reſponſo Medico, & alias quoque è Pr[...]lo eluceſcit, quod Defunctus ante Dy[...] Malignâ laboraverit, ab Affine quoq[...]câ circa dorſum & lumbos percuſſus [...] ex Hiſtoriis & Obſervationibus Med[...]tem conſtat, quod per metaſtaſin mat[...]cans in dyſenteriâ interdum quoque [...] principaliora occupet, ſymptomata [...] periculoſa, imò ipſam tandem morte[...]tur, (ut idem præter alios apud *Sche[...]k. [...] 3. Obſ. p.* 354. videre licet) adeóqu[...] ſubjecto fieri potuerit, ut materia pec[...] metaſtaſin Lienem affecerit, ejusque v[...]ſerit, quæ poſtmodum, vel per lapſ[...] ſuper lapides, vel per ictum ſcuticâ a[...] inflictum, vel etiam per ipſius Patri[...]ſionem, dummodò hanc in ſiniſtro hy[...]drio contigiſſe probetur, omninò di[...] dilacerata fuerunt, adeoque nullo m[...]ſpicere poſſimus, quòd ſolutio hæc ur[...]ſorum ſplenicorum vulnerationi, ſe[...] vel rupturæ & contuſioni ſoli, vel ex[...]mul prægreſſæ eroſioni adſcribenda [...]

Hinc neutiquam exiſtimamus Patri hunc ...rtis eventum per ſe, ſimpliciter & abſolutè ...utari poſſe.

Atteſtationis ergò Sigillum Facultatis Or... apprimentes. Signat. *Giſſæ die 7. Octobr.* ...*no* 1693.

Decanus, Doctores & Profeſſores Ord. Facult. Med. Giſſenæ.

CASUS IX.
DE ...ULNERE VENTRICULI SCLOPETARIO.

Requiſitio.

P. P.

... V. Magn. Magnif. breviter ſibi referri patiantur, quâ ratione die 29. Maji 1672. ...ridie, horâ circiter quintâ, Wolffgangus ...ck è Thannâ, in pagô quodam Koſska di... per ictum ſclopeto manuali inflictum ita ... fuerit, ut poſt 9. aut 10. horarum efflu... obierit. Aperto igitur inſequenti die ...vere, vulnus, ut ex Copia Atteſtati ſub ...pparet, ob rationes illîc allegatas, pro le... habitum fuit. Quùm verò allegatum ...tatum non tantùm ſatis dubium videatur, ...idem in eô, quod vulnus illud pro abſo...ethali non tam judicetur, quam habea... videatur: Adhæc Balneator, qui vul...um deligavit, vilia ſatis, & quidem talia ...camenta adhibuerit, ut hic ſæpiſſimè in...xiguum temporis intervallum evomere ... inſignes ejusmodi & vehementes com...nes, ut probabile eſt, ſibimet ipſi noce...ctus fuerit; inſimulque reticendum non ...uòd vulnus continuò deligatum non per...erit, ſed emplaſtra unius noctis decurſu ... abrupta fuerint, ita quidem, ut licèt ad curandum vulnus ſatis idonea fuiſ... nullam tamen operationem perficere ...rint. Hinc officiosè rogo, Domini ...Honoratiſſimi velint judicium ſuum hac ...ſâ ſigillô munitum, mihi impertire, & ...gravatim me certiorem reddere: *An ictus ...ionis ſclopetarius in ventriculo, per ... magis apta medicamenta, quàm teſt. ... à Balneatore adhibita fuerunt, cu... & ita Vulneratus in vivis conſervari ...rit?* Hoc cum debita remuneratione &c. ...æ die 3. Julii, 1673.

Johann. Judæus, Jur. Pract.

A.

Atteſtatum Medici.

...s Johannes Zencker, Phil. & Med. D. ...c Nicolaus & Johannes Seckneri, Chi...*l. Pand.* rurgi teſtamur & exiſtimamus hiſce, quòd præviâ judiciali inſpectione ſclopetario ictu heri enecati Wolff Franckii &c. ictus globulo ſclopetario inflictus, externè in hypochondriô ſiniſtrô, ad diſtantiam manus transverſæ latioris, ſub inferioribus coſtis intraverit, intus autem per peritonæum; omentum, pancreas & ventriculum, qui tribus circiter digitis transverſis ſub orificio ſiniſtrô ita læſus fuit, ut binos digitos facilè immittere potuerimus, penetrando & prope ſpinam dorſi & infimas coſtas rurſus exierit; adeoque, cùm non tantum Ventriculus, tanquam viſcus nobile, vulnere magno, per quod omnia potulenta in cavitatem abdominis profluxerunt, ſed & plurima vaſa dictarum partium adeo læſa fuerint, ut inſignes hæmorrhagiæ inſecutæ, ac ingens copia ſanguinis in- & externè conſpecta fuerint, ictus hic ſclopetarius pro lethali habendus, & quod exinde mors tam ſubitanea intra 6. aut 10. horas inſecuta ſit. Dat. *Koſskavii die* 30. *Maji* 1672.

Reſponſum Facultatis Medicæ Lipſienſis, deſuper lethalitate vulneris ventriculi.

VUlnus hoc ventriculi, globulis inflictum, abſolutè fuit lethale, propter læſionem variarum partium ad vitam ſimpliciter neceſſariarum, hæmorrhagiam & mortis celeritatem, nam intra 10. horas mortuus fuit.

Vid. Ammannus Prax. Vuln. Lethal. Dec. 3. Hiſt. V. p. 230. ſeqq.

CASUS X.
DE VULNERE VENTRICULI.

Requiſitio.

DIe 12. Maji hujus Anni diſſidium aliquod inter Affinem meum Erneſtum Chriſtianum Möllerum L. L. Studioſum, Gothofredum Ufern Militem, ſub compotatione exortum fuit, in quô tandem ad arma deventum, quibus illi, Affini meo, 3. ictus cæſim, huic autem alius punctim in ventriculo inflictus fuit, unà cum plagâ quâdam tempori in dextrô latere ab aliô retrò illatâ; & quoniam vulneratus altero ſtatim die exanimatus fuit, hinc ſectio cadaveris inſtituta, ictusque ac reſpectivè plaga eo, quem Relatio ſub N. 2. deſcribit, modô reperta fuerunt. Speciatim autem ipſe Medicus hic ſub N. 3. de vulnere ventriculi judicium ſuum impertiit, & ob argumenta quædam illîc adducta vulnus illud pro ſimpliciter lethali habuit, & quòd vulneratus inde neceſſariò obierit, exiſtimare voluit. Mihi

verò rationes ab eô allegatæ minus ſufficere videntur, ita ut potius exiſtimem, ægrum ſeipſum neglexiſſe, & ſimul in curâ fortè erratum fuiſſe. 1. Enim vulnera ipſius ventriculi ſimpliciter lethalia non ſunt, ſed experientiâ teſte, ipſoque Medico in Judiciô ſuô fatente ſæpe feliciter curata fuerunt; quemadmodum & 2. ſub Deligatione inſtitutâ Chirurgus tam manè, quam veſperi diverſis vicibus aſſeruit, vulnus lethale non eſſe, ſeque illud, ut aliquoties idem præſtiterit, Deo adjuvante curaturum eſſe. Interim idem 3. in Relatione ſua N. 1. meminit, ægrum obſtructione alvi laboraſſe, nihilo tamen minus non invenimus clyſterem quendam adhibitum fuiſſe, quod tamen ſub eâ ægri conditione meo quidem judiciô ſummè neceſſarium & utile admodum fuiſſet. 4. Idem porrò refert, quòd cum vulnus parum ſanguinis fuſerit, neceſſarium ipſi viſum fuerit, ut ægro vena ſecaretur, hunc autem tempore veſpertinô illud omninò recuſaſſe, & licèt alterô die vena ſecta ſit, idem tamen juſto ſerius factum, adeoque ægrum ſe ipſum neglexiſſe videtur. Licèt etiam 5. hic ſæpius vomuerit, adeoque medicamenta à Chirurgô adhibita moram illic nectere non potuerint, quæritur tamen, annon idem per cereviſiam triticeam (Breyhan) in nimiâ quantitate ingurgitatam magis acciderit? quàm quòd ictus hujus rei cauſa fuerit. Cumprimis autem 6. cum in tali ægri ſtatu ſtatim Medicus adhiberi debuiſſet, tamen nemini hoc in mentem veniſſe, multo minus obſervatum fuiſſe reperimus. Accedit 7. quòd, licet Æger ingentem cereviſiæ triticeæ quantitatem aſſumſerit & ſatis inebriatus fuerit, eâ tamen (ut neceſſitate ſic exigente hoc ſatis ſuperque demonſtrari poteſt) non abſtinuerit, ſed non tantùm cereviſiam triticeam denuò ſæpius ingurgitaverit, ſed &, ut Chirurgus porrò adſtruit, per decurſum noctis aquæ menſuram ſimul hauſerit; prout & ex ejusdem Chirurgi relatione hæc inſequenti die tam in lectô, quàm emplaſtris & ligamentis obſervata fuit. Et quoniam 8. Æger, qui ſub tali conſtitutione quieſcere debebat, in labrô piſtoriô è Tabernâ cereviſiariâ ad urbem, binis exploſionibus ſclopetariis inde diſtantem, deportatus fuit, quæritur ulterius, annon eô ipſo ſe neglexerit; mortemque ſibi accelerare potuerit? in quibus conjecturis porrò 9. exinde magis confirmor, quòd æger vir juvenis ſanusque fuerit, ac nunquam non, quamdiu in Taberna cereviſiariâ commoratus fuit, rationi convenienter cum judicio locutus fuerit; quod ipſum, quamprimùm ex hoſpitiô in ſororis ſuæ ædes deportatus fuit, omninò immutatum fuit, omnibus ad mortem vergentibus. Quod verò 10. plagam & contuſionem, ſimul obſervatam, attinet, Medicus equidem eandem Ægri vitæ neutiquam nocere potuiſſe ſuſtinet; nihilominus ille, ut ſufficienter probari poteſt, ſectioni capitis non interfuit, ſed eadem, quùm jam valedixiſſet, à Chirurgis in ſpecie inſtituta fuit, ut que de hac re certi quid ſtatuere ne Interim tamen, cùm primâ vice eunde ligaret, tumorum inſignem in tempo buerit, ſub ipſa ſectione quoque ob tum fuerit muſculum temporalem ſa nigricante ſuffuſum, ſimulque contuſun ſe, denuò ejus ſum ſententiæ, quod plaga hæc per ſe lethalis non fuerit, in tamen per eandem ſymptomata quæd incommoda oriri potuiſſe, & ſic unum manum commodaſſe. Et quoniam j hac quæſtione:

An Vulnus ſtomachi ſimpliciter, & neceſſariò lethale fuerit, nec n

magnum defenſionis momentum co hinc Reſponſa quædam Medica hac d expetii, ubi Facultas Medica Wittenb ſis, unà cum Dn. D. Johanne David ſen, Phyſico Köthenſe Num. 4. 5. hoc pro ſimpliciter lethali non habuit. tra verò Facultas Medica Helmſtadien N. 6. aliam & adverſam ferè ſententiam videtur. Quapropter è re eſſe duxi ne hoc V. V. Exc. Exc. ſimul exponere, officioſiſſimè rogare, velint haud grava ſum hunc, una cum incluſis Reſponſis cis, collegialiter & diligenter perpen abhinc, *an rebus ſic ſtantibus Vuln ſimpliciter lethali habendum ſit? A non ipſe potius Æger, tam per aqua gitationem, quàm V. S. recuſatione ipſi nocuerit? Annon illi motus præ rus, quô per tantum intervallum in delatus fuit, incommodus & nociv rit? & annon per contuſionem in cap lum aggravatum?* de cæterô quoque i nihil omiſſum fuerit? additis rationib oribus decidendi me gratioſè informa &c. *Serveſtæ die 7. Jul.* 1668.

Andreas Philipp

Atteſtatum Chirurgi.

N. I.

Die 12. hujus, à meridie, circa h ego ſubſcriptus in Tabernam c riam, prope portam Ackmiſchenſem, Gothofredum Uſernum, Virum corpu & inſatiabilem, 38. circiter annorun pugionis vulneratum, ut eundem obl vocatus ſum, quem ſuſpirantem & tem, pectore denudato, gramini in inſidentem reperi, tumorem inſimul in in tempore dextro habentem, & ſub ma ſtra prope brachium ſanguine conſpu

oris deligationis ergò eundem domui & ꝑcauſto inferri juſſi, ubi diverſis ſtatim ꝑus cereviſiam triticeam (vulgò Brey-) evomuit, quam cùm non mediocriter aſſumſerit, in horto, antequam adveni-, quoque rejecerat.

Detectô igitur vulnerati corpore, obſer-ſupradictum ictum pugione tenui triangu-ꝑflictum fuiſſe, eundemque in ſiniſtrô late-tim ſub papillâ ejusdem lateris mammillæ digitorum transverſorum majorum di-am, prope ultimam coſtarum verarum, ꝑs intraſſe, mucrone pugionis è regione ꝑinis in latere dextrô, ſed antrorſum ma-3. dig. transverſis declivius per exiguum ꝑinulum egrediente, ita ut æger haud ꝑm ſanguinis profuderit; qui continuò ꝑigni cardialgiâ, circa ſtomachi ſcil. ori-n conqueſtus eſt. Poſt Styli immiſſio-obſervatô membrorum ſitu, vix aliter ꝑre potui, quàm ictum ventriculum pe-ſe; adeoque ægrum non tantùm legiti-ligavi, ſed & medicamenta convenien-ꝑibui, quæ tamen ob vomitus multi-& quia æger obſtinatè eorum uſum re-ꝑt, moram in corpore nectere non po-ꝑt; & licèt ob conſtitutionem ejus ple-am, & quia parum ſanguinis è vulnere ꝑrat, neceſſarium eſſe duxerim, ut Ve-io adhiberetur, eandem tamen neuti-admittere voluit. Unde eundem ad ꝑcum aliis deduxi, domumque me con-Eodem adhuc veſperi horâ circiter X. m denuò viſitavi, medicamenta con-tia, cumprimis cordialia, ipſi obtuli, men omninò reſpuebat, prætendendo, quam tamen retineri poſſe, ſed omnia rejicienda eſſe, idque ob ſummam & ꝑem cardialgiam, præter quam Natura frequenter ad Urinæ excluſionem ſti-ꝑtur, cujus tamen nunquam ultra co-s quantitatem emiſit. Inſequente ma-ꝑm horâ VI. reverterer, eundem dextro quod mucro pugionis in egreſſu vul-ꝑat, lectô incubantem reperi, facie gut-ꝑris frigidi perfuſâ. Vulnus autem de-detecturus utrumque ligamentum & ꝑra, una cum lectô ſubſtratô, inſigniter ꝑebant, mihique narrabatur, quòd du-ꝑocte ultra menſuram aquæ hauſerit, ꝑnen è ſupra deſcriptis foraminulis ſta luxerat. Adhæc abdomen, licet opti-enſivis probè munitum fuerit, inſigni-umeſcebat & cùm hôc tempore me, ut venam ipſi aperirem, quò in cor-ꝑammodò refocillaretur, aut levaretur, ꝑianâ ſiniſtri brachii 3. aut 4. uncias ꝑis emiſi, & quùm ſ. h. obſtructione alvi ꝑt, poſtquam Regimini Principali ægri miſerrimum & periculum vitæ prius ꝑeram, domum deproperavi, & ut alvus ꝑoſſit, curavi. Interea vulneratus in Labrô Piſtoriô ad urbem in ſororis ſuæ ædes deportatus fuit; quem mox inſecutus ſum. Utprimùm verò eò deveni, jam in agone verſabatur, nec fari amplius valebat; unde per dimidiam ferè horam ibi ſubſtiti, obitumque ejus, qui placidus & omnibus convulſionibus expers erat, perſpexi, eodem fortè manè hora 9. accidentem; quô factô Præfectum ſtatim acceſſi, eundemque hujus certiorem feci; unde mandatum Principale publicatum fuit, ut corpus ſecaretur; quod ipſum quoque in præſentiâ Archiatri Principalis aliorumque ad id Deputatarum Perſonarum Judicialium ſubjectiſſimâ cum devotione inter 1. & 2. horam perfeci, & ut ſeq. Relatio docebit, inveni.

IDO N. Chirurgus Aulicus.

Inſpectio.

N. II.

Ictus externè, ut in priori Relatione expreſſum fuit, ingreſſum ſibi paraverat, & ita ulterius penetraverat.

2. Sub apertione abdominis prope vulnus, axungiâ pollicem craſſitie æquante circumfuſum; parum ſanguinis extravaſati obſervatum fuit. 3. Intus in parte inferiore quatuor circiter menſuræ humorum, à cereviſiâ triticeâ fortè relictorum, continebantur. 4. Quamprimùm ictus in cavitatem abdominis penetraverat, à ſiniſtrô latere quodammodò in Epiploon, & abhinc in fundum ſtomachi, qui tenui ſatis ſubſtantiâ gaudebat, & omninò evacuatus erat, abierat, & 2. digitorum diſtantiâ ab orificio inferiori, ubi majus foramen efformaverat, exeundo tantùm ſub hepate, quod illæſum repertum, verſus dextrum latus, quodammodò antrorſum, 3. dig. ſupra coſtam veram erumpebat: Obſervato ſimul fruſtô tendinis in ventriculo, à carne vitulinâ relicti. 5. Epar, Lien & omnes reliquæ partes internæ integræ & ſine vitio conſtitutæ erant, nec ulla quoque venula læſa erat. 6. In mediô ventre pulmones quodammodò fuſci, cor autem haud aliter ſe habebat, ac in hominibus tam citò exſpirantibus fieri ſolet, cujus ventriculi, ut & venæ ſanguine naturali, ſed quodammodò coagulato repleta erant. 7. Apertâ cute in tempore dextri lateris, ubi tumorem habebat, muſculus temporalis ſanguine nigricante ſuffuſus & ſimul contuſus erat. Os temporum & vicinum cranium in ſe quidem integrum erat, ejus tamen portione ablatâ inveniebatur, quod dura & pia mater, unà cum ipsô cerebrô, naturaliter conſtitutæ minusque violatæ fuerint. Hæc reverà ita ſe habuiſſe, nos infra ſcripti corporali, ſi ita viſum fuerit, jura-

juramento confirmare poſſumus. *Serveſtæ die 5. Maji Anno* 1668.

Anton. Günter N. Med. D.

Judicium Medici ſuper qualitate Vulneris exhibitum.

N. III.

QUodſi jam quæratur, an vulnus hoc lethale ſit, nec ne? Divinus quidem Senex *Hippocrates* 1. *aphor.* 18. ait, quòd ſic: quod & *Paulus Offredus in Comment. p.* 766. it. *Heurnius pag.* 423. aliique confirmant; interim ſunt nonnulli, qui vulnera ventriculi lethalia eſſe negant, prætendendo Cultrivorum Pragenſem cutrum, novem pollices transverſos longitudine æquantem, per 7. ſeptimanarum & 2. dierum decurſum in ventriculô habuiſſe, quem inde Sectione extraxerint, eundemque, & alios in ventriculo vulneratos, feliciter reſtituerint; addentes ſimul rationem, quod ſcil. mors violenta ſubitaneam & violentam caloris nativi exſtinctionem requirat; jam verò fontem ſedemque caloris nativi ipſum cor, non verò ventriculum eſſe, adeoque ventriculi vulnera pro lethalibus haberi non poſſe: Quibus reſpondemus, quòd licet hic vel ille à vulnere ventriculi reſtitutus fuerit, non tamen ſequatur, in omnibus idem fieri & poſſe & debere, ſed alium neceſſariò inde perire poſſe, cum maxima inter partes ſtomachi, in quibus læſio fieri poteſt, differentia obſervetur, non minus ac inter ipſos læſionis modos; quæ de Cultrivorô dicuntur, rara ſunt & iis annumeranda, de quibus *Averrhoes*, quando: „In curatione morborum „interdum miracula fiunt, inquit; & licèt ſtomachus caloris nativi fons non ſit, tale tamen viſcus eſt, cujus officiô vita carere nequit, cum vitæ conſervandæ ergò in continuô labore verſetur, & tam cum corde, quàm omnibus partibus nobilioribus inſignem conſenſum foveat, ut ab ejusdem læſionibus tandem varia, eaque lethalia ſymptomata (imò morbi omnes) oriri poſſint. Hocque ventriculi vulnus in Defunctô noſtro lethale fuiſſe eventus docuit, quem 1. Temporis brevitas, in quô vulneratus mortuus eſt, oſtendit, cùm decima quinta, poſt vulnus inflictum, horâ obierit. 2. Vulnerati Status, cum ſtatim poſt ictum inflictum (ut Chirurgus, qui eundem obligavit, teſtatur) ſymptomatibus periculoſis, vomitu ſc. continuô & cardialgiâ inſigni, quæ ad extremum vitæ halitum duravit, correptus fuerit. 3. Vulneris conditio, quia ſtomachus non in unô tantùm, ſed binis diverſis locis, utpote primò in mediô fundi, & abhinc prope orificium perfoſſus fuit, unde neque cibum, neque potum, neque ulla medicamenta retinere potuit quæ vomitu non rejecit, ſtatim per fora in fundô ventriculi effoſſum, in abdomi vitatem effluxerunt, cùm non tantùm i humorum quantitas ſub ipſa ſectione ob ta, ſed & in ipsô vulnere tendinis à carn lina (quam eô, quô vulneratus eſt, die diſſe dicitur) relicti portio inſignis re adeoque diaphragma aggravatum, lib ſpiratio impedita, tandemque mors acc fuerint. Quibus omnibus 4. accedit, Defuncti viſcera, ad unum omnia, fuerint, & quantum ipſe experiri potui illatum vulnus nec commiſit quicquan omiſit, quô vulnus lethale reddere po unde vix aliter judicare poſſum, quàn dem ſimpliciter ex vulnere obiiſſe. Plag capiti inflicta vitæ incommodare non quia cranium integrum, membranæ e cerebrum illæſa fuerunt. *Serveſtæ* *Maij* 1668.

Anton Günter

Reſponſum Facultatis Medicæ W bergenſis, deſuper qualitate vuln ſtomachi.

N. IV.

S. T.

AD Relationem Veſtram & ſubjecta ſtionem:

An deſcriptum illic Vulnus Stoma pro vulnere ſtomachi ſimpliciter neceſſariò, & ſuâ naturâ lethali dum & judicandum ſit?

Nos Decanus, Senior & Profeſſores tis Medicæ in Acad. Electorali Witten ſi, prævia diligenti perlectione & pon ne, in Fundamentis Medicinæ ipſaq rientiâ radicatum eſſe cenſemus: Qu *Hippocrates* æquè ac *Celſus* in ſcri querint: Servari non poſſunt, quib cerebri, aut cor, aut ſtomachus, je portæ, cui ſpina medullæ percuſſa eſt aut pulmo medius, aut jejunum, aut us inteſtinum, aut ventriculus, aut re nerati ſunt, cuive circa fauces grande & arteriæ præſciſſæ ſunt:

A Quintô Severo quoque, im Medicis noſtri temporis, *D. Sebizio* machus rex corporis vocetur & habe hæc ob nervos, arterias atque venas cerebrô, corde atque hepate inſignen ſum & ſympathiam foveat, & tandem lus hîc non ſimpliciter & in unô tant leviter, ſed in binis locis vulneratus fue men, quia vulnera lethalia aut ſimplic

eſſariò & ſua naturâ lethalia ſunt, in quibus um quidem exemplum proſtat, Perſonam am ita vulneratam in vitâ conſervari po- aut ut plurimùm lethalia & per accidens le- Hîc autem neque ſuperius, neque inferius chi orificium læſum fuit, unde nulla con- obſervata: Adhæc cordis ventriculi ſuffi- m ſanguinis quantitatem continuerunt, uper exempla proſtant, majores adhuc chi læſiones non ſtatim vitam eripuiſſe, Anteceſſor Noſter, *D. Sennertus* ita & ſtatuat: Ventriculi vulnera quod at- inter lethalia ſimpliciter, & quæ homi- ubitò jugulant, plerumque recenſenda nt, cum paſſim exempla vulnerum ven- curatorum exſtent. Ea verò ventri ulnera præcipuè ſunt lethalia, quæ ori- jus ſuperiori infliguntur, cum nervos inſignes, à ſextâ conjugatione cerebri dos & maximum cum cerebrô & corde nſum obtineat, eoque affectô facilè le- ſymptomata excitari poſſunt. Tandem nerato exitioſum fuit, quod ad tantam iam deportatus fuerit, cereviſiam triti- le novò hauſerit, & ab initiô Venæſectio- iſtulerit: Quòd etiam nullus Medicinæ r Curæ interfuerit, qui remedia profi- lyſteres & ſimilia præſcribere potuerit; ræſens ſtomachi vulnus pro vulnere ſim , per ſe, neceſſariò & ſuâ naturâ letha- ri atque judicari non debet. Omnia ledicorum Principia. Atteſtationis er- *Wittenbergæ die* 23. *Jan.* 1668.

Decanus, Senior &c.

---

ud Medici cujusdam Judicium.

N. V.

periculô & lethalitate vulnerum Sto- nachicorum ut exactius judicemus, pri- nium obſervari debet, quænam in eô a fuerit, ut & an vulnus omninò pene- aut externum & ſuperficialiter inflictum Si orificia, cumprimis ſiniſtrum, fue- a, ſecundum Hippocratem Medico- e ſententiam pro ſimpliciter lethali hoc r. Sin verò media regio, ut pars infe- a fuerit, haud impoſſibile eſt vulnus oſſe, quia ſc. pars hæc tot nervis inſtru- eſt, unde convulſiones aliaque letha- ptomata oriri poſſunt, utut majus in u ſit periculum, ſi totus ventriculus tus, aut infra ita pertuſus fuerit, ut chy- ptulenta materia neceſſariò effluant, nec iculô retineri queant. Quoniam igi- eluceſcit: illa vulnera, quæ in utro- ficiò reperiuntur, ſimpliciter & per ſe : Illa verò, quæ in reliqua ventriculi loca cadunt, per ſe & ſimpliciter lethalia non eſſe: juxta obtentam relationem verò læſio in ejusmodi regione contigerit, in quâ modò dicta orificia non attacta, ſed media pars vul- nerata fuit: Hinc dictum notumque vulnus neutiquam pro ſimpliciter lethali habendum, quùm Medicorum obſervationes proſtent, vulnera ejus generis curata, & ægrum ita con- ſervatum fuiſſe; quod hic eo citius ſperari po- teſt, ſi debita præſidia ægro legitimè miniſtren- tur, quibus omninò deſperata vulnera ſæpè feliciter ſanata fuerunt; quemadmodum & ex- cellens Chirurgus *Fabricius ab Aquapenden- te* ægrum in ejusmodi vulneribus non deſe- rendum eſſe docet; quod rogatus referre volui.

Joh. David. N. Med. D.

Reſponſum Facultatis Medicæ Helm- ſtadienſis, de Præſenti caſu.

N. VI.

S. T.

QUod Dominus in literis, tertio abhinc die nobis oblatis, fusè retulit, concernens quidem Mortem Militis exauctorati, Gothofre- di Ufern, id ſinguli primùm domi, & abhinc univerſi in Collegiô convocatô, unà cum ad- junctis Atteſtatis binorum Medicorum debitâ cum diligentiâ perlegimus & perpendimus. Quum verò invenerimus, Defunctum primò in binis locis per ventriculum vulneratum, & abhinc ſecundò in dextro tempore contuſio- nem quandam muſculi temporalis perpeſſum fuiſſe, adeoque quæſtionem cardinalem jam eſſe:

An læſio Stomachi, an verò contuſio ca- pitis vera mortis cauſa ſit?

Hinc de quolibet in ſpecie judicium noſtrum, melioris notitiæ ergò, aperiemus. Quantum ergò vulnus Stomachicum concernit, de nihi- lô non eſt, pleraque vulnera ventriculi letha- lia eſſe, ut eadem jamdum ab *Hippocrate*, & abhinc ab omnibus ferè Medicis in univerſum inter vulnera lethalia relata fuerint; nihilomi- nus tamen per quàm plura & infallibilia expe- rimenta obſervatum fuit, quod vulnera illa ſæ- pius per ſingularem induſtriam, tam ægrorum, quàm Medicorum ac Chirurgorum feliciſſimè curata fuerint, ut probabiliter vulnera ejusmo- di ferè communiter eam ob cauſam lethalia fiant, quia ut plurimùm & ubique ab una vel alterâ parte non omnia ex debito obſervari ſo- lent. Hunc deplorandum in ſpecie caſum quod attinet, ex incluſis additamentis appa- ret, quòd Defunctus 1. brevî ante læſionem

Ven-

Ventriculum potu copioſo onerârit. 2. Poſt vulnerationem medicamenta interna admittere noluerit. 3. Ea, quæ aſſumſerat, revomuerit, quæ proclivitas ad vomitum maximam ad partem à potus ingurgitatione facile induci potuit. Adhæc reperimus nullum Medicum ad Curam vocatum fuiſſe; & licet medicamentis à Chirurgô adhibitis certò diffidere non queamus, attamen, quoniam illa ſpecificè denominata non ſunt, certi quid concludi non poteſt. Hiſce poſitis noſtrô judicio non omninò certi eſſe poſſumus, hæc ventriculi vulnera plane non curari, aut è contra illa ipſa certam curationis ſpem de ſe edere potuiſſe, adeoque ex noſtrâ ſententiâ judicium de Lethalitate vulneris in ſuſpenſo & incertô relinquendum. Quòd autem ob hanc ventriculi læſionem mors inſecuta fuerit, negari nequit. Quod muſculi temporalis contuſionem attinet, non apparet, eandem lethalem fuiſſe, cùm ſub ipſa ſectione non tantum os temporale & vicinum cranium, ſed & pia & dura mater, ut & ipſum cerebrum illæſa fuerint conſpecta; quemadmodum & rebus ſic ſtantibus nullus ſanguis extravaſatus intra ventriculos cerebri, multò minus contrafiſſura cranii apparuit, quod in ſimilibus contuſionibus muſculi temporalis omninò inſolitum eſt, quia oſſa temporum læſa, cùm ratione futurarum, tum ratione ſuæ tenuitatis, nullam contrafiſſuram aut reſonitum in oppoſitâ cranii parte cauſari valeant: Hinc neque ſymptomata, quæ ſub contrafiſſurâ, aut collectione ſanguinis intra cerebri ventriculos ſe trudere ſolent, hîc obſervata ſunt. Quapropter ſtatuere tenemur, ex hoc capitis vulnere mortem inſecutam non fuiſſe. Quæ omnia &c. *Helmſtadii die* 28. *Junii*, 1668.

Decanus, Senior &c.

Reſponſum Facultatis Medicæ Lipſienſis; deſuper lethalitate vulneris hujus ſtomachici.

P. P.

QUandoquidem Cl. Tua Nobis Caſum quendam, unà cum Atteſtatô inſpectionis & Judiciis quibusdam Medicis, transmiſerit ſcireque deſideret:

An vulnus ab Erneſto Chriſtiano Möllero L. L. Stud. Militis cujusdam exauthorati ventriculo inflictum pro ſimpliciter lethali habendum?

Hinc referimus, quod Caſum hunc Collegialiter & diligenter ponderaverimus, ac primò ſtatim Reſponſa & Sententias aliarum Facultatum Medicarum ſuo in loco relinquimus, dum Status controverſiæ nervusque qu[...] nis de præſenti neutiquam in eô verſatu[...] vulnera ventriculi in genere lethalia ſin[...] pro nunc de hoc judicandum:

An nobis à Vobis deſcriptum, & h[...] dividuo inflictum ventriculi vuln[...] lethali habendum ſit?

Quamvis autem rationes, autorit[...] exempla, in adjectis Reſponſis & Sentent[...] Medicorum allegata, nobis haud inc[...] ſint: Non tamen videmus, quâ ratione[...] præſentem Caſum & Individuum fund[...] taliter applicari poſſint & propterea cer[...] quòd hoc ventriculi vulnus, ut in Atteſta[...] inſpectionem impertitô, (quod maxim[...] tendendum) juxta circumſtantias ſuas d[...] tur, per ſe & abſolutè lethale ſit. Et hoc, q[...] 1. quia vulnus hoc, licèt non parti nobili[...] parti tamen ad vitam abſolutè & ſimplic[...] ceſſariæ, & quidem in fundo, vel circa o[...] inferius ventriculi, qui locus cumprimis[...] loſus eſt, inflictum. 2. Quia vulnus hoc i[...] magnum & penetrans. 3. ob ſitum ve[...] profundum lege Artis tractari, multò mi[...] râ reuniri & deligari potuit. Sicut & 4. [...] mata oborta, anxietas ſc. cordis, de q[...] Chirurgus ægrum primùm inſigniter [...] tem obligaret, conqueſtus fuit, vomi[...] continui, ex motu convulſivô orti, ſu[...] gidus &c. nihil aliud, quàm lethalita[...] ſtantis mortis Prodromi fuerunt. [...] neque aquæ Ingurgitatio, neque in[...] venæſectiò, multò minus motio, qua al[...] tim die in labro piſtorio deportatus fuit[...] iam externa & ſuperficialis, quæ in capi[...] vata fuit, contuſio lethalitatem cauſari, [...] dem promovere potuit: Quoniam tale[...] quæ vulnus aliquod per accidens leth[...] dunt, tam citò non agunt, ut vulnerat[...] XV. horarum intervallô (ut in hoc in[...] accidit) neceſſariò emoriatur. Quod [...] pſiæ die 17. Jul. 1668.

Reſponſum II. Facultatis Medicæ V[...] tenbergenſis, de eodem vulnere.

P. P.

QUandoquidem Tua Cl. judicium [...] de quibusdam Rationibus in co[...] allatis, deſideret, hinc & de iis ſenten[...] ſtram communicare voluimus, adeo[...] I. II. & III. rationes attinet, ſanè hîc [...] Philyrea à periculô ad lethalitatem [...] cem & abſolutam argumentatur, [...] minima quidem ex parte concedi po[...] principiô ſtatim hanc ipſam [...]

lò conſideravimus: Ubi ſtomachus hâc one læditur, ut neque cibus, neque potus pori ſubminiſtrari poſſit, ibi vulnus ſtoma- adeſt ſimpliciter & per ſe lethale; & tan- illic concluſimus, quòd in vulnere præ- ſuccus & facultas ciborum potuumque ominus corpori potuerit communicari. nim ſucceſſivè pauxillum potus, juſculo- confortantium, olerum &c. pro unâ doſi ropinatum fuiſſet, id ſanè ad inferius ven- li orificium, & abhinc ad inteſtina derivari iſſet, quorum, ut & ventriculi, venæ llæſæ fuerunt. Sæpius accidit, ut per era ventriculi chylus effluxerit, ubi tamen lneratorum vita ſalvata fuit. Talia exem- ubminiſtrant *Matthias Cornax, Julius andrinus; Chriſtophorus à Vega, Fal- us.* Additur hic, Stomachum, & quidem ndô violatum fuiſſe; quod tamen peri- n potius imminuit, quàm auget, ut de riſſimè *D. Sennertus Lib.* 3. *Pract. P.* 1. 1. *c.* 15. videri poteſt, cujus verba ita ſe nt: „Si etiam ventriculus in fundô vul- etur, vulnus id aliquando curatur, cùm s illa carnoſa ſit & medicamenta eò loci iſtere poſſint. Quod autem Stomachi s non æque ac vulnus in digitô aut collô milibus externis artubus obligari potue- hoc omnibus vulnerationibus internis nune eſt, unde tamen lethalitas ſtatim uta, ſimplex & neceſſaria, de quâ hic eſt, inferri nequit. Ventriculus ſi in ita læſus fuit, collabitur & in parte vul- a occluditur, ut neque ſuturâ, neque tione indigeat: Prout in Uterô Mater- qui ad eximendum fœtum mortuum ſe- , videre eſt; unde illud, quod lentè & entim in ventriculum defluit, illic benè ri poteſt, tam medicamenta, ut ſuperius *nnertus* teſtatur, quàm cibi facilè dige- s, quibus ſi alterum ventriculi latus hu- tur, attractio ſucci per venas oritur. unio & curatio vulnerum in ventriculo contingit, cum opus ſit Naturæ, con- rice ſui mira, quæ omnes læſiones in- ſanat, ut in brutis videre eſt, per pul- s, inteſtina & ventriculum globulis ſclo- is perfoſſis, ſicut exemplum ſingulare o in Excellentiſſ. *Plateri lib.* 2. *obſ.* oc-

In IV. ratione neque anxietas cordis â in Relatione nulla mentio eſt facta) ſudor extremorum ſimplicem lethalita- nferre poſſunt, cùm utrumque vehe- continuusve vomitus inducat, imò ebrio- vomitum naturâ non inclinantes, ſub u anxietatem cordis & ſudorem frigi- xperiantur. Vomitus hic ſequi debuit, omachus fuit læſus, potuſque exceſſivus us fuit, taliſque vomitus neutiquam ex convulſivô ventriculi obortus fuit. m eſt diſcrimen inter convulſionem & n convulſivum; adhæc nulli motus convulſivi in ullo totius corporis loco, ut jam ante dictum, obſervati ſunt. In V. Ratione nihilominus potus aquæ frigidæ enormis, ebrietas, intermiſſio V. S. motio corporis in vulnere hoc magni ſunt momenti, dum aqua ventriculi vim retentricem debilitavit, ebrietas ſanguinem accendit, venæſectio quæ aliâs remedium potentiſſimum obſervatur, motioque corporis in terra marique vomitum inferre ſolent. Quod mors poſt XV. horas inſecuta fuerit, inde non fluit, quòd vulnus per ſe, abſolutè & neceſſariò lethale fuerit. Conſideratis hiſce fundamentis eò firmius inhæremus priori noſtro judicio, ad idem provocando validiſſimè. *Wittenbergæ die* 15. *Aug.* 1668.

Val. Pand.

Decanus, Senior &c.

Reſponſum III. Facultatis Medicæ Lipſienſis, quâ ad requiſitionem Scabinorum Lipſienſium & petitionem Præfecti Serveſtani prius corroboratur.

P. P.

CUm haud ita pridem Faſciculum Actorum inquiſitionalium in punctô Homicidii nobis transmiſeritis, & ut partim de Atteſtatis ſuper inſpectione & qualitate vulneris, partim etiam de judiciis & Reſponſis quarundam Facultatum Medicarum hâc in cauſâ expetitis, & in Actis fol. 10. 37. 138. 139. 141. 143. 240. 243. & 247. contentis ſententiam & judicium noſtrum impertiremus, deſideraveritis; Hinc non poſſumus non referre, quod caſum illum collegialiter & ſedulò expenderimus, & primô ſtatim momentô Reſponſa & ſententias aliarum Facultatum Medicarum ſuo in valore relinquimus; cum ſtatus controverſiæ jam non ſit: An vulnera ventriculi in genere lethalia ſint? Sed hâc vice de eô judicandum erit:

An præſens & huic Individuo inflictum Vulnus ſtomachicum, & quidem, ut ſub inſpectione juxta qualitatem ſuam & inſecuta ſtatim ſymptomata, ut & eventum tragicum deſcriptum fuit, pro ſimpliciter & abſolutè lethali habendum ſit?

Et licet rationes, autoritates & exempla in adjectis Reſponſis & ſententiis Medicorum allegata non ignota ſint, non tamen videmus, quomodò eadem ad hunc Caſum & ad hoc Individuum applicari debeant; ſed exinde cenſemus, hoc Ventriculi vulnus (prout in atteſtatô, poſt inſpectionem impertitô, & hîc præcipuè attendendo, ſecundùm circumſtantias ſuas deſcribitur) per ſe & abſolutè lethale fuiſſe. Et

quidem 1. quia vulnus id, licet non parti nobili, ut tali, parti tamen ad vitam abſolutè & ſimpliciter neceſſariæ, & quidem in fundô & circa orificium inferius ventriculi, qui locus imprimis periculoſus eſt, inflictum; 2. in ſe ſatis magnum & penetrans fuit. 3. Quoque ob ſitum ventriculi profundum Lege Artis tractari, multo minus ſutura aut ligatura illi applicari potuit; prout & 4. ſymptomata inſecuta, anxietas ſc. cordis (dum Chirurgus vulneratum ſta tim in principió gementem, & de inſigni cardialgiâ conquerentem invenit) vomitus item continui, ex motu ventriculi convulſivo orti, ſudor frigidus &c. nihil aliud, quàm lethalitatis & inſtantis mortis Prodromi fuerunt. Unde 5. neque aquæ ingurgitatio, neque intermiſſa venæſectio, multò minus commotio, quòd alterô ſtatim die in labro piſtoriô aliò deportatus fuerit, nec & externa, eaque ſuperficialis, quæ in capite obſervata fuit, contuſio mortem cauſari, aut eandem adeò promovere potuit; quoniam tales cauſæ, quæ vulnus aliquod ex accidenti lethale efficiunt, tam citò non agunt, ut vulneratus exinde intra 15. horas (ut in hoc individuô accidit) emori teneatur. Nec quoque concedendum eſt, ut terminus lethalitatis per ſe ita dictæ, vel τὸ per ſe & abſolutè lethale ita ſumatur, ut nullum omninò vulnus, niſi id, ubi ne unicum quidem exemplum proſtat, quòd ullus ita vulneratus à vulnere illo curatus & in integrum reſtitutus ſit, pro per ſe & ſimpliciter lethali habendum ſit. Eâ enim ratione nullum omninò vulnus per ſe & abſolutè lethali habendum eſſet, niſi fortè caput alicui amputetur, aut ictu ſclopetariô tollatur, aut & cor, cerebrum & maximæ venæ & arteriæ perfodiantur, aut ita diſſecentur, ut ſimul & quaſi in momentô mors inſequatur; quod Homicidis eorumque Advocatis commodiſſimam anſam ad Defenſionalia ſubminiſtrare poſſet. Nos autem à parte noſtrâ, & quidem ex fundamentis Artis ſtatuimus, quod, ut in communi & plerumque in Arte noſtrâ Medicâ, ita & hâc in cauſa ab eô, quod ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ & utpluri mum ita fit, vel ita fieri experimur, univerſaliter argumentari deceat: non obſtando, quòd è plurimis Caſibus, quamvis præter omnem rationem manifeſtam, unus interdum aliter & felicius cedat ac reliqui omnes; quoniam interdum à Naturâ fiunt miracula, à quibus tamen concluſio deſumi nequit. Et poſitô, ſed non conceſsô, ea tantùm vulnera, â quibus nemo unquam convaluit, per ſe & abſolutè lethalia eſſe: Ex oppoſito tamen & ex naturâ contrariorum neceſſariò illud vulnus, à quo omnes illi, qui ita læſi fuerunt, curati ſunt, pro non ſimpliciter & non abſolutè lethali & conſequenter pro facilè curabili habendum eſſet, quia contrariorum eadem eſt ratio. Quòd ſi jam unicum nobis exemplum aut caſus in terminis adferri poſſet, vulnus ejuſmodi ventriculi, ut in hoc caſu juxta circumſtantias ſuas nobis deſcribitur, unquam curatum fuiſſe, rati erimus nos fuſius poſtmodum hoc d[...] per explicandi, & hoc Honoratiſſimis N. [...] minis, ad petitum referre voluimus &c. [...] *pſiæ die* 14. *Septembr.* 1668.

Vid. P. Amman. in Prax. V[...]
Lethal. Decad. 1. *Caſ.* 8.

CASUS XI.
DE
VULNERE VENTRICU[LI].

Requiſitio.

Ex adjectis ſub Num. 1. videre eſt, q[...] tione vir quidam 54. annorum ad [...] git. diſtantiam ab orificio ſuperiori, in v[en]triculo perfoſſus fuerit, & abhinc die 11. ani[mam] exhalaverit: Qua ratione quoque ab i[...] Medicis & Chirurgis, qui eundem ſub[...] habuerunt, ſectioni ſubjectus & inſpect[us] rit. Quandoquidem verò è judicio M[...] cujusdam Imperialis ſub Num. 2. eluc[...] 1. quod non omnia ventriculi vulnera [...] citer & abſolutè lethalia ſint: Mihi quo[...] haud ignotum eſt, aliquot ante annos C[...] lem quendam ictu ſclopetario per ve[...] lum vulneratum, & mulieri alicui cul[...] quem deglutiverat, per ventriculum v[...] tum, & extimam cutim extractum, am[...] 3. à læſionibus illis curatos fuiſſe: int[...] ſupra dictum & in adjecto Num. 1. deſc[...] vulnus, quod neque fundum, neque [...] ventriculi læſit, ſed 5. ad 3. digit. diſt[...] ab orificio ſuperiori per ventriculi later[...] travit, (*vid. adj. ſub num.* 1. *ſign. a.*) q[...] nulla vaſa ſanguifera majora tetigit: id[...] rò 7. tam ex eô, quod contenta abd[...] poſt diem decimum quodammodò tant[...] guinolenta (*vid. adj. Num.* 1. *Sign. b.*[...] 8. ex eo, quod neque per vomitum, [...] per inferiora aliquid ſanguinis effluxer[...] *teſt. ſign. a. b. c. adj. n.* 1.) nec 10. vuln[...] plum nimis fuerit, aut 11. plures nerv[...] derit: ſiquidem 12. in documento ſub [...] magnitudo vulneris non deſcribitur, [...] *n.* 3. vero 13. contrarium apparet, qu[...] ſymptomata periculoſa ordinaria ſe tr[...] & excrementa, quæ die 5. poſt vulnu[...] corpus ab omnibus excrementis per [...] aliquoties iteratos liberatum erat (*v*[...] *num.* 3. *ſign. ccc.*) conſequenter 14. [...] cile concludi poteſt, quod neque par[...] ſa, neque inſignia ventriculi vaſa læſa [...] Sicque 15. vulnus hoc, dummodò [...] non juſto major ciborum copia pro [...] (*vid. adj. num.* 3. *ſign. cb.*) propinata, [...] externum in tantum dilatatum fuiſſet [...]

ı abdomine fluctuabant, per idem ex-
entur, optimè fortè curari potuiſſet:
: 16. Medicus & Chirurgus opinati ſunt,
s in ipſum ventrem non penetrare (*vid.*
ub num. 3. *ſign. ee.*) multò minus 17.
lerunt ventriculum fuiſſe læſum (*vid.*
um. 3. *ſign. f.*) eaque propter 18. expreſsè
ınt, quod vulnus neutiquam lethale (*vid.*
um. 3. *ſign. g.*) imò quod frivolum & in-
ı eum pronunciarunt, qui tale curare
at: Sicque 19. probabile eſt, quod,
gnoti nulla ſit curatio morbi, in metho-
edendi, omni adhibita cautela & ſolli-
ne ad ventriculi læſionem non reſpexe-
ſed 20. tantùm fomenta *Num.* 4. & un-
a emplaſtraque *Num.* 5. obſervanda ad-
int, adeoque 21. primis diebus ventri-
ılnus inſuper habendo medicamenta ne-
a & convenientia non oppoſuerint: ſi-
n 22. contra methodum medendi ra-
em tantam ciborum copiam (*vid. adj.*
. ſign. h. & alibi) imò & vinum propi-
uerunt: quibus 23. neceſſariò vulnus
hi apertum conſervatum fuit, ut exinde
n cavitatem abdominis effluxerint, quæ,
er vulneris externi, minus dilatati, exi-
xtrahi & expelli non potuerint, ſed pro
s diſtendentibus habita ſint: ſub diutur-
n locô tepido mora 24. neceſſariò ace-
acrimoniam contrahere, & ne labia vul-
oaleſcerent, impedire potuerunt: dum
rario, ſi 25. ſecundum rationalem me-
methodum ex triplici auxiliorum fonte,
aceutico ſc. Chirurgico & Diætetico,
iſtoriam in adjecto judicio ſub *Num.* 2.
müllero allegatam & requiſita ad *adj.*
2. expreſſa, ac in Reſponſo Wittenbergen-
: ſimul allegato, propoſita omni adhi-
llicitudine obſervata fuiſſent, credibile
ılneratum, intuitu optimorum illorum
. *Num.* 3. allegatorum ſignorum, in vita
vari potuiſſe, cùm 26. ipſemet obſer-
ex vulnere inteſtini tenuis (quod pari
um vulnere ventriculi ambulare dicitur)
s minores, oryzam & grana hordei,
: in cibô uſus fuerat æger, effluxiſſe, &
amen per diætam balſamicam parciſſi-
remedia glutinantia interna, exterius
er vulnus dilatantia & apertum ſervan-
atum fuiſſe: adeoque uberior hæc de-
nformatio deſideretur; Hinc Ampliſſi-
cultas Medica, eâ, quâ decet, obſer-
rogatur, ut de ſqq. quæſtionibus Re-
m in arte fundatum, cum rationibus
ndi & decidendi, nobis impertiat:

An omnia ventriculi Vulnera pro ſimpliciter lethalibus habenda ſint?

An vulnus in Adj. ſub Num. *deſcri-tum curari nequiverit, ſed ſimplici-er lethale fuerit?*

3. *Annon in methodo medendi unum aut l. Pand. alterum neglectum ſit, vulnuſque aliter tractari potuerit?*

4. *Cum vulnerati caput minus fuerit ſectum, an inſpectio legalis fuerit?*

Adj. Num. 1.

ACTUM

N. N. die 19. *Decembr.* 1712.

PRæviâ requiſitione Ordinarii Magiſtratûs Cadaver Nicolai Kroppii, Civis N. è Principatu N. ætatis 54. annorum & religioni Reformatorum addicti, die 9. hujus in ſylva civicâ vulnerati, & abhinc die 19. Novembr. exanimati in præſentia Conſiliarii & Præfecti Caji, Dn. Archiatri Mevii, Actuarii & binorum Scabinorum Dn. Titii & Sempronii, à NN. inſpiciebatur: ubi invenimus ictum in latere ſiniſtro, inter tertiam & quartam coſtam ſpuriam, inflictum abhinc quodammodò deorſum in abdomen penetraſſe. Ablatis ergò (per Chirurgos Caſtrenſes Johannem & Petrum N. & Javolenum N. ad actum hunc ſtipulatâ manu loco juramenti ordinatos) integumentis exterioribus, confinia ictûs ad palmæ latitudinem ſanguine ſuffuſa erant, & poſtquam muſculi abdominis ſeparati erant, hinc inde, cumprimis circa regionem ſtomachi, cibi atque potûs (b) in abdomine, cum aliquâ ſanguinis portiunculâ fluctuabant, ventriculus autem omninò vacuus & ad 3. digit. latitudinem ab orificiô ſuperiori (b) ante & retrò perfoſſus erat. Septum transverſum quodammodò ſugillatum conſpiciebantur. Similiter pulmones ſanguine nigricante referti erant. In latere ſiniſtro ſub peritonæo, à latere veſicæ, ſub oſſe pubis, in folliculo proprio, inteſtinis adnato, portio pinguedinis, digitum transverſum craſſa, obſervabatur, reliquis viſceribus ſalvis & abſque ullo affectu morboſo repertis. Quoniam igitur ſupra dicta nobis omnibus præſentibus ita viſa ſunt, ipſumque vulnus ſecundum omnes ſuas circumſtantias conſideravimus; hinc eadem, ſi à Nobis deſideratum fuerit, corporali juramento nos confirmare poſſe, hiſce atteſtamur. Sign. NN. ut ſuprà.

Cajus.
Mevius N. Med. D. & Archiat.
Nicolaus N. Syndicus N.
Johann. Chirurg. Aul.
Petr. N. Chirurg.
Javolenus N. Chirurg.
Titius, ut Teſtis.
Sempronius, ut Teſtis.

Num. 2.

Reſponſum ſeu Judicium Anonymi.

QUùm à me reſponſum deſideretur, *an deſcriptum in adjecto atteſtato Sectionis ventriculi vulnus, è quo vulneratus die 10. periit, pro ſimpliciter & abſolutè lethali habendum ſit?* hinc prævia ſufficienti ponderatione omnium circumſtantiarum, in allegato atteſtato inſpectionis occurentium, exiſtimo, certò determinari non poſſe, an vulneratus neceſſariò è vulnere illo diem ſuum obierit, quùm ſatis cognitum ſit, non omnia ventriculi vulnera indiſcriminatim pro ſimpliciter lethalibus haberi poſſe, dum plura exempla fide digna proſtant, quòd non tantùm vulnera ventriculi ſuperficialia, ſed & majora, ſub ipſis orificiis & in fundo ventriculi curata fuerint, qualia reperire licet apud *Galenum Comment. in Aph. Hipp.* 18. *L.* 6. *Matthiam Cornacem in Epiſt. Reſponſ. ad D. Ægid. Hertog.* (ubi vulnus ſub orificio ventriculi ſiniſtro lato venabulo inflictum non lethale fuiſſe memoratur) *Julium Alexandrinum*, *Chriſtophorum à Vega, in Comment. ad Hipp. aphor. Fallop. de vuln. Cap. cap.* 12. (qui ſcribit: de ventriculo habeo quod dicam: nam ſanavi mulierem & hominem, à quibus egrediebatur cibus & chylus: ſanavi mulierem glande percuſſam plumbea ab anteriori & poſteriori parte &c.) *Schenck. Obſ. Med. lib.* 2. *part.* 2. *pag.* 224. & alios plures: quibus jungenda hiſtoria de Cultrivoro Bohemico ex Oswaldo Crollio in Præf. Baſilicæ Chymic. de Cultrivoro Pruſſico, apud Dan. Beckerum in peculiari libello & noſtræ memoriæ exemplum de Cultrivoro Hallenſ. ex Act. Erud. & Bohnii Tr. de vuln. lethalitate. Quapropter Medici, quando de lethalitate vulnerum ventriculi agitur, meritò diſtinguunt inter vulnera ventriculi majora, quæ orificia ventriculi, aut fundum & vaſa majora lædunt; & inter vulnera ventriculi, quæ nec orificia, nec fundi infimam, ſed partes tantum laterales lædunt: Prior ſpecies pro abſolutè lethali, poſterior autem pro ſumme quidem periculoſa, attamen non pro ſimpliciter & abſolutè lethali habetur, prout id videre licet ex reſponſo Facult. Med. Wittenbergenſis Anni 1668. apud *Ammannum in Praxi vuln. leth. it. ib.* ex Reſponſ. Fac. Med. Helmſtadienſis, & quod quæſtionem de vulneribus ventriculi in genere etiam ex reſponſo Facultatis Med. Lipſienſis (licet hæc, quod ſpecialem ibidem propoſitum caſum de vulnere ventriculi graviſſimo, ex quo æger decima quinta poſt acceptam plagam hora, cum graviſſimis ſymptomatibus exſpiravit, à prioribus diſſentiat;) quibus ſi libet, jun[...] *Fabricius Hildanus Cent* 4. *Obſ.* 2. [...] 375. verb. Ventriculi vulnera non ne[...] riò mortem inferre &c. *Sennertus* [...] *Pract. lib.* 5. *part. IV. cap.* 3. *p. m.* [...] verbis: Ventriculi vulnera quod attinet [...] ter lethalia ſimpliciter, & quæ hominem [...] tò jugulant, plerumque recenſenda non [...] cùm paſſim curatorum exempla &c. it. [...] *lus Sorbait in Op. Med. Pr. Tr.* 17. [...] 12. *de vuln. malig.* Ex Recentioribus [...] *Ammannus* in *Praxi Vuln. lethalium* [...] 118. verbis: lethalia vulnera in vent[...] æſtimanda ex diverſitate partium, quibu[...] guntur: *Stahl. Diſſert. de vuln. leth*[...] *te pag.* 56. verbis: Orificio ſiquidem [...] riori inflictum, ob plexuum nervoſoru[...] ſigniorum inevitabilem transfoſſionem [...] ſymptomatum vulnus mox excipient[...] Cardialgiæ intolerabilis, inflammationu[...] ſmodicarum affectionum, enormium c[...] ſionum, vomitus ſingultusque atrocit[...] ſemper ac neceſſariò lethale cum *Gale*[...] betur, quod tamen de fundo ejus, [...] tim quoad partes laterales ſemper dic[...] poteſt, cùm pauciora mitioraque ſa[...] percipit ſymptomata, vulnusque quam[...] ficulter ſatis curari interdum poteſt: *E*[...] *lerus in Chirurg. Med. Oper. Tom.* 2. [...] 2. *fol.* 36. verbis: Ventriculi vulnera [...] lædunt vaſa majora, ſunt lethalia &c. [...] quæ reliquas lædunt partes, imprimis [...] riores: *Zittmanus in Med. Forenſ. [...] ſponſ. Fac. Med. Lipſ. Cent. I. cap.* [...] 302. &c. Quapropter & *Galenus* ja[...] tempore annotavit, quod *Hippocrat*[...] *Aphor.* 18. *S.* 6. Vulnera ventriculi l[...] pronunciat) verbum lethale dixerit ſæ[...] iis, qui magnâ ex parte ſint morituri, [...] *Comment. Gal. in aphor. Hipp. a*[...] *ſect.* 6. *elucescit.*

Dum ergò ex plurimum Medicoru[...] ſenſu certum eſt, non omnia vulnera v[...] li pro abſolutè lethalibus habenda eſſe [...] atteſtatum Sectionis autem vulnus qu[...] nec imam fundi partem, nec orificia [...] culi, ſed ad 3. dig. diſtantiam ab illis, [...] ciè à ſuperiori obſervatum fuit: adh[...] que vaſa majora læſa, ut ex defectu [...] rhagiæ enormis colligitur, neque ſym[...] tum periculoſiorum, vulnus inſeque[...] in atteſtato mentio injicitur: de cæter[...] ſtadienſes in ſupra allegato Reſponſo ſ[...] quòd probabiliter vulnera ejusmodi ([...] ſe non lethalia) ferè communiter e[...] cauſam lethalia fiant, quia utplurim[...] ubique ab una vel alterâ parte non om[...] debitò obſervari ſolent: inſuper *W*[...] *in Tr. de rationali vulnerum judi*[...] 10. *p.* 75. ex *Sebizio* in vulneribus ta[...] periculoſis fidelitatem & peritiam Ch[...]

ientiam ægri & rerum neceſſariarum co- requirit; hinc adhuc quæſtio moveri t, an, cùm vulnus ſecundùm notatas nſtantias inter abſolutè lethalia recenſeri poſſit, ipſe tamen vulneratus die 10. in- enti perierit, is in omnibus, ut decet, mè ſe geſſerit, & à Chirurgo ſecundum ar- rincipia rationabilia, cumprimis quo- ætam parcam & adhibitionem balſami- n convenientium ac Symptomata peri- à avertentium, conſultò Medicô, tra- fuerit: dum certum eſt, quod vulnera iculi non nimis lata, ſi ritè tractentur & ſivè ſaltem pauxillum potûs, cum juſcu- fortantis modico, admixtis glutinanti balſamicis propter ventriculi corruga- n coire & ſe quaſi claudere poſſint, prout ex allegatâ *Ettmülleri* hiſtoria & Re- Wittenbergenſium clarè eluceſcit: è contrariò, ſi leviter, vel, ut videri poſ- anè non ad vulnus ventriculi reflectatur, e ægris plus, quàm expedit, pro unâ offertur, vulnus per accidens lethale tuerit; quæ raptim annotare volui.

D. R.

Num. 3.

Relatio Medici.

. P.

a ratione ante menſes aliquot Nicolaus ropp, poſt acceptum ventriculi vulnus, cum morte permutârit, in recenti ad- emoriâ verſatur. Quùm verò perce- quòd DNN. Conſulentes Dn. N. N. lia etiam hoc ipſo ſalvare ſatagant, vulnus antedictum in principiô à Me- Chirurgô pro ratione neglectum fuerit; tum caſum & morbi ſtatum, quamdiu atum vulnus adhuc vixit, VV. Nob. iſce aperire volui, ut Ampliſſ. cuidam ti Medicæ transmitti, & de eo judicium rationabile, annon methodicè tracta- ut interfectus neglectus fuerit? ferri

od igitur ipſum vulnus indeque ſuborta tia concernit, dum mecum Dn. Jo- Chirurgus Aulicus hujus loci, cum ibus Dn. Syndicô Nicolai & binis Sca- e 10. Decembris præterlapſi anni vul- n viſitabat, inveniebat ictum inter coſtam ſpuriam inflictum fuiſſe. Qua- ergò vulneris ſpecillo exploraturi, tiam labore adhibitô mutatoque ſitu ægri, in cavitatem abdominis pertingere non potuimus, quamvis etiam vulnus ſatis à Chirurgo Petro cum eundem nocte præcedente primum deligaret, dilatatum fuerit. Quæ cùm ita ſe habuerint, in Symptomata porrò inquirebatur, quibus tentabatur, ut ſc. ex illis, an forte profundius, & prout è vomitu, quô in hoſpitium delatus æger laborabat, ſuſpicabamur, de læſione ventriculi certiores redderemur. Unde è vulnerato quærebam, an adhuc evomat, & quando vomitus remiſerit? ad quod reſpondebat: Non amplius evomo, & vomitus remiſit, quamprimùm rurſus incaleſcebam, & animam recuperabam, cum indicibili terrore perfuſus fuerim. Percontanti ulterius, an ſub vomitu aliquid ſanguinis rejecerit? Reſp. minimè: ſe nihil de eò obſervâſſe. Similia Chirurgis referebat, quemadmodum & vulneratus inter actum explorandi, ut alioquin fieri conſuevit, non evomuit. Adhæc è vulnerato ſciſcitabar, an ergò nullos patiatur dolores? Reſp. nullos, ipſemet conquererer & loquerer de illis, ſi aliquid de illis ſcirem; & poſtquam hanc quæſtionem ſæpius repetii, nunquam non idem reſponſum tuli. Accedit, (b) induſium vulnerati ad aliquot palmarum latitudinem cruore tinctum fuiſſe, id quod non facile in vulnere cavum penetrante obſervatur, cùm ſanguis ſtatim in cavitatem recidat.

His omnibus ita ſe habentibus ſcire deſiderabam, an, dum Chirurgus mihi referebat, vulneratum cordiale ipſi præſcriptum non evomuiſſe, cibum etiam & potum retineat? adeoque illi jusculum dari jubebam, quod bono cum appetitu, nobis omnibus præſentibus aſſumebat, nec vomitione reddebat, aut ſingultus accidebat, vel denique de ullô circa regionem ventriculi dolore conquerebatur. Perpendens ergò Symptomata eorum, quorum ventriculus vulneratus, Medici ſqq. ponunt: Si ventriculus profundiori vulnere confoſſus, ſimul adſunt vomitus, tormina, ſingultus, cibus & potus aſſumti vomitu rejiciuntur, vel ex vulnere effluunt, poſtea ventriculus vulneratus nec cibum appetere, nec continere poteſt. Adhæc adeſt vomitus ſanguinis, & dolor in ventriculo percipitur, cum frequenti inflammatione, febri, delirio, crebra animi defectione, Syncope & ſudore frigido. Multò minus ſepti tranverſi vulneratio ex Symptomatibus concludenda erat, ut è ſignis vulnerati Septi tranverſi concludendum. De hôc enim Medici perhibent: ubi ſeptum transverſum vulnus accepit, ſanguis ſpumans fertur, ſpiritus fit difficilis & rarus, præcordia ſurſum trahuntur, ſpina dolet, ſputum ejicitur cruentum, accedit delirium & interdum tuſſis &c. prout omnes libri Chirurgici docent;

 & quo-

& quoniam eorum ne unicum quidem obſervari potuit, neceſſariò concludere debebam, quod, cum ſymptomata morbum ſequantur ut umbra, corpus & ſub penetratione enſis ventriculus aut diaphragma neceſſariò lædi debuiſſent, nulla vero (f) horum læſio, ut ex antecedentibus conſtat, præſumi poſſet, vulnus, ut è prioribus fundamentis & juxta exemplum omnium Medicorum omnino & palam dixi, pro lethali non habendum ſit. (f)

Quod autem hâc in parte fundamenta Medicorum & Chirurgorum ſecutus ſim, è ſqq. clarè eluceſcet: Jurisperitis notum eſt, quod ex facto jus oriatur: Ita quoque Medicis ex morborum ſignis recta curationum argumenta manifeſtantur. Nam ubi illa ſublata, divinæ illius artis fundamenta identidem collabaſcant ac protinus evertantur, neceſſum eſt. Illa enim nos in morbi cognitionem multis argumentis manuducunt, & quicquid vel in præſens ad illius dijudicationem, vel fauſti infauſtique eventûs prædictionem in futurum ſpectat, graphicè nobis præfigurant & ob oculos ponunt. Sine queîs etiam Therapeutice non claudicat tantum, ſed nullius penè frugis eſt, aut uſus. Subterhabita quippe ſignorum doctrina, quid in morborum curatione Medicus cum laude præſtare poſſit, nondum video. Ille ſolus ſibi bene conſcius eſt Medicus, neque ulla palleſcit culpâ, qui rectè illam calluerit ac ex pathognomonicis illis indiciis univerſaque Symptomatum Syndrome affectûs, qui humanum corpus perfundant, interſtinguit, ac tandem omnibus ſalutarem curam cum convenientibus ex arte diſpenſatis remediis decernit. Quis quis igitur ſignis neglectis & ignorata ipſorum conſtitutione ſolô remedii paradigmate inſtructus eſt, nunquam ſecurus, aſt dubius ſemper & in utramque partem fluctuans medicinam factitat, vel potius, quod ſubvereor, temerario prorſus auſu hominum animas negotiatur & experimenta per mortes agit, incolumi minimè conſcientiâ. De Signorum ad Therapeuticem rectè & methodicè inſtituendam neceſſitate videri poſſunt illi, quibus cordi fuit illam cum *Hippocrate* pro dignitate extollere. Quid autem per ſignum intelligant Medici, eleganti circumſcriptione docet *Hippocrat. lib. Prædict.* dum ſignum dicit id, quo cognito in alterius incogniti cognitionem pervenimus. Fontes autem enumerantur ab *Hippocr. lib. de humor. text.* 24. Prout ergo bonum ex integra causâ eſt, malum autem ex quolibet defectu, ſic non ſine fundamento dixit Hippocrates: mala deſignant mala, bona bonum; quale enim ſignũ, tale ſignatum.

E quo fundamento V.V. Nob. Nob. ſatis perſpicient, quo nixus ſim, cùm in Relatione meâ vulnus N. Kroppii ab initio pro lethali non haberem; Qui enim contra Medicorum ad unum omnium placita hîc pro-
nuntiaverim? dum V. V. Nob. Nob. ob
los ponebam, quibus ſymptomatibus
flictantem ægrum adortus fuerim. Ecquic
neſti illi viri, qui ægrum mecum, ce
ſtes, viſitabant, non cogitaſſent, aut o
puiſſent, ſi is, qui egregiam modò p
nem juſculi (d) aſſumſerat, in ventricul
quidem lethaliter vulneratus dictus, &
Medico, quàm Chirurgis habitus fu
Sanè contra fidem & credulitatem meam
tiri, & aliud, quàm ſentiam, pronunciar
buiſſem; & qui aliter vulneratum,
ſollicitâ inquiſitione movere & perſuade
tuiſſem ad infortunium ſuum manifeſtan

Quoniam verò nequicquam obtin
audiri poterat, in ejus confeſſione mi
quieſcendum erat, domumque repe
cum Dnn. Syndico & Scabinis, Chirur
jungebam, ut ſedulam ægri curam age
ſi mutatio quædam cum eodem ſe tru
me ejus certiorem redderet. Die pr
ſequente Chirurgus mihi referebat v
tum optimè ſe habere, cœnam præ
tem cum appetitu abſolviſſe, ut & di
quentem, qui tertius ab inflicto vulne
Hoc ipſo ergò die nihil novi agebat
poſtquam cognati Dn. N., vulneratur
ſummoperè commendabant, ut eunde
curæ cordique eſſe ſinerem, die quart
flicto vulnere me rurſus N. conferebar
demque in prioribus terminis offenc
Chirurgus aliud mihi referre nequiba
quod Clyſter operationem ſuam non
rit: unde novas ad Clyſterem Species
bo, qui tamen horis veſpertinis den
vum laxavit. Die 13. ejusdem menſis
rurſus inviſebam, & eundem absque no
relis inveniebam, niſi quod S. V. flatus i
mine, ut die quoque præcedente, cum
bus & borborygmis urgerent, quos tan
alvum apertam facilè ceſſaſſe referebat.
propter ipſi mixturam ſub die 13. ſignat
iterato clysmate illi præſcribebam, quib
res ſopiebantur, ita ut æger, referente C
prævia cœnâ per integram ferè noctem
verit. Sequente die 14. Dec. ipſum de
tabam, & obſervabam, quòd non obſ
medicamentis adhibitis & alvi commo
abdomen quodammodò intumeſcere
de flatibus conquereretur: Quapropte
ram ſub die 14. hîc adjectam, cum li
ad inungendum abdomen, ordinabam
tum diem ipſi aſſiſtebam, & ſimul enem
lo gallinæ infundere jubebam, & poſtc
vus denuò recludebatur, dolores equid
dammodò ceſſabant, ſed abdomen intu
remittere & concidere recuſabat; Und
domum rediens Amicos quosdam &
Dn. N. N. certiores reddebam vuln
in terminis periculoſis verſari, & c
lores abdominis jam tertiâ vice rec
rent, jam (e) demùm vulnus pr

raſſe, quàm omni etiam labore adhibito
ius explorari potuerit. Interim vulne-
indies adhuc non ſine appetitu comedit,
nullo alio incommodo quàm de flatibus
ierebatur. Chirurgus etiam aſſeruit,
m cibos nunquam evomuiſſe, ſed ſem-
tinuiſſe, excrementis etiam probè coctis
il inſoliti præ ſe ferentibus. Die 15. eun-
enuò inviſens abdomen magis tumidum
ſque dolores vehementiores obſerva-
qui tamen poſt clysmatis præſcripti
mox remittebant, ægerque tam cordatus
uſtus erat, ut cum eidem manum porri-
, fac me miſſum, diceret, ipſe tantum
Interim ſymptomatibus hiſce permo-
ntriculi ſolius rationem habui, qui ab
enetrante mihi ſemper vulneratus vide-
vulnere externè non neglectô. Quare
& conſolidantia medicamenta crebrò
i, & injectis quotidie clyſteribus duo-
x juſculo nempe carnium pingui & vi-
vi paratis alvum apertam ſervavi. Po-
decoctum vulnerarium.
ernam ventriculi regionem inunxi oleis
idantibus, venter autem totus fotu,
Chirurgus ſuaſit, munitus. Iteratis vici-
itando de iisdem, quibus pridie afficie-
conquerentem audivi, quæ & 17. die
uabant: Chirurgus autem aſſerebat, eun-
e mortem antecedente bene adhuc co-
e, cognatosque ſuos, ut rebus ſuis in
em jam ſtatum redactis domum abirent,
Tandem verò obdormiviſſe, nec an-
iam noctem evigilaſſe; circa quam de
s abdominis doloribus & ſubitaneo vi-
pſu vehementer conqueſtus eſt, non
e uſu cordialis & clyſteris à Chirurgo
i. Nihil ergò juvantibus hiſce tempo-
m matutino per expreſſum advocatus,
o jam agonizante quærebam, quid cum
etur? ad quod, ah! modo vires mihi
rent! reſpondebat. Miniſtrabam ad-
uidem aliquot medicamenti cardiaci
ria, ſed cùm obſervarem omnia ad vi-
ſulam jam vergere, ſuſpiranti aperie-
llum amplius ſubſidium humanum ſup-
, ſed ſurſum & ad Deum cor eſſe fle-
n, operamque ipſi dandam, ut vitæ cur-
atè concluderet: ad quæ ſe paratiſſi-
ſſe reſpondebat, addendo ſe ex hâc mi-
n valle ad Chriſtum Salvatorem ſuum
are, beatam pro laborioſa vitam ob-
m. Hæc dum proferebat verba, ſimul
bat Dn. Eccleſiaſtes Paulus, & tandem
Dn. Eccleſiaſtes Andreas, quorum
ontinuis precibus ipſum refocillavit,
omnes ſenſus fatiſcerent, & ipſe tandem
utut abſque omnibus convulſionibus
ilibus ſymptomatibus, animam exhala-
Dùm verò hinc inde murmuratur, ven-
n ſutura interveniente conſolidari, ſic-
iſo infallibiliter ſuccurri potuiſſe, pe-
nes alios ratione præditos (rebus ſic ſtantibus) ſponte ſua ruit. Equidem Dnn. Conſulentes hac ratione rem ſuam felicius agere poſſent, ſi vulnerati abdomen aperiri, & abſente prorſus indicatione ventriculus conſui potuiſſet. Quis verò ventriculo, abſentibus omnibus indiciis & ſymptomatibus læſionis ejus, impunè ſuturam applicaſſet? & quem ſanguis innocenter profuſus gravaſſet, ſi æger ſub operatione mortuus fuiſſet? Neminem ſanè, (quoad forum ſoli) quàm Chirurgum. Quod verò interrogatoriis immiſceatur, caput ſub inſpectione cadaveris non fuiſſe apertum; ad hoc reſpondetur, ſatis hîc fuiſſe partem primariò læſam conſideratam fuiſſe.

Equidem Dnn. Conſulentes, ut videtur, eô ipsô inſpectionem illegalem, hincque vulneris lethalitatem dubiam reddere conantur; Verùm utut minimè diffitear, in ejusmodi nos aliquando incidere caſus, ubi plures ſimul ſectione partes indagare conſultum atque neceſſarium eſt. Quod autem hoc in præſenti caſu factum ſit, jam dum cognitum erit. Et quia nullum membrorum ſive ab extra ſive ab intra læſorum comparuit ſignum, ſed ventriculus lethaliter percuſſus erat, prolixiore viſcerum cæterorum evolutione facta, ſectione capitis minimè opus fuit. Legaliter ergò & ſecundum artem hôc in paſſu actum eſt, adſtipulante Reſponſo Facultatis duplici, cumprimis, quia nihil morbi antecedanei innotuit. Quâ inconvenientiâ igitur Dnn. Conſulentes, contra propriam ſcientiam & conſcientiam, in hoc caſu egerint, dum lethalitatem curationi inſufficienti imputare ſatagunt, ex hiſce ſatis conſtare poterit. Adeoque certò confido, Dnn. Sententiæ Latores Judicesque, juxta dexteritatem ſuam probatiſſimam, absque admonitione mea eò reſpecturos eſſe. Ubi tamen optandum eſſet, ut ejusmodi Conſulentes, in rebus ſanguinem humanum concernentibus, contra Principia Medica agentes, aliquando per authoritatem Magiſtratus ita coercerentur, ut à ſimilibus in Medicorum Chirurgorumque exitium tendentibus injuriis & attentatis abſtinerent, & in defectu judiciorum legitimorum ad alia legitima ſubſidia, quibus ſe extricare valeant, confugerent, non verò per viam curvam vires ſuas experiri tentarent. Sign. NN. die 20. Jun. 1713.

VV. Nob. Nob.

officioſiſſimus,

Mevius Med. D. & Archiater.

Specifi-

Specificatio Medicamentorum, N. Kroppio propinatorum.

PRima deligatio unguento digeſtivo & empl. ſtictico Crollii inſtituebatur, idemque aliquoties continuabatur: adhibendo abhinc unguentum digeſtivum cum melle roſarum, & aliquid balſami Peruviani: quæ cùm epithematibus ex vino calido ad obitum usque continuata ſunt. Formula cum aliis in receptis Dnn. Mevii continetur.

Johannes, Chirurgus Aulicus.
Petrus, Chirurgus.

℞. ▽ *cerefol.*
verben.
taraxaci ãã. ℥ij.
Lap. ♋ *præp.*
Sang. hirc. præp. aa. ℈ij.
Ⓘ *perlati* ʒß.
Sacch. perlati q.ſ.

M. D. ad Vitr. S. ▽. confortans *die* 9. *Dec.* 1712.

* * *

℞. *Balſam. Peruv.*
℅ *maſtich.* aa. ʒiiß.

M. S. Balſamum. *die* 10. *dito.*

* * *

℞. *Elect. diacathol.* ℥ß.
d. 13. *dit.* D. ad ollam. S. Elect.

* * *

℞. *Herb. malv.*
alth.
violariæ.
Flor. ſambuci ana Mß.
Sem. lin. ℥ß.

Inciſ. D. ad chart. S. Species pro Clyſt.

* * *

℞. *Elect. lenit.*
diacathol. aa. ʒiij.
ϴ *gemmæ.* ℈j.

M. S. Elect. pro Clyſt. *d.* 12. *dit.*

* * *

℞. ▽ *Flor. chamomillæ.*
fœnic.
carmin. aa. ℥ij.
Lap. ♋ *præp.* ʒij.
Syr. de Cich. c. Rhab. ℥ij.
Lap. prunell. ʒß.
Conf. alkerm. compl. ʒiß.

M. S. Aqua Anodyn. *die* 13. *dito.*

* * *

℞. *Unguent. flor. chamom.* ℥j.
℅ *aneth.*
lil. alb. ana ʒij.
deſt. carui.
fœnic.
cumin.
chamom. aa. ℈ß.

M. S. Unguent. ad abdom. *die* 14. *dit*

* * *

℞. *Balſami Peruv.* ℥j.
M. D. ad Ollam S. Balſamum.

* * *

℞. *Herb. fœniculi.*
conſolid. Saracen.
plantag.
menth.
pyrolæ. aa. Mß.
Flor. hypericon. Mij.
Fol. alth.
malv.
violar. aa. Mß.

Inciſ. D. ad chartam.
S. Spec. pro Sacculo.

* * *

℞. △ *plantag.*
conſolid.
hed. terreſtr.
ſcabioſ.
Flor. hyperic. aa. Mj.
Rad. ſymphyt. ℥ß.
liquirit. ʒvj.

Inciſ. D. ad Chart. S. Species pro [...] cocto vulnerario.

* * *

℞. *Lap.* ♋ *præp.*
Oſteocoll. præp. ana ℈i

M. Div. in 5. part. æq. S. Pulvis conſo[...]

* * *

℞. *Syrup. ſymphyt.*
ſcabioſ.
Flor. bellid. ana ℥ß.

M. S. Syrupus traumaticus. *die* 17. *to.*

* * *

℞. ▽ *Cord. Herc. Saxon.* ℥
cinamom. ℥ij.
Conf. alkerm. C. ʒij.
Sacch. perl. q.ſ. M.

* * *

℞. ▽ *perlar.*
Conf. alkerm. C. ʒij.
Ⓘ *perlat.* ʒß. M.
die 18. *dito.*

ponſum Facultatis Medicæ Giſſenæ; deſuper illethalitate hujus Vulneris ventriculi.

Equiſito à Nobis Reſponſo fundato, cum rationibus dubitandi & decidendi, deſu- eqq. IV. Quæſtionibus:

In omnia ventriculi vulnera pro ſimplici- r lethalibus habenda ſint?

An vulnus in Num. 1. deſcriptum curari quiverit, ſed ſimpliciter lethale fuerit?

Annon in methodo medendi unum aut erum neglectum fuerit, vulnuſque ali- r tractari potuerit?

Cum vulnerati caput apertum non ſit, an ctio legaliter inſtituta fuerit?

Hinc nos Decanus, Doctores & Profeſſo- rdinarii Facultatis Medicæ Giſſenæ, præ- ccuratâ & Collegialiter facta perlectione rum, nobis communicatorum, & maturâ eratione omnium illic occurrentium cir- antiarum,

dI. Quæſt. reſp. negando. Licèt enim ocrates *Aphor.* 18. *Sect.* 6. & cum eô *Cel- ſ. c.* 26. Vulnera ventriculi (perfecti ciſſi ſc.) pro lethalibus agnoſcat, atta- *Galenus in Comment. deſuper cit. aphor. loc. affect. c.* 5. teſtatúr quibuſdam hoc nbiguum. Nam quoſdam in eo (ventri- c.) vulneratos dicunt aliquando, ſed ra- ſe ſanatos; ac denique ſaucium ventri in ſumma ejus parte ſæpe agglutinari ait: *hriſtophorus à Vega ad Aphor. Hipp.* 8. §. 6. quendam ſanatum fuiſſe teſtatur, entriculo vulnerato chylus exierat. Sic *llopius in vulneribus cap.* 12. narrat, ſſe mulierem & virum, qui in ventricu- vulnerati, ut exierit chylus. *Marcellus* e *Donatus* in *Hiſt. Med. mirabilib.* 5. *c.* nullos memorat ſauciato ventriculo opti- nvaluiſſe. Addantur Auctores in Re- *Num.* 2. à Cl. Medico NN. conſcripto i, ut *Fabric. Hildanus, Paulus Sor- Ettmüllerus &c.* Quapropter *For- us Fidelis* quem Excellentiſſ. *Zacchias quæſtionibus* ſuis *Medico-Legalibus* nè ſummo cum elogio allegavit) *De Re- ibus Medicorum l.* 4. *c.* 3. *p.* 535. *Corne- i* ſententiam moderandam, atque ad *Ga-* citum, quod verius eſſe obſervatur, ac- odandam: *Hippocratis* autem locum llegatum reſtringendum eſſe ad orificia ad profunda ventriculi vulnera, aſſerit *nnus in Medicina Critica Diſcurſ.* 58. 364. idque rationibus fundatiſſimis à *tol.* 3. *Med. Pract. pag.* 1. §. 1. *cap.* 16. *& 62. l.* 5. *P.* 4. *c.* 3. *pag.* 367. *& Sue- ſpect. vuln. lethal. & ſanabil. Part. II. pag.* 113. paſſim probatum eſſe pro Facultas Medica Lipſienſis in Reſponſo aſum 58. loc. cit. p. 365. Imò & (ad Nos) à *Sebizio* Seniore *Exam. vuln. n diſſimilar. Part. III. de ventriculi l. Pand. vuln.* §. 55. *& ſeqq.* Sic *Schenckius* quoque *lib.* 3. *de part. Nat. ſit. Obſ.* 121. *&* 122. *& Sennertus ll. cc.* diverſas quoque obſervatio- nes recenſent ex *Matth. Cornacc, Jul. Ale- xandrino, Vega & Fallopio,* quibus ventri- culi vulnera curata fuiſſe teſtatum faciunt. Quibus addi poſſunt *Glandorpius in Specul. Chirurg. obſ.* 30. & exempla Cultrivororum, Pragenſis, à *Crollio in præf. Baſil. Chym. Joh. Jeſſenio à Jeſſen in Hiſtor. Relat. de Ru- ſtico Bohemo Cultrivorace, Sennerto loc. al- leg.* aliiſque: Pruſſiaci à D. *Georg. Lotho* anno 1635. & *Dan. Beckero* anno 1643. peculiari Tractatu German. *de Cultrivoro Pruſſiaco* de- ſcripta, & in *Ephem. Medico-Phyſicis Ger- man. Nat. Cur. Dec. II. Ann. V. & Ann. VIII. pag.* 399. *& A. X. p.* 2. repetita, nec non Hal- lenſis in Saxon. *ibid. Ann. X. p.* 1. recenſita. Imo illi, qui in lethalitate vulnerum determi- nanda aliâs rigidè admodùm procedunt, vulne- ra ejuſmodi ventriculi pro ſimpliciter & per ſe lethalibus non habent, ſed pro utplurimùm lethalibus, ut *Bohnius Tr. de Renunciat. vuln. pag.* 56. & Collegii Med. Wittenberg. Se- nior quidam & PP. apud *Amman. Praxi vuln. lethal. p.* 27. *&* 34. quoniam experientia teſta- tur, vulneratos ejuſmodi ſæpè per plures annos poſt acceptum ventriculi vulnus ſuperſtites in vita manſiſſe; Hinc celeb. olim Archiater Elect. Brandenburgicus *D. Menzelius* exiſti- mat, quod (NB.) liberè pronunciandum ſit, vulnera ventriculi non omnia lethalia eſſe, præ- ſertim, ſi non accidant loco nervoſo, ſc. circa ſuperius ſ. ſiniſtrum os ventriculi, ſed paulò inferius, &c. *Miſcell. Medico-Phyſ. Acad. Nat. Cur. Dec. II. Ann. V. obſ. I. pag.* 3.

Quoniam igitur præſens vulnus quæſtionis ita comparatum fuit, ut ad 3. digitorum lati- tudinem ab orificiô ſuperiori, juxta atteſtatum Sectionis inflictum ſit, vulneratus adhæc per X. dies, abſque periculoſis ſymptomatibus cum appetitu edere, bibere & omnia conco- quere potuit; hinc quoad II. Quæſtionem exi- ſtimamus, quod, ſi dictum ventriculi vulnus non plenariè curari potuiſſet, æger tamen diu adhuc in vivis conſervari potuiſſet, modò vul- nus ſtatim ab initio probè agnitum, & conſe- quenter vulneratus quoad curam & diætam be- nè tractatus fuiſſet. Quapropter & vulnus hoc in hypotheſi æquè minus pro ſimpliciter letha- li habendum, ac in theſi de vulneribus illis in genere fuit dictum, idque maximè, quod in parte ventriculi ſuperiori & quæ diaphragma reſpicit, inflictum eſt, quod curari, quamvis difficulter ſatis, & ſupervivere vulneratum poſſe, ex *Gale- ni* Sententia largitur *Welſchius in Rationali vulnerum lethalium judicio cap.* 10. *pag.* 92.

Quoad III. Quæſt. curam à Dn. Ar- chiatro, D. Mevio, hic adhibitam ſuo in loco relinquimus. De nihilo quoque non eſt; præſcripta in principio medicamenta interna in genere aliàs ad confortationem

& conſervationem virium & doloris mitigationem ſollicite directa fuiſſe: neque videmus in methodo medendi quoad externum vulnus inſigniter erratum fuiſſe, dum Dn. Archiater qualitatem vulneris è nullo ſigno aut ſymptomate externo dignoſcere, eaque de cauſa intentionem ſuam, præſumptivè bonam, ad præcavendam inflammationem per V. S. & propinanda decocta traumatica & conſolidantia &c. dirigere præciſè non potuit. Interim exiſtimamus, quod, ſi ſtatim ab initio plus ad partes internas & læſionem ventriculi, quam ad vulnus externum, reſpectum, potiones vulnerariæ, & linctus, pulvereſque conſimiles patienti exhibiti, vulnus tempeſtivè dilatatum, & per turundas apertum ſervatum, injectiones ſimul balſamicæ & glutinantes cautè per ſyringam immiſſæ, imò & in diætâ ratione cibi & potus, motus & quietis &c. læſus melius tractatus fuiſſet, is ope divinâ benè adhuc curari, vel ad minimum per aliquot temporis ſpatium inter vivos conſervari potuiſſet.

Quod tandem IV. & ultimam Quæſtionem attinet, non tantùm *Conſtitutio Criminalis Caroli V.* ſed & Praxis hactenus recepta exigit, ut in conſimilibus læſionibus mortiferis omnes ventres & cavitates C. H. aperiantur. Quodſi E. caput in hoc ſubjecto pariter diſſectum fuiſſet, fortè quid inveniri potuiſſet, ut in inteſtinis, in quibus ad tumorem illum Steatomaticum etiam quodammodò reflecti poſſet. Quoniam verò id non factum eſt, hinc Sectio illa & inſpectio pro omnino legali vix haberi poterit, cumprimis, quod ipſius vulneris magnitudo quoque determinata non fuit. Quæ juxta tenorem V. nobis propoſitarum quæſtionum his impertire, & Sigillo Facultatis noſtræ confirmare voluimus. Sign. Giſſæ, die XVI. Aug. 1713.

Decanus, Doctores & Profeſſores Ord.
Facult. Medicæ hujus loci.

Reſponſum Facultatis Medicæ Francofurtenſis ad Viadrum.

QUùm Facultati noſtræ Medicæ ab Ampliſſima Facultate Juridica hujus loci, ad requiſitionem Dnn. Conſiliariorum Principalium Dillenburgenſium, Acta in puncto homicidii, Dnn. Locumtenenti Supremo, NN. imputati, communicata noſtrumque judicium impartiale, cum rationibus dubitandi & decidendi, hâc de causâ, in quantum Nos concernit, deſideratum ſit; hinc acta illa ſanguinem humanum, de quô coram Supremô Dei judicio ratio reddenda, ſpectantia diligenter perlegimus, & collegialiter maturéque perpendimus, invenimuſque omnia ad 4. illas quæſtiones, quæ laudatiſſimæ Facultati Medicæ Gieſſenæ, in additamento Lit. B. ad num. 13. actorum pertinente, propoſitæ ſunt, recidere; utpote quæ inter Medicos potiſſimum ventilatæ ſunt, *an* nempe

1. *Omnia ventriculi vulnera pro ſim ter lethalibus habenda?*
2. *Annon vulnus n. 1. deſcriptum cura tuiſſet, ſed ſimpliciter lethale fueri*
3. *Annon in methodo medendi unum a terum neglectum, & ipſum vulnus a tractari potuerit?*
4. *An, quum vulnerati caput apertu fuerit, Sectio legaliter inſtituta ſit?*

Quapropter

ad primum.

Firmiter & præmeditatò reſponde quòd licet hæc vel illa exempla curatorun triculi vulnerum penes Autores, & cum in exaſciato Reſponsô Facultatis Medicæ næ allegata occurrant: attamen incert an reapſe omnia ventriculi vulnera fueri aliquid vanæ gloriolæ aut oſtentationis i tuerit? quo ipſo tamen nullius auctor aut famam in ſpecie laceſſere intendim ſito autem, hæc ita ſe habuiſſe, attamen pla fuiſſent rariſſima, quæ, re probè ſup ex accidenti magis naturæ extraordinari ranti, quàm Medici & Chirurgi Faculta ginariæ adſcribenda ſunt. Optimè eti mus vulnera circa orificium & fundu culoſiora, quàm in mediô eſſe, quòd in eô tantum conſiſtit, quod illa plura & ſymptomata conjuncta habeant, tem mortis citius, quàm hæc anticipent. C ri Pruſſiaci aliorumque exempla hic pro ſimilia & ad rhombum nihil facientia e ſunt, ſiquidem illa, intuitu internè ta pedetentim ad extra operantis auxilii Na vulnere uno impetu per violentiam ex inflicto plurimum diſtant; & quonian hæc & circumſtantiarum intuitu prorſus exempla regulæ per modernorum æque quorum Medicorũ plurimorum diutur & crebriorem experientiam approbatæ quam derogant; hinc in theſi ſtatuimu vulnera ventriculi, in eô, quod manum M effugiant, pro per ſe lethalibus habenda

Quamvis igitur

ad Secundum,

è reſponſione in theſi data concluſio i theſi facilè fieri poſſit, attamen ex A circumſtantiæ eluceſcunt, quæ leth vulneris per ſe adhuc magis confirman ſito enim vulnus aliquod ventriculi unq ratum, & manu Medicâ aut Chirurgica ſolidationem perductum fuiſſe, attam tantum de vulnere ſimplici intelligend Jam verò ex relatione aut atteſtato obd clariſſimè videre licet, ventriculum ad gitorum diſtantiam à ſuperiori orifici antica ad poſticam perfoſſum fuiſſe: q nus non tam ſimplex, quam duplex n & abſque contradictione fuit, & ſimul quod licèt unum, ſecundum ſitum quodammodò occluſum fuerit, attam

m, è regione obſervandum, abſumpta in ab-
en effluxerint: Sicut juxta tenorem allega-
lationis cibi potuſque aſſumti hinc inde in
mine, cumprimis circa regionem ventri-
cum intermixto ſanguine fluctuarunt, ipſe
ventriculus omnino vacuus obſervatus fu-
Unde pariter & rationabiliter concludere
, cibos digeſtos & excretos non tam ab aſ-
is vulnerationem inſequentibus, quàm po-
nte eandem aſſumtis ortum traxiſſe. Re-
putatitia favorabilia penes Nos in reflexi-
n tantam non veniunt, quo minus abſque
hæſitatione conſtanter judicemus, vulnus
.I. deſcriptum curari non potuiſſe, ſed ſim-
er lethale fuiſſe.

Ad tertium,

re non poſſumus, quod Chirurgus in pri-
iſitatione vulneris plura efficere & præſtare
erit, eóq; minus, quòd poſt inflictum ictum
corporis & partium internarum aliter ſe
erit, quàm ſub dicta viſitatione: quapro-
vulnus Num. 3. diſtortum, & apertura ejus
ſa fuit; id quod primam conjecturam de
re minus perviô confirmare potuit, nec
certitudine hâc violenter inveſtigari & di-
potuit; Et quamvis hæc omnia in actum
cta fuiſſent, quî ſub mutata, ex ſubſidentiâ
iculi figurâ adeò evidenter ſciri & ratio
ris, ut poſtmodum apparuit, deter-
ri potuiſſent? In cura Medici præſentis nil
venientis obſervavimus, ſed quod idem,
ebus ſic ſtantibus fieri poterant, præſtiterit,
mamus; Quod autem in facti ſpecię æquè
ſponſis Medicorum de medicamentis &
ionibus balſamicis & glutinantibus, quæ
eri debuiſſent, perhibetur, methodo me-
theoreticæ quidem conſentaneum, in
verò non ſemper applicabile videtur, ubi
ris circumſtantiæ ſperatum quidem & be-
tentum effectum ſæpe fruſtrari ſolent;
opter dicere non poſſumus in methodo
ndi unum aut alterum neglectum fuiſſe,
ſque aliter tractari potuiſſe.

Ad quartum,

mnibus inſpectionibus uſus obtinuit, ut
paliter in locum læſum inquiratur: &
lo cauſa mortis evidenter in oculos incur-
nè non opus eſt, alias quoque corporis hu-
partes perluſtrare, niſi conjecturalia quæ-
igna id requirant. Quoniam verò in præ-
caſu talia non occurrebant, vix opus erat,
nerati caput aperiretur: eáque de causâ
obductionem & cadaveris Sectionem
gali agnoſcere tenemur. Quam probè
ratam & conſcientioſam, imò & artis
piis conformem ſententiam ſubſcriptio-
tra & appreſſo Sigillo Facultatis roborare
mus. Sign. *Francofurti ad Oderam,*
9. *Jan.* 1714.

(L.S.) *Decanus, Senior, Doctores & Profeſſ. Ordin. Fac. Med. h. l.*
al. Pand.

Reſponſum II. Facultatis Medicæ Gieſſenæ;

QUandoquidem nobis Decano, Seniori reliquiſque Profeſſoribus Facultatis Medicæ hujus loci Acta, Dillenburgi in puncto homicidii imputati hactenus in foro ventilata, denuo tranſmiſſa, iteratoque judicium noſtrum de Reſponſo Facultatis Medicæ Viadrinæ illîc occurrente deſideratum ſit: non poſſumus non valde admirari, Laudatiſſimam & Ampliſſimam Facultatem Medicam ad Quæſt. I. à fide dignis celeberrimiſque Viris obſervata exempla vulnerum ventriculi curatorum in dubium vocare, vanæque gloriolæ, illic fortè ſubterverſantis, incuſare. Unumquemvis equidem ſuo ambundare ſenſu permittimus: ſimilia tamen exempla adeo crudè rejicere, & pro thraſonicis jactationibus habere non auderemus, aut in nos redundare pateremur, cùm fides hiſtorica non facilè ſit in dubium vocanda, ac unicuivis in ſua arte, quod dicitur, ſit credendum: Alioquin de totâ arte Medica, in qua Celebriores quivis Medici hodie nihil æquè magis quàm obſervationes deſiderant, prorſus actum eſſet. Enimvero plures ejuſmodi incredulos Dominos ſimili in caſu vidimus, qui tamen victas tandem manus dederunt: quos inter Excellentiſſimus ſuoque ævo famigeratiſſimus *D. D. Dieterichius*, Archiater quondam Electoralis Brandenburgicus erat, qui Electori ſuo Clementiſſimo pariter fidem adhibere recuſabat, cùm ipſi referret perſonæ alicui ventriculi vulnus ultra annum geſtanti cibum ſæpiuſcule per aperturam ejus effluere, donec medicamentum tinctura quadam infectum illi propriis manibus miſceret, hocque intus exhibitum paulo poſt è vulnere effluere, ex ipſo colore obſervaret, ut B. *Dn. D. Mentzelius* illud fuſè in evulgatis *Miſcellan. S. R. Acad. Nat. Cur. Dec.* 2. *A. V. Obſ.* 1. *pag.* 3. fuſius recenſet; licèt ejuſmodi vulnera ventriculi innocua valde raro occurrant, non tamen nulla ſunt: Sicque theſeos univerſalitatem ad minimum infringunt, ut tutò veréque aſſerere liceat, non omnia ventriculi vulnera eſſe lethalia, ſive jam perfectè curentur, ſive non. Sanè Dnn. Francofurtenſes ipſi Cultrivororum exempla concedere tenentur. Quod autem curatio illorum à curatione aliorum ventriculi vulnerum diſcordet, negari quidem nequit, ſed nihil hic ad rhombum facit, cum medicamentis internis expediri poſſint, quæ externè adminiſtrari nequeunt. Sanatur enim ventriculus, quoniam exhibentur glutinantia per os, uti

Fallopius Tr. de vuln. Capit. cap. XII.

perhibet. Ut taceam per vulneris dilatationem (quæ hic prorſus intermiſſa & neglecta fuit) externè quoque infuſionibus traumaticis & balſa-

balſamicis ægro ſubveniri potuiſſe. Quàm egregiè enim infuſiones hæ ſe gerant in talibus viſcerum internorum vulneribus, experimento *Pechlini in Diſſ. de curato vulnere pulmonum* conſtat. Quoniam igitur in Reſponſo noſtro plures celeberrimos autores (quibus jam porrò addimus

Stalpart. van de Wid cent. I. *obſ.* 39. *& ad hanc Scholia ejuſdem p.* 175. *& ſeqq. Ephem. German. N.C. D.I. A. I. IX. & X. pag.* 306. *D. II. A. I. pag.* 64. *&* 66. *& Dec. II. A. VIII. p.* 403.)

allegavimus, qui ſimilia vulnera obſervârunt: *Dnn. Francofurtenſes* è contra ad plurimorum tam Modernorum, quàm Antiquorum Medicorum Experientiam quidem provocant, ſed neque nomen, neque loca ſive ſcripta illorum addiderunt; hinc nobis prorſus ignota eſt illorum regula, quod omnia ventriculi vulnera abſolutè & per ſe lethalia ſint, ſed ſubſiſtimus in theſi hactenus ſtabilita: Non omnia ventriculi vulnera abſolutè & per ſe lethalia eſſe.

Quod jam vulnus QUÆST. II. in hypotheſi concernit, exinde ferè unicè pro ſimpliciter & abſolutè lethali habere ſuſtinent, quod non tam ſimplex quàm duplex fuerit, quum ventriculus à parte antica ad poſticam omnino perfoſſus fuerit. Aſt quî & unde probabitur ſola vulnera ſimplicia, non verò etiam duplicia curari poſſe? Rectius ſupra laudatus *Fallopius c. l.* de tali ventriculi vulnere: Sanavi, inquit, mulierem glande percuſſam plumbeâ ab anteriori (NB.) & poſteriori parte. Nonne & hoc ventriculi vulnus duplex, & tamen ſanatum fuit?

Vid. *Schenckius obſ. Med. lib.* 3. *obſ.* 2. *pag.* 343.

Gratis etiam dicitur, quòd unum è vulneribus his, altero occluſo, neceſſariò debeat aperiri: cùm ex Anatomicis conſtet ventriculum quaſi in æquilibrio locatum eſſe in corpore humano, ita ut bina è diametro ſibi oppoſita vulnuſcula ſub motu ejus periſtaltico ſimul claudantur, ſicque cibus & potus (cæteris paribus) retineri adhuc, & ibidem digeri poſſint. Multo minus ex actis eluceſcit, cibos digeſtos & egeſtos non tam poſt, quàm ante vulnerationem ventriculi ingeſtos fuiſſe, cùm Dn. Medicus in Relatione ſuâ apertè fateatur, vulneratum in ſextum uſque diem integro appetitu gaviſum aſſumta alimenta retinuiſſe, à quibus recrementa excluſa neceſſariò profecta fuerunt, cùm priora & ante eadem præſentia per Clyſteres iteratos eliminata eſſent; ut adeoque à parte noſtra neutiquam ex imaginariis quibuſdam ſignis, ſed fundamentis immotis concluſerimus, vulnus Num. 1. deſcriptum adhuc curabile, non autem ſimpliciter lethale fuiſſe.

Quodſi in QUÆST. III. ſub prima ſtatim deligatione (ubi ſitus corporis & partium non neceſſariò aliter ac ſub vulneratione ſe habere debuit aut potuit) curatius per inſtitutam vi rionem in vulneris qualitatem, an æquam a tura ejus ſe aut occluſiſſet aut occultaſſet, in ſitum: aut poſtmodum idem per ſectionem rurgicam dilatatum fuiſſet, ut ad minimum ſervari potuiſſet, vulnus in cavitatem abdo penetraſſe, dubio procul aliæ ſive cogitati ſive indicationes formari, de læſione inte rum ſcrupulus oriri, viaque melior, tam in ſcriptione medicamentorum, quam ordi dâ diætâ inveniri potuiſſent; quùm utrumque neglectum fuerit, ſed vulnus tam ſub primâ deligatione, quàm die inſec ti (ubi omnia jam tumefacta & ſuppurata) tatum,

Vid. *Teſt.* 6. *&* 7. *ad interrog. prælim*

idemque non tam vivente adhuc vulne ſed poſt mortem demum dilatatum ſit,

Teſt. 6. *&* 7. *ad interrog. prælim* 46.

adhæc, juxta propriam Dn. Medici con nem, vulnus tantum pro externo & ſupe li habuerint: Vulneratum (cui nil æquè quàm ipſa quies & decubitus imperari de in lecto minus detinuerint, imò aliquoties merâ circumduxerint:

Vid. Teſt. num. 7. *ad interrog. præli*

porrò illi multos varioſque cibos indul adeò quidem, ut die adhuc mortem imn tè antecedente tantum panis triticei, qu crucigero redimitur, una cum juſculo narint,

Teſt. num. 5. *ad interrog. prælim.* 23

panis autem triticeus in ventriculo mac neceſſariò intumeſcendo vulnera jam ſen glutinata diſtendere potuerit; tandem ſtomachi læſionem planè non reſpexerint tamen vulneratus ſtatim in principio v correptus eſſe dicatur à

Teſtibus num. 6. *&* 7. *ad interrog. p* 29. *&* 88.

abhinc verò ſemper de torminibus abd conqueſtus ſit,

Teſt. num. 4. *ad interr. prælim.* 38. *&* 7. *ad eund. art.*

adeò quidem, ut alteri Chirurgorum nere ventriculi quoque ſuſpicio orta fuer

Teſt. num. 6. *ad interr. prælim.* 30.

hinc abſque diſpendio veritatis negari n teſt, quod in methodo medendi unum terum neglectum vulnuſque melius & tractari potuerit.

Quoad ultimam & IV. QUÆSTIO hîc locorum in priore Reſponſo jamdum *ſtitutione criminali Art.* 149. oſten univerſum cadaver, non verò ſolam vulneratam ſub ejuſmodi homicidiis a dum eſſe, idquod in Praxi hactenus o Hoc ſi aliis non placuerit, nec illis, d bit, ſi Dnn. Defenſores abhinc diffi moveant, & illegalitatem inſpectionis cent: quibus à parte noſtra minimùm non poſſumus, cùm ſcapha ſcapha ſit d

ante Sigillo Facult. Ord. Signatum Gieſſæ, 5. Maji 1714.

Decanus, Senior, Doctores & Profeſſores Facult. Med. Gieſſenæ.

NOTA:

Aſum hunc tandem etiam Ampliſſ. Facultatis Medicæ Baſilienſis dijudicationi oblauiſſe, quæ Reſponſa Giſſenſia non tantum bavit, ſed & pluribus exemplis confirmat paulò poſt Celeberrimus Dn. *D. Zvvin*literis Svalbaco ad me Giſſam datis retu-Jnde & Inquiſitus à pœnâ ordinaria poſtm abſolutus fuit.

CASUS XII.

DE NTUSIONE ABDOMINIS SQUE PARTIUM, EPATIS, DIAPHRAGMATIS &c. *cum* JLNERE OMENTI ET INTEST. COLI.

Requiſitio.

Jandoquidem talis haud ita pridem caſus truſerit, Sectioque cadaveris eô modô nſtituta, ut Relatio Medici hîc adjecta ; inſuper ſolida informatio tam ſuper le- Sectionis, quàm lethalitate vulneris deur;

c Ampliſſima Facultas Medica debitò requiritur, ut de hiſce Reſponſum aliium Rationibus decidendi, gratioſè comre velit, ut eô in hâc vel illa parte uti us.

Relatio & Judicium Medici.

1. Maji anni modò currentis accidit, ut ivis Lichenſis, nomine Joh. Georg Müll quot ultra ſexaginta annos habens, extra m in hortô à Nobili quodam ſclopeto i (vulgò Carabiner dicto) ictus & con erit; quô factô læſus quamprimum doenit, de inſigni abdominis dolore & pun s in hypochondriô dextro conqueſtus lapſum ſpatium quatuor ſeptimanarum emortuus fuit.

m ergò nomine juſſuque Illuſtriſſimi Co- Domini &c. &c. à Præfectô Solmejoi Dn. Mackenrodtio die 27. Maji ego minatus Med. Lic. requiſitus fuerim, ut nis Chirurgis in præſentiâ aliquot Senaadaver demortui inſpicerem & vi juramenti præſtiti de eo Relationem quandam formarem; hinc externè neque in capite, neque in reliquis artubus totius corporis, tam in anticâ, quàm poſticâ parte, vel minima læſio, tumor aut ſtigma aliquod cœruleum obſervari potuit. Mediô verò atque infimô ventre (quia, ut cranium ſeparaIremus, minus neceſſarium eſſe ducebatur, dum Defunctus ſub hoc ſtatu nunquam de cephalalgiâ quâdam conqueſtus fuit) debitô modo apertis, in cavitate thoracis cor, cum pericardio ſuo, in ſtatu naturali inventum, pulmones autem naturâ & propter ſenium emarcidi & exſiccati, flavis & fuſcis ſtigmatibus deturpati fuerunt, lobis eorum, in ſiniſtrâ parte, pleuræ omninò adnatis: Diaphragma in dextrô latere, circa circumferentiam carnoſam exiguâ phlegmone laboravit: In hepatis parte ſuperiore ſeu gibba exigua contuſio, pollicem lata, conſpiciebatur, nullô tamen ſanguine extravaſato illîc conſpicuô. Lien atque Renes diſpoſitione ſuâ naturali gaudebant: Omentum verò inteſtinis incumbens diſcerptum & laceratum erat, & ſupra verſus ſtomachum & lienem contractum, coloris rubicundi: Inteſtina verò quod concernit, in inteſtinô jejunô, & quidem in medio ejus, in ſuperficie externa, dimidiam ſpithamam longa inflammatio occurrebat: In inteſtinô colô verò foraminulum, piſum admittens, per quod materia fœculenta quodammodò in abdomen effluxit ibique reperta fuit. In reliquis extis verò & in veſica urinariâ nihil amplius obſervari potuit.

Reſpondetur.

ETſi nunc difficile ſit de vulnerum lethalitate, in crimine homicidii, certi quid pronunciare, cùm non omnia ex ſe & ſimpliciter ſint lethalia, quibus mors ſupervenit, ſed illa tantùm, quæ nullâ ope, nullâ curâ, nulliſque mediis & remediis curari poſſunt, ac propter quæ, ſummâ & inevitabili neceſſitate, mori oportet ægrum, in præſenti tamen caſu res aliter ſe habet. Primò enim in diaphragmate non tam vulnus penetrans, quàm levis inflammatio, & quidem in ambitu carnosô & muſculoſo, non verò in centrô nervoſô obſervata fuit, ita ut Defunctus ne quidem de minimô capitis aut pectoris dolore aliiſque in vulneribus diaphragmatis conjunctis ſymptomatibus conqueſtus fuerit. 2. Exigua, quæ in hepate conſpiciebatur, contuſio ſuperficialis & externa tantùm fuit, nec profundè ad cavum hepatis extendebatur; unde, quia neque venæ portæ neque cavæ rami læſi fuerunt, ne minimum quidem ſanguinis coagulati repertum fuit. 3. Omentum vulneratum quod attinet, ejus vulnera lethalia non ſunt, cum haud ignotum ſit, ſæpiſſimè in vulneribus abdominis omentum elapſum omninò reſectum fuiſſe, curatô tamen & ſalvatô ægrô. 4. Licèt autem *Hippocrates l. 2. Prorrhet.* vulnera inteſti-

inteſtinorum lethalia eſſe cenſeat, it. in *Prænot. Coac.* ex vulneribus inteſtinorum mori homines dicat, ſuis tamen limitibus hæc continentur, ipſaque experientia, tam Antiquorum, quàm Modernorum Medicorum teſtatur, multos evaſiſſe, quibus inteſtina ſauciata fuerunt; Sic & inteſtinum jejunum tantùm externè inflammatum, profundè autem vulneratum non fuit; quòd verò in Colô foraminulum inventum fuerit, per quod alvi excrementa penetrârunt, ſanè eadem teſtatur experientia, ſimilia vulnera curata fuiſſe. *Albucaſis lib. 2. cap.* 58. ſcribit: Se præter ſpem curaſſe ventris vulnus, ex quô alvi excrementa & flatus prodiêre; & *Pareus lib. 9. cap.* 33. gloriatur, ſe multos curaſſe, quibus vulnera per medium corpus penetrârunt, & quendam Meloduni curavit, ex vulnere enſe inflictô, totumque corpus ſic transfodiente, ut vulneratis inteſtinis magna fæcum copia, dum curatus fuit, per vulnus eruperit: Pluresque obſervationes videri poſſunt ex *Hollerii Comment. ad Aph. Hippocr. Vido Vidio Comm. in lib. Hipp. de Vuln. Cap. Cornelió Gemmâ Lib.* I. *Cap.* 6. &c. Adhæc parvum vulnuſculum & in inteſtinô craſſô fuit, quod per Artem facilè curari potuiſſet, ſi à parte Defuncti tempeſtivè ad remedia convenientia properatum fuiſſet. Et hæc mea, ſalvo tamen Peritiorum judiciô, eſt ſententia, quam requiſitus, ſcriptô hoc manuque meâ & ſigillô conteſtari volui. *Grunbergæ, die* 7. *Julii An.* 1699.

Henricus Schmidius Med. Lic. Phyſ. Ord. diſtrictus Grunbergenſis.

Reſponſum Facultatis Medicæ Gieſſenæ, deſuper illethalitate vulneris omenti & inteſtini coli.

POſtquam haud ita pridem, die ſc. I. Maji hujus anni Civis quidam Lichenſis, Joh. Georgius Müller, 60. & quod excurrit, annorum, à Nobili quodam, Sclopeto abdomini inflictô, ita contuſus fuit, ut quamprimùm domum venerit, de immani ventris cruciatu & dolore punctorio in hypochondriô dextro conqueſtus & elapſis circiter 3. a. 4. ſeptimanis omninò emortuus fuerit: Abhinc quoque Sectione judicialiter inſtitutâ obſervatum eſt, quod externè, neque in capite, neque in reliquis artubus &c. &c.

Vid. reliqua in judicio & Relat. Medici.

Omnia ſecundum tenorem Relationis Nobis transmiſſæ, & denique, tam ſuper legalitate Sectionis, quam lethalitate vulneris judicium noſtrum deſideratur; hinc Nos Decanus, Doctores & Profeſſores Ordin. Facultatis Med. hujus Academiæ prævia diligenti & maturâ conſideratione omnium & ſingularum circumſtantiarum, in Relatione Medici occurrentium, unanimiter ſtatuimus, Artisque Medicæ & Chirurgiæ principiis conſentaneum eſſe dicimus, quod

I. licet de nihilo non fuiſſet, ſi Defuncti ca[...] mul apertum eſſet, in legalitate tamen ſect[...] nil præcipui deſiderari poſſit, quia nullæ ill[...] ſiones apparuerunt, nec ſigna capitis læſi, [...] muteſcentia ſc. lapſus ſubitaneus, vomitu[...] lores, &c. ſtatim poſt læſionem obſervata[...] adeoque dubitari nequit Defunctum è re[...] læſionibus obiiſſe.

Vid. Conſtit. Crim. Carol. V. Tit. CXL[...]

Quod verò II. lethalitatem vulneris attine[...] gari quidem non poteſt, contuſionem h[...] in parte ſuperiori, inflammationem Diap[...] matis & inteſtini jejuni cum violentâ o[...] dilaceratione, præcipuè autem vulnus i[...] ſtinô colô repertum, ſummè periculoſa &[...] ſtis eventus docuit, collectivè ſumta letha[...] aut fieri poſſe, ita quidem, ut quidam è M[...] nis vulnera Coli non minus, ac vulnera i[...] norum tenuium pro lethalibus habeant;

Ammannus Prax. Vuln. Lethal. D[...] Hiſt. 8. pag. 308.
Bohnius Exam. Vulner. Lethal. p. 3[...]

Attamen & quoniam contuſio hæc in [...] tantùm ſuperficialis, neque ſanguinis e[...] ſatio (quæ vulnera hepatica plerunque l[...] reddit) conjuncta fuit: Inflammatio au[...] diaphragmate æquè ac inteſtinô jejunô[...] vata, aut longè poſt ictum inflictum acce[...] ad minimum V. S. diaphoreſi & ſimilib[...] caveri potuiſſet: Sub omenti dilaceratio[...] gne aliquod vas ſanguiferum læſum non [...] jus ſubſtantia violata mortem in ſe cauſ[...] potuit, & tandem magna utique inter [...] inteſtinorum tenuium & craſſorum dif[...] intercedit, dum illi quoque, qui vulnera[...] ni coli pro lethalibus venditant, hoc m[...] ſolutè, ſed aut utplurimum talia eſſe, a[...] tùm de ictibus ejus majoribus & gravio[...] ptomata conjuncta habentibus intellect[...] ſunt

Welſchius in Rational. Vuln. Let[...] C. XI. p. 80.
Bohnius c. l. p. 351.

minora verò vulnera (quale in præſenti[...] currit) adeò periculoſa, multò minus [...] non ſunt, ſed, quia colon, ob ſubſtanti[...] dammodò carnoſam facilius conſolidat[...] modi vulneribus per clyſmata & ſimilia[...] poteſt, benè adhuc curari poſſunt.

Sennertus Med. Pr. Lib. V. Part. I[...] C.
Lanfrancus Chirurg. Tr. 2. *C. VI.*
Vigier Tr. des playes en general &[...] culier chap. 20. *p.* 375.

illud quoque multis exemplis, maxi[...] partem è *Schenckii obſ.* in Relatione M[...] legatis probari poſſet.

Vid. Hildan. Cent. I. Obſ. Chir. 54[...]
Obſ. 74.
Tulpius Lib. 3. *Obſ. C.* 20.
Corn. Stalp. van der Wiel C. 2. *Ob[...]*

conſtitutio pulmonum p. n. & ſenectus ipſa morbus eſt) mortem Defuncti inſigni- promovere potuerunt, cujus terminus à lethalium terminô ſatis remotus eſt: Nec ò apparet, Defunctum Medicum quen- expertum accerſiviſſe, aut medicamentis ſdam, tam in- quàm externis, v.g. V.S. Cly- is, Decoctis vulnerariis, cataplasmatibus um fuiſſe, quibus inflammationes par- ontuſarum præcaveri, contuſiones diſcu- vulnuſculum Coli conſolidari forte po- t;

econtuſiones & læſiones has pro ſimpli k abſolutè lethalibus habere non poſſu- Atteſtantes id Sigillo Facultatis noſtræ to. *Sign. Giſſæ d.* 24. *Jun.* 1699.

Juſtus Frid. Dillenius D.
Mich. Bernh. Valentini,
p.t. Decanus.
Andr. Jul. Bötticher D.

CASUS XIII.
DE
NERE OMENTI ET IN- ESTINORUM CRASSORUM.

Requiſitio.

. P.

ræfectura Oſchatienſi hæc transmittun- Acta inquiſitionalia, quæ continent Ca- usdam homicidii, quod jam ante ſepten- ie 27. Junii Anno 1641. Johannes E. , ictu ſclopeti Johannem S. ita lædendo, riduo poſt ex accepto vulnere obierit; ſum factâ debitâ inſpectione à Medico & o Oſchazienſi, & Balneatore Strelenſi *bolute lethali fuit recognitum*, prout es ipſorum teſtantur. Antequam ex hâc annes S. diſceſſit, ſtatim accepto vul lneatorem Strelenſem vocari curavit, umento profunditatem vulneris explo à cum Chirurgo Oſchazienſi globulum are non potuit, patientem tamen debitâ deligando: poſtea vocavit Fabrum Fer Volkvvizenſem, qui dixit ſe ſentire glo- & intra triduum vel quatriduum extra adeoque ſic vulneratum reſtituturum. nim verò ut in curatione legaliter pro ir, Præfectus Oſchazienſis accivit Chi- ejus loci, qui remotis faſciis fabri fer- trumentis ſtatim profunditatem verſus exploravit, quô peractô patiens de in- ibus doloribus conqueſtus, nec ab iis- atus, ſed illis ita immortuus fuit, prout iſiti articuli inquiſitionales 36. 37. 38. 39. 55. uſque 57. ut & Teſtium depoſitiones p. 67. 68. 69. pluribus evincunt. Quoniam itaque Sereniſſimus Elector fidei & Officio meo Acta iſthæc commiſit ad deciſionem ultimatam, ne contra conſcientiam meam aliquid hâc in re agam, præſertim, quoniam in actis nec de Balneatoris, nec de Chirurgi juramento aliquid habetur, nec ipſi aliâs perſonæ ſunt juratæ, peterem à Veſtris Excell. perquàm officiosè, vellent communicatis conſiliis adductas Regiſtraturas, articulos defenſionales, teſtium depoſitiones perpendere, atque in forma probante me certiorem reddere: *An vulnus hoc ictu globuli factum lethale fuerit? ita ut, debita Medicorum & Chirurgorum induſtria* ſi fuiſſet adhibita, *patiens ſervari non potuiſſet?* item *quid de diverſis deligationibus Balneatoris, Fabri ferrarii, Chirurgi, ſentiendum?* Utrum non facilè propterea peſſima ſymptomata ſupervenire potuerint? quæ vitâ patientem privârunt, de quibus adſtantes, tanquàm ruſtica & ſimplex natio ne gry quidem ſcire potuit? &c. *Dab. Longoſaliſſ. die* 18. *Octobr.* 1648.

Reſponſum Facultatis Medicæ Lipſienſis, ſcilicet vulnus hoc omenti, meſenterii & inteſtinorum craſſorum ex accidenti tantum factum fuiſſe lethale.

Si vera ſunt, prout præſupponuntur, quæ habet Relatio Medici, quòd jam ante Septennium Hans E. die 27. Jun. 1641. Johannem S. ictu ſclopeti adeò læſerit, ut quartâ die à vulnere obierit; ſique in ipſa inſpectione diligenter obſervatum, quod globulus tribus transverſis digitis ab umbilico, in ſiniſtro latere, per peritonæum in meſenterium obliquè intraverit, & totum femur penetraverit, illæſis inteſtinis craſſis, excepto Empyreumate, quô iſthæc cum omento affecta erant &c. ad quæſtiones propoſitas reſpondemus ita: Quamvis citiſſima mors hoc ipſum vulnus inſecuta, quia verò ictu hoc globuli nulla pars interna, tàm dignitate ſingularis, quàm neceſſitate nobilis, ſauciata, ſed tantummodò omentum cum meſenterio, potuiſſet patiens à morte vindicari, ſi modò tempeſtivè remedia convenientia fuiſſent adhibita. Nam quod *omentum* attinet, dudum eſt probatum, & Chirurgis inſuper notiſſimum, quòd eo ſolùm læſo, nulla ſequatur abſoluta lethalitas, ſed tantùm accidentalis, quando nimirum modò indecenti vulnera omenti tractantur, aut negliguntur, aut portio ejus corrupta & prominens in tempore non reſcinditur. *Meſenterii* verò vulnera, ipsâ Experientiâ teſte, feliciter quotidiè curantur, ſi modò vaſa majora & inteſtina ſalva fuerint, prout multa, ſi opus foret, adduci poſſent exempla. Et quoniam inſuper in Relatione non expreſſum, *an rami arteriarum anteriores, ſive ſuperior, ſive inferior,* item *an vena meſenterica, ſive dextra, ſive ſiniſtra*

ſtra ictu globuli lacerata? quod non probabile, quia patiens quatriduum ſupervixit, nec mentio facta hæmorrhagiæ inſignis, quæ lacerationem vaſorum majorum ſubſequi ſolet; ideò ex hiſce rationibus *vulnus iſtud pro abſolutè lethali nequit haberi:* multò minùs lethalitas probatur inteſtinis Empyreumate affectis; ſuperficialis enim fuit hæc, nec penetrans læſio; nec dubium, quin plus quàm curioſa globuli exploratione, & ſtyli immiſſione non neceſſariâ, ut & diversâ Balneatoris, Fabri ferrarii, & Chirurgi, deligatione vulnus hoc exacerbatum, aut non ſecundùm artem tractatum fuerit. *Eſt itaque hoc vulnus ſolùm ex accidenti lethale factum,&c.* Dab. Lipſiæ d. 29. Octobr. 1648.

CASUS XIV.
DE VULNERE INTESTINORUM CRASSORUM.

Requiſitio.

P. P.

Ex adjectô additamentô originali & autographo *Dn. D. Wormbſeri* Honoratiſſ. Domini pluribus perſpicient, qualis caſus Rüttershuſiæ, Diœceſeos Lollarienſis, haud ita pridem ſe truſerit.

Quùm verò ad formandum propediem Proceſſum primò omnium è re fuerit, ut à Medicis Peritiſſimis bene prius inſtruamur, an ex hôc caſu, ſi curatius examinari debeat, Lethalitas quædam colligi, aut ex inſpectione vulneris extorqueri poſſit.

Hinc Vos, Honoratiſſimi Domini, eâ, quâ par eſt, officioſitate, rogare volui, velitis haud gravatim caſum hunc & vulnus quæſtionis accuratè & collegialiter ponderare, & abhinc judicium veſtrum ſuper lethalitate vel non lethalitate vulneris, pro gratâ remuneratione, ſcripto quodam aperire, & ad ulteriorem rei exigentiam communicare; quod ſi erga Honoratiſſ. meos Dnn. rurſus demereri potero, oblivioni nunquam daturus ſum, ceu

V. V. Dom. Dom.

Giſſæ die 30. Nov. A. 1681.

Officioſiſſimus
Joh. Henricus Feurbach J. Lic.

Inſpectio Vulneris.

Quandoquidem à Regimine Principali Dicaſterii Giſſeni mandatum fuerit, ut die 8. Octobr. A. 1687. Rüttershuſæ demortuus, Johann. Chriſtian. Zeccher. XXII. circiter annorum (qui die 26. Aug. cultro vulneratus erat) inſpiceretur, eâque de causâ, prævià legitimâ requiſitione, mihi infra nominato hoc muneris [...] miſſum ſit; hinc ut illi ſatisfieret, die 9. Oct[...] dicti modò anni, cum Georgiô Langsdo[...] Chirurgo Giſſenſi, Rüttershuſam me co[...] cadaver demortui, præſentibus Dn. Pr[...] Helffmanno binisque Scabinis inſpexi, in[...] que, quòd illud in latere ſiniſtrô, manus [...] verſæ diſtantiâ à ſpinâ dorſi, ſub ultimis [...] ſpuriis, cultrô abdomini transfoſſô inflictu[...] rit, ita ut 8. Octobr. die dicti anni animam [...] larit. Apertô igitur Defuncti cadavere, [...] vatum fuit, quòd in abdominis cavitate pl[...] excrementa fœtida contenta fuerint, quib[...] motis inteſtinum colon per transverſum, [...] transverſi latitudine, perfoſſum, hocqu[...] ſtinum vulneratum, ut & reliqua inteſtina [...] & nigra apparebant.

Quæ omnia ita reperta fuiſſe, propr[...] ſcriptione hiſce atteſtari volui.

Giſſæ die 11. Octobr. A. 1681.

Joh. Wormb[...]

Reſponſum Facultatis Medicæ Gi[...] de illethalitate vulneris Inteſtin[...] Coli.

Cum Facultas Medica hujus loci re[...] & rogata fuerit, ut de ſubjunctô caſu [...] occaſione inſtitutâ Inſpectione, ſuper v[...] lethalitate judicium ſuum impertiret; h[...] lationem ipſam, juxta circumſtantias ſ[...] bitâ cum ſedulitate perlegendo ponder[...] & Principiis Medico-Chirurgicis co[...] neum eſſe ducimus:

Obſervatô die 9. Nov. Anni modò c[...] ſub inſpectione Johannis Chriſtiani Ze[...] anno ætatis 22. Rüttershuſæ die 22. Au[...] anni vulnerati, & abhinc die 8. Octobr. [...] tui, quod is externè in latere ſiniſtrô, [...] transverſæ diſtantiâ à ſpinâ dorſi, ſub ulti[...] ſtis ſpuriis cultrô in abdomine perfoſſu[...] & abhinc ſub inſequente aperturâ in cavi[...] dominis plurima excrementa fœtida la[...] illiſque remotis inteſtinum colon per tr[...] ſum digiti transverſi latitudine transf[...] hocque inteſtinum vulneratum æquè ac [...] inteſtina livida & nigra apparuerint.

Quamvis autem nunc Vulneratio In[...] rum plerumque res periculi plena obſ[...] omninò tamen inter inteſtina tenuia & c[...] ſtinguendum eſt; ſiquidem illa ad chy[...] butionem, hæc autem ad illius [...] cumque adeò depurationem à Natur[...] nata ſunt. E quibus haud difficulter el[...] quod ubi inteſtina tenuia vulnerari co[...] neceſſariò ſubſequente chyli exitu & [...] nis ceſſatione, infallibiliter totalis viriu[...] ſtratio, cum diverſis ſymptomatibus le[...] (de quibus *Hippocrat. ſect. 6. aphor.* [...] *in Comment. in h. l. Corn. Celſ. lib. 5. c.* [...] *nert. in prognoſt. vuln.* aliique videri p[...] propullulare ſoleat. Nihilominus tam[...]

lneratis inteſtinis craſſis abſolute conclu-n poteſt; quamvis interdum vulnerati haud longè poſt accedat. Equidem in nti caſu inficias ire non poſſumus, quòd, vulnus in colò ſatis profundum, ſc. di-ansverſi latitudinem æquans, obſervatum, taque inteſtina livida & nigra conſpecta t, vulnerationem ita comparatam ſummè loſam fuiſſe; quia tamen non alterius, dictæ inteſtini coli vulnerationis mentio ur, quod ob ſubſtantiam carnoſam fa- conſolidari, ipſisque vulneribus per clyſte- cilius ſuccurri poteſt. 2. vulneratus die ſtobris demum, adeoque ſeptimâ ſepti- obiit, difficile ſanè durumque videtur, e lethalitatem vulneris abſolutam extor velle: Cumprimis quod & illi Medici rurgi, qui inteſtini Coli vulnus etiam ethali habere non verentur, id non ab-, ſed tantùm utplurimùm ita ſe habere ent. Videas enim in diverſis Autori- le dignis, ejusmodi obſervationes, quæ rium omnimodè demonſtrant, ut apud *ek. lib.* 3. *Obſ. Ambroſ. Pareum l.* 4. *c.* 33. *Nic. Tulp. l.* 3. *Obſerv. c.* 20. *Fabr. Hild. C.* 1. *Obſ.* 74. exempla ſi- occurrunt. Ut taceamus, Inteſtinorum orum portiones per ulcera & abſceſſus s, ſuperſtitibus Ægris, in laudato *Schen- l. ex Gemmæ lib.* 1. *c.* 6. *Coſmocr.* 1. ari, & præter alios ab *Hollerio libell. Obſ.* 17. vulnerati inteſtini gracilioris mque ſanati mentionem fieri: in quibus s, licèt potiones vulnerariæ ſimiliter plu-n valeant, injectiones tamen tam com- aut ſimili effectu adhiberi non poſſunt. uibus omnibus igitur in hoc caſu itáque atâ vulneratione nulla abſoluta lethali- xtra unanimem noſtram ſententiam con- oteſt. In cujus rei fidem & confirmatio- onſuetum Facult. Medicæ Sigillum hic nere voluimus. *Signatum Giſſæ die* 4. *br. Anno* 1681.

Decanus & Profeſſores Ord. Facult. Med. Giſſ.

CASUS XV.

DE
LNERE INTESTINO-RUM TENUIUM.

Requiſitio.

nnes Güntherus, à Præfectura Principa- xonica incarceratus, die 27. Decembr. 678. nuperrimè præterlapſi, à meridie, anum Wolffgang. Ferenzenium ita vul- t, ut die 4. Jan. anno 1679. manè exinde . Cadaver autem Defuncti die inſequenti die à Medico quodam, Gradum jam *al. Pand.* nacto, una cum aliquot Chirurgis, judicialiter inſpectum atque ſectum fuit. Quamvis autem vulneratio in cadavere modò dictô obſervata pro lethali habita fuerit; quia tamen dicti Medici Atteſtatum quodammodò obſcurum & dubium eſt; hinc neceſſarium eſſe videbatur, ut idem Facultati cuidam Medicæ transmitteretur, & judicium ejus deſuper Lethalitate requireretur. Quapropter V. V. Exc. Exc. officioſiſſimè rogito, velint haud gravatim allegatum Medici judicium Collegialiter ponderare, & ſententiam ſuam de Lethalitate vulneris literis mandatam pro debita remuneratione impertire. *Tauchſtadii, die* 8. *Febr.* 1679.

Othmar Kundt, Præfectus.

Atteſtatum Medici.

PRæviâ Requiſitione &c. d. 5. Jan. Chriſtiani Wolffgangi Ferenzenii cadaver, mediante debitâ ſectione & diligenti inquiſitione, præſentibus Judicibus Principalibus ſequenti ratione obſervatum fuit: In eô ſc. ad diſtantiam 2. digitorum transverſorum ſupra os pubis, in dextrô ferè latere, ictus punctim inflictus in abdomen penetrarat, ita quidem, ut inteſtinum ad eam longitudinem diſſectum fuerit, ut digitum minorem inſerere potuerimus; ubi hoc cumprimis obſervari poterat, quòd 1. ſub inflictione ictûs & obortò vulnere læſio inteſtini ilei ad dextrum latus ſe devolverit, & è contra portio ejus ſauciata dimidium ulnæ quadrantem circiter à vulnere diſtans, per vulnus peritonæi & muſculi exierit, ut eo mediante foramen omnino obturatum fuerit, & ex adverſo vulnus ilei ad latus ſe abſconderit. 2. Quòd inteſtinum ileum circa proprium vulnus quodammodo inflammatum; E contra verò fruſtum longitudine dimidium ulnæ quadrantem ſuperans, quod partim vulnus peritonæi & muſculi intrarat, partim ad utrumque vulneris latus ſitum erat, omninò corruptum, nigrum & cœruleum fuerit; unde concludere licet, corruptionem hanc non tam ab ipſo vulnere ilei per conſenſum, ſed vel poſt mortem, & quidem aut ante curam, aut ſub ipſa curâ ſive ab aëre externo, ſive ab errore Chirurgi ſubortam fuiſſe. 3. Quod reliqua pariter inteſtina, ut & Omentum quodammodò inflammata fuerint: & 4. ſub usin cavitate infimi ventris inſignis materiæ purulentæ quantitas collecta fuerit. Si ergo vulnus hoc ejusque præcipuas circumſtantias conſideraverimus, & quidem 1. quod inteſtinum è vulnere erumpens inſigniter corruptum & nigredine affectum fuerit, certiſſimum eſt, corruptionem hanc, ſi ante aut ſub curâ fuerit oborta, mortem inſigniter promovere potuiſſe, quum corruptio talis incurabilis ſit, ut *Sennertus lib.* 3. *p.* 2. *ſ.* 1. *c.* 8. docet, dum, ſi ab aere, inquit, alterantur & livida, „ redduntur inteſtina, malum eſt incurabile. 2. „ Materiam putridam in infimô ſinu cumulatam

quod

quod concernit, & illa, dum exitum illic reperire non potuit, brevi adeo corrumpi potuit, ut exinde ſymptomata funeſta ipſaque mors ſubſequi potuerint. Unde hoc æque ac antecedens ſymptoma ſatis notabilia ſunt, quibus lethalitas inferri poteſt. 3. Ipſum vulnus ilei quod attinet, illud (cum interna æquè ac externa tunica diſſectæ fuerint) juxta *aphor.* 18. *Sect.* 6. vulnus lethale eſt, & quidem hanc præcipuè ob cauſam, quia 1. ejusmodi vulnera rariſſimè conſolidantur. 2. Quia inteſtina tenuia ſunt ſubſtantiæ nervoſæ & fibroſæ, unde eorum vulnera graviſſima & funeſta ſymptomata comitantur, *vid. Caſ.* 91. *Med. Crit. D. Ammanni*; Et licet à Celeberrimis quibusdam Medicis Hiſtoriæ referantur, quòd etiam vulnera ilei curata fuerint: exempla tamen rara ſunt, quæ in robuſtis admodùm contingunt, qualis natura in hôc ſubjectô vix occurrerit. Quamvis etiam negari non poſſit, inter vulnera inteſtinorum tenuium, magnam differentiam obſervari; quòd ſc. unum adeò periculoſum non ſit, quàm alterum, at v. gr. vulnera ilei tam mala non ſunt quàm vulnera jejuni. Item quæ ſecundùm longitudinem infliguntur, haud æquè periculoſa ſunt, quam quæ per transverſum accidunt, de quibus *Sennertus Lib. V. Prax. p.* 4. *c.* 3. inquit: Si inteſtina &c. adeoque vulnus in hoc ſubjecto (quia neque in inteſtinô jejuno, ſed ileo, neque per transverſum, ſed ſecundum longitudinem contigit) è peſſimorum claſſe non ſit: Attamen ſecundum ſupra allegatum *aphoriſmum Hippocratis* (ut in eô vox διακοπέντι *à Galenô, Foëſio &c.* explicatur & intelligitur, ſc. ſi vulnus utramque inteſtini tunicam penetrat) eſt & manet vulnus lethale, quia nimirum utramque tunicam penetravit. Merſeburgi die 13. Jan. 1679.

Joh. Andr. N. L. St. Med.

Reſponſum Facultatis Medicæ Lipſienſis, deſuper lethalitate vulneris inteſtini ilei.

P. P.

QUandoquidem Dominatio Tua Atteſtatum quoddam Medicum, Chriſtiani Wolffgangi Ferenzenii mortem violentam concernens transmiſerit, & ſuper lethalitatem vulneris judicium noſtrum requiſiverit; hinc præviâ Collegiali ponderatione omnium & ſingularum circumſtantiarum reſpondemus, quòd (non obſtante obſcuritate Atteſtati modò dicti) vulneratio hæc Chriſtiano Wolffgango Ferenzio illata nihilominus & omninò pro abſolutè & ſimpliciter lethali habenda ſit, quia vulnera talia inteſtinorum tenuium 1. ob partium ſitum & profunditatem, neque ſuturam, neque deligationem admittunt, adeoque 2. conſequenter chylus, in inteſtino ileo contentus, pro nutritione partium diſtribui quit, ſed in cavitatem abdominis prolabi ibique neceſſariò putreſcit, imprimis, cu inteſtina vulnerata, ceu partes nerveæ f gangrænam & ſphacelum contrahant, & dem 4. ex collectione materiæ purulent ventre infimô concludi poſſit, inſignia va dominis & inteſtinorum ſimul læſa, multùm ſanguinis extravaſatum fuiſſe. Quod &c.

Vid. Ammannus in Prax. V
Lethal. Decad. 4. *Hiſt.* 7.

CASUS XVI.
DE
VULNERE INTESTINORUM TENUIUM & MESENTERII.

Requiſitio.

V. V. Magn. Magnif. hiſce breviter c res reddo, quod die 31. Dece anni præteriti 1678. JOHANNIS CRISTPHORUS GORNER, Præfectu jus ſubditus in domicilio ſuô Trebizii ſica tione tribus globulis ſclopetariis ictus fue duabus circiter horis effluxis abhinc o Quùm ergò ſub inquiſitione inſtitutâ C Defuncti ope Chirurgi, ad hunc actum j inſpectum, & eô, ut judicium ejus juratu A. fuſius teſtatur, modô repertum fuerit per etiam re Scabinatus Principalis Mag gici, qui Hallæ eſt, deciſioni commiſsâ, il tentia ita lata fuerit, ut primò omnium d inſpectione inſtitutâ, *an vulnus in ſe l ſit?* judicium à Collegio quodam Medico reretur; hinc, ut illi morem gererem, nos meos Honoratiſſimos officioſiſſimè volui, velint adjectum hîc Chirurgi Atte haud gravatim perpendere, ſuumque ede tum judicium de lethalitate vulnerum bita remuneratione in formâ probante i tire &c. *Dat. Beeſenii, die* 6. *A Anno* 1679.

Chriſtoph. N. Præf

Atteſtatum Chirurgi.

AD requiſitionem &c. hodie Tre præſentia Judicum Provincialium norumque, Chriſtophori Görneri cada ſpexi, & præviâ Sectione corporis obſ quod 3. globulis ſclopetariis ictus fuerit bus bini globuli obliquè dextrum os ſuperando os ileon penetrant, unà cum nis tenuibus, jejunô ſc. & ileô, ipſoque terio. Tertius globulus os ſacrum per rat, & inteſtinum rectum ſimul læſerat, globulorum impetus ſtatim in principiô ſa penetrando, extemplò obtuſus fuerit,

in viciniâ inteſtinorum permanſerint.
lobuli integri inventi ſunt: Tertius autem
bus comminutus fuerat, de quô fruſtum
od inveni. Adhæc atteſtor, quod unà
famulis meis & Adſtantibus locum cautè
curatè inſpexerim. Quod loca quoque
rata depuraverim, & Dn. Præfectô, tunc
nti, oſtenderim inteſtina ſclopetariô ictu
rata fuiſſe, quæ in Defunctô accidentia
em accelerantia induxerant: Quod et-
eô in loco inſignis ſanguinis coagulati
itas lib. iß. explens, reperta fuerit. Dum
vi juramenti præſtiti, judicium meum de
interponere teneor, vulnera hæc lethalia
, adſtruo, quia per inteſtina vulnerata
omata illa, quæ defunctô mortem con-
unt, orta fuerunt. *Beerenburgi die* 3.
1679.

Emanuel Rodhard.

onſum Facultatis Medicæ Lipſien- deſuper lethalitate vulneris inteſti- norum tenuium & meſenterii.

P. P.

Um à Dom. Tuâ Caſus aliquis Nobis trans-
miſſus & de eô Judicium noſtrum deſide-
An &c. &c. in quô, juxta tenorem Atte-
Chirurgo, ad hunc actum juratô, com-
cati, duo globuli obliquè os femoris ſupe-
os ilei penetrarant, & abhinc inteſtinum
m, ileum & meſenterium perforârant:
us autem, qui os ſacrum penetraverat, ſi-
r inteſtinum rectum ſauciarat; hinc præ-
llegiali ponderatione exiſtimamus, quod
ra modò allegata meritò pro abſolutè &
citer lethalibus habenda ſint: Siquidem
es hujusmodi ictu ſclopetariô inteſtinis
æ, ob inflammationem & gangrænam
inſequentem: Ut & haud abſimilis Me-
ii vulneratio, ob hæmorrhagiam (ut alia
omata taceam) & quia omnibus illis ex
& ſitu partium læſarum, & læſionis mo-
ccurri non poteſt, neceſſariò & ſimpli-
nteritum vulnerati ſecum ferunt. Ubi
& hoc monendum erat, ſatis fuiſſe, ſi
ectiones ejusmodi, unà cum Chirurgô,
us ſimul Medicus requiſitus fuiſſet.
&c. *Lipſiæ die* 17. *April. An.* 1679.

Ammannus Prax. Vuln. Lethal. Dec. 4. *Hiſt.* 8.

CASUS XVII.
DE LNERE INTESTINO- RUM TENUIUM.

Val. Pand.

Requiſitio.

P. P.

Cum oblatione ſervitiorum meorum para-
tiſſimorum V. V. Exc. Exc. celare nequeo,
quod in ſequenti Caſu informatione Veſtra in-
digeam:

Ante 10. circiter annos accidit, ut in Feſto
Nuptiali cujusdam Nobilis Famulus quidam
Ober-Heldrungenſis, nomine JOH. HOPF-
FENSACK, ſub exortâ dimicatione ictu vul-
neratus fuerit, ut Extract. Protocolli ſub Lit.
A. teſtatur, unde vulneratus poſt XVI. hora-
rum intervallum exſpiravit. Quamvis autem
bini Chirurgi Caſtrenſes (qui tamen ad id non
jurarunt) referant, vulneratum quidem ob il-
latum vulnus inter vivos conſervari non potuiſ-
ſe: nullam tamen rationem addunt, neque in-
teſtinum, in quo vulnus obſervatum fuit, no-
minare queunt, quod medium eſſe ferunt, in-
teſtino craſſo & majori proximum; hoc autem,
meo quidem judicio, nomine gaudebit pro-
priô; ut adeoque in dubio locatum ſit, an
Chirurgi hi Caſtrenſes unquam inteſtina huma-
na conſpexerint, vel quale inteſtinum læſum
fuerit. De cæterô certior ſum redditus, vul-
nera inteſtinorum non ſemper lethalia eſſe, un-
de dubium ſuboritur, an vulnus hoc, licet et-
jam juxta Extracti tenorem ita obſervatum eſ-
ſet, lethale fuerit? & an vulneratus neceſſariò
exinde perierit, & non potius (cumprimis tanta
ebrietate obrutus) ex apoplexiâ, ſyncope, aut
alio quodam ſymptomate, quod ipſum eneca-
re valuerit? Quapropter Dnn. meos Honora-
tiſſimos officiosè rogito, ut Extractum æquè
ac totum negotium hoc juxta circumſtantias
ſuas haud gravatim maturè ponderare, & *an
vulnus à Chirurgis Caſtrenſibus deſcriptum
in ſe & ſuâ Naturâ lethale & omninò incura-
bile fuerit*? Reſponsô, ſuô ſigillô munitô,
me certiorem reddere velint; id quod cum de-
bita remuneratione &c. Jangloff-Sommernæ
die 13. Jun. 1667.

Caſpar Bernhard de Tettenbach.

EXTRACT.
Ex Actis Inquiſitionalibus
Fol. 4. Vol. 1.

Relatio Præfecti.

IN JOH. HOPFFENSACKIO obſer-
vatum fuit, quòd ictum punctim abdomini,
3. digitorum latitudine ſub umbilico, enſe in-
flictum acceperit, quô inteſtinum quoddam
majus, ad digiti longitudinem, diſciſſum & in
altero latere ſimul perfoſſum fuit, ut per vulnus
omnia eruperint & propenderint; unde Chi-
rurgi Caſtrenſes referunt, impoſſibile eſſe, ut
vulneratus inter vivos conſervari poſſit.

 Chirurg.

Chirurg. caſtrenſ. Relatio.

OBſervatum fuit eundem (Hopffenſackium) trium digitorum latitudine ſub umbilicô, verſus ſiniſtrum latus, in abdomine enſe vulneratum, & inteſtinum medium, juxta inteſtinum magnum, in altero latere ad dimidii ulnæ quadrantis longitudinem diſciſſum, in altero verò latere ad 2. digitorum Geometricorum longitudinem perfoſſum fuiſſe: Unde vita ejus ſalvari nequit &c.

Chriſtian Leder } *Chir. Caſtr.*
Joh. Dan. Botz. }

Reſponſum Facultatis Medicæ Lipſienſis; deſuper lethalitate vulneris inteſtinorum.

EPiſtolam à Clar. Tua ad Nos datam Collegialiter perlegimus, probeque perpendimus, Eandemque Reſponſi loco certiorem reddimus; Quod licet Chirurgi Caſtrenſes ad actum hunc non juraverint, neque inteſtinum, in quo vulnus obſervatum fuit, nominaverint, ex vulnere tamen extimô tantum appareat, unum ex inteſtinis tenuibus fuiſſe: Qualitas etiam vulneris ut deſcribitur, (utpote quô inteſtinum in uno latere ad dimidii ulnæ quadrantis longitudinem diſciſſum, in altero verò latere ad 2. dig. longitudinem perfoſſum fuit) ſatis teſtetur, idem in ſe & ſuâ naturâ lethale fuiſſe, nec curari potuiſſe. *Lipſiæ d.* 17. *Jun.* 1667.

CASUS XVIII.
DE
VULNERE ILEI.

Requiſitio.

P. P.

EX præſenti deductione innocentiæ, & annexis articulis defenſoriis, cognoſcent veſtræ Excellentiæ, quâ ratione Hans Gore, propter interfectum Carolum Uriel, per Advocatum, *vulneris lethalitatem* dubiam reddere, atque propterea ad Collegium Medicum provocare intendat; quia itaque hujus petitioni deferre debui, à Veſtris Excell. petitum venio, velint Relationem Medici ac Chirurgorum, ut & rationes contra eandem allatas collegialiter ponderare, ac poſtea judicium ſuum ſuper lethalitate hujus vulneris, quàm primum fieri poterit, conſignare, ac Dominis Scabinis haud gravatim tradere &c. *Dab. Strehlæ die* 26. *Jun.* 1659.

Damianus N.

Reſponſum Facultatis Medicæ Lip[...] ſis, ſcilicet vulnus hoc ilei ſimpli[...] terfuiſſe lethale.

QUid officii noſtri ratio requirat, circ[...] nerum judicia, collegialiter fuimus [...] dati: Ergò conſideratis omnibus, tandem [...] nunciamus, ſi in vulneris inſpectione [...] vatum, quòd Urielis vulnus punctim infl[...] quatuor transverſis digitis ſub umbilico [...] domen penetravit, quo inteſtinum t[...] Ileum aliâs vocatum, latitudine digiti [...] & perforatum, quod utique juxta relat[...] Domini Medici, & duorum Chirurgoru[...] digniſſimorum, *vulnus iſtud non ſol[...] ſanabile, periculoſiſſimum*, ſed etiam p[...] pliciter & abſolutè & per ſe lethali habe[...] ſit; quoniam impoſſibile fuit hoc modo [...] Inteſtinum, tanquàm unum ex gracil[...] planè membranoſis, ullo modo conſo[...] Nec attendenda hic curationum aut exe[...] rum monſtra; licèt enim h. m. vulnera[...] dam patientes, propter vegetam Natu[...] alias cauſas adhuc per aliquot dies vivere [...] dum potuerint, tamen neceſſariò demu[...] riuntur, quoniam præter curandi imp[...] tatem, etiam retentio Chyli & ejusdem [...] butio, pro ſanguificatione & nutrition[...] plius fieri nequit, imò propter hanc vuln[...] nem, dum ſubſtantia inteſtinorum [...] nervoſa & fibroſa eſt, graviſſima & [...] ſymptomata ſubſequi ſolent, hinc leth[...] ratio manifeſtè apparet. Ubi monend[...] riter, quòd & in inteſtinis tenuibus fœ[...] impuritates contineantur, quæ à purita[...] li, pro confectione ſanguinis ad Epar tr[...] tendi, in dictis inteſtinis à Natura ſep[...] poſteà ſucceſſivè ad inteſtina craſſa able[...] hinc non abſurdum, ſi & fæces aut exc[...] ta ex inteſtinis vulneratis tenuibus in ab[...] cavo reperiuntur, & inibi, ut omnes [...] travaſati humores præſertim in cadaver[...] defunctis, ſtatim fœtere ac putreſcere i[...] Repetimus itaque ex præmeditato C[...] *Vulnus iſtud utique per ſe & ſimpli[...]* adductis rationibus *lethale* fuiſſe. & [...] Lipſiæ die 26. Febr. 1659.

Ex Ammann. Me[...]

CASUS XIX.
DE
VULNERE VESIC[...]

Requiſitio.

P.P.

QUandoquidem Facultas Juridica [...] fuerit, ut deſuper Actis quibusc[...] minalibus, in punctô homicidii Johann[...] dero Radmühlenſi illati, ſententiam [...]

hunc in finem ſcire deſideret: An in adje-
ſc Inſpectione deſcripta perforatio veſicæ,
veſicæ collum penetravit,& quinque lineo-
notata eſt, pro lethali haberi debeat, nec
Hinc Magnificentiam Veſtram & honora-
los Dnn. officioſè rogito, velint judicium
ſuper lethalitate vulneris, cum remiſſio-
icluſorum Facultati Juridicæ haud grava-
pro debitâ remuneratione impertire. Hoc
Facultas Juridica in ſimilibus aliisque oc-
nibus viciſſim demereri annitetur; Ego
nunquam non perſevero

Magnif. V. meorumque Dnn.
Honoratiſſimorum

die 13. *Maji* 1684.

Officioſiſſimus

Fridericus Nitſchius D. & h. t.
Fac. Jurid. Decanus.

---

onſum Facultatis Medicæ Giſſenæ;
eſuper lethalitate vulneris veſicæ.

Ùm AmpliſſimaFacultas Juridica, in In-
clytâ hac Ludovicianâ, Decanum & Pro-
es Ordinarios FacultatisMedicæ h. l. ami-
uiſiverit, ut ratione homicidii in Johan-
hneidero Radmühlenſi patrati de hâc
ione: An in peractâ Inſpectione memo-
eſicæ perforatio, quæ collum veſicæ in-
at, & quinque lineolis denotata erat, pro
i haberi debeat, nec ne? judicium no-
ſuper lethalitate hujus vulneris breviter
nunicemus; Hinc eum in finem Nobis
iſſamChirurgi Relationem, juxta circum-
s illic occurrentes debita cum diligen-
neditatione ponderavimus, & Principiis
is æquè ac Chirurgicis conſentaneum eſ-
imus:

bſervatô, præviâ cadaveris ſectione, ſub
tione vulneris abdomini inflicti, quod
n ſiniſtrô latere ſubtus, propè genitalia,
n veſicæ intraverit, maximaque urinæ
tas illic reperta fuerit &c. Omnia juxta
m modò dictæ & à Chirurgô, qui ſectio-
anc & inſpectionem adminiſtravit, an-
Relationis.

iamvis autem vulnera veſicæ urinariæ
mùm ſummè periculoſa habeantur, at-
inter illa notabile omninò diſcrimen in-
t, cum ea, quæ fundum ejus feriunt, pro
iter & abſolutè lethalibus habeantur,
e vulneribus colli nullô modô dici po-
ım non tantùm Hippocrates, Galenus
MediciCeleberrimi vulnerationem ejus-
eutiquam pro ſimpliciter lethali vendi-
d & ipſa experientia ſæpiſſimè oſtendit,
ulnera veſicæ collo inflicta denuò cura-
it, prout curationes ejusmodi à *Schen-*
k. 3. *Obſerv.* aliisque annotatæ ſunt,
mis, quòd collum veſicæ carnoſum eſt,
& cui in ſectione calculi veſicalis non parcitur,
ita tamen, ut perfectè rurſus conſolidari poſſit.

Quoniam igitur juxta tenorem Relationis à Chirurgo impertitæ, ſub inſpectione obſervatum fuit, quod ictus tantùm veſicæ collum vulneraverit, hinc ictum ejusmodi pro abſolutè lethali agnoſcere non poſſumus.

Quam unanimem noſtram ſententiam in ulteriorem rei fidem & confirmationem ſigillô Facultatis roborare voluimus. Signatum *Gieſſæ die* 13. *Maji* 1684.

CASUS XX.
DE
VULNERE ABDOMINIS CUM LÆSIONE VENÆ & ARTERIÆ MAGNÆ.

Relatio.

P. P.

Beati KORNMANNI, Quæſtoris olim hujus loci, Filius unicus, JOHANNES JUSTUS, heri veſpertinô tempore circa horam ſeptimam, hic ante Portam Hersfeldenſem, in diſſidium cum Ruſticis nonnullis incidit, quô durante propriô ſuô enſe occiſus eſt.

Quâ jam ratione hæc actio inceperit, & quid ſub eadem actum fuerit, de eô parvô temporis intervallo plura experiri non potuimus, quàm incluſa heic Teſtium Depoſitio docet. Bini incarcerati ebrietate ſe excuſant, illique, nomine Henricus Damer Scabinus, & Johannes Melchior nil quicquam de eô ſibi conſcium eſſe perhibent.

Hodie multô manè, præſentibus D. Wickio, Prætore hujus loci, Conſule Weghuſio, Wernerô Hulſio & Notariô Civ. Jungmannô, per Chirurgum Sectionem inſtituimus, ubi obſervatum fuit, quod ictus punctim illatus, juxta umbilicum, in dextrô latere, intrando, per meſenterium uſque ad vertebras cum læſione arteriæ magnæ & venæ cavæ ſe extenderit, ut reliqua cavitas plurimô ſanguine merô coagulatô repleta fuerit.

Nominati modò bini incarcerati perendie Judici Criminali debita armatorum catervâ ſtipati transmitti debent.

Exequias funeri parandas, cùm Mater filium ſuum interemtum in Eccleſiâ Cathedrali hujus civitatis tumulo mandari petat, tantiſper differemus, donec Tabellio redierit, & uberiorem Illuſtris Regiminis Principalis inſtructionem nobis obtulerit.

Intereà cum apprecatione Divinæ Protectionis, Noſtrarumque Perſonarum qualiumcunque

cunque officioſiſſima commendatione perſeveramus

V. V. Excell. Excell. & Dom. Dom.

Alsfeldiæ d. 23. *Maji Anno* 1686.

obſequioſiſſimi

Johannes Leusler.
Ludovicus Wittich.

Reſponſum Facultatis Medicæ Giſſenæ, de lethalitate vulneris abdominis.

AD propoſitam Quæſtionem: An ſc. die 22. Maji Anno 1686. Alsfeldiæ ante portam interemti JOH. JUSTI KORNMANNI vulnus ſimpliciter & abſolutè lethale ſit? Nos Decanus & Profeſſores Ordinarii Facultatis Medicæ, præviâ curatiſſimâ ponderatione omnium & ſingularum, in Relatione Judiciali cum deſcriptione vulneris aperti nobis communicata, obſervandarum circumſtantiarum Principiis Artis conſentaneum eſſe ducimus:

Obſervatô ſub inſtitutâ ſectione interfecti Kornmanni, quòd ictus juxta umbilicum dextro abdominis lateri punctim illatus fuerit, qui abhinc per meſenterium usque ad vertebras, cum læſione arteriæ magnæ & venæ cavæ ſe extendit, ut reliqua cavitas mero ſanguine coagulatô repleta fuerit. Omnia juxta tenorem Relationis ſupradictæ.

Jam Vulnera Meſenterii in ſe quidem lethalia non ſunt, cùm jam ſæpius contigerit, ut alicui abdomen transfoſſum fuerit, eò tamen poſtmodum in integrum reſtitutô, adeoque ex vulneratô meſenteriô funeſtus hujusmodi exitus pertimeſcendus non fuiſſet.

Quoniam verò juxta tenorem Relationis ictus ad læſionem Arteriæ magnæ & Venæ cavæ ſe extendit, hisque vulneribus vaſorum ſanguiferorum majorum & Truncorum inevitabilis & immanis hæmorrhagia, indeque ſequens deperditio Spirituum vitalium conjuncta eſt, quod & hoc in Caſu contigiſſe, inſpectio ocularis docuit, dum Cavitas Abdominis merô ſanguine coagulatô repleta fuit; Adhæc ob partium vulneratarum ſitum profundiorem nulla, hìc aliâs convenientia, remedia applicari potuerunt:

Hinc ictus in Johanne Juſtô Kornmannô inventus & juxta Inſpectionem deſcriptus pro vulnere abſolutè & ſimpliciter lethali habetur.

Atteſtationis ergò Sigillô Facultatis Ordinariô omnia confirmando. Signat. *Giſſæ, die* 22. *Nov.* 1687.

Decanus & Profeſſores Ordin. Facult. Medicæ Giſſenæ.

CASUS XXI.

DE VULNERE ABDOMINIS I-[…] NE VISCERUM LÆSIONE

Requiſitio.

JUdicio veſtro eoque accurato indigeo […] caſu ſequenti: videl. die 11. Nov[…] Georgiuswaldæ certis de cauſis comm[…] Matthæus W. equorum mango, me en[…] ter eſt conviciatus, quâ occaſione pro […] ſione famæ gladium evaginavi, & ſcon[…] calumniasque vindicaturus nonnihil vul[…] eundem. In vulneris inſpectione ſub A. […] vatum, quòd Matthæus W. acceperit vuln[…] drantale transverſim ſuper abdomen in […] verſus dextrum femur; quod etiam W[…] Balneator primùm deligavit, citra ſu[…] nem ullius lethalitatis, aſſerendo ſe brev[…] poris ſpatio vulneratum reſtituturum, […] etiam per ſequentes dies usque ad 14[…] perbellè valuit, nec de ſymptomatib[…] neris conqueſtus, excepta Dyſenteriâ, q[…] vo honore) patientem ita afflixit, ut vi[…] illa nocte alvum deponere eundem opo[…] quæ usque ad diem 15. Novembr. cont[…] quâ etiam, i. e. quinto die poſt accept[…] nus, is eſt mortuus. Poſt mortem à […] tore in præſentia Judicis cadaver aper[…] fuit deprehenſum, quod inferius invol[…] cui naturaliter inteſtina involuta, pla[…] ſum, atque ſic, ut antea relatum, in[…] panniculos penetravit, citra viſcerum […] ctum. Nec certò ſciri poteſt, vulnera[…] vulnus inflictum Dyſenteriâ correptu[…] Accedit, quod rebus ſic ſtantibus B[…] iſtam læſionem minimè pro lethali c[…] rit, ſed potius culpam omnem morti[…] enteriam rejecerit, quod etiam jurame[…] firmare non dubitavit; hiſce tamen […] ſtantibus cauſam lethalitatis mihi imp[…] criminaliter contra me Judices inqu[…] tendunt. Hinc quia mihi jure natur[…] ſio conceſſa, enixè Veſtras Excell. r[…] lint omnes circumſtantias, ratione D[…] exactè ponderare, & collatis Anatom[…] rurgiæ fundamentis mihi ſententiam […] nicare: *An Matthæus W. magis ex* […] *quam Dyſenteria obierit?* Dab. […] waldæ die 21. April. Anno 1632.

Hans Chriſto[…]
a. […]

A.

Atteſtatum Balneatoris.

INſpectione vulneris debitâ ratior[…] animadverſum, quod vulnus pun[…]

transverſim ſupra abdomen ~~intra~~ duos
iculos in ſummitatem dextri femoris pene-
rit, quo nervus quidam læſus; patiens ſi.
em incedendo claudicavit, poſt mortem
ue idem pes quodammodò contractus &
o brevior fuit, nec potuit extendi; quoad
nditatem dodrantem æquavit: labia vul-
planè erant occluſa, adeò ut ne cochlea-
ioris emanaret, ac ſi fuſi extremitate
n vel perforatum fuiſſet, quo præſuppo-
inſtrumenti lædentis qualitas, fuiſſe ſcili-
ſem acutiſſimo mucrone, eóque tetrago-
ræditum, & quia de viſceribus nihil læ
n opinione ſum, *quòd non fuerit lethale*
; benè ſiquidem per ſequentes dies valuit,
iod nonnihil de Dyſenteria conqueſtus,
nicâ nocte vicies vel tricies alvum exone-
coactus, usque ad diem Martis, quô
ctò commotus ego Rochlicium tendi,
tum Medicum, qui verò tum temporis
erat, miſericordiâ tamen Pharmacopœi
t medicamentis contra Dyſenteriam ad-
quibus nihil proficientibus Deo ſe com-
vit dicendo: ſe terminum vitæ abbrevia-
ntire hoc vulnere, ideò ſanguinis vindi-
em petendam eſſe à Nobili Hans Chri-
N. quibus prolatis horâ 2. pomeridianâ
nivit, putatque Chirurgus, quod Dyſen-
quæ vulnus ſecuta, mortis cauſa exſti-
n verò vulnus anteceſſerit, dixit, ſe ne-
ed à muliere clinica inquirendum: hoc
uramento ſe affirmaturum obligat, quòd
integumentum, cui naturaliter inteſti-
involuta, minimè læſum, ſed inte-
nſpexerit.

ſum Facultatis Medicæ Lipſien- ſcilicet vulnus hoc hypogaſtrii non fuiſſe lethale.

biliſſime Domine; accepimus literas
uas, ut & Atteſtatum, quod Balneator
). ſuper lethalitate vulneris Matthæo W.
manu ſuâ conſignatum Judici obtulit,
ſcire deſiderat, *utrum Matthæus W.*
pto vulnere, vel potius accedente
riâ obierit? ideò unanimiter & deli-
oncludimus: Quod quidem vulnus illud punctim factum periculoſum, non autem lethale fuerit, quia nullum viſcus vel alia pars principalis, aut ad vitam neceſſaria, læſa in inſpectione deprehenſa fuit, prout Atteſtatum ſub A. pluribus hoc manifeſtat, & nihil niſi nervus quidam ſauciatus, quo patiens in incedendo claudicare, ipſeque pes dexter poſt mortem quaſi contractus & ſiniſtro brevior viſus, neque ob inſignia hujus loci vaſa hæmorrhagia enormis, nec inflammatio, nec convulſio ſubſecuta, *vulnus etiam exinde pro abſolutè lethali haberi nequit, ſed magis ex accidenti*, & ratione ſymptomatum, quando præſertim vulneratus ſemet ipſum neglexit, aut ab adſtantibus decenti curâ tempeſtivè non fuit recreatus, & hoc eò magis, quando fluxus Dyſentericus, qui ſine dubio ex prava humorum in corpore diſpoſitione, cum ſubitanea virium proſtratione ortus, vulnus hoc vel anteceſſit, vel ſubſecutus eſt. *Dab. Lipſ. die Philipp. Jacob. Anno* 1632.

Reſponſio Facultatis ſecunda, ad inſtantiam rei, qui ad Facultatem reſcripſit, & teſtium pronunciata adjecit, qui fatentur, quod nullus nervus fuerit læſus, nullumque ſymptoma periculoſum ſupervenerit.

ITeratam ad Nos Actorum miſſionem, Matthæi W. vulnus concernentium, omninò miramur, & illis denuò collegialiter revolutis optimè adhuc recordamur ſententiæ, die Philippi Jacobi 1632. à Nobis latæ, nimirum, quatenus antea nobis deſcriptum & hîc repetitum vulnus, non diris ſymptomatibus fuit ſtipatum, mortem cauſari non potuiſſe; quoniam itaque jurati teſtes depoſuerunt, quòd in vulnerato nihil accidentium contigerit, nec nervus (contra balneatoris relationem, cui aliâs fidem largiri tenemur) ullo modo læſus, hinc pronunciatum noſtrum repetimus: *quòd etiam vulnus iſtud per ſe, & abſolutè lethale minimè fuerit.* Dab. Lipſ. die 21. Febr. 1633.

Amman. in Med. Crit.

PAN-

PANDECTARUM MEDICO-LEGALIUM

PARTIS II.

SECTIO V.

DE VULNERIBUS ARTUUM LETHALIBUS.

INTRODUCTIO.

§. I.

PRæter III. corporis humani regiones ſæpiſſimè quoque AR-TUS ſive mutilari, ſive vulnerari ſolent, de quibus ro bique Medicorum quoque judicium requiri ſolet: lli quidem, ut determinent, an mutilatio quædam, au tem debilitatio in hoc vel illo membro occurrat, ſi in u ctô irregularitatis in Eccleſiâ Romano-Catholicâ dubium aliquod riatur, *vid. Paul. Zacchias in Quæſt. Medico-Legalibus Lib. V. Tit.* *Quæſt.* 1.*num.* 4.*pag.* 448. vel ut obſervent, an membrum mutilatu Chirurgiam Curtorum, ſiveveram, de qua *Taliacotius*, ſive palliati reſtitui poſſit? vel, an mutilati tantô adhuc robore & vigore poll ut manuum operâ victum porrò & amictum ſibi comparare val de quô CAS. I. Hìc verò, ut de lethalitate ſive illethalitate vulne ſive contundendo, ſive incidendo artubus inflictorum, cognoſca que judicent.

§. II.

Contuſiones quidem, Plagæ, Fuſtigationes & Flagellationes næ rarò pro abſolutè lethalibus habentur, licet pluribus quoque bris inferantur, ut è CAS. II. eluceſcit; unde & percuſſores ejus morte licet ſuperveniente, non tam ultimô ſuppliciô, quàm pœ tiori ſolent affici, idque ex eô, quod animus occidendi in illis no ſumatur, *l.* 1. §. *Divus Hadrianus.ff. ad leg Cornel. de Sicar.* Quodſi flagellatio multa, cum validis inſtrumentis, à robuſtis, perſonis te ribus inflicta fuerit, non minus ſimpliciter & abſolutè lethalis poenâ ordinaria puniri poterit, *vid. Caſ. ultim. Sect. ult.*

§. II

§. III.

Sic quoque Vulnera Artubus cæſim aut punctim illata rarò pro lethali- habentur, niſi vaſa majora aut in profundò locata ſimul feriantur, quibus in *ſeqq. ſectione.* Quodſi igitur vel ſolæ partes muſculoſæ, vel aſa minora & externa ſimul violentur, ita, ut hæmorrhagiæ ſubſe- nti ligaturis, ſtipticis & ſimilibus obviam ire licuiſſet, ſi Chirurgi peſtivè adfuiſſent, vulnera illa per accidens magis, quàm per ſe le- ia habentur, ut in vulneribus CUBITORUM in CAS. III. & IV. ernitur.

§. IV.

Et idem omninò judicium de Vulneribus FEMORUM fuiſſe la- è CAS. V. VI. haurire licet, quæ tamen, ſi venarum & arteriarum i majores ſimul incidantur, ob hæmorrhagiam incompeſcibilem fa- ſimpliciter lethalia fieri poſſe CAS. VII. & VIII. comprobant.

§. V.

GENUUM vulnera, etiam minora, ob concurſum tendinum ſæ- ortifera ſunt, cùm facile gangræna atque ſphacelus accedant, cum- is, ſi ſclopetorum exploſione infligantur, ut in CAS. IX. accidit; ea, quæ in contrarium adferri poſſent, ſimul ſolidè refutata ſunt.

§. VI.

SURÆ tandem & TIBIÆ vulnera, etiam profunda, per ſe & ſim- ter lethalia non ſunt, cum vaſorum æquè ac reliquarum partium in- faciliorem medelam admittant, ut è CAS. VI. & X. eluceſcit.

CASUS I.

DE TILATIS DIJUDICANDIS.

Requiſitio.

P.P.

Os miſeri & mutilati homines ſignificare Veſtris Excell. debemus, quâ ratione præ- ſtate Nobilis Simon N. unà cum equeſtri ſtri comitatu, quem ſecum habuit, pagum lenter invaſit, hunc in finem, ut ab invete- nſuetudine inductam cereviſiam paſtora- mmunitati noſtræ eriperet. Cui quoniam unitas ſeſe oppoſuit, ſclopos & bombar- atas in eandem explodi juſſit, quo tumul- ploſionibus (juxta relationem balneato- iſtophori N. N.) (1) Caſparo N. globu- i pollex manûs dextræ ablatus. (2) Opi- us punctim factum ſupra dextram palpe- ccepit, in caput penetrans, profundita- rum Kampfferornm, quo viſio per tres s ſeptimanas fuit impedita. (3) Martin. ulorum ictu in pectore læſus, ita ut glo- r tergum exierint aſſumtusque potus re- . (4) Ego Hans N. duobus globulis & tri- ndinibus in dextrum latus ſum petitus, us globulus unus è ſpina dorſi & grando n iterum exciſa, relictis reliquis globulis & grandinibus, quoniam inveniri non potue- runt, in corpore meo. Quamvis etiam, quæ Dei eſt gratia, in hiſce læſionibus vita noſtra non fuerit periclitata, tamen iſtiusmodi explo- ſionum ictibus ita reſpectu ſanitatis & articulo- rum ſumus mutilati, ut manuum labore victum noſtrum amplius quærere non valeamus, hinc denunciatione apud Judicem competentem factâ per ſententiam JCtorum pronunciatum, quòd Nobilis Simon N. omnes expenſas, ſum- ptus, intereſſe & noſtra præviâ moderatione Judicis, nobis reſtituere debeat. Quia verò hoc vix ſufficere videtur, dum propter acceptas mutilationes alimenta inpoſterum nobis defi- cere videntur, contra quòd Nobilis Simon N. forſan excipiet, nos videlicet ad labores conſue- tos obeundos adhuc eſſe idoneos, hoc verò ne- mo melius, quàm gratioſiſſimà Facultas Medica (in quantum nimirum artus & noſtra Corpora deteriorata, & ad labores inepta ſunt reddita) determinare poteſt; Hinc ſubmiſsè rogamus, velit corpora noſtra & exploſionibus cauſatas periculoſas læſiones oculis ipſis contemplari, & de loco, ac tempore, quando & ubi nos ſiſtere debeamus? nos certiores reddere, ac denique atteſtato publico judicare: *utrum nos tanti roboris, ac valetudinis ſimus, ut proporrò manuum noſtrarum operatione alimenta no- bis debita comparare valeamus, nec ne?* Dab. Grumpæ d. 15. Octobr. A. 1629.

Hans D. Hans K. Caſpar D.

l. Pand.

Reſpon-

Reſponſum Facultatis Medicæ Lipſienſis.

POſtquam tàm literis, quàm oretenus Hans D. Hans K. & Caſpar D. nobis retulerunt, quid in tumultu nuperrimo, in pago Crumpa, juſſu Nobilis Simon N. contigerit, quod variis globulorum exploſionibus ita læſi ac mutilati, ut propterea amplius laboribus conſuetis idonei non ſint, atque ſubmiſsè petierunt, ut oculari inſpectione adhibitâ, de læſionum iſtarum natura ac qualitate accuratè judicaremus, ideò noluimus deeſſe illorum deſideriis. Obſervatum autem fuit, quòd (1) Hans D. in dextro latere globulo ita læſus fuerit, ut thoracem intrârit & ſub homoplata exierit viciſſim; coſtâ quintâ præterpropter impetu globulorum fractâ, & quia conſolidari non potuit, *impoſterum manu ſuâ nihil ad victum pertinens lucrari valet*, propter inſignes dolores, quando brachium dextrum movere intendit; qui motus coſtam jam nominatam in conſenſum trahit; accedit & hoc, quod ſimul ac ſe movere incipit, reſpiratio mirum in modum intercipiatur. (2) Hans K. globulis duobus & grandinibus tribus petitus, unusque globulorum à Chirurgo in ſpina dorſi unà cum grandine exemptus; conqueritur autem inibi de dolore intolerabili, quòd ſe nec erigere nec flectere poſſit: conqueritur pariter de ſtupore & *ἀναισθησία* femoris, de tuſſi contumaci, ob quæ omnia vigiliæ moleſtiſſimæ accedunt; liquet autem ex hac læſionis qualitate, quòd in ſpina dorſi globulorum impetu vertebra quædam inſigniter contuſa & lacerata, ut & ex eadem prodeuntes nervi conquaſſati, vel alio modo læſi; unde poſtmodum dolor circa inguen dextrum, & ſtupor pedum oriuntur, pariter ex tuſſi contumaci argumentamur, pulmonis aliqualem adeſſe læſionem, ſiquidem (uti patet ex relatione) globuli ſurſum verſus tenderunt; rebus itaque ſic ſeſe habentibus, judicamus, *quod & iſte Hans. K. ad labores conſvetos obeundos dehinc ineptus ſit.* (3) Caſparo D. exploſione iſtâ pollex manûs dextræ prorſus ablatus, quod ſingulare impedimentum eſt laborum, qui manuali operatione fiunt, adeò ut *Ariſtoteles lib. 4. de P. A. c.* 10. pollici plus in laboribus perficiendis tribuat, quàm reliquis quatuor digitis manus, utpote quæ abſque illius miniſterio nihil, docente *Galeno de uſu partium cap.* 13. efficere valent, hinc non ſine cauſa etiam pollex Ἀντίχειρ, vel *Pro-Manus* vocari conſuevit. *Ergò & hic Caſpar D. præ reliquis ad labores manuales obeundos planè eſt ineptus.* Dab. Lipſiæ die 23. Octobr. 1629.

CASUS II.
DE
ILLETHALITATE PLAGARUM EXTERNARNM.

Reſponſum Facultatis Medicæ Giſſ[…] ſuper illethalitate plagarum, ruſti[…] cuidam inflictarum.

PRævia Requiſitione Regiminis hujus Principalis in punctô lethalitatis plag[…] Johanni Seybelt die 16. Martii nuper ita[…] ctarum, ut ſubſequente die 25. ejusdem […] ſis obierit; quæ peractâ inſpectione ſeq[…] modô ſe habuiſſe obſervatæ ſunt:

Quæ ſc. in ſcapulâ dextrâ, quam pla[…] riit, ad latitudinem ſpithamæ majoris, ſ[…] latio nigra comparuerit, ut etiam in coll[…] militer cadaver in latere dextrô, quô ictu[…] dit, à coſtis usque ad femur lumbi nig[…] prorſus deturpatum fuit. Sub apertione […] obſervatum fuit, quod ſanguis in dextro […] hæſerit & inteſtina inflammârit, ut or[…] corrupta & qſ. putrefacta fuerint, cruori e[…] in latere undique innatantia; quia & ver[…] lus omninò rubicundus fuit. In ſiniſtrô l[…] ſuperiori æquè ac inferiori in parte nullu[…] ſtigma, ſive ſignum obſervari potuit; qu[…] modum & cor, pulmones & hepar, un[…] capite omninò ſalva & inviolata fuêre: […] juxta tenorem relationis, à Prætore Brei[…] cenſe, Scriba Judiciali, duobus Scabini[…] loci & Chirurgô Bidencopenſi ſubſcriptæ […] que transmiſſæ:

Nos Decanus & Profeſſores Ordina[…] cultatis Medicæ Acad. hujus in Principiis […] cis ac Chirurgicis fundatum eſſe remur, […] licet nonô ab acceptis plagis die mem[…] Seybelt obierit, inteſtina quoque corru[…] guinique innatantia reperta fuerint, hoc […] non obſtante, & quia in allegata relatio[…] lius venæ aut arteriæ inſignioris, quæ læ[…] rit, mentio facta, ſed hoc potius aſſeritu[…] viſcera principaliora intemerata fuerint[…] de cauſa probabile videtur corruptione[…] ſtinorum ab inflammatione obortam […] hæc autem V. S. aliisque convenientibu[…] diis, internis ac externis, ab initiô præ[…] aut poſtmodum curari potuiſſet: Hin[…] deſcriptæ plagæ pro ſimpliciter & abſo[…] thalibus habendæ non ſunt. In cujus r[…] monium hæc ſigillô facultatis confirma[…] Signatum *Giſſæ die* 15. *Julii* 1679.

Decanus & Profeſſores Ord. F[…] Med. Giſſ.

CASUS III.
DE
VULNERE CUBITI […]NISTRI.

R[…]ſpon-

SCRIPTUM PRINCIPALE.

DEI Gratia, ELISABETHA OROTHEA, Haſſiæ Landgravia &c. &c. &c.

ctiſſimi, Dilecti Fideles.

ſentibus Vos Gratioſiſſimè certiores red- mus, quòd cùm haud ita pridem Rüſſels- homicidium aliquod contigerit, dum quidam Sachſenhuſã - Franckofurtenſis nem cultrô quodam ita per brachium ſi- n vulneravit, ut hic ſeptimô die abhinc verit, Phyſicus Provincialis hujus loci, lckerus & Chirurgus Kleeberger poſt in nem peractam, de Lethalitate vulneris Relationem impertierint, ut incluſæ do-

iamſi verò Proceſſus Criminalis pro tem- ondum formatus, ſed propediem, quam- n Reus, ut jamdum mandatum fuit, hîc rit, ex merito inſtituendus ſit; è re tamen ximus, Vobis allegatam Relationem in ſſum transmittere, Veſtrumque judicium ntiam de eâ requirere. Quapropter Cle- ſimum noſtrum Mandatum eò vergit, ut um hoc, cum omnibus ſuis circumſtan- aturè perpendatis Nobisque ocyus Ve- Lethalitate meditationes aperiatis & ittatis. Vobisque Gratioſiſſimè favemus. *Darmſtadii die* 20. *Octobr.* 1679.

E. D. L. V. H. D.

Relatio Medici.

. P.

mei atque Chirurgi Kleebergeri ad- itu, in præſentiâ Cellarii hujus Provincia- etoris, binorumque Scabinorum, ante ionem demortui Opilionis à Chirurgô oci percepi, quòd die 9. Octobris ſub tationibus veſperi, intra 8. & 9. horam niele Græzio, Piſcatore Francofurtenſi, us Pauli Spigelii hujus loci, ſupra cubi- achii ſiniſtri, cultrô piſcatoriô latiore, brachii externâ propè ulnam perfoſſus ulnusque ferè per horam dimidiam de- n non fuerit, donec Chirurgus hujus lo- nerit, & ſummô labore ſanguinem, con- effluentem, compeſcuerit. Addebant, atum ſæpiſſimè ſyncope correptum fuiſ- uidem repetitis per noctem vicibus, & ò non dormiviſſe. Die 10. Octobr. in uò vomitum, ſingultum, ſpaſmum & ionem membrorum obſervata fuiſſe, mmâ virium proſtratione, utut ſuperio- ptomata interdum remiſerint.

11. Octobris mediocriter omnia ſe , niſi quod debilitas virium continuò duraverit, nullamque quietem aut ſomnum capere potuerit, & hæmorrhagia narium acceſſerit.

Die 12. Octobr. omnia in priori ſtatu permanſiſſe, niſi quòd ſanguis rurſus è vulnere effluxerit, mox tamen rurſus remiſerit.

Die 13. Octobr. denuò hæmorrhagiam narium adfuiſſe, tuſſi & ſyncope comitatam.

Die 14. Octobr. Omnia ſatis tolerabilia fuiſſe: Vulneratum verò, cum à Conſanguineis ſuis viſitaretur, contra Chirurgi inhibitionem, brachium, quod oſtenderat, inſigniter commoviſſe, ut hæmorrhagia venarum & arteriarum recruduerit, ſumma virium proſtratio, refrigeratio manuum & pedum inſecuta fuerint, agrypnia ſitisque immanis continuò duraverint, ingruente nocte verò tumor brachii acceſſerit, ſyncope & virium debilitas ſuccreverint, ſingultus denuò incommodârit, ſitis intenſiſſima & debilitas potum copioſum urſerint, donec die 15. horâ 10. obierit.

Quoad Inſpectionem Vulneris, ambo invenimus, quod ictus ſupra cubitum ſiniſtri brachii externè incipiendo, per muſculos penetrârit, nervos, venas & arterias vulneraverit, intuitu ſc. magnitudinis aperturæ à cultro latiore: Muſculis ſupra & infra vulnus ſanguine coagulatô ſuffuſis.

Jam ardua eſt quæſtio, an vulnus hoc propriè & ſimpliciter lethale dicendum? non enim omne vulnus, quod mors ſequitur, ſimpliciter lethale dicendum; ſed id ſolum, quod ſuapte Naturâ mortem certò adfert, nec ulla arte ſanari poteſt. Quapropter Hippocrates ipſe, inter vulnera ſimpliciter lethalia & utplurimùm lethalia diſtinguit; eaque de causâ in talibus caſibus inquirendum & perſpiciendum, an extemplò poſt illatum vulnus ab ipſa vulneratione accidentia periculoſa ſe trudant, & ad mortem usque perdurent, ut mox exinde exſpiraverit? vel an per intermiſſionem vel permiſſionem rerum aliquarum ſymptomata ejusmodi oriri potuerint, ut adeoque vulnus non lethale per ſe, ut periculoſum, lethale fieri oportuerit? quia ſæpiſſimè ob hæmorrhagiam & tardiorem deligationem, intermiſſionem aut permiſſionem alicujus (ubi ætas & conſtitutio corporis probè obſervanda) vulnus ejusmodi neceſſariò lethale redditur, quod ante tantùm periculoſum fuit, cumprimis ſi vulnera ejusmodi aliâs ſæpius in aliis curata fuerunt, ſicut in demortuô hocce hæmorrhagia ſymptomatibus illis lethalibus occaſionem dedit, ut vulnus periculoſum & utplurimum lethale, lethale ſimpliciter, ob ſanguinis privationem & ſpirituum diſſipationem reddere potuerit, quia alioquin ſimilia vulnera nervorum, venarum, arteriarum etiam ampla, in brachiis pluries curata fuerunt, ſæpèque in vivis manent haud pauci, quibus brachium ictu ſclopetario abruptum aut amputatum fuit; & hoc debitô modô referre debui, arbitrio ſuperiori relinquens, an à

an à Facultate Medica quoque judicium aliquod requiri debeat.

Rüſſelshemii die 18. *Octobr.* 1679.

Joh. Peter Welcker Med. D.
Johann Kleeberger Chirurgus.

Reſponſum Facultatis Medicæ Giſſenæ; ſuper lethalitate vulneris cubito ſiniſtri brachii illati.

SERENISSIMA PRINCEPS,

Princeps ac Domina Clementiſſima.

QUod Sereniſſ. Veſtra Celſitudo ratione homicidii, ac ut ex transmiſsâ Nobis Relatione Medici Provincialis & Chirurgi judicium noſtrum & ſententiam deſuper lethalitate vulneris concipere debeamus, Nobis clementiſſimè injunxit, illud è Reſcripto Principali de dato Darmſtadt die 20. Octobr. ſubjectiſſimâ cum devotione intelleximus; quapropter etiam ſine ullâ dilatione ad id nos applicavimus, totum negotium, pro merito ejus & gravitate, ſecundùm omnes hîc deſcriptas circumſtantias expendimus, & junctum his judicium, eâ, quâ Actis omnium commodiſſimè inſeri poterat, formâ concepimus, ſimulque ut hiſce effectui datur, Sereniſſimæ Veſtræ Celſitudini devotiſſimè & humilimè remittere debuimus.

Sereniſſ. V. Celſit. cum Principe Juventutis DEO T. O. M. Serenitati V. autem Nos devotè committentes.

V. Sereniſſ. Celſ.

Servi Humilimi
L. Strauſs.
M. Heiland Dec.

Reſponſum.

POſtquam haud ita pridem Rüſſelshemii Nauta quidam Sachſenhuſanus Opilionem quendam cultro ita ferierat, ut hic die ſeptimô ſubſequente obierit, & verò Sereniſſima Princeps ac Domina, Domina ELISABETHA DOROTHEA, Haſſiæ Landgravia &c. &c. Princeps ac Domina noſtra Clementiſſima Nobis clementiſſimè in mandatis dederit, ut ſententiam noſtram ſuper lethalitate vulneris aperiremus;

Hinc prævia matura & circumſpecta omnium & ſingularum in relatione à Medico Provinciali & Chirurgô communicata reperiendarum circumſtantiarum conſideratione, ipſis Principiis Artis convenire ſtatuimus:

Perfoſſô die 9. Novembris veſperi intra 8. & 9. horam demortuô opilione à Daniele Grätzio, mediante cultro piſcatoriô latiore, ſupra
cubitum ſiniſtrum in parte brachii externâ
pe ulnam, vulnereque per dimidiam ferè h
non deligato, priusquam ſc. Chirurgus
nit, qui ſanguinem, confertim effluent
proſilientem, vix ſummô labore compe
quô factô æger non eâ tantum nocte ſæpiu
mô deliquit & inſomnis prorſus exſtitit,
die inſequente cum inſigni virium debilita
ria eaque peſſima ſymptomata, vomitu
ſingultus, ſpaſmus, & convulſio membr
ut & inſequentes hæmorrhagiæ narium
ſis exorta ſunt, quæ ſymptomata tamen
doque remiſêrunt, donec die obitum ej
tecedente, 14. ſc. hujus menſis, cùm v
tus contra Chirurgi interdictum brachiu
gniter commoviſſet, hæmorrhagia denu
ante 2. dies quoque contigerat, in vuln
cruduerit, unde ſumma virium debilitas
geratio manuum & pedum inſecuta ſit,
pnia ſitisque ingens inſtiterit, circa noct
rò intumeſcentia brachii ſe truſerit, relic
ſymptomata illum ita fatigarint, ut di
quente 15. circa horam 10. exſpirârit;
inſpectione obſervatum fuit, quod ictu
cubitum ſiniſtri brachii, externè incip
per muſculos penetraverit, nervos, v
arterias vulneraverit & muſculi ſupra in
vulnus ſanguine ſuggillati fuerint. Om
cundum tenorem ſupra allegatæ Phyſi
vincialis & Chirurgi relationis.

Utut jam *Hippocr. in Coac. Præ*
309. in Claſſem vulnerum lethalium
vulnera venarum, arteriarum & nervo
ferat, attamen lethalitatem illam reſtri
venas & arterias grandes, quas alibi, ſc
Prorrhet. de iis, quæ in collô & ingu
deinde quæ cerebrum & epar, deinde
teſtina & veſicam pertingunt, intellig
Quibus *Celſus lib. 5. de Med. cap.* 2
des extusque conditas venas in alis &
bus. It. quæ ad anum teſticulosque perv
ut verba ejus ſonant, addit: Sicut quoc
lum vulnus vocat, quodcunque muſ
aut nervum, aut arteriam &c. læſit *lo*
quia in Relatione denominata vaſa è
eorum, quæ Hippocrates determinav
ſunt, Celſus quoque vulnera illa non
thalia vocat, quàm id indigitare volui
difficilem curationem habeant, inte
lethalia notabile diſcrimen intercedit
per etiam è relatione patet, quod hæ
gia, unde maximum periculum perti
dum erat, à Chirurgô curata fuerit,
que dubium ſit, modò poſt vulner
factam Defunctus ſtatim deligatus fui
que legitimè, ut decebat, & Chiru
præceperat, geſſiſſet, quòd reliquis
ratis Symptomatibus quoque occurri,
in vivis conſervari potuiſſet;

Hinc è dictis cauſis his ſupra
vulnus pro ſimpliciter & abſolutè le
bere non poſſumus; Cujus atteſtat

Sigillo Facult. obſignamus. *Dat. Giſſæ* 4. *Oct.* 1679.

Decanus & Profeſſores Ordin. Fac. Med. ibid.

CASUS IV. DE VULNERE BRACHII.

...onſum Facultatis Medicæ Giſſenæ; ...er Lethalitate vulneris Brachii cum diſſect. vaſorum.

...ſtquam die 14. Martii veſperi inter ho... am 9. & 10. Studioſus hujus loci, MAR... ...S SEYFFERT Dan iſcanus, enſe ita ...ratus fuit, ut haud multò poſt ſubitò de... ...us fuerit, & ſimul Nos legitimè requiſiti ...s, ut inſpectione primùm oculari cor... ...emortui æquè ac conditionem vulneris ...naremus, & abhinc judicium noſtrum ſu... ...halitate ejus aperiremus; Hinc Nos De... & Profeſſores Facultatis Medicæ hujus ...ſerimus, in reliquô corporis habitu nul... ...mninò vulnus obſervari potuiſſe, exce... ..., quod in brachio dextrô apparebat, ubi ...antiam pollicis transverſi circiter ſupra ...m cubiti, obliquè deorſum verſus, ſic ...rofundum & transverſæ manus longitu... habens vulnus ſe obtulit, quô non tan... muſculis Biceps, Brachiæus, Palmaris & Flexores carpi læſi, ſed & adjacens Vena ...a ſupra Medianam, unà cum illi juncta ... per transverſum diſſectæ fuerint.

...uamvis autem factam vulnerationem ...atim conſecuta fuerit: Quia tamen vul... ...pra dicta ita ſe habuêrunt, ut nulla pror... ...ptomata perculoſiora illa neceſſario ſe... ...erint, aut ad minimum illis obviam ire ...emus, cum inſignis illa hæmorrhagia, ...ortem hanc ſubitaneam & inopinatam ... convenientibus medicamentis ſiſti po... ...ſi tempeſtivè illa adhibita fuiſſent; ...c vulnus illud pro ſimpliciter & abſolu... ...li non habemus; in cujus rei fidem hæc Facultatis confirmamus. *Dat. Giſſæ* ... *Maji* 1665.

Laurentius Strauß D.
Michael Heiland D. p. t. Dec.

... & Judicium Chirurgorum Giſſenſium de hoc vulnere.

...um Giſſæ, die 15. *Martii A.* 1665.

...viâ admonitione eorum, quæ Ars & ...entia hâc in cauſâ, & Tragicô Homicidii caſu requirere videbantur, bini Chirurgi, Jacob & Joh. Eberhard Eger, factâ prius ſtipulatione manus, ſacro juramenti vinculô obligati fuerunt, ut pro rei veritate aperirent, quâ ratione vulnus occiſo Studioſo illatum inventum fuerit in ipsâ inſpectione, quæ præſentibus D. D. Heilando, D. D. Strauſſio, D. D. Siricio & Dn. M. Weiſſio, ut & Dn. Prætore, binis Scabinis Dnn. Plockio & Salfeldio inſtituebatur, ac obſervatum fuit, quod vena baſilica & arteria, paululum ſupra articulationem flexuræ diſſectæ fuerint, idque in eâ ferè regione, ubi mediana ſita eſt, hæcque vulnera ægrum jugulaſſe cenſebantur.

P. B. Schmoll, dictus Eiſenwerth.
Jacob Eger.
Joh. Eberhard Eger.
Johann Conrad Plock.
Johann Tobias Salfeld.
Johann Herman Henrici.

Requiſitio iterata Rei ad Ampliſſ. Facult. Medicam.

P. P.

Viri Celeberrimi &c.

IN recenti procul dubiô memoriâ adhuc verſabitur, quòd poſt obitum B. Seyfridii precibus meis aſſurgendo edecumatum veſtrum judicium ſuper lethalitate vulneris, modô nomina ô illati, mihi gratioſè communicaveritis; quia autem ad illud infringendum Fiſcalis adjectam hic Chirurgorum duorum ſententiam in judiciô produxit: Hinc Excell. Veſtras etiam atque etiam rogito, ut ad rei veritatem demonſtrandam communicato mihi judicio Veſtro de lethalitate vulneris rationes dubitandi & decidendi ſubnectere acquieſcant.

Quod mearum partium eſt, laborem illic inſumptum non tantùm ex merito remuneraturus, ſed & aliâ quâvis occaſione ſervitiis meis pro virili recognoſcere non intermiſſurus ſum, qui me profiteor

V. V. Excell. Excell.

Obſequioſiſſimum

Anton Güntherum ab N.

Reſponſum II.

QUandoquidem judicium à Nobis datum de qualitate inſpecti vulneris, die 14. Martii denato MARTINO SEYFFERT illati, in punctô lethalitatis à Fiſcali per adverſam duorum Chirurgorum opinionem in dubium vocatum, eaque propter à Nobis de-

ſideratum fuit, ut ſententiæ noſtræ rationes dubitandi & decidendi ſuperaddamus;

Hinc Nos Decanus & Profeſſores Principiis Artis, à Ratione & Experientiâ deſumtis, conforme eſſe cenſemus:

Licèt omninò certum ſit, quòd per vulnerationem venarum & arteriarum majorum, utpote quæ hoc in caſu majorem conſiderationem merentur, ipſe homo in extremum vitæ periculum præcipitetur, ita quidem, ut ſecundùm *Hippocr. lib.* 2. *Prorrh. it. Coac. Prænot. C.* 23. ſimilia vulnera pro lethalibus habeantur, & quidem non ſine causâ, cum per nimiam hæmorrhagiam optimus vitæ humanæ theſaurus, qui calidum nativum conſervat, omnibusque partibus nutrimentum ſuppeditat, effundatur & deperdatur: hoc autem tam facilè impediri non poſſit, quia ut plurimùm vaſa illa in profundô jacent, adeò quidem, ut requiſita remedia, & quibus in ſiſtendo ſanguine aliâs uti ſolent, eam ob cauſam non multum efficere valeant, & hinc ferè difficile ſit, ut vulnera hujuſcemodi rurſus conſolidari & curari poſſint, cumprimis ſi arteriæ læduntur, cum partim ſubtilior & vi quadam circulatus ſanguis tam accuratè intercipi nequeat, quin alicubi exitum inveniat: Partim etiam, quòd arteriæ ipſæ, intuitu motus continui & duritiei naturalis tam facilè reuniri non poſſint, ut pluribus hoc *Galenus l.* 5. *Method. Med. cap.* 7. *&* 8. adfert, qui pariter *l. de curand. rat. per ſang. miſſ. cap.* 23. aliquos ex arteriâ vulnerata interiiſſe, alios autem ſphacelo correptos fuiſſe tradit; quod ipſum in præſenti caſu eò magis fortè metuendum fuit, dum, licèt convenientibus tandem remediis arteria prehenſa & hæmorrhagia ſufflaminata fuiſſet, brachii tamen pars inferior ob defectum nutrimenti & caloris neceſſariò perire debuiſſet.

Interim tamen, & quia *Hippocrates* locô modò *citatô lib.* 2. *Prorrhet.* vaſa majora, quorum vulnera ab Eô pro lethalibus habentur, ipſemet denominat, quòd ſc. illa in collô æquè ac in inguinibus reperiantur, quibus *Celſus lib.* 5. *cap.* 26. eas addit, quæ in aliis & poplitibus latent, item quæ ad anum teſticulosque perveniunt; adhæc quoque Hippocrati modò dicto in Scriptis ſuis haud inſolitum eſt, quòd, licet morbum aliquem pro lethali habeat, non ſtatim in eâ ſit opinione; mortem ſimpliciter & neceſſariò eundem ſequi, ſed ſæpiſſimè non tam curationis impoſſibilitatem, quàm ſummum vitæ periculum, in quô ſub ejusmodi morbo verſatur æger, indigitare ſuſtineat, ut hoc ipſum *Galenus in Comment. ad S.* 5. *§.* 2. *it. ad S.* 6. §. 18. aliique Commentatores poſt Eundem probè obſervarunt; quæ explicatio in hoc textu Hippocratico omninò locum habet, unde & *Celſus loc. cit.* hæc vulnera neutiquam ad claſſem inſanabilium, ſed eorum, quæ difficilem habent curationem, & quæ vix ad ſanitatem perveniunt, ut v[...] ejus ſonant; vel ut mox in ſubſequentibu[...] quitur, ad mala vulnera referri voluit. [...] textus hic Hippocraticus ita intelligi debet, [...] in vulneratione venarum majorum, cu[...] mis arteriarum, ob pertimeſcendam exind[...] morrhagiam, non exiguum vitæ periculu[...] ſit, niſi tempeſtivè ſanguis ſiſtatur; quod i[...] tamen variis medicamentis fieri poteſt, [...] ſimè etiam factum eſt, cùm ipſe *Galen[...]* 5. *Method. Med. cap.* 7. enarret, quòd Chirurgus quidam loco venæ in brachio [...] riam ex errore incidiſſet, ita ut ſanguis c[...] tim inde proſiliiſſet, Galenus unicô em[...] intra 4. dies vulnus absque ullô ſympt[...] curaverit. Similia aliaque remedia plu[...] nes Antiquos Chirurgos hinc inde deſcri[...] perimus, quibus & ſanguinis fluxus pe[...] ſiſſimus (das Hertz-Geblüt) à vulnere a[...] rum optimè cohiberi poteſt, imprimis, [...] ſimul obſervatur, quod ex allegatô mo[...] lenô *Lanfrancus Art. Chir. doct.* 3. *T[...]* 9. *Theodoricus l.* 2. *Chir. c.* 10. *Guido d[...] liacô Tr.* 3. *Doctr.* 1. *c.* 3. *Fabrit. ab [...] pend. l.* 2. *Chir. c.* 10. monuêrunt. [...] porrò ſæpius laudatus Galenus aliique [...] experientiâ teſtantur, arterias vulnerat[...] ri poſſe, hinc durities, ut & perpetuus [...] motus, nihil aliud, quàm curatione[...] dammodò difficiliorem, imprimis in V[...] tis provectioris, eſſe probant, quod id[...] *lenus loc. cit.* monuit. Ex eodem Ex[...] tiæ fundamentô non tantùm *C. Celſ[...] Paulus*, ſed & alii Medici in diverſis af[...] corporis p. n. non tantùm ſine ullô p[...] ſed etiam cum inſigni emolumentô æ[...] arteriotomiam exercere non dubitârunt [...] admodum ex traditione *Proſperi Alpi[...]* Ægyptios & *Ambr. Parei l.* 16. *Oper[...] rurg. c.* 4. in Galliâ operatio hæc Ch[...] vulgatiſſima fuit, ut idem inter alios *[...] rius Obſ.* 56. *l.* 2. explicat.

Quoniam igitur ex omnibus hiſce [...] tet eluceſcit, quod vulnera arteriarum [...] pliciter incurabilia ſint, hinc facilè con[...] terit, quid de hoc vulnere, in quô art[...] fuit, ſtatuendum ſit, cumprimis, q[...] & inciſio non ſecundùm longitudinem [...] titudinem arteriam violaverit & diſcid[...] titudinalis enim arteriæ ſectio prompt[...] ſolidatur, quàm apertura ſecundum [...] ut idem ex Arnoldô deducit *Guido d[...] cô loc. cit.* & *Andreas Veſalius lib.* 1. [...] *Magn. c.* 1. inquit: Interdum arteriam, ſ[...] ſim vulnerata ſit, præcidere ex uſu eſt. Et [...] inferiori brachii parti ex hoc fonte nutri[...] ſurreptum fuiſſet, illa quidem perire pot[...] nimè autem homini toti mors & interi[...] ariò impendiſſet. Faciliori autem labor[...] que cum periculô venæ vulneratæ ligar[...] rari potuiſſent. Reliqua parti carnoſæ i[...] nera tam exigui ſunt momenti, ut nemo [...]

no, multo minus Chirurgus quidam in Ar-
ſatus lethalitatis quid illic latere ſtatuere

quibus omnibus apparet, quod, ſi in tem-
ſuturis, ligaturis, medicamentis ſtipticis,
dem igne & cauteriis lege Artis vulnus
um fuiſſet, Defunctus in vita ſuperſtes
vari potuiſſet: & ita vulnus ſupradictum
uam pro ſimpliciter & abſolutè lethali
habendum. Teſtantibus &c.

Laurentius Strauſſ. D.
Mich. Heiland p.t. Dec.

CASUS V.
DE
ULNERE FEMORIS.

ſum Facultatis Medicæ Gieſſenæ, ſuper Illethalitate vulneris femoris vel natium.

viô juſſu Clementiſſimô Sereniſſimi, s Decanus & Profeſſores Ordinarii Fa- Med. Giſſenæ transmiſſum nobis Pro- n judiciale æquè ac Medici Chirurgi- lationem, Homicidium, quod Bibes- nter binos Subditos Stockſtadenſes con- ncernentia, debitâ cum diligentiâ per- , adductas illîc circumſtantias & enar- ulneris ſtatum vulneratique conditio- nethodum item medendi à Chirurgis co adhibitam, ut è re eſſe videbatur, ter perpendimus, ſperantes fore, ut m & Principiis Artis conveniens be- ndatum judicium ſuper lethalitate vul- icti ferre poſſemus.

quam verò in determinandâ parte â Medici Chirurgique Relatio cum is Dornbergenſis & à Rei Conjuge ob- llò ſupplici non concordat, ſed omni- iſce diſcrepat, dum illi os femoris, & , juxta depoſitionem Chirurgi Gen- ii, ſiniſtri lateris: Hi verò nates ſ. h. ant; Adhæc vulnus ratione magni- ecundùm longitudinem & profundi- iô eôdemque modô non deſcribitur, inus autem de vaſe quodam ſangui- us læſione periculoſa fortè hæmorrha- iri potuiſſet, neque ſimile quid acci- bi mentio facta, & ſi illud contigiſſet, us tamdiu inter vivos non permanſiſ- hanc regionem (femoris aut natium ter venas & arterias nequicquam re- quod lethaliter vulnerari poſſet; vulnus Johanni Nolden, à Georgiô hr, illatum pro ſimpliciter & abſolu- habere non poſſumus, ſed & proba- ucimus, quod ex erroribus hinc inde Gangræna tandem vulneratum ju- , qualia exempla in terminis apud *P. Foreſtum Lib. 6. Obſerv. Chirurg. Obſerv.* 1. reperiuntur.

Quod in ſubſidium veritatis hiſce cum appreſſione ſigilli Facultatis conſueti atteſtamur. Signat. *Giſſæ die* 6. *Maji Anno* 1691.

Decanus & Profeſſores Ordin. Fac. Med. Giſſenæ.

CASUS VI.
DE
VULNERE FEMORIS.

Requiſitio.

P. P.

IN conflictum ſe invicem commiſerunt Johannes Deſſavienſis, & Jacobus Calbenſis, quorum hic illum interfecit; dubium autem nunc ſuboritur, *utrum iſta duo vulnera, quæ quidem Chirurgis pro* Kampfferwunden *habentur, lethalia ſint per ſe?* Et an Reus pœnâ ordinariâ legis Corneliæ afficiendus? quapropter ad Veſtr. Excell. confugimus, officioſè rogando, velint inſpectionem vulneris probè examinare, nobisque judicium hâc de re ſuum in forma probante haud gravatim remittere: Vita enim & ſanguis humanus hoc in negotio periclitari videtur. Ut autem hoc homicidium, quod 13. Novembr. Anno 1622. contigit, eò minus excuſari, vel Judici quicquam imputari queat, inſpectio à balneatore fuit adminiſtrata: nimirum obſervarunt in interfecto Johanne Deſſavienſi:

1. *Vulnus dodrantale in parte interna dextri femoris profunditate duorum articulorum, quod Chirurgis vocatur* eine Kampfferwunde,

2. *Rurſus* Kampfferwunde *in parte externa dextræ Suræ, fermè profunditate unius digiti.*

Occiſus ſemihorulæ ſpatio poſt duellum mortuus, & inter alios duo jurati teſtes depoſuerunt, quòd ſanguis copioſè ex vulnere profluxerit, putando, ſi tempeſtivè vulnera fuiſſent deligata, quòd ſervari potuiſſet; verùm ſunt imperiti in arte, & quorum teſtimonium hâc in parte vix attendendum. Ideò veritatis eruendæ cauſâ, veſtrum ex Anatomia petitum reſponſum exoſculabimur. Dab. Lipſiæ die 26. Febr. 1623.

C. S. V. T.

Reſponſum Facultatis Medicæ Lipſienſis, ſcilicet vulnus hoc in femore, & ſura, per ſe non fuiſſe lethale.

ACta inquiſitionalia, in puncto homicidii, contra Jacobum Calbenſem, diligenter perlegimus, præſertim autem atteſtatum balneatoris, qui inſpectioni vulneris præfuit. Ideò ſi

ſi verum eſt, quòd in occiſo zwey Kampffer-wunden, alterum in dextro pede, ſpithamæ longitudine ſupra genu, profunditate duorum articulorum, alterum in externa parte ſuræ digiti profunditate, obſervata, quibus acceptis ſemihorulæ intervallo poſtea obiit, pronunciamus: *quòd quidem hæc nominata vulnera per ſe, pro ſimpliciter & neceſſariò lethalibus non ſint habenda*, quoniam nulla pars nobilis, ad vitam ſimpliciter neceſſaria iisdem læſa fuit, quarum meminit *Hippocrates libr. 6. Aphoriſm.* 18. *cui veſica perfecta fuerit, aut cerebrum aut cor, aut ſeptum transverſum, aut tenue quoddam inteſtinum, aut ventriculus, aut jecur, lethale eſt*: Æſtimantur tamen pro periculoſis & difficulter curabilibus, propter vaſa inſignia hujus loci, quibus inciſis maxima hæmorrhagia, & mors ſubitanea ſubſequi ſolet, niſi ſtatim remediis idoneis à perito Chirurgo fluxus iſte ſanguinis compeſcatur; quæ ex fundamentis artis noſtræ, loco Reſponſionis, impertire voluimus. *Dab. Lipſiæ in Concilio noſtro d. 3. Martii* 1623.

CASUS VII.

DE

VULNERE FEMORIS.

Requiſitio.

P. P.

DEfenſor inquiſiti Johann. Barth. E. tradidit nobis ſub B. Medicorum Wittebergenſium judicium ſuper qualitate vulneris, quod Johann Caſparo G. inflictum fuit; quoniam itaque Advocatus veſtram ſententiam, antehàc latam, eo ipſo in dubium vocare conatur: Excell. Veſtras mirum in modum rogamus, velint haud gravatim accuratius atteſtatum Chirurgi ſub A. ponderare, conferre, & categoricè reſpondere: *An vulnus hoc per ſe, vel per accidens ob effluxum ſanguinis, lethale factum ſit? &c.* Dab. N. die 19. Martii 1635.

Prætor Lipſienſ.

A.

Inſpectio Vulneris.

CAdaver Joh. Caſpari G. dum inſpiciebatur judicialiter, obſervata duo vulnera punctim facta in ſiniſtrum femur penetrantia, palmo diſtantia ab inguinibus: prius profundè femur læſit; alterum, quod 2. digitis transverſis à priori diſtabat, pedem penetravit totum, lædendo 3. muſculos, perforando arteri[am] & venam, quô factô, ſanguis unà cum ſpi[riti]bus vitalibus copioſè effluxit, & mors ipſa [ne]ceſ-ſariò ſubſecuta. Dab. N. die 29. Augu[ſti] An-no 1634.

D. Joh. Z.
D. Joh. M.
Barth. W. Chirurg.
Hans Georg. H. Chirurg.

B.

P. P.

VUlneris qualitatem, prout eande[m in]ſpectione legali offenderunt Ch[irurgi] probè perlegimus: & quia controverſi[a] in eo vertitur, *an vulnus iſtud per ſe [le]thale fuerit, vel, annon magis mors exin[de] ſecuta, quòd vulneratus non tem[pe]ſti[ve] deligatus, & ſanguinis effluxio c[o]hib[ita] fuerit?* ideò pronunciamus, quòd [...] arteriarum & venarum vulnera: per ſe [ab]ſolutè nullam inferant lethalitatem, ni[ſi] [...] iis in locis, ubi nullâ ope humanâ ſ[an]gui[nis] fluxus ſiſti poteſt. Hinc quia vulnus [...] mori inflictum, arbitramur unanimite[r,] qu[...] etiamſi arteria & vena diſſecta, & aliq[uo]t [mu]ſculi læſi, nihilominus ſanguis in hac pa[rte] [...]cta per convenientia præſidia Chirurg[...] patiensque curari potuiſſet, ſi modò [...] ipſius geſſiſſent ſedulam adſtantes. Da[b.] [Wit]tenbergæ die 28. Jan. An. 1635.

Reſponſum Facultatis Medicæ Lip[ſ]ienſ[is]: ſcilicet vulnus hoc femoris [per] ſe lethale.

COntulimus meditationes noſtras [...] ſponſo Wittebergenſium in Con[cil]io [no]ſtro, & Explicationis ergò hæc ſu[...] placuit, quòd τὸ lethalia, ab *Hipp[ocrate], Galeno, Celſo* & aliis Medicis dupli[...] ſumantur: Primô occurrunt ſæpè [vul]ner[a] quæ ſunt *ex neceſſitate lethalia*, i[.e.] [...] mors ſubſequitur, etiamſi Chirurgu[s] [...] gentia ſua nihil remittat, v. gr. qua[...] vaſa majora pulmonum, perfodiun[tur] [...] ab *Hippocrate Aph.* 18. *Sect.* 6. rec[enſ]enti[...] Deinde dantur vulnera, quæ *mors* [...] *mum excipit*, ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ, quanqu[am] C[hi]rurgus officio ſuo fungitur, obſervatu[m] [...] ea aliquando fuiſſe curata, v. gr. vul[...] triculos cerebri penetrantia, ſubſtan[tiam] [pul]monum, diaphragma lædentia. [...] etiam exiſtunt vulnera, quæ quidem [...] lethalia, v. gr. quando muſculi, venæ [...] minores læduntur, *ſed ex incuria* [...] *aut Patientis mortem cauſantur.* [...]

præſens vulnus applicantes deprehen-
, quòd non quidem ex neceſſitate letha-
it, quàmvis *Hippocrates*, *Celſus* & alii
ibus adſcribant: (1.) ratione contento-
dum ſanguis & ſpiritus vitales profun-
r, (2.) ratione modi effluxûs, dum citò
ſi cum impetu effluit, & (3.) denique ra-
difficilis conſolidationis, quia arteriæ in
uo dilatationis & conſtrictionis motu
& hinc difficilis ſperanda eſt conſolidatio.
pertinebit ad ſecundam vulnerum Claſ-
nulla enim negligentia Chirurgi adduci,
minus in hâc parte affecta ſanguis per
nientia remedia Chirurgica ſiſti, ergò
Chirurgo negligi potuit.— Licèt enim
ndo læſiones arteriarum curatas fuiſſe
t, attamen hoc tantùm verificatur de
ibus, non obſtante etiam artuum ampu-
e, magnum enim diſcrimen intercedit.
rgus ſiquidem amputaturus artus, prius
t ſtrictiſſimam ligaturam, deinde ſan-
atim cohibetur, quod in hoc Caſu non
fieri, quia in tali parte vulnus inflictum,
nullâ ope humanâ ſanguinis fluxum coër-
luerunt; nimis enim anguſtum fuit ori-
vulneris, quam anguſtiam caro muſcu-
& pinguedo occludens adauxit, ut hinc
& vena magna, *quæ hiatu digiti*
verſi diſſecta, conſolidari non potue-
E quibus omnibus apparet, quòd vul-
æſens, non quidem per ſe, ob tres
los, venam & arteriam diſſectam, ſed
c accidens, ſcilicet ob ſanguinis & ſpiri-
italium momentaneum effluxum, letha-
it, & ita nec à Medico, nec Chirurgo
eri hoc potuerit; accedit hoc, quod vul-
s interierit, antequàm Chirurgus advo-
omparuerit, ideò ex eventu, cum *Sen-*
l. 5. p. 4. c. 3. concludendum: *quod*
ulnus actu lethale fuerit &c. Dab.
die 24. Martii 1635.

Ammannus Med. Crit.

CASUS VIII.

DE
LNERE FEMORIS & IN SPECIE MUSCULI FASCIALIS.

Requiſitio.

. P.

Actis hiſce transmiſſis, ut & Informatô,
ntra JOH. ECKARTUM incarcera-
n puncto homicidii in Thoma Löbnero
perpetrati conquiſitô, Domini mei Ho-
iſsimi perſpicient, quâ ratione Facultas
a hujus loci, ob differentiam inter Re-
m Medico-Chirurgicam fol. 17. occur-
& Regiſtraturam Actuarii Miſnienſis,
t, ut judicium veſtrum expetamus:
l. Pand.

An vulnus in Defunctô obſervatum pro abſolutè lethali omninò incurabili habendum ſit nec ne?

Quapropter DNN. meos Honoratiſſimos officiosè rogito, velint haud gravatim Caſum hunc probè trutinare, & quùm ſæpiſſimè Militibus & Officialibus crura atque femora aut ictibus ſclopetariis aut manu Chirurgicâ prorſus auferantur, ita tamen, ut, licèt per aliquot etiam horas vulnerati deligati non fuerint, tamen optimè curati ſint, judicium ſuum deſuper communicent. *Lipſiæ d. 13. Maij 1667.*

Gottfried N.

Inſpectio & Relatio.

QUandoquidem Conſultiſſ. & Prudentiſſimus Senatus hujus civitatis me infra nominatum, Phyſicum p.t. Ordinarium ibidem requiſiverit & rogaverit, ut ratione officii cadaver Viri ictu pugionis hîc interemti inſpectioni oculari ſubmitterem, & de conditione vulnerationis relationem impertirem: Hinc idem una cum reliquis ad id Deputatis & in fine ſubſcriptô Chirurgô Juratô die 22. Februarii in me ſuſcepi, ubi invenimus ictum anteriori femoris dextri parti punctim illatum, ſuperius in principiô muſculi faſcialis deorſum verſus intraſſe & in poſticâ parte exiiſſe, ita, ut vulnus in parte anticâ quatuor digitos latitudine exæquarit, in poſteriori verò parte latius non fuerit, quàm ut digitum quis immittere potuerit; ubi porrò ſub apertione & inquiſitione vulneris obſervavimus, truncum deſcendentem venæ cavæ, ut & arteriæ magnæ, acie pugionis totaliter diſſectum fuiſſe, cujus intuitu Defunctus neceſſariò brevi temporis intervallô ex hæmorrhagiâ periit. Hoc in ſubſidium veritatis, ut inveni, chartæ concredere & referre volui. *Miſniæ d. 22. Febr. 1667.*

Frider. Buſsius M. D. Schol. Prov. Reipubl. Miſn. p. t. Phyſ. Ord.
Andreas Braun, Chirurgus.

Reſponſum I. Facult. Medicæ Lipſienſis, deſuper lethalitate vulneris muſculi faſcialis.

P. P.

POſtquam Claritati Tuæ Epiſtolam, unà cum adjectis Actis & ſententia aliunde obtenta ad Nos exarare, &

An vulnus in Johanne Eckardo, à Thomâ Löbnero interemto, repertum pro abſolutè lethali & omnino incurabili habendum ſit, nec ne?

ſimul percontari placuit: Hinc re probè trutinatâ & perpensâ Relatione Inſpectionis, à Me-

dicô & Chirurgis inſtitutæ tantum obſervavimus, ut nulli quidem dubitemus, vulnus deſcriptum, cumprimis quod Defunctus ſtatim poſt vulnerationem & absque ullis denominatis ſymptomatibus obierit, ſimpliciter & abſolutè lethale, adeoque & incurabile fuiſſe: Cum verò pars vulnerata neque *fol.* 5. ſub actu ſectionis, neque *fol.* 17. in Relatione Inſpectionis clarè & diſtinctè determinetur aut deſcribatur, an vulnus in ſummô femore, ubi neque ad deligationem ejusmodi vulnerum, neque ad hæmorrhagiæ cohibitionem aſpirare poſſumus? Vel an ictus memoratus paulo inferius & ubi vulneratis debitis ligamentis, ſtipticis & ſimilibus ſuccurri poſſet, illatus fuerit? hinc rebus ſic ſtantibus, an vulnus hoc, ut ſc. *fol.* 5. & 17. deſcribitur, abſolutè lethale & omnino incurabile fuerit? hac vice decidere non poſſumus; Maximè cùm in Relatione *fol.* 17. obſcurè admodum referatur, ictum ſuperius in parte femoris anteriori, circa principium muſculi faſcialis inventum: Sub ipsâ Sectione verò obſervatum fuiſſe, truncum deſcendentem venæ cavæ, ut & arteriæ magnæ acie pugionis omninò diſciſſum fuiſſe; jam autem ex Fundamentis Anatomicis conſtat, quòd extra thoracem & abdomen propriè nullus truncus ſive venæ cavæ, ſive arteriæ magnæ, ſed rami, qui in femore iliaci & crurales audiunt, reperiantur: Hi rami quoque principio muſculi faſcialis, vel ubi exoritur, adeò propinqui non ſint, ut vel prope vel intra principium modò allegatum ſimul lædi, vel, ut perhibetur, acie pugionis totaliter reſecari poſſint, quod pro conditione negotii hujus Reſponſi loco referre voluimus. *Lipſiæ die* 13. *Maji* 1667.

Requiſitio II.

OBtentô DNN. meorum Honoratiſſimorum arbitrio, die 13. Maji in punctô ictus Joh. Eckardo â Thoma Löbnerô illati nobiſcum communicatô, ulteriorem Medici & Chirurgi (qui Sectioni præfuerunt) Relationem conquiſivimus, quæ originaliter in Actis occurrit; eaque de causâ judicium ſuum haud gravatim deſuper ſeqq. qq. mihi porrò aperire acquieſcant, rogo; & quidem:

1. *An Vulnus Thomæ Löbnero inflictum pro abſolutè lethali habendum?* 2. *Annon vulnerato, à Chirurgô ſtatim advocato, per ligamenta ſuccurri & hæmorrhagia in eô obſervata coërceri potuiſſet?*

Hoc &c. Lipſiæ die 5. Julii An. 1667.

Gottfried N.

Relatio Medici dilucidior.

CUm ſecundùm tenorem Reſponſi, à Laudatiſſ. Facultate Medicâ Lipſienſi, de vulnere lethali Thomæ Löbnero, Sutori infli concepti, circumſtantiæ nonnullæ in Se ne obſervatæ paulò clarius, ac in priori Rel ne factum, explicandæ ſint: Hinc à Nobi fra nominatis porrò refertur, ictum in par teriore ſummi femoris dextri, è regione p ad diſtantiam manus circiter à principiô ſculi faſcialis ſeu primi tibiam flectentis, v in - aut anteriorem femoris partem incep ita, ut vulnus transverſô modô 5. digit transverſorum latitudinem æquârit ip ictus quodammodò deorſum, verſus pa carnoſam craſſiorem, juxta interiorem o moris partem, ſpithamæ & 2. digit. Geo corum longitudine in parte aversâ retrò e ubi ſub ulteriori eâque cautâ vulneris ſe repertum fuit, haud procul ab initiô vu ramum majorem deſcendentem ſeu cru venæ cavæ, ut & arteriæ magnæ ſimul re fuiſſe, unde vulneratus extemplò, prius Chirurgus aliquis advocari potuit, exſp E quibus circumſtantiis, ut certa me ſpes de qualitate vulneris benè judicari poterit que, ut idem invenimus, officioſè refer luimus. Miſniæ die 8. Jun. 1667.

Frider. Buſſius D. &
Andreas Braun, Chir

Reſponſum II. Facultatis Medic L pſienſis.

CUm obtenta ulteriori Relatione M ici Chirurgi, qui Sectioni præfuerun Cl Tua judicium noſtrum porrò deſideret:

An vulnus THOMÆ LOBNERC ctum pro ſimpliciter & abſolutè let habendum, nec ne? & annon vulne Chirurgo ſtatim adhibitô, per li ta ſuccurri, ipſaque hæmorrhagia ri potuiſſet?

Hinc Dominum hiſce certiorem red quòd juxta Inſpectorum Relationem diorem, in Actis obviam, vulnus hoc pliciter lethali habendum ſit. Quo vulneratio vaſa majora, & quidem non tantùm, ſed & arteriam læſit. 2. Vu transverſum inflictum fuit, dum, ut habet, ramus major cruralis, tam ven quàm arteriæ magnæ ſimul diſſecti fue demum 3. vulnus per ſe in ſummô fem utpote quô in locô ligamenta conſuet dicamenta ſtiptica difficilè applicari cumprimis dum 4. ſanguis in arteriis a tilis, ſpirituoſus & volatilis eſt, ut è gni præſertim arteria, unà cum vitâ citi pat, quàm Chirurgus, citiſſimè lic rens, ad compeſcendum ſanguinem gere, hocque in actum deducere valea

num reſponſi loco celare noluimus. *Li.* *l.* 6. *Julii Anno* 1667.

id. Ammannus Prax. Vuln. Lethal. Dec. 1. *Hiſt.* 3. *p.* 50.

CASUS IX.

DE
LNERE TENDINUM SUPRA GENU.

Requiſitio.

P.P.

Dei gratiam Johannes Sigmundus, archio Brandenburg. Elector &c. &c. gnificamus Vobis, Doctiſſimi Viri, ex iſſima Fiſcalis noſtri aulici Relatione, ſub d incarceratus Jacob N. deductione, vel one ſuâ veſtrum conſilium, *occiſionem N. concernens*, omnibus modis enernetur, prout Copiæ adjectæ pluribus nt: quoniam verò Fiſcalis noſter ejuscontroverſiarum Chirurgicarum ac Men gnarus non eſt, aliquid in hac cauſa is decernere noluimus; cupimus prolementiſſimè, velitis transmiſſa docu-, & quæcunque in allegata defenſione ntur, pro ſalvando veſtro judicio, ac- & collegialiter ponderare, poſtea veſtras s decidendi & alia hûc ſpectantia in notentiam redigere, atque pro informaoſtri Fiſcalis aulici propediem remittere. o ſtudio Clementia noſtra vobis viciſſim it &c. &c. Dab. Coloniæ ad Sprevam Jul. An. 1617.

Mandat. Sereniſſimi Speciale

Fridericus Princkmann, D.

A.

ELATIO FISCALIS.

niſſime, ac Potentiſſime Elector &c. &c.

iſſimam Veſtram Celſitudinem eâ, quâ o ſubjectiſſimâ devotione, celare non uòd incarceratus Jacob N. contra me admodùm prolixum ad Acta deferri it, quòd 6. fermè papyri ſcapis conſtat, nter alia conſpicuum eſt Documentum Chirurgorum Berolinenſium & Colon, deinde Cenſura, quam ſuper Letha- Albrecht N. concepit, & tandem Intum Notarii publici, ex Neapoli Branica, quibus omnibus illud judicium, ntehâc Gratioſiſſima Facultas Medica is, ad juſſum Sereniſſimæ veſtræ Celſin cauſa interfecti Pauli N. ſubjectiſſimè it, infringere allaborat, ſcilicet, *quod Paulo N. ſupra genu ſiniſtrum inflictum, quô etiam quarto die præter omnem Chirurgorum adhibitam induſtriam, propter accedentem ſphacelum, extinctus, minimè lethale fuerit*: Quoniam verò mihi tales controverſiæ Chirurgicæ ac Medicæ notæ non ſunt, veritas nihilominus in hoc negotio maximè deſideratur; Sereniſſimam Veſtram Celſitudinem ſupplex oro, velit clementiſſimè jubere, ut omnia in defenſione conſignata documenta Facultati Lipſienſi Medicæ remittantur, è quibus tandem finale Reſponſum, non neglectis rationibus decidendi, eliciat. &c. Dab. die 2. Jul. A. 1617.

M. Ernſt V. Fiſcal.

Reſponſum Facultatis Medicæ Lipſienſis, ſcilicet vulnus hoc tendinum ſupra genu eſſe lethale.

Sereniſſime Elector &c.

Recordamur ſubjectiſſimè judicii noſtri, quod in homicidio Pauli N. non ita pridem ad juſſum Sereniſſimæ Veſtræ Celſitudinis transmiſimus, hujus tenoris: quia ex inſpectione vulnus Paulo N. globulis minimis inflictum ſupra ſiniſtrum genu quadræ minimæ magnitudine, ſtatim in prima deligatione, juxta Chirurgi atteſtatum, ſphacelatum apparuit, atque nervi cum tendinibus à plusquam 30. granulis, vel globulis minimis mirum in modum contuſi ac lacerati fuerunt, ut citra metum mortis ſubitaneæ inſtrumentis idoneis eximi à Chirurgis non potuerint; ideò ob allegata ſymptomata vulnus hoc abſolutè lethale pronunciavimus. Hanc noſtram ſententiam confirmamus ita: ſiquidem experientia clarum, quod ſæpius etiam minima vulnera ſupra Genu, propter concurſum tendinum, eâ in parte, mors ſubſecuta fuerit; jam, quoniam Pauli N. non ſimplex tantùm vulnus fuit, ſed vulnus cum contuſione, & quidem inſigni, quo nervi ac tendines mirum in modum dilacerati, non potuit non *Gangræna*, ob dolorem, & hanc ſphacelus ſubſequi, quo vulneratum propter putredinem contuſæ partis, & malignos vapores Cordi communicatos, mori oportuit, vid. *Hippocr. libr. de Fractur.* §. 32. *& lib. de artic.* §. 55. *& Avicennam lib.* 4. *Fen.* 4. *Tr.* 1. *C.* 3. quod clariſſimis verbis etiam ſubinnuit celeberrimus Anatomicus, *Caſpar Bauhinus, in Theatr. Anatom. de muſcul. Tib. Læſo tendine ſupra genu, mors communiter ſequitur.* Si proinde hoc evenit in vulnere ſimplici, quid non fiet in eo, quod cum inſigni contuſione conjunctum?

Nec obſtat, quod *D. Albrecht H.* in ſua cenſura adducit, quod granula, vel globuli fuerint minimi, quibus vulnus hoc inflictum. Etenim propter vehementem impetum ſclopeti (minimi etiam) non potuit non contuſio & di-

& dilaceratio ſubſequi; ut nihil dicam de copia granulorum, quæ omnia ad oculum quaſi monſtrant Gangrænam in prima ſtatim deligatione fuiſſe conſpicuam.

Ubi ſimul non poſſumus non fateri, quod Chirurgus coactâ (ut ſic loquamur) methodô, non regulari, curaverit. Purgatio enim, & venæſectio parum hîc profuiſſet, extractio autem globulorum fuiſſet cum periculo vitæ præſentiſſimo conjuncta; amputatio denique minus tuta, utpote quæ ſolùm in corporibus robuſtis locum habet; quid itaque cum Unguento Ægyptiaco perfeciſſet? vix enim ac ne vix Gangrænæ ſerpentis impetum ad cordis penetralia eô ſufflaminâſſet.

Nec valet exceptio D. Alberti H. & Chirurgorum reliquorum, dicentium, *vulnus non præcisè ſupra genu, ſed in ſilveſtri ſiniſtri femoris parte, exſtitiſſe*, inſpectio ſiquidem vulneris legitimè facta plus fidei meretur, quàm hæc aſſertio. Poſito etiam hæc ita ſe habere, idem tamen periculum metuendum, propter tendinem latiſſimum illius loci contuſum, ac dilaceratum; nam & hoc in loco ſphacelus facile oritur, ſimul ac enim dilaceratio adeſt, Gangrænæ metuendum initium, teſtante hoc *Ambroſio Pareo lib. 9. Chirurg. C. 11.* his verbis: *Inſignis contuſio nervorum, aut tendinum, gangrænam inferre poteſt*; cui adſtipulatur *Valeriola Lib. 3. Obſerv. 8. quàm gravia ſint, & quam periculoſa, quæ à Tormentis æneis infliguntur vulnera, ipſa Experientiæ fides clarum facit, ſunt enim plerumque lethalia, ob ictûs vehementiam, & propter Symptomata inde conſequentia, inter quæ Gangræna vel citò hominem rapit.*

Minimè omnium attenditur, ac ſi grandines modò in ſuperficie & carnoſa parte hæſiſſent; quod falſum, ſiquidem Gangræna monſtrat caudam vel tendinem muſculi fuiſſe ſimul læſum, quæ ipſa Gangræna in parte ſpermatica & exſangui ob caloris imbecillitatem tàm ſubitò ſupprimi non poteſt, fatente hoc *Galeno, lib. 6. Aph. 55.* quia malignitas & putridorum humorum exhalatio ex iſta contuſione proveniens, etiam intra paucarum horarum ſpatium, fomitis inſtar, partes principes labefactare conſuevit; hinc ignorantia Chirurgorum elucet, ſcribentium: *vulnera tendinum nequaquam eſſe lethalia*; nec identitas caſuum aliquid certi hîc contra nos concludit; nam caſus, quem *Fabianus Merreth.* allegat, cum præſenti nihil habet commercii; quæſtio enim tantùm principalis eſt, an per ſe lethale ſit, quando tendines ſupra Genu ab impetu globulorum quadræ magnitudine vulnerantur ac lacerantur? quam antehàc & impræſentiarum affirmativè reſolvimus. Dab. Lipſiæ d. 1. Aug. Anno 1617.

CASUS X.
DE
VULNERE TIBIÆ.

Reſponſum Facultatis Medicæ Giſſ[…] ſuper Illethalitate vulneris tibiæ.

CUm juſſu Sereniſſimi Noſtri Clementi[…] Facultati Medicæ hujus loci injun[…] fuerit, ut judicium ſuum & ſententiam de[…] vulnere, die 8. Dec. elapſi nuper 1690. a[…] Chriſtianô Schorniô, Piſtore & Incola […] ſenſe, conjugis ſuæ Annæ cruri ſiniſtro […] ctum bipennis illatô, & quô hæc ipſa quin[…] hinc die obiit, aperiremus & transmitte[…]

Hinc ut Mandato huic Principali hu[…] cum Devotione morem gereremus, N[…] canus & Profeſſores Ordinarii Facultat[…] dicæ h. l. transmiſſum nobis Protocollu[…] cum Relatione à Cellario binisque Ch[…] deſcriptum, prout decet, diligenter perle[…] & ita, præviâ maturâ ponderatione omn[…] ſingularum illic contentarum circum[…] rum, principiis Artis & ſanæ rationi co[…] neum judicamus.

Obortô quôdam diſſidiô inter Chri[…] Schornium hujusque Conjugem Anna[…] die 8. Decembris, ab illo, Maritô ſuô, […] nis ictu, cruri ſiniſtro injectô, ita affecta […] ad manus latitudinem ſupra malleolu[…] externum, inter tibiam & fibulam vuln[…] rum digitorum latitudine per transverſ[…] natum ſit, mucroque bipennis per tibia[…] ad medullam penetraverit, minusque […] mentum & exploratorium cavitati tibi[…] potuerit: Quô factô mulier, donec C[…] acceſſerit, vulnus obligavit, & hæmor[…] compeſcuit, utut in magna copiâ & plu[…] menſura caperet, ſanguinis effuſum fue[…]

Quamvis etiam Chirurgus allega[…] nus hocce, manè æquè ac veſperi, ſed[…] modùm obligaverit, hoc etiam, u[…] quintum, à nimiâ illâ hæmorrhagiâ, d[…] perhibent, mediocriter ſe habuerit, […] eôdem quintô die, Sabbathi ſcilic[…] erat 13. Dec. nova ſanguinis profuſio […] & antequam Chirurgus, poſt 5. horæ […] tes, revocari potuerit, ultra duas men[…] guinis, immani ſimul ſpirituum & vir[…] lium jacturâ, effunderet, ita ut nulla […] ligatura opem tulerit, ſed ipſa mulie[…] dentibus prius inſignibus animi deli[…] dem adhuc die exſpiraverit. Sub In[…] autem vulneris poſt obitum obſervat[…] quòd præter ſupra dictas læſiones no[…] ramus arteriæ cruralis externus, ſed […] næ atque tendines circa eandem […] diſciſſi fuerint. Omnia ſecundùm […] Relationis & transmiſſi Protocolli.

Utut verò jam Vulnera vaſorum […] tam venoſorum, quam arterioſoru[…] pote quæ hoc in paſſu præcipuè co[…] nem merentur) juxta ſententiam […]

lib. 2. Prorrhet. XIX. 1. *Ed. Lind. &*
Prænot. Sect. III. p. m. 573. *n.* 387.
Cornel. Celſi lib. V. cap. 26. §. 2. pro le-
bus & inſanabilibus habeantur; & qui-
hanc ob cauſam, quoniam juxta *Celſum*
§. 3. exhaurire hominem profuſione ſan-
s poſſunt; quem *Galen. l. de Vivor. A-*
n. c. 1. meliorem vitæ theſaurum, de
natura maximè ſit ſollicita; *lib. de cu.*
per S. M. C. V. commune partium cor-
noſtri alimentum & fomentum caloris
i; *Comment. V. aphor.* 46. ſuccum val-
bis amicum, & *lib. loc. aff. c.* 4. omnium,
n corpore noſtrô ſunt, maximè nobis fa-
rem appellat humorem: & quia hæmor-
as ejusmodi quamplura gravia & formi-
a ſymptomata, ſcilicet, ſecundùm *Hip-*
t. 5. Aph. 3. & 7. *Aph.* 9. convulſiones,
ltus, deliria; imò ſecundum *Galen. l.*
M. c. 10. lipothymia, ſyncope, totius
ris refrigeratio, decoloratio, cachexia,
ps, orthopnoea, ventriculi & hepatis
illitas, apoplexia, paraplegia tandem-
nors ipſa ſequuntur: Tam immanes et-
arteriarum cumprimis, hæmorrhagiæ,
nuitatem, ſpirituoſitatem & calorem
inis arterioſi, compeſci nequeant, &
llæ in profundô ſitæ ſunt, vis & effica-
mediorum externorum eò prorſus per
e non valeat, nec ipſa vaſa prehendi,
neque ob continuam pulſationem du-
ue & membranoſam ſubſtantiam conſo-
poſſunt, teſte *Galen. l. 5. Meth. Med.*
. & 8.

ttamen & quoniam *Hippocrat. l. c.*
het. vaſa majora, quorum vulnera ut-
ùm lethalia ab eô habentur, ipſe de-
at & teſtatur, quòd ea ſint, quæ in col-
nguinibus ſunt; quibus *C. Celſus l. d.*
grandes & intus conditas in alis & po-
s, easque, quæ ad anum teſticulosque
iunt, addit: In hac muliere autem nul-
modi majora vaſa, ſed rami tantum ar-
c venæ cruralis externæ ſupra malleo-
edis (quæ vaſa neque tam magna craſ-
nec etiam profundè ſub carne abſcon-
) vulnerati fuerunt: Adhæc *Hippo-*
etiam *l. d.* §. 5. expreſsè docet, quod
n vulnera ante à ſe nominata ſummè
& periculoſa ſint, non tamen ita, (ut
ſubjungit) ut nemo ex his evadat, ve-
atur: Cauſam ſimul addendo.

apropter etiam *C. Celſus. l. d.* poſte-
la vulnera non ad claſſem inſanabilium,
rum, quæ difficilem curationem ha-
refert, & paulò poſt illa periculoſa qui-
mala, non tamen lethalia vocat.

quoniam *Galenus t. 5. M. M. c. 7. &*
cur. rat. per S. M. c. ult. non tantùm
demonſtrat, quod arteriæ vulneratæ
venis enim res tam difficilis non eſt)
ant & conſolidari poſſint, illos quoque,
qui aliàs hoc inficias eunt, fusè ſolidéque refutat: ſed & ipſe teſtatur, ſe vidiſſe in mulieribus & pueris arterias & in fronte & in malleolò, & in articulo brachii ſummæque manus medio glutinatas: Imò ſe vulnus arteriæ in brachiò juvenis cujusdam, quam imperitus quidam Chirurgus locô venæ ita ſecuerat, ut ſanguis confertim proſilierit, per unicum emplaſtrum intra 4. dies absque ullo accidente p. n. curaſſe. Quam ſententiam Galeni *Avicenna lib. 4. Canon. Fen. 4. Tract* 1. *c* 1. non tantùm confirmat, ſed & de ipſo teſtatur, arteriam ſe vidiſſe glutinatam, quæ erat ſub baſilicâ, & in crure & in temporibus, conf. *Guil. Fabr. Hildanus Cent.* 2. *Obſerv.* 8. *p. m.* 85. *& Cent.* 4. *Obſ.* 57. *p.* 329. & licèt *Galenus l. c. de M. M.* confiteatur conſolidationem arteriarum ob duritiem tunicarum difficilem eſſe, poſtmodum tamen addit, at non impoſſibilem, cauſam ſubjungens: Neque enim arterias ita ſiccas durasque eſſe, ut os & cartilaginem, ſed longè molliores, carnoſioresque; ac proinde eò minus de unitione ſectionis deſperandum eſſe, quando arteriæ fuerint parvæ & hominis corpus naturâ molle, *Conf. Sebiz. Prodrom. Exam. Vulner. Part.* 3. §. 124. & quoniam hujus vulneratæ, tanquam mulieris, corpus ita ſe habuit, vulneraque corporibus mulierum, puerorum & eunuchorum inflicta, ob mollitiem & humiditatem illorum multò citius & facilius curari poſſunt, quàm illorum, qui ſiccioris & durioris conſtitutionis ſunt, prout ſenum, teſtibus *Galenô & Avicennâ*: *Item Sebiz. loc. cit.* §. 119. 138. hinc ſententia illa in præſenti ſubjectô eò magis locum habet; Et quia proptereà ex his omnibus ſufficienter apparet, quod vulnera arteriarum non ſimpliciter incurabilia ſint; hinc facilè concludere licet, quid de hoc vulnere, ubi ramus arteriæ cruralis ſupra malleolum externum (ſiquidem reliquæ venæ & tendines, juxta Chirurgorum relationem, ſimul læſi longè minoris momenti ſunt) diſſectus fuit, cenſendum ſit? vel exinde quoque, quòd vulnus ab extra non anguſtum fuit, ſed 2. digitorum latitudinem adæquavit, adeoque medicamentorum proficuorum applicatione arteriæ vaſisque læſis eò facilius ſuccurri potuerit: Arteria quoque non ſecundùm longitudinem, ſed latitudinem, in transverſum, vulnerata & diſſecta fuerit: Latitudinalis enim arteriæ ſectio promptius conſolidatur, quàm apertura ſecundùm longum, ut idem ex *Arnoldo* allegat *Guido de Cauliaco Tr. III. doct.* 1. *c.* 3. *& Andreas Veſalius lib.* 1. *Chirurg. Magn. cap.* 1. ſcribit: Interdum arteriam, ſi transverſim vulnerata ſit, præcidere ex uſu eſt. Confer. *Sennert. Pract. Med. l.* 5. *P.* 4. *c.* 14. *Progn.* 4. *Fernel. lib.* 2. *MM. c.* 18. *ap. Gregor. Horſt. Inſtit. Med. Diſſ.* 18. *Coron. de V. S. p. m.* 343.

b. Nec ignotum eſt, quòd non tantùm arteriæ minores certis in caſibus tutò & magno cum

emolumentô aperiri & conſolidari, imò & pes integer ſub flexurâ genu, & ita altius quàm in malleolô, ſine vitæ periculô, ſi cætera ſint paria, amputari poſſit.

E quibus omnibus eluceſcit, quòd, cum in hâc vulneratione, inſignem illam hæmorrhagiam ſi exceperis, nulla ſymptomata periculoſa ſe truſerint; hæmorrhagiæ autem illi per ſuturas, ligaturas, ſtiptica & tandem igne & cauteriis, totalique arteriæ læſæ reſectione lege Artis obviam iri & ſuccurri potuiſſet, ſi Chirurgus (cujus dexteritas & experientia hîc præſupponitur) ſtatim & ubique adfuiſſet, vulnúsque fortè non neglectum & inſuper habitum fuiſſet: Nec vulnerata ipſa vini potu (ut puella juxta depoſ. 4. Teſtis retulit) vel ira vehementique animi commotione (cujus inquiſitionem Dn. Judici relinquimus) ultimæ hæmorrhagiæ cauſa exſtitiſſet, vita ejus adhuc conſervari potuiſſet, cùm quàm maximè ſanguinis fluxus ad 5. usque diem cohibitus fuerit, ipſumque vulnus (ut perhibetur) hucusque benè ſe habuerit. Adeoque ſæpius allegatum vulnus pro ſimpliciter & abſolutè lethali non habendum. Confer. *Reſponſ. Facultat. Med. Wittenb. ad Caſ. XLI. Med. Crit. Ammanni p. m.* 273. *Lit. B. Welſch. Ration. Vuln. Leth. jud. c.* 14. *pag.* 13 *cap.* 15. *pag.* 165. *Bohn. de Renunciat.* *Sect.* 1. *pag.* 62. *ſeq. & Appendic. ad h. l* 400. Atteſtante Sig. Facult. Ordinar. *Sign ſæ die* 13. *Febr.* 1691.

Decanus & Profeſſores Ord. Fa
Med. Giſſ.

Facit huc

APPENDIX

Quâ Celebris DN. BOHNIUS ex tiſſimum *de Renunciatione Vulnerum* claudit: Artuum, *inquit*, vulnera per thalia minimè dici poſſunt, vel quod u rum ſine vitæ diſcrimine ſuperſedere que vel quod ab omni parte medicamenta, tiones, ſuturas, aliasve operationum C gicarum promptè ſatis admittant. Unu tùm eſt, quod ex his, per inevitabilem n tatem, ſauciatos aliquando ſuccumbere vaſorum nempe ſanguineorum & ner perforationes ac præciſiones illæ, quarur ptomatibus lethalibus, hæmorrhagiæ mùm & convulſionibus totius, nullun lium præſto eſt, id eſt, trunco corpor piorum.

PANDECTARUM MEDICO-LEGALIUM

PARTIS II.

SECTIO VI.

DE

LETHALIBVS VASORVM LÆSIONIBUS.

INTRODUCTIO.

§. I.

IN præcedentibus Sectionibus jam aliquoties dictum fui vulnera partium, in ſe minus periculoſa, in ſimpliciter & abſolutè lethalia evadere, ſi rami vaſorum majores perforentur, cùm ob præcipitem humorum effluxum unà cum viribus, vita peſſum eat; quapropter è re fuerit, ſi & vaſoru læſiones, addiderimus, in quibus non immeritò majorem ἀκρίβειαν d

in hiſce verſatiſſimus Dn. *Bohnius Tr. de Renunciat. Vuln. in genere Sect.* 1. 187.

§. II.

Scilicet ut triplicia ferè ſunt C.H. vaſa: Nervoſa, Lacteo-Lympha- & Sanguifera: Ita de prioribus Autores aut parci, aut magis muti quàm piſces. NERVORUM ſanè vulnera lethalia pauciſſima enu- ant, & vix ultra principium ſpinalis medullæ lethalitatem illorum ex- dunt, cùm tamen vulnus in nervis quam minimum ad ſenſum, ſit imum in receſſu, juxta *Dn. Wedelium in Diſp. de punctura §. XXXVII.* quam verò è *Williſii & Vieuſſenii Nevrologiis* innotuit, quantum ner- um, etiam longè diſſitis partibus implicatorum, plexus conſenſum t cum nobilioribus C.H. viſceribus; quàm funeſtæ è vulneribus um convulſiones & epilepſiæ oriantur; quàm profundus illorum ; non potuerunt non plura etiam nervorum vulnera pro ſimpliciter libus haberi, cumprimis autem vulnera paris octavi phrenici, ple- n majorum in abdomine &c. *vid. Bohn. c.l.p.* 161.

§. III.

De VASORUM LYMPHATICORUM vulneribus altum pa- ſilentium eſt in Scriptoribus Medico-Legalibus, inde fortè reli- , quòd ſub inſpectionibus Vulnerum illorum læſiones in ſenſum incurrant & vix lynceis oculis obſervari queant. Interea tamen ru- s illorum per ſe quoque lethales eſſe, cumprimis ſi truncus inter m & cavam adſcendens, aut plures illorum ramuli, circa portæ in te confinia, lædantur, è *Cornel. Stalpart. van der Wiel, & Solingio* at citatus modo *Bohnius l.c. Sect. IV. p.* 398.

§. IV.

De VASORUM SANGUIFERORUM, tam venoſorum, arterioſorum vulneribus autem plures hinc inde hiſtoriæ occur- ; in quorum lethalitate determinandâ unanimiter in hôc conveni- quòd, ſi aut truncus illorum aut rami majores violentur, ob hæ- hagiam incompeſcibilem, mortemque brevî inſequentem, vulne- ſe, abſolutè & ſimpliciter lethalia evadant, ut de Aortæ & Venæ vulneribus *Caſ. XVIII. Sect. IV. Part. II.* diximus; quod ſimiliter de illorum, majoribus axillaribus, ſubclaviis, cœliacis, meſentericis, cis emulgentibus & ſpermaticis ſtatuendum, conf. CAS. II. & VIII.

§. V.

Neque de internis tantùm & in profundo locatis, ſed & aliis non abſconditis ramificationibus hoc intelligendum. Unde ad vul- abſolutè & ſimpliciter lethalia quoque referuntur vulnera Carotidis AS. III. Jugularis externæ in CAS. IV. Jugularis internæ in CAS. V. Vaſorum Brevium & Gaſtricorum in CAS. VI. iliacorum in CAS. VII. & tandem plurium in Omento ejusque confiniis in CAS. VIII.

CASUS

CASUS I.
DE
VULNERE RAMI ARTERIÆ MAGNÆ SUB AXILLA.

Inſpectio.

AD requiſitionem ſolennem Præfecti Ducalis Saxonico-Merſeburgenſis, qui Delitſchii eſt, DN. JOH. BALTHASARIS FREUNDII, nos infra nominati in præſentia Scabinorum eò Deputatorum, die 14. Dec. in Prædio Nobili Eſcherniz, Generoſum Virum, *Johannem Henricum ab Haubiz*, pridie ex ictu ſub duello inflictô intra quadrantem horæ exanimatum inſpeximus, ſub accurata inquiſitione ictus obſervantes, eundem ad trium digitorum transverſalium longitudinem, ſub brachiô ſiniſtrô, quatuor digitorum transverſorum diſtantiâ ſupra cubiti articulationem, prope venam baſilicam, inter cutem & muſculos, ſuperiora verſus, in ramum arteriæ magnæ ſub axilla penetraſſe, unde ingens ſtatim ſanguinis copia profluxit. Quoniam igitur ictu hoc ramus major arteriæ magnæ inſigniter violatus fuit, & conſequenter ſanguis arterioſus, cum ſpiritibus vitalibus confertim erupit, hicque fluxus ſtatim, quacunque etiam curâ adhibitâ, ſiſti non potuit; hinc vulnus hoc pro lethali habendum, & ex eô vulneratus neceſſariò periit.

Hoc propriâ ſubſcriptione teſtari voluimus. *Sign. die 15. Dec. An.* 1671.

Valent. Andr. Mollenbrock
D. M. Hallenſ.
Eſaias Hartman, Chirurg.
jur. Delicienſis.

Reſponſum Facultatis Medicæ Wittenbergenſis, deſuper lethalitate vulneris arteriæ axillaris.

P. P.

OBlatô nobis Caſu, noſtroque judicio deſiderato, dum ſcilicet bini Nobiles, alter Haubizius, alter verò Lorhau genere, punctim dimicârunt, & Haubizius vulneratus fuit: Ictu ad trium digitorum transverſalium longitudinem ſub brachiô ſiniſtrô, quatuor digitorum transverſorum diſtantiâ ſupra cubiti articulationem, prope venam baſilicam, inter cutem & muſculos, ſurſum verſus in ramum arteriæ magnæ ſub axillâ penetrante, indeque ſtatim magnâ ſanguinis quantitate erumpente, adeò quidem, ut ob defectum Chirurgi Sanguinis fluxus cohiberi nequiverit, ſed vulneratus intra ſemihorulam circiter poſt inflictum i[ctum] exſpiraverit;

Optaſſemus quidem, ut Relatio Inſp[ectio]nis, in originali, vel ad minimum in f[ide] probante, prout aliâs moris eſt, adjecta [fuiſ]ſet, quò curatius inde informari potuiſſe[mus] quàm profundè, & quâ ratione ictus in ra[mum] arteriæ magnæ, ut hîc aſſeritur, penetra[verit] & an primum arteria brachialis, abhinc a[xilla]ris & ſubclavia, & tandem arteria magn[a] læſæ & apertæ fuerint, cum in caſu pro[poſito] rami arteriæ magnæ mentio fiat, quod t[amen] difficilimè contingere & ægrè quis con[cipere] poteſt.

His tamen ita ſe habentibus, & ſi ictus [in] Relatione transſcripta habetur, tam pro[fun]de in ramum arteriæ magnæ ſub axillâ pene[trave]rit, præviâ maturâ deliberatione eunde[m] vulnere ſimpliciter lethali & omninò i[ncura]bili habendum eſſe dicimus, quoniam [per] ſionem arteriæ magnæ ſanguis, & cu[m] ſpiritus vitales confertim pereunt, & o[b con]tinuum arteriæ motum hæmorrhagia [...] ex eadem causâ ſufficiens deligatio, ac[...] bendum ſanguinem, tam citò adhiberi n[on] po]tuit. Quod Reſponſi loco Nob. T. ce[...] quivimus. *Sign. Witteberga, die* [...] 1674.

Decanus, Senior & Prof[eſſores]
Facult. Med. ibid.

CASUS II.
DE
LETHALITATE VUL[NE]RIS VENÆ & ARTERI[Æ] SUBCLAVIÆ.

Reſponſum Facultatis Medicæ [...]

POſtquam anno 1715. *Johannes H*[...] Franckenavienſis ictu in collo ita [...]tus fuerit, ut intra quadrantem horæ i[...]tem animum exhalârit, & abhinc Med[...]dinarius & Chirurgus Franckenber[...] Magiſtratu loci requiſiti erant, ut cad[aver] mortui inſpicerent, juxta tenorem R[...] & teſtimonii inſpectionis obſervatum [...]nus 1. ad latitudinem pollicis inter cl[avicu]lam (quæ leviter inciſa fuit) & prima[m co]ſtam ſiniſtri lateris juxta axillam usque [in ca]vitatem thoracis, & quidem transverſ[...] netraſſe, Venâ juxta arteriam ſubclavia[m læ]ſâ, adeò, ut tota pectoris cavitas ab [ex]vaſato & congrumato ſanguine reple[ta fue]rit, qui ob muſculum orificium vulne[ris ob]turantem effluere non potuerat, illæſ[is] tra pulmonibus & corde cum omnib[us] [...]

n vaſibus. 2. Uterque pulmonum lobus
phragmati & dorſo annati fuerunt, quo-
n ſubſtantia inſigniter corrupta, colore cœ-
eo deturpata, & hinc inde nodis ſcirrhoſis
ricantibus, inſtar lapillorum lentis magni-
linem habentium perfuſa: Venæ autem
icô, ſed ſeroſô ſanguine repletæ fuerunt.
Reliqua viſcera, hepar ſc. renes, lien &c.
tatu naturali conſtituta, ac 4. Ventricu-
cum inteſtinis flatibus dilatata erat; &
amvis occiſus incuſatus fuerit, quod eo
n veſpere (pro more) plurimum potûs
mſerit, unde idem contingere potuerit,
men inſignis hernia inteſtinalis, quâ diu
bravit, ſe truſit, cui ordinariò flatus ſunt
juncti. 5. Poſt cranium ablatum omnia
iliter naturaliter ſe habebant, niſi quod
ninges ad quantitatem capitis aciculæ per
uram ſagittalem enatæ fuerint.

Quandoquidem verò non tantùm Ampliſ-
Facultati Juridicæ, ſed & Facultati noſtræ
cæ à Dn. Defenſore inquiſiti & Marbur-
arcerati Saltuarii ſequentes III. Quæſtio-
ropoſitæ ſunt: *An* ſc. I. *Inſpectio corpo-
odò denominati defuncti* Johannis Heſ-
*Franckenaviæ legaliter & juxta teno-
Conſtitutionis Criminalis Caroli V. in-
a, & conſequenter viſum repertum le-
è formatum ſit, ut Fiſcalis Inquiſi-
le jure de homicidio accuſare poſſit?*
. *An etiam viſum repertum juxta
s ſub inſpectione & ſectione conſide-
s & probè notandas circumſtantias,
quoad materialia conceptum, ſicque
ris qualitas aliæque circumſtantiæ
ò neceſſariæ exactiſſimè examinatæ &
natæ fuerint?*
*n & 3. vulnus per ſe & abſolutè le-
cenſendum ſit nec ne?*

inc Nos Decani, Senior, Doctores &
ſores Facultatis Medicæ Giſſenæ præviâ
ti & maturâ perlectione & ponderatio-
ptorum nobis communicatorum princi
tis conſentaneum eſſe dicimus, quòd
Quæſtio Dominos JCtos quidem con
; quoniam verò Defenſor aliquot du-
ovit, quæ & Medicos quodammodò
t, hinc quoad 1. 2. & 3. dubium in-
relinquere noluimus, quod licèt Chi-
juxta tenorem Conſtitutionis Crimi-
usque Artic. 149. ante inſpectionem
di legalem prius jurare teneantur,
amen à Phyſicis Ordinariis, intuitu ju-
i ſub acceptatione officii publici ab il-
titi, extorqueri non poſſit.

Vid. *Claſſen. in Commentar. ad Artic.* 147.
ail. Obſerv. III.
arpzovius Prax. Criminal. Part. I. Quæſt. 26.
l. Pand.

Quod idem à celeberrimis noſtri Seculi JCtis, in ſpecie verò

Stryckio de jure ſenſuum Diſſ. 1. *c.* 2.

ad Licentiatos quoque & Doctores promotos extenditur, qui intuitu juramenti, quod ſub & ante promotiones depoſuerunt, ad ſimiles actus de novô jurare non tenentur, ut non tantùm Ampliſſima Facultas Juridica Francofurtenſis ad Oderam, atteſtante modò laudato *Stryckio*, idem juribus conſentaneum eſſe judicavit, ſed & Dnn. Medici Lipſienſes anno 1657. in cauſa homicidii à Joh. Döringio in G. Geislero perpetrati in contradictoriô obtinuêrunt,

Vid. *Ammannus in Proleg. Prax. Vulnerum lethalium* §. 8.

Unde ſimilis Rei exceptio, quam à juramento Medici haud præſtito petierat, à DNN. Scabinis Lipſienſibus rejecta fuit, atteſtante

Bohnio in Medic. Forenſi Specim. 1. §. 14.

Porrò nec quoad 4. dubium neceſſariò requiritur, ut telum vulneri applicetur, dum eô ipsô facilimè adhuc vaſa quædam ſanguifera lædi poſſunt: quô factô Reus adhuc majores exceptiones & effugia prætendere poſſet. Reliqua dubia gloſſasque intermixtas DNN. JCtis relinquimus, abſtrahentes à conjecturis & perſonalibus nobis incognitis.

Quod verò II. Quæſtionem concernit, non invenimus, qua ratione viſum repertum in præſenti caſu formatum nobisque in copiâ transmiſſum quoad materialia reliquasque circumſtantias culpari poſſit, cùm quantitas æquè ac qualitas vulneris illîc ſatis ſupérque expreſſa ſint, omniaque in ſubſidium Rei hîc formata dubia nequicquam relevent, dum 1. nequicquam intereſt, an vaſa hæc majora in longitudinem, an in latitudinem ſint diſſecta? an in totum, an ex parte ſint diſciſſa? hæcque tam propè ſibi adjacent, ut haud difficulter ſimul feriri poſſint. Licet etiam 2. adhuc alia vaſcula minora ſimul violata fuiſſent, attamen vaſa majora, tanquam potiora, ſufficere poterant ad qualitatem vulneris determinandam. Quoniam verò ſtatim hæmorrhagia lethalis abſque ulla ſuppuratione inſecuta fuit, hinc in 3. dubio omnes, aliàs Celeberrimi Medici, impertinenter allegati fuerunt; & cur 4. ſanguis extravaſatus, ex una pectoris cavitate in alteram penetrare non poſſet? qui in pleuritide ſæpe per ipſorum pulmonum ſubſtantiam penetrare ſolet? Quid 5. impedit, quò minus pulmones adnaſci poſſint, cavitate licèt vacua manente? & in idem recidit, an in dorſo, pleura aut diaphragmate adnaſcantur, inter quæ ſanguis extravaſatus ſufficiens adhuc ſpatium nanciſcitur, cujus defectu tamen æger tandem à ſan-

ſanguine extravaſato ſuffocari debuit, maximè, quod 6. muſculus orificium vulneris obturans ſanguini quidem effluxum è corpore interclusit, influxum verò in pectoris cavitatem impedire non potuit. 7. Ponderatio ſanguinis extravaſati hîc non neceſſaria fuit. 8. Pulmones quoque ſufficienter examinati & deſcripti: in reliquis verò cavitatibus nequicquam ulterius inventum fuit. Omiſſio autem nominis muſculi ſubclavii Orificium obturantis. 9. pro errore Anatomico reputari non debet. Potûs autem amorem 10. Medicus in Relatione ſuâ ſatis expreſſit; & dum 11. tam vehementi & ſubitaneæ hæmorrhagiæ neque herba neque emplaſtrum ſuccurrere poterant, hinc 12. pariter nec dilatatio vulneris, nec laudata aliâs paracenteſis pectoris hîc locum invenire potuerunt.

Quamvis jam DN. defenſor in deductione quæſtionum 1. & 2. è plurimis Experientiſſimis Medicis optimè allegârit, in ſimilibus caſibus diætæ aliarumque cauſarum externarum æquè ac infirmitatis corporum præcedentis rationem habendam eſſe; attamen & quoniam hæc talia tantùm vulnera leviora & ex accidenti lethalia deteriorare, in ſimilibus verò caſibus & hæmorrhagiis enormibus, neque juvare neque nocere poſſunt, invaletudo allegata nullius ponderis eſt, dum nullius vomicæ præſumtio hîc militat, tandemque ſtatus valetudinarius lethalitatem vulneris, juxta

> *Bohnium in Exam. vuln. lethal. pag.* 92. 94. 101.

non tollit: Cæterum deſcripta & læſa in viſo reperto vaſa ſub clavicula adeò abſcondita latent, ut ad illa neque pertingi, neque hæmorrhagiæ obviari poſſit, ipſaque magnitudinis intuitu adeò inſignes ſunt, ut, ſi tantum rami illorum, ſc. venæ jugulares & arteriæ carotides interiores vulnerentur, hæmorrhagia lethalis inde oriatur, ut præter *Hippocratem* & *Celſum*

> *Sennertus lib. V. Pract. Part. IV. cap.* 3. *pag.* 369.
> *Ammannus in Irenico pag.* 170. *Praxi Vuln. leth. Dec. I. Hiſt.* 7.
> *Bohn. l. c. pag.* 273.
> *Fac. Med. Roſtoch. in Pandect. Medico-Legalibus Part.* 2. *Sect. VI. Cas. IV. pag.* 53.

aliique Caſuiſtæ ad unum omnes ſtatuunt; hinc affirmamus ultimam quæſtionem, vulnus ſc. hoc, ob rationem ante datam mortémque tam ſubitò ingruentem, ſimpliciter & abſolutè lethale fuiſſe: Atteſtante ſigillo Facultatis noſtræ. Giſſæ die 20. Jun. 1716.

Decanus, Senior, Doctores & Profeſſores, Facultatis Med. Giſſenæ.

CASUS III.

DE

VULNERE CAROTIDIS IN-TERNÆ & MEDULLÆ SPIN[A]LIS, CIRCA VERTEBRAM COLLI.

Requiſitio.

V. V. Nob. Nob. celare nequeo, q[…] tione die 19. Martii nuper diff[…] veſperi circa horam X. Tragicus hîc Ca[…] ciderit, dum miles quidam ſub Chiliad[…] ctorali mihi concredito, nomine JOH. […] CHRISTOPH. FORSTERUS Chiru[…] quendam, CHRISTOPHORUM ST[…] BERGIUM ictibus quibusdam cæſim[…] ita vulneravit, ut die inſequente, à […] die horâ 2. obierit. Quùm ergò paul[…] Defuncti corpus à Medico quodam bi[…] Chirurgis Scabiniſque Civitatis hîc inſpe[…] & poſtquam proceſſus inquiſitionalis […] nuatus fuit, per Sententiam aliunde ob[…] deciſum fuerit, ut judicium Collegii[…] dam Medici de hoc Caſu:

> *An ſc. vulnera inflicta ita comp[…] fuerint, ut vulnerati vita nullo[…] ſalvari potuiſſet?*

acquireretur; Hinc Dnn. meis Hon[…] mis Atteſtata, de Inſpectione inſtituta […] inſerta, cum Sententia Judiciali, i[…] fide dignâ, transmitto, officioſè […] tans, velint illa diligenter perlegere, […] ponderare, ſuumque mihi judicium […] tire:

> *An vulnus à Joh. Chriſtoph. Förſt[…] functo Chriſtophoro Stollbergio […] ctum ita comparatum fuerit, ut […] ratus nullò modò inter vivos co[…] ri potuerit?*

Id officiis meis &c. *Wittenbergæ* […] *Martii* 1668.

Joh. Heim[…]

Inſpectio vulneris.

QUandoquidem Judicio Crimina[…] loci heſterno die à JOH. GEO[…] WIEDNERO, Cive & Chirurgo in[…] fuerit, qua ratione Chriſtophorus S[…] Chirurgus Pegavienſis, qui die 9. huj[…] ri inter 9. & 10. horam à Milite peſſim[…] ratus & in capite periculosè læſus fuer[…] circa veſperam epilepſiâ accedente obi[…]

e manè, horâ 8. Perſonæ Judiciales , unà Notario Judiciali in ſupradicti Wiedneri ſe contulêrunt, ibidemque in hypocauſto æ contignationis occiſum lecto incumben-, & ſequenti modô vulneratum inveni-: 1. Vulnus Capitis ad 4. dig. transver-m diſtantiam retro aurem ſiniſtram inci-s longitudine manus antrorſum vergebat, andibulam tranſierat, de cæterô ſatis pro um, ut juxta Medici relationem muſculi t flectentes, venæ jugulares & arteriæ ca les, ut & medulla ſpinalis læſa fuerint. 2. mmitate capitis pariter vulnus duorum orum transverſorum latitudine appare- quod per cutem ad cranium usque per-bat. 3. In ſiniſtrâ manu tres priores di-ulnerati erant, procul dubio, quod oc-enſem manu prehenderit. *Actum Wit-ergæ die* 11. *Martii* 1668.

Martinus Mauer, N.P.C.
& Judicialis.

Relatio Medici.

b inſpectione Chirurgi die 11. hujus in-itutâ obſervatum fuit 1. Vulnus cæſim m ad digiti transverſi majoris diſtantiam re ſiniſtrâ, quod ab extremitate maxillæ oris usque ad cervicem penetravit, 2. di-m latitudinem profunditate, manum-ajorem longitudine emetiens, quô non n muſculus maſtoideus aliique capitis uli, ſed etiam vena jugularis externa to-, interna verò & arteria carotis ad di-tatem diſciſſa fuerunt ; vertebrâ colli ſi-d dimidiam partem diſſecta, ſpinalique lla violata. 2. Ictus pariter cæſim in-, 2. circiter dig. longitudinis in capite, uturam coronalem verſus frontem pro-s, qui tamen ultra cutem, pericranium rioſtium craniumque ex parte nequic-ulterius læſit. 3. Similis ictus inciſo-tempore lateris dextri, quô cutis tan-apillis inſtructæ portio, dimidium digi-ata, ſeparata fuit. 4. In ſiniſtra manu riores digiti, in articulationibus ſupe-us quodammodò inciſi fuerunt, cùm ratus ipſe gladium fortè manu prehende-ue hac ratione læſerit. Quamvis autem ſe-s & tertius ictus, ut & digitorum læſio tan ſiderationis non videantur eſſe: Cùm ta-primô non tantùm tot muſculi, ſed & & arteriæ læſæ fuerint, hinc vulneratio (ob largam ſanguinis profuſionem, & nulla deligatio adminiſtrata, ſimiliter nedulla ſpinalis, & quidem circa ſecun olli vertebram læſa, ac convulſiones & ſia inſecutæ fuerunt) ratione ſymptoma-upervenientium pro vulnere lethali ha-beri debet, quod ex *Hippocr. Cornel. Celſo, Foreſto & Fallopio* pluribus videre licet. *Val. Pand.* *Wittenbergæ die* 12. *Martii Anno* 1668.

Johannes N. D. P. P.
Paul. Puchner. } *Chirurgi.*
Joh. Georg. Wiedner

SENTENTIA.

P. P.

CUm Dom. Tua Acta Inquiſitionalia Defunctum Chriſtophorum Stollbergium concernentia Nobis obtulerit, & quid jura circa eadem determinent, ſcire deſideraverit; hinc Nos ad Judicium Aulicum Electorale & Scabinatum Wittenbergenſem ordinati Doctores deſuper in jure fundatum eſſe dicimus: quod de præſenti caſu primò omnium Collegii cujusdam Medici judicium, *an ſc. Vulnera inflicta ita conſtituta fuerint, ut vulneratus inter vivos conſervari non potuerit?* requiratur; quô factô in ipſa causâ porrò agetur, quod juris eſt; idque jure meritò &c.

Doctores ad Judicium Electorale Aulicum & Scabinatum Wittenbergenſem Ordinati.

Reſponſum Facultatis Medicæ Lipſienſis; deſuper lethalitate vulneris carotidis internæ &c.

P. P.

POſtquam Dom. Tua Nobis quæſtionem, interfectum Chirurgum concernentem, cum Atraſtatis Inſpectionis, ad Acta relatis transmiſerit, & ut ipſi judicium noſtrum de eâ communicemus, rogaverit:

An ſcilicet &c.

Hinc prævia perlectione maturaque ponderatione dictorum Atteſtatorum reperimus, quòd Defunctô diverſa vulnera inflicta fuerint, è quibus ſecundum & tertium, ut à Medico numerantur, in capite, ut & illud in digitis benè curari potuiſſent: Primum autem, quod ex ictu cæſim illato conſtabat, qui ad digiti transverſi majoris diſtantiam ſub aure ſiniſtra, ab extremitate maxillæ inferioris, usque ad cervicem penetraverat, 2. digitorum latitudinem profunditate, manumque majorem longitudine adæquarat, & non tantùm muſculos, ſed etiam venam jugularem externam penitus, internam verò & arteriam caroti-

dem ad dimidietatem diſſecarat, vertebram colli ſimul inciderat, & ſpinalem medullam quoque læſerat, meritò pro abſolutè & ſimpliciter lethali habendum; quùm non tantùm ob arteriæ diſſectionem ſanguis & ſpiritus vitales Vulneratum confertim deſeruerint, & difficilimè coërceri potuerint, ſed & ob læſionem ſpinalis medullæ, quæ cumprimis capiti & principio nervorum proxima fuit, convulſiones & epilepſia neceſſariò acceſſerint, & ita vulneratus obierit.

Quod Dn. &c. *Lipſiæ die* 31. *Martii* 1668.

Vid. Amman. in Prax. Vuln. Lethal. Dec. 1. *Hiſt.* 7. *p.* 69.

CASUS IV.
DE
LETHALITATE VULNERIS VENARUM JUGULARIUM EXTERNARUM, INTERNARUM & ARTER. CAROTIDUM.

PRævia Requiſitione Judiciali heri tempore veſpertino, die ſc. 23. Octobr. pueri, XII. aut XIII. circiter annorum, vulnerati & abhinc demortui corpus inſpiciebatur: In cujus anticâ colli parte vulnus cæſim illatum & per cutim, muſculos quadratos, maſtoideos, coracohyroideos, ſternohyoideos, ſternothyroideos aſperam arteriam & œſophgum usquead muſculos cervicem flectentes penetrans obſervabatur, ita quidem, ut non tantum muſculos ſupra dictos, arteriam aſperam & œſophagum totaliter, ſed & vaſa ſanguifera hiſce vicina, binas ſc. arterias carotides & venas jugulares, tam internas, quàm externas maximam ad partem diſſecuerit, & hæmorrhagiæ nullo modo coercendæ anſam dederit; è quibus neceſſariò ſpirituum & virium diſſolutio ipſaque mors inſecuta ſint. Quapropter vulnus hoc, juxta fundamenta Anatomico-Chirurgica pro ſimpliciter & abſolutè lethali habemus. *Lipſiæ die* 24. *Oct.* 1672.

D. Joh. Bohn.

HÆc dum peraguntur, Prætor homicidam afferri curat, ut cadaver digitis tangat, ſed nulla ſubſecuta fuit cruentatio.

Vid. Ammannus in Iren. p. 170.
D. Bohn. de vuln. leth. p. 273.

CASUS V.
DE
VULNERE JUGULARIS INTERNÆ.

Requiſitio.

SAlutem Noſtram Gratioſiſſimam! Am ſimi & Doctiſſimi, maximeque Dilecti! poſſumus non Gratioſiſſimè Vos certiores dere, quâ ratione Acta his incluſa, ante ali abhinc ſeptimanas Facultati Theologicæ æq Juridicæ in Academiâ Lipſienſi, ad forman quæſtionem ſententionalem, quâ ratione byter Walzius puniendus ſit, transmiſeri Quoniam verò utriusque Facultatis, modò gatæ, ſententia eò vergit, ut primò omniu vulnere à Walzio Joachimo Ehemio inflic *illud per ſe & ſuâ natura lethale fueri Defunctus neceſſariò exinde obierit?* judi Facultatis cujusdam Medicæ aliunde requi Hinc Gratioſiſſimè Vos ſolicitamus, Atteſtatum Chirurgi ſub N. 1. ut & R nem Archiatri Noſtri & Chirurgorum ſu non minus ac Reſponſum Facultatis M Roſtochienſis ſub 20. porrò & Auliatri judicium ſub 24. & tandem Chirurgor què ac Medici Depoſitionem juratam ſ 28. Collegialiter, maturè & diligenter p dere, & deſuper ante propoſitâ quæſtion cium veſtrum Medicum cum ſuccinctis nibus decidendi pro debitô Gratiali no ferre. D. in Reſidentiâ Noſtrâ, die 1 1685.

Ad Mandatum Sereniſſ. Pro
Laurentius Walfeld. D.

A.
Atteſtatum Chirurgi.

QUum Præfectus Stavenhagenſis à M nominatô atteſtatum quoddam C cum deſideraverit, quomodo res ſeſe cum Fabro Ferrario, Joachimo Ehemi regrinante quôdam cultrô perfoſſo; h poſſum non conteſtari, quod ictus in latere collo, antrorſum magis, inflictu ubi ex omnibus circumſtantiis apparet cum nervus aliquis & inſignis arteria l rint, Sanguis tantô cum impetu exin xerit, ut nullô modô ſiſti potuerit, coactus fuerim arteriam cauterizare. usque ad hunc diem ob vehementem rhagiam experiri non potui, quàm pre ſit vulnus, & quæ præterea læſa ſint? *hagæ die* 26. *Novembr. An.* 1683.

Martin. Crüger,

B.
Relatio Medici & Chirurgo

POſtquam Faber Ferrarius die 2 vulneratus, die 14. Decembris ejusdem dici Inſpectioni oculari

Sectio Judicialis inſtituta fuit; hinc re-
integumentis (ſub quibus Serum copio-
avi coloris) à muſculô latô, venam jugu-
internam, trium digitorum latitudine
ediô inferioris maxillæ obliquè ſectam in-
us, unde ſanguis ad muſculos, laryngem
effluxit, ibique ſupra muſculos adjacen-
gnans in putredinem, ut fœtor, & quòd
ranas muſculos inveſtientes filorum in-
ducere potuerimus, teſtabantur, abie-
a ut ipſa vena jugularis ad lenem appre-
nem dilacerata fuerit; Ictus autem,
leniter demiſſo ſtylo eundem perſcru
ur, ſeptimam ſeu ultimam cervicis ver-
n penetrabat. Quùm ergo læſio hæc
am deveniri non potuit) curatu impoſ
fuerit, hinc vulnus hoc pro cauſa inſe-
s mortis dubiô procul habendum eſt.
vii die 18. *Decembr.* 1683.

Dethardinɡ. D. & Phyſ.
Chriſtian Graulich, Chir.

C.

nſum Facult. Medicæ Roſtochien-
, deſuper illethalitate vulneris
jugularis internæ.

amvis poſt obitum vulnerati circa In-
pectionem à Domino Medico & Chirur-
itutam obſervatum fuerit, quod Vena
is interna ad 3. dig. latitudinem à pro-
e oſſe hyoide & 2. dig. transverſorum
â ſub medio inferioris maxillæ obliquè
uerit, unde ſanguis ad muſculos, la-
n verſus, emanârit, inibique ſupra mu-
djacentes ſtagnando in putredinem jam
&c. omnia juxta Relationem: adeoque
hoc ob læſionem venæ jugularis, tan-
randioris rami, ſecundùm *Celſum lib.*
. *Sennert. Pr. Lib. V. Part. IV. c.* 3.
lſch. cap. 4. pluresque alios pro lethali
um ſit: Hoc tamen non tam de Le-
e ſimplici & abſoluta intelligendum,
otiùs attendendum eſt, quod 1. Vulne-
l 19. usque diem vixerit. 2. Quòd primis
nulla ſymptomata lethalia, imò ne fe
idem vulneraria ſe truſerint, cùm ta
Hippocrat. mente *lib.* 2. *Prorrhet.*
vulnera ſuos dies decretorios habeant,
orborum acutorum. Et licet in Chi
rügeri atteſtatô die 14. Decembr. ſyn-
thalis in principio allegetur, hæc ta-
ſolâ hæmorrhagiâ oriri potuit, ut
rò in illis obſervatur, qui ſæpè nimium
is è naribus ſtillantis profundunt. Imò
eratus de nullis doloribus conqueſtus
d vulnus, juxta Crügeri depoſitionem,
ucos dies pus laudabile fudit, indies
e habuit, vulneratus appetitum ad cibum
n recuperavit, & eò devenit, ut de die
& in hypocauſtô domóque obambula-
erit. Poſtmodùm verò, cum vulne-
ratus ob Magiſtrum ſuum aliúmque virum, qui Güſtravium vocati, & eo, quo promiſerant die, in reditu eundem non viſitaverant, inſigniter alteratus fuerit, eodem adhuc die circa veſperam in febrim incidit. Jam ex Obſervationibus Medicis conſtat, quod irâ vulnera fiant lethalia, quæ talia ante non erant, & *Hippocr.* inquit: *Lib.* 2. *Prorrh. text.* 20. quod magnarum venarum vulnera in collô magnam perniciem, non autem lethalitatem abſolutam inferant. Unde meritò concludimus, quod obitus hic ex illis, quæ D. Dethardinɡ in Atteſtato ſuô habet, ortus fuerit; Ubi tamen neminem confundere debet, quòd Dn. D. Dethardinɡ mortem hanc ipſi vulneri imputaverit, ſiquidem dubiô procul cauſam remotam reſpexit: Nos autem cauſam proximam meritò attendimus, nobíſque hîc perſuadere non poſſumus, quòd Cordatus Judex in condemnando & abſolvendo reô ad periculoſam & hinc inde cognitam quæſtionem: An Vulnus aliquod per ſe, ſimpliciter & abſolutè lethale ſit? reflexurus ſit. *Roſtochii d.* 22. *Maji*, 1684.

D. Joh. Backendeſe, Decanus.
D. Sebaſtian Würdig.
D. Johannes Dobel.

D.

D. DETHARDING defendit, contra Roſtochienſes, ſuum Judicium de Lethalitate abſolutâ.

E.

D. DETHARDING 1684. die 2. Sept. juramentô affirmat hanc læſionem fuiſſe abſolutè lethalem. Id. præſtitit CRUGERUS *Chirurgus.*

Reſponſum Facultatis Medicæ Lipſienſis, deſuper lethalitate vulneris Jugularis internæ.

QUandoquidem Sereniſſima Veſtra Celſitudo Nobis Acta inquiſitionalia, Homicidium in Joachimo Ehmſio commiſſum, concernentia transmiſſerit, &, ut ſcripta illîc, ſub Num. 1. 10. 20. 24. 27. 28. perlegeremus, ſimulque deſuper ſeq. quæſtione: An &c. &c. judicium noſtrum Medicum devotiſſimè impertiremus, Gratioſiſſimè nobis commiſerit, hinc, ut Serenitati Veſtræ ſubjectiſſimè morem gereremus, præviâ conſideratione omnium circumſtantiarum deſiderati Reſponſi loco profitemur, quòd, cum ictus punctim inflictus venam jugularem internam, ſecundùm latitudinem ad digiti circiter longitudinem, reſecuerit, & ſtatim abhinc ſanguis è

 collo

collo Fabri Ferrarii cum impetu eruperit, ita, ut (juxta tenorem Relationis) à Balneatore Num. 10. ſanguini ſuo quaſi innatans inventus fuerit, adhæc in Syncopen inciderit: Interea Sanguinus fluxus nullô remediô perfectè compeſci potuerit, ſed inflammatio colli N. 27. ut hæc & partium læſarum putredo acceſſerit, læſio hæc omninò per ſe abſolutè & ſimpliciter lethalis habenda ſit, ipſeque Faber Ferrarius exinde neceſſariò obierit: Non obſtante 1. quòd Vulneratus ad diem 19. poſt factam vulnerationem adhuc vixerit, cùm id cauterizationi vulneris externi tribuendum ſit, quâ ſanguis ad tempus quodammodò ſufflaminatus fuit, donec eâ decidente ſanguis confertim rurſus emanaverit, prout idem Relationes Chirurgorum fuſius ob oculos ponunt. 2. Quod nulla periculoſa & lethalia ſymptomata primis diebus ſe truſerint in vulnerato: Cùm hæmorrhagiam & hinc ſubſequentem lipothymiam conſideraturo ſufficientia lethalitatis ſigna occurrant. 3. Quod nulli adfuerint dolores: Cùm aut non facilè id credi poſſit, aut malo hoc omini ſæpè fit, ſi ægri causâ doloris præſente eandem non ſentiant. Nec 4. ad Lethalitatem abſolutam Febris Vulneraria ſemper eſt neceſſaria, quùm plurimi ex vulneribus moriantur, absque ullâ Febri vulnerariâ. 5. Authoritatem *Hippocratis* quod concernit, ea *Lib. 2. Prorrhet. text.* 20. pro Nobis militat, dum Vulnera, inquit, magis lethalia ſunt, quæ venis craſſis in collô & inguinibus infliguntur. Quando verò in ſequentibus vulnera valdè pernicioſa à lethalibus abſolutè talibus diſtinguit, magis ad eventum & fundamenta Anatomica, quàm Autoritates reſpiciendum, cum læſio hæc ita comparata fuerit, ut ob claviculam Num. 27. & quia ad ſpinam dorſi usque penetravit, ob vulneris profunditatem eò convenientibus & neceſſariis remediis & medicamentis perveniri non potuerit. 6. *Celſus* impertinenter allegatur, quia *pag. m.* 300. vulneribus inſanabilibus annumerat, quando alicui circa fauces grandes venæ præſciſſæ ſunt. 7. *Tulpius*, qui inter alios quoque allegatus fuit, de ſimilibus læſionibus planè tacet. Quod tandem 8. *Pareum* attinet, admiranda quidem ejusmodi vulnera *pag. m.* 226. recenſet, ſed non de venâ jugulari, tam profundè vulneratâ, ſed de œſophagô & aſpera arteriâ ſauciatâ, cui mediante ſuturâ quodammodò ſuccurrit, & tandem ita concludit: Hic divinô potius favore, quàm noſtris artibus ſuperſtes convaluit. E quibus omnibus ſufficienter apparet, quod ſententia noſtra de hujus, in hôc individuô, vulneris lethalitate Fundamentis Anatomicis innitatur. *Lipſiæ die* 3. *Aug. An.* 1685.

Ammann. in Prax. Vuln. Lethal. Dec. 6. Hiſt. 4.

CASUS VI.
DE VULNERE ABDOMINIS & IN SPECIE VASORUM BREVIUM, GASTRICORUM.

Requiſitio.

V. V. Magn. Magnif. hiſce transmitt[o Re]lationem Dn. Medici binorumqu[e Chi]rurgorum Electoralium, quam abſolu[...] ctione Militis, ictu punctim vulnerati & [...] demortui, PETRI ſc. de LIGOZKY d[e] lethalitate impertiêrunt. Quùm auten[...] nus per ſe lethale fuiſſe negent, ſimul t[...] quòd nec effluvium ſanguinis reprimi, [...] ruptis vaſibus ſuccurri potuerit, ipſimet al[...] adeoque ex hoc fundamentô, non ver[...] ex malô regimine, ſive ex negligentiâ, [...] dici vel Chirurgorum lethalitatem quan[...] cidentalem concluſerint, hoc autem nó[...] cere videatur, ut pro lethalitate per accid[...] beri poſſit, cumprimis, quòd ipſi qu[...] ratione inevitabilis lethalitatis ponant[...] omnis ſanguis extravaſatus (qualis ju[...] priam illorum Relationem in vulnere [...] repertus fuit) ſtatim putreſcere incipia[...] ſim totam M. S. ejusmodi effluviis [...] adeoque Relatio illa quodammodò [...] videatur, ita quidem ut juſſu Seren. [...] Electoris eandem Honoratiſſimis meis [...] nis transmittere, eorumque judicium [...] allegatâ ſæpius lethalitate requirere de[...] hinc ut Gratioſiſſimo huic Mandato d[...] mè morem geram, V. V. Magnif. Ma[...] ce officiosè rogito, velint Relationem ill[...] ad omnia & ſingula probè conſiderare, [...] juxta fundamenta Anatomica ac Me[...] de Lethalitate ſtatuendum, & an vulnu[...] ſe vel ex accidenti incurabile fuerit, j[...] ſuum edecumatum, ſub Sigillô Facult[...] debitâ remuneratione impertire. *Dre[sdæ]* 5. *Nov.* 1678.

Inſpectio & Relatio.

PRævia Requiſitione, Inſpectione[m] hic Dresdæ heri hora 7. veſpertinâ [...] PETRI de LIGOZKY, Nos infra nom[...] ſtitutâ prius accuratâ & diligenti Inſpect[...] externâ, quàm internâ, ſequentes læſio[...] referimus: 1. Externè in ſiniſtro later[...] mâ coſtâ ſpuriâ vulnus articuli digita[...] dinem æquans obſervabatur, quod [...] titudine muſculos, coſtas ſpurias ci[...] diſſecuerat. 2. Poſt apertionem abd[...] ſignis copia ſanguinis extravaſati & c[...] ad putredinem jam inclinans, & viſce[...] cumprimis pancreas & epar, ad ſimil[...]

diſpoſuerat. 3. Ictus punctim inflictus
enem ſiniſtrum in fundum ventriculi, &
n usque ad mediam membranam pene-
, ipſaque vaſa brevia & gaſtrica, à liene
dum ventriculi tendentia, totaliter diſſe-
, & licet 4. vulnus non omninò per ſe le-
cenſeri debeat, quia etiam canes (quod
à teſtor experientiâ) exciſô liene vivunt,
ninus tamen, quia propter profundita-
lneris neque effluxui ſanguinis obviam
ante enim circulatione motus ſanguinis
tinuus, isque longè vehementior eſt, ſi
aliqua læſio contigerit, quâ data enim
ruit) nec ruptis vaſis ſuccurri potuit, hinc
t, ut illud ex accidenti lethale evaſerit.
s enim omnis extravaſatus ſtatim putre-
ncipit, & ſenſim totam maſſam ſangui-
ejusmodi effluviis afficit, unde Defun-
iit. *N. die* 28. *Octobr. An.* 1678.

Joh. Chriſtoph. N. D.
N. N.
N. N. } *Chirurgi.*

nſum Facultatis Medicæ Lipſien- deſuper lethalitate vulneris vaſo- rum brevium gaſtricorum.

. P.

um Nobil. Tua Caſum, interfectum
ilitem concernentem, Nobis obtule-
mul judicium noſtrum: An Vulnus pro
è, an per accidens lethale & incurabile
deſideraverit; hinc prævià Collegiali
atione circumſtantiarum in adjectâ Re-
contentarum, è Principiis Anatomi-
luſimus, quòd læſio illa, juxta Atte-
ommunicatum, ubi Vaſa brevia &
, à liene ad ventriculum usque tenden-
ninò diſſecta fuerunt, & ita propter pro-
em vulneris (aut potius partium vul-
m & in profundô corporis ſitarum)
ffluxui ſanguinis obviam iri, neque ru-
bus ſuccurri aut lege artis (ut in allegata
e id clariſſimè conceditur) ad conſo-
em faciens medela adferri potuit, pro
, ſimpliciter & per ſe lethali habenda
quamvis adductum fuerit, quod canes
ne vivere poſſint, hæc tamen artificia-
olienis, in quâ, poſt extractionem vi-
vaſa probè ligantur, & ita hæmorrhagia
lethalis impeditur, impertinenter ad
m ejusmodi læſionem in corpore hu-
quæ ita tractari nequit, applicatur. Ut
s Relationem (quia profectò ſangui-
manum concernit) meritò accuratius
debuiſſe. Lipſiæ die 7. Novembr.
678.

mman. in Praxi Vuln. Lethal. Dec. 4. Hiſt. 5.

CASUS VII.
DE VULNERE RAMORUM ILIACORUM EXTERNORUM.

Requiſitio.

P. P.

POſtquam (eheu!) nuperrimè Lobedæ C. T. robuſtus ſatis Servus Carpentarius, haud parum ebrius, veſperi horâ nonâ in hoſpitio, in quô, ceu peregrinus & in itinere conſtitutus exceptus ſum, me adortus eſt & nolentem volentem ad pugnam coëgit, adeò, ut licèt eundem clunaclô in caput ferierim, non tamen remiſerit, ſed urgendo me in causâ fuerit, ut in terram ambo ceciderimus: Cùm verò diſtracti ab aliis & ſeparati fuiſſemus, ſervus ſupradictus ſibi ictum punctim inflictum eſſe retulit, unde ſanguis confertim promanavit; de quô tamen mihi nequicquam conſcius ſum, nec poſſibile fuit, ut ad terram proſtratus adverſus ſervum robuſtum clunaclum agitare valuerim, aut etiam voluerim; nihilominus ictus hic in ſervô illô obſervatus fuit, ex quô, cùm immanem hanc hæmorrhagiam nemo præ terrore ſiſtere potuerit, intra quadrantem horæ quoque exſpiravit; adeoque jam ad defenſionem meam ſcitu mihi admodùm neceſſarium eſt:

An ob mortem tam citò inſecutam vulnus hoc lethale fuerit?

Quod licèt in adjectô hîc Atteſtatô ſub Lit. A. pro me quoddammodò deciſum ſit, commodéque hîc applicari poſſint, quæ *Dn. D. Welſchius in Rat. Vuln. Leth. Jud. p.* 120. habet: Nihilominus ad majorem eorum efficaciam Veſtrum edecumatum Judicium hoc deſuper quoque deſidero. Quapropter Dominos meos Honoratiſſimos officioſiſſimè rogito, velint incluſa hîc perpendere, mihíque pro debito redhoſtimentô Judicium ſuum fide digniſſimum gratioſè impertire, quô ſub infortuniô meô, cùm aliis fundamentis, ob teſtium defectum, inniti nequeam, eò melius me defendere & tueri valeam &c. Lobedæ die 12. Octobr. Anno 1670.

Chriſtoph Gottfried V.

A.

Inſpectio & Judicium Medici.

QUandoquidem Johann Georg Hillard me in fine nominatum, datis primùm literis, mox & oretenus requiſiverit, ut Defuncti cadaver Lobedæ in diverſoriô inſpicerem, ejusque vulnera intuerer, & de omnibus Relationem quandam communicarem; hinc à meridie horâ 1. ejusdem diei illic comparui, & in ejus æquè ac Chirurgi Provincialis aliorumque præſentiâ omnia

omnia conſideravi, ſequentiaque in occiſô vulnera reperta ſunt? Primò quidem ictus punctim illatus, & abhinc alius ictus, qui cæſim ſiniſtro capitis lateri, ſupra frontem inflictus fuit. Ictus punctorius in dextrô latere trium dig. transverſorum latitudine â pube diſtabat, ſub inguine, ubi introitum ſibi paraverat, incipiens, & quoad externam faciem, ſatis exiguus & vix digiti latitudinem æquans, verſus ſcrotum acuminatus, in altero atere verò biangularis, quemadmodum & clunaclum hoc oſtendit, quod in extremitate ad ſpithamæ minoris longitudinem anceps, nec adeo latum, in reliquo verò tractu dorſô craſſiori præditum eſſe dicitur, quod vulnus hâc in parte magis dilatavit & anguloſum effecit. Applicato ſtylo ſeu exploratoriô ictus hic ſatis altè ſuperiora verſus penetraſſe videbatur, & quum lege Artis ſeparatio cutis & apertio abdominis, in ſpecie verò hypogaſtrii inſtitueretur, ictus os coxendicis tranſcendit, perforando prius capita quorundam muſculorum prope femoris cervicem, quibus os femoris ileo coxendicis atque pubis oſſibus alligatur: abhinc per mediam glandulæ inguinalis dextræ, ubi vaſa ſanguiflua diſſecta erant, pergendo, muſculos obliquè deſcendentes prope os coxendicis, haud procul inde, ubi vaſa ſpermatica ad Teſticulum deſcendunt (quæ tamen planè illæſa erant) usque ad muſculum lumbarem, pſoas, prope ſecundam vertebram lumbarem, ab oſſe ſacro ſurſum numerando, penetrando vulnerarat. Adeoque ictus hic ad ſpithamæ longitudinem adſcendit, è quô ab initiô plurimum ſanguinis effluxiſſe dicitur, ſub ipſâ ſectione verò parum ejus obſervatum fuit. Inteſtina omnia ſalva & nullum ex illis violatum erant, licèt inſigni copiâ potulentorum repleta fuerint, cùm eôdem die Defunctus plurimum potus ingurgitaverit. Ictum capiti cæſim inflictum quod attinet, is ſatis profundè per cutem ſupra muſculum temporalem, in cranium deſcenderat, quòd primò intuitu etiam penetraſſe videbatur; aſt aliud poſtmodum ſectio docuit, dum fragmenta nonnulla quidem exempta fuerunt, ita tamen, ut neque cranium perfoſſum, neque ſeparatô eô capite apertô contuſio cranii, multò minus læſio quædam cerebri obſervata fuerint. Quapropter ictus hic cæſim illatus, rebus ſic ſtantibus & probè conſideratis, pro lethali habendus non eſt. An autem ictus punctorius pro lethali habendus ſit, ut exinde tam ſubitò emori debuerit, altiori judicio meritò relinquo. Meâ opinione ex vulnere hoc mors quidem ſequi potuiſſet, aſt non tam citò, ſed effluxis prius aliquot diebus; adeoque probabile eſt, Defunctum, ob ſanguinem confertim è vulnere erumpentem, ſyncope correptum eſſe, & ſic obiiſſe. Interim Judicium hoc Illuſtri Facultati Medicæ relinquo. Hoc &c. Jenæ die 14. Maji, Anno 1670.

Aug. Heinrich. N. D.

Reſponſum Facultatis Medicæ Li[...] ſis, de qualitate vulneris Ramor[...] iliacorum, & inſufficiente Relatione.

P. P.

CUm Tua Cl. de Atteſtatô incluſô ju[...] noſtrum expetat, & in ſpecie ad ſui[...] ſionem ſcitu ſibi maximè neceſſariu[...] ſtimet:

An Vulnus, è quo C. T. Lobedæ ob[...] thale fuerit nec ne?

Hinc non poſſumus non referre, quod[...] modò Atteſtatum diligenter quidem &[...] gialiter perlegerimus & ponderaverimu[...] niam verò illud ſatis obſcurum & dub[...] dum inde certò concludi non poteſt, [...] Medicus per vaſa ſanguiflua in ſpecie v[...] ſi vaſa tantùm ſanguiflua circa glandu[...] tram inguinalem diſſecta fuiſſent, ſang[...] copioſus effluere non potuiſſet, ut in[...] quadrantem C. T. inde exſpiraverit; [...] per vaſa ſanguiflua (ut ſitus vulneris [...] Rami Iliaci intelligi deberent, in adject[...] Atteſtatô non additur, an rami iliaci [...] an externi per hanc læſionem diſciſſi [...] quapropter ob defectum clarioris &[...] Relationis categoricam noſtram, ſup[...] vulneris lethalitate hâc vice, quàm li[...] mè etiam vellemus, impertire non p[...] Quod &c. *Lipſiæ die 25. Octobr. 167*[...]

Requiſitio altera Judiciali[...]

P. P.

QUùm V. V. Exc. Exc. de Atteſta[...] quiſitô Chriſtoph. Gothofredo[...] waldio transmiſſô, ob defectum di[...] Relationis categoricam ſuam imper[...] potuerit, & tamen ad continuatione[...] ſus Inquiſitionalis illud maximè deſ[...] Hinc juſſu Gratioſiſſ. Principali e[...] prioris Atteſtati ab Auliatro, ut ex Ad[...] tô ſub Lit. B. videre eſt, nuper ad[...] Quapropter officioſè rogito, velint ea[...] novo cum priori Atteſtato dilige[...] currere, &

An vulnus, è quô C. T. Lobedæ p[...] thale fuerit nec ne? & ſi lethale [...] T. tam cito exinde exſpirare de[...]

pro debitâ remuneratione me certio[...] dere. Hoc &c. Jenæ die 18. Nov. [...]70.

Adam Dreſſe, Secret. Can[...] Sax. Princ. & Prætor.

B.

Relationis Medicæ dilucidatio.

Uoniam in priori meo Atteſtatô vaſa ſanguiflua, quæ ab ictu punctim illatô læſa it, generaliter tantum intimata fuerunt, iſſima verò Facultas Medica Lipſienſis ret, ut in ſpecie illa determinentur; reſponſi loco referre debui, quod non n vaſa ſanguiflua circa glandulam inguinalem, unà cum glandulâ, diſſecta, ſed & Ra ci, prout ſitus vulneris illud docet, læſi t, unde plurimum ſanguinis, juxta de onem tunc Adſtantium, effluxiſſe dici ujus exigua tamen quantitas, ſub ipſa ſe comparuit. Reliqua in priori Atteſtatô ta ſunt: An verò ictus hic ſimpliciter le , & ita quidem lethalis fuerit, ut vulne ndetam brevi temporis intervallô exſpi ebuerit, ſupra laudata Ampliſſ. Facultas t. Jenæ die 11. Novembr. Anno 1670.

Auguſt. Heinrich N. D.

nſum II. Facultatis Medicæ Li nſis; deſuper lethalitate vulneris ramorum iliacorum.

. P.

anſmiſsâ jam Eleuteratione prioris Atte ati & propoſitis Nobis à T. C. binis ſe ous Q. Q.

An vulnus, ex quo C. T. Lobedæ obiit, n ſe & ſuâ Naturâ lethale fuerit?

An C. T. tam ſubitò inde exſpirare ebuerit?

andem non poſſumus non certiorem , quòd è qualitate & deſcriptione vul rioris atteſtati ſtatim quidem colligere mus, vulnus hoc propter ſubitaneam n in ſe lethale fuiſſe. Quia verò in priori to omnia (ut aliàs fieri debuiſſet) diſtin lucidè expreſſa non fuerunt, hinc me egoricam noſtram (dum ſanguinem ad m humanum concernit) ſuſpendere us. Quoniam verò nunc in Dilucida anſmiſſa refertur, non tantùm vaſa ſan circa glandulam & glandulam ipſam, mos iliacos externos (crurales aliâs di iſſectos fuiſſe: Hinc Collegialiter de , Vulnus hoc in ſe & ſuâ naturâ letha , ita ut C. T. ex eô neceſſariò tam brevi quia vaſa, præſertim arteriæ, per ſum diſſecta hoc in locô tam citò deli poſſunt, quò minus ſanguis cum ſpi italibus impetuoſè erumpere mortem ſari potuerit. Quod &c. Lipſiæ die vembr. 1670.

. Ammannus Prax. Vuln. Lethal. Dec. 2. Hiſt. 2. p. 154. & ſeqq. Pand.

CASUS VIII.

DE VULNERE VASORUM COMPLURIUM CIRCA OMENTUM & IN OMENTO.

Reſponſum Facultatis Medicæ Giſſenæ; deſuper vulnere lethali vaſorum in omento.

POſtquam ab Ampliſſimâ Facultate Juridica hujus loci requiſiti fuimus, ut judicium noſtrum de ſeq. Quæſtione: An vulnus in Actis Criminalibus nobis communicatis & internecionem DN. *Friderici Caroli de Rusworm*, Juvenis Equeſtris, concernentibus deſcriptum lethale ſit? aperiremus: in votis haberemus, ut vaſa ſanguifera, in Atteſtato Sectionis fol. 4. allegata, & fere inferius circa finem omenti, ſiniſtro in latere, ad latitudinem articuli vulnerata, accuratius deſcripta & denominata fuiſſent. Attamen cùm 1. ex Anatomicis conſtet, plurima vaſa, tam venoſa, quàm arterioſa, præ aliis partibus membranoſis, ad omentum tendere, & illa quidem è magnâ venâ portæ, hæc verò è ramo arteriæ cæliacæ & meſentericæ ortum ſuum capere, teſte

Veſlingio Syntagm. Anatom. Cap. 3. p. 31.
Bartholin. Anat. Ref. lib. 1. Cap. 8. p. 62.
Et Philippo Verheyen Anat. Corp. hum. Tract. II. cap. 8. pag. 67. &c.

& 2. in ſupra memorato Atteſtato Sectionis nullius amplius læſionis vel venæ vel arteriæ alicujus grandioris, vel viſceris alicujus nobilioris, aut ad vitam ſimpliciter neceſſarii mentio injiciatur; hinc dubio procul deſcripta in Relatione Medicorum hæmorrhagia enormis (modo in ſectione nihil inſuper habitum aut neglectum fuerit) ſupra nominatis vaſis omenti, eorumque originibus imputanda erit.

Quum igitur occiſus ſub primâ ſtatim deligatione à Phyſico tum advocato ſtatim ſummè debilis & pallidus, in toto corpore externô frigidus & ſudore quodammodò frigidô perfuſus, attamen cum pulſu celeri, vel potius undoſo, auditu difficili ſiniſtræ auris, & maximô ſibilô ejuſdem, reſpiratione anxioſâ & difficili, cum ſummâ ſiti: tempore meridiano diei inſequentis cum ructibus & vomendi conatibus brevique inſequentibus vomitibus bilioſis & aſſumtorum cum phlegmata mixtis: Tempore veſpertino autem proſtratione virium adaucta, inſenſilitate vulneris, motibus ſpaſmodicis in manibus & brachiis, agitationibus corporis ob angorem internum, quæ (ſymptomata ad unum omnia hæmorrhagiæ enormi & defe-

ctui ſpirituum animalium imputanda) inventus fuit, ſequenti etiam die circa horam decimam beatè obiit : tertio quoque die ſub inſpectione cadaveris ultra duas ad 3. menſuras extravaſati ſanguinis in cavitate abdominis & tam ipſum cor, quàm omnia vaſa ſanguifera, cumprimis in omento, omni ſanguine depleta : infra verſus veſicam dependentia & in ſanguine extravaſato natantia inteſtina obſcurè rubeſcente colore deturpata & inflammata : Hepar etiam in parte convexa omnino pallidum fuere : omnia juxta tenorem ſæpius allegati atteſtati ſectionis Dnn. Medicorum Coburgenſium : adhæc hæmorrhagiæ hinc indeque ſubortis graviſſimis ſymptomatibus convenientibus remediis obviam iri non potuit; hi[...] ter judicare non poſſumus, quàm ut v[...] in Actis deſcriptum, cum Celeberrimô [...] co Lipſienſi

D. Bohnio in Examin. vuln. l[...]
p. 362. & ſequ. juxta
Foreſtum lib. 6. Obſ. Chir. 7.

pro ſimpliciter & abſolutè lethali declar[...] hancque ſententiam Sigillo Facultatis [...] conſueto roboremus. Sign. *Giſſæ d[...]* *Oct.* 1713.

Decanus, Senior, Doct. & [...]
Fac. Med. Giſſ.

PANDECTARUM
MEDICO-LEGALIUM
PARTIS II.
SECTIO VII.
DE
INFANTICIDIIS.

INTRODUCTIO.

§. I.

EO proh dolor! dilapſa eſt hominum crudelitas, ut & i[...] pria ſæviat viſcera, ac quùm lupus lupum non devore[...] mo homini plus quàm lupus, plus quàm Diabolus ſit[...] tô die hoc teſtantur meretriculæ, quæ, ut furtivam, c[...] mature litaverant, Venerem celare, & quam metuunt, ignomini[...] clinare valeant, tenerrimos ſanguinis ſui flores & infantulos inſ[...] mos truculentâ facie occidere, jugulare, ſuffocare, imò vitam, [...] nondum hauſerant, adimere ſolent. Quum verò variis hîc arti[...] effugiis utantur ſcrofæ crudeliſſimæ, queis crimen ſibi imputatu[...] ciari ſatagunt; hinc Facultates Medicæ requiri ſæpe ſolent, ut an [...] vivus, an demortuus in lucem editus ſit? dijudicent & determine[...] è ſeqq. Caſibus innoteſcet.

§. II.

Quò autem in arduô & difficilimô hoc negotiô eò tutius & [...] procedamus, primò omnium hîc notanda ſunt, quæ in *Sect.* 1. *d[...] ctione vulnerum in genere* fuerunt dicta. Si enim ullibi, ſanè hôc in p[...] ſpectio non ſuperficialis ſit & perfunctoria, neque partialis, ſed univ[...] quoque Sectio requiritur : quâ intermiſſâ non tantùm Defenſo[...]

n facilè arripiunt Inſpectionem illegalitatis cujusdam arguendi, ut in
AS. I. accidiſſe novi; ſed & Facultatibus Medicis tunc vitio non ver-
dum, ſi judicium ſuſpendere, quàm certi quid determinare malint,
è CAS. II. atque III. obſervare licet.

§. III.

Quodſi è contra non tantùm ſuprema corpuſculi regio, caput ſcil.
od utplurimum violatur) aperiatur, ſed in mediô ventre pulmonum
ditio, & infima cavitate ventriculus, veſica urinaria cujus depletio
ngulationem innuit) & reliquæ partes probè examinentur, utique
orem inquiſitioni criminali lucem fœnerari, & quandoque obſervare
erimus, an fœtus in aquâ vel lochiis ſuffocatus, aut ſtrangulatus ſit,
tquam vivus antea in lucem fuerat editus: Quorum prius ex aqua in
triculo contenta: Poſterius verò ex ſupernatatione pulmonum non
causâ colligebat *Illuſtris Dn. Schrœckius* in CAS. IV.

§. IV.

Enim verò, quod vexatiſſimum illud de Pulmonum in aquâ ſive na-
one, ſive ſubſidentiâ experimentum attinet, certum quidem eſt, fœ-
, ſi pulmones ſufficienti & proportionatæ aquæ quantitati (quâ non
ervata facile errorem committi poſſe, è principiis hydroſtaticis con-
injecti ſemper emergant, antea reſpiraſſe, adeoque vivum in lucem
um fuiſſe, adeò quidem, ut experimentum hoc infallibile olim pro-
ciaverit *Facultas Medica Giſſena*, in Reſp. ad CAS. V. cui ferè ſubſcri-
Ammannus in cribrat. ad Hiſt. 1. *Decad. VI. Prax. Vulnerum Lethal. pag.*
dummodò fœtus in partus viis adhuc hærens, ibique reſpirans ali-
aëris non hauſerit, aut halitus illi, pro more vulgi, inſpiratus non
t, quô in caſu pariter certi quid concludi nequit, ut in CAS. VI. &
videre licet.

§. V.

An verò vice versâ è pulmonibus in aqua ſubſidentibus æquè certò
ludere & inferre poſſimus, fœtum in utero aut partus viis adhuc hæ-
em exſpiraſſe, adeò clarum non eſt, ut potius incertitudinem ejus
ifeſtiſſimè oſtendant experimenta, tum ab *Excell. Dn. Bohn. in Caſ.
VII. è Medic. Forenſi* petita, tum à *Celeb. Zellero, in peculiari Diſp. de
on. in aquâ ſubſidentiâ*, adducta, magisque confirment Acta Crimi-
in CAS. III. enumerata. Unde meritò experimenti hujus infalli-
tem negant *Facultates Medicæ Acad. Tubingenſis* in Reſp. ad CAS.
. *Wittenbergenſis* in CAS. IX. *Giſſenſis* in CAS. X. & *Marburgenſis ibid.*

§. VI.

Non minus reliqua, quæ in causâ infanticidii alias adferuntur, in-
, dubia ſæpè & incerta ſunt, lactis v. g. in mammis redundan-
n CAS. XI. & XII. ſanguis ab uterô manans, in CAS. XIII. Stig-
& rotatio colli, *ibidem*, utpote quæ omnia ex aliis quoque cauſis,
violentiam à Matre illatam, contingere poſſunt; adeoque ſigna in-
idii pathognomonica & infallibilia (niſi alia jungantur) conſti-
nequeunt.

§. VII.

Interea frivolis Meretricularum effugiis tam facilè credendum n eſt, dum aut abortum, à medicamentis emmenagogis (quorum tamen ipſæ non rarò infanticidii ſuſpicionem ſibi contrahunt) inc propinatis, incuſant, in CAS. XIV. aut lapſum ſupinum caſumque altô prætexunt, CAS. XV. XVI. XVII. & XVIII. in quibus omn & tempus geſtationis & aliæ circumſtantiæ concurrentes probè co deranda ſunt, antequam certi quid concludamus, ipſasque infan das à reatu atque pœna liberemus.

§. VIII.

Majorem fortè lucem ex Anatomicis fœnerabimur è Sceletô in tum, dummodo ea, quæ Nobiliſſ. *Kerckringius in Oſteogenia fœtus* bet, probè obſerventur, ſi in præſumptione infanticidii de ſceletô in tis, è terra erutô, conſulamur, an infantis recens nati & perfecti, a ro adultioris illud fuerit? it. an fœtus hujusmodi carnes intra quad nium ſub terra ad ariduram usque corrumpi potuerint? ut in Sc Infantis Quedlinburgenſis accidit, cujus D. *Bohnius in Spec.* 1. *Med Forenſis* §. 6. & *Specim.* 2. §. 28. mentionem fecit. It. an foramina n ra in cranio, ex violentia aliqua externa, aut à Natura proficiſca quod inter Fiſcalem & Defenſorem olim ventilatum, & ex ſceleto modum à Facultate Medica deciſum fuit in CAS. XIX. Utut qua que nimis ſcrupuloſi ſint Præfecti minorum gentium, dum brut juniorum oſſicula ſubinde corradunt, & Facultatis Medicæ dijudica offerunt, ut è CAS. XX. apparet.

§. IX.

Fortius autem infanticidii indicium eſt, ſi non factâ prius vaſorum bilicalium deligatione funiculus umbilicalis violenter abruptus aut a ſus fuerit, quod ſimpliciter & abſolutè lethale eſſe, in CAS. XXI. ad tur: Non obſtante ejus flavedine & flacciditate, quæ ab aëre quoqu ternô oriri poteſt, juxta Reſp. ad CAS. XXII. ſiquidem ob denſit ejus tam facile rumpi non poteſt, citiusque ſecundina ſequeretur, robuſtus ille funiculus dilaceraretur, *ibid.* & *Reſp. ad Caſ. X.* unde ho inſigniter gravantur inquiſitæ, juxta *Dn. Jenenſes in Reſp. ad* CAS. XX

§. X.

Quod ſi verò os & palatum infantuli ſimul cineribus, ut in C XXIV. aut aliis conſimilibus obturatum fuerit, eò minus de infa dio dubitare poterimus.

§. XI.

Facilior tandem eſt Renunciatio, ſi infantibus majuſculis & provectiore gaudentibus, à Parentibus Crudelibus plagæ, ſtigma vulnera lethalia infligantur, quæ eâdem, quâ in adultis ratione ſpicienda & dijudicanda erunt, cujus exemplum in CAS. XXV. timo habetur. An vero ſtigmata talia in demortuis infantulis occur à duriori illorum poſt mortem contrectatione quoque oriri poſſin CAS. XXVI. nuper admodùm quæſitum, & à Facultate Medi Giſſena prorſus negatum fuit.

CASUS

CASUS I.
DE INFANTICIDIO.

Inſpectio & Relatio Medici.

…viâ requiſitione Regiminis Principalis …jus loci, Ego cum binis Chirurgis, in…m in ædibus N. N. hujus loci ab Agne… natâ de N. in N. in lucem editum & in … ſub ſtrato lecti inventum, curatiori …ioni oculari ſubjeci, atque reperi, col…is ſuggillatum & in diverſis locis ungui…licatum fuiſſe. Funiculus umbilicalis, … trium digitorum transverſorum latitu… infantulo adhuc annexus erat, violen… videbatur, modô abruptus erat, cute …llæſa comparente. Quum verò cutis …circa regionem conjunctionis futuræ ſa… cum lamdoidea examinaretur, contu…dam, latitudine dimidium capitatum …dæquans, inventa fuit, quæ in causâ …uòd poſt futurarum apertionem aliquid …is per cranium erumperet. …anium verò ipſum nulla fiſſurâ notabi…um erat; quin & Meninges illæſæ vide… Quæ ita inventa fuiſſe, in ſubſidium …s hiſce atteſtamur. *Giſſæ N. N. die* 8. *…nno* 1690.

Joh. Gregorius N. D.
Georg Reinhard Langsdorff Chir. Jur.
Phil. Nicolaus Koch Chirurgus.

CASUS II.

…ſum Facultatis Medicæ Giſſenæ; infanticidium concernens.

…quam Inclyta Facultas Juridica hujus …ademiæ Nos requiſivit, ut ſententiam …, deſuper inſpectione infantis emortui …rgæ die 21. Maji à deputatis ad ean… …is Chirurgis inſtitutâ, & ab iisdem poſt… conceptô judiciô ſuper lethalitate, in… …robante impertiremus; hinc Nos De… Profeſſores Ordin. Facultatis Medicæ …ci è receptis & in Chirurgiâ æquè ac …â fundatis principiis profitemur ſeqq. …ndoquidem è traditô Chirurgorum te… …ò non minus ac ipſo Protocollô eluce… …od ſub inſpectione ſupradicti infantis …lum apertum non fuerit, quod me… debuiſſet, ut experiri potuiſſemus, an internæ quædam partes vulneratæ fue… externa cutis vulneratio notoriè omni periculô caret; vel an indicia quædam in Pulmonibus obſervari potuerint, quæ infantem à contrectatione juguli & colli neceſſariò ſuffocatum fuiſſe oſtenderint: Sed inſpectio hæc ſuperficialis & perfunctoria fuerit, adeoque neque pars lethaliter affecta ſeu læſa, neque genus mortis exactè determinata ſint; hinc præſens Chirurgorum judicium admitti nequit, ipſaque manus veſtigia ex ſupra allatis cauſis pro ſimpliciter & abſolutè lethalibus haberi non poſſunt.

Quod in ſubſidium veritatis ſub Facultatis Noſtræ ſigillo decernere & confirmare debuimus. *Dat. Giſſæ die* 3. *Auguſt. Anno* 1666.

CASUS III.

Reſponſum Facultatis Medicæ Giſſenæ, in cauſa infanticidii imputati.

QUandoquidem cum transmiſſione Protocolli Judicialis & actorum à Facultate Noſtrâ deſideretur, ut judicium ſuum deſuper infante ſpurio ab Anna Margareta N. die Sabbathi Feſtum Pentecoſtes anni hujus 1690. antecedente noctu Fridbergæ Wetteraviæ progenitô, Matrique imputatô infanticidiô, impertiret: Hinc præviâ diligenti & Collegialiter inſtitutâ perlectione omnium hunc in finem nobis communicatorum Actorum & Protocolli, maturaque omnium circumſtantiarum ponderatione, ex iisdem ſequentes nobis Quæſtiones formavimus noſtrasque reſponſiones & reſolutiones principiis Artis conſentaneas ad easdem direximus, & ut ſequuntur, concepimus:

Quæſt. I. Annon diverſis vicibus tempore graviditatis, & quidem die Sabbathi adhuc, partum immediatè præcedens & confertim ſatis erumpens fluxus menſium ad notabilem debilitationem & enervationem, tandemque ad mortem omninò embryonis, ſive in uterô maternô, ſive in ipſo partu multum contribuere potuerit?

Quæſt. II. An à ſanguinis ſuffuſione nigricans & compreſſa vel contuſa, ut videbatur, cutis in ambabus narium alis certum violentæ mortis ſignum ſit?

Quæſt. III. An prægnans quædam Syncope detenta, & omnibus ferè ſenſibus privata mulier parere valeat?

Quæſt. IV. An intermiſſâ ſectione infantis demortui ſolidè judicari, aut categoricè determinari poſſit, quod infans violentâ morte perierit?

Ad Quæſt. I.

Reſp. Quod ſic: Juxta *Hippocrat. 5. aphor.* 60. Si mulieri uterum geſtanti purgationes prodeunt, impoſſibile eſt fœtum ſanum eſſe. Cauſam hujus rei inter alios B. Noſter *Profeſſ. Dietericus Aphor. Hippocr. Illuſtr. h. l. pag.* 99. tradit, quando addit: Quippe hâc ratione illi ſuum detrahitur alimentum; ſiqui-

ſiquidem ex neceſſariô ſanguine alitur fœtus. Et aliô in loco (*Jatrei Hippocrat. voc.* καταμήνια *pag.* 599.) ita ſcribit: Regulariter igitur ceſſant periodi conſuetæ in prægnantibus, quia menſtrua conferunt ad fœtum; In quibus ſi accidat fluxus, præprimis ultimis menſibus, malum metusque abortus ſubeſt.

Et licèt *Galenus & Proſp. Martianus in ſuis Comment. ſuper h. l. ut & Joubertus Com. l.* 2. *de Nat. fac. cap.* 3. *Ballon. Epid. & Ephem. l.* 2. *pag.* 267. *it. Joh. Fuchſius, Schenckius, Zacchias, J. C. Eiſenmenger, Barth. Mercklinus aliique plures apud Gregor. Horſtium Tom. II. Oper. l.* 5. *Obſ.* 34. 41. & 48. & *Tom. III. Cent. Probl.* θεραπευτικ. *Dec.* 9. *Quæſt.* 8. §. 3. & *ap. Thom. Barthol. Hiſtor. Anat. rarior.* XIII. *Cent.* III. *it. Stephan. le Duchat. apud Fabric. Hild. Cent. V. Obſ.* 41. *p. m.* 428. atteſtentur, quod interdum Gravidæ quoque menſes à principiô, ad finem ferè, & quidem largos ſatis, absque noxâ vel læſione fœtus expertæ ſint: Id tamen rarum eſt, juxta ſupra allegatum *Fuchſium apud Horſt. c. l.* & tantùm de plethoricis Complexionibus, ac circa initia conceptus potius, quàm ultimis menſibus intelligendum, teſte *Mercato l. de Mulier. Aff.* 3. *pag.* 463. *T.* 3. *Duret. ad Holler. lib.* 1. *cap.* 58. *pag.* 498. & *ſeq. Arantio de Hum. Fœtu c.* 3. *pag.* 19. *Montan. T.* 2. *Oper. de Uteri affect. pag.* 719. *Pſizerô Lib.* 2. *de Nat. & Morb. Mulier. Part.* 5. *cap.* 6. *pag.* 577. &c. Vel de illô fluxu, qui ex vaſibus exterioribus uteri collo inſertis, non interioribus fœtui adhærentibus eique alimentum ſubminiſtrantibus provenit, juxta *Deodat. Epiſt.* II. *ad Guil. Fabric. Hild. Cent.* 4. *Obſ.* 58. *Steph. le Duchat. apud Eundem l. d.*

Ad Quæſt. II.

Reſp. Quod non: Quoniam naſus pars nobilis, aut ad vitam ſimpliciter neceſſaria non eſt, teſte *Gothof. Welſch. Ration. Vuln. Lethal. Judic. cap.* 2. *p.* 9. 11. & 15. eaque de causâ absque periculô vitæ abſcindi aut reſecari, putredine aut frigore urente ſeparari poteſt, ut quotidiana id experientia docet. Sic neque certò ex veſtigiis aut maculis alarum naſi concludi aut perhiberi poteſt, quòd infans per firmiorem narium compreſſionem halitu privatus, & ita ſuffocatus fuerit, cum eô non obſtante ore melius, quàm naribus reſpirare potuiſſet, ut *Lindanus* illud ſolidè demonſtrat *Phyſiolog. cap.* 12. §. 21. Et ſi quis dicere vellet, nares & os ſimul comprimi fœtumque ſic ſuffocari potuiſſe: Neceſſariò quoque veſtigia quædam ejus externè, cœrulea ſc. & rubicunda ſtigmata circa os, faciem, collum & dorſum, haud aliter ac in naribus obſervata fuiſſent; utpote quæ alioquin ſigna violentæ ſuffocationis externæ inter alia ſimul eſſe ſo-

lent, juxta *Ambroſ. Pareum, Tr. de R*... *ciat. Fortun. Fidel. de Relat. Medic.* ... *Sect.* 4. *c.* 2. *fin.* aliosque: De quibus ... Relatio Dn. Medici binorúmque Chirurg... nequicquam habet. Hoc autem in Pu... bus & alibi facilius obſervari potuiſſet, ... ctio quædam legalis inſtituta, totumqu... decet) corpuſculum apertum & inſ... fuiſſet.

Ad Quæſt. III.

Reſp. Iterum affirmando; dum ex H... Medicorum conſtat, quòd prægnante... nullæ prorſus intra aut poſt mortem p... rint, ut apud *Valer. Max. l.* 1. *c. ul*... *med. Cornar. Hiſtor. admirand. rar.* ... 18. *pag.* 80. *Joh. Matth. in Quæſ*... *Nymman. Diſp. de Vitâ Fœtus in ut.* ... *Paul. Eber. in Calend. Hiſt. Schenck*... *de Febb. Obſ.* 184. *Horat. Augen. lib.* 5... 2. *cap.* 2. *Salmuth. C.* 2. *Obſ.* 36. *Fabr*... *Epiſt. Reſponſ. ad Mich. Döring. pag.* ... *Greg. Horſt. in Marcell. Donat. Hiſ*... *Mirabil. lib.* 7. *Vesling. Obſ. Anat. a T*... *thol. edit.* VII. *pag.* 48. & *ſeq. Rolſi*... *ſert. Anat. lib.* 6. *cap.* 33. *pag.* 1195 ... *Barth. Hiſtor. Anat. rar.* 99. *C.* II. & ... re eſt. Quare eò facilius admitti poteſ... à Matribus Syncopizantibus fœtus etia... cem edi poſſit.

Ad Quæſt. IV.

Reſp. Cum igitur jam è præcedent... ſponſionibus ad præcedentes 3. qu... eluceſcat, quod 1. per fluxum menſiun... Inquiſita tempore graviditatis perpeſſa... fans in uterô maternô debilitatus emo... rit. 2. Ex maculis alarum naſi nulla ſ... à causâ externâ violenta concludi poſſi... ter illas, nulla alia ſigna violentæ ſuff... adducantur. 3. Poſſibile etiam ſit, ut ... detenta mulier pariat; adhæc quoqu... hilô non ſit, quod neglecta vaſorun... calium deligatio mortem ſufficienter ... ſimè cauſari poſſit, ut apud *Fabric. Hi*... 1. *Obſ.* 52. videre licet: Ab Ampliſſ. ... Lipſienſi res ita quoque deciſa, & à *D*... *manno* illic confirmata ſit, in *Medi*... *tic. Diſcurſ.* 69. §. 7. & in *Reſpon*... *Caſ.* 69. §. 4. *pag.* 454. *ſeq.*

Interim tamen, quùm juxta depo... Teſtis ad artic. 15. funiculus umbilic... fante demortuo ſecundinis adhuc adh... deque vivente infante reſciſſus & abs... turâ relictus non fuit; hacque ration... pter, quòd funiculus umbilicalis lig... fuerit, nullô modô perierit; è cont... ſi fœtus demortui corpuſculum aper... ſet, obſervari potuiſſet, an Suffocat... nec ne? Hoc autem factum non fuer...

Hinc firmum aliquod judicium ... morte hujus infantis, rebus ita ſe hab...

non poſſumus. Quod requiſiti hiſce, in ium veritatis atteſtari & Facultatis noſtræ Ordin. confirmare voluimus. *Sign. die* 30. *Oct. An.* 1690.

Decanus, Senior & Profeſſores Facult. Med. ibid.

CASUS IV. DE INFANTICIDIO.

Species Facti.

Eretriculæ fœtus in truâ, cui aqua inerat, inventus cum fuiſſet, & à matre u ſponte & exanimis eò delapſus diceretnſpectioni Medicæ fuit traditus, tali inmatâ Relatione:

Relatio & Judicium D. LUCÆ SCHROECKII Jun.

P. P.

ſterna mortui fœtus inſpectio, quam à Dn. Conſule requiſitus, poſt horam ſem pomeridianam, unà cum Chirurgis inſtitui, eundem perfectum beneque um, nec ullum externæ alicujus læſioeô indicium exhibuit. Maculas equitas rubicundas, præcipuè in capite & is obſervavimus, quæ tamen vel à pu: jam incipiente, vel, quod ſuſpicor, in aquam præcipitatione & ſuffocatioum duxerunt. Licet etiam os bregmatrum depreſſum, ſiniſtrum verò quaſi ne ſuffuſum fuerit, utrumque tamen nar planum, integrum & illæſum adpadictam autem depreſſionem in partu, iſſimùm compreſſio ſuturarum fieri ſontingere potuiſſe, veroſimile eſt, rubeque præfata ſuffocatio fortaſſe excitavit. um & reliqua viſcera, præter inteſtina putredinem tendentia, ſana fuerunt deſa. In ventriculô aquæ aliquantulum ebatur. Pulmo floridus ſe ſiſtebat, & mmiſſus ſupernatabat. Ex quibus coltum hunc vivum ex uterô prodiiſſe, ataquâ fuiſſe ſuffocatum. *Aug. Vindel. Maji An.* 1692.

Lucas Schrœckius Med. D. & Phyſicus.

CASUS V. DE INFANTICIDIO IMPUTATO.

Requiſitio.

P.P.

uſâ Criminali, Infanticidium concere, non tantùm ad requiſitionem meam Ampliſſ. Facultas Juridica Giſſenſis, ſed & Protocollum Inquiſitionis, ut & Chirurgi Dominique Medici Relatio, cum Fiſcali, ut Extract. Protocolli Criminalis teſtatur, ad Collegii Medici Reſponſum: *An ſigna in infante reperta & in Actis denominata, ſigna Mortis violentæ ſint?* provocarunt, idemque deſiderarunt. Cum igitur in ſubſidium veritatis æquè ac ex officiò, ut viâ Regiâ incedatur, & enormia ejusmodi flagitia puniantur, illis non potuerim non morem gerere.

Honoratiſſimis meis Dominis Acta præſentia ſub numero 1. 2. & 3. ad judicium eorum obtinendum hiſce transmittere volui, rogando, velint cauſam hanc, ob impenſas, quæ requiruntur, quantum fieri poteſt, promovere, & quô tempore illa repetere debeam, quidve pro ſtudiô & labore ſolvendum ſit, haud gravatim per expreſſum huncce Tabellionem ſignificare, quò omnium rationem habere valeam. Quibus Exc. Exc. V. V. Divinæ Protectioni committens æternùm perſeverò

Dominorum meorum Honoratiſſ.

Officioſiſſimus

Joh. Wilhelm. Ries, Illuſtr. Baron. de Franckenſtein Secretarius.

Reſponſum Facultatis Medicæ Giſſenæ, deſuper infanticidio imputato.

P. P.

CUm Reſponſum Medicum deſideretur: *An ſc. ſigna in infante, quem Anna Catharina N. die* 1. *Aprilis præſentis Anni* 1692. *ſt. n. Ocſtadii in lucem edidit, & die inſequenti ſectioni ſubjecerunt, reperta & in actis annotata ſigna mortis violentæ ſint?* Hinc Nos Decanus & Profeſſores Ordinarii Facultatis Medicæ h. l. prævià diligenti ponderatione circumſtantiarum in Actis nobis transmiſſis contentarum Principiis Artis conſentaneum eſſe duximus:

Præter tumorem obſcurè rubeſcentem dimidiæ faciei in ſiniſtro latere ſub inſpectione ſupradicti infantis ſpurii occurrentem, depreſſio quædam cranii in tempore, aliâs verò in cute totius cranii nullum contuſionis aut læſionis indicium obſervatum fuit, quâ remotâ, in quibusdam locis, in utroque ſyncipitis oſſe ſanguis extravaſatus obſervatus fuit, qualis & ablato craniô craſſaque meninge in tenui meninge in quibusdam locis repertus; adhæc & obſervatum, quòd pulmones aquæ injecti fundum petere noluerint, ſed depreſſi licet, ſtatim elevati fuerint & aquæ innatarint. Omnia ſecundum fuſiorem Relationem à Medicô & Chirurgô conceptam Nobisque transmiſſam.

Utut

Utut verò nullâ ratione dubitari poſſit, quòd depreſſio cranii, unà cum ſanguine extravaſatô, qui tam extra cranium, quàm ſupra tenuem meningem, repertus fuit, de violentiâ mortis, & hoc ipſo ſatis teſtentur, quòd capiti ingens violentia illata fuerit: Quoniam vero in ſimilibus cauſis Criminalibus non ad vim tantùm externam & illatam violentiam, ſed potius eò reſpiciendum, an ſc. violentiâ ejusmodi talis morbus inductus fuerit, qui eſt per ſe, ſimpliciter & abſolutè lethalis: Et verò neque depreſſio cranii, neque ſanguis grumoſus ſive extra cranium, ſive ſupra tenuem meningem collectus ita comparata ſint, ut lethalitas talis per ſe, ſimplex & abſoluta neceſſariò inde ſequatur; cum ſatis ſuperque cognitum ſit, quod tam in juvenibus & recens natis infantibus, quàm adultis hominibus, ligaturis, ventoſis, emplaſtris, tandemque trepanis & elevatoriis depreſſio cranii poſſit emendari, ſanguis autem extravaſatus, qui extra cranium, vel intra illud, inter duas membranas ſe collegit, ſimiliter, ſi medicamentis tam in- quàm externis ſanguinem congrumatum diſſolventibus diſcuti non poſſit, (quod tamen in parvulis, in quibus oſſa cranii quodammodò adhuc hiant, facilius fieri ſolet) tandem tamen per ejusmodi inſtrumenta Chirurgica, terebrationes & ſectiones removeri valeat; præter ſæpius allegatam autem depreſſionem cranii & extravaſati ſanguinis collectionem extra cranium & inter duas meninges, nequicquam amplius in Relatione addatur, unde lethalitas per ſe, ſimpliciter & abſolutè concludi poſſit:

Hinc ſigna hæc in Actis annotata pro ſignis per ſe, ſimplicis & abſolutæ lethalitatis agnoſcere non poſſumus, & è re fuiſſet, ſi ſub inſtituta ſectione ſubſtantia cerebri aperta, ac ventriculi ejusdem, ut decebat, inſpectioni oculari ſubjecti fuiſſent; quô factô meliori cum fundamento judicium aliquod formari potuiſſet.

Cæterum hic reticere non poſſumus, quòd, cum pulmones ita comparati fuerint, ut aquæ injecti fundum petere noluerint, ſed nunquam non emerſerint, infallibile hoc argumentum ſuppeditet, fœtum viventem in lucem editum fuiſſe, & ita ne quidem vim externam ante vel intra partum illi illatam fuiſſe, utpote qui, juxta depoſitionem Inquiſitæ ad Art. VI. unô quaſi impetu contigit; quapropter ipſa Mater ſciat, oportet, unde fœtui poſt partum vis illa inflicta fuerit?

Quæ omnia in ſubſidium veritatis hiſce communicare & atteſtatis confirmare voluimus. Signat. *Giſſæ die* 15. *April. Anno* 1692.

Decanus & Profeſſores Ordin. Facult. Medicæ Giſſen.

CASUS VI.

Reſponſum Facultatis Medicæ G... in cauſa infanticidii imputati...

QUandoquidem deſuper Infante ab A... ELISABETHA N. extra conjugiu... cepto, & die 22. Septembr. hujus anni 1... lucem edito Reſponſum Medicum deſid... quod Reſolutione ſequentium 3. quæſ... maxima ex parte nititur, ſc.

1. *An infans in uterô maternô, aut po... in lucem editus erat, vim quand... peſſus ſit?*
2. *An infans hic vivus, an verò m... ſit prognatus?*
3. *Quodnam judicium Medicum ſ... thalitate formandum ſit?*

Hinc Nos Decanus & Profeſſores O... Facultatis Medicæ, præviâ perlectio... rum Judicialium nobis communica... omniumque & ſingularum illîc conte... circumſtantiarum, Principiis Artis c... neum eſſe ducimus:

Nullis tempore graviditatis ictu, c... que vi externâ corpori A. E. H. illa... quòd tempore quadrageſimali cum ... vini amphorâ graviſſimè collapſa fueri... que tempore ſemper ſe ægrè habuerit, ... re partus de doloribus circa os ſacru... queſta & obſtructa alvô ſe laborare pe... quem in finem bini clyſteres illi applic... Continuantibus verò abhinc doloribus ... batô conſidens ſe incurvavit, crura d... intorſit, & cum ſe in altum elevaret ... adhuc calidus, una cum ſecundinis, ... petu prodiit, cui, quia non ejulaver... tum quidem inſufflârunt, ſed fœmi... eundem ſuſceperat, nullum vitæ ind... eô percipere potuit. Sub inſtitutâ a... ctione obſervatum fuit, quod de cæte... tô corpuſculô nullum omninò ſign... ſpicione plenum occurrerit, niſi qu... in manibus & pedibus contracti, in c... rò os bregmatis dextrum poſt os ... fracturâ digiti longitudine affectum f... ternè ſupra cranium æquè ac inter ... duramque matrem plurimô ſanguine ... tô repertô, læſâque quodammodò du... cerebrô autem inſigni ſanguinis co... tô. Omnia ſecundùm tenorem ... tranſmiſſorum.

Utut verò jam Mater perhibeat, ... pore jejunii quadrageſimalis cum di... amphora graviter cecidiſſe, & ab eo te... nunquam non malè habuiſſe, vix ta... babile eſt, quòd violentia hæc ex... tum in utero ſic afflixerit, ut tot jam ...

kis poſtmodum veſtigia hujus violentiæ ntaadhuc obſervari potuerint; hoc autem bile videtur, quod cùm Inquiſita in partu aſſet, & ut probabile, infans jamjam coro- s fuiſſet, dum unô impetu Partus cum ſe- inis prodiêre, ipſâ poſiturâ ſuâ, quâ in lectô dendo ſe incurvavit, cruraque decuſſatim ſit, infantuli caput in anguſtias redigen- ranio vaſisque ſanguiferis deſcriptô modô ntulerit, indeque nondum in lucem edi- fantulus violentiam illam perpeſſus fuerit; ntum de primâ quæſtione.

ecundam quæſtionem quod concernit: *cilicet infantulus vivus, an mortuus cem editus ſit?* Ipſi quidem Teſtes adhi- os certos ſatis reddunt, quòd neque ullus us, neque ullum vitæ indicium percepta t, juxta depoſitionem Teſt. 1. quæ ſta- iam infantulo halitum inſufflavit.

vid. Act. p. 39.

uæ Domino Judici committuntur. Cùm ttreſtantibus Actis pag. 15. 6. ad Expe- tum aliquod Anatomicum provocetur, uſtinere conantur, infantem viventem cem editum fuiſſe, cùm pulmones ejus innatârint, cum tamen aliâs pulmones onis, in utero materno demortui, quam- m aquæ injiciuntur, ſtatim ad fundum lant: Hinc ſciendum, quod de nihilô n non ſit, experimentum modò dictum ſuâ naturâ firmo ſtare talo ſuoque gau- undamento; quùm verò hoc in caſu, depoſitionem teſtis primæ pag. 39. infan- tus inſufflatus fuerit, & quidem, ut pag. fertur, eô adhuc calente, eaque de cau- hire potuerit, ut fiſtulæ bronchiales & cel- eſiculares in pulmonibus, ut *Thom. ſius* illas ex primâ inventione *Malpighii*, quæ propter defectum reſpirationis in adhuc connivent, indeque cauſari poſ- ut pulmones ad fundum cadant, per in- ionem autem apertæ aerem in ſubſtan ulmonum admittunt, unde experimen- occe in præſenti caſu non omninò qua- videtur, adeoque ex principiis Medicis biô relinquitur, an infans ille vivus, an us in lucem fuerit editus?

verò, quod rei caput eſt, ut attingamus, le judicium Medicum ſuper lethalitate ſubjecti ſit formandum? illud quidem eſt, quod fractura cranii deſcripta in hoc ſubjectô ſummè periculoſa & ſan- extravaſati copia de violentâ cauſâ ex- atis atteſtentur, digiti manuum pedum- ontracti quoque manifeſtent, quod fa- animalis in cerebrô non parum læſa eaque propter veroſimile, quod ali- tiam ſanguinis coagulati circa princi- nervorum ſtagnaverit; Quoniam verò mmunicatis Relationibus tam Dnn. Me- m, quàm Chirurgorum, hujus nulla mentio eſt facta, niſi fortè ſub nomine ſinus cerebri longitudinalis, cujus Dn. D. Krauſold in Relatione ſuâ meminit, quartus cerebri ventriculus intelligatur, quô caſu tunc vulnus hoc aut Fractura pro abſolutè & ſimpliciter letha- li habenda: Alioquin autem, cùm ſanguis intra cranium collectus, apertô quàm maxi- mè exiſtente craniô, facilimè educi poſſit, membranarum cerebri læſiones æque minus ac Corticalis cerebri ſubſtantiæ læſiones ſim- pliciter lethales ſint, Convulſiones partium extremarum quoque per conſenſum oriri poſſint, & in determinanda lethalitate alicu- jus vulneris, quoniam de vitâ ſanguineque hu- mano agitur, meris conjecturis ſufficienter inniti non licet, ſed argumenta heîc omni ex- ceptione majora requiruntur, adverſus quæ nulla valeat exceptio, qualia hoc in caſu col- lectus ſanguis in ventriculô nobili aut principiô nervorum fuiſſet;

al. Pand.

Hinc circa lethalitatem abſolutam & ſim- pliciter talem nil certi determinare, ſed ju- dicium noſtrum in ſuſpenſô detinere ju- bemur.

Atteſtationis ergò Sigillô Facultatis hocce confirmando. Sign. *Giſſæ* die 19. Nov. A. 1690.

Decanus & Profeſſores Ordin. Fa- cult. Med. Giſſenæ.

CASUS VII.

DE

INFANTICIDIO PER INJE- CTIONEM PULMONUM IN AQUAM EXPLORANDO.

Relatio & Judicium Medici.

VIx annus elapſus eſt, cum ab Ampliſſimô hujus Urbis Senatu cum Chirurgô in Pagum vicinum evocarer, ut de Nati cada- verculô, an culpa Matris (de Infanticidio ſu- ſpectæ) obierit, deponerem, advenientes, non tantùm ex hujus, ſed obeſtricis, quæ ipſi in Partu opem tulerat, cæterorumque Ad- ſtantium quoque Relatione intelligebamus, fœtum non tantùm aliquot ante Partum horas in latere, nî fallor, ſiniſtrô abdominis materni ſine omni motu & in glomum quaſi convo- lutum jacuiſſe, ſed mortuum quoque, i. e. ſine omni ſenſu & motu prodiiſſe, niſi quod poſtquam eadem Obſtetrix ipſius faucibus ſpi- ritum inhalarat, bis exſpirare viſus fuerit (noch gegipſet) Noſmet ipſi videbamus Cadaver par- tui perfectô & maturo ſimile, ejus funiculum umbilicalem hinc inde putrilaginoſum (qua- lem corruptelam in ſecundinis remotis quo-

que aſſerebat Obſtetrix) totum habitum marcidum & flaccidum valdè, nullam verò violentiæ illatæ notam obſervabamus. Unde Obſtetrici ſubſcribere jubebamur, & quidem per phænomena relata, mortuum hunc partum prodiiſſe, quem Mater, obſtetricem arceſſens, celare noluerat. Quò verò & hac occaſione controverſiam illam, de innatantibus ac ſubmergentibus Natorum Pulmonibus per experientiam ventilarem, è thorace tenellô hos extractos, ſatis albicantes, aquæ injiciebam, cui innatabant, fœtus nihilominus mortui: ſine dubiô, quòd explicati fuerint facta â Obſtetrice aëris inſpiratione. E. quod probandum erat hactenus negatum, aliquando pulmones mortui intra uterum fœtus aquæ ſupernatant.

D. Joh. Bohnius in Medic. Forenſi Specim. 3. §. 37.

CASUS VIII.
DE INFANTICIDIO ET PULMONUM IN AQUA SUBSIDENTIA.

Hiſtoria & Requiſitio.

TRansmiſſa fuerunt Acta Infanticidium & Nepoticidium concernentia ad Ampliſſimam Facultatem Medicam Academiæ Tübingenſis, ubi in fœtu, poſt fata & ſepulturam clandeſtinam eruto rurſus & inſpectioni tradito, reperta fuerunt hæc: Hepar nempe corruptum & tumefactum, abdominis cavum paucâ aquâ repletum: Pulmones in aquam injecti fundum petentes. Avia, quæ adſtitit parturienti, cum interrogaretur de infante, mortuum illum eſſe natum aſſerebat. Filia verò conſtanter dicebat: Ex matre ipſam percepiſſe, vagiviſſe natum aliquot vicibus poſt partum, quod in Examine poſtea etiam Avia eſt confeſſa. Cùm verò de ultimô ſuppliciô illi ſolùm inferendo quæſtio eſſet oborta, diu diſceptatum fuit, de vitalitate illius fœtus. Defenſor ejus, occaſionem Reæ defendendæ etiam hanc arripuit, dum pulmones infantis iſtius in aquam injecti fundum petierant, per receptam in Scholis Medicis ſententiam, illum extra uterum nunquam vixiſſe contendens, multò minus ergò vagitum edere potuiſſe, ſed deceptas eſſe mulierculas iſtas, ancipiti tum periculo preſſas, id quod confirmare magis ipſi credebatur viſcerum reliquorum præternaturalis conſtitutio, ex aſſumtis fortioribus purgantibus & pellentibus contracta. Dumque lis hæc inter Advocatos mota fuit, Avia, quæ in Examine privatô confeſſa erat, omnia rurſus pernegavit, & quidem adeò, ut ſe deceptam eſſe dixerit, & imaginatam ſibi fuiſſe tales vagitus aſſeruerit, nec comminationibus, nec precibus ad primam veritatem repetendam adigi potuerit: Pervenit cauſa ad Ampliſſimam Univerſitatis Tubingenſis Facultatem Juridicam, q[...] antequam ſuum judicium dixit, petiit ab A[...] pliſſimô Collegiô Medico, velit illud ſente[...]iam ſuam aperire, an præſcindendo à Vag[...]bus, quos Mater aſſerebat, & negabat Avia, [...]cundum ea, quæ in Relatione Dnn. Inſpect[...]orum proponuntur, cenſeat, quod fœtus qua[...]onis extra uterum non potuerit vivere?

Reſponſum Facultatis Medicæ Tubi[...]gen[...]ſis, deſuper incertitudine vitalitat[...] aut mortis infantis, ex ſubſidentia p[...]-monum hauriendæ.

PRæternaturalem fœtus conſtitut[...] nec mortem tam ſubitaneam non nec[...] ſari debuiſſe inferre, cùm naturaliter & veh[...]nen ter ad usque partum ſeſe moverit infans [...]illu que aſſertum, de Pulmonum in aqui[...]ubſi dentiâ, ob experimenta contraria & ra[...]one præſertim in hoc ſubjecto, contra comm[...]une ſententiam ipſi valdè ſuſpectum, ſit & hi[...] in v[...]talitatem infantis inclinavit.

Quæſtiones in Tortura propoſi[...].

HAc factâ denuntiatione ad Tortura[...] co[...]demnatæ fuerunt ambæ, Mater & Avi[...] certaque Interrogatoria præſcripta, & [...]ura Scriba excepta ſunt, à Præfecto illius lo[...], Vi[...] Nobili atque Clariſſimo Dn. Magiro Ce[...]. D. Zellero communicata, quæ ſequent[...]atio ſe habent:

Qu. 1. *An Infantem, cum eundem [...] ite[...]tur, in ſitulâ ſe moviſſe obſervâr[...]?*

Reſp. Mater: Ita, ſe vidiſſe.

Qu. 2. *An audiverit, quod in ſit[...] ej[...]laverit?*

Reſp. Aff. ſe noviſſe, quod ur[...] a [...] ejulaverit.

Qu. 3. *An cum Matre ſuâ prius c[...] ſilii inierit fœtum enecandi, & cur a[...] inf[...]tulo ſolicita non fuerit, cum eu[...]dem ſitulâ moveri obſervaſſet?*

Reſp. Nunquam in mentem ſibi v[...]iſſe [in]fanti ullam vim inferendi, ſed omne[...] ſe [...]ram ejus Matri reliquiſſe.

Cum verò hæ Reſponſiones Judi[...] nec [in]genuæ, nec ſufficientes videbantur, [...]ort[...] commiſſa, animum malignum confe[...] eſt poſt Torturam confirmavit.

Hoc peractô adducta fuit Avia, & [...] mo[...]ta, ut confiteatur veritatem, quam i[...] eu[...] in principiô protulerat, ſed conſtan[...] omi[...] negavit, & quidem &c.

Ad Qu. 1. *An ſibi propoſuerit & [...] e p[...]tum cum Filiâ conſilium ceper[...] puer[...]lum, ſi in lucem editus fuerit, [...] neca[...]di, aut in ſecundinis, liquore [...] nii a[...]que ſanguine corrumpendi?*

Reſp. Neutiquam.

Qu. 2. *An infans in Situlâ ſe moverit?*
Reſp. Neg. ſe non moviſſe, multò minus vi-
niſi quod ſibi viſum fuerit, cum hypocau-
ingrediebatur, acſi binos adhuc vagitus
s ediderit.
Qu. 3. *An infantulus ſub tumulatione
ulaverit?*
ſp. Neg. neque ſub inhumatione, neque
pocauſto ejulaſſe.
dmota igitur Torturæ, vix primos ſen-
dolores, omnia, quæ antea negaverat,
ſſa eſt, & inter illa: „Quod fœtum per
octa ex herbis parata enecare voluerit,
rum uſum filiæ conſuluiſſet, & paraſ-
cùm verò hoc ex votô non ſucceſſerit,
ue fœtus abactus fuerit, ſe Matrem ad
m dixiſſe addit: Pariendum E. Tibi erit,
phinc usque ad tempus ipſius partus, plus
n centies, in hypocauſto, lecto, horreo
campo, ubicunque ſolæ fuiſſent, ambas
ilium iniiſſe & deliberaſſe, quâ ratione in-
m, ſive vivus, ſive mortuus in lucem
iret, clanculum aut enecare aut vivum
mare vellent, prout idem quoque factum
t, & amplius negari non poſſet, ita ut ad
eſſionem hanc & vivere & mori, imò &
m Cœnam acceptare vellet, quod ſc. In-
in hypocauſto adhuc vixerit, & in ſitulâ
s vagitus, ſub inhumatione verò quatuor
us ediderit. Hæcque etiam poſtea, jam
as aliquot à Tortura liberata, juxta Man-
Sereniſſimi rurſus interrogata, ingenuè
feſſa.
Joh. Zellerus in Diſp. Tübingæ Anno
1. habita, cui Tit. *Infanticidas non ab-
it, nec à Tortura liberat Pulmonum
qua ſubſidentia.*
allelum huic & conſimilem ferè caſum
t *D. Chriſtianus Schuchmannus in
an. Medico-Phyſ. S. R. J. Acad. Nat.
ec.* 3. *Ann.* 1. *Obſ.* 104. *pag.* 168. ſeqq.
Anno hujus ſeculi 91. die 3. Martii Ma-
wigia, aliâs Treſcher-Maria vocata, ex
Venere puellam peperit, quam linteis
ns ciſtæ includit, quod cum Magiſtra-
loci innoteſceret, Medicinæ Licentia-
racticum Ronneburgenſem percele-
lluſtrandum ſecandumve corpuſculum
rtium evocat. Hinc remotis linteis
e craniô ac thorace, cum nihil ſolidi,
iolentas manus teſtaretur, adveniret,
, an viva, an mortua prodierit, ſatisfa-
pulmones ſufficienti aquæ quantitati im-
quos citò ſubſidere videt. Innixus huic
ento (quod ſæpius etiam in brutis antea
n viderat) & quod vaſa ſanguifera, re-
idem umbilicô, ſed filo non conſtrictô,
rgida cerneret, in Renunciatione ſua
ante partum, ſicque adhuc in uterô
n, periiſſe judicat. Meretrix interim
dii ſuſpecta, Ronneburgi captiva deti-
ſtituta hinc in Præfecturâ Ducali, quæ
l. Pand.

ibidem eſt, inquiſitione generali, ſingula ne-
gat, nequicquam de perpetrato infanticidio
ſponte manifeſtat; nec carnificis præſentia in-
ſtrumentorumque apparatus illam terret, imò
arctiorem pollicum compreſſionem ſine con-
feſſione pertulit. Fidiculis cùm ſubjiceretur,
ſequentia profert: Se filiam non necaſſe, oc-
cidendi tamen animum habuiſſe, vixiſſe ad-
huc puellam brevî ante partum, propendiſſe
funiculum umbilicalem, quem fœtûs inteſtina
eſſe reputans, ſinui reddidiſſet, an autem hâc
ratione fœtum ſuffocaſſet, ſibi non conſtare,
utut putet. Cum inſtarent ulterius fidiculis
illam exercere, ut deſiſterent, petiit 6. die Apri-
lis, cunctaque ſe narraturam promittit: igitur
ad 3. Articulum: *An ſc. infans ante & poſt
partum vixerit?* affirmativè reſpondit. Ad
artic. 4. *Annon interfecerit infantem?* affir-
mativè reſpondit. Ad artic. 5. *Annon liga-
turam funiculi umbilicalis ſtudio neglexe-
rit?* reſpondit, non veniſſe in mentem. Ad
artic. 6. *Annon illa exiſteret cauſa mortis?*
affirmativè reſpondit, dicendo, vixiſſe utique
poſt partum infantem, artusque moviſſe, ſe
motum ejus ſenſiſſe, conſtrinxiſſe verò illam
fœtui fauces & fontanellam compreſſiſſe. Hâc
ipsâ horâ XI. noctis, ſc. 6. Aprilis repetiit hanc
confeſſionem. Cum die 8. Aprilis denuò in-
terrogaretur, absque tamen tortura, ad Artic.
3. 4. & 5. ut ſupra affirmativè reſpondit. Ad
artic. 6. autem ſic depoſuit: quod utique mor-
tis exiſteret cauſa, cùm fauces conſtrinxiſſet &
fontanellam compreſſiſſet arctius: ſed non vi-
xiſſe puellam poſt partum, nec motum hujus
animadvertiſſe? exprobrante autem Judice
hanc varietatem, & ut vera deponeret, mo-
nente: ternâ vice affirmativè reſpondit, dicen-
do: Utique ſe motum fœtus percepiſſe, ma-
nibus ſe motitaſſe fœtum, reliquaque omnia
Artic. 8. contenta conſtanter affirmavit, ſin-
gulaque denuò prælecta ſine ulteriore nega-
tione, quod vera ſint, ſanctè affirmavit, quam
etiam confeſſionem ſubſequente morte con-
firmavit. Hic igitur eſt Tragœdiæ hujus exi-
tus; de fide autem hujus Relationis ne dubi-
bitet, rogo, Benevolus Lector, ſiquidem hæc
omnia literis debeo ſupra allegati Medicinæ
Licentiati, qui Acta judicialia Publica excer-
pſit mihique communicavit, &c.

Vid. cit. loc.

CASUS IX.

DE
INFANTICIDIO PER PULMO-
NUM IN AQUAM PROJECTORUM
SUBSIDENTIAM ELIDENDO.

OCcaſione Caſus Greuſa Schüziani de Anno
1682. in Diverſis Collegiis ex profeſſo
ventilata fuit Controverſia, &

QUÆSTIO:

An Pulmones Aquæ impoſiti, ſi ſubmergantur, indicium præbeant, Animal, cujus Pulmones ſunt, extra uterum vitam nunquam habuiſſe?

D. SCHREYERUS, Phyſicus Cizenſium pro Affirmativâ ſqq. poſitiones allegabat:

1. Embryo demum verè vivere creditur, quando in lucem editus reſpirat, in utero autem reſpiratione caret. *Galenus de L. Aff. lib. 6. cap. 5.* In confeſſo eſt & ſpirationem à vitâ, & vitam à „ ſpiratione ſeparari non poſſe, adeò ut viventem „ non ſpirare, & ſpirantem non vivere impoſſibi- „ le ſit. *Deuſingius in Microcoſmo*: Non vivere „ dicitur fœtus in uterô, quia actus naturales „ corporis non exercet ſeu, operationes non „ habet organorum. *Kyperus lib. 1. Med.* „ *Contr. cap. 23. §. 3.* ordinariè reſpiratio in „ fœtu non eſt. *Lamsvverde & Svammer-* „ *dam*: Non reſpirat Embryo, quia aquæ in- „ natat: Aer deficit & muſculi ad reſpiratio- „ nem neceſſarii debiliores ſunt.

2. Per reſpirationem aer in pulmones ingreditur vocisque modulationem regreſſu efficit; ejulatus enim & vagitus in uterô extra ordinem ſunt. *Nymman. de Vitâ fœtus in uterô* teſtatur, & *Bartholinus* refert: Tempore partus aërem accipit infans.

3. Aer in Pulmones receptus non totus exſufflatur, ſed in veſiculas receptus, iſtas aliâs in ſe ſubſidens coarctat; & graviores qui ſunt, dilatat, leviores reddit, ut aquæ, quod lanionibus notum, ſupernatent. *Suammerdam*: „ Propter aeris præſentiam aquis impoſiti pul- „ mones nunquam fundum petunt, poſtquam „ ſemel tantùm animal inſpiraverit. *Deuſin-* „ *gius Sect. 6. mot. cord.* Pulmones in fœtu „ rarefiunt, quando in lucem editus, compa- „ ctior pulmo in uterô eſt. *Harveus*: per „ pulmones fœtus ſanguis non circulatur in ute- „ ro, quia ſubſident. *Lamsvverde*: In fœtu „ pulmones ſemper ſunt contracti, aſſumtô aere „ expanduntur & dilatantur, in lucem verò „ editus infans citò reſpirat, quia in uterô ſem- „ per eſt ſpirandi conatus.

4. Contrariorum eadem eſt ratio: Si propter aeris ingreſſum pulmo alleviatur, ut aquæ innatet, ſequitur, quod in defectu aeris etiam pulmonem, qui in uterô compactior & gravior, in aquâ ſubſidere oporteat. Proinde

5. Poſitâ reſpiratione in fœtu extra uterum, ponitur vita & contra: Reſpiratio enim & vita pari paſſu ambulant. *Ariſtoteles de Reſpir. c.* „ 2. Inſpiratio & exſpiratio principium vitæ & „ necis habent. *Galenus lib. 6. Loc. aff. c. 5.*

6. Data Reſpiratione, datur pulmonum levitas: Negatâ hâc, negatur aëris ingreſſus & reſpiratio, manetque pulmonum gravitas. Adeoque poſitis his, ſequitur

7. Quod Pulmonum cadaueris cujuscunque gravitas, coarctatio & ſubmerſio, excludat reſpirationem & vitam extra uterum, præbeatque indicium, animal tale extra uterum nunquam vixiſſe. *Cizæ die 4. Febr.* 1[…]3.

Joh. Schreyer D. Phyſ. Cize[nſium]
juratus.

Judicium Medicorum Lipſienſi[um].

DEſideraſti nuper judicium noſtru[m] […] per quæſtione:

An certi eſſe poſſimus, Fœtum i[…] non vixiſſe, ſi pulmones ejus aqu[…] Eti mergantur?

Jam ad decidendam hanc quæſtionem […]

I. Indubium & nunquam non den[…] ri poteſt, omnes pulmones, tam ex h[…] quàm brutis deſumtos, quamprimum […] attraxerint, in aquâ non ſubmergi, […] per ſupernatare, ſive integri injicianti[…] fruſtillatim.

II. Et hoc certum eſt & pluribus […] mentis demonſtratum, quòd, ſi bru[…] dam, ut ſine vita in lucem editi, aut […] maternô exſecti & in membranis ſuis […] tui, pulmones aquæ injiciamus, hi ſta[…] ſideant; ſicut de hocce *D. Caroli Ray[…]* ſervatio, quam in binis diverſis infar[…] utero demortuis inſtituit, & *Miſcell.* […] *Curioſ. in Germ. Ann. VII. Obſ. C[…]* 299. inſeruit, inter alia lectu digniſſ[…] ut *Spigelii* aliorumque Autoritates ja[…] mus. Ut autem quivis obſervet, cu[…] mento hæc experimenta innitantur, & […] bus cauſis perpetuò & infallibiliter ſu[…] hinc ſolitas & Naturæ conſentaneas […] noſtras ſimul allegabimus.

Quod enim I. Pulmones viventi[…] uterum concernit, fuſiori demonſtrat[…] eget, quâ de cauſâ aquæ ſupernatent, […] aer reſpiratione attractus, & magnar[…] tem in cellulis pulmonum poſt reſpi[…] contentus, hos æquè minus ad fund[…] dere permittit, ac veſicam ab aere d[…]

Jam verò II. Fœtus, quamdiu […] maternô continetur, ne minimâ q[…] parte reſpirat. Siquidem 1. ad oc[…] monſtrari poteſt, quòd, ſi fœtus ex […] ſcinditur, ne minima quidem aeris […] in amniô, ſeu tunicâ fœtum immedia[…] te, ſed talis è contra liquor reperia[…] ſi inter reſpirandum (prout aliter fier[…] ſet) in pulmones attraheretur, inept[…] turæ prorſus adverſus eſſet. 2. & hoc […] demonſtrari poteſt, fœtum, quam[…] lucris ſuis incluſus jacet, ipſum aut p[…] aut ad minimum, licet quodammodò […] thoracem non elevare, ſine quô Reſpi[…] nequit. 3. FruſtràNatura tam ſollicita […] non tantùm foramen ovale, ſed & an[…]

rioſam in Embryone formavit, quò ſan- pulmones præterire poſſet, neque per dem circulari indigeret, ſi pulmones Re- tione expanſi circulationem ſanguinis ordi- am admitterent.

Dum igitur pulmones fœtus in uterô ex- ti, contra morem aliorum, extra uterum ntium, unicè & ſolùm in aqua ſubſident: ns autem, eô, quô in lucem editur mo- tô, ſtatim reſpirare incipit, dubio procul itur illos pulmones, qui in aquâ ſubſident, llô animali, quod extra uterum vixerat, icîſci.

Hanc noſtram quæſtionis transmiſſæ Re- ionem, quam in nullius commodum aut mentum, ſed juxta Scientiam noſtram & ſcientiam ex propria obſervatione & veri- onvenientibus fundamentis concepimus, equiſitionem literis mandare & propriâ u ſcribere non dubitavimus. Lipſiæ die Novembr. Anno 1683.

D. Auguſtus Quirinus Rivinus.
D. Chriſtian. Johann. Lange.

Judicium II. Lipſienſium.

Ùum ad Quæſtionem: An hoc ipſum pro certo indicio habendum ſit, infantem em exanimem in lucem editum fuiſſe, mones ejus in aquâ ſubſideant? haud idem reſponderimus, quòd omninò, vi um & experimentorum adductorum, eſſe poſſimus, fœtum tum vivum non n, ſed in uterô maternô demortuum Nunc autem porrò quæratur:

ſi fruſtum pulmonum infantis demor- , cumprimis aliquot à partu diebus, quâ ſubſideat, exinde concludi poſſit, antem in uterô Maternô & adhuc an- Partum demortuum fuiſſe? Aut an m quoque aliis ex cauſis, non obſtan- quod fœtus animatus & vivus pro- rit, in Pulmonibus obſervari poſſit?

fficioſi reſponſi locô referimus, quòd, nc allegatæ rationes omninò etiam ad caſum extendendæ ſint, nos tamen ad m eorum confirmationem diverſa ad- perimenta inſtituentes, Pulmones Vi- ui vivus in lucem erat editus, tamdiu ra reconderimus, alios aquæ immerſe- alios in aere ſuſpenderimus, donec o- x ſinguli ſatis fœtere & putreſcere in- nt: quô factô ad unum omnes, tam , quàm in fragmentis; aquæ inna- haud aliter ac priori, quô integri erant, re.

oniam igitur citra omnem controver- nſtat, Pulmones, qui unicâ tantùm em attraxerunt, neque putredine, ne- modô eò deduci poſſe, ut ſubſideant; hinc & firmô ſemper talô innititur, quòd, ſi pulmones infantis demortui, aut portio eo- rum, etiam aliquot à partu diebus, ſubmer- gantur, hoc ex nulla alia causa, quàm inde proveniat, quòd infans jam ante partum in uterô maternô fuerit demortuus.

Hoc prævia requiſitione hiſce pro con- ſcientia atteſtari voluimus. Lipſiæ die 19. Julii, 1684.

D. Auguſtus Quirinus Rivinus.
D. Chriſtian. Johann. Lange.

Reſponſum Facultatis Medicæ Academiæ Francofurtenſis ad Oderam deſuper certitudine experimenti cum pulmonibus aquæ injectis inſtituti.

P. P.

PRopoſitô nobis Caſu, Annam Voigtiam ejusque Matrem, infanticidii ergò accuſa- tas concernente, cum additamentis (quæ unà cum ipſo Caſu, ſub Facultatis Noſtræ Sigillô hiſce remittimus) ſimul transmiſſis & deſide- ratô Reſponsô noſtrô, cum rationibus dubi- tandi & decidendi, deſuper quæſtionibus illîc formatis; Quæſtiones illas diligenter perpen- dimus, & de illis ſententiam noſtram hiſce præ- meditatò ſeqq. impertimus:

Sc. dum 1. quæritur *An indicium certum aut valdè probabile ſit, Partum ante exi- tum ex uterô maternô fuiſſe exſtinctum, ſi ejus Pulmones ſubmergantur in aquâ?* Re- ſpondemus affirmativè; ita ut dicamus: Eſt valdè, imò maximè probabile indicium, Par- tum ante exitum ex utero maternô fuiſſe ex- tinctum, ſi ejus Pulmones ſubmergantur in aqua; & hoc ideò: Certum enim primò & ad oculum demonſtrabile, quòd omnes pul- mones, tam hominum, quàm brutorum, quæ extra uterum vixerunt, aquæ injecti non ſubmergantur; hocque contingit, quia leves ſunt & rari, ob aerem, quem extra uterum maternum, in viventibus & reſpirantibus ani- malibus hauſerunt ejusque nonnihil retinue- runt. Deinde quoque partim confirmatione Phyſicorum cautorum & fide dignorum (qua- les in additamentis ſufficienter adducti ſunt & adhuc plures adduci poſſunt) partim propriâ noſtrâ obſervatione conſtat, pulmones anima- lis alicujus, quod mortuum utero materno ex- tractum eſſe certò conſtat, ſi in ſecundinis ſuis aut matrice occluſâ exſpiravit, aquæ in- jectos neutiquam ſupernatare, ſed ſubſidere; hocque fit, quoniam denſi ſunt & graves, ob defectum aeris, quem nondum hauſerunt, adeoque de eô nilquicquam retinere potue- runt. Infans enim, aut embryo, quamdiu ſuis involucris & utero occluſo adhuc cingi- tur, neutiquam reſpirat, ita ut aerem per os

atque nares, & abhinc per aſperam arteriam recipiat, aut emittat. Quod ut ſuſtineatur, referimus nos ad Rationes, & authoritates, in Additamentis jamdum allegatas; & quoniam illas validiſſimas eſſe cenſemus, plures operosè non adducemus, utut illis non deſtituamur. Equidem ſunt, qui certitudinem allegatorum Experimentorum in dubium vocare ſuſtinent, contra quæ in Diſputatione quadam *de abſtruſo reſpirationis humanæ myſteriô*, penes Vos quam notiſſimâ, hunc in modum diſſeritur: „Cum ex Hydroſtatices Legibus conſtet, corpora omnia, in ſpecie, uti loquuntur, aquâ ipsâ leviora, in eâdem ſupernatare, ſi ſufficienti aquæ quantitati immittantur: Pulmones autem, uti membranoſa & carnoſa omnia, ſpecificâ gravitate, aquis cedant; hinc tam fœtus nondum reſpirantis, quàm nati Pulmones ſupernatare poſſunt, ſi modò ſat magna aquæ quantitas illos circumfluat. Adeoque non ſequitur: Pulmones quia ſupernatant, E. fœtus reſpiravit: Nec vice verſa. Nam quod quorundam Experientia velit Pulmones fundum petiiſſe, id ipſum juſtô minori aquæ quantitati tribuendum, quam facilè pulmones mole ſua dispellere, & ad loco cedendum adigere, ſicque ſubſidere poterunt: Aſt ut taceamus, in ſcriptô hoc experimentum experimento non opponi, ſed de poſſibilitate tantùm dici, minus ſanè probabile eſt, tot Prudentes & cautiſſimos Viros, qui ſupradictas obſervationes de pulmonibus intra uterum mortuorum ſubmerſis collegerunt & annotarunt, id neutiquam attendiſſe, quòd juſtô minorem aquæ quantitatem adhibuerint. Quin ſufficit, ad veritatem experimenti hujus confirmandam, ſi demonſtretur, pulmones infantis aut bruti alicujus, in uterô demortui, in tali aquæ quantitate ſubmergi, in quâ, ſi aërem admiſerunt, aut alii ejusdem magnitudinis, è vivis animalibus deſumti, ſupernatant. Quod, nî fallamur admodum, ita contingere ſolet.

Porrò contra allegatas rationes nonnulli objiciunt fœtum in uterô reſpirare, Vagitus uterinos, Nutritionem fœtus per os aliaque ſimilia; aſt qua ratione dubiis illis occurrendum ſit, ſuprà allegata Diſputatio docet, utpote quæ hoc in paſſu noſtræ ſententiæ prorſus eſt conformis, hancque bene defendit. Quapropter, cum de hiſce pluribus agere nimis prolixum foret, eò nos referre volumus, hoc ſaltem addentes: Quod, ſi in ſpecie de Aeris inſpiratione & exſpiratione agitur, non tam Aër elementaris, qui Æther vocatur, quàm ille, qui atmosphæram, corpora noſtra ambientem format, juxta manuductionem *Dn. D. Bohnii Exercit. Phyſiolog. Octav.* §. 10. intelligendus ſit; quod, ſi probè obſervetur, plurimis Objectionibus, circa Reſpirationem Fœtus in utero motis, ſatisfacere poterit.

Quodſi ergò neſciatur, an infans aut animal intra, aut extra uterum exſpiraverit, dubiô procul hujus irrefutabile argumentum eſ[…] pulmones inſigni aquæ quantitati ſupernat[…] Illius verò, ſi in illa ſubmergantur. Inde[…]tur, dum II. quæritur:

Annon in præſenti Caſu propter reli[…] circumſtantias huic junctas præſu[…]dum ſit, infantem Annæ Voigtiæ in[…]rò jam extinctum fuiſſe?

Reſpondemus pariter affirmando. Nam[…]ter hoc, quod ex Actis eluceſcat, pulmon[…] fantis demortui, cùm Dn. D. Schreyerus,[…] ſicus Cizenſis, eosdem ſub Sectione ſepa[…] & aquæ (cujus procul dubio ſufficientem […]titatem adhibuerit) injiceret, ſubſediſſe: […]tum infantis in uterô Maternô ſequente[…] cumſtantiæ probabilem reddunt, quòd

1. Anna Voigtia paucis ante partum […]bus de limine piſtrinæ præcipitata fuerit[…] ut præ terrore ne verbum quidem profer[…]tuerit: Ubi vehemens æquè concuſſio, […] infans tunc perpeſſus eſt, ac ipſum dam[…] quod tulit, mortem infantis ſufficienter p[…]vere potuerunt.

2. Quòd obſtetrix, cum tempore […] Eandem viſitaret, ſub abdominis attactu […]nimum quidem motus in abdomine ind[…] ſenſerit; id quod pro ſignô fœtus jam d[…]tui haberi debet. Cui

3. Accedit, quòd Partus difficilis &[…]rioſus fuerit, quô debilis jam fœtus ſi […]pſum & terrorem modò dictum enecatu[…] fuerit, adhucdum exſpirare potuit.

Hoc Reſponſum noſtrum Sigillô F[…]tis confirmando permanemus &c. *F[…]furti ad Viadrum die* 4. *Jan.* 1684.

Decanus, Senior, Doctores & Pr[…]
feſſores Facultatis Med[…]
Acad. Electorali Bra[…]
quæ Francof. ad Odera[…]

Reſponſum Facultatis Medicæ W[…]bergenſis, deſuper incertitudine exper[…] pulmonibus aquæ injectis inſtituti, […]monſtranda fœtus vitalitate in[…] & extra uterum.

CUm ex Mandato Clementiſſimo S[…]tis Electoralis Saxonicæ literæ q[…] requiſitoriæ, unà cum Actis Inquiſitio[…] Johannis Henrici Voigtii Conjugem & […] in punctô Infanticidii concernentibus […] transmiſſæ & juxta tenorem ſententiaru[…]cialium, fol. 87. & 155. Vol. 2. conte[…] judicium noſtrum, cum rationibus du[…] & decidendi, deſuper ſequentibus qua[…]bus requiſitum fuerit:

An, ſi fruſtum pulmonum infantis […]tui, cumprimis aliquot à partu d[…] aquâ ſubſideat, exinde concludi[…]

fantem jamdum in uterô materno, adeo- ue adhuc ante partum emortuum fuiſſe? ut an idem ex aliis cauſis, non obſtan- , quòd infans animatus atque vivus in ucem prodierit, in pulmonibus accidere oſſit?

Acta illa diligenter perlegimus, omnia tè perpendimus & deſiderati reſponſi loco imus: Quòd experimenta à Medicis alle- in dubium quidem vocare non ſuſtinea- , dum ipſimet ex parte jam ante plures s experti ſumus, Pulmones Abortus qua- menſium, ut & infantis in ipſo partu de- ui, in aquâ ſtatim ſubſediſſe, quod abhinc tis quoque ſæpius obſervavimus; quin tiones adductas ſuo in valore relinqui- juxta quas gravitas Pulmonum vel exin- oque adſtrui poſſet, quòd veſiculæ pul- m tempore formationis, ut in omnibus is corporis partibus excavatis fieri ſolet, quodam obſeſſæ ſunt, ne membranæ cant, quem mucum poſtmodum aër, *rellus* loquitur, abradit. Porrò nec tuimus, quòd propter putredinem pul- s, qui jamjam aërem admiſerant, ita i poſſint, ut ſubmergantur, quia impoſ- eſt, ut omnes veſiculæ ita penitus cor- ntur, ut omnis aër evaneſcat, niſi tota- olutio mixti accedat; unde Experimen- 75. allegata facilè admittere poſſumus. n exiſtimare non poſſumus, quod hoc indubitatum & univerſale argumen- t, quô adeò certè & infallibiter demon- oſſit, infantem ante partum in uterô riò demortuum fuiſſe. Id equidem ex poſitis tandem inferri poſſet: Si Pulmo- aquâ ſubſident, nondum in hoc univer- m hauſerunt: Aſt non ſtatim ſequitur, in uterô maternô tunc emortuum fuiſ- n tam intra, quàm poſt partum infans udens enecari poſſit, antequam aërem ndo admiſerit.

c ut confirmemus, ante omnia præ- endum eſt, infantem per aliquod tem- tervallum non ſecus extra uterum ac vivere poſſe, antequam reſpiret, quod entibus Caſibus accidit:

Obſtetrices ad unum omnes fateri co- , quod ſæpiſſimè infantes naſcantur, quidem movent & pulſu gaudent, ſed pirant, ita ut neceſſariò illis ſpiritum & inflare teneantur, ſi videlicet ſanguis æ erumpentes confertim ex utero pro- os & nares obturent, ut reſpirare ne- Pariliter, ſi pulmones nimiô mucô t, hôcque os & nares obſtruantur, ut, ſubitò irrumpere non poſſit.

2. Si funiculus umbilicalis aliquoties col- umdedit & impedit, quò minus infans e poſſit; prout haut ignotum eſt, plures , niſi ocyus illis ſuccurratur, ita perire.

3. Si infans inverſô modô, adeoque pedibus primò exeat; ubi ſæpè accidit, ut os uteri internum juſtô citius ſe conſtringens collum infantuli coarctet, ut vivens pedesque hinc inde movens ſtranguletur.

4. Extra omne dubium verſatur, ſæpiſſimè infantes in lucem edi, involucris ſuis ſeu ſecundinis adhuc incluſos, quos partus *Harveus* verè naturales vocat, ubi inſtar ovi totus conceptus concluditur. Hoc in caſu omni caret dubio, ipſæque Obſtetrices teſtantur, quòd infans, ad notabile temporis intervallum, antequam ſecundinæ aperiantur, ſine reſpiratione, ut in ipſô uterô, vivere poſſit; ſiquidem aër athmoſphæricus hic æquè minus ac in utero membranas denſiores penetrare valet: Præterea infans liquori ſuo adhuc innatat; quæ rationes aliâs contra Reſpirationem Fœtus in uterô allegari ſolent.

Quodſi jam hoc tantum valet, ut infans vitâ gaudens per aliquod temporis ſpatium mox à partu extra uterum maternum, ſine reſpiratione vivere poſſit; ex conceſſis ſanè haud difficulter fluit, quòd, ſi infans ejusmodi, in caſibus modò dictis, emoriatur, antequam aër in pulmones devenire poſſit, ejus pulmones neutiquam natare, ſed ſubſidere oporteat; adeoque exindè apodicticè concludere non poſſimus, eum infantem in uterô demortuum fuiſſe, cujus pulmones ſub inſpectione ſubſederint. Minus quoque neceſſarium eſſe ducimus, ut fusè demonſtremus, infantem vivum in caſibus ejusmodi enecari poſſe, priusquam reſpiret, quoniam in poſtremô caſu plurima excogitari poſſunt media, queîs fœtus in involucris adhuc hærens occidi poſſit. Alterô in caſu funiculus umbilicalis fortius tantum attractus mortem facilè cauſari poterit, prout id ſæpiſſimè ab imprudentibus Obſtetricibus fieri obſervatur. Ut taceamus, infantem, antequam reſpirationem experiatur, enecari poſſe, ſi ſtatim in partu capitellum imprimatur, aut cervix confringatur. Quodſi quis objicere velit, hæc mera præſuppoſita, per experimenta non facilè probanda eſſe: Fateri quidem cogimur, quòd in his quidem & ſimilibus caſibus demortuos aut enecatos non aperuerimus, adeoque, cùm admodum rari ſint, experiri non pôtuerimus, an pulmones ejusmodi ſubſideant, nec ne? interim nec contrarium per experimenta confirmatum fuit; & quia adductæ rationes ſatis prægnantes ſunt, hinc ad minimum hoc exinde ſequitur, quod hæc ipſa quæſtio nondum penitus per Experimenta confirmata ſit, adeoque ex hoc fundamentô infallibiliter concludi non poſſit; quemadmodum & omninò hoc quoque attendendum eſt, quòd opinio hæc nondum communi Eruditorum conſenſu confirmata & recepta ſit. Unde in cauſis, ſanguinem & vitam concernentibus, tam crudè & ſimpliciter Problematibus ejusmodi inniti non poſſumus. Et tantum de hac Quæſtione in genere.

Præſentem verò Caſum quod attinet, è fundamentis adductis firmiter & ex eâ unicè cauſâ concludere non poſſumus, infantem Annæ Voigtiæ ante partum in uterô demortuum fuiſſe: quòd pulmones ejus ſubſederint. Interim tamen, quia aliæ hîc circumſtantiæ attendi merentur, v. g. quòd

1. Anna Voigtia brevî ante partum in Piſtrinâ de limine præcipitata, & in abdomine contuſa, ſimulque inſigni terrore perculſa fuerit.

2. Medici ſub inſpectione nulla alterius læſionis veſtigia obſervârint, quàm XI. illa vulnera, quæ poſt ejus mortem demum veru quodam à Coqua illi inflicta fuerunt.

3. Obſtetrix juratò teſtetur, ſe, cum brevî ante partum Annæ Voigtiæ abdomen attingeret, nullum infantis motum percepiſſe.

5. In primô partu omnia prætereà difficilius ſuccedant, ut infantulus à lapſu & terrore jam debilitatus facilimè in partu exſpirare poſſit; & tandem

5. Huc accedat pulmones in aqua ſubſediſſe;

Hinc admodum probabile eſſe ducimus, infantem hunc, aut ante, aut intra partum difficilem exſpiraſſe, cumprimis, ſi juxta judicialem Dnn. JCtorum ſententiam Mater Mariæ Voigtiæ corporali juramentô obtineat, quòd, ut ad Actor. 24. & 25. fol. 64. Act. fac. b. depoſuit, infans ſubviridis & tanquam corruptus apparuerit, nec quicquam ſanguinis in funiculô umbilicali obſervari potuerit.

Atteſtationis ergò hæc Sigillô Facultatis confirmavimus. *Wittenbergæ die* 30. *Auguſt. An.* 1684.

Decanus, Senior & Profeſſores Facult. Med. ibid.

Ammann. in Prax. Vuln. Lethal. Dec. 6. *Hiſt.* 1.

CASUS X.

DE INFANTICIDIO IMPUTATO.

Relatio Dn. Actuarii.

Actum Giſſæ die 9. *Januar. An.* 1699.

CUm juſſu Regiminis Principalis Sectio Infantis Spurii demortui, quem Civis N. N. filia in ſuburbiô novô hîc heſternô die circa veſperam enixa erat, ſecundùm Conſtitutionem Criminalem inſtituenda eſſet: Ego, Prætor h. l. cum Actuario Judicii Criminalis & Scabino, binos Chirurgos, N. & N. in curiâ hujus loci, ad hunc actum, juramentô ob xi, quô factô, cùm bini Medicinæ Pro res D. N. N. & D. N. N. adveniſſent, o & ſinguli ad ædes dicti modò Figuli in S bio nos contulimus, ubi ſectio ita perac ut Relatio modò laudatorum Dnn. Me rum Chirurgorúmque, ad quam hâc in Nos referimus, fuſius docebit. Hac verò Puerpera, inquiſitionaliter percepta & rogata fuit, quæ, ut modò ſequitur ſpondit:

Qu. 1. *Quodnam inquiſitæ nomen ſi annos habeat? & quomodò ſe ſuſte*

Reſp. Anna Catharina, b. Joh. N. vis quondam relicta Filia; XXX. circi norum, penes Matrem adhuc vivens.

Qu. 2. *An extra conjugium ſe impr ri paſſa ſit? quando? & à quo?*

Reſp. Aff. quatuor circiter ſeptima te Feſtum Paſchatos, à milite, in ædi olim commorante, nomine Johanne Locumtenentis Primarii Dn. N. Cent pendia merentis, qui de futurô matr ipſi ſpem fecerit, & ita eandem ſeduxe debat eundem hinc dimiſſum fuiſſe, dum Præſidio Francofurtenſi nomen vô dediſſe, ubi verò nunc hærea neſcire.

Qu. 3. *An ergo Imprægnatori ap ſe eſſe gravidam?*

Reſp. Utique in hypocauſto ædiu riori circa ſecundas Giſſenſium nundir Graviditatem ſuam manifeſtaſſe; qui r rit, nequicquam intereſſe, cùm amb monii vinculo ſe juncturi & ſuſ ſint.

Qu. 4. *An & Matri, ut & Conſa dixerit ſe uterum gerere?*

Reſp. Neg. Neminem quoque id e ſiviſſe, nec accuratè ſibi conſtitiſſe, dò res ſuæ ſe habeant. Imprægnato ruiſſe, & quoniam reſpondiſſet, id neq importare, ſeque eandem in matri ducturum eſſe, ſe omnia reticuiſſe.

Qu. 5. *Quando igitur tempus geſ ex calculo ſuo, finiri debuiſſet?*

Reſp. Se certò id neſcire, puta octiduum adhuc illîc abſolvendum fu

Qu. 6. *An quandoque motum ſenſerit?*

Reſp. Cùm per XXIII. ſeptimana geſſiſſet, primâ vice ſe moviſſe embry poſt 4. ſeptimanas circiter motum petiiſſe. Quatuordecim verò abhi ſe eundem planè non ſenſiſſe. Præ Lunæ octo effluxiſſe dies, cùm per diem aquæ ab eadem promanaſſent hæmorrhagia uteri inſecuta eſſet; qu tamen nemini aperuiſſet.

Qu. 7. *Quando igitur ob inſtan tum ægrotaverit?*

Reſp. Se quidem non ægrotaſſe,

meridie hora II. ſanguis eruperit, quod
tri ſuæ aperuerit. Veſperi verò horâ
dolores parturientium adveniſſe, qua-
r ſe lectum quidem petiiſſe, ſed ob ur-
dolores quieſcere non potuiſſe; adeo-
m mater advenerit, & quomodo ſe ha-
quæſierit, ſe illi id dixiſſe, quæ eandem
ocauſtum deducendo homines ſexus vi-
inos ſc. fratres ſuos & Pyrobolarium,
anum Damerum, exinde ut ſecederent,
, cùm vereretur, ne filiam dolores ad
urgentes affligerent. Illis igitur ex hy-
o egredientibus, ſeque Inquiſitâ paula-
hypocauſtô obambulante & ſeceſſum
m deponendam quærente, matrem ut
ri exponeret, indulgere non voluiſſe;
abum ingentem (qui & oſtendebatur,
quodammodò & latitudine ſpithamam
, 3. circiter menſurarum) in hypocau-
tuliſſe; cui, cum ad ſcamnum ſe incli-
nſediſſet, infantem ſubitò in cacabum
; quô factô à Matre Sororem inquiſi-
rem Pileonis tanquam Vicinæ & è re-
abitantis, ipſamque Obſtetricem Eula-
vocaſſe, quæ omnes tandem infante jam
n edito advenerint, nullô neque motu
vitâ in hoc obſervatô, quem Soror In-
in ſinu detinens penes fornacem depo-
halitum illi inſpiratura, aſt nullam in
n reſtitaſſe, Sorore in hæc verba erum-
ô mi Angele, cares vitâ! cares anima!

8. *Annon eam ob cauſam gravidita-
celârit, ut infantem interficere poſ-*

p. O per Deum non! Si infantulus vi-
eundem ſe libentiſſimè retenturam &
ram fuiſſe, licet panem illi mendican-
uirere debuiſſet.

9. *Annon ergò enecaverit infan-
n?*

p. O per Deum non! hoc nunquam
entem veniſſe. Rem citiſſimè expe-
iſſe, infantem ſubitò prodiiſſe, ſubitò &
iam mortuum fuiſſe.

10. *Quis igitur infantem ab illa li-
verit?*

onſ. Nemo, funiculum umbilicalem
m fuiſſe, cum Mater infantulum ſibi è
orrigeret. Neminem Mortalium ſe
aſſe, præter Obſtetricem, quæ ſecun-
traxerit. Se ſtatim à cacabo receſſiſſe
fornacem ſuper ſcamnum ſe reclinaſſe:
mare funiculum umbilicalem ob pu-
ſeparatum fuiſſe.

inc Mater ejus quoque examinaba-
ſimiliter perhibebat, infantem, cum
o extraheretur, ſeparatum fuiſſe à
umbilicali, Filiamque ſuam ſtatim
cem ſe contuliſſe. Se dicere non poſ-
res ſe cum funiculô umbilicali ha-
& quî ſeparatus fuerit? circum-

l. Pand.

ſtantias partus à Filia allatas repetens. Act. ut ſupra.

R. D. M. Prætor.
Joh. Caſpar. N. D.
Joh. Melchior Plock.

Inſpectio.

PRævia Requiſitione Regiminis Principalis unà cum Scabino h. l. reliquisque Deputatis & 2. Chirurgis urbicis infantulum demortuum in ædibus N. repertum accuratè inſpeximus; in cujus corpuſculô primùm externè hinc inde ſtigmata quædam coeruleo-fuſca obſervata fuerunt, & in ſpecie in aure dextrâ & eodem colli latere ſimilia ſtigmata comparebant. Aliâs verò in cruribus nulla fractura aut noxa quædam conſpecta fuit, niſi quod pes ſiniſter quodammodò ſurſum incurvatus fuerit, absque tamen læſione aliquâ in partibus ejus ſive internis, ſive externis ipſisque oſſibus occurrente. In capite fontanella quodammodò, utut paululum, depreſſa videbatur: Funiculus umbilicalis pallido-flaveſcens & flaccidus, absque ullo ferè ſanguine illic contentô (qui tamen in reliquis vaſis adhuc continebatur,) niſi quod in arteriis umbil. hinc inde grumi quidam ſanguinis coagulati conſpicerentur; de cæterô benè & ad ſolitam longitudinem ſolutus & reſciſſus, ſed non ligatus erat. Infans in ſe pallidus omninò & flaccidus erat.

Abhinc Sectio debito modo & in 3. corp. humani cavitatibus inſtituta fuit & qu. 1. in capite, ubi remotâ cute ſupra ſiniſtrum os bregmatis contuſio quædam baci triplicati latitudine occurrebat, in oſſe occipitis ſimul hinc inde ſtriis quibusdam ſanguineis decurrentibus. In cranii verò oſſibus nulla læſio vel minima quoque depreſſio notabatur; quemadmodum & in ipſo cerebro ejusque 4. ventriculis nil p. n. inventum fuit. Pectus, cum partibus illîc contentis, ſalvum & in ſtatu naturali comparebat, unde Pulmones ſeparati & extracti primum ſcutellæ aquæ plenæ, mox & integræ ſitulæ aqua repletæ injiciebantur, ſtatimque ad fundum recidere obſervabantur. Tandem & abdomen aperiebatur, in quô ſimiliter nihil annotatione dignum repertum fuit, niſi quòd in inteſtinô ileô anguſtiæ quædam comparerent. Quod in ſubſidium veritatis his atteſtor. *Dat. Giſſæ* die 8. Januar. An. 1699.

Andreas N. N. Med. D. & P. O.
Johann. N. N. Chirurg.

Extract. Protocolli Judic. Criminalis.

Die 15. Febr. 1699.

FISCALIS: Cùm Inquiſita in Reſp. ad Artic. confeſſa fuerit, quod 1. Graviditatem, donec

donec eruperit, omninò celarit. 2. A Matre quoque eam ob cauſam interrogata, ſe gravidam eſſe negaverit, ita quidem, ut non obſtantibus doloribus, ad partum jam urgentibus & obtentô à Matre ☍ juniperinô, 3. è cubiculo in hypocauſtum excalefactum deſcendendo adhuc in negando perſeverârit. 4. Inde, ſub prætextu alvum deponendi exire voluerit, ut infantem probabiliter in abſconditô eniti & removere potuiſſet, 5. Motum infantis ante aliquot adhuc dies ſenſerit. 6. Abſque vocata obſtetrice perfectum & articulatum infantem pepererit; hinc magnam utique probabilitatem ſubeſſe, infantem ab eadem occiſum fuiſſe, comparentibus cumprimis hinc inde ſtigmatibus cœruleis; ut adeoque rebus ſic ſtantibus criminaliter accuſata ſec. *artic.* 131. §. *fin. Ord. Crim. Car. V. & Carpzov. in Proc. Crim. Part.* 1. *quæſt.* 15. *num.* 39. ad Torturam deferenda ſit. Deficiente verò Medicorum Judicio: *An Infans præſumptivè in uterò mortuus in lucem editus fuerit?* ejus requiſitionem urgebat.

Die 27. Febr.

DEFENSOR D. N. N. in Scripto Defenſionali ad hæc reponebat:

1. Matrem criminaliter accuſatæ palàm dixiſſe Filiam parituram eſſe, adeoque omnes ſexus virilis homines ex hypocauſtô hunc in finem expuliſſe.

2. Sororem & alias mulieres advocatas fuiſſe.

3. Infantem demortuum præſente Matre in lucem editum fuiſſe.

4. Omnes domeſticos hoc in negotio occupatos fuiſſe, & obſtetricem vocaſſe.

5. Infantem flaccidum & funiculum umbilicalem debilem, tenuem & putridum fuiſſe, ſanguineque caruiſſe, & conſequenter fœtum nutrimento caruiſſe & inde obiiſſe.

Paul. Zacch. Q. Q. Medico-Leg. lib. 1. *quæſt.* 7. *n.* 8.

Nec obſtare ſtigmata hinc inde conſpicua, quæ ſigna ſint incipientis putredinis.

6. Pulmones aquæ injectos fundum petiiſſe, quod infallibile mortui in utero partus ſit indicium, & ex anguſtiis in ileo paſſionem iliacam ſ. miſerere mei colligi poſſe.

Ad Fiſcalis verò argumenta, & quidem ad 1. 2. 3. reſponderi: Graviditatem celatam non fuiſſe, cum ipſa puerpera neſciverit primò ſe gravidam fuiſſe: Nec celationem indicium eſſe infanticidii, ſi clam non pariat. Ad 4. ob ſenſum cacaturientis hypocauſto exire voluiſſe, non ut clam pareret. Judiciô inſuper Medicorum hîc impertinenti & inſufficienti non opus eſſe, cum præſumtiones veritati non præjudicent, ab adſtantibus adſtructæ. Plus enim eſt, quod in veritate, quàm quod in opinione eſt, & rei ſatis demonſtratæ fruſtrà adjicitur demonſtratio.

Maſcard. de Probat. Vol. 3. *col.* 1152. *n.* 25.

Hinc Defenſor Fiſcalis receſſui contr[...] petebat abſolutionem.

Die 6. Martii 1699.

FISCALIS: In Dnn. Medicorum I[...] ne prorſus non haberi, funiculum u[...] lem putredine affectum fuiſſe, nec hoc [...] tuiſſe, cum ex aſſertione criminaliter a[...] 2. ante partum die motum infantis adh[...] ſerit; & licèt poſt partum, mortuô jan[...] te, mulieres quædam advocatæ fuerint, [...] men ſcire non potuiſſe, an fœtus vivu[...] nec ne? quare denuò Dnn. Medicoru[...] cium deſiderabat.

Die 10. Martii.

DEFENSOR: Mulieres advocata[...] inde eluceſcere, quod criminaliter [...] malam intentionem non habuerit, m[...] nus infantem interfecerit. Intra bin[...] putredinem etiam oriri poſſe; cui ac[...] pulmonum in aqua ſubſidentia, tanq[...] fallibile fœtus mortui argumentum; u[...] que opus eſſe, ut de funiculô umbilic[...] citi amplius ſimus.

Die 16. Martii.

FISCALIS: Cùm ea, quæ Defe[...] receſſu præcedenti attulit, ex judiciô Fa[...] Medicæ in apricum ſint ventura, in[...] petito.

* * *

DEFENSOR contradictis contrac[...] & acceptatis acceptandis repetebat pric[...]

Reſponſum Facultatis Medicæ G[...] *de infanticidio imputato.*

QUandoquidem Illuſtre Dicaſteriu[...] loci à Facultate noſtrâ Medicâ [...] quæſtione inſequente: *An Spurius ab [...] Catharinâ N. nuper hîc locorum in [...] editus, præſumptivè mortuus fuer[...]* ſponſum aliquod deſideraverit;

Hinc Nos Decanus & Profeſſores [...] Facultatis Medicæ h. l. præviâ diligent[...] ctione maturâque ponderatione omn[...] ſingularum, in Actis nobis communica[...] tentarum, circumſtantiarum Principi[...] curſuique Naturæ conſentaneum eſſe d[...]

Quod, licet 1. Stigmata cœrule[...] externè hinc inde ſub inſpectione infan[...] ſervata, ut & contuſio ſupra ſiniſtrum [...] matis, baci circiter magnitudine, in [...] lethalitatis abſolutæ in conſideratione[...] veniant. 2. Caſus in cellam & inſeque[...] morrhagia uteri à matre inquiſitæ p[...] multum ad infantis mortem, cumpri[...] ex calculo ejus octiduum anticipaſſet, [...] re potuerint. 3. Pulmones ſub ipſa [...] aquæ injecti fundumque petentes à M[...] quamplurimis pro certo fœtus in [...] demortui ſigno habeantur. 4. In i[...] ileô quædam anguſtiæ obſervatæ ſint [...]

m ſ. ipſe infans, ut & funiculus um-
is, jamdum ſeparatus, flaccidi & pallido-
ſcentes apparuerint, unde fœtum in ute-
mortuum fuiſſe quis conjicere poſſet.
d. Ammann. in Prax. Vuln. Leth.
472.
en & quoniam 1. ſtigmata ſimilia in Par-
facili rarò occurrunt. 2. Lapſus & hæ-
agia prætenſa in nudis adhuc narratis
unt, talisque prægnantium calculus fœ-
prudentiſſimas, in conjugio licet viven-
e fallit. 3. Proba illa aquatica, cum pul-
us inſtituta, adeò infallibilis non eſt,
inus à Medicis Celebrioribus ad mini-
n dubium vocetur, imò prorſus rejicia-
m eô etiam in caſu, ubi ex propriâ Puer-
nfeſſione infans in lucem editus aliquot
s ediderat, pulmones ejus tamen ad
n aquæ ſeceſſerint.
D. D. Zellerus in Diſſ. cui Tit. In-
icidas non abſolvit, nec à Torturâ
rat &c. Pulmonum infantis in Aqua
identia pag. 24. Conf. D. D. Wedel. in
nanni Praxi Vuln. Leth.
n. in Diſp. de abſtruſo Reſpir. hum.
& Reſponſ. Facult. Witteb. Med. ap.
n. cit. loc.
de cauſâ Facultas Med. Tubingenſis ſen-
in contrarium tulit.
Reſponſ. ejus apud D. D. Zeller. c.
25.
uſtiæ in inteſtino ileo conſpicuæ tales
runt, ut paſſio iliaca, ſeu miſerere mei
ſit extorqueri, cum recrementis & me-
anſitum adhuc conceſſerint: & tandem
s funiculi umbilicalis conſtitutio etiam
ctâ ejus deligatione & præcipuè à fri-
erno oriri poſſit.
Idem Ammannus cit. lib. pag. 472.
a verò perhibente ipſâ Inquiſitâ fœtus
ſitione alvi erupit, & ita partus, ut
œtu non vitali & primiparis utpluri-
ntigit, difficilis non fuit, ut prius non
.
Zacch. in Q. Q. Medico-Legal.
Quæſt. 7. num. 17.
, Avicennâ & aliis oſtendit, ſed &
s Medica h. l. in Reſponſo quodam,
cipali, anno 1694. die 1. Nov. deci-
autem præ aliis
pcrates lib. de Nat. Pueri §. 68.
Funiculus umbilicalis etiam (quem in-
s, quibus inquiſita ſe motum infantis
um adhuc ſenſiſſe fatetur in Reſp. ad
tingere, nec ob longitudinem ejus &
em tam facile ſponte ſua diſrumpi po-
ſcalis æquè ac *Ammannus in Praxi*
thal. pag. 406. *c. D. D. Zellerô Diſſ.*
nana ex fune pendens, benè no-
plitâ quidem ab umbilicô diſtantia ſe-
d non deligatus fuit, cujus non factam
em Medici ſine exceptione pro ab-
Pand.

ſolutè & ſimpliciter lethali reputant, ut Am-
pliſſ. Facultas Med. Lipſienſis in Reſponſo A.
1656. die 1. Maji decidit.

Ammannus in Med. Crit. Caſ. 69. pag. 455.
Hinc quæſtionem antedictam: An ſc. infans ab inquiſitâ in lucem editus præſumtivè mortuus fuerit? affirmare non poſſumus, ſed DEO Omniſcio ac ulteriori Dn. Judicis inquiſitioni omnia relinquentes, judicium noſtrum in tantum ſuſpendere cogimur.

Quod in ſubſidium veritatis requiſiti hiſce atteſtari, omniaque Sigillo Facultatis Med. confirmare voluimus. *Sig. Giſſæ d. 24. April.* 1699.

Decanus & Profeſſ. Ord. Fac. Med.

Juſtus Frid. Dillenius D.
Michael Bernh. Valentini
p. t. Decanus.
Andr. Julius Böttiche r D.

(L. S.)

Reſponſum Facultatis Medicæ Marburgenſis, de præcedenti caſu.

PRævia diligenti perlectione Actorum hiſce remiſſorum, & accuratâ ponderatione illîc contentorum, referimus & reſpondemus ad quæſtionem: *An Spurius ab Annâ Catharinâ N. haud ita pridem Giſſæ in lucem editus infans præſumptivè emortuus fuerit?* Negativè & è ſequentibus cauſis concludimus, infantem illum non tam exanimem, quàm præſumtivè vivum in lucem editum fuiſſe, & tum à delapſu in ſubſtratam ollam in capite violentiam quandam ſuſtinuiſſe indeque inſigniter debilem evaſiſſe, tum ex hæmorrhagiâ, ob intermiſſam funiculi umbilicalis deligationem accedente, mox abhinc exſpiraſſe; quia 1. Infans tempore legitimô natus, ejusque mater ipſa neſcivit, an octiduum adhuc ante partum inſtantem elapſurum ſit, nec ne? 2. nullum vitium notabile, ſive in externis, ſive internis partibus corporis in infante obſervatum fuit, niſi quod 3. corpuſculum inſigniter palluerit, flaveſcens, marcidum & flaccidum fuerit, ſtigmatibus adhæc cruentis bacum circiter magnitudine æquantibus, in capite ſub cute, & ſupra ſiniſtrum os bregmatis, ut & os occipitis comparentibus; quæ omnia inſignem ſanguinis jacturam capitisque contuſionem arguunt, cumprimis, quia 4. funiculus umbilicalis bene quidem ſolutus & in debitâ longitudine abſciſſus, ſed minus deligatus, flaccidus & ſine omni ferè ſanguine obſervatus fuit. Jam autem nequicquam ſanguinis aut minima ejus quantitas è funiculô umbilicali & vaſis membranarum, cranium tegentium,

fluere potuiſſet, ſi infans ante partum in uterô emortuus fuiſſet, quia ſanguis in corpore demortuô coagulatur. Et quamvis pulmones infantis, poſtquam à reliquis corporis partibus benè ſeparati & in ſitulam aquâ repletam projecti fuerant, ſtatim ad fundum ceciderint, hoc tamen pro certô & ſufficienti ſigno, quòd infans exanimis in lucem editus fuerit, haberi non poteſt, quia experientia hactenus contrarium docuit. Quod hiſce Reſponſi conſcientioſi loco referre voluimus. *Marburgi die 6. Maji Anno 1699.*

Decanus, Doctores & Profeſſ.
Facult. Medicæ h.l.

CASUS XI.
DE
INFANTICIDIO IMPUTATO.

Reſponſum Facultatis Medicæ Hafnienſis, in cauſâ inquiſitæ, quæ peperiſſe judicatur, quia in mammis lac inventum.

QUandoquidem Univerſitatis judicium requiritur, an Ingeburga, Petri Filia, in Hallandiâ, cenſeri poſſit Infantem peperiſſe, & non ita in illo partu ſe geſſiſſe, ſicut decet, quia inventum fuit lac album in mammis illius: igitur Profeſſores ex ſummi Magiſtratus imperió, rem hanc diligenter in timore DEI expenderunt, & cenſent pium & neceſſarium eſſe ad cauſæ veram cognitionem, ſequentia inquirere:

1. *An nominata fœmina ægrota fuerit & malè habuerit, vel an ſingulari & propriò quodam affectu muliebri fuerit detenta: ſiquidem non accidit, lac in mammis Virginum generari, niſi ſolùm à cauſâ præter naturam & morboſâ?*

2. *An hæc fæmina famæ fuerit ſuſpecta cum Laurentio Petræô, quem primâ vice in ædibus Prætoris urbani nominaverat, & ut dictus Laurentius Petræus in judiciô cum illâ conveniat?*

3. *Quam ob cauſam primò nominârit Laurentium Petræum* in ædibus Prætoris in propriam contumeliam, deinde affirmaverit, ſe injuriam illi feciſſe hôc mendaciô. Videtur incredibile, Virginem integræ pudicitiæ poſſe alium pro violatore nominare & incuſare.

4. Ut inquiratur apud illos, quibus ut ancilla ſerviit, *an obſervare potuerint, illam gravidam fuiſſe?*

Quæ circumſtantiæ & his ſimiles ſi juſtâ diligentiâ inveſtigentur, ſperamus DEUM coadjuturum, ut veritas tandem in lucem veniat. Ex Conſiſtorio 25. Julii 1635.

RECTOR & PROFESSORES.
Vid. Thom. Barthol. in Ciſt. Med. Hafn. pag. 390.

CASUS XII.
DE
INFANTICIDIO IMPUTAT

Requiſitio.

QUandoquidem Conſules & Senatore Warde fœminam claudicantem arr detinent, quæ creditur infantem ſuum c diſſe: Hinc honeſtæ fœminæ inſpexêrunt il & invenerunt illam habere lac candidu mammis, parvoque interpoſitô tempore ſerunt eandem, contrectatiſque mammis ſervârunt lac non adeò candidum ſicut p ſed magis aquoſum, ſicut teſtimonia pu ulterius demonſtrant. Unde amicè Me rum judicium expeto, an fœmina poſſ mammis habere lac candidum, quæ n non peperit? *Hafniæ 7. Julii Anno* 1649.

Gregorius Kr

Reſponſum Facultatis Medicæ Hafn ſis, deſuper Quæſtione: an lac cand dum in mammis arguat partum præcedentem?

QUia urget Magnificus Dominus Ca larius, ut Medici reſpondeant ad ſtionem â Generoſô & Nobiliſſimô Eq Dn. Gregoriô Krabbe &c. propoſitam: a la fœmina poſſit habere in mammis lac c dum, quæ nuper non peperit? ſiquidem in de accidit, mulierem quandam detentam mine Catharinam, Nicolai filiam, quæ batur fuiſſe prægnans & fœtum interemiſſe in mammis illius lac album inveniebatur. dici igitur ita ad propoſitum caſum reſpon Quandoquidem experientia demonſtret & tis variorum exemplis oſtenſum ſit, quò in pueris tantum utriusque ſexus in mam poſſit lac album obſervari, ſed etiam in P de quibus nulla dubitatio fuit, imò etiam ris adeò abundans, ut infantes eô lacte rint nutrire, & faciem illorum conſper qui aſſidebant; præterea & Hippocrates Medici antiqui ſatis probarint & explica quomodo id fieri poſſit: non poſſumus n ſpicere, quâ ratione poſſit hoc ſignum pro bitatô cenſeri, quod fœmina vel prægna vel pepererit: & in hoc caſu videtur id hu minæ eſſe naturale & connatum, quia Ejus deprehenſa eſt cum lacte in mammis mo ſexto annô, antequam infantes ſuos cem edidiſſet, ſicut ex teſtimoniis public evictum: Imprimis etiam, quia necdu tuit de illâ probari, quod nunc pepere conſtanter perneget in judiciô & coram nis, quæ ipſam inviſerant, quòd quidqu

it. Actum in Conſiſtoriô Hafniæ die 11.
Anno 1649.

Olaus Worm D.
Jacobus Svabe. D.
Henricus Fuiren D.
Simon Paulli D.
Nicolaus Wichmann D.
Thomas Bartholinus D.

Vid. Thom. Bartholin. in Ciſtâ Med. Hafnienſi Loc. XLIX. pag. 522. ſeq.

CASUS XIII.

nſum Facultatis Medicæ Giſſenæ, in punѕto infanticidii ſuſp.

quæſtiones propoſitas, & quidem I. uod concernit, *an ſc. filia gravidi- Parentes celare non potuerit?* Re- mus, quòd, cùm etiam in fœminis ma- excepto motu embryonis in utero ma- infallibilia indicia non dentur, è qui- i geſtatio concludi poſſit, hinc in præ- ſu, ubi Parentes motum explorare non nt, & dubio procul illis detectum non ia Parentes graviditatem optimè cela- erit.

I. Quæſtionem, *an neceſſariò & con- er verum ſit, ſanguine ab uterò filiæ infantem jam in lucem editum fuiſ-* onimus, quòd, ordinariô quidem Na- ſu ſanguis partum jam factum inſequi tamen accidit quandoque, ut ob de- aliquam aut morbum ordo hic non deò accuratè obſervetur, ſed quan- tiam ſanguinis aliquid ante partum , ut experientia illud ſatis evincit. e non ſequitur, cùm ſanguis à filia ex- erit, fœtum jam in lucem editum

II. quæſtionem, *an obſervata ſtigma- rotatio colli certa & infallibilia in- lentæ enecationis ſint?* Exiſtimamus, que prius neque alterum cauſas exter- ntas infallibiliter demonſtret, conſi- quòd, in quantum maculas concer- ſæpiſſimè in illis, qui Epilepſiâ vel â, vel ſuffocati intereunt, reperian- tio colli autem ob mollia & tenerio- nta, infantibus familiaria, aliasque oriri ſoleat; Hinc neque ex hiſce, ſtigmatibus cauſa quædam violenta rtò & infallibiliter concludi poteſt; nò potius neceſſarium fuiſſet, ut, ad tem inveniendam, inſpectio legalis ei peritos inſtituta fuiſſet.

in ſubſidium veritatis Nos ſub ſigillô conſueto & ſubſcriptione manuali ſtari debuimus. *D. Giſſæ A.* 1665.

Laur. Strauſſ. D.
Mich. Heiland. D. p. t. Dec.

CASUS XIV.
DE INFANTICIDIO IMPUTATO.

Requiſitio Ampliſſ. Facultatis Jurid. Giſſenæ.

P. P.

Filia Dn. Johannis N. Conſulis N. in Ducatu Mecklenburgenſi, anno ætatis XVIII. in cœlibatu adhuc vivens, à Juvene pariter cœlibe anno 1688. ſe imp prægnari paſſa eſt, adeò, ut poſt feſtum Nativitatis Chriſti ejusdem anni infantem perfectè efformatum, attamen noctu, nemine niſi ſorore ejus natu minimâ, puellâ 12. annorum & ancillâ in hypocauſtô exiſtentibus, in lucem ediderit. Deflorata autem prætendit, ſe neque de imprægnatione quicquam ſciviſſe, nec etiam in infante erumpente vitæ indicia ſenſiſſe, juxta tenorem relationis ejus in ſcriptis traditæ hiſque adjectæ, ſub Lit. A. quapropter ſe eundem linteo involviſſe & ſupra memoratæ ſorori ſuæ, natu minimæ, ut ciſtæ ſuæ includeret, tradidiſſe addit, quòd hæc etiam effectui dederit, donec illa, ſoror ſc. natu minima, unà cum ancillâ, poſt elapſum quatuor hebdomadum eundem in hortô ſepeliverint. Attamen, cùm negotium hoc tandem percrebuiſſet, & anno 1690. in id inquiſitum fuiſſet, inſigne defenſionis ſuæ momentum, quod infans exanimis fuerit, cùm in lucem ederetur, collocat in medicamentis à Dn. Medico, D. Schrœdero ſibi præſcriptis & à ſe aſſumptis, quæ partim in VII. formulis ſub N. 51. producuntur, partim à Medicô illius loci allegantur; quæ unà cum modò dicti Dn. Medici atteſtatô, ejusdemque circa oſſicula infantis aliasque Reliquias inſtitutâ Inſpectione hîc ſub N. V. inſimul communicantur, additô petitô, ut formulas illas Num. 51. adjectas diligenter perlegere, Collegialiter expendere, mihique Judicium veſtrum deſuper hac quæſtione breviter & benevolè impertire velitis:

An ab allegatis medicamentis & accedente Febri continuâ Partus criminaliter accuſatæ Filiæ N. ita debilitari & promoveri potuerit, ut probabiliter emortuus in lucem fuerit editus?

Redhoſtimentum pro labore hoc ſolvendum cum debita gratiarum actione transmittetur. *Giſſæ die* 16. *Aprilis* 1692.

Honoratiſſ. Dnn. Collegarum
Officioſus
Decanus Facultatis Jurid. Giſſ.

Reſponſum Facultatis Medicæ Giſſenæ; in cauſa infanticidii imputati.

 P. P. De

P. P.

DE Quæſtione die 16. hujus propoſita: *An ſc. medicamenta à Dn. Medicô D. Schrœdero, Conſulis N. Dn. N. N. Filiæ præſcripta, Nobisque ex parte communicata, ut & febris continua ſuperveniens Partum modò dictæ filiæ N. ita debilitare & procurare potuerint, ut probabiliter emortuus in lucem fuerit editus?* Prævià diligenti & Collegiali ponderatione & accuratâ examinatione VII. formularum ſub N. 51. additarum, reliquarumque circumſtantiarum, noſtra Decani & Profeſſorum Ordinariorum Facultatis Medicæ unanimis eſt ſententia, quæ ſequitur:

Quamvis de nihilô non ſit, omnibus etiam, cumprimis Mulieribus, conſtet, quod in Gravidis fluxus menſium ſuperveniens abortus cauſetur, eaque propter in omnibus Ordinationibus Pharmaceuticis ſalutariter cautum ſit, ut ex Officinis nemini, niſi notis & honeſtis perſonis, medicamenta menſes moventia, diſpenſarentur; adhæc quoque fieri poſſit, ut Febres Continuæ in Mulieribus prægnantibus abortum procurent, imò fœtum omninò interficiant, idque partim ex ſuâ naturâ, ſi ſcilicet malignitas quædam ſe conjungat, cùm ſub conſtitutione peſtilentiali plerumque contingere ſoleat, ut in Gravidis, ſi Peſte corripiantur, fœtus primò omnium lædatur, & vel in uterô maternô mox emoriatur, vel tamen ante tempus abigatur: Partim etiam â parte Medici ipſius ex febre continuâ abortus ſequi poteſt, ſi de Graviditate ipſi non conſtet, interea tamen juxta leges methodi medendi venæſectiones, veliteratæ, vel in talô pedis, ſi ſcilicet cauſa febris dicatur menſium ſuppreſſio, ab illo fuerint adhibitæ.

Quandoquidem verò conſtet, quòd in Gravidis fluxus menſium quidem metum abortus, minimè verò abortum neceſſariò procuret, & medicamenta in formulis ſeu receptis nobis communicatis deſcripta ita comparata ſint, ut partim inſigni temporis ſpatiô ante partum, unum ſc. die 20. Maji, alterum verò die 9. Junii adhibita fuerint, illud quoque tam inſigne ſpecificum ad pellendos menſes non ſit, in hôc vero Eſſentia antifebrilis, ob Elixir proprietatis quidem alicui ſuſpicionem injicere poſſet, attamen pulvis febrifugus in pellendis menſibus nequicquam contribuere potuerit: Adhæc ambo emmenagoga doſi parciori adhibita & ordinata fuerint, niſi fortè allegata doſis intra 24. horas ſæpius, quam 2. vicibus, quod tamen non probabile, adhibita fuiſſet: Die 26. Novembris præſcripta tinctura ſimiliter menſibus pellendis tam accuratè dicata non ſit, doſique pariter minori gaudeat: Die 22. Dec. à Pharmacopœo eſſentiæ præſcriptæ ſubſtitutum Elix. uter. Crollii vim quidem menſes provocandi habeat, ſed doſis ejus adeò moderata fuerit, ut nullam quidem fœtus internecionem, bene tamen partus excluſionem accelera[...] tuiſſet, cum reliqua die 9. 10. 11. & 14 [...] 1689. præſcripta medicamenta, ferè o[...] declarent, infantem circa 8. aut 9. Janu[...] lucem editum fuiſſe, dictumque elixir [...] immodicè fluentibus anſam dediſſe: [...] Medicatum, ut & ſupervenientem f[...] continuam quod concernit, cùm illius [...] deſcriptio adſit, hujus autem intuitu, [...] circumſtantiæ ſupra adductæ, tam [...] adjunctæ malignitatis, quam curæ febri[...] poſitæ ſignificatæ & deſcriptæ fuerint: [...] Relatio Num. V. à Medicô & Chirurgô d[...] inſpecta oſſa impertita tantum atteſtetur [...] illa perfectam & notabilem magnitudin[...] fantis perfectè efformati præ ſe tulerint; [...]

Hinc ex Actis Nobis communicati[...] modò dignoſcere poſſumus, quod per n[...] menta Partus criminaliter accuſatæ Fi[...] adeò debilitatus fuerit, ut probabiliter [...] mis aut emortuus in lucem fuerit edit[...] quod medicamenta illa ne quidem a[...] fœtus alicujus nondum perfecti prom[...] licet partum ad exiguum temporis ſpati[...] celerare potuerint.

Quod hiſce in ſubſidium veritatis at[...] & ulterioris fidei ergo Sigillo Facultatis [...] confirmare voluimus. *Signat. Giſſæ [...] Aprilis* 1692.

Decanus & Profeſſores Ordi[...] cult. Med. Giſſenæ.

CASUS XV.

Reſponſum Facultatis Medicæ G[...] in cauſa Infanticidii.

QUandoquidem ab Ampliſſimæ Fa[...] Juridicæ h. l. Dn. Decano Acta Cr[...] lia ANNAM CATHARINAM N. Idten[...] Wetteravam, in punctô infanticidii, c[...] nentia, una cum Reſcripto Principali ad[...] tam modò Facultatem Juridicam, die 2[...] Nobis communicata, ſimulque requiſit[...] mus, ut Acta illa quamproximè diligent[...] legeremus, & Reſponſum noſtrum ad ſe[...] cipuè quæſtiones dirigeremus:

1. *An aſarum ab Inquiſita uſurpat[...] tum in utero necandi, eundemque [...] lendi vim habeat?*
2. *Et cum fœtus nuſpiam inveniri [...] ſed probabiliter à canibus & por[...] voratus ſit: An ex circumſtanti[...] magis, aut æquè, quàm Infantis [...] concludendus ſit?*
3. *An idem è parcâ illa ſanguinis qu[...] te, quæ tempore partus à criminali[...] cuſata prodiit, aut aliunde poſſit c[...]*

Et ſi 4. amplius quid ſcopo huic inſe[...] & vel ad majorem defenſionem, v[...] pam Reæ ex Actis proficuum, ac ad [...] tatem Medicam pertinere videatur [...] Defenſor imprimis Act. N. 7. allega[...]

cNos Decanus & Profeſſores Ordinarii Fa-
atis Medicæ h. l. quoad Primam Quæſt.
s Principiis conſentaneum eſſe ducimus:
od, ſi Rea octiduô ante partum (ut ex pro-
ejus confeſſione judiciali ad Art. 20. appa-
decoctum quoddam ex radice aſari, pugil-
agnitudine, paratum hauſerit, de nihilô
lem non eſſe, quod aſarum ejusque radix
rimis, præter vim omnis generis humores
καὶ κάτω ſatis violenter expurgandi,
vid. Schrœderus in Pharmacop. Medic.
hym. Sim. Paulli in Quadrip. Botan.)
ſes quoque ac fœtum, tam viventem, quàm
tuum pellendi facultatem habeat, ideo-
prægnantibus temerè propinanda non ſit,
em *Otto Brunfelſius, Matthiolus, Ta-*
æmontanus, Pancovius & omnes fermè
nici in Herbariis ſuis atteſtantur;
Quoniam autem Celebris *Fernelius lib.* 5.
od. med. c. 13. *p.* 220. exiſtimat, aſarum &
antibus ſine noxâ dari poſſe, teſtibus *Si-*
Paulli & Pancov. ll. c. c. illud etiam
nas Compoſitiones Officinales, v.g. Sy-
e artemiſiâ & de Eupatoriô Meſ. Decoct.
. lenit. minus Aug. Elect. Ind. maj. Meſ.
diarrhod. Abb. diacurcum. dialacc. Mynſ.
. de eupat. abſinth. & hedychroi, hieram
n Gal. Hieram compoſ. Nic. Pilul. aloe-
. ſ. aromat. Meſ. Arab. Nic. Lucis major.
e ♀. Querc. &c. ingreditur: Inſuper et-
n obſtructionibus viſcerum, cachexiâ,
tô, ſcirrhô epatis & Lienis, ♀ pulmo-
aſthmate, arthritide, hydrope, icterô,
ntermittent. quartanâ præcipuè &c. ſæ-
urpatur & laudatur; radix quoque, æ-
folia, ſi paulò diutius in ▽. decoquan-
rtiter exprimantur, aut in pulverem ni-
btilem comminuantur, vim pellendi &
di prorſus ferè amittant, & in ſummum
m deoppilativum & diuretium contra
m febrium remedium evadunt, teſtibus
Horſtio & Sim. Paulli loc. cit. Hel-
in Pharmacop. & diſpenſat. Mod. §.
Friderico Hoffman. In Clav. Schrœd.
ita ut in infuſô vel decoctô ℥ß. pro doſi
ri poſſit, teſte eodem *Sim. Paull. l. c.*
in Doſibus Medicam. Purg. p. 578.
edibile non eſt, quod unicus tantum-
hauſtus decocti ex rad. hac parati fœtum
fectum & omnibus numeris abſolutum
ue proximum in uterô maternô eneca-
pellere potuiſſet: Niſi fortè Rea deco-
lud primis ingravidationis menſibus, &
per plures illud dies continuando, una
lv. radicis contuſæ, ſive cum infuſô vel
tantùm, ſive aliis fortioribus emme-
aſſumſerit, quod tamen ex Actis non
: Et tantum de primâ quæſtione.
ndam quod concernit, *an ſc. abſente*
delicti è circumſtantiis magis aut
artus molæ, ac infantis concluden-
ſit?

Reſpondemus: videri quod non, confirmantes illud 1. Ex Definitione ſeu Deſcriptione Molæ, quæ eſt rudis, informis & indigeſta, ut plurimùm etiam inanimata & conglobata caro ſeu maſſa, ſine oſſibus & viſceribus, figuræ variæ, venis tantùm referta, & cute vel membranâ obducta; imò ſæpè tota membranoſa & fibroſa, interdum ita dura, viſcida & tenax, ut nec ferro cedat, *vid. Sennert. Lib.* 4. *Part. II. Sect. IV. cap.* 9. *p.* 326. 342. 2. Ex propriâ inquiſitæ confeſſione: Utpote quæ non tantùm judicialiter in depoſ. ad artic. 38. expreſsè (ſine dubiô ex ſenſu motus infantis) eſt confeſſa, quòd, priusquam decoctum illud aſſumpſiſſet, vitam ejus ſenſerit: Sed & plus una vice, tam judicialiter, quàm extrajudicialiter affirmavit, ſe infantem, & quidem puerulum, enixam fuiſſe. Jam vix credibile eſt, meretriculam hoc in negotiô tam inſigniter verſatam & ſecundâ jam vice gravidam non ſciviſſe, quâ ratione fœtus in uterô maternô moveatur: & ſi de ſexu tam probè judicare potuit, formam etiam & figuram diſtinxiſſe & noviſſe poterit, quid homo ex carne & oſſibus formatus, & quid è contrà informis rudisque maſſa è cute vaſisque coagmentata ſibi velit? ut taceam infantes recens natos (dummodò vivi ſaníque fuerint) nunquam vel rariſſimè ſine gemitu vel ejulatu naſci; quod de mola ſperare non licet. 3. Ex molarum raritate & infrequentia; Sicut enim partus veri & naturales frequentes ſunt & totâ die contingunt, ita molæ rara ſunt avis, ut Fiſcalis in Receſſu orali ſub n. 9. p. 91. rectè urget. 4. E ſignis molæ diagnoſticis. 1. enim Molæ nullum ſive naturalem ſive conſuetum motum habent, teſte *Hippocr. lib.* 1. *de Morb. Mulier. XCIII.* 4. & 10. & *lib. de ſterilit. XX.* 3. & 13. & *Aëtio Tetrabil.* 4. *l.* 4. *c.* 80. *vid. Fort. Fid. de Relat. Med. l.* 3. *c.* 4. *p. m.* 419. aut ſi quem motum habent, is tremulus ſaltem & palpitans eſt, conſtrictionis ſaltim & dilatationis, ut in ſpongiis & Zoophytis, non verò in omnem ſitus differentiam, quod in verô fœtu accidit. Præterea, ſi fœmina de latere in latus convertitur, mola in latus, in quod decumbit, inſtar lapidis volvitur, cum inſigni ponderis ſenſu, quod longè majus ſentiunt, quam dum fœtum vivum uterô gerunt. *Vid. Sennert. de Morb. Mul. l.* 4. *Med. Pract. Part. II. Sect. IV. cap.* 9. *p.* 339. 2. Illæ mulieres, quæ molam in utero fovent, nullô in mammis lacte gaudent, quod *Hippocr. l. c.* pro magnô ſigno habet: In verè gravidis autem lac verum circa quartum menſem generari incipit: *Sennertô teſte l. d. p.* 340. Quoniam verò Acta de hoc nequicquam habent, hinc Rea æquè ac ſoror ejus Grebenhuſana, ut & Bubulici Erzhuſani conjux fortè hoc in paſſu cautè & quaſi aliud agendo examinari poſſent. 3. Molas utero gerentes valetudinariæ magis quàm verè Gravidæ obſervantur; nam quod

in

in mola eſt cibi faſtidium, non quale in prægnante eſt, ſed cum quadam animi dejectione ſeſe exhibet: immodicus etiam appetitus in molam gerentibus non quieſcit oblatâ re concupitâ: Vomitus p. n. ſunt & peſſimæ conditionis: dolores graviores acutioresque: animi deliquia: Et denique omnia molæ ſymptomata morboſam quandam præ ſe ferunt naturam, ac non obſcurè ab eâ differentem, quam pati prægnantes ſolent. *Fort. Fidel. l. d.* Quin & vires (in molam gerentibus) magis proſternuntur & languent: Reſpiratio eſt difficilis, dolores dorſi & inguinum frequenter eas moleſtant. *Sennertus l. c. p.* 339. *&* 340. & tandem 4. Molæ genuinum pariendi tempus, menſem ſc. nonum aut 3. anni quadrantes obſervare non ſolent, ſed plerunque 3. aut 4. menſe, dum adhuc molleſcunt, prodeunt; interdum quoque per integrum & quod excurrit, annum, imò ſæpiſſimè ad mortem usque, & quidem non ſine vitæ periculo geſtantur à Mulieribus. *Vid. idem Sennertus l. c. p.* 337. 340. 341.

Tertium quod attinet quæſitum: *An partus molæ è tam parcô, quem Rea tempore partus eſt experta, ſanguinis fluxu concludendus ſit?* Reſpondemus iterum negando, cùm experientia & obſervationes Medicorum contrarium potius teſtentur, quod ſc. aut paulò ante aut ſub excluſione molæ ſanguis uberior & majori cum impetu erumpat, quàm ſub verò & naturali partu, adeò quidem, ut parturientes exinde ſæpè in præſentaneum vitæ diſcrimen ruant, & per notabile temporis intervallum ſyncopticæ & quaſi ſemianimes decumbant.

Quòd autem aut intra aut poſt naturalem partum ſubinde parum ſanguinis erumpat, in debilibus minusque plethoricis Mulieribus res adeo nova & inſolita non eſt; utut ejusmodi perſonæ ſuô poſtmodum damno aliis eapropter ſymptomatibus obnoxiæ ſint. Interim adhuc incertum eſt, an tam exigua ſanguinis quantitas ab Inquiſita poſt partum prodierit; ſed fieri poteſt, ut illud ſtudiô celet & reticeat, ad partum omninò negandum; nec impoſſibile eſt Hoſpitam ejus, Bubulci Uxorem, datâ quoque operâ illud ſupprimere.

Quod tandem IV. à Defenſore in Deductione Juſtâ, uti nominatur Actor. n. 7. ex principiis Phyſico-Medicis pro defenſione Reæ porrò allatum fuit, de eô ſententia noſtra è ſupra adductis utplurimum hauriri poterit. Equidem I. De nihilô non eſt, quòd in Molâ venter æquè ac in verè gravidis, imò etiam magis ac citius in tumorem attollatur: quod item menſes ſiſtantur, mammæ intumeſcant, lumbi graventur &c. Aſt hîc ſimul ſciendum, quod juxta *Aëtium l. c.* temporis progreſſu mola à verô conceptu diſcernatur: Molam enim dolor, pulſationis ſenſum referens, ſubſequitur; nec in eâ motus ullus, velut in uteri conceptu percipitur: Quin & poſteà toto corpore imminutô ac ventre am[...] to hydropis imaginem præ ſe fert (quâ [...] ne verò & ab hydrope mola diſcernatur [...] nectit ſtatim, qui ex Aëtio hæc allegat *F[...] natus Fidelis loc. ſuprà cit. p.* 419.) & *Sennerto l. cit. p.* 340. quod fœtus v[...] molâ ventris & figurâ & mole diſcernatur [...] enim fœtus verus in uterô eſt, venter præ[...] verſus umbilicum attollitur & acumina[...] verſus latera molliter utrinque coarctatu[...] molâ verò venter in omnem dimenſion[...] qualiter attollitur; & quidem globus qu[...] maſſa in uteri & lumborum regione po[...] ctu percipitur. Et licet in molâ mamm[...] dictum) etiam intumeſcant, verum tam[...] in iisdem non generatur, ſed quædam cru[...] teria ex ſuppreſſis menſtruis & ad mamm[...] dentibus, quæ progreſſu temporis t[...] evaneſcit. *Conf. Sennertus l. 5. d. p.* 340. [...] niam verò hæc aliaque ſigna molam à ve[...] tu in uterô adhuc contentô diſcernentia [...] tis tantùm Medicis ſunt cognita, & à N[...] fortè eorum, qui criminaliter accuſat[...] ſtatu Graviditatis conſpexerunt aut nov[...] facilè & tam accuratè obſervata fuerunt [...] quoque id, quod propriis oculis vidit, [...] ſuis audivit manibusque contrectavit, [...] aſſeruit & confeſſa eſt; hinc noſtrô qui[...] diciô non eſt, ut his diutius inhæreatur, [...] criminaliter accuſatæ media & adm[...] ſuppeditentur, ut confeſſionem, ſemel [...] ctam, revocare valeat.

II. & III. Hoc quoque nemo ibit i[...] quòd tam in ejectione molæ quàm part[...] rali ſæpiſſimè res difficulter procedat, [...] autem in priori, quàm poſteriori, ut jar[...] dictum. Maxima verò difficultas ſe i[...] mortuo trudit, ipſaque teſtatur Expe[...] quod hic abſque draſticis medicamen[...] menagogis & fœtum mortuum ejicie[...] ac ſine adminiculô Mulierum & Obſt[...] prudentiorum à ſolâ juvencula non faci[...] cem edi poſſit. Quæ tamen vel ration[...] ſanguinis ſeu lochiorum, vel defectus [...] ſentiæ lactis in mammis &c. differentia[...] tu vero & molæ excluſione obſervetur [...] ſuperius ex ſignis molæ diagnoſticis plu[...] dere licet.

IV. Tempus partus veri vel falſi qu[...] net, de eô pariter in fine Reſponſi [...] Quæſt. II. communis Medicorum [...] jam ſupra allegata fuit.

Sic & V. de motu molæ vel fœtûs [...] expedita eſt, & differentia inter utrumq[...] tecedentibus clarè quoque oſtenſa fui[...]

Similiter VI. quoad decoctum ex A[...] petimus reſponſionem noſtram ad Qua[...]

Quod verò mortem & vitam in[...] utero maternô attinet, Defenſor non ſi[...] quidem dubitat, an is ſine vitæ periculo[...] propter putrefactionem, per 8. aut 14.[...] mortuus in uterô maternô commorar[...]

etenim, ſi Mater vivat & fœtus mortuus
anda opera, ut quamprimùm expellatur
xtrahatur, ne putreſcens matri damnum
t, tradente *Sennerto* (cui hac in parte,
s Medici & Practici ſubſcribunt) *Med.*
*I.Lib.4.P.II.S.VI.C.VII.p.*427. *&* 435.
428.*d.l.* Niſi fœtus mortuus quampri-
excernatur, putreſcens in vitæ periculum
m conjicit; Item: Quò pejora & plura fœ-
rtuô in uterô matres apprehendunt ſym-
ata, eò magis periclitantur. Utpote ſi con
tur, ſi tremant, ſi lethargô & ſomnô gravi
iantur: ſi pulſus ſit debilis &c. addens ſi-
aſus quoſdam ex *Rouſſettô de Partu Cæ*
Mulierum ſc. nonnullarum, à fœtu in ute-
ternô exſtinctô, demortuarum; qualia ex-
quoque in Obſervationibus aliorum Me-
m copioſè reperiuntur & quotidianâ nòn
experientiâ conſtat, quod ordinariâ qui-
Naturæ lege communiter fieri ſolet: Atta-
dem Author ex *Fabricio Hild.* & aliis
oribus paulò poſt addit, nonnullas mulie-
tum ſuum demortuum non tantùm per
s aliquot, ſed & annuum & quod excurrit,
n absque noxâ & periculô in uterô foviſ-
ô denuò concepiſſe & antequam fœtus
us expulſus fuerit, peperiſſe; ut adeoque
e certi quid ſive concludi, ſive probari
ſſit.

od VII. Defenſor depoſitionem Reæ ad
& 38. quòd ſc. partus puerulus fuerit,
imò fundamentô & indiciô habeat; hu-
os quoque ſententiæ ſumus, hicque re-
s ea, quæ ſupra ad Quæſt. 2. membr. 2.
arte adduximus. Quæ verò ad idem De-
ndem de ſecundinarum & Lochiorum
vel abſentiâ monet, de illis ſimiliter in
l Quæſt. III. ſententiam noſtram aperui-
uibus præter ea, quæ à Fiſcali in Receſſu
b Num. 9. hac in parte adducuntur, hoc
ddimus & Dn. Judicis ulteriori Inquiſi-
inquimus: Annon Criminaliter accuſa-
tem ſuum Grebenhuſæ penes ſororem
ixa fuerit, & unà cum ſecundinis & lo
idem abſconderit, dum quammaximè
apparet, Ream Ventrem Graviditate
n Erzhuſam detuliſſe, præter ea, quæ
uartus ad art. 29. præſumtivè depoſue-
m quod gemitus, lamentationes, tuſſis,
dolor cum frigore, de quibus conque-
ea, non tam partum præſentem vel re-
quàm præteritum, vel ante aliquot dies
ut & dolores poſt partum indicent;
dem ſymptomata morbis puerperarum
cenſenda ſunt, quæ ex lochiis poſt par-
frigus externè admiſſum, ſuppreſſis, vel
generatione plerumque dependent.

æc ſunt, quæ juſſu Sereniſſimi & præviâ
ne, in ſubſidium veritatis hiſce refer-
llô Facultatis Ordinario atteſtari vo-
l. Pand.

luimus. Signatum *Giſſæ die* 1. *Novembr. Anno* 1694.

Decanus, Doctores & Profeſſores
Ordin. Facult. Med. ibid.

CASUS XVI.
DE INFANTICIDIO INCERTO.

Requiſitio.

P. P.

ENixa eſt filia mea die ſecundâ ſeptimanæ magnæ, horâ 6. matutinâ, filium perfectum, qui ſecundo demum à partu die circa nonam repertus, his indiciis atque notis: Jacebat puer in terra cum vaſis umbilicalibus & ſecundina nondum ſeparata, absque ullo veſtigio contuſionis vel læſionis à vertice ad calcem usque lividi coloris, in occipitio dextro macula groſſi magnitudine erat conſpicua, ab aliqua (ut dicit Chirurgus) contuſione proveniens, & apertô Craniô ſub eo aliquid congrumati ſanguinis obſervatum. Notandum verò obiter, quòd filia mea per integrum annum, usque ad veſperam partus, mihi in rebus Oeconomicis ad manus ſemper fuerit, ancillæ vices ſubeundo; ſingulis diebus quinque vaccis operam ſuam locando, cuilibet vaccarum de die ter capulam aquâ repletam apportando in antica corporis regione. Deinde ſingulis diebus usque ad ultimum partus terminum, caldarium, vel potius cortinam ter aquâ replevit, ut calefieret, in miniſterium pecorum, ubi ſemper verſus ſuperiora aquam effundere coacta ex urceo, quem de die plus quàm vicies replevit. Tertiò eâdem veſperâ, quæ partum præceſſit, modium farinæ integrum (volebat enim manè pinſere) geſſit, ita ut propter onus admodum grave altera ſoror in ſubſidium ei venire fuerit coacta, quia verò rhedis vehi, ſaltare, & alii motus ejusmodi perſonis ſummè nocivi, ac ordinaria ad abortiendum videntur media, quemadmodum refert *Dn. D. Welſchius Commare de Scip. Mercur. C.* 9. *part.* 1. *p.* 201. *& part.* 2. *cap.* 10. *pag.* 376. multo magis labor hic improbus, & vix in bruta cadens (quod etiam apparet ex livido colore fœtus) effectum hunc produxit.

Mihi proinde ſummè afflicto parenti ut ſententiam ſuam communicent, obnixè rogo atque obteſtor; accuſatur enim filia mea infanticidii, acſi fœtus vivus fuiſſet, ipſa verò manuum violentiâ eundem interfeciſſet; & quidem ad ſequentes quæſtiones: 1. *An infans filiæ meæ* (quæ 20. annorum) *ob allegatum laborem atque ærumnam, in utero, & ſic ex communiter accidentibus, mori potuerit?*

2. *Annon filia mea tenerũ infantis caput capulâ acutâ, quam de die aliquoties in abdomine geſſit, in utero lædere & magnitudine groſ-*

ſi Cranium deprimere potuerit? vel magis ex communiter accidentibus comprimere oportuerit &c. Dab. Dresdæ die 10. Maji 1659.

Reſponſum Facultatis Medicæ Lipſienſis, ſcilicet infanticidium hoc non poſſe determinari.

QUæſtionibus ut ſatisfaceremus propoſitis, optaremus, ut Relationem Chirurgi, qui mortuum infantem inſpexit, legere nobis licuiſſet, ſic enim perfectius fuiſſet judicium. Nihilominus ex perlectione eorum, quæ nobis transmiſſa, judicamus: quòd infans quidem in utero materno ab improbo & continuo labore iſto lædi potuerit, ſed ſi hic præcisè fuiſſet in culpa, citius fuiſſet metuendus abortus, quàm perfectus infans, prout à Vobis ipſe appellatur; à Dn. Welſchio autem allegata loca & exempla præcisè de cauſis iſtis intelligenda, quæ abortum excitare valent. Deinde quod alteram ſpectat quæſtionem: non eſt ſimpliciter poſſibile, quòd fœtus ultimis menſibus præcisè ab onere quodam externo, vel ſarcina, eô modô, quô deſcribitur, lædi poſſit: *quid autem per communiter accidentia ſubintelligendum?* hariolari hâc vice non valemus. Dab. Lipſ. die 12. Maji Anno 1659.

Vid. Ammannus Med. Crit.

CASUS XVII.

Reſponſum Facultatis Medicæ Giſſenæ, in cauſa infanticidii imputati.

QUùm die 2. Julii à Viduâ 40. annorum eaque Mercenariâ Mega-Rorhemii, in præſentiâ Obſtetricis aliarumque Mulierum in lucem editus ſpurius, ſed demortuus infans, juſſu Regiminis Principalis die 4. ejusdem à Phyſico Darmſtatino, D. Geilfuſio & Chirurgô Thilemannô inſpectus fuerat, obſervârunt, quòd cranium ejus, illæſô pericraniô, omninò compreſſum, & quatuor ejus portiones, ut bina ſyncipitis oſſa, dextrum & ſiniſtrum, cum oſſe frontis, quòd in mediô usque ad naſum diffiſſum fuit, à ſuturis prorſus ſeparata ſibi incubuerint: Sub oſſe frontis dura matre ad 2. digitorum latitudinem totaliter læſâ, cerebróque ſanguine perfuſô: Cute retrò in collô, ſuperius in brachio ſiniſtrô, mammâ ſiniſtrâ genuque thaleri latitudine detractâ, dextrâque extus cœruleô colore ſignatâ; Omnia ſecundum tenorem Relationis à Medicô & Chirurgo deſcriptæ æquè ac transmiſſæ.

Quandoquidem igitur Sereniſſimus Princeps ac Dominus, Dn. Noſter Clementiſſimus Gratioſiſſimo Reſcriptô Nobis in mandatis dederit, ut transmiſſa Nobis Acta, hunc paſſum concernentia, diligenter perlegeremus, omnia probè diſcuteremus, tandemque, ut primum illud fieri poſſet, ſubjectiſſimè referamu[s] *noſtra opinione ſtigmata & ſigna enu[merata], à caſu ſeu lapſu in actis deſcripto[,] Inquiſita ſe tribus ante partum diebus [de ſca]là retrorſum præcipitatam eſſe per[...] oriri potuerint, nec ne?* Et qui alioqu[i ne]gotium hoc inveniamus & dijudicemus?

Hinc præviâ maturâ & Collegiali p[onde]ratione omnium & ſingularum in Act[is oc]currentium circumſtantiarum, præſupp[oſito] infantem reverà jam mortuum & de[...] modô in capite ac corpore læſum prog[enitum] fuiſſe (quod absque juratâ tamen depo[ſitione] Mulierum tunc præſentium non facilè c[re]dum) exiſtimamus, quod, ſi ſcala, de q[ua] quiſita decidit, ſatis alta multorumqu[e gra]duum fuerit, illa quoque à ſummitate [...] in nudum duriusque ſolum, & primò c[...] in dorſum ceciderit, abhinc quoque ſe c[on]volvendo anteriorem pariter corporis [...] fortiter illiſerit, ac de lapſu hoc per triu[m ...]rum dierum decurſum ante puerperiu[m ...] queſta & debilitata fuerit, probabile a[c cre]dibile ſit, ſtigmata & læſiones in infa[nte] mortuô reperta à graviori ejusmodi lap[ſu Ma]tris oriri potuiſſe. Quoniam verò in A[ctis] hiſce nil habetur, nec ſpecialia quæ[...] caſu illô adferuntur; Inquiſitæ corpus [...] ab obſtetrice aliisque Mulieribus non [inſpe]ctum, multò minus obſervatum fuit, [...] ſtigia quædam & læſiones à lapſu relic[ta] reperiantur: Hinc judicium noſtrum, [...] ulterior Relatio accedat, in ſuſpenſô rel[inquere] cogimur; quemadmodum nec certò v[el cate]goricè determinare poſſumus, quod d[...] læſiones ab ipſâ Matre ſ. Inquiſitâ ſive [...] ve intra partum, per contrectationes [...] aut violentias quasdam utero ſuo pr[...] ſtudiò illatas, provenerint; quoniam l[...] dô inſignes ſibi ipſi dolores intuliſſet, a[...] minus quàm infantem læſiſſet. Id q[uo]d Judicis dexteritati ulterius inveſtigan[dum re]linquimus. Atteſtantes omnia prop[ria ſub]ſcriptione & Sigillo Facultatis ordinariô[.] *Giſſæ die 29. Julii 1697.*

Decanus, Doctores & Pro[feſſ]
Ord. in Facult. Med. [...]d.

CASUS XVIII.

DE INFANTICIDIO IMPUT[AT]O

Requiſitio.

EX Actis Inquiſitionalibus, Puella[...] dam, in punctô homicidii à Nobis[...] ratam, Evam Guthiam ſc. concernenti[...] gravatim perſpicietis, quid in hac [...] cumprimis intuitu Inſpectionis & Se[...] infantis mortui reperti ergò inſtitut[...] tenorem Regiſtraturæ de die 10. N[...]

-dentis anni, fol. 22. ope Medici Peſti-lis, ſub Contagione Islebienſi, adhibiti, LI STARIZII, binorumque Chirurgo-ctum & fol. 24. 25. ab illis relatum fue- Quoniam autem in Sententiis Dnn. Sca-um Hallenſium atque Lipſienſium fol. 2. 53. deciſum fuit, quod deſuper inſti-ctione ipſaque Lethalitate judicium Col-ujusdam Medici expetendum, & ad Acta ndum ſit, in ſententiis etiam modò allega-us membrum in hoc paſſu eô tendat, ut in enda ſententiâ Facult. Medicæ, ob læſio- infante Guthiæ obſervatas, quæratur: *ſiones illæ à violentiâ externâ intra ſt partum contigerint? Anverò à ca-, qui tertiò die ante partum fol. 21. ccidiſſe dicitur, ortæ ſint?* Hinc Honoratiſſimorum Noſtrorum Domi- maturæ & Collegiali Deliberationi com- e ſimulque officiosè rogare, voluimus, poſt conſultationem ipſam, judicium ſententiis conveniens, ſub ſigillo Facul ad promotionem cauſæ Nobis gratiosè unicare: Hoc &c. *Hauſs-Bornſtett*, *Jan.* 1682.

uſtriſſimorum Comitum Mansfel-denſium Cancellarius & Conſilarii

N. N. N.

A.

Atteſtatum Medici.

tquam ab Illuſtriſſimorum Comitum ansfeldenſium Regimine per literas re-s fui, ut Sectioni infantuli inventi Isle- Noſocomiô S. Sp. intereſſe, infantem dictum inſpicere, & de omnibus verita-ferre non abnuerem; Hinc in defectu aliorumque Practicorum illud declina-potui, ſed una cum 2. Chirurgis ad lo-ſignatum me contuli, & ſub inſpectione li hunc pro completo & perfecto agno-hinc in parte anticâ, ad ſiniſtrum capi-, ſupra frontem foveola oblonga à No-ervata fuit, quâ apertâ, depreſſio quæ-anii in ſuturâ coronali reperta fuit, ſpa-enuiorem etiam admittens & recipiens; is à pericraniô ſeparatione, usque ad , aliquid ſanguinis coagulati repertum præterea in Vertice tumorem exiguum mque contuſionem ſub cute, quô in lo-ter aperturam fecimus, & obſervavimus, ranium in dextrô latere ſuturæ ſagitta-longitudinem digiti minoris & profun-n dorſi in cultrô depreſſum, & ipſe locus circa ſanguine, drachmam ut æſtima-ponderante ſuffuſus fuerit. Craniô ve-otô, utraque Meninx illæſa conſpicieba-uum ergò à Me tanquam Medico præ-*al. Pand.*ſente, judicium aliquod de hoc Caſu deſidere-tur; hinc mediam viam eligendo maturiusque judicium expectando dicere non vererer, quod, ut omnibus DNN. Practicis Medicinæ con-ſtat, infantuli ejusmodi recens nati non tantùm tenerrimi ſint, ſed & dum utero Maternô egre-diuntur, ſummè premantur & debilitentur, ſi-mulque ab aere adhuc inſuetô inſigniter alteren-tur; adeoque judicandum eſſet teneris & de-bilibus ejusmodi infantulis leviſſimam etiam læſionem cumprimis in membris ejusmodi prin-cipalibus ſummè incommodare poſſe. Islebiæ die 13. Novembr. 1681.

Paulus Starizius, Medic. Peſtil.

B.

Relatio Chirurgorum.

PRæviâ Requiſitione &c. Nos in fine nomi-nati Chirurgi in Noſocomio Illuſtr. Com. Mansfeld. ad S. Sp. horâ primâ pomeridianâ in Aulâ, ob infantem, (qui ſexus ſequioris erat) mortuum inventum, comparuimus, & cùm Dn. Secretarius ſupra allegatus, ipſe tum præ-ſens, cum reliquis Perſonis Judicialibus nos denuò requiſiverit, hinc eâ, quâ decet obſer-vantiâ illi morem geſſimus, & primò omnium cadaverculum demortuum externè inſpeximus, ubi, quod truncum attinet, nil obſervare po-tuimus; in capitis autem parte anticâ fontanella, vulgò ita dicta, in ſiniſtrô latere prope ſuturam coronalem depreſſa erat. Remotâ autem cu-te in ſiniſtro latere ſupra oculum, usque ad Naſum aliquid ſanguinis coagulati conſpicie-batur. 2. Pericranium in ſuturâ ſagittali, à ſut. Coronali, usque ad Lambdoideam ſanguine prorſus ſuggillatum erat, qui ℨj. circiter pen-debat. Craniô tandem remotô omnia in ſtatu naturali, & neque dura neque pia mater læſæ fue-runt. Judicium quod attinet, illud, ut decet, Ampliſſimæ Facultati Medicæ relinquimus. Islebiæ, die 12. Novembr. 1681.

Chirurgi &c.

Reſponſum Facultatis Medicæ Lipſien-ſis, deſuper infanticidio imputato.

P. P.

CUm VV. Dom. Dom. Acta Inquiſitiona-lia, Evam Guthiam, ejusque Infantulum ſine vitâ repertum concernentia Nobis trans-miſerint, ſimulque judicium noſtrum deſidera-verint, ſc. *An læſiones in Infantulô ob-„ ſervatæ, à violentiâ externâ intra vel „ poſt partum contigerint? An potius à caſu „ illo, qui tertio ante partum die illi acci-„ diſſe dicitur, ortæ ſint?* Hinc præviâ maturâ

 & Col-

& Collegiali ponderatione omnium illîc allegatarum circumſtantiarum concluſimus, quod læſiones in infante abſque vitâ reperti obſervatæ, non quidem à caſu ſupinô, ſed probabiliter, à partu infelici, in quô fœtus, vel jamdum mortuus, vel tamen præcedenti caſu ſummè debilitatus erumpendo in terram concidit, ſubortæ fuerint, & ita, circumſtantiis ità ſe habentibus, nulla manûs violentia adhibita ſit. Quod &c. *Lipſiæ die* 31. *Jan.* 1682.

Ammann. in Prax. Vuln. Lethal. Dec. V. Caſ. 2. p. 338.

CASUS XIX.

DE INFANTICIDIO.

Requiſitio.

P. P.

Anna Maria, Hillæ, Principatus Mindenſis, die 3. Auguſti nothum, at perfectum infantem, enixa eſt, qui, ut ipſa perhibet, exanimis, & quidem capite primum exeunte, in lucem editus fuit, poſtquam à tribus jam diebus nullum vitæ indicium in eô perſenſerat. Poſt Partum Mater eundem linteo involvit & in camerâ ſuâ terræ mandavit. Cùm verò abhinc carceri mancipata fuerit, die 17. Aug. corpuſculum erutum, inſpectum & obſervatum fuit, ut Relatio fol. 10. & 100. Actorum oſtendit, quibus hîc duo cranii fruſta Nobis transmiſſa adjecta ſunt. Quandoquidem verò Defenſor pro ſe allegare ſuſtineat, foramen majus in craniô non tam ex violentiâ aliquâ, ſed à Naturâ proficiſci, eâ de causâ æquè ac ob deficientem ſub cranio pelliculam infantem vivum in lucem edi non potuiſſe; Hinc Honoratiſſimi Domini Collegæ noſtri, ut breviter judicium ſuum, pro debitâ remuneratione haud gravatim nobiſcum communicent, rogantur:

An Cranium & foramen majus illîc obſervatum indicium quodam violentæ mortis edant?

Vel ſi minus:

An igitur ob foramen illud & defectum pelliculæ infans non potuerit vivus in lucem edi?

Giſſæ die 5. Octobr. Anno 1693.

Facultas Juridica ibidem.

Reſponſum Facultatis Medicæ Giſſenæ, in causâ infanticidii.

P. P.

Quandoquidem Acta Inquiſitionalia, ANNAM MARIAM N. Hillenſem, è Principatu Mindenſe, concernentia Nobis transmiſeritis, & deſuper ſubnexis quæſtionibus:

An ſc. bina cranii fruſta tranſmi... fantis, ab Inquiſita die 3. Aug. ... conjugium in lucem editi & in c... ejus ſepulti, die 17. ejuſdem ver... Magiſtratus denuò eruti, & fo... majus in alterutro illius cranii ... obſervandum indicium quoddam v... tæ mortis præbeant?

Vel ſi minus:

An ob foramen illud & deficientem ... culam in alterutro cranii fruſto ... non potuerit vivus in lucem edi?

Judicium noſtrum breviter communica... deſideraveritis:

Hinc Dominos Noſtros Honoratiſ... prævia Collegiali ponderatione Actoru... ſponſi loco celare non poſſumus, quo... men in dextro, ut omninò videtur, bre... oſſe, reperiendum per ſe nullam letha... inferre vel certum indicium violentæ ... præbere poſſit, niſi conſtiterit de læſion... ſubſtantiæ cerebri & principii nervorum... verò Acta de hiſce nequicquam referant... ctio quoque elapſis jam 14. poſt fata diel... corpuſculum tamdiu ſub terrâ recondi... cerebellum reliquæque molliores part... babiliter ſemiputridæ fuerunt, inſtituta... Hinc certi quid hîc concludi nequit; ſe... tur, quòd ſubſtantia cranii, quæ in Em... primitus (ut ex partibus vicinis foramin... ſtionis apparet) membranaceâ cartilag... ducitur, circa confinia foraminis, nondu... indurata fuerit. Si enim regio illa cra... dum oſſea fuiſſet, & foramen quæſtioni... lentiâ externâ accidiſſet, neceſſariò fr... ta oſſiculorum in cerebro reperta fuiſſen... rum tamen nec Acta mentionem faciu... margines hujus foraminis oſtendunt ... fracturâ aliquid ſive compreſſum, ſiv... preſſum ſive abruptum fuerit.

Alteram Quæſtionem quod attin...

An ergò ob foramen illud & deficient... liculam infans non potuerit vivu... cem edi?

Reſpondemus, quod id, cæteris parib... que fieri potuerit, quoniam quoad priu... men ſc.) conſtat, regionem illam cran... ad concurſum ſuturæ coronalis & ſagitt... & ab Anatomicis Fontanella, fons pul... lacuna triangularis appellatur, non ta... infantibus natu minoribus, utplurim... aliquod temporis ſpatium membranac... ſe, antequam offeſcat; ſed & in XXV... XL. annum à nonnullis Medicis, & ex... Nobis ipſis, ſalvâ vitâ ita obſervatum f...

Vid. Bartholin. Hiſtor. Anat. C... Obſ. 87.

Quoad poſterius autem, abſentiam ſc. ... gis duræ, membrana hæc quidem pars a... bilis, quæ ſimpliciter ad vitam neceſſaria... eſt, ſed quæ ſalvâ vitâ adeſſe & abeſſe...

& vulnera duræ matris, pro ſimpliciter ſolutè lethalibus non habentur, teſte *Se- in Exam. Vuln. Part. diſſimil. Part.* 1. *. Fortun. Fidel. de Relation. Med. l.* 4. *p. m.* 534. *Joh. Bohn. de Renunciat. r. Sect.* II. *Cap.* I. *p.* 198. *&c.* Interim milius apparet, membranam hanc, ut loque poſt partum fieri ſolet, à cranio meningem tenuem depreſſam fuiſſe, aut urgô minus obſervatam, aut per putre omninò conſumptam fuiſſe.

eſtationis ergò Sigillum Facultatis noſtræ tum addendo. *Sign. Giſſæ d. 9. Oct.*

Decanus, Senior & Profeſſ. Ord.
Facult. Med. h. l.

CASUS XX.
DE
NFANTICIDIO IMPUTATO.

Requiſitio.

. P.

Additamenta his Incluſa Vos certiores dimus, quid, cùm Joh. N. N. junior a, N. N. vidua Holshuſæ, Præfecturæ openſis, adulterii, & hæc ſimul infan- uſpicionem incurriſſet, Nobis Præfecti i, cum transmiſſione quorundam offi- n retulerint. Cùm verò ea deſuper & nis, an pro oſſibus infantis illa ſint ha- & quæ ratione lactis aliarumque in Actis ndarum circumſtantiarum probabilia ur, judicium veſtrum deſideremus.

c nomine Sereniſſ. Noſtri Principis ac hiſce Vos requirimus, & à parte Noſtri ogamus, ut omnia probè expendatis, e Reſponſum aliquod fundatum & Ju- Phyſico-Medicum, cum remiſſione um quamprimùm communicetis & tatis; Nosque ad quævis officia ſimul fferimus. *Giſſæ die 25. Decembris* 695.

æſes, Cancellarius & Conſiliarii
Conſilii Secr. ac Regiminis Prin-
cipalis.

eſponſum Medicorum Giſſenſium.

P.

n nomine Sereniſſimi Noſtri Princi- ac Domini, V. V. Exc. & Domina- teris die 21. Decembr. una cum inclu- hiſce remittuntur) ad Nos perſcriptis erint, ut reſponſum aliquod ſolidè n & judicium Phyſico-Medicum, tum de oſſiculis à Præfectis Principalibus Bidencopenſibus, ſecundùm relata, in cellâ ſub dolio braſſicæ condiendæ dicato aſſeribusque repertis, & in faſciculô obſignato huc transmiſſis: Tum & ratione Lactis aliarumque in Actis (de quibus incluſum tantummodò additamentum nobiſcum communicatum) obſervandarum, & incarceratam Viduam Holshuſanam Annam concernentium circumſtantiarum, quamprimùm impertiremus & transmitteremus; Hinc non potuimus non alterô ſtatim die in loco tertiô convenire V. V. Exc. & Dom. Reſcriptum unà cum additamentis, adhibitâ diligentiâ, denuò perlegere, oſſicula ſupradicta intueri & reliqua ad unum omnia probè & maturè ponderare; Eaque de cauſâ officiosè referimus, quod 1. ſæpius allegata oſſicula primô intuitu pro Gallinarum aut Gallorum, Anſerculorum, ex parte quoque Leporum & Porcellorum, reliquis ſtatim agnoverimus, adeoque neutiquam pro oſſibus humanis aut infantilibus habenda ſint; quod & Præfecti ſupra laudati non minus ac Phyſicus ejus loci N. N. ſcire potuiſſent, ac debuiſſent, adeoque non opus fuiſſet, ut eadem huc transmitterent, Nobisque ſupervacaneum negotium faceſſerent.

Alterum membrum, Lac ſc. è mammillis inquiſitæ obtentum, quòd attinet, benè quidem fieri potuit, illud, ſecundum Inquiſitæ narrata, ab eo tempore, quô infantem natu minimum 3. annorum ab uberibus removit, in mammillis relictum, aut de novô illîc generatum fuiſſe, cumprimis, ſi in ſe robuſta, ſana, bonæque conſtitutionis fuerit, aut menſibus ad tempus aliquod caruerit: Siquidem Nobismet ipſis ex parte diverſæ in conjugiô viventes Mulieres hîc & alibi innotuêre, quæ non tantùm 1. 2. ſed & 3. & quartô poſt ablactatos aut demortuos infantes ſuos menſe lac in mammis habuerunt, & usque dum adhuc continent.

Adhæc noſtrâ ætate non ſequitur, ut priſtinis temporibus in Phyſiologiâ Medicâ receptum erat: Lac habet in mammis, ergò peperit vel ſaltem concepit; ſiquidem multi fide digniſſimi Auctores, ut & quotidiana experientia, teſtantur, quòd in parvulis etiam, ſexûs utriusque, pueris, virginibus, adoleſcentibus, viris, vetulis (ut bruta, capros, agnellos & equorum pullos taceamus) verum atque genuinum Lac continuerint, & in mammis adhuc contineant, ut inter alios hoc Celeberrimus & in Baronum numerum haud ita pridem receptus Archiater Regis Daniæ, *D. D. & Profeſſ. Franck* in curioſâ ſatis *Diſputatione de triplici Lacte Virginis Heidelb.* 1678. habita à pag. 7. ad pag. 13. ex infinitis, iisque probatiſſimis ſcriptoribus clariſſimè demonſtravit; ut neque hinc concluſum firmum ac certum de imprægnatione vel conceptione faciendum ſit.

Quod præviâ gratioſâ & amicâ requiſitione hiſce referre propriâque ſubſcriptione confir-

 mare

mare voluimus. D. *Giſſæ die* 28. *Decembr. Anno* 1695.

VV. Exc. Exc. & Dom. Dom.

Obſequioſiſſimi,

Juſtus Fridericus Dillenius, Med. D.P.P.Ord. & h.t.Fac.Med.Dec.

Joh. N. N. Med. D. & Phyſ. Ord. Giſſ.

CASUS XXI.
DE INFANTICIDIO.

Requiſitio.

P. P.

CErtis de cauſis referre teneor V. Exc. caſum ſequentem: Non ita pridem Helena N. infantem vivum enixa, qui dum præ nimio dolore ipſa de arcâ delabitur, in pavimentum excidit, quô factô umbilicalia vaſa longitudine cubiti ſolvit quidem, ſed non deligavit, & quia parum, vel nihil, de vitâ participavit, abſque motu & ejulatu, ſecum in lectum recepit, donec domeſticæ advenientes puerperam cum infante in lecto repererunt. Rumor hujus facti ſtatim increbuit, hinc Helena N. à Magiſtratu in carceres dejecta. In infante judiciali inſpectione obſervatum 1. Reſciſſio vaſorum umbilicalium prout deſcripta. 2. Inæqualitas Occipitis, eapropter Cranium apertum, ubi occiput circa ſuturam Lambdoideam in dextro latere incurvatum, nonnihil etiam cruoris ſub cranio repertum. Ex hiſce indiciis infanticidii Helena N. accuſata; itaque pro defenſione ipſius ad ſequentes quæſtiones formatum ex Anatomiâ judicium deſidero:

1. *Annon probabile, quòd læſio interna circa Suturam Lambdoideam, vel in partu in tranſitu per os pubis, vel dum capite, quod molle ac tenerum erat, in pavimentum excidit, & non à violentia externa provenerit?* 2. *An talis læſio in oſſe occipitis pro lethali debeat haberi?* 3. *An non omnes præſumtiones ſuffocati infantis eludantur, ſi nec in collo nec in facie maculæ lividæ, vel œdomatoſus tumor apparuerit.* 4. *An non facta deligatio vaſorum umbilicalium cauſa præſentiſſima & proxima iſtius mortis fuerit?* 5. *Et an non hic partus, propter non editam vocem, pro octimeſtri, ac juſto tempore non nato, adeòque pro non vitali* (licet is omnibus membris & corporis partibus abſolutus exſtiterit) *reputandus?* &c. *Dab. N. die* 28. *April.* 1656.

Reſponſum Facultatis Medicæ Lipſienſis,

Ad 1. *&* 2. *aff. ad* 3. *N. ad* 4. *aff. ad* 5. *N.*

COnſideravimus optimâ, quâ potuimus, ratione circumſtantias, in Caſu nobis communicato obvenientes, ideò ad qui[...] quæſtiones ordinatim reſpondere ita debe[...] 1. Quòd non ſolùm probabile, ſed & p[...] e, prout & ſæpius contingit, quòd inf[...] difficultate partûs, in tenero capite facil[...] poſſit, & hoc multo magis (ſi vera eſt ci[...] ſtantia) in iſto Helenæ partu fieri potuit, [...] te, qui in pavimentum excidit, quô ca[...] lapſu facilè in capite potuit lædi. 2. Tene[...] quòd in adultis ſubjectis ejusmodi Crani[...] nes, & ſubſequens extravaſatio ſanguini[...] que læſione Cerebri, non ſemper lethale[...] nihilominus debent in recens natis, & [...] bus infantibus, pro longè periculoſiori[...] beri, quamvis nec hic ſtatim abſolutam [...] litatem elicere valeamus: ſiquidem ex[...] tia teſtatur, quòd diligenti curâ ac ſtudi[...] etiam læſiones in recens natis fuerint ſa[...] Allegata indicia ſuffocationis, plerumq[...] dem, ſed non ſemper, multò minus ne[...] in violenta ſuffocatione conſpicua eſſ[...] tamen in debilibus infantibus, & qui t[...] lentiâ ſuffocantur, non ſemper præſtò [...] Utique præſentiſſimam mortem, & le[...] tem abſolutam, cauſatur non facta v[...] umbilicalium deligatio, dum hâc rati[...] fans ſanguine & ſpiritibus vitalibus p[...] prout experientia ſuffragiis ſuis hoc c[...] bat; ideò etiam Medici ſine exceptio[...] factam umbilicalium vaſorum deliga[...] pro abſolutè, & ſimpliciter, lethali r[...] 5. Vox ſive vagitus non editus, non [...] libile ſignum octimeſtris partûs, vel ju[...] pore non nati, adeòque non vitalis, [...] tim, quando omnia membra, & corp[...] tes ſuam impetrârunt perfectionem: [...] quidem ob debilitatem contractam ([...] in Caſu duplex eſt, & à lapſu in terran[...] effluxum ſanguinis, propter non-de[...] umbilicum) interdum vocem nulla[...] valent. &c. &c. Dab. Lipſ. die 1. Mai[...] 1656.

Vid. Amman. Me[...]

CASUS XXII[...]
DE INFANTICIDI[...]

Requiſitio.

V. V. Exc. Exc. Acta Inquiſition[...] tranſmiſſa ut diligenter perlega[...] ſuper 2. ſeqq. quæſtionibus ſuum [...] cium pro debitô redhoſtimento comn[...] rogantur &c.

Relatio Medici & Chiru[...]

QUum atteſtatum aliquod de Infa[...] næ Trögeriæ mortuô inventô, [...]

ɔne funiculi umbilicalis in hôc ipsô de-
ur; hinc referimus, quòd infantem
m perfectione gaudentem & jam ali-
ante inſpectionem horis depuratum
utum invenerimus, unde ne mi-
n quidem, ſive ſanguinis in funiculô
icali atque corpuſculo, ſive læſionis ali-
, exceptâ laciniâ digitum longâ & di-
n digitum latâ, in latere dextrô videri-
Et quamvis ad meliorem informatio-
utim in regione ſterni & in ſyncipite
rimus, caput quoque curatiſſimè in-
imus, nullam tamen ab illa læſionem
aut impreſſionem cranii, pectoris,
b dictorum membrorum ſectione ali-
nguinis coagulati obſervare potuimus;
ue aliud fœtus mortui in lucem editi
, v.g. ſpuma circa os, tumor œdema-
maculæ lividæ (quæ indicia fœtus in
c. mortui non ſemper quidem adſunt,
. *Ammannus Med. Crit. p. 455. Edit.*
obſervari potuit. Funiculi umbilicalis
utionem quod concernit, ille legitimè
n ſolutus, ad ſpithamæ ſc. ab umbilicô
am, nec ut ſæpius fit, brevior juſtô re-
erat, ne ligari poſſit: Hic autem abſ-
mni deligatione inventus fuit. Qnid
vaſa umbilicalia non deligata, antece-
in Actis & linteamina cruentata, qui-
volutus fuit, præ ſe ferant, Facultati
e dijudicandum relinquimus. *Rei-
ci die* 14. *Maji* 1686.

Joh. Petrus N. Med. Pract.
Jacob-Heinricus Gobel. Chir.

---

*nſum Facultatis Medicæ Lipſien-
deſuper Lethalitate funiculi umbi-
licalis non ligati.*

---

nsmiſſis Nobis Actis Inquiſitionalibus
eginam Trôgeriam ejusque infantem
em repertum concernentibus & de ſeqq.
eſtionibus: 1. *Quæ conditio Funicu-
licalis fuerit? & an* 2. *exinde con-
ſit fœtum viventem in lucem editum*
Judiciô noſtrô requiſitô: Prævià di-
Actorum perluſtratione omniumque
tantiarum ponderatione reſpondemus,
cum 1. juxta Medici & Chirurgi Rela-
Funiculus umbilicalis planè non deli-
uerit, infans (ſi vivus in lucem editus
ſanguine & ſpiritibus vitalibus priva-
rit, ut neceſſariò exinde exſpiraverit.
uniculus umbilicalis adeò candidus &
s, prout aliâs eſſe ſolet, viſus non fue-
flavus & flaccidus apparuerit, proba-
, mortuum fuiſſe editum, licèt talis
umbilicalis conſtitutio etiam à non
ligatione & præcipuè ab aëre externo,
dum ab horâ XII. mediæ noctis ad horam II. matutinam frigori expoſitus fuit, oriri potuerit. *Lipſiæ die* 20. *Maij.* 1686.

*Ammann. Prax. Vuln. Lethal.
Dec. VI. Hiſt. VIII.*

CASUS XXIII.
DE
INFANTICIDIO IMPUTATO.

Requiſitio.

P. P.

Veſtræ Magnificentiæ & Dominationes ſequentem facti ſpeciem ſibi referri patiantur: Titia ſc. cœlebs adhuc & extra conjugium vivens puella, bonæ aliâs famæ & honeſtæ familiæ, nemine præſente infantem peperit, quem, cùm exanimem, ut perhibet, enixa fuerit, tam profundè, quàm gelu tunc urgens permittebat, in terram defodit & ſaxo graviore obtexit. Paulò poſt autem, cùm abdomine concidente in ſuſpicionem traheretur & examinata puerperium ſtatim confiteretur, in carcerem delata, & acſi partum enecaverit, accuſata fuit; ubi ſimul accidit, ut partus à probatô Medicô inſpectus & ab eodem ſequens Relatio, ſub ſigno △, impertita fuerit. Quandoquidem autem Captivæ defenſio quædam indulgeatur & inter alia ad declinandam ſuſpicionem imputatam judiciô quôdam Medicô indigeat; hinc è re eſſe duximus, ut de eô conquirendo ſoliciti eſſemus.

Licet autem certum ſit, quòd in corpore demortui infantuli, juxta Relationem modò allegatam, ſub ſignô △. indicia quædam ſe truſerint, attamen pro lethalibus illa non habentur, multò minus, quòd parturiens dolosè illa cauſata ſit, exiſtimatur, cùm potius à Primiparâ in difficultate ac ſolitudine partus per labores & ex aliis cauſis producta fuerint, ut idem inter alia Extract. è Lit. ſub ſignô ☽. & judicium Anonymi cujusdam Medici, ſub ſignô ☐. fuſius oſtendunt. Unde & Dominus Medicus, qui ſectioni præfuit, nullum addidit judicium. Accedit, quod juxta depoſitionem fide dignam & juratam, captiva paucis ante puerperium ſeptimanis de ſublimi geluque induratâ colle præcipitata & ſæpius revoluta fuerit, unde ſtigmata quoque cœrulea, in corpore ejus obſervata, orta ſunt. Adhæc octiduô ante partum, ob terrorem præcedentem, tempore nocturnô de ſcalâ plurimorum graduum unico ſaltu ſe demiſit, aut potius cecidit, quô factô ſtatim vomitus enor-

enormes paſſa, & ſimul miſerabiliter conqueſta fuit, nunc de ſe penitus actum eſſe. Et quoniam deſuper ſe tumore quodam p. n. laborare putavit, ulterius evenit, ut vehementem ſatis & ingentem, cochl. ij. adæquantem, doſin ſucci iridis noſtratis, è radice recenti expreſſi, aſſumſerit, quâ non tantùm vehementiſſimè per ſedes, ſed etiam per excretionem humorum ita purgata fuit, ut calceamenta ferè aquis innatârint.

Quoniam ergò Medicus, qui ſectionem adminiſtravit, præter hoc, quod de accidentibus hiſce nil quicquam reſciverit, judicium ſuum, ob graviſſimas cauſas, non immeritò ſuſpendit, & probabiliter ſigna in corpore reperta pro inſufficientibus ad inducendam lethalitatem, habita, neque alia magis lethalia ac violenta indicia reperta fuerunt: hinc inculpata eò magis, concurrentibus hiſce caſibus præmiſſis, à ſuſpicione illâ eximenda erit, conſiderando, quod externæ illæ impreſſiones, violentiæ & παθήματα tenerrimum adhuc partum neceſſariò afficere, imò vitæ prorſus incommodare debuerint. Qua propter ſubacta Prudentiorum informatio officioſè expetitur: Dum, 1. ut ſupradictum, nulla certa ac lethifera ſigna, quæ partus enecationem neceſſariò inferant, occurrunt, ſed illa potius pro dubiis & inſufficientibus habenda, 2. periculoſa & jam ante enumerata accidentia ſe truſerunt, à quibus partus neceſſariò affici & examinari debuit, maximè, quùm conatus & labores parientis partim ſtando, partim gdnubus inſiſtendo, peracti fuerint, ipſeque partus ſubito eruperit, abhinc 3. corpuſculum inhumatum ſaxo graviore oneratum, indeque contuſio quædam & depreſſio in capite aliaque produci potuerint; adeoque 4. ex præſuppoſitis modò allegatis, negato partu vivô, funiculi umbilicalis dilaceratio ejusque intermiſſa deligatio lethales eſſe non potuerunt, quæ & extra caſum ejusmodi imprudentiæ & ignorantiæ adſcribendæ fuiſſent. Quær: *Annon hac ratione ſigna allegata ad ſtatuendam lethalitatem pro inſufficientibus habenda, adeoque è contrariò potius mortis cauſa violentis illis accidentibus, aut in defectu ſufficientium indiciorum, aliis ſymptomatibus, adſcribenda? eâque de cauſâ inculpata neceſſariò à ſuſpicione inſimulati infanticidii, circumſtantiis ita ſe habentibus, abſolvenda ſit?* Ea quæ pro labore ſolvenda ſunt, lubentiſſimè & citiſſimè ſequentur; obnixè autem peterem, ut, cum periculum in morâ ſit, negotium hoc omni, quâ fieri poterit, ratione maturetur, qui cum voto Divinæ Protectionis perſevero

V. V. Magnif. & Dom. Dom.

Officioſiſſimus

Johann. Lorenz. Jur. Pr. Defenſ. nom. Captivæ Titiæ.

△

SECTIO MEDICI.

1. IN ſuperiori oſſis frontis parte co[…] quædam acciderat, quæ è ſanguin[…] gulato groſſi minoris latitudine interior[…] oſſis frontis ſuperficiei adhærebat. 2. […] hoc frontis os ſurſum & deorſum verſ[…] preſſum erat. 3. In mediô oſſis occipi[…] ternè aliquid ſanguinis conſpiciebatur, […] eodem in locô ſupra & infra cutim, ad[…] ſi latitudinem ſanguine ſuffuſum erat, […] pericranio mucus quidam, ſanguine p[…] tus, incumbebat. 4. Totum os occ[…] ut & dimidia eaque poſterior oſſis ſyn[…] dextri & ſiniſtri pars extus ſubcœrulea […] ſi ſanguine ſuffuſa erant. Sub hiſce §. […] moratis cranii partibus cerebrum pau[…] guinis quantitate quaſi deturpatum vid[…] 6. Funiculus umbilicalis non tam ab[…] quam abruptus erat, & quidem ad digi[…] gitudinem, cujus exterior tunica, us[…] infantuli corpuſculum adhuc retracta & […] ticata qſ. conſpiciebatur.

☽

EXTRACTUS E LITERIS […]
JUDICIO
DN. D. STAHLII. Arch. Vinar. […]

QUamvis autem in allatis indicii[…] non exprimatur aut perhibeat[…] ſurſum & deorſum verſus peracta […] ſio idem denotet, aut an per de[…] nem deorſum factam, depreſſio pro[…] dicta ſeu impreſſa fovea: Per depreſ[…] verò totius oſſis frontis, ubi cum oſſibu[…] matis concurrere debet, incurvatio […] loci intelligi debeat? quamvis etiam […] finiri debuiſſet, an talis ſanguinis ext[…] collectio duram meningem ſimul af[…] an potius tantum interiori laminæ oſſi[…] dicti adhæſerit?

Quod verò tandem cardinem tot[…] ſc. definitionem lethalitatis attinet, pe[…] dem conſtat, violentas haſce alliſione[…] rum prima nullum contuſionis ſignu[…] num: Poſterior autem n. 3. nullum […] immediatum contuſionis internum […] per ſe, abſolutè, ut alliſiones, letha[…] fuiſſe. Interim præmeditatò hìc mo[…] lui, relationem inſpectionis, ſi in […] tranſmiſſis peracta fuit, ita neutiqua[…] paratam eſſe, ut Medicus conſcienti[…] nem habens juxta eandem definitivè […] ciare valeat: dum æquivocatio dep[…] num. 2. ſanguine quaſi deturpatio n. […] an vera & genuina, & non quaſi talis fu[…]

pliciſſimus quivis homo definire potuiſſet) brum paucô ſanguine ſuffuſum n. 5. ſine â meningum mentione, quas hic unicè ebat, dubia prorſus & inſufficientia mo- ta ſunt. Neglectam verò deligationem rum umbilicalium per ſe lethalem eſſe, dente inſuper violentâ abruptione, extra e dubium eſt locatum. An autem Rea lem ex proæreſi & animô occidendi ne- rit, vix credo.

JDICIUM SUCCINCTUM

deſuper

tis ſignis, quæ pro ſimpliciter letha- bus habentur, ſed contrarietatem aliquam involvunt.

D punctum 1. Signum hoc, ſc. contu- ſio oſſis frontis, quia nulla læſio vaſis i aut partis principalis conjuncta fuit, à Primiparæ pro ſigno lethali propriè ha- equit, nec quòd aliquid ſanguinis, groſ- gnitudine in interiori oſſis frontis parte vatum fuerit, ob cauſas inſequentes: ıs (præter experientiam & autopſiam, addimus) ut irrevocabiliter concluda- notandum eſt, os frontis in recens na- plex conſpici, ſuturâ ſc. coronali, quâ ur, intercedente, ſimulque è laminis urè oſſeis, ſed cartilaginibus durioribus nentatum eſſe, adeoque non tam per- n os, quàm cartilaginem duriorem con- e. Quùm ergò infans hic, juxta con- n pariendi modum, adhuc per os uteri, ò cartilagineô firmatum, prodierit, hinc ı modò os uteri, ob vias in primiparâ tis adhuc dilatatas, & quia juxta *aphor.* *cr.* 44. è puerperis præcipuè laborant paræ, dubiô procul, ratione toni ſui, ntis in hoc partu ita conquaſſare ſimi- e contuſionem, non tamen purè letha- uſari potuit, quia *Hippocrate* teſte, contuſio, niſi vas magnum vel pars alis lædatur, periculoſa, non verò le- ſt; imò ſi lethalis ſimpliciter & ſine xceptione eſſet, ea tamen per ſe & in- propter anguſtiam, hancque inſequentem ionem, non verò externè Matris vel aræ violentiâ lethalis fuiſſet, aliâs ne- partes adjacentes, oſſa ſcil. naſi, ſphæ- , mammillare &c. propter teneritatem, iatè admotâ manu violentâ prorſus con- a & ſimul læſa fuiſſent; adeòque con- æc à caſu ſubitaneô, quô præcipitaba- tius deducenda, cum omnibus con- dicis, quantam vim in fœtum habeant iones violentæ; quibus ignorantia par- s ſimul pro excuſatione patrocinatur. *l. Pand.*

2. Signum quod concernit, quòd ſc. os fron- tis ſurſum æquè ac deorſum verſus notabiliter depreſſum fuerit, ob antedictam oris uteri co- arctationem idem os frontis, cùm non ex unicâ, ſed plurimis particulis conſtet, facilè è ſitu ſuô moveri potuit, quod tamen ſimili- ter ſimpliciter lethale non eſt, niſi ruptura quædam concurrat. Ipſa enim experientia te- ſtatur, infantes, ob ſimilem coarctationem & oris uteri tonum, oblongis, curvis, aliiſque, contra figuram aliâs naturalem militantibus, capitum figuris in lucem edi, quæ tamen ope Obſtetricum prudentiorum aptè & commodè rurſus componi & reſtitui poſſunt. 3. Quo- que ita crudè & ſimpliciter lethale haberi non poteſt, quod aliquid ſanguinis in oſſe occipi- tis externô inventum fuerit, ſiquidem omni- bus conſtabit Medicis, & prolixè quoque in *Dn. D. Wedelii & D. Mœbii Phyſiologiâ.* It. *Pi- næi*, *Harvæi*, *Tr. de Partu* legi poterit, quòd poſt exitum partus multum ſanguinis, lochia ſc. cum ſecundinis, ſequantur, & ita, dum in hoc fœtu nulla ablutio acceſſit, ſan- guis, his cumprimis in locis, hærendo, neceſ- ſariò remanſit, maximè aliis cauſis deficienti- bus, quia vulneratio non adfuit, cujus intuitu de ſanguine coagulato, è venulis vulneratis, cogitari poſſit. Quòd etiam in locô ſupra pe- ricranium mucoſa quædam materia ſanguine permixta obſervata fuerit (quæ tamen non pu- rulentam aliquam materiam, ſed pituitam tantùm præ ſe tulit) in puſillis & recens natis infantulis etiam ſecundum naturam occurrit, quia *Hippocrat. lib. de Fœtu* oſſa, inquit, capitis in recens natis cava, intus & extus mu- cagine, pituitâ craſsâ, materia medulloſa & excrementis non modò craſſis, ſed etiam aqueis obducta, quæ humectant, & iterum ad glandulas & loca ſecretiora abeunt; quòd au- tem aliquid ſanguinis intermixtum & in cute ſuffuſio ad groſſi latitudinem ſuborta fuerit; it. quod 4. totum os occipitis, ut & dimidia & po- ſterior oſſis ſyncipitis dextri & ſiniſtri pars extus cœrulea fuerint, facilè, quoad prius, (ſignum ſc. ſanguine permixtum) caſus & lapſus primiparæ, quô brevî ante partum, de colle ſublimi, & ab- hinc de ſcalâ multorum graduum præcipitata fuit, tale quid cauſari potuit, ſiquidem eô ipsô non tantùm fœtui talis contuſio pluraque ſigna lethalia imprimi, ſed & hic è ſitu ſuô atque lo- cô devolvi potuit, unde infans, qui hôc æquè ac per radicem iridis noſtratis propinatæ (quæ puerperam ita purgaverat, ut calceamenta aquis repleta fuerint) ita debilitatus, & quia nu- trimentum & vehiculum, beneficiô cujus in- fantes, ob humectationem viarum aliâs exitum faciliorem inveniunt, tandem exanimis in lu- cem editus fuit. Metus enim, timor, ira, imò verbô, animi pathemata, cumprimis autem externa violentia, qualis huic etiam accidit, maximam potentiam & impreſſionem in fœ- tum habent, debileſque, imò prorſus exani-

 mes

mes fœtus reddunt, ut *Mœbius & Schenckius* in *Scholâ partium humani corporis* teſtatur, quâ ratione Ruſtici mulier, duriſſimis verberibus excepta, infantem demortuum enixa fuerit, cujus brachia, lanæ inſtar, mollia fuerint, ex eô, quod mulier in brachiis ita tractata fuerit; quin & ſimile mihimet ipſi exemplum innotuit, quod fœmina quædam, ex altô delapſa, infantem in totô corpuſculo cœruleum & ſuggillatum pepererit, qui brevî poſt exſpiravit; ut taceam ſignum hoc cœruleum ortum ſuum ab epilepſiâ fœtus & uteri, quæ poſt mortem ſimilia ſtigmata relinquit, habere potuiſſe; quemadmodum & infans ob lapſum ſupradictum è ſitu ſuô præcipitari & conſtringi potuit, cum ob venarum & aſperæ arteriæ, à funiculo umbilicali obortam, conſtrictionem infantes in partu ſæpius exanimes, aut ſi adhuc vixerint, capite cœruleô & ſanguine ſuffusô prodeant, ut exempla ejusmodi expertis Obſtetricibus haud ignota ſunt; quapropter & hoc ſignum Puerperæ non ſimpliciter adſcribi, ſed vehementibus accidentibus & cauſis morboſis tribui poſſet. Tandem quòd ultimò funiculus umbilicalis, ad digiti ferè longitudinem, à fœtus abdomine abruptus fuerit, ob longitudinem ſimiliter ſimpliciter lethale eſſe non potuit, ut *Bartholin. in Anat. Reform. it. Schenck. de vena umbilicali* teſtantur: Natô infante funis prope abdomen duorum vel trium digitorum tranſverſorum intervallo ligandus, filô forti ſæpius circumductô, à ligaturâ hinc tribus circiter digitis reſcindendus, curanduſque umbilicus, donec exſiccatus ſponte ſuâ decidat; ex hâc ergò authoritate ipſaque experientiâ concludere poſſum, longitudinem ſignum ſimpliciter lethale non eſſe, abruptionem autem puerperæ magis, quàm infanti nocuiſſe, cum funiculus umbilicalis à ligaturâ ſponte ſuâ decidat. Hoc potius ſignum & cauſa mortis eſſet, quod ligatura non acceſſerit, unde fœtus, ſi vivus in lucem editus fuiſſet, ob privationem ſanguinis, neceſſariò exſpiraſſet; neque decorticatio tunicæ venæ umbilicalis, ſi fœtus mortuus, attendenda eſſet.

Reſponſum Facultatis Medicæ Erfurtenſis de præcedente CASU.

P. P.

Quum literis die 12. hujus ad Nos datis retuleris, quâ ratione Titia cœlebs & extra conjugium vivens puella, nemine præſente, infantem pepererit, quem, cùm juxta narrata ejus exanimis in lucem ſit editus, in terram defodit, & ingenti ſaxô cooperuit: Infans autem hic, poſtquam ob ſuſpici[...] mox in carcerem delata fuerat, à pr[...] Medicô abhinc inſpectus, & in eô, jux[...] norem Relationis Medici, diverſæ læ[...] in oſſe frontis, oſſe occipitis, ut & ce[...] ſanguine quodammodò ſuffuſo & fu[...] umbilicali dilacerato obſervatæ fuerint[...] mulque à Nobis petieris, ut, *an ſig[...] legata ad ſtatuendam lethalitatem [...] ciant, aut è contrariò potius morti[...] ſa præcedentibus lapſibus violentis & [...] ganti draſtico, paulò ante aſſumto a[...] benda ſit?* Judicium Noſtrum imp[...] mus; hinc præviâ Collegiali ponder[...] omnium circumſtantiarum Domino t[...] non poſſumus, quòd primò quidem [...] tis habeamus, ut Medici relatio clariu[...] nihil & dilucidius deſcripta fuiſſet; [...] tum tamen è læſionibus ſupra deſcri[...] paret, eò abit ſententia noſtra, quòd [...] que priores, in relatione deſcriptæ, [...] nes in capite, pro ſimpliciter lethal[...] beri non debeant, quoniam violenti [...] qui præceſſerunt, ut & inſequens part[...] ficilis, cui nemo interfuit, qui pri[...] huic ſuppetias tuliſſet, illas, ut ex[...] tia teſtatur, cauſari poſſunt. Dila[...] autem, non deligatus funiculus umbi[...] ob hæmorrhagiam, dubiô procul [...] haberi debet, niſi forte ab allegatis d[...] iisque violentis caſibus, partum ant[...] tibus, vehementi purgante aſſumpto[...] ve gravioribus corporis & animi m[...] infans in utero maternô enecatus [...] quod omninò accidere potuit. Qua[...] reſponſi loco Te celare noluimus. Sig[...] *Erfurti die 25. Maji A. 1691.*

Decanus, Senior & Aſſeſſ. [...]
Medicæ h. l.

E.

RESPONSUM
FACULTATIS MEDICÆ JEN[...]
deſuper
EODEM INFANTICIDII C[...]

Poſtquam à Regimine Tutorio P[...] hujus loci Nobis Acta quædam, [...] ctô Infanticidii, Martham Doroth[...] H. concernentia, oblata fuerunt, u[...] noſtrum in Arte Medicâ fundatum j[...] impertiremus, prævia conſideratione [...] & ſingularum circumſtantiarum [...] mus:

uod per circumſtantias allegatas læſio-
olentæ fœtui in utero periculum vitæ,
pſa mors induci quidem potuerit. Quan-
idem verò inſpectio ocularis docuerit,
ılum umbilicalem deligatum non fuiſ
ɛ poſitô, quòd ſanguis è fœtu in ute-
datô ejusmodi caſu, penitus ad princi-
ſuum quaſi retrocederet, (quod ſuo in
relinquitur) attamen heîc manifeſta
ıalitas hujus recurſus obſervata fuerit;
ob cauſas allegatas Matrem à ſuſpicio-
ɔmicidii abſolvere non poſſumus, ſed
quiſitam ſatis gravatam eſſe putamus.
ante Sigillo Facult. noſtræ. *Sign. Jenæ*
1682.

Decanus, Senior aliique Profeſſores
Facult. Med. ibid.

Requiſitio II.

P. P.

centi adhuc memoriâ hærebit, quâ ra-
e ante duos circiter menſes V. V. Ma-
Dom. Dom. quandam Facti Speciem,
ɛrtæ perſonæ ſexus ſequioris partus in-
ɛ pro violento & inexcuſabili homici-
mitur, diverſaque indicia à Medicis ju-
ɛr adhibitis, contra eandem adferuntur,
iberandum & dijudicandum obtulerim.
or Dominorum meorum Honoratiſſi-
ı Reſponſum, annexáſque rationes ſub-
nas, nullus dubitans, quòd, ſi cum trans-
ıe actorum, quibus idem tanquam ad-
ɛntum, adjeceram & ad obtinendam ſen-
n ſubmiſeram, ritè proceſſum fuiſſet,
ta abſolutoria inſecuta fuiſſet: Hâcque
ıo in loco relinquo, cur aliud placuerit,
oti Facultati hujus loci communicata
ıe Conſilium deſideratum fuerint.
am verò Decanus & præcipuum præ-
Facultatis membrum antea inſpectioni
, calamum totumque negotium dire-
nunc ſe corrigere aut in faciem qſ.
dicere ſibi piaculo ducet, hinc circum-
ita ſe habentibus aliud inſequi non
, quàm ut relatio prima confirmata,
æ verò partes deſertæ, aut ut dicam
, V. V. Dom. Dom. votorum nu-
ſuperatæ fuerint. Quoniam igitur car-
ıus rei adhuc in funiculó umbilicali,
deligato, vertitur, cujus tamen inu-
ıîc è teſtium depoſitionibus eluceſcit,
ɛ de inæqualitate recurſus ſanguinis
ıtur, à me capi nequeant, nihilomi-
ulteriorem, quæ conceditur, defen-
ſufficienti informatione & rationibus
ſtringentibus opus ſit, maximè, quòd
are velint iis, qui ſectioni interfue-
majorem fidem adhibendam eſſe,
ıl. Pand.

quam iis, qui ab aliis informati ſunt. Hinc Dominis meis Honoratiſſ. ſupradictum Reſponſum hîc ſub Lit. E. tranſmitto, decenter rogitans, velint illud Collegialiter, pro decantatâ dexteritate ponderare ſuòque porrò Conſiliô, & quî illud ſuſtineri debeat? me dignari, quod cum debita remuneratione ſtudiis meis nunquam non recognoſcam;

V. V. Dom. Dom.

Dat. die 17. Maji, 1682.

Officioſiſſimus

Innocentius Honor.

Reſponſum II.

FACULTATIS MEDICÆ ERFURTENSIS.

P. P.

Quandoquidem Nos certiores reddideris, quòd Reſponſum, aliquot abhinc menſibus, impertitum, eam ob cauſam minus attendatur, quòd aliâ quâdam Relatione Lit. E. contra deductionem noſtram optimè fundatam, infanticidium adhuc, & quidem ob funiculum umbilicalem, ſine deligatione obſervatum, ut & inæqualitatem aliquam recurſus ſanguinis ſuſtineatur: additâ petitione, ut de dubiis ejusmodi in medium allatis, & à Te vix intelligibilibus, ſufficientem & ſolidam informationem adderemus; hinc præviâ maturâ eâque Collegiali deliberatione Reſponſi loco referimus, totum hoc negotium in duabus quæſtionibus conſiſtere: 1. *An per allegatas circumſtantias læſionis violentæ fœtui in utero materno periculum vitæ aut ipſa mors inferri potuerit?* quod non tantùm in noſtrô, ſed & contrario Reſponſo ſub Lit. E. pro certô & indubiô habetur, & conſequenter inſignis præſumptio & probabilitas fœtus mortui in tantum extra dubium locatur. 2. Quæritur: *An indicia ſub inſpectione obſervata ita comparata ſint, ut probè fundatam illam fœtus demortui præſumtionem tollere, contrarium, nempe partum vivum, & ita conſequenter infanticidium, per funiculum non deligatum, productum probare valeant?* Sed hic inter omnia allata indicia nullum reperias, quod partum vivum & ita infanticidium ullô modô ſuſtinere valeat. Dum enim 1. funicu-

niculum umbilicalem non deligatum opponere ſatagunt, manifeſta petitio eſt principii: Neceſſitas enim deligandi præſupponit partum vivum, quod hic in quæſtione eſt. 2. Opponunt inæqualitatem recurſus ſanguinis: Aſt libenter confitemur, quod conſequentiam hanc: Inæqualitas fuit, ergo partus vivus & infanticidium ſtatuenda, capere nequeamus, maximè, quùm & in ſtatu naturali inæqualis ſanguinis infarctus & protuberantias in hepate uterinô obſervemus, nedum illîc ubi tales violentiæ præceſſerunt. Quod Dn. ad ulteriorem defenſionem celare noluimus, Sigillo Facultatis omnia confirmando. *Sign. Erfurti menſ. Jun.* 1682.

Decanus, Senior &c.

Literæ ejusdem Facultatis ad defenſorem requirentem.

P. P.

AD ulteriorem Tuam relationem infelicem partum fœtus demortui concernentem: Qua ratione ſc. præter ſpem Acta, una cum Reſponſo noſtro aliquot abhinc ſeptimanis à Nobis communicato, non tam ad ſententiam ferendam, quàm potius Collegio illi Medicorum, quod antea Inſpectionem adminiſtraverat, indeque infanticidium aliquod inferre ſategit, ad ejus judicium impetrandum transmiſſa fuerint, quod tamen ut metuebatur, priorem ſuam ſententiam reſciſſurum non erat: ſiquidem, ut ex additamentô ſub Lit. E. fuſius apparet, idem negare quidem non poteſt, quod per adductas circumſtantias læſionis violentæ fœtui in uterô maternô periculum vitæ, imò ipſa mors inferri potuerit? Attamen intuitu 1. funiculi umbilicalis non deligati, & 2. inæqualitatis ſanguinis recurrentis ſuſtinere non dubitavit, quòd Matrem ab omni homicidii ſuſpicione abſolvere non posſit, ſed hanc eâdem inſigniter gravari exiſtimet: Imò juxta nonnullorum opinionem, judicium hoc, tamquam vi inſpectionis ocularis conceptum, majoris quam aliorum ſententia, valoris habeatur; addita decenti petitione, ut præviâ maturâ deliberatione judicium noſtrum Collegiali denuò, ad ulteriorem defenſionem inſtituendam, impertiremus; Breviter reſpondemus: Quòd ratione Præliminarium 1. noſtrô judiciô Magiſtratus Politicus forte non ſine prægnanti cauſa è re eſſe ducat, primò omnium Medicorum pro & contra diſputantium judicia experiri, & abhinc demum Acta ad ſententiam ferendam trans mittere. 2. Quòd & hoc in locô inſpectio, omnibus illîc occurrentibus phænomenis bique in conceſſis & tanquam extra or contradictionem poſita habeatur; reliqua diſcrepantia unicè ex illationibus quibus conſequenter aut inconſequenter è pl menis illis deductis, oriatur: ut que præſens aut deficiens inſpectio ocular hîc nullam conſiderationem mereatur. verò negotium quod attinet, reverâ ſup datum Collegium Medicum, ut nos q perſpicimus, irrevocabili illâ conceſſ quòd per allegatas circumſtantias læſion lentæ fœtui in utero maternô periculum imò ipſa mors inferri potuerit, noſtræ ſ tiæ nullô modô contradixit, ſed cum clariſſimè conformavit; unde 2. huic tioni & conceſſioni reipſa, neque (1.) culus umbilicalis non deligatus, nequ ſimiliter manifeſtè conſpicua inæquali curſus ſanguinis quicquam præjudicar ut multò minùs probabilitas infanticid elucèſcat; ſiquidem præſuppoſita vi admodum contuſionis & probabiliter h teremti fœtus immaturi utrique huic il è diametrô contrariantur, utpote quæ verſô non demonſtrabilem fœtum viv citè præſupponunt: Allegata autem bir nomena (funiculus ſc. umbilicalis no gatus & inæqualitas ſanguinis retroceſſ quoque datô caſu præſumptivè editi mortui nihilominus locum habere p Equidem cur à tam violenta conquaſ retrofluxus ſanguinis non inæqualis & in tis locis non copioſior, quàm alibi comparere deberet? Interim hæc ubi cus ſentientium Dnn. Medicorum hon vô; juxta verſiculum:

Diverſum ſentire duos de rebus iiſd
Incolumi liceat ſemper amicitiâ.

Quod Dominum ad petitum ejus, ciô, in ſubſidium veritatis, celare non mus. *Dab. Erfurti die* 4. *Junii*, 1682.

Decanus, Senior & Aſſ
Facult. Med. ibi

CASUS XXIV.
DE INFANTICIDIO.

Requiſitio.

P. P.

EX Actis, quæ hiſce offerimus, Inqui libus prolixiùs elucèſcet, quâ ratio

…eſti Nativitatis Chriſti, tempore ve-
…inô, puella cœlebs, Agnes Sophia Bol-
Viro Uxorato Petro Kochio ſe carnali-
…iſcuerit & ſcortata fuerit. Abhinc cùm
…ægnata eſſet, & ut fol. 1. videre eſt, ante
…m dies infantem peperiſſet, habitâ ratio-
…ircumſtantiarum ſuſpicio ſuborta eſt,
…em; cùm infantulus mortuus repertus,
…eâdem ſub lignis abſconditus & protra-
…fuerit, infantem neceſſariò enecaſſe.
…ropter eâ, quæ Magiſtratum decet,
…udine, ſtatim Judices cum Dn. Medicô
…obus Chirurgis, ad hunc actum more
…prius juratis, eò miſimus, ut infantem
…erent, & ſi opus fuerit, ſecarent. Quo-
… verò infans, tam extrinſecè, quàm in-
…cè ſe habuerit, è Regiſtraturâ fol. 2.
…bſervanda, & tum à Medicô, tum Chi-
… ſubſcriptâ fuſius apparebit, & quid
…ita ad defenſionem ſui, unde ſtigma-
… fuſco-cœrulea, cruenta, cumprimis
… violenta depreſſio in capite, & quòd
…lus umbilicalis laceratus fuerit, depen-
…, allegaverit, fol. 18. 22. occurret.
…& 2. Prudentes Fœminæ & Obſtetrices
…. 27. ſuam de hiſce ſententiam fuſius
…unicârunt, & ut fol. 30. ſeqq. videre
…Medicus ad Inſpectionem adhibitus,
…aſius judicium ſuum impertiit; quibus
…us tamen in causâ tam arduâ contenti
…oluimus, ſed præ omnibus Atteſtatum
…iale Dominorum Noſtrorum Honora-
…orum, cum annexô Judiciô Medicô, ad
…eſideramus, antequàm illa Collegiô
… Juridico transmittamus, ſine quo ſive
…, ſive innocentia periclitari poſſet,
…oque meritò hîc cautè procedendum
…otum autem negotium, quoad Quæ-
… Medicas ſequentibus iiſque brevibus
…s innititur:

*An ſtatuendum ſit, Infantem hunc vi-
…tque ſanum in lucem editum fuiſſe?*

*Quænam è ſignis illis, ſub inſpectio-
…otatis Lethalitatem promoverint?*

*Unde ſigna illa probabiliter oriantur,
…uanam in ſpecie causâ producta fue-*

*An fieri eſſeque potuerit, ut depreſſio
…ite à lapſu, cùm Inquiſita ſtando pa-
… & infans inde erumperet, orta ſit?
…uniculus umbilicalis per eruptionem
… violentam, abſque inquiſitæ culpâ
…poſitâ negligentiâ, cùm juxta Obſte-
… Relationem fol. 26. 27. placenta ute-
…nterdum nimis firmiter adhæreat,
…tus fuerit?*

…conjecturam quodammodò confirmare
…, quod funis umbilicalis prope umbili-
… ad nucis juglandis magnitudinem ſub
…eintumuerit, cùm infantulus & firmi-
…ærentes ſecundinæ ſibi connexæ à ſe in-
vicem ſeparari non potuiſſent, donec funicu-
lus umbilicalis tandem omnino diſruptus fuerit.
Similiter *an caſus dabilis & præſumtivè pro-
babilis ſit, plurima illa ſtigmata ex fuſco
cœrulea & cruenta, à preſſionibus illis &
coarctationibus, dum Inquiſita pollicibus
utrique lateri impreſſis ſe compreſſit, oriri
potuerint?* Vel annon potius ſtigmata illa,
poſt editum partum, à lapſu ad terram, aut
aliis indecentibus contrectationibus, dum in-
fantulum, mox huc mox illuc deportavit,
aut à vi quadam infanti illatâ, adeoque eô
enecatô ortum ducant? & tandem: Quî ci-
neres ad infantuli os & palatum pervenerint?
an, quod, ut Obſtetrices referunt, infantuli
in editione os aperiant, adeoque in cineres
ore patulo tuendo hos receperit? an potius
operâ ſtudioque Inquiſitæ, ut infantem
ſuffocaret, ut Dn. Medicus fol. 31. judicat,
id contigerit?

Hoc &c. *Islebiæ die* 1. Septembr. 1684.

Præfectus & Senatus illius loci.

Reſponſum Facultatis Medicæ Lipſienſis, deſuper infanticidio violento.

OBlatis Nobis Actis Inquiſitionalibus Agneſiam Sophiam Bolziam, in punctô Infanticidii concernentibus, & deſuper 4. Punctis judiciô noſtrô deſideratô, ſcilicet: An &c. &c. Hinc præviâ accuratâ & Collegiali ponderatione omnium & ſingularum circumſtantiarum reſpondemus, quòd, cùm 1. neque in legitimô partus terminô, qui initium IX. menſis fuit, neque 2. in conatu viventem fœtum pariturae proprio, juxta fol. 13. quicquam deſideratum fuerit. 3. quoque infantulus usque ad horam 6. & quod excurrit (dum tamen juxta relata Inquiſitæ fol. 13. hora 1. aut ut fol. 19. horâ 3. in lucem editus fuit, adeoque poſt aliquod adhuc horas) omninò adhuc caluerit, aliâs verò fœtus demortui calere non ſoleant, ſed nunquam non frigidi ſint (niſi forte in ipsô enixus momentô exſpirent) omninò probabile ſit, fœtum hunc non tam exanimem, quàm potius vivum in lucem editum fuiſſe. Quodſi jam ab Inquiſita enecatus fuerit, II. E ſignis ſub inſpectione annotatis Lethalitatem præcipuè promoviſſe potuerunt, aut etiam induxiſſe, primò diverſæ contuſiones capitis fol. 2. 3. 31. 32. ſub Num. 3. 11. 12. 13. 14. 15. obſervandæ, depreſſiones cranii & piæ matris ſugillatio, ut & 2. funiculus umbilicalis, juxta fol. 2. 14. diſruptus, dum illæ ſpirituum animalium per cerebrum motum impediverunt, ex hôc verò ſanguis &

 ſpiri-

ſpiritus vitales, quâ datâ portâ, ruerunt & evanuerunt. Unde verò III. Signa aut læſiones illæ oriantur, & à quânam causâ producta fuerint, abſolutè per omnia determinari nequit. Attamen IV. haud facilè poſſibile eſt (ſi à contuſione aut impreſſione illa deducenda eſſe ponamus) 1. tam varias capitis contuſiones ab unicô in terram prolapſu, & quidem 2. non tam in terram denudatam, quàm inſigni cinerum acervô munitam, dependere, cumprimis, dum inquiſita 3. erectô corpore, adeoque ſtando peperit, brevitaſque funiculi umbilicalis lapſus violentiam impedire potuit; quin potius aut â violentia voluntariâ, aut ab inconſideratâ diſtractione fœtus ejusque ſubrus ligna reconditione hæc fieri potuerunt. Funiculum verò umbilicalem à lapſu modò dicto violento verſus terram diſruptum fuiſſe, ſimiliter, ob inſignem & manifeſtam ejus tenacitatem, in vegetô & ut apparuit incolumi ſanoque fœtu & ſecundina minus eſt probabile, hocque caſu ſecundina citius (licet & cum uteri prolapſu contingere debuiſſet) inſecuta, quàm robuſtus ille funiculus dilaceratus fuiſſet. Unde V. violenta ejusdem dilaceratio aut diſſectio ab Inquiſitâ facta probabilior videtur. VI. Reliqua ſtigmata fuſca & cruenta quod concernit, impoſſibile quidem non eſt illa eô, dum fœtus adhuc in utero continetur, tempore, à vehementibus coactationibus & preſſionibus abdominis prægnantis quandoque fieri poſſe, quoniam verò Inquiſita, juxta propriam confeſſionem, fol. 14. tantùm pollicibus latera compreſſit & arctavit, hinc non videmus, quî hôc modô contuſiones illæ, fol. 2. 3. N. 3. 4. in fronte, Num. 5. 6. in naſo, Num. 7. in dextrô tempore (& quidem junctâ fiſſurâ cruentâ) Num. 8. in collô, verſus nucham & fauces oriri potuerint? ſed credibile potius eſt, quod, ut ſupra dictum, ex violentiâ ejusmodi fœtui poſt partum (ſive ex proæreſi ſive imprudentia) illatâ hæcce acciderint. VII. Quâ ratione cineres ad infantis palatum devenerint? certò definiri nequit: Quodſi tamen juxta fol. 2. 6. 14. 31. os atque nares, usque ad palatum cineribus omninò repleta fuerint & infarcta, id non tam à lapſu ſolô, quàm potius à voluntariâ infarctione deduci, huicque attribui poteſt, cumprimis, ſi, ut perhibet, infans exanimis in lucem editus eſt, ut tantam eorum quantitatem inſpirando attrahere nequiverit; quanquam & non omnes infantuli, ut obſtetrices fabulantur, ore hiante naſcantur. *Lipſiæ die* 11. *Septembr. Anno* 1684.

Ammannus Prax. Vuln. Lethal. Dec. VI. Hiſt. I.

CASUS XXV.
DE INFANTICIDIO. PATRIS CRUDELIS.

Inſpectio.

PRæviâ Requiſitione Regiminis Pri[...] lis Nos infraſcripti cum Actuariô [...] pali hujus loci D. D. Wilhelmi, in pr[...] Dom. Paſtoris Rotheimenſis & Petri [...] Scabini illius loci, Puellæ quinquenni[...] ſabethæ Mulleriæ corpuſculum exanime[...] hemii in templo, ſarcophago incluſum [...] ſpeximus & invenimus:

1. Externè ſupra oculum dextrum [...] aliquod cœruleum, ſed minus tumidu[...] ci triplicati magnitudine, ſub quo, p[...] motionem cutis ſanguis quidam ſugg[...] neutiquam verò cranii fiſſura appareb[...]

2. In nuchâ & intra ſcapulas inſi[...] transverſæ manus latitudinem ad[...] ac ad putrilaginem quodammodò in[...] Contuſio, cum plurimô ſanguine g[...] ſe trudebat, quæ poſt cranii apertio[...] tegrum ferè ſanguinis extravaſati, n[...] moſi cochleare, inter os occipitis, [...] tura ſagittalis cum lambdoidea conju[...] & duram matrem, ſed absque ull[...] fiſſura, hærentis ſuppeditabat: Ve[...] anterioribus cerebri ſerô limpidô r[...] ſubſtantia autem cerebri cum tertiô [...] tô cerebri ventriculô illæſis. Prætere[...] te capitis veſtigia quædam plagarum [...] inflictarum, quodammodò atro-rub[...] quæ jam ferè ſanata videbantur.

3. In dorſô circa renes externè ſati[...] plurimô ſanguine extravaſatô grumoſ[...] ſa contuſio obſervabatur, unde plur[...] à ſanguinis ſuffuſione ortæ, per ſpi[...] longitudinem usque ad contuſione[...] ſcapulas obſervatam adſcendebant, p[...] inciſionem ſanguis grumoſus ad ocul[...] que conſpiciebatur.

Apertô abhinc abdomine viſcera [...] medii ventris in ſtatu naturali compa[...] niſi quod Ren ſiniſter prorſus apo[...] fuerit, pelvi ejus multô ſerô repletô. [...] cipiô quoque muſculorum pſoas & [...] arteriæ magnæ, ut & venæ cavæ deſ[...] immanis contuſio occurrebat, unà [...] rimô ſanguine extravaſatô magnâ [...] grumoſô; interim in vaſis modò d[...] guiferis, ut & emulgentibus, propter [...]

conquaſſationem, ut & inſtantem no- præſentemque muſculorum Renisque corruptionem, non obſtante diligentiâ adhibitâ, apertura aliqua reperiri non . In utraque tibiâ binæ inſignes quo- ontuſiones conſpiciebantur, 2. dig. trans- um magnitudine ſanguine grumoſô re- qui remotâ cute imprimis clarè conſpi- ur. In medio digito dextræ manus deficiebat, & in ſecundô articulo di- dii, in ſiniſtrâ manu, notabilis quoque ſio videri poterat. In oſſibus ſpinæ dor- lli nulla ſive fractura, ſive fiſſura repe- uit, utut ſollicitè in easdem inquiſitum

nptomata mortem defunctæ antece- , cum de illis nequicquam experiri po- us, è Protocollo Dn. Actuarii elu- .

od vero lethalitatem vulneris concer- ndem Ampliſſimæ Facultatis Medicæ nato judicio relinquimus.

æ hiſce obſequioſiſſimè & vi juramenti atteſtari voluimus. *Giſſæ die* 27. 698.

Serv. Officioſiſſ.

Joh. Greg. N. N. M. D.
Joh. Joſias Ruprecht, Chirurg.
Fridericus Langsdorff, Chirurg.

ſum Facultatis Medicæ Giſſenæ, per lethalitate plagarum filiolæ à patre crudeli inflictarum.

. P.

iâ Requiſitione legali, ut haud ita pri- n Nobis transmiſſa, & hîc redeuntia Joh. Juſtum Müllerum Oberdieden ubulcum Fellingshuſanum, in punctô idii, concernentia debitâ cum ſedulita- geremus, & abhinc ſententiam noſtram, tô Lethalitatis vulnerum aperiremus, is Artis conſentaneum eſſe ducimus: Quod ſtigma in corpuſculô ſpuriæ puel- quennis, Eliſabethæ Mülleriæ, & qui- pra oculum dextrum, baci triplicati dine repertum, cœruleum, ſed minus tum, ſub quô poſt cutis diſſectionem is quædam ſuggillatio, ſed absque fiſ- ſpecta fuit, in ſe ad Lethalitatem abſo- arum aut omninò nihil contribuerit. uod vero 2. inſignem illam transver- us latitudinem æquantem, ac ad pu-

trilaginem quodammodò inclinantem con- " tuſionem, quæ in cervice aut nuchâ, inter " ſcapulas obſervata fuit, quæve poſt cranii aper- " tionem integrum ferè ſanguinis extravaſati " non grumoſi cochleare, inter os occipitis " (ubi ſutura ſagittalis cum lambdoideâ con- " jungitur) & duram matrem, utut absque ul- " la cranii fiſſura ſtabulantis, ſuppeditavit, pa- " riterque anteriorum cerebri ventriculorum à ſero limpidô repletionem attinet; non tan- tùm primo, allegata & inſignis illa contu- ſio, cum ſanguine extravaſatô conjuncta, (ſi- ve jam ictui plagæ immediatè à Parente infan- tis, pugnô, ut in Actis habetur, aut quam in manibus habuit, vannô ligneâ, capiti, col- lo, aut cervici ejus inflicto, aut mediatè la- pſui infantis duriſſimo & illiſioni ad fornacem ab inconditâ illâ plagâ ſuborto, adſcribenda ſit) ſed & ſimul notata repletio p. n. anterio- rum cerebri ventriculorum à ſero limpi- dô, maximum & notabile momentum ad momentaneam & mox inſecutam mortem infantis miſerrimi contribuere potuerunt: Illa quidem, quia per talem, ut probabile eſt, violentam contuſionem, (præter ſummè pe- riculoſam cerebri & commotionem & con- cuſſionem, de quâ *Hippocr.* 7. *aphor.* 58. *& Galenus in h. l. apud Bohn. de Renunc. Vulner. pag.* 23. legendi) principium ner- vorum & medullæ ſpinalis vehementer irri- tatum atque læſum, ipſique ſpiritus anima- les, ob venulas & arteriolas ruptas, & conſe- quenter à ſanguine extravaſatô per obſtructio- nem & compreſſionem intercepti & ſuffocati fuerunt; ut ſimiles ferè Caſus (utut à causâ violentiori ortus) apud *Ammannum in Pra- xi Vuln. Lethal. Dec. VI. Hiſt.* 3. *pag.* 443. *&* 445. *& Hiſtor. V. Eâd. Dec. p.* 456. *it. in Medicin. Critic. Caſ. XXIII. pag.* 176. reperiri poteſt: Hæc autem (ſeri ſeu lymphæ extravaſatio & in ventriculis cerebri &c. ſta- gnatio) quia per eandem circulatio, ſeu motus naturalis ſanguinis & lymphæ, imò influxus & diſtributio ſpirituum animalium notabiliter turbata & impedita fuerunt, unde conſequenter varia ſymptomata lethalia, v. g. obmuteſcen- tia, epilepſia &c. ſubſecuta ſunt, de quibus legi meretur *Hippocrates lib.* 2. *de morbis XV.* 1. 2. *ſeqq.* & ex Recentioribus *Bohn. de Renunciat. Vuln. pag.* 246. *ſeqq. &* 251. *ſeqq.*

Similiter res ſeſe habet 3. cum vehemen- tiſſima illa contuſione & conquaſſatione ar- teriæ magnæ & venæ cavæ, quæ in ipſô cor- pore juxta longitudinem ſpinæ dorſi decur- runt (trunci ſc. deſcendentis arteriæ magnæ & venæ cavæ) quâ totum puellæ abdomen ſanguine extravaſatô & maximam ad partem grumoſô, juxta Medici & utriusque Chirurgi relationem, repletum fuit. Et licet in dictis modò vaſis majoribus, eorumque ramis emul- gentibus, ob allegatas cauſas nulla apertura repe-

reperiri potuerit, attamen ex abdomine puellæ ſanguine repletô morteque ſtatim inſequente veroſimiliter concludere licet, ſupradictam inſignem contuſionem cum aperturâ, eroſione dictorum vaſorum majorum, aut ad minimum ramorum emulgentium conjunctam fuiſſe; adeoque utramque illam violentam contuſionem unà cum inſequente hæmorrhagiâ & interceptione ac profuſione ſpirituum, tum animalium tum vitalium, immediatam mortis cauſam fuiſſe, & ita pro ſimpliciter & abſolutè lethalibus habendas eſſe, *vid. Hippocr. Prorrhet. II. XIX. 1. & de Morb. I. III. 4. & VII. 21. Celſ. l. V. c. 26. Sebiz. Exam. Vuln. Part. ſimil.* §. 138. *ſeqq.* & §. 157. *Gothofr. Welſch. Rat. vuln. lethal. judic. C. V. p.* 66. & *C. XII. p.* 108. *Bohn. l. c. p.* 397. *&c.* Quemadmodum è contrariô contuſio externa in dorſô, lumbis & utraque tibiâ, ut & abſceſſus aut apoſtematio renis ſiniſtri, cæteris paribus per ſe non lethalia, benè autem mediata & remota mortis cauſa ſimul eſſe potuerunt.

Quod ad deſiderium, in ſubſidium veritatis, hiſce atteſtari, & ſigillô Facultatis ordinariô confirmare voluimus. *Signatum Giſſæ die* 2. *Decembris Anno* 1698.

Decanus, Doctores & Profeſſ. Ord. Facult. Med. ibid.

CASUS XXVI.

DE

INFANTICIDIO NOVISSIMO.

Reſponſum Facultatis Medicæ Gi[...] deſuper quæſtione: An Stigmata in [...] tuo infante à duriori contrectati[...] poſſint oriri.

PRævia requiſitione Ampliſſimi Coll[...] ridici hujus loci Nos Decanus, S[...] Doctores & Profeſſores Ordinarii Fa[...] Medicæ Giſſenæ communicatum nobi[...] fantulum demortuum quidem, ſed per[...] Allendorfii in foſſa quadam aquæ perc[...] dicata inventum concernentia, viſum,[...] tum æquè ac quæſtionem Nobis propo[...]

An in infante aliquo jamdum mo[...] in collo comprimatur, à tali [...] ta contrectatione ſanguis talis [...] vaſatus, qualis in viſo reperto [...] bitur, ſe trudere poſſit?

collegialiter & maturè perpendimus, [...] omnes illîc occurrentes circumſtantia[...] piis Anatomicis conſentaneum eſſe [...] mus: quod ſicut in cadaveribus & [...] bus demortuis in genere, in quibus [...] non amplius circulatur, ſed in vaſis [...] meſcit, & incraſſatur, & conſequenter [...] ternum attactum non facilè extravaſa[...] milia ſtigmata cauſari valet, idem e[...] hîc fieri potuiſſe, quùm per abruptio[...] niculi umbilicalis non prius ligati in[...] in tantam hæmorrhagiam præcipitatu[...] ut exigua ſanè quantitas ſanguinis in [...] nerrimis corpuſculi permanere potuer[...] propter & abruptio & intermiſſa umb[...] ligatio ab omnibus ſcriptoribus Medi[...] galibus pro ſimpliciter & abſolutè let[...] betur. Omnia atteſtante & hîc app[...] gillô Facultatis noſtræ Medicæ. Sig[...] *die* 14. *Febr.* 1719.

Decanus, Senior, Docto[...] Profeſſores Facultatis M[...]

M. B

M. B. V.

NOVELLÆ MEDICO-LEGALES.

PRÆFATIO
AD
[N]OVELLAS MEDICO-LEGALES.

Um omne promiſſum, juxta JCtorum diverbium, cadat in debitum, hinc ſolvo quod debeo, & adhuc debeo quod ſolvo. Solvo autem fidem in Pandectis Medico-Legalibus olim datam, quibus pro ſupplemento eorum, quæ fortè quis deſiderare poterat, Novellas Medico-Legales me ſubjuncturum eſſe LECTORI BENEVOLO ſtipulatus ſum. Quemadmodum
indicibilem & vix ab ullo Mortalium ſupputandam eventuum humanorum
tem non omnibus, ſive in Pandectis, ſive in Codice leges peculiares ſancire
Imperator, ſed quæ adhuc deficere videbantur, Novellis Conſtitutionibus
e conabatur; ita ſimiliter in forô Medico (ubi non minor Caſuum diverſitas
t) vix ac ne vix quidem cuncta primâ ſtatim ſaturâ comprehendi poterant,
nnus, quòd Reſponſa, queîs reſolvi & decidi ſolent noſtræque Pandectæ con-
non ab unâ ſaltem vel alterâ Facultate Medica, ſed quamplurimis, ſi non
s, Germaniæ Academiis, longis ſæpe paraſangis à nobis diſſitis, arceſſenda
Interim non omnia, quæ ab eô, quô Pandectæ noſtræ prodiêrunt, tem-
btinuimus Reſponſa, Novellis hiſce inſeruimus, ſed, ne cramben toties re-
apponere videamur, habitô quodam ſelectu, eorum tantùm mentionem fa-
uimus, quæ ſive ob materiæ raritatem, ſive circumſtantiæ alicujus mo-
n in Pandectis non expreſſum, notam aliquam merebantur, ſicque non tam
s, quàm objecti novitate ſe commendare poterant. Integra autem & im-
illa dedimus, ne, ſi mutila aut in epitomen redacta proponerentur, eodem
thenticis tit. in Codice ſive ab Irnerio, ſive aliô quodam Doctore (quod
ariis JCtorum, Strauchio, Wiſſenbachio & aliis dirimendum relinquo)
, loco habeantur, quæ, niſi cum Novellis ſuis conſpirent, fidem in foro non
nt. Si enim quicquam eſt, quod Reſponſis hiſce pondus & authoritatem
illud videtur eſſe, quòd non privata, ſed publica fide ſint conſcripta, quæ ut
ctaque maneat, omnis & à Requirentibus & à Reſpondentibus fucus exu-
tet. Illîc veritas & conformitas requiritur, ne per infidam Relationum
tionem aut mutilationem Reſponſorum contrarietas & colliſio oriatur. Heîc
n & infucatam fidem deſidero, ne per reſpectum affinitatis, famulitii alius-
oris caſus pro amico ſe trudant, ac unus aut alter, reliquis Collegis doloſè
, totius Facultatis nomine, addito etiam ſigillo publico, reſponſum expe-
cque Principibus, Academiis & bono publico, imò vitæ & fortunæ proxi-
iter imponat. Exempla, cùm utrobique ſint odioſa, data opera reticeo:

id ſaltem adhuc addens, quòd ex Novellis his non minus ac Pandectis olim [...] *miſſis ſecuturisque* Authenticis Medico-Legalibus *inſigne illud, quod* [...] *prudentiæ cum Medicina intercedit, commercium* ὀφθαλμοφανερῶς *eluceſcat.* [...] *admodum enim,* Cicerone *teſte, omnes artes, quæ ad humanitatem pert*[...] *commune quoddam vinculum habent, & quaſi cognatione quadam inter ſe con*[...] *tur; ita & magna inter Facultates, ut audiunt, ſuperiores, & cumprimi*[...] *Jurisprudentiam & Artem Medicam, connexio obſervatur, quam è pl*[...] *JCtorum æquè ac Medicorum ſcriptis in Prodromo* Bibliothecæ *ſuæ* M[...] Legalis *ob oculos poſuit Dn.* Caſpar Thurmannus, *Conſiliarius quondam* [...] *Lauenburgicus. Sic*

De

AFFINITATE & COGNATIONE

inter JURISPRUDENTIAM & MEDICINAM egêru[...]:

JCTI.

IMp. JUSTIN. *Novell.* 3. *pr. inf. Et init. Novell.* 9.

Imp. LEO *in Nov. Conſtit. Proëm.*

Abel Seltz. Ger. H. *P.* 2. *Caſ.* 35. *p.* 90. *& ſeqq. de Cognatione Med. & JCC.*

Beſold. *in Templo Juſt. pag.* 24. (All. ab Henel. *Stat. Merc. C.* 5. *pag.* 120. *ſeqq.*)

Vinc. Carrar JC. *Opuſc. de Medico &c.* in *Præf. in verb. Eſt n. Jure Conſultis Medicina &c.*

Hahn *ad Weſenb. pag.* 15. *Edit. in fol.*

Lud. von Hörnigk *U. J. Med. & Phil. D. &c. Act. Doct. Q. III. Mogunt.* 1664. 4. Quæ etiam extat *Part.* 2. *Stell. Notar. pag.* 74. *& ſeqq. Edit. in* 4.

NB. D. Lauterbach *Comm. de Conſiliis, eorumque Jure, P.* 1. *C.* 2. *Th.* 7. *Verb. Atque ad hoc.*

D. Muſæus, *JC. Kilon. Hippocrat. Autorit. Gieſſæ,* 1680. 4.

NB. Rittershuſ. *Expoſit. Nov. p.* 123. *Id. Different. J. C. & Can. pag.* 149.

D. Romanus *Diatr. de Medico, Th.* 1.

D. Joh. Schultze *de Contr. Medici cum Ægroto, Cap.* 1.

Spathe *in ſeinem T.* Advocaten, *Lib.* 1. *Cap.* 23. *n.* 9. *p.* 141.

Jo. Steinberg. *Diſput. de Interpret. Jur.* 1. *Th.* 20. *&* 21.

Illuſtr. Dn. Stryke *Diſp. de Facto Jud. de Facto, in Præfat.*

Et in Lit. ad D. G. Franc. ap. Zacch. Q. Q. Med. Leg. Ed. Nov. inſ.

B. Dn. Ziegler *in Lit. ad Eund. & ibid.*

Conf. Anglus Ille, *Lib.* 1. *&* 5. *Epigram.*

MEDICI.

D. Paul. Amman, *in Medicinâ Crit*[...] *Id. in Irenico Numæ Pompilii, cu*[...] *pocrate &c.* Cujus Summam in Con[...] Tenzel *in Coll. Menſ.* 1689. *p.* 863. *ſeq.* [...] dat Dn. Thomaſ. *in den Freymüth*[...] *p.* 1051.

Dn. D. Bohn. *Med. Forenſis Spe*[...] 1690. 4.

J. M. Faber, Arch. Würt. *&c. in H*[...] *te Jur.* (Vid. Dn. D. Francus *&c. Præ*[...] *Zacch. Q. Q. Medic. Leg. Fr.* 1688. *fol*[...]

Fort. Fidelis *Præf. Relat. Med. Ver*[...] nem latet *&c. ex Edit.* D. Ammann[...] (V. P. Zacch. *Q. Q. Med. Leg. L.* 1. *Tit.*[...] *num.* 7.)

Dn. D. Georg. Francus, *Med. & P*[...] *comparab.* (Thulem. *Octov. p.* 39.) *Nu*[...] *R. Dan. Præf. ad P. Zacch. in Q. Q.* [...] *Leg. Fr.* 1688. *f.*

D. Major *in Progr. de Anatome* [...] 1665. 4.

Rejes *Camp. Elyſ. jur. Q. Q. Qu.* [...]

D. Th. Reineſii *Schola JCC. Me*[...] *Lipſ.* 1679. 8. (quæ eſt Fort. Fidelis, V[...] ſenhart *Diſp. de Die Critico,* §. 14.

It. Dn. D. Francus *in Præf. ad* [...] *Q. Q. Med. Leg. p.* 2.)

D. Strobelberger *de Enunciationib*[...] *Judice faciendis, in fol.* (vid. Ejus Intim[...]

G. Wolffg. Wedelius *ad D. Petru*[...] *rum, ante Ejus Jurispr. Element. Jen*[...]

P. Zacchias, *Celeberr. ille Medico-*[...] *abſolutiſſ. ſuo Opere, Q. Q. Med. Le*[...] *Avenione, Lugd. Et Fr.* 1666. *&* 168[...]

B. Dn. Th. Bartholinus, *Aſſeſſ. i*[...] *Arch. Reg. & Prof. Honor. Haffn. d*[...] *Medicâ, ſi ullus, ſummè meritus. A*[...] *dicor. Vol.* 4. *Obſ.* 81. *de Medicinæ & J*[...] *Conſenſu,* ad D. Caſp. Thurmannum[...] *Lubecenſem,* 1676.

INTR[...]



INTRODUCTIO AD NOVELLAS MEDICO-LEGALES.

SECTIO I.

QUàm inexhauſta doloſaque ſit aſtutia mulierum, nullibi ſanè magis, quàm è variis in PHYSIOLOGIA MEDICO-LEGALI, circa arduum generationis humanæ negotium, obſervandis caſibus eluceſcit. Dici quippe nequit, quot effugiis & excuſationibus excuſationum in ctis ſint inſtructæ meretriculæ, ut furtivam, cui præmaturè litârant, em ſive palliare, ſive prorſus abnegare poſſint. Videas enim quæ verecundiæ repagulis ſi non violentam, clanculariam tamen & m, tempore ſomni dormientibus ſibi illatam deflorationem præ t, quò virginitatem Phyſicè amiſſam Moraliter ad minimum ſivè e ſive in integrum reſtituere valeant; & hinc anſa ſubminiſtrata iſputationi in CASU I. obviæ: an ſc. ſtupra fæminis dormien inferri poſſint? de qua ſimul *Acta Erud. Lipſienſium Anno* 1701. *pag.* Equidem certum eſt hominem ſomno naturali oppreſſum com dementi, imò mortuo, uti ex *Platone lib.* 7. *de leg. Menochius* *itr. Jud. Caſ.* 327 *num.* 5. habet, & ex Medicis *Cæſalpinus Art.* *lib.* 5. *cap.* 12. confirmat. Cùm verò dormiens non habeat is uſum, juxta eundem *Menoch. ibid.* hinc dormientes non à culpâ ſunt immunes ac delirantes aut fatuæ, à nequitio minibus violatæ, ut in CAS. II. accidit. Invalidi enim ſunt à dormiente facti, ut è laudato *Menochio Zacchias in Conſil.* *X. pag.* 56 dijudicat. Interim, ſecundùm Germanorum pro m, non omnes dormiunt, qui clauſos ac conniventes habent ocu-

los (*es ſchlaffen nicht alle, ſo die Augen zu haben:*) quapropter nec ſpiritui credendum erit, cùm talis ſub ſomno defloratio absque ſen ſigni tam facilè fieri non poſſit, juxta Reſp. Lipſienſium apud *Zittma Med. Forens. Cent.* 1. *Caſ.* 22. Multo minus doloſis illarum blater nibus aſſurgendum, ſi ad partum, quem vel nuptias anticipando torum conjugalem conſpurcando Actæonibus ſuis obtrudere conan legitimandum, cauſis omninò ſuperſtitioſis innitantur, qualis in III. obſervatur. Cùm enim Nobilis quidam caſtra ſequeretur & integrum anni curſum Conjugi ſuæ cohabitare non potuerit, hæ men adeò perfrictæ frontis erat, ut puerulum menſe duodecimô po itum Mariti in lucem editum illi obtruderet: quem cùm pro legi agnoſcere recuſaret, cauſam retardati partûs in uterô eſſe dixit, ſub equi freno ſe proripuerit, *ſie ſeye dem Pferd unter dem Zaum her chen:* Egregia ſanè & Equeſtribus Perſonis digna ratio! quæ a cultatem Medicam Ingolſtadienſem permoverit, ut partum hunc decimeſtrem pro legitimô judicaverit, è Reſponſo illius hauri cebit.

SECTIO II.

NE verò ſexui tantùm ſequiori inſultare virorumque defectus, cta aut falſiloquia ſtudiò ſupprimere videar, è PATHOLO MEDICO-LEGALI illorum quoque fraudes perſtringendæ era quibus ſe neutiquam immunem vindicabit adulter, cujus in CA mentio occurrit, qui ob tumorem hernioſum impotentiam, a minimum ineptitudinem ad generandum ſimulabat, utut actum terii negare non potuerit, quem urticas meretriculæ, ut ab illâ inguina vapularet, porrigendo maſculè promovere novit: cujus ficii rudera jam apud *Petronium* leguntur, ubi Eucolpio funerata pars illa corporis, quâ quondam Achilles fuerat, & frigidior rigente mâ confugerat in viſcera, mille operta rugis lorumque in aquâ, inguen erat, uti verba ſe habent. Huic cùm Enothea, Priapi Sace elevationem poli ſpopondiſſet, ad curandum faſcinum naſturtii cum cum abrotano miſcet, perfuſisque ejus inguinibus viridis u faſcem comprehendit, omniaque infra umbilicum lentâ manu ca quæ pro more ſuô eleganter & curioſiſſimè proſequitur *Joh. Hen Meibomius*, decus quondam Saxoniæ inferioris, in *Epiſt. ad Chri Caſſium, de Flagrorum uſu in re Venereâ & lumborum renumque officio.* terim nec alia deſunt effugia, quò ſe Veneris nepotuli recipiant. enim, qui capiſtrum ſibi à phimoſi injectum, ſunt & qui de curt mis ſupellectili conqueruntur. Prior excuſatio locum habet, ſi p cta phimoſis adſit, qualis in *Pandectis* noſtris *Medico-Legalibus Pa Sect. I. Cap. XI.* occurrit. Eſt tamen ubi in malo incompleto, Paraphi ſi ſc. aures adhuc cum Pamphilo arrigere queunt, utut voluptas quodam cum dolore delectet, quod in ſtupratore quodam, à I ſterio Gieſſeno quondam inſpectioni meæ oculari commiſſo, o vavi. Poſterior verò ratio, cæteris integrè ſe habentibus, att non meretur, licet varias hîc diſtinctiones adferat *Zacchias in Medico-Legal. Lib. IX. Tit. III. Quæſt. III. pag.* 770. Si enim imperfo à l

nine tantùm ſalutatæ imprægnari potuerunt, ut exempla proſtant: ſolo attritu per anfractus ſinuoſos oviductûs plura ſimul ovula in inis fœcundari poſſunt, nihil ſanè obſtat, quò minus brevi hoc buls per compendium ire poſſit, cum Natura paucis ſit contenta, nec ſæ longitudo Centurionem efficiat, de quibus plura *Joh. Jacob. Dœs*, Medicus Gothoburgenſis, in CAS. V. ſuppeditat. Major diftas circa Eunuchos ſe trudit, quibus omnem generandi facultatem ò denegant. Poſtquam verò Turcæ eos, quibus teſticuli aut fiſsâ s ferulâ compreſſi, aut omninò dempti erant, non ſolùm velle, ſed oſſe comperêrunt, adeoque non teſticulos tantùm, ſed & Priapum iè prorſus exſtirpare ſolent iis, quibus uxores ſuas cuſtodiendas comunt, uti *Scaliger Exercit.* 104. *num.* 8. *ad ſubtilitat. Cardani & Rouſſele Part. Cæſ. Sect. 6. c. 6. hiſt.* 2. ferunt: non ſine causâ diſputatur hoannon & matrimonium validè contrahere poſſint? prout ex pluriillis Reſponſis Theologicis, in CAS. VI. obviis, videre eſt: de quô & Medici conſulti fuerint, æquum erat, ut ejus quoque mentio faceremus. Idem de matrimoniô Hermaphroditi ſtatuendum, de infra in *Semiolog.* De morborum autem ſimulatione, ad evitandam uram, eorumque dijudicatione in Pandectis noſtris jam nonnulla a ſunt. Non poſſum tamen non arthritidis adhuc mentionem facean ſcilicet & illa quem à torturâ liberare poſſit? Videtur quod non, plurimos, articulorum doloribus antea obnoxios, ex torturâ ſarediiſſe ex *Guil. Fabrit. Obſerv. Chir. Cent. I. Obſ.* 79. habeat *Zacchias, uæſt. Medico-Legal. Lib. VI. Tit. II. Quæſt. V.* §. 10. Aſt quàm infeer hoc ceſſerit in arthriticô, contra ſententiam Medici fidiculis ſubo, CAS. VII. docebit. Unde cautiſſimè hic procedendum Mediue prius de qualitate & ſpecie arthritidis, an fixa vel vaga? an verſalis vel particularis? an à causâ calidâ vel frigidâ oria? conſulendi erunt, quàm afflictis afflictio addatur, & initi in præſentaneum vitæ periculum præcipitentur. Idem de ibus ſtatuendum, qui niſi viribus conſtent, aut alia circumſtantia alem *Acta Erud. Lipſ. Anno* 1696. *pag.* 476. ex *Riedlini Lin. Med. A. I. ſ. Octob. Lin. XXIV.* habent) non facilè torqueri poſſunt. Senectus n ipſa morbus eſt. Unde nec virum 77. annorum, eumque valetuarium, virginem deflorare prolemque generare poſſe, Dnn. Lipſienſes uerunt apud *Zittmanum in Med. For. pag.* 484.

SECTIO III.

Æterùm has ſimileſque in utroque ſexu fallacias in SEMIOLOGIA MEDICO-LEGALI ſæpè per inſpectionem ocularem detegere nt Medici, quorum manus oculatæ ſunt, & nonniſi quod vident cret. His enim obſtetricantibus virginitas in puellâ XIII. annorum, m Vitricus violaſſe dicebatur, ſalva adhuc inventa fuit à Phyſico, c in finem requiſito, vid. CAS. IIX. In paulò annoſioribus autem ginitatem illibatam certò dignoſci non poſſe, Dnn. Lipſienſes apud *tmannum in Med. For. Cent.* 3. *Caſ.* 65. *pag.* 748. judicarunt. Et quamindignum æquè ac indecorum, tam in maribus quàm fæminis ab iquis fuerit habitum, ſi ad exploranda muliebria viri adhibeantur, *. verſus pubertatem Inſtitut. quibus mod. tutela finitur. leg. fin. Cod. quando Val. Novell.*

tutor vel curat. eſſe deſin. id tamen de eô tantùm caſu intelligendum ſi puellæ ſe ſponte videndas & palpandas exhibuerint, citra præv requiſitionem, à Dn. Judice factam. Quî enim decidi poterit ca ſi poſt contractas nuptias neonupta, tanquam atreta & imperfor aut etiam tanquam velata, adeoque ad admittendum Priapum in accuſatur, niſi inſpectio & exploratio præceſſerit, quam non tam ſtetricibus, quàm Medicis committendam eſſe, rectè aſſeritur in *ſtor. morborum, qui anno* 1700. *Vratislaviæ graſſati ſunt, adornata à M bro Acad. Nat. Cur. illius loci pag.* 70. utut in fluore albo & gonorr virulentâ explorandâ eandem utriſque adjudicârit *Fac. Med. Lip Caſ.* 45. *Cent.* 6. *Reſponſ. Lipſ.* Et quî aliter nefanda puellæ illius cacitas dicam an nequitia potuiſſet detegi, quâ inſontiſſimi & quintum ætatis annum agentis puerili genitalia, in libidinem ve ita læſit, ut in CAS. IX. lite adhuc pendente, à Curatore no conſtituto vix ac ne vix quidem in integrum reſtitui potuerit, jure minorennitatis pleniſſimè uteretur. Quò pertinet horrenda méque execranda puellæ quinquennis violatio, quæ in Haſſiâ riori nuper Nemeſin experta eſt. Fuit enim, qui ab aliis perſuaſu luem Veneream per conſuetudinem carnalem in Virginem illiba transplantando curari poſſe, puellam, vix V. ætatis annum ha tem, comprimendo non tantùm miſerrimè laceravit, ſed & co gio Venereô perfudit ita, ut utrobique vix ſollicitâ Dn. *Kleber* Chirurgi & *p. t.* Conſulis Alsfeldenſis, operâ curari potuerit, qui ter anno 1720. mulieris vaginam uterinam ab alio conſolidatam, inſt partu (ut mox dicetur) rurſus per ſectionem ſeparavit. Non dica aliis neceſſitatem inſpectionis adſtruentibus argumentis, in *Pand. dico-Leg. introduct. ad Part.* 2. *Sect.* 1. jam in medium allatis, & pe rios Caſus in *Sect.* 3. confirmatis; quibus inſpectio Hermaphrodito fortè addi meretur, quorum exiſtentiam licet non negemus, ce tamen eſt, raro vel nunquam utriusque ſexûs membra perfectè e mata illîc conſpici, ſed plerumque defectum aliquem obſervari in Hermaphrodito Haſſiaco pronuper apparuit, in CAS. X. Hinc lis plerumque alter ſexus inefficax eſt, ut in Hermaphrodito, *L Burchamer de Bucheim* dicto, comparuit, qui diu Vir caſtra ſecut mulierem in matrimonium ducens tandem ridiculâ metamorp in Puerperam abiit, Conjuge nihil virilis ab eô percipiente. Q ſus & Naturaliſtarum & Criminaliſtarum (nullam huic facinori nam in Nemeſi Carolinâ invenientium) ingenia mirè torſit, ut ſtris Dn. *Ludolfi*, νῦν ἐν ἁγίοις, in *Hiſtoria ſuperioris ſeculi*, cui Tit. (*meine Schau-Bühne der Welt*) *Lib. I. Cap. XV. pag.* 51. *& ſeq.* refer verò matrimonium ab iis initum ſit legitimum? decidit ſponſum Theologi Chilonienſis, hîc ſimul ſubjectum. Pertinet hu ſpectio furioſi ex amore, in CAS. XI. & fatuorum, in XII. qui anteq mente captis annumerentur, perpendendum primum & examinan eſt, an in primô, an ſecundô fatuitatis gradu conſtituti ſint: cujus erg per admodum inquiſitam, ob minatum incendium & perjurium a incarceratam; requiſiti tentavimus, ut è Mandato Principali & I tione CAS. XII. adjectâ videre licet. Non minus inſpectio pollic an ſint ſuſpenſi furis, vel fictitii ex porcô, vid. *Reſponſum Fac. Lipſ. Cent.* 2. *Caſ.* 15. *pag.* 390. apud *Zittmannum in Med. Forenſi pag.*

ſecundinarum, ob ſuſpicionem infanticidii in CAS. XIII. è terrâ, i jam tumulatæ erant, erutarum heîc recenſeri meretur. Quibus Molarum dijudicatio in CAS. XIV. annumerari debet, quæ an rum ſtupri præcedentis ſint indicium, in CAS XV. deciditur. iammaximè verò ejus adminiculo quoque in dijudicatione ſubmer-um & in aquis ſuffocatorum indigemus, ut appareat, an vivi eò ipſi aut projecti, an verò demortui jam, ad celandum homici-m, eò præcipitati fuerint? cujus indicia in CAS. XVI. ob ocu-ponuntur. Interim cavendum eſt, ne ſignis incertis, fallacibus & erſtitioſis innitendo ſive famæ ſive vitæ innocentium præjudicium uod creemus, ut per attactum occiſorum, eumque inſequentem ca-erum cruentationem fieri ſolet, quæ rariſſimè & nonniſi aliis iis-certioribus indiciis concurrentibus locum habet, ut ex *Camerario* dum in *Pandectis Medico-Legalibus Part. I. Sect. VI. pag.* 675. oſten-ius; & licet in veneficiô notabili, in CAS. XVII. occurrente, pa-r obſervata fuerit, perſonæ tamen ſuſpectæ adeo non adverſa fuit, otius per ſententiam in tribunali Tubingenſi à crimine intentatô ſus abſoluta fuerit.

SECTIO IV.

Um verò nunc ad errores Practicorum in METHODO MEDENDI MEDICO-LEGALI devolvor, in memoriam mihi dit caſus ille memorabilis de Manete quodam Hæreſiarcha & Me-, ab *Alexandro Taſſone Lib. X. Cap. XII. pag.* 355. *De' penſieri diverſi* nſitus, qui filiolum Regis Perſiæ, morbo quodam afflictum, cu-rus medicamentum illi propinavit, quô ſubitò enecatus fuiſſe di-r. Unde Rex in iram pronus eundem cultrô ex arundine factô riari juſſit. Sanè ſi noſtris temporibus omnes illi, qui s, quos curandos ſuſceperant, officiosè occidunt, ſemper ex-arentur pellemque pelle reſarcire cogerentur, ſarebbono al ſicuro e pelli de' Medici, che quelle de gli aſini e de' caſtroni, ut dictus lò Italus pro epicriſi ſubjungit. Totô die hoc contingit, ſi novelli tici, in caſibus etiam difficilioribus, absque conſultatione eorum, am per varios caſus, per tot diſcrimina rerum veram ſibi experien-i comparârunt, per mortes hominum experimenta agant: ut non ihilô ſit proverbium: Novellus Medicus, novus Sarcophagus: *neuer* Medicus, *ein neuer Kirchhof:* Hocque eo triſtius ſpectaculum quod plerunque in Amicis & Conſanguineis, illis fidentibus, Pra-uam ordiantur, ſicque in propria ſæpe viſcera graſſentur; de quo la, Rex Scotiæ, certior redditus, ſub pœna capitali Medicos ejus-i imberbes artem ſuam in ditionibus Hoſtium ſuorum exordiri, n Patriâ ante 20. annorum decurſum exercere juſſit. Nec aliud ex-are poterimus à ſervis illis fugitivis, qui aut artem Pharmaceuti-, aut Chirurgicam ante ex profeſsô exercentes ſubitâ metamorpho-Doctores Medicos evadunt, cujus exemplum utinam in CAS. . tantùm & non alibi quoque occurreret! Aſt eò proh dolor! ho-deventum eſt, ut plures à Medicaſtris imperitis trucidentur homi-quàm in cladibus bellicis cruentiſſimis, dum

Quilibet eſſe cupit Medicus: Pincerna, Sacerdos,
Judæus, miles, hiſtrio, tonſor, anus.

Horum enim errores terra ſæpè tegit, cùm è contra veri atque conſci
tioſi Practici ab hujus farinæ ſociis aut inſuper habeantur, aut variis
juriis & calumniis lacerentur, ſive clam & per libellos famoſos illud f
ſive ſcriptis dicteriisque publicis, perinde eſt. Illìc nullum ferè re
dium ad damnum famæ declinandum ſupereſt, quàm ut è ſuggeſto
blicô in Paſquini ſocios animadvertatur, hique ſacro anathemate, niſi
ſipuerint, feriantur, ut in CAS. XIX. Auguſtæ Vindelicorum moris
Hìc verò actione injuriarum diffamantes convenire licet, (cujus ex
plum proſtat in *Reſponſis Fac. Med. Lipſ. Cent. I. Caſ. 29. p.* 138.) quan
contra integrum Medicorum Collegium inſtitui poſſe Dnn. Scabini
pſienſes in CAS. XX. deciderunt. Quodſi tamen de innocentiâ Me
diffamati res certa & ita notoria ſit, ut famæ ejus nullum diſpend
immineat, imitationi Chriſti æquè ac Prudentiæ Medici convenien
eſt, ab odioſâ tali injuriarum actione prorſus abſtinere, & inculpatâ
ſcientiâ, aut & teſtimoniô quôdam fide dignô ſe tueri, ut in CAS.
qui in viciniâ noſtrâ ſe truſit, obſervatum fuit. Poſtquam enim ex
ſtri quadam familia prognatus puerulus maculis volaticis epilepſiâ c
tatis laboraverat, & à Medico peregrè accerſitô feliciſſimè curatus, hi
à Parentibus honorificè admodum dimiſſus fuerat: poſt elapſum ve
hebdomadum idem puerulus ex abuſu ſternutatorii, à domeſticis i
res inſufflati, poſt XXX. fere ſternutationes epilepſiâ & hanc inſequ
apoplexiâ diem ſuum obierat: æmuli & invidi illius Medici, non
verbis injurioſis, infantem è priori morbo periiſſe calumniaba
Erant, qui Medico innocenti ſuadebant, ut actionem injuriarum c
diffamantes inſtitueret: verum hic & honoribus queîs mactatus er
ſoſtro liberali contentus Invidorum mendacia ridebat, haud imm
verborum, queîs eodem in caſu contra dentem Theoninum in g
ſe munierat:

- - - - - grunnitus ſperne Theonis,
Sordibus ut propriis Te maculaſſe velit.
Stercora diſplodit, cornu ferit ille, caveto,
Vincas ſeu victus ſis, maculatus eris.

SECTIO V.

IN DIÆTETICIS MEDICO-LEGALIBUS pauci ſe Caſus offe
cùm nullæ ſive fragiliores ſive fugaciores ſint, quàm Apitio ſtatu
ges. Hìc enim quod ſapit, nutrit; & quod libet, licet. Unum ſalte
que alterum addidiſſe liceat, in vicinia partim obſervatum. Erat
Paſtor in pago quodam Naſſoicô, qui pro ſalarii parte XV. quemvi
cellum prætendebat. Ruſtici decimas haſce Paſtori ſuo non penit
negabant, ſed ſub hac conditione ſolvendas eſſe ſtatuebant, ſi v
publicum ſuis ſumtibus aleret, ſicque pro lege gregeque militaret
enim mos tenebat, trium literarum Tyrannus, à quo ne latum q
unguem ſecedunt ſuburbani, *ſie laſſen ſich keine neue Gerechtigkeit*
bürden. Paſtor modò dictus, licet ſordido gauderet nomine, à
tie tamen hâc prorſus abhorrebat, adeoque mori huic, contra
ſtatem æquè ac dignitatem ſacri Miniſterii pugnanti, morem ger
cuſabat, inter alias rationes ſimul addendo, quòd, ſi quàm m

t, illud tamen ſibi impoſſibile eſſet, cùm ob idioſyncraſiam ſeu pathiam connatam verris conſpectum averſetur. Re ad Dicaſte- delata, deciſum fuit, ut communitas illius loci ipſa verrem ale- Paſtori verò hac in re parceret, ut ex CAS. XXII. apparet. Aſt placabile eſt odium communitatis, ita motis tandem aliis litibus prius acquievêre ruſtici, quàm Parochum ſuum de officiô dejece- , Geraſenis multo pejores, qui porcorum amore perciti Salvato- precibus moverunt, ut è regionibus illorum ſecederet: dum no- s è contra violentiâ adhibitâ Paſtorem ſuum expulerunt, ut ex ogiâ ejus, typis exaratâ, conſtat. Frequentior autem eſt ille ca- quando idem vulgus tormina, vomitus aliaque ſymptomata, fru- m horæorum aliorumque eduliorum, minus ſalubrium, aſſum- m inſequentia, intoxicationi tribuit, ut in CAS. XXIII. contigit: nefariæ ſuſpicioni ſæpe anſam ſubminiſtrant Medicaſtri & Agyrtæ, eræ morborum cauſæ ignari poculis ſuſpectis plura tribuunt, *der nt habe einen falſchen Trunck bekommen*, ſicque vulgus ultro citròque tando in diverſum actus innocentiſſimis ſæpè maculam quandam are ſolet. Majori cautelâ opus habet Vinorum auſterorum & aci- m adulterina edulcoratio per lithargyrium & ſimilia, quæ ob co- convulſivam pluribus in Ducatu Würtembergico nuper necem & ntaneam mortem attulit, indeque capitis ſupplicio digna fuit ha- , ut *Novellæ publicæ Anno* 1706. *die* 10. *Aprilis Stuttgardiâ* datæ con- runt, quæ ſeqq. de illâ referebant: *Obwohlen über die, in denen s*-Conſtitution*en, enthaltene heilſame Verordnungen*, in Anno 1696. *Vein-Verfälſchen, ſowohl mit dem* Lithargyriô, *als andern ſchädlichen ren, von neuem bey nahmhaffter Geld-Straf, auch nach befindenden Din- y Ehren - Leibs - und Lebens - Straf, in dieſem Hertzogthum verbotten den: So hat ſich jedoch vor weniger Zeit erfunden, daß ein Kieffer,* Jacob Ehrni *genandt, ſowohl in einigen Oertern dieſes Hertzogthums, r nahgelegenen Reichs-Stadt Eslingen und anderſtwo die ſo hoch verpönte älſchung mit denen ziemlich ſchlechten und ſauren* 1702. *und* 1703ten *Wei- bermahls zu* practiciren *unterſtanden. Wie nun in geflogener genauer* iſition *ſich ergeben, daß dadurch hin und wieder etliche Perſonen an ih- eſundheit mercklichen Schaden erlitten, einige auch gar davon geſtorben ; als iſt ihm, zu wohlverdienter Straf, in allhieſiger Reſidentz-Stadt Kopff abgeſchlagen, auch die von dergleichen verbottenen Wein-Künſten mmen geſchriebene Büchlein* abolirt, *und durch den Hencker offentlich ver- t, ſonſten aber durch Vernichtung und Auslauffung der* adulterirten *e fernerem Unheil vorgebieget worden.* Quantum denique incom- um ſanitati æquè ac vitæ inferant animi perturbationes frivolè ex- e, epilepſia & mors ex terrore, per larvatum S. Nicolai aut Ru- ſpectrum, à petulantibus inducta, & à Facult. Jurid. Lipſienſi per ationem punita, docet in *Miſcell. Acad. Germ. Cur. Dec.* 3. *A.* 9. & g. 113. De Venere, an ad conſervationem ſanitatis adeò neces- ſit, ut Maritus, ob denegatum ab Uxore congreſſum, ad mor- præcavendos Concubinam alere poſſit? Vid. *Caſ.* 71. *Cent.* 6. *Reſp. Med. Lipſ.*

SECTIO

SECTIO VI.

PLures in PHARMACIA MEDICO-LEGALI ſe Caſus trudunt, ſive jam Perſonam & Privilegia Pharmacopœorum, ſive officinas & medicamentorum qualitates concernant. Illic ſuos utique M… es patiuntur Pharmacopolæ, dum non ſecus atque Medici injuſtè ſæpè vapulant, & ſi non contemtui, vili tamen haberi ſolent, ut vel ex … Gallorum dicterio, (quod Pielat in *Grammat.* ſuâ habet) reſpect à … rancu, ha! l' homme de reſpect! videre licet. Hinc non ſine cauſâ Pharmacopœi Giſſenſes in gravaminibus ſuis anno 1700. à Sereniſſ… Principe majores immunitates, prærogativas & privilegia humilime petierunt, ut è CAS. XXIV. videre licet: quibus an & Alchymiſtæ … dere poſſint? è Reſponſo Arfoncini JCti, quod è *Bibliothecâ Chy…* *Mangeti* CAS. XXV. habet, haurire licet. Ne verò ipſi Pharmaco… ſibi mutuò convitiis, damnis & detrimentis nocere poſſint, ſalub… mè & officinæ illorum privilegiatæ ſunt utplurimum, cùm nil a… magis bono publico incommodet, quàm pluralitas officinarum Pharmaceuticarum in uno eodemque loco, ita ut in oppidis exiguis mi… que populoſis tantùm unica toleranda ſit, juxta deciſum Facultatis … dicæ Giſſenæ ad CAS. XXVI. & Reſponſum Fac. Med. Lipſ. apud. *Zittmannum Cent.* 1. *c.* 21. *pag.* 77. De medicamentis autem in offi… contentis plurimæ in forò lites oriuntur, ſive jam præparationem & … penſationem, ſive qualitates illorum & facultates reſpiciamus. D… priori rationem reddere tenentur Pharmacopœi, ut in *Pandectis Me…* *Legalibus Part. I. Sect. VI. §.* 10. oſtenſum fuit. Poſteriorum intuitu … dicis illa præſcribentibus lis movetur, ſive ſimplicia ſint, ſive co… ſita. Illic notabilis haud ita pridem ſe in Facult. Academiæ Giſſ… caſus obtulit, de Gummi Sagapeno, cui neſcio quam deleteriam facultatem attribuebat Anonymus, de quâ diverſa quidem & … invicem repugnantia Reſponſa Medica, per ſtratagema quod … obtenta, leguntur in CAS. XXVII. Cui ſimile quid in … juncto Caſu Halenſi de aurô fulminante in febri maligna cata… li exhibito contigit; quemadmodum etiam de Spiritu abſinthii vo… tili aliquando diſputatum fuit, an abortum provocet? quod in … miâ doſi Aſſeſſores Facultatis Medicæ Lipſienſis apud *Zittmannum* *Med. For. Cent.* 2. *caſu X. pag.* 271. cum in doſi legitima ſi… ſons. Quâ ratione verò Oculi Cancri factitii & ſpurii à genuinis d… guendi ſint, vid. in *Miſcell. Acad. Germ. Cur. Dec.* 3. *Ann.* 3. *Obſ.* 47 & 151. ubi Reſponſum Facultatis Medicæ Francofurtenſis ad Viad… occurrit. Hic de formulis abortienti præſcriptis quæſitum fuit in CAS. XXVIII. quæ ut innocuæ prorſus & inſontes dijudicatæ, ſ… ita è contrariò deteſtabilis & horrendus ⁀⊕. h. e. Spiritus V… li, ab Uxoricida ex proæreſi Conjugi ſuæ propinati abuſus fatalis …

r…

lethalis ſtatuitur in CAS. XXIX. Quo referatur infelix, cura ⊕. Philoſophicum & alia per Regulum ♁ medicinalem, quæ utra- videntur in *Authenticis Medico-Legalibus.* De funeſto externo uſu liq. icalis Schröd. in tinctea. *vid. Zittman. Cent. II. Obſ.* 24. *pag.* 420.

SECTIO VII.

T Andem & in CHIRURGIA MEDICO-LEGALI novi ſubin- de tumultus oriuntur, ſive jam ipſis Chirurgis quæſtio ſtatûs mo- r, ſive operationes illorum negligentiæ alicujus incuſentur, aut cir- ſectus Chirurgicos dubium quoddam oriatur. Quæſtio quidem movebatur Tonſori, qui in CAS. XXX. Chirurgi Chiliadis Prima- unus (vulgo *die Regiments-Feld-Scherer Stell*) affectabat, quo titulo n taurus quivis meliori jure uti poterat, quàm Barbitonſor ineptis- . Interim eò ſæpe audaciæ procedere videas Medicaſtros hosce, ut adum Doctoris ambiant, quem meritò Facultas noſtra, ab aliis ta, illis denegavit in CAS. XXXI. Quò & Articulorum Chirurgi- n dijudicatio in CAS. XXXII. referri poſſet. Sæpiſſimè verò negli- æ alicujus quoad curas ſuas & operationes incuſantur, ut in CAS. II. videre licet: quam ſi quis per inſpectionem & dijudicationem rgorum atque Medicorum in Arte verſatorum docere valet, non m ſoſtrum illis omnino denegari poteſt, ſed & ad intereſſe demon- le & expenſas liquidatas refundendas condemnari debent, ut ex ntiâ DNN. Scabinorum Lipſienſium & Wittenbergenſium in CAS. V. ultrò citróque ventilato apparet. Notabile hujus rei exemplum Alsfeldiæ ſe truſit, ubi Chirurgus junior puerperæ genitalia & in orificium vaginæ uteri, ab obſtetrice laceratum ita conſolidârat, oſtquam ſuaſu Chirurgi Maritus virgam loco turundæ intrudendo rem de novô imprægnârat, vagina non ſine inſigni vitæ periculo, medium geſtationis tempus à Chirurgo *Klebergero* rurſus diſſecanda . Sin vero munere ſuo probè defuncti fuerint, debitumque ſive cto, ſive ex merito illis ſoſtrum à moroſis ægris diſputetur, à Facul- uadam Medica, juxta Statuta cujuslibet ditionis Medica, prius nari debet, ut in CAS. XXXV. obſervatum fuit. Interim juxta n Statuta ab omni medicamentorum internorum, cumprimis ntium, præſcriptione abſtinere debent Chirurgi, quod aliquoties nento in Dicaſteriô præſtitô ſtipulati ſunt Chirurgi Giſſenſes; id ſimiliter de Operatoribus, ut vocantur, Lithotomis ſc. Hernio- s & Oculiſtis procedit, quibus in caſu ſuccumbentiæ mulcta 40. rialium, unà cum refuſione impenſarum, à Scabinis Lipſienſibus ta fuit in CAS. XXXVI. Mulcta autem hæc à Sereniſſimo Land- o Haſſo-Darmſtadino in *Ord. Generali* de Anno 1720. Laborato- hymico Acad. Giſſenæ gratioſiſſimæ dicata eſt. Ubi tamen ob- ndum eſt Medicis, ne, ſi Chirurgicis id interdicere aut Magiſtratui nciare velint, terminis contumelioſis aut injurioſis fiat: Quo in ſi Chirurgi retorſionis jure utantur, ab actione injuriarum aut pla- bſolvuntur, aut ſi retorſio non in continenti, neque legitimè inſtituta , civiliter ſolùm, non ad recantationem, ſed deprecationem tianam, reſtitutionem expenſarum & mulctam retorquentes enire poſſunt, *vid. Conſil. ſive Reſponſorum Altdorffin. Vol. II. Reſp.* . De Clyſteribus ſaltem dubitare quis poſſet, an & illorum præ-

ſcriptio & applicatio Chirurgis deneganda ſit? de qua lite in
Pariſienſi quondam acerrimè in utramque partem diſputatum fuiſſ
Blegny, Chirurgus Regius Juratus Pariſienſis in *Zodiaco Medico*-
Anno IV. menſ. Nov. pag. 332. oſtendit, ut è CAS. XXXVII. eluc
Nos diſtinguendum eſſe cenſemus inter præſcriptionem, præparatio
& applicationem Clyſterum, cumprimis acriorum & magis com
torum: Hæc Chirurgis denegari nequit, cùm ad operationes ma
les ſpectet, eaque de causâ etiam à *Jünckio in Chirurgiâ* deſcripta &
ctata ſit: Illa Pharmacopœis: iſta demum Medicis relinquenda erit;
clyſteres domeſtici, iique ſimpliciſſimi, ex ▽. ſalita, aut decocto quo
prolixis illis & ſesquipedalibus clyſteriſationibus non ſine causa p
rantur à *Regnero de Græf. in Tr. de Clyſteribus*, de quô conf. *Polychreſ*
ſtra Exotica, de Clyſtere Tabacino pag. 71. Tandem & affectus exte
Chirurgici variis litibus Medico-Legalibus anſam dare poſſunt, q
do aut de qualitate illorum, aut duratione & effectu dijudicandis r
runtur Medici, ut ex CAS. XXXIIX. videre licet.

SECTIO VIII.

IN RENUNCIATIONE VULNERUM LETHALI
(quam ad capitis pœnam in homicidiô dictandam non requiri
quemcunque, qui dolosè & mortiferis armis alterum invaſerit, c
plecti poſſe, cum Illuſtr. Stryckio defendit *Dn. Bodinus* in *Diſſ. Ina*
Zittæ, de non requirenda lethalitate vulneris, *Halæ Anno* 1704. *h*
vulnera cerebri ſclopetaria omnium periculoſiſſima & nunquam
per ſe lethalia è *Welſchio* & aliis oſtendimus olim in *Pandectis M*
Legalibus Part. 2. Sect. 2. pag. 136. Fuit tamen, qui dubia hac in parte
vit non exigua, quibus per diverſarum Facultatum Medicarum Re
ſa, ſententiam priorem unanimiter confirmantia, ſatisfactum eſſe
mus in CAS. XXXIX. Similiter & vulnus capiti frenis inflictum
abſolutè lethali à tribus quoque Facultatibus judicatum fuit, no
ſtantibus inſtantiis Inſpectoris, contrarium ſuſtinentis, quæ in C
XL. conſiderari merentur. Quid quod & alapa pugnô dextro ten
inflicta, ob ſummam cerebri concuſſionem & inſequentem vaſoru
cerationem, pro lethali fuerit habita in CAS. XLI. In Vulneribu
pitis ſuperficialibus & ipſius cranii res aliter ſe habet, quæ rarò pro
pliciter lethalibus habentur, niſi fors Contrafiſſura obtigerit, quæ
in dignotione difficultatem, in curatione verò impoſſibilitatem ferè
mam conjunctam habeat, meritò pro abſolutè & ſimpliciter lethal
betur, ut è CAS. XLII. apparet. Quemadmodum & Contuſiones
dio infimoque ventri inflictæ non facile lethales eſſe cenſentur, ut in
XLIII. videre licet, cumprimis ſi ſcuticâ aut alio inſtrumento levio
ferantur, quale quid in CAS. XLIV. obſervatum fuit. Idem de v
tibus vaſorum ſanguiferorum minorum ſtatuendum eſt, ut exempl
mi cruralis venoſi circa genu vulnerati è CAS. XLV. conſtare po
ſicut & arteriæ axillaris (quoad ramum ſuperiorem violatæ) vulnus
niſi per accidens lethale pronunciabatur à Facultate Medica Giſſena
1705. menſe Decembri.

SECTIO IX.

PErtinent huc UXORICIDIA & INFANTICIDIA, in
Medico-Legali ſemper aliquid novi, nunquam verò boni quid

rentia. Heîc reliquis in Pandectis noſtris enumeratis CAS. XLVI. XLVII. addi merentur. Illîc non minoribus Uxoricidæ, quàm In-icidæ artibus, è Satanæ ſcholâ proficiſcentibus, utuntur, ut cri-, quod clam perpetrârant, eò plauſibilius à ſe averruncare poſſint. eas enim, qui uxores à ſe interemtas in profundos puteos abjiciunt, oſitis ad oram illorum ſandaliis aut calceis, ut aut ſponte ſe præci-ſſe, aut caſu eò prolapſæ videantur: quod flagitium ut detegen-n ſit, ſupra jam oſtenſum fuit. Videas, qui uxores à ſe occiſas ad ſca-m ima limina deponunt, ac ſi ab alto ſive ſponte ſive fortuitò præ-tatæ fuerint. Videas, qui ſubulâ ſubtiliſſimâ, ſub mamillâ ſiniſtrâ, ordis thalamos adactâ Conjuges exanimant, quâ nefanda enchireſi eratus quidam III. ſucceſſivè Uxores in puerperiô enecavit. Vi-s, qui Conjuges interemtas pedibus equorum poſterioribus ſubſter-t, ut ab hiſce recalcitrando enecatæ videantur, quod anno ſuperio-703. (qui miſeris fæmellis ob plures hôc in paſſu caſus ferè fatalis) in Comitatu Erbacenſi accidit, ut è CAS. XLVIII. videre licet: ubi l notam meretur, quòd cum inſtrumento Uxoricidæ faſciculus ave-, maculis cruentis quaſi depictæ, Facultati Juridicæ Giſſenæ fuerit ſmiſſus, qualis cùm in agro ſuſpecti, reliquis circumjacentibus nentis intactis, tantùm ſuccreverit, pro miraculô οὐρανόθεν quaſi reum ſante, habebatur, licet antipathia hæc agreſtis eodem loco ſit ha-da, quô cruentatio cadaveris, ad contactum ſuſpectorum, cùm æc ſuperſtitione minus careat, quam & ipſi Requirentes, miſſo de o Tabellario indicium hocce revocante, agnoverunt. Interim cer-eſt, ſingulari DEI T. O. M. providentiâ facinora hæc non rarò aculosè quaſi ſive præpediri, ſive detegi, prout caſus bini recen-ni Ampliſſimæ Facultati Juridicæ Giſſenæ oblati ſatis ſuperque atte-tur. Alter ex his Uxoricidam concernebat, qui Sponſam à ſe vio-n malitiosè deſeruerat, mox autem ſive ſpontè, ſive coactus ſe in iam cum illâ rediturum ſimulans, & in ſummitate putei profundis-illi aſſidens inter jocandum Eandem retrò in puteum præcipitat, quam de novô eandem compreſſerat, ſicque re quaſi bene geſtâ ium ſe cubitum confert, exiſtimans jam miſeram ſuffocatam eſſe. interim ſub caſu præcipiti inverſa trabi è parietibus putei promi-i illabitur huicque inſidendo clamat & ſuſpirat è profundo: Au-à prætereuntibus ſalva & incolumis extrahitur, delinquens autem incula conjicitur, & an pœna homicidii ordinaria affligendus ſit? uiritur. Alterum exemplum Infanticidæ Bipontinæ anno 1709. ac-t. Ancilla autem erat, quæ uterum gerens diu de obſtructione ſium conqueſta fuit, & imprægnationem pertinaciter negavit. Cùm m tempore partûs inſtante Vetulæ accumberet, & ſolitis ſibi (ut ſub-ſimulabat) doloribus immane quantum torqueretur, Vetula ſomnum re neſciens è lecto ſurgit, & filiam ſuam (quæ Materfamilias erat) in-er rogat, ut ancillæ potum aquæ vitæ, ad ſopiendos dolores, adferret. ancillam viſitans primum ſolabatur, mox autem ejulatum infantu-baudiens, heûs, inquit, laſciva, tu infantem enixa es, ubi tuus eſt ntulus? Hæc omnia negando lectum, ſtratum & omnes cubicu-gulos ſcrutari jubet, nullo præſente infante. Quamprimùm ve-er feneſtram proſpicit, infantulum in amne præterfluente (quò è nda domus contignatione eundem puerpera projecerat) ſe movere

obſervat, ita quidem, ut abdomine ſub aquâ hærendo capite & alt brachiolô glaciei amnis jam ſemiconglaciatæ incumberet, in qu Mulier ad genua usque inſiliendo, infantem ſub urentiſſimo hyemis clementiſſimæ frigore ſalvum pariter & illæſum extraxit. Quis ad randam, imò ſtupendam DEI T. O. M. bonitatem & provident hìc non agnoſceret, cujus imperſcrutabili curâ tenellus hic infantul ſecundæ contignationis altitudine projectus, ſub intenſiſſimo & ad intolerabili frigore, in flumine glacie obducto conſervatus fuit?

SECTIO X.

OCcaſione portenti ſuperioris putatitii non poſſum non φαινόμενα q dam ex SYMPATHIA MEDICO-LEGALI petita hîc a ctere, quando ſuperſtitioſi aut ex ſecundinis humanis & cumpr amniô exſiccato peregrinorum longeque diſtantium fortunam, vi aut mortem perſpicere ſatagunt, ut admirandum prorſus exemplu CAS. XLIX. occurrit: Aut partibus quibusdam, vel excrementis ve ad naturalem, ſive ſupra n. & Diabolicam Magiam exercendam a tuntur, ut vel hominibus, vel & brutis damnum quoddam infer Hujus hiſtoria ſe ſiſtit in CAS. L. ubi equus per ſtercora in alterius p inventa, & ab hoc in camino ſuſpenſa enecatus fuit. Illius horrend & paucos ante annos undique famoſiſſimum exemplum habetur in C LI. in quo tamen, ut & in aliis Sagas concernentibus quæſtionib ad evitandas nullitates in proceſſu, cautiſſimè procedendum eſſe, è Reſponſo JCti cujusdam Celeberrimi, pro CORONIDE Novellis hiſce ſubnexô videre licet.

CASUS

CASUS I.
DE
[ST]UPRIS IN SOMNO à FÆMINIS ADMISSIS.

Reſponſum Facult. Juridicæ Jenenſis.

[N]ihil impoſſibilitatis alit, quod Perſona quædam muliebris, & quidem facilius virilis, quæ Noctambulo eſt (de qui- men quod ſimilia ſtupra in ſomno com- [...]nt, conſtans apud DD. eſt traditio, [...] *Zacch. L. 2. Qq. Medico - Leg. Tit.* [...]*. quæſt. 12. n. 14. 15.* [...]antùm paſſivè ſe gerat, cumprimis au- [...]xor in conjugio vivens, itidem tanquam [...]nniò (quò & Julii Cæſaris, Matrem per ſomnium ſtuprantis, exemplum [...] *[...]ton. in Cæſare. c. 7.* [...]t) maximè, ſi ad affectus ſoporoſos in- [...], aut inſigniter delaſſata fuerit(quod [...]que in præſenti Caſu ſe obtulit) vel & [...]ietate in profundum ſomnum delapſa [...] quo *Berlichius IV. Concluſ.* 37. *n.* [...]. *& Carpzov.* 3. *Cr.* 69. *n.* 55. vi- [...]eantur) imprægnari poſſit. Itaque juramen- [...]ecrevimus ei, quæ dicebat, ſe compreſ- [...]ſomno, & nonniſi cum ſemen jam emiſ- [...]ſet, evigilaſſe. Gotham m. Novem- [...]696.

[...] Nicol. Chriſtoph. de Lyncker Rerum [...] Dicaſter. Jenenſ. Deciſar. Cent. I. [...]um. LXXX. pag. 47.

[CA]SUS PARALLELUS
DE
[IM]PRÆGNATIONE DOR[MIENTIS] IN SELLA.

Requiſitio.

[...]Actis his transmiſſis contra D. R. H. [Fa]mulum Chirurgi, in puncto Stupri Dn. [...] Filiæ A. B. S. illati & ab ipſo confeſſi [...] hæc poſterior pro violento venditare [...] ex eô, quòd occaſione illa ſellæ inſi- [...]ormiverit, illudque neque perceperit, [...]enſerit, ſicque hunc in finem juramen- [...]l. 32. ſibi adjudicatum depoſitura eſt) [...]eſt, juxta Informationem legalem fol. [co]ntentam, Reſponſum Facultatis cujus- [Me]dicæ, fol. 76. & 78. in Actis deſide- ratum, expetendum eſſe; Quapropter DNN. Honoratiſſimos eâ, quâ decet, obſervantiâ, rogamus, velint ea, quæ circa factum hoc fol. 76. 77. 78. allegantur, probè conſiderare & juxta circumſtantias rei ſuam Nobis ſententiam aperire &c. Signat. die 3. Aug. 1699.

Senatus Vrbicus F.

Reſponſum Facultatis Medicæ Lipſienſis;

1. *Dormientem in ſella Virginem inſciam deflorari poſſe.*
2. *Eandem citra immiſſionem Seminis per ſolam hujus Spirituaſcentiam concipere non poſſe.*

P. P.

TRansmiſſis Nobis Literis Actisque Famulum Chirurgi D. R. H. in puncto Stupri A. B. S. illati concernentibus & requiſitó judició noſtró deſuper 2. quæſtionibus in Act. fol. 76. & 77. obſervandis:

An 1. fieri poſſit, ut Virgo tempore ſomni naturalis ingenti Sellæ (cujus ſedile ulnam tam latitudine quam longitudine æquat, fulcrum verò dimidiâ à ſolo ulnâ elevatum diſtat, inſidens, ſine accommodatione, motu atque ſenſu, & prout ipſa perhibet, violenter ab Imprægnatore partim ſtante, partim genubus innitente deflorari poſſit?

2. Annon H. imprægnatam in Lecto portatili carnaliter agnoſcente, licet ſemen indusio injectum fuerit, per ſpiritum ejus, & ſic adhuc ante poſtremum coitum, conceptio & fœcundatio fieri potuerit?

Prævià Collegiali perluſtratione & accuratâ ponderatione omnium in Actis contentarum circumſtantiarum reſpondemus, & quidem ad I. Quæſtionem, quòd, licet haud ita facile præſumi poſſit, Virginem adhuc illibatam, absque ſenſu & conſenſu violari poſſe, attamen eô in caſu, ubi ſimilis perſona juvenis, laboribus prorſus feſſa, primo, quo obruebatur, ſomno detenta, ſimili, qualis in Actis deſcribitur, ſellæ inſideat, aut juxta Stupratoris depoſitionem, fol. 10. contentam, retrorſum inclinet, ſicque genitalia ſatis protendat & elevet, cruraque & pedes infimo ſcabello innitentes diducat, id ipſum pro impoſſibili prorſus haberi non debeat, ſicque Eidem absque omni ſenſibilitate ſcientiaque perfecta, h. e. cum actu reflexô & cognitione eorum, quæ ipſi contingunt, etiam ſine voluntariâ commotione & accommodatione ſtuprum inferri, eaque inſcia & invita carnaliter agnoſci & imprægnari poſſit; quod ipſum in A. B. S. eò facilius evenire potuit, dum Stuprator, juxta depoſitionem fol. 18. Eandem jam ante aliquot ſeptimanas aliquando in Lecto actualiter

(B) 3 &per-

& perfectè, i. e. cum penis omnimoda in genitalia ejus intruſione, ututabsque ſeminis immiſſione, violavit, & adhuc incertum eſt, annon, ut tunc temporis, ita etiam in ſella membrum ſuum adeò profundè in uterum S. intruſerit, cùm fol. 19. ipſe ſe neſcire fateatur (cùm ebrius fuerit) an actum hunc perfectè exercuerit: qualis imperfectus tamen coitus, quô mentula vaginæ uterique orificio quodammodò tantùm applicatur, hoc ſub illius affrictione titillatur, ipſique ſemen virile adſpergitur, juxta diverſorum Autorum obſervationes Medicas, ad imprægnationem mulieris alicujus interdum ſufficit. An autem & quouſque ſimilis ſtupratio ſomno oppreſſæ, idque inſciè & invitè admittentis, pro violento haberi debeat? DNN. JCtis decidendum relinquimus.

Quantum verò II. Quæſt. attinet, quoniam H. in Act. fol. 41. b. ipſe confitetur, ſe imprægnatam in lecto portatili ſtuprando ſemen induſio immiſiſſe, ſicque neque affrictio, neque adſperſio ſeminis ad genitalia muliebria accidit, ſub eô congreſſu nulla conceptio aut fœcundatio inſequi potuit. *S. Lipſiæ die* 12. *Aug.* 1699.

Vid. Medic. Forenſis ſeu Reſponſa Fac. Med. Lipſienſis à D. Zittmanno 1706. *edita, Centur. VI. Caſ.* 77. *pag.* 1642.

CASUS II.

DE IMPRÆGNATIONE PUELLÆ FATUÆ ET CONTRACTÆ.

Species Facti.

BEnedictus Harting., Bubulcus Colmenſis, 70. annorum, Juſtinam, Filiam Georgii Klingii, perſonam miſerabilem, contractam & fatuam; in campo imprægnaverat. Cùm verò ſtatus puellæ ſtupratæ increbeſceret, ex Sententiâ Ampliſſ. Scabinorum Lipſienſium, menſe Octobri anno 1679. latâ, Medicus requirendus erat, ut in ſtatum & temperamentum ejus inquireret, ſuumque judicium ad acta referret.

Inſpectio & Relatio Medici.

PRævià Requiſitione Præfecti Principalis Saxonico-Merſeburgici h. j. Tit. DN. JOH. BALTHASARIS FREUNDII hodie die 14. Novembris, currentis modò anni, Juſtinam Klingiam, viginti duorum annorum puellam, à bubulcô Golnenſi imprægnatam, in loco ſolenni, præſentibus ſupra laud Dn. Præfecto & Dn. Actuariô de ſtatu eju temperamento, ut & corporis ægritudin examinavi & ſimul inſpexi, ſermones & ſtus ejus, mox riſu, mox fletu prolatos, genter obſervavi, in omnes cauſas & circumſtantias inquiſivi, & è reſponſion ejus tantum hauſi, quòd non tam melan liâ quadam detineatur, quàm potius o actiones ejus & geſtus in merâ fatuitate & plicitate, ab affectu apoplecticô fortiori miplexiâ dictô, propullulante, radicer quô, juxta Matris relationem, quintô annô, cùm è variolis graviter ægrotare correpta & afflicta fuerit, ut in latere de à capite ad calcem, non tantùm per inte anni quadranrem motu & ſenſu, ſed etia quelâ privata fuerit; & licet à Comitiſſâ dam è Bohemiâ ex ſympathiâ & miſeric donata & exhibita remedia loquelam reſtituerint, attamen graviſſimus hic af penitus non ceſſavit, ſed contracturam tium nervoſarum & tendinoſarum in ma & pedibus reliquit, ſiquidem dextra cum bus digitis contracta, inflexa & diſtorta ſ tur; unde ad omnes operationes ma inepta eſt, adeò ut ne ſubligaculum qu nedum alios veſtitus, ſine aliorum adm lô induere valeat. Ubi inſimul pes dexte tracturâ ſpaſmodicâ afficitur, & ſiniſtri brevior nonnihil apparet; quapropter ſpitare & claudicare tenetur. Cauſa huj li maximam ad partem oritur à variolis non tantùm fermentum & miaſma vario malignum in ſerô acido ſalſô partibus r loſis, tendinibus imprimis ac nervis n tùm ſe inſinuavit, ſed & ipſos ſpiritus an inquinavit, ut ad motum debitum in ſtupidi redditi fuerint; qualia exempla riolis, quas apoplexia inſecuta fuit, apu *nertum in Praxi cap. de apoplexiâ* q occurrunt, ubi cùm ægra variolis non ratis aeri pluvioſo ſe expoſuiſſet, plexiam lethalem incidit. Quò non character hæreditarius à matre commun ſed & temperamentum, ut audit, ph ticum ſymbolum ſuum contulit, ſub q ritus animales quaſi phlegmatici & ne ſicque magis torpidi & ſtupidi ſunt, u cta ſimilia plerumque ſimplicia & torpi adeoque ad ſimiles affectus apoplectic aliis proclivia, juxta tenorem *aphoriſm* 16. *Sect.* 3.

Uberioris atteſtationis ergò, ad rium DN. Præfecti, propriâ ſubſcripti ſigillo conſueto hæc confirmavi. Si litii die 15. Novemb. 1679.

Joh. Caſpar Weſtph

Sententia Dnn. Scabinorum Lipſienſium.

I quiſitam ob fatuitatem pœnâ ordinariâ non niendam, ſed in carcere virgis cæden-: Contra Adulterum fugitivum autem eſſum inſtituendum eſſe. *Menſ. Nov.* 9.

CASUS III.

DE PARTU DUODECIMESTRI.

S cies Facti cum Reſponſo Facultatis Ingolſtadienſis.

RES, de quâ Nos Decani, Doctores & Profeſſores Facultatis Juridicæ in Academiâ orali Ingolſtadienſi conſulti ſumus, ita in endiô ſe habet: Titius Nobilis & Miles . Julii, Anno 1672. relictis Laribus dois caſtra ſequitur, remanente in prædio onjuge pariter Nobili, Julianâ: Annô nè elapsô, ſc. 1673. menſe Junio Julia n ſequitur, & penes eum paulò poſt, die Julii filiolum enititur, cùm tamen anitio de graviditate interrogata hanc net, poſtmodum verò, cum peperiſſet, uerit, ſe, quùm nihil vivi in abdomiſerit, exiſtimaſſe catarrhum quendam am obſtructionem adeſſe. Titius èconnſiderando, quòd per integrum annum ctiduo Juliæ neutiquam cohabitaverit, n inviſere recuſat, infantem recens nao ſuo non agnoſcens, & licet baptiza- ejus non impediverit, in hunc tamen ompatrem quendam invitare noluit. verò ægerrimè hoc ferens Theologos c Medicos ad Titium ablegat, ut innon ſuam ob oculos illi ponant, inſimulque ſtrent partum, licèt conſuetum parienpus transgreſſus fuerit, legitimum taſe; quod ut eò clarius demonſtret, Obm juratam Civitatis N. N. advocari juuæ præſente Titio aliiſque conſtanter at-ſt, quod durante officio ſuo plura illic a his ſimilia obſervaverit, & 25. infantes m protraxit, qui ultra annum in uterô ô concluſi fuerint; quin & ſupra alleeologi Medicique exemplum cujusdam *pis de Conde*, quem ob XIII. menſes matris abſolutos *l'enfant de traiſe* ocaverint, addentes aliud Comitiſſæ de ſtein exemplum, quæ per XV. menſes geſſit; ut adeoque Titius ſolo hoc de udine temporis partûs, per allegata ex- Theologis, Medicis & juratâ Obſtetriſupra dictum, ſuſpectâ ipſi redditâ, niianam in regionibus adeò diſſitis non ſtatim repudiaverit, imò ipſam bona cum conſcientiâ inter milites compreſſerit, ne illi ſe proſtituendi occaſionem relinqueret; ut taceamus ipſi in locis hujuſcemodi peregrinis pretioſum nimis & damnoſum viſum fuiſſe, ut officio militari valedicendo cauſam hanc judicialiter ventilaret, cumprimis, quòd Juliana ſummoperè obteſtata fuerit, ſe non alium præter Titium carnaliter agnoviſſe, offerendo ſe ad juramentum corporeum, coram Eccleſiaſtico æquè ac Civili Judice deponendum, allegando inſimul miſerias varias & moleſtias in abſentia Titii à ſe devoratas. Fieri etiam potuiſſe, ut locum, ubi equi ſe miſcuerint, pertranſiverit; imò ſe aliquando in anguſtias redactam ſub fræno equi decurriſſe, unde, ut ipſi narratum fuerit, à Gravidis fœtus tamdiu portandus ſit: quemadmodum & ipſe fœtus à ſe in lucem editus de moleſtiis exantlatis teſtari poſſet, cum marcidus ferè & tabidus prodierit. Quapropter non ſine lamentatione petiit, ut, priusquam in oris peregrinis derelinqueretur, à Titio prius famuli domi relicti vicinique examinarentur, quâ ratione in abſentia ejus ſe geſſerit; & ſi vel unicus verè aſſerere poſſet, quod ipſa, Julia ſc., per ſemihorulam cum perſonâ quadam virili ſola alicubi fuerit, Titius pro lubitu tunc agere poſſet. Quæ omnia tandem eò commoverunt Titium, ut, donec in cauſâ tam arduâ fundamenta ſolidiora obtineret, Juliam ad interim recipere & ſecum domum reducere conſtituerit, à thoro ſaltem, usque ad cauſæ dijudicationem, (eâdem interim ut alii conjuges menſâ utendo) eandem ſeparaturus.

Quæritur E. 1. an naturaliter fieri poſſit, ut mulier quædam ultra annum uterum gerat hocque caſu rationes, à Juliâ pro excuſatione allegatæ, ſi, ut promittit, easdem probaverit, ſufficientes ſint ad Eandem ab adulteriô abſolvendam?

2. Annon, re aliter ſe habente, Titius ad diſſolutionem matrimonii de jure deſcendere poſſit, non obſtante ſibi, tanquam militi, cohabitatione maritali poſt Juliæ puerperium repetitâ, præſertim cùm per authoritatem Theologorum & Medicorum eò ſeductus fuerit?

Quamvis antedicta Facti Species, unà cum quæſtionibus annexis, de quibus judicium noſtrum requiritur, ad Medicos & Philoſophos, tanquam in rebus Phyſicis expertos, magis, quàm JCtos pertinere videatur: attamen, dum jura Cæſarea communia eorumque Interpretes, Doctores & Commentatores è Medicorum traditis diverſorum mentionem faciunt, ſuamque Sententiam ob oculos ponunt, quousque hîc ire liceat, nec ne? quin & in tribunalibus Eccleſiaſticis & Civilibus, Supremis & Inferioribus, pro varietate caſuum & circumſtantiarum variæ deciſiones, edicta & ſententiæ emanaſſe obſervantur.

Hinc

Hinc & Nos hoc in caſu animi noſtri ſenſa è juribus eorumque Interpretibus, pro deſiderio, aperire voluimus: ubi quidem ſtatim à fronte Quæſt. I. in dictis modò Legibus earumque Doctoribus res dudum deciſa videtur, partum hunc duodecimeſtrem cum octiduo pro genuinô & legitimô haberi non poſſe. Licet enim Natura & ordo generationis in homine non unum, ſed diverſum pariendi tempus conſtituerit, quod in aliis creaturis non obtinet, nullibi tamen in Legibus duodecim menſes cum octiduo illic obſervantur, ſed arctior potius terminus conſtituitur, ſiquidem partus legitimus eſt, qui poſt nuptias celebratas & cohabitationem conjugalem menſe ſeptimô in lucem editur, *t. 7. menſ. ff. de ſtat. hom. Plin. l. 7. Nat. H. hiſt. c. 7.* ſeptimô enim menſe ſemper movetur infans ad partum, quod conſtet omnibus ſuis numeris, animô videlicet, corpore, ſang. ingeniô, deſideriô cupiditatibus & humore, quibus humanum corpus conſtare dicatur. His ſyderibus, ut quidam referunt, regitur partus in uterô: Animum à Sole, à Lunâ corpus, à Marte ſanguinem, à Saturnô humorem accipit; hæc ſuo ordine menſibus ſingulis in uterô generantur, cùm igitur perſpicuum ſit hominem animo & corpore geſtare, ignorare non oportet primas animi eſſe partes, ſecundas corporis, quod videmus ita eſſe figuratum, ut aliis excellat omniumque ita conſtitutum, ut & ſenſibus inſtructum ſit & habeat præſtantiam mentis, cui tota hominis natura pareat, in quâ ſit mirabilis vis rationis, cognitionis & ſcientiæ & virtutum omnium. Si igitur ante menſem 7. partus edatur, vivere non poterit. Cùm enim cujusque animantis ſit ſua natura, neceſſe eſt, ut natura expleatur, quô tempore ſi ſatis virium habet, ad partum prodit: ſin minus, in uterô remanet, donec ſatis invaluerit, per duos ſc. reliquos menſes. Poſt enim motum menſis ſeptimi, ſi non exeat, in alium ſe ventris locum transmovet; adeoque in eô motu debilitatur, ut, ſi ſequenti menſe octavô ad partum procedat, vivere propter eum motum nequeat, *Hipp. lib. de octimeſt. partu*, cùm duas conſequenter afflictiones ferre non poſſit, & ideò talis partus octavô menſe editus pro mortuô habendus & pro monſtro abdicandus, ut deciſum affirmat *Matth. de Afflict. in Dec. 236. Neapol. n. 4. 5. & 6.* Sequitur ergò eum, qui ex juſtis nuptiis ſeptimô menſe natus eſt, filium legitimum eſſe, juxta *Dec. l. 12. ff. de Stat. Hom. & l. 3. §. ult. ff. de ſuis & legitimis hæredibus.* Sic & nono menſe naſcitur legitimus partus, juxta jus divinum *Esdr. l. 4. c. 4.* Vade, inquit, & interroga prægnantem, ſiquando impleverit nonum menſem ſuum, adhuc poterit matrix ejus retinere partum in ſemetipsâ? & dixit, non poteſt; Et *cap. 16.* Prægnans enim parit in nonô menſe filium ſuum, appropinquante horâ partûs ejus, ante duas horas vel tres dolores circum ventrem ejus & prodeunte infante de ventre tardabunt. Exemplum omnium præcla mum de Diva Virgine proponamus, qua vatorem noſtrum novem tantùm menſib uterô geſtavit: octavô enim calendas A inflata, decimo concepit & octavo cal Januarii peperit. Sic 10. menſe à mort natus ad legitimam hæreditatem admit *L. inteſtato §. fin. de ſuis & legit. h* Hinc *Plato lib. 5. de Rep.* omnes, q ſcentur decimô menſe vel ſeptimô ex e quâ quis liberis operam dedit, partus a nominatur, & ideò ſic inſtitui poſthun potes poterunt, ſi filius meus vivo me n tur, tum ſi quis mihi ex eo nepos, ve neptis poſt mortem meam in 10. me proximis, quibus filius meus morietur, natáve erit, hæredes ſunto. *L. Gallus. liberis & poſthumis*; *Hippocr. de pue turâ*, quæ longius, inquit, quàm 10. bus partum geſtare ſibi viſæ ſunt, decipi & paulò poſt: Quod autem diutius, qua menſibus non contingat, uterum ego demonſtrabo, ſcilicet alimentum & au tum, quòd à matre deſcendit, non a eſſe ſufficiens partui, ubi 10. menſes pr runt, & fœtus auctus fuit, trahit etiam dulciſſimum eſt in ſanguine ad ſe, ſin etiam lacte modicè fruitur. Sic unde morte mariti genitus non eſt legitimus. *Ulpianus*: Poſt X. menſes mortis nat admittitur ad legitimam hæreditatem *pen. ff. de ſuis & leg. hæred. & Ju Novell. 37. c. 2.* conſtituit ejus mulieris XI. menſe poſt menſem mariti parit, non eſſe legitimum, ſed potius natural cupiſcentiæ, cùm veriſimile non ſit, conceptionis in tantum extenſum, ideo ſerotinô nimiùm hoc partu viduam ſc videri, & ex ſtupro partum concepiſſe: *L. 12. Tab.* hoc eſt: Decemviri in X. m gni, non in IX. ſcripſerunt, teſte *Gelli* circa med. Divus tamen Adrianus c mina bonis atque honeſtis moribus, n biguâ pudicitiâ in undecimo menſe poſ mortem peperiſſet, factumque ei negot ſet, propter rationem temporis, quaſi mortuô concepiſſet, causâ cognitâ & tis Philoſophorum Veterum & Med ſententiis decrevit, in XI. quoque morte Mariti rectè partum edi poſſe, *Gellius* autor eſt, *loc. præcit.* & hoc decretum, ut cum L. Decemvirorum liaret *Cujac. ad 3. Novell. 37. c. 2. & a l. 4. ſentent. Tit. 9. §. 5. & c. 17. de pr* intelligit de menſe undecimo incepto perfecto, velut Favorinus Philoſophi *Gell. d. l.* loquitur, affecto, non co ubi confecta ea dici ait, quæ non nem ipſum, ſed proximè fini congr ductáve erant, atque ita vult *Cujacius*;

em undecimi menſis juſtum non eſſe , ſub initium eſſe juſtum, prout & *Ac-* ſeipſum eſt interpretatus, & 2. dies de- menſi ſuperaddit *gloſſ. perfecto* §. *fin. de reſtit.* & ea, quæ parit XI. menſe, ria ſunt aliquid facere, cum faciendum l facere poſt modicum intervallum *gloſſ. ationem* in *L. rati. ff. de Procurat. arrationem L.* 2. *C. de jurej. propter* .*gloſſ. poſt tempus* §. *tutor Inſtit. de ritate tutorum*, & refert *Speckhan in Q. Q. Jurid. q.* 77. 2. Annô 1567. nbergæ pronunciatum eſſe, Fæmellam in XI. Menſis, poſt obitum Patris, natam, itimâ & ad hæreditatem Patris admit- n eſſe, citans *Joh. Neuſter. ad L. admo- ff. de jurejur. fol.* 141. Ex quibus us prolatis nunc manifeſtiſſimè ſequi vi- partum in noſtro caſu octavo die, poſt menſem, abſente marito, natum, non ec dici poſſe legitimum, attentis etiam æ *Ariſtotel. Lib.* 7. *de Hiſtor. Animal.* ſcilicet: homini pariendi tempus mul- eſſe datum, ſeptimô enim 8. 9. & fre- r 10. menſe mulieres pariunt, unde fit, ier, quæ in 11. menſe parit, præſuma- tè non vixiſſe, §. *fin. verſ. ut appareat, de reſtit.* & donationem ante nuptias à actam & alia privilegia honeſtis Matro- nceſſa amittit *d.* §. *verſ. ut appareat*, atione, quod ſcilicet, quando terminus tus diesque determinatus, quicquid poſt- non recipiatur, *L. Th.* §. *intra. ff. de mmiſſ. Libert. L. ſi ita quis, ff. de ſubſtitut.* quæ tamen in factis defendi nt, quæ per ſe facta & intervalla habent, rò agimus de die certo & determinato, nullum intervallum ineſt; hinc eſt, qui ſe hodie decem daturum promittit, etiam, nondum lapsô die, dare tenea- uia id addidiſſe creditorem veriſimile litatis ſuæ cauſa, non ut debitori dilatio- onccederet, *L. lib.* 5. *ideò ubi ff. de V. O.* tamen non obſtantibus plauſibilibus & ntibus hiſce argumentis, in præſenti ca- , & quidem hujus unanimis ſententiæ , quod ſc. ſupradictus duodecimeſtris ctiduo partus pro legitimô habendus & endus ſit, vi juris, quòd juſta uxor di- quæ ex juſtis nuptiis ſolenniter ducta quæ in manum viri devenit, *L. ſi uxor. nè ff. de adult.* Juſtæ autem nuptiæ quibus nihil deeſt, ſecundùm LL. mo- Romanos, *Inſt. de nuptiis in princ.* & juſtum filium appellabimus eum, viro & ejus uxore naſcitur, *L. filium. is, quæ ſunt ſui & alieni juris, Arg.* 71. Et ideò, quemadmodum juſtam itatem, *L.* 3. *de illo. ff.* pro fæm. juſtam tiam, *L. ff. de teſtam.* juſta obſequia, *L.* 2. *us revocandis*, juſtam conventionem, *efuncto ff. de adult.* juſtum dominium, *l. Novell. L. penult. ff. de publ. in rem. act.* juſtam libertatem, *L. quæ pœna ff. de manumiſſ.* juſtum partum dicimus, *L. ſtrict.* §. *Naturalis ff. de ſolutione.* Quando non iniquum, non inju- ſtum, non improbatum, ſed legitimum, quo- ad authoritatem legis factum, & omnibus ſuis numeris conſtat, quod omni ex parte perfe- ctum ſit, & cùm ad rem, de quâ agitur, nihil deeſt, hoc eſt, plenum, perfectum & cui ma- jor diligentia addi non poſſit, ita etiam, quos ex juſtis nuptiis, Parentum conſenſu, vel ſine, contractis procreavimus, ejusdem juſtos, h. e. naturales & legitimos eſſe præſumimus, *L. Paulus. ff. de ſtat. homin. & ib.* In præſenti enim caſu ex facti ſpecie & utrimque à Pa- rentibus in confeſsô eſt, nuptias eſſe cum de- bitis ſolennitatibus contractas, & conſequenter partus etiam juſtus & legitimus eſſe debet, per jura modò allegata; & quamvis homini pa- riendi tempus multiplex datum ſit, & mulieres 7. 8. 9. & frequenter X. vel XI. menſe pariant, tamen inde non ſequitur, XII. menſes & ultra mulieres uterum quandoque geſtare non poſ- ſe, quia idipſum experientia, optima rerum Magiſtra, docet, & Doctores hoc idem refe- runt, prout etiam in facti ſpecie ab Obſtetrice, cui tanquam in arte peritæ credendum eſt, plurima exempla referuntur ejusmodi partuum pro legitimis pronunciatorum. Sic clariſſi- mus Autor eſt *L.* 1. *Inſtit.* Grammaticum Gracchum à gerendo nomen accepiſſe, quod eum Mater 12. menſibus in uteró geſtaſſet & *Plin.* refert *c.* 5. *l.* 7. *Natur. Hiſtor.* Lucium Papirium Prætorem ſecundo hærede lege agen- te bonorum poſſeſſionem contra reum dediſſe mulieri, quæ XIII. menſibus ſe uterum geſtaſ- ſe diceret, quoniam nullum certum pariendi tempus ſtatutum videretur, & noſtro tempore inquit *Speckhan. q.* 77. Pariſienſes admiſerunt fæminam Viduam, quæ 14. menſe poſt mor- tem Mariti pepererat, hâc moti ratione, quòd apud Hæredes defuncti Mariti vixiſſet diligen- ter, perpetuò aſſervata, nunquam à latere il- lorum diſceſſiſſet, hæredes nil propterea hono- ri & pudicitiæ objeciſſent; quin imò de ſolenni ac perpetuo ejus luctu, ob mariti mortem te- ſtati fuiſſent, ideoque putarunt non tanti ha- bendam eſſe opinionem communis partûs, ut Matrona honeſtiſſima, cui nil objici poſſet, quàm quod præter communem morem pepe- riſſet, audienda non eſſet. Quemadmodum igitur tunc temporis & aliâs ſimilia exempla ni- hil obſtitêre, ita eò minus in præſenti caſu, in quo non XIII. aut XIV, ſed tantum XII. men- ſes cum octiduô reperiuntur, obſtare aut tan- toperè conſiderari merentur, cùm idem omni- nò in Facti Specie narretur, quòd Matrona par- turiens pia, caſta & pudica Matrona fuerit & in abſentiâ Mariti ita ſe geſſerit, ut ne per ho- ræ quidem quadrantem cum viro quodam ſo- la locuta, ſed continuò triſtis fuerit, ob ab- ſentiam ſc. Mariti, ut Vicini (facta autem vicini

& vicinæ verè præſumunt) ejusque Domeſtici, qui pariter hoc in caſu teſtes fide dignos conſtituunt, atteſtari poſſunt, ipſa etiam juratò obtentura ſit, ſe non alium virum, quam Maritum ſuum, carnaliter agnoviſſe, cur ergò ea, quæ aliis conſimilibus, & quidem illis, quarum partus adhuc longius quàm ad 12. menſes ſe extendebant, patrocinata ſunt, huic denegare, partumque pro minus legitimo habere ſuſtinent? Quod 2. eò minus concedendum putamus, quia Perſona hæc parturiens, vivente adhuc Marito abſente, in quem poſt DEUM fiduciam ſuam locaverat, non verò poſt mortem ejus (quô in caſu non immeritò dubia moventur) in lucem partum edidit, de quô in dubitandi rationibus allegata jura & autoritates non loquuntur, quò brevitatis cauſa nos referimus. Doctores etiam illi communiter omnes commentando, explicando & interpretando eò tendere videntur, quòd jura & leges, quæ partum, inſolito tempore natum, pro legitimo habendum eſſe negant, intelligi debeant, ſi mulieres ratione vitæ morumque ſuſpectæ; neutiquam, ſi honeſtæ, benè moratæ, nec ambiguæ pudicitiæ ſunt, quod in præſenti caſu Vicinis, & tantùm non omnibus hominibus ſatis conſtat; quem in finem & *Commat. in ſuis Quæſt. Jur. q. 7. n. 7.* ad noſtrum caſum pertinenter ex Pliniô & aliis refert, XII. menſe editum eſſe legitimum. Pomponius enim ſcripſit, Mulierem, quæ intra legitimum tempus partum ediderat, poſſe ſtatim ſe nuptiis collocare, *L. lib. verſ. Pomponius. ff. de his, qui notantur infamiâ*: Et ideò Accurſius legitimum pariendi tempus annô concludit. Papirius quoque Prætor, ut dictum, ſecundô hærede lege agente bonorum poſſeſſionem, contra reum dedit Mulieri, quæ XIII. menſibus uterum ſe geſtaſſe dicebat, & hinc idem Autor in *d. q. 7. n. X.* refert, quod ſi quis longo tempore abſuerit, & reverſus uxorem prægnantem invenerit, ſuus tamen ei hæres naſcatur, *l. 1. ff. de lib. agnoſc.* quia quos ex juſtis nuptiis procreavimus, eosdem, utpote naturales & legitimos & in poteſtate habere, §. 1. *Inſt. de Patria Poteſt.* & ad illos jus ſucceſſionis pertinere, manifeſtum eſt JCtorum, nihil ſimile illegitimo, §. *ſi ver. ſolummodò auth. quibus modis legitimi.* Et licet ſimilis caſus tempore Juſtiniani Imperatoris, cum fæminâ bonis & honeſtis moribus, nec ambiguâ pudicitiâ prædita contigiſſet, nullum eſt dubium, quin quoad hunc æquè ac alios caſus mutatio quædam & exceptio relicta fuiſſet; attentô inſuper hoc, in jure jam rem dudum deciſam eſſe, quod lex in caſibus non raris facti ſit, ſed in|frequenter fieri ſolitis fieri ſoleat, per notata in *L. 10. & 11. ff. de leg.* Prætereà dicunt Legiſlatores, per leges & SCta non potuiſſe ſigillatim determinari omnes caſus, quos videmus de novô occurrere quaſi ex uterô naturæ vel actibus hominum, ex hâc

ratione, quòd natura & actus hominum
per novas producant formas, & ideò in iſti
vis caſibus conſulendus eſt Princeps vel JC
ut decidant, quid juris. Novi enim
nova deſiderant remedia, *L. 1. in prin*
ventr. inſpic. Ex quô etiam *Plato lib.*
LL. p. 925. & 926. condonandum cenſe
giſlatoribus, ſi ſingulos caſus vel ſpecies,
incidere poſſint, ſeu articulos ſigillatim,
per leges vel SCta aſſecuti complexique
videantur; ratio enim in promptu eſt, p
ex parte rerum, 2. ex parte noſtrâ.
omnis Legiſlator eſt homo & in naturâ
tali nihil eſt perfectum; unde propter no
imbecillitatem non poſſumus cuncta ri
item ratione accidentium, quia ſcientia
accidentibus & factis hominum, quæ tot
quot animæ & voluntates hominum, &
de iis non poteſt haberi uniformis certit
L. idem erit. ff. de ſtat. hom. Et quòc
caſum hunc excipiant, quando mulier p
riens & bonis & honeſtis moribus, nec
gua pudicitia, referimus Nos ab initio ad
à Sande & ad alleg. L. 4. tit. 9. def. 1
centem: Partum XII. menſe natum, o
tam matris pudicitiam, legitimum pronu
tum eſſe; ſicuti & *Zacchiam P. 1. Tit.*
6. & *Speckh. ſupra cit. q. 77.* ubi refert,
quoque in Parlamentô Pariſienſi partum
gitimum pronunciatum XIV. menſe na
qui quamvis *ibid. n. 24.* dicat, id non te
ad exemplum trahendum, nec paſſim a
tendum, tamen admonet, ſi hoc caſu
partu quæſtio incidat, Judicem debere,
quam virum prudentem & circumſpectum
ſiderare omnes circumſtantias, diligente
ritos Phil. & Medicos conſulere, boni
nocentis viri officio fungi, *L. 4. ff. exc*
æquitatem ante oculos habere, *L.*
Epheſio, in fin. ff. de eo, qui certo loco
oportet. Quorum Medicorum proboru
ſertioni & ſtandum eſt, per notata *Dd.*
12. *ff. de ſtat. hom. Menoch. L. 2. Q.*
Caſ. 275. n. 11. in terminis noſtris *Suea*
ciſ. 83. n. 10. per Bartol. & Baldum alio
quos citat *Johann. in L. Gallus, in prin*
77. *ff. de Liber. & Poſthum.* dicentes,
corum judicio ſtandum eſt, cujus ſit
Probat idem *Brunnemannus in L. 12.*
ſtat. hom. n. 4. & 5. inſuper ibidem a
Quamvis de tempore legitimi partus D
Medici valdè inter ſe diſſentiant, facilè pc
intervenire cauſæ, cur partus ante conſu
tempus in uterô commoretur, non facil
aſſerendum, partum eſſe illegitimum,
perimenta varia regulas illas ſæpè illu
Vid. Mynſing. Cent. 6. Obſ. 4. Quemadmo
& ſuprà in dubitandi & decidendi rationib
milia experimenta non una allegata ſunt, i
tum etiam, ut non in terminis juris divini,
tum nonô menſe natum pro legitimo agno
ti, ſubſtiterimus, ſed & ad X. & XI. menſ

legalibus devenerimus. Quidni ergò ex
rationibus partum XII. menſe natum
gitimo haberemus? cumprimis in favo-
atrimonii, à quô ſubtilitas & apices ju-
am, ob incertum Naturæ effectum, ab-
ebent; quem in finem Dominæ Conſu-
ion minimum patrocinatur, quòd par-
nninò macilentus, tabidus & exſuccus
, & ſic juxta *Hippocr.* verba, alimen-
& augmentum, quod à Matre deſcen-
amplius non ſuffecerit, ſed defece-
E quibus allegatis argumentorum pon-
us ſuperiores dubitandi rationes pror-
ollabuntur, Noſque æquitatem incerto
igori præferentes Partum hunc, non ſine
iantibus cauſis, pro legitimo ut agnoſca-
inducimur.

t licet ALTERAM QUÆSTIONEM,
Deciſionem hanc, reſolvere ſupervaca-
eſſe ſtatuamus, nihilominus tamen ob-
nus, Dominæ Conſulentis Marito non
etiiſſe, ut rebus ſic ſtantibus honeſtam
Mulierem & Conjugem propriô auſu de-
it, ſibi ipſi jus dixerit, eandem ſpoliave-
una cum liberis à ſe progenitis, imò totâ
iâ tam irreparabili diffamatione & con-
iâ affecerit, cùm manifeſti juris ſit, quod
ſibi jus dicere debeat ac poſſit, teſte
Cod. ne quis in ſua, in rubr. & nigr.
l. ff. de judiciis, L. qui jure. ff. de Ju-
Jul. ſi quis in tantum. C. unde vi. L.
t. ff. qui metûs cauſa. & L. penult. ff.
bitr. ſed coram competente Magiſtratu
ſiaſticô, ad diſſolutionem matrimonii,
a uxorem ſuam, quoad thorum & men
agere debuiſſe, *ad vulg. jura.* Coha
o in quæſtione allegata hîc prorſus in-
eſt, cùm in Facti Specie à DN. Conſu
ipſa exprimatur, quod Maritus ad inte-
bi cohabitare voluerit, in tantum & tam
donec ardua hæc cauſa deciſa fuerit, neu-
n alio fine: Proteſtatio autem conſervat
oteſtantis; quemadmodum & vox *ad in-*
hoc ſatis ſuperque ob oculos ponit.
t hæc ſunt, quæ æquitati æquè ac legi-
præſenti Caſu conſentaneum eſſe judi
s, & ad deſiderium Dominæ Conſulenti,
fenſionem ſui, ſub ſigillo Facultatis no-
Juridicæ Majori conſueto impertire vo-
is, ſententiis tamen mage fundatis ne-
uam præjudicaturi. *D. Ingolſtadii die*
ebr. 1674.

CASUS IV.

DE

ULTERIO HERNIOSI, IMPOTENTIAM SIMULANTIS.

l. Novell.

Species Facti è Protocollo Lipſienſi, de Anno 1689. die 2. Decembr.

SUſanna Loaſiz. Schlezenſis refert, ſe conjugatam quidem, ſed à Maritô deſertam eſſe, à quô jam à quadrienniô nil literarum obtinuerit; an adhuc vivat, an mortuus ſit, ſe neſcire. De cætero ante annum ſe in Thuringiæ oppidum Zippelo. Serveſtum ad Sororem ſuam profectam fuiſſe, & in reditu Delitii ad diverſorium ſub ſigno equi candidi divertiſſe, in quô à Caupone, Petro Richtero, ſe ingravidatam adſtruit; addit hunc ſibi urticas porrexiſſe, jubendo, ut iis membrum ejus virile cederet, ſe autem id non feciſſe, utut per octiduum ab eô ita vexata fuerit. Se ad illum dixiſſe, quòd, nî ſe miſſam faceret, id Uxori ejus deferre velit, illum autem violenter eandem compreſſiſſe, idque in alterô ejus domiciliô, recenti adhuc & nondum ad perfectionem deductô accidiſſe: Feriâ II. Paſchatos ſe peperiſſe &c. Caupo modò nominatus non quidem inficias it ſeſe carnaliter illi miſcuiſſe, nil quicquam tamen de ſemine ſuo in uterum ejus deveniſſe, & cum increbeſceret, eundem Herniâ inſigni laborare, Conjux ejus de eô examinata illud confirmat, addendo tamen, herniam cohabitationem maritalem non impedire.

Sententia Dnn. Scabinorum Lipſienſium.

PEtrum Richterum ob crimen commiſſum in exilium perpetuum mittendum eſſe, niſi torturâ prætenſionem ſuam confirmare mallet. *Menſ. Aug. Anno* 1690.

Atteſtatum Herniotomi.

DIe 11. Aug. A. 1690. Peter Richter me convenit, & affectum corporis ſui inſpiciendum obtulit, ubi reperi, quòd in dextrô latere inſigni & periculosâ herniâ inteſtinali laboret, incurabili quidem, cùm in ſiniſtrô latere ante 32. annos herniotomiam ſuſtinuerit, ſub qua in teſticulo ſiniſtrô vaſa ſeminalia prorſus ſunt ablata, ita ut hernia hæc eam ob cauſam indies deterior reddatur, & de latere dextro in ſiniſtrum tendat, verendumque ſit, ne inteſtina tandem ad unum omnia in ſcrotum dilabantur, ſicque brevî neque loco ſe movere neque laboribus ſuis vacare poſſit. Affectus hic etiam plurima incommoda involvit & infert, febrim ſcil. ſpaſmum, cephalalgiam, articulorum dolores & debilitates, tandemque vires prorſus dejicit; quemadmodum jamdum ſpaſmo & doloribus articulorum, ut & virium dejectioni obnoxius eſt, quæ indies augmentum capient, quarum circumſtantiarum intuitu conjicio & exiſtimo eundem per annos aliquot abhinc ad Venerem prorſus ineptum fuiſſe, ſiquidem ſemen cum urinâ, inſtar aquæ

profluit, quod ob prolapſum inteſtinorum accidit & quaſi exprimitur; unde & conſtanter aſſerere valeo, eundem miſerum & calamitoſum virum eſſe, brevique, ut apparet, longe miſeriorem futurum; quæ omnia cum veritatis fundamento & conſcientiâ intemeratâ atteſtor. Actum ut ſupra.

Caſimirus Eyſener, Examinat. & Approbat. Lithot. Chir. & Med. Pract.

Reſponſum Facultatis Juridicæ Jenenſis.

P. P.

TRansmiſſis Nobis Actis Inquiſitionalibus, contra Petrum Richterum, civem & fabrum ferrarium Delitienſem, ventilatis, una cum aliis defenſionem ejus concernentibus, & deſiderata ſententiâ noſtrâ, juri conſentaneum eſſe dicimus: quòd allegatus Inquiſitus, in novis ſuis ſcriptis defenſionalibus, nihil, quod ipſi patrocinetur, deduxerit; quapropter ſententiæ jam ante latæ inhærendum, idque de jure. Atteſtante ſigillo noſtro *M. Oct.* 1690.

Ordinarius, Decanus, Senior & alii Doctores Facultatis Juridicæ Jenenſis.

Inſpectio & Judicium Medici.

QUandoquidem me in fine nominatum Medicum Petrus Richter, Caupo ad equum candidum & Faber ferrarius hujus loci, requiſiverit, ut non tantum eundem in genitalibus inſpicerem, ſed & Acta inquiſitionalia contra ſe hactenus inſtituta perluſtrarem, & quæ ad defenſionem ejus aliquid contribuere poſſent, obſervarem, omniaque in formâ Atteſtati fide digni deducerem; hinc nuper die 29. Nov. hoc in locô judicii, illud autem die 30. Novembris, cum Chirurgô juratô, Dn. Hermanno Flônerô, effectui dedi, & ſub inſpectione obſervavi

1. Unicum tantùm & quidem dextrum teſticulum, quoniam ſiniſter, juxta Inquiſiti relationem, ante 32. annos ab Herniotomô (ex ignorantiâ ejus) extractus fuerit.

2. In dextrô latere ſcroti enterocelem completam, dum in dictô ſcrotô, non tantum plura inteſtina, ſed & omentum detinebantur.

3. Scrotum longitudine $2\frac{1}{2}$. latitudine verò $\frac{1}{4}$ ulnæ partes adæquans.

4. Interiorem proceſſus peritonæi tunicam, quæ valvulæ loco eſt, & inter quam vaſa ſpermatica ſimili ratione ac uretres veſicæ implantantur, ab inteſtinis delabentibus probabiliter di[...] ratam: externam verò prorſus diſtenta[...]

5. Videtur, quòd inteſtina in ſcr[...] delapſa illîc involuta ad minimum, ſi[...] prorſus huic vel illi loco adnata ſint, [...] niam, juxta Inquiſiti relationem, ult[...] num & quod excurrit, ſine repoſitione [...] ſcrotô permanſerunt, & tanquam imm[...] conſpecta fuerunt, nulla ratione in abd[...] retrudenda, cùm ob inſignes dolores, [...] Inquiſitus ejulatu & clamore affirmabat, [...] teriori reponendi conatu abſtinendum fu[...]

Jam licet de nihilô non ſit, & quoti[...] experientia teſtetur, quòd neque mon[...] des, neque hernioſi per ſe & ſuâ n[...] ad matrimonium & generationem inept[...] quoniam partim defectu unius teſticuli [...] ria ſpermatica & ſpiritus animales per art[...] ſpermaticam & nervos eò copioſius ad alt[...] teſticulum defertur: partim hernia rep[...] ſine teſticuli exſciſſione ſecari & curari p[...] alioquin etiam in & per ſe genituræ in[...] culis elaborationem, in epididymidibus [...] ctionem, multo minus ejus extravaſati[...] in veſiculas ſeminales impedire non vale[...] tamen exiſtimo, quòd in Inquiſito utr[...] modò dicta, vitia, collectivè ſumpta, [...] generandi impedimentum, quale quid [...] *chias in Quæſt. Medico-Legalibus* [...] *Tit.* 3. *Quæſt.* 6. §. 11. de quacunqu[...] niarum ſpecie (certô modô) ſtatuit or[...] cauſari poſſint; dum (1) in Inquiſitô int[...] delapſa ſcrotum in omnem dimenſione[...] ſigniter extendunt. (2) Propter com[...] tionem & cum ſcroto, utut conjectura[...] coaleſcentiam, è ſcrotô in abdomen r[...] nequeunt & jamdum ultra annum & qu[...] currit, continuò in ſcrotô jacuerunt, [...] ut teſtantibus actis fol. 21. ante annos al[...] peſſimè ſe habuerit & ſi vel minimô m[...] exercuerit, inteſtina in ſinum prolapſ[...] rint, unde ſæpè ſummis torminibus exc[...] tus fuit, priusquam inteſtina in abd[...] reduci potuerint. Quò cumprimis In[...] negotia & labores fabriles plurimùm c[...] buërunt; unde (3) per inteſtina delap[...] teria & vena ſpermatica, tam præpar[...] quàm deferentes, muſculus cremaſter, [...] ipſe teſticulus, continuò compreſſa, & i[...] motus ſanguinis & ſpirituum animalium [...] ſtes & muſculos penis non parum debili[...] ſicque partim genituræ elaboratio, licè[...] in totum, attamen in tantum, partim [...] penis erectio notabiliter impedita fu[...] Unde (5) porrò eluceſcit, quòd propt[...] rituum ad genitalia inſufficientem irrad[...] nem minor aut omninô nullus ♀ ſtim[...] niſi Inquiſitus ab objecto Venereô irrit[...] naturaliter adeſſe poſſit, parum etiam a[...] hil genituræ fœcundæ excretum ſit; qua[...] mul probantur, quòd (α) Inquiſitus, [...] fol. Actor. 63. fac. a. intra biennium [...]

ohabitaverit. (β) Intra V. annos (fol. nullos liberos obtinuerit, cum tamen, juxta relationem, tantum 43. ſit ann, ſana inſimul & incolumis, & ad libe- procreationem apta nata. (γ) Proſti-, juxta fol. Actor. 2. & 74. urticas por-it, quibus membrum ejus virile cædere tare debebat; quod remedium in ſe ge-m minus copioſam minusque turge m ac ſpirituoſam, & inde deficientem lum Venereum membrumque flaccidum uiſitô præſupponit, quoniam ob plura ſa & immobilia inteſtina partim arteriæ æ ſpermaticæ, partim nervi ad penem e muſculos tendentes compreſſa, & ita uræ turgeſcentia & copia, orta exinde io & determinatus ſpirituum animalium nitalia motus notabiliter impedita fuê- conf. *Ettmüllerus in Praxi L.* 3. *cap.* emadmodum & *Fontanus Conſil.* 2. de li quodam refert, quod in illo, ab equie nimiâ, penis erectio, ob vias ejus & s compreſſos, impedita fuerit; quale lum etiam, de lapſu in dorſum *Hilda-ent.* 6. *Obſerv.* 59. obſervavit. Imò apitis percuſſione & vulneribus, propter ri & teſticulorum, ratione nervorum orum, ingentem conſenſum (*conf. Boh-ircul. Anatom. Phyſiolog. Progymn.* g. 10.) idem ſæpius contingere ſolet. *Hildanus l. a.* & *Miſc. Acad. N. C. II. Decur. I. Obſ.* 104. *pag.* 177. In ſibus ergò urticatio remedium ſanè non m & incongruum eſt, ſiquidem illâ nſus tactus ſenſibilius afficitur, & ſpiri- animalium uberior ad genitalia radius, inisque copioſior affluxus excitatur: *Paullini in Obſerv. ſuis Anno V. Dec. iſc. Acad. N. C.* annexis, *Obſ.* 90. *pag.* e Hortulanô quodam Veteranô refert, ſemper ante exercitia ♀rea membrum tes viridi urticæ faſce fricaverit & cæci-, ſicque rem ſuam animoſè & feliciter. *De ſimili uſu flagrorum ad rem ve-m* Dn. *D. Meibomius*, Profeſſor Helm-nſis, Tr. conſcripſit, quem *Bartholinus* vationibus ſuis illuſtrat: ubi inter alia no-, quod quidam Amaſiæ nunquam ſatis- potuerit, niſi prius ab hâc virgis cæde-, unde poſtmodum ita cæſus egregiè offi-ræſtando functus fuerit, conf. *Ettmülle-a. & Colleg. Therapeut. Sect.* 3. ubi de atione. It. *Cælius l.* 11. *cap.* 15. *Antiq. on.* (δ) Effluxus liquoris genitalis, de nquiſitus interdum conqueritur. Equi- Herniotomus, Caſimir Eiſener fol. Act. ultra captum de eô judicare voluit, acſi n per delapſum inteſtinorum exprimere- & cum urinâ aquæ inſtar efflueret: aſt, abſurditates & contradictiones ut tacea- Inquiſitum hisce plus gravavit, quàm dit, ſiquidem inde genituræ potius abundantia & nervoſus ſæpiusque repetitus coitus potius, quàm incapacitas aliqua ad Venerem præſumi poſſet. Verùm cuicunque ex Anatomicis conſtiterit, quòd genitura in teſtibus elaborata non tam immediatè, inſtar aquæ, per meatum urinarium effluat, quàm in epididymes, pro meliore perfectione & imprægnatione cum ſpiritibus animalibus effundatur, ex hiſce in vas deferens, hincque tandem ad veſiculas deducatur, illicque reſervetur, donec exercitiô coitûs ejaculetur, ex illâ parte ignorantiam Anatomiæ facilè perſpiciet, & probabilius eſſe ducet, inteſtina delapſa comprimendo arteriam ſpermaticam, teſticulum & vas deferens, genituræ tam elaborationem, quàm extravaſationem potius impedire. Dictus verò liquor genitalis, qui ex meatu urinariô Inquiſiti interdum aquæ inſtar fluere dicitur, non eſt ſemen aliquod, ſed certus liquor ſeroſus & unctuoſus, in proſtatis glandoſis circa radicem penis ſitis, elaboratus, qui tempore coitûs per copioſos ductus in urethram ſimul exprimitur & evacuatur, ubi genituram involvit ipſique pro vehiculo inſervit, ut hæc melius & promptius per penem ejaculari poſſit. Quoniam igitur, ut ex deductis eluceſcit, penes Inquiſitum genituræ elaboratio, vel ad minimum perfectio, impeditur, fieri non poteſt, quin deficiente coitu liquor hic genitalis in proſtatis glandoſis magisque coacervatus neceſſariò, inſtar aquæ è meatu urinariô efflueret. Et ita longè plures dubitandi, quam credendi rationes, an Inquiſitus proſtibulum in actis expreſſum binis illis adulterii ſtuprive actibus imprægnare potuerit? in promptu ſunt; ſiquidem liquor hicce genitalis, qui in Inquiſito aquæ inſtar fluit, idem ille liquor eſt, qui adhuc in caſtratis generatur, unde & hi coire, & aliqualem voluptatem percipere poſſunt, conf. *Zacch. Quæſt. Medico-Legal. L.* 3. *Tit.* 1. *quæſt.* 2. §. 12. *pag.* 267. *& quæſt.* 5. §. 29. *p.* 275. *Ammannus in Iren. p.* 146. *Ettmüllerus Fundam. Medico-Phyſiolog. cap.* 23. §. 3. *p.* 151. *Rivinus in Diſſert. de Spir. Hom. Vitali cap.* 3. *§.* 9. *ſ. Hieronym. Delphini Conjug. Eunuchi pag.* 2. 13. 28. 29. 87. 90. 104. *&c.*

Tandem quæſtio oboritur: An Hernioſi torqueri poſſint? Dico, quod non, conſiderando, ſolâ inteſtinorum refrigeratione, terrore atque metu, cumprimis in Senibus, inflammationem illorum, miſerere mei ipſamque mortem induci poſſe, conf. *Zacch. QQ. Medico-Leg. Lib.* 6. *quæſt.* 2. *pag.* 254. §. 7. *& quæſt.* 4. *pag.* 530. *§.* 9. Equidem *Carpzovius in Prax. Criminali P.* 3. *quæſt.* 118. §. 49. è *Matthæo Stephanô* allegat, quod is, qui rupturam circa genitalia habet, moderatè torqueri poſſit, ne ruptura incrementum accipiat. Aſt in incremento rupturæ res non ſubſiſtet, ſed ſola etiam denudatione herniæque refrigeratione mors in Inquiſito brevî poſſet inſequi.

Ut taceam, in Inquiſito herniam confirmatam jam actu præſentem eſſe. Herniæ enim à frigore, præſertim ſubitaneô, ſolent fieri lethales; irritata nempe inteſtina dolorem, hinc ſpaſmum & duritiem concipiunt, quas inſequitur ileos, ſunt verba *Ettmülleri in Praxi Lib. I. cap.* 10. *p.* 154. *Ed. Lugd.* cum quô conf. *Miſcell. Acad. N. C. Anno* 9. *Dec.* 1. *Obſ.* 93. *pag.* 154. *Sylvius in Praxi*, *Barbette Chirurg. cap.* 7. *pag.* 45. *&* 76. *Muys in Praxi Chir. Rationali*, *Velſch. in Hecatoſt.* 2. *pag.* 6. *Thevenin. Tr. de Oper. Chir. Le Quin Tr. de herniis.* Prout ipſimet mihi ante biennium,& quod excurrit,exemplum hujus rei in Georgio Hirſchio, Præfecturæ hujus Principalis ſubdito, occurrit, qui, in colicam tantùm inclinans, poſt aliquot à tortura dies, & quidem absque herniâ, ob abdominis refrigerationem obiit; in cujus ſectione inteſtina partim inflammata, partim ſphacelata & corrupta ſunt inventa, ut ex Actis Inquiſitionalibus & atteſtato inſpectionis pluribus oſtendi poſſet. Unde potius *Conſtit. Criminalis Articulo* 59. in allegato *Carpzoviô* adducto ſubſcribo, quod ſcil. Rei, vulneribus periculoſis aut aliis affectibus ſcatentes, ratione torturæ ita ſint tractandi, ne vulnera aut affectus illi exacerbentur.

Quapropter è fundamentis Phyſiologicis, ut & Anatomico - Chirurgicis conſentaneum eſſe duco, quod ſupradictus Inquiſitus probabiliter, ratione herniæ confirmatæ & unici teſticuli collectivè ſumptorum, rebus ſic ſtantibus & quamdiu inteſtina in ſcrotô permanſerint (ſiquidem neque per ſectionem, & quidem absque teſticuli exemptione, nec per aliud remedium ipſi ſuccurri poſſe ſtatuimus) ſi non ad omnimodam cohabitationem conjugalem, ad generationem tamen, ineptus ſit, & ſine vitæ periculô, ob frigus modò urgens, neque denudari, neque torqueri poſſit? Atteſtante ſubſcriptione noſtra & ſigillorum appreſſione. *Sign. Delitii, die* 1. *Dec.* 1690.

Johann Caſpar Weſtphalus, Phyſ.
Herman Flöner, Chir. jur.

Reſponſum Facultatis Juridicæ Hallenſis.

P. P.

INquiſitum Petrum Richterum ad juramentum purgationis neutiquam admittendum, ſed eundem pœna in ſuperiori ſententia dictatâ affligendum eſſe.

Nota: *Re ad Sereniſſimum delata emigratio in mulctam mutata fuit, poſtquam juſſu Serenitatis Suæ alterum, quod ſe[...] tur, atteſtatum Medici obtentum fuit.*

Atteſtatum Medici II.

PRævio Mandatô Clementiſſimo Prin[...] li Saxonicô, die 14. Decembr. 169[...] tô, vi hujus atteſtor, quod Petrum R[...] rum, Cauponem & Fabrum ferrarium loci, nunquam equidem ſub curâ meâ h[...] rim, attamen genitalia ejus, ad deſid[...] ipſius, unà cum Chirurgo jurato, Dn[...] manno Flönero, menſe Novembri 16[...] ſpectioni oculari ſubjecerim, & in illis p[...] loſam Enterocelen, ut & unicum tant[...] ſticulum in ſcroto invenerim, cui in[...] prolapſa & ſibi invicem prorſus circum[...] ta, ut videbatur, adnata quadantenus &[...] xa erant, ita quidem, ut non obſtante i[...] quem adhibebamus, labore in abdom[...] poni non potuerint, prout in atteſtato[...] ctionis, die 1. Dec. 1690. ad Acta Inq[...] nalia relato fuſius recenſui; in quo ſuffic[...] ut ſpero, ſimul deduxi, quod ſupradictu[...] terus, utcunque in congreſſu, cum pro[...] in actis nominato perpetratô, aliquid[...] ſerit, hoc tamen, tanquam aquoſum p[...] genitura vera, ſpirituoſa & fœcunda n[...] rit, ſed probabiliter tantùm ejus vehi[...] ſc. liquor proſtatarum (qualem Eun[...] congreſſu etiam ejaculantur) adeoque[...] fantis quæſtionis Patre habendus non ſit. [...] niam ſupradictam quod attinet, accur[...] curâ & diætâ opus eſt, quoniam, ſub ha[...] primis ætate ſenili, bina inde pericula[...] nent. Aut enim per inteſtinorum re[...] tionem, alvum adſtrictam, iram, tim[...] diætam peccantem, cibos acidos, adſt[...] tes flatuſque generantes, potus minus[...] biles &c. 1. morbus iliacus ſeu miſere[...] aut 2. inflammatio & gangræna inteſti[...] ab utroque autem mors pertimeſcenda[...] tra autem ad repoſitionem inteſtino[...] conſolidationem peritonæi rupti nulla[...] pereſt, ſed omnia ſectione (quæ adhu[...] quandam relinquit) tentanda eſſent, [...] men in corpore hoc ſenili periculô no[...] & in hisce regionibus ejusmodi Chi[...] qui adnata inteſtina accuratè, ſine [...] flammationis & læſionis à ſcrotô ſepar[...] ſit, rara avis eſt, adeóque operatio h[...] rurgica à quolibet adeò tutò ſuſcipi [...] De cæterô Petrus Richter, cum neque[...] na delapſa reſtitui, neque ligamentum[...] applicari poſſint, ad labores ſuos ferrar[...] ptus eſt. Uberioris atteſtationis ergô [...] ſcripſi & ſolitô ſigillô confirmavi. Dab. [...] die 23. Febr. 1692.

D. Joh. Caſpar W[...]
Phyſ. Ord[...]

CAU[...]

CASUS V.
DE
NTULA JUSTO BRE-
ORI, AN IMPEDIAT CON-
EPTIONEM VEL IMPRÆ-
GNATIONEM?

Species Facti.

. Röhren A. 1696. cancro in glande pe- correpto, non exigua membri portio ecidenda erat, ne pars ſincera trahatur, Gothoburgi feliciter inſtituebatur; ut in *ria Penis circa glandem cancroſi & ter diſſecti* habet *D. Dœbelius*, Phyſi- ius loci. Oriebatur inde quæſtio: an tus hac in parte aptus ſit ad generatio-

udicium D. Joh. Jacobi Dœbelii.

D propoſitam quæſtionem: Utrum hic, qui Teſtibus integris eſt, Notariô tamen o caret, ad prolificationem aptus eſſe ? affirmativam quod eligerem, multæ me runt rationes. Cùm enim ſemen maſcu efficienter tantùm, quoad partem ſpiri- n concurrat, atque fœcundus congreſſus x penis longitudine, ſed ſemine ſpirituo- optima partium muliebrium diſpoſitione at, quid obſtat, quò minus breviori ſtylo ti fœcundare poſſent? Perquam notæ iſtoriæ, quibus & imperforatas à ſpiritu iæ ſeminalis imprægnatas fuiſſe legimus, ò fæminæ virum intra vaginam non ad- ntes concipiant, extra omne dubium etiam limine tantùm matricem ſalutans potens rit. Ecquis in gallinis non vidit tortuo- ductûs longitudinem, ac contra penis revitatem? quin imò ſeminis paucita- Et tamen unicô cum gallinâ congreſſu imul fœcundantur ovula. Non eſt tan- inæ muliebris longitudo, nec adeò par- minis proventus in homine; quidni er- m in copiâ materiæ ſeminalis etiam ſpi- n major præſupponatur abundantia, fe- negotium, pene etiam breviſſimô, pro- et? Non equidem ignoro, quamplurí- locis, & præcipuè ubi Conſiſtoria ape- r, penem lapidibus inciſum aut ex ligno tum eſſe, e. g. in Daniâ (ridiculam eâ de oriam vid. *apud Golnitz. Ulyſſ. p. 555.*) em in rebus dubiis, ceu ad regulam, ra inſtitui ſolet. At verò poſitô, quòd membri requiratur longitudo, arte ta- men hic per infortunium quoddam introdu- ctus defectus ſuppleri poſſet. Nam quem- admodum nimis longus, qui graviſſimos in & poſt congreſſum dolores inferendo, mulierem apoplecticam reddit, orificium uteri nimium dilatat, hæmorrhagiam aliaque majora incom- moda, prolificationem impedientia, exci- tat, quemadmodum, inquam, talis ſcutô quô- dam, aut aliô modô decurtari quaſi poteſt; vid. *F. Hildani Cent. VI. Obſ.* 61. *Salocini Ta- bleau de l'amour, oder Geheimnüſſe keuſcher Liebes-Wercke pag.* 60. *ſeq.* ita & breviori membro, ſi opus eſſet, alio ſuccurri poteſt in- ſtrumento (de Marito ſermo eſt, Virgini enim parcendum) per quod ſemen æquè ac urina per cornu ejicitur, exemplô illius, cujus me- minit *Schenckius Lib. IV. Obſervat. de Pe- ne VI. pag.* 524. vel etiam Principis cujusdam Germani, de quô ex *Nancelio & Jonſtonô, Caſp. à Reies in Campo Elyſiô jucund. quæ- ſtionum XLI.* 24. ſcribit, quòd bombardæ ictu eviratus argenteum ſibi procuraverit penem & felici ſucceſſu liberis operam navaverit. Sin verò Naturæ defectu quis laboret, & tamen uxo- rem ſibi appeteret, is ſpem de ſe conceptam optimè expleret, ſi jam olim nuptam ducat, eamque ſibi proportionatam, cujus rei certi- tudinem honeſtè acquiſiviſſe facilè eſt. Quod itaque noſtrum attinet, hisce præmiſſis con- cludo, eum, cumprimis cum titillationis ſen- ſum ſæpius percipiat, haud ſine fructu congreſ- ſurum, niſi Senectus obeſſet, quæ ſemen ut- plurimum effœtum, nec ſatis ſpirituoſum pro- ducit.

CASUS VI.
DE
CONJUGIO EVNUCHI.

Epiſtola Amici ad Amicum.

DEſiderio tuô, Amicorum intime, ſatis- facturus transmitto judicia varia & diver- ſa Theologica, quot & qualia hactenus mihi obvenêre de Conjugio famoſiſſimo Eunuchi, BARTHOLOMÆI de SORLISI & DORO- THEÆ ELISABETHÆ LICHTWERIÆ, ante aliquot annos contracto, jamdudum verò per mortem Spadonis iterum diſſoluto. Mi- raris forſan diverſa? Non miror certè: Circum- ſtantiæ enim variant rem, & ad quæſita diver- ſa diverſa quoque reſponſa feruntur, juxta ada- gium. Unam ſiquidem cauſam à duobus vel pluribus aliter atque aliter propoſitam di- verſas gignere ſententias, quotidiana loquitur experientia. Præterea novus hic eſt caſus, ha- ctenus in orbe Chriſtiano ſub Proteſtantium ditionibus planè inauditus, & inter Pontificios quo-

quoque inconſuetus: proinde non mirum, in iſto dijudicando animos hominum huc vel illuc flexos fuiſſe & in diſtinctas abiiſſe ſententias ac partes, ita ut tritiſſimum illud hic quoque invenerit locum: Quot capita, tot ſenſus; Et quisque ſuo abundaverit ſenſu; idque eò magis, cum in ſacris conjugium tale expreſſis verbis neque conceſſum videatur; hinc prudentis erit disquirere ſententias & verum ab apparenti diſcernere.

Alio quidem judicia hæc collocare potuiſſem ordine, ita nimirum, ut primùm pro Conjugio, vel ſaltem ejus tolerantia facientia, & poſtmodum contra illud militantia, divortiumque urgentia locum habuerint; verum malui ordinem temporis ſequi, quô ſingula quæſita & reſponſa fuere, hac tamen diſtinctione, ut priorem obtineant locum judicia publica, ſeu ab integris Collegiis promanantia; poſteriorem verò ſcripta privatorum quorundam, quorum quidem omnium nomina mihi non ſatis conſtant.

Cætera tuo Judicio relinquo, tibique omnia mea in ſervitium offero. Vale atque amicitiam tot annis inviolatam, ad extremum vitæ halitum conſerva integram. Dabam è Muſeo, pridie Id. Januarii, Anni χρισογονίας 1685.

Tui

Studioſiſſimus

Hieronymus Delphinus, C. P.

Catalogus ſcriptorum Conjugium hoc ſpadonicum concernentium.

I. Publicorum ſeu integrorum Collegiorum.

1. Quæſtio informatoria de hoc Conjugio, ſub nominibus & ſtatu cauſæ fictis, Conſiſtorio Lipſienſi propoſita.
2. Conſiſtorii Lipſienſis Reſponſum.
3. Decretum Electorale.
4. Judicium ſeu Reſponſum Facultatis Theologicæ in Academia Haſſo-Gieſſena.
5. Judicium ſeu Reſponſum Fac. Theol. in Acad. Argentoratenſi.
6. It. in Acad. Jenenſi.
7. It. in Acad. Boruſſorum Regiomontana.
8. It. in Acad. Pomeraniæ Gryphiswaldenſi.
9. Sententia Conſiſtorii Lipſienſis altera.

II. Privatorum quorundam Theol.

10. Aſſertio D. C. Budæi.
11. Refutatio hujus Aſſertionis, ſeu Examen harum rationum, quæ pro Conjugio Spad. adducuntur.
12. Judicium de Examine præcedenti, ſ. Notæ in Examen.
13. Refutatio hujus Judicii ſeu Notarum.
14. Alia Judicii Cenſura.
15. D. M. Geieri Sententia de hoc Conju[o.]

Pro Conjugio vel ſaltem ejus toleran[tia] faciunt Scripta ſequentia.

1. Reſponſum Conſiſtorii Lipſienſis primum, N[o. II.]
2. Decretum Electorale,
3. Reſponſum Fac. Theol. in Acad. Regiomontana,
4. Item in Acad. Gryphiswaldenſi,
5. Sententia Conſiſtorii Lipſ. altera,
6. Aſſertio D. B.
7. Judicium de Examine ſ. Notæ in Examen,

Contra hoc verò militant & ejus r[epudiationem urgent ſeqq.]

1. Reſponſum Fac. Theol. in Acad. Haſſo-Gieſſena, No[. IV.]
2. Item in Acad. Argentoratenſi,
3. It. in Acad. Jenenſi,
4. Refutatio Aſſertionis, ſeu Examen rationum, quæ pro Conjugio Spadonis adducuntur,
5. Refutatio Judicii ſeu Notarum.
6. Alia Judicii Cenſura,
7. D. G. Sententia de hoc Conjug.

Requiſitio.

P. P.

Aliquot jam anni ſunt, quòd in f[...] eaque acerrimâ pugna inter Regia[s Ma]jeſtates Daniæ & Sveciæ in Inſula Fühne[...] bita Nobilis quidam, ex Illuſtri Famili[...] cicâ oriundus (Titius hâc vice dictus, [...] ſclopetario, eoque periculoſiſſimo in u[...] femore ipſisque genitalibus ita vulnerat[...] ut maxima pars ſcroti, cum altero teſt[...] ſtatim abrupta, alter verò ita conqu[...] fuerit, ut durante curâ penitus conſum[...] extractus fuerit, Titiô per infortunium [...] propagationem generis humani prorſ[...] habili & ineptô redditô. Accidens [...] hoc per fidem & taciturnitatem Medici [...] ac Chirurgi Caſtrenſis, quorum curæ [...] miſerat, prorſus celatum fuit, adeò, [...] ullus inter copias illas quid reſciverit, niſ[...] Titius in femore tantùm ſauciatus fuer[...] terim ab eo tempore caſtra ulterius ſeq[...] luit, ſed in Pomeraniâ ſedem fixit. Qu[...] verò hoc accidente non obſtante quan[...] erectionem membri virilis obſervavit, ſim[...] ſe non penitus ad congreſſus Venereos i[...] lem ſenſit, dum in mentulæ præputio &[...] de tantùm quodammodò læſus fuerat [...] ſic ſatis iterum curata erant: de cætero v[...] litariæ, in prædiô cumprimis à celebrita[...] minum remotô, pertæſus erat, in anim[...] duxit Nobilem quandam Virginem in [Pome]raniâ, Lucretiam ſcil. matrimonio ſibi ju[...]

ue in finem hujus æque ac Parentum tiam venabatur, quam humanitate ac ate ſuâ facile lucrabatur, eoque rem de- bat, ut Parentes ſingulari illum favore lecterent, Amaſia verò inſigni eundem e proſequeretur. Interea matrimonium Agnatis & Conſanguineis Virginis, cer- : cauſis, cumprimis ideò diſplicebat, Titius illîc locorum Peregrinus fuerit, ue Parens Statum Nobilitatis à Reginâ ina obtinuerit. Quùm etiam ejusdem ci operâ olim uſus eſſet, qui aliquot nis Conſanguineos ſub cura habuerat, : ſtatum corporis ſui bonâ fide aperuerit, rò conſcientiæ ſuæ & ſacramenti oblitus, tiam Agnatorum, perfidè eundem de- t, hunc, cum intentioni ſuæ quam- nè faveret, ſtatim in totâ vicinia propa- , ut non tantùm ubivis locorum in- ceret hujusque famæ occaſione Titio duella ſuſtinenda fuerint, ſed & Matri tiæ (defunctô jam Patre) innotuerit, pſam tandem Lucretiam fugere non po- , ita datâ occaſione candide huic, cum- autem Matri omnia concredere, earum- reſolutionem expetere coactus fuerit. ergò quodammodò deterrita, ob am ejus confeſſionem, quod ad ge- onem inhabilis ſit, matrimonium hoc ire conabatur; quùm verò, hoc ne- uam obſtante, Virgo in amore, quô proſequebatur, conſtanter perſeveraret, nunquam illum miſſum ſit factura, licet m quandam excitare, vel & prorſus n carnaliter agnoſcere non valeret, vi- itius cum morte, quàm propoſitum ura: hinc animum Mater rurſus muta ioque filiam promiſit. Obtentô ergò liberô ad hanc aditu magis magisque bi devinxit, ut non tantùm ſacrâ jura- fide utraque pars, clam licet, ſe junxe- d & in præſentiâ Matris, Curatoris nque Perſonarum publicè ſe deſponſa- Inſtantibus verò nuptiis Agnati & Con- nei denuò vehementiſſimè ſe oppoſuê ue rem Eccleſiaſtico Magiſtratui delatu- e minati ſunt, cùm non tantum à Me- prædicto conſilium obtinuerint, quòd ad generandum inhabilis ſit, ſed & gum Caſtrenſem, qui curam ejus geſ- & modò Holmiæ degit, juratò exami raverint, non alium in finem, quàm trimonium hocce impedire poſſint, haud pauci idem nec à Magiſtratu con- oſſe exiſtiment, idque (1) quia ma- ium ejusmodi fini primario conjugii iatur. S. enim matrimonii ſtatus ad humani propagationem inſtitutus eſt, m Titius manifeſtò inhabilis & per uens ad ſacrum matrimonium non ad dus eſt. Siquidem (2) Benedictio Sa- lis: creſcite & multiplicamini, non- nisi per luſum & jocum, in ſcandalizationem & contemptum hujus ſtatûs adhiberetur. (3) Quia conjugium hoc nec finem ſecundarium matrimonii, ſc. evitandæ fornicationis & exſtinguendæ uſtionis, à parte Lucretiæ poſſet aſſequi, ſicque Lucretia in periculum forni- cationis & adulterii ſe præcipitaret. (4) Vi- deri poſſet, ac ſi Titio matrimonium hoc tan- tùm in complementum libidinis concedere- tur; cùm ècontra (5) conjugium hoc in Ju- re Canonicô, quod in matrimonialibus per Romanum Imperium, etiam in regionibus Proteſtantium, potiſſimum attenditur, vi- deatur prohibitum, in quo dicitur, quod „ impotens ad copulam, ſit impotens ad con- „ trahendum matrimonium. „

l. Novell.

Cap. 5. X. de frig. & malef. & ibi Gl.

& naturale impedimentum ad coitum, irre- „ parabile arte Medicorum, matrimonium „ impediat. „

Cap. 3. X. C. eod. Gloſſ. & DD. ad Can. Hi qui. cauſ. 33. q. 7.

quod carens utroque teſticulo non contra- „ hat, quia cum omne matrimonium con- „ trahatur aut causâ prolis, aut causâ vitan- „ dæ fornicationis & in ſecto utraque cauſa „ definit. „

Gl. ad d. cap. 3. X. de frig. & malef. ibi- que Abbas antiqu. Innocentius: Johann Andreas: Antonius Butrius p. An- choravus Panormit. Hoſtienſis in Summ. Tit. de frig. & malef. verſ. quæ impotentia: Canedus col. 33. Johann Baptiſt. Vivianus in ration. L. 4. Jur. Pont. aliique communiter.

Quin & (6) conjugium hoc in Jure Civili pro- hibitum.

L. ſi ſerva. 39. §. ſi Spadoni. 1. ff. de Jure Dotium.

Novella Leon. 68. &c.

Econtra nonnulli ejus ſunt opinionis, quod utrique deſponſatorum horum conjugium non ſit denegandum, & quidem ſequentibus ex cauſis, quia (1) Conjugium hoc nuſ- piam in Sacrâ Scripturâ expreſsè prohibitum eſt, unde ab Epiſcopo, vel illo Magiſtratu, qui jura Epiſcopalia habet, optimè concedi poſſet, cùm Magiſtratui circa ea, quæ jure divino vel naturali nec præcepta ſunt, nec pro- hibita, diſponendi facultas competat,

Theol. Reinking. de Regimine Secul. & Eccleſ. lib. 1. d. 2. c. 12.

illudque communiter pro legis poſitivæ objectô habeatur, quod jure divinô & naturali eſt adiaphorum.

Thom. 2. quæſt. 96. Molin. de J. & J. Tom. 3. tr. 5. diſput. 68. & tr. 1. diſſ. 4. Covarruv. ad cap. peccatum. de R. J. in Vto §. 11. Vasq. l. 1. Illuſtr. quæſt. cap. 48. Ariſtot. l. 5. Ethic. c. 10. Hugo Grot. de Imper. ſumm. pol. circa ſacr. c. 3. n. 4. & de J. Belli & Pac. L. 1. c. 2. n. 5.

(D)

n. 5. *Carol. Aninb. Fabrot. in* *vol. ad Theoph. T.* 1. *Tit.* 2.

Et quamvis locus *Levit.* 22. *v.* 24. Evulſum aut exciſum non facietis appropinquare Domino: & *Deut.* 23. §. 1. Non ingredietur attritis teſtibus in cœtum Domini, in contrarium allegari poſſet: Notum tamen eſt, quòd (1) loca illa tantùm de ſacrificiô & miniſteriô Leviticô intelligenda ſint, cujusmodi habentur *Exod.* 28. *v.* 35. *Num.* 27. *verſ.* 17. (2) Quod eadem ad Legem forenſem & ceremonialem ſint referenda, eaque de cauſâ Rempublicam Chriſtianam N. T. ad obſervantiam non obligent.

Licèt (2) non de nihilô ſit matrimonium à DEO inter alia hunc præcipuè in finem inſtitutum eſſe, ut procreentur liberi, ſicque genus humanum propagetur & conſervetur: attamen exinde præcisè concludi nequit, hoc ſtatim in legem & voluntatem divinam impingere, aut & juri naturæ adverſari, ſi perſonæ, quæ ob accidens aliquod finem hunc aſſequi non poſſunt, nihilo ſecius matrimonium contrahunt, ſeque per vitam ſibi mutuô adjutoriô & amore cohabitaturos eſſe devovent. Quamvis enim (3) ex Philoſophiâ morali conſtet, quòd actio quævis laudabilis ſit, an vitioſa, ex fine judicetur: attamen non minus notum eſt, non eô reſpectu hoc dici: an quis actionibus ſuis ſcopum præfixum aſſequatur, nec ne? ſed an ſcopus ille & media ad illum conſequendum bona aut mala ſint? Abſurdum enim foret, argumentari ita: Cujus actiones finem primarium non conſequentur propter accidentalem aliquam cauſam, illæ ſunt culpabiles.

Tiraquellus in reg. Ceſſante cauſa ceſſat &c. limit. 22. *n.* 1. *& ſeqq.*

Quin firma eſt concluſio: Quæcunque actio ad bonum finem per recta media collimat, illa non eſt vitioſa, per vulgatiſſima Philoſophorum.

Quemadmodum igitur ſupra memoratæ perſonæ deſponſatæ, non quidem ſub ſpe generandæ prolis, ſed, ut paulò poſt deducetur, ob aliam eamque Chriſtianam intentionem ſe jungunt, individuam vitæ ſocietatem ſibi compromittunt vovéntque, ſicque medio ſacræ copulationis ad hoc utuntur, quis aſſeret, hoc inſtitutum contra jura divina & naturalia, quæ in præcipiendo aut inhibendo conſiſtunt, & potentiæ humanæ limites conſtituunt, militare: cumprimis, dum (4) Titii æquè ac Lucretiæ propoſitum hîc ſit, ſe mutuo amore proſequendi, amorem hunc per totum vitæ decurſum continuandi, ſincerâ fide & conjugali confidentiâ unâ cohabitandi, in anguſtiis mortisque periculo ſibi mutuò ſuccurrendi, ac morbis aliisque infortuniis occurſantibus, ſibi, ut honeſtos & Chriſtianos Conjuges decet, aſſiſtendi & juvandi.

Quandoquidem ergò juxta vulgatum unius rei plures poſſunt eſſe fines: ita qu negari nequit, alios adhuc matrimonii fi eſſe, præter ſobolis procreationem: ſiqu mutua cohabitatio vitæque ſocietas non pro fine matrimonii, imò ferè primariô h da, dum DEUS T. O. M. poſt homini ationem & matrimonii inſtitutionem G ſtatim in hæc verba erumpebat: Non e num, hominem eſſe ſolum, faciamus jutorium, ut ſcil. non ſit ſolus, ut habe ciam vitæ, cum quâ familiariter pe amore & fide converſetur & cohabitet; negaverit adjutorium illud, auxillium in pluribus vitæ officiis, quàm ſola proc ne & educatione liberorum conſiſtere potius ſtatuendum foret, quòd procrea bolis magis pro effectu & commodô p nedictionem matrimonio, ſocietatis & verſationis causâ jam inſtituto, à poſteri dita, quàm pro vero matrimonii fine h da ſit: ad quam opinionem quem de poſſent verba *Gen.* 1. Creſcite & multipli ni: Terram replete &c. quæ quidem d matrimonii illo primariô, nempe ſobol creatione, nemo non hactenus int Quibus ſic ſtantibus, ſub conjunctione il hominum, qui per caſus fortuitos ad g tionem inepti redduntur, dici nequit, illa, cùm ad ſimilem liberorum proc nem non tendat, DEI T. O. M. juſſui luntati contraria ſit, nec à Magiſtratu ci mitti poſſit, cum nuptiarum bonum i busdam ſaltem ſit humanitatis ſolatium

Auguſtin. de bonis viduitatis c. 8.

Prout & (5) Rex & Propheta David, ad & decrepitam ætatem evectus, & omni lore privatus, tanquam effœtus, frig impotens Virginem juvenculam, Suna Abiſag, eum unicè in finem, ut juxta taret, ejus curam haberet, in brachiis ej miret eumque calefaceret, non verò eniteretur (cùm eandem nunquam ca agnoverit) matrimoniô ſibi junxit,

1. *Reg.* 1.

Nemo enim, niſi expertus novit, quàm rabilis ille ſtatus ſit, ſi quis à DEO morbis tur & uxore fida deſtituitur, cui corpu credere, eamque familiariter admitte ſit. Et ſi (6) abſentia finis illius, nem creationis ſobolis, conjugio præjudicar Senibus & Decrepitis, ubi omnis virtu talis evanuit, concedi poſſet matrimo quod tamen in jure permittitur;

L. Sancimus. ubi Bald. C. de nu ſed eſt quæſitum: ubi Baldus An alii. ff. de liber. & poſt. Doctores i minor. C. de legit. hæred. c. in præ rum; ubi Gl. & Dd. Cauſ. 27. *q.* 1 *in c. quemadmodum. X. de jureju Cardin. Pariſ. Conſ. XXIX. nu vot.* 11.

c (7) experientia quotidiana teſtatur, ſimilia conjugia in Eccleſia Chriſtiano-quadantenus quidem diſſuadeantur, at-Partibus propoſito ſuo inhærentibus, npediantur; ſicuti nuper admodum, men-niô ultimò præterlapsô, Hamburgi in lo ad D. Catharinam Vetula 76. anno-Trina Bolters dicta, & Sutoris cujusdam, Sutori juniori, 20. annos vix habenti, pulam Sacerdotalem juncta fuit, creſcite tiplicamini ſolenniſſimè acclamato.

& (8) Conjugia inhabilium ad generan-perſonarum Divinæ legi atque voluntati ria eſſent, ſequeretur conjunctionem em ſemel jam perpetratam, ſupervenien-copulam caſu impotentiæ aut vitiô cor-conjugium non tueri, ſed neceſſariò e locum habere, quòd ſublato fine, tol-ctio: ſicque Conjuges, ſi durante ma-niô ſymptoma corporis aut infortunium deret, quô ad generationem inepti red-ur, neceſſariò ſeparandi eſſent, quod ta mninò eſt prohibitum;

uod autem. Cauſ. 27. q. 2. Luth. Tom. . Jen. Germ. f. 156. f. b. Joh. Gerhard. n art. de Conjugiô §. 685.

etur (8) Sterilium Conjugium contra luntatem & conſtitutionem eſſe, illos-ſt contractas nuptias expertâ & probatâ te & impotentiâ ſalvâ conſcientiâ ſibi co-e non poſſe, ſed apparente ſterilitate rtium deveniendum eſſe, ad quod ta-que profanô jure obligantur, quin opti-iis ſentitur, ſi alter conjugum alterius ntiam patienti caſtitate toleret; ad quod iſtoriis, antequam ſeparatio quædam de-r, omninò admonentur:

. 33. qu. 1. per tot. Hoſtienſ. in Sum. it. de frig. & malef. num. 7. B. Lu-er. in libr. de vita Conjug. Tom. 2. en. Germ. f. 154. Joh. Gerh. in art. de njug. §. 658. *Brochmann. art. de Con-g. c. 4. qu.* 60.

acrô æquè ac profanô jure cautum eſt, ſi bini Conjuges ſibi mutuò junganrur, n alter ad generationem ineptus eſt, verò ante deſponſationem aut copu-n ejus certior redditus fuit, licet copu-lis nunquam inſecuta ſit, deſideratô di-à ſe invicem ſeparari non poſſint:

Conſultatione. X. de frigid. & malefic. ibi Dd. omnes cum Gloſſâ. Biden-ch. in Promptuariô connub. append. 7. qu. 6. Carpzov. Juriſpr. Eccleſ. ib. 2. Tit. XI. def. 202.

conjunctio talis contra jura divina & ia militet, quî ex ſola illa ratione, quod pars de vitiô corporis & impotentiæ fuit, tolerari poſſet, nulla profectò ra-s ſufficere poſſet ad concluſum illud lum.

de (10) in jure Canonicô cavetur, quod *. Novell.* perſonæ impotenti vel vitio corporis laboranti, conjugium cum alia, cui de vitiô aut impotentia conſtat, matrimonium contrahere permitti poſſit: cùm Romana Eccleſia conſueverit in conſimilibus judicare, ut quas tanquam uxores habere non poſſint, habeant ut ſorores,

Cap. Conſultationi. & cap. laudabilem. X. de frig. & malef.

Prout & Doctores Juris Canonici idem in terminis terminantibus decidunt, & ſupra in rationibus contra matrimonium ſub num. 5. allegata jura, quod nimirum impotentia matrimonium impediat, expreſsè eò declarant & reſtringunt, ſi nimirum alteruter contrahentium ad diſſolutionem agat. Ita enim *Hoſtienſis* in ſua

Summa ad Tit. de frigid. & malef.

poſtquam de impotentiâ impeditivâ matrimonii egerat: Hæc autem, inquit, omnia intelligas, quando inter potentem & impotentem contractum eſt matrimonium ignorantes. Nam ſi ambo ſciunt impotentiam, & volunt ſimul cohabitare, vel poſt contractum ſimul remanere, hoc quidem poſſunt. Non tamen credas, quod ſit matrimonium, ſed eſt decretum, quia qui talem habere non poteſt ut uxorem, ſaltem retineat ut ſororem. Æquâ lance mulier habebit maritum &c.

In ſua Summâ Tit. de frig. & malef. verſ. quæ impotent. n. 6.

Cui communiter adſtipulantur Canoniſtæ, *Panormitanus, Butrius, Alexander de Novo ad d. cap.*

Conſult. X. de frig. & malef. Petrus de Lendeſma de matrimon. quæſt. 59. art. 1. Alphonſus à Vega, Tom. 1. ſum. cap. 34. caſ. 113. Barthol. Valentius, P. 4. Diſp. 10. qu. 5. Heinricus Henrius in Summ. L. 11. c. 10. & Lib. 12. c. 8. num. 1. Sanchez. de Matrim. L. 7. diſp. 97. num. 2. Baſ. Poncius de impedim. matrim. c. 32. §. 5. & plures, quos refert Cenedo ad Decretal. coll. 38. num. 2.

Quapropter & (11) Conſiſtorium, ſive Facultas Theologica Wittenbergenſis, referente *Bidenbachio in Tract. de cauſis matrim. p.* 102. die 23. Jan. An. 1596. vi decreti conceſſit, ut frigidis & impotentibus uxores dentur. Quemadmodum & noſtrates Theologi nullibi conjugium Spadonibus categoricè & rotundè denegarunt, ſed, ut

Gerhard in artic. de Conjug. n. 235. & ex eò *Eichsfeldius in orthodoxiâ caſuali Sect.* 3. *c.* 13. *§.* 32. loquuntur,

Mulieribus non facilè permittendum, ut Eunuchis nubant, & præſtare mulieres ejusmodi graviter admonere, ne in pœnitendas & innuptas illas nuptias & ſcortationis periculum ſe præcipitent, *dd. ll.* Quod autem eô in caſu, ubi ſimiles perſonæ in propoſito ſuô, in-

ſuper habitis omnibus dehortationibus, perdurant, perſona potens etiam caſtitatem ſanctam vovet, integræ famæ eſt & inſuper pertimeſcendum, ne ad alia eaque indecentia amoris complendi adminicula devolvantur, Eccleſia tandem connivere & ex duobus malis mi nimum eligere non poſſit, nuſpiam ſimpliciter prohibere voluerunt.

In hoc autem Caſu (12.) probè conſiderandum eſt, ſponſalia publica jamdum celebrata eſſe, utramque partem vi juramenti corporalis ſe obligaſſe, ſeque per totum vitæ decurſum amaturam, nunquam autem derelicturam eſſe, juratò promiſiſſe, ita ut Lucretia de ſtatu Titii jam certior reddita ſanctè conteſtata ſit, quod nullus alius per vitam latera ſua ſit cincturus.

Adhæc (13.) illâ, quod cum Titio nunquam liberos procreare poſſit, edoctâ, non obſtante Matris & Conſanguineorum remonſtratione Titiique confeſſione, nihilominus in ſententiâ ſuâ conſtantiſſimè perſeverante, ſane volenti injuria non fiet, eoque minus, quòd

(14) Titius ad exercitium Venereum non prorſus inhabilis, ſed ad demonſtrandum (ſi conceſſum eſſet) paratus ſit, quod erectionem penis patiatur, congreſſum adminiſtrare, ſicque uxori & ſatisfacere & libidinem ejus exſtinguere valeat.

Et cùm deſuper (15.) rebus ſic ſtantibus metuendum ſit, ne perſonarum harum, ob juratam obligationem, poſt ſeparationem illarum conſcientia gravetur, aut

(16) Clam furtivæ Veneri litando amori indulgeant, aut

(17.) Ipſe Titius ad vagas libidines aliasque impuritates deflectat;

Hinc utique ex duobus quaſi malis minimum eligendum, hocque conjugium permittendum eſſe videtur.

Ad rationes ſupra contra matrimonium hoc adductas ſequentem in modum fortè reſponderi poſſet, quod ſcil. 1. Matrimonium hoc, ut ſuprà jamdum oſtenſum fuit, fini conjugii non contrarietur, ſed potius Titii caſus fortuitus: & diverſa ſint, fini conjugii contrariari, & eum non aſſequi. Iſtud quidem culpabile, hoc non item. 2. Quod plures ſint conjugii fines, quàm procreatio ſobolis, ſcilicet evitatio fornicationis, & qui primariò quidem à deſponſatis noſtris petitur, mutuum adjutorium in diverſis vitæ officiis.

(Ad II.) Quod Benedictio Sacerdotalis (1) non ſit de eſſentia conjugii,

Gerh. in loco de Conjug. §. 409. & ſeq.

(2) quoque benedictio hæc conjugium in genere ejusque inſtitutionem, non individua concernat, unde (3) ſub copulatione Senum quoque adhibetur.

(Ad III.) Quod 1. plures adhuc ſint fines. 2. Quod Titius id neutiquam concedat, ſed ſi concederetur, probaturus ſit ſe ultionem [...]lieris exſtinguere poſſe. 3. Finis hic in m[...]moniô Senis decrepiti cum puellâ quoqu[...]ficiat. 4. Idem etiam periculum in conjugi[...]num adſit, quod tamen in Eccleſiâ per[...]titur. 5. Alia remedia exſtinguendæ u[...] in promptu ſint, jejunium ſcilicet, prece[...]

(Ad IV.) Quod Titius conjugium ho[...] explendæ libidinis, ſed acquirendæ ſociæ & mutui adjutorii cauſâ ambiat.

(Ad V.) Jam reſponſum in rationibu[...] matrimonio hoc num. 10. allatis,

(Ad VI.) Et quidem *L. Si ſerva.* [...] *Si Spadoni 1. de jure dotium.* Reſp. 1. [...] in illa Lege non prohibeatur matrimo[...] cum Spadone, ſed ſaltem ei effectus juri[...]lis, in favorem polypædiæ, cujus Reſp[...] Romana ſtudioſiſſima ſemper, aden[...] Quin potius permiſſum hoc matrimoni[...] lege hâc, verbis: Si nupſerit. 3. In mat[...]nialibus Jura Canonica civilibus dero[...] per vulgatiſſima.

Quoad *Leonis Novellam, & Conſtit[...]* ſciendum, quòd (1) ſecundum *Jacobu[...] thofredum in Manual. Hiſt. Jur.* ali[...] conſtitutiones hæ in Imperio Occidental[...] quam fuerint obſervatæ, nedum in In[...] Germanicô. (2) Quòd potius in hâc ca[...] tendendum Jus Canonicum. (3.) In o[...] eventum in Dicaſterio Regio Svecico, [...] poteſtatem Eccleſiaſticam externam c[...]nit, diſpenſationis obtentio ſperetur.

E quibus omnibus jam nonnulli con[...]re ſuſtinent, conjugium hoc, poſtqua[...] cretia, de conditione Titii benè info[...] in concepto ſuo propoſitô conſtanter p[...]rat, deſponſatis, cùm ſponſalia jura[...] quoque firmata ſint, denegari non poſſ[...]

Quoniam verò in caſu tam ancipi[...] Magnif. Magnif. & Rev. Dignitatum D[...] ut expeterem, juſſus ſum, officioſiſſim[...]to, velint pro gratô redhoſtimento m[...]nevolè gratificari, & Reſponſum ad ha[...]ſtionem, impreſſo ſigillô, mihi imp[...] quod nulla non inſerviendi prompt[...] compenſaturus ſub Divina Protectione [...] mendatione æternum perſevero

VV. Magn. & [...]

Stargardiæ, d. 25. Aug. A. 1666.

Officioſi[...]

Johannes Gericke, Jur. & Pract.

Reſponſum Conſiſtorii Eccleſia[...] Lipſienſis.

P. P.

AD quæſtionem fusè nobis propo[...] prævià diligenti perlectione & p[...]tione ejus in jure fundatum & deciden[...]

icamus: Licet contra Titii atque Lucre-
ecretam primùm, mox & confirmatam
nſationem, ob Titii inhabilitatem ad
gium, cumprimis autem ad ſobolis pro-
ionem (quam *Lutherus* alioquin certò
ò inter octodecim pro unica & legitimâ
matrimonium diſſolvendi habet) Con-
inei nonnulli militent & copulationem
lire conentur, hujusque ergò varia ea-
lauſibilia ſatis & ponderoſa argumenta
nt, quibus judicia Eccleſiaſtica perſuade-
antur, ut copulationem illam inhibe-
Attamen & quoniam Intereſſentes Prin-
s utrobique defectûs hujus certi fuerunt,
e non obſtante ſe matrimoniô copulan-
ſtantis animi ſunt & permanent: Mater
ſatæ quoque in idem conſentit, & de-
tio hinc ſubſecuta eſt, reliqui omnes au-
onſanguinei nullo hîc votô gaudent: Ad
. Conjugii ſtatus à DEO quidem ad ho-
n & legitimam liberorum procreationem
tus, ſimul tamen viro uxor pro adjutrice
ta fuit: inſuper nullibi prohibitum eſt,
viri, qui ad generandum ſunt inhabiles,
pter matrimonium inirent, aut uxorem
gerent, eoque ipſo, ſi quammaximè ci-
dem hoc fiat, & uxor ejus certior redda-
djutorium aliquod pro cura corporis &
onomicæ ſibi quærerent; ut taceamus in
rſona virili non quidem talem impoten-
inhabilitatem obſervari, quæ genera-
actum, ut Scholaſtici loquuntur, ſed
tionis effectum tantùm impedit, & quæ
requiſitione bene allegata ſunt.
nc Conſiſtorium Eccleſiaſticum Spon-
æc, ſemel cum ſummâ ſolertiâ & pon-
one inita, contra Partium Principalium
ſtam voluntatem, jure reſcindere ne-
ulto minus autem Copulationi Sacerdo-
cem ponere valet, ſed hæc ad ulteriorem
requiſitionem utique in actum ducen-
jure. Atteſtante Sigillo noſtro
Octobri A. 1693.

Aſſeſſores Conſiſtorii Electoralis Lipſienſis.

I. *Decretum Electorale Saxonicum.*

*DEI Gratiâ JOHANN GEOR-
US II. Dux Sax. Juliæ, Cliv. & Montium &c. Elector.*

. P.

æ in cauſa Camerarium noſtrum Secre-
iorem, *Bartholomæum de Sorliſi* ejus-
njugium concernente, humilimè retu-
decenter nobis propoſita ſunt, è quibus
ercepimus, quænam tum ratione ſcan-
timeſcendi, tum & inconſtantiæ hujus
onii ſentiatis, & qua ratione tandem ſub-
miſsè directioni noſtræ & diſpoſitioni commit-
titis, annon ad dubia varia reſolvenda & tran-
quilliorem conſcientiam ubivis reddendam ca-
ſus hic judicio Facultatis cujusdam Medicæ in
Electoratu noſtro committendus ſit?

Jam pace noſtrâ optimè fieri potuiſſet, ſi dubia animos veſtros adhuc tenentia junctaque monita tempeſtivè, & quidem re adhuc integra in medium attuliſſetis: ſiquidem omnibus illis non tantùm locum gratioſiſſimè dediſſemus, ſed & eadem ulteriori conſiderationi exponere potuiſſemus. Poſtquam verò tunc temporis eò jam in causâ hac deventum fuerat, ut ad ſupplices Partium ſollicitationes & ob fundamenta, tam ab illis, quàm ab aliis è jure Canonico æquè ac Civili ſubminiſtrata Nos moveri paſſi ſimus, ad avertendas varias, conſcientiam turbantes, conſequentias matrimonium hoc aggratiandi; Hinc conſummato jam conjugiô & dum utraque Pars, tanquam Conjuges ſibi per tempus bene multum cohabitarunt, meritò in examinandâ & requirendâ ejus permiſſibilitate ſubſiſtimus, nec ſeparationem conjugii hâc vice decernendam eſſe judicamus, ſiquidem ſine majori ſcandalo illud fieri non poſſet, & ſub tantâ diverſorum Theologorum diſcrepantiâ aliæ difficultates & utcunque etiam res ceciderit, plura inconvenientia, quàm ſub ulteriori tolerantia pertimeſcenda eſſent. Quibus aliisque de cauſis, rebus ſic ſtantibus, conſiderando, quòd ſæpius alia in ſe planè illicita conjugia, poſt conſummationem tamen, in honorem matrimonii, gravibusque cauſis urgentibus, ad majora ſcandala evitanda in ſtatu quo, ſine ſeparatione, relinquuntur, eoque, quantum ſcimus, probatiſſimorum Theologorum mens in ſimilibus caſibus inclinat, in præſenti, prævia rei ponderatione clementiſſimæ adhuc ſententiæ inhæremus, conjugium Secretioris noſtri Camerarii ſupradicti neutiquam reſcindendum, ſed hâc vice in Electoratu noſtro ditionibusque Chriſtianis tolerandum, illi autem ac deſponſatæ poſthâc omnibus moleſtiis & perturbationibus parcendum eſſe. Utrique igitur illorum per Superintendentem Dresdenſem, cui negotium hoc oretenus committere poteritis, aperiatis, quibus ex cauſis conjugium ab illis initum quidem toleretur, ita tamen, ut datum inſimul ſcandalum illis ſufficienter remonſtretur. Interim nemo poſthac caſum hunc in ſubſidium allegabit, aut ad imitationem trahet; ſiquidem ubicunque ſimile quid, ubicunque etiam contigerit, obſervaveritis, nullô modô concedetis, ſed ejus nos tempeſtivè certiores reddatis. Quò verò rei huic, quantum fieri poteſt, obviam eatur, & remedium aliquod paretur, & quæ ob rationes ſingulares, probè ponderatas, jam toleramus, poſthâc tanquam res approbata nuſpiam in exemplum & conſequentiam trahantur; hinc ſtatuemus, ut pro arbitrio noſtro ab Intereſſentibus certa ſumma ad pias cau-

cauſas quantocyus & irremiſſibiliter ſolvatur: quæ pro finali noſtrâ reſolutione in hac causâ Vobis reticere noluimus. Sign. *Wittenbergæ die* 28. *Aug.* 1667.

IV. *Judicium Facultatis Theologicæ in Academia Haſſo-Giſſena.*

CUm à Collegio noſtro Theologico in Academia Haſſo-Giſſena ſententia & reſponſum efflagitaretur ſuper quæſtiones ſequentes:

I. Num Magiſtratus Evangelicus ſalva conſcientia citra ſcandalum publicum Eccleſiæque Evangelicæ ignominiam tolerare queat tanquam matrimonium, ſi Eunuchus notoriè talis, Romanæque Eccleſiæ addictus juvenculam Lutheranam, una cum Parentibus in id conſentientem, ſibi per Paſtorem copulari jam curaverit?

II. Quid Magiſtratui Chriſtiano tali in caſu faciendum, ne vel participet de peccato alieno, vel ſcandalum augeatur.

Nos re maturè in timore Domini deliberata & accuratè expenſa, in hanc ſententiam deſcendimus, quod quoad primum quæſitum, conjunctio talis, Eunuchi ſcil. cum juvencula non ſit matrimonium verum & legitimum, ac proinde ratione conſcientiæ citra ſcandalum publicum, Eccleſiæque Evangelicæ ignominiam tanquam matrimonium tolerari non queat, nec debeat, idque ob ſequentes rationes afferimus: I. Quia ceu forma finalis veri matrimonii in ſcriptura ſacra ſemper conſtituitur Tò Creſcite & Multiplicamini, ſeu arctiſſima copulatio viri & fœminæ in unam carnem, maximè ob generationem, ut patet ex *Gen.* 1. 28. *c.* 2. 24. *c.* 8. 17. *c.* 9. 1. *Pſalm.* 113. 9. *Pſalm.* 128. 3. *Matth.* 19. 5. 1. *Tim.* 19. 2. 14. 15. & alibi paſſim, ſemper matrimonio legitimo generatio ſeu multiplicatio adeſſe debet, ſi non eventu & actu ipſo ſecundo, attamen intentione & conatu, aut ſaltem ſpe & præſumtione opinabili & probabili, tam ipſarum perſonarum contrahentium, quam eorum, qui matrimonium inter illas ipſas permittunt & promovent, quales ſunt Parentes, Proxenetæ, Paſtores & Magiſtratus: Sicuti etiam alibi verba actionem ſeu effectum notantia ſæpe Jus debitum, poteſtatem, conatum, intentionem, votum, conſuetudinem & occaſionem illius ſignificare ſolent. Qua de phraſeologia etiam D. Glaſſius in Phil. ſacra *l.* 3. *Tract.* 3. *con.* 5. legi poteſt, ut ita ſemper adjutorium conjugale reſpiciat & redundet in unam carnem ob generationem, & alii fines ſecundarii non ſunt ſeparandi ab hoc primario, verum arctè & indivulsè cum eo conjungendi, ſcil. aliquo ex dictis modis, ſi non actu & eventu ipſo, tamen intentione & natu, aut facultate, ſpe & præſumtione opinione probabili. Hinc apud Thomar *ſupplem.* 3. *part. q.* 49. *art.* 3. *in Conj.* r infertur inter bona conjugii, prolem & fid eſſentialiſſimum in matrimonio eſſe prol ſecundum verò fidem, & tertium Sacran tum, non quidem quantum proles & fide uſum ipſum matrimonii pertinent, ita e abeſſe poſſe, cum τὸ eſſe rei non deper ab uſu ſuo, ſed prout in principiis ſuis c derentur, pro intentione ſcil. prolis & d ſervandi fidem, ſine quibus matrimoniur ſe non poſſit, quia hæc in matrimonio e ctione conjugali cauſantur, ita, ut ſi ali contrarium hujus exprimeretur, in con matrimonium facientium non eſſet verum trimonium. Atque ex hac ratione ipſe ſtus Salvator noſter *Matth.* 19. 12. E chos, ceu per caſtrationem illam viole ad generationem ineptos factos, à conj vinculo eximi debere, non obſcurè in Leo etiam Imperator conſtit. 98. ad S num rectè decidit; in conjunctionem E chi cum muliere non quadrare matrimon pellationem, & quod conſecrationis & be ctionis illius: Creſcite & multiplicamin pax non ſit, ſed eſſe peregrinam comm nem & nefarium quaſi matrimonium eo qui ſcientes ſe ſteriles & inutiles ad gen dum conveniunt &c. Prout inibi Glo plicat. Ac Cornel. à Lapide in *Deut.* ubi ita dicitur: Non ingredietur attritis culis & abſciſſo veretro in cœtum Dor quin & ipſe Dn. *D. Gerhardus T.* 7. *de* §. 235. exinde concludit, Eunuchum no bere commercium cum populo DEI, n ducendi fœminam Iſraelitidem, commu etiam Moraliſtæ ſtatuunt; impotentiam petuam ad copulam perfectam dirimer trimonium ſubſequens, ac proinde Euni & Spadones, qui utroque teſte caren matrimonium contrahendum inhabiles quia vero ſemine deſtituti ſunt, ſicut c ex motu proprio *Sixti V. apud Gut* *lib.* 1. *Canon.* 9. *cap.* 16. *Sanchez. lib.* 7. 92. *n.* 17. Verum ſi poſt contractum monium aliquis Eunuchus factus ſit, lam imperfectam cum miſſione non v minis exercere non prohiberi, ſicut d *Tolerus l.* 7. *c.* 16. *n.* 4. *Sanchez diſp.* 20 Quia licet tales matrimonium contrahe queant, contracto tamen uti eis quatenus id fieri poteſt, prout *P. Laym* *in ſua Theologia morali l.* 5. *tract.* 10. *c.* 11. *n.* 1. & 3. & *ſeqq. usque ad* ſententiam eorum ſuamque ipſius pro proponit & explicat: Quorum ſe tiæ etiam Bellarminus accedit *lib.* 1. *d* *trim. c.* 18. §. *ex parte perſonæ* &c. D *Gerhardus certè d. l.* grave judicium apponit, dicens: Facilè apparet, quid r

m ſit ad quæſtionem: An permitten-
it mulieri, ut Eunucho nubat; quod
præceptis legum & fini conjugii adverſa-
magnum ſecum trahit periculum, ne in
rii peccatum fœmina poſtmodum pro-
r, id ei permittendum non eſſe, quilibet
dvertit; item: præſtat ejuſmodi mulie-
nere, ne in pœnitendas & innuptas illas
s, adeoque in fornicationis periculum
cipitent, D. Bald. de Caſ. conſc. l. 1. c.
onſcientia opinabili Reg. 4. ait: Opi-
aliqui, Eunuchum poſſe contrahere
onium, alii negant. Poſterior ſenten-
ior eſt, ideoque ſequenda. Ulpianus
. de Jure dot. reſcribit: In caſtrato Spa-
ſicubi mulier ei nupſerit, dotem non
ubicunque enim matrimonium non eſt,
s eſt, docente eod. d. l. 39.) in eo autem,
ſtratus non eſt, quia matrimonium eſt;
eſt & dotis actio. Spado enim etiam
generare, quia unum teſticulum habet,
it gloſſa ibidem; aut qui vitio adhuc ſa-
laborat, ut alii addunt. Huic ſententiæ
etiam JCtus Brunſuicenſis, D. Winol-
olradus adſtipulatur, eamque egregiè &
ex jure defendit in Tractat. de Matrim.
. 110. ubi inter alia hanc regulam po-
, qui his membris, quæ pro gignendis
perficiendoque concubitui ſunt deſtina-
utilati ſunt, quia non tantùm gignendi
deſtituuntur, ſed omninò ad mulieres
re prohibentur, nullô modô matrimo-
contrahere poſſunt, & contractum ipsò
llum & prorſus inutile eſt. Quod Eu-
poſtea applicat.

Conjugium ſicut ſuâ naturâ & ex inſtitu-
divina pretioſum eſt & honoratum; ita
à nobis tale æſtimari debet in omnibus
rſonis conjugatis, quàm modis & tem-
s, Hebr. 13. 4. adeò ut ὅλως δι' ὅλȣ τίμιος,
tum per omnia pretioſum eſſe debeat,
e ex Græcis Theophylacto in h. l. jam
uando Eunuchus cum muliere, maxi-
encula, matrimonium inire volebat,
atrimonium dehoneſtatur & dedecore
r, & omnia, quæ circa illud & in illo per-
r, ludibrio exponuntur, cumque actio-
us graves, honeſtæ, ſeriæ & ordinatio-
æ conformes eſſe deberent, ſunt non-
ſoriæ, mimicæ, ſcurriles & joculares,
ſacroſancta illa matrimonii ordinatio
ſtitutio divina ludibriis excipitur, & in
s illuſorias transmutatur. Ac ſanè
us ſtudet inſtitutiones DEI graviſſimas
tiſſimas æmulari, & ceu ſimia DEI illas
ulares & ludicras actiones convertere,
e ingenti cum contemtu hôc ipsô deri-
ſicut poſt Apoſtolum 2. C. 11. 12.
Tertullianus l. de præſcript. hæred. p.
ſervavit. Cùm autem Eunuchus jun-
ulieri, maximè juvenculæ, annon de-
illius DEI verbi ſacratiſſimi: Creſcite

& multiplicamini? annon jocularis & deriſoria eſt benedictio & conſecratio? annon inſtituto divino hoc pacto apertè illuditur, illud ludibrio apertè habetur, & quod dicitur, adunco ſuſpenditur naſo? Quod eſt certè diaboli myctériſmus & infernalis ſarcaſmus: Quod ſi autem in copulatione nuptiali Paſtor Eccleſiæ verba illa conſecrationis, ſeu benedictionis divinæ, intermitteret, tamen nihilominus inſtitutio matrimonii divina contemtui & ludibrio extremo exponeretur, dum ille ejuſmodi matrimonium promovere intenderet, quod à benedictione illa divina prorſus eſſet ſequæſtrandum, quòd nihil aliud eſſet, quàm matrimonium à DEO inſtitutum, & cum benedictione illa conjunctum, in aliud matrimonii genus, à benedictione divina alienum, peſſimè transmutare velle; quod eſſet novum matrimonii genus inſtituere & introducere velle. Sanctum etiam illud cohabitationis conjugalis opus in merum luſum & contemtum contra DEI inſtitutionem primævam vertitur. Hæc enim eò intendit, ut per illud mulier à viro mediante benedictione DEI fæcundetur & prolis generatio ſubſequatur. At ſi Eunuchus cum mulierè planè non congredi poteſt, prout tale Eunuchorum genus datur; teſte Hoſtienſi, D. Siculo, Horatio, Cœliô Rhodigino: quin & ipſa ſcriptura ſacra Deuteron. 23. 1. etiam hodiè apud Turcas, conteſtante Friderico Petro Brugenſi in Matth. 19. 12. Tum loco congreſſus maritalis à DEO inſtituti exercetur nonniſi ſcurrilis, laſcivus & procax contactus ac fœminæ abuſus turpiſſimus: quod eſt pretioſum & honoratum conjugium planè deturpare, ignominioſum reddere & extremo dedecori exponere. Quod ſi verò Eunuchus cum muliere quidem coire poſſet, prout tales caſtratos dari cuſtodes tradunt, nihilominus actus ille in matrimonio vero honoratus & pretioſus eo ipſo deturpatur & probroſus redditur, tum vitiatur quidem fœmina, quæ verò à Siracide ἀποπαρθενῶσαι νεάνιδα, at ſine fœcundandi potentia & ſine præſumtione, ne opinabili quidem, fœtificationis; & ſic denuò cum deluſione benedictionis illius: Creſcite. Quod proinde Siracides comparat cum τῷ ποιεῖν κρίματα ἐν βίᾳ, i. e. inflectere & pervertere judicia ſeu ſanctam in eis juſtitiam, c. 20. 2. Ac Baſilius Magnus l. de Virg. 191. ex Sir. 30. 20. infert, Eunuchi concupiſcentiam eſſe, quia quod vult agere, non valet virginitatem juvenculæ auferre. Etſi enim matrem ob infœcunditatem non facit, cupere tamen illi florem virginitatis adimere; ac inſtar bovis, cui cornua ſunt abſciſſa, imaginem impetus facere, incredibilem veſaniam ſpirando, non autem verum actum committere. Præterea etiam Leo Imperator in Conſtitutione antea allegata in fine graviſſimè ex hisce rationibus ſancit, ut, ſi quis Eunuchorum

chorum ad matrimonium comperiatur, & ipſe ſtupri pœnæ obnoxius ſit, & qui ſacerdos iſtiusmodi conjunctionem profanatô ſacrificiô perficere auſus fuerit, ſacerdotali dignitate denudetur. At JCtus ille eruditiſſimus D. Molradus d. l. p. 110. illam ſanctionem Imperatoris ita commendat, ut dicat: in omni benè conſtituta Eccleſia prorſus & in tantum intolerabile eſſe matrimonium, Eunuchi ſcil. ut etiam ex Conſtitutione Leonis Imper. nov. 98. Clericus ejusmodi nuptiis benedicens exautorari poſſit, cùm ejusmodi benedictio nihil aliud ſit, quàm manifeſtum Eccleſiæ ludibrium c. 1. & 2. c. ex literis C. laudabilem c. fraternitatis. extra de frig. & malef. c. 1. & 2. Quod idem ludibrium etiam in Eunuchorum illorum congreſſu permanet, in quo præcisè ademta eſt & ſimpliciter decollavit omnis fœcundationis præſumtio, contra manifeſta verba DEI de benedictione, cuilibet verò & rato matrimonio ſuperaddita, quæ proinde in copulatione à nullo Paſtorum intermitti poſſunt & debent; ac Imperator Leò rectè urget illum omni ſacerdotem dignitate ſacerdotali denudari debere, quod profanato ſacrificio perficere auſus fuerit iſtiusmodi conjunctionem. Ubi per ſacrificia intelligit præter benedictionis illius formulam: Creſcite &c. quamcunque etiam precationem pro firmitate & pro perpetuitate matrimonii factam, quæ gloſſa ita vocat vana & irrita, ſicut etiam apud veteres Ethnicos teſte Servio in 3. Æneid. uxor duci non poterat, niſi peractis ſacrificiis, & ut Poëta canit:

Vota preceſque pias longâ cum veſte ſacerdos
Dixit, uxor ſacras tædæ fax fumat ad aras.

III. Paulus finem matrimonii legitimi ponit uſtionum etiam extinctionem, dicendo: Melius eſt nubere, quàm uri. 1. Cor. 7. 9. Quò pertinet, quod conjugium ante lapſum inſtitutum dicatur in officium naturæ propagandæ, poſt lapſum verò ceſſerit etiam in remedium, ſcilicet extinguendi uſtiones licitò modô, de quo etiam Paulus agit 1. Cor. 7. 2. 3. 5. Jam verò Eunuchi perpetuis flammis perhibentur ardere, & ſiquidem illorum aliqui coeundi facultatem aliquam, ſine gignendi tamen facultate habeant, quoniam & actu cum muliere coeant: dicuntur tamen teſtes à Galeno benè vivendi, & ſic etiam vigoris virilis principium: congreſſus ergò illorum ſicut eſt ſine perfectione & emiſſione veri ſeminis; ita ſemper in eis manet calor uſtivus & ad libidinem continuam incentivus, nec congreſſus ille mutus & mortuus valet aut ſufficit ad extinguendas illas libidinum faces. Quâ de re præte[illegible] Scal. exerc. 277. ſect. 3. Muret. l. variarum lect. 10. cap. 11. Alciat. in L. Spadonum. 128. D. d. v. S. num. 2. Juvenal. Satyr. 1. & 6. Fr. Luc. Bru-

genſ. in Matth. 19. Pſal. 112. &c. B[illegible] 2. de virg. p. 189. ſeq. non ſolùm ex ratione, verum etiam ex plurimis æta[illegible] documentis probat Eunuchos tales, qu[illegible] li abſciſſi ſint teſtes, acrius & ardentius mari libidine & ad concubitum im[illegible] tiſſimè ferri, & quia non illo, unde [illegible] exurgit, ſemine ſcil. evacuari & alleva[illegible] ſunt, vi extinguere libidinis æſtum, hujusce rabiem fatigatio ſolvat, ade[illegible] qui non poſſint concupiſcentiæ ſuæ [illegible] cere, dentibus, utantur & ardentem i[illegible] concubitus rabiem morſibus indicent[illegible] plura ibid. Eam in rem *Aug. T. 7. l.* [illegible] tra Julian. *c.* 14. ait, Eunuchos move[illegible] cupiſcentiæ carnalis affectibus. Quo[illegible] Leo Imperator Conſtitut. 98. ait: Eun[illegible] quantum ad libidinis ſtimulos, prorſu[illegible] gueſcere, id merito non de pruritu ip[illegible] rum de illius effectu nos intelligimus [illegible] licet perpetuo pruritu urgeantur, ill[illegible] tamen nil ad generationem, nec co[illegible] ipſo reſtinctionem illius efficere [illegible] Maximè verò in muliere juvencula, q[illegible] vitiata per talem congreſſum, nihil[illegible] per illum uſtiones extingui nequeunt, [illegible] ſemper expoſita manet: nec enim ac[illegible] mortuus ad illud ſufficere ſolet: un[illegible] juvencula nupta Eunucho, ſicut ſe pe[illegible] uſtionum flammis objicit, ita in præ[illegible] mum fornicationis deteſtandæ per[illegible] præcipitem ſe agit *Sir.* 23. 22. Eunuchi [illegible] dones quidam, quibus teſticuli exſecti [illegible] gredi cum uxore poſſunt, tamen con[illegible] illa tantum abeſt, ut ſaltem libidinem [illegible] guat, nedum liberi inde gignantur, u[illegible] tum potius in fœmina accendat: qua[illegible] permittendum mulieri, ut Eunucho nu[illegible] *D. Carpzov.* in Jurisprudentia Conſiſt[illegible] *Defin. XXI. n.* 1.

Quando ſatius ergò eſſet, à tali [illegible] conjugio cum Eunucho penitus abſte[illegible] vero matrimonio jungi? quod confor[illegible] præcepto divino, fini ſcopoque illiu[illegible] & à præcipitis illis animæ & corporis [illegible] to. Leo Imperat. *d. l.* ad illud P[illegible] ctum: Melius eſſe nubere, quàn[illegible] cum pro Eunuchorum conjugio ei [illegible] retur, reſpondit, hunc in modum [illegible] tu, qui Paulum laudas, ad Pauli ve[illegible] tende: Matrimonium contrahere ſeu [illegible] (nubere) eſt, per matrimoniale co[illegible] cium cum muliere conjungi: Si igit[illegible] cum muliere commiſtio & conſociati[illegible] trimonialis benedictione, quæ in ma[illegible] nium coeuntibus debetur, digna eſt, [illegible] monium illam nomina & uxorem o[illegible] Sin ne tantillæ quidem benedictionis u[illegible] capax fuerit, (quæ enim & qualis [illegible] cratio in iis, qui ſimul contra condito[illegible] cretum, ſimul contra naturæ legem c[illegible]
gi[illegible]

tur, locum habet ?) quid Paulum in ap-
bationem cœlibis tui & peregrini matri-
nii pertrahere audes ?
IV. Paulus in Ethnicos graviſſimè deto-
, quod naturalem fœminæ uſum relinquen-
uſum illius, qui eſt contra naturam, aſ-
ſerint. *Rom.* 1. 29. At verò naturalis
ninæ uſus etiam eſt, cum ea per legiti-
n commiſtionem ad generandam prolem
l ardores Venereos extinguendos congre-
Eunuchus verò utitur fœmina non ad gi-
ndum, nec ad ardorem extinguendum,
probatum eſt, ſed ad utendum ea contra
ram ejusque deſiderium & oblectamen-
, ſcil. ad mortuum planè cum ea con-
ſum inſtituendum, ſcurriles cum ea actus
cendos & libidinem vagam augendam.
poteſt ergò non Pauli graviſſima repre-
io ad illum fœminæ abuſum laſcivum &
acem in Eunuchis illis extendi. Leo
conſtit. 98. prædicta ait: Eunuchos,
d peregrinam illam commiſtionem con-
runt, liquido ſcientes ſe ſteriles & ad
ndum inutiles convenire, naturæ quaſi
iari. Ac ſanè ob hoc duntaxat odio et
mbo digni ſunt, mulier, quod, cùm
ugalis conſuetudinis cupida fœcundo ſe
ere potuiſſet, infœcundum & ſterilem
lerit: Eunuchus verò, quod, ut in
m Dominus benediceret, impotentia ſua
erit. Si quis porrò fundum, ex quo
aliquis fructus metat, vaſtet & incultum
quat, an hunc tanquam malum atque
cioſum odio habebimus, ejusque, ſi
poteſt, inſtitutum reprimemus: illi ve-
qui fundum, ex quo ratione præditum
en pullulet, deſolet & inutilem efficiat,
iam nil indignitatis committat, id facere
ittemus? Et ſanè quid quisquam dicat?
Auguſtinum T. 7. l. 6. contra Julian. c.
lum Spadonum concumbendi conatum,
vis hunc irritum ait, in eam turpitudi
venire, propter quam colligimus: Va-
iani ſuperioris Eunuchus gladio ultore pu-
fuerit, meretricis confeſſione convictus.
ria autem pro matrimonio Eunuchorum
dendo objici poſſe videntur: I. Quod
i jam effœto & ſemper ob ſenium ma-
frigenti in matrimonium juncta fuit ju-
la Abiſag, quam tamen ille carnaliter
cognoviſſe, tantum verò illa eum cale
dicitur, 1. *Reg.* 1. *v.* 1. *& ſeqq.* 2. Quod
primarius conjugii finis ſit procreatio
s, ſecundarius tamen in conjugio, et-
erili, poſſit eſſe mutuum adjutorium,
plo ſenum, qui non ob generationem
rum, ſed ut habeant adjutorium & qua-
ulum ſenectutis, contrahunt matrimo
loquente *Dn. D. Menzero de conjug.*
onf. p. 164. *& ſeqq. Obj.* 3. *Bidenba-*
memorare in Promt. Connubial. p. 558.
ſiſt. Witteb. Anno 1593. *&* 1599. per-
l. Novell.

miſſum eſſe mulieribus, ut frigidis & impotentibus nuberent, idque exemplo Davidis & Abiſag, quam tamen ille non cognoverit. Sed Reſp. ad primum: Variè quidem de iſto Davidis ſenioris conjugio apud Patrem Martyrem in illum locum: certum autem eſt, quod non omnia ſanctorum, ne Davidis quidem, exempla in imitationem ſint trahenda, ſed illa ad regulas & leges præſcriptas exigenda, maximè ubi ſcriptura ipſa, ut & hoc loco, ea non emendat. Adhæc h. l. non eſt quæſtio de frigidis ex ſenio, utpote quibus nullo tempore nuptiæ prohibentur: verum de Eunuchis & Spadonibus, quibus nec Cæſareæ, nec Pontificiæ leges nuptias conceſſerunt, urgente rectè *P. Martyre in* 1. *Reg.* 1. Porrò conjugium hoc inter Davidem & Abiſag fuit ſuaſum & contractum non præſcita aut certo præſuppoſita concubitus fœcundi impoſſibilitate ſimplici, quæ eſt pura in Eunuchis negatio, omnem ſpem generationis præcidens, verum præſuppoſita ſpe & præſumptione ſaltem opinabili generationis futuræ: Nam ſenes frigidi habent ſuas viciſſitudines & corpus eorum ſenile viribus priſtinis reſtitui poteſt, & non rarò fieri ſolet, ut etiam in ſenio generare valeant, prout Abrahami exemplum teſtatur, qui etiam centenarius & effœtum ſeu mortuum corpus habens prolem nihilominus genuit, *Gen.* 21. 4. *Rom.* 4. 19. Quin & poſt mortem Saræ filios adhuc generavit, *Gen.* 25. 1. *& ſeqq.* Qua de causâ conſilium initur, ut per hoc conjugium calor interior in frigido David reſuſcitaretur, atque ſic facultas generativa iterum inſtauretur: ſterilitas ergò conjugii Davidici ſubſecuta habebat ſe privativè eventu ſolum præter ſpem & præſumptionem inopinabilem. Tandem juvencula illa facilè conjectare poterat, Davidem jam capularem ſenem, quamvis vitæ ejus prorogatio iſto modo quærebatur, non diu in vivis ſuperſtitem fore, ac proinde concubitus prolifici deſiderium patientiùs tolerare valebat, maximè cum per non inſecutam ejus cognitionem carnalem pruritus in ea non fuerit major aut ferocior factus, ſicut in juvencula Eunucho juncta, ut quæ non poteſt non acrius & vehementius flagrare, de quo antea ex autoribus. Non fuit ergò omnis in Davidis hoc conjugio generationis ſpes ſimpliciter præciſa, ſicut in congreſſu Eunuchi omnis planè præſumtio eſt ablata. Non conjugio ſenis hujus cum juvencula honorabilis & pretioſus ſuus reſpectus fuit denegatus, verum ille eidem ſalvus relictus, calefactione ſc. generandi virtutem procreante & honeſtate in eo intenta; Eunuchi autem congreſſus cum juvencula eſt nefarium ludibrium & laſciva & ſcurrilis conjugii dehoneſtatio: in Davidis conjugio ſpectabatur & præſumebatur pruritus extinctio, nec ille in juvencula acrior reddebatur; in Eunuchi autem congreſſu pruritus acrius accenditur & in juvencula fortius exſuſcitatur, eaque in ſti-

in ſtimulos uſtionum & periculum fornicationis præſentiſſimæ præcipitatur. In Davidis conjugio non fuit procax & obſcœnus juvenculæ abuſus, ſicut in Eunuchi congreſſu turpiſſimo talis locum habet, verum uſus ejus ad calefactionem, & adjutorium magis intimum, & ad præſentem, quamvis non ſecutam copulam carnalem, licitus & legitimus, ut ita δὶς διὰ πασῶν & per omnia membra quatuor ſuperiùs memorata conjugium hoc Davidis ſenile, ab impio Eunuchi cum juvencula congreſſu diſterminatum fuerit. Reſp. ad 2. Finis ſecundarius à primario conjugii non eſt dividendus, ſeu ſeparandus, verum diſtinguendus. Non enim vel bonum fidei, vel bonum myſterii ſeparari debet à bono prolis, *Aug. Tom. 3. in Geneſ. l. 9. c. 7. apud Lombard. l. 4. diſt. 31. tit. A.* aut quod eodem recidit, non vel infirmitatis remedium, vel humanitatis ſolatium ab obſequio legis, ut idem *Auguſt. in lib. de bono Viduit. c. 8. & citati lib. 9. c. 1.* nuptiarum ſequeſtrandum 61. ſed arctiſſimè connecti debent, ita ut omnia reſpectum indiviſibilitatis ad ſe invicem habeant, etiam ad ſobolis procreationem. Non, ac ſi ſemper eventu & actu ipſo hæc adeſſe debeat, ſed aut propoſitô, conatu aut ſpe. Quamvis Moraliſtæ ne propoſitum quidem illius, v. gr. inter morituros ſemper exigant apud *Laymanum l. 5. memor. Tract. 10. pag. 4. c. 11. num. 6.* ſed facultate ſeu potentiâ ſaltem ſecundum opinionem probabilem in ſe nondum deſtructa ad generandum, etiamſi per accidens aliquod impediatur. Quod ſi verò hæc potentia ſecundum ſe, in ſenibus etiam pruritus abolitus ſit, ut nullô modô reſtaurari poſſit, tum impotentiam eam eſſe matrimonii contracti apud *Laymannum d. lib. num. 6. & 7.* Quod inde &c. *Petrus Martyr. 1. Reg. c. 1. urget.* Minimè omnium verò huic fini de procreanda prole juxta divinam inſtitutionem ſatisfacere poteſt illa Eunuchiana, violenta, mortua & ſcurrilis juvenculæ conſtupratio, & in ipſam naturam injurioſa abuſio, dum omni facultate generandi in ſe deſtructa per illum congreſſum, nunquam vel ad naturæ effectum intentum, vel per naturæ evacuationem & alleviationem ad æſtus extinctionem pervenitur, ſed ille ſemper fovetur & augetur, tam in Eunucho per meram fatigationem congreſſum nefarium tandem finiente, quàm in ipſa juvencula nullum naturæ fructum ſibi ſatisfacientem inde recipiente. Reſp. ad tertium, *D. Bidenbachium loqui d. l.* de frigidis & impotentibus, non verò de Eunuchis & Spadonibus, virginem quidem nefario congreſſu vitiare, at non imprægnare valentibus. Addit deinde, quod licet permiſſum fuerit impotenti cohabitare mulieri volenti, differentia tamen ſit inter Spadones & alios impotentes, ex alia cauſa & Baſilium de Spadonibus ſcribere, poſſe illos vitiare, non autem imprægnare virgines: *idem in quæſt. 5.* i ſtatuit, ex judicio Theologorum matrim nium de jure nullum eſſe, quod cum frigi & impotente contrahatur, ſicuti impoten illa ſit explorata, naturalis, perpetua, in nabilis ſeu irrecuperabilis, & quod antece matrimonium; ſecus verò ſe rem habere q ad impotentiam nondum certò cognitam, cidentariam ſeu ſupervenientem & ſequen per aliquem caſum. Addit tandem in dem quæſtione: Si quis poſt nuptias ſe ipſ ferro vel pharmacis data opera facit inh lem ad matrimonium, tum citra dubita nem perſonam integram & ſanam pror ciari liberam. Quantò magis, ſi quis te nuptias fuerit Eunuchus ſeu Spado talis. ad primam quæſtionem reſpondemus: r etiam ad ſecundum quæſitum nobis pro ſitum:

Scilicet poſtquam evictum eſt, ejuſ conjugium de Jure Divino, Cæſareo & tificio eſſe nullum, verum inſtitutioni næ contrarium, naturæ inimicum & in ſum, in ordinem divinitus inſtitutum broſum & ignominioſum, & uſum illius nè catachreſticum & nefarium, omninò giſtratus Chriſtianus, ne de peccato a participet, aut ſcandalum cumulare ſe gere velit, ejuſmodi congreſſum Eu cum juvencula per conſcientiæ ligamen malum è populo, è medio tollere ten *Deut.* 17. 12. *Levit.* 19. 17. *Eph.* 5 *Auguſt. Tom.* 10. *ſerm.* 18. Duobus malus te non maculat; ſi ei non conſe & ſi redargues. Hoc eſt non communi non conſentire. Communicatur qu quando facto ejus conſortium voluntat approbationis adjungitur; neque ergò ſentientes ſitis malis, neque negligente non arguatis. In Jure Canonico certè ſtanter ſtatuitur, ob frigiditatem & im tiam inſanabilem aut impoſſibilitatem re di debitum, matrimonium Jure nullu clarari poſſe, v. gr. *D.* 33. *q.* 1. *Extr* frigidis & maleficiatis. Quamvis aute bi agatur de caſu, quo alter conjugum liberorum procreationi operam dare, roquin tamen ſi cohabitare nihilomin luerint, virum eam non uxorem, ſed rorem habere poſſe. Nihilominus e illo Canonico rectè matrimonium tal jure ipſo (ſecus enim dirimi, & aliud monium concedi non poſſet) nullum ritum eſſe, ac proinde perſonas illas ſepara & debere ſaltem quoad thorum, (quod ſi e le novo edito conſenſu contrahere, & m roris inſtar nihilominus cum viro tali velit, illius à copula carnali abſtinere propter pollutionis periculum evitandum prô tamen continentiæ metu ex parte p adhuc, utpote quô caſu ei ad alias nuptia

e

m ſit) ſtatuitur à Moraliſtis ap. P. Lay-
. *d. l. n.* 2. 4. 5. & 7. Copula etiam im-
ta, qualiter fieri poteſt, ei conceditur,
oſt contractum demum matrimonium
chus aut impotens factus eſt, juxta Tole-
k Sanchez 16. num. 3. ſpe ſcilicet per-
læ copulæ probabili adhuc ſuperſtite,
enim eum abſtinere teneri propter pollu-
n vitandam num. 4. Unde etiam Re-
Brunſuicenſis D. Winoldus Molradus in
. ſuo de Matrimon. *p.* 110. rectè ſtatuit,
hoc caſu, cum ab initio matrimonium
n ſit, propriè divortium ſeu ſeparatio
nonii dici non poſſit, §. 12. *J. d. Nu-*
L. 6. *C. d. Inc. Nupt. L.* 5. *C. d. LL. c.*
iſſolvendum. X. d. Sponſal. Impub.
autem in præſenti caſu Eunuchus impo-
legitimè & naturaliter congrediendi &
dente & perpetua ſeu inſanabili & irre-
li laboravit & laboret, omninò matri-
im cum juvencula nunquam Jure ratum
ſed & irritum & nullum. Cumque ex-
ongreſſus inſtitutioni adverſus, naturæ
us, probroſus & in ſanctum matrimo
ignominioſus & penitus abuſivus, ſem
cum vehementi uſtione, obſcœno &
oſo atque effrœne propudio exercea-
rout ſuperius demonſtratum fuit, omni
agiſtratus conſcientiam ſuam aliter ſal-
& ſcandalum & Eccleſia Chriſti è medio
non poteſt, quàm omnimoda hujus
e cohabitationis abſolutione & diſſi
e.

uam noſtram ſententiam orthodoxam,
legibus divinis & humanis conformem
bſcriptione, quàm ſigillô Facultatis no-
heologicæ communire voluimus. Gieſ-
17. Octobris, Anno 1667.

(L.S.)

Decanus, Senior & reliqui Docto-
res & Profeſſores Facultatis
Theologicæ in Academia Haſ-
ſo-Giſſena.

Judicium Facultatis Theologicæ in Academia Argentoratenſi.

Cùm à Maximè Reverendo Ampliſſimo-
que Viro, Domino Sebaſtiano Schmi-
p. t. Rectore Univerſitatis Magnifico &
entûs Eccleſiaſtici Præſide venerando,
no Patrono & Collega noſtro honora-
o, duæ in Concilio Facultatis Theolo-
propoſitæ eſſent quæſtiones, quarum
fuit:

m Magiſtratus Evangelicus ſalva conſci-
entia citra ſcandalum publicum Eccle-
ſiæque ignominiam tolerare queat tan-
quam matrimonium, ſi Eunuchus na-
tura talis Romanæque Eccleſiæ addictus,
uvenculam Lutheranam, unà cum Pa-
rentibus in id conſentientem, ſibi per
Paſtorem ſolenniter copulari jam curave-
rit? Poſterior autem hæc: Quidnam
Magiſtratui Chriſtiano in tali caſu faci-
endum, ne vel participet de peccato alie-
no, vel ſcandalum augeatur?

Quùm autem indicatum fuiſſet, expectari
ſimul Facultatis Theologicæ Argentoratenſis &
ſententiam de his duabus Quæſtionibus, & ſen-
tentiæ rationes, atque res hæc ita ſimul fuiſ-
ſet commendata, ut expectationi deſiderioque
illi omninò pro viribus ſatis faciendum eſſe
Facultas Theologica cenſuerit, placuit ſingu-
lis illius Aſſeſſoribus de hac re conferre, &
quidquilibet ſentiat, exponere. Deprehenſus
autem eſt ſingulorum unanimis conſenſus,
quoad ſententiam ipſam & ſententiæ ratio-
nes. Sanè reprehendi non poſſumus, quod
audita propoſitione iſta non mediocriter fue-
rimus commoti & conſternati: Abhorremus
enim à ſcandalis & turbis, quibus ſancta DEI
Eccleſia tentatur, & piorum omnium mentes
offenduntur. Viſum autem fuit non parvum
ſcandalum, ſi tale quid in Eccleſia DEI vel
fuerit, vel toleraretur, vel probaretur, vel de-
fenderetur. Quod quæſtionem attinet, impro-
bamus, neque pro legitimo veroque matri-
monio & conjugio agnoſcimus, copulationem
Eunuchi notoriè talis cum juvencula etiam cum
Parentibus in id conſentiente & accedente be-
nedictione Paſtoris. Sententia hæc eſt com-
munis Noſtratium & ſimplex, quam ideò
amplectimur & ſequimur, quia ſimplex & ad
principia veritatis ~~cœleſtis~~ concepta eſt.
Non enim tutum eſt indulgere propriis ſpe-
culationibus & amplecti aliquid abſurdum,
deinde undique rationes conquirere, quibus
id pingatur & ab abſurditatis ſpecie purgetur.
Sententiam Noſtratium expoſuere D. GERH.
Tom. VII. L. Comm. de Conjug. p. 235. *&*
ſeqq. DN. DUNTE *in Caſ. Conſc. p.* 829.
vom Eheſtand, quæſt. 39. & poſt hos DN.
DANNHAUERUS noſter beatæ memoriæ
in Theol. Conſtit. Tom. I. p. 2. *Dial.* 3. *quæſt.*
17. *p.* 823. Neque diſſentire poſſunt Ponti-
ficii Mart. AZPILORETA, Doctor NA-
VARRUS *in Manuali Confeſſ. c.* 12. *pag.*
528. *§.* 59. Duodecimum impedi-
mentum impediens matrimonium eſt impo-
tentia coeundi; eſt autem impotentia im-
pediens matrimonium, impedimentum na-
turale aut accidentale, ad ſignificandum,
ex duabus cauſis hoc oriri, ſcilicet naturali,
quod ſignificatur per verbum FRIGIDIS; &
accidentale, quod per verbum Maleficiatis,
quoniam ad impedimentum frigiditatis redu-
citur omnis alius naturæ defectus aut exceſſus,
& arctio membri, quæ copulam impediunt;
& ad maleficium ſeu faſcinationem quodli-
bet accidentale, quod ex abſciſſione, ca-
ſtratione, ſeu alio artificio naſcitur. Un-
de ſequitur, non eſſe verum illud, quod
dicunt

Val. Novell.

dicunt Palud. & S. Antonius, quod qui potens matrimonium contrahit cum impotente, ſciens impotentem eſſe, non poſſit ſe ſeparare ab illa, propter ejus voluntatem, eò quod ſit verum matrimonium, & ſibi debet imputare contrahens cum impotente: quia fundamentum eorum falſum eſt, quum inter eos nullum verum matrimonium ſit, annihilante illud hoc impedimento, quod eſt impediens & dirimens. Itaque per hunc Pontificium Doctorem impedimentum ex caſtratione ortum eſt impediens & dirimens, annihilatque matrimonium potentis cum impotente, vel ſcientis impotentem eſſe, neque permittit ullum verum eſſe matrimonium inter tales. ANTONIUS DIANA in ſumma circumſtantiarum §. 14. *pag.* 147. Circumſtantia impotentiæ (in frigidis & Eunuchis, de quibus loquitur) facit talem copulam eſſe contra naturam, quia non habet finem à natura intentum. Idem voce: impedimenta matrimonii. §. 10. *pag.* 466. Nota I. quod impotentes impotentia perpetua non poſſint nubere, ne in ordine ad caſtè vivendum quidem; nam de intrinſeca matrimonii ratione eſt traditio poteſtatis ad uſum & copulam conjugalem, quam impotentes tradere non poſſunt, quum non habeant, nec poſſint matrimonii vel alterius ſacramenti, aut contractûs rationem eſſentialem ad ſuorum ipſorum arbitrium immutare. Accedit Bulla Sixti V. edita Anno 1587. declarans, matrimonia Spadonum ſeu Eunuchorum prorſus eviratorum, cum quibuscunque mulieribus ſeu ſcientibus ſeu ignorantibus eſſe & ſemper fuiſſe irrita. Nolumus plura addere. Theſin ipſam quod attinet, impedimentum illud ipſam ſubſtantiam conjugii evertit & cohabitationem conjugalem impedit: Benedictio Eccleſiaſtici non efficit matrimonium, ſed matrimonio vero ritèque facto ſecundùm inſtitutionem & ordinationem DEI inito benedicit. Conſecratio nempe ſacramentalis materiam illegitimam non facit legitimam, ſed legitimam atque ab Autore Sacramentorum ordinatam materiam conſecrat, cumque materia cœleſti unit, facitque organon divinæ gratiæ, quæ promiſſa eſt. Et docentibus Pontificiis, qui vel citati ſunt, ratio eſſentialis ſacramenti nullius ad arbitrium hominum mutari poteſt. Paſtorem ſolenniter copulantem Eunuchum notoriè talem cum juvencula non debere defendi, vel poſſe ullâ ratione excuſari cenſemus, atque ſi ſciens vel prudens id fecit, quid mereatur, noſter Gerhardus indicavit *loc. cit.* Si deducenda res foret per omnia cauſarum genera, in omnia incurrere deprehendetur. Efficiens DEUS non eſt, à cujus inſtitutione & ordinatione diſcedit. Materia juſta non eſt, quia contrahentes non ſunt legitimi. Forma nulla eſt, cohabitatio conjugalis, inque unam carnem conjunctio: finem verum conſequi non poteſt. Periculum, quod incurrunt

ſic contrahentes, manifeſtum eſt. Nam
DEUM tentant, qui ſic contrahunt, quo
poteſtate non habent, & quod DEUS
non promiſit. Scandala, quæ inde emer
poſſunt, deplorabimus potiùs, quàm ut
remus. Si deſcendamus ad hypotheſin, p
illa in quæſtione priore propoſita eſt, po
Eunuchus notoriè talis; ab altera parte ju
cula eſt. Sanctiſſima ſanè ordinatio DE
conjugium. Honorabile conjugium omn
& lectus impollutus eſſe debet; non vi
da tam ſancta ordinatio eſt, non exponen
eſt lectus conjugalis pollutionibus, non e
tus honorabilis deducendus in contemt
riſum hominum. Conſenſum juvencu
Parentum temeritatem interpretamur in
ſabilem, non hoc in poteſtate Parentun
non in poteſtate liberorum. Utriſque
rior DEUS eſt, & lex divina, & ordi
DEI ſancta, quæ conſenſum legitimum
certos terminos cohibet, nec fines egred
mittit. At VOLENTI NON FIT INJU
Quid ergò? Ergò non peccamus perm
tes, ut ruat in exitium, qui temerè ſe i
veam aut fluvium præcipitat? Conſen
rem illicitam non facit rem licitam, imò
eſt in rem illicitam, à re ipſa fit illicitus.
POTERIT LIBIDO EXTINGUI?
extingui, imò irritari. Irritatio hæc libic
accendet, & accenſa non poteſt reſtingui
de accenſa eſt. Quid ſi ſub ſpecie con
tiæ foveat & exerceat intus & occulto
ſtandam impuritatem? & ſub operculo
ginarii conjugii continentiam non habe
perpetua illius poſſeſſione certus non eſt
meraria igitur eſt promiſſio promittentis
pectaturam ſe eſſe mortem impotentis r
Votum continentiæ damnatur in Pon
ab Orthodoxis, quod DEUS eò votò
tur, ſine promiſſione ſuſcipitur, quod v
id, quod vovens in poteſtate ſua non l
cum injuriâ ſancti à DEO ordinati &
tuti ordinis & remedii; & tamen id ha
tolerabilius eſt, cùm qui vovêre, ſoli v
Hæc verò cohabitatio libidinem accen
ſopitum ignem excitabit & omnem im
tem fovebit. Mulierum frictricium, qu
βάδες dicebantur, horrenda libido & tu
do fuit: nonnè juſtè abominamur eam
nem & turpitudinem, quæ ab illa ſola
bri, quô exercetur, differentia diſting
Quid ſi, ubi naturale membrum adhib
aggravari turpitudo cenſetur, quod a
tandam libidinem aptius ſit? Rem tu
& quæ contra naturam eſt, abominam
malumus obſtupeſcere, & turpitudinem
ſtari, quàm plura de illâ loqui ejusque
vitatem exaggerare. Neque huc per
differentiam oſtendere & deducere inter
jugium, quod init ſenex cum vetula; n
quæſtione propoſita deſcribitur δὶς Eun
cum juvencula contrahens. Et ſenum a
ti

ſt, quàm Eunuchorum; & vetulæ alia,
n juvenculæ. Eunuchum verò eſſe
ificium, juvenculam verò Luthera-
& in Eccleſia Lutherana hoc fie-
ccleſiam Lutheranam in contemtum ad-
, & portam aperit ſcandalis, quæ extra
ſiam Lutheranam non tolerantur, non
antur, in Eccleſiam Lutheranam introdu-
ır, à quâ tamen omnis ſcandali ſpecies
i curâ removenda eſt.

Quæſtionis poſterioris deciſio facilior eſt
ciſione prioris. Pœnæ politicæ rationem
nti Magiſtratui relinquimus. Is autem
mſtantias omnes examinare & exactè noſ-
terit. Pietas & prudentia Magiſtratuum
unt, ſalutari remedio ſcandalum tolle-
periculum avertere diſſenſûmque ſuum
um pro DEO DEIque ordinatione publi-
clarare. Unanime quidem noſtrum vo-
ſt, ſeparari adeò illegitimè, periculosè,
alosè contrahentes, vel ex ditione pii
tratus ejici, ſi parere nolint, & cogi non
t. Exiſtimamus etiam temeritatem Pa-
n gravi pœnâ coercendam & reprimen-
quòd filiam tanto expoſuerunt periculo,
ndalô offenderint pios alios Parentes,
ue ſanctam ordinationem non majoris
verint. Pius autem prudensque Magi-
pœnam determinabit. Invocamus au-
EUM Opt. Max. ut Magiſtratum omnem
ianum & Evangelicum ſuô Sanctô Spiri-
at, qui doceat ſcandala odiſſe & zelô ju-
lere, ut pacatum ſit eorum imperium &
n omnique DEI benedictione floreat
tectione tutum ſit: neque reprehendi
verbi Miniſtrorum, quibus incumbit,
lorum convictio & redargutio publica.
eos corroboret, ut ſic loquantur DEI
n, prout oportet id loqui. Hæc No-
n ſententia eſt una, hoc votum unum:
um Argentorati, & ſigillô Facultatis
ogicæ munitum, die 8. Novembr.
1667.

(L.S.)

Decanus &c.

Reſponſum Facultatis Theologicæ Jenenſis.

. P.

ras Tuas die 14. Febr. anni modò cur-
ntis ad Nos datas, die 18. ejusdem men-
bè obtinuimus indeque per relectionem
mus, quâ ratione Serenitatis Electora-
nicæ Camerarius Intimus, corporis ſta-
intuitu Eunuchus, ex Italiâ oriundus,
tholomæus de Sorliſi, poſtquam cum Domino, illi ſub emtione prædii cujusdam Nobilis conſilia ſua impertiente, in notitiam venerat, & abhinc eundem ſæpius viſitando, tandem etiam erga privignam natu minimam, virginem tunc XVI. annorum, tanto amore accenſus fuerat, ut eandem matrimonio ſibi jungi deſideraverit, eâque de causâ Domino æque ac Conjugi ſuæ propoſitum ſuum detexerit & puellam ambierit: hoc autem ejus petitum Vobis mirum ſatis & inſolitum videretur, id filiæ veſtræ retuleritis, illique clarè ſatis remonſtraveritis & ob oculos poſueritis, quòd ſimile conjugium non concedi poſſit, additâ ſeriâ admonitione, ut à propoſito abſtineant animûmque mutent: hæc autem ſtatim profeſſa fuerit, ſe eundem nunquam deſerturam, & ſi ille ſibi denegaretur, ſibi in corde prorſus impoſſibile eſſe alium quendam amore proſequendi: Sorliſio etiam indies magis magisque Virginem ambiendo, Vos eandem, de conſenſu filiæ aliorûmque Conſanguineorum ſub gravi hâc conditione addixeritis, ut priusquam eandem in uxorem duceret, coram Magiſtratu Eccleſiaſticô cauſam hanc prius ventilaret: quâ reſolutione obtentâ Dn. Sorliſi Dn. Jacobum Wellerum, νῦν ἐν ἁγίοις, Concionatorem quondam Primarium Aulicum Electoralem Saxonicum, adierit & propoſitum ſuum detexerit, qui poſt fuſiorem de negotio hoc diſcurſum illi conſuluerit, ut caſum hunc in quæſtionis formam redigeret, & deſuper illa à Conſiſtoriô quodam informationem peteret. Sorliſius ergò, à Domino & uxore ſuâ tantiſper in ſuſpenſo relictus, quæſtionem ſeu ſpeciem facti prolixam ſub nominibus fictis concipi, rationes dubitandi & decidendi, & quâ ratione à Vobis illi contradicatur, inſeri, ſeque deſuper à Conſiſtoriô Lipſienſi informari petens, ſententiæ tandem pro matrimoniô particeps factus fuit. Conſenſu hoc pro ſe militante fretus impenſius jam matrimonii conſummationem urgebat, Vobis tamen nequicquam properantibus; & quamvis non tantum in Civitate Dresdenſi, ſed in totô ferè Electoratu res hæc in ore omnium fuerit, Virginis tamen Conſanguineus, Conſiliarius Cameræ Electoralis Saxonicus, conſulebat, ut totum negotium Virginis æquè ac Veſtrûm omnium Confeſſionario, DN. M. Danieli Schneidero, Miniſterii Dresdenſis Seniori, aperiretur, ejusque judicium requireretur; quod pariter factum, poſtquam antedictus Conſiliarius Cameræ Electoralis cum Dominatione Tua illum convenerat, totum negotium enarraverat & nequicquam celârat. Requirente ergò Dn. Conſiliario Cameræ, an 1. aliquid habeat, quod contra matrimonium hoc militaret? 2. Si copulatio fieri debeat, an eandem in ſe ſuſcipere & perficere vellet? Reſpondit: Quòd ad 1. nihil habeat, quod moneret, niſi quod exiſtimet, unam ex hisce perſonis alteram brevì morboſam reddi-

 turam

turam & conſumpturam eſſe: quoad alterum, Copulationem ſe quidem adminiſtraturum eſſe, addebat, modò Electorale mandatum obtinuerit: & cum Dominus Requirens interpellando diceret ſe vereri, ne, ſi copulatio impediretur, deſponſatæ ad terminos Bohemiæ confugiant & à Sacerdote Romano-Catholico ſe copulari petant, Confeſſionarius id illos in nomine DEI facere poſſe addit, cum in actu copulationis nequicquam differamus à Pontificiis: de cæterô Confeſſionarius hic, in conſilium vocatus, nequicquam contra conjugium hocce attulit, multò minus illi contradixit. Nullam ergò hoc in loco contrarietatem percipientes, nullumque periculum alibi pertimeſcentes: hæc Domino Sorliſio retulerunt, qui ſtatim ad Concionatorem Aulicum Supremum Elect. Saxonicum, D. D. Martinum Geierum, ſe contulit, eumque rogavit, ut ſibi mandatum aliquod ad copulandum impertiretur; cumque hic ita ſe declaraverit, quòd à ſuâ parte in conjugium tale conſentire non valeat, dum caſus hic omninò novus & inſolitus ſit, qui à Conſiſtoriô Supremô tam crudè indulgeri non poſſit, ſed à Clementiſſima reſolutione Epiſcopi Supremi, Sereniſſimi ſc. Electoris, dependeat: Sorliſius ad Serenitatem Suam Electoralem confugiens, præviâ relatione humilimè petiit, ut, quoniam nulla contradictio ſe trudat, ſed omnia in gratioſiſſimam reſolutionem Sereniſſimi Electoris redundent, id gratioſiſſimè indulgeretur. Clementiſſimè ergò conſentiente Sereniſſimo Dn. Electore, Mandatoque ad Paſtorem Sadisdorfenſem, Dn. Matthiam Kühnium, dato, ut Impetrantem cum Filia Lichtwerianâ in prædio ſuô Schmideberga privatim copula Sacerdotali jungeret, huic Paſtor humilimè morem geſſit. Hoc verò reſciens Conſiſtorium Eccleſiaſticum Supremum, nunc demum, ubi res non amplius integra erat, ſe opponebat, & oblata relatione humilimâ reſciſſionem urgebat; quô factô Serenitas Sua Electoralis permota fuit, ut Theologos quosdam conſuleret, & obtentis illorum judiciis è Secretiori Conſilio Decretum ſub Num. I. impertiret: quod ut primum Conſiſtorio Supremo inſinuatum fuerat, Dn. Superintendenti Dresdenſi, D. Chriſtophoro Bulæo, commiſſum fuit, ut ejus Sorliſium ejusque Conjugem certiores redderet; id quod die 10. Septembr. anni nuper elapſi 1667. etiam expedivit, & ſimul utrique Conjugi proſpera quæque gratulando comprecatus fuit. Quoniam etiam in Decretô Clementiſſimô continebatur cavebaturque, ut haud parca ſumma ad pios uſus locô diſpenſationis ſolvenda ſit, Sorliſius ſtatim ſe Templum quoddam Lutheranum ædificaturum certamque (utut indeterminatam) pecuniæ ſummam alicubi depoſiturum eſſe promiſit, è cujus reditibus in perpetuum Paſtor Lutheranus ali poſſit: quô factô omnia jam talo ſtare putabantur. Interim tame novô contradicendo perhibebatur, Conj hosce ſalvâ conſcientiâ ſibi cohabitare poſſe, ſed neceſſariò reſciſſionem & ſe tionem illorum inſtituendam eſſe, qu hunc usque diem adhuc urgetur: non ob te, quod bini hi Conjuges ex toto cor ſincerè ament, & utrobique profiteantur tè, quòd citius vitam ſibi eripi paſſuri quàm ut alter ab altero ſe ſeparari per ret, non obſtante etiam, quod nulla pa alterâ vel minimum etiam conqueratur in omnibus contenta ſit. Poſtquam hæc talia Theologis Dresdenſibus (ex Domino Superintendente) innotuerun ſimulque obſervatum fuit, Conjuges nunquam ſeparari ſe paſſuros eſſe, utut operâ ſæpiſſimè hac ex causâ tentati fu novô auſu à S. Cœnæ uſu ſuſpenſi fue ita, ut ultra annum nunc, in hunc usque ab eâ nolentes volentes abſtinere tene Licet enim Superintendens illius loci ec ad Confeſſionem admittere voluerit, D Schneiderus tamen & Domini Diaco preſsè dicunt, ſe ante ſeparationem i Cœnam neutiquam adminiſtraturos eſſe tamen D. D. Bulæus aliique Dnn. T gi per Aſſertiones Num. X. hîc occu remonſtraverint & docuerint, quod gium hoc neutiquam diſſolvi, ſed tolerari & indulgeri debeat. Cùm ergò res in ſua opinione obſtinatè perſiſtant, parationem unicè urgeant, hæc autem Conjuges haſce in æternum ſperari non hinc ſeqq. nobis Quæſtiones offers: A Bini hi Conjuges ſalvâ conſcientiâ & ſin dalo plebis, contra propriam volunta Decreto Electorali per Theologos det & à ſe invicem ſeparari poſſint? 2. A gnæ Tuæ tenore Verbi Divini ſalvâ con ulterius abſolutio & S. cœnæ uſus d poſſit? cùm tamen ex præſcitu dive Theologorum Celeberrimorum Con hoc inierit, idemque proprio ſuo Co nario, per Conſiliarium Cameræ Elect Dominum que propoſitum hoc aperue neutiquam contradixit, diſſentientibus DNN. Theologorum judiciis, ſicque cutione initium penes illam factum fue?

Ad quæ omnia Reſponſi loco di quòd, poſtquam certô & determinatô d conveneramus, ac transmiſſum Caſum i re Domini maturè ponderaveramus, rimus, quod conjugium hoc inter Do Bartholomæum de Sorliſi, Eunuchum mini Privignam initum & jamjam con tum magnæ ſit conſiderationis magni riculi, cumprimis à parte Privignæ, eaque sâ optaſſemus, ut Confeſſionarius co dum res adhuc integra erat, ſcrupulos c

c incidentes ſtatim ob oculos poſuiſſet, ijugium propoſitum ſeriò & datâ opera ſiſſet, vel ut cauſa hæc viâ ordinariâ Conſiſtorio Eccleſiaſtico Saxoniæ Su-o, quod Dresdæ eſt, ventilata, hujus-Deciſioni locus datus fuiſſet. Nemo inficiari poteſt Domini Privignam, quæ ad generationem liberorum, ratione tutionis corporis, ſatis habilis & usque-in optimo ætatis flore conſtituta eſt, ni-ecius ſcienter, ex proæreſi & citra ne-tem cum Eunucho ſe deſponſavit, qui ad generandum, corporis intuitu, iò ineptus eſt.

uod ipſum quidem 1. contra finem prin-m matrimonii, qui juxta tenorem ſacræ uræ & unanimem doctrinam noſtratium logorum procreatio liberorum & pro-o generis humani eſt, militat. Poſt-enim DEUS T. O. M. dixerat: Non n eſt hominem eſſe ſolum, faciamus ei rium ſimile ſibi: ex coſta, quam ex o deſumſerat, formabat mulierem, eam-dducebat ad illum, ut ſcilicet ejus eſſet ix, cumprimis in procreatione ſobolis, . 18. 22. Quapropter & DEUS T. O. M. ere humanô non marem tantùm, ſed minam creavit, illis benedixit & ait: te & multiplicamini, replendo terram, 1. 27. 28. Quò etiam Tobias junior tione ſua *Tob.* 8. *v.* 8. 9. reſpexit. Ta-em liberorum procreatio, cujus ergò gium à DEO præcipuè inſtitutum eſt, nc cohabitationem cum Eunucho ob-nequit. Et licet objiciatur, adhuc alium nem matrimonii, ſcilicet mutuum vitæ rtium & adjutorium, quod in hoc ma-niô locum habeat: id quidem de nihilo ſt, neque negari poteſt, attamen 1. ſterior finis priorem præſupponat opor-t ex allegatis ſacræ Scripturæ locis appa-t ad minimum ab eo, qui poſterioris tan-inis gratiâ uxorem ducit, talis Perſona da eſt, in qua prior etiam finis exſpirat, æ eô in ſtatu eſt, ut penes illam deſi-n prolis ſi non omninò, attamen penè it, & absque uſtione vitam in ſimili con-onſumere valeat, quod in Domini Pri-adeò non obtinet, ut potius contra-ætatis tenerioris & conſtitutionis intui-periatur.

Ex circumſtantiis, cumprimis autem ore inter utramque partem oborto & ivè magis increſcente, tanquam cau-pulſivâ matrimonii initi apparet, quod ique non tam mutuum adjutorium in onjugii officiis, quàm εὔνοια conjugalis ncubitus principaliter intentum fuerit, mulier palam profitetur, ſe tantô erga um amore flagrare, ut ſi hîc denegetur, ſibiliter alium quendam amare poſſit. autem & Benevolentia conjugalis, ſi ve concubitus per ſe & naturâ ſuâ eſt propter generationem prolis, adeoque non pertinet ad alterum ſeu ſecundarium matrimonii finem, ſed ad primarium. Et ſi Sorliſius ſecundarium tantùm intendiſſet, absque ſcandalo ejus particeps fieri potuiſſet, ſi annoſam, prudentem & in œconomiâ probè verſatam fœminam in domum ſuam recepiſſet, cujus operâ tam ad res œconomicas, quàm ad corporis ſui curam uti potuiſſet, idque meliori jure ac per conjugem fieri poteſt, cumprimis ſi ſub promiſſione talium conditionum fiat, quales in præſenti caſu fortè poſitæ ſunt.

II. Habilitas ad generationem ſubſtantiale requiſitum eſt matrimonii, ita quidem, ut, ſi illa in conjuge quodam non inveniatur, idque ſolidè doceri poſſit, matrimonium jamdum conſummatum, ad petitum alterius partis diſſolvi & pro nullo haberi ſoleat. Quoniam verò requiſitum hoc à parte Sorliſii deſideratur, neque ejus, neque alterius partis conſenſus matrimonium efficere poteſt: non ejus, Sorliſii ſc. conſenſus, quia ad matrimonium eſt inhabilis, cujus conſenſus ipſo jure nullus eſt: nec etiam alterius partis, quia illi, tanquam juvenculæ & ad generandum aptæ fœminæ, juxta inſtitutionem divinam matrimonii, non licitum eſt, in matrimonium cum ejusmodi perſonâ virili, quæ ad generandum notoriè inepta eſt, conſentire, adeoque & ejus conſenſus ipſô jure nullus eſt.

III. Concubitus ſeu conſuetudo cum eô, qui intuitu conſtitutionis corporeæ notoriè inhabilis eſt ad generationem, peccatum eſt in conſcientiam impingens. Concubitus enim per ſe & naturâ ſuâ propter generationem prolis eſt inſtitutus, nec alius ejus finis, per ſe intentus, dari poteſt. Perſona autem mulie-bris, quæ ad generandum habilis eſt, & cum eô, quem prorſus inhabilem ad generationem novit, concumbit, non ob eum finem, quem natura intendit, id facit, ſed tantùm ad explendam libidinem: quod, cum ſcienter contra lumen & legem naturæ fiat, protervum omninò peccatum & contra conſcientiam eſt. Nec excuſari valet peccatum hoc per exemplum aliorum ſterilium hominum, in conjugiô viventium, quibus etiam absque prolis ſpe cohabitare debitumque conjugale ſibi ſolvere permittitur: ſiquidem 1. his in caſibus à parte conjugum ſterilitas ante incognita fuit, & dum ſe mutuo deſponsârunt, nulla pars contra conſcientiam egit. 2. Fructus & benedictio conjugii non ſita ſunt in arbitriô humanô, ſed DEI dona ſunt, qui illa, cui vult, largitur, quandocunque illi complacuit: nec in ſterili matrimonio utraque pars omni ſpe prolis deſtituta eſt, ſiquidem exempla non deſunt, quòd tandem in ſenectute DEUS conjugibus benedixerit, ut exemplô Abrahami atque Saræ, *Gen.* 28. 10. 11. 12. *c.* 21. 1. 2. Manoæ ejusque uxoris, *Jud.* 13. 3. Zachariæ & Eliſabethæ, *Luc.*

Luc. 17. 13. 14. aliorumque teſtantur. In præſenti verò caſu contrarium invenimus, dum fœmina jam ante certa eſt, virum, qui eandem ducturus erat, ad generandum eſſe inhabilem, nec ordine naturæ fieri poſſit, ut finis matrimonii per naturam intentus obtineatur: adeoque bona cum ſcientia in tale matrimonium conſenſit, in quô, juxta ſuetum naturæ curſum fructus conjugii ſperari nequit, & ubi nullum proſtat exemplum, quod DEUS unquam in ſimili conjugio benedictione ſua partum procuraverit. Abhinc quoque, quotiescunque concubitum maritalem exſequitur, toties illud absque ulla ſpe prolis, tanquam per naturam impoſſibilis ſcienter facit, ſicque contra finem per naturam intentum & conſequenter cum peccatô contra conſcientiam agit.

Quamvis autem excipere velint, dari adhuc alium per naturam intentum finem cohabitationis conjugalis, ſcil. extinctio libidinis, juxta ſententiam *Pauli* 1. *Cor.* 7. 9. Melius eſt nubere, quàm uri; attamen finis hic non tam per ſe, quàm per accidens intentus eſt, & naturæ convenienter intendi debet, ſcilicet per talem cohabitationem, quæ fini per ſe intento non eſt contraria, quod in præſenti caſu à parte uxoris non fit. Quia enim, corporis conſtitutionem & ætatem ſi ſpectes, ad generandum apta ſatis eſt, in conſcientiâ ſuâ obligata eſt tale contrahere matrimonium, cujus adminiculô libido naturæ convenienter extingui poſſit, ſcilicet per cohabitationem maritalem, quæ propter generationem prolis fiat, utpote quem finem concubitus per ſe & ex ipſo naturæ inſtitutô intendit: hic autem invertitur ordo, ubi concubitus nullum alium finem habet, quam extinctionem libidinis; adeoque finis per accidens in finem per ſe intentum mutatur, quod contra naturam eſt. Huc accedit, quod

IV. Medicorum ſententiâ neque finis hic accidentarius per ejusmodi concubitum à parte uxoris obtineri poſſit, & juxta *Conſtitutionem Leonis ad Stylianum*: ſi vel maximè quidam Eunuchi, quibus ſcilicet teſticuli exſecti, congredi cum uxore poſſint, tamen commixtio illa tantùm abeſt, ut libidinem exſtinguat, ut eandem potius in fœminâ accendat. Unde ſequitur, talem ad generandum habilem fœminam in tali ætatis flore ſe citra neceſſitatem uſtioni & libidini ſubjicere, & quoniam id cum præſcitu & ex proæreſi fecit, à peccato contra conſcientiam vix ac ne vix quidem immunis eſt.

E quibus omnibus eluceſcit, quòd Privigna Domini bona & intemeratâ conſcientiâ Sorliſio, tanquam Eunucho, cohabitare non poſſit. Quod Dominum Reſponſi loco celare noluimus. *Jenæ die* 25. *Febr. A.* 1665.

Decanus, Senior reliquique Profeſſores Facultatis Theologicæ.

VII. Judicium Facultatis Theologicæ Regiomontanæ.

Eunuchus quidam Virginem XVI. an[...]rum amore proſequitur, eamque ma[...]monio ſibi juncturus more conſueto a[...] apud Parentes, hosque rogitat, ut conſenti[...] Hiſce mira res videtur, adeoque utramque [...]tem ſeriò hortantur, ut à propoſitô abſtin[...] Virgo ſe illum nunquam derelicturum aſſ[...] & ſi hunc obtinere non poſſit, impoſſibile [...] eſſe alium amore proſequi. Hujus ergò [...] illi fit, ea tamen conditione, ut à Conſiſt[...] Eccleſiaſticô prius licentiam uxorem duc[...] impetret. Is omnem lapidem movet, [...] Noſtratibus Reſponſa quædam ſibi favora[...] obtinet, quibus non obſtantibus negotium [...] huc differtur, ut videatur, an mens illo[...] intereà mutetur, V. integris intereà ann[...] bentibus. Confeſſionarius Virginis ſe [...] quod opponat, habere aſſerit, ſeque actum [...]pulationis, ſi mandatum aliquod à Sere[...] Suâ Electorali obtineret, adminiſtratu[...] eſſe ſtipulatur. Indulgente Gratioſiſſimè [...]ctore Sereniſſ. ut copulatio ſuccederet, & [...]ſtorem quendam jubente, ut in prædio [...]rum privatim inſtitueretur, hic morem [...]rit, adeoque deſponſatæ perſonæ copula[...] Hoc factô Conſiſtorium Supremum de[...] contradixit, & quò Perſonæ illæ ſepare[...] rogavit. Serenitas verò Sua Electoralis [...]tentis primò Theologorum nonnullorum [...]ſponſis, Decretum publicavit, quô conju[...] hoc confirmatur, quia res non amplius [...]gra, plusque ſcandali ex ſeparatione pro[...] poſſet, hoc tamen caſu abhinc in exem[...] non trahendo, ſiquidem tale quid poſtha[...] permittendum eſſet, cavendo ſimul, ut [...]juges novelli non exiguam mulctæ ſum[...] ad pios uſus quantocyùs & irremiſſibilite[...] ſolverent.

Quæritur ergò: An bini hi conjuges [...]tra voluntatem è Decreto Principali ejici [...]parari poſſint? 2. An conjugatis ulterii [...]ſolutio & S. cœnæ uſus denegari poſſit?

Ad hæc ut reſpondeamus, fines & [...] matrimonii probè attendendi ſunt. C[...]gium ſc. primò & præcipuè inſtitutum [...] propagationem generis humani, abhin[...] evitationem ſtimuli carnalis, & tandem a[...]tuum adjutorium, ut alter alterius c[...] agat. De primô fine Moyſes *Gen.* [...] 27. inquit: Creabat DEUS homine[...] imaginem ſuam, ad imaginem D[...] creabat illum, creabat illos maſculu[...] fœminam, & benedicendo illis ait: [...]ſcite & multiplicamini, replendo terram [...]ra apud *Philonem lib. de Abrahamo* i[...]tione Saræ ad Maritum, prope finem i[...] Jamdudum una vivimus in charitate m[...]

quæ præcipua noſtri conjugii cauſa fuit, ...pter quam natura virum copulavit mulieri, ...unt nobis liberi. *Auguſtinus Lib.* 2. *ad ...lentium de adulterinis conjugiis c.* 12. *T.* ...inquit: Propagatio filiorum ipſa eſt pri...ria & naturalis cauſa nuptiarum.

De ſecundo fine Paulus 1. *Cor.* 7. *v.* 2. ...it: Propter fornicationem unusquisque ...m habeat uxorem, & unaquæque virum ...m habeat: & §. 9. Quod ſi non ſe conti...t, nubant: melius eſt nubere, quam uri. ...*ryſoſtomus Homil.* 59. *in Geneſ. c.* 34. *T.* ...hæc habet verba: Propter hoc & commu... Dominus noſter, ſciens humanæ naturæ ...rmitatem corporis, nuptias dedit & ſanci..., ut ab illicitô concubitu abſtineretur. Ne ...ò negligamus juvenes, ſed ſcientes fornacis ...endium, priusquam luxuriæ implicentur, ...deamus eos juxta legem DEI nuptiis copu...: ut & continentiam ſuam cuſtodiant, & ...lum damnum laſciviæ ſuæ habeant, reme... illinc ſumpto, ut poſſim carnis indomitos ...tus reprimere, & pœnam effugere. *Auguſt.* ...1. *de Nuptiis & Concupiſcentia. c.* 16. *T.* ...ſcribit: Illud potius excellentis continentiæ ...num, qui poteſt capere, capiat. Qui verò ...capere non poteſt, & ſi acceperit uxorem, ...n peccat & fœmina, ſi ſe non continet, ...bat. Bonum enim eſt homini mulierem ...n tangere. Verùm quia non omnes capi... verbum hoc, ſed quibus datum eſt, reſtat, ...propter fornicationem unusquisque ſuam ...orem habeat, & unaquæque virum ſuum ...beat: ac ſi infirmitas incontinentiæ, ne ...at in ruinam flagitiorum, excipiatur hone...e nuptiarum. Et *Lib. de Geneſi ad Lite...ra c.* 7. *T.* 3. Utriusque ſexus infirmitas pro...dens in ruinam turpitudinis, rectè excipi... honeſtate nuptiarum, ut quod ſanis poſſit ... officium, ſit ægrotis remedium. *Gre...ius Magnus Paſtoralis Part.* 3. *c.* 28. in ...: Admonendi ſunt itaque, ut ſi tentatio...m procellas cum difficultate ſalutis tole...t, conjugii portum petant. Scriptum ...nque eſt: Melius eſt nubere, quàm ....

De tertiô fine DEUS ipſe *Gen.* 2. §. 18. ...n bonum eſt, inquit, hominem eſſe ſolum, ...am illi adjutricem, quæ illi cohabitet. ...c adjutorium prolixè deſcribitur *Prov.* 31. ...1. *ſeqq.* Confidit in eâ cor viri ſui, & ſpo...non indigebit: Reddet ei bonum & non ma..., omnibus diebus vitæ ſuæ. Quæſivit lanam & ...im, & operata eſt conſiliô manuum ſuarum. *Eccleſiaſticus c.* 36. §. 26. Qui poſſidet ...lierem bonam, inchoat poſſeſſionem: ...itorium ſecundum illum eſt, & columna ut ...uies. Ubi non eſt ſepes, diripietur poſ...io, & ubi non eſt mulier, ingemiſcit egens. ...*ulus Tit.* 2. §. 5. requirit etiam, ut uxores ...enculæ œconomiæ curam agant, ſintque ...ῥοί, domus cuſtodes, quæ cuſtodiant do...mum & proſpiciant, ut omnia probè ſuccedant. *Clemens Alexandrinus lib.* 4. *Stromatum* ſcribit: Valdè propriè dici in ſcriptura, mulierem datam eſſe à DEO adjutricem. Clarum eſt ergò, quod unicuique ex iis, quæ marito eveniunt, moleſtiis, ratione cum perſuaſione mederi apud ſe conſtituet. *Chryſoſt. Homil.* 14. *in Gen. cap.* 1. *Tom.* 2. ad verba: Non bonum eſt hominem eſſe ſolum: Nolo, inquit, (DEUS) illum ſolum eſſe, ſed habere ex contuberniô conſolationem aliquam, neque hoc ſolùm, ſed producendus erit adjutor ipſi congruus, mulierem inſinuans: & propterea cum dixiſſet: Faciamus illud adjutorium, addit: Secundum illum; ut cùm videris ſtatim adduci beſtias & omnia volatilia cœli, ne putes de illis eſſe dictum. Nam licet adjuvent illum in laboribus ſuis multa irrationalia animalia, nullum tamen par eſt rationali mulieri. Et *Hom.* 15. *in Geneſ.* 2. Condita creatura, productis brutis & cibis & miniſterio utilibus, quia formatus homo indigebat aliquo confabulatore, & eô, qui particeps ejus ſubſtantiæ multum ſolatii afferre poſſet. Ideò ex latere illius hoc rationale animal format & ſecundum induſtriam ſuam & ſapientiam perfectum & abſolutum hoc facit, per omnia homini ſimile, id eſt, rationale, quod ei poſſet in neceſſitatibus & commoditatibus hujus vitæ ſubſidio eſſe. *Auguſt. l.* 9. *de Geneſi ad Literam cap.* 3. *&* 5. *T.* 3. aliter quodammodò de his loquitur, ac ſi per adjutorium hoc nihil aliud intelligatur, quàm auxilium ad procreandos liberos, verba ejus *c.* 3. ita ſonant: Si autem quæritur, ad quam rem fieri oportuerit hoc adjutorium nihil aliud probabiliter occurrit, quam propter filios procreandos; ſicut adjutorium, ſemini terra eſt, ut virgultum ex utroque naſcatur. *Cap. V.* Aut ſi ad hoc adjutorium facta non eſt mulier viro, ad quod ergò adjutorium facta eſt? Si, quia ſimul operarentur terram, nondum erat labor, ut adjumento indigeret: & ſi opus eſſet, melius adjutorium maſculus fieret: hoc de ſolatio dici poteſt, ſi ſolitudinis fortaſſe tædebat. Quanto enim congruentius ad convivendum & colloquendum duo amici pariter, quàm vir & mulier habitarent. Quodſi oportebat alium jubendo, alium obſequendo pariter vivere, ne contrariæ voluntates pacem cohabitantium perturbarent; nec ad hoc retinendum ordo defuiſſet, quo prior unus, alter poſterior, maximè ſi poſterior ex priore crearetur, ſicut fœmina creata eſt: an aliquis dixerit, de coſtâ hominis DEUM fœminam tantùm, non etiam maſculum, ſi hoc vellet, facere potuiſſe? Quapropter non invenio, ad quod adjutorium facta ſit mulier viro, ſi pariendi cauſa ſubtrahatur. Interim tamen experientia teſtatur maximam & fidiſſimam amicitiam à naturâ quaſi inter conjuges fundatam eſſe; unde alibi melius de hoc lo-

quitur & cum aliis Doctoribus conſentit, ſc. in *libro de bono Conjugali cap.* 1. *Tom.* 6. ubi dicit: Prima itaque naturalis humanæ ſocietatis copula vir & uxor eſt, quos nec ipſos ſingulos condidit DEUS & tanquam alienigenas junxit, ſed alteram ex alterô creavit: ſignans etiam vim conjunctionis in latere, unde illa detracta, formata eſt. Lateribus enim ſibi junguntur, qui pariter ambulant & pariter quo ambulant, intuentur. Conſequens eſt connexio ſocietatis in filiis, qui unus honeſtus fructus eſt non conjunctionis maris & fœminæ, ſed concubitus. Poterat enim eſſe in utroque ſexu ſine tali commixtione alterius regentis, alterius obſequentis amicabilis quædam & germana conjunctio; & *cap.* 3. quod (bonum conjugii) mihi non videtur propter ſolam filiorum procreationem, ſed etiam propter naturalem in diverſo ſexu ſocietatem. Alioquin jam diceretur conjugium in ſenibus, præſertim ſi vel amiſiſſent filios, vel minimè genuiſſent. Nunc verò in bonô, licet annosô conjugiô, etſi emarcuit ardor ætatis inter maritum & uxorem. Si ergò ſervatur fides honoris & obſequiorum invicem debitorum ab alterutro ſexu, etſi langueſcentibus & propè cadaverinis utriſque membris, animorum tamen ritè conjugatorum tanto ſincerior, quanto probatior, & tanto ſecurior, quanto placidior caſtitas perſeverat. De nihilo non eſt, hunc *librum de Bono Conjugali* ante priorem *de Geneſi ad Literam* conſcriptum fuiſſe, ſiquidem eundem allegat in *libro de Geneſi ad Lit. cap.* 7. ſed in eodem confirmatur. Ubi enim de triplici bono conjugii, fide, prole & ſacramento agit, *cap.* 7. inquit: unde, quia ſatis diſſeruimus in eô libro, quem *de bono Conjugali* nuper edidimus, ubi & continentiam vidualem & excellentiam virginalem, pro ſuorum graduum dignitate, diſtinximus, diutius hic noſter ſtylus non eſt occupandus. E quibus eluceſcit librum hunc ante illum quidem conſcriptum fuiſſe, ſed brevî & paulò ante & ab *Auguſtinô* nihil in eô retractatum aut mutatum, ſed omnia confirmata fuiſſe. Satis apparet, unde oriatur, quòd à receptâ opinione quodammodò deflexerit, ſc. quia clarè demonſtrandum ſibi propoſuerat, quòd concubitus in Paradiſo, ſub ſtatu innocentiæ, etiam neceſſarius fuiſſet, quod nonnulli negabant, quoniam concubitum pro peccato habebant, ut *Auguſtinus cap.* 8. habet, quando inquit: nunc enim quærimus, cui adjutorio mulier facta ſit viro, ſi eis ad gignendos filios miſceri ſibimet in paradiſo non liceat? Qui enim hoc ſentiunt, fortè peccatum eſſe omnem concubitum putant: inde factum, ut adjutorium ita coarctaverit; prout in aliis pariter quæſtionibus illi accidit, ut à communi conſenſu quodammodò abierit. Quodſi verò tempus novi teſtamenti conſideremus, illudque cum tempore veteris teſtamenti conferamus, nullum eſt dubiu , quin alter finis, ſc. exſtinctio libidinis n c fere præcipuus ſit: in veteri enim teſtame o promiſſio de propagatione generis fœderi i- vino inſerta eſt: Suſpice cœlum & num a ſtellas, ſi potes: Sic erit ſemen tuum, *Gen.* 5. §. 5. Per memetipſum juravi, multiplic o ſemen tuum, ſicut ſtellas in cœlo & velut a- nam in litore maris, *Geneſ.* 22. *v.* 16. 17. ſt in novo teſtamento ſemen Abrahæ modò i- rituali augetur, hæcque promiſſio fœder in Chriſto nobiſcum inito neutiquam annex ſt: genus humanum quoque ſufficienter di a- tum eſt, ut de propagatione ejus non mul m ſolliciti eſſe debeamus, ſed conſilium Chriſt o- tius de ſolitudine obſervandum ſit; qui c it, capiat, *Matth.* 19. 12. & 1. *Cor.* 7. §. 7 o- lo omnes homines eſſe, ſicut meipſum: co non nuptis & viduis bonum eſt illis, ſi ſic er- maneant, ſicut & ego, *v.* 38. Qui matr io- niô jungit virginem ſuam, benè facit, & qui non jungit, melius facit. Qui ergò hoc pe- re non poſſit, ducat uxorem, melius eſt n be- re, quàm uri, 1. *Cor.* 7. §. 9. Ut ade que conjugium hodiernô tempore præcipu ſit remedium contra vagas libidines. *C ri- anus libro de diſciplinâ & habitu Virg num* in fine ſcribit de hiſce ita: Prima ſen (DEI) creſcere & generare præcepit: S un- da continentiam ſuaſit: Cum adhuc i dis mundus & inanis eſt, copia fœcunditati ge- neramur, propagamur & creſcimus a hu- mani generis augmentum, cum jam refer eſt Orbis & Mundus impletus, qui capere on- tinentiam poſſunt, Spadonum more v en- tes caſtrantur ad regnum. *Chryſoſt. lib de Virginitate c.* 17. *T.* 4. hæc verba h et: Creſcite ait (DEUS) & multiplicamin id enim tempus poſtulabat, furente natu a neque ad libidinis impetum conſiſtente ne- que in eâ tempeſtate portum alium, qu on fugeret, habente. Virginitas initio lata non eſt: & *cap.* 19. itaque cum liberorun uæ rendorum cauſa proditum matrimoniu eſt tum multò magis & naturæ ardorem in- guendum. Atque id Paulus teſtatur, d ens ſed propter fornicationem ſuam quisqu uxo- rem habeat; non propter liberorum p cre- ationem: rurſumque convenire jubet, non ut multarum prolium Parentes fiant, ſe cur: Ne vos tentet, inquit, Satanas. Ac p greſ- ſus non dixit, ſin optant liberos, ſed aid: Qui ſe non continent, matrimonium c tra- hant. Principio enim, ut dicebam, upli- cem hanc occaſionem habebat, ſed dein ter- ra ac mari atque Orbe omni repletô, unt dun- taxat prætextus eſt reliquus, nequitiæ libi- dinis abolitio. *Auguſtinus Libr.* 20. *de ono Conjug. cap.* 10. *Tom.* 6. Unde mihi vi tur, hoc tempore ſolos eos, qui ſe non con ent, conjugari oportere, ſecundùm illam ej dem Apoſtoli ſententiam: Quod ſi ſe no con- tent,

nt, nubant: Melius eſt enim nubere, m uri. Et *cap.* 13. Qui enim noſtri tem- is homines Chriſtiani nuptiarum vinculo ri volentes ab omni concubitu ſe contine- cum jam tempus eſſe perſpicerent, ſicut ptum eſt (*Eccleſ.* 3. *v.* 5.) non ample- di, ſed abſtinendi ab amplexu, non po- eligerent vel virginalem vel vidualem con ntiam conſervare, quàm tribulationem car- fine qua conjugia eſſe non poſſint. Illis temporibus cum adhuc Propheticis ſa- nentis ſalutis noſtræ myſterium velabatur, ui ante nuptias tales erant, officio propa- di nuptias copulabant, non victi libidine, ducti pietate, qui ſi optio talis daretur, lis revelato Novo Teſtamento data eſt, nte Domino: qui poteſt capere, capiat; eos dubitant etiam cum gladio ſuſceptu- fuiſſe, qui diligenter intentus legit, quo- do conjugibus utebantur. *Lib.* 1. *de ptiis & concupiſcentia ad Valerium cap. T.* 7. Hæc propagatio filiorum, quæ in tis Patribus propter generandum & con- andum populum DEI, in quô prophetiam iſti procedere oportuit, officioſiſſima fuit, c jam non habet illam neceſſitatem: patet ppe jam ex omnibus gentibus ſpiritualiter nendorum, undecunque carnaliter nati fue- t copia filiorum; & quod ſcriptum eſt, tem- amplectendi& tempus continendi ab ample- ſuper illud &hoc tempus cognoſcitur diſtri- um. Illud quippe fuit amplectendi, hoc autem tinendi ab amplexu. Et *cap.* 16. quia hoc tem- , quod jam eſſe diximus continendi ab plexu, non habet hujus officii neceſſita- adjacente undique in omnibus gentibus a fertilitate gignendorum ſpiritualiter filio- , illud potius excellentis continentiæ bo- n, qui poteſt capere, capiat: verum quia omnes capiunt verbum hoc, ſed quibus um eſt, reſtat, ut propter fornicationem ſquiſque ſuam uxorem habeat, & unaquæ- virum ſuum habeat, *Lib. de Bono vidui- is c.* 7. *T.* 4. Alia quippe Propheticis tem- ibus ſanctarum fœminarum diſpenſatio , quas nubere obedientia, non concupi- ntia compellabat, ut propagaretur populus I. Unde & ſanctæ mulieres accendeban- non cupiditate concumbendi, ſed pietate iendi. *c.* 8. Tu autem, quæ & filios habes o ſeculi fine vivis, quo jam tempus ſit, mittendi lapides, ſed colligendi, non am- ctendi, ſed continendi ab amplexu. Profe- ſi ſecundas nuptias appetiiſſet, nullum Pro- tiæ vel legis obſequium, nullum prolis em carnale deſiderium, ſed ſolius incon- ntiæ fuiſſet indicium. Et poſteà, quæ ver- etiam adducuntur *cauſa* 27. *quæſt.* 1. *c. Nuptiarum.* Nuptiarum igitur bonum per eſt quidem bonum: ſed in populo DEI aliquando legis obſequium; nunc eſt in- nitatis remedium, in quibuſdam verò *Val. Novell.*

humanitatis ſolatium. *Sedulius Presbyter in* 1. *Cor.* 7. *initio.* Bonum fuerat illud, quod vobis in primordio prædicavi, hoc eſt, ſecundum conjugii uſum non tangere mulierem: ſed quoniam multos incontinentes huic doctrinæ loco ſcripſiſtis refragari, concedatur remedium, ne fornicando moriantur. Ergò Apoſtoli hoc exemplo inprimis virginitas & continentia prædicanda eſt. Sed objicere amatores luxuriæ ſolent: ad quid ergò prima DEI benedictio? Creſcite & multiplicamini: conceſſit, ut terra ſcilicet repleretur? Quia jam impleta eſt, debemus ab incontinentia temperare.

Porrò certum eſt conjugium etiam ſubſiſtere in ultimô tantùm fine, ſi conjuges nihil aliud quærant, quàm mutuum adjutorium, fidam operam, quam unus alteri præſtare valet. Videmus hoc in conjugio Joſephi & Mariæ, qui ſanè veri conjuges erant, Virgo Maria deſponſata erat Viro, nomine Joſeph, *Luc.* 1. §. 27. Joſepho deſponſata erat, & antequam in domum eandem reciperet, à Spiritu Sancto ingravidata obſervabatur, *Matth.* 1. §. 18. Angelus enim in ſomnio ad Joſephum dicebat: Noli timere, Mariam, conjugem Tuam, ad Te recipere, *Matth.* 1. §. 20. Nec ullus Patrum aut Theologorum negabit hoc verum conjugium fuiſſe. Eò magis quoque notandum hoc eſt, quod Virgo Maria ab initio nullum virum agnoſcendi ſibi propoſuerit, prout ipſa loquitur: Quomodò fiet iſtud, quia virum non cognoſco? quod antiqui Eccleſiæ Patres ita explicarunt, ac ſi Virgo Maria ſibi propoſuerit, nunquam virum agnoſcendi. *Gregorius Nyſſenus Serm. in Diem Natalem Chriſti ſupra medium Tom.* 3. ſcribit: Nec Angelo fidem non habet, nec à propoſito recedit ſuo: interdixi, inquit, mihi conſuetudine viri. Quomodo illud erit mihi, quoniam virum non cognoſco? Quomodo ſine viro mater ero? Joſeph enim ſponſum novi, ſed virum non cognoſco. *Auguſtinus lib. de ſanctâ Virginitate c.* 4. *T.* 6. inquit: Priusquam conciperetur (Chriſtus) jam DEO dicatam, de quâ naſceretur, elegit. Hoc indicant verba, quæ ſibi fœtum annuncianti Angelo Maria reddidit. Quomodo, inquit, fiet iſtud, quoniam virum non cognoſco? quod profectò non diceret, niſi DEO virginem ſe antea voviſſet. Sed quia hæc Iſraelitarum mores adhuc recuſabant, deſponſata eſt viro juſto, non violenter ablaturo, ſed potius contra violentos cuſtodituro, quod illa jam voverat. Similia quoque apud alios Doctores invenimus, ut adeoque conjugium hoc in ſolo adjutorio conſtiterit. Idem quoque in Davide & Abiſag de Sunem videmus, ſiquidem exiſtimamus hoc verum conjugium fuiſſe, alias contra honeſtatem concubuiſſent, 1. *Reg.* 1. §. 2. dormiebat cum Rege, Rex vero non cognovit eam: ob impotentiam

ſc. & frigiditatem, aliâs de jure utique eandem cognoſcere potuiſſet, cum eum in finem ipſi juncta fuerit. Abraham multo David ſenior fuit, & tamen vivente Sara aliam non quæſivit uxorem: Quæ eſt iſta Sunamitis, uxor & virgo tam fervens, ut frigidum calefaceret, ſcribit *Hieronymus Epiſt.* 2. *ad Nepotianum.* Poſtquam autem petiit patris conjugem συνεῖν (Adonia) non ei quidem conceſſit poſtulatum, quod viam ſtrueret ad Tyrannidem, inquit *Theodorus quæſt.* 7. *in* 3. *Reg. Tom.* I. *Lyranus in Commentario ad* 3. *Reg.* I. hæc habet verba: Nec ex hoc peccavit, quia cum eâ contraxit matrimonium. Senes enim quantumcunque poſſunt contrahere, licet non poſſint generare. Et ſicut dicunt Doctores: Si mulier ſcienter contrahat cum frigido, non potente eam cognoſcere, nihilominus tenet contractus, & ſic fuit in propoſito. Et *ad cap.* 2. ubi conſiderat, quòd Adonia eandem in uxorem petierat: illa enim fuerat uxor David, & per conſequens Regina, & ſic per eam habebat viam veniendi ad regnum per auxilium Joab & Abjathar & aliorum ſibi faventium. Et porrò in hæc verba §. 23. contra animam locutus eſt Adonias verbum hoc: Tum quia machinabatur contra Legem, *Levit.* 18. ubi prohibetur contractus matrimonii cum uxore Patris. Quicquid etiam *Abulenſis* contra hæc adferat 3. *Reg.* 2. *quæſt.* 28. qui tamen alioquin eò quoque inclinat, quod Abiſag Davidis uxor fuerit. In 3. *Reg.* I. *quæſt.* 5. inquit: Quia iſta puella debebat eſſe uxor Regis, ut ſequenti capite declarabitur; oportebat autem Regis uxorem cæteras pulchritudine excellere. Et *quæſt.* 6. ſive cognoviſſet Abiſag, ſive non, nequaquam peccaret cognoſcendo illam. Inconſideratiſſimum quidem deſiderium fuit, quod Adonia Patris ſui uxorem in conjugem petierit, contra expreſſam Legem *Levit.* 18. §. 8. *Deut.* 27. §. 20. militans. Quoniam verò in apricô erat Davidem eandem non cognoviſſe, exiſtimabat Legem hîc ceſſare. Mortuo David, pergit *Abulenſis loc. cit. in* 3. *Reg.* I. *quæſt.* 6. conſtabat Abiſag non fuiſſe cognitam ab eô, & ob hoc Adonia non erubuit illam petere in uxorem, & ad hoc ſignandum ſcriptura expreſſit hic de Abiſag, quod non cognoviſſet eam David. Idem etiam inde dignoſcendum, quod ii, qui legitimum matrimonium contraxerunt, tandem ſeneſcant & impotentes reddantur, ut neque liberos affectent, nec carnis voluptates per cohabitationem maritalem exſtinguere ſatagant, utpote quæ jam emortuæ aut parcè aut omninò non incommodant: & tamen ratum manet conjugium, ut ſeparari non poſſint. Ita ſi poſt ſupervenientem morbum aut ab hominibus illatam violentiam alter conjugum impotens redditur, matrimonium intemeratum manet, nec diſſolvi poteſt, de quo *cauſa* 32. *quæſt.* 7. *c.* 28. *ex Nicolai Epiſtola ad Carolum Moguntinenſem* dicitur: Hi, qui ma[...]monium ſani contraxerunt, & uni ex duo[...] amentia, aut furor, aut aliqua infirmitas ceſſerit, ob hanc infirmitatem conjugia tali[...] ſolvi non poſſunt. Similiter ſentiendum [...] his, qui ab Adverſariis excœcantur, aut m[...]bris truncantur, aut à Barbaris exſecti fueri[...], *cap.* 26. *ex Fabiano.* Neque furioſus ne[...] furioſa matrimonium contrahere poſſunt, ſi contractum fuerit, non ſeparentur, [...] 27. ex *Auguſtini lib. de Bono Conjugali ca*[...] Tantum valet illud ſociale vinculum co[...]gum, ut cum cauſa procreandi colligetur, [...] ipſa cauſa procreandi ſolvatur. Poſſet e[...] homo dimittere ſterilem uxorem & aliam [...]cere, de quâ filios habeat, & tamen no[...]cet. Item *c.* 15. Manet vinculum nu[...]rum, etſi proles, cujus cauſa initum eſt, [...]nifeſtâ ſterilitate non ſubſequatur: i[...] jam ſcientibus conjugibus non ſe [...] habituros, ſeparare ſe tamen vel ipſa [...]ſa filiorum atque aliis copulare non li[...] Quod ſi fecerint, cum eis, quibus ſe co[...]verint, adulterium committunt, ipſi au[...] conjuges manent. Quandoque etiam [...] nulli junguntur, quorum alter alteri imp[...] quoniam prorſus inhabilis eſt ad matri[...]nium: attamen in id conſentiunt, ut ſib[...] habitent, quod impune relinquitur, qui[...]tius laudatur; de quô *Lucius* 3. in ſeculo [...] Romæ Epiſcopus ita *Lib.* 4. *Decret. de* [...]*gid. & malef. c.* 4. ſcribit: Conſultationi [...] quâ Nos conſuluiſti, utrum fœminæ c[...] impotentes commiſceri maribus, matr[...]nium poſſint contrahere, & ſi contraxe[...] an debeat, reſcindi? taliter reſponder[...] quod licet incredibile videatur, quod a[...] cum talibus contrahat matrimonium, R[...]na tamen Eccleſia conſuevit in conſimi[...] judicare, ut quas tanquam uxores habere [...] poſſunt, habeant ut ſorores. Et *Cæleſ*[...] III. ſeculo XII. quoque *ibidem cap.* 5. [...]*dabilem*, ubi de naturaliter frigidis agit [...] ratione dignoſci & ſeparari debeant, a[...] Quod ſi ambo conſentiant ſimul eſſe, ut [...] etſi non uxorem, ſaltem habeat ut ſor[...] Sc. ut ejus curam habeat, & licet illi no[...]ſceatur, matrimonium tamen ſubſiſtat. [...] enim nonnulli dicunt, matrimonium in[...]los ſublatum eſſe, neutiquam ex dictis [...]ſtitutionibus, ſed potiùs contrarium ind[...]ceſcit. Quò etiam ſpectant, quæ *cauſ*[...] *quæſt.* I. *c.* 2. è *Gregorio Magno* allega[...]: Requiſiſti de his, qui ob cauſam frigidæ [...]ræ dicunt, ſe non poſſe invicem operam [...]ni dantes commiſceri. Iſte verò ſi non [...] ea uti pro uxore, habeat eam quaſi ſor[...]m. Quod ſi retinaculum conjugale voluerint r[...]dere, maneant utrique innupti. Et h[...]tione priora verba quoque explicat *Pan*[...]*tanus ſuper* 4. *Decretal. de frigid. & m*[...]*ef. cap. Conſultationi*, dicens: Ultimò q[...]

d intendit litera , dum dicit , quod ſi talis nter contrahit cum impotente, habebit il- ı, ut ſororem ? Dicit Joh. Andr. quòd ſe- n debet caſtè vivere , ſicut cum ſorore. m ſicut veri conjuges promittere poſſunt tinentiam ſimul morando, 33. *q.* 5. quòd O : ita & iſti potuerunt ſimul morari in tinentiâ, & conjuges appellantur ſorores, uibus non exercetur carnale commercium.

Tandem nonnulli ad cohabitationem ma- lem habiles ſunt, ſed ex utriusque conſen- congreſſu omninò abſtinent, & tantùm cu- uxilioque mutuò utuntur, quod à ſe invi- ı ſperare poſſunt ; ſcilicet 1. *Cor.* 7. §. 5. lite fraudare invicem, niſi fortè ex conſen- d tempus, ut vacetis orationi : & iterum rtimini in id ipſum , ne tentet vos Sata propter incontinentiam veſtram , & ad- Hoc autem dico ſecundum indulgentiam ſecundum imperium, ut ſcilicet in id re- antur. Si enim, dicere vult, vos conti- poteſtis , melius eſt , idque conſulam : cclesia antiqua hæc ſemper explicavit & pit ; ut adeoque plures ex conſenſu ſe inuerint , cùm tamen ſimul habitaverint uoque adjutoriò gaviſi fuerint. *Auguſti. lib. de Bono Conj. c.* 3. *T.* 6. quantò me- s ſunt (Conjuges) tantò maturius à com ione carnis ſuæ pari conſenſu ſe contine- eperunt, non ut neceſſitatis eſſet, poſteà poſſe, quod vellent, ſed ut laudis eſſet ùm noluiſſe, quod poſſent. *Lib.* 1. *de tiis & concupiſcentiâ c.* 10. *T.* 7. Qui- verò placuit ex conſenſu ab uſu carnalis upiſcentiæ in perpetuum ſe continere, , ut inter illos vinculum conjugale rum- r, imò firmius erit, quò magis ea pacta n inierint, quæ charius concordiusque nda ſunt, non voluptuariis corporum ne- s, ſed voluntariis affectibus animorum. *bevveiſet er mit dem Eheſtand Joſephs Mariä, und ſagt:* Neque enim fallaciter ngelo dictum eſt ad Joſeph : Noli time- cipere Mariam Conjugem tuam, *Matth.* 20. Conjux vera, ex prima fide deſpon- nis , quam concubitu nec cognoverat, uerat cogniturus : nec perierat, nec men- manſerat conjugis appellatio , ubi nec a erat ulla carnis commixtio. *Epiſt. d Armentarinum , Riparium & hu- xorem in fine T.* 2. *Welche Worte auch Theil angeführet vverden Cauſa* 33. *c.* 6. Una ſola eſſe cauſa poteſt, qua de quod voviſti, non ſolum non hortare- , verum etiam prohiberemus implere ; ſi Tua Conjux hoc ſecum ſuſcipere animi arnis infirmitate recuſaret. Nam & vo- a talia non ſunt à conjugatis, niſi ex con- & voluntate communi. Et, ſi præpro- factum fuerit, magis eſt corrigenda te- tas, quàm perſolvenda promiſſio. Sed illam tam paratam eſſe audiam DEO dica re continentiam, ut eo ſolo impediatur, ſi tibi debitum reddere conjugali jure compellitur, ambo DEO reddite, quod ambo voviſtis. *Epi- ſtol.* 199. *ad Ediciam* : Hoc autem tantum mali accidit, (ut maritus fornicatus fuerit,) dum tu ejus animum, non quâ debuiſti, mo- deratione tractaſti : quia etſi carnali conſortio jam ex conſenſu vobis non miſcebamini, in cæteris tamen rebus conjugali obſequio viro tuo mulier ſervire debuiſti. Quod DEO pari conſenſu ambo voveratis, perſeveranter us- que in finem reddere ambo debuiſtis : à quo propoſito ſi lapſus eſt ille, tu ſaltem conſtan- tiſſimè perſevera, quod te non exhortarer, niſi tibi ad hoc ipſe conſenſerat. Sed illud eſt, quod minus te obſervaſſe contriſtor, quia tan- tò humilius & obedientius ei obſequi in do- meſtica converſatione debuiſti, quando ille religioſius tibi rem tam magnam etiam in imi- tando conceſſerat. Non enim, quia pariter temperabatis à commixtione carnali, ideò tuus maritus eſſe deſtituerat, imò vero tanto ſanctius inter vos conjuges manebatis, quan- to ſanctiora concorditer placita ſervabatis.

Wir müſſen auch hierbey noch anfüh- ren die merckliche Worte des Hugonis de ſan- cto Victore, *der im Anfang der zwölfften- hundert Jahren nach Chriſti Geburt gele- bet hat, und ſagt in Eruditione Theologic. c.* 1. *de Mariæ virginitate T.* 3. *operum* : Non igitur de commixtione carnis , ſed de affectu cordis & vinculo ſocialis dilectionis dictum eſt : Adhærebit uxori ſuæ, ut per hoc, quod dicitur: adhærebit uxori ſuæ, ſacramen- tum conjugii, quod in Spiritu eſt, intelligas. Per id verò, quod ſubditur : Et erunt duo in carne una, officium conjugii, quod in carne eſt, non pactum fœderis conjugalis agnoſcas. Ecce , hic eſt conjugium : & adhærebit uxori ſuæ : & hic eſt conjugii officium : erunt duo in carne una. Hæc fuit principalis cauſa con- jugii, propter quod DEUS inſtituit, ut reli- cto Patre ſuo & Matre ſua, eligeret uxori ſuæ unicè & ſingulariter, individua ſemper dile- ctione ſociari. Huic autem ſocietati ad com- modum futuri generis multiplicandi, certi & rationalibus Sacramenti cauſa officium poſtea generandi injunxit, non quidem, ut in eo conjugium conſiſteret, ſed ut ex eo conju- gium & per obedientiam miniſterii in merito creſceret & per fœcunditatem prolis fructuo- ſius appareret : *und hernach* : Hæc dicta ſunt pro eo , quod propoſitum erat demon- ſtrare, quod ſine conſenſu carnalis commer- cii conjugium ſanctum & verum eſſe poſ- ſit : neque in aſſenſu coitus carnis ſancti- tas ſacramenti conjugalis conſiſtat. Quod ſi ergò conjugium ſubſiſtit, ſi unicus tan- tùm finis adſit, ſcilicet mutuum adjuto- rium : quantò magis, ſi bini adſint & ne- ceſſitas evitandi voluptates carnales ſuper- venerit. Quò pertinent verba *Auguſti-*

ni Lib. de Bonô Conjugali c. 5. quæ etiam adducuntur *cauſ.* 32. *q.* 2. *c.* 6. Solet quæri, cùm maſculus & fœmina, nec ille maritus, nec illa uxor alterius, ſibimet non filiorum procreandorum, ſed pro incontinentiâ, ſolius concubitus causâ copulanrur, eâ fide mediâ, ut nec ille cum altera, nec illa cum alterô id faciat, utrum nuptiæ ſint vocandæ? Et poteſt quidem non fortaſſe abſurdè hoc appellari connubium, ſi usque ad mortem alicujus eorum inter eos placuerit & prolis generationem, quamvis non eâ causâ conjuncti ſint, non tamen vitaverint, ut vel nolint ſibi naſci liberos, vel etiam opere aliquô malô agant, ne naſcantur. Unde & voluptas carnalis, prout in conjugio eſt & ſub congreſſu ſentitur, peccatum mortale non eſt, licet effectus, ſcilicet proles, non ſequatur: utpote ſi uxor ſterilis aut gravida eſt, vel maritus ſemine fœcundô caret: ſed peccatum veniale, ut *Paulus* absque diſcrimine quodam de conjugibus carnis voluptates ſentientibus loquitur, dicendo: Revertimini in id ipſum, ne tentet vos Satanas propter incontinentiam veſtrã: hoc autem dico ſecundum indulgentiam, non ſecundum imperium, quaſi diceret: Permitto hoc, ne majus incommodum ſequatur, vosque in ſcorta, adulteria aliaque peccata præcipites ruatis. Voluptas autem venialis fit per matrimonii honeſtatem, cùm extra ſtatum conjugii ſit crimen mortale; quod etiam ad *Hebræos* 13. §. 4. indicatur, ubi Apoſtolus dicit: Honorabile conjugium in omnibus, & thorus immaculatus eſt: fornicatores autem & adulteros judicabit DEUS. Unusquisque, qui ſine matrimoniô voluptates carnales arcere non valet, conjugium ineat: qui verò hôc remediô uti nolit, ſed ſcortatur, aut adulterium committit, illum DEI judicium manebit. *Auguſtinus* de hoc variè *lib. de Bono Conjugali T.* 6. *cauſa* 32. *q.* 2. *c.* 3. loquitur. Quicquid: jam in ipſa quoque immoderatiore exactione debiti carnalis, quam eis non ſecundùm imperium præcepit, ſed ſecundum veniam concedit Apoſtolus, ut etiam præter cauſam procreandi ſibi miſceantur: etſi eos pravi mores ad talem concubitum impellunt, nuptiæ tamen ab adulterio ſeu fornicatione defendunt: neque enim illud propter nuptias admittitur, ſed propter nuptias ignoſcitur. Conjugalis enim concubitus generandi gratia non habet culpam: adulterium verò ſive fornicatio lethalem habet culpam: concupiſcentiæ verò ſatiandæ, ſed tamen cum conjuge propter fidem thori venialem habet culpam, *Lib.* 3. *contra Julianum, c.* 16. *T.* 7. Poſt peccatum autem acceſſit eis non de felicitate, ſed de neceſſitate certamen, ut ſub bono pugnent etiam ipſæ contra concupiſcentiæ malum, ad nihil eam ſinentes illicitum pervenire, quamvis ipſa in hæc nunc remiſſioribus, nunc concitatioribus motibus inſtigare non eſſet & ejus malo benè utentes in propagatione filiorum: illud verò quis neget malum, niſi qui non audit Apoſtolum monentem: Hoc autem dico ſecundum veniam, non ſecundum imperium. Quando conjuges non prolis ſuſcipiendæ, ſed carnalis voluptatis e[…]plendæ victi cupiditate concumbunt, hoc n[…] laudatur, ſed ignoſcitur in comparatione p[…]joris, intervenientibus & deprecantib[…] nuptiis, *Lib. I. contra duas Epiſtolas P[…]lagianorum, c.* 16. *T.* 7. Quô tamen ma[…] (concupiſcentiæ) propter bonum generat[…]nis filiorum benè utuntur pudico conjugi[…]: ſolius autem carnalis voluptatis cauſa libid[…]i conſentire peccatum eſſe, quamvis conju[…]tis ſecundum veniam concedatur. *Fulg[…]tius Epiſt.* 1. *de Conjugali debito, c.* 2. […] per ſeipſum quis fidelium conjugum co[…]mixtionem duce ratione conſideret, cu[…]bilis usque non in conjugali concubitu, […]d[…]n concumbentium reperietur exceſſu, ne[…]e in commixtione maris & fœminæ, ſed ex […]moderatione libidinis culpam trahit co[…]s conjugalis. In conjugibus ergò exceſſus […]re reprehenditur, nuptialis tamen dignitas, […]lati ſibi divinitus honoris munere non pr[…]a-tur. Ideò clamat Apoſtolicæ prædicati[…]is Auctoritas: honorabile connubium in o[…]ni-bus & thorus immaculatus. *cap.* 3. Conj[…]a-tus ergò ſi fornicetur, damnabiliter pec[…] ſi verò thori fidem non deſerat, ſed in u[…]re ſua naturali duntaxat uſu aliquantulum […]n-temperatus excedat, non ſolum ſcilicet g[…]e-rationem quærens, ſed aliquando libidini[…]r-nis obediens, hoc equidem ſine culpa no[…]a-cit: talis autem culpa citius benè ope[…]ti atque oranti remittitur, quia ipſi conjug[…]r-vat maritalis charitas fidem, in qua non[…]o-teſt maritalis infirmitas cuſtodire temper[…]. *Und cap.* 4. Retenta ergò thori fides mac[…]m diluit, quam contrahit infirmitas carni[…] ſi mulieri non miſceatur alteri; quisquis […]on pro ſola generatione, ſed etiam propte[…]a-gilitatem carnis ſuæ miſcetur uxori, […]ia etſi præfixum concumbendi modum t[…]s-it, tamen conjugalem terminum […]on excedit: & licet contrahat carnalis […]ir-mitas culpam, impetrat tamen nup[…]lis integritas veniam. *Das hat man auc[…] zu ſehen an dem Ehſtande Davids und […]bi-ſag: denn David war* frigidus *un[…]m-*potens, *die Abiſag aber war eine geſund[…]ri-ſche Jungfrau, die in des Königs A[…]en ſchlaffen und ihn erwärmen muſte, […]vie ſie am beſten kunte, vvelches ohne […]ei-ſches-Luſt bey ihr nicht zugangen, […]nn David Alters halben noch nicht ſo un[…]er-mögend vvar, ſondern nur durch ein[…] zu-geſtoſſene Kranckheit, davon ſie die […]ey-nung hatten, daß ſie könte gehoben vver[…]en, denn David vvar dazumahl noch nich[…] 70. Jahr alt: 40. Jahr hat er regieret zu H[…]on und zu Jeruſalem,* 1. *Reg.* 2. *v.* 11. […]*nd*

da

er zur Regierung kam, war er 30. *Jahr.*
am. 5. *v.* 4. *hat alſo in allem gelebet* 70.
r, und deswegen iſt er dazumahl noch
ht 70. *Jahr alt geweſen ; Männer aber*
70. *Jahren können noch Kinder zeu-*
, wie bekandt iſt : Abulenſis in 3.
um quæſt. 4. *ſagt* : Honeſtius erat,
d puella eum calefaceret, eo, quod
eſſet valdè frigidus, oportebat eum
re minus, & facere quædam alia erga
m, quæ vir non poteſt agere hone-
irca virum, fœmina autem honeſtè agere
ſt. *Und hernach* : Ad hoc, quod
puella calefaceret Regem, opor-
t, quod teneret eum in ſinu ſuo, id
complexum inter brachia ; hæc enim &
ta alia puella, ut calefaceret Regem. *Die*
aus entſtandene Luſt iſt bey ihr geweſen
atum veniale, *wegen des Ehſtandes,*
Lyranus in 3. *Reg.* 1. *recht ſaget* : Nec
oc peccavit, quia cum ea contraxit ma-
onium : *das* matrimonium *beſtehet* in
enſu mutuo, non in copula carnali : *Als*
m und Eva waren ſchon Eheleute im
adeiß, ob ſie gleich einander noch nicht
ndt hatten, und eine Dirne wird ſchon
Ehweib genennet, und für ein Eheweib
lten, Deut. 22. *v.* 24. *Ambroſius Lib. de*
tut. Virginis c. 6. (*wird angeführet cauſa*
quæſt. 2. *c.* 5.) *ſchreibet hiervon alſo* : Cùm
r conjugium, tunc conjugii nomen aſci-
r. Non enim defloratio virginitatis facit
ugium, ſed pactio conjugalis. Denique
jungitur puella, conjugium eſt, non cum
admixtione cognoſcitur. *Joh. Chryſo-*
us, oder wer der Autor *iſt, Homil.* 32.
Matthæum operis imperfecti, in medio,
ſa 27. *quæſt.* 2. *c.* 1. Matrimonium non
coitus, ſed voluntas : & ideò non ſolvit
ſeparatio corporis, ſed ſeparatio volun-
. Ideò qui dimittit conjugem ſuam, &
n non accipit, adhuc maritus eſt. Nam
corpore ſeparatus eſt, tamen adhuc vo-
ate conjunctus eſt. Cùm ergò aliam ac-
rit, tunc planè dimittit : non ergò qui di-
it, mœchatur, ſed qui alteram ducit. *Au-*
. l. 1. *de Nuptiis & concupiſcentia cap.*
T. 7. *cauſa* 27. *q.* 2. *c.* 9. *ſagt von Maria* :
jux vera ex prima fide deſponſationis,
n concubitu nec cognoverat, nec fuerat
iturus : nec perierat, nec mendax man-
conjugis appellatio, ubi nec fuerat nec
ra erat ulla carnis commixtio. Propter
d fidele conjugium Parentes Chriſti voca-
nbo meruerunt, & non ſolum illa mater,
m etiam ille Pater ejus, ſicut conjux matris
, utrumque mente, non carne. *Es wer-*
auch etliche Worte Auguſtini *angefüh-*
cauſa 27. *q.* 2. *c.* 3. Conſenſus ergò co-
tandi & individuam vitæ conſuetudinem
endi interveniens, eos conjuges fecit. In
dua verò vitæ conſuetudo eſt, talem ſe in

omnibus exhibere viro, qualis ipſa ſibi eſt & è converſo. Ad individuam itaque conſuetudinem pertinet, absque legitimo conſenſu viri & orationi aliquando non poſſe vacare, nec continentiam profiteri. Quia ergò iſte conſenſus fuit inter eos, patet eos conjuges fuiſſe. *Iſidorus Hiſpalenſis L.* 9. *Originum ſeu Etymologiarum c.* 8. *cauſa* 27. *qu.* 2. *c.* 6. Conjuges autem verius appellantur à prima deſponſationis fide, quamvis adhuc inter eos ignoretur conjugalis concubitus, ſicut Maria Joſephi conjux vera, inter quos nec fuerat, nec futura erat carnis ulla commixtio. Et *Nicolaus Papa ad conſulta Bulgarorum cap.* 3. *cauſa* 27. *qu.* 2. *c.* 2. ſufficiat ſecundum leges ſolus eorum conſenſus, de quorum conjunctionibus agitur : qui conſenſus, ſi in nuptiis ſolus fortè defuerit, cætera omnia etiam cum ipſo coitu celebrata fruſtrantur. *Daher geſchichts, daß ein Bruder des andern Braut nicht heurathen kan, denn ſie wird vor ſein Eh-Weib gehalten. Wovon cauſa* 27. *q.* 2. *c.* 11. *ex Legibus Principum angeführet wird* : Si quis deſponſaverit ſibi aliquam & præveniente mortis articulo eam cognoſcere non potuerit, frater ejus non poteſt eam ducere in uxorem. *Und c.* 12. *werden aus dem* Gregorio Magno *dieſe Wort angezogen* : Qui deſponſatam puellam proximi ſui acceperit in conjugium, anathema ſit ipſe & omnes conſentientes ei, quia ſecundum Legem DEI mori decernitur. Nam divinæ Legis eſt mos ſponſas appellare conjuges, ut in Evangelio : Accipe Mariam conjugem Tuam ; & illud in Deuteronomio : Si quis cujuslibet hominis deſponſatam puellam in agro vel in quolibet loco oppreſſerit vel abduxerit in domum ſuam, moriatur, quia uxorem proximi ſui violavit : non quæ jam uxor erat, ſed quæ à parentibus uxor fieri debebat. *Es ſcheinet, daß hierwieder kan eingewendet werden, was aus dem* Auguſtino *angeführet wird Cauſ.* 27. *q.* 2. *c.* 16. Non eſt dubium, illam mulierem non pertinere ad matrimonium, cum qua commiſtio ſexus non docetur fuiſſe. *Und aus dem* Leone Papa *c.* 17. Cùm ſocietas nuptiarum ita à principio ſit inſtituta, ut præter commiſtionem ſexuum non habeant in ſe nuptiæ conjunctionis CHRISTI & Eccleſiæ Sacramentum, non dubium eſt, illam mulierem non pertinere ad matrimonium, cum qua docetur, non fuiſſe nuptiale Miniſterium : *das nimmt* Gratianus *ſo an, daß er damit beweiſen will, Braut und Breutigam wären keine Ehleute* : *cauſa* 27. *q.* 2. *c.* 27. *Decreta. da er ſagt* : Cum ſecundum Auguſtinum illa mulier non pertineat ad matrimonium, cum qua docetur non fuiſſe commiſtio ſexus. Item : cum ſecundum Leonem illa non pertineat ad matrimonium, cum qua non docetur, fuiſſe nuptiale Miniſterium : apparet, quod inter Sponſum & Sponſam conjugium

non

non eſt. *Aber die Wort findet man nicht im* Auguſtino, *welches der* Gloſſator *daſelbſt* annotiret. *Leo epiſt. 92. c. 4. ad Ruſticum Narbonenſem Epiſcopum, vvoraus die Worte genommen ſind, redet von* Concubinen, *daß ſie nicht* uxores *ſeyn, nicht von Braut und Bräutigam. Seine Worte ſind*: Aliud eſt uxor, aliud concubina: ſicut aliud ancilla, aliud libera. Unde cum ſocietas nuptiarum ita ab initio conſtituta ſit, ut præter ſexuum conjunctionem haberet in ſe CHRISTI & Eccleſiæ ſacramentum: dubium non eſt, eam mulierem non pertinere ad matrimonium, in qua non docetur nuptiale myſterium nempe quoad indiſſolubilitatem. Concubina enim dimitti poteſt. *Weſwegen auch* Leo *hinzu thut*: Paternò arbitriò viris junctæ carent culpa, ſi mulieres, quæ à viris habebantur, in matrimonio non fuerunt, quia aliud eſt nupta, aliud concubina. *Weiter, daß ezliche* ob impotentiam *geſchieden werden, oder das* matrimonium inter eos nullum *erkandt wird, iſt die Urſach, daß bey ihnen der* conſenſus nuptialis *ſich nicht nur auf die* cohabitationem, *ſondern auch auf die* libidinum extinctionem *und wohl auf* ipſam generandi aptitudinem *ſich erſtrecket hat, daß ſie von beyden Theilen* ad procreationem liberorum apti *vvären: denn da betreugt ein Theil das andere, nemlich, da ſichs der* impotentiæ *bevvuſt iſt; der Betrug aber zerſtöret den* conſenſum, *und hebet den* contract *auf, daher iſt das* matrimonium nullum. *Wovon Gregorius cauſa 33. qu. 1. c. 1. alſo ſchreibet*: Quod autem interrogaſti de his, qui matrimonio juncti ſunt, & nubere (ſibi reddere debitum) non poſſunt, ſi ille aliam, vel illa alium ducere poſſit? de quibus ſcriptum eſt: vir & mulier, ſi ſe conjunxerint, & poſt ea dixerit mulier de viro, quod non poſſit coire cum ea: ſi poteſt probare per juſtum judicium, quod verum ſit, accipiat aliam. Si autem ille aliam acceperit, ſeparentur. Et *c.* 2. Requiſiſti de his, qui ob cauſam frigidæ naturæ dicunt ſe non poſſe invicem operam carni dantes commiſceri. Iſte verò ſi non poteſt ea uti pro uxore, habeat eam quaſi ſororem. Quod ſi mulier cauſatur (clamat) & dicit: volo eſſe mater & filios procreare, & uterque eorum ſeptima manu propinquorum tactis ſacroſanctis reliquiis jure jurando dicat, quod nunquam per commiſtionem carnis conjuncti una caro effecti fuiſſent; tunc videtur, mulierem ſecundas nuptias contrahere poſſe. *Lib. 4. decretal. de frig. & malef. c. 1.* Accepiſti mulierem, & per aliquod tempus habuiſti, per menſem, aut per tres, aut per annum: & nunc primum dixiſti, te eſſe frigidæ naturæ, ita ut non potuiſſes coire cum illa, nec cum aliqua alia: ſi illa, quæ uxor tua eſſe debuit, eadem affirmat, quæ tu dicis & probari poteſt per verum judicium, ita eſſe, ut dicitis & ſeparari pote

ſtis. Si autem ſtatim in ipſa novitate poſt me
ſem aut duos ad Epiſcopum, aut ejus miſſu
proclamavit (mulier) dicens: Volo eſſe m
ter, volo filios procreare, & ideò maritum a
cepi: ſed vir, quem accepi, frigidæ naturæ e
& non poteſt illa facere, propter quæ illu
accepi: Si probare poteſt per rectum judiciu
ſeparari poteſt is & illa, ſi vult, nubat in D
mino. *cap. 2. ex Alexandri III. Epiſto*
Sicut puer, qui non poteſt reddere debitu
non eſt aptus conjugio: ſic qui impoten
ſunt, minimè apti ad contrahenda matrim
nia reputantur. *cap. 5. ex Cæleſtin.* III. N
in præſenti conſultatione ſentimus, ut à te
pore celebrati conjugii, ſi frigiditas prius p
bari non poſſit, cohabitent per triennium: q
elapſo, ſi nec tunc cohabitare voluerint, & ju
decretum Gregorii mulier per juſtum judici
de viro probare potuerit, quod cum ea coire n
poſſit, accipiat alium; ſi autem illa alium acc
rit, ſeparentur. Si autem, quod nunquam ſe
vicem cognoverint ambo fatentur, cum ſept
manu propinquorum vel vicinorum bona
mæ, ſi propinqui defuerint, tactis ſacroſa
Evangeliis, uterque jurejurando dicat, quod n
quam per carnis copulam una caro effecti
ſent, & tunc videtur, quod mulier valea
ſecundas nuptias convolare. Inde fit, q
illi, qui utrobique de alicujus impotentiâ
tiores fuerant redditi, non ſeparentur.
bo enim conſenſerunt ſe non obſtante im
tentiâ ſimul habitaturos, & quantùm poſ
eſt, officia conjugalia ſibi invicem exhib
ros eſſe. Hoc Canoniſtæ & JCti dem
ſtrant ex *Capitul. Conſultationi de frig*
malef. ubi Lucius III. Papa de illis agit, qui
tes impotenti ſe junxerant, prout & capitulo
mittitur: contrahens ſcienter cum impoten
copulam, ab eâ non ſeparetur. Verba *L*
quæ ſupra jam adduximus, ſequentia ſunt: C
ſultationi Tuæ, quâ Nos conſuluiſti, u
fœminæ clauſæ, impotentes commiſceri
bus, matrimonium poſſint contrahere,
contraxerint, an debeat reſcindi? alite
ſpondemus, quòd licet incredibile vide
quòd aliquis cum talibus contrahat matr
nium (nempe ſciens) Romana tamen E
ſia conſuevit in conſimilibus judicare, ut
tanquam uxores habere non poſſunt, hab
ut ſorores. Rarò fit tales perſonas ſe m
jungere, & ſemet invicem contentas eſſe
tamen ſi fieri contingat, ſeparandæ non
ſed ſibi cohabitare concedatur, quò vir m
rem impotentem habeat ut ſororem, ve
lier virum inhabilem tanquam fratrem,
abſque miſtione carnali & cohabitatione
ritali. *Nicolaus Panormitanus ſupe*
Decretal. de frig. & malef. c. Conſultat
notat, quòd hoc ipſum de quacunque
bilitate conjugum intelligatur, dicens:
quæro, de quâ impotentiâ verificatur i
quidam volunt intelligere, quando muli

mu

tum arcta : ſed Doctores communiter in- gunt in quacunque impotentiâ , etiamſi dentaliter proveniret impedimentum ante tractum matrimonium. Addit etiam ra- ies, cur matrimonium hoc ratum ſit? *Tho- s in Supplemento* 3. *Partis q.* 58: *art. d* 4. dicendum, inquit, quòd in quolibet tractu hoc univerſaliter tenetur, quod ille, eſt impotens ad ſolvendum aliquid, non tatur idoneus ad contrahendum illud , ſe obligat ad ejus ſolutionem. Eſt au- impotens dupliciter: unô modô, quia poteſt ſolvere de jure , & ſic talis impo- iâ omnibus modis facit contractum eſſe um , ſive ſciat ille, cum quo facit talem tractum, hanc impotentiam , ſive non ntra jus enim nemo debet agere.) Aliô dô, quia non ſit ſolvendo de factô & tunc, iat ille, cum quô contrahit, hanc impo- tiam, & nihilominus contrahit: oſtenditur, d alium finem ex contractu quærit, & ideò tractus ſtat: ſi autem neſcit, tunc con- tus nullus eſt. *Jacobus Menochius, JCtus,* . 2. *de Arbitrariis Judicum quæſtioni- Cent.* 6. *caſ.* 519. ubi de ſeparatione con m ob impotentiam agit, *num.* 9. dicit : laratur ratio, ut locum non habeat in mu- , quæ ſcienter contraxit matrimonium eô, qui impotens eſt. Nam tunc ma onii ſeparatio non fit invito ipſo viro, imputandum ſit mulieri , quæ cum illo it contrahere ; & *num.* 28. declarantur dicti caſus, in quibus permiſſa eſt ſeparatio mpedimentum exiſtens in muliere , ut lo- non habeat, quando vir ipſe ſciens mu- m illam adeò arctam , ut cognoſci non it , eam nihilominus voluit in uxorem ere. Nam tunc eâ invitâ matrimonii ſe- rationem vir petere non poteſt. Abhinc mpotentes referuntur Spadones aut caſtra- Hi autem differunt : caſtrare ſolent duo- modis, aut enim teſtes novellos adhuc gunt, aut adultos jam firmoſque exci- t, ut *Ariſtoteles lib.* 3. *de Hiſtor. Ani- l. c.* 1. habet. Et horum nonnullis non ùm teſtes, ſed & vaſa ſeminaria, quibus exi ſunt, reſecti, imò nonnullis etiam ve- um abſciſſum eſt , ut illorum *Deut.* 23. in vulgatâ Lat. edit. mentio eſt facta, ver- Non intrabit Eunuchus attritis vel am- tis teſticulis & abſciſsô veretro Eccleſiam mini. Qui attritos teſticulos habent , ndoque adhuc habiles ſunt, non tantùm oitum, ſed etiam ad generationem. Ca- i verò modô ſupradictô ad generationem è ac ad coitum inhabiles ſunt. Quibus- verò teſticuli tantum reſecti ſunt , va- eminariis illæſis, qui non tantùm ſemen, infœcundum , habent , ſed & erectam am & coitum cum mulieribus celebrare unt : imò ſalaciores ſunt & in Venerem enſiores non caſtratis, ut Ariſtoteles *Lib.* 1. *de Generat. Animal. c.* 4. indicat : ubi docet , quod Teſtes in animali neceſſarii non ſint ad generationem , ſed tantùm ad melius eſſe, uti loquitur. Non neceſſarium ad generationem eſſe patet : omnibus enim, quæ generant, adjunctum eſſet, ſi neceſſitatis ratio haberetur. Nunc verò nec ſerpentibus teſtes ſunt , neque piſcibus. Viſi ſunt enim coire, plenoſque ſeminis genitalis habere ſuos meatus. Reſtat ergò, ut melioris cujuſpiam notæ gratiâ teſtes habeantur. Quî & quâ ratione & ad quod propriè inſerviant, paulò poſt indicat, dicens: Nullam enim partem meatuum teſtes complent , ſed adjecti pendent, eô modô, quô pondera textrices telis annectunt : his enim detractis, meatus intro ſe retrahunt. Quô fit, ne exſecta poſſint generare : nam niſi ita retraherentur , poſſent generare. Et jam taurus quidam, cum ſtatim à caſtratione iniiſſet, implevit ; quoniam nondum retracti eſſent meatus. Quod exemplum etiam allegat *Lib.* 3. *de Hiſtor. Animal. c.* 1. Quæ *Galenus* contra hæc adfert, plus ſc. teſticulis deberi, facilè refelli poteſt, ita ut objectio heic nullam conſiderationem mereatur. In prioribus verbis, *L.* 1. *Gen. Anim. c.* 4. Ariſtoteles inquit : Sicut iis, quæ cibum ſpectant, avidiores ſunt, quæ inteſtinum rectum habent ; ſic ea, quæ teſtibus carent, meatuſque tantum habent, omnia propenſiora celerioraque ad Venerem ſunt. Hiſce Eunuchi ſimiles ſunt, qui teſtibus carent. Apud *Terentium* Pythias in *Eunucho Act.* 4. *Scena* 3. inquit : Ego iſtos audieram (Eunuchos ſc.) amatores eſſe mulierum maximos, ſed nihil poſſe. *Syracides cap.* 20. §. 2. inquit : Concupiſcentia eſt Eunuchi devirginare juvenculam , ut in Græco ſonat :. Syrus Interpres dedit : Deſiderat Eunuchus cum virgine concumbere. *Arnobius L.* 5. *adverſus Gentes,* multum ante medium, de Caſtratis ita: Quaſi verò affecti corporalibus his damnis, fiant languidioris audaciæ , non quotidiè videamus eos, qui ſibi demeſſuerint has partes, majoris petulantiæ fieri, atque omnibus poſtpoſitis pudoris & verecundiæ frenis, in obſcænam prorumpere vilitatem flagitiorum, confeſſione vulgata. Baſilius Magnus in Libro de vera virginitate non procul à fine: Verum iſta quidem de his, qui una cum teſtibus genitalia quoque abſciderunt. Nam qui ad virilitatis annos, cum genitalibus jam per ætatem ad coitum idoneis pervecti, ſolos poſtea teſtes abſcindunt, eos ajunt acrius, atque ardentius inflammari libidine & ad concubitum impatientiſſimè ferri. Neque id ſolum, verum dum jam , ut ſibi videtur, violare quaſcunque potuerint. *Und hernach* : Ita & maſculus, quamvis abciſſus genitalia, vitioſa tamen concupiſcentia maſculus eſt. Quocirca & ipſe ſe ad actum fœditatis ſimiliter formans , amorem ſpirat & incredibilem veſaniã. *Chryſoſt. Hom.* 63. *in Matthæum ſupra medium*: Quan-

do autem dicit: Qui ſeipſos caſtraverunt: non de abſciſſione membrorum dicit, ſed pravæ cogitationis interemtionem intelligit. Talia quippe ſunt Diaboli pernicioſa venena: quare oro atque obſecro, fugiatis talem iniquitatem. Ad ea enim, quæ dicta ſunt, accedit, quod nec cupiditatis incendia mitigantur, ſed graviora inflammatioraque redduntur. Alii namque ſunt fontes ſpermatis hominum, ac aliunde certè prorumpunt, quidam à cerebro, quidam è lumbis, illum inquietiſſimum æſtum proficiſci contendunt. *Auguſtinus Lib. 6. contra Julianum c. 5. T. 7.* Nam utique concupiſcere viventis ſentientísque naturæ eſt, ita, ut non deſit concupiſcentia, quam Spadonum quoque caſtitas frenat, minus quidem laborioſa, quia ubi materiam, de qua operetur, non invenit, minus adverſus eam libido conſurgit. Et tamen, pudiceque comprimitur, ne concumbendi quamvis irritus ipſe conatus, in eam turpitudinem veniat, propter quam Calligonum Valentiniani junioris Eunuchum gladio novimus ultore punitum, meretricis confeſſione convictum. Neque enim & in Libro Eccleſiaſtico (*c.* 30. *v.* 21.) adhiberetur inde ſimilitudo, atque diceretur: videns oculis atque ingemiſcens, quaſi Spado complectens virginem & ſuſpirans: niſi & ipſi moverentur concupiſcentiæ carnalis affectibus, licet deſtituti carnis effectibus. Huc pertinent verba Toſtati Abulenſis *Tom. III. Comment. in Matth.* 19. *q.* 59. Si autem ſoli teſticuli abſciſſi fuerint, non auferuntur deſideria: imò ſunt valde magna, in quibus peccare poſſunt, etiamſi non tollunt omnes actus. Poſſunt etiam, qui tales ſunt, facere commixtionem ſexuum, ſed non commixtionem ſeminum: teſticuli enim adjuvant ad effuſionem ſeminis, extendendo vias ex pondere ſuo, vel alias & ideò caſtrati, quibus virga manet, fortes tentationes patiuntur, quas non explent; ſed poſſunt deflorare quamcunque mulierem, nullam tamen imprægnare: hæc ſi ita ſunt, ut procul dubio ſunt, videre non poſſumus, cur Eunuchus quidam remediô illô, quod DEUS contra vagas libidines ordinavit & unicuique ſubminiſtravit, uti non debeat, dum compatem invenit, quæ illi fida eſt, & illi cohabitare geſtit, hæcque ſimpliciter, impotentiâ generandi probè anteà cognitâ, eaque non obſtante in copulam & cohabitationem conjugalem conſentit. Quamvis enim liberos procreare non poſſint, attamen mutuum ſibi adjutorium præſtare poſſunt, & libidines carnis per honeſtum conjugalem concubitum arcere: qui quidem finis præcipuè in novo teſtamento attenditur. Dum verò objicitur, Chriſtum his talibus conjugium interdixiſſe, dum *Matth.* 19. §. 12. ſunt, inquit, Eunuchi, qui de matris utero ita nati ſunt, & ſunt Eunuchi, qui facti ſunt ab hominibus, & ſunt Eunuchi, qui ſe ipſos caſtravêrunt propter regnum cœlorum: n hil obſtat. Neque enim Chriſtus hic præc pit, ſed tantùm teſtatur de iis, qui à conjug abſtinent, quorum nonnulli id ex neceſſita alii ex arbitriô faciunt. Diſcipuli enim di bant: Si ita eſt cauſa hominis cum uxore, n expedit nubere. His reſpondet Dominu Non omnes capiunt verbum hoc, ſed quil datum eſt, addendo ſtatim, quòd nonn Eunuchi de matris utero ita nati: alii ab ho nibus, & alii à ſeipſis caſtrati ſint. Hi ſpont libenter ita manent, eaque de cauſa præmi merentur: illi ex neceſſitate conjugium f unt, quæ aut à natura, aut hominibus contigit, adeoque abſtinentiæ ſuæ præmi non habent, illis enim neceſſitas eſt. U Salvator quoque non de omnibus Eunuc ab hominibus factis, ſed de illis tantùm quitur, qui ad conjugium prorſus ſunt inh les. Equidem & hi caſtrati ſunt ab hon bus, quibus unus tantùm teſtis exſectus quis autem illis conjugium denegabit? ita Eunuchi illi poſſunt intelligi, qui ad matri nium inclinant & generationis actum exe re valent; nam & hi caſtè vivunt, & à mul bus abſtinent voluntariè; non ex neceſſit adeoque omnes ad Eunuchos tertiæ c pertinent. *Joh. Chryſoſtomus Homil.* 63 *Matth.* 19. ſcribit: Cogita tecum, ſi natura Eunuchus eſſes, aut injuriâ homi ſic effectus: quid faceres, cum & hujus voluptate careres, & nullam carendo m dem conſequereris? Gratias igitur DEO quia magna præmia rutilantesque corona bebis, ſi ita vives, quemadmodum ſin quo illo præmiô. *Auctor operis imper in Matth. apud Chryſoſt. c.* 19. Illa eſt rioſa continentia, non quam transgredi poteſt neceſſitas debilitatis corporis, ſed c complectitur voluntas ſancti propoſiti. dicit: Sunt Eunuchi, qui ſic naſcuntur e rô matris ſuæ; ſunt Eunuchi, qui ab ho bus fiunt, ſed illos tenet neceſſitas: hun tem tertium coronat voluntas. *Hierony in Comment. ad Matth.* 19. Triplex Eunuchorum, duorum carnalium & ſpiritualis. Alii ſunt, qui de matris ute naſcuntur: alii, quos vel captivitas facit deliciæ matronales. Tertii ſunt, qui ſe caſtraverunt propter regnum cœlorum, cum poſſint eſſe viri, propter Chriſtum chi fiunt, iſtis promittitur præmium: rioribus autem, quibus caſtimoniæ nece non voluntas eſt, nihil omninò de Quod objicitur, illos è communione DE excluſos fuiſſe, *Deuteron.* 23. §. 1. nihil a ſpectat. Aliud enim eſt, matrimoniô aliud populo DEI adnumerari, privileg & honore populi DEI uti: illud nu caſtratis eſt prohibitum, ſed hoc tan quod temporalis erat prærogativa. I etiam proſelyti fieri poterant, in M

cr

re, templum frequentare & orare, imò agno Paſchali comedere, quod omni xteris & Peregrinis indiſcriminatim per- m erat, *Exod.* 12. §. 48. 49. ſicque ſal- poterant. Adhæc in Veteri id Teſta- o obtinebat, dum hac vice in Novo vi- s, in quô Eunuchi tanti fiunt, ut non m Populo DEI adnumerentur, ſed & re Epiſcopi defungi, Populumque DEI e poſſint, modò ſeipſos non caſtrave- ut è *Canone Apoſtolorum* 21. *Tom.* 1. *il.* (alleg. in *Diſtinct.* 55. *c.* 8.) eluce- Eunuchus, ſi per inſidias hominum fa- ſt, vel ſi in perſecutione ejus ſunt am- a virilia, vel ſi ita natus eſt, & eſt dignus, piſcopus. Et in *Concilio Nicæno cap.* 1. *Concil. eadem diſtinct. cap.* 7. Si à Medicis propter langorem defectus eſt, Barbaris exciſus, hic in Clerô perma Et *c.* 9. è *Martinô Bracarienſi c.* 21. is pro ægritudine naturalia à Medicis fa- abuerit, ſimiliter & qui à Barbaris aut inis ſuis fuerint caſtrati & moribus digni nt viſi, hos Canon admittit ad Clerica- fficium promoveri. Quæ Canoniſtæ & laſtici contra conjugium Eunuchorum, ongredi & actum generationis exercere nt, in medium adferunt, ex falsô prin- oriuntur, quòd ſc. conjugium absque dine ad procreandam ſobolem eſſe non t: hunc enim finem conjugii primarium & in ordine ad illum contractum matri- ialem iniri dicunt. At plures ſunt fines imonii, ſcil. procreatio ſobolis, evitatio ationis & mutuum adjutorium, quorum absque alio eſſe poteſt, licet multi et- propagationem generis intendant. Quot conjugia annihilarentur & reſcinderentur? d etiam eſt conjugium in ſe, aliud uſus ugii: aliud fructus conjugii, qni inde rgit. Conjugium ipſum conſiſtit in con- legitimô, uſus in copula carnali, fru- & effectus in ſobole. Deficiente fructu u, matrimonium nihilominus conſiſtere : quanto magis, ſi & uſus accedat? li- on ſequatur fructus, modò conjuges à e ſua nihil pro virili intermittant, quod rocreandam ſobolem requiritur, aut ni ommittunt, quô impediri poſſit. Certè ſi Scholaſtici conjugium in eſſe ſuo à pro tione ſobolis diſcernere coguntur. *Thomas upplemento* 3. *partis qu.* 42. *artic.* inquit: eſpondeo dicendum, quod duplex eſt in- itas, una quæ attenditur ſecundum perfe- nem primam, quæ conſiſtit in ipsô eſſe rei: quæ attenditur ſecundum perfectionem ſe- dam, quæ conſiſtit in operatione. Quia ergò alis commixtio eſt quædam operatio ſive matrimonii, per quòd facultas ad hoc da- ideò carnalis commixtio erit de ſecundâ in itate matrimonii, & non de primâ. Et 3. *te quæſt.* 29. *art.* 2. ubi demonſtrat, quod *Val. Novell.*

conjugium beatæ Virginis & Joſephi verum fuerit. Reſpondeo, dicendum, quòd matrimonium ſive conjugium dicitur verum ex hoc, quod ſuam perfectionem attingit. Duplex eſt autem rei perfectio, prima & ſecunda. prima quidem rei perfectio conſiſtit in ipsâ formâ, ex qua ſpeciem ſortitur: ſecunda verò perfectio conſiſtit in operatione rei, per quam res aliqualiter ſuum finem attingit. Forma autem matrimonii conſiſtit in quadam indiviſibili conjunctione animorum, per quam unus conjugum indiviſibiliter alteri fidem ſervare tenetur: finis autem matrimonii eſt proles generanda & educanda. Ad quorum primum pervenitur per conſenſum conjugalem: ad ſecundum per opera viri & uxoris, quibus ſibi invicem obſequuntur ad prolem nutriendam. Adhæc Canoniſtæ probationes ſuas maximam ad partem contra Eunuchos illos inſtruunt, qui ad debitum matrimoniale omninò ſunt inepti. *Gloſſa ad cauſ.* 27. *q.* 1. *cap.* 12. *Nuptiarum* ſeqq. habet: Unde in ſenibus eſt humanitatis ſolatium, id eſt, contrahitur, ut eis ſerviatur in ſuis neceſſitatibus. Et eſt argumentum hic, ex quô ſenes, qui jam arrigere non poſſunt, contrahunt: ergò & Spado & frigidus poteſt matrimonium contrahere? Nam & poſthumum inſtituit Spado? Sed non eſt verum, quia non poteſt contrahi matrimonium, niſi ibi ſint tria matrimonii bona vel re, vel ſpe. De ſene non eſt ſimile. Nemo enim eſt adeò ſenex, quin aliquando calere poſſit naturâ vel artificiô, quod non eſt in frigidô, vel in puerô, vel Spadone. Et ideò ſenex habilis eſt ad contrahendum. Sufficit enim, quod prolem non evitet. Sic enim generare dicitur, ex quô non evitat prolem & aptus eſt ad coeundum. Hîc Gloſſator dicit, quòd proles in conjugio eſſe debeat, vel re, vel ſpe. Sed probatio eò non abit: Addit enim ſenem, ſi aliquando calere poteſt naturâ vel artificiô, uxorem ducere poſſe, licet proles non ſequatur, modò non evitetur. Exinde potius concludi debet, Eunuchum utique contrahere poſſe, qui naturâ ſine arte ſufficienter calet, & ad actum generationis idoneus eſt, etſi proles non ſequatur, modò non evitet prolem, ſed ea faciat, quæ ad generandum requiruntur: ſiquidem æquè minus in causâ eſt, quòd effectus non ſequatur, ac ſenex, quia ſeipſum non caſtravit, nec caſtrationis ſuæ cauſa fuit, quod præſupponimus. Si ergò ſenex non potens ad generandum, ſed potens ad coeundum ad conjugium admittitur, multò magis aut ſimiliter Eunuchus non potens ad generandum, ſed potens ad coeundum admitti debet. Id quod & ſuſtinetur in *Gloſsâ* ad *cauſ.* 32. *q.* 7. *c.* 25. *Hi qui matrimonium*, his verbis: De iſtis caſtratis quidam ſunt caſtrati, quidam caſtè nati, id eſt, frigidi, & iſti non poſſunt contrahere. Alii

caſtrati,

caſtrati, ſcilicet Spadones, benè poſſunt. Alii dicunt melius, quia nec iſti poſſunt contrahere, cùm cognoſcere uxorem non poſſunt, & exiguntur in matrimoniô tria bona re vel ſpe; vel dicas, quod ſi habet virgam arrectam, ſive reſolvat ſperma, ſive non, quòd ſit ibi matrimonium. Nam talis ſatisfacit mulieri, ſicut mulier ſatisfacit viro, ſive reſolvat, ſive non: nec requiritur, quod ſemper in matrimoniô ſit filiorum procreatio, quia ſufficit, quod non evitet prolem. De hâc Gloſſa ſcribit *Panormitanus ſuper 4. Decretal. de frigid. & malef. cap. Quod ſedem.* Vide *Gloſſatorem in cap. Hi qui. 32. q. 7. qui tractat*; Quid de eô, qui habet virgam erectam, ſed non poteſt emittere ſemen, propter impedimentum naturale vel accidentale; & tenuit ibi Gloſſator, quòd talis poteſt matrimonium contrahere, cùm poſſit mulierem provocare. Sed communiter tenetur contrarium, & hoc puto verius, quia ex quô non poteſt generare, poteſt uxor dicere: ego volo mater eſſe. Ubi probè notandum eſt, hîc *Panormitanum* nullam aliam cauſam dare poſſe, niſi quòd communiter ita ſtatuatur, & quòd ratio ejus tantùm militet contra Spadones, qui non poſſunt emittere ſperma; & tandem, quod de illis loquatur, quibuscum mulier non contraxit, non obſtante impotentiâ. Leges interdum nullam differentiam obſervant inter Eunuchos, cùm tamen jure meritò diſcrimen aliquod habendum ſit, quia ſc. arduum eſt differentiam in omnibus dignoſcere. Inde *lib. 23. Digeſtor. de jure dotium, vel ſi ſerva* dicitur: Si Spadoni mulier nupſerit, diſtinguendum arbitror, caſtratus fuerit nec ne? ut in caſtrato dicas, dotem non eſſe: in eô, qui caſtratus non eſt, quia eſt matrimonium, & dos & dotis actio eſt. Hic de caſtratis in genere dicitur, quòd matrimonium non habeant, cùm tamen de iis tantùm, qui impotentes ſunt & ad congreſſum prorſus inhabiles ſunt, intelligi debeat, ne Lex hæc Ulpiani juribus Eccleſiæ Apoſtolicæ primitivæ non contrarietur. Jam adhuc reſtant reliquæ Conſtitutiones Leonis & Sixti V. de quibus in genere dicimus, quòd recentiores ſint, ſimilesque in veteribus Canonibus & Conſtitutionibus Eccleſiæ Catholicæ non reperiantur. *Leo* VI. Philoſophus Imperator, Auctor *Novellæ Conſtit.* 98. vixit ſeculo IX. *Sixtus* V. Papa ferè in fine ſeculi XVI. Adhæc Leges poſitivæ ſunt, quæ aliquâ, licet exiguâ, probabilitate nituntur, maximè Imperatoris & Pontificis: unde & multas exceptiones & circumſtantiarum ratione declinationes patiuntur, cumprimis ſi in forô conſcientiæ verſamur huicque mederi volumus. Nemo enim veritatis amator Papæ illud tribuat, quod ipſi nonnulli non ſine adulatione concedunt, acſi errare non poſſit, ſi ut Eccleſiam doceret, ſibi propoſuerit: ſiquidem plurimi in ipſa Eccle-

ſia Romana antehâc aliud docuêre & ad
docent. Quod *Conſtitutiones Leonis* in
nere concernit, de illis *Gothofredus* è *C*
cio initio *Novellarum Leonis* ità ſcribit:
Novellæ editæ à Leone poſt libros βασιλ
multa corrigunt ex Juſtinianeo jure, nul
tamen apud Nos authoritatis ſunt, quin
Leonis quidem ætate unquam obtinuiſſe
dentur, niſi, ut Græci apud eundem C
cium notant, in iis, de quibus antea
conſtitutum fuerat, quæ jus vetus explicant
ſupplent. Inſpiciatur quæſo Conſtitutio hæ
Eunuchis accuratè & facilè obſervabitur, q
miſero fundamento innitatur: Sacerdota
ſc. benedictionem hîc locum habere non
ſe. Aſt licet dici non poſſit: Creſcite &
tiplicamini, & implete terram, attamen reli
preces pro felicitate, unanimitate & vita
turnâ conjugum à Sacerdote fundendæ lo
habere poſſunt. Pro fœcunditate enim
lo tantum matrimoniô oramus, quod o
bus numeris perfectum eſt; & quoties
ſenibus, ſterilibus & prorſus inhabilibus
tur? quorum ſterilitas vel in vulgus not
Abhinc oggannit, neque conjuges tales,
que illorum conſanguineos ſpe liberorur
gnendorum exhilarari. Aſt in quam m
hoc gaudium ceſſat? quam inſignis ſteri
& inhabilium numerus, qui nemini gau
gignendo excitare valent? Sat tamen g
adeſt, quòd ejusmodi homines ad amo
conjugalem, ad curam ſui mutuam conſpi
Porrò DEUM eum in finem inſtituiſſe d
ut ſobolis procreatio ſequatur. At non
propter tantùm, ſed & ob remedium infi
tatis humanæ & ob mutuum adjutorium.
de qui prioris finis particeps fieri nequit,
quorum binorum intuitu matrimonium
valet: alioquin conjugia ſenum, ſterili
conjugium etiam Davidis & Abiſag, Jo
& Mariæ facilè ceſſarent. Leo quidem
hibet aliter rem ſe habere cum ſenibus &
rilibus, ac cum Spadonibus, quia in illi
huc ſpes liberorum ſuperſit. Aſt quot
de quibus nullam ejusmodi ſpem conc
poſſumus, cum ſive vir, ſive mulier n
riè ſterilis ſit, vir juvenis & mulier adeò
noſa, ut muliebria non patiatur amplius
uterque ob regnum cœlorum ita ſe caſtr
Adhæc mulierem alii, qui fœcundus eſt
beros gignet, deſponſari poſſe dicit:
enim abominabile eſt, ſi quis agrum,
plurimos ferre queat fructus, incultum
quat, ita abominabilem quoque eſſe,
uxorem duceret, eamque imprægnare no
leret. Aſt idem pariter de juvene vet
pro virgine ducente, dici poſſet, de virg
quæ ſeni nubit, aut quæ ſterili jungitur
eô, qui ſterilem eligit, & de eô, qui cum
vidâ conſueſcit. Cumprimis autem de i
ci poſſet, qui votum continentiæ nuncup
aut ſibi proponunt in perpetuum à matr

abſtinendi , vel in matrimonio ſe non
miſcendi, quod tamen Chriſtus & Pau-
uaſerunt. Sibi quoque objicit, quod Pau-
licat : Matrimonium contrahere , quàm
ſatius eſt , addendo hæc nihil ad rhom-
facere , quia hic nullum eſſet matrimo-
n. Aſt hoc ipſum eſt petitio principii nul-
ue demonſtratur. Quæ enim de Benedi-
ne Sacerdotali & Conditoris decreto re-
, expedita jam ſunt. Quæ de iis , qui
et ipſos caſtrari curant, addit, huc non
nent. Quapropter ex merô tandem im-
ô concludit hiſce verbis : Propterea ſan
s, ut ſi quis Eunuchorum ad matrimo-
procedere comperiatur, & ipſe ſtupri
æ obnoxius ſit, & qui Sacerdos ejusmodi
unctionem profanatô ſacrificiô perficere
fuerit, Sacerdotali dignitate denudetur.
liter quoque res ſeſe habet cum *Conſtitu-*
Sixti V. cujus rationes etiam valdè le-
unt.

onſtitutio autem illa eſt *LIX.* inter Con-
iones Sixti V. edita anno 1586. in *Bul-*
Romano Tom. 2. Primò inquit, illos ſe-
verum non habere, ſed impurâ carnis
gine atque immundis complexibus cum
eribus ſe commiſcere. Aſt hoc demon-
dum & probandum eſt, quod ſcil. im-
dos complexus & commixtiones cum mu-
us foveant, quoniam ſemine incomple-
audent. Quot enim ſunt, qui ſemen
cundum & imperfectum habent, & tamen
beneque in conjugiô vivunt, ubi vir
riè ſterilis eſt ? Et quid, ſi bonum & per-
ſimum ſemen in ſterilem & prægnantem
ditur ? Si hoc turpes amplexus non effi-
neque Eunuchorum congreſſio impura
Caſus etiam dabilis eſt, ubi Papa ne-
riò Eunuchis uſum conjugii permittit, ſc.
ritus quidam à Barbaris caſtratur, & ab-
mulieri ſuo cohabitare & carnaliter, ut
, ſe miſcere voluerit. Hoc enim nemo
terdicet, prout inter alios apud *Franci-*
Toletum Lib. 7. *Inſtruct. Sacerdot. c.*
dere licet, ubi docet : Adverte tamen
eſſe conditiones neceſſarias, ut impoten
æc ſit impedimentum. Altera eſt, ut
edat matrimonium. Si enim ſupervenit
monium rato, non diſſolvitur matrimo
, & tunc qui Eunuchus eſſet, non pec
cognoſcendo uxorem, ut notant *Caje-*
s 22. *quæſt.* 154. *art.* 1. *& Navar. c.*
um. 6. licet non ſperetur generatio futu-
Altera eſt, quòd impedimentum ſit per-
m, ſicut hîc conjugium voluptatem ve-
m efficit, ita etiam in Eunucho, qui
ùm matrimonium init. Deinde conju-
tale nullum ferre fructum dicit. Aſt
m fructum edit conjugium ſterilium, ju-
cum vetulâ & ſimilia ? Nonne uſus hic
is eſt, quod ita caſtè in matrimoniô vi-
aleant, & remedium contra vagas libidi-

nes à DEO conſtitutum habeant? Quòd etiam fidam ſibi mutuò operam & auxilium præſtent & alter alterius curam ad mortem usque agant? Porrò addit, quòd eas, quas ut uxores habere non poſſint, habere debeant ut ſorores. Aſt ad hoc nemo cogi poteſt, ut cum uxore ſuâ, tanquam cum ſorore, vivat, absque carnali commixtione, ſed incoactè ex utriusque conſenſu fiat, oportet. Quod verò conjuges ſuas non ut uxores habere poſſint, petitio eſt principii & probari debet. Plura non adfert. Quapropter & hæc deciſio eſt ex ſolâ autoritate & imperiô facta, ſine rationibus, quando dicit: Fraternitati Tuæ per præſentes committimus & mandamus, ut conjugia per dictos & alios quoscunque Eunuchos & Spadones, utroque teſte carentes, cum quibusvis mulieribus, defectum prædictum ſive ignorantibus, ſive etiam ſcientibus contrahi prohibeas, eosque ad matrimonia, quomodocunque contrahenda, inhabiles autoritate noſtrâ declares, & tam locorum Ordinariis, ne hujusmodi conjunctiones de cæterô fieri quomodocunque permittant, interdicas, quàm eos etiam, qui ſic de facto matrimonium contraxerint, ſeparari cures & matrimonia ipſa de facto contracta, nulla, irrita & invalida eſſe decernas. Eos etiam, qui ſic jam contraxerunt, ſi appareat, illos, non ut caſtè ſimul vivant, contraxiſſe, ſed actibus carnalibus & libidinoſis operam dare, ſimulve in uno & eodem lecto cum prædictis mulieribus dormire convincantur, omninò ſimiliter ſeparari cures. Nos enim ita in præmiſſis & non aliter per quoscumque Judices & Commiſſarios, quacunque autoritate & dignitate fungentes, ſublata eis & eorum cuilibet, quavis aliter judicandi & interpretandi facultate, in quacunque causâ & inſtantiâ judicari & definiri debere; & ſi ſecus ſuper his à quoque quavis autoritate ſcienter vel ignoranter attentatum forſan eſt hactenus, vel attentari in poſterum contigerit, irritum & inane decernimus. Non obſtantibus cujusvis civitatis, Provinciæ aut Regni ſtatutis, legibus municipalibus aut conſuetudinibus, quæ abuſus potius & corruptelæ cenſendæ ſunt, etiamſi ab immemorabili tempore obſervatæ dicuntur, cæterisque contrariis quibuscunque. E quibus elucеſcit, Sixtum non tantùm interdicere matrimonia Eunuchorum contrahenda, ſed etiam contracta & conſummata reſcindere & annullare, quò *Leo* in ſuâ *Conſtitutione* non progreditur. Unde *Sixti Conſtitutio* eò magis erronea eſt, quia per eandem vera matrimonia, contra præceptum DEI: Quæ DEUS conjunxit, homo non ſeparet, reſcinduntur. Deinde quoque apparet, quòd conjugia Eunuchorum valdè communia fuerint in quamplurimis regnis, & quod ad ſtatuta ſua, Leges municipales & conſuetudines provocaverint, ceu immemo-

rabili tempore obſervatas, quod denique de ſimilibus conjugiis Judices & Defenſores ſe truſerint, qui eadem defenderunt & tuiti ſunt. *Sixtus* hic ad Nuncium ſuum Apoſtolicum, Epiſcopum Nevarrenſem in Hiſpaniâ tunc ſcripſit, qui conquerebatur, quòd tales caſus ſibi totô die occurrant, adeoque *Sixtum* conſulebat, ut in principio Bullæ indicatur his verbis: Cùm frequenter in iſtis Regionibus Eunuchi quidam & Spadones, qui utroque teſte carent, & ideò certum & manifeſtum eſt, eos verum ſemen emittere non poſſe, matrimonia cum mulieribus, præſertim hunc ipſum eorum defectum ſcientibus, contrahere præſumant, idque ſibi licere pertinaciter contendant, & ſuper hoc diverſæ lites & controverſiæ ad tuum & Eccleſiaſticum forum deducantur, requiſivit à Nobis Fraternitas Tua, quid de hujusmodi connubiis ſit ſtatuendum. Hîc eluceſcit tam è *Conſtitutione Leonis*, quàm è *Conſtitutione Sixti*, quòd conjugia talia ſatis communia fuerint, ut neceſſariò obicem illis ponere debuerint. Licet enim unum aut alterum matrimonium concedatur, præſtat tamen, ne juſtô ſæpius, nullô habitô diſcrimine, illud fiat. Sic & in Eunuchis quibusdam notoria magis impotentia ad generandum ſe trudit, ac in aliis, quæ majorem horrorem cauſari poſſet: imò & virgo ſive uxor, quæ Eunucho nubit, alium potentem jungere poſſet: nec periculum deeſt, futurum, ut tandem uxor, quæ Eunucho juncta fuit, pœnitentiâ ducatur dicatque: fœcundum virum deſidero: volo mater eſſe & liberos educare &c. Horum inconvenientium intuitu expedit quidem, ut conjugium Eunuchorum diſſuadeatur & impediatur: quò etiam jura tendunt, cumprimis in Spadonibus, qui caſtrationis ſuæ ipſimet authores ſunt, ſeque omni libidini, voluptati & abominationi dederunt, ut *Suidas* illos in voce Spado deſcribit, ubi inter alia dicit: licet autem videre Magnatum ædes refertas hujusmodi monſtris, faciem portentoſâ formâ præditam habentibus & fractô greſſu incedentibus, & delicatè loquentibus ac indecorè, Meretricularum inſtar, huc & illuc caput circumagunt, quaſſantes & intemperanter & impudenter rident, inſaniam manifeſtam præ ſe ferentes. Unde cum viris quidam, ut mulieres, molliter cubantes & effœminati corrumpuntur: cum mulieribus verò, ut cuſtodes ſimul & temperantiæ ſcilicet exempla, dormientes, impudenter & ſine rubore turpia facinora faciunt. Et iſti quidem ab impiis & profanis viris ita corripti & effœminati contaminant & contaminantur, per iſtam naturæ contrariam ſceleris fœditatem & impuritatem deteſtandam; ipſi verò miſeras mulierculas & exagitatas peccatis ſecundum illud dictum, contaminant & lædunt, tanquam rabioſi canes, & quod gravius hinc fiunt & autores & conciliatores & participes infiniti ſupplicii, tam qui corrumpunt, quàm qui corrumpuntur. Homines tales ad

matrimonium non admittere, ſed puniend[...] pravis ſuis operibus abſtrahere, bonum &[...] quum eſt: at verò illorum intuitu alios quoc[...] pios probosque homines à conjugio arce[...] aut ſi conjugati ſint, ſeparare, inexcuſabile[...] dicimus. E quibus omnibus ſufficienter [...] ceſcit, quid de præſenti Eunuchi alicujus c[...] virgine conjugio ſentiendum ſit, ubi is piu[...] conſcientioſus vir, inhabilis quidem ad ge[...] rationis effectum, non verò inhabilis ad g[...] rationis actum eſt, ſemen quoque, utut [...] prolificum, habet & mulieri ſatisfacere va[...] ut conjux experta teſtatur, ut in Relatione[...] betur? Hoc ſcilicet ſtatuendum: quod [...] ipſum verum ſit matrimonium, illique b[...] conſcientiâ ſimul eſſe poſſint, fidi quidem[...] jutorii ergò, quod conjugium præ ſe fert [...] exſtinguendam libidinem, licet primi fi[...] qui in Novo Teſtamento primarius & pr[...] puus non eſt, ſcilicet procreationis ſobolis[...] ticipes fieri non poſſint, quo plurima conj[...] deſtituuntur. Voluptas carnalis, quæ extra [...] jugium peccatum mortale eſſet, in hôc, pr[...] matrimonium, tanquam DEI ordinatione[...] lis in peccatum veniale cedit. In hoc tan[...] quod Eunuchi propenſiores ad Venerem [...] quam alii, ſibi moderando cavebunt & ut [...] que conſentiendo, juxta Pauli monitum, à [...] vicem interdum abſtinebunt, quò ad oratic[...] & jejunium tempus habeant, & ſemper eò [...] borent, ut tandem non ut maritus & uxor, [...] frater & ſoror, i. e. absque mixtione carna[...] cohabitent, cum utriusque tamen conſe[...] prout & alii conjuges eò anniti debent, [...] bentibus annis voluptates carnales decre[...] Eò minus etiam conjugium hoc reſcindi p[...] quoniam non tantùm per Sacerdotalem &[...] nalem copulam conſummatum, ſed & à [...] niſſimo Electore per Decretum confirm[...] eſt, cujus Serenitas Electoralis ſatis imp[...] & proſpexit, ne ſimilia conjugia poſthac [...] gionibus ſuis tolerarentur, idque non ſolù[...] Decretum modò dictum, ſed & mulctam[...] dictatam, quam utraque hæc Perſona a[...] cauſas exſolvere tenentur, cui ſe quoqu[...] miſerunt. Quod ergò conjugio huic [...] contradicatur, Conjugibus conſcientia [...] tur, & ſeparatio urgeatur, imò S. [...] næ uſus illis eousque denegetur, [...] ſeparati ſint, hoc eſt, quod iniquu[...] cenſemus, imò & ſcandaloſum: ſiquide[...] quicquam opponi poteſt; quò legitimè [...] tur, conjugium hoc verum non eſſe: [...] quoque non poteſt, Conjuges hos in p[...] quodam mortali hærere & perdurare; ad[...] merito ſuo utuntur jure, ut pro Conjugib[...] beantur, & ad S. cœnam admittantur.

Regiomont. die 17. *April.* 1668.

Decanus & reliqui Profeſſores F[...]ultatis Theolog. Regiomont[...] in Pruſſiâ.

II. Re[...]

VI. Reſponſum Facultatis Theologicæ Gryphiswaldenſis Pomeran.

P. P.

Um apprecatione omnigenæ proſperitatis Tuam Nobilitatem celare non poſſu- quod è literis Tuis, die 18. Aprilis ſcri- ex additamentis incluſis ſatis ſuperque overimus, tum quæ de conjugio inter Bartholomæum de Sorliſi & Privignam n, Dominam Eliſabetham Liechtweriam retuliſti, tum & quales in binis propo- uæſtionibus difficultates nobis reſolven- btuliſti.

Quod ergò primum attinet, non poſſumus ateri, arduum utique & periculoſum fuiſ- tale conjugium conſenſiſſe; interim me- ollicitudinem illam laudamus, quòd pro- ſatis procedendo mox penes Veneran- Miniſterium, mox in Conſiſtorio Eccle- o Supremo Dresdenſi & Lipſienſi, mox ram Sereniſſimo Electore Saxonico con- æquè ac rei dijudicationem quæſierint? uamvis illi rationi non minus quàm S. turæ maximè convenientes cauſas præ- ere potuiſſent, quò minus in conjugium b initiò conſenſerint: quoniam verò ob- runt, idem in S. DEI verbo nullibi expreſ- ohiberi, aliisque ſine dubiò prægnantibus impulſi fuerint conjugium hocce per- ndi, & ex Poteſtate Epiſcopali ſummâ illîc nſandi: adeoque è Nobis tantùm quæ- : I. An bini hi Conjuges bona cum con- iâ & absque ſcandalo populi, contra pro- voluntatem ex Decreto Electorali per ologos ejici, & omninò ſeparari poſſint? 2. Privignæ Tuæ ſecundum tenorem verbi i ſalvâ conſcientiâ diutius abſolutio & enæ uſus denegari poſſit? dum quam mè cum præſcitu diverſorum Theolo- m Celeberrimorum conjugium hocce in- t, propoſitum ſuum proprio Confeſſio- prius aperuerunt, absque ulla Ejus con- ſtione: DNN. Theologi quoque inter ondum conſentiunt, his tamen non ob- bus, hîc ab executione initium factum hinc quoad I. Quæſtionem exiſtimamus gii reſciſſionem hoc in caſu nunc locum re non poſſe. Quoniam enim maritus e conjugali ductus fuit erga virginem, idem ſtatim ab initiô, adjutricem in illa miſerâ vitæ hujus conditione, & illic va- e trudentibus caſibus & morbis, ut & ſionem libidines carnales, ex abundantiâ nis, utut infœcundi, dubio procul ortas guendi, ſicque ſcortationes evitandi quæ- : virgo quoque ſimilem amorem reci- um in ſe obſervavit, & poſtquam utrique jugio hôc diligenter deterriti, variaque incommoda, quæ ex inhabilitate viri proflue- re poſſent, illis ob oculos poſita fuerunt, hi è contra in propoſito ſuo & mutuô con- ſenſu perdurarunt, & adhuc perdurant, ita quidem, ut citius emori, quàm ſe ſeparari mallent; hinc merito in continuante hoc amore conjugali mutuo & reciproco (in quô forma conjugii conſiſtit) relinquendi nec conſcientiæ turbandæ ſunt; idque eò minus, quòd Conjuges præſentes æquè ac Parentes, ut ab initio negotium hoc DEO in orationibus ſuis commendârint, ita ſine dubiô in verâ pietate & in nomine DEI conjugium, quod per ſe & ſimpliciter cum verbo divinô non pugnat, inierint, adeoque DEUS ipſe, ut à poſteriori conſtat, corda illorum amore conjugali ita devinxit, ut ex toto corde ſe diligant, crucemque ſterilitatis omni cum patientiâ tolerent. Quis ergò DEI Providentiam coerceret & per divortium impediret? Poſtquam etiam utrobique verus isque conjugalis conſenſus adfuit, & non obſcurè eluceſcens DEI voluntas clementiſſima per copulationem Sacerdotalem in illis declarata & confirmata fuit, ut inde certiores reddantur DEUM illos junxiſſe nullumque hominem illos ſeparaturos eſſe: abhinc quoque ſeparatio talis absque profanatione nominis Divini, quod ſub copulatione illorum pro conjugio laudabili & pacifico deſuper illis invocatum fuit; hinc eò minus videmus, quâ ratione conjuges hi ad ſeparationem poſſint cogi. Quemadmodum ad præcavendam & evitandam nominis divini profanationem, illorum matrimonium, quod majori forte jure, ob cauſas graviores, reſcindi poterat, v. g. dum vel conſanguineitas, lepra, epilepſia ſimilesque morbi incurabiles interceſſerunt, ſicque ſine majori vitæ periculo cohabitare non poterant, juxta Conſiſtoriorum & Caſuiſtarum ſententiam reſcindi non poteſt nec debet: ita quoque hoc, de quô disquiritur, conjugium, poſteaquam precibus variis & ſanctificatum & conſummatum eſt, ob easdem cauſas eò minus reſcindi poteſt; & cùm ſimilia conjugia alibi quoque inter Perſonas ætatis intuitu prorſus diſſimiles, quarum altera pars ob ætatem decrepitam ad generationis effectum eſt inhabilis, juxta Conſiſtoriorum & Theologorum ſententiam irrita non ſint, hinc meritò in præſenti caſu ſtatuimus, conjugium quæſtionis pro nunc, poſteaquam conſummatum eſt, non reſcindendum aut diſſolvendum eſſe, idque maximè ex eô, quòd ea, quæ ab initiô conjugium hoc non immeritò impedire poterant, autoritate & poteſtate Epiſcopi Summi, Sereniſſimi Electoris & Conſiſtoriorum, præviâ conſultatione DNN. Theologorum, è medio ſublata, omnesque malæ conſequentiæ aliorum, qui ſimile fortè matrimonium deſiderare poſſent, tam per declarationem Electoralem, quàm per inſignem illam mulctam

mulctam pro diſpenſatione ſolvendam (cui Maritus ſe ſubmiſit) evitatæ fuerint: ut propterea absque inſigni præjudiciô diſpenſationis Electoralis illicque factæ Donationis conjugium hoc ægrè diſſolvi, & tandem ultimò eò minus reſcindi poſſit, quoniam ob pietatem & famam inculpatam Uxoris omnis ſuſpicio malæ vitæ contra VI. præceptum ceſſat.

Alteram quod concernit quæſtionem, pœnam utique & animadverſionem aliquam mereretur Privigna Tua, quod in principio ætatis florentis, ex inconſiderantiâ aliquâ, & quidem juxta circumſtantias in Relatione obſervandas, contra Parentum ſuorum conſenſum Sponſalia hæc inierit; quoniam verò jam dici non poteſt eandem poſt obtentum Parentum conſenſum & conſummatum matrimonium peccatum quoddam mortale & conſcientiæ adverſum committere, dum quammaximè conſenſu æquè Parentum, ac conſultatione Conſiſtoriorum Theologorumque, imò & diſpenſatione Electorali difficultates primum occurrentes purgatæ & remotæ fuêre, ſicque in nomine DEI in matrimoniô, quod iniit, adhuc vivit; hinc meritò exiſtimamus Domini Privignam, in conjugio hoc cum Domino Sorliſio initô viventem, neque ab abſolutione, neque à SS. Synaxi ulterius abſtrahendam eſſe, cumprimis, dum ad agnitionem veram peccati, in deſponſatione tam ardua, periculoſa ſcandaloque tot honeſtiſſimorum hominum primitus commiſſi deducta eſt, ejusque feriâ pœnitentiâ ducitur: nunc autem in verâ pietate & concordiâ Chriſtianâ vitam degit, caſtitati conjugali ſtudet, ſcandala quævis evitat, eaque, quæ ſub obtentione diſpenſationis vovit, ſanctè obſervat, cujus ergò à Confeſſionario ſuo ſedulò ſæpe eſt monenda, quem monentem patienter audire, ejusque monitis continuô pietatis exercitiô morem gerere tenebitur. Quæ amici Reſponſi locô Tuam Nobilitatem celare noluimus, perſeverando

Nob. Tuæ

Gryphisvvaldiæ die 24. *Maji A.* 1668.

officiosè addicti

Decanus, Senior, aliique Profeſſores Fac. Theol. ibidem.

IX. Sententia Conſiſtorii Lipſienſis.

Ad Dn. Maurit. Junghanſium, J. U. D.

P. P.

TRansmiſſis à Te copiis quorundam ſcriptorum ſub A. B. & C. ut & Copiâ vidimatâ Theologici cujusdam Judicii ſub D. additis Quæſtionibus & Additamentis ſub n. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. & 9. cum novâ quæſtione & deſideratô judiciô noſtrô: præviâ diligenti perlectione & ponderatione illorum in Legi fundatum eſſe dicimus:

Impertitô à Nobis Johanni Gerickio, Cand. & Practico Stargardienſi, menſe O bri A. 1667. ſub peregrinis & occultis no nibus Reſponſo quodam Legali, quod(ju relationem veſtram) Privignam Tuam & tholomæum de Sorliſi (de quibus ſub c ceptu ejus nequicquam conſtitit) concern abhinc, poſtquam judicio & ſententiæ contentæ per conſummationem matrim perſonæ illæ morem geſſerant, ortô i Theologos illius loci diſſidiô, ita ut & C feſſionarius Dominæ Sorliſiæ, non obſt bus Reſponſo Facultatis Theolog. giomontanæ & Decreto Electorali hâc cauſa clementiſſimè publicato, abſolutio & SS. Cœnæ uſum denegaverit, deſider ulterius judicium noſtrum: An Privigna Domina Sorliſia, rebus ſic ſtantibus, ab a lutione & S. Synaxi diutius ſuſpendi poſſi

Quamvis ergò Confeſſionarius Do Sorliſiæ à Conſiſtoriô Eccleſ. Superiori, Superintendentem, ſatis informatus ſit, ratione confeſſionis intuitu & abſolutio gerere debeat erga illam: attamen & quo Sorliſiana deſponſatio, vi Decreti Electo Clementiſſimi ſub N. III. Chriſtianè tol debet, & ambo Conjuges ab omnibus int rati & intentati eſſe debent; hinc Sorliſiæ denegandum eſt, quò minus penes Sere tem ſuam Electoralem uberiorem declar nem Decreti & caſſationem mandati feſſionario ejus dati humilimè petere p De jure. Atteſtante Sigillo, *Menſ. M* *Anno* 1668.

Conſiliarii Conſiſtorii Lipſie

X. Aſſertio D. Bulæi.

HÆ nuptiæ hujus mulieris cum hoc nucho jam contractæ & per confeci nem ſacerdotalem copulamque carn conſummatæ, tolerandæ, non re dendæ ſunt:

Probatio

A CAUSA CONJUGII EFFICIEN PROPINQUA & REMOTA:

1. Cauſa proxima eſt Conſenſus.

Hæ nuptiæ factæ ſunt (1) libero & (2) bè deliberato conſenſu tum ipſorum co hentium, tum eorum, in quorum pote erant: conſenſerunt ſc. non ſolum ambo trahentes, Mas & Mulier, & hæc quiden admonita ac planè conſcia qualitatum & ditionum Eunuchi; ſed & illi, quorur terfuit, & quorum vox meritò vox DEI h nempe Parentes, ſupremus Loci Magiſ &

onſiſtorium Lipſienſe, ſuper his ipſis nu
conſultum : ejusmodi autem conſenſus alterno ſeu mutuo affectu maritali facit ias, easque legitimè ſubſiſtentes.

2. Cauſa remota eſt DEUS.

Quos volentes liberèque & juſtè conſen es conjunxere Parentes, Magiſtratus & rum matrimonialium periti judices, illos DEUS conjunxiſſe credendus eſt: quos DEUS conjunxit, homo ne ſeparet. ERTITUR: DEUM conjungere in con- tione Sacerdotali per verbum ſeu bene- onem applicatam: in conſecratione autem ſmodi nuptiarum, quando perſpecta eſt oris inhabilitas, illudi DEO, ſi Miniſter eſiæ dicat: Creſcite & multiplicamini . 1. Hæc verba ordinariè benedictionem iplicationis conjugibus in communi pro unt, à ſingulis autem non exigunt: *bey chaffung des Menſchen iſt GOttes Wille enere gewveſen, das durch ſie und ihre hkommen die Welt vermehret ſolte wver- , nicht eben, daß ein jeder von den hkommen Kinder zeugen ſolte*; Dunte ſibus Conſc. p. m. 804. 2. Hæc ipſa verba nſecratione noſtrorum Nuptorum ſtudio ſa fuerunt, ne quis profanationem eo objiceret.

II. MATERIA CONJUGII.

Quia contractæ ſunt ab ejusmodi perſonis, Mare & Fœmina, quarum utraque ad co- tandum & carnaliter conſueſcendum habi- idonea eſt. Mas enim, licet ſit exſectus, gredi tamen, atque ſemen, quamvis aquo- & ad prolificandum non ſatis elaboratum, tere valet, adeoque non quoad genera is actum, ſed tandummodo quoad genera- is effectum impotens factus eſt. Veræ au- impotentiæ nomine intelligitur ea, quæ greſſum conjugalem penitus impedit, non quæ generationis duntaxat effectum in- ertit, GERHARD. de Conjug. §. 660. 105.

III. A FORMA CONJUGII.

Hæc eſt indiſſolubilis vitæ conſuetudo in- perſonas legitimè conjunctas: id quod pro r è conceſſis definitionibus Legis Civilis: tiæ ſunt viri & mulieris conjunctio, indi am vitæ conſuetudinem continens. Item: tiæ ſunt conjunctio maris & fœminæ & ſortium omnis vitæ, divini & humani juris municatio. Hæ ipſæ definitiones pleræque ræ virgini cum Eunucho ex aſſe compe- . Quidam Theologorum formam nu- rum ſive conjugii ſtatuunt legitimam & ſſolubilem conjunctionem unius maris & inæ in unam carnem. Quibuscunque er modis conjuges dicuntur una caro, vel fieri eſſe in unam carnem, iisdem etiam Eunu- s noſter cum ſua Nupta una caro dicen- fuerit. GERHARD. in Loc. de Conjug. *Val. Novell.*

§. 49. modos iſtos his recenſet, primaque vice eorum quinque exprimit: 1. Voluntatis & dilectionis conſenſum. 2. Indiſſolubile vinculum. 3. Individuum vitæ conſortium. 4. Copulæ conjugalis officium. 5. Conjugalis copulationis fructum. Secundâ vice modos ſex adducit: videlicet conjunctionem 1. animorum, 2. corporum, 3. familiarum, 4. patrimoniorum, 5. propinquitatum, 6. liberorum. Hi modi omnes huic noſtro, de quo loquimur, connubio competunt, præter unicum utrobique poſtremo nominatum. Sed hic ipſe uſus conjugii ſive conjugalis cohabitationis effectus aut fructus ab ipſo Gerhardo rectè appellatur: ideoque ad formam & eſſentiam nuptiarum ſeu matrimonii neceſſarius non eſt: confer. eundem §. 79 p. 147. & Conradum Mauſerum de nuptiis p. m. 306. 325. Cuicunque ergò conjugio vera forma competit, illud ratum & firmum habeatur. Poſſet hîc ulterius argumentum necti à remotione omnium ſpecierum illegitimæ conjunctionis, hoc modo: Hæc hujus Eunuchi cum ſua nupta conjunctio non eſt ſtuprum, non eſt fornicatio, non eſt ſcortatio, non eſt meretricius congreſſus, non eſt inceſtus, non eſt concubinatus &c. prout ex ſingularum ſpecierum notionibus conſtat, ergò eſt verum conjugium. Excipis: Sunt nuptiæ inutiles, lege Civili & Canonico jure prohibitæ? Reſp. ponamus ita, quid inde? Ergò non neceſſariò ſunt reſcindendæ, ſed poteſt ſupremus Magiſtratus & Eccleſia ſuper iis diſpenſare, easque ſalva conſcientia tolerare.

IV. A FINE CONJUGII.

Hic vel principalis eſt, vel accidentalis ſive acceſſorius.

Finis principalis eſt duplex:

I. Mutuum adjutorium. II. Sobolis generatio.

Hos duos fines quidam conjungunt, & in unum combinant, mutuum adjutorium præcisè ad uſum connubialem in generatione liberorum reſtringentes: verùm ſunt fines omninò diſtincti, quorum poſterior priorem quidem præſupponit & includit; prior autem ſine poſteriore obtineri & ſubſiſtere poteſt. Ille in omni matrimonio ab omnibus conjugatis intenditur, alter non item. Ille ſimpliciter neceſſarius eſt, hic ſecundum quid, h. e. iis tantùm perſonis, quæ prolificare volunt ac poſſunt. Apparet igitur, hos duos fines non eſſe æquè principales, ſed facta inter eas comparatione poſteriorem præ reliquis conjugii finibus haberi quidem principaliorem, priorem verò principaliſſimum. Evincit hoc Ludov. Dunte ex ordine & ſerie primævæ inſtitutionis: *Darzu iſt vornehmlich der Eheſtand geſchaffen, daß eines des andern Gehülffe ſeyn ſoll: Adam ſolte arbeiten, haushalten, regieren, wenn er auch in ſeiner Unſchuld blieben wäre. Solches würde*

ihm zu ſchwer worden ſeyn : darum hat ihm GOTT eine Gehülffin geſchaffen ; und das iſt finis primarius conjugii, *daſs eines des andern* adjutorium *und Gehülffe ſey, GOTT den Schöpffer zu erkennen, ehren und anzubeten, auch zu arbeiten und hauſs-zuhalten : und iſt alſo fürnehmlich der H. Ehſtand eingeſetzt, daſs die beyden Eheleute zuſammen GOTT erkennen ſollen, welches geſchehen kan, wenn ſie noch keine Kinder haben, oder gantz keine Kinder haben ſolten : und hierauf ſpricht er al-„lererſt : Wachſet und mehret euch : „Seyd fruchtbar und füllet die Erde : Es „iſt aber offenbar, daſs nicht alle Men-„ſchen fruchtbar ſeyn, und die Erde füllen, „das iſt, Kinder zeugen ; daraus denn fol-„get, daſs der Menſch nicht* principaliſſimè *„darum von GOTT in den Eheſtand ge-„ſetzt, daſs er auch Menſchen zeugen ſoll. Der Eheſtand iſt ein* Myſterium, *dadurch Chriſti Ehe und Liebe vorgebildet iſt, welche da nicht beſtehet im Kinder zeugen, ſondern in hertzlicher Liebe und Gemeinſchafft : es iſt auch die freundliche Gemeinſchafft und Geſellſchafft der Ehleute ein Bild der Gemeinſchafft, Gegenwart und Anſchauung GOTTES und der H. Engel : darum ſind die Menſchen fürnehmlich zur Gemeinſchafft im Ehſtande erſchaffen, daſs ſie einander ſichtbarlich in dieſem Leben anſchauen, mit einander reden, gleichwie die himmliſchen Heerſcharen dort in jenem Leben GOTT von Angeſicht zu Angeſicht ſehen, und das ewige Wort, die ewige Weiſsheit des Vatters hören werden : Fruchtbarkeit macht keinen Ehſtand, wie Unfruchtbarkeit keinen aufflöſet, ſondern die Ordnung GOTTES, da er die Menſchen in den Ehſtand geſetzet, daſs ſie, als das Ebenbild GOTTES, ein Gottfürchtig, keuſch und häuſslich Leben mit einander führen ſollen : in caſibus Conſcientiæ, p.m.* 803. Jam conſtat, in hoc noſtro caſu intendi ac obtineri à Conjugatis divinitus inſtitutum finem principaliſſimum, nempe mutuum adjutorium, in reliquis matrimonii officiis : hoc ipſum ergò ſufficit, licet ille alter finis principalis, nempe prolificatio, deficiat.

II. ACCIDENTALIS CONJUGII FINIS.

Eſt libidinis remedium & ſcortationis evitatio, 1. *Cor.* 7. *v.* 2. Hunc finem hæc nuptiæ aſſequuntur : in utroque ſexu in maſculo & fœmella eſt caro ; igitur etiam ſemen in eis eſt, & ardor incitans ad procreationem. Si non habes caſtitatem, duc uxorem, ne vagis & carnalibus libidinibus polluaris & pereas, inquit LUTHERUS in *Geneſ. cap.* 26. *fol. m.* 35. *a.* Eunuchus igitur ad coeundum ſtimulatus & potens, ac continere non valens, propter reſtinguendas flammas carnis & evitandas vagas libidines, ad quas alias fortè rap[...] retur, τὴν ἑαυτοῦ γυναῖκα (a) habeat : qui igit[...] peccet? quidni liceat? θεόπνευστος (b) vox e[...] Apoſtoli : ſi ſe non continent, γαμησάτωσα[ν] (c) melius eſt γαμῆσαι (d) quàm uri. Nec e[...] quod fœminam hîc plus peccare dicas : na[...] viro ſemel nuptum data, non jam amplius p[...] teſtatem habet ſui corporis, neque ἀποστερῆν ([...] ipſum poteſt, ſed tenetur συνέρχεσθαι (f), [...] ἀποδοῦναι τὴν ὀφιλομένην (g) εὔνοιαν. Quî igit[...] peccet? quidni liceat? Objicitur autem, [...] lem congreſſum non extinguere in fœmina [...] dorem libidinis, ſed potius accendere & p[...] petuò fovere : at unde hoc probatur? ali[...] teſtabitur hæc noſtra ; virum & vires ſuas [...] perta : plus ergò credendum eſt uni Ma[...] veraci, quàm Phyſicantium turbæ fallaci. O[...] jicitur porrò : Hujusmodi congreſſum eſſe a[...] ſum & profanationem ſancti ordinis? Sed qu[...] fiet textibus Paulinis modò citatis? Sine ad[...] tione & requiſitione τεκνογονίας (h) tanqu[...] effecti copulæ carnalis, indefinitè ſuadet [...] συνέλευσιν (i) διὰ τὴν ἀκρασίαν, (k) ſi non [...] continentiæ dono præditi ; & quod conſeq[...] tur propter evitandas τὰς πορνείας. (l) Qui co[n-] jugati igitur remedio ad reſtinguendum car[...] æſtus, & ad fugiendum peccatum vagæ & p[...] miſcuæ libidinis, atque impuræ pollutionis [...] Paulum commendato utuntur, illis abuſus [...] profanatio conjugii imputari nequit. Obj[...] tur denuò : Supereſſe alia uſtionum remed[...] (1) Phyſico-Medica, nimirum Pharmaca, in[...] rnum illud libidinis incendium per ſeminis [...] tinctionem reſtinguentia, *Gerhard.* §. 425 [...] 632. Verum ſermo ibi eſt in ſpecie de fur[...] ſis, quos ſui ſimiles generaturos eſſe prob[...] le eſt : de Eunucho autem hic metus ceſſ[...] deinde conſcientia tutius adhibet remediu[...] θεοπνεύστως ab Apoſtolo potius præſcriptu[...] quam extra verbum ab humano ingenio ex[...] gitatum. (2) Theologica : preces, jeju[...] & labores. Reſp. Hæc ab Eunucho noſtro a[...] propoſitum nuptiarum ſeriò adhibita fuiſſe [...] ſerenti (quia καρδιογνῶσται non ſumus) cre[...] mus licet. Quandoquidem verò nihilomi[...] ad rem uxoriam adhuc ferebatur, ideò co[...] periculum fornicationis remedio divini[...] monſtrato uti voluit, debuit. Apoſtolus e[...] illis, qui utuntur, non præſcribit exerc[...] precum, jejuniorum & laborum, ſed [...] eos nubere. *Gerh. Loc. de Miniſt. Ecc[l.]* §. 3[...]

(a) *Propriam uxorem.* (b) *Divinitus inſpirata.* [...] *Nubant, matrimonium contrahant* : (d) *Nuber*[...] *matrimonium contrahere.* (e) *Privare, frau*[...] *Luth.* Entziehe ſich eines nicht dem andern. [...] *Convenire, concumbere, Matth.* 1. *v.* 18. (g) [...] *reddere debitam (conjugalem) benevolentiam.* [...] *Prolificationis, procreationis ſeu generationis lib*[e-] *rum.* (i) *Conventum, ita loquendo (ad opus co*[nju-] *gale nempe) vel concubitum, congreſſum* (k) *In*[tem-] *perantiam, incontinentiam, doni continentiæ d*[efe-] *ctum vel carentiam.* (l) *Stupra vel quævis f*[orni-] *cationis genera juxta Gerhardi explicationem.*

7. p. 546. Naturaliter maritus meliore entia cum uxore conjungitur, quam ſi frustra effundatur, vel ſi ſcortationibus lteriis deditus ſit, quæ verba ſunt Luthe Gen. f. m. 356.

COMPARATIS, SIVE PA-RIBUS

Notoriè & perpetuò ſterilium: horum gia non diſſolvuntur, qui in ſterili con, quamvis finis aliquis principalis, ſobo. licet generatio deſit, tamen reliqui fines locum habent, ut totidem verbis Gerh. Loc. de Conjug. §. 684. p. 1136. Ergò onjugium noſtri Eunuchi cum ſua juven-eſt reſcindendum, propter rationis iden-m.

. Juvenum cum vetulis effœtis: horum gia contracta tantùm abeſt ut dirimantur, iam contrahenda (etſi initio non malè dentur, nec admòdum probantur) ſi rientes ita volunt, non omninò prohi-ur, exemplo Davidis, qui in extremo Abiſag Sunamitiden, non tam ad con-uſum, quam ad corporis ſenilis miniſte-ac fomentum ſibi conjunxit vero con: aliâs enim Salomon Adoniam capite ere nequiviſſet, quod rem illicitam affe t, Regiam ſcilicet Patris uxorem, 1. Reg. m exempla multorum juvenum, qui ſexa rias, aut ſeptuagenarias, quibus dudum runt fieri muliebria, in uxores ducunt, omni exceptione majori experientia: at inter conjugia juvenum cum marcidis ve & inter conjugium noſtræ juvenculæ cum Eunucho, quoad uſum conjugalem, nul-profectò differentia.

A MAJORI AD MINUS.

Tolerantur conjugia in linea collaterali, radibus lege divina expreſſiſſimè prohibitis racta & per copulam conſummata: vid. h. à Beuſt part. 2. de Matrim. num. 52. 10. 212. Carpzov. Juriſpr. for. part. 4. ſtitut. 23. defin. 11. & Conſiſt. lib. 2. de-83. num. 1. 2. & 3. & defin. 99. per totum: ſiſt. Witteb. p. 4. fol. 76. a. 6. Ergò multò gis tolerandum erit conjugium juvenculæ Eunucho, in Sacris nullibi expreſsè pro-tum: nec obſtat, quod quædam hujus di conjugiorum ex errore vel ignorantia int contracta: etenim 1. rem in natura & tantia ſuâ planè intolerabilem non potuiſ tolerabilem reddere facientis ignorantia. i noſtri etiam errantes & ignorantes con-iſſe dici poſſunt, quia virorum prudentum per conſultorum autoritate & approbatio-erſuaſi ſibi id licere autumarunt. 3. Adde, d ejusmodi conjugiorum quædam apud al-tos ſcriptores deliberatè à ſcientibus inita unt, quæ tamen cordati Theologi ſalva ſcientia toleranda cenſuerunt. Excipis: at eologi cordati alii improbarunt? Reſp. gò eſt caſus non ſimpliciter damnatus, aliàs facilè omnes conſentirent; ſed adhuc dubius & diſputabilis. In dubio autem, quod mitius eſt, ſequimur. Deinde qui improbant, ſunt verè ſinguli & privati. Pro tolerantia autem reſponderunt in citatis locis integra Collegia & Dicaſteria, quorum autoritas eſt ſpectatior. Moſes ſanè pœnam ejusmodi conjugibus prædixit, diſſolutionem eorum nullibi edixit, Levit. 20. v. 20. 21.

VII. A TESTIMONIO SEU SUFFRAGIO PROBATORUM SCRIPTORUM.

Conjugia mulierum cum Eunuchis, frigidis & impotentibus, ne nomine quidem matrimonii digna eſſe, ac propterea nec diſſolvenda aut reſcindenda dici poſſe, ſed ſimpliciter pro nullis haberi ac declarari debere, vulgò docetur: contrarium tamen præclari Theologi ſtatuunt de tali conjugio tum contrahendo, tum contracto. Contrahendum permiſit Conſiſtorium Würtenbergenſe die 22. Jan. 1596. & 29. Martii 1599. uti è Bidenbachii libro de cauſis Matrim. Gerhardus refert Loco de Conjug. §. 235. p. 358. qui & ipſe languide diſſentit, & non omninò vetat: præſtat ejusmodi mulieres graviter monere, ne in pœnitendas & innuptas illas nuptias, adeoque ſcortationis periculum ſeſe præcipitent. Præſtat, inquit; ergò comparatè loquitur, hoc ipſo has nuptias contrahendas non ſimpliciter damnans, multò minus contractas nullas eſſe docens. Ad eundem modum plerique alii prohibentes timidè & hæſitanter loquuntur, tanquam non ſatis ἀμετάπτωτοι.

Contractum ferendum eſſe docet D. Burchartus Harbartus, in libello de Conjugio, ubi quidem ejusmodi conjugium contrahendum diſſuadet, & ſi alter conjugum, inhabilitate ante nuptias ignorata, poſtea divortium petat, diſſolutionem fieri jubet: quærit autem p. 82. Sed quid ſtatuendum eſt de illis, ſi ſimul manere velint? Et reſpondet: Si uterque conſentiat in mutuum convictum, non eſt facienda ſeparatio: citatque gloſſam ſtatuentem de muliere, cui impedimentum antea notum fuit, quod non poſſit reſilire. Idem petit in Theſibus de Conjug. §. 53. Conſentit Hemmingius de Conjug. p. 194. Si alter fuit conſcius infirmitatis alterius ante nuptias, cogantur ſimul habitare & alia officia ſibi mutuò præſtare. Si ergò planè impotentes ferendi & ad cohabitandum contra voluntatem cogendi ſunt, cur non permitti debeat cohabitatio volentibus & facientibus in uſu conjugii, quod & quantum poſſunt? Aut qua de cauſa hujusmodi Eunuchus, qualis noſter eſt, deterioris conditionis eſſe debet, quàm omnimodè inepti ad congrediendum? Ipſe Leo Eunuchorum conjugiis infenſus, ſi tota ejus conſtitutio 98. rectè inſpiciatur, conjugia iſta quidem contrahi prohibet, contracta autem dirimi nequaquam præcipit, imò tole-

Val. Novell. (H) 2 randa

randa eſſe haut obſcurè indigitat. Ita enim ſancit, ut ſi quis ſit & qui ſacerdos iſtiusmodi conjunctionem profanato ſacrificio auſus fuerit, ſacerdotali dignitate denudetur. Hic de pœna hujuscemodi contracti matrimonii lego (prout titulus habet: de pœna Eunuchorum, ſi uxores ducant:) de diſſolutione nihil invenio. E jure Canonico quanquam notum eſt, ut qui ſe tanquam conjuges habere nequeunt, habeant ut frater & ſoror. In jure etiam civili habetur; L. ſi ſerva. 39. §. I. Spadoni D. de jure dotium, in qua nuptiæ mulieris cum Spadone caſtrato videntur rejici & matrimonii nomine indignæ haberi: verum ſi textus rectè inſpiciatur, duo ibi occurrunt: 1. factum, ſi Spadoni mulier nupſerit. 2. Jus, dotem non habeat. Præſupponitur igitur, ejusmodi caſum contingere poſſe, nec abſolutè prohibetur, ut mulier Spadoni nubat: dato autem ejusmodi caſu, ſi nimirum nupſerit, non ſtatuitur, quod ipſum matrimonium etiam quoad vinculum irritum eſſe & ſolvi debeat, ſed duntaxat effectus Juris Civilis, nempe dos & dotis actio ei denegatur. Taceo teſtimonia Theologorum hodie docentium, quorum non pauci de hoc noſtro caſu conſulti pro validitate ejus pronunciarunt. Ita ſcilicet Theologi certant & adhuc ſub judice lis eſt. Num verò diſſentientium ac fortè nunquam conſenſurorum Doctorum diverſa placita matrimonium irritum infecturumque facient? Durum dictu.

VIII. A DEFECTU STRINGENTIUM RATIONUM IN CONTRARIUM.

Opponitur è Sacris

1. *Locus Deut.* 23. *v.* 1. Non intrabit Eunuchus, attritis vel amputatis teſticulis & abſciſſo veretro, Eccleſiam Domini. Sed parum ad rem facit: quia intrare in Eccleſiam hîc non notat contrahere conjugium, ut quidam volunt, ſed admitti ad honores & regimen politicum. *Luth. Tom.* 3. *Lat. Jen. f. m.* 137. *b.* Intrare in Eccleſiam eſt, aliquo officio aut magiſtratu fungi: ſint in ipſa congregatione Eunuchi, ſed non generant. Deinde, ſi maximè locus iſte loqueretur de connubiis, nos tamen ut lex forenſis in republ. & Eccleſia Chriſtiana hodie non obligaret. 2. Item dictum CHRISTI *Matth.* 19. *v.* 10. 12. de Eunuchis, qui caſtrati ſunt ab hominibus, eos enim ibi à conjugio excludi. Reſp. Excludit eos à conjugio contrahendo propter defectum unius principalis finis: de fine altero & de matrimonio propter illum jam contracto, an ſcilicet hoc ferri aut reſcindi debeat, nihil addit. Exceptio: nihil addere potuit, quia non præſumit ejusmodi caſum aut datum eſſe, aut datum iri. Reſp. Hoc gratis dicitur, quia è ſententia Vatabli, Fagii & quorundam aliorum hujusmodi exemplum in præcedente dicto *Deut.* 23. *v.* 1. fuit p[...] ſuppoſitum, alias Lex de cauſa non dabili [...] ſtra fuit lata, nec CHRISTUS eam leg[...] ignorare debuiſſet.

Aut igitur iſta expoſitio, aut hæc e[...]ptio, aut utraque aberrat. Deinde Reſp. C[...]ſtum agere ibi de caſtratis ab hominibus, [...]les illi plerumque eſſe ſolent, videlicet p[...] impotentes ad generandum & concumb[...]dum. Hic noſter autem caſtratus fortaſſi[...] qua in parte ſeu vaſe ſpermatico non o[...] modo aut totaliter læſus adhuc concumb[...] materiam ſeminalem emittere, opusque [...]jugii plenè perficere, ac mulieri congredi[...] fatente utraque parte, ſatisfacere poteſt, [...] fœcundatio abſit & ſoboles non ſequatur. [...] certiſſimum igitur eſt, an Chriſtus etiam [...]juscemodi caſtratum intellectum & à conj[...] contrahendo, nedum jam contracto & [...] copulam conſummato, excluſum voluer[...]

3. Tertiò. Oraculum Paulinum 1. [...] 6. *v.* 9. in quô τοὺς μαλακοὺς damnat & a[...]reditate regni cœleſtis diſertè excludit: [...] iſtiusmodi autem μαλακοὺς referri noſtros [...]que conjuges, propter abuſum ſeminis [...]mani & propter quotidianas pollution[...] συνελεύσει concubinaria ſine intentione p[...] non abſque peccato commiſſas, & po[...] porrò continuandas: non ergò tolerari d[...]re infrugiferam iſtam libidinem & imp[...] commixtiones. Reſp. per inficiationem [...]noris. Μαλακοὶ enim apud Paulum ſunt [...] ſtupratores, Venerea extra vas exercent[...] ſemen extra conjugium profundentes, c[...] in nuptos noſtros, maritalem in modu[...] cognoſcentes, nequicquam ingeritur. [...]tra probationem repeto inſtantias ſupra d[...] 1. de notoriè ſterilibus; 2. de congreſſu [...]ritorum cum uxoribus perſpicuè gravidi[...] De concubitu juvenum virorum cum [...]lis, concipere porrò neſcientibus. In [...] exemplis uſum conjugii damnare, eun[...] pro profanatione ſeminis, pro pollution[...] pro impuris ac concubinariis commixti[...]bus, pro peccatis mortalibus habere, m[...]feſtè pugnaret 1. cum dicto Salomonis *Pro-verb.* 5. *v.* 18. Lætare cum uxore juven[...] tuæ; è *quo Gerhard. L. de Conjug.* §. [...] rectè colligit: ergò divinæ voluntati no[...] adverſum, nec peccati loco habendum [...] conjuges debitam benevolentiam ſibi præſ[...] etiamſi non ſemper fiat ad liberorum pro[...]tionem. Et mox: In conjugii uſu eo q[...]doque procedere, ut cum uxore adoleſ[...]tiæ ſuæ maritus lætetur, non eſt ſtatim [...]cati mortalis loco habendum. 2. Cum pr[...]pto Paulino 1. *Corinth.* 7. *v.* 5. πάλιν [...] τὸ αὐτὸ συνέρχεσθαι, puta non modò pr[...] fœtificationem ſeu conceptionem, (ad q[...] unus aut alter actus ſufficere poteſt;) ve[...] etiam, ut ſcopus Apoſtoli & contextus [...]tè monſtrat, proinde remedio uſtionis i[...]

tita[...]

em habeat. Unde Gerhardus iterum con-
it: Finis ergò conjugii licitus & honeſtus
n eſt alius, quàm liberorum procreatio
cauſa convenire. Legatur idem §. 425.
tato §. 441. per totum, ubi teſtimonia
um & Scholaſticorum in hanc rem magno
ero annotantur. Inter noſtros itaque
ugatos copula carnalis nequaquam molli
aut in ſe ac per ſe pollutio, vel peccatum
o DEI excludens; ſed ob fines ſupra fa-
eſt ἡ κοίτη, h. e. uſus conjugii, isque ἀμί-
, impollutus, Ebr. 13. v. 3. 4. Denique,
liquid turpe in hoc conjugio, ſit pecca
, libidinosè uti velle conjuge; honeſtum
n eſt, nulli miſceri niſi conjugi, & ſi quid
n his nuptiis agnoſcitur, idipſum propter
ias ignoſcitur: Auguſtinus de Bono Con-
c. 6. Idem contra Julianum c. 16. Quan
njuges non prolis ſuſcipiendæ, ſed carna-
luptatis ſupplendæ victi cupiditate con-
unt, hoc non laudatur, ſed ignoſcitur,
mparatione pejoris, intervenientibus &
cantibus nuptiis. Nempe velo & tegmi-
onjugii obumbratur, quicquid hîc pecca-
Lutherus à Gerhardo citatus in Geneſ.
499. Conjuges, qui honeſtè contrahunt
habitant, diverſos fines, ſed rarò pro-
pectant. Primus gradus eſt eorum, qui
in quærunt, & ideò hujus vitæ genus appe-
ut fiant parentes. Hi quidem ſunt An-
ollatione eorum, quia uti cupiunt con-
ad generationem: eorum admodum
us eſt numerus. Secundus gradus eo-
eſt, qui ducunt uxores vitandæ fornica-
gratia: non averſantur aut oderunt pro-
& noſter Eunuchus generaret, ſi poſ
ſed principalis eorum finis eſt, ut caſtè
dicè vivant. Hi quanquam boni ſunt,
amen pares primis. Tertius gradus eſt
n, qui appetunt uxores tantum volupta-
uſa, quibus non eſt curæ proles, ſed ut
ter & ſuaviter vivant & pulchram habeant
am, qua ſe oblectent. Quartus gradus
n eſt, qui ducunt vetulas & dominas (quæ
nt Eunuchis) propter opes & gloriam:
et DEUS calicem paſſionis, ut Bernhar-
oquitur. Attamen non ſunt reproban-
opter reverentiam & gloriam nuptia-

ropius ad rem & quam proximè Ludo-
Dunte, in caſibus Conſc. p. 804. *Der*
and iſt zu Vermeidung unordentlicher
iſchung und Unzucht eingeſetzt, wie
poſtel Paulus ſagt: Hurerey zu ver-
en, habe ein jeder ſein eigen Weib,
hen finem *man bey ſeinem alten Weibe*
n kan. Und iſt keine Schande, wenn
Eheleute, die hinfort keine Kinder
haben können, mit der ehelichen
ht einander beywohnen: alſo iſt eben ſo
ig Sünde, wenn eine Junge beym Al-
vel Eunucho) *wohnet.*

4. Objicitur: Væ huic, per quem veniunt ſcandala, Matth. 18. v. 7. Sed (1) non omne rarum & inuſitatum, non omne extraordinarium & anomalon ſtatim eſt ſcandalum. Quis enim hoc connubio factus eſt deterior? Quibus nocet? In quibus quam licentiam confirmat? Quos aut quas ad imitationem invitat? Quem deterret ab Evangelio? Imò ſpes eſt in contrarium: aut quibus denique præbet occaſionem maledicendi Chriſto, vel Eccleſiæ DEI? Fortè Papiſtis? At hi ipſi per Italiam & Hiſpaniam etiam uxoribus cum Eunuchis libidinis ergò concumbentibus quam dicam ſcribunt? Vanus ergò hic metus eſt. Quod ſi tamen caſus evenerit, tunc reſpondebitur;

(2) Si quis è noſtris hominibus ſcandalum accepiſſet, aut adhuc pateretur, in promptu eſſent remedia, nimirum ex parte ſcandaliſati, ſobria & rectior informatio: ex parte ſcandalizantium autem errati agnitio, ignoſcentiæ petitio, mulctæ à Principe dictandæ ſolutio, Legatum ad pias cauſas, eleemoſynæ pro impetrandis piorum pauperum precibus & devotis ad DEUM votis, pro nuptorum temporali & æterna ſalute, & imprimis pia, honeſta & Chriſtiano digna vitæ tranſactio.

(3) Scandaloſum autem foret, ſi nuptiæ Parentum conſenſu, Magiſtratûs permiſſu & ratihabitione, Conſiſtorii approbatione & Eccleſiaſtica conſecratione celebratæ, copulaque tanto tempore jam conſummatæ, ejusdem Magiſtratus revocatorio edicto jam reſcinderentur: præſumeretur enim contra ſapientiam & conſtantiam Principe dignam agere, Eſai. 32. v. 8.

(4) Nec ſcandalo caret & piarum aurium offenſivum eſt, perſcrutari ima adyta hujus connubii & ſecretorum ac tacendorum actuum matrimonialium propalatione diſſolutionem urgere, conſcientiæque obtentu confundere conſcientias. Spiritus S. ſolet agere & ornare copulam maritalem, non producit in propatulum, ait Luth. in Gen. f. m. 33. b. Piè & prudenter Gerhardus in L. de Conjug. §. 441. Cavendum, ne hæ diſputationes degenerent in laqueos conſcientiarum; cùm enim conjugium poſt lapſum non ſolum inſtitutum ſit in officium, ſed etiam in remedium contra libidinis morbum, ideò ex illis, de quibus non extat mandatum, vel prohibitio, quæque non repugnant pudori & honeſtati naturali, non ſunt fabricandi laquei conſcientiarum: quod è Chemnitio hauſit P. 2. LL. f. m. 91. a. Diſputatione apud Scholaſticos, quando conſuetudo conjugalis ſit meritoria, quando ſit peccatum veniale, quando mortale, ſcilicet, quando fit vel cauſa procreandorum liberorum, vel vitandæ fornicationis in ardore libidinis, vel quando quæritur delectatio, exceditur moderatio &c. Hæ diſputationes verè ſunt laquei conſcientiarum: nolim hæc craſſius diſputari. Doctores verò meminerint modeſtiæ Paulinæ,

ne conſcientiis laqueum injiciant, in illis, de quibus non extat mandatum DEI; inde diſputando non ſunt fabricandi laquei conſcientiarum: atqui de conjugio mulieris cum Eunucho non totaliter impotente haud extat prohibitio DEI: Ergò.

(5) Tandem pro neceſſaria diſſolutione hujus matrimonii, argumentum arceſſunt ab exemplis Iſraelitarum ad juſſum Eſræ cap. 9. & 10. Et Nehemiæ c. 13. uxores alienigenas contra legem ductas dimittentium: ſed nihil hoc ad noſtram Andromachen: quia 1. Lex illa forenſis Exod. 34. v. 16. Deut. 7. v. 2. & exempla ad V. T. pertinuerunt, ad N. non item. 2. Non etiam omnes Judæos ubique & ſemper obligarunt. 3. Nec id ex neceſſitate, ſed ex ſpontanea libertate fecerunt, uti pluribus docet Balduinus in 1. Cor. 7. Part. 1. qu. 11. p. 318. 319. Cujus verbis in cauſa ſimili concludo: multa optimo jure diſſuadentur, quæ tamen facta cum ſint, irrita fieri non poſſunt: ſi qui ergò ipſo facto jam convenerint per legitimam conjugii copulam, etſi graviter peccarunt, quod legum autoritatem & commonefactiones omnes ſusque deque habuerunt, ſeſeque ipſos præſentiſſimo periculo objecerunt, interim tamen matrimonium ejusmodi (ſi nulla alia res acceſſerit) diſcindendum non eſt: quibus ultimò ſubnecto ſententiam Beuſtii de Matrimonio P. 2. p. 211. & 212. Nemo negat, quod initio talia ſimilia conjugia pro nullis & irritis declarari debeant; & alia quæſtio eſt, quando ex poſtfacto, tunc cum matrimonium jam per copulam eſt conſummatum, quid tunc pronunciandum ſit, ut pavidis conſcientiis conſuli poſſit, quòd ſanè melius fieri non poteſt, quam ſi matrimonium non diſſolvatur.

XI. *Examen Harum rationum, quæ pro conjugio Spadonis adducuntur.*

I. RATIO DESUMITUR A CAUSA CONJUGII EFFICIENTE PROXIMA ET REMOTA.

Cauſa proxima conjugii eſt quidem conſenſus, ſed juſtus & legitimus. Non enim ſequitur: quæcunque nuptiæ ſunt factæ libero & probè deliberato conſenſu, tum contrahentium, tum eorum, in quorum poteſtate ſunt, illæ validæ ſunt & legitimæ: invalidæ enim nuptiæ etiam libero & probè deliberato conſenſu nonnunquam poſſunt contrahi: ipſe Autor Aſſertionis hujus infra Arg. VI. §. Non obſtat, ſcribit, ejusmodi conjugiorum (in ſacris literis expreſſiſſimè prohibitorum) quædam apud allegatos ſcriptores deliberatè à ſcientibus fuiſſe inita: non etiam ſequitur: in quod conjugium tam contrahentes, quàm Parentes, ſupremus loci Magiſtratus & Conſiſtorium quoddam conſentiunt, illud eſt validum & verum conjugium: major enim limitanda eſt in hunc modum: In quod conjugium legitimè & ju[...] vel juſtis de cauſis conſentiunt, tam cont[...] hentes, quàm Parentes &c. Et ſic negatur [...] nor. Conſenſus enim hujus mulieris cont[...] hentis non fuit juſtus & legitimus: ubi en[...] leges, quæ mulieribus poteſtatem dant in [...] matrimonium conſentiendi? Fuit potius [...] conſenſus cœcus, faſcinarunt illam opes & g[...] ria noſtri Eunuchi, ut ipſe Aſſertionis Au[...] infra Arg. VIII. §. 3. denique non diffi[...] poteſt. Certè ſi noſter fuiſſet homo pau[...] & abjectus, nullo modo conſenſiſſet in tam [...] dam illicitamque conjunctionem. 2. Tem[...] rius, qualis eſt virginis ingreſſuræ in Mona[...] rium, neſcientis, quid portent humeri & [...] ferre recuſent: mulier Eunucho copulata [...] in conſenſu matrimoniali pollicita eſt, q[...] ſemper tenere poteſt, docet B. Dannha[...] Tom. 1. Theol. Conſc. p. 813. Conſenſe[...] Parentes, ſed non juſtis de cauſis: ubi ha[...] verbum DEI, quod ipſis permittit filias [...] Eunuchis in matrimonium dare? Aliter [...] mandatum DEI Jer. 29. v. 6. Fecerunt i[...] ducti amore opum & gloriæ, quas noſter [...] det, ut & vana ſpe cum ſuis aſſurgendi: [...] ſenſit Magiſtratus, ſed ductus nimio & in[...] nato favore erga Eunuchum: aliàs vi[...] impetrare potuiſſet: ſolus etiam Princeps [...] cit Conſiliariis ſuis, ad quos ſpectabat [...] glectis. Conſiſtorii Lipſienſis appro[...] nullo nititur fundamento, caretque juſti[...] ſis; videamus ejus verba: *Weil die* prin[...] Intereſſent*en beyderſeits um dieſen Sch[...] Wiſſenſchafft haben, und deſſen ungea[...] einander zu heurathen eines beſtän[...] Sinnes ſeyn und bleiben, die Mutte[...] Braut auch darein vervvilliget, un[...] Verlöbniß darauf fortgangen, die a[...] Freunde dareinnichts zureden, und [...] Eheſtand zvvar von GOtt zur ehliche[...] rechtmäſſigen Fortpflantzung des me[...] lichen Geſchlechts eingeſetzt, zu[...] aber dieſes nirgends verbotten, daß [...] nigen Manns-Perſonen, ſo nicht K[...] zeugen können, desvvegen auch nicht [...] und ein Weib zur Ehe nehmen, und [...] vvenn es zumahl ohne Betrug geſchich[...] das Weib deſſen zuvor verſtändiget [...] in ſeiner Nahrung, Pflege und W[...] keinen Gehülffen ſuchen ſolte, zugeſc[...] gen, daß bey dieſer Manns Perſon nic[...] ſolche* impotenz *und Unvermöglich[...] finden,* quæ non generationis actum, [...] generationis effectum, *allein verhi[...] ſo kan &c.* Si hæ rationes ſufficiunt, [...] proſorum cum ſanis mulieribus conjugi[...] licita, quod ipſum Conſiſtorium Lipſie[...] nimè concedet & approbabit. Eode[...] modo pro matrimonio leproſorum p[...] ciatum: *Weil die* principal-Intereſſent[...] *derſeits um dieſen Schaden des A[...] Wiſſenſchafft haben, und deſſen ung[...]*

nder zu heurathen eines beſtändigen eſ ſeyn und bleiben, die Mutter der ut auch darein gewilliget, und die Verſ darauf fortgangen, die andern nde darein nicht zu reden, und der H. and zwar (ſo wohl) von GOTT zu cher und rechtmäſſiger Fortpflantzung menſchlichen Geſchlechts eingeſetzet, eich aber (als) auch dem Mann das, zu ſeiner Gehülffin, (welcher der ätzige mehr nöthig hat in ſeinem ein-n elenden Zuſtande, als ein Eunuchus *Veib) zugeſellet und aber dieſe nirgends drücklich) verbotten worden, daß die en Manns-Perſonen, die auſſätzig und Kinder zeugen können, deswegen nicht freyen, noch ein Weib zur Ehe nen, und damit, wenn es zumahl ohne uggeſchiehet, und das Weib deſſen zu-verſtändiget wird, in ſeiner Nahrung, g- und Wartung keinen Gehülffen ſu- ſolte, zu geſchweigen, daß bey die-Manns-Perſon (dieſem Auſſätzigen) keine* impotenz *und Unvermöglichkeit finden, die weder* generationis actum, effectum *verhinderten: ſo kan &c.*

Sic ergò bonus quandoque dormitat
Homerus:

s ſequitur (1) vocem Parentum, Ma-tus & Conſiſtorii hac quidem in cauſa oce DEI non eſſe habendam. (2) Non JM, ſed Diabolum veri conjugii hoſtem δον, omnisque ſpurcitiei & pollutionum rem conjunxiſſe hunc Eunuchum & hanc erem, cum & perſonæ Contrahentes & ntes cum Magiſtratu & cauſarum matri-alium periti non attenderint & obſerva-d, quid ſui muneris fuiſſet. Quos ergò US non conjunxit, neque homo con-at, nec factam conjunctionem approbet fendat. Quæ ad verba: Creſcite & mul-amini: reponuntur, ſunt admodum lan-a; in margine additur: negatur, quia US ante conjunxit, Eccleſia id teſtatur: dem eſt, ac ſi quis concludere vellet: DEUS pœnitenti jam ante peccata re-: E. Eccleſia vel Eccleſiæ Miniſter ei non tit, ſed ſolum teſtatur & remiſſionem nciat. 2. Approbare videtur Autor omis-m verborum: Creſcite, in conſecratio-orum nuptorum: ſed ſi hæc ejus mens errat. Privato enim auſu id factum eſt: ti verò non eſt pro lubitu variare Agen cleſiarum noſtrarum.

nfra argum. V. ſub finem ſcribit Autor: conjugia juvenum cum vetulis marcidis ter conjugium noſtræ juvenculæ cum ſuo cho, quoad uſum conjugalem, nulla ectò eſt differentia: ſi hoc verum; ergò a: Creſcite, non debuiſſent in hac con-ationе omitti, nec profanatio eorum metuenda fuiſſet, cum in conſecratione juvenum cum vetulis verba hæc ſine ullo periculo adhibeantur: de paribus enim par eſt ferendum judicium.

II. RATIO DESUMITUR A MATERIA CONJUGII.

Hic 1. falſò ſupponitur, Eunuchum eſſentialem marem, qualem vult eſſe in conjugio, quod non admittitur. Probet ergò Autor, virum eviratum vel maſculum emaſculatum eſſe materiam conjugii: 2. non ſequitur: quæcunque nuptiæ ab ejusmodi perſonis, h. e. mare & fœmina, quarum utraque ad cohabitandum & carnaliter conſueſcendum, habilis & idonea eſt, ſunt contractæ, illæ tolerandæ ſunt: ſic ergò fratris & ſororis, omnesque inceſtuoſæ nuptiæ eſſent tolerandæ, non reſcindendæ: major igitur limitanda eſt. 3. Minor etiam fallit & probari debet, quod ad carnaliter conſueſcendum Eunuchus ſit habilis & idoneus. Quicunque enim non poteſt cum muliere fieri una caro, ille etiam non eſt habilis ad carnaliter conſueſcendum: de minore mox pluribus in Examine tertii Argumenti agetur: videatur interim *B. Hulſem. Breviar. extenſ. th. 9. pag.* 425. Falſum etiam hoc eſt: illud, quod in congreſſu emittit Eunuchus, propriè verum & perfectum ſemen eſſe. Nec id probat Autor, ſed tantum dicit: Teſtibus aſſignandam eſſe vim σπερματοποιητικὴν probavit ſolidè & contrarium ſentientibus egregiè ſatisfecit Sperlingius *Tract. de Form. Hom. c. 2. pag.* 34. *q.* 4. Dum diſtinguitur inter generationis actum & effectum, nihil dicitur: ſicut enim non datur creationis actus ſine creationis effectu, donationis actus ſine dono, ſcriptionis actus ſine ſcriptionis effectu: ita etiam non datur generationis actus ſine generationis effectu. Cùm igitur in Eunucho deſit generationis effectus: E. & illi denegandus erit generationis actus. *Verba B. Gerhardi ex L. de Conjug.* §. 660. *pag.* 1105. allegata contra Autorem Aſſertionis ſunt; argumentor:

Ubicunque fit congreſſus conjugalis, ibi fiunt congredientes una caro.
Sed Eunuchus congrediens cum fœmina non fit cum eadem una caro, ut mox patebit.
Ergò non fit congreſſus conjugalis.

Porrò: In quocunque conjugio non fit congreſſus conjugalis, ibi eſt vera impotentia, dicente Gerhardo & approbante Aſſertionis Autore.
In conjugio Eunuchi, abuſivè ſic dicto, non fit congreſſus conjugalis,
E. eſt vera ibi impotentia.

III. RATIO DESUMTA EST A FORMA CONJUGII.

Con-

Conceditur, formam conjugii eſſe indiſſolubilem vitæ conſuetudinem inter perſonas legitimè conjunctas: ſed negatur, Eunuchum & mulierem eſſe perſonas legitimè conjunctas; nec hoc probat Autor, ſed ſaltem adducit JCtorum deſcriptiones conjugii, quas nemo negat, licet ſint inſufficientes. Ut nihil dicamus, alias etiam & pleniores definitiones haberi apud JCtos. Fr. Hottomannus Tr. de Rit. nupt. & jure matrimon. c. 1. p. 388. ita definit: matrimonium, quod ſit juſta viri & mulieris conventio de individua vitæ ſocietate, liberorum quærendorum cauſa inſtituta. Exponit hanc datam definitionem & ſub fine ſubjungit: Dixi, liberorum quærendorum cauſa, quoniam id demum jure noſtro legitimum matrimonium eſt, quod ea cauſa eſt inſtitutum. Ulp. tit. reg. 4. ſi uxorem duxerit teſtatione interpoſita, quod liberorum quærendorum cauſa uxorem duxerit. Quapropter inter eos, qui vel ætatis vitio liberos generare non poſſunt, contrahi legitimum matrimonium non poteſt. Hæc Fr. Hottomannus. Legitimum alias eſt, quod legibus eſt conveniens. Producantur ergò Leges, vel ex Scriptura, vel ex jure Civili, vel Canonico, cum quibus conveniat conjugium (ut hoc verbo hìc abuti liceat, quod ſemel monuiſſe ſufficiat:) Eunuchi cum muliere; aut concedatur eſſe illegitimam conjunctionem. Benè & planè inſuper docent Theologi, formam conjugii eſſe legitimam conjunctionem unius maris & unius fœminæ in unam carnem: quid formaliter in hac quidem materia ſit eſſe unam carnem, vel in una carne eſſe (utraque enim phraſis in Scriptura occurrit) inter alia pateſcit ex 1. Cor. 6. v. 16. ubi Paulus etiam de ſcortantibus dicit, eos eſſe in unam carnem. Ergò accuratè loquendo ad τὸ unam carnem eſſe requiritur non tantum conjunctio familiarum, propinquitatum, patrimoniorum, liberorum &c. Hæc enim omnia abeſſe poſſunt à ſcortantibus, & tamen de iis dicitur, eos eſſe in unam carnem: fiunt ergò propriè mas & fœmina in congreſſu una caro, quando utriusque verum ſemen in utero miſcetur, & ex eo una maſſa, unus ſanguis & unum corpus, quaſi una caro ſit, ex qua poſtmodum ſi ſemen utrinque fuerit, & nullum aliud impedimentum intervenerit, homo naſci poteſt. Cùm ergò Eunuchus, quia ſcilicet teſtibus caret, organo quippe ſeminifico primario deſtitutus, non poſſit cum muliere, quacum congreditur, una caro fieri, hinc ſequitur, conjugium Eunuchi, cum vera forma careat, non eſſe verum, ratum ac firmum conjugium, ſed potius commixtionem deteſtandam, à qua etiam natura ipſa abhorret, ſive ut Leo Imperator Conſtit. 98. loquitur, eſſe contra legem naturæ conjunctionem.

Pergit Autor Aſſertionis & nectit argumentum à remotione omnium ſpecierum illegitimæ conjunctionis: ſed major & minor fal Major petit principium. De eo enim jam co trovertitur: an nuptiæ Spadonis ſint ſpec illegitimæ conjunctionis, nec ne? Patro nefandæ beſtialitatis ita etiam poſſet argum tari: Beſtialitas non eſt ſtuprum, nec fornica nec ſcortatio, nec meretricius congreſſus, nec ceſtus nec concubinatus; &c. E. verum eſt co gium. Nec minor vera eſt, jus civile, ut infra tor Aſſertionis arg. VIII. § ipſe Leo fatetur, c junctionem hanc pro ſtupro habet: ex H 13. v. 4. patet, omne, quod in rationem jugii non cadit, eſſe πορνείαν & μοιχείαν. C ergò conjunctio Eunuchi & mulieris, ut dictis innotuit, & porrò è dicendis innote non ſit conjugium, nec etiam dicend μοιχεία, ſequitur eam eſſe phraſi Scrip πορνείαν, & Eunuchum hunc ſua muliere, p Scripturæ, eſſe πόρνες, quos DEUS, ni riam agent pœnitentiam, judicabit. Ac ceptionem denique frigidè reſpondetur: cet 1. & non definit, an hæ naturæ nuptiæ inutiles, nec ne? 2. ponit has ita dictas nu in jure Canonico & Civili eſſe prohibitas. ponit etiam ſecundum hæc jura, hanc co ctionem eſſe illegitimam. Quæ verò 3. nit de non-neceſſaria reſciſſione & diſpen ne, frivola ſunt. Nam 1. non in ſolo Civili & Canonico tales nuptiæ ſunt pro tæ, ſed etiam in ſacris literis. Autor enim infra arg. VIII. concedit, CHRIST Matth. 19. à conjugio contrahendo Eun excluſiſſe. 2. Leges quidem humanæ p à Magiſtratu & Eccleſia diſpenſari, ſed ſunt cauſæ graves & prægnantes, quæ hic dantur. 3. Cùm hæc conjunctio Eunuch ſit conjugium, ſed πορνεία & ἀκαθαρσία, dictum, & infra pluribus dicetur, nulli d ſationi locus hic eſſe poteſt.

IV. RATIO PETITA EST A FINE C JUGII.

In genere hìc monendum eſt, nón cuicunque conjugio unus & alter finis, ad aliâs à DEO ordinatum eſt, competit, ill rum eſt conjugium & tolerandum. Ex jugiis inceſtuoſis patet contrarium, in etiam omnes fines conjugii locum haber unt; in ſpecie verò Autor Aſſertionis conjugii dividit in principalem & acci lem, quod admittitur. Pergit deinde cit, finem principaliſſimum eſſe mutuu jutorium, quatenus ſcilicet illud contra ctum ſit alteri fini, qui ſobolis procreati tur. Sed more ſuo nullo idoneo argu id probat, niſi autoritate & verbis Du Reſpondemus 1. ex verbis Gen. 3. v. ſeqq. liquido conſtare, Evam Adamo rio & potiſſimum à DEO datam fuiſſe jutorium ob ſobolis procreationem, qu tali adjutorio non inveniſſet locum. Si potiſſima pars mutui adjutorii eſt pro

tio: Provoco ad contextum. Videatur n Gerhardus L. de Conj. §. 419. p. 619. ius & diſtinctius de hoc mutuo adjutorio, uo conſiſtat, egit Gerhardus & Auguſti-, quàm Ludovicus Dunte: ſic enim ait ard.L.de Conjug.§.233.p.353.ſeqq.Finis jugii eſt mutuum adjutorium, ſed non ab-tè & ſimpliciter, ſed cum reſpectu ad uſum ugalem in generatione & educatione li-rum, in adminiſtratione rei familiaris: Auguſtinus L. 9. de Geneſ. ad lit. c. 3. re-monet, ſi quæritur, inquit, ad quam rem oportuerit hoc adjutorium, nihil aliud abiliter occurrit, quàm propter filios pro-ndos, ſicut adjutorium ſemini terra eſt, ut ltum ex utroque naſcatur. Hoc enim & ima rerum creatione dictum erat: maſcu-& fœminam fecit eos, dicens: Creſcite multiplicamini; aut ſi ad hoc adjutorium endi filios non eſt facta mulier viro, ad d ergò adjutorium facta eſt? Si ut ſimul aretur terram, nondum erat labor, ut ad-ento vir indigeret; & ſi opus eſſet, melius torium maſculus eſſet: hoc & de ſolatio poteſt, ſi fortaſſe ſolitudinis tædebat: nto enim congruentius ad vivendum & oquendum duo amici pariter, quàm vir ulier habitarent? Hactenus Auguſt. Con-t B. Luth. in Com. in Gen. c. 2. f. 34. Adæ e adjutorium fuit mulier; ſolus enim non it generare: in margine additur: quod er adjutorium Adæ. Conferantur hæc verbis Ludovici Duntens, & quid veri e inſit illis, facilè deprehendet Lector. verò Autor in verbis Duntianis interpun-uaſi ſingulariter notanda, ſunt falſiſſima, *ſt offenbar, daß nicht alle Menſchen htbar ſeyn, und die Erde füllen, das iſt, der zeugen, daraus denn folget, daß der ſch nicht* principaliſſimè *darum von t in den Eheſtand geſetzt, daß er auch ſchen zeugen ſolte.* Sed hoc non mani-m eſt, non omnes, qui baptizantur, ac ſacra a utuntur, remiſſionem peccatorum ſuo-conſequi, & tamen Baptiſmus ac ſacra na à DEO principaliſſimè ſunt ideò inſtitu-, ut homines his mediis utentes, remiſſio lictorum participes fierent. 2. Ponamus n (non concedamus) mutuum adjuto-eſſe finem conjugii ab altero, qui eſt ſo-procreatio, diſtinctum & principaliſſi-n, demus quoque intendi & obtineri etiam ſtro Eunucho cum ſua muliere mutuum adjutorium, nihil certè inde obtinebit. a enim eſt conſequentia: in quo conjugio uum adjutorium locum invenit, illud eſt imum & licitum conjugium, toleran-, & non reſcindendum: ſic enim lepro-n cum ſanis mulieribus licita & legiti-& inceſtuoſorum eſſent toleranda & non ndenda conjugia: ut nihil dicam de re, quam negat B. Dannhauerus Tom. 1. Theol. Conſc. p. 813. Accedimus ad finem conjugii accidentalem, qui eſt libidinis remedium & ſcortationis evitatio, ut ex 1. Corinth. 7. conſtat; hunc finem has nuptias aſſequi, dicit Autor Aſſertionis, ſed non probat; in utroque ſexu, ait, in maſculo & fœmella eſt caro; igitur etiam in eis ſemen & ardor incitans ad procreationem. Sed ſunt ſcopæ diſſolutæ: in maſculo & fœmella unius aut plurium dierum eſt caro; ergò in eis erit ſemen & ardor incitans ad procreationem: in illis, qui dono continentiæ prædidi ſunt, & caro & ſemen eſt, & tamen nullus in eis ardor eſt incitans ad procreationem. Pergit, & 1. Lutheri, 2. Apoſtoli Pauli dictum adducit: ſi ſe non continent, γαμησάτωσαν: melius eſt γαμῆσαι, quàm uri. Ut videamus nervum diſputationis Autoris, includemus illum in ſyllogiſmum: Cuicunque non eſt datum extra conjugium caſtè vivere, ille uxorem ducat: at Eunucho noſtro non fuit datum &c. ſed (1) major fallit: quibusdam leproſis non eſt datum extra conjugium caſtè vivere. E. & hi uxores ducant: hos verò cum ab omni conſortio humano excluſerit DEUS, Levit. 13. v. 4. quidni etiam à conjugio, quamdiu ſcil. talis manet? Conferatur Mentzerus Tract. de Conjug. p. 108. ſeqq. Gerhard. L. de Conjugio §. 236. p. 369. Dannhauer. d. L. 767. 775. (2) Falſa etiam eſt minor. Quos enim CHRISTUS ipſe à conjugio contrahendo excluſit, illi utique poſſunt extra conjugium caſtè vivere: aliàs injuriam illis intuliſſet Salvator, ſi hoc præſtare non poſſent: prius concedit Autor infra argum. VIII. §. 2. E. concedat etiam poſterius. Benè noſter Chemnitius part. 11. LL. cap. de Caſtitate, f. m. 188. edit. noviſſ. Qui ſint capaces hujus verbi, id eſt, idonei ad cælibatum, à CHRISTO Matth. 19. v. 12. in tria genera diſtribuuntur: 1. Qui corpore inepti ſunt ad conjugium, vel natura, vel accedente aliquo vitio. 2. Qui per violentiam ab hominibus caſtrati ſunt. 3. Qui apti ſunt ad conjugium, ut poſſint eſſe mariti, ſed caſtrarunt ſe propter regnum cœlorum. Hæc B. Chemnitius. Verba igitur Pauli & Lutheri ſunt intelligenda ſecundum ſubſtratam materiam: unusquiſque aptus ad conjugium, & ſe continere neſciens, habeat uxorem: omnes, qui ſunt apti ad conjugium & ſe continere non poſſunt, γαμησάτωσαν. Cum contra Eunuchus ineptus ſit ad conjugium, ideoque ab illo per CHRISTUM excluſus; cum & leproſus cenſeatur ineptus ad matrimonium, ob periculum, ne contagium iſtud latius propagetur, ferat crucem ſuam, non inferat aliis; ideò ad illos non attinent citata dicta: quæ dicit in §. Nec eſt, quod fœminam hic plus peccare dicas, eſt mera petitio principii: probet prius Autor, eſſe inter

Eunuchum & mulierem verum conjugium, & hanc & illum mariti & uxoris nomine dignos, antequam de officio & debito mulieris cum Eunucho copulatæ diſputare incipiat. Deſcendit nunc ad objectiones, ad primam, talem congreſſum non extinguere ardorem libidinis, ſed potius accendere, quærit; unde hoc probabit? Sed quærentem non immeritò quærimus, unde probet contrarium? Allegat hîc (1) mulierem, (2) teſtem unicum, (3) teſtem in propria cauſa: huic uni Mariæ utpote veraci credendum eſſe ait. Sed multa dicuntur, quæ non ſunt. Et unde noſtra Domina Maria novit, uſtiones, quas quidem nondum ſentit, nunquam ſubſecuturas eſſe; nondum omnium dierum Sol occidit. Audiamus tamen & hic aliam Mariam vel Mulierem: refert enim Camerarius in horis ſucciſivis hiſtoriam non illepidam ex Alciato & Luitbrando Diacono: Theobaldus, inquit, Umbrorum Dux, adverſus Græcos, qui Beneventum tenebant, bellum gerebat; is quoscunque ex hoſtium exercitu captivos facere poterat, amputatis virilibus dimittebat, donec quædam mulier ante eum gemebunda, hominumque DEUMque fidem implorans conſtitit; quid, inquiens, Theobalde, fœminæ egimus, ut bellum nobis indiceres: haud quaquam nos Amazones ſumus, ſed Minervæ opibus deditæ, armorum uſum nullum tenemus. Quid ergò virorum noſtrorum teſtes amputas, nosque noſtris voluptatibus privas? Sunt oculi, ſunt nares, ſunt manus; quid ad ea, quæ noſtro uſui natura conceſſit, belli jura producis? huic ſanè uxori, utpote virum perfectum & non caſtratum antea expertæ, plus credendum, quàm noſtræ Mariæ inexpertæ & neſcienti, quid diſtent æra lupinis? Contrarium ſentientes nuncupat Autor Phyſicantium turbam fallacem. Sed non ſolum Phyſici id afferunt, quibus tamen merito magis credendum, quàm uni mulierculæ; ſed & Leo Imperator & Interpretes illius Conſtitutionis, ut & Gerhardus, Dannhauerus & alii: hos omnes inter Phyſicantium turbam fallacem referre, illisque mulierculam unam præferre, nimis durum & incivile eſt.

Ad Alteram objectionem nihil reſpondet: primò repetit verba Paulina ſupra citata & expoſita. Deinde petit principium, ſcribens: Conjugati remedio ad reſtinguendum carnis æſtus & ad effugiendum peccatum vagæ & promiſcuæ libidinis utuntur. Atqui impuræ pollutionis, per Paulum commendato remediô utuntur, E. illis abuſus & profanatio conjugii imputari nequit. Major quidem conceditur: ſed Eunuchum noſtrum cum ſua muliere conjugatos eſſe, id falſo ſupponitur.

Ad Tertiam & Ultimam objectionem pariter nihil ſollidi affert: ad Phyſico-Medica remedia contra uſtiones excipit, Gerhardum ibi loqui in ſpecie de furioſis: quid tum? M[...] dicamentis licitis contra nim[...]os libidinis æſt[...] uti, eſt generale conſilium, quod non tant[...] in ſpecie furioſos concernit, ſed quod etia[...] vidui vel mariti in diuturna abſentia vel mor[...] uxorum tutò adhibere poſſunt: nulla er[...] conſequentia: loquitur Gerhardus in ſpe[...] de furioſis: E. aliis hoc conſilium non pot[...] applicari. Et cur Autor ipſe poſt paucas li[...]as adducit Gerhardum, loquentem in ſpe[...] de Miniſtris Eccleſiæ? Quæ de remedio θεοπ[...]ςως ab Apoſtolo præſcripto ſubjungit, ad[...] ſupra eſt reſponſum. Ad Theologica re[...]dia reſpondet: 1. preces noſtri Eunuchi. [...] peccatores DEUS non exaudit, ſed ſi c[...] DEI cultor eſt, & voluntatem ipſius facit, h[...] audit, Joh. 9. v. 31. Jam verò noſter Eu[...]chus neque eſt θεοσεβὴς (eſt enim potius [...] καὶ ἀγωσεβὴς) neque fecit in eo voluntat[...] DEI, dum contraxit matrimonium, c[...] CHRISTUS ipſe talem hominem à conju[...] excluſerit. 2. Reſpicit Autor ad verba Apo[...]li ſupra expoſita, quæ, uti dictum & pro[...]tum eſt, Eunuchum non concernunt. [...]ſtra ergò tam ſæpius iterantur. 3. Non deb[...]ſet hoc remedio uti, cùm ipſe CHRIST[...] ab hoc remedio, ſcilicet à conjugio, ip[...] excluſerit: ſecundò adducit verba Gerha[...] quibus ſubjungit dictum Lutheri. Sed u[...]bique petit principium. In prioribus loqu[...] Gerhardus de aptis & idoneis ad conjugi[...] in poſteriori verò loquitur Lutherus de m[...]tis. Sed nondum probatum eſt Eunu[...] vel ad conjugium aptos, vel maritos & [...] nomine dignos eſſe.

V. RATIO DESUMTA EST A CO[...]PARATIS SEU PARIBUS.

Hic primum Autor in ſubſidium voca[...]toriè & perpetuo ſteriles & dicit, horum [...]jugia non diſſolvi. Ergò nec conjugium [...]ſtri Eunuchi cum ſua juvencula reſcinden[...] eſſe. Sed magna eſt differentia inter conj[...] ſteriles & Eunuchum cum ſua juvencula [...] ex Leonis conſtitutione diſcere potuiſſet A[...] Sterilium conjugium, 1. eſt verum conjug[...] quippe materia & forma ſua conſtans; Eun[...] autem non item, uti ex dictis patet. 2. Steriles [...] ſunt ſpem concipere de ſua fœcunditate, qu[...] planè abeſt. 3. Exempla habemus, quod [...]les tandem liberos procrearint. Sed de [...]nuchis idem non poteſt dici. Ipſe Aut[...] Euncho noſtro ſupra Arg. 2. diffiteri no[...]tuit, eum ad generationis effectum imp[...]tem factum eſſe. 4. Steriles poſſunt à [...] petere fœcunditatem, habent enim divi[...] promiſſum, Pſ. 113. ſed hoc Eunuchus [...] poteſt: ubi enim promiſſio pro Eunuchis [...] taſſis Pſ. 56. v. 3. (5) In ſterilibus Pharmaca [...] nunquam ſterilitatem auferre poſſunt, in E[...]cho nunquam. 6. Chriſtus à conjugio ex[...]

Eunuc[...]s,

uchos, non item ſteriles. In citatione borum Gerhardi commiſit Autor fallaciam npoſitionis & diviſionis. Non enim tan- n hanc rationem adducit Gerhardus pro n reſcindendo ſterilium conjugio, ſed ad- : ſex alias, quæ ad Eunuchorum conjugium n poſſunt applicari. Septimo affert con- ia juvenum cum vetulis effœtis & dicit: Inter ijugia juvenum cum talibus vetulis & inter ijugium noſtræ juvenculæ cum ſuo Eunu- o, quoad uſum conjugalem, nullam pro- ò eſſe differentiam. Sed ſi τὸ profectò iſiſſet, quod nihil probat, & loco illius pro- ionem addidiſſet, melius profectò feciſſet. ferentia magna eſt: 1. nullibi excluſit Chri- s vetulas effœtas à conjugio, quod tamen Eunuchis verum eſt. 2. Juvenes & vetu- poſſunt fieri una caro, quod Eunuchus cum juvencula non poteſt. 3. Vetulæ ſunt pro- ò fœminæ: Eunuchus autem eſt vir evira- & maſculus emaſculatus. 4. Vetulæ poſſunt cundæ fieri: Eunuchi autem non poſſunt. alis ergò eſt differentia inter poſſe & non ſe; talis etiam eſt inter juvenum & vetula- n ex una, & inter Eunuchi & juvenculæ con- ium ex altera parte differentia. Exem- vetularum fœcundatum legantur apud D. ter. in cap. 3. Sapient. fol. 340.

RATIO DESUMITUR A MAJORI AD MINUS.

Tolerari, ait, conjugia in linea collatera- i gradibus lege divina expreſſiſſimè prohi- s contracta & per copulam conſummata; ò multò magis tolerandum eſſe conjugium enculæ cum Eunucho, in ſacris nullibi tam reſsè prohibitum. Sed hoc eſt lutum luto gare. Probet una vel altera ratione, n quod tolerentur, ſed quòd tolera- ſalva conſcientia poſſint talia con- ia, in lege divina expreſſiſſimè prohibi- hic iterum hæret, & nihil, quàm autorita- , adducere poteſt; ſed in rebus tam arduis n attendendum eſt, quis dicat, ſed quid & bus fundamentis dicatur. Alii ſanè Theo- i, Balduin. Caſ. Conſc. p. 12. 16. Ger- d. T. de Conjug. §. 346. p. 509. ʃ. 649. 1084. Hulſemannus Brev. Extenſ. θ. 9. p. 5. Brochmannus T. 2. LL. de Conjug. c.]. 51. p. 6014. Dannhauerus T. 1. Theol. nſc. p. 782. ſeq. 790. & noviſſimè D. mayerus in Theol. p. 1155. contrarium runt. Ad hanc exceptionem reponit tria: Ergò non eſſe caſum ſimpliciter damna- n, alias facilè omnes conſentirent: ſed hoc n ſequitur, ut quivis videt: nec diſſenſus, conſenſus Theologorum facit aliquem ca- n damnatum, niſi in ſe ſit damnatus. 2. vat autoritatem contradicentium, eſſe ſingulos & privatos. Pro tolerantia au- reſpondiſſe integra Collegia & Dicaſteria. nihil eſt. Solus & unicus Paphnutius re- ra docere poteſt, quàm totum aliquod

Val. Novell.

Concilium. Fortaſſis etiam alia Collegia & Dicaſteria ſunt, quæ illis opponi poſſunt. 3. Scribit, nullibi Moſen diſſolutionem talium conjugiorum edixiſſe. Sed non probat. Ubi Moſes interdixit talia conjugia, ibi etiam edixit eorum diſſolutionem. Argumentor invictè: Nullum peccatum eſt continuandum.

Conjugium (contra legem divinam initum, & in lege divina prohibitum) eſt peccatum, quia eſt ἀνομία, 1. Joh. 3. E. non continuandum. Quod conjugium non eſt continuandum, illud eſt diſſolvendum. Conjugium à DEO expreſsè prohibitum non eſt continuandum; Ergò eſt diſſolvendum. Edixit ergò Moſes talium conjugiorum diſſolutionem, licet non expreſsè & quoad literam, tamen κατὰ διάνοιαν & per conſequentiam.

VII. RATIO A TESTIMONIO ET SUFFRAGIO PROBATORUM SCRIPTORUM.

Non vulgò docetur conjugia mulierum cum Eunuchis, frigidis & aliis impotentibus ne nomine quidem matrimonii digna eſſe, ideoque non reſcindenda, ſed ſimpliciter pro nullis haberi ac declarari debere: ſed id à præſtantiſſimis Theologis pariter, ac Juriſconſultis: nec ſine ratione: privatio enim præſupponit habitum, nec dici poteſt ſeparari & ſolvi, quod nunquam fuit conjugium. Gerhardi verba mox adducemus. In Conſiliis Dedekenni volum. 3. f. 500. Brentii fol. 501. Beuſtii f. 506. Conſiſtorii Miſnenſis autoritas adducitur, confer. Melancht. in Locis, Chemnitium part. 3. LL. f. m. 194. Mentzerum Tr. de Conjug. p. 221. Dannh. Hodoſoph. p. 93. ſeqq. Carpz. d. libro 2. definit. Conſiſtor. defin. 200. fol. 299. Jam videamus ſuffragia præclarorum ſcriptorum ab Autore noſtro producta. Et quidem de contrahendo allegat unicum (plures enim ſcriptores non habet) Conſiſtorium Würtenbergenſe quod permiſerit tale conjugium. Sed 1. non exprimitur, qualis fœmina fuerit, an juvencula, ſicut noſtra, an vetula, an mediæ ætatis, cui impotenti nubere ſit permiſſa. 2. Neque hoc exprimitur, qualis impotens fuerit, an potuerit congredi, an ſecus? donec hoc probetur, incertum eſt & manet, an huic noſtro caſui ſimilis ſit, ſive diverſus. 3. Potiſſimum hîc reſpiciendum eſt ad cauſas, ob quas tale conjugium ſit permiſſum: an huic caſui applicari poſſint. Subjungit, Gerhardum hic languidè diſſentire. Sed unde hîc probat? Quia utitur voce, præſtat. Mirabilis conſequentia. Quos ego? Sed motos præſtat componere fluctus, ait ille apud Virgilium. Non tamen inde concludi poteſt, languidè egiſſe illum, cujus nomine hæc verba producuntur. Apertè diſſentit Gerhardus, dum haſce nuptias cum impotentibus initas innuptas nuptias vocat: ſi quis de corpore aliquo affirmaret eſſe incorporeũ, eo ipſo negaret veritatẽ hujus corpo-

(I) 2 ris

ris. Quid aliud Gerhardus ſenſerit de conjugio impotentum, ex ſequentibus patet: inter inhabiles & impotentes non eſt, nec poteſt eſſe conjugium. Proinde quando ob impotentiam, quæ ab initio adfuit, conjuges ſeparantur, propriè & accuratè loquendo non eſt divortium, ſed duntaxat declaratio, conjugium inter eos nullum eſſe vel fuiſſe: Loc. de conjug. §. 658. p. 1103. De contracto adducit Harbartum, cui ſubjungit Hemmingium, ſed facilis eſt reſponſio. 1. Hoc quidem uterque dicit, impotentes poſſe & debere ſimul manere conjuges, ſed an inter illos ſit verum conjugium, & illæ ipſæ perſonæ ſint & dicendæ ſint conjuges neuter dicit. 2. Impotens & Eunuchus D. Harbarto differunt: de illo dicit, non eſſe divortium faciendum, ſi uterque conſentiat in mutuum convictum; de Eunucho autem planè contrarium aſſerit in illo ipſo Tractatu, quem Wittebergæ 1589. edidit, p. 30. ut & in diſputat. quam Lipſiæ 1597. habuit, *θ.* 31. p. 886. expreſsè rejicit Spadonum conjugia his verbis: Quædam conjugia ſunt adeò invalida, ut nulla ratione confirmari queant, qualia ſunt inceſtuoſa, aut cum marito uxoreve alterius contracta, quæque cum Spadone, aut morbo incurabili laborante, qui uſum corporis tollit, ineuntur. Quid quæſo clarius? Si nullo modo poſſunt conjugia cum Eunucho inita confirmari: E. non ſunt toleranda, ſed reſcindenda. 3. In adducendo Hemmingio memor debuiſſet Autor ſui promiſſi eſſe: ſuffragia enim probatorum Scriptorum ſe adducturum promiſerat. Fuit Crypto-Calvinianus, adeoque inter probatos Scriptores malè numeratur. Ad quæſtionem, quam ſubjungit, nullo etiam negotio reſponderi poteſt. Tolerari poteſt cohabitatio planè impotentis, & omnimodò inepti ad congrediendum, ut cum Autore Aſſertionis loquamur, & mulieris præſertim, cum non amplius ſit juvencula, quia ſine peccato eſſe poteſt: cum econtra cohabitatio noſtri Eunuchi cum ſua juvencula, quacum coire poteſt, ſit peccaminoſa. Ibi nullæ pollutiones metuendæ, nam nullus ſit, nec fieri poteſt congreſſus; hîc verò noſtri in perpetuis pollutionibus & ἀκαθαρσία ſcientes & volentes vivunt. De Leonis Conſtitutione judicat, prohibere quidem iſtam, ne contrahant Eunuchi matrimonium, contractum autem ut dirimatur nequaquam præcipere. Paulò poſt addit: De diſſolutione nihil invenio. Sed aperiat oculos & lumen etiam accendat, ut illud, quod quærit, etiam invenire poſſit: Leo conjunctionem talem pro ſtupro habet; fiat ergò argumentum:

> Quicunque conjunctionem Eunuchi cum muliere pro ſtupro habet, ille hujus conjunctionis continuationem non vult.
>
> Sed Leo in ſua Conſtitutione. E.

Porrò Leo d. l. dicit, in conjunctione Eunuchi cum muliere nomen matrimonii n[on] quadrare, eamque contra naturæ legem f[a]ctam eſſe; hinc fiat argumentum alterum:

> Quicunque de conjunctione quadam dici[t] in eam matrimonii nomen non quadr[a]re, & contra naturæ ordinem factam eſ[t] ille diſſolvendam, non tolerandam v[ult] talem conjunctionem.
>
> Sed Leo Imperator prius dicit. Ergò [ſe]cundum Imperatorem diſſolvenda, n[on] toleranda eſt conjunctio noſtri Eunu[chi] cum ſua juvencula.

Autoritas Juris Canonici fruſtra addu[ci]tur: nam verba hæc vel poſſunt ad hos nup[ti]s noſtros applicari, vel non: ſi prius, ſequit[ur], quod ſic tanquam conjuges haberi nequea[nt], & ſic habemus, quod volumus. Sin po[ſte]rius, malè & fruſtra adductio Juris Canon[ici] facta eſt. Pergit, & Jus Civile adducit: tra[ct]eat illud, quaſi Leonis Conſtitutio, de [qua] modò actum, non eſſet Juris Civilis pars; v[er]ba legis citatæ ſic ſonant: Si Spadoni mu[lier] nupſerit, diſtinguendum arbitror, caſtra[tus] fuerit nec ne? ut in caſtrato dicas dotem [non] eſſe; in eo, qui caſtratus non eſt, quia [eſt] matrimonium, & dos & dotis actio. Vi[de] poſitionis conjugium, ſecundum Jus Ci[vile] ſi enim eſſet conjugium, & dos & dotis a[ctio] ipſi non denegaretur. Jam verò, quod [non] eſt matrimonium, illud etiam ut tale non [eſt] tolerandum. Secundum Jus Civile prius [...] rum & poſterius. Theologorum hodiè [...] centium teſtimonia non adducit, nos de [...] tacere oportet. Hoc tamen non tacendu[m] Theologorum noſtrorum orthodoxorum [...] jam in cœlis triumphantium, magnum ad[...] poſſe numerum, qui Eunuchorum conj[ugia] apertè reprobarunt: Harbarti ſententiam [...] audivimus. Hulſem. ex Brev. extenſ. [...] p. 425. & Dannhaueri mens quæ ſit, ex Th[...] Conſc. p. 167. 8. 3. abundè patet: hæc T[...] jam ſufficiat. Non ignoravit hoc Autor, [...] addidit: ita ſc. Theologi certant, & ad[huc] ſub judice lis eſt. Num verò diſſentient[...] ac fortè nunquam conſenſurorum Docto[...] diverſa placita matrimonium irritum infec[...] que facient? Sed nihil ad rem: quis unq[uam] hoc aſſeruit? In ſe eſt tale matrimonium [...] tum & illicitum, adeoque non tolerand[um] ſed diſſolvendum.

VIII. ET ULTIMA RATIO, DESUM[...] A DEFECTU STRINGENTIUM [...] TIONUM IN CONTRARIUM.

Harum quinque adducit: videamus [ſi]ngulas. Pro 1. ponit dictum Deut. 23. for[...] ideò, quaſi pro palmario haberetur, [quod] apertè falſum. Rabbini & alii pauci [...] nunt hîc ingredi in Eccleſiam, per inire [ma]trimonium. Sed vix hodiè erit, qui h[oc] dictum præciſè contra Eunuchorum conju[gia] urgebit. Quàm debilis verò hæc ſit objec[tio] [...]

tamen illam ſufficienter ſolvit Autor , ingredi in Eccleſiam exponat per admitti onores & regimen politicum. Quod em verum in tantum, non autem in to- eſt. Nam etiam per hunc ingreſſum ho- s & officia Eccleſiaſtica intelliguntur. Nec erus diſſentit, loquitur de Magiſtratu in re, ſive ſit Eccleſiaſticus , ſeu Politicus : s habemus ſpeciem, quam ſolidè ad ſub- ntes rationes reſpondebit.

. Ad dictum *Matth.* 19. duo excipit : Chriſtum excludere Eunuchos à conjugio ahendo, non verò à contracto. Sed expoſitio eadem facilitate rejicitur , qua ur. Probet hanc ſuam aſſertionem ex ibus textus ! Si injuſtum eſt contrahere monium , injuſtum magis erit contra- continuare. (2) Excipit, Chriſtum ibi de caſtratis ab hominibus , quales illi mque eſſe ſolent, videlicet planè impo- s ad generandum & concumbendum. Sed c iterum ſine probatione afferuntur. Si- Chriſtus loquitur de omnibus Eunuchis, ipſos caſtrarunt propter regnum cœlo- ; ita etiam loquitur de omnibus Eunu- qui caſtrati ſunt ab hominibus. 2. Fal- ſt, aliquem Eunuchum non planè im- tem eſſe ad generandum. Nam (1) t impotens ad generationis effectum , il- am eſt impotens ad generationis actum. verò prius conceſſit Autor in ſpecie de cho noſtro ſupra *arg.* 11. concedet ergò poſterius. Conſequentia Majoris inter ſimili ; rectè enim concluditur : qui eſt tens ad creationis effectum , ille etiam eſt tens ad creandum. (2) Eunuchus eſt vel lignum aridum, *Eſai.* 56. v. 3. Si- rgò arbores aridæ ſunt planè impotentes oducendum fructus ; ſic & Eunuchi pla- npotentes ſunt ad generandum. Qualis ſit ſatisfactio , quam præſtare poſſit no- nulieri ſuæ, & qua de gloriatur Autor, nit *Siracides c.* 30. *v.* 20. 21. (ubi note- omparatio :) huic certè magis creden- , quàm noſtris nuptis , qui propriam udinem vix ipſimet propalabunt.

. Ad dictum 1. *Cor.* 6. *v.* 9. reſpondet, κὺς eſſe maſtupratores, Venerea extra vas entes , quod de noſtris non poſſit dici. 1) apertè μαλακὺς diſtinguit Apoſtolus à upratoribus , cum addit ; ὔτε μαλακὸν, ἀρσενοκοῖται , hæreditatem DEI non con- ntur. Per molles ergò omnes illi intel- di veniunt , qui quocunque modo abu- r ſemine & in pollutionibus vivunt. Apo- alias hoc peccatum vocat ἀκαθαρσίαν, 5. *v.* 19. *Eph.* 5. *v.* 3. *Col.* 3. *v.* 5. quæ eſt carnis, ſub periculo damnationis æternæ bita. Sed negare hoc vult Autor, & dat tias de notoriè ſterilibus, de congreſſu orum cum perſpicuè gravidis , de ubitu virorum juvenum cum vetulis concipere porrò neſcientibus. Addit in his exemplis uſum conjugii damnare, eumque profanatione ſeminis, pro pollutionibus , pro impuris & concubinariis commixtionibus, pro peccatis mortalibus habere , eſſe contra Salomonem & Paulum, quorum dicta allegat ; nam in vero & legitimo conjugio legitimoque conjugis & conjugii uſu nullæ dantur pollutiones, impuræ commixtiones &c. Quia κοίτη eſt ἀμίαντος, *Hebr.* 13. Inde verò minimè ſequitur : Ergò etiam conjunctio Eunuchi cum muliere ſua caret pollutionibus &c. cum nondum ſit probatum , conjunctionem hanc eſſe & conjugium. Mera eſt petitio principii. Quæ §. 3. Deinde &c. addit, ſunt iterum meræ petitiones principii. Supponit enim inter Eunuchum & mulierem eſſe conjugium , quo de tamen quæſtio eſt : Auguſtini & Lutheri dicta loquuntur de conjugio : Lutherus ex Bernhardo itidem de conjugio in verbis productis agit : monendum tamen hoc eſt , Bernhardi verba paulo aliter citare Gerhardum in Schola Pietatis *l.* 5. *c.* 4. *p. m.* 1131. Bernhardus *führet einen Spruch , daß etliche in den Ehſtand ſich begeben, Kinder zu zeugen , die ſind billig zu loben ; etliche, daß ſie eine Artzeney wider die böſe Luſt haben mögen , daſſelbe iſt auch nicht zu verwerffen : etliche ſuchen darinne Fleiſches-Luſt , denen wünſchet er Creutz und Trübſal, ſo werden ſie der Kurtzweil vergeſſen : etliche ſuchen nur allein Reichthum , welchen er das hölliſche Feuer dräuet* : hæc *Gerhardus d. l.* cùm ergò Autor ipſe noſtram mulierem referat ad quartam & ultimam claſſem, perpendant ſecum, quorum intereſt, quid Bernhardus de hoc noſtro caſu dicturus ſit , ſi audiviſſet , juvenculam quandam ob opes & vanam gloriam Eunucho nupſiſſe. Ludovici Duntens verba optimè ſe habent : Quod verò ex his verbis elicere ſatagit Autor , nullum etiam eſſe peccatum, ſi juvencula Eunucho nubat, id non ſequitur. Eſt inter ſenem & juvenculam & inter Eunuchum & juvenculam magna differentia. Eſt inter illos verum conjugium, inter hos non item. Senes poſſunt juvenculas imprægnare , ut annua experientia docet: ſic noſtro tempore Thomam Baraon, licet etiam centenario major eſſet, ex famula prolem ſuſcepiſſe, Hiſtorici tradunt. Sed hoc præſtare nequeunt Eunuchi, ut Conat 4. de ſcandalo agit. Et (1) quidem (quod miramur) negat hanc conjunctionem eſſe vel fuiſſe ſcandaloſam. Sed quomodo hoc probat ? Non omne rarum & in uſitatum , extraordinarium & anomalon, ſtatim eſſe ſcandalum, ſcribit Autor. Sed inde non ſequitur : Ergò hoc factum non eſt ſcandaloſum. Pergit, oratorem magis quàm diſputatorem agens ; & quærit : Quis hoc connubio factus eſt deterior? Quibus nocet ? &c. Sed cum multa dicit, nihil dicit : Miſſæ Papiſticæ, proh dolor ! hodie apud nos celebrantur , quod ſcandaloſum

eſſe non negabit Autor: & tamen quidam poteſt in contrarium declamare: quis harum Miſſarum celebratione factus eſt deterior? Quibus nocet? Quos ad imitationem invitat? Quem deterret ab Evangelio? Imò ſpes eſt in contrarium, cùm tales nugas noſtri videant: aut quibus denique (inter noſtros) præbet occaſionem maledicendi Chriſto aut Eccleſiæ DEI? Non ergò ſequitur: Non exactè nomina perſonarum poſſunt indicari, quibus ſcandalum ſit datum; Ergò nemo ſcandalum eſt paſſus. Quæ de Papiſtis addit, illos in Italia & Hiſpania nullam dicam ſcribere Eunuchis, cum mulieribus libidinis ergò concumbentibus, huc non pertinet; aliud eſt publice permittere Eunuchis conjugia, & conſecrare illos ut conjuges, imò tolerantiam horum matrimoniorum propugnare, quod in Italia & Hiſpania non fit: nam Sixti V. Conſtitutio adhuc ubique in Papatu obſervatur: (& ſi noſter Eunuchus his nullam fidem adhibebit, repetat Patriam cum Amica ſua & experiatur, qualem inclementem dicam ipſi Clemens IX. & quidem non immeritò, ſcripturus ſit?) aliud verò, occultè Eunuchos cum mulieribus concumbere, quod ſcelus non modò in Italia & Hiſpania, ſed fortaſis etiam in Miſnia, in ipſa Electorali Dresda committitur, ſed à nemine probatur. (2) Recenſet remedia, quæ poſſint adhiberi, ſi quis ex noſtris hominibus ſcandalum accepiſſet: ſed hæc in noſtro caſu locum non inveniunt. Si abrogandum eſt ſcandalum, quod noſtri concipiunt ob miſſarum Papiſticarum celebrationem, ipſas miſſas abnegari oportet. Quamdiu toleratur iſta fœda conjunctio Eunuchi cum muliere, tamdiu ſcandalum inter nos fovetur & alitur. Vivunt noſtri & permanere cupiunt in ſtatu DEO non placente, ut ex ſuperioribus conſtat, ubi nec vera pœnitentia, nec vita Chriſtiano digna agi poteſt. (3) Adducit, ſcandaloſum fore, ſi hæ nuptiæ Parentum conſenſu, Magiſtratûs permiſſu & ratihabitione &c. conjunctæ, reſcinderentur. Sed quid vitii hæc omnia habeant, ſupra in examine *arg.* 1. fuit expoſitum. Pium ergò & laudabile eſſet, ſi hæ monſtroſæ nuptiæ publica autoritate reſcinderentur. Dictum *Eſaiæ* 32. huc non quadrat. Salomonis ſententia verò hîc quàm maximè appoſita eſt: *Haſtu genarret und zu hoch gefahren, und böſes fürgehabt, ſo lege die Hand aufs Maul, Prov.* 30. *v.* 32. Lutherus benè in marginali gloſſa: *Schäme dich nicht, wo du etwa gefehlet haſt und vertheidige es nicht; denn fehlen iſt menſchlich, vertheidigen iſt teuffliſch.* 4. Dicit: nec ſcandalo carere & piarum aurium offenſam eſſe, ima adyta hujus connubii perſcrutari &c. Sed (1) his non opus eſt. (2) Inquirere alicujus rei veritatem & qualitatem, in & per ſe non eſt ſcandaloſum, ſi fiat modo, loco & tempore conveniente. (3) Nec ita confunduntur, ſed potius informantur conſcientiæ. Quæ ſubjungit ex Luthero, Gerhardo, (mnitio, vera quidem ſunt, ſed huc non ctant: ſupponitur falſo, quaſi verum & timum ſit hujus noſtri Eunuchi conjug Ad ſyllogiſmum: De quibus non extat n datum vel prohibitio DEI, inde diſputa non fabricandi ſunt laquei conſcientiar reſpondeo, minorem eſſe falſam, ut ex *Ma* 19. 1. *Cor.* 6. *Galat.* 5. *Coloſſ.* 3. *Ep* ſupra fuit aſſertum: Eunuchum (ſcil. qui ſit Eunuchus) non totaliter impotentem idem eſt, ac dicere: Lignum verè ari non totaliter eſſe impotens ad producen fructum. 5. Impugnare vult loca *Eſræ* & 10. & *Nehemiæ* 13. & dicit, nihil ha noſtram eſſe Andromachen. Reponit a ſequentia: (1) Fuiſſe legem forenſem. inde non ſequitur, nos hodiè ex talibu gibus nil poſſe probare. Exempla etiar Vet. non ad N. Teſtamentum pertinuiſſ Apoſtolus verò dicit: Quæcunque præſc ſunt, in noſtram doctrinam præſcripta *Rom.* 15. *v.* 4. (2) Hanc legem non ul & ſemper obligaſſe Judæos: ſed ſenſus legis eſt attendendus: hoc enim voleba nemo Judæorum ex alienigenis uxorem ceret, quæ permanere vellet in Ethnici ſic ſemper hæc lex obligavit Judæos in Canaan degentes. (3) Judæos id non ſe ex neceſſitate, ſed ſpontaneâ liber ſed contrarium patet ex textu, *Eſræ* 1 3. 4. 5. 10. 11. 16. *& ſeqq.* contrarium ſuadet legis forenſis ratio, *vid. Gerhar Deut. pag.* 463. Concludit tandem pri verbis Balduini, ubi iterum petit princip nam loquitur de conjugi & legitima la; ſed hîc neutrum eſt. Poſtremum ſtii, in quibus itidem de conjugiis ſerm Ut taceamus ea non eſſe ſimpliciter ſi ſcil. ſermo ſit de matrimoniis in lege d expreſsè prohibitis. Non melius, ſed nihil pejus ibi fieri poteſt, ſi tale matr nium non diſſolvatur. Peccatum enim eſt committendum, multò minus cor andum.

Sic ergò Aſſertio hactenus examinat verti poteſt: Quæ ſententia caret ſ giis probatorum Scriptorum & ra bus ſtringentibus, illa meritò dei da eſt.

Sed Autoris ſententia talis eſt. E.

Item: Quodcunque conjugium defi cauſa efficiente, materia, f & fine, illud non eſt verum conjug nec ut conjugium tolerandum, pro nullo declarandum.

Atqui Eunuchorum conjugium eſt ut ex Examine priorum quatuor mentorum apparet;

Ergò non eſt verum conjugium, nec ut c gium tolerandum, ſed pro nullo haben

XII.

I. *Judicium anonymi de Examine IIX. Rationum contra Aſſertionem.*

Ranſmiſſum *Examen VIII.* (ut audit) *Rationum* quadantenus perluſtravi, cùm alias occupationes idem accuratè & dili- perlegere nequiverim. Exiſtimarem, haud re fore, ſi præcipuæ rationes pro conju- , quæ in Specie Facti allegantur & à me municatæ ſunt, cum Deciſo Conſiſtorii ſienſis inſecuto, ut & aſſertione cum pro- onibus & Examine IIX. Rationum alibi orum, fortè in Marchiâ, typis imprime- tur: ita tamen, ut Examini breves Notæ erentur, & oſtenderetur, quàm parum Au- s ejus (Concipientis Aſſertionis) ratio- is allegatis ſatisfecerint. E. g. ut unius m & alterius mentionem faciam, 1. non vis ratio ſeorſim & ſeparatim conſideran- rit, v. g. conſenſus ſeorſim, ſacerdotalis ſecratio aut cohabitatio ſola &c. ſed hæc ia conjunctim ſumenda ſunt. 2. Non onitate, ſed de veritate conſensûs quæ- , non an rectè conſenſerint, ſed an Pa- es, an & Conjugati conſenſerint? Con- us non juſtis de cauſis datus etiam eſt con- ùs, uti & bellum injuſtum & illegitimum m eſt bellum. Conjugium ergò (cæteris bus) facit conſenſus, ſive juſtis de cauſis, injuſtè & illegitimè datus. Quando igi- Conceptor Aſſertionis dicit, hîc eſſe ve- conſenſum: Conceptores Examinis re- dent & concedunt, addendo tamen, con- um eſſe non juſtis de cauſis datum. De verò non quæritur. 3. Dicunt: Con- it Magiſtratus, ſed ductus nimiô & inor tô favore erga Eunuchum. Hoc autem mentiſſimo Domino Electori ſatis præ care videtur, quando paulò poſt dicunt: is ſequitur, vocem Parentum, Magiſtra- & Conſiſtorii, hâc quidem in causâ, pro e DEI non eſſe habendam. Ergò (ut ex ſequentibus verbis eluceſcit) pro voce boli, quod durum dictu de Supremo Ma- ratu, de toto aliquô Conſiſtoriô. 4. Di- t: Conſiſtorii Lipſienſis approbatio nullo tur fundamento, caretque juſtis cauſis. . Hoc non facilè præſumitur de Eruditis s ejusmodi Sacris & Politicis Perſonis, i juratò Conſiſtorio cohabitant, plures gra- mos conſcientiæ caſus reſolvere ſolent, m Conceptores Examinis, qui nunquam è in Conſiſtoriô quodam ſeſſionem habuê- t) quod ſc. aliquid approbaturi ſint ſine damento & ſine juſtis cauſis. 5. Conce r Aſſertionis conjugium hoc pro juſto & timo habere dubitat, ſed tolerandum eſſe t, ut in Aſſertione clarè aſſeritur. Poſito , multa ſanè tolerantur, quæ approbari poſſunt. Adeoque Conceptores Exami- Conceptori Aſſertionis contradicunt in fa- ciem. Meritò E. hîc conſiderari meretur de- liberatio Conſiſtorii Electoralis Saxonici, quid faciendum ſit, ſi ejusmodi Perſonæ, quæ te- nore S. Scripturæ matrimonium contrahere non poſſunt, de factô contrahunt & conjugium poſſident, ex 2. *Volumine Conſiſtor. & Deciſ. Dedekenni pag.* 343. ubi dicitur: Si ejus- modi Perſonæ, quæ contra jus divinum con- traxerunt, ſe bona pace ſeparare à ſe invicem voluerint & pœnitentiam agunt, dubio pro- cul impediendi non ſunt. Quodſi verò ſibi porrò cohabitare voluerint, Magiſtratus etiam ſub cujus protectione vivunt, illos tolerat, de conſenſu quorundam Reſponſorum Theo- logicorum, conjugium illud non eſt reſcin- dendum, cumprimis ſi Perſonæ tales pecca- ta ſua agnoſcant, ſerioque dolendo pœniten- tiam agant. Hîc neutiquam approbatur, quod in verbo DEI prohibitum eſt, ſed tan- tùm toleratur, ſi peccatum agnoſcatur.

XIII. *Replica ad notas contra Examen Inſtitutas.*

Salutem!

Pro tranſmiſſione effugiorum, ad perdi- tum Eunuchi conjugium incruſtandum, officioſas ago gratias, paucisque reſpon- ſionem meam his communico:

Ad I.

PRout Autor unamquamvis rationem ſeor- ſim allegat, ita ſeorſim quoque in Exa- mine illi fuit reſponſum, fruſtraque hoc effu- giô utitur. Quoniam enim omnes VIII. ra- tiones falſæ ſunt, nec id demonſtrant, quod probare debeant, hinc ſive conjunctim, ſive ſeparatim ſumantur, nullibi meliores fiunt: falſum manet falſum.

Ad II.

Omninò hîc de bonitate conſenſus quæ- ſtio eſt, ſi conjugium bonum eſſe, & à bono DEO dependere debeat. Filia e. g. verè, imò veriſſimè in conjugium aliquod conſentire valet, ſed quia non eſt bonus conſenſus, pro nullô habetur.

Ad III.

Contradictio eſt, nec cum principiô §. 5. concordat. Illîc enim fatetur cum Aſſertio- nis Autore, noſtri Eunuchi non eſſe juſtum & legitimum conjugium. Fiat argumentum: Quodcunque conjugium non eſt juſtum & le- gitimum, illud, quà tale, non agnoſcit DEUM Autorem:

Hoc conjugium eſt tale, quod non &c.

Ergò

Ergò.

Rurſus: Quod conjugium non habet DEUM Autorem, in eô ſive contrahendo, ſive contracto Magiſtratûs & Conſiſtorii vox pro voce DEI non poteſt haberi,

Hoc &c.

Ad IV.

Magni etiam errant.

Ad V.

Quod prima verba attinet, ad illa jam reſponſum fuit: 2. Autor q. Aſſertionis tantùm tolerantiam demonſtrare voluit: dum verò in plurimis rationibus ad approbationem reflectit & concludit, ſui ipſius obliviſcitur: e.g. ſcribit Autor, hujus conjugii cauſam efficientem eſſe DEUM; ex hoc ſequitur, non modo tolerandum, ſed planè approbandum eſſe: improbus namque ſit, qui id, cujus Autor DEUS eſt, non approbat. Porrò dicit hoc conjugium benè ſe habere quoad omnes cauſas; tunc iterum concluditur, potius approbandum eſſe, non ſolùm tolerandum.

Quæcunque jam argumenta Autor Aſſertionis in medium attulit, ad illa examinator meritò reſpondit.

Quæ 3. de conjugio in S. Scripturâ prohibito, aſt ſi conſummatum ſit, tolerando: ad hæc in examine Art. IV. ſatis ſuperque fuit reſponſum, quò etiam brevitatis ergo me rejicio. Quodſi hic vel ille publicè me aggredi auſus fuerit, ille ſine reſponſione non erit. Vale in Domino Jeſu.

XIV. *Alia Judicii Superioris cenſura.*

P. P.

Pro benevolâ communicatione Actorum in câusâ matrimoniali (abuſivè tamen ſic dicta) Spadonis cujusdam, Romano Catholicæ religioni addicti, cum Virgine noſtræ religionis, gratias ago prolixas, in quantum ſc. aſſertionem, quòd nuptiæ ſemel contractæ tolerandæ ſint, Examen inde ſecutum & quale judicium nonnemo de his tulit, attinet. Jam neque de Aſſertore, neque de Examinatore, aut interveniente Judice mihi vel minimum conſtat; interim, absque omni tamen injuriâ & temerariô contemtu hujus vel illius, quantum tenue meum judicium admittit, non poſſum non fateri, Aſſertorum in hâc materiâ per ſe impiâ & maximè ſcandaloſâ omnia quidem, quæ potuit, in medium attuliſſe, ut tolerantiam quandam extorqueret: aſt Examinator è contrà oſtendit, quod hic labor omnis vanus & inanis ſit; & quamvis illi tantùm ὡς ἐν παρόδῳ reſponderit, haud difficul-

ter tantum ex ejus Examine colligere lic ,
quod, ſi Aſſertor deſideraverit, ratione k
argumenta contra eundem aſſerta facilimè b
Examinatore prolixius deduci poſſent, n
ſine majori dilucidatione atque probatio ;
quibus totus abacus Aſſertoris dirui & ſub r-
ti, falſaque moneta, quæ externam quanc n
ſpeciem & formam præ ſe fert, intrinſecâ e-
rò bonitate caret, prorſus conculcari po t.
Dolendum, imò cruentis, ſi fieri poſſet a-
chrymis deplorandum eſt, in re ejusmodi a-
nifeſtè impiâ, impurâ & obſcœnâ, quæ n-
tra DEUM, ejus legem & Naturam pera a,
& à quâ gentes quondam abhorruêrunt (ex
Juvenali apparet, qui, dum oſtendere a-
git, quæ ſcelera urbis Romanæ ipſum a n-
ſtitutâ Tragœdiâ ad Satyram abduxerint, a-
tim ab initiô *Sat.* 1. oſtendit Romæ ho n-
dum ejusmodi crimen invaluiſſe, quod t er
uxorem ducat Spado) inter Chriſtianos ta en
& quod maximum inter ſinceram religio m
tenentes tales homines, qui etiam viri in e-
cleſiâ magni nominis vel volunt vel vide ur
eſſe, reperiantur, qui neſcio quô ſpiritu ct
tali ſpurcitie delectentur & non obſtante, od
in conſcientiâ ſuâ convicti ſint, imò in pro iis
ſuis ſcriptis palàm fateantur, quod tale n-
jugium pro juſto & legitimô habendum on
ſit, eò tamen contendant, ut idem qu am
honeſtatis velo tegant, eos, qui ſe in ile
peccatum præcipitârunt, in errore ſuo, aſi
re benè geſtâ confirment, & cum ad agi io-
nem ejus potius deducendi eſſent, multis inc
inde collectis rationibus detineant, & non ne
ſcandalo in eô tolerent. Unum vero i on-
ſideranter admodum dictum mihi vid ur,
quod Autor Aſſertionis *Rát.* 4. de fine c ju-
gii, ubi oſtendere ſatagit, quòd Eunuchus on-
jugi ſuæ, vi propriæ hujus confeſſionis, c tra
Phyſicorum judicia, ex aſſe ſatisfacere v at,
inter alia ponit: Uni Mariæ veraci magi re-
dendum eſſe, quam turbæ Phyſicorum lla-
ci; notum enim eſt, antiquos Patres & Do-
ctores Theologos hâc loquendi formulâ S.
Mariâ Magdalenâ, quæ primò omniu Di-
ſcipulis annuntiarat, quòd Dominum è or-
tuis reſurrectum viderit, & quid illi locut ſit,
uſos eſſe: credendum magis ſoli Mariæ raci
quàm Judæorum turbæ fallaci. An ver am
bona conſcientia & ſine petulanti quada te-
meritate idem, quod in re tam arduâ & an-
ctâ Patres de Perſonâ adeò ſanctâ locuti nt,
ad virginem aliquam per Eunuchum vit am
quæ nunc temporis perpetuis ſcatet po tio-
nibus & in ſtatu peccaminoſô, ſcandal &
damnabili vivit, applicari poſſit & ex ſe ſe-
riô ad turpem jocum traduci valeat, A oris
defenſioni & excuſationi relinquo. T um
ad minimum exinde eluceſcere videtur ſer-
toris Mariam veracem ſatis fortè ad ann diſ-
cretionis perveniſſe, quoniam dextrur à ſi-
niſtro diſcernere, & tam veraciter contr um

contra

tra omnem Phyſicorum ſatis celebratam ntiam & confirmatam experientiam conte- valet. Putare enim quis poſſet, quod, aria verax de ſatisfactione ſibi ab Eunu- datâ, cui, ut *Juvenalis Satyr.* 6. loqui- teſticulos, poſtquam cœperunt eſſe bili- s tonſoris damnô rapuit *Heliodorus*, judi- e ſuſtinet, ipſa ſatisfactionem viri integri nutilati diſcernere valeat. Quicunque ve- n veritatem hujusmodi Mariæ veracis per- ire voluerit, ſi absque peccato fieri poſſet, ir perfectus cum ipsâ congrediatur, opor- : ſibi poſtmodum teſtes, ut Eunucho re- di curet, demumque periclitetur, quid por- t humeri (quid ferre recuſent?) quid va- robur? Ubi fortè inventurus eſt Mariam gis voracem, quàm veracem fuiſſe, cura- emque ſatisfactionem poſtulaturam fore.

Quantum porrò Judicium ſivè Reſpon- nem ad Examen IIX. rationum attinet, andum eſſet, ut Judex illud non tantum dammodò pervolvere, ſed accuratè ſedu- ue perlegere potuiſſet, & dubio procul ac- atius judicium de eô ſecutum fuiſſet. Jux- æc non ſine delectatione percipere anhe- m, quid futurum eſſet, ſi juxta conſilium . Judicis 1. rationes præcipuæ pro conju- Spadonis, in Specie Facti allegatæ & ante- Domino Judici communicatæ: 2. Deci- Conſiſtorii Lipſienſis illas ſecutum: 3. ertio cum probationibus, & 4. Examen IIX. ionum alibi locorum, ſivè in Marchia, alia quacunque regione typis exſcriberen- , & 5. Examini conciſæ Notæ adderentur ac Dn. Judicis formalia ſonant) oſtenderetur, àm parum Autores Examinis concipientis ertionis rationibus ſatisfecerint: quam con- im enim veſpertiliones tunc evolaturi, avi- æque ululam cinctura eſſent? Certè neque ex, neque omnes Eunuchi Adhærentes il- captaturi aut miſeram ululam, quò minus inſigni avicularum impetu ac procellâ hinc e vellicetur & dilaceretur, ſub umbone ſuo atrocinio defenſuri eſſent. Nullus ex Stu- ſis novitiis diſputationem habiturus eſſet, non ad minimum corollarium aliquod de materiâ additurus, & ex eo, tanquam mu- eo gloriolam aliquam quæſiturus & vena- us eſſet. Hic quæſierit, quid ſibi velit ma iâ de veritate Mariæ veracis contra fallacem yſicantium turbam? Ille, quid de ſatisfactio Eunuchi? Iſte, an Maria verax aut vorax ? Alius: Quid de ſpurco & fœdo Spado- conjugio? An ſcilicet conjugium? vel tius perpetua fornicatio ſit? ſtatuendum? ltis per hanc publicationem appetitus forte veretur, ut à peregrinis & longè diſſitis lo- Caravanam aut Proceſſionem publicam in- uerent ad S. Mariam veracem, ut eandem eant propriumque de ſatisfactione teſtimo- m percipiant. Ubi ſimul metuendum fo- , ne typi rariores fiant, aut inſignis charta annona oriatur! & quî Dominus Aſſertor Judexque tantum temporis lucrari poterit, ut omnes advolantes clamantesque aviculas repellat?

Quid verò ſibi vult Dn. Judex, quùm Examinatorem incuſat, ac ſi in Examine ſuô minus rectè egerit, quòd rationes Aſſertionis ſeorſim perſtrinxerit? ex ſua enim opinione non quævis ratio ſeorſim & ſeparatim conſideranda eſſet, ita ut ſolus conſenſus, ſola conſecratio ſacerdotalis & cohabitatio ſola, ſed omnia conjunctim ponderanda forent. Verum enim verò omnes hi Actus diviſi ſunt, quorum unusquisque diverſum ſuum reſpectum habet, diverſô etiam tempore fieri contigit & in unoquovis ſeorſim certi quid notandum eſt: quî igitur in unam quaſi maſſam compingi poſſunt? quin omnia membra juxta ſeriem ſuam ſucceſſivè conſiderari debebant defectusque, quos omnia patiuntur, ſeorſim examinandi erant, ſiquis ad fundamentalem totius cauſæ cognitionem pervenire velit. Quemadmodum enim ſi Dn. Judex diverſis malis & affectibus morboſis (à quibus tamen DEUS illum præſervare velit!) in corpore ſuo haberet, e. g. vulnus in capite, fontanellam in brachiô, ulcus in femoribus & tumorem in crure, peſſimè illis conſuleret, ſi omnia conjunctim deligare & religare vellet: eâ enim ratione nullum ex hiſce benè curaretur & à ſordibus illîc hærentibus mundaretur, in quibusdam etiam ſanguis confertim extravaſaretur & periculum vitæ cauſaretur, ſed multo conſultius eſſet, ſi quivis affectus ſeorſim detegeretur, depuraretur & curaretur. In hoc aliâs Judæi ridiculi Meſſiam ſuum dignoſcendum eſſe tradunt, quòd Romæ inter ægrotos & vulneratos mendicos ante portam ſedeat, ac dum reliqui ulcera & tumores ſuos omnes ſimul, unâ vice inungerent, ipſe Meſſias tantum unicum pro una vice detegat & impoſito emplaſtro deliget, quò ſi Dominus ad populum ſuum liberandum eundem ablegaret, non diutius juſtô cunctari teneretur, ſed ingens ſuum cornu buccinatorium inflare poſſit, de quô *Chriſtianus Gerſon*, Judæus baptizatus, in Refutatione Talmudi videri poterit. Haud diſſimiliter Judex quoque ponderare debet, quòd, cum quævis ratio ſeorſim incurabilia ſua vulnera & deſperata ulcera involvit, unaquævis etiam ſeorſim tractari & ab impuritate ſuâ abominandâ depurari debeat: ut taceam rationes illas ſeorſim quoque à Dn. Aſſertore allegatas fuiſſe. Interim Dn. Judex binas poſteriores, ſc. Sacerdotalem conſecrationem & cohabitationem miſſas facit, ſine dubio, quia ſubodoratur, quod illa in abuſum inexcuſabilem tracta ſit, hæc autem in obſcœnô luſu radicetur; adeoque 2. de primâ, ſcilicet de conſenſu inquit: Non quæri de bonitate, ſed de veritate conſenſus: non, an rectè conſenſerint, ſed an Parentes deſponſatorum conſenſerint? Conſenſus non juſtis

de cauſis datus, eſt etiam conſenſus, uti & bellum injuſtum & illegitimum etiam eſt bellum. Jam conjugium (cæteris paribus) conſenſus, ſive juſtis de cauſis datus, ſive injuſtè & illegitimè datus, facere poteſt. Dum ergò Conceptor Aſſertionis dicit hîc eſſe verum conſenſum: Conceptores Examinis reſpondent id concedendo, ſed addentes conſenſum eſſe non juſtis de cauſis datum. Sed de hôc quæſtio non eſt. Huc usque Dn. Judex. Bonus hicce Dominus cum Aſſertore ſuſtinere mallet, inter Spadonem & ſibi adductam Juvenculam conjugium quoddam ſancitum eſſe. Aſt uterque palatum pulte repletum habent, nec cordatè exprimere audent, an ſit verum, juſtum & legitimum, vel non? Intereà in eô ſe fundant, quod, cum verus conſenſus Parentum adfuerit, verus etiam conſenſus deſponſatorum &c. adeſſe conjugium, nec ad bonitatem conſenſus reſpiciendum eſſe. Sic ut enim bellum injuſtum & illegitimum etiam bellum eſt, ita conſenſus non de juſtis cauſis datus etiam conſenſus illi videtur. Aſt meritò hîc clara & diſtincta elucidatio expediret, an conſenſus Parentum & utriusque Conjugis (vulgò ſic dictæ) Spadonis ſc. & Juvenculæ, verum, juſtum & legitimum conſtituant conjugium? Hoc neque Aſſertor, neque Judex ſalva veritate unquam dicere & ſufficienter probare poterunt. Quamvis enim communis regula ita ſonet: Conſenſus facit nuptias, non concubitus (*L. nuptias, de reg. jur. ſufficit. ff. de ſponſalibus, l. ſi donationem. C. de Nupt. c. aliter* 30. 45. *c. Bonaventura* 32. 42.) quod Dn. D. *Chytræus Comment. in Levit. c.* 18. *pag.* 412. in dubium vocavit, & ad probandam negativam decem argumenta allegavit: quemadmodum à nonnullis regula ſequentem in modum, tanquam emendata, allegatur: Conſenſus conjugalis facit matrimonium: attamen conſenſus Parentum aut Deſponſatorum, licet in tantum verus ſit, quia omnes verè conſenſerunt, impuram Spadonis cum Juvencula commixtionem neutiquam in tantum juſtificabit, ut verum, juſtum & legitimum matrimonium fiant. Quò minus enim bellum injuſtum & illegitimum (utut Dn. Judex pro tali habeat) jure bellum, ſed potius latrocinium vocandum eſt: eò minus inter Spadonem & Juvenculam verum conjugium eſſe poteſt, licet conſenſus verus dicendus eſſet. Quid autem in hôc punctô de conſenſu Parentum & Deſponſatorum ſtatuendum ſit, bina eaque aurea judicia Theologicarum Facultatum, Argentoratenſis & Giſſenſis, docebunt. Unde verò Dn. Judex tantas à Simſone vires mutuabitur, ut juxta veritatem conſenſus non ſimul de bonitate quærere liceret? De Catone perhibet *Appianus lib.* 2. *Bellorum Civilium* & *Plutarchus in Vita Catonis Uticenſis*, quod Hortenſio propriam uxorem in uſum conceſſerit. Simile quid Socratem cum Xanti perpetraſſe fertur. Perſarum Rex Caba data lege conceſſit, virum pro lubitu ſuo c aliis uxoribus converſari poſſe, ut in *Agat lib.* 4. invenimus. Nec abſimile Statut Spartani inter ſe habebant, cuilibet ſc. c ceſſum eſſe, alius uxore uti, dummodò m ritus indulgeret. De Cæſare Antonio Ca callâ ſcribit *Ælius Spartianus*, quod e Noverca Julia elegantiſſima fœmina fue cumque aliquando conclave ejus intraret C ſar, & hæc quaſi per negligentiam major corporis partem denudaret, Antonio dice vellem, ſi liceret, reſponderit: ſi libet, lic an neſcis Te Imperatorem eſſe & leges da non recipere. Quo dictô furor incondi in effectum criminis erupit, & horrendus ceſtus perpetratus fuit, *Joach. a Beuſt. de Sponſal. & Matrim. ſ.* 1. *pag.* 231. ſupradictis omnibus utique conſenſus quid reperitur & in tantum de veritate dubitand non eſt, quòd is, qui conſenſerit, verè c ſenſerit. Nonne verò de bonitate conſ ſus quæri poſſet? Hodierno tempore C ſtiani ſumus, & inter Chriſtianos vivim penes quos omnia juxta doctrinam Apoſ Εὐσχημόνως καὶ κατὰ τὴν τάξιν, honeſtè & deſtè fieri, ſicque obtinere debet: quod no bonum, non eſt verum; & reciprocè: q non eſt verum, non eſt bonum. Qua pter ſi tanquam Chriſtianus de veritate loqui debeo, ſimul ad veritatem reſpici oportet. Veritas enim virtus eſt. Virtus au nonniſi bona eſt, & hujus finis eſt honeſtas: neſtas verò ipſa bona eſt. Eamque ob cau in Metaphyſicis verum & bonum, tanq affectiones entis ſimplices conjungu Quodſi verò dicendum mihi eſſet, quid ſi ritas? reſpondendum non eſſet: veritas eſt formitas & conſenſus aliquorum inter ſe veritas eſt congruentia cum S. Scriptura. Q cunque ergò cum Scriptura S. tanquam v DEI non concordant, illud de jure verum nequit, licet adhuc plures in id verè con tiant. Quî E. conſenſus non juſtis de c verus erit? Conſenſus quidem eſt, ſed no rus, multò minus bonus. Quin ut non juſt cauſis datus eſt, ita injuſtus quoque conſe eſt. Injuſtum autem non eſt Chriſtianum deque nullus conſenſus, non juſtis de c datus à Chriſtianô aliquô, nedum Theol ut verus agnoſci, approbari & defendi p Et ſicut conſpiratio multorum in unum quod dogma non eſt propria & perpetua tatis nota, cùm nulla hæreſis reperiatu quam non plurimi conſpirent. Veritas v quia in profundo latet & difficulter eru paucioribus ſit obvia & oppoſita, *D. Pa Tarnovius l.* 1. *de Conjug. c.* 52. *p.* 282 quoque conſenſus non juſtis de cauſis datu rus conſenſus eſſe non poteſt; ſi inter Chr nos verus eſſe debet, bonus inſimul ſit, op

ıprimis autem hîc in conſenſu Parentum, ıonſatorum &c. axioma Jure-Conſulto, , etiam à Theologis receptum, obſervan- eſt, dum dicunt: In conjunctione matri- ıiali non tantùm quid liceat, ſed etiam, honeſtum vel approbatum ſit publicâ ſuetudine, ſpectandum eſt. Videtur er- quòd verum & legitimum idem eſſe non ıt, v. g. Spurius Parentum ſuorum verus eſt s, ſed neutiquam filius legitimus. Quodſi Dn. Judex cum Aſſertore in dictâ ſic causâ rimoniali Spadonis veritatem conſenſus r, ſimul ponderare deberet, an & verus il- onſenſus quoque bonus & legitimus ſit? ımodo alioquin Dn. Aſſertor ex conſenſu ntum Conjugumque probabit, quòd ta- ıuptiæ ſemel contractæ tolerandæ ſint? & potiùs dirimendæ? Si de conſenſu loqui mus, ſciendum eſt eundem nihil aliud, n voluntatem à ſanô atque integrô judicio ectam eſſe debere; unde & in eô omnia equiruntur, quæ ad judicium rectum & vo- atem liberam in contractu pertinent. Econ- excluduntur ea, quæ uni ex hisce contra- tur, quorum *Bellarminus* duo recenſet: orantiam & coactionem: ac *Philippus* in *amine* dicit: ab hoc conſenſu abſint error iolentia. Aliâs *Hemmingius Lib. de Con jiô pag.* 47. *in* 8. cum aliis Theologis con um licitum, honeſtum, juſtum, liberum, ıum, ſincerum, quorum 3. priora ad ju- um, poſteriora verò ad voluntatem perti- t, requirit. Conſenſus licitus autem vo ır, qui non eſt contra DEI & naturæ legem, contra honeſtas Magiſtratûs Politici conſti- ones. Honeſtus conſenſus dicitur, qui eſt inter diſſimiles. Religione, genere, e, moribus, fortuna (contrarietas tamen m ſubſtantiam matrimonii non violat) ju ſeu non clandeſtinus & contra eorum vo- atem, in quorum poteſtate contrahen- n uterque vel alter fuerit: liber, non coa- s metu aut minis, neque illectus promiſſio- us, plenus, non ambiguus, vel turbatus o amore, ſeu veneficiis, aut temulentiâ, rationem ducem ſecutus: ſincerus, ſine o & mendaciis, *D. Paul. Tarnov. Lib.* 1. *Conjug. c.* 68. *p.* 371. 372. Si jam conſen n dicto ſic matrimoniô Eunuchi, à Domi- Judice, qui ut videtur, optimam de eô no- am habebit, & cujus ſuaſu conſilioque totum gotium in eum, quo nunc conſiſtit, ſtatum ductum eſt, juxta requiſita allegata exami- i debeat, ſanè ante datum conſenſum, ante m Spado eò pervenerit, multus fortè do- intercesſerit, adeoque conſenſus ſincerus ı eſſet: quoniam conſenſus hic ex cœcô ore profluit, plenus quoque non eſt: dum una aut altera pars promiſſis ingentibus ſe ci paſſa fuit, neque liber eſt: & quamvis ı fiat contra voluntatem contrahentium, a tamen neque legitima poteſtas tam penes

Novell. Val.

Parentes, quàm Juvenculam adfuit, hinc neque juſtus eſt. Multo minus honeſtus eſt vocandus, quia non tantum inter diſſimiles religione, ſed & contra ipſam honeſtatem, quæ non admittit ſpurcitiem, factus fuit. Omnium verò minimè conſenſus eſt licitus, quia contra DEI & naturæ legem, nec contra honeſtas conſtitutiones datus: de quibus ſupralaudati Dnn. Theologi Argentinenſes & Giſſenſes plura habent. Quid ergò Dn. Judex Examinatorem incuſat & conqueritur, quòd de bonitate conſenſus quæſiverit? Summa Summarum: Poſito tandem probari poſſe conſenſum hunc ex voluntate liberâ profectum fuiſſe, attamen voluntas illa nullô modô à ſanô atque integrô judicio profluxiſſet, quoniam & ſæpiſſimè conſenſu quodam crimina contrahuntur, ſive tacito, ſive expreſsô, v. g. quando quis jubet, mandat, ſuadet & hortatur delinquere? ii enim principes delictorum admiſsorum ſunt & ita meritò tenentur; & ſicuti conſilii non fraudulenti nulla eſt obligatio, ita fraudulenti & obligatio & pœna eſt: *Petr. Greg. Tholoſ. Syntagm. Juris Univerſ. L.* 30. *c.* 11. *n.* 6. *p.* 220. 221. Extra omne verò dubium locatur, hanc commixtionem Spadonis cum Juvenculâ crimen abominabile eſſe, pro quo idem & Ethnici, ut ſupra dictum eſt, agnoverunt, hinc ſibi caveant conſentientes, una cum conſilium dantibus, ſuadentibus, nunc autem approbantibus, palliantibus & defendentibus, ne teneantur & quidem non æquè coram hominibus, penes quos multa ſæpè injuſta defendi ſolent, ac coram DEO T. O. M. Faciens enim & conſentiens eâdem pœnâ digni ſunt. His expeditis pergit Dn. Judex dicendo in reſponſione ſua (3) objiciunt (Examinatores) conſentit Magiſtratus, ſed ſeductus nimiô & inordinato favore erga Eunuchum, quod Sereniſſimo Electori ſummè præjudicat, haud aliter ac paulò poſt ſtatuunt: ex his ſequitur, vocem Parentum, Magiſtratûs & Conſiſtorii hâc quidem in causâ pro voce DEI non eſſe habendam: ergò (ut ex ſubſequentibus apparet) pro voce Diaboli, quod durum dictu eſſet de ſupremo Magiſtratu & toto aliquô Conſiſtoriô. Dic, amabo! annon egregiè hic vulpinetur Dn. Judex cum vulpe Mythographi Reinicke-*Fuchs* dicti. Quodam enim tempore Leo, (Rex & Dominus aliorum brutorum) irritatus erat, & ut iram ſuam effundere curasque ſuas diſcutere valeret, Aſinum, Lupum & vulpem ad convivium invitârat, qui omnes quoque ſe ſiſtebant. Aſinus quidem primus omnium comparebat, cumque Leonis cameram intraret (quæ variis variorum brutorum oſſibus referta maloque odore repleta erat) quærebat ex Aſino Leo, quî camera illi placeret? annon quid odoretur? Grobianus Aſinus ita judi-

(K) 2 cabat,

cabat, ut res ſe habebat: peſſimum ſc. odorem ſeu fœtorem ſentiri, ob enecatas beſtias. Expecta craſſiſſime ſtulte, reponebat Leo, docebo te, absque ullo reſpectu tam liberè judicare, eumque prehendens in fruſta lacerabat. Hoc Lupus percipiens, ante fores ſubſiſtens Leonis ferociam mitius reſpondendo ſe declinaturum ſperabat. Poſtquam ergò pulsârat & intromiſſus à Leone benevolè exceptus erat, ſimiliter hic illum interrogabat, quî locus illi placeret, nunquid & odorem quendam perciperet? Lupus aſtutiſſimus ſtatim reſpondebat: Domine Rex, apprimè mihi placet, fragrantiſſimum enim odorem percipio, haud aliter ac ſi omnia moſcho atque maſtiche infumata ſint. Heus falſiſſime canis, reponebat Leo, docebo te tam frivolè contra veritatem mentiri, eumque ſtatim in fruſta comminuit. Vulpes ante fores tragœdiam hanc obſervans, pedem libentiſſimè retraxiſſet, ſed manendum erat. Collectis igitur à terrore quodammodò diſtractis viribus fores pulſat, immittitur & prævià ſalute à Leone quæſitus, quî placeret? quid odoretur? Callidiſſimus Vulpes: Clementiſſime Rex, inquit, ignoſcas quæſo, nec eloqui nec ſcire id valeo, cùm ob gravedinem, quâ vehementer affligor, omni olfactu deſtituar. Huic reſponſioni nihil reponere valens Rex Vulpem ſplendidis epulis excipit, & abhinc in pace dimittit, *Acerr. Philolog. Cent.* 4. 45. *p.*767. Vides, Dominum Judicem deteſtari Grobianos Aſinos, qui ſtatim ſcapham ſcapham vocant, infantemque propriô nomine compellant, cùm tamen id veri, ſinceri & cordati Theologi communiter effari non pertimeſcant, ut cum Nathane Davidi Regi in faciem dicant: Tu es vir ille mortis: cum Elia ad Achabum: Non confundo Iſraël, ſed tu & Patris tui Domus: aut cum Johanne Baptiſtâ ad Herodem: Injuſtum eſt, quod Fratris Tui uxori cohabites. Nec malè *Lutherus Coll. Menſ. c.* 38. *de Mag. Politico p.* 477. nil laudabilius, nil amabilius in Principe eſſe dicit, quàm liberè loqui, illosque amare, qui ſimiliter loquuntur, cordatéque pronunciant, quæ in corde fovent, loco ſc. & tempore exigente. In Concionatore quodam ècontra nil turpius, quàm celare non celanda, nec liberè proferre, quæ in animo habet & ſentit, cumprimis ſi ex officiô loqui tenetur. Hoc eſt, quod *Auguſtinus* innuit, quando *Lib.* 4. *de Doctrinâ Chriſtianâ c.* 4. *T.*3. ſcribit: Debet divinarum Scripturarum Tractator & Doctor, Defenſor rectæ fidei ac Debellator erroris, & bona docere & mala dedocere, atque in hoc opere ſermonis conciliare averſos, erigere remiſſos, neſcientibus quid agatur & quid expectare debeant, intimare. Quemadmodum ergò Dn. Judex aſinos averſatur, ita quoque fraudulentos lupos averſari deberet, qui è fœtore abomina-

bili odorem fragrantem faciunt, nihilomin
tamen aliquid lupini fovet, quòd, cùm ip
fateri teneatur, ſtatum Spadonis cum conc
binâ ſua peccaminoſum eſſe, qui DEO ſa
ctisque Angelis fœteret, ex eò tamen, c
moſcho aut maſtiche, delectationem qua
dam capiat, eum defendat & promove
Aſt quid eundem promovet ad id? fort
quia veretur, ne Regi diſpliceat, ſi ad imitat
nem aliorum fœtorem hunc fœtorem di
ret, nec ad minimum pro temperato & to
rabili odore haberet. Monachus ille Dor
nicanus & Concionator Friderici Ducis S
xoniæ, non audebat Principi defectus ſu
patefacere: minoris autem conditionis h
mines, quorum nulla autoritas erat, ſalsè
dere & exagitare valebat. Interim quò
Dominus obſervaret nec in eô, quòd car
tur, deeſſe, ſequenti ſimilitudine utebatu
lepuſculo, inquit, cutis facilè abſtrahi p
teſt, pelle à trunco corporis facilè ſepar
dâ, donec ad caput deveniatur, ubi opus
labor eſt: illîc (addens) Diabolus te abſt
hat, *da ſtreiffe dich der Teuffel. Meig*
Nucl. lib. 5. *c.* 7. *pag.* 939. *ex Man*
Similes hypocritæ in universô hoc plures
veniuntur, qui feli tintinnabula append
ſubverentur. Procul dubio callidas vul
deſiderat Dn. Judex, qui gravedinem ſin
lent & olfactu carere ſe fingant, quò ju
la aulica ſorbeant & 4. illa flumina gra
quot ex horto Eden olim fluebant, qui
hactenus fruuntur, minus obſtruantur. I
res enim videas, qui honorem mortali
præferunt honori coram DEO, malunt
pacem mundi potius, quàm pacem A
de collô ſuſpendere. Hîc ergò demonſ
Dominus Judex, vocem Parentum, M
ſtratûs & cujusdam Conſiſtorii pro voce I
habendam eſſe. Quî quæſo conſenſus
rem illicitam, ſcandaloſam & peccaminoſ
jure vox DEI appellari poterit? In caſu p
ſente certè primus omnium Parentum, l
giſtratûs & Conſiſtorii vocem pro voce I
habuiſſem, ſi cum illis ita actum fuiſſet,
aliquando Lutherus agebat. Hic enim
mulieris cujusdam juvenculæ, quam in œ
nomiâ ſuâ habebat, in iram conjectus,
bebat ut fuſtibus ſudibusque præuſtis p
bè caſtigaretur, quò à viri deſideriô abſ
heretur. Minus enim conſultum eſſe d
bat, ut juniores homines in primô ſta
ardore ſubitò matrimonium ineant: quam
mum enim petulantiæ ſuæ ſatisfecerint, ſ
ſtatim pœnitentia illos duci, conjugiumque
nus durare poſſe exiſtimabat; dum ècontra
maturiores ætatis annos delatis matrimon
concedebat, non tamen ſine DEI conſilio,
rentum præſcitu & conſenſu, honeſtè & de
ter, aliâs canicula pœnitentiæ, quampl
mos mordens, non emanſerit, *Coll.*
cap. 36. *de Matrimoniô p* 4

Qu

m benè E. tunc temporis pro voce DEI ndum fuiſſet, ſi Parentes clamaſſent: Sciem date eoque lumbos inungite! ubi Maorax & verax ex flagitioſâ libidine ob rem ream in medio ætatis flore & juvenili imentiâ Spadonem & eviratum habere, & t Juvenalis *Sat. 6.* loquitur, in Eunucho lli & mollibus ejus oſculis atque deſpene barbæ ſemper ſe delectare & exhilaraluit. Quid verò jam?
Cur tamen Eunuchos habeat Tua Gellia, is Baryche? vult futui Gellia, non pare. Ad baculum, ad baculum, quo pruritum nguite! Hoc pro voce DEI habendum eſi venerandus Magiſtratus, qui in hoc pasudulenter circumventus, & cujus conſenbdolè obtentus fuit, validum ejusmodi datum ederet, ut ad præcavenda ulteriora ta atque ſcandala utraque perſona in conti à ſe invicem ſepararetur & omnes illi, eſſimo huic operi obſtetricati ſunt, deœna afficerentur, rumpantur ut ilia Co Magiſtratus enim publicus in judiciis rum matrimonialium debet eſſe ſeverus; in paſſu Turcæ admodum ſoliciti ſunt, d extinguendam libidinis expletionem Euis, quibus ad mulierum ſuarum cuſtoutuntur, non modò teſtes, ſed caudam, *ratius* ait, ſalacem ferrô demetere ſolent. voce DEI habendum eſſet, ſi ex Conſi per univerſam regionem ad Parentes nes illos qui malis ſuis conſiliis opus hoc non dubitârunt, approbarunt, aut Interes in malitiâ ſua firmârunt, ferias admoes transmitterent, ut ab ejusmodi turpiriminibus poſthac abſtineretur. Eô in mbabus manibus in ſententiam Dn. Aſis conſentirem, dicendo: Domine Ju-Vox Parentum, Magiſtratûs & Conſiſto-x DEI eſt. Ipſe tunc primum veritatem gnoſcerem, licet nondum de bonitate, benè hic bolus palato arriſerit, intus fuerim. Quodſi verò hoc Magi alicui præjudicaret, ſi quis dicat, quòd d nimiô & inordinatô favore erga alifecerit, ſanè Potentiſſimus Ahasverus t ipſi omnibusque aliis Magnatibus, Cæs, Regibus & Monarchis præjudicaſſet, o de ſe ipſo fatetur, quòd omnibus naus clementiam ſuam indulgeat, præciutem eâdem Hamanum, ceu peregri ex ſanguine ſuo non prognatum, nec nilem, ſed hoſpitem ſuum, ita excepiſſet, dem Patrem ſuum vocaverit, & ut à quoro illo, qui Regi proximus eſſet, hojuſſerit: nonne & hic favor nimius & natus fuit? Magnates ſimul ſunt cles, multique è Miniſtris illorum peculiatagema norunt, gratiam illorum, favoamorem lucrandi, quô tamen ſæpe tur; & quoniam Domini animo ſe apnorunt, ſub ſpecie juris & æqui cauſam per ſe injuſtam ſub- & obreptitiè extorquere valent; cujus rei Dominus prius certior non redditur, quàm actus jam conſummatus ſit, huncque querelæ & judicia aliorum, imprimis exterorum, ſequuntur. Tunc ſanè minimè in contemptum & præjudicium Magnatum vergit, ſi pro re natâ cauſaque cognitâ dilectos ejusmodi Miniſtros luſcis oculis aſpiciant, eaque, quæ illis ex ſingulari gratiâ, ad falſa narrata & illegalem informationem indulſerant, ſuumque ſimul patrocinium oretenus æquè ac in ſcriptis deſuper promiſerant, retractent, totumque negotium, ut pietas, juſtitia & honeſtas requirunt, in integrum ſtatum & debitum rigorem reſtitui jubeant. Huc commodè regula *Iſidori* trahi poteſt: in malis promiſſis reſcinde fidem: in turpi votô muta decretum: quòd incautè voviſti, ne facias: impia enim eſt promisſio, quæ ſcelere adimpletur, *C. Ind. Cauſ. 22. qu. 4.* Eapropter Cæſares Romani, Pontifices etiam ſub graviſſimo ſuo regimine obſervârunt, quòd interdum inverecundam petentium inhiationem talia Reſcripta, Mandata & Conſtituta inſecuta ſint, quæ causâ legitimè cognitâ juribus & æquitati planè contraria fuerunt: unde & propria ſua Reſcripta non aliter valida eſſe voluerunt, niſi quatenus preces veritate niterentur: è contra verò, ſi res, ut narratum fuerat, ita ſe minus habere videatur, Mandata ſua inſuper habenda eſſe ſtatuerunt, ſicut id laudatiſſimi Imperatores Conſtantinus, Theodoſius, Valentinus aliique caverunt & reſcripſerunt. Imò Papa Alexander III. ſequentem in modum ſe erga Epiſcopum Ravennatenſem explicavit: Patienter ſuſtinebimus, ſi non feceris, quod prava nobis inſinuatione fuerit ſuggeſtum, *Theodorus Reinking. in Polit. Biblica L. 2. de Statu Politico, Axiomat. 26. p. 211. 212.* Adhæc Domino Judici diſplicere videtur, IV. Examinatores dixiſſe: Conſiſtorii Lipſienſis approbationem nullô niti fundamento, juſtisque cauſis carere: hoc enim non facilè præſumi poſſe de eruditiſſimis ejusmodi Theologis & Politicis, qui jurati Conſiſtoriis aſſiſtant pluresque conſcientiæ caſus reſolverint, quàm Concipientes Examinis, Conſiſtoriis ferè ignoti: quod ſc. aliquid ſine fundamento & ſine juſtis cauſis approbaturi ſint. Hîc Dominus Judex Speciem Facti ad manus ſumere, eamque, ut in punctô matrimonii contrahendi concepta & Venerando Conſiſtorio ad reſolvendum transmiſſa fuerat, inſpicere debuiſſet: juxta hanc enim Dnn. Aſſeſſores judicium ſuum formarunt, in adductis rationibus acquieverunt, easque cæteris paribus & rebus ſic ſtantibus approbarunt. Quòd autem ſententia hæc, tanquam fundamentum conjugii Spadonis allegare, velit, hoc ſane fundamentum ſine fundamen-

to eſt ipſaque definitiva ultra terminos ab ente ad non ens trahitur, quod fieri nequit. Procul igitur abeſt ab approbatione Conſiſtorii Lipſienſis, quod nullô nitatur fundamento careatque juſtis cauſis, quoniam reſpectu conjugii Spadonis illi nullum fundamentum, nec cauſæ legitimæ in requiſitione communicatæ fuerunt, ſicque Conſiſtorium falſo, utut citra præſcitum, fundamento nitens, legitimo fundamento ſententiam ſuperſtruere non potuit. Et ſi caſus purè clareque transmiſſus fuiſſet, quis noverit, quale tunc Decretum inſecutum fuisſet? Aliâs autem Conſiſtoria tali privilegio non gaudent, ut ab omni errore, omni tempore, in omnibus & ſingulis (cumprimis ſi malè informata fuerint, eximantur, ſiquidem

- - in multis labimur omnes.

Hoc enim in magno illo & celeberrimo Conſiſtoriô Hieroſolymitanô, Sanhedrim dictô, in quo tot Doctiſſimi Theologi & Politici conveniebant, imò in integris Conciliis multorum Epiſcoporum, Doctorum Virorumque illuſtrium obſervare licet, quam craſſos ſæpe errores commiſerint ſibique haud rarò contradixerint, de quo *Tomi Conciliorum* evolvi poterunt. Quoniam enim errare humanum eſt & Aſſertores homines ſunt, fieri utique poteſt, ut iis quoque in hoc paſſu aliquid humani contigerit. Hoc ſi fiat, facilè privatus aliquis illud agnoſcere poteſt, licet nunquam Conſiſtorio alicui, ut Judex, cohabitaverit magnaque volumina deciſionum è cerebro ſuô conceperit. Quæ tandem V. Dominus Judex contra Examinatores in medium adfert, eosque incuſat, quòd Aſſertori minus rectè contradicant, cujus ſententia non ſit, quod inter Spadonem & juvenculam verum & legitimum matrimonium intercedat, ſed quod idem tantùm tolerandum ſit, quem in finem præjudicium aliquod ex *Dedekenni 2. Vol. fol.* 348. (quod tamen eô in loco non invenitur) adfert indeque probare ſuſtinet, quòd, cum illi, qui contra jus divinum contraxerunt & præviâ pœnitentiâ ſe derelinquere nolunt, tolerandi ſint, hinc Spado quoque cum ſua tolerari debeat. Sanè minus rectè mentem Aſſertoris aſſecutus ſit, oportet, utpote qui non ſimpliciter tolerantiam intendit, ſed inſimul approbationem iſtius conjugii venatur; & licet 2. conjugia, quæ contra jus divinum contrahuntur, quandoque ob certas circumſtantias & gravibus de cauſis tolerentur, attamen (α) non exemplis, ſed legibus judicandum: adeoque (β) diligenter ponderandum eſt, an hæc tolerantia de factô & ex merâ autoritate humanâ, vel de jure & ob prægnantes quasdam rationes fiat? Equidem (γ) de paribus par judicium ferendum: ſed non de imparibus. Illic verum eſt matrimonium (utut illegitimum) dum copulatæ Perſonæ per cohabitationem conjugalem in unam carnem conjunctæ ſunt: hic autem inter Spadonem & venculam, utpote impotentem & pot tem, ubi in hâc quidem principium ge rationis paſſivum adeſt, Spadoni verò p cipium generationis activum deeſt, ade ut impotentia ejus perpetuum impedimen matrimonii ſit, ut nunquam in unam carn conjungi poſſint, verum matrimonium adeſt; unde de hoc, tanquam de imp par judicium ferri nequit. Quò minus e fornicatio perpetua (δ) quæ omnibus co & manifeſta eſt omnibus, ſalva conſcien citra ſcandalum publicum Eccleſiæque E gelicæ ignominiam, tolerandum eſt: eò nus quoque conjunctio Eunuchi cum Ju cula impuriſſima tolerari poteſt, manet ut DNN. Argentinenſes loquuntur, non vum ſcandalum, ſi tale in Eccleſiâ D E toleraretur, vel defenderetur, licet ipſe Judex hoc faceret.

XV. *Conſideratio Theologica D. G.* *conjugii inter Eunuchum cum juvencula contracti.*

In nomine Jeſu.

QUæritur: Si binæ Perſonæ, quarum ra juxta divina æquè ac humana ju matrimonium eſt inhabilis, publicè tam coniuges copulatæ ſunt, à Magiſtratu ſtiano ita ſimul ut conjuges tolerari p dummodò privatim & oretenus ſtipule quòd impoſterum ut frater & ſoror ſibi bitare velint?

Ad hoc ex Chriſtiana charitate & ſuetudine affirmando quidem reſponde eſſe videtur, conſiderando, quòd 1. a matrimonii commiſſus fuerit agnitus, non contemnenda largitio ad pias cauſa mittitur, è contra 2. futurus abuſus p puram commixtionem prorſus ceſſare Quo caſu 3. Moraliſtæ indulgent, ut ill ſibi ut maritus & uxor cohabitare non p nihilominus ut frater & ſoror mutua operam commodare poſſint, dummo utraque pars dono continentiæ ga quod binæ hæ perſonæ de ſe ſanctè reſ Huc 5. accedit reſpectus Magiſtratûs ſtiani, qui jamjam conjugium hoc & c tationem ſcienter indulſit, cujus ſimul matio periclitatur.

Verum enim verò, ſi in timore D his non obſtantibus, omnem reſpectu manum tantiſper ſeponimus, ſanctam voluntatem & ordinationem, ut & E ſalutem in ſimili negotio ſeriò penſitam lis indulgentia profectò coram ſupre dice excuſari nequit, & quidem ſequ de cauſis:

1. In duplici Reſponſo binarum Evange-
rum, earumque extranearum & prorſus
artialium Facultatum Theologicarum ſuf-
enter & unanimiter è ſacro æquè ac profa-
jure allegatum fuit, conjugium ejusmodi
minandum abuſum, ludibrium & deho-
tationem illius ſtatûs eſſe, quem DEUS
viris & mulieribus perfectis, ad conſer-
onem & propagationem generis humani,
ituit. Quodſi jam hoc DEO abominatio
ut Evangelici æque ac Pontificii unanimi-
fatentur, neceſſariò ſanè abominatio illa
ibiliter eſt tollenda, alioquin DEUS minus
oratur, quàm mortales. Licet Iſraelita
lam ſtipuletur, ſe idola non amplius invo-
rum, ſed in favorem aliorum tantum re-
urum eſſe, id tamen non procedit; ab-
natio radicitus tollenda erat.

2. Inexcuſabile eſt duorum hominum pu-
iam contumeliam plus valere, quàm totius
eſiæ ſcandalizationem. Simplices aliique
er in eâ detinentur opinione, quòd, cùm
onæ hæ ad mandatum Superiorum publicè
opulam Sacerdotalem junctæ ſint, in uno
n thoro & convictu ſimul relinquantur,
t hic & alii palam ut conjuges ſe tractent,
ldeambulent & vehantur, homines ejus
i pro veris conjugibus habendi ſint, cùm
n inordinati ardoris ergò olim ita ſe obli-
rint. Simplicibus ergò in vanâ hâc opi-
e permanentibus, ſanè illi, qui eosdem in
onfirmant, aut confirmari curant, ſcanda-
jus cauſa ſunt. Scienti enim bonum fa-
(ſcandalum abrogare) & non facienti pec-
m eſt illi, *Jacobi* 4. §. 17. Qui murum
per circuitum aut puteum non curat, reus
nguinis, in præceps ruente alio, *Deut.*
. 8. Quid ille mereatur, qui vel mini-
ſcandalum præbet, non opus eſt, ut
emus.

3. Extranei Pontificii & Calviniani ſub ul-
ri tolerantiâ Eccleſiam noſtram, ceu or-
& diſciplinâ carentem, ludibrio excipient
famabunt, quod tales ut conjuges inter
alam toleremus, qui tamen ab antiquis
ac modernis Doctoribus noſtratium in
is publicis, imò unanimiter ab omnibus
ificiis damnentur. Quodſi libelli qui-
famoſi, ſive brevi, ſive poſthâc de hac
erentur, nemo illis obviam ire valebit,
nulla diſplicentia aut mutatio publica in
obſervata, aut ſententia quædam publi-
fuerit. Perpetuum igitur opprobrium
etiam penes poſteros duraturum, ſub
t, hæcque macula vix unquam delebilis
Imò Provinciæ ad unam omnes (pro
ndum res ſatis ſuperque innotuit) non
t non differere, quod, cum Perſonis
bsque ulla contradictione ſimul habitare
, neceſſariò & unanimiter Theologi
ac Politici conjugium hoc pro genuino
itimo habuerint & declaraverint.

4. Hôc modò Juvencula continuo pericu-
lo expoſita relinquetur, dum præſentia quo-
tidiana antiquum ardorem libidinis reſuſcitare
poſſet. Ignis urere non deſinit ſtramini vici-
nus. Adhæc in illa hactenus obſervari non
potuit, quod prioris ſcandali pœnitentiâ du-
cta fuerit. Alia pericula hinc pertimeſcenda
reticeo.

5. Si hoc prorſus immutatum negligatur,
mox alii in actionibus ſuis illegitimis ad ſoro-
rium ejusmodi adjutorium provocabunt.

6. Declaratio & cautio de non amplius
commiſcendo, quâ nunc contenti eſſe debe-
mus, contra ſcandalum hoc remedium pror-
ſus impar & inſufficiens eſt. Copulatio publi-
cè facta eſt, declarationis autem nemo con-
ſcius eſſe debet. Deſponſatio, quæ ſub au-
thoritate ſummâ Magiſtratus Chriſtiani (non
ſufficienter informati) conſummata fuit, & ita
illi æquè ac toti Eccleſiæ præjudicium crea-
vit, undique percrebuit: hæc verò de-
claratio in ſecretis haberi debet, ne utra-
que perſona contumeliis afficiatur, licet
ſummus Magiſtratus ipſaque Eccleſia, illò-
rum intuitu, malè audiat & audire debeat.
Deſponſatio jurata quaſi erat, ſeparatio ve-
rò à commixtione conjugali clandeſtina eſt &
arbitraria cum reſervatione quaſi palinodiæ.
Adhæc declaratio hæc, ſi perſonæ ſimul coha-
bitant, incredibilis ferè eſt. Quantos ſtimu-
los & uſtiones ſentiant caſtrati, è propria illo-
rum confeſſione & ſcriptis publicis conſtat.
Continentiam juvenculæ viro aſſuetæ apud vi-
ros & maritos mundus non credit, imò ridet
illos, qui ex Chriſtianâ charitate, abſque ſuſpi-
cione, eandem adeſſe crederent. Magiſtratus
ſummus eô in caſu in ſuſpicionem trahitur,
ac ſi fidem haberet ſimili declarationi, huic-
que ſuperinſtruere ulteriorem cohabitatio-
nem, ſuoque conſenſu aliorum quoque aſſen-
ſum deſiderare & lucrari, ut cum illo pro ve-
ritate habeant, quòd, licet juniores ejusmodi
homines in eadem domo, camerâ & lecto ſibi
cohabitent (quod ſororibus & fratribus
neutiquam permiſſum eſt) nulla tamen
conſuetudo & commixtio alia pertimeſcen-
da ſit.

Porrò nociva quoque eſt illa cohabitatio.
Si rurſus conſueſcant, hocque Sacrificulo ſuo
confitetur Spado, nulli is culpam tribuere va-
let, quàm illis, qui cohabitationem illam non
reſcindunt, cùm tamen ad id teneantur. Mu-
lieris Confeſſionario adhuc pauciora remedia
ſuppetunt malo huic obviam eundi; ejus ergò
culpa erit, qui cultrum in furioſorum aut in-
fantum manibus relinquit, quem tamen,
ne vulnerentur, relinquere non debebat.
Quisquis enim mala præcavere valet, & non
facit, malorum ſe participem reddit, eorum-
que rationem reddere tenetur. Unde ſuffi-
cienter concludi poteſt, tamdiu neque ſcan-
dalo publico mederi, neque iram DEI averti,
nec

nec ulteriora diffidia, quæ pertimeſcimus, ſubſannationes & diffamationes evitari poſſe, quamdiu binæ hæ perſonæ ſibi cohabitant, licet ſecretum ejusmodi propoſitum aut declaratio negotium hoc in alium ſtatum transtuliſſe videatur.

Quod verò argumenta in principiô allata attinet, ſatis quidem plauſibilia videntur, vix tamen aliter, quam poſt ſubintellectam remotionem obſtaculi primarii, vel poſt publicam declarationem & actualem ſeparationem binorum, ut putantur, Conjugum. Per mulctam ad pios uſus, per reſciſſionem rerum illicitarum conſcientiæ Perſonarum ſolitariò viventium quodammodò quidem conſulitur, aſt ubi Eccleſia interea? ubi conſcientia tot millium Chriſtianorum, in ſiniſtrâ opinione permanentium? Non ſufficit vitare facinora, ſed & ab (NB.) omni malâ ſpecie abſtinendum, 1. *Theſſal.* 5. §. 22.

Si Herodi non licet habere uxorem fratris ſui, *Matth.* 14. §. 4. aut uxorem Patris, 1. *Cor.* 5. 1. non licet etiam cum ſcandalo aliorum & ſuſpicione ſiniſtrâ, ut ſoror & frater in eadem menſa thoroque concumberet. Quamdiu enim conſueta hactenus cohabitatio ſine ulla ſenſibili immutatione & ſententia duraverit, tamdiu durabit ſcandalum, ſuſpicio, diffamatio: & de his rationem reddere tenentur illi, qui hæc immutare poſſent, ſed nec faciunt, nec facere volunt. Quis reſciverit hoc vel illud ad pios uſus dari, aut ædificari, ubi deficit ſententia Judicis, quæ alios ejus rei certiores reddat? Quis fidem adhibuerit clandeſtinæ illi declarationi, quam partim neſcit, partim pro incredibili habere tenetur? Quinam Magiſtratus Chriſtianus illorum excuſationem in ſe ſuſcipiet, de quibus minus rectè informatus fuit? Vel quis contra DEI ordinationem contrarii quid propugnaret? DEUS T. O. M. cum Eccleſiâ ſua plus valere debet, quàm pauci, imò omnes homines, *Act.* 4. §. 9. Magnates ſæpè circumveniri aut præcipitari poſſunt, qui abhinc majori cum gloriâ retractant aut cautiores inquirunt, quàm ut erroneum quid defendant. Quamvis hic vel ille Theologus ab initio privatam quandam & ſingularem opinionem foveat de quæſtione aliqua, attamen meritò ſpiritui Prophetarum ſe ſubmittit, 1. *Cor.* 14. §. 32. adeoque integra, eaque impartialia Collegia, quæ jura tam divina, quàm humana ob oculos poſita habent, plus valeant, oportet, quàm unicus, qui ſtatum controverſiæ nondum probè cognovit, aut ſub intricata quæſtione ſe poſtmodum ſeductum eſſe comperit. Rex Rehabeam ad unius Prophetæ Semajæ perſuaſionem omnem militum electionem retractabat, utut jam 180000. virorum collegiſſet, 1. *Reg.* 13. §. 21. Rex Ahasverus, Rex Darius coram omni populo reſcindebant Decreta ſua, is in exſtirpatione Judæorum, hîc in punitione Danielis, *Eſth.* 8. v. 7. *Dan.* 8. §. 8. *& ſeqq.* Monar[...] Nebucadnezar abrogabat edictum ſuum de [...] tua aurea, *Dan.* 6. v. 16. Rex David, cum [...] negotiatione cum Uriâ peccaſſet, non v[...] batur id coram univerſi totius incolis in [...] ſcriptione *Pſalmi* 51. retractare. Nat[...] mentem ſuam de ædificatione templi, q[...] Davidi aperuerat, corrigebat, 2. *Sam.* 7. [...] *ſeqq.*

DEUS T. O. M. Spiritu & gratiâ ſuâ ſ[...] Uncto ſuo perduret, Ejusque Domum Ser[...] ſimam & territorium ab omni malo prote[...]

CASUS VII.
DE ARTHRITICO AD TORT[U]RAM INHABILI.

Species Facti.

Johannes Meyen ob delictum aliquod i[...] ceratus & poſt transmiſſionem Actoru[...] quiſitionalium ad torturam condemnatu[...] hanc avertendam ſe arthritide laborare [...] bet: adeoque Defenſor ejus contra exec[...] nem ſententiæ illius proteſtando perſona[...] modi de jure à torturâ exemtas eſſe [...] Prævia E. requiſitione Inſpectio hujus In[...] D. Fiſchero, Med. Prof. Extraord. Erfu[...] ſi, committitur, qui morbum hunc in [...] ſervans judicium ſuum impertiebat, Inqui[...] absque periculo torturam ſuſtinere non [...] ut ex *Conſiliis* ejus *Medicis*, *A.* 1704. [...] *cem editis*, *p.* 96. eluceſcit. Hoc tame[...] obſtante tortura primi gradûs decernitur[...] actum deducitur, ſed infeliciſſimo e[...] Denuò E. requiſitus ab Advocato, an & [...] dum torturæ gradum ſuſtinere poſſet dic[...] quiſitus? ſeq. in modum

Reſponſum D. Johannis Andreæ F[...] ri de inhabilitate Arthritici a[...] Torturam

repetitum fuit: Prævia requiſitione [...] Löberi, Advocati Jud. Elect. hujus lo[...] de ſymptomatibus Inquiſitum Meyen [...] poſt torturam affligentibus, ac, an Inc[...] absque periculo vitæ majori torturæ gr[...] geri poſſit? judicium meum Medicum [...] tirem: non potui legitimo huic petito [...] trahere, ſed officioſè referre volui, qu[...] gata & juxta tenorem protocolli Duum[...] à Cibatore confirmata ſymptomata, ſe[...] tenoris, quod ſcil. Johannes Meyen no[...] turam immediatè ſequente inſigniter eju[...] & ſuſpiraverit & impatientiſſimè ſe geſſ[...] Cibatori quærenti, quæ patiatur? de [...] conqueſtus fuerit, dicendo, eadem ad [...] usque ardere inſtar ignis, ita ut brachia [...] grare putaret: quòd binis abhinc di[...] gore quodam correptus fuerit, ore [...]

oreſcente & in puſtulas ſurgente, inſequen- æſtu & calore p. n. facie rubeſcente tumida- e &c. utplurimùm à ſtagnatione ſanguinis ymphæ acrioris atque convulſione partium voſarum, hæc autem partim à contuſione compreſſione vaſorum & membranarum, applicationem inſtrumentorum compri ntium (*der Daumen-Stöcke und Schnür,*) ductarum, partim à terrore & alteratione gni oborta fuerint, quod è paroxiſmo fe- i & tumore eryſipelaceo ſimul obſervatis riſſimè eluceſcit, qui niſi inſecutus fuiſſet, uiſitus, ſi non apoplexiam, ad minimum alyſin partium in tortura magis affectarum icilimè vel planè non effugere potuiſſet, que magis, quòd præter hæc, ut aliunde nperi, de capitis quadam gravitate atque eudine conqueſtus fuerit, ita ut ægerrimè teritorum reminiſci, aut præſentia cogno e potuerit; quæ reverâ cauſa eſt, cur Cele ores Caſuiſtæ in Republicâ Medicâ Arthri- os & in ſpecie chiragra laborantes ab hoc tor- e gradu exemtos voluerint, quem præſens niſitus ſuſtinuit: quia metuendum eſt ex applicatis tormentis morbum in ipſo tortu actu invaliturum, aut ſymptomata gravius entia acceſſura: videatur

Zacchias Quæſt. Medico-Leg. l. 6. tit. 2. quæſt. 5. num. 3.

Bohnius Spec. Medic. Forenſ. Diſſ. 2.

oniam igitur Actus hic tragicus à parte In- ſiti tam malè ceſſit: facile colligere licet, enam ad propoſitam quæſtionem reſpon- da ſint? ſiquidem & hic commune pro- bium obtinet: ubi rerum teſtimonia adſunt, opus eſt verbis: & ut *Cicero Orat. pro l. pag. m.* 290. loqui amat: res loquitur , quæ ſemper valet plurimum. Scilicet omninò inficiari poſſumus, ſub aggra- one torturæ ſupra enumerata ſymptomata tantum pejora evaſura, ſed & in corpore phlegmaticò, ſi non formalis apoplexia itoſa, ad minimum tamen paralyſis quæ- , aut hemiplexia pertimeſcenda foret, ar- ento à minori ad majus deſumpto; quem odum præter hæc arthritici ex genere phleg- ico-melancholicorum, iique, qui con ionibus tentantur, ad paralyſin inſigniter inant, cumprimis ſi per terrorem inſignio- motus Naturæ criticus inhibeatur,

ungk. Prax. Med. p. m. 80. 177. 178.

t & Celeberrimus

Bohnius l. c. ut &

Zacchias l. a. n. 8. 9. 13. 14.

eſſè teſtantnr, quod neque arthriticus, ue is, qui paralyſin artuum aliquando paſ- ſt, aut cui hæc imminet, nec corpora obe torturæ ſubjicienda ſint.

Quoniam igitur Inquiſitus ad omnes has claſſes referendus eſt & antecedentes gra- torturæ inferiores jamdum infeliciſſimè *ovell. Val.* ceſſerunt; hinc rebus ſic ſtantibus rationibus Medicis & aſſenſu Clariſſimorum Virorum ſe- cundantibus nihil aliud judicare poſſum, quàm graviores torturæ gradus admitti non poſſe, niſi Inquiſitum in ultimum vitæ diſcrimen præci- pitare, aut ad minimum mutilum aut homi- nem miſerabilem ex illo efficere velint, qui neque ſibi, neque ſuis neceſſaria procurare poſſit. Datum *Erfurti die* 28. *Octobr.* 1700.

Joh. Andreas Fiſcher, Med. D.
Prof. Publ. Med. Prov. Duc. Iſenac.

CASUS VIII.
DE INCESTU CUM IMPUBERE.

Species Facti.

ELias N. Incola Lehelizenſis, in ſuſpicionem incidit, quod cum Privignâ ſuâ Eliſabetha inceſtum commiſerit, quæ puella 13. circiter annorum erat & à privatis primùm, mox à Paſtore loci tandem & judicialiter examinata fatetur, quòd Vitricus ſuus non tantùm ali- quoties ſibi ſtuprum attentaverit, genitalia attrectaverit &c. ſed & ultimò retro horreum in terram poſtraverit, denudaverit, rem ſuam abominandam (uti loquebatur) è braccis protraxerit ſuoque corpori immittendo ſe cum illâ carnaliter miſcuerit. Inſtituto Proceſſu Inquiſitoriô re ultrò citroque ventilatâ puella tandem omnia negat, revocat & ſe ab alio ad ea proferenda ſubornatam fuiſſe aſſerit. Tan- dem Vitricus juratò ſe purgans abſolvitur. Va- ria autem Reſponſa durante Proceſſu expetita è ſeqq. hauriri poſſunt.

Reſponſum I. DNN. Scabinorum Lipſienſium.

P. P.

TRanſmiſſo nobis Mandato Principali Saxonicô in originali, denunciatione ju- diciali & quid Elias N. in ſcripto ſuo quæſiverit, una cum Actis contra Eliſabetham N. & ſub- junctâ quæſtione: Nos Scabini Electorales Lipſienſes juri conſentaneum eſſe dicimus: quod Eliæ N. ſi non obſtante omni adhibita diligentiâ obtineri nequeat, deſideratus ſalvus conductus, depoſitis primùm 200. fl. vel ſi conjux ejus delictum ipſi condonare & non attendendo fidem ab illo fractam ipſi porrò cohabitare voluerit (de quô meritò primum audienda erit) 100. florenis, impertiri poſ- ſit, adhæc is articulatim examinandus & ad defenſionem admittendus ſit. His factis, ejus non minus, quàm incarceratæ Eliſabethæ intuitu decidetur, quod juſtum

erit. Omnia de jure. Atteſtante ſigillo noſtro, Lipſ. M. Junio, 1681.

Scabini Electorales Lipſienſes.

Sententia DNN. Scabinorum Lipſienſium.

P. P.

QUandoquidem Nobis Mandatum Principale Saxonicum in originali, denunciationem judicialem, inquiſitionem & articulos inquiſitionales Eliam N. ejusque Privignam Eliſabetham N. concernentes eorumque reſponſiones, teſtium juratorum depoſitiones, inſtitutam confrontationem, Inquiſiti defenſionem, reliquaque acta inquiſitionalia cum adjuncta quæſtione transmiſeritis, & informationem juris circa eandem petieritis:

Hinc Nos Scabini Electorales Lipſienſes juri conſentaneum eſſe dicimus:

Incuſatur Inquiſitus Elias N. quod cum dicta ſua Privigna Eliſabethâ N. puellâ 12. annorum cum dimidio adulterium & inceſtum commiſerit; utut autem, dum articulatim ea de causâ perciperetur, omnia negaverit: quoniam tamen ipſa Eliſabetha N. in Reſp. & articulos inquiſitionales idem affirmat & ſub confrontatione fol. 61. & ſeqq. hoc Vitrico ſuo in faciem aſſeruit, quod in angulo prope horreum, cum ante 5. ſeptimanas, ante feſtum Pentecoſtes anni nuperrimè effluxi 1681. veſperi circa horam 10. Eilenburgo domum veniſſet ſecumque per horti januam in prædium ſuum abiret, eandem in terram poſtraverit, primò juxta & abhinc ſupra eandem jacuerit, divaricatis cruribus eandem ubique attrectaverit, rem ſuam corpori ejus infixerit, & cum ejularet, verberibus comminatus fuerit: ſimiliter quòd antehâc, cùm mater ægrotabat, illaque cum hac in eodem lecto dormibat, eò venerit: ſub lecto ejus corpus attrectaverit: adhæc Teſtis N. refert, quòd, cum eôdem tempore carpento in prædium contenderit equosque jamjam in ſtabulum deduxerit, in angulo retro horreum ejulatum quendam perceperit: tandem & Inquiſitus, quamprimùm hæc talia increbuêre, in fugam ſe dedit, hæcque omnia in defenſionalibus ſuis eâ, ut decebat, ratione, non declinavit, omnia juxta fuſiorem tenorem actorum inquiſitionalium nobis transmiſſorum;

Hinc ex his & aliis apparet, quod ante omnia Inquiſitus ſalvo conductu, quem obtinuit, privandus, ad carcerem mancipandus, & niſi ſponte veritatem confiteri voluerit, de jure Carnifici hac ratione committi poſſit, ut eundem veſtibus exutis denudare, ad ſcalam deducere & inſtrumenta ad torturam deſtinata oſtendere, imò & pollices ſolito tenaculo comprimere poſſit: attamen ut hic ſubſiſtatur hâc vice cum Inquiſito nil ulterius ſuſcipiat[...] ubi ſimul ſeriò ex illo quærendum: an c[...] Privignâ ſuâ Eliſabethâ N. adulterium & [...]ceſtum commiſerit, quando, ubi & quot[...] idem contigerit? Quodſi abhinc aut ſpontan[...] aut coram Carnifice ab illo prolata confe[...] debita cum diligentia annotata, ad acta te[...] & cum hiſce remiſſa fuerit, decidetur, q[...] juſtum eſt. Contra dictam Eliſabetham verò, ultra incarcerationem illam diutin[...] nil amplius tentandum, ſed illa à vinculi[...]beranda erit. Omnia de jure. Atteſtant[...] gillo noſtro. Lipſ. M. Aprili 1682.

Scabini Electorales Lipſien[...]

Reſponſum II. Dnn. Scabinorum [...]pſienſium.

P. P.

POſtquam diverſa mandata Principalia S[...]nica in originali, & quæ Elias N. in ſcr[...] petierit, una cum actis inquiſitionalibus co[...] eundem & Eliſabetham N. ventilatis N[...] transmiſſa & de ſubjuncta quæſtione legale [...]ſtrum judicium requiſitum fuerit; hinc [...] Scabini Electorales Lipſienſes juri conſe[...]neum eſſe dicimus:

Quod ſi Elias N. aut conjux ejus Eliſab[...] docere poſſint, 9. jugera agrorum fol. 16[...] illis indicata, ſub præfecturâ Delitienſi ſit[...] ſe hæreditariò poſſideri & cautionem deb[...] præſtiterint, hæc meritò, niſi quid in co[...]rium habeatis, acceptanda, & Eliæ N. q[...]tus ſalvus conductus indulgeri poſſit; q[...]admodum Judex Provincialis & Lictor [...] per fol. 154. & ſeqq. productis articulis d[...]ſionalibus audiendi erunt. De cæterò [...]tum Inquiſiti de examinando Actuariô & [...]ſpectione Eliſabethæ N. locum non habet[...]que tenetur, ut poſthâc aliô Defenſore, [...] verò Daniele Siegfriedio, utatur, cui utiq[...] officii veſtri Praxin interdicere poteritis, i[...] de jure. Atteſtante ſigillo noſtro. Lip[...] M. Martio 1683.

Scabini Electorales Lipſie[...]s.

Reſponſum Facultatis Medicæ Lip[...]ſis; de incertis virginitatis ſignis [...] inſpiciendo ventre.

P. P.

QUùm è Nobis ſcire deſideres: A[...] Privignâ Tuâ, quòd ante binos a[...]

no ætatis XII. ſe carnaliter Tecum mi-
uerit nec ne? per inſpectionem infallibilia,
l ad minimum valdè probabilia indicia in-
niri poſſint? & quænam illa ſint?
: prævià Collegiali ponderatione reſpon-
us: Quòd nonnulla quidem aut læſæ, aut
ræ virginitatis ſigna à Medicis allegentur,
nen cum eadem in Adultis valdè dubia
certa ſint; hinc ad quæſtionem Tuam hâc
nil certi determinari & decidi poterit: ſed,
d Privignam Tuam & inculpationem illam
et, in prudentis cujusdam Medici juratæ.
Obſtetricis inſpectionem & relationem re-
dabit. Lipſiæ die 2. Aprilis 1683.

Decanus, Senior, aliique Doctores & Aſſeſſores Facultatis Medicæ.

---

ectio puellæ Duodecennalis, pro de- florata habitæ.

Oſtquam Eliſabetha, Eliæ N. Incolæ Lehe-
lizenſis conjux, mihi in fine nominato die
prilis currentis modò anni 1683. retulit,
ratione allegatus maritus ejus jam ante 2.
os coram Judicio Principali Saxonico-
tisburgenſi hic Delitii à Dn. Paſtore Hohen-
enſi, Jona Ditſchero, incuſatus fuerit,
cum filia ſua prioris conjugii, Eliſabetha
nno ætatis XII. inceſtum commiſerit: ea-
de causâ conjux ſeu maritus ejus, ad inno
iam ſuam indicandam defenſione quadam
s habeat: Adhæc filia ejus fluxum men-
um nunquam experta ſit, ſibique ex oculari
ectione genitalium in filia, prout ſibi vide-
r, ipſamet tantum ſemper obſervaverit,
d factum illud marito ſuo imputatum nul
odò commiſſum eſſe poſſit: Meque pro
eà requiſiverit & orarit, ut (dum Ampliſ-
Facultas Medica Lipſienſis in Reſponſo
dam die 2. Aprilis hujus anni ad requiſitio-
ejus impertitô ſtatuit, quòd indicia aut
aut integræ virginitatis culpæque marito
adſcriptæ in prudentis cujusdam Medici &
æ Obſtetricis inſpectionem, & relationem
ndatura ſint) quamprimum inſpectionem
tenorem dicti Reſponſi, pro debita remu-
tione inſtituere vellem; hinc in ſubſidium
atis ipſius petito repulſam dare nolui, nec
i, ſed inſequente 4. die Aprilis in ædibus me-
a cum jurata hujus loci Obſtetrice, Marga-
a, Andreæ Welleri viduâ, ut & Roſinâ,
Hermanni Flöneri, Chirurgi Provincia-
conjuge, ſupradictam Eliſabetham N.
juxta matris ſuæ relationem, nuperrimo
hatis feſto decimum quartum ætatis an-
eſt ingreſſa, genitalia inſpexi, omnia pro-
bſervavi atque reperi:

Quod 1. Pudendum externum cum con-
finiis, glabrum omninò pilisque deſtitutum
fuerit.

2. Labiis vulvæ ab Obſtetrice diductis, intus retro labia modò dicta, in fine vaginæ uteri tenuis membrana inventa & conſpecta ſit mediaſtino haud abſimilis, quæ ſub meatu urinariô à caruncula myrtiformi illic occurrente oriebatur & in vaginâ uteri, haud aliter ac diaphragma in thorace extendebatur & in extremitate plurimis ſubtilibus & inſigniter rubeſcentibus vaſis ſanguiferis obſita erat, figuram circuli rotundi & in mediô rimulam oblongam habens.

Quoniam igitur per rimulam hanc penis erectus intrudi non potuit, ſed membrana ipſa unà cum vaſis ſanguiferis neceſſariò dilacerata fuiſſet: multò minus absque membranæ hujus disruptione Elias N. penem vaginæ uterinæ immittere eoque orificium uteri internum attingere potuiſſet: hæc ipſa membrana quoque, tanquam virginitatis ſignum, à plurimis Celeberrimis Anatomicis, e. g. in *Dn. D. Welſchii lib. Obſtetricio p. 1. pag. m. 28. Ammani Paræn. L. V. Sect. 1. c. 2. §. 36.* cum primis autem à *Caſp. Bartholino in Inſtit. Anatom. L. I. c. 31. p. m. 169. 170. & Veslingii Anat. c. 7.* recenſetur, & eadem ratione, quâ à me & allegatis mulieribus obſervabatur, deſcribitur: è contra membrana hæc, quamprimùm per coitum lacerata aut per quamcunque cauſam externam læſa fuit, per remedia artis reſtitui nequit, *vid. Paracelſus de ſang. ultra mortem, Reinkingii Politia Biblica Axiomat. 16. p. 751*; hinc ex omnibus hisce clarè deduci poteſt, quòd apud dictam Eliſabetham N. intruſio penis peracta non fuerit; quemadmodum hoc non tantùm hisce ſuſtineo, ſed & ſupradictæ fœminæ, conjux ſcil. Chirurgi Provincialis & jurata Obſtetrix factum illud indicatum pro impoſſibili & infectô agnoverunt. Et licet penes multos Medicos virginitas reparata & reſtituta obſervata & allegata ſit, prout inter alios *Höchſtetterus* refert, quòd ancilla quædam, ut ſponſa virgo appareret, balneo quodam, in quo radix conſolidæ majoris decocta fuit, uſa ſit, cui balneo, cum hera inſcia inſediſſet, orificium pudendi ei ita coarctatum fuerit, ut maritus uxorem clauſtrum virginale recepiſſe miraretur, conf. *Sennert. L. IV. Prax. Sect. 1. cap. 1. p. 5. Ranchinus de Morb. Virgin. Sim. Paulli Quadripart. Botan. Cl. 2. p. 17. Hoffman. Clav. Pharm. Schrœd. L. IV. Sect. 1. p. 404.* attamen hæc & ſimilia meræ ſophiſticationes ſunt, dum ſc. decoctis ſingularibus per fotum & ſuffumigationem genitalia muliebria nimis dilatata rurſus coarctantur & conſtringuntur, ſimul etiam mammæ duræ & rotundæ redduntur: nullo modo autē de læſa membrana virgineâ reparata intelligenda, utpote quæ juxta ſupra allegatos aliosque Autores irreparabilis, nec unquam indefloratis & maritatis ſub ſectione

Novell. Val. (L) 2 Ana-

Anatomica inventa eſt. Ad majorem confirmationem Atteſtatum hoc, fundamentis Anatomico Phyſiologicis conforme, propriâ manu ſubſcripſi & ſigillo meô conſueto munivi. Sign. Delitii die 11. April. 1683.

(L.S.) *Joh. Caſp. Weſtphalus, D. Phyſ. Provinc. Saxon. Delit. & Bitterfeld.*

Reſponſum II. Facultatis Medicæ Lipſienſis deſuper illæſa Virginitate.

P. P.

QUandoquidem de novô Collegiale noſtrum judicium de ſeq. Quæſtione deſideras:

An ex documento B. inibique allegato ſtatu cauſæ & circumſtantiis Virginitas Privignæ Tuæ pro illæsâ, ſi non ex principiis infallibilibus, attamen aliquali modô probabilibus habenda ſit?

Hinc Medici Atteſtatum, ſeu Relationem Inſpectionis debitâ cum diligentiâ perlegimus, circumſtantias probe perpendimus, & tantum obſervavimus, quod, ſi in Privigna Tua quoad omnia, ut ab allegato Medico relatum fuit, res ita inventa fuit, ſigna illa pro ſatis probabilibus Virginitatis illæſæ habenda ſint; quod Te, cum remiſſione documentorum ſub A. & B. celare noluimus. Lipſiæ die 21. Nov. Anno 1683.

Decanus, Senior aliique Doctores & Aſſeſſores Facultat. Medicæ hujus loci.

Sententia Ampliſſ. Facultat. Juridicæ Wittenbergenſis.

P. P.

TRansmiſſis nobis Defenſionalibus Eliæ N. Actisque Inquiſitionalibus contra Eundem ventilatis & requiſito judicio noſtro Nos Decanus, Ordinarius aliique Doctores & Aſſeſſores Facultatis Juridicæ Wittebergenſis exiſtimamus, pronunciamus & profitemur, Actis illis conforme & legibus conſentaneum eſſe, quòd Elias N. in defenſionalibus ſuis nihil, quod illum ſublevare poſſit, deduxerit, eâque de causâ Sententia fol. 122. Act. invenienda in eô conſummanda ſit. De jure. Atteſtante ſigillo Fac. noſtræ. Sign. Wittebergæ M. Aprili A. 1684.

Decanus, Ordinarius, Doctores & Aſſeſſores Facult. Jurid. in Acad. Wittenbergenſi.

Sententia Facultatis Juridicæ Jenenſis.

P. P.

TRansmiſſis Nobis Actis Inquiſitionalibu[s] & deſiderato judicio noſtro, juri conſe[n]taneum eſſe dicimus: quòd tantùm ex ill[is] eluceſcat, Inquiſitum teneri, ut præviâ ſer[ia] commonefactione de graviſſima perjurii po[e]nâ, in præſentiâ Theologi cujusdam, jur[a]mentô ſe purget, quod cùm Privignâ ſua carnaliter non miſcuerit; ſive jam id feceri[t] ſive non fecerit, porrò futurum erit, qu[od] juſtum eſt. Omnia de jure. Atteſtante ſigil[lo] noſtro.

Ordinarius, Decanus, Senior ali[i]que Doctores Facultatis Juridi[cæ] in Acad. Jenenſi.

Reſponſum III. Dnn. Scabinorum Lipſienſium.

ELiam N. poſt juramentum præſtitum [di]mittendum, & nonniſi ad expenſas pro defenſione erogatas condemnandum e[ſſe]. Lipſiæ M. Julio 1684.

Scabini Electorales Lipſien[ſ].

CASUS IX.

DE MASTUPRATIONE IN PUE-LO QUINQUENNI, A PUELLA X[III]. ANNORUM, MENTULAM CUNN[O] INTRUDENTE, PERPETRATA.

Species Facti.

EX Denunciatione Patris ſeq. pateſc[it]: Anno 1678. die 28. Maji Andreas Kü[...]e Jun. Zennewizenſis indicat, quòd filiolus [...]s Zacharias, præter propter 4. annos & 6. me[n]s[es] habens, ultimâ ſeptimanâ ante feſtum Pe[nte]coſtes hujus anni, ad Annam Mariam, J[...] Teucheri filiam, (quæ puella ſit XIII. circ[i]t[er] annorum & ſæpius hactenus domum ſuam [fre]quentârit, ut penes uxorem ſuam nere di[sce]ret) hîc Brehnæ ſponte ſuâ dixerit: Tu [...]che, tu me ſemper detegis, meque int[...] mora tua ponis & ſ. v. pudenda mea tuis [ap]plicas &c. quod infans aliquoties repetieri[t] & quòd res non aliter ſeſe habeat, illi in fac[ie]m dixerit, imò ſe matri illius omnia denun[cia]re velle, addiderit: quòd & conjux [...]

hæc perciperet, terrore perculſa dictam
lò Teucheri filiam ſtatim examinaverit,
ue omnia exprobraverit, quam, cùm ne-
quam confiteri voluiſſet, admonuerit, ut
oſterum à ſimilibus abſtineret. Addebat
em ſuum, Andream Kühn, ſeniorem,
l ita pridem narraſſe, ſe, cùm paucis ſe-
anis ante feſtum Pentecoſtes in hortô ob-
ularet, ſupradictam Annam Mariam Teu-
iam, cum dicto ſuo filiolo, retro furnum
rium adortum fuiſſe, ubi in dorſo ſupina
buiſſet, & ultra genua denudata fuiſſet,
lo (qui laxis & apertis braccis indutus ſit)
r crura detento, quîcum, ut omninò vi-
tur, indecora perpetraverit: eamque ob
am ſe mulierem ſuam, quùm illi talia nar-
, petiiſſe, ut Teucheriam ædibus ſuis ex-
eret, ne fortè mali quid inde proveniret.
im tamen eandem adhuc aliquoties do-
n ſuam frequentaſſe. Adhæc præterita I.
à Pentecoſtes filiolum ſuum Zachariam
ter malè affecta virilia legitimè progredi
potuiſſe, eamque ob cauſam miſerrimè
ueſtum fuiſſe: cùm ergò Parentes, inde
moti, pudenda inſpexerint, apparuiſſe,
l mentula non tantùm tumida, ſed & ex-
ta peſſimèque affecta fuerit, ita quidem,
pera Gottofredi Schoberi, Chirurgi Hal-
s, exoranda fuerit, è cujus Atteſtato ſub
☽. puerulı ſtatus fuſius videri poſſit:
um interim, nondum penitus in integrum
utum, conſtanter aſſerere, quòd Anna
a Teucheria aliquoties in areâ horti au-
riâ inhoneſta ejusmodi ſecum ſuſceperit, &
t è ſermonibus ejus hauriri poſſet, carna-
, miſcuerit, ejusque pudenda ita læſerit,
cilè vitâ, aut ad minimum ſanitate cor-
li privari potuiſſet; quæ omnia judicia-
indicare, & ut allegata Teucheria, ſive
ſſa, ſive convicta, ad refuſionem ſoſtri
iumque impenſarum condemnaretur, ſi-
petere voluerit, pœnam aut mulctam
iſtratui relinquendo. Actum Brehnæ die
Maji Anno 1678.

nſpector & Senatus illius loci, Joh. Chriſtoph. Volckner, Inſp.

☽

Relatio Chirurgi.

P. P.

Ie hodiernô infra deſignatô ego ſubſcri-
ptus ad puerulum quendam, Andreæ
nir, Civis Brehnenſis, filiolum, vocabar,
n membro virili immane quantum læſus
hâc ſcilicet ratione: Præputium retro
em penis adeò firmiter ſe contraxerat,
ud aliter apparuerit, acſi fortiſſimo filo
abino conſtrictum fuiſſet, glande fuſcâ &
obſcurè rubeſcente, cum inſigni tumore & hydatide non exiguâ, glandem penitus inveſtiente. (♃) Vaſa ſeminaria & urinaria ſatis diſtenta erant, ita ut in iisdem neceſſariò putredo aliqua oborta fuerit, unde & è membro genitali plurimum materiæ purulenræ effluxerit, & urina nonniſi cum ſummô dolore excerni potuerit. Unde conjicere licet, membro inſignem vim illatam fuiſſe, cùm in teneris ejusmodi puerulis præputium ordinariò non ſine ſummô labore & periculô retro glandem deduci poſſit. Hæc ad deſiderium Andreæ Kühnii, pueruli Parentis, atteſtari volui. *Dat. Hallæ die* 26. *Maji, Anno* 1678.

Gottofredus Schober, Chirurgus.

NB. Pro ſoſtrô 9. Imperiales poſtulo, præter impenſas pro equo ſolvendas.

♃ Forſan intellexit vaſa ſanguifera & venam pudendam. *D. Weſtphalus.*

Reſponſum DNN. Scabinorum Lipſienſium.

P. P.

Quandoquidem haud ita pridem Mandatum quoddam Principale Saxonicum in originali, delationem ſeu denunciationem, articulos inquiſitionales, cum Annæ Mariæ, Joh. Teucheri filiæ, reſponſionibus, Teſtium juratorum depoſitionibus, inſtitutâ confrontatione aliisque Regiſtraturis & annexa quæſtione Nobis tranſmiſeritis, & de omnibus informationem legalem petieritis; hinc Nos Scabini Electorales Lipſienſes juri conſentaneum eſſe dicimus:

Incuſatâ modò dicta Inquiſitâ, puella XII. annorum cum dimidio, quòd cum filio Andreæ Kühnii, puerulo $4\frac{1}{2}$. annorum, Zachariâ nomine, impudicè vixerit, variasque laſcivias cum eô peregerit, quibus puerulus in membro genitali malè tractatus & inſigniter læſus fuerit: hæc Inquiſita quidem, articulatim examinata, nequicquam confiteri voluit; quoniam verò nihilominus & puerulus ante dictus hujus rei eandem incuſavit, & teſtes jurati adſtruxerunt, quòd ſæpius eandem ſecum duxerit, adhæc Teſtis I. Andreas Kühne Inquiſitam cum puero ſupradicto retro furnum piſtorium in horto ita invenit, ut reſupinata genua denudarit, puerumque Zachariam intra crura detinuerit: de cætero Inquiſita in ſermonibus variando ſe ſuſpectam reddiderit, juxta fuſiorem tenorem Actorum inquiſitionalium; hinc tantùm inde eluceſcit, quod, ſi Inquiſita ultrò confiteri noluerit, malitiam heîc ætatem ſupplendo, nihil obſtet, quò minus Carnifici eâ ratione ſubmitti poſſit, ut eandem veſtibus detractis denudet, ad ſcalam

 dedu-

deducat, inſtrumenta ad torturam deſtinata illi oſtendat, pollicesque conſtringat, hîc verò ſubſiſtat, nec cum Inquiſita ulteriora ſuſcipiat, rogando ſimul ſeriò: Annon cum juvenculo Zachariâ Kühnen inhoneſtas & laſcivas actiones ſuſceperit? quando? ubi? & quoties hoc acciderit? Quodſi jam aut ſpontaneam, aut à Carnifice extortam ejus depoſitionem debitâ cum diligentiâ annotaveritis Nobisque remiſeritis, tum perſonæ ejus, tum pœnæ intuitu ſequetur id, quod juri conſentaneum erit. Omnia de jure. Atteſtante ſigillo noſtro. *Menſ. Julio*, 1678.

Scabini Electorales Lipſienſes.

Sententia DNN. Scabinorum Wittebergenſium.

P. P.

QUandoquidem Annæ Mariæ, Johannis Teucheri filiæ, confeſſionem, à Carnificis præſentiâ extortam, una cum addita defenſione, prioribusque Actis Inquiſitionalibus contra eandem ventilatis Nobis transmiſeritis, & quid juris hac in re ſit? petieritis: hinc Nos Doctores Ordinarii Scabinatûs Electoralis Wittebergenſis juri conſentaneum eſſe dicimus:

Confitente Mariâ Teucheriâ, puellâ XII. cum dimidio annorum, cùm Carnifici traderetur, quòd Zachariam Kühnen, puerulum 4. cum dimidio circiter annos habentem, denudaverit, membrum virile attrectaverit, eundem inter crura ſua receperit, pudendumque ejus ſuo immiſerit, idque ſecundâ vice repetierit, primâ ſc. vice ante Bacchanalia hujus anni retro horreum, & alterâ vice poſt tempus quadrageſimale retrò furnum piſtorium in horto: unde Puer malè tractatus & inſigniter læſus fuit.

Eadem, ſi propriam hanc confeſſionem judicialiter confirmaverit, non obſtante ejusdem defenſione, ob impudicas actiones virgis in carcere primum caſtiganda, & abhinc in perpetuum exiliô punienda erit. Impenſæ autem hanc in cauſam elocatæ, nî aliud conſuetudo penes Vos obtineat, officii & judicii intuitu, Vobis adjudicandæ ſunt. Omnia de jure. Atteſtante ſigillo noſtro ordin. *M. Aug.* 1678.

Doctores Ord. Scabinatus Electoralis Wittebergenſis.

Reſponſum Ampliſſ. Facult. Juridicæ Lipſienſis.

P. P.

TRansmiſſis Nobis iis, quæ Johannes Te cher pro filia ſua, Anna Mariâ, judic liter produxit, una cum Actis Inquiſition bus contra eandem ventilatis, ad requiſit nem Veſtram in jure fundatum eſſe dicimus judicamus: quod præ omnibus aliis Got fredus Schoberus relationem ſuam *fol.* 3. *A* inveniendam prius juramento confirmare: hæc quô in ſtatu jam Zacharias Kühne ve tur, explorari & ſimul Facultatis cujusdam M dicæ judicium requiri debeat, idque Inqui aut Patris ſumtibus: quibus ad Acta relati defenſionalia omniaque in hâc causâ dec juri conſentanea ſequetur. Omnia de j Atteſtante ſigillo noſtro. *Menſe Oct.* 1678

Ordinarius, Senior aliique Do res Facult. Jurid. Lipſienſis.

Sententia Facultatis Juridicæ Lipſien

P. P.

POſtquam Regiſtraturas hactenus coll as & quid Anna Maria Teucheria ult us pro ſui defenſione in medium attulerit, cum Actis Inquiſitionalibus contra ean Nobis iteratò obtuliſtis & ad quæſtionem peradditam informationem juris exoraſtis; præviâ diligenti perluſtratione & ponder ne eorum in legibus fundatum ſicque candum eſſe cenſemus: quod dictæ n Teucheriæ exilio perpetuo ipſi dictato pa dum ſit, illa ipſa tamen, juxta ſententiam 78. Actorum conſpiciendam, virgis caſt ſimulque, ultra incarcerationem hactenu peſſam, per 4. ſeptimanas adhuc carceri cipari, inibique per 2. aut 3. dies ſolo atque aqua cibari debeat. Omnia de Atteſtante ſigillo noſtro.

Ordinarius, Senior aliique Doct res Facult. Juridicæ Acad. Lipſ.

CASUS X.

DE INSPECTIONE HERMAPHRODITI HASSIACI.

ANno 1700. die 9. Junii, comparu co ram me Maria *Rauin*, Salzbœdan Di tionis Weilburgicæ, 20. annorum circit de monſtroſè connatâ ſibi urinæ inconti tiâ conquerens, atque rem omnem inſpic ea que ſuper, Magiſtratus ſui juſſu (cuju cle mentiam erga ſe imploraverat) teſti nio muniri deſiderans. Annui petito, ſolic que omnium perquiſitione, quantum p pœnæ patiebatur feſtinatio, factâ, veni abdomen inferius, ſtatim ultra os p s, d bus

is veſiculis majuſculis, teſtium ad inſtar, one poſitis, inſtructum; & quamvis circta proximè loca inſigni occalluerant e, ipſæ tamen veſiculæ facilè cedebant i, & hac ratione preſſæ, imò & ſibi relictæ e è ſuis, quibus deorſum hiabant, ducti in perpuſillas tandem deſinentibus, ſeurinoſum parcè ſæpeque fundebant. Biductus utrinque ſtylum moderatum, ægrè altè tamen ſatis admittebant, donec valquædam, uti ſuſpicor, ulteriorem prohit ingreſſum. Ad transverſi pollicis ſpainferiùs rima digitalis latitudinis, in oblia ducta, ſe inſinuabat, ſicca ſatis & inteectâ deorſum vergens: hæc ſenſim amfacta, ad inteſtini recti extrema, quatuor igitorum latitudine, in profundo ſubſtiſtrumento, quo utebar, viſitatorio de nil quicquam introrſum hians dete. Exterius autem ſuper hoc antro fimvulvæ labia, utrinque inſolito exſculpta, urrente rubicundô radio, in conſpectum tur. Lateribus interim pilis luxuriantipubis deficere oſſa, imò & pectore mamuſto, deſiderari umbilicum manifeſtum Teſtatus itaque ipſi ſum ſcripto hoc uid eſt breviter & fideliter.

J. A. Bondzelt, Med. Lic.

---

onſum Theologi cujusdam Chilonſis de Matrimonio Hermaphroditi.

E vitâ conjugali quid agere aut ſcribere Magno quondam Theologo, D. Luthem arduum viſum fuit, ut *Tom. II. Je German. f.* 162. ſe ab hoc argumento rere palam afferat, verens inſimul, ne ſemel attingendo, non ſibi tantùm, ſed multum negotii faceſſat. Illud ſc. quod iſſimum aliâs & Heroicô ferè animô præ virum terrebat, ex propriâ ejus confes Sancita erant Papalia & cum illis par troducti, partim ſub- & obreptitiè ſe in es abuſus erant. His tamen non obſtan andem ſub medio timore animum re do, neceſſitas, inquit, durum telum, dum eſt aliquid, ut conſcientiæ perturnformentur.

t ſanè, de quo ineffabili DEI T. O. M. ntiæ agamus gratias, quod per hoc or ſuum pretioſiſſimum D. Lutherum ejus equaces jugum ſtatutorum Papalium, buſibus ſuis, removerit & articulum de giô priſtino vigori reſtituerit. Interim oderna tempora animo oculisque minus cupatis conſideraverit, anceps ferè hæis durantibus aliquid De CONJUGIO APHRODITI agendum aut ſcribenuſcipere, tum, quod inter tot & ferè eros caſus conſcientiæ hoc minus accuratè & dilucidè diductum & deciſum ſit, tum quod ob Hermaphroditum in his terris famoſum hujusque matrimonium initum diſſidia quædam oborta ſint.

Interea tamen, cùm in hâc causâ judicium meum qualecunque deſideratum fuerit, & juxta *Ambroſii lib. 5. Epiſt. 29. ad Theodoſ.* relictam ſententiam homini Theologo coram DEO T. O. M. nihil periculoſius, coram hominibus verò nil turpius ſit, quàm ſententiam ſuam minus liberè & cordatè profiteri; hinc nec rei difficultate, nec invidia pertimeſcendâ me deterreri paſſus ſum, quò minus ſententiam meam ea deſuper palam aperirem: non quidem eum in finem, ut me liti illi, quam Domini Medici hoc de argumento inter ſe alunt, immiſceam, quùm illa ipſa à Dn. D. Kruſio, Auliatro Gottorpienſi & Phyſicô Schlesvicenſi, ut & tribus aliis Medicis Celeberrimis, in Relatione quadam, ſolidè deciſâ & dilutâ ſit, ſed ut eâ, quæ jus divinum & Theologiam concernunt, illuſtrentur.

Quæritur igitur: An conjugium Hermaphroditi & cumprimis M. W. legitimum ſit, nec ne?

Ad hanc quæſtionem, imprimis autem prius ejus membrum, tam facilè & ſimpliciter reſponderi nequit, ſed Hermaphroditi, vulgò ſic dicti, prius accuratè diſtinguendi & à ſe invicem diſcernendi ſunt, an uterque ſexus in illis æqualis ſit, an verò ita diſtinguatur, ut alter alteri prævaleat?

Hanc inquiſitionem Conſiſtorium Miſnenſe apud *Dedekennum Conſil. Theol. Vol. III. Sect.* 1. *n. VII. p.* 75. & Conſiſtorium Superius Dresdenſe apud *Carpzovium in Jurisprud. Conſiſtor. Lib.* 2. *Tit.* 1. *Defin.* 16. *n.* 15. ante ſummè neceſſariam eſſe judicavit, quàm in ſimilibus caſibus & quæſtionibus certi quid ſtatuatur. In quibuscunque Hermaphroditis enim ſexus uterque, virilis ſc. & muliebris, æquales ſunt, nec alter alteri prævalet, illis à Doctoribus omni jure nullum omninò matrimonium indulgetur. Talis enim copula legi & ordinationi divinæ è diametro contraria eſt, vi cujus unus vir & una fœmina conjungi & in unam carnem uniri debent. Hoc autem ab eô effectui dari non poteſt, qui nec vir, nec mulier eſt. A tali etiam Hermaphrodito finis matrimonii, ſc. propagatio ſobolis & debita cohabitatio obtineri nequit, unde meritò pro invalidô habetur. Aliter autem res ſeſe habet cum illis Androgynis, in quibus alter ſexus alteri prævalet, ſive jam virilis ſit, ſive muliebris. Licet jam talis Hermaphroditi conjugium primò intuitu periculoſum videri poſſet, attamen tam facilè & abſolutè pro invalido haberi nequit, ſed haud ratò ſubſiſtit, ſi ſcil. ſqq. conditiones ſint conjunctæ, 1. ut copula matrimonialis intuitu ſexûs prævalentis & ita fiat, ut vir mulieri cohabitare poſſit. 2. Ut talis Hermaphroditus

ope

ope ſexûs prævalentis debitum conjugale perſolvere & maritus habilis uxorque ſimilis dici poſſint: huc tendit B. D. *Scherzerus*, dum in *Syſtem. Theol. loc.* 27. §. 7. *pag.* 783. Ἀνδρόγυνος, inquit, ſexûs dubii ineptus eſt ad matrimonium, aptus tamen ex potiori ſexu æſtimatus. Idem *Cypræus de Sponſal. l.* 9. §. 13. *n.* 45. & *Carpzovius loco cit.* ante eum fusè oſtenderunt.

Quando jam in quæſtione ad certum Individuum, M. W. reflectitur, & judicium aliquod deſideratur: An Ejus in ſpecie conjugium in jure validum ſit nec ne? in reſponſione ea, quæ modò dicta, attendenda ſunt. Multa quidem de priori ejus conjugio perhibentur, in quô ceu maritus per 14. annos vixerit. Aſt hæc conjugium nondum validum eſſe probant: nec relevat alterum & quidem virilem ſexum in eô prævalere hujusque intuitu maritum nôn inhabilem eſſe. Non deſunt proh dolor! exempla, quod & mulier mulieri conjugaliter ſe junxerit, quale (notatu ſanè digniſſimum) *Dn. D. Kruſius in Relat. ſua de Hermaphrod. p.* 6. allegat: quis autem talia conjugia pro validis habuerit? Omnia hîc in legalem inſpectionem recidunt, quæ per requiſitionem Judicis à Medicis & Chirurgis expertis, vel & aliis fide dignis Perſonis inſtituitur.

Quum verò tales inſpectiones in Hermaphrodito M. W. die 3. Novembr. 1703. juſſu Principis à Dn. D. Kruſio & 2. Chirurgis, imò & ab Archiatro & Conſiliario Juſtitiæ D. D. Pechlino cum aliis Chirurgis inſtitutæ ſint, à binis quoque Medicis relatio deſiderata impertita & à Dn. D. Kruſio Orbi literato palam communicata fuerit, *vid. l. c. pag.* 2. *& p.* 9. hinc deciſio hujus rei juxta binas illas inſpectiones & relationes unicè formanda erit. Poſitô jam in M. W. ſexum virilem præ muliebri prævalere, attamen diſpoſitio membrorum eorumque ſtructura, cumprimis penis breviſſimus, non perforatus, demonſtrant illum ad procreationem liberorum & debiti conjugalis præſtationem prorſus inhabilem eſſe; quemadmodum id bini DNN. Medici Gottorpienſes in relationibus ſuis expreſsè affirmant, & reliqui duo Medici, in Dn. D. Kruſii relatione typis impreſsâ, inſimul confirmant.

Notata hæc inhabilitas ſatis eſt ſufficiens ad matrimonium Hermaphroditi hujus M. W. illegalem & irritam faciendam: I. Enim è diametro contrariatur fini à DEO T. O. M. præfixo, multiplicationi ſc. familiæ, quam aſſequi nequit, ſicque ejusdem fruſtratio eundem, per inhabilitatem naturalem, ab hoc ſtatu excludit. Naturâ inhabiles, inquit B. D. *Lutherus Tom. II. Jenenſ. p.* 163. ad ſe diſſeminandum & multiplicandum miſſi faciendi ſunt, illos enim DEUS exuit & ſic creavit, ne benedictionis, quâ ſe multiplicare poſſint, capaces fiant. Ad hos verba: creſcite & multiplicamini, non ſpectant, haud aliter ac illi, qu pedibus aut oculis capti ſunt, à greſſibus & vi ſunt immunes. Mens Doctoris hujus Illuſt eò abit, quòd ſc. ipſe DEUS impotentes & generandum inhabiles à S. matrimonii vinc lô excludat.

II. Expreſſis Apoſtoli Pauli literis 1. *C VII.* 3. legendis contrariatur, quarum vig maritus per debiti conjugalis præſtationem berorum procreandorum ergò uxoris adju rium eſſe debet. Talis aptitudo autem in H maphroditô M. W. non reperitur.

III. Conjugium tale ingenti periculo, ſpectu mulieris, ſubjectum eſt, dum à Sat pertimeſcenda tentatio ad impudicitiam a que peccata mortalia imminent, niſi debit li amicitia præſtetur.

IV. Tale conjugium jam in primævâ cleſiâ pro invalidô renunciatum fuit. No digniſſima de eô ſunt verba *Clementis xandrini*, quæ à nullo Theologorum no tium, quantum mihi conſtat, allegata Manifeſtum eſt, inquit *Pædagog. lib.* 2. *c p.* 225. atque ideò conſtat, vitandos eſſe maſculis concubitus & NB. infrugiferas nes, & Venerem præpoſteram, & quæ na cohærere non poſſunt, androgynorum, i qui viri ſimul ſunt & fœminæ, conjunctio ipſam naturam ſequentibus, quæ per par prohibet conſtitutionem, ut quæ maſcu non ad ſemen ſuſcipiendum, ſed ad id dendum virum fecit.

V. Theologi quoque & JCti Celebe conjugium inhabilium improbarunt, è q hâc vice pauciſſimos allegabo, Lutherun *Tom. II. Jenenſ. t.* 163. Nicolaum Hen gium apud Dedeken. *Conſ. Theol. VIII. III. p.* 460. Gerhardum *Loc. Theolog. pag.* 1103. Bidenbachium *de cauſ. ma quæſt. V. p.* 74. E JCtis Carpzovium *prud. Conſiſtor. l.* 2. *t.* 11. *def.* 200. Br mannum *de Jure Eccl. l.* 2. *c.* 17. *§.* 2. ckium *in Notis ad h. t. p.* 659. Schil *Inſt. Jur. Canon. l.* 2. *tit. XII.* §. 3. *pag* Idem ab integris Facultatibus per illaru ſponſa confirmatum fuit, ut apud Dec num *in Conſil. Theol. Vol. III. Sect. VI. ad* 507. fusè videre licet.

VI. Huc accedit deciſio Conſiſtorii mi Gottorpienſis, quòd præviâ ponder curatiore conjugium Hermaphroditi pro & illegitimô habuit.

Ultimô hôc fundamentô, ſc. deciſ ſiſtorii Supremi *Dn. Lutherus*, Med. omninò contentus eſſe videtur & non o ſententiâ, ut ipſe loquitur, juſtiſſim in controverſiam vocare ſatagit, dum te indulgere recuſat Hermaphroditum impotentem eſſe, partim inſpectione D. Kruſii ejusque relationem, cui ſe publicata innititur, minus accuratam d parte etiam repetitam inſpectionem de

uam certi quid in re tam arduâ decerna- Hinc è re fuerit *Dn. D. Lutheri* obje- ibus modeſtè perpenſis occurrere , ut eat, in quantum matrimonio Herma- diti & cumprimis M. W. faveant nec

Equidem *Dn. Lutherus* agnoſcere recu- ſe theſibus, quas vocat, ſuis ſententiæ iſtorii Supremi adverſari (vid. Prodrom. og. p. 19.) qu̇ùm eô tempore tantùm ćturas ſuas de hoc ipſo caſu in apricum lerit, neſciens adhuc, an ſententia à iſtorio Supremo jam lata, aut adhuc fe- ſit. Aſt ponderentur quæſo absque præ- epta opinione propria ejus verba : „ Cùm ejusmodi caſibus circumſpectius omnia ienda ſint, rationes verò Domini *Kruſii* potentiam non evincant, diligentius Her- phroditum examinandum & circumſtan- s melius explorandas eſſe autumaverim, equam apodicticè & firmiter aliquid con- di poſſit. Annon *Dn. D. Lutherus* his ſe prodit, quòd non tantùm Referen- ſed & ipſum Judicem ſuggillare audeat? D. Kruſium, qui juſſu Principali inſpe- i præfuit & relationem communicavit, è ſatis adoritur, nec Conſiſtorio Supre- parcit, utpote quod inſpectionem atque onem Dn. D. Kruſii, ceu genuinam, ptavit, quam ipſam tamen minus circum- m nec ita formatam putat, ut vel de habi- vel inhabilitate Hermaphroditi M.W. cer- d determinari poſſit. Ignorantia ſanè præ- ad colorationem parum contribuet: ſi qui- ſcire debuiſſet, qui res ſeſe habeat, an jam- ecisa, an adhuc integra ſit? ne judicium præcipitaret, neque præ aliis ſe negotio, ad n non ſpectante, nec ipſi commiſſo, immi- , neque reformationem ſententiæ, à Ju- æquiſſimo, in re ipſi prorſus incognitâ, ibi arrogaret.

Quâ, amabo, ratione DN. Lutherus, D. excuſationem meretur, quod ſc. temporis ſententiam Conſiſtorii Supre- on vellicaverit, cùm & longè poſt haud erit eandem, quàm à ſe fieri poterat, are, dum mox indulgere renuit, impo- m Viri divortium cauſari, mox habili- Hermaphroditi M. W. contra intentio- Conſiſtorio Supremi ſuſtineri ſatagit. De ita l. c. p. 20. ſcribit: In divortiis certè diſ- „ itio & ſtructura organorum externorum „ cè attenditur, non verò impotentia ad „ erandum in ſe ſpectata, alioqui multi „ uc mariti, quibus in menſurâ organorum „ uicquam deficit, nihilominus ad gene- „ dum impotentes ſunt, ab uxoribus ſuis „ arandi eſſent, cùm tamen eô in caſu ma „ s non teneatur Conſiſtorio ſe ſubmittere „ ue ſiſtere, ſed uxorem reſponsô Jacobi ſo- „ valeat: nunquid ego DEUS ſum, qui utero tuo fructum deneget: ècontra ſæ- „ piſſimè accidit, ut maritus, quam- „ quam potens ſit ad generandum, ſi „ tamen ad exſtinguendas uxoris libidines „ inhabilis exiſtat (in quo tertius matri- „ monii finis conſiſtit) per divortium ſepa- „ retur.

Novell. Val.

Quoad verba hæc in genere obſervandum, Dn. D. Lutherum non ſatis clarè ſe explicare, de quanam impotentia loquatur, dum eandem pro causâ divortii habet. Notum aliâs eſt, impotentiam eſſe duplicem, unam naturalem & connatam, alteram accidentalem & adventitiam: illa juxta quævis jura ſacra matrimonium ſimpliciter diſſolvit: hæc ulterioris eſt indaginis, an matrimonium anteceſſerit & alteri conjugi perſpecta fuerit, nec ne? an verò poſt matrimonium conſummatum acceſſerit. Similiter an illi per remedia convenientia occurri poſſit, nec ne? ut *Joachimus à Beuſt.* apud *Dedekenn. Conſil. Theol. Vol. III. Sect. VI. n. IV. p.* 501. idem ſollicitè & curatiſſimè inquirendum eſſe monet. Quoniam verò Dn. Lutherus, Med. D. de impotentiâ ad generandum in genere loquitur, eandemque divortium cauſari putat, ad objectiones ejus notandum: 1. quâ ratione Praxi quotidianæ in Conſiſtoriis è diametro contrarietur, in divortiis impotentiam ad generandum naturalem non attendi. Quem in finem enim in Conſiſtoriis Inſpectio Medicis & Chirurgis demandatur? Profectò non alium in finem, quàm ut ex diſpoſitione & ſtructura organorum externorum referant & demonſtrent, an talis ad procreationem ſobolis ſit habilis, nec ne? Sic igitur in Conſiſtoriis non tam ad diſpoſitionem & ſtructuram organorum externorum, quàm ad habilitatem vel inhabilitatem inde profluentem reſpicitur, ipſaque diſpoſitio & ſtructura organorum nihil aliud eſt, quàm principium cognoſcendi potentiam: impotentia verò inde demonſtrata illic eſt cauſa divortii. Quapropter Dn. Luthero mirum videri non debet, ſi maritus, cui in menſura organorum nequicquam deeſt, ad generandum autem impotens habetur (dummodò NB. impotentia ante nuptias alteri parti incognita & incurabilis fuerit) ad inſtantiam uxoris ſeparandus eſſet. Melius ſe è *Carpzovii Jurisprud. Conſiſtor. Lib.* 2. *Tit.* 11. *defin.* 200. aliisque informare potuiſſet. Fallit & fallitur quoque DN. Lutherus ſtatuendo, quod maritus impotentiæ accuſatus ſe coram Conſiſtorio ſiſtere non teneatur.

Non dicam hâc vice, quantum id contra *Rom.* 13. militet, vi cujus unusquisque Magiſtratui ſuo ſubjectus eſſe debet, qui potentiam in illum habet, ſed hoc tantùm addo, quod toto die id Praxis Conſiſtoriorum bene conſtitutorum refutet, quibus talis vir ſe ſiſtere cogitur. Multo minus huc quadrat hujuscemodi maritis ſubminiſtrata ab illo excuſatio, quam

cum Jacobo conjugibus ſuis reponere debe- rent. Jacobum enim naturâ ad generandum fuiſſe habilem, conjugium, quòd cum Leâ inierat, evincit. Quid hoc ad impotentes? Quid quod impotentia & inhabilitas hic non tam à parte Jacobi, ſed à parte Rahelis fuerit: quamobrem expreſsè ſterilis vocata fuit *Geneſ.* 29. 31. *c.* 30. 32. Videri ſanè poſſet Dn. Lutherum ſterilitatem ab impotentiâ non diſtinxiſſe, ſed priorem cum poſteriori non ſine nævo confudiſſe, utut maximum utrobique diſcrimen intercedat. Abſurdiſſimum autem eſt, quod ab ipſo perhibetur, fieri ſæpè, ut ſi maritus, quanquam ad generandum potens, ad exſtinguendas autem uxoris libidines inhabilis exiſtat (in quo tertius matrimonii finis conſiſtit) per divortium ſeparetur. Sanè ad probationem horum verborum ſententiæ legitimæ in Chriſtianis & juſtitiam amantibus Conſiſtoriis unquam latæ allegandæ eſſent, quibus divortia talia conceſſa ſunt, cùm dicatur NB. ſæpius id fieri: aſt tales dubio procul ipſi deficient. 2. Dn. Lutherus, Med. D. ſibimet ipſi valdè contrariatur. Paulò ante enim dixerat, quod impotens ad generandum non teneatur ſe Conſiſtorio ſiſtere, nec eâ de cauſa ab uxore ſeparari poſſit: jam autem obteſtatur potentem ad generandum, ſed inhabilem ad uxoris libidines exſtinguendas, ſæpè per divortium ſeparari. Nunquid ſana unquam ratio hæc conciliare poterit? Quivis ſanè fateri tenebitur finem ſacrum & primarium, ab ipſo DEO præfixum, præ accidentario, ſecundario & è corrupta natura profluente ſcopo prærogativam habere, huncque illi cedere debere. Jam procreatio liberorum finis matrimonii à DEO conſtitutus eſt, primarius ibidem & ſacer, quum in ſtatu innocentiæ jamdum obtinuerit: voluptas carnalis autem è lapſu peccaminoſo præcipuè ſcaturivit, & juxta propriam Dn. Lutheri, Med. D. confeſſionem tertius matrimonii finis eſt. Hoc tamen non obſtante hic è peccato ortus & ſecundarius finis prærogativam aliquam præ ſancto, præcipuo & à DEO conſtituto fine habere putatur, cum præ illo divortium cauſetur. Si 3. hæc Dn. Lutheri ſententia locum haberet, quòd ad generandum potens, ſed ad exſtinguendas uxoris libidines inhabilis ſeparari poſſit & debeat, ubi maneret caſtitas conjugalis? ubi ſacra Pauli admonitio 1. Cor. VII. uxores habeant, ac ſi non haberent, & vice versâ, viros habeant, ac ſi non haberent. Anne ſic ejusdem Pauli admonitio convenienter vas cujusque in ſanctitate & honore purum conſervabitur 1. *Theſſal. IV.* 3? Annon illic Ethnicorum libidini ſimilis aut adhuc major cupiditas & voluptas carnalis introduceretur, quam tamen Apoſtolus ceu ad ſanctimoniam vocatis tam ſeriò interdicit? Eleganter & verè Theologicè illud *Auguſtinus de Nuptiis & Concupiſc. ad Valerium lib.* 1 *c.* 8. *T. VII. Ep. Paul. c. III. ſ.* diducit, q lectorem meum doctrinæ cupidum remit cùm locus ob prolixitatem hîc inſeri non p ſit. Ejusdem cum eô ſententiæ eſt *Fulg tius Epiſt. I. c.* 3: Juſtitia utendi conjugii h eſt, ut non explendæ libidini, ſed ſubſtitu dæ prolis obtentu ſibi conjuges congruô te pore miſceantur: & alibi, *Epiſt.* 2. *Gallum c.* 5. inquit: Sancta ſint Chriſtia rum conjugia, quia & conjugalis ibi caſt cuſtoditur in corpore, & puritas fidei ſerva in corde. Omnium verò diffuſiſſimè de l agit *Clemens Alexandrinus Pædagog. c.* 20. qui omni ſtudiô legi meretur. Sul quentibus & ferè ultimis temporibus *B. Lutherus* idem omninò docuit in *Poſt Eccleſiaſticâ Dom. Oculi Epiſt.* quòd ſc ſtum & æquum ſit, ut ob fructûs ſpem co inſtituatur, & licet DEUS plus, quàm qua fructum requiruntur, indulgeat, ſeriò ta moderationi ſtudendum ſit, ne turpitudo hara inde oriatur. Juxta has regulas p Chriſtiani matrimonia ſua inſtituebant. *A nagoras* ſanè de illis ſcribere non vere *pag.* 36. *Apologiæ*: Voluptates conte mus, uxorem, quam ſecundum approb nobis leges ſibi quisque duxerit, reputat in alium, quàm in procreando ſobolis fi Quemadmodum enim agricola, poſtq ſemina terræ mandavit, meſſis tempus e ctat, nec alia ſuperinjicit: ſic nobis etiam cupiſcentiæ modus liberorum procreat definitur. Alius, ſc. *Minuc. Felix Oc p.* 391. de illis ita teſtatur: Nos (Chriſti pudorem non facie, ſed mente præſtan unius matrimonii vinculô libenter inhære cupiditatem procreandi aut unam ſcimus nullam. Quantoperè jam adhortationes li & Anteceſſorum noſtrorum, ut & Chriſtianorum primævorum vita contem tur, & ex oculis poneretur, ſi ad generan potens, ſed ad exſtinguendas uxoris libi inhabilis ſeparari poſſit aut debeat? qua abſurda è novis hisce paradoxis profl eſſent?

Uxor ſc. primum experiri & peric facere deberet, an maritus capax & habil ad libidinoſam & plus quam beluinam cupidinem explendam. Hoc ſi minus ſtare poſſet, ſeparatio fieri deberet, ipſaqu lier alium ſibi proportionatum maritun gere poſſet, qui, ſi & ipſe præſtanda an præſtare non valeret, pariter repudiandu parte uxoris aliud conjugium indulge eſſet. Egregium ſcilicet matrimonium ſtianorum! aut ſpurciſſimum potius & quam Augiæ ſtabulum omnigenarum vo tum carnalium!

E theſi hâc inſolitâ & paradoxâ Dn. L ro, Med. D. naſcitur illa diſtinctio inte potentiam ad generandum & impotentia bitum conjugale legitimô modô perfo

uam bene notandam tradit in *Prodromo log.p.* 19. in eo enim, in quantum ego caut conjecturari valeo, Dn. Lutherus imntiam debitum conjugale legitimô modô olvendi collocat, ſi potens aut inhabilis eſt xſtinguendas uxoris libidines. Aſt diſtinhæc nulla & omni fundamento deſtituta Debitum conjugale ejusque præſtatio, Pauli informationem, in cohabitatione reandæ ſobolis ergò factâ, non verò libi- uxoris, haud rarò inexplebilis, exſtinctio- onſiſtit. Unde quisquis ad generandum ns eſt, non minus ad debitum conjugale *imo modo* perſolvendum potens eſt cenus. Sic *Theophylactus* debitam amici , quam vir, juxta Pauli monitum, i præſtare tenetur, in *Enarrat. in h. l.* 5. explicat, qui locus evolvi legique mer.

Huic, ut erroneo prorſus & ficulneo funento Dn. Lutherus, Med. D. reliquum rinſtruit, quô habilitatem Hermaphroditi ecie ejusque matrimonii valorem adſtru atagit. Contra hæc equidem proteſtatur, non ans aſſerere, id è theſibus ſuis neque directè e indirectè demonſtrari poſſe, *Prodrom. log. pag.* 19. Aſt proteſtatio eſt facto contra ur enim in theſibus tam relationem, quàm ectè quoque ſententiam in hâc causâ latam caverit, niſi ipſi animus fuiſſet contra em habilitatem Hermaphroditi ſuſtinendi ivortium pro irrito habendi. Ipſæ ſanè s, ad quas in caſſum provocat, hoc ſaperque demonſtrant. „ §. 17. enim di: non uterque, ſed alteruter tantùm, fœneus nimirum ſexus imperfectus dici po, ergò in M. W. ſexum maſculinum perm infert. §. 18. addit: „ ad generationem m incapacem eſſe vix ſimpliciter aſſerere im. §. 19. Rationes Dn. Kruſii impotenm non evincunt. Quivis ſanâ mente ad conſtans concedat, oportet, inter poten- & impotentiam, inter perfectum & imperm nullum dari medium. Dum ergò Dn. erus impotentiam à Dn. D. Kruſio in Herhrodito M. W. obſervatam affirmare non t, ſed illum, tanquam Referentem & Dn. cem indirectè ejus causâ vellicat, neceſpotentiam Hermaphroditi adſtruat, opor- Limitatio *vix ſimpliciter* eundem tueri it, cùm facilè appareat, eundem diſtini ſuæ, antea refutatæ, inniti.

Porrò habilitatem hujus Hermaphroditi atrimonium certis argumentis defenconatur, è quibus potiora ſunt, quod n. D. Kruſius in relatione ſibi demandatâ mmiſsâ expreſsè non dicat, M. W. debi- conjugale perſolvere non poſſe. Aſt ad um patet, quòd, licet Dn. D. Kruſius illis ipſis verbis non profiteatur, aliis ta-, iisque rotundis & claris terminis ad- *Novell. Val.*

ſtruat, dicendo: Hermaphroditum M. W. conſequenter pro impotente habendum eſſe.

II. Dn. Conſiliarius Juſtitiæ Pechlinus Dn. D. Kruſio quodammodò contrariari dicitur, in ſua ponendo relatione: De quibus omni- „ bus vera ſenſatio, modus cohabitandi &, „ confeſſio uxorum, de ratione ſexus NB. au- „ tem (quod eo ipſo præcedentibus opponitur) „ poſt obitum demum inſpectio partium inte- „ riorum abſolutè decidere valet: ſicque Dominus Conſiliarius Pechlinus inhabilitatem hujus Hermaphroditi, ad inſtar Dn. D. Kruſii, nec ſimpliciter, nec abſolutè affirmaſſe putatur. At verò de prudenti ejusmodi & ingenioſo Viro, qualis Dn. Conſiliarius Juſtitiæ habetur, ne per ſomnium quidem cogitari poteſt, quòd ſibi ipſi in relatione adeò concisâ manifeſtè contradixerit, maximè, cùm expreſſis verbis referat: Hermaphroditum M. W. debitum conjugale perſolvere non poſſe, nul- „ lum etiam imprægnationis indicium adeſſe. Prioribus autem verbis Dn. Conſiliarius Pechlinus potius demonſtrationem ocularem per media ſupradicta, à probatione, per inſpectionem externam habendâ, diſtinguere voluit: ubi negari nequit illam hâc certiorem eſſe. Interim & certum eſt, quod comparativus ejusque confirmatio poſitivum cum ſuâ certitudine non tollat.

III. Eaque ponderoſiſſima objectio eſt, quòd, licet membrum virile, juxta Dn. D. Kruſii relationem, genuinam diſpoſitionem & menſuram non habeat, inde tamen impotentia ad generandum præcisè concludi non poſſit, quum aſperſio & contagium ſæpè ad „ generationem ſufficiat, ut Dn. Lutherus, Med. D. *p.* 25. *Prodrom. Apol.* ſtatuit. Equidem hoc negotium potiſſimum ad forum ſpectat Medicum. Interim quodammodò etiam ad Philoſophiam & Theologiam pertinet. Notetur ergò 1. quod dicatur *nonnunquam* aſperſionem ſufficere; jam autem à particulari certa ſtringensque ſequela formari nequit. 2. Ipſe Dn. Lutherus requirit, ut cætera ſint paria, ſi aſperſio ad generationem ſufficiens eſſe debeat, i. e. membra genitalia legitimam ſtructuram, diſpoſitionem & menſuram habeant, ut aſperſio fieri poſſit: ubi jam in Hermaphroditô M. W. hæc talia occurrunt? An unquam in eô penis non perforatus ejaculationem ſeminis & ſimul aſperſionem in actum deducere valet? & licet etiam ejaculatio modô quodam extraordinariô & omninò ſingulari fieret, attamen more muliebri & perpendiculariter, juxta Medicorum ſupra laudatorum ſententiam, contingeret, ſicque ipſum ſemen utero elaberetur. Ut taceam opinionem hanc de aſperſione & imprægnatione per contagium, tanquam modô generandi extraordinariô, in Sacra Scripturâ non fundari, ſed ad delictum Onani quam-

(M) 2 proximè

proximè accedere *Gen.* 38. §. 9. Rectiſſimè *Clemens Alexandrinus Pædag. t.* 2. *c.* 10. *pag.* 226. ſemen generationis degenerat ineptumque redditur, ſi matricis fulcris privatur. Hinc fidelem admonitionem addit, dicendo : Eis certè, qui divini muneris opificialis ſunt participes, ſemen non eſt abjiciendum, neque injuriâ afficiendum, neque tanquam ſi cornubus ſemen mandes, ſeminandum eſt. Hæc de matrimoniô Hermaphroditi M. W. ſub cumulatiſſimis negotiis feſtinante calamo communicanda duxi.

D. Johannis Kruſii, Auliatri & Phyſici Gottorpienſis, Relatio extorta de hermaphrodito, oppoſita Dn. Carolo Frid. Luthero, D. & PP.

Amicorum Optime!

DUbio procul Te non latebit, Dn. D. Lutherum, Prof. Chilonienſem, à quo, tanquam veterano, ut putavi, Amico, omnem amorem reciprocum mihi promiſi, absque ulla, quantum mihi conſtat, ipſi ſubminiſtratâ causâ, in Diſſertatione quadam Medicâ & hujus ultimis in ſpecie foliis, de Pericardii, Pulmonis & Partium Genitalium Anomaliis, abſentem, Hermaphroditô M. W. nunquam viſô, poſt ſententiam in Conſiſtoriô Supremo jamdum publicatam, hancque inſecutum divortium, narrationem meris conjecturis & *fortaſſe* particulæ innixam & in hoc ſpeciali caſu nequicquam obtinentem Orbi erudito obtruſiſſe, & relationem meam illîc absque ullo jure vellicare ſe continere non potuiſſe.

Quamvis jam illa ipſa ita comparata ſit, ut Medicus in Arte verſatus illi ſubſcribere nec poſſit, nec debeat : Summus etiam Magiſtratus Reſcriptô gratioſiſſimô ad almam Academiam Chilonienſem dato juſſerit, ut Dn. D. Lutherus ſub fide juramenti omnes de hôc argumento agentes diſputationes, ſine ullâ illarum retentione, Fiſco Academico exhiberet, ipſique ſimul ſeriò injunxerit, ut poſthâc à ſimilibus refutationibus abſtineret &c. hoc autem omnibus & ſingulis Diſſertationem ejus poſſidentibus minus fortè notum ſit; hinc vim mihi illatam præſenti mea relatione, idque ad deſiderium utplurimùm Germanicè, à me declinandam eſſe reputavi.

Ad relationem Conſiſtorio Supremo, juſſu clementiſſimo Magiſtratus Supremi territorii impertiendum, die 3. Novembr. A. 1703. unà cum 2. Chirurgis, præſentibus Viris quibusdam honoratioribus & Doctiſſimis M. W. conſtitutionem corporis & cumprimis partes genitales, in Camerâ judiciali Gottorpienſi, inſpexi & ſeqq. inveni : Mammæ cum papillis perfectum mammillarum muliebrium magnitudinem hab[...] bant : Pubis regio admodum piloſa, pe[...] autem cum ſuô præputiô retectô & glande n[...] perforatâ curtiſſima & quam minima era[...] ſcrotô, duos in ſe debitæ magnitudinis te[...] culos continente, in mediô divisô, ita q[...] dem, ut quilibet teſticulus proprio ſuo re[...] ptaculo incluſus videretur. Remotô jam[...] ad utrumque latus reclinato utroque teſticu[...] præter omnem ſpem ſub pene rima ſe tru[...] bat, pudenda muliebria æmulans, cum a[...] & nymphis in utroque latere & in me[...] aperturâ tenuiſſimâ ductuque, in quem ſty[...] minor obtuſus aut exploratorium 6. dig. l[...] gum, absque ullô impedimentô immitti [...] terat, unde dicti modô M. W. urina, ut p[...] modùm ipſe vidi, excernitur. Interim [...] M. W. utut penis, quoad omnes tres dim[...] ſiones Mathematicas deſiderata inſtructus f[...] magnitudine, cùm in glande nullam aper[...] ram habeat, & foramen deorſum cum ca[...] ſuo ſub pene admodum anguſtum ſit (in[...] lige, quod licet vagina cum uterô & ov[...] præſtò ſit NB. à membro virilis parallelo, [...] extra angulum rectum remota ſit, ſicqu[...] quor genitalis extra lineam ejaculatorian[...] utero elabatur) nec in generando, nec [...] cipiendo præſtanda præſtare valet, conſequ[...] ter impotens declarandus erit.

In anteceſſum verò Dominum & Ami[...] meum honoratiſſimum celare nequeo, [...] cellariam Superiorem omnes meas, per [...] annos jam adminiſtratas & impertitas In[...] ctiones ac Relationes, vitam licet & ſan[...] nem concernentes, ita (abſit jactantia ve[...] conceptas inveniſſe, ut ſententiæ ſtatim [...] illas latæ & nullam prius Facultatem Medic[...] multò minus particularis cujusdam Doct[...] cenſuram requirendo, publicatæ fuerint [...] tantùm caſu excepto, ubi Defenſor ali[...] homicidæ, qui propriam uxorem haud it[...] dem occiderat, & abhinc in puteum abjec[...] Reſponſum aliquod, per falſa narrata, à [...] leb. quadam Facultate Medicâ contra m[...] tinuit, cujus tenor, Reo per integrum an[...] incarcerato, poſtmodum inde refutatus [...] quòd is omnia, ut antea in causâ tam in[...] tâ, juſſu Principali, retuleram, absqu[...] fidiculis, ſponte confeſſus fuerit. Ad[...] Eruditiſſimus & famigeratiſſimus Conſil[...] Juſtitiæ & Archiater Pechlinus, cui Re[...] nem de M. W. paulò ante, ad amicum [...] deſiderium, communicaveram, aliquid [...] mentô deſtituti aut inſufficientis illîc in[...] ſet, illi potius aut Ampliſſ. Facultati M[...] Chilonienſi incubuiſſet, ejus gratioſè m[...] tiorem reddere, aut Conſiliariis Con[...] Superioris meliorem informationem [...] ditare.

Dn. D. Lutherus in Diſſertatione ſu[...] bit, me omnes circumſtantias neceſſaria[...]

tius & melius examinare & circumſpectius, m factum ſit, referre debuiſſe, cum 1. non minerim, dicto M. W. à priori conjuge li- os prognatos fuiſſe, cùm tamen ſibi nar- m ſit, eundem aliquot liberorum Paren- eſſe. 2. An M. W. ſanguine menſtruô raverit, nec ne? ſiquidem aliæ circum tiæ, quarum nullam feciſſem mentionem, eô non allegantur: niſi fors partes inter , uterum ſc. & ovarium allegare debuis- , quorum exiſtentiam in ſubjecto hoc è minus, ac Dn. Lutherus illorum defe- n adeò indubitatè (ut ipſe fecit) ante obi- M. W. demonſtrare licebit. Ad hæc re ndeo, Conſiſtorium Supremum de priori, uòd prima perſona in quaſi-matrimoniô cum infantem in lucem ediderit, ut & de anteactæ circumſtantiis jamdum ſufficien- informatum fuerit, nec ipſa ratio & con- io valeat & inferat, eâ de causâ M. W. ejus em fuiſſe: Ipſeque conſtanter negaverit, nquam debitum lunare naturæ exſolviſſe: d vel exinde quoque probabile videtur. ùm enim certò credatur, nec uterum, vaginam uteri adeſſe, hinc nulla que menſtrua (niſi in caſu planè extraor riô) admitti poſſunt. Talia autem alia- hîc movenda dubia ut referrem & reſol- m, à Magiſtratu Politico mihi injunctum fuit: ſed à Conſiſtorio Superiori ad id ùm requiſitus fui, ut detegerem: An M. Maritus idoneus & habilis ſit?

Argumenta, quibus Dn. D. Lutherus evin- conatur rationes meas impotentiam viri M. W. non probare, ſunt, quod 1. cum ri ſua fœminâ per 14. annos placidè vixe- Ad quod reſpondeo, quòd, ſi Dn. Lu- us vitam prioris M. W. uxoris examinare et, juxta communem vocem & famam trarium experturus ſit. Poſitô autem eun- duplo placidius cum eâdem vixiſſe, ean- etiam adeò caſtam fuiſſe, ut inſtar Cæ- Martiani Conjugis Pulcheriæ (vid. Chriſt. th. SS. Theol. D. de IV. Monarchiis pag. 39.) eidem eâ cum conditione nupſe- ut ſacratiſſimo juramenti vinculo obteſta- r ſe eandem non attacturum, quò virgi- s illi ſalva ſartaque maneret: attamen hoc evinceret M. W. Maritum perfectum & ilem eſſe: ſiquidem hîc Schleſvici aliquot annos fœmina quædam, quæ ceu Offi- s inferior habitu virili induta ſtipendia me- , aliam fœminam ſibi deſponſari curavit, cum Officialis inferior, vulgò ita dictus, plures annos placidiſſimè vixit, dum uxo- ermiſſum fuit, ut per alios annuatim ferè rito infantem nutriendum obtulerit, qui dem cum infamiâ rurſus ſeparati fuerunt. d? ſi mihi aliisque de mulieribus caſtiſſi- conſtaret, quæ primis ſuis Maritis liberos ererunt, quæ præſentium ſuorum, utut ju um, virorum erectionem penis planè abolitam prorſus diſſimulant & nihilominus tranquillè cum iisdem vivunt, utut ab adſper- ſione ſæpius repetitâ minus imprægnatæ ſint.

2. Quòd M. W. nudâ aſperſione circa ex- ternum vaginæ orificium, aut per contagium uxorem ſuam imprægnare potuerit, Dn. Lu- therus ſqq. verbis demonſtrare ſatagit: Pene in vaginam immiſsô orificium hujus *fortaſſe* aſpergi, & fœmina (*ſi reliqua ſint paria*) *per contagium gravida fieri poteſt*: genitura enim virilis, contingens circa vaginæ orificium li- quorem in Veneris actu ad lubricandas vias è vaginæ ductibus erumpentem (huic tanquam commodo vehiculo) vim ſuam omnem com- municare valet. Neque ſemper neceſſum eſ- ſe, ut liquor genitalis *in ipſum uterum* aut *vaginam* perveniat, ſed *ſufficere*, ſi ille *ori- ficium externum contingat*. Licet autem hæc omnia (ſiquidem de ſententiâ hâc nullam diſ- putationem aut bellum calamarium moturus ſum) concederem, cùm de M. W. hîc tantùm quæratur; licet de commodo ſuo vehiculo alii Doctiſſimi Medici eandem ſententiam non foveant, & demonſtratu adhuc difficile ſit, an mulier ſola aſperſione mariti circa orificium vaginæ externum, aut mediante pene turgen- te in ipſo coitu à liquore genitali alius viri im- prægnata fuerit? attamen probatu non diffi- cile eſt, quòd, ut impoſſibile eſt, juxta fabu- lam notiſſimam, mulierem in balneô à ſemi- ne virili delapſo imprægnari, & equas Luſita- nicas à nudô vento concipere, æquè impoſſi- biliter hic M. W. uxorem ſuam nudâ aſperſio- ne circa orificium vaginæ externum unquam imprægnare potuerit; ſiquidem ad hoc prius neceſſaria hæc probatio requiritur, an M. W. liquorem genitalem efficacem aut fœcundum poſſideat, an eundem cum vigore ejaculetur, aut an idem perpendiculariter, ut in mulieri- bus, urinæ inſtar per crenam deorſum effluat, quod nemo noſtrum hactenus expertus eſt. M. W. equidem, ut pueri ad garriendum prom- pti, ad generandum inepti, de eô aliisque rebus, contra inſpectionem ocularem & ha- ctenus demonſtrata multum gloriatus eſt: aſt narratis ejus tantum, quantum ultimæ Uxoris confeſſioni fidere non licet, quæ ceu Mulier optimæ famæ palàm profeſſa fuit, eundem ſibi nunquam cohabitare potuiſſe, quod faci- lè diſſimulare potuiſſet, ſi modò tranquillè cum illâ vixiſſet, ut meritò ex *Lipſio ad Ja- num Douzam*, de pudica fœminâ Baſileæ, quæ XV. annos in conjugio vixit, viri non viri ſine querelâ, de hac dici poſſet, quæ ipſa lo- quitur:

Paſſa thorum, non paſſa virum, Lucretia noſtri
Ævi ego, poſt-genitis nobilis hiſtoria.
Quæ Virgo & Matrona ſimul tria luſtra peregi,
Nupta innupta ſimul ſemiviri atque viri.

Conjugium tenui, cujus languentia membra
Non Venus adſpexit, non ruber ille Deus.
Sed tacui atque tuli. Non hanc vicina querellam
Audit, aut frater, aut pater, aut genitrix.
Heu malè pro meritis tribuuntur præmia famæ?
Alceſtim exoriens ſol ſcit & occiduus.
Solam me Baſilea. Sed eſt, me judice majus
Semper ab igne uri, quam ſemel igne mori.

Porrò relatio inſpectionis meæ inde etiam confirmatur & verificatur, quòd M. W. in ipſo coitu (dummodò erectionem penis debitam procurare valeat, quod adhuc in dubiô eſt) pene in uxoris vaginam immiſsô, orificium hujus impoſſibiliter, ſed tantùm ſcrotum proprium, aut remotis teſticulis inter fœmineum aut ipſum podicem adſpergere potuiſſet, quia NB. foramen anguſtiſſimum cum ſuo canali poſt ſcrotum tam altum & cum pene parallelum neutiquam ita, ut exiſtimat, locatum eſt, ut unquam pene in vaginam immiſſo hujus orificium ſimul & debito cum vigore, ob brevitatem diſtantiæ atque ſpatii adſpergere poſſit. Si hâc ratione nuda adſperſio circa externum orificium & contagium ſemper ſufficeret, erectio penis certè ad generationem parum aut omninò nihil contribueret, Dominique Judices rarò divortium aliquod ob impotentiam viri inſtituere poſſent, cùm tamen de conſenſu Facultatum Medicarum à tempore immemoriali divortium publicatum ſit, ſi uxor tantùm probaverit, maritum nullam penis erectionem procurare poſſe, utut orificium vaginæ externum abundè ſatis adſperſerit, quô pauciſſimæ mulieres contentæ maritumque tolerare ſolent, niſi patientiam cum diſſimulatione probè didicerint.

Adhæc tenorem Relationis meæ defendere poterit Relatio ſupra laudati Dn. Conſil. Juſtitiæ & Archiatri *Pechlini*, qui merâ curioſitate ductus cum tertio Chirurgo novam inſpectionem inſtituit, quæ ita ſe habet:

Contemplatio configurationis externæ partium generationi dicatarum in M. W. ὀφθαλμοφανερῶς demonſtrat eundem debitum viri conjugale perſolvere non poſſe.

1. Quia membrum patrans, licet ornamenta & appendices externi ſic ſatis pleni ſint, juſto minus eſt & magis notæ, quàm viſûs cauſa fabricatum videtur, ſicque, cùm ad erectionem, ut prætendit, deventum fuerit, in debita proportione & requiſita longitudine multum deſiderabitur; & licet ad titillationes in primis locis, fricatricum inſtar, excitare valeret, eoque intuitu, ut Baſſa Tribas apud Martialem, virum mentiri didiciſſet, attamen

2. à membro illo, omni aperturâ & canali deferente deſtituto vis generatrix & facultas imprægnandi derivari & adferri non poſſet. Quandoquidem verò

3. quoque, per errorem Naturæ, ſæpè talibus laſcivientis, canalis ſeu meatus urinarius, hîc deorſum verſus in mediô, crenâ ſcroti, aliâs autem juxta meatum ſeminale ſitus & ad membrum virile ſpectans, longè parallelo ejus, imò re curatius perſpecta ex angulum rectum remotus eſt, vix concipi p[...] teſt, quî ſub conceſsâ etiam erectione, ſem[...] nis ejaculatio proportionaliter ad locum gen[...] rationis fieri poſſit, quùm præterea mem[...] legitimam longitudinem ad promovendum [...] minis orgaſmum requiri, tam ex mechani[...] quàm Veneris exercitio conſtet.

Quùm verò & urina in eo, pro can[...] ſitu, perpendiculariter magis, mulierum [...] more, effluat, dubio procul & liquor ſe[...] nalis ſimilem motum habebit, ſicque extra[...] neam ejaculatoriam utero effuſus omnem [...] prægnationis ſpem eludet. De quibus on[...] bus vera ſenſatio, modus cohabitationis [...] confeſſio uxorum: de ſexu verò inſpectio [...] mum partium internarum poſt mortem cer[...] ra docere & abſolutè decidere poterunt.

Ultra hæc Te celare non poſſum alium [...] huc Doctorem & Profeſſorem Medicinæ C[...] berrimum & Doctiſſimum literas quaſd[...] hâc de materiâ, ad me dediſſe, quarum c[...] tenta inter alia ita ſe habent:

TIT.

Quòd memoriam converſationis, qu[...] non ſine maximâ jucunditate Te[...] olim, utut per exiguum temporis ſpatium [...] alui, literis honoratiſſimis refricare & ren[...] re volueris, longè gratiſſimum mihi fuit, [...] rumque ſæpiſſimè poſthac participem me [...] deſiderarem. Ad controverſiam, quan[...] legas, decidendam tam capax ero, ut M.[...] ad matrimonium. Viſâ autem *Dn. D. Lu[...] ri Diſſertatione Fridericianâ de Perica[...] Pulmonis & Partium Genitalium ano[...] liis*, in quâ Relationem Tuam de Hermap[...] dito M. W. ſuggillat, miratus valdè ſum. [...] enim ejus intentio erat anomalias viſceru[...] puero Anatomiæ ejus ſubjecto occurren[...] cum Erudito Orbe communicandi, & n[...] ſecius ſimul attrectat pudenda M. W. 6. [...] liaria, ſi non longius, poſt divortium, à [...] lonio diſtantis & viventis. Neque video, [...] in Relatione impertitâ de inhabilitate M. W. ad matrimonium deſiderari poſſit, quo[...] D. Luthero materiam litis ſuppeditet. De [...] tis non judicat Eccleſia, nec unquam M. W. ad litem plenariò dirimendam ſectioni [...] tomicæ ſe vivus ſubmittet. Poſito eum [...] ſanguine menſtruo laboraſſe, an exinde c[...] citur eundem pariter ex ſe generare pot[...] Concedamus Dn. D. Luthero, quantit[...] penis nihil ad rhombum facere, licet ejus [...] ſam Dn. D. *Rolfincius Ord. & Method. [...] rationi dicatarum partium per anat[...]*

c[...]

noſcendi P. I. c. XLVI. pag. 96. &c. ut & *mment. in Pauli Zacchiæ Quæſt. Medico-gal. LIX. Tit. III. Quæſt. III. Edit. Fran-f. m.* 770. aliique plures, ita ut & divor-n uxoribus de eô conquerentibus adjudi-um fuerit: poſito etiam actualem ſeminis ſionem ad conceptionem minus neceſſa-n eſſe, ut Neoterici nonnulli concordare entur, cumprimis, quod ſemen in ejacula-ne emiſſum conſpicuum, ſeu ſperma tan-n vehiculum ſpirituum animalium, ſeu vir-s genitalis maris eſſe videatur, judicantibus *Rallio, Everhardo, Ettmüllerô, Faſchio* conceptionem autem per modum conta-fieri poſſe, attamen neceſſariò inſtrumen-n aliquod requiritur, quo vis genitalis re-viâ per vaginam uteri ad ovarium penetra-poſſit. Quùm verò Natura hoc M. W. de-averit, dum, juxta tenorem relationis, pe-cum ſuô præputio retecto & glande non forata brevis admodum & parvus fuerit, inde concludere licet, quod etſi vaſa ſe-n præparantia idonea fuerint, ut vehicu-præparatum teſtibus juſtæ magnitudinis ondentibus adducere potuiſſent, attamen tus animales, è lineâ recta in obliquam de-tentes, jam in ipsô itinere multum de vi-e ſuo amiſerint, utpote qui penitus exſpi-ſi Aer externus accedat, ut *Lamzverd. Hiſtor. Nat. molarum uteri c. XXII. pag.* . ut & *Ettmüll. Opp. T.* 1. *S. n.* 168. &c. ent. Jam aër impoſſibiliter coerceri in-ue arceri poterit, ſi non ſtatim per viam nariam, ſed prius per rimam, ſub pene erforato contentam, ſemen ejicitur. Cum per hanc viam prodire debeat, ſicque ute-objecto in Palæſtrâ Venerea, minus pa-lum ſit, quî conceptio fieret? an in clu-s? quod abſurdum, niſi peculiaris vis ma-ica in utero Adverſariæ in eâdem Palæ-Venereâ reperiatur, ut genituram (quæ imperforatum penem non penetrare, ſed niſi deorſum verſus per rimam elabi po-t) rurſus in altum retrahat & ad locum inatum, absque aëris irrumpentis viola-e, deferat. Priorem verò uxorem à M. imprægnari potuiſſe, ejusdem valoris & tatis eſt, ac illud de muribus apud *Lice-*, per lambitum ſalis, absque coitu, con-entibus, vid. Joh. Tackii Myſter. Reſur-. Rerum *pag.* 50. aut fabula de Equis Lu-icis à vento impraegnatis & pullos pari-bus, aut hiſtoria de Muliere Montispeſſu-, poſt quatuor à morte Mariti annos, per m imaginationem filiolum enitente, de P. *Sanchinus in Reſponſ. ad Thomam tholin. Cent.* 1. *Epiſtol.* 16. *&* 17 *pag.* 9. : Fabula eſt, à Nebulonibus quæſtûs gra-nventa. Hoc eſt, quod feſtinabundus, ingenti negotiorum cumulo tranſcribere i: dum autem Dn. D. Lutherus Te no-etenus adorſus fuit, non video, cur non & ſcripto quodam publico Te defendere poſſis? cumprimis, ſi apologia ex terminis modeſtis conſtiterit. Juxta hæc Te protectioni divinæ commendo &c.

COPIA

Alius Epiſtolæ, à Celeberr. quoque Do-ctore quodam Medico transmiſſæ.

P. P.

QUod tantum honoris & favoris mihi ex-hibere & Relationem Tuam de Herma-phrodito communicare volueris, gratiſſimo & obſtrictiſſimo agnoſco animo. Optaſſem ſanè, ut curioſum hunc caſum ipſemet intue-ri, ſicque majori cum gaudiô Tecum conferre valuiſſem. Quod autem ſtatum controverſiæ inter Tuam Nob. & Dn. D. Lutherum attinet, absque affectibus aut partialitate quadam fa-teri cogor, me ſcopum litis hinc motæ ſpecia-lem penetrare non poſſe, ſiquidem, meô ju-diciô, cardo inſpectionis, juſſu Magiſtratûs à Te inſtitutæ, in hâc præcipuè quæſtione radi-cabatur: An accuſatus M. W. Maritus ſit ha-bilis? Vel: an organa generationis externa, ſexui maſculino dicata, ſitu, numero & men-ſura in eô reperiantur, ſicque ab eô debitum conjugale mulieri præſtari poſſit? Hæc ponde-ratis & enarratis prius ad hunc actum rationi-bus ſufficientibus à Te negatur, quod omnes minus præoccupati & affectibus non abrepti, ſive Medici ſint, ſive non, confirmabunt, dum-modò relationem Tuam viderint. Sola illa de virô legitimè conſtituto ratio tacitè de-monſtrat, dictum M. W. Maritum eſſe non poſſe, niſi fors mulier aut uxor ejus ſolo no-mine contenta, & ſi vires deſint, voluntatem tamen laudare vellet. Prætereà Venereum prælium non demiſsâ, ſed erectâ haſtâ inchoa-tur: an hoc in præſenti ſubjecto fieri poſſit, meritò dubitatur, quùm ex Phyſiologicis con-ſtet, erectionem penis non tam à glande, ſed potius à corporibus nervoſis & muſculis ere-ctoribus, cæteris paribus, dependere. Ubi verò talia lateant, cum præter glandem im-perforatam vix pauciſſima in conſpectum ve-nerint, hariolari non poſſum, niſi dicere ve-limus eadem, tanquam Homerus in nuce (en miniature) in glande contineri, quod ipſum tamen p. n. & nullius momenti eſſet. Quodſi au-tem litis materiam principaliter in eô quærere velimus: An M. W. aptus natus ſit ad generan-dum? hæc ſponte ſuâ cadet, cum prior non-dum deciſa. Quî enim conceptio à parte mu-lieris contingeret, ſi cum viro nunquam ad actum pervenerit? Adhæc altioris indaginis eſt quæſtio, quam Medicus è ſolo adſpectu organorum externorum affirmare non poterit, maximè, quod fœcunditas & ſterilitas non ſemper à partibus externis, ſed primariò à qua-litate interiorum dependeat, vid. *Theod.*

Craan

Craan Tract. Phyſic. Med. de Homine pag. 698. *& 703. Williſ. Nervorum Deſcript. & uſ. pag.* 103. Interim ſi dicendum quod res eſt, in hoc ſubjecto, absque ulla hæſitatione uberiori, rotundè negando reſponderi poteſt, licet illi vim elaſticam in duplo, uxori autem ejus facultatem attractricem in triplo tribuere quis vellet. Sin nihilo ſecius M. W. in priori conjugio liberorum Pater redditus fuit, neceſſariò exorbitantiam uxoris ſuæ connivendo approbare, aut ad dulcem Patris nomen obtinendum Subſtitutum ſuum ipſemet remunerare, aut ſub matrimonii ſecundi auſpiciis virilitate ſua, per faſcinationem, ut fabula fert, enervari, ſicque impotens reddi debuit: rebus autem ſic ſtantibus prorſus impoſſibile illi fuit. Quô favori Tuo me committens æternum perſevero &c. &c.

Tandem Dominus Defenſor M. W. omnes quidem poſſibiles rationes Phyſicas in medium attulit, & hunc in finem unà cum IV. Chirurgô M. W. quoque curatiſſimè inſpexit; aſt juxta propriam confeſſionem nequicquam hâc curâ ſive in ipsô inſpecto M. W. ſive in Dn. D. Lutheri Diſſertatione, invenit, quô Principalem ſeu Partem ſuam ſive defendere, ſive in judicio tueri ſe poſſe confideret.

Ex allegatis hactenus circumſtantiis ſufficienter eluceſcit, Dn. D. Lutherum melius feciſſe, ſi tot ſeptimanis poſt relationem inſpectionis traditam & ſententiam jam publicatam effluxis exiguum iter Chiloniô huc inſtituiſſet & rariſſimum hunc caſum, qualis nec in Celeberrimi *Caſparis Bauhini Tr. de Hermaphroditis*, nec aliorum Medicorum ſcriptis, juxta omnes & ſingulas hîc occurrentes circumſtantias, reperitur, ipſemet inſpexiſſet, ut obſervaret, quòd illîc non tantùm fœmineus (ut erroneè perhibet) ſexus, ſed & maſculinus absque controverſiâ ad generandum imperfectus & incapax ſit, mecumque (cùm in Angliâ non minus, quàm Italiâ Androgynos quoque viderim) communicaſſet, & abhinc, ſi nullas ego rationes acceptaſſem, omnia Conſiſtorii Supremi Conſiliariis, ad requiſitionem prius retuliſſet, quàm ut adeò temerè & incircumſpectè, repetitò toties nomine meo, refutationem ſuam Orbi erudito obtrudendi ſe abduci paſſus fuiſſet: quod majori cum cautela & modeſtia fieri debuiſſet, ſi præ omnibus aliis Medicis, conſcientiâ propriâ convictus, è re eſſe duxiſſet, publicatâ jam ſententiâ divortioque jam factô (ubi cerebrina ejus & nullis obſervationibus innixa theoria nullum amplius effectum & valorem expectare poterat) Relationem meam, ad requiſitionem inſtitutam & à DNN. Conſiliariis Conſiſtorii Supremi acceptatam, eamque typis nondum impreſſam & publici juris factam, ſed clam, è manu meâ, & quidem mendosè à nonnullis deſcriptam & ab eô interceptam, impenſis publicis Supremi magiſtratûs cenſoriâ ſuâ virgulâ ſuggillandi. *Cautius ergo ſcribere diſcat DN. Luthe*[...] &c. &c.

CASUS XI.
DE INSPECTIONE FURIOS[...]

Mandatum Regium.

NOs DEI gratia, FRIDERIC[...] AUGUSTUS, Rex Poloni[...] Dux Saxoniæ, Jul. Cliviæ & Montiu[...] Angriæ item & Weſtphaliæ &c. Elec[...] &c. Tutorio Supr. nomine Agnati no[...] Ducis Mauritii Wilhelmi, Saxon. Po[...] lati Adminiſtratoris Martisburgenſis[...]

Dilecti Fideles. Quæ de Georgiô Voi[...] ejusque Delirio retuliſtis, & quæ de cura[...] petiiſtis, eô ut decet, modô nobis oblata ſ[...] Noſtra eorum intuitu voluntas eò tendit[...] ocyus Medicum quendam requiratis &[...] eundem ope convenientium medicame[...] rum exploretis, an dictus Voigtius furioſu[...] & annon interdum ſua intervalla habeat. [...] terea ſuis ſumptibus & in horum defectu[...] natûs expenſis in cuſtodiâ detinendus erit[...] forte damnum alicui per eundem infera[...] Sic voluntati noſtræ ſatisfiet. Dat. Ma[...] burgi die 26. Julii 1698.

H. ab Einſie[...]

Inſpectio à DN. Joh. Caſparo W[...] *phalo ſuſcepta, qui totum negotium cu*[...] *cura ægri ita deſcripſit:*

AMantes Amentes: in vulgus notum [...] verbium eſt, & non rarò veriverbi[...] adeò, ut Pontificis Romani Sixti effatu: [...] re & ſapere vix DEO concedatur; id quo[...] luſtris ille Angliæ Cancellarius, *Franc*[...] *Baconus, Baro de Verulamiô, Tract. ſ*[...] *Fidel. pag.* 1154. nec non *Beveroviciu*[...] 2. *Theſ. Sanitat. c.* 7. §. 1. *pag.* 144. [...] *Cæſianæ* referunt. Sicut enim perpetua [...] rei meditatio non illuſtrat, ſed unà cum [...] te ſpiritus animales confundit atque tur[...] ita nec mirum amantes, quorum mens [...] quicquam aliud, præter amaſiam forti[...] perditè adamatam, impreſſam cogitat, v[...] abolitâ, vel depravatâ penitus memoriâ [...] tiocinatione delirium, nunc cum, nunc [...] febre, tandemque maniam, incurrere. [...] ut enim varia delirantium, pro diverſitate [...] jectorum, ſint phantaſmata, quam concluſio [...] permultis ex Medicinæ Proceribus deſumpt[...] ſtoriolis deſideratiſſimus noſter quondam [...] ceptor, B. Ettmüllerus, Tom. II. Oper. P. 1. [...] 448. ſqq. infert, nihilominus tamen unum ſa[...]

pergit, circa quod occupentur ordinariò
ncholici, & utplurimùm pro determina-
e phantaſmatis cauſas habere externas, vel
ctum quoddam, quod aut fortius placet,
iſplicet;) unde ibi deſiderium, hîc fuga)
oque affectus inſignes excitet, aut quod
us occurrat, aut ſuper quo illi certam re
onem faciat. Quod objectum, per ſenſus
rnos ſpiritibus animalibus vitiosè conſtitu-
rtius impreſſum, eos ſubindè iisdem mo-
s in cerebro ſæpè reiteratis, cieri vel rota-
cere, cujus continuati motûs occaſione
na rationalis eundem conceptum vel
m, ſeu ſpeciem intelligibilem & intentio-
m (voca ut lubet) continuò formet & eli-
. Seu, ut idem ἰατρικώτατος Vir ibidem
rius ſe explicat, in his deliriis determinatis
t fieri, ut in ægris jam melancholicis,
dum tamen delirantibus, ab objecto
dam externô fortius affectis, ejusque, vel
ne complacentiæ, vel diſplicentiæ, im-
ione forti oriantur affectus animi gravio-
ratione quorum certum & determinatum
ium patiantur melancholicum ſuper uni-
objectum. Conf. etiam ſupra citatus *Be-
vicius l. a.* §. 2. *p.* 144. *ſeqq. & Glad-
Idea Prax. Med. p.* 216. §. 22. Varia
t hæc objecta amor non ultimum eſſe ſo-
qui ſicut non infelix, nec nimis ſaucians,
ſupralaudatum *Baconum de Verulam.
Hiſtor. vit. & mortis p.* 533. ex genere
ii eſt, & easdem leges ſubit, quas de gau-
pag. antecedente ponit: ita in contrariam
em infelix vel nimis ſaucians ſuos clientes
è afficit, quatenus quosdam ſupradictis
s & pro diverſitate ſubjectorum variis aliis
tat. Unde etiam *Gregorius Horſtius
ert. II. de Naturâ amoris p.* 430. ubi
ris veſani efficaciam ſatis ſuperque expli-
amorem faſcinationem quandam eſſe affe-
qui etiam in *Inſtitut. Med. Diſp. VII.*
293. furorem uterinum impreſſioni cu-
am nimium appetiti objecti imputat. Il-
antur magis hæc variis ac curioſis illis
nplis delirii ac maniæ amoroſæ, à multis
ticis, & imprimis in *Ephemerid. Noſtris
d. Leopoldino-Imperialis* collectis & no-
. Sic *Decur. I. Anno VI. & VII. Obſer.*
efertur ex amore Phrenitis, balneô deſi-
to curata. Ejusdem *Decur. Anno IX.
. Obſ.* 58. delirium amoroſum ſub affe-
hyſterici titulo proponitur. *Dec. II. An-
Obſ.* 2. amentia ex amore in virgine 33.
rum orta, cui Sponſus caſtra ſecutus va-
erat, reditu tamen ejusdem ac matri-
iò curata, enarratur. Tandem *Decur.
Anno II. Obſ.* 75. mentio fit febris ama-
cum epilepſiâ in virgine. Quò referen-
iam certò modô eſt catalepſis, quam ex
dio inopinato matrimonii & inde orta in-
i animi ægritudine, obſervavit *Tulpius lib.
p.* 22. Plura alia reperiuntur apud ſupra-
Novell. Val.

laudatum *Horſtium lib. I. obſerv.* 18. *Bevero-
vic. P. I. Theſauri Sanit. c.* 4. *pag.* 42. *ſqq.
Zacut. Luſitan. Prax. Med. Admir. c.* 11.
obſ. 92. *Panarol. Pentec. III. obſ.* 14. &
Schenckium in obſ. Medic. lib. 1. *p.* 141.

Similem Amentiam & Delirium amoro-
ſum, ſtratagemate curatum, jam obſervatio-
ne ſequenti ſiſtam:

Anno nimirum Æræ Chriſtian. 1698.
menſe Juliô in oppidulo nobis vicinô, quod
Brena audit, Mercenarius quidam, Georgius
Voigt, deliriô quodam furioſô, cujus causâ
etiam in carcerem deductus erat miſerè affli-
gebatur. Die ergò 28. Julii à Magiſtratu in
morbi cognitionem & curam requiſitus,
ægrum, perluſtratis prius Actis judicialibus,
in cuſtodiâ bis viſitavi, collatoque hinc morbô
cum cauſis occaſionalibus, quas partim ex
Actis, partim ex adſtantibus ſedulò inquiren-
do didiceram, delirium amoroſum cum fe-
bre lenta paroxyſmatim quotidianæ continuæ
inſtar affligente ſubeſſe concludebam; paro-
xyſmi ſiquidem exacerbationis huc usque pri-
mordia ſua cœperant manè horâ quintâ, cum
algore: poſt meridiem verò horâ quartâ re-
mittebant, quô tempore nimirum calor (in ſta-
tu paroxyſmi, cum ſiti & furore, intenſior) ceſ-
ſaverat, ſuperſtite tamen calore lento, conti-
nuô ac deliriô leviori. Primùm adveniens
horâ 9. antemeridianâ ægrum toto corpore
(exceptis artuum extremitatibus adhuc algen-
tibus) tepidè calentem, poſt meridiem autem
auditâ horâ primâ inſigniter æſtuantem ac ſiti-
entem oſtendi. Pariter etiam à Balneatore
loci aliisque adſtantibus reſcivi, in omnibus
hactenus paroxyſmis grave quoddam delirium
cum furore obſervatum fuiſſe, quod ipſe etiam
æger jam ante, quàm in carcerem mitteretur,
variis actionibus probaverat; utpote qui e. g.
ancillis, graminum acervos portantibus, collo
ſe ſuſpenderat, illasque humum proſternens in
Venereos amplexus pellexerat; quin & aurigas
equis inſidentes ſervosque obvenientes cultro
falcato, ſutoribus aliâs uſitato, aggreſſus fue-
rat. Portò & in ipſô carcere, Lictoris nem-
pe hypocauſtô, paroxyſmi tempore fornacem
pro nidô hirundinum habens, impetuosè diſ-
fregerat, aliaque quædam abſurda, nefanda
ac ſanæ rationi minus convenientia, perpetra-
verat; hinc excrementa alvina in patinâ cum
potu ordinariô miſcendo intritæ locô adeò avi-
dè devoraverat; nec non genituram maſtu-
pratione prolectam & potui permixtam ingurgi-
taverat. Nec tamen diffitendum, me præſente
non æquè ac antea deliraſſe noſtrum, poſtquam
à Balneatore memorato æger veſperâ antece-
dente grana duo laudani opiati, in aqua florum
tiliæ diſſoluti, contra vigilias nimias, hinc clamo-
res aliasque moleſtias nocturnas ſopiendas (quod
indicans ipſe Balneator prætendebat) acceperat;
hoc enim agitatis furiosè ſpiritibus animalibus
torporem ac ſtuporem inducendo, illorum fu-

rorem tunc temporis in tantùm cohibuerat. Maxima tamen pars cauſæ furoris remittentis ſuppreſſique ferè delirii debebatur, utpote quæ ad noſtrum inſtinctum cum illô blandè confabulari ac conſolari non detrectabat. Ægrotus nempe noſter, homo cæteroquin laborioſiſſimus, natione Vandalus, hoſpitam ſuam, relictam civis Brenenſis, Chriſtiani Krumbigelii, Viduam (cujus ſcilicet hoſpitio ultra annum uſus erat, idque ſine omni hoſpitæ incommodo, quippe quæ voluntariam ejus in curâ rei familiaris aſſiſtentiam halcyoniis interdum, blandisque allocutionibus compenſaverat) deperire cœpit; quos verò ignes cùm diu celare haud potis exiſteret, reciprocum amorem petere non dubitavit; atque ſic de amore cum viduâ paulatim incipit agere, nuptiarumque ſpem inſtanter urget; quin & cubiculum demum amaſiæ per tectum effractum de nocte ſubintrans, mulierem, quam in lecto comprimere conabatur, unà cum liberis circumcubantibus ad clamores & auxilium implorandum coëgit. Vidua tum dementiæ ejus miſerta liberius mentem explicat, ejusque deſiderium, multis rationibus adductis, apertè abnuit. Hic ſpe ſua ejectus repudiique certior factus, perturbatur, angitur, delirat; nec mirum! ipſis Actis Judicialibus omnibusque incolis vitam hominis ſolitariam, animum ſibi relictum ac placidum, orisque ſilentium teſtantibus illum ad melancholiam diſponi; unde ob nimiam ideæ amoroſæ impreſſionem, canicularium æſtu adminiculante, delirium ipſum melancholicum, in ſpecie amatorium, facilè incurrere potuit, uti ex ulteriori hiſtoriæ contextu patebit. Ego primum cum Chirurgô Noſtro Aulico, Samuele Auerbachio, (qui quidem aliud ob negotium itineris comes mihi erat) eum accedens morbi ſtatum eò melius expiſcaturus, nos ad curam ejus impenſis amaſiæ putatitiæ Krumbigeliæ, cujus & nomine illum ſalutabamus, Delitio accerſitos eſſe, ſimulabam, quô vix auditô, ad ſe ſtatim redibat, ac ſobriè loquendo, gaudium quaſi conceptum ſatis luculenter teſtabatur. Hoc visô ab oppiduli Inſpectore cæterisque Senatoribus præſentibus Krumbigeliæ conſilio meo injungebatur, ut alterâ viſitatione noſtrâ ægrotum ſimul accederet, afferta noſtra affabilia repeteret ac confirmaret, nec non ad continuandum inſimul medicamentorum uſum, quæ propriis ipſius impenſis impetraturus eſſet, cohortari non abnueret. Nec ſanè conſilii ſpes nos adeò fefellit, ut potius ad primum mulieris alloquium conſpectumque ægrotus notanter animum recolligeret, nec abſurda planè aut irrationalia in medium proferret, ſed colloquium quaſi amatorium cum ipsâ inſtituendo, affereret: ſeipſam conſtanter amaturum, nec aliam in uxorem ducturum, ſimile quid ut & ipſa faciat rogitans; cibos ex perizoma-
te ejusdem capiendos optabat & appete
credens ſe ſanum evaſurum, modo per
mate ejusdem potiretur: quæ illi ſatisfac
perizoma prius reſolutum, ac ſiliquis c
refertum, adjecto nodulô è floribus conte
Voigtio tradebat. Ille accipiens, conſtant
que ſuam iterum affirmans, ſiliquas ex
zomate avidius devorabat, per jocum pr
eà rogitans, ut naturalem & ſub perizo
reconditam ſibi ſervaret ſiliquam. Porr
potum cereviſiæ contra ſitim urgentem,
non intritam ex cereviſiâ & pane cibario
reſtaurandas vires debiles, ab eadẽ exigeba
tique ſui compos factus & bibebat & comed

Interea temporis mihi arteriarum in
nuum carpis pulſum ejusque mutationem
cum præfato Chirurgô, attentè obſer
diagnoſin pulſus ſic dicti amatorii, de quo
ctici adhuc inter ſe diſputant, ſatis lucul
obſervare licuit. Dicunt enim arteriaru
ctarum pulſum in amantibus mœſtis, pe
batis & melancholicis, abſente amaſiâ,
parvum, debilem, in rhythmo turbatu
inconſtantem: ad illius verò adſpectum
ejus ſaltem mentionem mutari in frequen
mum & celerrimum, ita, ut duplici
caprizantis ſpeciem referat. Siquidem e
ſu ejusmodi (uti referunt id ex *Galeni L.*
Præcogn. ad Poſthumum c. 6. Val
Maximus Lib. V. c. 7. & Beverovicius
p. 47. ſeqq. necnon *P. II. Theſauri Sani*
§. 3. *p.* 467.) Eraſiſtratum Antiochi, Se
Regis filii amorem erga novercam, Stra
cam: & *Hippocratem* amorem Perdiccæ
gis Macedoniæ, erga Parentis concubinan
le dictam; pariter ac ipſum *Galenum* amo
Pyladis erga Menippi uxorem, deprehen
Ac ſimile quid & in ægrotô noſtrô obveni
pulſus enim, qui horis antemeridianis
lis, inordinatus & planè myurus percipiet
primâ mulieris factâ mentione ſtatim in
tiorem & ordinatiorem; imò primô ar
conſpectu, confabulatione animique con
tione obſervatâ, in celerrimum & magi
hementem, & ut verbo dicam, caprizan
mutabatur.

Rectè autem B. Noſter *Ettmüllerus*
I. Oper. in ſpecie in *P. II. Inſtit. Med. c.*
239. cum ſupralaudatô *Horſtiô in Diſſ.*
judicat, pulſum amatorium à reliquis qu
pulſibus diſtinctum eſſe: determinatum ta
& ſolis amantibus proprium non dari, ſe
multiplicitate affectuum in amore admo
variare; imò in aliis animi pathematibu
ties variare pulſum, ratione affectuum a
tantium, quoties nunc triſtium, nunc l
rum, nunc ſacrorum, nunc verò profano
meditationes, vel à curis aliqua laſſitud
mœror ſe invicem excipiant, de quô vid. e
Tulpius l. 4. Obſ. 49. & Hermannus Gru
Ictu Tarantulæ Art. 3. ſect. 11. pag. 58.
ipſe in aliis pariter, animi mœrore & curâ,

oque affectum amoris, detentis, pulſum ſi-
lem ſic dictum amatorium ſæpius me obſer-
ſſe memini, imprimis anno 1689. menſe
ptembri, in Actuariô quodam Præfecturæ
litienſis. Hic enim cum paucis poſt acceſ-
n ſuum menſibus officio huic præeſſe impar
licaretur à Patrono ſuo & Præfecto, indicatâ
miſſione, derepente corripiebatur horrore
m artuum laſſitudine, quam ſequenti die ſe-
ebatur febris lenta cum cephalalgiâ, ſummâ
ium proſtratione, præcordiorum anguſtiâ,
uietudine, cordis palpitatione, omni pro-
to appetitu, tam liquidi, quàm ſolidi, vultu
ti ac gemebundo: animô proſtratô ac pavi-
, pulſu debili ac tardô, in rhythmô pertur-
ô & intermittente. Pro curâ à Præfecto
erſitus, antecedentium ignarus, in princi-
febrim quandam malignam & fortè pe-
hialem, periculoſi eventus, metuebam,
oque ad miaſma malignum corrigendum
maturè per ſudorem expellendum mentem
gebam: morbo autem ad unam alteram
ſeprimanam in unô eodemque tenore,
ullâ ſive exacerbatione ſive remiſſione
ſeverante, non potui, quin Præfecto
tentiam meam ſic exponerem: *Ægri* affe-
m mihi videri idealem & aut pathemati
oroſo, aut mœrori melancholico eſſe ſimi-
um, pulſum debilem ac tardum, & ad men
nem Præfecturæ ac ipſius Præfecti in rhyth.
maximè turbari, inconſtantem eſſe ac in-
mittere &c. uno verbo, amatorio ſimilem,
lis imprimis in Antiocho erga Stratonicam
Eraſiſtrato obſervatus fuit. Præfectus ſub-
ns & hæc admirans, rem omnem de offi-
mutatione mihi narrat. Statim autem
cum accedens ægrum & humaniter ſalu-
celerem priſtinæ valetudinis reſtitutio-
precatus, de morbi ſtatu ſciſcitabatur,
nque bono animo eſſe jubet, inſtare enim,
Præfecturæ Delitienſis adminiſtrationem
Præfecturâ Sorbigenſi, tantis laboribus
ſtipatâ, ſit commutaturus: quô vix au-
, pulſus anteà languidus, inordinatus &c.
ò in celeriorem & vehementiorem, imò
izantem, ac ſenſim ſenſimque in naturalem
abatur: ipſe etiam æger recollectis in horas
bus, intra biduum è lectô ſurgebat & novâ
teris visâ vocatione ſanus evadebat, hodie-
adhuc alibi officiô ſuô fungitur.

Sed ut ad Voigtium redeam noſtrum, co-
ô ſic ex dictis circumſtantiis deliriô amo
, ægrum hunc per dies caniculares cæte-
ue æſtivos in carcere detinendum ac cu-
iendum, ideamque amoroſam tam cere-
& ſpiritibus animalibus, quàm menti im-
am ſtratagematibus primò, in ſpecie per
latam amaſiam, conſervandam, poſtmo-
verò rationalium cauſarum propoſitio-
s aliisque ſtratagematibus contrariis de-
am, & alius cujusdam amabilioris per-
objectione mente ejiciendam pronun-
ciavi. Pro curâ interim Medicâ ritè inſtitu-
enda ad ſpiritus animales à perversô & inordi-
natô motu avocandos, illorumque diſcraſiam
melancholico-delirioſam in craſin naturalem
reducendam, corpore prius è noxiis & ad me-
lancholiam diſponentibus ſuccis excrementitiis
evacuatô, mentem direxi. Visô igitur non
malô ſucceſſu laudani opiati à Balneatore por-
recti, cujus ſcilicet uſu, per ſomnum ferè con-
tinuum, delirium ſequenti die in tantùm mi-
tigatum fuerat, continuabam hoc tribus ve-
ſperis ad grana duo, cum arcanô duplicato
Mynſichti, corallio rubrô & camphorâ ſocia-
tum: ſiquidem opiatorum uſum in hujusmo-
di caſibus, nec negligendum eſſe, præter quo-
tidianam experientiam multæ Practicorum
obſervationes teſtantur, & imprimis cura B.
Dn. D. Schmidii, Poliatri quondam Geda-
nenſis, in *M. A. N. C. Dec. I. Anno IX. & X.
Obſ.* 58. ſupra allegata, quâ virgini ex amore
inſanienti grana tria extracti anodyni, uti hoc
vocare illi lubet, in aquâ hypnoticâ Dornerel-
lii diſſoluti, una cum ſyrupô papaveris, egre-
giô cum ſucceſſu, propinavit. Tertio die
poſt propinabam horis matutinis vomitorium
ex granis duobus ☿ vitæ & granis V. gummi
de Peru, cum ſcrupulô dimidio arcani dupli-
cati: quô aſſumtô ſordes viridi-flaveſcentes
ſepties per vomitum, & quinquies per alvum
excrevit. Poſtea horis matutinis & pomeri-
dianis liquorem illum ♂☉rem analogum,
ex ligno nempe quercino metalliſato ac vitrio-
liſato (cujus in Obſ. 227. Anno IIX. Dec. II.
Ephem. Medico-Phyſ. Noſtrarum p. 539.
mentionem feci) paratum, ad guttas 25. aſſu-
mendum, veſperi verò dictos pulveres, cum
unicò tantùm laudani opiati granô mixtos, re-
petendos ordinabam.

Nunciabatur dehinc die 9. Auguſti, li-
teris Dn. Inſpectoris, præſcripta medicamen-
ta nunc eſſe conſumpta, ſtatum morbi melio-
ratum, deſiderium ægri liberationis è carce-
re, neminique nociturum ſanctè promiſiſſe.
Adhucdum etiam amaſiæ, cujus perizomate
ille conſtanter amictus, recordari, famem au-
geri, atque per intervalla triſtitiam aliquam
cum delirio levi adhuc obſervari. Denuò
igitur mittebantur medicamenta, & manè qui-
dem aſſumendum ordinabam elixir præcipi-
tans, cujus meminit *B. Ettmüllerus in Diſſ.
de Præcipitantium uſu & abuſu c.* 1. §. 15.
à meridie verò & horis veſpertinis eſſentiam
fumariæ compoſitam D. Mich. cum ana ſpiri-
tus carminativi de tribus & granis quibusdam
camphoræ permixtam, alternis tamen veſpe-
ris, loco hujus mixturæ, dictos pulveres cum
grano Opii repetendos injunxi. Liberatio-
nem è carcere diſſuadebam, quòd melancho-
lia, uti ex dictis indiciis compareret, nondum
penitus ſublata, multò minus idea amoroſa ex-
ſtincta eſſet, & metuendum, ne ulteriores hinc

viduæ moleſtiæ ab ipsô excitentur, atque ex novô repudiô novum etiam & gravius delirium, noxæque aliæ plures ſubſequantur; interim à catenis liberum in hypocauſtô & atriô vagari & cuſtodibus aliisque ſociis familiarius uti poſſe concendebam. Hinc indies magis magisque reconvaleſcens æger, carcereque tandem emiſſus, domum redit, ubi hoſpita ſponſalia de die in diem differendo & cauſam cum Senatu prætexendo, ſicque miſerum ſpe lactando, ab ulteriori deliriô præſervavit. Voigtius de novô perturbatus, ad furorem rediit, ſub quô feneſtras Inſpectoris oppidani, cujus juſſu ſc. ſe incarceratum & pecuniâ ſuâ privatum credebat, lapidibus petere cœpit, adeò, ut per aliquod tempus de novô ad vincula illum deduci & flagellis ac virgis aliquoties cædi neceſſum videretur. Mulier tandem, quam nunquam deſerere volebat, moleſtiis, quas ipſi, aut nuptias, aut concubitum conſtanter urgendo, intulerat, delaſſata me convenit, de multis & tædioſis moleſtiis, meo conſilio ipſi creatis conqueritur, & remedium de phantaſiâ amoroſâ exſtinguendâ ut communicem, multum rogitat. Occaſione igitur itineris Dresdam ſuſcipiendi, ubi in cauſâ quadam coram Supremô Appellationum Judicio contra Senatum Brenenſem ſiſtenda fuit, ſequens ſtratagema optimi effectûs ſe offerebat. Suadebam nempe, ut, antequam iter aggrederetur, privatim ſubjectis ſtolæ pulvinaribus ventrem incraſſaret & Voigtii oculos ſic præfaſcinaret, animique ſimul ingentem mœrorem ſimularet. Quô factô & itinere aliquot poſt ſeptimanas, inſcio Voigtio, ſuſceptô, mulierculæ quædam ſubornatæ illi perſuadebant, Krumbigeliam uterô geſtare ac partus causâ in pagum non longè diſtantem abiiſſe, & cum eâ rem habuiſſe Voigtium, embryonisque patrem eſſe profiteri. Nec deerant alii, qui Inſpectoris indignationem, vindictam & ad carceris miſſionem repetitam (quam etiam ipſe Lictor aliquoties in die aut circa viciniam obambulando, aut Voigtio obviam eundo, ſimulabat) ac ad nuptias coactionem &c. imprimebant. Ille nil ſibi conſcius odiô nunc erga amaſiam, ideam amoroſam deſtruente, concepto terrore inductus fugam meditabatur, clanculùm ſe ſubducit, oppidulum relinquens Merſeburgum abit, injurias, ut putabat, ſibi illatas illuſtri Regimini vindicandas denunciat. Interim plenariam & mentis & corporis ſanitatem ibi recuperans, apud Dn. D. Langium, cui, tanquam cauſæ Patrono, delationem inſtituendam commiſerat, ſervitium nunc mediaſtini, nunc aurigæ, ad tempus ſubiit; jam verò Civis uxoratus, optimè ſanus & ſtrenuus mercenarius, Kembergæ ad Wittebergam degit. Paulò poſt uxor eum deſeruit, unde præterito anno in viciniâ noſtrâ triturando victum quæſivit.

CASUS XII.
DE INSPECTIONE FATUI.

Species Facti.

GIſſæ Haſſorum Decurio quidam filium [...]nâ ratione ferè caſſum alebat, quem [...]riis munuſculis & comminationibus ad de[...]gendum veretrum inverecundæ puellæ æ[...] ac petulantes pueri adigebant. Cumque [...]moribus ſubinde compita viarum repleret, p[...]ros ut milites legeret & in ordinem rediger[...] ſimileſque petulantias inſtitueret, Paren[...] omnium pertæſi eundem in Celebre Mano[...]chium Haynenſe ablegaturi teſtimonium [...] quod à Maximè-Rev. *DN. ERNES[...] MULLERO*, t. t. Eccleſiaſte & Conſiſtorii [...]cleſ. Aſſeſſore, petebant, ut voti ſui eò faci[...] compotes fierent. Hic inſpecto & examin[...] Morione ſeq. illis impertiebat

Atteſtatum.

EGo infra ſubſcriptus atteſtor hiſce, q[...] poſtquam GEORGIUS SCHOTT, [...]ringshusâ Haſſus, Decurio hujus muni[...] (qui 4. jam Expeditionibus Bellicis contra T[...]cam interfuit) unà cum Conjuge Agneſia, [...]feldenſi, me convenerunt atque rogarunt [...] filium eorum, JOHANNEM GEORGI[...] 19. annos ferè habentem, hîc quidem loco [...] genitum & baptizatum, tam quoad ani[...] quàm corporis conſtitutionem examinaren[...] lisque teſtimonium aliquod de ſimplici[...] Ejus & debilitate impertirem, puerum h[...] ex Scholis jam quadantenus mihi cognitu[...] Catechiſmo Lutheri examinaverim, & co[...]tutionem ejus corporis inſpexerim, atque [...]ſervaverim, quod Catechiſmum ſuum qui[...] recitare æquè ac legere valeat, reſponſion[...] tamen ſuis & geſtibus corporis magnam a[...] ſimplicitatem & impotentiam præ ſe tul[...] ſimulque utramque manum tremulam & [...]conſiſtentem habuerit, ita quidem, ut c[...] illarum victûm ſibi poſthâc procurare no[...]leat. Et quùm præterea variis diſcurſi[...] bus & clamoribus aliis moleſtus ſit, adhæ[...]tulantes juvenes puerique ejus ſimplicita[...] libidinem versâ abutantur, è re eſſet, ſi M[...]ſtratus Chriſtianus, ad evitandum ſcand[...] eundem in Noſocomium aliquod recipere[...] quô aliis ægris legendo aut inſerviendo op[...]

locare poſſet. Quod ad deſiderium Paren- atteſtor.

Erneſtus Müller, Eccleſiaſtes.

Alia Fatuæ Inſpectio.

Requiſitio Principis.

P. P.

Ratioſè Vobis intimamus, quòd, cùm in Judicio noſtro Criminali Giſſenſi con- ariam, Caſparis Pepelii Filiam, Mittel- â è Comitatu Stollbergenſi oriundam, in to minati incendii & perjurii proceſſus in- us fuerit, totum negotium in quæſtione am verſetur:

n Delinquens tantum ſimplex, & in quô adu? an verô prorſus mente capta ſit?

nvis ergò eandem per Phyſicum Giſſe- , D. NN. eandem explorari curaverimus, ue relationem ſuam & judicium in ſcriptis limè obtulerit: Veſtram tamen mentem circa hanc cauſam deſideramus, quò in ndâ pœnâ neque excedamus neque defi- us. Quapropter hiſce clementer Vobis nimus, ut dictam Delinquentem ocyus curatè exploretis, & quâ ratione eandem eritis, Nobis propediem humiliter refe- Ita fore confidimus, Vobisque Gratioſè ti ſumus. *Darmſtadii die* 9. *Jul.* 1704.

E. L. H. L.

Reſponſum Mich. Bernhardi Valentini.

P. P.

Sereniſſime Princeps,

Princeps ac Domine Clementiſſime!

Uandoquidem Sereniſſima Veſtra Celſitu- do per Reſcriptum, Darmſtadii die 9. 704. Clementiſſimè mandaverit, ut cum ſſore Medicinæ h. l. D. Bartholdo, Inqui- Mariam Pepeliam, contra quam in Judi- riminali Giſſenſi hactenus in punctò mi- ncendii & perjurii proceſſus inſtitutus circa qualitatem animi accuratè & quam- m fieri poſſet explorarem; hinc abſente gâ meô, D. Bartholdô (per aliquot for- nſes in Saxoniâ commoraturô) heri, ſc. ilii, Delinquentem ſatis aliâs ſimplicem riam noſtram deduci juſſi, variisque quæ- bus tentavi, atque obſervavi, quòd cùm s inſulſa utplurimùm & abſurda repoſue- urimarum tamen circumſtantiarum ad- eminerit, in primô fatuitatis genere ſive verſetur, ubi qui inſulſa reſponſa interro- ibus reddunt, intellectûs opera tardè ac ſine modô, nec debitâ occaſione ac tempore peragunt, attamen exquiſitâ rerum memoriâ pollent;

Zacchias in Quæſt. Medico-Legal. Lib. 2. *Tit.* 1. *Quæſt.* 7. *num.* 11.

quali fatuo tamen, ſi quando de nominibus agimus, nomen mente capti minimè conve- nire, *idem ibidem*

num. 8. *pag. m.* 167.

habet. Quibus S. V. C. cum Illuſtriſſima Do- mo Principali DEO T. O. M. devotè commit- tens, æternùm perſevero

Sereniſſimæ Veſtræ Celſitudinis

Servus Humilimus

VALENTINI.

CASUS XIII.

DE SECUNDINARUM INSPE- CTIONE.

QUandoquidem die hodierno, 2. ſc. Mar- tii hujus anni 1678. à Præfecto Saxonicô Zörbigenſi, DN. Bernhardo Hardingo, ad in- ſpiciendas & viſitandas Secundinas requiſitus & è me quæſitum fuerit:

An oblata & per aliquot menſes ſub terra ſepulta, eamque ob cauſam ex parte pu- trefacta ſecundina reverà pro ſecundina humana agnoſcenda & habenda ſit?

An & illa inciſa prius? an integra inventa fuerit?

Hinc in præſentia modò laudati Dn. Præfecti, cum Chirurgô Zörbigenſi, Dn. Joh. Valentino Kuppio, dictam ſecundinam more Anatomi- co tractavi & accuratè conſideravi.

Quamvis autem, ut jam ante dictum, ea- dem quadantenus putredine correpta & ſub terrâ corrupta fuerit: nihilominus tamen: 1. Funiculus vaſorum umbilicalium adhuc opti- mè dignoſci potuit, cum ad longitudinem unius & dimidiæ ſpithamæ ſatis adhuc robu- ſtus & in extremitate ſuâ, ubi reſectus fuerat, oſcula vaſorum ſatis ſenſibilia ſtylumque in ca- vitates admittentia occurrebant. 2. Mem- branæ Amnios & Chorion quidem non peni- tus integræ, attamen clarè ſatis & diſtinctè con- ſpiciendæ ſe trudebant. Non minus 3. Pla- centa ſeu Hepar uterinum maximâ ex parte quidem computruerant, attamen prope di- ctum funiculum portio quædam ejus ita ſe ha- bebat, ut ſubſtantia æquè ac plurima illic de- currentia vaſcula ſanguinea, adhuc cruore ſuo turgida, adeoque dilucidiſſimè dignoſcen- da apparuerint.

Quoniam igitur omnes ſecundinam hu-

manam conſtituentes partes hîc obſervari, ſolitaque & Naturæ conſueta proportio, non obſtante putredine conſpici potuêre; hinc prorſus exiſtimo, quòd oblata & jam per aliquot menſes ſub terra ſepulta ſecundina reverâ pro ſecundinis humanis agnoſcenda ſit: ſimulque, in quantum viſu diſcerni poterat, non inciſa fuerit.

Quod ad requiſitionem unà cum Chirurgo atteſtari & ſubſcribere volui. Signatum Zörbigii, die ſupra ſcripto 2. Martii Anno 1678.

Fridericus Stiſſerus, Medic. D.
Johann. Valentin. Kuppe, Chirurgus juratus.

CASUS XIV.
DE ABACTIONE FOETUS PUTATITIA, OCCASIONE MOLÆ EXCLUSÆ.

Species Facti ex Actis Inquiſitionalibus Præfecturæ Mega-Rudeſtadienſis.

PErſona muliebris Rudeſtadienſis, Martha Dingelſtadtia vocata, Cælebs adhuc, quæ per aliquod temporis ſpatium in ædibus Johannis Sturmii, Civis hujus loci, vixit, ejusque uxori mutuam ſæpè operam præſtitit, die 7. Aprilis Anno 1700. juxta depoſitionem Obſtetricis juratæ infantulum peperit, quem ſupradictus Sturmius interfeciſſe & in profluentem abjeciſſe dicebatur; quod cum Dingelſtadtia confiteri nollet, torturæ ſubjecta fuit: quo facto die 27. Julii a. c. viventem partum enixa fuit, Sturmio ob præſumptionem infanticidii, quod negabat, ad torturam condemnato, à quâ tamen per ſequens Reſponſum liberabatur, prævio juramento purgatorio ratione adulterii commiſſi.

Reſponſum D. Joh. Andreæ Fiſcheri de mola pro Gemellis ſuperfœtatis habita.

PRævia requiſitione, ut in cauſâ infanticidii Inquiſito Sturmio imputati, juxta tenorem Actorum Inquiſitionalium Rudeſtadii, Præfecturæ Iſenacenſis inſtitutorum, judicium meum Medicinale, cumprimis autem ad 2. illa puncta poſitivè cum rationibus decidendi aperirem:

1. An ſubſtantia à Dingelſtadtiâ t. t. Inquiſita die 7. Aprilis A. 1700. edita, partus verus & vitalis, & conſequenter Gemellus ſuperfœtatus, aut abortus, reſpectu illius infantis, qui die 27. Julii a. c. à dicta Dingelſtadtia in lucem edebatur, fuerit?

2. An indicata & à Sturmio ſubminiſtra[ta] remedia pellentia ita comparata ſint, ut abo[r]tum, & quidem ſub imprægnatione 6. me[n]ſium procurare poſſint? Hinc prævia matu[ra] ponderatione omnium in Actis contentaru[m] circumſtantiarum & accurata examinatio[ne] Obſtetricis juratæ Rudeſtadienſis, quæ Inſp[e]ctioni dictæ Dingelſtadtiæ t. t. interfuerat, h[æ]ce referre volui: Quod licet 1. circumſta[n]tiæ in Actis relatæ tum ſuſpicionem partus [ſu]perfœtati, tum conceptionis gemellorum, quorum alter per abortum nomin[ato] tempore abactus fuerit, præ ſe ferant, n[eu]trum tamen de ſubſtantiâ quæſtionis, ſal[vis] rationibus Medico-Phyſiologicis atque ex[pe]rientiâ dici poſſit, ſiquidem caſus ſuperfœ[ta]tionis vel eam ob cauſam hîc locum hab[ere] non poteſt, multò minus applicabilis eſt, q[uo]niam proportio temporis inter primum & [ſe]cundum fœtum ſeu partum, à maximâ M[edi]corum parte ſtatuti, cum hiſtoria planè [non] concordat, ſecundum quam partus ulti[mu]s die 27. Julii neutiquam priorem die 7. Ap[rili]s anni ejuſdem ſequi potuiſſet. Quemadm[o]dum enim cauſa ſuperfœtationis commun[ite]r in hiatu oſculi interni uterini, per primos [ta]ntùm dies à conceptione tantum obſervabili, [l]atur, vid.

Hippocr. libro de Superfœt. & lib. Epidem.
Laurent. Anatom. lib. 8. q. 25.

poſt illud tempus autem arctior uteri clau[ſu]ra nullam amplius impregnationem admittit, [vi]d.

Hipp. lib. de Nat. Mulier. §. 31.

ita partus ſuperfœtatus ultra 40. dies ext[ra]di nequit, qui ſaltem V. hebdomadas cum 5. [die]bus, neutiquam verò 4. menſes integro[s e]fficiunt.

Quod verò putatitium & per abortum [e]xcluſum Gemellorum partum attinet, eum quidem ex caſu ſuppoſito ſententia *Hi[ppo]cratis* confirmare videtur, quæ *Sect. V.* [Aph.] 38. habetur, verbis: Mulieri geminos [ge]renti, ſi altera mamma extenuetur, alter[um] abortum perdit; et ſi quidem dextra grac[ilis] fiat, marem, ſi verò ſiniſtra fœminam. Q[uia] verò partus verus à Dingelſtadtiâ die 27. [Julii] excluſus, juxta tenorem Actorum, pu[ella,] dextra autem mammilla lacte repleta & ſi[niſ]tra arefacta fuit: hinc idem è diametro *Hipp[ocra]tis* obſervationi contrariatur, dictoque a[pho]riſmo contradicit; quemadmodùm & q[uoti]diana obſervatio teſtatur, quòd ſæpiſſimè [mu]lieres uterum gerentes, tam ante, quàm [poſt] partum editum in una mammilla lac co[nti]neant, in altera verò lacte deſtituantur; que[m]admodùm & experientiæ contrarium eſt, [quod] Gravidæ, in utrâque mammilla lac copi[oſum] foventes omnes ſtatim Gemellos gerant. [Qu]o verò ubi rerum teſtimonia adſunt, non [opus] eſt verbis. Adeoque aphoriſmus ſupra[ci]tus in tantum valet, & de illis Mulieribus [...]

bus certò conſtat, quod Gemellos in ute-
ferant, & in utraque mammillâ antea lac
)uerunt, intelligendus eſt. Extra hunc ca-
n certum eſt, quòd *Hippocrates* h̃c ali-
id humani paſſus fuerit. Quùm verò ex
tis probari non poſſit, in Dingelſtadtia tem-
re geſtationis ſigna gemellorum conceptio-
n ſuadentia adfuiſſe & ante Inſpectionem
utraque mammillâ lac contentum eſſe; hinc
la ratio ſuadet, ut oraculum Hippocrati-
n plus juſto veneremur, dum illud longè
um quæſtionis ſtatum, quàm hîc occurrit,
icit.

Quod verò ratione abortus hîc urgeri fortè
ſet, eundem tanquam ſymptoma conce-
onis veræ & viventis abactum gemellorum
tum in Dingelſtadtiâ neceſſariò præſuppo-
e, cumprimis dum in Actis ſecundinarum,
'ovi magnitudine partum die 7. Aprilis
um ſecutæ dicuntur, mentio eſt facta:
c negativè reſpondetur, quòd ſc. Dingel-
tia tunc abortierit, idque hac de causâ,
a ſymptomata illa acerrima, quæ maximè
primiparis & ultimis geſtationis menſibus
rtûs comites individui ſunt, ſc. convulſio
, frigus partium extremarum, deliquia ani-
frequentiora & graviora, proſtrationes vi
n inſignes, ingens hæmorrhagia uteri &c.

Ettmüll. in Praxi.
Jüngk. Prax. Med. pag. 9.
Bohn. Specim. Forenſ. de Partu.

tolerantiâ illa & juxta Actorum tenorem
Dingelſtadtia obſervatus vigor extraordi-
us planè non concordant, dum ſcil. die
bathi proximè ſequenti Mega-Rudeſtadio
rtum petiit, & alioquin de ſymptomatibus
urrentibus per totum Actorum ambitum
nicquam legitur; quâpropter meritò hic
net: deficientibus ſignis abortûs, ipſe ab-
s deficit. Quemadmodum verò non tan-
inter Medicos, ſed & inter mulieres, quæ
iam abortum perpeſſæ ſunt, alioque tem-
partum legitimè ediderunt, extra omne
um poſitum eſt, abortum cum majori pe-
o conjunctum eſſe, quàm fœtûs perfecti
m legitimum: fructus enim maturus
te ſua ex arbore cadit, immaturus verò
ri molimine & ſæpè cum rami læſione
utiendo ab arbore avellitur: nullaque
erum erit, quæ non quæſita reſponderit,
entius ter partus ordinarios parituram eſ-
uàm ſemel aborturam, quia in hâc tra-
â vita & mors pari paſſu ambulant, aſ-
ente

Jüngk. l. c. pag. 15. ſeqq.

tus enim per ſe eſt affectus periculoſus,
imò multoties lethalis: unde & carnifi-
dicitur

à Beverovicio Epiſt. Qu. pag. 319.

Præſumendum ergò non eſt, quod Dingelſtad-
tiâ, tanquam Primipara & adhæc macra, ex-
ſucca, inſana & miſerabilis muliercula, juxta
atteſtatum Nor. Publ. Hegelii, quæ in abortu
adhuc magis periclitata fuiſſet, juxta Autores
ſupra citatos & Praxin Clinicam, peculiare
privilegium præ reliquis abortientibus habue-
rit, ſiquidem univerſalia exceptionem mini-
mè patiuntur. Nec aſſertioni huic vel mini-
mum præjudicant ſecundinæ allegatæ, cùm in
Scholâ Medicorum certum ſit, quod ubi non
eſt embryo, ibi nec ſecundina adſit. Jam ex
antecedentibus eluceſcit, quòd ſubſtantia quæ-
ſtionis non tam infans, quàm mola fuerit;
adeoque neceſſariò ſequitur, ſecundinam à
Dingelſtadtia conceſſam aut purum ens ratio-
nis, aut ad ſummum partum anemium fuiſſe:
qualia ova ſubventanea pennatorum etiam eſ-
ſe ſolent. Hoc enim propria ejus confeſſio
confirmat, quando juxta Acta expreſsè dicit,
ſimile quid plus unâ vice à ſe excluſum fuiſſe,
cùm tamen extra dubium ſit, quod nunquam
antea pepererit. Ad hæc probè notanda eſt
depoſitio Obſtetricis juratæ Rudeſtadienſis,
quæ mihi palam confeſſa eſt, ſe penes Dingel-
ſtadtiam in actu inſpectionis rem non ita ac
penes alios inveniſſe: unde ſufficientiſſimè
concludi poteſt illi quoque eadem, quæ aliis
fœminis contingunt, non accidiſſe.

Nihil amplius ergò reſtat, quàm ut par-
tum illum pro molâ fœtui vero combinata
habeamus; qualia exempla plura in obſerva-
tionibus Medicorum occurrunt, vid. apud

Lemnium de Occult. Nat. Mirac. lib. 8.
Bartholin. Act. Haffn. T. 1. Obſ. 16.
Lindan. Prax. pag. m. 234.
Jüngk. l. c. pag. 8.

Quod quidem mulieribus cachecticis, aut qua-
rum Viri debiliores & ad opus generationis
impares ſunt, magis ſolenne eſt, vid.

Hippocrat. l. 1. de Morb. Mulier. & lib. de ſterilit.
Louyſe Bourgeois Hebammen-Buch.
Lindan. l. c.
Laurent. l. c.

ad quam claſſem Dingelſtadtia omninò quo-
que referenda eſt, quemadmodum in atteſtato
Hegelii videre eſt, quòd à teneris inſana &
valetudinaria, malo colore prædita & debilis
fuerit ſimulque obſtructione menſium labora-
verit. Quùm igitur & Inquiſitus Sturmius
jam à trienniô, quod notorium, cum uxore
ſua, ad puerperium & generationem per æta-
tem adhuc habili, nullum infantem genuit,
non invalida eſt præſumptio, eundem ob in-
ertiam ſeminis molam illam produxiſſe.

Et hæc quidem Mola de genere molarum
formatarum & ſuo modo viventium fuit,
dummodò narrationi Dingelſtadtiæ, admo-
dum

dum varianti, fides adhibenda eſt: ſiquidem in Actis perhibetur, eandem digitis & officulis inſtructam fuiſſe, imò quodammodò ejulaſſe. Tale verò errantis naturæ productum certi alicujus animalis, aut partis hujus ſpeciem referre poſſe, in dubium vocari nequit, dum plures obſervationes Medicæ idem confirmant, vid.

> *Bartholin. lib.* 4. *Hiſtor.* 84. qui molam capite ovillo, dentibus, pilis atque oculis inſtructam recenſet.
> *Blancardus Cent. V. Obſerv.* 98. qui molam cordis formam habentem annotat.

Quin & Experientiæ conſentaneum eſt, conceptus ejusmodi monſtroſos quandoque vivere poſſe, non tamen vitâ animali & reverâ tali, ſed tantùm motu ſpuriô, analogiam vitæ referente & ad exiguum temporis ſpatium tantùm durabili, inſtar Zoophyti, ſive plantæ, ut dicitur, animatæ, vid.

Salmuth. Cent. 3. *Obſ.* 98.

Quod verò ſignum vitæ in ſpecie allegatum, ſc. ejulatum aut vagitum concernit, meræ Inquiſitæ Phantaſiæ attribuendum videtur potius, quàm ad vitam hujus molæ ſufficienter probandam aptum, ſiquidem in deſcriptione hujus monſtri, quod notandum, ne verbo quidem capitis aut illarum partium, quæ vocem edunt, mentio eſt facta, quod tamen, ſi ſpeciem hominis habuiſſet, unà cum partibus ſexum diſtinguentibus, in quas Mulierculæ primò omnium inquirunt, inſuper habitum non fuiſſet.

Quapropter æque improbabile eſt partum hunc vagitum edidiſſe, ac impoſſibile eſt quendam ſine pedibus currere poſſe. Accedit & hoc, quod Dingelſtadtia in actu viſitationis, juxta relationem Obſtetricis, abdomen violenter contraxerit, & poſteriora ſ. v. maximè protruſerit, ſine dubiô eum in finem, ne Obſtetrix veri in utero adhuc hærentis partûs certior fieri poſſet; unde ſequi videtur, quòd nec ipſa in opinione illâ verſata fuerit, quod verum quendam partum enixa ſit, ſed ad celandum partum poſteriorem tantùm ſigna illa fallacia finxerit.

Quamvis autem Depoſitio Specialis Obſtetricis, ratione lactis in mammilla dextra reperti, aſſerto de mola geſtata contraria eſſe videatur, dum defectus lactis mammis utcunque tumeſcentibus pro ſigno diagnoſtico molæ è fœminâ conceptæ in Schola Medicâ habetur: attamen hoc de illis tantùm Mulieribus intelligendum eſt, quæ molam ſolitariam gerunt, ſiquidem hoc opinioni Medicorum & experientiæ conſentaneum eſt. Quoniam verò hoc in caſu mola fœtui vero combinata, uti effectus die 27. Julii oſtendit, ob oculos ponitur; hinc facilè hariolari licet, lac in Dingelſtadtiâ à vero & in utero vivente fructu pendere, dum conſtat, ultimis geſtatio[...] menſibus plurimis mulieribus lac ad mam[...] ruere, vid.

Bohn. Circul. Phyſiol. de Lacte.

unde ab exiſtentia lactis ad negotium in[...] N. V. C. Hinc ſequitur, Inquiſitum Sturmi[...] infanticidii commiſſi inculpari non poſſe, [...]quidem mola neutiquam ſubjectum hom[...]dii, nec conſequenter infanticidii eſt, ſed [...]tius horribile Naturæ aberratum & mali [...]nis portentum, quod ut citius eò melius è [...]dio tollere cuilibet liberum & permiſſum [...] aliâs omnes Medici infanticidæ eſſent, qu[...] luberrimè cavent, ut molæ ejusmodi for[...]mis medicamentis, licet etiam præſumti[...]tæ ex motu in uterô adſit, expellerentur, [...]moperè laboretur: cujus intuitu Inqui[...] Sturmius, ſi de mola Dingelſtadtiæ certus [...]ſet, officium boni Medici potius peregi[...] adeoque gratias potius quàm pœnam pr[...]ruiſſet.

In dubio autem conſiderandum, an [...]dicamenta à Sturmio ſubminiſtrata & in [...] allegata, illud, quod Dingelſtadtia in [...]geſtavit, & idem Sturmius, an infans aut [...] fuerit, diſtinguere non potuit, expelle[...]que putatum abortum procurare potuerin[...] quod 2. abſolutè negatur, crocum ſcil. p[...] obolis coemtum & quartarium baccaru[...]niperi cum quartario aquæ decoctum, [...]verſis vicibus aſſumtum, ut Acta teſta[...] abortum putatitium procurare potuiſſe. [...] enim fortiſſimis ſæpe purgantibus & emm[...]gogis in hoc caſu efficere non poſſumu[...] juxta cum experientia quotidiana

Jüngk. Prax. Med. pag. 16.

teſtatur, impoſſibiliter 10. croci granis a[...]cocto juniperi, vix 3. l. 4. cochlearia [...] quanti, perficiemus: aliàs inter ruſtica[...]lieres, quæ ſæpè pro 2. groſſis & plus [...] tanquam delitias quasdam juribus flavis [...]centis admiſcent, nil niſi abortus conting[...] quod contra experientiam. Adhæc m[...]menta talia intra 12. horas operari ſo[...] ſicut

> *Henr. ab Heer. Obſ.* 14.
> *Amat. Luſitan. Cent. V. Cur.* 35. [...]
> *VI. Cur.* 6.

referunt, quod Mulier ab aſſumpta i[...] quantitate croci intra horæ quadrante[...] fantem croco tinctum enixa ſit, de quô [...] in actis ſilentium. Nectar autem, in [...] deſcriptum, è fermento, aceto & vino [...] ſtans, potius contra, quam pro abort[...] cùm adſtringentia ſint, non pellentia. [...] enim

Wedelius lib. 1. *de Med. Fac. ca*[...]

[..]et, quòd acetaria aliaque acida à fœmina [..]nſes patiente comeſta fluxum earundem ſi[..]it. Jam verò omnia menſes ſiſtentia etiam [..]ortum præcavere apud omnes Medicos in [..]feſsô eſt.

Quapropter exitus hujus Molæ lapſui illi, juxta Acta proximè præceſſerat, unicè im[..]andus, quô de

Hippocrates lib. Epidem.

[..]ganter inquit: Si ob caſum, ictum &c. dolor [..]uitur, intra triduum abortus ſequitur.

vid. c. l.

[..]od ad molam hanc accommodari quoque [..]et, ſiquidem à lapſu vincula disrumpuntur [..]etus aut mola ab utero avellitur.

Jüngk. l. c. p. 7.

[..]oniam igitur partus hic: 1. Mola privilegio [..]nanitatis penitus ſpoliata fuit. 2. à Stur[..] abactus non fuit; hinc vi circumſtantia [..] allegatarum concludere nequeo, Inqui[..]n Sturmium infanticidium commiſiſſe; [..] manu ſigilloque atteſtor. Sign. *Erfurti* 28. *Maji A.* 1701.

D. J. A. F. Med. Prov. Iſen.

CASUS XV.

DE [..]OLA IN VIRGINE, QUAT. [..]STUPRO INDICIUM PRÆBEAT.

Reſponſum DNN. Jenenſium.

OSanna cum milite quodam, in Parentum ædibus degente, ſuſpectè converſata & [..]lò poſt groſſior reddita, nullo verò Medico [..]rte perito, ſed tantùm Balneatore in conſi[..] vocato: lecto etiam addicta, nec è vicinis [..]uam, nec Obſtetricem vocans, licet gru[..] ſanguinis ab ea excluſus, tumor genitalium [..]ntus & lac in utraque mammilla repertum [..]it: inde ab Obſtetricibus, ut & Medico, [..]perii ſuſpecta cenſetur. Quoniam verò [..]tetrix teſtatur, maſſam ſanguineam grume[..]tem, quam excluſerat ipſaque conſpexerat, [..]ndinam non fuiſſe, & in alterius Medici Re[..]one invenitur, quòd in maſsâ illâ neque liga[..]ta, neque vaſa obſervari potuerint, qualia [..]cundinis aliâs occurrunt, adeoque pro mo[..]benda ſit: adhæc Mulier, juxta Probatiſſi[..]um Medicorum opinionem, ſæpè molam [..]ue fœtu, utut non facilè abſque carnali [..]ione cum Viris, gerere poſſit, licet

[..]acchias in Qq. Medico-Legal. Lib. 1. Tit. 3. qu. 6.

[..]ere non dubitet, interdum, licet rarò, mo[..] abſque congreſſu generari poſſe: cui ta[..] alter Medicorum, vel eam ob cauſam, [..]d in mammillis lac inventum fuerit,

[..] l. qu. 2. n. 40.

[..]radicit, & quod in Virginibus ſemper mola [..]tæ pudicitiæ indicium præbeat: abhinc,

Novell. Val.

quod tumorem genitalium concernit, is, juxta alterius Medici Relationem, neutiquam certum puerperii indicium præbet, ipſaque conjectura ex lacte fallax & infirma eſt, hoc imprimis in caſu, quia Oſanna à tali Matre eſt prognata, quæ 48. etiam ætatis anno adhuc lac in mammis habet, ut Obſtetrix teſtatur; hinc contra Inquiſitam ob infanticidii ſuſpicionem, deficientibus gravioribus indiciis nihil ulterius tentandum: attamen cùm per ſuſpectam converſationem reliquumque vitæ genus & inſequentem molam in ſuſpicionem ſtupri ſe præcipitaverit, ut à carnali ejusmodi mixtione ſe liberet, juramentum purgatorium illi decernendum erit. Menſ. Decembr. A. 1696. Waſſungam.

Vid. Nic. Chriſt. de Lyncker Rerum in Dicaſt. Jen. Deciſ. Cent. XIV. num. 1388. p. 395. Vol. 3.

CASUS XVI.

DE REPERTO SUB AQUA CADAVERE, AN VIVUM, AN DEMORTUUM EO PROJECTUM SIT?

Requiſitio.

P. P.

MUnere defuncturus hominis Tui amantiſſimi tempori inſerviam prius, quàm aliis de rebus ſcribere incipiam. Noſti enim animum meum Tui percupidum, non repentinâ aliquâ voluntate de Te ac de meritis Tuis in rem literariam maximis cogitare, ſed eam in curam incumbere ſemper, quò ſuis Te officiis ornet. Tibi igitur de ſpatiô vitæ adhuc extento, de felici rerum Tuarum ſucceſſu, de laudis famæque acceſſione maximâ impensè gratulor, optoque, ut quem die abhinc tertiò ingreſſus annum es, feliciter percurras, pluresque inſecuturos incolumis videas. DEUS Te ſoſpitet ac omne, quidquid ſuſcipis, fortunet! *Muſeum Muſeorum* ſub prelo ſudare, rei literariæ causâ, quam non parum augebit, lætor. In Latinum transferam, ſi id mihi committi negotii ac per Typographum mercedem velis rependi. Ne verò inanis Epiſtola ſit, ſcire ex Te velim,

num ex inteſtinis pulmonibusque aquâ vacuis conjicere non liceat, repertum ſub aquis hominem aquâ non eſſe ſuffocatum?

Vale & amare perge

Excellentiæ Tuæ

D. Alſfeldiæ prid. non. Jan. 1704.

addictiſſimum

Johannem Conradum Beckerum,
Phil. & Med. D. Phyſ. Alsfeld.

Reſponſum Michaelis Bernhardi Valentini.

P. P.

VOta Tua pro ſalute meâ nuncupata votis meis reciprocis rependo, & ut de novi anni ingreſſu gratulor admodum, ita hunc & plures ſecuturos proſperos Tibi felicesque apprecor. *Muſei Muſeorum* pars dimidia jam prelum ſuperavit. Qui illud Latio donaret Te nullum verſatiorem novi. Quapropter gratiſſimum erit, ſi me hâc in Parte ſublevaveris, utpote qui intereà reliqua, quæ meditor, urgere potero. De præmio pro labore ſis ſecurus, quod Bibliopola neutiquam denegabit, de quibus alibi coram. Quæſtionem quam proponis: „Num ex inteſtinis pulmonibusque „▽. vacuis conjicere non liceat, repertum „ſub aquis hominem aqua non eſſe ſuffoca- „tum? affirmo, ſi & reliquæ à

Pareô Tr. de Renunciationibus p.m. 651.

circumſtantiæ adfuerint, ab unguibus & aliis deſumtæ: ſoli enim ▽. defectui ſive in pulmonibus, ſive in ventriculo, fidendum non eſſe, experientia me docuit, ut veriſſima ſit *Galeni* cautela: χρὴ πάντα θεάσασθαι τὰ σημεῖα, καὶ μὴ πιστεύειν ἑνί. Hæc interim in aurem! ne intempeſtivè mens noſtra ante requiſitionem legalem innoteſcat. Tu, ſi me amas, Relationem Inſpectionis ſub eadem ſilentii fide mecum divide, ſiquidem quò tendas, facilè ſubodoror. DEUS interim non inultum ſinet ſanguinem innocentem, ſiquidem

Clamitat ad cœlum vox ſanguinis & Sodomorum,
Vox oppreſſorum, merces detenta laborum!

Vale!

Requiſitio II.

Vir Nobiliſſime atque Excellentiſſime, Doctorum Celeberrime,

Domine mi & Patrone maxime!

TEmperare mihi non potui, quin eam cum Doctoribus communicarem ſententiam, quam cum obſervationibus tum rationibus mechanicis probari poſſe putabam. Quæ ingenii judiciique Tui acies eſt, omnium optimè judicabis, verone conſentanea mea opinio ſit, an temerè veteribus inſultet. Tuo ſanè judicio valebit adverſus Doctorum conſenſum, iſtoque ipſo etiam inſtar beſtiolarum auctore Ariſtotele unam diem viventium, cadet exſpectatione citius.

In vertendo Muſeo melioribus conditionibus, quas Tuo ſigillo ac nomine confirmandas, haud ita pridem ad Te tranſcripſi, m[...] velim detineas, faciasque, ut & jucundus ſ[...] labor, & amicitia Tua mihi ponatur in lucr[...] Certè operam dabo, ut meæ Te ne unquam pudeat verſionis. Vale!

Excellent. T.

Alsfeldiæ IV. Cal. Dec. A. 1704.

obſervantiſſ.

J. C. Becker, D[...]

Joh. Conradi Beckeri, Phil. & Med. D. Tractus Alsfeldenſis Medici Ordin. Paradoxum Medico-Legale, de ſubmerſorum morte ſine pota aqua.

§. I.

DE ſubmerſorum morte commentatur[...] non poſſum, quin Naturæ immenſitat[...] admirer, quam obſervamus multa adhuc [...] vere abdita, quæ tum fortunæ benignit[...] tum perſcrutandis rerum cauſis in lucem [...] lunt evocari. Rerum occultarum valdè di[...] eſt, ut ſemper habeat, quod impertiat; iſt[...] que ſibi opinionem in venerationem ve[...] Benignæ matris habet indolem, quæ præ[...] teris vult obſervari, nullaque re, præterqu[...] promto obſequio ac indefeſſo ſtudio capi[...] Nec enim facilè cultores ſuos deſtituit, q[...] videmus pietatis ipſi præſtitæ fructum ferre [...] nimè pœnitendum. Quæ ipſius provide[...] eſt, diligentiſſimis ſui ſcrutatoribus ſe no[...] cilem ſolùm præbet, ſed ſinum etiam ſ[...] quam liberaliſſimè aperit, ex quo ipſius ab[...] tenebrisque adhuc immerſa depromamus.

§. II.

Adeò nihil in humanis difficilè, nihi[...] tam altè reconditum, cujus inveſtigandi [...] mum non inceſſat cupido: quod human[...] duſtria non ſuperet: ad quod per occaſio[...] indagandum ſpes hominem non armet: in[...] Naturæ nobis non aſpiret benignitas.

§. III.

Mirè tamen fortuna ſe inclinat, in[...] æquitate ne dicam, an immerita gratia & [...] nevolentia, neſcio, plus quam in ſtudiis i[...] ſtigandique conatu reponendum ſpei eſt.

§. IV.

Præſertim verò in anatome ſeu cadav[...] ſectionibus Natura ſe venerandam præſta[...] abditosque receſſus nobis ne quidem cog[...] tibus aditum patefacit valdè expeditum. [...] cauſa eſt, quamobrem iſtam Philoſophia[...] tem, quam naturalem vocant, Curioſ[...] inventis ita adornatam perfectamque h[...] mus, uti præter cæteras excellat, vete[...]

ſi non derideat ſimplicitatem, certè mul-
paraſangis poſt ſe relinquat. Quid de anato-
dicam? Palmam ferè cæteris omnibus præ-
t, & rerum novitate juxta ac præceptorum
itate ita omnibus numeris habetur abſolu-
ut quid deſiderari poſſit, doctiſſimi non
eant. Aliquo tamen junctæ conjugio di-
plinæ, mutuo quaſi amore ſe complectun-
, alteraque alterutri cogitandi materiam
peditat; præcepta confirmat; laudem ac
rementum addit. Binas enim inita quaſi
communi ſalute ſocietate, ex compoſito
erimentis ſe muniviſſe dices, ad quorum
mam tanquam ad lapidem lydium omnia
uræ phænomena examinari, ac omne
cquid ad iſtorum componi mentem ne-
t, exulare jubent, ipſamque adeò Natu-
inſperata indulgentia rationibus ſuis ha-
t obedientem. Ipſa quoque vetus illa
dicinæ facies vanis traditionibus præceptis-
fœdata, elegantior hodiè prodit, ut pul
tudine ac obſervationum cum aliis cer-
numero.

§. V.

Ita cadaverum ſectio amplificandis or
disque diſciplinis, confirmandis etiam Do-
rum præceptis ſi quæ res alia, ſummè ne-
aria eſt; in occiſis verò corporibus ſum-
circumſpectione curaque peragenda, quo
tio omnis commenti expers nec inſontem
dat ſuſpectum, nec cædis auctorem teme-
defendat. Qua occaſione non poſſum,
omnes Medicinæ cultores Doctoreſque
m ipſos, ac eos imprimis, quos penes
iciendi cadaveris poſitum judicium eſt,
oneam, quò in ſecandis corporibus di-
diſque ſententiis omnem & culpam & te-
itatem, ac ipſam quoque oblivionis, odii,
ris, miſericordiæ ſuſpicionem præſtent,
ibus in conſultando ipſos decet eſſe vacuos.
igitur omni cura incumbant Medici or-
rii, quos Phyſicos vulgò vocant, ut occi-
m aut ſub aquis ſuffocatorum cadavera ne
er inſpiciant, ſed læſionum habitudinem
ualitatem pro officii conſcientia perſcri-
, ac ſibi præcipuè dictum putent, uti à
andi pruritu, præſumta ſuſpicione adjici-
oque alieno in relationibus ſe abſtineant;
ui temerè ac petulanter ad quæſtionem
um præparent. Non minus à Collegio
officio quam alieniſſimum eſt, memoratis
yſicorum relationibus circumſtantiis non
uieſcere: aliena quæque in reſponſis con-
ere: opinionibus culpandaque curioſitate
ceratas reorum res exaſperare: ſuppedi-
o præter neceſſitatem capitalis materiem
inis, & ſceleris præſumtionem augere &
ris judicialis præcipere munus. Quam-
m qui rogati ſententiam ſunt, ſemper
ant, ut concepta vetere opinione re-
iorum obſervationibus præſertim labefa-
ctata, conſilia ne quidem unquam metiantur, ne quando mutata mente, ſua ipſi conſilia ſi non exſecrentur, ſaltem ita conſuluiſſe pœniteat.

§. VI.

Exemplo res fiet clarior: Medicorum æquè ac vulgi opinio eſt, ſuffocandos ſub aqua aquæ tantam neceſſariò haurire vim, qua totus venter plenus ſit ac tumeat, i. e. qua abdomen ac thorax (ſiquidem & hunc ventris nomine volunt comprehendi, quippe quem à nemine aqua vacuum pronunciari memini) ita adimpleantur, ut nihil poſſit ultra. Iſta verò ab tanta copia aquæ diſtenta viſcera, ad continuandas functiones vitales prorſus inepta reddi: motum cordis, pulmonum ac ſanguinis continuò ſufflaminari: ipſam Reginam viſcerum cor, officio ſuo moveri: flammulam vitalem aquæ frigore extingui ac torpere: infractoque corde cæteras corporis partes non amplius irradiari, hocque modo perire hominem exiſtimant. Fingam, „ Doctoribus hunc perſcribi caſum: in aqua, „ repertum eſſe cadaver humanum, quod ma- „ giſtratus juſſu ſectioni commiſſum, qua de- „ cet diligentia fuerit inſpectum. Extrinſecus, „ præter lividas maculas, aliquot vibices &, „ abdomen quadantenus inflatum, quod nota- „ ri mereretur, viſum fuiſſe nihil. Apertum, „ cultro thoracem adeò non continuiſſe aquam, „ ut potius omni humore fuerit vacuus. Pul- „ mones juſto plus inflatos punctis ex parte, „ ſubluridis ex parte ſubnigris fuiſſe varios, „ ipſoſque decuſſatim diſſectos aquæ guttam, „ ſtillaſſe nullam. Tandem abdomen ſtitiſſe, „ viſcera ſua naturalis & optimæ conſtitutionis, „ præterquam quod ſtomachus paulò plus al- „ beſcentis liquoris octavam fortaſſis, eorum, „ qui ſectioni adfuerunt judicio, menſuræ par- „ tem habuerit.

§. VII.

Quod accepturum te reſponſum putas? ſine ulla dubitatione eam communiter amplectentur ſententiam, quæ ſuffocationis ſub aqua opinionem præcidat. Ventriculus „ enim & pulmones aqua vacui, illis ipſis aucto- „ ribus, ut periiſſe ſub aqua hominem dica- „ mus, non permittunt, cùm ſuffocatum in „ aquis eſſe & aquam non hauſiſſe, minus co- „ hæreant. Nec concipere licet, merſum aqua „ animal, primo poſt illapſum temporis mo- „ mento in eo vitæ periculo conſtitui, quo „ trahendi ſemel atque iterum ſpiritus ſpes „ ademta ſit omnis. Videmus morbo con- „ fectos & jam moribundos in ſummo ulti- „ moque angore, beneficio reſpirationis quo- „ dammodo ſuſpenſæ, cum ſpes vitæ eva- „ nuit, frui; quidni igitur aqua immerſis re- „ ſpiratio pauliſper ſervabitur? ſunt hominis „ latera ſatis robuſta, thorax coſtis & ante- „ oſſeo ſcuto ita munitus, ut circumjacens „ ipſi aqua tam vehementer iſta reprimere „

„ac retundere non valeat, quin inſito exten„dendi explicandique vigore reſiliant, aut ab „incluſo æthere attollantur. Experientia quo„que auctore præcipitatus in aquam homo, „aliquamdiu vivit & aſſerturus ſe è ſuffocatio„nis periculo in liberum aërem, cum aqua vi„tæ ſuæ inimica quaſi luctatur; ergò procul „dubio reſpirabit. Accedit quod materia re„ſpirationis minimè privatus ſit, quam cre„dunt per totum aquæ corpus diſperſam, „omnes iſtius poros adimpleviſſe. Jam verò „non poteſt non fieri, quin cum illabente in „pulmones æthere ſimul aqua iſto multo gra„vior deſcendat; aſperæ arteriæ ramulos ad„impleat, ipſosque pulmones diſtendat vehe„menter & elonget; ac poſt mortem homi„nis, reliquias præſentiæ ſuæ auctores relin„quat. Hinc eſt, quamobrem redemtos à pe„riculo ſuffocationis, ſive arreptos in aqua „invertant & impoſitione in caput expectora„ri aquam, iſtaque pulmones exonerari ve„lint. Quod deinde ad gulam attinet, iſta „fibris ſuis carneis, totaque ſtructura mechani„ca apta nata eſt, ut ingreſſæ in os aquæ à ter„goque inſequenti tranſitum concedat: me„morata verò quantitas aquæ, octava menſu„ræ pars quam pro capacitate ventriculi mi„nor eſt. Quæ omnia etiam Doctores confir„mant, quorum teſtimonio conſtet, vivis „præcipitatis totam alvum aqua contenta in„tumeſcere; Paræus Tract. de Renunciatio„nibus p. m. 845. edit. Francof. 1594. vel ven„trem totum, adeoque & thoracem, quemne„mo Doctorum expreſſis verbis vult exclu„ſum, aqua plenum ac tumentem eſſe. Pau„lus Zacchias Quæſt. Medico-Legal. p. 435. „b. Quamobrem cùm è memoratis in relatio„ne circumſtantiis, adductisque argumentis, „ſuffocatum vi aquæ hominem eſſe, collige„re non liceat, non vana ſubnaſcitur ſuſpicio, „vel veneno aut laqueo necatum, vel colapho „aut ſubito percuſſu capitis ac thoracis attoni„tum factum, pro mortuoque habitum, in „aquam abjectum eſſe.

§. VIII.

Sic de veterum ſententia tibi reſolvent caſum, ac neſcio quam ſuſpicionem patefacient, actorique judiciali inquiſitionis materiem ſuppeditabunt minimè prætereundam. Is enim Medicorum conſilio rem totam metitur, ac eum, quem ſcit gravi demortuum odio perſecutum, quemve putat rivalitate aut cupiditate adeundæ hæreditatis ſuſpectum, amore vindicandi in homicida peccati, in vincula celeriter duci curat. Quæ quam periculi plena res ſit; quam vehementer temerè ſuſpecti habiti lacerare famam poſſit, hinc & fortunam; & quàm lubrico fundamento inſubida innitatur ſuſpicio, paucis mox dicturus ſum.

§. IX.

Equidem Doctorum ac multitudinis co ſenſu in eam ipſe opinionem veni, ut m ſos aqua aquam pulmonibus ventriculoq haurire, potæque copia perire credere Mira ea in re hominum fuit conſpiratio ut, qui ab aliis opinionum diſſenſione diſc paverit, receptæque adhuc ſententiæ interc ſerit, audirem neminem. Equidem Pau Zacchias loc. cit. *mori eos ait, qui aqua ſ focantur, ob cohibitam potius reſpirat nem, quam ob aquæ copiam, quæ ab i ingeſta fuerit*; aquam tamen ſuffocandos tare iſtis ipſis verbis indicat, idque multo rius l. c. exprimit; *primum*, inquiens, *ſign eſt, quod qui ſubmerſus vivus eſt, ventr totum aqua plenum ac tumentem hab* Ego verò aliquot obſervationibus, qui tanquam habenis intra verum rectumque cti me ſentiebam, meliora nunc edoct non potui, quin iſta in meliorem Juriscon torum æquè ac Medicorum cautionem lit mandarem, affirmaremque, ſubmerſos n te ſine aqua defungi, i. e. nec pulmonib nec inteſtinis haurire aquam, faucesque tum non primis poſt ſubmerſionem mom tis ita præcludi, ut aquæ cum in pulmones in inteſtina illapſus denegetur; iſtorum pterea mortem ſoli denegatæ reſpirationi adſcribendam.

§. X.

Quid enim eſt, quamobrem eadem aliis chorda oberrem, præceptorumque n rum ac omnium denique Doctorum amo veritate credam potiorem. Ab rebus a perientia quam ſubjectis Doctorumque a ritate argumenta ſumuntur rectius. Qui vat rationes affirmantes, negantesque co rias ajentibus: aut Doctores otioſos ac m magno numero adduxiſſe, ſi res qua de ſe ne quidem unquam fuerit viſa? veteri cepta opinione quam experientia meliori ctorum quam veri duci malle ſtudio amore ac ſententias ſuas immutari nolle, quando ſ ritatis prælucet melior; ea verò dementi

§. XI.

Cujus quidem ſuſpicionem vereor u rimi præſtent, quicquid potius ſibi ſume quam ut rectius ſentientibus ac meliora nentibus ſe accommodent. Inſignem ſib injuriam exiſtimant, ſi quando iſtis opinio vinculis alterius ſtudio liberandi, atc ſervitute aſſerendi in libertatem ſunt. peſtis quam valdè humano generi noc quantam caliginem oculis ſuffuderit; in turbaverit; notius eſt quàm quod n mum. Quamdiu enim autoritatibus meroque ſcriptorum certabant, ac ci opinionum auctoribus controverſias d bant, inveſtigandæ veritatis ſtudium rumque rerum cupido prorſus defer quaſi Naturæ theſaurus eſſet exha

antiquorum fuit modeſtia, omniſcientiæ tribui laudem noluerunt, nec quicquam demtum iri gloriæ exiſtimarunt, ſi quam e laudis gloriæque materiem relinquerent eris. Nec quiſquam erit omnium ab i arte adeò adjutus, ut in quibus excogi- is univerſi inani & diligentia & labore ſe re, ea omnia vel fortunæ benignitate vel ii acumine adinveniat ſolus. In eam verò m incumbamus omnes, ut quæcunque à ribus ampliſſima accepimus, auctiora re- uamus poſteris, perſuaſum nobis haben- nec iſtis occaſionem novi quid adjicien- æcluſum iri. Mihi igitur temperare non i, quin pro ingenii mei tenuitate tale adjicerem, ac cum Doctoribus commu- rem, quod Medicorum obſervationes ad- eat, ac ſubmerſorum mortem à nemine c explicatam, explicet. Nec enim ani- religionem imprimi volui ejuſcemodi rei tio, quæ ad præcidendam vanam ſuſpicio- valeat.

§. XII.

Ante tamen quam mutatæ rationes ſenten- roferam, occaſionem, qua res præter ectationem mihi innotuerit, memorabo. ecim jam defluxere anni, ex quo veterum um mihi diſplicere cœpit opinio. Quæ num curioſitas ac petulantia eſt, ad pu- n felem & canem, quorum rara incon- que amicitia eſt, ſæpius provocavi. Is pugnæ luſus in primis me delectavit, quo que beſtiæ aqua fugæ præſidium denega- Sciebam felem pugnandi vehementia ſævum, ut per medium canum agmen umpens, uno plures impetu leonis ad in- n fugam verteret. Cui quum applicito oramen januæ ſacco, pericula tendeban- incidit aliquando in inſidias, ultimum cer- n initurus. Sumſi dolii fundum in cen- erforatum, cujus foramini felis caudam di, axiculoque ſeu ligneo clavo benè fir- i curavi, cum ut alligatum caudæ lignum tam beſtiæ ſævitiam eluderet, cum ut s ſpem haberent ulciſcendæ injuriæ. Sed ræter ſpem evenit? Tradebatur aquæ aſ- ulus, cui felis inſidebat alligatus; iſtum ne vi fluminis abriperetur, aſſidens lito- ıer reſte eminus retinebat. Canem dein- aldè mordacem, felibusque infenſum in i aquam juſſimus, qui ſimul ac felem ve- deſtinatam gloriæ ſuæ victimam viderat, tu fremens, dentibusque ſtridentibus ho- n inſequebatur, pugnam aquariam initu- Quibus inter ſe commiſſis, cani voci- tione ſubvertendoque verſoria aſſerem, mmergendo aquæ felem, animum addidi- , ut compluries pugnam redintegraret. tamen fluctibus pugnæque labore defati- s, fortè reſupinatus voragine, aqua mer- tur, nobisque ſpectantibus animam ef- t. Quidam æqualium navi advecti poſt horæ ſpatium ſtrenuum iſtum pugnatorem inveniunt, eoque ipſum animo domum deferri curant, uti ſectione mortuum cohoneſtent. Quot quantisque fœdatum vulneribus caput fuerit; quam laceræ ſciſſæque animalis fuerint aures; nihil attinet dicere. Abdomen paululum intumuiſſe viſum: ſtomachum & inteſtina juſto plus diſtenta exhibuit, aquæ tamen, quod mirabamur, prorſus expertia. Pulmones non minus ſine aqua inflati erant, eorum haud diſſimiles, qui reſte vitam finiunt: brevi tamen emiſſo per reſectam tracheam flatu ſubſidere obſervabantur.

§. XIII.

Mira neminique Doctorum adhuc viſa res, mihi tum paucis ante annis inſito Medicinæ civi, veterum opinionem non ſuſpectam ſolum reddidit, ſed cogitandi etiam materiem, mutandæque ſententiæ rationes ſuggeſſit. Ab eò enim tempore ſemper exiſtimavi, non potam aquam ſuffocare animal, ſed metu fauces occludi, iſtam contra ambitu ſuo arcere ab animali aërem, quo minus reſpiret, eamque cauſam eſſe, quamobrem aër ultima inſpiratione admiſſus retineatur, retentusque ac exſpirari neſcius, pulmones diſtendat, ſanguinis fluctus ſtagnare, ipſumque adeò animal faciat ſuffocari.

§. XIV.

Circa idem tempus ſingulari fato Naturæque providentia, qua mihi ſoli novæ rei inventio videbatur reſervata, ruſticus ante aliquot hebdomades deſiderari cœptus, aqua extrahebatur. Cujus inſpectio vel propterea judicabatur neceſſaria, quod tenuis aqua, rivusque ex fontibus, qui iſti nomen darent, minus idoneis profluens, eſſet vadoſus & niſi pluviis ab rure montibusque redeuntibus non intumeſceret. Volutatum oblitumque luto cadaver denudari juſſum, lorum verò, quo cinctæ veſtes erant, tumefactum abdomen mirum quam vehementer adimpleverat, ut magno labore fortique attractione eſſet reſerandum. In externo corporis habitu maculæ ſubluridæ putredinis teſtes & comites ſe videndas præbebant, alicujus verò violentiæ, ſive percuſſio ſit, ſive vulneratio, ſive ſtrangulatio, veſtigia aderant nulla. Adſtantibus percuſſionis aut alterius externæ violentiæ liberatis ſuſpicione, qui inſpectioni præerant, ſectionem cadaveris, cadaveroſo fœtore ipſam maximè prohibente, minus neceſſariam judicantes, domum reverterunt, ac Studioſis, ni fœtore inſigni abſterrerentur, poteſtatem aperiendi cadaveris exercitii gratia reliquerunt. Chirurgi igitur miniſtrum, ut thoracem atque abdomen aperiret, mercede conduximus. Inciſum abdomen inteſtina ſiſtebat vehementer inflata, ut non temerè ſuſpicionem potæ magna copia aquæ ſpectantibus darent. Trajecto per gulam ac duodenum filo, canalem alimentoſum ligari utrimque, eave ligatura mu-

niri orificia ventriculi curabamus, quo commodius eximi, exemtique pondus ab eximentis aliorumve manu æſtimari, ac ipſa quoque contenta aqua menſuræ ſubire judicium rectius poſſet. E reſecto duodeno liquor fulvus liberalius manabat, chylumque peregrino quodam miſtum liquore eſſe, teſtis erat minimè ſpernendus. Exemtus ventriculus gravitate ſua opinionem potæ magna copia aquæ excitabat, quamque fovebamus diu & conceperamus ex ipſius intuitu, augebat ante, quam cultro aperiretur. Nec fefelliſſe nos opinio videbatur, dum effluentem liquorem, ſed Zythi odorem ſecum ferentem, menſuræ ſemiſſem impleviſſe videbamus. Non minorem aquæ quantitatem in pulmonibus contineri, veteri eaque vulgari perſuaſi opinione putabamus, eo quidem magis, quod pulmones in omnes dimenſiones extenſi, thoracis fornicationem adimpleverant, datoque poſt iſtius apertionem ſpatio, adeò ſuo retineri loco non poterant, ut potius ſtatos terminos transgrederentur. Tantum verò abeſt, ut quam immani tumore opinionem aquæve præſumtionem nobis fecerant, re ipſa firmarent, uti potius ab omni nos ſuſpicione ſubito ac improviſo caſu abducerent, animum tenerent ſuſpenſum, nobisque exiſterent auctores, quo cogitaremus, incertos nos vanosque eſſe in cogitationibus. Reſecto enim gutture flatum ſonorum edebant, opinione citius ſubſidebant, ut neſcius ſim, inflationemne inſolitam an ſubitam ſubſidentiam admirari magis liceat. In fruſta diſſecti quam pro conditione naturali non judicabantur humidiores, præterquam quod punctis varii coloris eſſent intertincti. Quæ cum aliter atque arbitrabar, evenirent, animum valdè dubium reddiderunt, quantum aliud nunquam.

§. XV.

Si aliqua læſionum veſtigia adfuiſſent, haud multum abfuiſſet, quin crediſſem, vi necatum mortuumque jamdum fuiſſe in aquam præcipitatum, cædisque auctorem fortuitum in aquam illapſum ſimulaſſe. Quam etiam ſuſpicionem non parum imminuebant ii, quorum teſtimonio conſtabat, in nundinis neſcio quibus ultimo viſum, fuiſſe ebrium, ab eoque tempore deſideratum. Sine ullo igitur dubio in rivum, ſuper quem ipſi erat eundum, ſua unius culpa inciderat, ut, qui re creata abuſus fuerat, ebrioſus ebrietatis vindicem experiretur aquam, in ejusque gremio ſepeliretur, quæ ipſum in Zytho nec ſatiare, nec ſitim reſtinguere potuerat. Cujus rei etiam teſtis erat contentus ventriculi liquor, qui propterea tamdiu Zythi retinuiſſe ſub aqua odorem videbatur, ut de inſatiabili hominis appetitu, mortisque cauſa infelici ebrietate loqueretur. Et quid aliud profluens è reſecto duodeno fulvus liquor exprimi & indicari voluit, quam potum nimia copia Zythum eluiſſe inteſtina, ipſius-

que colorem quod primam coctionem tant
quantitas ſubire non potuit, etiam poſt mor
tem integrum manentem, imbuiſſe Chylum
cujus paucitas præ tanta peregrini liquori
quantitate non potuit deprehendi.

§. XVI.

Quæ obſervatio non potuit quin veteru
opinionem labefactaret, eamque in ſente
tiam me induceret, ut crederem, malo co
ſilio è pulmonibus ac inteſtinis aqua vacu
peti argumentum, ad negandam ſuffocati
nem ſub aqua, ipſaque ad rem dubiam de
dendam prorſus eſſe inepta, dubia & fallac
Id ſanè conſtabat, vivum in aquam veni
hominem ſub aqua ſuffocatum; pulmon
tamen nihil prorſus aquæ oſtentabant, ve
triculus verò & inteſtina potam ante una
aut alteram horam cereviſiam continebar
chylo admodum pauco filamentis ſive filis
beſcentibus cognito, permiſtam. Semper
men mihi temperavi, ne in publicanda i
opinione, in quam una obſervatione addu
bar, calamus petulanter excurrat, nec con
Doctorum conſenſum nitatur, veritus, ne
nia errori petenda eſſet, aut ignominia ter
ritatem luerem. Non enim uno res temp
inveſtigatur tota, nec una alterave obſerva
veterem ac munitam Doctorum auctorit
ſententiam invertit. Ea quippe præceptor
Medicinæ ratio eſt, ut certam æternamqu
iſtis veritatem deſideremus, quam ſcimus
rum novarum inventioni, obſervationibus
que experimentis accommodatam. Teme
igitur credulique indicium animi eſſet,
plurimum auctoritatem infirmare obſerva
ne: infirma dubiæ obſervationis ratione
ceptorum valorem reddere ſuſpectum:
que unius auctoritate fidem facere velle V
rerum uſu celeberrimis. Quamobrem r
mihi longius fuit, quàm ut in alio ſubj
eodemque humano id viderem, quod prim
in beſtia, poſt in homine (cujus ventric
cereviſia purane an aqua miſta, dubium
pletus erat) haud ita pridem obſervaver
ne iſta mihi obſervatio novæque opinionis
tium in oblivionem vertat. Iſtæ certè ob
vationes comparatæ erant, ut ſi flectere à
terum opinione animum nequirent, ſolici
ſaltem ac ſuſpenſum efficerent.

§. XVII.

Occaſionem verò me deſtituere, qu
cens opinio confirmaretur, ægrè ferebam,
haud multum abfuit, quin differendo
gueret, faceretque, ut inveſtigandi ſtudi
quod fors cultri acuerat, hebeſceret. Tan
longo intervallo recentis ac privatæ opin
reique ferè neglectæ memoriam renovavit
teritus annus, quo tres ſubmerſi mihi erar
ſpiciendi. De primo, qui latomus Tyrol
erat, quod commemorem, habeo nihil,
quod inſigni fœtore ab ſectione abſterre

quod ne minima quidem animadverti poterat, quæ aliquam cædis inferret ſu pnem, propterea que celebrandam ſectio eſſe urgeret. Interjecto haud ita magno oris ſpatio cadaver fœmininum erat in- ndum, quod quum plures oſtentaret s, ſui ſecandi ſuppeditabat occaſionem. n eo minus præterlabi patiebar, quo ma- nimus ad rei inveſtigandæ cupiditatem , in iſtius conficiendæ ſpem ducebatur. verò facilius L. B. de ſententia noſtra ex iſtoria parta, tum de ipſa ſubmerſorum e judicare poſſit, omnes quas ſcire ipſius eſt, circumſtantias memorabo fidelis.

§. XVIII.

Quæ cultri ſubibat aciem ſubmerſa, H, erat, quæ infelici in puteum illapſu tur, e ſepultura totius civitatis commiſeratio- prometuit. Die XX. Junii ejuſdem an- lleſimi ſeptingenteſimi tertii maritus, poſt- am toto die findi per alios ligna curave- inclinante ſe die ſive crupuſculo è ſilva ,& uxorem domi ſuæ non invenit. Po- eoque ſummo manè ipſam cum merce- o, quem per totam noctem bibenda cere- , trahendoque faucibus nicotianæ fumo, ſe ad terendum tempus ſervaverat, in ibus domi angulis fruſtra quærit. Tan- poſitam juxta obſoletum puteum crepi- videt, quam mercenarium quæſitus ſo- intueri jubet, ac loci, quo fortaſſe do ı mortem cum vita infeliciter commuta- , non prætereundam eſſe auctorem judi- Mercenarius idem & piſcator quum ma- n uxorem attingere nolle videret, pertica catam explorat, ipſamque ſocia fratris u, quem in vicinia habitantem in auxi- vocaverat, inſcio Magiſtratu non ſine la- extrahit. Cujus inſpectio vel propterea abatur neceſſaria, quod anteacta conju- vita mortis ſpeciem reddebat ſuſpectam. aver viſu non injucundum erat, præter- n quod vulneribus ac contuſionibus non eſſet fœdatum. In utroque brachio vi- s duos ferè digitos latæ, paulum verò lon- es verberum ac baculi, non ſine vehemen- nflicti, teſtes erant. In unitate verticis & pitis, ubi ſutura lambdoidea fornicata à tali tangitur, parvum vulnuſculum, ſed undum & ad cranium protentum ſe vi- lum ſiſtebat, in ſiniſtro verò latere ſuper bregmatis non obſcurum percuſſionis in- im abraſis capillis obſervabam, adeò ut ratus panniculus carnoſus eſſet ſanguine us. Separatis carne ac pericranio duræ is progenie, quatuor fiſſuras digitum la- denudatum cranium oſtentabat: duas in frontis, unam ſcilicet ſupra cujusque oculi am, totidemque in oſſibus bregmatis utri- e lateris. Quæ in oſſe frontis & breg- s ſiniſtri lateris erant, pauxillum ſangui- tillabant, cui ſpongia abſterſo ſecundum iſtarum longitudinem ſenſim novus ſuccedebat. Omnes verò ſuperiorem ſaltem laminam penetraſſe, diſſectum ſerra cranium dubitare nos non ſinebat. Quo remoto duram piamque meningem ſeu duram tenuioremque membranulam cerebri globum inveſtientem, ſub ſiniſtro bregmate, quo ſuper percuſſionis obſervatum indicium fuiſſe, modò memoravimus, ex diſperſo varias in partes pauxillo ſanguine, duorum latitudine digitorum obſervavi aliquo modo denigratam. Quod ad interna attinet, ventriculus & inteſtina erant inflata, cætera ſana. Simulac vel leviter perforata fuerunt, ſubſidebant; ex inteſtinis purus Chylus emanavit, de ventriculo vero eam ferè quantitatem albeſcentis liquoris depromſimus, quam capere octava menſuræ pars poſſet. Ne verò in re tam ardua quicquam prætermiſiſſe videamur, pulmones paulum inflatos prorſus exſcindi, manibus Chirurgi attolli, pluries transfodi, laceros ac diſciſſos manu comprimi juſſimus; cum ſpe aliorum eliciendæ & profluxuræ inde aquæ illecti, tum Regiminis Gieſſeni juſſu præcipuè ad inſpiciendos pulmones impulſi. Qui verò adſtantium aliquot minimum aquæ guttas inde profluxiſſe viderit, certe invenietur nemo. Contra ea reſecto gutture pulmones continuò ſubſidiſſe, ſonumque leviſſimum edidiſſe, memoria teneo.

§. XIX.

Mirum quam omnibus res viſa ſuſpecta fuerit. Suffocatam ſub aqua fœminam eſſe, rumor erat, cui tamen vacui aqua ventriculus ac pulmones videbantur intercedere, quo minus vivam in puteum veniſſe, aut ſuffocationem ab aqua factam crederemus. Cui etiam ſuſpicioni non leve putabantur pondus addere corporis læſiones ac verbera, ad quorum ſuſtinendum impetum vel ipſum cranium duritie ſua forniceque adeò non valuit, ut potius vehementiæ cedere, atque fiſſuras aliquot tanquam totidem irati ſcipionis teſtimonia ſibi imprimi coactum fuerit. Cauſantur contra alii, ſuſpicionem iſtam paulum minui tum ipſius ſuffocatæ indole, quæ ad ebrietatem dicitur fuiſſe propenſa; tum capitis debilitate, quæ faciebat, ut uno aut altero ſpiritus juniperi hauſtu opprimeretur; denique accepta de mariti amore erga ancillam opinione. Hac enim ad deſperationem adduci, ebrietate verò capitisque debilitatione fieri facilè potuit, ut tractura fune aquam inconſideratè ad puteum verſus inclinaret, capite ab cauſa non una debilitato, hinc & thorace reliquum corpus usque eo præponderaret, ut præſtare illapſum ſibi non fuerit integrum. Quæ quidem cum in finem adducta nolo, ut defunctæ vel alterius ſuſpecti habiti cauſam exacerbarem, aut cædis ſeu ſuffocationis auctorem ſuſpicione liberarem, ſed quò benevolum lectorem ne quidem ullam celarem circumſtantiam, additoque

toque ſententiæ meæ pondere oſtenderem, quam periculi plena res ſit, quærere & dijudicare ex pulmonibus ac ventriculo, utrum ſuffocatus ſub aqua homo ſit, an mortuus in aquam abjectus.

§. XX.

Noſtra non refert, vivane fœmina an mortua, aut pro mortua habita in aquam venerit, cum inde ſententiæ novæ nihil quod ad illius commendationem faciat, detrahatur, nec opinionis vocari in dubium veritas poſſit. Si enim viva in aquam præcipitata perſona fuit, nihil tamen aquæ pulmonibus ac inteſtinis attraxit, ſequitur non potam aquam, ſed denegatam reſpirandi libertatem mortis fuiſſe cauſam. Si pro mortua habita in aquam miſſa eſt, rurſus ſine pota aqua aëris ſive denegato illapſui, ſive impeditæ expulſioni imputanda ſuffocatio venit, cujus trahendi copia ſi data fuiſſet, liberiori iſtius uſura animum viresque juxta recuperare fortaſſis potuiſſet. Sin verò mortuæ in puteum præcipitatione, vel improviſus vel quæſitus ab ipſa improbo finiendæ vitæ deſiderio illapſus ſimulari debuit, tum vel eo magis inde liquet, pulmonibus ac ventriculo ſub aqua aquam ut haurirent & admitterent, prorſus non eſſe datum.

§. XXI.

Quam ſententiam reſponſi mei eſſe normam volui, quum ab Sereniſſimi Principis Regimine, quod Giſſæ eſt, ad Magiſtratum provincialem hujus loci mandatum veniret, ut ca-„ daver & in primis pulmones à Medico & „ Chirurgo ſe præſente benè rectèque inſpici, „ atque examinari curaret, utrum factæ in „ aqua ſuffocationis, aut mortis ab externa „ aliqua vi illatæ ſigna aliqua adſint, & an re-„ periundæ in corpore læſiones lethiferæ, & „ ita comparatæ ſint, ut à præcipitatione in „ puteum aut à percuſſione proveniſſe videri „ poſſint, Medici etiam hac ſuper re judicium „ ſpeciatim requireret. Cujus reſcripti occaſione tres quæſtiones formabam, 1. Utrum ex pulmonibus poſſit ac debeat judicari, num homo ſit ſub aqua ſuffocatus? 2. Utrum à præcipitatione in puteum, an ab externa aliqua vi repertæ in corpore læſiones proveniſſe judicari poſſint? 3. An iſtæ læſiones, ac in primis fiſſuræ ſuperiorem ſaltem laminam penetrantes mortem neceſſariò inferre potuerint? Ad duas poſteriores quid reſponderim, nihil attinet dicere; aſt primæ reſolutionem ex iis, quæ dicta ſunt, benevolus lector judicabit, ex ſequentibus verò paulò clarius eandem intelliget. Equidem ne ulla cujusquam Doctoris obſervatione vel auctoritate munitus, in evulganda ſententia, cujus duæ ſaltem inſpectiones, una beſtiæ, hominis altera mihi extiterant auctores, admodum timidus eram, eo maximè in caſu, quem ex variis circumſtantiis contro-verſum, in utramque partem diſputatu[m] prævidebam. Nec tamen veterum auc[toritate] aut aliorum opinione aliquod reſp[...] conciliari præſidium volui, nec interro[...] tacere. Gratum potius erat, eam Sup[...] rum juſſu mihi datam occaſionem eſſe, [...] naſcentem opinionem cum doctioribus [com]municatum iret. Et quid erat, quod [...] opinionem comprimerem, qua nec ſuff[...] nec alii noceri, qua neminem reddi ſuſpec[...] nec quenquam ſuſpicione ſciebam liber[...]

§. XXII.

Ego verò ſequentibus rem totam b[...] ſimè complectebar, quod expreſſus nunciu[s] unam & alteram horam reſponſum exſ[...] bat. Primum inter perſonas hinc & i[...] fontem & amnem faciendum diſcrimen [...] judicabam. Imbecillem hominem, c[...] caput aliquo ejusdem ætatis vitio, vel eb[rie]tate ac verberibus acquiſito debilitatum [...] rit, quale Noſtra habuiſſe dicitur, primis [...] illapſum in aquam momentis fundum pe[...] dicebam, parum vel nihil pulmonibus at[tra]here aquæ, propptereaque exſpectatione [...] tius ob interceptum aërem ſuffocari; ip[...] quoque ore exceptam ac verſus gulam [...] fluentem vel protruſam aquam, ſupprim[en]da epiglottide relictam ex junctura carti[lagi]num arythænoidearum rimam occlude[...] ſibique ipſam impedire liberiorem in [pul]mones illapſum, ut propterea homo viri[...] atque animo juxta imbecillus, non tam [...] copiam hauſtæ pulmonibus aquæ, quam [...] impeditam & reſpirationem & circulation[em] ſanguinis ſuffocatus ſub aqua eſſe putan[...] ſit, quod circumjacens homini aqua liber[...] aëris in pulmones illapſum impedit. [...] minem contra valentem ac robuſtum i[...] quam miſſum, qui ſuo ipſius robore e[...] care ſe interdum faucibus aquæ valeat [...] ore ſuperiori ſuper aquam, inferiori ſub [...] conſtituatur, cum illabente in pulm[ones] aëre aquam ſimul admittere judicab[am]. Quod deinde ad puteum attinet, exſpe[cta]tione citius hominem in caput maximè [...] verſum, in iſto ſuffocari poſſe reſpondeb[am], quod putei anguſtia motum iſti denegat, [...] pitis quoque ac thoracis gravitas tanta [...] ut exporrectos verſus cœlum pedes add[...] re, corpus vertere, erigere, ex aqua e[...] gere, ſeque in libertatem aſſerere nequ[...] quin etiam omni poteſtate vel ſemel tra[...] di ſub aqua ſpiritus privetur. Eamque [...] deri cauſam, quamobrem incluſus pulm[oni]bus aër juſto plus iſtos diſtendat; mot[um] ſanguinis progreſſivum impediat; iſt[o] modo mortem acceleret. Quod ſi v[...] aperta ac profluens aqua fuerit, facilius [...] ri poſſe exiſtimabam, ut diutius vive[re ...] dum vel ab ipſa aqua, quæ hic profundi[...] ibi tenuior eſt, vel à verberatione fluct[...] in-

n altum ferri, propter eaque ore ſupra aquam xporrecto paulum reſpirare, inſpirando & aululum refici, & facilius atque in puteo aliquid haurire pulmonibus aquæ poſſet. Quibus deinde in ſummam redactis, affirmabam, repletos aqua pulmones hominis ſub aqua eperti, vi aquæ iſtum ſuffocatum eſſe argumento nobis eſſe poſſe; vacuos verò aqua pulmones propterea tamen non eſſe ſignum, quod factam ſub aqua ſuffocationem neget.

§. XXIII.

Iſtud meum reſponſum mea unius opera cogitatum, etiamſi fallax è pulmonibus ſuf cationis peti argumentum pronunciaret, ma e tamen plebis infamia intactum non po t, haud ſecus, atque in defenſionem ma eſſet conſcriptum. Literis igitur dijudican n mandare nullus dubitavi, ut benevolus tor intelligat, quæ reſponſi mei fuerint ra nes. Id tamen mutari velim, quando ho em ore ſuperiori ſuper aquam, inferiori iſta conſtitutum, cum illabente in pulmo aëre aquam ſimul pulmonibus haurire poſ pronunciavi. Paulò enim poſt alia obſer ione mox memoranda mihi innotuit, nec cquam pulmones cum aëre admittere, ſque ſub aqua, etiamſi dimidium os ſupra am fuiſſe videri poſſet, ita eſſe occluſos, ſidioque interno præterea munitos, ut quid upare iſtos poſſit, ego quidem adhuc non erim. Fingam hominem vel ſuo ipſius ro e, vel fluctuum vehementia ita ferri in al , ut naſo oriſque parte ſuperiore ſuper am eſſe videatur. Quis inde reſpiratio colliget, aut hominem inſpirando in mones aquam admittere exiſtimabit? Qui el ſubmerſus cum aqua luctatus eſt, ſubi o timore attrahi & occludi epiglottidem, æ verò illapſu nares totumque os repleri iet, ut iſto puncto temporis, quo elatus r aquam eſt, ad ejiciendum ingratum ho m, ad expellendam è naribus atque ore am non valeat. Aqua enim fluctibusque oragine tanquam ex fuga continuo retra r, ipſe verò ex imbecillitate ſive velit ſive t, iſtum aquæ tractum ſequitur, quod um ipſi non datur temporis, quo collectis bus os nareſque liberare, evacuare, aut re detenti in pulmonibus aëris epiglotti attollere & aditum illapſuro aëri patefa poſſit. Quî igitur iſthæc nobis incidet ſu o, os inferioribus labiis ſub aqua, ſuperio ſ ſuper iſtam exiſtens, aëre & aqua replenſpirando in pulmones ſimul illabendis? à enim partem oris inferiorem occupans, pollet gravitate epiglottidem deprimit; verò incumbens æther elatere ſuo gra i iſtius pondus addit. Quæ infra latius di da me inducunt, ut credam, hominem itæ diſcrimine ac ſuffocationis periculo itutum, cujus os nareſque ſemel aqua ſunt repleta, nec ſub aqua, nec ſuper iſtam inſpirando aquam aëremque juxta in pulmones admittere poſſe.

§. XXIV.

Sed audiamus nunc alteram hiſtoriam, quæ hactenus dicta probat egregiè & auget, atque aquæ in pulmones ac inteſtina illapſum ſuffocatis prorſus denegat. Die IX. Octobris ejusdem anni Perilluſtris ac Generoſiſſimus L. B. de Riedeſſel, ut ad ſe Lauterbacum venirem, literis Præfecti ſui mihi ſignificari juſſit. Quo cum conceſſeram, ſtetiſſe in piſcina quatuor ulnas ſub aqua virum, quinque dies deſideratum, audiebam, quem inſpiciendum mihi offerebant. Extrinſecus nec quicquam quod mortis ab externa aliqua vi illatæ ſuſpicionem augeret, videre licuit. Thoracem atque abdomen ſocia Chirurgi manu aperui, quamvis fruſtraneam ſuſcepturum me operam exiſtimarent ii, qui cum à ſuſpicione homicidii vacabant, tum intentionis meæ erant ignari. Inteſtina valdè inflata purum continebant chylum, ventriculus quoque ita tumebat, ut ſpectatoribus opinionem aquæ excitaret. Ligato utrinque orificio, exemtus meo juſſu eſt, quo commodius quantitas aquæ menſura poſſit judicari. Quæ opinio quam vehementer aſtantes fefellerit, evulgandi amore veri nunc memorabo. Ventriculus levior erat, quam credi potuit, ac manuum quam oculorum verius erat judicium. Vulneratus cultro quo depromi commodius aqua, ac menſura expendi ejus quantitas poſſet, perinde atque recens inflata veſica tanquam diſſipato flatu, continuo ſubſidebat, ultra ſex uncias albeſcentis liquoris non continens. Cum inteſtinis pulmones inflatione certabant, ut totum thoracis fornicem ubique implerent. Exſciſſi flatum ſonorum edebant, ab aſtantibus etiam obſervatum, ac inſperato caſu ſeu ſubſidentia ſuſpicione aquæ nos liberabant. Transfoſſi, diſciſſi, manibusque compreſſi naturalis eſſe conſtitutionis obſervati, guttam aquæ dimittebant ne quidem ullam. Vacua verò thoracis cavitas nullam è pulmonibus elapſam aquam eſſe, ſignificabat.

§. XXV.

Quæ obſervatio tam clarè atque perſpicuè ſententiam noſtram ſupra propoſitam confirmat, ut cum Doctoribus iſtam communicare literisque mandare non dubitem. Suffocatus ſimplicitate ac fideli ſervitio omnes quoscunque habebat familiares, omnes quoque cives, quorum neminem unquam aliqua re læſiſſe dicitur, ſibi obnoxios reddiderat. Pauper erat, ut neminem adeundæ hæreditatis cupido ad tollendum de medio hominem inflammare potuerit. Amandis verò puellis nullius in ſe odium converterat, cum amor apud ipſum ſimplicitate annisque friguerit. Externus quoque corporis habitus natu-

naturaliter conſtitutus, nullaque violenta læſione fœdatus loquebatur, nullius ipſum odio fuiſſe necatum. Ipſe præterea mortuus ſtans in piſcina erectus, omnes quicunque homicidii potuiſſent videri ſuſpecti, ſuſpicione libera re ac ſignificare voluit, ſua vel ſimplicitate vel inconſiderantia, vel ebrietate, vel inclinatione de via, aut alio quodam errore noctu cum vix animadverteret, in aquane an in nebula craſſiori ambularet, iviſſe in piſcinam, ſeque ab tenaci luto detentum, continuo rigidum factum, ab ambiente aqua undique æqualiter premente ea in ſtatura ſervatum fuiſſe. Simul ac enim emiſſa piſcinæ parte totum mortui caput conſpiciebatur, non potuit non fieri, quin aqua inæqualiter premeret, ab eoque loco unde profluebat ſeu ſequebatur, fortius truderet, ac hominem eo abjiceret, ubi ſubducta ſenſim aqua nihil amplius erat, quod properanti prementique verſus clavem aquæ reſiſteret. Quamobrem me non contineo, quin hominem vivum in piſcinam veniſſe & ſub aqua ſuffocatum affirmem. Ipſum verò aquam non hauſiſſe, quæ reſpirationis organon occuparet & deprimeret, memorata modo hiſtoria non ſinit nos dubitare. Levis erat ventriculus, quod aëre eſſet inflatus & aqua vacuus. Qui enim ventriculo continebatur albeſcens liquor, vel purus chylus erat, vel cum potu cereviſiæ aut unico aquæ hauſtu permiſtus. Eorum etiam qui mortuum ex aqua extraxerant, excubiasque egerant, teſtimonio mihi conſtat, vix tantum ex ore profluxiſſe aquæ, quantum duo cochlearia ſuper menſam uſurpari ſolita poſſent capere. Quinque dies aqua mortuum ſinu ſuo occultaverat, nec tamen lubricis ſuis particulis aſperam arteriam aut gulam ſubierat, ut viſcerum adimpleret cavitates. Id quod certo nobis argumento eſt, tam firmo fortique iſtas munitas præſidio eſſe, quod aquam aditu arceret.

§. XXVI.

Quamobrem non poſſum quin quatuor, in primis duabus poſterioribus hactenus recenſitis obſervationibus, ſecundum pulmonum ac inteſtinorum conſtitutionem ſui haud diſſimilibus, eam in opinionem adduci me patiar, „ ut credam, ſub aquis aquæ hauſtu perire „ neminem: petitum verò è pulmonibus ac „ inteſtinis aqua vacuis argumentum, ad negandam ſuffocationem ſub aqua, ad præſumendam cædis ſuſpicionem temerè adhiberi, magiſque dubium & fallax eſſe, atque illud, quod nonnulli innatantes aquæ infantis pulmones neſcio quo naturæ conſilio „ amoreque detegendi ac ulciſcendi nefandi „ ſceleris, ad probandam partus vitam, augendamque infanticidii ſuſpicionem ſuppeditare „ credunt; quodve quidam ex ſolo iſtorum „ colore deſumunt, ut vivusne an mortuus „ infans ex utero prodierit, ipſorum quidem perſuaſione intelligatur rectius ac probetur. Ita obſervationibus ſatis probaſſe me exiſtim[o], ex pulmonibus ac inteſtinis nec poſſe nec [de]bere judicari, num homo ſit ſub aqua ſu[ffo]catus, iſtaque pro veritatis judiciique nor[m]a temerè adhuc à Veteribus habita.

§. XXVII.

Quæ in contrarium quis objicere poſſ[it], vel fallacia non cauſæ ut cauſæ, item peti[tio]nis principii, ſive vanitate præſumtæ opin[io]nis ſe ſuſpecta faciunt, nullique alii rei præ[ter]quam multitudini & auctoritati Doctorum [in]nituntur. Quod verò ad impoſitionem in [ca]put attinet, qua liberari ſubmerſos volu[nt]; ea non aqua expectoratur, cujus ne quid[em] ullam in pectore guttam invenies, ſed int[esti]norum verſus diaphragma relapſu, hujus [a]ſcenſus, pulmonum compreſſus exiguaque [mo]ra magis elaſticus factus aër, epiglottidem [at]tollit, ſibi exitum patefacit, hocque modo [mo]tus pulmonum ac pectoris reciprocatio re[in]tegratur. In quibus aliiſque pluribus re[ſol]vendis ac enodandis nobis non licet eſſe [ver]boſis, qui non tam morderi dictis mortu[os], quam noſtram cum doctis communicari [ſen]tentiam volumus.

§. XXIIX.

Ordinis methodique ratio potius poſtu[lat], ut ſpecialius inquiramus, quænam ſit ca[uſa], quamobrem inteſtina & pulmones ſuffoc[ato]rum ſub aqua aquam non admittant? Ad q[ua]litates occultas ut confugiamus, non nec[eſſe] habebimus, quas ſcimus ætatis noſtræ Do[cto]res omni prorſus dignitate exuiſſe, ut qui [ho]diè vel aliquam in iſtis ponere fiduciam v[ana] opinione quam confirmato experimentis [ad]duci ſe malit, delirare ſanioribus videa[tur]. Nulla hic eſt obſcuritas objectiva, cum [res] in cujus inveſtigatione verſamur, ea ſit ra[tio], quam experimentali Philoſophia inſtructu[s fa]cilè evolvet; quamvis omnibus, quotq[uot] adhuc vixerunt, hominibus obſcura ign[ota]que ſit theſis, ſub aquis aquam pulmon[ibus] ac inteſtinis haurire neminem. Ego [verò] nulla nec auctoritate nec præſumta opini[one] faſcinatus, eam philoſophandi libertatem [mi]hi ſumo, quam ſcio aliis alia in re non f[uiſſe] denegatam.

§. XXIX.

Ad explicandam igitur ſententiæ mea[e ra]tionem ingreſſurus, nullam in ſuffocando[rum] pulmones ac inteſtina illabi aquam poſſe, [æ]ſtimo, quod primum aſperæ arteriæ ſtruc[tur]a iſtam non intromittit; deinde diaphrag[m]a ſub aqua in fornicem non redit, nec c[oſtæ] reſiliunt; adhæc ipſa ſibi aqua obicem po[nit]; denique ultima inſpiratione detentus aër, [tan]quam impoſitum præſidium, pectoris at[que] abdominis cavitates occupavit, qui irru[enti] peregrino corpori occurreret, ipſumque [tan]quam inimicum aditu arceret.

§. X[XX.]

§. XXX.

Quod ad pulmonum aſperæque arteriæ ıcturam attinet, facere me operæ pretium ſtimo, ſi paucis ipſam, quantum ad rem ilius intelligendam pertinet, hic perſcripſe. Juvabit rei intelligentiæ perſcribendis iis nſuluiſſe, quæ paradoxam noſtram hypoeſin egregiè fulciant, fidemque faciant Doıribus, quo ſententiam meam, ſi non pront, certè ſepoſita Veterum opinione benelè expendant. Pulmones fiſtularum aëriferum mirificè ramis ſuis ludentium, veſiculmque membranacearum expanſio & conries ſunt, quibus varii generis vaſa ceteris ceribus etiam communia, arteriæ, venæ veæque propagines ac lymphæ ductus inviunt. Fiſtularum mater trachea eſt, quam unt canalem cartilagineum, membranis ſtitum, è faucibus usque in pulmones protum, in iisque in innumeros ſurculos didum. Cartilagines annulum ſeu circulum egrum non conſtituunt, ſed verſus gulam æ iſtarum ferre duritiem non poterat, in embranam abeunt, ut ab hac parte ampliari chea & anguſtari poſſit. Ita ſibi contiguæ umbunt, ut quod inter iſtas relinquitur inſtitium, membrana perioſtii vicem præ nte, & quæ cedere magis ac propiorem cirorum ad ſe acceſſum admittere poſſit, apta a, adimpleatur, eademque mediante tanam ligamento ipſæ colligentur. Quam carginum juncturam, quæ extrinſecus fu tracheam ſerpit, membrana pleuræ ſobo, egregiè adjuvat & ipſam quoque tracheam tibus vicinis annectit. Membrana interio trachеæ parietem veſtiens, fibris nerveis neisque munita eſt, tum ut ſenſu acuto polet, tum uti ad ejiciendum id quod ſibi ſenmoleſtum, ſatis eſſet armata. Duplex carrum modo haud diſſimili atque in inteſti, obſervatur ordo. Rectæ recta via per londinem excurrunt, factæque contractione viores, breviant tracheæ truncum, ipſas cartilagines annulares paulò propius ad ſe lucunt. Quæ ſub iſtis poſitæ fibræ ſunt, ciraríum veniunt nomine, circularique am latera cingentes, contractione ſua traam coarctant, ſociisque rectis contractis m ſecundum omnes dimenſiones reddunt uſtiorem, ac exſpirationem ſuo modo provent. Taceo membranam innumeris ferè ndulis miliaribus perſperſam, interiorem ſuperficiem omnis generis vaſis eſſe inctam.

§. XXXI.

Id verò ad rem inſtitutique rationem vel ximè ſpectat, laryngem tracheæ arteriæ ca, variis cartilaginibus conformatam, ex a arythænoidearum conjunctione habere ulam, guttur dictam, quam epiglottis te, ne cibus vel potus illabatur. Tunicas, fibrasque muſculares modo deſcriptas & vaſa ſtructura retiformi ſe præſentantia cum trachea habet communia. Quemadmodum verò membrana interior fibris ſuis muſcularibus contractis exſpirationem adjuvat & epiglottidem erigit; ita nullum eſt dubium, quin pulmones ab illapſo aëre in omnes dimenſiones diſtenti, bronchia, tracheam, ac denique membranam elongent, hujusque fibris carneis ipſam quoque epiglottidem, quo per menſuram aër intret, firmiter attrahant, eaque adducta tanquam objecto obice ſibi ipſi portas claudant.

§. XXXII.

Ab arteria trachea fiſtulæ aëriferæ bronchiorum nomine alias notæ proficiſcuntur, quas arteriæ venæque pneumonicæ propagines perpetuo itinere medias amplectuntur & æqualiter protenſæ totam pulmonum ſubſtantiam excurrunt, donec attacta curſus meta iſtæ itineris comites quieſcant, ſociatæque ac unitate ſua cohærentes, in rete quoddam mirabile niſi adhibito microſcopio nunquam viſum, abeant. Veſiculæ verò fiſtularum filiæ, aſperæ arteriæ neptes, ſive continuæ quædam partes ſunt, molliores tamen tenuioresque, quod cartilagineam matris veſtem exuerunt. Scilicet teneri bronchialium ramorum ſurculi, quibusdam quaſi ligamentis ſine numero coarctantur, quorum intercapedines inſpirando inflatæ, veſiculas ſive cellulas membranaceas conſtituunt. Mira & quaſi ſororia inter iſtas conſpiratio eſt, dum altera alterius tuentur officium, ætheremque inter ſe communicant. Quo enim uno temporis momento ab communi æthere inflentur æqualiter & animentur, ita iſtas conformatas natura voluit, ut ex trachea in proximè annexas, ex iſtisque in alias labyrinthi in modum patens eſſet aditus, donec in continenti membrana, quæ pulmonum corpus cingit, terminentur. Secernendo ſubtiliori purioriqueætheri inſerviunt, cujus particulas ipſum in ſanguinem, ex arteriæ pulmonalis extremitatibus in venæ ſociæ capillamenta tranſeuntem, in inſpirationis actu intromittunt, quæ globulis ſanguinis interjectæ, expandendo, propellendo, partiumque cohæſionem arcendo vitalem illam turgeſcentiam motumque inteſtinum perennare faciant. Quo verò veſiculæ eo commodius ſuo perfungi munere poſſint, fibris muſcularibus microſcopio facilè conſpiciendis, iſtas exornatas natura voluit, quarum ope ipſæ ſe contrahentes exſpirationem adjuvarent. De nervis, lymphæ ductibus, aliisque vaſis pneumonicis ut multa hic afferam, inſtituti non patietur ratio, quod recenſendis iis, ad rem explicandam minimè facientibus nolo videri multus. Ea hic adduxiſſe ſufficiat, non quæ chartam impleant, ſed quæ ad ſuffocationis actum modumque poſſint applicari.

§. XXXIII.

Quæritur igitur, an hæc pulmonum ſtructura hactenus explicata ita comparata eſſe videatur, ex qua judicari poſſit, pulmones aqua merſorum aquam non admittere? Veniam dabis errori L. B. ſi acu rem non tetigero, præſertim quum quæſtionem ab nemine unquam legerim reſponſione expeditam. Ego ſanè exiſtimo venientem in aquas vitæque diſcrimen hominem, tam intenſe vehementerque inſpirare, ut metu fauces occludantur. Id enim unusquisque teſtabitur, ſe vel metu perculſum, vel improviſo periculo expoſitum vehementius avidiusque ducere ſpiritum, eundemque cum impetu impulſum diutius retineri. Cui rei præſertim in ſuffocationis periculo totam ferè mechanicam pulmonum ſtructuram famulari, probatu non erit difficile. Illapſus cum impetu aër ad extremam pulmonum magnitudinem diſtendit, ac veſiculas usque eo inflat, ut bronchiorum quaſi loricatæ cartilagines ab ſe invicem abductæ, bronchia protendant; ipſi verò pulmones adducenda interiori tracheæ membrana, truncum ipſius paulum elongent, ac ipſam quoque epiglottidem fibris muſcularibus attrahant, rimulæque firmiter incumbentem retineant. Id quod eo magis fieri poſſe exiſtimo, quo minus epiglottis poteſt attolli. Pulmonibus enim diſtentis manentibus, nec bronchia breviora fiunt, nec fibræ muſculares ſe contrahunt, quo junctis communibus viribus aërem expellant, objectum obicem ab rimula removeant, hominique copiam dent exſpirandi. Non epiglottis ſolum à fibris membranæ muſcularibus diſtentis & elongatis adducitur, ac rimulæ inſpirationis metuenda ſuffocatione vehementioris factæ, eidemque inſervientis ſtructuræ ope firmiter applicatur, ſed ab incumbente etiam fortiterque premente aqua, rimulæ applicata tenetur, ut adeò retrudi attollique iſtam & ad ſyſtolen redire pulmones fibrasque muſculares non patiatur, ut potius epiglottidem tanquam operimentum magis inclinare faciat, gravitate ſua inſternat deprimatque, ac rimulæ firmius applicet. Quamobrem nec exterior cingens pulmones membrana, nec fibræ muſculares veſicularum ad extremam magnitudinem diſtentæ, tanta pollere vi exiſtimari poſſunt, qua reſiliant; ſe contrahant; ad removendam attollendamque epiglottidem valeant.

§. XXXIV.

Cui rei etiam diaphragma ſuffragari exiſtimamus, quod in ſuffocationis periculo ſemel deorſum motum, redire in fornicem neſcit & aſcenſus videtur oblitum. Coſtæ enim quibus diaphragma in tota circumferentia affixum eſt, funeſta ſub aquis inſpiratione muſculorum ope elevatæ, reſilire, iſtudque ad anguſtandum thoracem, ad coarctandos pulmones ſurſum ducere nequeunt, quod incluſus co bitusque aër, ut infra oſtendemus, anguſti thoracem non patitur. Nemo credo dubi bit, quin pulmones in inſpiratione ab aëre t quam vento inflentur, in exſpiratione con compreſſi, ad excludendum aërem concida follis ad inſtar perpetuas ſyſtoλῶν & diaſtoλῶν ces obeuntes. Quam motus pulmonum r procationem ac viciſſitudinem, quam reſp ionis nomine volunt exprimi, ab altern thoracis atque abdominis dilatatione ac ſ ſidentia dependere; ab utriusque ventris m ſculis promoveri; ab aëre per vices in pulm nes ingrediente, ex iisdemque expellendo agi; verius eſt quam quod veriſſimum.

§. XXXV.

Enimverò pulmones inſita aliqua vi n moventur, nec ipſi ſe dilatant aut explica ut impleantur, ſed veſicæ ex ſe otioſæ imi tur indolem, quæ ab impulſo aëre expli ſe facilè & inflari patitur, ſibique id præci datum oſtendit, quod ſpiritui ſe inflare vo ti obſequatur. Tantum enim abeſt, ut fi muſcularibus, quibus iſtos ornatos eſſe, ſu diximus, ſe dilatent, uti potius earum a niculo ſe conſtringant & ad expellendum aë ſe arment. Iſte igitur reciprocus pulmo motus ab alternata thoracis atque abdom dilatatione & ſubſidentia dependet, non q dilatatus thorax ac contractum diaphra pulmones expandant, ſed quod ſpatium plient, quo iſti ab illabente aëre facilius latentur.

§. XXXVI.

Fit igitur inſpiratio quæ exſpiratione m to operoſior eſt, quando thoracis cavitat latata, expandendis in omnes dimenſiones monibus amplius conceditur ſpatium & biens nos atmoſphæra debilitato maximè terno æthere, ſublatoque ejusdem cum ex no æquilibrio, ſua cum gravitate tum el citate ab contiguo æthere, per oris narium & aſperæ arteriæ cavitatem in pulmones pellitur, ut molle illorum corpus intimos receſſus ſubeat, expandat, uſusque non toti machinæ præſtet. Exſpiratio contra p gitur, quando pectore ab redeunte diaph mate ac reſilientibus coſtis anguſtato, tractisque fibris veſicularum motricib pulmones comprimuntur & à diaſtole ſua cidentes, admiſſi modo aëris portionem cludunt. Augetur verò pectoris cavitas coſtarum elevationem, quæ ſurſum mo non poſſunt, quin diaphragmatis ſecund totam peripheriam ſibi annexi, fornice ve partem mediam globoſam, planam dant, illudque quadantenus deprim Quæ cauſa eſt, quamobrem propulſis lum abdominis contentis, iſtud extube incumbens aër moveatur, motusque e

, ubi minorem offendit reſiſtentiam, cipuè in tracheam illabatur, ac pulmones a elaſtica expandat. Anguſtatur viciſſim ax ſecundum utramque dimenſionem, gitudinem puta & profunditatem, quando æ ob muſculos à contractione ceſſantes re nt, pectusque concidit, ac ipſum etiam um transverſum ſaxum factum, tum ſpon a aſcendit, tum ab relabentibus abdomi viſceribus in fornicem coactum, ad angu dam breviandamve thoracis cavitatem re Muſculos verò iſti negotio inſervientes ut ribamus, inſtituti non fert ratio, quod ea m commemorare animum induximus, ad explicandum illuſtrandumque parado noſtrum commodè applicantur.

§. XXXVII.

Proximum nunc eſt, uti ad id acriter in amus animum, diſpiciamusque primo, aqua ſubmerſi inque ſuffocationis peri conſtituti, vivere aliquamdiu ac reſpirare qua poſſint, deinde ob denegatamne in ionem, an ob impeditam exſpirationem candi moriantur? Prior quæſtio bimem eſt, ac de ſubmerſorum cum vita tum re ione agit. Vitam aliquamdiu ſub aqua ere ſuperſtitem cum urinatores confir , tum ipſi ſuffocati vitali motu ac ipſa vita, hominum judicio deſtituti, dein verò reviviſcentes, teſtantur. Etiam aquam videmus, ex eventuque judica reſpirationem ceſſare vita ſuperſtite, aut n non prorſus extincta. Nonne anima machina Boyliana poſt aëris exantlatio , omni vitali motu ipſaque reſpiratione tur? Quis verò iſta prorſus mortua dicet, ne reſpiratione vixiſſe negabit? Ex even m conſtat, reddito animalibus aëre ex de integro priſtinos ac vitales motus, que reſumendæ vitæ non fuiſſe nullam. ſſans ob ſuppreſſam reſpirationem cor otus, ex poſtliminio reſtituitur, ſi aër venam cavam, vel ductum thoracicum eti, vel ipſos in pulmones fortiter infe Memini ſuſpendiſſe nos aliquando nbergæ canem, eumque tamdiu fuiſſe endio detentum, donec cordis motum s ceſſaſſe obſervaremus. Dimidiam quadrantem in terra jacentem reliqui qui cum inflato in os aëre ſe colligere , commilitonibus meis ſpem ſui exſuſci ademit tantum non omnem. Com laryngotomiæ veniebat in mentem, quam am revocandæ in vitam beſtiæ ſpem no re exiſtimabam. Iſtam igitur continuo avimus, quod res moram patiebatur n. Immiſſo in reſectam tracheam tu is terve fortiter inſpiravimus aërem, in o ſingulis inflationibus temporis ſpatio . Poſt tertiam inflationem aliquanto s reddi pectus, poſt quintam verò moveri paululum pedes ac caudam jucundo ſpectaculo obſervavimus. Quæ ne ſpes reſumendæ vitæ beſtiam deſtitueret, venam jugularem incidimus, quo extracta ſanguinis portione, factoque propterea aliquo in vena ſpatio, ſequens à tergo ſanguis moveretur, motus vicinum impelleret, inprimis verò interpreſſæ iſtius maſſæ particulæ æthereæ, tanquam totidem machinulæ, expandendi & ſpatium & copiam nactæ, globulos ſanguinis à ſe amoverent, iſtisque trudendis motum inteſtinum juxta ac circularem redintegrarent. Quam nos minimè fefelliſſe opinionem, ereptus è mortis faucibus canis, rauco ſuo latratu, quem ab eo tempore per annum, quo ipſum vidi, retinuiſſe recordor, teſtis extitit admirandus. Sed nolo hæc latius uberiusque illuſtrata proponere; quum præſertim ea, quæ ſuper altero quæſtionis membro nunc ſcribentur, iſta ipſa paulò clarius explicatura ſint.

§. XXXVIII.

Aqua verò ſubmerſos ſub aqua non reſpirare poſſe exiſtimo, quod ea omnia, quæ ad perennandam reſpirationem deſtinata natura voluit, poteſtate perfungendi ſub aqua officii privantur. Qui enim ſyſtoλῶν & diaſtoλῶν vices perpetuabunt, cauſis tantum non omnibus iſtam motus reciprocationem promoventibus, in operandi conatu impeditis? Ut thorax atque abdomen alternatim ſubſident, æthere incluſo fortiſſimè renitente, iſtosque ventres vi ſua expandendi expanſos tenente? Ut coſtæ reſilient, ab repleto thorace ita extruſæ, uti nec ab aqua nec à muſculis poſſint reprimi? Ut diaphragma ad breviandam thoracis cavitatem in fornicem redibit, laxumque fiet, coſtis ſemper elevatis detentis, iſtudque propterea etiamſi à contractione ceſſare velit, aliquo modo depreſſum tenentibus? Ut abdominis viſcera ad promovendum diaphragmatis aſcenſum relabentur, cauſa aſcenſus data nulla? Ut pectus concidet, ut thoracis cavitas anguſtabitur; ut pulmones pondere ſuo ſubſident; verbo, ut exſpiratio fiet, quando hauſtus ob metum copioſius aër, isque cohibitus, ad perrumpendam portam, ad removendam epiglottidem, ad ejiciendum è faucibus naribusque aquam, ad faciendam emergendi ſpem minimè valet? Quamobrem non poteſt, quin ceſſante reſpiratione de ſubmerſorum vita brevi agatur.

§. XXXIX.

Ante verò quam hoc de loco diſcedamus, ὡς ἐν παρόδῳ quæri poſſet, annon poſſibile ſit, ut ſanguis priſtinos iſtos ductus, per quos in fœtu nondum nato intactis pulmonibus circulatur, ex poſtliminio repetat? iſtam verò controverſiam, qnam ſcio Doctorum exercuiſſe ingenia, num fœtus ſpiritum trahat, nec facio meam, nec mihi ſumo componendam. Interim ſi evulganda ſententia eſt,

aut nullam eſſe fœtus reſpirationem exiſtimo, aut placidiſſimam ac ita remiſſam, quæ ſine ſenſibili muſculorum pectoris conatu fiat. Id ſanè omnium eſt certiſſimum, ſanguinem pulmones non alluere, iſtorumque vaſa parcisſimè à ſpatio admodum exiguo, in peculiares ductus ſtatim illabendum, perfluere: ac ipſa propterea otioſa, à compactis pulmonibus compreſſa, tanti ac tam præclari muneris ſocietate eſſe deſtituta. Quamobrem ſummus naturæ opifex temporarios quosdam ductus conſtituit, qui habito ad alios reſpectu, munere alieno extra ordinem fungentes, ſanguinem per totum corpus circumagendum transmitterent. Alter ab anaſtomoſi ovali ovale foramen dicitur, quod ſanguis in ventriculum cordis dextrum illapſurus, maxima ſui parte ingreditur, aliis viis prorſus inſalutatis in venam pulmonariam, atque ex hac in proximam cavitatem ſive ſiniſtrum cordis ventriculum inferendus. Alterum canalem arterioſum vocant, cujus interventu arteria pulmonaria, dextrum cordis ventriculum duorum circiter transverſorum digitorum latitudine egreſſa, cum aorta communicat. In iſtum ſanguis foramen ovale præterlapſus, in cordis auriculam dextram ventriculumque dextrum ingreſſus, corde ad ſyſtolen redeunte, ejusque apice ad baſin propius adducto, per arteriam pulmonariam, quam admodum brevi metitur ſpatio, impellitur, in aortam ſive arteriam magnam nullo interveniente vaſe alio devehendus.

§. XL.

Iſti verò temporarii ductus paucis poſt partum momentis poteſtate transmittendi ſanguinis privantur. Simul ac enim admiſſus reſpiratione aër eſt, pulmones fœtus dilatantur, veſiculæ extenduntur, ut ſanguis è contracto corde expulſus, nunc liberius arteriam pulmonariam adhuc virginem ſubeat, iſtius parietes compacto prementeque pulmonum corpore, à particulis æthereis nunc laxiori levioríque facto, attollat, per ipſos etiam pulmones progrediatur, viamque tandem perviam pulmonariam ſibi aperiens, ad cor refluat. Is verò ſanguis liberiori flumine per arteriam pulmonariam ad pulmones properans, non poteſt quin elongandis paulum iſtius fibris, adductisque ad ſe invicem propius canalis arterioſi marginibus, cavitatem anguſtiorem reddat, ſumtaque ſemel recta patenteque via, reflexam negligat. Sic via per pulmones patefacta, dexter cordis ventriculus majori ſanguinem conatu ejicit, ut qui dextram ingreſſus auriculam eſt, dato in corde ſpatio, ipſius auriculæ contractione curſum acceleret, ac foramen ovale citatiore nunc facto circulo, præterlabatur. Eo quidem magis, quòd ſanguis in ſuo per venam pulmonariam tranſitu, implendo vaſis cavitatem valvulam deprimit,
patensque foramen claudit, ut ſi quis in
tra auricula iſtud ſubire velit, valvulam ta
attollere, priſtinumque iter repetere neq
Sic ſibi ipſe ſanguis aperta liberiori via, ſu
ptoque novo per pulmones itinere, ſuetos
ctus intercludit, premendoque iſtorum c
tionem adjuvat. Neque tamen putandum
mis poſt partum diebus ita coaleſcere duct
oram, ut nunquam deprehendantur per
Ipſe enim initio hujus anni ejusmodi duc
in primis foramen ovale, adeò non coal
vidi, ut potius patentes fuerint, in ill
quodam puello XV. hebdomades nato, f
lo unico Illuſtris ac Generoſiſſimi Domi
Schenck, Hæreditarii & Domini in Rülb
da, Ducis legionarii uſu militari expertiſ
qui præterito anno Germanis infeliciſſim
prælio juxta rivum Spirenſem forti qu
animo, ſed magno ſuorum familiæque
cecidit. Quibus prælibatis in viam nob
deundum eſt.

§. XLI.

Quod igitur ad quæſtionem attinet,
ſtimamus, impoſſibile omninò eſſe, ut ſa
deſertos iſtos ductus, in utero quidem tr
quorum tamen uſura longo tempore ca
de novo repetat, iſtosque depreſſa va
ac præcluſo protinus aditu, repetition
britateque itus pervios reddat, hocque n
de integro repetat, ac priſtinam, qua in
ro gaudebat, viam ingrediatur. Qui
dimoveri à foraminis orificio valvula po
cauſis compreſſus ne quidem unquam r
vendis? Ut ſanguis quem ſibi ipſum pr
dere viam diximus, durante cordis motu
mones deſtituet, vaſaque ſuo per iſta t
tu diſtenta, concidere patietur? Ut in
ſanguine vaſa iterandam valvulæ aperti
permittent, quæ premendò iſtam margi
pulerant? Quis pulmones concidere
eumque redire poſſe ſtatum exiſtim
in quo fuerunt ante omnem inſpiratio
ut contracti pondereque ſuo ſubſidentes
guinem exprimant omnem? Quis deten
theris particulas adeò oblitas indolis eſſe
bit, ut elevatos inflatosque tenere pul
nequeant? Quis denique tam fortiter e
bit, ut omnem aërem è veſiculis pulmo
ejiciat? Quamobrem non poteſt non
quin ceſſante reſpiratione, vitalis ſan
circulus remoretur, negataque priſtina
ramen ovale ac canaliculum arterioſum
planè aboleatur & intercidat. In primis
ſub aqua exſpectatione citius ob detent
ſpiratione aerem pulmones diſtenduntu
guis ſtagnat & in grumos abit, ut ferè dub
num habenda obſervationibus fides ſit, c
aliquot horas, imò integrum diem, vixi
aquis hominem perhibetur. Longè alia
rum, anatum & id genus amphibiorum
tio, quæ peculiari fortaſſe ſtructura n

s cordis ductus patulos retinent, ac cre-
ribus in aquam immerſionibus primis vitæ
us, transmittendo per iſtorum cavitatem
uini inſueſcunt.

§. XLII.

Sed nolumus extra pomœria vagari, nec
ucendis quibuscunque ad rem quadante-
ſpectantibus, videri conſilio verboſi; in-
ti potius promiſſique haud immemores,
c expediemus nodum ob denegatamne in-
tionem an ob impeditam exſpirationem
ocandi moriantur? Non illabi in pulmo-
ſuffocatorum aquam, neminemque pro-
ea ſub aquis aqua pota perire, ex allatis
oriis ſtructuraque pulmonum probavimus,
nfra pluribus oſtendemus. Ceſſare verò
qua reſpirationem, impediri vitalem ſan-
is circulum, eundemque per ductus fœ-
roprios, non ſperanda valvulæ foraminis
is apertura, non poſſe redintegrari, ex
quæ ad perennandam motus pulmonum
rocationem neceſſaria ſunt, ſatis ſuper-
puto eſſe demonſtratum. Quibus oſten-
infraque ſumtis ex ipſius aquæ preſſura
que elatere rationibus, porrò munien-
facilè colligere licet, quam vel ſola reſpi-
nis denegatio idonea ſit, quæ breviſſimo
oris ſpatio ſine aquæ illapſu ſubmerſis
em inferat, contraque ea cauſa exiſtat,
nobrem aqua nec in pulmones nec in inte-
ingrediatur. Peragi reſpirationem reci-
a aëris in pulmones admiſſione expulſio-
e, verbo, conſtare iſtam inſpiratione &
ratione, notius eſt quam quod notiſſi-
. Denegatam verò exſpirationem quam
ibitam inſpirationem rectius conſtitui
is ſuffocatorum cauſam, in aliquo un-
 ſcriptore legiſſe me, non recordor. Ego
n exiſtimo, expoſitum fluctibus homi-
, perculſumque metu commutandæ cum
nortis, juſto vehementius inſpirare, ſpi-
nque eo magis in pulmonibus comprime-
uo citius epiglottis modo §. XXXIII. de-
o à fibris muſcularibus adducitur, rimu-
plicatur, ab ipſa denique aqua deprimitur,
s iſtius attollendæ prorſus decollet. Equi-
à verò minimè alienum eſt, morte natura-
pirando vitam ponere hominem, quam
ando inchoaverat. Suffocatorum ta-
contrarius vitæ videtur exitus, qui hau-
in ſubmerſionis puncto aërem, adeò
qua non expellunt, ut iſtum potius cohi-
& ad maturandam mortis horam com-
ere cogantur. Quo facto cohibitus in-
ulmonibus moram nectens aër, pro na-
c indole ſua, qua ſemper expandendi ex-
dique conatum habet, à pectoris calo-
anditur & in elatere ſuo augetur. Hinc
uamobrem majus occupet ſpatium, ac
las pulmonales diſtendens tumidio-
ddat.

§. XLIII.

Quid verò inde ſecuturum putabis? dicam breviſſimis: Aër expanſus expandit veſiculas: pulmones ſecundum omnes dimenſiones facit majores: vaſa ſanguifera comprimit, coarctat: ejiciendum è dextro cordis ventriculo ſanguinem arcet: illapſum partim exprimit, partim retinet, inque grumos cogit; verbo, circularem vitalemque iſtius motum impedit. Id quod in ſuffocatis, quorum hiſtorias ſupra adduxi, non obſcurè deprehendere licuit. Dextrum cordis ventriculum cum auricula ſua ſocia ſanguine obſervavi infartum, ſiniſtrum contra omninò vacuum. Unde ſanè colligere licet, inflatos ab cohibito aëre pulmones & comprimere & coarctare vaſa, ut qui expellendus è dextro ventriculo ſanguis erat, ſubire iſta vel admitti à pulmonibus nequeat, ibique propterea ſtagnare neceſſe habeat. Contra ea exinaniri ſiniſtrum cordis ventriculum, quod ex eo ſanguis in arteriam magnam ſemper patulam liberè fluit, nullus verò ipſum ob viam in pulmonibus interclusam, à tergo ſequitur, qui iſtius defectum libera fluxione compenſet. Enimverò pulmonaria vaſa excipiendo ſanguini minimè patebunt, quamdiu pulmones ab elaſtico aëre manent diſtenti. Idque eò minus, quod inſervientes exſpirationi partes, ad ejiciendum è pulmonibus aërem nec quicquam valent: hujus contra elaſticus niſus exitu ab adducta, ſuperſtrata, depreſſaque epiglottide tanquam obice ipſi præcluſo, ſive copia exeundi prorſus denegata, eo magis augetur.

§. XLIV.

Certè omnes quicunque cohibere aërem, ac retardare exſpirationem volunt, experientur ſentientque & diſtendi magis thoracem atque in naturali inſpiratione ſolet & eſſe aliquid pectori incluſum, quod exitum moliatur, quodve cum impetu portam perfringens, incumbentem externum aërem vehementius feriat, hocque modo ſibilum excitet. Quamobrem nullum eſt dubium, quin cohibitus inque pulmonibus detentus aër, expandendo vaſa comprimat, itum reditumque ſanguinis impediat, hocque modo mortis cauſa exiſtat aptiſſima.

§. XLV.

Nec fallet eum opinio, qui finiendæ vitæ deſiderio, cohibere ſponte aërem mortis accelerandæ gratia velit. Caduca vitæ poſſeſſio, infirmaque corporis humani machina minimè idonea eſt, quæ incluſi ætheris vehementiam ac expandendi vim interno maximè auctam calore, perferat. Vitra perfringit aër, aquamve ſua & expanſione & preſſura è machina hydraulica quo dato ſpatio, magna vehementia ejicit, hisque ſimilia efficit quam plurima,

plurima, ut tantoperè mirandum non ſit, ſi levi iſtius afflatune dicam an vehementia, parum intereſt, concuſſa hominis machina dilabatur. Qua de re dubitare nos, eorum exempla non ſinunt, qui compreſſo cohibitoque ſpiritu ſeu aëre, quam vel ferro, vel veneno, vel laqueo, vel conquiſito aliquo apparatu; dirimi corporis atque animi ſocietatem maluerunt. Sic Sennertus Lib. II. Pract. Med. Part. III. cap. I. è Galeni Lib. II. de motu muſculorum cap. 6. commemorat, ſervum Barbarum ſponte cohibito ſpiritu, i. e. detento inſpirato aëre, nec poſthac unquam exſpiratione excluſo, ſe præfocaſſe. Conſimili nihiloque minori impetu extingui, quam placido aëris uſu ſupereſſe, melius viſum C. Licinio Macero, qui cum repetundarum accuſatus, cogere Ciceronem judicium videret, protinus ſudario, quod fortè in manu habebat, ore & faucibus coarctatis, incluſo ſpiritu pœnam morte præcurrit. Corna quoque atrocis Vir ingenii, cum ad Rupilium Conſulem de viribus & conatibus fugitivorum interrogandus perduceretur, ſumto tempore ad ſe colligendum, caput operuit, innixusque genibus compreſſo ſpiritu, inter ipſas cuſtodum manus vita exceſſit. Valer. Maxim. Dictorum Factorumque memorab. L. IX. cap. 12. Non minus Quintus Catulus, quo mortem magis voto, quam arbitrio inimicorum obiret, incluſo ſuo ſpiritu, quem ſponte cohibuit, ne exſpiratione excluderetur, vitæ quæſivit finem, præterquam quod exitialem ſimul ſpiritum, loco nuper calce arenaque perpolito, ab illato igni excitatum hauſerit, auctore Vellejo Paterc. Lib. II. c. 22. Modo haud diſſimili perire ſub aquis hominem exiſtimo, niſi quod extra aquam ſponte conſultoque aërem cohibeat, includatque & ad iſtum excludendum modo velit, ſatis valeat; ſub aqua verò ob depreſſam ab aqua epiglottidem exſpiratione iſtum ejicere nequeat. Quibus ſufficienter probatum oſtenſumque mihi videtur, denegatam exſpirationem ſive cohibitum aërem, rectè conſtitui ſuffocationis ſub aqua cauſam.

§. XLVI.

Sequitur nunc ut oſtendam, an & quomodo reſpirationis denegatio cauſa exiſtat, quamobrem aqua nec in pulmones nec in inteſtina ingrediatur? Adducta rimulæque applicata manente epiglottide, ut hactenus probatum, nec ſperanda iſtius remotione, ceſſare inſpirationem, conſequenter non ingredi poſſe in pulmones aquam, mea quidem opinione extra omnem videtur dubitationem poſitum. Id verò nunquam explicatum audivi, ob denegatam reſpirationem ſub aqua aquam in inteſtina ingredi minimè poſſe, cum omnes quos adhuc legi ſcriptores, quibus tamen inſultare nolo, in eo conveniant, ut vivos ſubmerſos ventrem totum aqua plenum ac t mentem habere affirment. Certè pacto r egiſſe videntur, quaſi in velabro olearii, ad ut vulgari intercedere opinioni auſus fue nemo.

§. XLVII.

Ego verò exiſtimo, ceſſante ſub aqua ſpiratione feriari etiam ſuffocandum à deg titione, hancque vix longiori temporis in vallo manere integram, quam quo Domi ca oratio poteſt recitari. Equidem reſpira nem & deglutitionem diſtinctas eſſe action diverſisque induci cauſis, optimè novi. hilo tamen minus hæc ab illa adjuvatur & qua aëris pulſione promovetur. Detento rò compreſſoque ſub aqua aëre, niſus i elaſticus, ut ſupra dixi, augetur, ut quic aſperæ arteriæ pulmonibusque adjacet, id o comprimatur valdè & coarctetur. Ab igitur magis elaſtico facto, ſurſum moto motionem epiglottidis egreſſumque juxta lituro, inflatur trachea arteria, quæ in non poteſt quin gulam, cui ſine alterius jusdam partis interventu incumbit, vehen ter comprimat, anguſtiorem reddat, ho modo aquæ aditum præcludendo, ſtag iſtam ante gulæ fores faciat. Quod de ad depreſſum diaphragma diſtentosque mones attinet, & iſtis premi ulterius gula ſuperius ventriculi orificium, nullum fer dubium, ut nihil vel parum ſubire poſſe a videatur. Sanguine porrò in motu circ impedito, vaſa intumeſcunt, partes quas meat, ita ſtringit, ut anguſtiores fiant. bo, denegata ſub aqua reſpirandi facul mirum quam vehementer omnia ad coar dam gulam conſpirent. Quæ ſine ullo d cauſa eſt, quamobrem in ſuffocatis liq albeſcentis vix octavam menſuræ partem prehenderim. Nimirum præcluſo per g itinere ob comprimentia undique vaſa ſcera, nulla omninò aqua in ventriculum bitur; ſi verò pauxillum modo ingreſſum loque diluto putatur permiſtum, primi merſionis momentis una & altera fortaſſ glutitione & ante ſubiit, quam ſanguis ſt ret; vaſa intumeſcerent; gulaque preſſ deretur anguſtior. Nec enim induci po ut credam, auribus naribusque obturatis ſexies quenquam deglutire poſſe, quo tertiam deglutitionem difficulter fieri, que ſentiet, qui iſtius rei facere experi tum volet. Longè verò alia fœtus in ratio eſt, ad quem ab homine in lucem non licet argumentari. Ut enim hic act ſuas reſpirando exerit, ita illi reſpiratio glutiendum non eſt neceſſaria, quod rece à matre nutrimentum ſatis rarefactum e ſubire oris porum patulamque gulam poſ tali inſuper aëre turget, qui leniter trudat, i ſumque blandè ſine deglutitione promov

§. XL

§. XLVIII.

Nec verò ſola denegata reſpiratio illabi
iam in pulmones ac inteſtina prohibet, ſed
quoque in muneris cauſarumque trahi ſo-
atem exiſtimo. Mirum fortaſſe videbitur,
quam huc relaturus, ipſam ſibi præclude-
aditum affirmavero. Corpus eſſe aquam
ve & ponderoſum, neminem latebit, quod
nentis conſtet tenuiſſimis, flexibilibus, ela-
is, læviſſimis, inſtar anguillarum ſibi in-
nbentibus. Hinc eſt, quamobrem ſe mu-
arctèque comprehendant, poroſis aſperis-
corporibus facilè adhæreant, iſtaque hu-
ctent. Tantum verò abeſt, ut aqua par-
ilis ſuis tenuiſſimis ac flexibilibus palati po-
ſubeat, pondere ſuo in pulmones ac gu-
illabatur, uti potius gravitate ſua epiglot-
em deprimat, ſibique ipſa obicem ponat,
ticulis quoque elaſticis ac impetuoſo in os
ſu fauces muſculosque diſtendat, malas
udat, quo minus fibræ muſculorum ſe
ſtringere queant. Ex ſupra dictis jamdum
oteſcit, quam epiglottis à fibris membra-
interioris aſperæ arteriæ muſcularibus, in
ma eademque vehementiori inſpiratione
entis & elongatis, adducatur, rimulæque
licetur. Id quoque me tacente conſtabit,
merſorum ora usque eo adimpleri aqua,
b hac ſerventur, ac poſt mortem etiam de-
hendantur aperta. Quis verò impleto
a ore, attolli ac removeri poſſe epiglotti
exiſtimabit, ut intrare iſta pulmones
at? Aqua potius quam attractam rimulæ
rire fores, invenit, epiglottidem eo in ſta-
etinet, ſuoque ipſam pondere magis de-
nit & præ portis quaſi excubat, ne ſurſum
tus, egreſſumque moliturus, ac in liber-
m ſe aſſerturus aër, epiglottidem valeat
overe. Id quod modo haud diſſimili fieri
timamus, atque tranſiens per venam pul-
nariam ſanguis implendo vaſis cavitatem,
ulam deprimit, foramen ovale obſtruit,
que ipſe priſtinum iter intercludit.

§. XLIX.

Non minus aqua impedienda muſculorum
tractione, ingreſſum in ventriculum ſibi
nit. Deglutitionem ope muſculorum, am-
uque rei deglutiendæ ac pulſione aliqua
, extra dubitationem credo eſſe poſitum.
gua movendo attollendoque contentum
deglutiendum, dignam ſe præſtat, quæ in
etatem veniat cauſarum adjuvantium, cum
ſa deglutitionis difficultate ſui neceſſitatem
cet. Hinc faucium muſculi ſe contrahunt;
deglutiendam paulum anguſtata oris ca-
te amplexantur: ac iſtius verſus gulam
pulſæ deſcenſum promovent. Ipſa deinde
aperta ſit neceſsè eſt, quo propulſum
que exceptum commodè transeat. Quo-
unum ſi deficiat, aut ſuo in officio im-
iatur, quis non totam deglutitionis actio-
labefactari judicabit? Lingua non minus
atque epiglottis ab incumbente prementeque aqua eo magis deprimitur, quo minus iſta ob circumpoſitam ori aquam, cedere poteſt aut ejici. Quî verò muſculi aquam comprimentes ac in gulam protrudent, ab iſta potius diſtenti & elongati? Ipſis ſanè omnis reciſa contrahendi poteſtas eſt, nec fibrarum extremitatibus dabitur facultas, qua verſus medium laxius contextum, tanquam centrum ſuum poſſint accedere, iſtoque ſuo acceſſu muſculi contractionem promovere, quamdiu os aqua manet repletum, hæcque iſti extrinſecus circumpoſita aqua potius fibris ſe contracturis renititur, quibus diſtendendis ac foras extrudendis oris parietibus ſive malis, gulæ quoque ſubſtantiam nerveam, ei quæ palatum faucesque inveſtit, continuam neceſſario diſtendit ſive adducit, ejusque adductione non poteſt quin gulam coarctet, ſibique ipſa quaſi obex fiat, & aditum in ventriculum præſtruat. Quod eo facilius factu eſt, quo magis gula à ſtagnante ſanguine vaſisque intumeſcentibus comprimitur.

§. L.

Quamobrem non poteſt non ſuſpecta dubiaque mihi videri Dd. ſententia, qua vivos ſubmerſos ventrem totum, cujus nomine non obſcurè pulmones atque thoracem complectuntur, aqua plenum ac tumentem habere affirmant. Tantum enim aquæ ſubmerſi haurire nequeunt, qua ventriculus, nedum venter tumeat, qui autem in iſtis deprehenditur liquor naturalem ac ordinarium potum quantitate vix æquat, ut pauca iſta quæ chylo permiſta videtur aqua, primis immerſionis momentis & ante ingreſſa eſſe non temerè judicetur, quam aqua faucium muſculos diſtendens, buccas foras cogeret, ac diſtendenda nervea gulæ membrana iſtam anguſtaret, ſibique ipſa iter intercluderet.

§. LI.

Quæ etſi pro affirmanda probandaque nova ſententia ſufficere videantur, breviter tamen quod ex aëris elatere deſumi argumentum poſſit, nunc oſtenſurus ſum. Aërem in ſuffocatorum pulmonibus ac ipſis etiam inteſtinis comprimi, moraque ac calore magis fieri elaſticum, ſive in expanſionis conatu augeri, mihi quidem nullum eſt dubium. Iſtam verò aëris expanſionem exiſtimo in numerum referendam eſſe cauſarum, quæ hauſtam ore aquam ingreſſu prohibeant.

§. LII.

Ex mente noſtri temporis Doctorum aër corpus heterogeneum, fluidum, flexile ac compreſſibile eſt, quod in anguſtius ſpatium coactum compreſſumque, extendere ſe nititur. Aliquam ipſi quoque ineſſe gravitatem, magnæ capacitatis vitrum exhauſto aëre levius factum, comprobat. Præter cæteras verò particulas commemorandæ flexiles ſunt, quarum ope corporibus ſolidis cedit ac comprimitur, ſalvo manente expandendi, reniten-

renitendi explicandique niſu. Quo magis verò iſtæ comprimuntur particulæ, ac in ſe ire coguntur, eo majorem ſemper nanciſcuntur extendendi ac in priſtinum liberumque ſtatum ſui reſtituendi conatum. Vis elaſtica vulgò vocatur iſte expandendi niſus, cui machinæ hydraulicæ, inſtrumentorum pneumaticorum, antliæ pneumaticæ ac thermometrorum effectus, hemiſphæriorum Magdeburgicorum, Marmorumque Boyleorum firmiſſima cohæſio, aliaque phænomena tantum non innumera adſcribuntur rectiſſimè. Duo verò potiſſimum ſunt, quæ mirum quam vehementer iſtam elaſticitatem augendo, majoris neceſſitatem ſpatii urgeant. Quam aëris externi abſentia interno expandendi occaſionem offerat, animalia vitris incluſa loquuntur, quæ ſimul ac aër exhauſtus eſt, in molem ingentem intumeſcunt. Locata quoque in vitro veſica paululum inflata, exhauſto per antliam pneumaticam aëre, non ſine diruptionis periculo, ad extremam diſtenſionem intumeſcit. Quod ſi verò ad ignem veſicam detineas, calore æqualem excitari incluſi aëris expanſionem obſervabis. Id quod paucis hic meminiſſe, non ab re viſum eſt.

§. LIII.

Ejusmodi flexile in pulmonibus ac inteſtinis ſubmerſorum compreſſum corpus, ſed tamen explicare ſe & expandere nitens, ſuôque in niſu à calore interno tanquam calcari impulſum, quid præſtare putabis? Compreſſum cohibitumque, pro natura & indole ſua in expanſivo ſuo niſu vehementer auctum, neceſſario majus ſpatium occupat, veſiculas pulmonarias cæteraſque quibus includitur, cavitates tumidiores reddit; circumjacentes partes comprimit & coarctat; ſibique occurrens aliud corpus ſi non rejicit, ſaltem tergo ſuo ſuſtinet, eive quo minus propius accedat, fortiſſimè reſiſtit. Quem expanſivum niſum in lana ac molliſſimis plumis obſervamus, quibus cum haud incommodè particulas aëris elaſticas comparaveris. Plumas calore non parum expandi, earumve unam & alteram libram in anguſtum admodum vix ſpithamam longum latumque ſpatium cogi poſſe: ipſas contra expanſioni ſuæ relictas, à compreſſione liberas ferè decies amplius occupare ſpatium: culcitram explere, leviterque motas & agitatas ſe de integro explicare, & factas ab incumbente foveas extrudere & attollere, quem latet? Harum ad inſtar aëreæ particulæ ſe expandunt, ac obviam ituro corpori renituntur. Quamobrem meo quidem judicio aptæ natæ ſunt, quæ illapſuræ in pulmones ac inteſtina aquæ reſiſtant, ipſorumque cavitates aqua vacuas præſtent. Vi enim elaſticitatis qua pollent, veſiculas pulmonarias extendunt: pulmones ſecundum omnes dimenſiones tumidos reddunt: & adducenda verſus pulmones tracheæ arteriæ membrana, epiglottidem rimulæ firmiter applicant; hocque modo aquæ in pulmon[es] illapſum impediunt. Præterea inflandis p[ul]monibus partes vicinas, præſertim gula[m,] ventriculum ac inteſtina comprimunt & co[arc]tant, atque in iſtis contentas cognatas ſui[que] generis & indolis particulas, ad reſiſtend[um] armant; ad exerendum elaterem, ad renit[en]dum & removendum illapſurum incitant; [at]que ſic duplici modo cauſa exiſtunt, quo [mi]nus aqua inteſtina ingrediatur. Nihil e[st] quod de pulmonibus nunc dicam, quos [...] quoties probavi, applicatam tracheæ arte[riam] epiglottidem tanquam objectum obicem, [...] que eo ab aquæ illapſu defendere, ut quo[d in] iſtis collocatum præſidium eſt, proximè c[um] illapſura aqua pugnare non neceſſe hab[eat]. Nec commemorabo, quam gula ab aſpera [ar]teria tumidiori facta, inflatiſque pulmoni[bus] coarctata ſit, & quam ejusmodi coarctatio[ne] ipſa quoque aqua modo §. XLVIII. deſcri[pto] adjuvetur, ut omne per iſtam iter inter[clu]datur.

§. LIV.

Fingam paulum patere compreſſam [gu]lam; an aquam propterea iſtam ingredi [poſ]ſe putabis? Ego ſanè hoc ex iſto minus r[ecte] inferri exiſtimo, quod ventriculus ac inteſ[tina] tali munita præſidio ſunt, quod hoſtem te[rgo] ſuo ferre, ad eundemque impediendum [...] valeat. Præſidium aër eſt, qui licet in v[en]triculo ac inteſtinis rarus ſit, in ſubmerſi[s ta]men aquæ irruere volenti eo fortius reſi[ſtit,] quo magis illa à diaphragmate comprim[i]tur: quo minor eſt diſtentis faucium mu[ſcu]lis & prorſus impotentibus factis, aquæ ve[rſus] gulam propulſio: quove anguſtior facta [...] gulam via eſt. Quemadmodum enim in [...]rum anguſtiis, pauci iidemque leviter arı[...] & ferè inexercitati, exercitatis pluribus [...] potenter reſiſtunt, hisque non rarò ſe vi[...]res objiciunt. Ita qui infra compreſſam [gu]lam in ventriculo ac inteſtinis compreſſus [...] eſt, portæ quaſi ſtationes agit, ac elater[e ar]matus, hoſtis impetum ſuſtinet, i. e. aqu[æ il]lapſuræ, attamen faucium muſculis ab [...] inermibus factis, poteſtateque contrah[en]di prorſus reciſa, nullum impetum danti, [...]jicit, explendisque ſua expanſione cavita[...] impedit, quo minus per anguſtatam g[...] ingrediatur. Rem omnium optimè u[...] ampliori ventre, ſed anguſto longoque [col]lo præditus, vulgò *ein Klinckel-Krug*, [...]ſtrat; qui celeri manu in aquam imme[rſus] ac quiete ſub ea detentus, aquam diffici[...] admittit, aëre aliorſum cedere neſcio: ſi [...] deinde guttulæ illabuntur, aëreas ſtatim [par]ticulas cum ſonitu expelli, attollenda el[...] ſuo aqua, bullas excitare obſervamus. [...] verò ratio eſt, ſi urceum inclinaveris, ut [...] orificii ſupra aquam ſit; tunc enim aqua [...] mendo ad latus oppoſitum aëre, ſibi ad[...]

ſfacit, quem detento ſub aqua urceo aër egabat. Sic liquores è ſiphone clauſo ori- ſuperiori, non effluunt; quod aëris cir- npoſiti reſiſtentia contenti liquoris gravi- m ac preſſuram longè ſuperat. Similiter è o inverſo anguſtoque ore prædito niſi ve- nenti motu ac concuſſione aqua non de- ndit; quod aër undique vitrum cingens, iſtius orificium quaſi excubat, ac elatere natus ad effluvium ſe elongare volentem globat & recedere cogit.

§. LV.

Tanta vi aër pollet ſibi relictus; quanto or incluſi niſus erit? quanto vehementior in libertatem aſſerendi conatus? Videmus in machina hydraulica, in qua aër propter iculas flexiles in anguſtiſſima ſpatia coactus ompreſſus, quo dato ſpatio ſine ulla mora xplicat & expandit: amplius verò ſpatium ctando, tamdiu aquam per tubulum pa- em cum impetu propellit, donec ad pri- um ſtatum redierit & expanſionis ſuæ atti- t metam. Equidem tanta vi aër in cor- is cavitatibus nunquam compreſſus eſt; re tamen ejusdem elater nimium intendi- in primis ſi aliqua acceſſerit compreſſio.

§. LVI.

Quamobrem aëris vi elaſticæ tantum non , quod aqua in corporis cavitates ex no ſententia non illabatur, adſcribimus, il- que ſatis aptam natam eſſe exiſtimamus, alia in ſocietatem muneris ſive cauſarum edientium trahat, & cum aliis aquæ in inte- a & pulmones viam intercludat. Quibus rius hactenus explicatis, novam, quam ucem profero, opinionem ſatis munitam exiſtimo, credoque ſubmerſos inque ca- ancipitis eventus commiſſos, adeò non re aquam, ut potius pulmonibus ac inte- s aqua vacuis morte defungatur; ſolam tra denegatam reſpirationem ſive compreſ- aërem mortiferam dare impreſſionem, to- que agere tragœdiam: aquam verò tan- cauſam eſſe ſine qua non, qua ſine in ſuf- tis aër nec comprimatur, nec reſpiratio pediatur. Mihi ſanè vacui pulmones ac ſtituta aqua inteſtina, incerti & fallaces c in re videntur teſtes, quos me auctore mo audiat, tanquam indignos, qui de ſuf- catione decernant: qui vivum in aquam æcipitatum hominem negent: qui occulto iquo naturæ conſilio amoreque ulciſcendi micidii, ſuſpicionem aliunde illatæ cædis ciant, ſectamque augeant.

§. LVII.

Vero igitur maxime conſentaneum eſt, erſos modo haud diſſimili decedere, at- ii, qui apoplexia moriuntur. Quemad- dum enim illi diſtributione ſpirituum ani- ium prohibita, hincque magna ſpiritus orta difficultate, perinde ac ſi pectus vinculô aliquô conſtrictum attolli prohiberetur, de Medicorum ſententia præfocantur: ita ſub- merſi adimpleto ab inflatis pulmonibus pecto- re & ſtagnante ubique ſanguine, denegataque poſthac trahendi ſpiritus facultate, conſtringi tracheam arteriam, anguſtarique pectus pau- cis poſt ſubmerſionem momentis ſentient, donec brevi ſenſus omnes aboleantur, vitæ- que finis acceleretur.

EPICRISIS.

P. P.

Vidi *paradoxum Tuum Medico-Legale de ſubmerſorum morte ſine potâ aquâ*, quod, ſtylum ſi ſpectes, terſum eſt & elegans: ſin rem ipſam conſideres, arduum & difficile. Equidem ſi & rationes & experimenta illic al- legata ſuo ſtarent talo, cum Archimede nu- dus in celebritatem hominum proſiliendo ex- clamare poſſes: Εὕρηκα, Εὕρηκα. Aſt vereor, ne multis nimis confidenter Tibi ſoli novæ rei inventionem ſingulari fato Naturæque provi- dentiâ reſervatam aſſeruiſſe videaris pag. 20. cùm haud obſcura illius veſtigia apud alios le- gantur. Sit unus inſtar omnium, *Platerus* ſc. qui in *quæſtion. Patholog.* 55. Eos, in- quit, qui aquis immerſi moriuntur, non quod aquam affatim & nimium bibant, ut vulgò creditur, ſed quia ſuffocantur, exſtingui inde certum eſt, quòd aqua nonniſi per deglutitio- nem ventriculum noſtrum ſubire poſſit; de- glutitio autem, cùm motus ſit ex arbitriô no- ſtrô pendens, cohiberi ne fiat, æquè in aquâ atque extra eam, nec ad eam tunc impelli poſſit, etſi fortè aliquid deglutiatur, in hac ne- ceſſitate & agitatione tamen parum illud eſſe liquet, quod patientem tam citò interimere minimè valeret: ſicut in ſuffocatorum in „ aquis ventriculis obſervatum à me aliquoties „ fuit, in quibus paululum aquæ fuit inventum. „ Eamque aquam, quæ inversô corpore ab il- lis, qui ex aquis extrahuntur, deſtillat, à ve- ſtibus potius defluere certum eſt. Quamob- rem quod aëris per reſpirationem ab aqua in- tercedente attractio impedita ſit, cùm aër attrahi deberet, aqua illius locô in aſperam ar- teriam illabatur, cauſa ſuffocationis illius, illa- que mortis exſtitit. Hactenus *Platerus*. Vi- des hîc ventrem excipi, quem à nemine aqua vacuum pronunciari meminiſti *pag.* 7. Pul- mones verò eorum, qui vivi ſuffocantur, aquâ neutiquam carere, experimentum haud ita pridem heîc Giſſæ inſtitutum compro- bat. Quamprimùm enim paradoxum Tu- um prelum ſuperavit, Practicus hujus lo- ci non incelebris, DN. Philippus Ludo- vicus Ruppius, Med. Licentiatus, adſtan- tibus Phyſico Ordinario & nonnullis Medi-

cinæ Studioſis, ut & Typographo Academico (ſubjectum ſubminiſtrante) canem ſacco cum ingenti lapide incluſum fluminique injectum ſuffocarunt, eumque ſtatim cultro Anatomico ſubjiciendo præter ſpumam illi inſidentem $\frac{1}{8}$. ferè menſuræ partem aquæ in pulmonibus obſervarunt. Objeci illis cynomachiam Tuam inter felem & canem inſtitutam, & in hoc pulmones ſine ▽. inflatos. Aſt non ineptam è pag. 18. paradoxi Tui reſponſionem mihi reponebant, quod canis hic fluctibus pugnæque labore (ut loqueris) defatigatus & tantùm non exanimatus halitu & reſpiratione extra aquam quaſi captus fuerit (*Er ſeye gäntzlich aus dem Athem kommen*) ſicque nullam ſub aqua reſpirando aquam admittere aut haurire potuerit. Nec reliquæ Tuæ à cadaveribus humanis in aqua inventis obſervationes in vado conſtitutæ ſunt, cùm eâdem facilitate demortua aut occiſa eò præcipitata dici poſſint, quâ viva eò Tibi perveniſſe putantur. Si certi quid experiri velimus, id vel illorum, qui natando perierunt, vel in aquâ ſuppliciô affecti fuerunt, (*an denen, ſo geſäckt worden*) ſectione fieri poſſet. Ad minimum plures & in brutis & in hominibus obſervationes requiruntur, antequam in arduô hoc negotio receptæ Antiquorum ſententiæ contradicamus. Quod enim rationes, quas inſuper addidiſti, concernit, nec illæ extra dubium ſunt locatæ. Epiglottis enim nunquam tam exactè claudit rimulam ſubſtratam, quin ſive ridendo, ſive clamando aliquid potus eandem præterlabatur & in laryngem (*in die unrechte Kehle*) imò & fauces penetret; quod eò citius fieri poterit, ſi quis fluctibus & undis agitatus clamando auxilium expoſcat. Summa, quam allegas aëris compreſſibilitas hypotheſi Tuæ magis obeſt, quàm prodeſt, cum aër (qui corpori graviori cedere cogitur) ab irruente aqua non aliter in anguſtias redigatur, ac in æolipilis, ubi aër antea totam pilæ cavitatem explens ab irruente aqua ita condenſatur, ut vix ſeptuageſimam vaſis partem occupet, ut non tantum *Merſennus*, ſed & *D. Henrici* in *Epiſt. ad Rob. Boyleum*, *Miſcell. Acad. Nat. Cur. Dec. 2. Ann. VI.* adjectâ ad oculum demonſtrarunt. Taceo jam alia, ne difficultates difficultatibus cumulando conatui Tuo laudabili intempeſtivè obſtrepere videar, quem ut factis indies pluribus experimentis ulterius promoveas, eſt quod animitus opto. Vale!

Tuus ex animô Totus

Valentini.

Replica Dn. D. Beckeri.

Vir Nobiliſſime atque Excellentiſſim[e] Medicorum celeberrime, Domine Fautor ac Patrone maxume!

PRimum Tibi, ut debeo, de anno feli tercompleto, ſero quidem, ſed tamen i penſe gratulor, optoque, ut niſi ſenex vi curſum non conficias. Deinde in Tuo e me ære profiteor, quod æquum Te meo ſcrip judicem præbes, dubiaque benevolè mecu communicas. Quæ Tua eſt humanitas, ha moleſtè feres, ſi, quam rationes Tuæ prorſus non feriant, paucis commemora ro. Dum pag. 7. Paradoxi mei thoracem nemine aqua vacuum pronunciatum, in renthesi affirmo; nimis confidenter mihi li novæ inventionem rei adſcripſiſſe, Tibi deor, cum Platero auctore in quæſt. Par log. 55. in ſubmerſorum ventriculis paulul aquæ fuerit inventum. Fallacia ἑτεροζητήσ circumveniri me optas; mihi de thorace co citato ſermo eſt, quem à nemine aqua cuum pronunciari memini, Platerus verò ventriculo loquitur: etſi ventriculum int gerem, paululum tamen aquæ à Platero ventriculis inventum, ut vacuos ab aqua v triculos pronunciaſſe putetur, non admi Quod ad experimentum à Dn. Ruppio inſt tum attinet, iſtius mihi fides merito hab ſuſpecta; quo verò certi quid hac in re ex riaris, ex eventuque ac circumſtantiis on bus rei veritatem æſtimare poſſis, velim præſente ſubmerſum equa canem aperiri res. Spumam exiguam invenies, eam non aquoſam, qua diſpereunte vel min aquæ guttula relinquatur, ſed ventoſam, tenti compreſſique aëris, ac exſuda mortis metu ac præcordiorum anguſtia l phæ tenuiſſimæ & tantum non inviſibilis geniem. Aquæ verò octavam menſuræ tem in bronchiis obſervatam fuiſſe, a ve te tam alienum eſt, quam quod maxi Ego & Hannekennius ante duas hebdoma quum primum glacies ſolis terræque ca apud nos dilapſa eſt, duos canes ſatis robu valentesque ſeorſim ligatis pedum parib ac ſuſpenſo de pedibus anterioribus lapi in aquam, ſub qua alter latrabat, ab mus, cultro anatomico ſubjiciendos. bronchiis ſecundum iſtorum longitudi inciſis, præter exiguam ſpumam, exſp tione citius poſt apertionem, citra hum tionem diſpereuntem, aquæ guttulam inv mus nequidem minimam. Ex pulmo verò ductibus ſanguiferis ſanguis profluxit interjectas aëris inſpirati particulas eo ſpu ſior, quo magis iſtarum elater ob com ſum tantis in anguſtiis aerem creditur au Non minus canum ventriculi valdè alia

i, ab aqua erant vacui. Vides Vir Excel-
tiſſime, aquis ſubmerſa robuſta animalia,
rte ſine pota aqua defungi, ut propterea
n ſit, quamobrem Philiatri veſtri aliam lu-
ntis cum fele canis mei, quem pag. 18. flu
us pugnæque labore defatigatum introdu-
fuiſſe rationem exiſtiment, putentque,
m ſemianimem ſub aqua reſpirando aquam
ittere non potuiſſe. Fingam, fuiſſe iſtum
ianimem; illabi tamen ex veſtra ſententia
a debuit, quod epiglottis Te auctore,
quam tam exactè clauditur, quin ali-
d potus in laryngem penetret & ipſius
eri, quem mihi objicis, auctoritate conſtat,
*is per reſpirationem ab aqua interceden-
attractione impedita, cum aër attrahi
eret, aquam iſtius loco in aſperam arte-
n illabi.* Id quod Tibi multum Platero
uenti, quanquam iſtius ſententiam nun
m fecerim meam, ſaltem per inſtantiam
i objectum. In iſtis enim quos modo
oravi, canibus nec quicquam deprehen
aquæ fuit, ergò ſine ullo dubio diſtenti
hibito aëre pulmones, adducenda tracheæ
riæ membrana, epiglottidem tamen fir-
r arctéque rimulæ applicant, iſtámque ap-
atam & adductam incumbens aqua gravi-
ſua depreſſam detinet, ut nec quicquam
ſas laryngis fores poſſit ingredi. Sed di
clamando paululum attolli epiglottiden;
l ab illo metuo periculi, cum nec in illo
, quem ſub aqua latraſſe, ſupra memini,
uid aquæ deprehenderim, nec tantus ſit
s expandendi niſus, qui incumbentem epi
tidi aquam multo graviorem, removere,
que adeò attollere & erectam tenere va
, quin continuò recidat, ipſeque aër com-
atur. Sed excipis, iſtam ergò aëris com-
ibilitatem hypotheſi meæ magis obeſſe,
n prodeſſe, cum aër ab irruente ▽. redi-
r in anguſtias, ut in æolipilis videre eſt.
ondeo, compreſſibilem aërem aptum
m eſſe, qui in ſpatio ampliori ſatis poten-
mpediat, quo minus aqua è ſiphone aut
anguſtioris colli elabatur; cur ergò vim
aëre incluſo, à calore interno magis ela-
facto denegabimus, ſtructura pulmo-
mechanica inprimis conſpirante & epi
ide inſtrata aquæ illapſum ſimul impedi-
. Fallacia etiam petitionis principii com-
itur, ab irruente ▽a aërem redigi in an-
as; non irruit ob interjectam epiglotti-
aliaſque rationes in paradoxo meo re-
itas, in pulmones aqua, ergò nec ab
ontentus pulmonibus aër in anguſtias co
. Alia æolipilarum ratio eſt, quas nul
ventre nec anfractus, nec ductus angu-
nec valvulam inſtar epiglottidis inſtra-
, nec ſimile quid habere novimus, quod
enti aëris elaterem & expandendi niſum
vet. Quæ reſponſionis loco Tibi remit-
volui, etiam atque etiam petens, ut, ſi
quæ alia videntur objici poſſe, benevolè mecum communices. Vale & amare perge

Excellentiæ T.

Alsfeldiæ, die XXIV. Febr. 1705.

addictiſſimum

J. C. Beckerum, D.

Reſponſio II. D. Valentini ad D. D. Beckerum.

Vir Nobiliſſime.

DUo ſunt, quæ in Replicâ Tuâ mihi reponis, Vir Nobiliſſime: Primum quòd *Platerus* & alii ventriculum quidem in ſubmerſis vacuum obſervaverint, præcordia verò nemo, præter Te aquâ deſtituta viderit. Alterum, quod, captis de novô experimentis in contrarium, Dn. Ruppii obſervationem ſuſpectam habeas. Primum ſcrupulum Tibi eximet *B. D. Waldſchmidius*, qui in *Miſcellan. S.R.I. Acad. Nat. Cur. Dec. II. A. VI. obſ.* 153. *pag.* 316. ita ſcribit: „Hactenus creditum fuit, aquis ſubmerſos multum aquæ „deglutire, eamque per tracheam quoque ad-„mittere, atque tales ex repletione mori. Ve-„rùm, ſi attendere velimus, quid in campa-„nâ urinatoriâ, in aquam immersâ, contin-„gat, vix ultra marginem aquam admitten-„te, facilè erit determinare, aquis ſubmer-„ſos non ex aquarum mole, ſed ob aeris de-„fectum exſtingui. Nam ceſſante reſpiratio-„ne, ceſſat ſanguinis in circulum itus, ipſa au-„tem reſpiratio vel in momento ſufflamina-„tur, cùm nec aer egredi, nec aqua ingredi „poſſit. Hinc in ſubmerſis ne guttulam qui-„dem aquæ in ventriculo aut (NB.) in tho-„race reperire unquam licuit. Vides, mi „*Beckere*, jam alios hoc obſervaſſe, nec Tibi reſervatum eſſe hoc inventum. Interim nec Celeberr. *Waldſchmidii* authoritas difficultatem tollit, cum Dn. Lic. *Verdrieſius*, præſente D. Bartholdo, Anat. P. P. experimentum Ruppianum nuper denuò repetierit & certum invenerit. Adde quòd haud ita pridem Candidatus Juris in rivum Giſſenum (noctu ad corrivales deproperans) præcipitatus & tantùm non ſuffocatus ingentem aquarum ingurgitatarum vim vomitu rejecerit: quô alteri Tuo ſcrupulo ſatisfieri poſſe, confido. Vale.

T. T.

Valentini.

Mich. Bernhardi Valentini epiſtola ad D. D. Nebelium, Prof. Marb. & p.t. Acad. Rectorem Magnificum.

P. P.

DE faſcibus Academicis Magnificentiæ Tuæ de novô oblatis glatulor ex animô, vovens inſimul, ut arduô hoc officiô & nunc & ſæpius feliciſſimè fungi & defungi valeat.

Cæterum viderit M. T. dubio procul Paradoxum Medico-Legale de Submerſorum morte ſine potâ aquâ, quod D. Beckerus, Phyſicus Alsfeldenſis, haud ita pridem, occaſione Uxoricidii alicujus in lucem edidit.

Totus ſc. eſt in eô, ut oſtendat nullam vel in pulmonibus vel in ventriculo demerſorum aquam reperiri, etiamſi vivi eò projecti fuerint, ſicque vanam eſſe illorum inſpectionem legalem: quam ſententiam experimentis quibusdam Anatomicis, è canibus ſuffocatis deſumtis probat, & in literis ad me datis confirmat. Cùm verò Magnifica Tua Excellentia, olim, nî vehementer fallor, cadaver hominis ſuffocati publicæ ſectioni ſubmiſerit, etiam atque etiam rogarem, ut me haud gravatim certiorem reddat, an illîc, ſive in pulmonibus, ſive in ventriculô aquam reperierit? Ut eò certius appareat, quidnam veritatis ſubſit paradoxo huic, in ferendo de homicidiis judicio alioquin notatu digniſſimo.

Interea vale, Vir Magnifice, &, quod facis, gratioſè recordare

Servi Tui

Obſervantiſſimi

D. Giſſæ d. 11. *April. Anno* 1705. *pridie Feſt. Paſchatos, quod felix fauſtumque ſit!*

Valentini.

Reſponſio.

Vir Nobiliſſime, Excellentiſſime atque Experientiſſime, Fautor & Collega plurimum honorande.

REctè accepi humaniſſimas Tuas nuperrimè ad me datas literas, ad quas feſtinante calamo reſpondeo, vidiſſe me & obiter perluſtraſſe D. Beckeri diſſertationem de ſubmerſorum morte ſine pota aqua, inque memoriam tunc revocaſſe, quod ante hos XV. annos Heidelbergæ obſervavi in viro ſene, qui in præterfluentem Nicrum, neſcio quo caſu, delapſus & ibidem ſuffocatus, poſteaque à piſcatoribus repertus, nihil aquæ potæ ſive in ventriculo, ſive in pulmone mihi exhibui[t,] quemadmodum idem etiam in infantici[dio] hic loci ante octo annos in Lano ſubm[er]ſa notavi, & propterea in ea opinione [ha]ctenus fui, omnes ſubmerſos, ſi ſub aquis m[o]riuntur, ob interceptam reſpirationem vit[am] amittere, fieri autem poſſe, ut nonnulli [eo]rum nihil aquæ ore hauriant, ſi ſc. ex alto [in] aquam præcipites facti ob terrorem vel ali[am] cauſam animi deliquium patiantur, & ſic à [re]ſpiratione quaſi ceſſent, alii verò eandem [pul]mone æquè ac ventriculo admittant, ubi [ore] hiante & vitalem auram captante ſubmerſi f[ue]rint, id quod Tibi, Vir Celeberrime, d[iju]dicandum relinquo. Pro adſcripto benev[olo] voto nunc aliud cum debita gratiarum acti[one] repono, & Tibi Neſtoreos annos fauſtosque [labo]rum Tuarum ſucceſſus ex animo apprecor [ut] in Reip. Medicæ incrementum, Veſtræ A[ca]demiæ decus & ægrotantium ſalutem diu [pro]perſis! Vale & favere perge

Celeberrimi Nominis Tui

Scrib. Marb. Cattor. die XV. Aprilis MDCCV.

Cultori perpetuo

D. Nebe[lio]

CASUS XVII.

DE VENEFICIO ARSENICA[LI] EX CRUENTATIONE CADAV[ER]IS AD PRÆSENTIAM SUSPECTÆ PRÆSUMPTO.

Accuſatio & Relatio Fiſcalis.

P. P.

PRævia prælectione mandati Principali[s] [c]lementiſſimi, Actor ex officio conſtit[utu]s DN. NN. Conſul hujus loci ſe ſiſtit, c[on]tra *Reginam* NN. natam *Viroſiam*, criminalit[er] in carceratam, & vi Mandati prælecti ejusqu[e] [ju]ſtiſſimi contra Eandem reſervatis per ex[pres]ſum reſervandis, præſertim ulterioribus [q]ue futuris pluribus indiciis criminaliter ind[icat] Quod licet in omnibus, tam Divinis, [qu]am Chriſtianis legibus ſaluberrimè cautu[m] [s]it, ne ullus mortalium alium frivolè occida[t,] [in]toxicet aut veneficiis vitæ alterius inſidi[et]ur, ſicque fata ejus acceleret, niſi graviſſi[m]am eamque capitalem pœnam, vita corpo[re]que luendam incurrere velit: Licet etiam U[xo]res decear in habitu ſancto incedere, nec cri[mi]natrices eſſe, nec multo vino ſervientes, [ſ]e bene docentes, ut prudentiam doceant a[do]leſcentulas, ut viros ſuos ament, filios ſuo[s] [di]ligant, prudentes, caſtas, ſobrias, domus c[ur]am h[ab]en-

ntes, benignas, ſubditas viris ſuis, ut blaſphemetur verbum DEI, ut Apoſtolus us in Epiſt.

ad Tit. cap. 2. §. 3. 4. & 5.

et: Licet & Beatus DN. NN. Miniſter ıdam Sereniſſimi noſtri fideliſſimus, In- huic Corpori Academico Deſideratiſſi- à Civibus hujus loci dilectiſſimus, omni- ue à Vicinis & Romano-Catholicæ & gelicæ religioni addictis honoratiſſimus & ono publico meritiſſimus, Maritus ſedu ſincerus hanc, quæ modò judicio ſiſti- conjugem ſuam ut ſeipſum amaverit, eandem ſe longanimem & amicum geſſe- nullam petulantiam in eandem exercuerit, Tyrannicum imperium domi geſſerit, ſu lia non erexerit, ſed rationabiliter illi co averit, dudum multa ab eadem perpeſ- ıentiâ vicerit, verbo: officium Chriſtia- conſcientioſi Mariti curatiſſimè perpen- æquè ac peregerit:

Attamen criminaliter hæc accuſata NN. ſuæ coram DEO & Eccleſia Chriſtiana iſſimè datæ variis modis oblita, non tan- ut Vaſthi ſuperba debitum obedientiæ ju- excutere, virum juventutis ſuæ conte e, multum doloris, parum amoris ipſi eauſa fuit, ſed &, quò omninò Salomo Prov. 22. §. 4. loquitur s in oſſibus ejus fiat, in tantam (apud pa s æquè ac Chriſtianos Hiſtoricos rarò oc ntem) cœcitatem Diabolicam ſe præci- it, ut contra Divina æquè ac humana ca everiſſima præcepta, à Diabolo, tanquam homicidii ac omnis veneficii, adeò hor er ſe excœcari paſſa fuit, ut horrendo in- ationis crimine ſe irrationali ratione con- naverit, & beatiſſimo ſuo Marito (poſt- officio ſuo graviſſimo à ſummô mane ad mediam primam pomeridianam lau- ter in curia hac defunctus erat) die ſab- , quarto ſc. currentis modò Julii in ci- t probabile eſt) domi tam horrendum & ſivum venenum, adhæc in tanta doſi, e qualitate propinaverit, ut neque DNN. corum adhibita diligentia curaque quam ta prævalere, neque ſana ante com- naturaque robuſta nequicquam juvare rit, ſed verſus notiſſimus:

on eſt in Medico, ſemper relevetur ut æger,
nterdum docta plus valet arte malum;

dolor! veriſſimus hic obſervatus fuerit: Beatiſſimus DN. NN. poſt exantlatos in- es dolores, tormina & carnificinas die in- nti Lunæ, qui 6. erat menſis currentis, octava antemeridianâ vitam ſuam tem- m beatè quidem, ſed miſerrimè, & qui- non ſine civitatis hujus & univerſi diſtri- onſternatione finiit.

Unde eluceſcit, quòd, cum criminaliter accuſata Vidua, Conjugis ſui B. Dn. NN. vitam, ut textoris filum, reſecuerit, eamque, ut opilionis caſulam ſuſtulerit, Sereniſſimus fideli, ſincero & dexterrimô Præfecto, ſubditi gravi Prætore, circumjacentes amico, tolerabilique vicino privati, imò, quod dolendum, quatuor pupilli (quorum unus fatuus naturâ & inſipiens eſt) à propriâ Matre Orphani, Patre deſtituti redditi, ſicque ab accuſata NN. per veneficium hoc deſperatum facinusque plus. quam Barbarum & Tartaricum ſufficientes ad Proceſſum huncce ſerium cauſæ ſubminiſtratæ fuerint; & licet Rea NN. brutale hoc veneficii crimen hocque immediatè inſecuta mala, contra propriam ſcientiam & conſcientiam obnubilare frivolaque ſua negatione & pernegatione Vindictæ Pœnæque Magiſtratûs ſe ſubducere ſatagat, neutiquam verò ſimul conſiderat, quod conſcientiam ſuam relatrantem è ſinu effundere, multò minus oculis DEI omnia penetrantibus effugere ejusque vindictam, (de quâ fusè

Dn. Gockel in Conc. VIII. der Laſter-Predigten fol. 136. & ſeqq.)

elidere non valeat, ſed utique & hic valiturum ſit: Quid perpetraſti? Fatris (Mariti) Tui ſanguis de terra ad me clamitat.

Geneſ. cap. 4. §. 10.

Attamen de corpore delicti hâc in parte omninò non dubitari poteſt, dum concurrentibus tot ac tam variis in uno ſubjectô ſignis urgentiſſimis veneni exhibiti, & quidem violentiſſimi corpus delicti nunquam deficit, accedente cumprimis juratorum atque experientiſſimorum Dominorum Medicorum atque peritorum Chirurgorum (quibus tanquam in Arte ſuâ credendum eſt;

Carpzovius Pract. Crim. Part. 1. quæſt. 21. num. 8. fol. 101. & quæſt. 26. num. 33. & ſeqq. pag. 137. cum ſeq. Jul. Clar. in Pract. 8. fin. quæſt. 4. ſub numer. 5. fol. 78.

eò magis, quia requiſita in *ordinatione pœnali Artic.* 149. præſcripta ad unguem ſunt obſervata) judiciò, repertoque in primâ inſpectione, quod abdomen extrorſum verſus ſummè intumuerit & tympani inſtar extenſum fuerit, ungues manuum atque pedum fuſcocœrulei, utraque verò latera, usque ad femora atro-cœruleo colore ſuffuſa fuerint: ex ore atro-virideſcens materia fermentando prodierit, quæ internè ſub ventriculi ſectione eodem colore tincta & vitri potui deſtinati capacitatem implens obſervata fuit, unde mucus internus & pituita naturalis ventriculi adeò conſumta & abraſa erat, ut à materiâ hâc, quæ hinc inde ventriculo adhærebat, & facilè ſeparari poterat, ſtomachus in eo latere, quod dorſum ſpectabat, rubicundus omnino & inflam-

flammatus, ſimulque pancreas, ſub ſtomacho locatum, una cum inteſtinis, cumprimis Colo ſummè inflammata, reliqua autem viſcera ſalva ſanaque inventa fuerint; ut adeóque Dnn. Medici ſupra laudati ipſique Chirurgi jurati ſub tali viſcerum conſtitutione vix reperire valeant, unde peſſima & venenoſa hæc materia, citra venenum externum propinatum tam citò generari & in ventriculò generari potuerit. In altera die 7-dicti menſis inſtituta inſpectione cadaveris beati Dn. NN. obſervatum fuit, quod caput duplo majus ſolitò fuerit, palpebris tumidis exiſtentibus, ut Gigantis caput videretur: Oculis è cavitate ſuâ magnitudine pilæ protuberantibus, labiis tomaculæ inſtar turgeſcentibus, fronte ſummè quoque inflatâ & tumida exiſtente: Facie Æthiopis inſtar nigreſcénte & præ nigredine ferè ſplendente: Materiâ è naribus & ore ſemper adhuc fermentante & erumpente: Membro virili ſolito majore: Scroto verò pilei magnitudinem æquante, carbonis inſtar nigricante non ſecus ac collum & caput: Abdomine lapidis inſtar indurato, ut ne minima quidem fovea illi potuerit imprimi, imò tam miſerabilem faciem præ ſe tulerit, ut, niſi cadaver die præcedente apertum fuiſſet, illud ſub tanra fermentatione procul dubio ſponte ſuâ diſruptum fuiſſet, irritâ redditâ tum inſpectione: Quoniam porrò Beatus Dn. Præfectus ante mortem vomitu quodam correptus fuit, quô bilem primò flaveſcentem, mox humore atro-viridem ejecit, adhæc de torminibus & doloribus circa umbilicum conqueſtus fuit, ſub quibus ſudor frigidus continuò durans, pulſus debilis, cum ſummis anguſtiis & cardialgiis, perpetuus teneſmus, ſiccitas oris ſe truſerunt, die quoque inſequente corpus ſtatim intumuit, pulſus, plus quam credere quis poſſet, debilitatus fuit, diarrhœa cum ejectione materiæ fœtidiſſimæ & nigricantis acceſſit, linguâ reſolutâ loquela emanſit & præviis tormentis indicibilibus mors inſecuta fuit.

Hinc luce meridianâ clarius eluceſcit, quòd juxta doctrinam Præclariſſimorum Medicorum Beatus Dn. NN. atrociſſimum venenum in corpus ſuum receperit. Ita enim de hoc Medicorum facilè Princeps

Dan. Sennertus in Medicin. lib. 6. Part. 6. cap. 9. fol. 270.

ſcribit: Symptomata, quæ arſenico ſumpto excitantur, ſunt ventris & inteſtinorum cruciatus vehementiſſimus: Vomitus, ſitis inexſtinguibilis, linguæ, faucium & gulæ ariditas ac aſperitas, ſpirandi difficultas, tuſſis, ſingultus, vomitus. Sequitur etiam non rarò (ut hîc) dyſenteria & urinæ ſuppreſſio: Interdum ſpaſmus & paralyſis accedit, & tandem mors ſupervenit.

Confirmat hæc Doctiſſimus Medicus *Paulus Zacchias* ex *Cardano* in

Quæſtionibus Medico-Legalibus Li[b.] Tit. 2. Quæſt. 6. num. 5. fol. 70. Quæſt. 7. n. 16. 23. 24. pag. 74. 75.

ubi ita loquitur: Signa aſſumpti veneni [...] evidentia & certa: Sudor frigidus cum ard[...] præſertim ſi adſit dolor maximus in inteſti[...] Omnibus potentius ſignum eſt dyſenteria [...] ſpirandi difficultate, vomitus cum livore [...] guium, tumor linguæ cum urinæ urig[...] Hæc ſunt ſigna evidentiſſima. Ulterius [...] bit: In hoc, ſi ſtatim ab aſſumpto cibo ſ[...] in ea incidat ſymptomata, eum veneno [...] tionatum fuiſſe, quod certum ſit tam Me[...] quam Jure-Conſulti univerſæ certitudinis [...] fundare videntur. Nam ab aſſumtione v[...] ni non longâ ut plurimum interpoſitâ [...] perturbatio & nauſea oritur. Quodſi e[...] ventriculi dolor vehemens concomitetur [...] in præſenti miſerabili caſu) cordis trem[...] palpitatio, ſyncope &c. hujusmodi pern[...] ſiſſimi & lethalis veneni indicium erit. [...] cedunt dehinc ructus olidi, tetri odoris [...] poris ingratiſſimi & pravi, fœtor inter[...] oris, vomitus quoque & ſingultus his ſ[...] venit & ventris fluxus, inquies, anxietas, [...] ceps virium lapſus, pulſus defectiones & [...] dis morſus: Subſequuntur unguium livi[...] pallor corporis ejusque tumor, flatus, do[...] maligni ac vagantes. Signa autem poſt [...] tem venenati ex Galeno & aliis refert [...] datus

Zacch. dict. Quæſt. 7. num. 30. fol. 7[...] & Hieronymus Mercurialis Tr. d[e] [ve]nenis & morb. venenoſ. Lib. 1. fo[l.] 79. cap. 16.

Corpus livens, aut (ut B. noſtri) nigrica[...] putredinem moleſtam olens, ungues [...] gros, cadaver nigrum, livores, ſpum[...] ore & fœtorem &c. Quando quidem [...] hæc ante, intra & poſt mortem hominis [...] ficio enecati ſigna legalia in beatè defunct[...] ſtro conjunctim obſervata ſint, verumqu[...] neat vulgare illud:

Sed ſi non proſunt ſingula, multa juv[ant];

indeque nunquam dubitari aut in dubiu[m vo]cari poſſit, beatè demortuo NN. ven[...] ſummè nocivum (quod à

Raymundo Minderero Tr. de Peſti[...] 3. pag. 19.

definitur: quod ſit id, quod qualitate [...] maleficâ aut deleteriâ interficere aut ſu[...] tiam corporis noſtri corrumpere aptu[...] um eſt) perfidè propinatum eſſe, ſicqu[...] pus delicti ſufficienter, imò ſuperfluè [...] tum ſit; hinc neceſſitas nunc exigit, u[...] thor vel Authrix hujus atrociſſimi delict[...] ejus commiſſio imputari debeat, & in [...] Perſonam plura & potiora indicia aut pr[...] ptiones redundent, inquiratur.

Dum verò beatus Dn. NN. in tota hâc ci-
e, ob vitam amicabiliter & ſincerè actam,
mnibus dilectus, jamque à nemine non de-
etur, hinc præſumptio juris pro omnibus
ngulis civibus militat. E contra indicia
ta & propinqua, probabilia & certa in
& facto fundata contra hanc criminaliter
ſatam viduam horribiliter enecati Dn.
adeò pugnant, ſimulque Actus inquiſitio-
examinationis & confrontationis ita con-
ant, ut nihil amplius, quàm propria ejus
eſſio deſideretur.

Enim Qualitas Perſonæ delinquentis, vi-
delicet anteacta, quam indicium ad quæ-
em imponendam facere patet ex *Ordina-
Criminali Carolina, art.* 25. 8. (1) An
cio tenens Perſonam malæ famæ &c. Id
ab interpretibus communiter receptum
ocente

rpzovio Pract. Crim. Part. 3. *Quæſt.* 170. *num.* 18.

n turpem verò vitam priſtinis temporibus
inde, cum primis in loco NN. criminali-
ccuſata duxerit, in vulgus etiam notum
ta ut non tantum literis amatoriis, quæ
tæ & aſſervatæ ſunt, ſed & teſtibus viven-
convinci poſſit, quod haud ita pridem in
mis Civitati huic NN. vicinis protervè ad-
m & petulanter ſe geſſerit, ac cum uxore
alicujus in eadem ſitula balneatoria ſedens
perpetraverit, quæ hâc vice (cùm par-
m ſit piis auribus) dici non poſſunt. Suf-
indicaſſe, quod honeſtæ, quæ adfuerunt,
næ pudore ſuffuſæ fuerint, ita ut mox,
oſt aliam è balneo aufugerint, ſicque facta
que obſcœna & inhoneſta declinarint.

t adeoque II. de qualitate Veneficæ eò
s dubitari poſſit, quum juxta tenorem
n. Criminalis, dicto artic. 25. §. *Zum
ten. & artic.* 37. *in princip.* non tantum
alè acta, ſed & præcipuè hoc firmum in
n, hujus criminis, veneficii ſcilicet, con-
, quòd Vidua ſuſpecta, ut notorium eſt,
tuque facilimum erit, cum Marito intoxi-
æpiſſimè rixata fuerit, ita quidem, ut Ean
n ordinem redigendi & à Deo conceſ-
oteſtatem maritalem exercendi opus ha-
; quæ diſciplina tamen adeò inanis fuit,
ius honeſtiſſimum Maritum ſuum (ut
tu facile eſt) ſæpius Nebulonem, Lixam,
icum &c. odioſè, invidè & furioſè in
fit, hisque non minus ac reliquâ vitâ
è acta legitimam illi cauſam dederit, ut
defunctus die 3. menſis hujus Julii, die
neris, fatalem internecionis ejus diem
nè præcedente denuò Eandem verberi-
xceperit: Contra quem, in Deo quie-
m virum animum ſuum exacerbatum &
orſus ſuffuſum verbis hiſce deteſtandis
it: Optare ſe ut Diabolus omnes illos
t, qui partes Mariti agerent, aut vices
olerent. Quòd verò inimicitiæ indi-
cium ad torturam conſtituant, ſupra jamdum
demonſtratum fuit; unde ſimul attendendum
eſt, quòd inimicus præſumatur ex verbis in-
jurioſis, aut ſi dixerit, non diligo talem, vel
qui denegat actum humanitatis: hîc condo-
lentiæ,

probante *Maſcardo tr. de Prob. Vol.* 2. *Concl.* 900. *n.* 24. 40. *&* 42.

Accedit III. per Inquiſitionem demonſtrata,
continua & in tota Civitate, NN. durans, imò
ſolida inconcuſſa, creſcens, ante cœptam in-
quiſitionem exorta, non vaga, non levis, non
contraria, ſed concatenata fama, quòd ac-
cuſata ab omnibus maximè ſuſpecta habeatur
& ex variis coincidentibus ſeſeque conglome-
rantibus cauſis authrix hujus veneficii ſtatuatur:
De cujus famæ ante cauſam inchoatam ac ante
inquiſitionem cœptam latè lateque ſerpentis
vi, effectu & energiâ plura ut dicantur, opus
non eſt, cum militet textus expreſſus in

Nemeſi Carolina dicto artic. 25. *Erſtlich &c.*

& latiſſimè hoc indicium tractet

Farinaceus in Praxi Criminal. Lib. 1. *Tit. V. Quæſt.* 47. *præſertim n.* 11. 12. *cum ſeqq. pag.* 716. 717.

IV. Contra criminaliter accuſatam militat ſum-
ma Ejus levitas, quam eô ipsô palam dedit,
quòd in abſentia quidem Mariti cum certâ &
ſuô tempore nominanda fœmina lautè ederit
biberitque, piſces in domum Præfecturæ dela-
tos non tam cum Marito, quam alibi con-
ſumſerit, otio indulſerit, nec Culinam cura-
verit: attamen eô die, quo Maritus defun-
ctus morbo primum correptus fuit, juſculum
aliquod paraverit ovaque immiſerit, à cujus
aſſumptione eodem veſperi Dn. Præfectus ma-
lè ſe habuit & lecto ſe addixit. Cùm autem
indicium veriſimile ſit, quando quis in eadem
domo, in qua delictum fuit perpetratum, de-
prehenſus eſt, juxta claram

Ordin. Crim. cit. art. 25. §. *Zum andern.*

hinc nullum eſt dubium, hanc deprehenſio-
nem in ædibus & præparationem cibi inconſue-
tam, aliis adminiculantibus eò citius indicium
ad torturam ſuppeditare.

Quoniam V. accuſatæ hujus lingua in apri-
cum protulit, cujus ipſum cor plenum erat,
dum eadem, die ☿, qui 15. labentis nunc Ju-
lii, notam, fide dignam, ſinceram & Reæ
ob oculos poſitam Perſonam accerſivit, &
poſtquam audiverat Commiſſarios quosdam
Principales hujus cauſæ ergò adveniſſe, in hæc
verba erumpere non dubitaverat: Famam
oriri, quod inquiſitio quædam contra ſe inſti-
tui debeat, annon alia hac vice negotia illis
ſuppetant? ſe nihil curare [*Sie keye ſich nichts drumb*] Item: Se ferè amplius non credere
Deum quendam exiſtere &c. Quùm ergo
Pſaltes Regius

Pſal. 14. §. 1.

ovell. Val. (R) canat:

canat: Stultos (i. e. juxta Lutheri gloſſam marginalem, ſecuros malosque homines, qui Deum non timent) in corde ſuo dicere, nullus eſt Deus: Eosdem nequicquam prodeſſe, ſed turpitudine ſua ſcandalum præbere &c. quis non crediderit, quòd vigore textus Apoſtoli

Rom. 1. §. 28. 29. 30. 31. 32.

criminaliter accuſata, quæ juxta propriam confeſſionem Dei nullam rationem habuit, Deo permittente in perverſum ſenſum abrepta fuerit, ad crimina varia perpetranda venenoque tollendum Maritum.

Et licet quis oggannire valeat, indicium hoc V. meræ præſumptioni facti inniti: attamen probè conſiderandum, quòd in arduâ hâc causâ, quæ remotis arbitris & in occulto, ubi non ſtatim legales probationes in promptu ſunt, fieri ſolet, veriſimilitudinibus & probabilibus conjecturis contenti eſſe debeamus, & ad eruendam veritatem tortura locum habeat, docente inter alios hoc

Conrado Harzio in Tract. Crim. de Venefic. inquiſit.

ſcribente, quodſi nimirum delictum eſſet multum occultum, ut in ſpecie veneficium, aut exhibitio veneni, adeoque difficilis probationis: licet directo neque per teſtes, nec per alia documenta conſtare poſſit: propterea tamen non ſequatur, eſſe inultum relinquendum; ſi quidem per conjecturas probandum veniat. Ubi enim tractatur de probando occulto & clandeſtino, ibi admittitur probatio per conjecturas, quæ dicitur evidens; nam quod ex præſumptionibus apparet, evidenter apparere docet

Bartholus in C. Imperat. ff. de Legat. 1. *& in C. ſi quis locuples ff. de manum. Teſtam.*

Appellatione enim probationis etiam probatio conjecturalis continetur. Illud enim, quod non poteſt per rerum naturam probari clarè, argumentis & indiciis ſatis probabitur: quia in occultis non requiritur tam plena probatio, ſicut in aliis. Imo admittuntur in his præſumptiones, veriſimilitudines & indicia vim plenæ probationis habentia.

Hactenus *Harzius.*

De eô igitur, quod ſc. Accuſata fere credat, nullum eſſe Deum, dubitari nequit, ſi conſideraverimus verba nihil aliud eſſe quàm notas paſſionum animi;

Freundenberg Tract. de morat. concluſ. 66. *num.* 81. *fol.* 447. *Cothman. Vol.* 2. *Reſp.* 99. *num.* 2. *p.* 334.

ſeu teſtimonium noſtræ mentis, quô nullum majus & efficacius,

per l. Labeo 7. *circa fin. ibi: nemo exiſtimandus eſt dixiſſe, quod non mente cogitaverit, ff. de ſupellect. Legat. Beſold. c.* 8. *n.* 22. *in fine.*

Porro VI. Facta Confrontatio magnum quoque indicium ad torturam parit, dùm, poſt
quam Dn. Jacob Balthaſar Simonius, Operat
& Chirurgus hujus loci, ut & Anna Maria, Jo
Conradi Kubleri Uxor, ob verba quædam pr
lata venenumque divenditum illi ob oculos p
nebantur, accuſata immutatis geſtibus moro
admodum & impetuosè ſe geſſit, additis dejer
tionibus, ejusmodi reis non inſolitis: Confro
tatæ perſonæ autem debitam modeſtiam adh
buerunt ſummaque conſtantiâ ea, quæ dep
ſuerant, confirmarunt: Cujus confrontatio
effectus eſt, ſi reus eâ non movetur, ut aliis co
currentibus adminiculis ad torturam proce
poſſit,

Joh. Otto Tabor de Confrontat. Diſp. 2.
10 *& diſp.* 3. §. *XI. Carpzov. Pr. Cri*
Part. 3. *Quæſt.* 114. *n.* 77. *Fol.* 134.

Quoniam etiam VII. variatio & inconſtan
ſermonis, ſive mendacium, quàndo ſcilic
reus de veritate facti interrogatus variaſſe
mendacium dixiſſe deprehenſus fuit, indiciu
torturale efficit

Bart. m. l. de minore. 18. §. *plurium. n.*
fol. 196. *Facie priori & in l. fin. num*
p. 200. *facie ſecunda. ff. de quæſt. H*
polyt. de Marſil. in Pract. Crim. §. *di*
gens. num. 74. *Fol.* 135. *Carpzov. l*
dato Tr. Part. 3. *quæſt.* 120. *n.* 71. *p.* 1

hinc attentionem meretur, quod criminali
Accuſata illius (Mendacem oportet eſſe m
morem) quoque oblita fuerit, & in priori e
mine quidem exiſtimaverit, quod in Diverſo
ad ſignum Agni vel Coronæ Beato ſuo Mar
venenum propinatum ſit, in ultimo tamen e
mine dixerit: Se libentiſſimè experturam
fieri poſſet, quis in cauſa mortis ſit? Marit
ſuum per integram ſeptimanam obitum præ
dentem nullibi fuiſſe, niſi in diverſoriis
Agnum & ad Coronam hujus loci, quod
æque ac morte confirmare vellet. Annon v
hæc reſp. exceptio & inculpatio diverſorior
duorum innocentium inſignem variation
præ ſe ferant, ſufficiensque indicium ad t
turam ſuppeditent, JCtis impartialibus
mendum relinquo, juribus cumprimis ex m
dacio dolum apertum præſumentibus, uti
nuere voluit

Ulpianus in l. ſi quis affirmavit. 9. *l. q*
Venditor. 37. *& in eleganti lege eleg*
ter. 7. §. *idem Pomponius.* 10. *ff. de d*

Præſertim ſi commodum inde captet (ut p
ſens Rea) mendax

Pariſ. & Cravettam allegans Beſol
Part. V. Conſ. 237. *num.* 57. *Fol.* 19

Unde & VIII. idque forte admodum indic
in hoc conſiſtet, quod cum Rea ad Dn.
Balthaſ. Simonium in ædibus ſuis dixiſſet
Maritus venenum accepiſſet, neceſſario i
aut in diverſorio ad Agnum aut in Coronâ
propinatum fuiſſe, cum nuſpiam hacte
abierit: Citatus verò Simonius, tanquam C
rurgus in Arte verſatus replicaret: Si be

Dn. I

. Præfectus in Agno aut Corona intoxica-
fuiſſet, venenum tamdiu ſine effectu non
ieviſſet: Cùm ergo Dn. Præfectus, fatente
ore, nullibi fuiſſet, ſneceſſariò in ædibus
opriis illi venenum propinatum eſſe: Inqui-
ad hæc (notetur) ne verbum quidem re
nderit. Jam autem Indicium ex eo quo-
colligitur, ſi quis ſuper arguitione patrati
leris audita voce alterius tacet.

L. qui tacet, 142. *ff. de Reg. Jur.* ubi *Petrus Faber in Comment. p.* 524. ſcribit: Taciturnitas plerumque confeſſionis indicium atque argumentum eſt, & qui ſilet, tacitè confitetur. Conſentit *Hippolyt. de Marſil. in Pr. Crim.* §. *diligenter, num.* 137. *p.* 188.

rationem, quia in criminalibus proceditur
inſtar civilium; ſed omiſſa contradictio vel
a receptio literarum cum taciturnitate in
libus facit ſemiplenam probationem, E. in
ninalibus operatur indicium.

Marc. Anton. Blanc. in repetit. l. fin. num. 223. *& ſeq. per ibidem allegata ff. de quæſtion.*

m & IX. Vidua hæc Mariti ſui Beati, cada
aperiri noluit, ſub prætextu, quem in ſi
, ut dilaniari & excoriari debeat, permit
poſſit, palàm conſtat, quod lucem fuge-
& verita fuerit, ne crimen turpiſſimè com-
ſum eò citiùs detegeretur, & in apricum
duceretur, juxta illud Chriſtiæ, qui mali quid
, fugit lucem, nec luci ſe ſiſtit, ne opera
puniantur.

oh. cap. 3. § 20.

doctrinam ICtorum, dicentium: Verita-
non detegens præſumitur eſſe in dolo.

. quæritur. 14. §. *venditor.* 9. *ibi: conſultò reticuit ff. de ædilit. edict. l. ea quæ* 34. §. *fin. ff. de contra empt. l. tutor.* 16. §. 1. *ff. de pignor. act.*

o magis verò celare ſuſtinuit, eò magis
s T. O. M. idem manifeſtavit.

Dum X. diverſæ honeſtæ Perſonæ obſer
nt, & quidem datâ operâ, quòd poſt-
n faciei cadaveris exanimati NN. linteum
um impoſitum, corpuſque ſimiliter lin-
mundo involutum eſſet, præſente Accu-
ſanguis ſtatim per linteum faciei impoſitum
traverit: Quæ cruentatio cadaveris in præ-
a præſentis reæ quin faciat ad indicium ad
uram, concurrentibus tam multis admini-
, dubium verſatur nullum.

pud Dd. & literatos quamplurimos, & inter cæteros Wolffgang. Hildebrand. in Tr. de Magia Naturali Lib. 1. *cap.* 12. *fol.* 48. *B. Wehner. in Obſerv. Pract: verbo Baar. Recht, fol.* 50. *Harsdörffer im groſſen Schau-Platz jämmerlicher Mordgeſchichten Part. V. Hiſt.* 129. *fol.* 191. *& ſeqq. Bohem. in Spectac. paſſion. Chriſti Part.* 3. *conc.* 98 *fol.* 591. *&* 592. *Sanguinem vindictam deſiderare dicens: Walther. in Novell. Val.*

Poſtilla Theologic. Jurid. Dom. 22. *poſt Trin.* §. 347. *fol.* 944. 945. *Strigenit. lib.* 1. *Vom Gewiſſen. Cap. I.* qui

vocat hanc cruentationem cadaveris *GOttes Rach*, h.e. Vindictam Dei, quæ provenit ex antipathiâ,

Sylveſt. Rattray in aditu novo ad ſympath. & antipath. fol. 18. 84. *&* 89. *Exemplum refert eſſe in Deciſ. Aragon. Deciſ.* 14. *num.* 15. 16. *pag.* 152. *fac.* 2. *Conf. Levinus Lemnius de occult. Nat. mirac. lib.* 2. *c.* 7. *p* 162.

Huc XI. accedit, quod apud incarceratam ingens pecuniæ ſumma, & quidem ex auro conſtans, inventa fuerit, quæ tanquam præparatorium fugæ non minimum indicium torturale præbet;

& quid XII. tandem fusâ deductione opus eſt? dum benè conſtituta Ordinatio Criminalis

Artic. alleg. 37.

peculiare, proximum & per ſe ſufficiens indicium perpetrati criminis veneficii continet, quando ſc. ſuſpectus convincitur, quòd venenum coëmerit, & contra intoxicatam inimicitias habuerit, aut cæteroquin malæ famæ ſit, ita ut in ſuſpicionem trahi poſſit, quod legitimum ſanè criminis indicium conſtituit: cumprimis ſi quis idem emerit & coram Magiſtratu ſe emiſſe negaverit, licet emptionis convinci poſſit; id qnod ſufficientem quoque cauſam interrogandi præbet, cur venenum coëmerit? Etenim quia Pharmacopœis, Aromatariis aliisque, qui Mercurium, Opium, Antimonium aliaque venena tractant, prohibitum eſt abſque ſpeciali permiſſione cuidam vendere venena

Dict. Art. 37. 85. *Es ſollen auch. l.* 3. §. 1. *ff. ad Leg. Cornel. de ſicar.*

utique necato quopiam per venenum, nonniſi contra eum, qui venenum emit, ſuſpicio oriri poteſt.

Poſt Matth. Stephan. & Zanguerum Carpzov. alleg. Tr. Part. 3. *Quæſt.* 122. *num.* 15. *pag.* 194. *num.* 17. *pag.* 195.

Quòd verò criminaliter Accuſata pro integro thalerò quantitatem arſenici (quod venenum validiſſimum

Paulo Zacchia teſtante in ſuis quæſt. Medico-Legalibus Lib. 2. *Tit.* 2. *Quæſt.* 3. *Num.* 2. *fol* 62. *& Mercurial. Tr. de Venenis lib.* 2. *cap.* 8. *fol.* 150.

dicitur) emerit, hiſce quidem formalibus uſu: Ne, quæſo, dicas, ubi tantam quantitatem vendideris &c. adeoque contractum emtionis Annæ Mariæ Kübleriæ divulgare ſeriò dataque opera interdixerit: Adhæc ita vixerit, ut ſuſpicionem veneficii de eâ quis ſumere poſſit: Emtionem coram Venerando Magiſtratu negaverit, ejus tamen convicta fuerit, Acta inquiſitionis æque ac Confrontationis, cum ſupra allegatâ eaque in jure & facto optimè fundatâ deductione aliisque concurrentibus circumſtantiis, antecedentibus, concomitantibus & ſubſequentibus ſatis evincunt.

(R) 2 Poſitis

Poſitis his omnibus, cùm contra criminaliter accuſatam NN. quamplura, eaque inſignia & ſtringentia indicia militent, & horrenda criminis hujus in Germania toto Ducatu Würtenbergicô (Deo ſit gratia!) vix unquam audita atrocitas, unde Dei aliâs benigiſſimi ira, unaque ſanguinis cauſa poſt aliam in regionem noſtram devolvitur, miſerrimis hiſce & periculoſiſſimis temporibus utique ſeriam inquiſitionem & legitimam caſtigationem efflagitet;

Hinc Actoris Principalis petitum in jure fundatum eſt, ut per ſententiam Judicis decernatur, quod criminaliter accuſata ad manifeſtandam veritatem torturæ & fidiculis imponenda ſit; Deſuper nobiliſſimum Domini Judicis officium optimo jure implorando. Salvo omni &c.

Defenſio.

P. P.

E multis judicii partibus, juxta Doctiſſimorum ſententiam, hæc potiſſima eſt & neceſſaria admodum, quæ in probationibus jurisque proprii confirmatione verſatur. Nulla enim lis, nulla diſceptatio, nulla demum controverſia probatione carere poteſt. Quamvis interdum cæteris paribus poſſit: quæ enim in judicium vocantur, de iis cognoſci aut legitimè judicari non poteſt, niſi legitimô modô prius probata ſint. Ab illis autem probationes in duas ſpecies dividuntur, artificialem & inartificialem; illam, artificialem ſc. dicunt totam in arte conſiſtere & verſari, nec ſufficere in illâ cogitare, quomodo tractari debeat, ſed etiam opus eſſe eam invenire, quod munus & officium præcipuum eſt Oratoris: Et ſi Juris-Conſultus de his reſpondet, Oratoris, non ICti perſonam ſuſtinet. Hanc autem, inartificialem ſcilicet, dicunt illam eſſe, quæ directa, vera & propria appelletur probatio, & quod in hac nominatim ſine Oratoris vel ICti arte reperiatur, quod intendimus, nec ab Oratore vel ICto excogitetur, ſed extrinſecus aſſumatur; ubi quidem à

Fabio Lib. V. Inſtit. Orat. C. 2.

ſex ſpecies hujus inartificialis probationis numerantur: Præjudicium ſc. rumores, tabulæ, jusjurandum, teſtes & tormenta. Nam licet *Ariſtoteles* & *Cicero* leges etiam enumerent inter has probationum ſpecies, propriè tamen probationes non ſunt, ſed potius definitiones, ſententiæ, atque ita terminationes, quibus negotium ipſum, cujus causâ inducuntur probationes, definitur atque terminatur.

Ad fundandam jam intentionem ſuam, quòd ſc. beatus Dn. Præfectus NN. ex veneno accepto perierit, & quod criminaliter accuſata hoc eidem propinaverit, Dn. Fiſcalis Principalis in hac criminali causâ ultimam à *bio* poſitam probationis ſpeciem, torm ta ſcilicet, arripit, prætendendo quòd ſuff entia & talia contra ream indicia proſtent, in præſenti causâ de jure illa cerni poſſint.

Hanc autem probationis ſpeciem à pl mis excellentibus Theologis & ICtis, t quam rem periculoſam & fallacem, rej manifeſtum & extra omne dubium locat eſt. Nulla quoque legitima & ſufficientia dicia contra ream in præſenti caſu occurrere ſubſequentibus luce meridiana clarius elu ſcet. Primum quod concernit, torturam rem eſſe periculoſam, quæ non rarò falli cauſam occaſionemque præbet, ut non innocentes non perpetrata confiteantur, propter eorum confeſſionem ad mortem c demnentur, de eô conqueritur

Auguſtinus Lib. 19. c. 6. de Civitate I

ſequentem in modum: Quid enim in ſuâ sâ quis torquetur & conqueritur, utrum nocens, cruciatur, & innocens luit pro inc ſcelere pœnas certiſſimas, non quia illud c miſiſſe detegitur, ſed quia non commi neſcitur? Ac per hoc ignorantia J cis plerumque eſt calamitas innocentis, & q eſt intolerabilius magisque plangendum, ri dumque, ſi fieri poſſet, fontibus lachry rum, cùm propterea Judex torqueat acc tum, ne occidat, neſciens innocentem per ignorantiæ miſeriam, ut & tortum & nocentem occideret, quem torſerat. Si e ſecundum iſtorum ſapientiam delegerit ex vitâ fugere, quàm diutius ſuſtinere torme quod non commiſit, ſe commiſiſſe dicit. damnato & occiſo utrum nocentem an i centem Judex occiderit, adhuc neſcit. Q ne innocentem neſciens occideret, torſ dum neſciret, occidit. Sic &

Q. Curtius Lib. 6. de rebus geſtis A Magni

de Philota, quem Alexander Magnus tor ri juſſerat, ita ſcribit: Philotas verone an daciô liberare ſe à cruciatu voluerit, an conjectura eſt, quoniam & vera confeſ falſa dicentibus idem doloris finis oſtend Quibuscum concordat Ulpiani reſponſum

Lib. I. §. 33. ff. de quæſt.

ubi rationem reddens, quare quæſtioni ſemper nec unquam fides habenda ſit? cætera dicit: Tanta ſunt alii impatientia in quovis mentiri, quàm pati tormenta v ita ſit, ut & variô modô fateantur, ut non tùm ſe, verùm etiam alios criminentur.

Quapropter Magnus quidam Theol ad hanc quæſtionem: An tortura, cùm periculoſa & incerta ſit, in Chriſtiano I mine abroganda & ſuſpendenda ſit? it ſpondet: quòd præſtaret, ſi nunquam cogitata, multo minus in uſum adhibita

, ſicque concludit: Quicquid in Agro Po- æ una cum lolio triticum eradicat, iis in ıſis, ubi id per ſe, & quacunque idem ra- ne efficit, penitus abrogandum eſt. De turâ verò notorium eſt, quod una cum lo- triticum etiam eradicet, ut ex hactenus de ctis elucescit, E. &c. Quodſi ergò tortura n lubrica res eſt, quæ ſæpiſſimè fundum itatis evertit & eludit, ut plurimis exem- demonſtrari poſſet, quòd torturæ ſubjecti dolores ea confeſſi fuerint, quæ nunquam petrarunt, attamen confeſſionis hujus in u ad pœnam mortis damnati ſint: ſi in- m tortura perſonam, ſive crimen fatea- , ſive non fateatur, Judici relinquit ancipi- n conjecturam, quâ fronte tortam perſo- n in tali ancipiti conjectura, licet ob tor- nta fateatur quid, ad mortem condemnare erit, cùm notorium ſit, quòd in cauſis cri- nalibus ad mortis condemnationem Judex quam pervenire poſſit, niſi adſint proba- es Sole meridiano clariores, quæ de con ione tormentorum, crutiatu expreſſa, cer- unquam dici poterit. Ratum ergò manet, d hæc probationis ſpecies, quæ per tor- nta fit, res periculoſa & fallax, adeoque itò rejicienda ſit, nec unquam adhibenda, cet contra hoc objici poſſet, quòd fruſtrà quæſtio tractetur, cùm exploratum, quòd ies hæc probandi per tormenta à Glorioſiſſi- Imperatore Carolo V. & Statibus Imperii oducta, ac ideo conſtitutio Carolina ſine diſputatione pro Lege obſervanda ſit: amen reſpondetur, (1) quod nullô modô neamus ea in dubium vocare, quæ à Glo- ſſimo Cæſare & Statibus Imperii pro Le- s introducta ſunt. (2) Reſpondetur, quòd natio criminalis, juxta *Beſoldum in diſſer- one de Libro utriusque juris, ſecundæ ti Delibat. Juris præmiſsâ Cap. II.* non eceſſarium jus, ſed potius inſtructio aut ilium, ac ideo etiam non ubique & per ia obſervetur. Adeoque (3) etiam re- detur, quòd licet in Laudatiſſimo hoc atu ordinationes illæ criminales, etiam in cto torturæ, ſint receptæ & uſitatæ & con- enter tormenta etiam pro legitimâ proba- s ſpecie cenſenda & habenda ſint: illis n non obſtantibus ſive obſervantia hæc ſtatim locum habeat, aut tortura decerni t, vel pro legitima probationis ſpecie ha- ur, niſi omnia prius requiſita adſint, ſc. Legitima & ſufficientia indicia.

rdin. Crim. art. 6. in princip. concord. act. 20. his verbis: Wo nicht zuvor redliche Anzeigung der Miſſethat, darnach man fragen will, vorhanden und bewieſen würde, ſoll niemand gefragt werden.

de II. ut indicia illa ad minimum duo ptis, veris & minus rejiculis teſtibus con- firmentur, & ſic duo omni exceptione majores Teſtes requiruntur

Ordin. Crimin. art. 30.

III. Ne diverſa imperfecta indicia ad unum perfectum conſtituendum combinentur, quia quæ in ſpecie ſua imperfecta ſunt, per ſe unum quid perfectum conſtituere non poſſunt.

l. Spadones 15. §. *quia jura. ff. de Excuſ. tutor.*

IV. non tantùm unum, ſed plura, eaque ſufficientia indicia adeſſe debent, antequam tortura decernatur; Leges enim, quæ de judiciis agunt, in numero loquuntur plurali,

l. milites §. *oport. C. de quæſt. l.* 1. §. 1. *&* 4. *l. unius* §. 1. *ff. d. t.*

Similiter ne V. quodlibet ſtatim pro indicio habeatur, ſed ut ſufficientia & legalia indicia ſint, oportet;

art. 19. *Ordin. Crim. cujus verba hæc ſunt: Wo wir hernachmahls redliche Anzeigungen melden, da wollen wir allwege redliche Wortzeichen, Argwohn, Verdacht und Vermuthung auch gemeinet haben, und damit die übrige Wörter abſchneiden.*

Tandem VI. ut indicia illa non vi & qſ. capillis attrahantur, ſed propinqua & legitima ſint.

Carpzov. Part. 3. *Quæſt.* 123. *n.* 4. *in ſua Practica Criminali.*

Debent enim Indicia tam veriſimilia & urgentia in torturæ puncto eſſe, ut ſola rei confeſſio deeſſe videatur.

Alex. Conſ. 133. *n.* 17. *lib.* 7. *& Cravett. Conſ.* 6. *n.* 12.

Et procedunt hæc omnia etiam in atrociſſimis criminibus læſæ Majeſtatis, Sodomiæ, Veneficii & aliis, ut docet Gloſſa communiter recepta,

in l. ſi quis alicui. C. ad Leg. Jul. Majeſt.

quæ requiſita in iis, quæ Dn. Fiſcalis Principalis Indiciorum loco in libello accuſatoriô adfert, planè non reperiuntur, eaque de causâ tormenta pro legitimâ probationis ſpecie, in præſente caſu, agnoſci non poſſunt, indeque ſequitur, Dn. Fiſcali Principali in præcipuis & maximè neceſſariis judicii partibus plura deficere.

Adeoque criminaliter accuſata ad prolatam & judicialiter in puncto torturæ prælectam criminalem accuſationem litem negativè conteſtatur, negando ſc. narrata, prout narrata ſunt, & ut ab iisdem abſolvetur, rogitat: certa ſpe detenta innocentiam ſuam per inſtitutum proceſſum luce meridianâ clariorem fore, deſideratamque torturam contra eandem de jure decerni non poſſe.

Antequam verò ad ſpecialem declinationem eorum, quæ à parte Dn. Fiſcalis Principalis, ut dictum, indiciorum loco allegantur, progrediamur, criminaliter accuſata primò ſilentio præterire non potuit, ſed pauciſſimis mone-

monere debuit, quòd in principiô libelli accuſatorii duris quidem & injurioſis ſatis verbis tractetur, ſperans attamen, innocentiam ſuam in apricum proventuram eſſe, licet hâc vice, tanquam captivæ & perſonæ miſerabili viduæque mœſtiſſimæ hæc talia ferenda ſint, nulla dubitans DEUM omnipotentem, tanquam Patrem & Tutorem miſerorum viduarumque afflictarum ſui curam habiturum,& è miſeria, quâ jam detineatur, ſe liberaturam omniaque reſarciturum eſſe, cui quoque cauſam ſuam commendatam voluit.

Quamvis ergò ea, quæ Dn. Fiſcalis Principalis pro certitudine facti vel corporis delicti (quòd ſcilicet Veneno exhibito defunctus Dominus Præfectus enecatus fuerit) prolixè deduxit, criminaliter accuſatam non tangant, ſiquidem, licet illi veneno clam exhibito vitæ filum abruptum fuerit, hoc tamen à ſe minus factum fuiſſe in conſcientia ſua quam certiſſima eſt, & ſi veneno ſublatus eſſet, nihil æque magis in votis haberet, quàm ut Delinquens detegeretur: quô caſu ipſa æquè ac Orphani Patre privati omnem lapidem moturi eſſent, ut crimen illud vindicaretur, & ſicarius debitâ pœnâ afficeretur: attamen non potuit non paucis hanc circumſtantiam deducere, quòd de factô ſive corpore delicti in præſenti caſu, ut Dominus accuſator infert, nondum adeò certò conſtet, quia non dicitur de facto conſtare, niſi etiam conſtet de qualitate facti.

l. ſi per alium. §. docere ne quis eum, qui &c.

Et ſic, ſi dicere volumus, quòd de delicti corpore conſtet, clarè probari debet, quòd non veneno in corpore genito, ſed exhibito, & quidem datô, Dominus Præfectus interfectus ſit, quoniam contrarium, quod ſc. venenum in corpore generatum fuerit, æque poſſibile eſt, ac quod exhibitum ſit. Nam quod (1) in corpore humano tales humores generari poſſint, qui venena propriè ſunt & venenoſam prorſus naturam habent, verior eſt Dominorum Medicorum ſententia.

Zacchias in ſuis QQ. Medico-Legalibus, lib. 3. Tit. 2. quæſt. 5. n. 4.

Quodque (2) ejuſmodi venenum in corpore humanô generatum naturalium venenorum vires & effectus omninò imitetur, brevî hominem è vitâ tollat, & veſtigia quàm plurima venenoſitatis in extinctô cadavere appareant, idem ſcribit

Zacchias in alleg. loc. n. 5. 6. & 7.

ſicut & (3) exinde pro veneno in corpore genito magis, quàm exhibito habendum eſt, quoniam Dn. Fiſcalis Principalis in libello accuſatorio infert, quòd veneni in cadavere Defuncti Dn. Præfecti magna quantitas adfuerit: ſiquidem, ſi in tantâ quantitate, ut in libello accuſatorio perhibetur, arſenicum aut aliud venenum illi propinatum fuiſſet, ſine dubió cibum, tam horribiliter intoxicatum, ob deteſtandum ſaporem & odorem aſſumere no[n] potuiſſet. Venena enim tam odore, quàm ſ[a]pore in eorum aſſumptione ſeſe produnt, qu[ia] omnia ſunt odore tetro & abominabili & ſ[a]pore horribili, ac ideò natura ea tali ſapore [&] odore horribili inſigniri voluit, ut à venen[o]rum uſu abſtineremus.

Zacchias d. l. 2. Tit. 2. quæſt. 7. n. 8. 9. 1[0]

Similiter & (4) quòd non tam exhibitun[m] quàm in corpore generatum latensque ve[ne]num fuerit, inde etiam ſequitur, quoniam [de] factô, ſi opus fuerit, demonſtrari poſſet, D[e]functum Dn. Præfectum, per aliquod temp[o]ris ſpatium, antequam tam miſerabilis exi[tus] ſecutus fuit, dolores & moleſtias circa ſto[ma]chum ſenſiſſe, ſæpiſſimè cum inſigni con[atu] ſ. h. evomuiſſe, ubi non tantum bilis copio[ſa], ſed & alia tetra materia rejecta fuit, quæ ni[hil] aliud, quàm infallibile ſignum abſcondit[i] in corpore geniti veneni fuit, quemadmod[um] eum die Martis præcedente, antequam le[cto] ſe addixit, manè tam malè ſe habuit, ut [vomi]ctum denuò, ad meridiem usque, repet[ere] coactus fuerit. Concors enim Medicor[um] ſententia eſt, quòd repentè etiam ex ingen[ito] veneno quis perire poſſit, præſertim, ſi ſi[gna] aliqua morboſæ alicujus diſpoſitionis præ[ce]dant.

Adhæc (5) in beatè defuncti Dn. Præf[ecti] corpore non tam exhibitum, quàm ingenit[um] venenum ſe reperiiſſe, inde quoque eluce[t], quoniam Dn. Fiſcalis Principalis in libello ac[cu]ſatoriô infert, quod nullam amplius evac[ua]tionem habuerit, referens, Defunctum c[on]tinuo teneſmo, abſque effectu, labor[aſſe]. Nam quando evacuatio conſueta cohibita [ſit], tunc ſignum & argumentum eſt, quòd ve[ne]num intus genitum demortuum interfece[rit].

Joh. Hartmannus Bayerus in ſuâ Prac[ticâ] Medicinâ Lib. 7. c. 3.

Quamvis criminaliter accuſata non opus ha[beat] contra Libellum accuſatorium Dn. Fi[ſca]lis Principalis diſputare, an venenum in cor[pore] generatum, an exhibitum fuerit, quonia[m] ſcientia æque ac conſcientia ſua certa eſt, [quod] illi ne apicem quidem veneni exhibuerit, [in] facto, ex ſuperabundanti, ſi exhibitum v[ene]num fuiſſet, docere poſſit, quòd eodem die, [quo] venenum illi exhibitum fuiſſe à Principal[i] Fiſcali perhibetur, omnes in eadem domo, [ma]ritus, Uxor, Scriba, Infantes & Famuli [ea]dem patinâ comederint, quòdve peculiare [ci]lium non acceperit, ipſa quoque crimin[aliter] accuſata neque coxerit cibos, neque inſt[ru]xerit: quòd item nullum alium po[t]um a[d]ſerit, niſi quem ſibimet ipſi in vitrum a[gu]ſtum parvumque infuderit. Unde ſequ[itur], quòd ſi quam maximè venenum exhib[itum] fuerit, ipſi ab inimico aliquo, in locô t[ertiô], propinatum fuerit, quod non ſtatim o[pera]tionem ſuam in actum deduxiſſet. D[...]

m ejusmodi venena temporanea, quæ vel urâ talia ſunt, ut non niſi tardè occidunt, artis miniſteriô vel aſſumentis diſpoſitione a evadunt, ut patet ex cibis & medica-ntis, quòd alii vel alia tardè, alii verò & citò concoquantur.

Zacch. d. lib. 2. *Tit.* 2. *quæſt.* 10. *num.* 4. 5. 6.

hæc hactenus de probationis illius ſpeciei, e per tormenta fit, periculo & incertitu-e; item de corpore delicti, quòd de eô ia fortiora argumenta pro iſta concluſione litant, quod Dn. Præfectus veneno in cor-e genitô, quàm exhibitô extinctus ſit) in ſenti caſu non conſtet.

Nunc de iſtis circumſtantiis, quæ à Dn. Ac-atore in libello accuſatoriô indiciorum lo-allatæ ſunt.

Quemadmodum autem ex omnibus hacte-deductis apparet, quod per tormentorum m Judex ad certam & claram probationem, lis in criminalibus requiritur, pervenire poſſit: ita etiam de circumſtantiis indi-um loco in præſenti caſu oblatis dici non eſt, quod ex iis contra accuſatam legalia & cientia indicia exiſtant.

Quod enim I. à Dn. Accuſatore indicii lo-llatum argumentum; ex capite vitæ an-tæ ſumptum, concernit; licet eſſe poſſit inaliter accuſatam in ſuſpicionem ſiniſtram d alios incidiſſe, attamen conſtanrer aſſe-t, ſe innocentiſſimam eſſe, ſicque ſermo-ſine ullo certô authore eſſe, cui juxta

Quint. lib. V. Orat. Inſtit. cap. 3.

gnitas initium dederat, incrementum cre-as. Quemadmodum & in balneo ſeu mis NN. nil inhoneſti commiſit, ſed cum ommatre Georgii Burchhardi uxore, tan-n hilari juvencula, jocos tantùm miſcuit. Et poſitô, ſed non conceſsô, rumorem de illâ diſperſum, quòd propter alios s ſuſpecta fuerit, eumque non omninò tum fuiſſe; attamen ex vitâ anteactâ & ex ortâ famâ nullum indicium in præſenti contra Eandem ſumi poſſet, quod Ma n ſuum per venenum exhibitum enecave-Nam ad hoc, ut mala fama ex vitâ ante-orta accuſatæ noceat, debet eſſe in eo-genere mali, quia ex diſſimilibus non ori-njectura, ſic enim inquit

Cicero ad Herenn. lib. 1. *& lib.* 2. *de Invent. tit.* 2.

hominis ſpectabitur, in quô conſiderabit ſator, num quando ſimile quid fecerit. imili invaliditate gaudet alterum ex ini-iæ capite ſumptum argumentum, quòd lum minus pacificè cum Marito vixerit. enim huic ipſi non omnino contradici, quod inter illos tempore matrimonii loque obſcura quædam nubes oborta, ut quandoque diſſidium aliquod inter uerit exortum: attamen exinde, ut ſpe-ramus, ne minimum quidem indicium ſu-mi poterit, quod Maritum ſuum veneno necà-rit; quin exigente neceſſitate probari poſſet, ab integri ferè anni tractu pauciſſimas diſſen-ſiones inter illos fuiſſe obſervatas, hocque fal-ſiſſimum imputatum eſſe, quod die Veneris antecedente ab eô vapularit, quod nunquam probari poterit; adeoque certum eſt, allega-tum argumentum ex inimicitiæ capite deſum-ptum in præſenti caſu locum planè non habere, eamque multò minus gravare, ut ejus intuitu tortura contra eandem decerni poſſit. Nam quando jura de inimicitiâ loquuntur, quod concurrentibus aliis adminiculis etiam aliquô modô ſuſpicionem contra accuſatam perſo-nam faciat, tunc non de levibus aliquibus rixis, quales interdum inter Conjuges oriun-tur & nullo modô attendi debent, ſed de capi-tali inimicitiâ, cui nulla reconciliatio interve-nit, intelligenda ſunt.

Steph. in ſuis not. ad art. 25. *Conſt. Carol. n.* 7.

Maſcard. de prob. Vol. 2. *Concl.* 902. *n.* 4.

adeoque tertium ex famâ ſumptum indicium exigui eſt valoris, nec adhuc demonſtratum eſt, non pro famâ habendum, ſed pro vulgi potius inconſideratâ opinione, quæ eundo vires acquiſivit, ac conjecturis eorum, ad quos pervenit, crevit, quæ de jure pro fama æſti-mari nequit. Nam fama non ex impruden-tis & ſimplicis plebeculæ vaniloquiis & alio-rum incauta credulitate, ſed à fide dignis, ho-neſtis viris, de quorum commodô non agitur, trahere debet, cum causâ, ratione, conje-cturâ & autoribus famæ certis, expreſſis, ut ſit inconcuſſa, excellens, non vaga, levis, nec ſibi contraria, ſed uniformis & legitimè pro-bata, de quibus famæ requiſitis & quomodo fama probari debeat,

Oldenkopp. in ſuis Obſ. Crim. Tit. 4. *Obſ.* 32.

Carpzov. in ſuâ Praxi Crim. Part. 3. *q.* 120. *n.* 20. *& ſeqq.*

Quoniam verò Dn. Fiſcalis Principalis ſimilia aliaque famæ requiſita non probavit, hinc mi-nus neceſſarium eſſe ducimus, ut hiſce diutius inhæreamus, taliſque fallaciſſimus vulgi ru-mor accuſatam minus gravare poterit.

IV. & V. Circumſtantias, indiciorum loco allatas, quod attinet, quòd ſc. cum Uxo-re Piſtoris edendo bibendoque dixerit, quid ipſa curaret [*was es ſiegeheye!*] vix reſponſio-nem meretur. Licet enim de nihilô non ſit, quod abſente aliquando Marito, cùm peregrè conſtitutus eſſet, piſcem quendam cum dicta Commatre ſua conſumſerit, attamen non ap-paret, quî criminaliter accuſata eô ipſo gra-vari poſſit? & quale indicium ad torturam con-tra eandem exinde emergat? Indicia enim, ut ſupradictum, non debent eſſe levia & per-functoria, ſed legitima & propinqua. Unde

indicium

indicium ita definitur, quod ſit argumentum delicti perpetrati demonſtrativum ſeu indicativum;

Matth. Steph. in Not. ad art. 19. *Ord. Crim.*

& quo quis author certus delicti capitalis perpetrati cognoſcitur,

Arthuſ. l. 3. *cap.* 39. *n.* 9.

An verò jam binæ hæ circumſtantiæ à Dn. Fiſcali Principali contra accuſatam in medium allatæ ita comparata ſint, ut argumentum delicti demonſtrativum ſint, & exinde infallibiliter concludi poſſit, criminaliter accuſatam beatum Maritum ſuum veneno è medio ſuſtuliſſe, nemo ab omnibus paſſionibus liberatus aſſerere audebit.

Circa IV. verò in libello accuſatoriô inſertam circumſtantiam, aſſertioni huic purè contradicitur, quòd Marito ſuo die morbum præcedente juſculum paraverit ovaque illi immiſerit, quod nunquam probabitur, ſiquidem & nunquam ovis delectatus fuit.

Similiter non procedit, ut eò citius tortura contra accuſatam decernatur, quando Principalis Dn. Fiſcalis ſub VI. circumſtantiâ libelli accuſatorii perhibet, quòd in occultis & quæ ſunt difficilis probationis, non adeò claræ requirantur probationes. Siquidem ad hoc reſpondetur, quod in præſenti caſu non tam in probatione delicti ipſius, de quo quæſtio eſt, ſed de indiciis verſemur, an ſcilicet legalia & ſufficientia indicia contra Ream in promptu ſint, ut vi illorum tormenta loco probationis decernenda ſint? ubi JCti planè non diſtinguunt, ſed ſimpliciter, ſive de occultis & difficilis probationis delictis quæſtio principalis ſit, ſive non, pro regulâ generali ponunt, quòd tortura absque legitimis & ſufficientibus indiciis præcedentibus haud quaquam inferri poſſit, idque propter textum expreſſum in *l.* 1. *§.* 1. *ff. de quæſtionibus*, ubi *Ulpianus* ex *reſcripto Divi Hadriani ad Sennium Sabinum* ita reſpondit: ad tormenta ſervorum ita demum veniri oportet, cùm ſuſpectus eſt Reus, & aliis argumentis ita probationi admovetur, ut ſola confeſſio ſervorum deeſſe videatur. Unde

Julius Clarus lib. 5. *ſent. §. fin. quæſt.* 64. *n.* 13

ita admonet Judices, Deum timentes, ut ſemper præ oculis habeant, ne aliquem tormentis ſubjiciant, non ſolùm ſine indiciis, ſed nec etiam cum indiciis, niſi legitima & ſufficientia fuerint. Namſi quis nullis legitimis indiciis præcedentibus quæſtioni ſubjectus & crimen confeſſus fuerit, hæc confeſſio ei nequaquam præjudicare, neque confeſſus condemnari poterit, idque per expreſſum textum in ordinatione criminali

Art. 20. *ibi*: *Wo nicht zuvor redliche Anzeigungen der Miſſethat, darnach man fragen wolte, vorhanden u[nd] bewieſen würden, ſoll nieman[d] gefragt werden. Und ob au[ch] gleichwohl aus der Marter [die] Miſſethat bekandt würde, ſo [ſoll] doch der nicht geglaubet, noch [je]mand darauf verurtheilet werd[en].*

Quæ pro VII. Indicio, quod criminaliter [ac]cuſata dixerit, ſe ferè credere, nullum amp[lius] Deum eſſe, in libello accuſatorio adferunt[ur], utut verba ſint Chriſtiano minus digna, a[t ta]men nihil aliud inde concludi poteſt, qu[àm] verba eſſe, quæ ex impatientiâ profluxeri[nt], quòdve proferens ea neutiquam aſſertivè p[ro]tulerit, ut è vocabulo (ferè) elucefcit: N[ul]lum etiam indicium exinde ſumi poteſt; i[mò] ſi protocollum inquiſitionis evolvatur, [ea] forte ratione indicata non erunt. Nam i[ndi]cia, ut ſæpius dictum, debent eſſe conclud[en]tia, & delictum, de quo quæſtio princip[alis] eſt, inferentia eique inhærentia, ita ut iis [ap]parentibus nil niſi confeſſio Perſonæ accu[ſatæ] deeſſe videatur.

Similiter invalidum eſt illud, quod V[III]. Dn. Accuſator ex Confrontationis capite i[ndi]cii loco contra accuſatam inferre ſuſtinet. [Si] enim hoc obtineret, ſequeretur inde, [fa]ctâ confrontatione, utut in puris contr[adi]ctoriis conſiſtat & permaneat, condemna[tio]nem ſtatim decerni poſſe, quæ cauſa peſſ[imi] exempli foret; quin authorum à Domino [Ac]cuſatore laudatorum opinio in hoc paſſu [ma]cè eò tendit, quòd confrontatio, licet de [ſub]ſtantiâ proceſsûs inquiſitorii non ſit, in pr[acti]câ tamen eam ob cauſam obſervetur, ut v[eri]tas melius eluceſcat & inquiſita Perſona fo[rſan] ex trepidatione convincatur.

Quoniam verò Dn. Fiſcalis Principalis [ip]ſe met fateri tenetur, accuſatam imperterr[itam] ſe ſtitiſſe, omnia conſtantiſſimè negaſſe & [con]tradixiſſe; hinc confrontatio cum illâ in[ſti]tuta magis ad exculpationem ejus facit, q[uàm] ut adverſi quid contra Eandem conclu[di] præſumi poſſit.

Haud majoris momenti IX. ex variati[onis] capite contra Ream allatum argumen[tum]. Nam licet quidam variationem, ſi fiat [cir]ca negotium principale aut circumſtantias ſub[ſtan]tiales (ſecus autem ſi ſaltem circa facti [qua]litates fiat) pro indiciô adminiculativô h[ab]eant: non tamen apparet, quî in præſen[ti ca]ſu idem obtineat, atque id pro variation[e ha]beri poſſit, quod Dn. Accuſator ſub circ[um]ſtantiâ IX. libelli accuſatorii adfert. Si [e]nim ambo ſermones: Si Beato Marito vene[num] exhibitum fuiſſet, illud vel in diverſori[is] ad Agnum vel ad Coronam eveniſſe; & a[lter]: Se libenter experturam, quis in cauſa m[or]tis ſit? ſiquidem nuſpiam fuerit, niſi in div[erſo]riis ad Agnum & Coronam, ſibi planè [non] contrariantur, neque ullam excuſation[em]

…lpationem aut variationem, ut Dn. Accu-
…r putat, præ ſe ferunt. Nam is variare di-
…r, qui diverſimodè & contrariè loquitur,
…d hic planè non obſervatur. Licet enim
…ſata dixerit, eundem nullibi niſi ad Agnum
…n Corona fuiſſe, neutiquam tamen Hoſpi-
… aut ejus Domeſticos inculpavit, ſed unicè
…locó mentionem fecit, ubi, ſi venenum
…epiſſet, id factum eſſe putaret. In ultimâ
…uendi formulâ non amplius loci, ſed per-
…æ, à qua facinus perpetratum ſit, quamque
…e deſideraret, mentionem fecit.

Ejuſdem farinæ & conditionis eſt etiam X. …aciturnitatis capite in libello allatum argu…ntum, dum Dn. Accuſator infert, quòd ad … verba: ſi vel in diverſorio ad agnum vel ad …onam in hoc infortunium incidiſſet, vene…n tamdiu ſine effectu penes illum non du…et, ſed quòd neceſſariò in accuſatæ domo …enum accepiſſet &c. tacuerit, adeoque ve… maneat: qui tacet, conſentire videtur, …n proverbio eſt.

Siquidem (1) incertum adhuc eſt, an Dn. …fectus veneno in corpore generato aut ex…tô, ut ex ſupra deductis liquet, enecatus …it. Abhinc & (2) reſpondetur, quod Re… hæc juris: qui tacet conſentire videtur, tan… in favorabilibus & civilibus cauſis, non …m in criminalibus procedat,

…ertext. in l. 1. §. penult. ff. nautæ, cau-
pones &c. l. qui patitur 18. ff. mandati.
l. fidejuſſor. 9. in fin. C. eod. tit.

…uod (3) tacere non tantùm ſit medium in… …onfiteri & negare,

… 44. de reg. in 6.

…) tacens pro negante habendus ſit, quan… …ion poteſt contradicendo alterius animum …are,

…iraq. in §. 1. gloſſ. 9. n. 149. verſu: ideo-
que & Paulus &c.

…e propter, cùm obſervaret, quòd Dn. …onem ab opinione ſua abſtrahere non poſ… rectius tacuit, quàm ut contentionem …alem cum eô inſtitueret; quod tamen …tium illi neutiquam in præjudicium po…objici.

Quæ XI. à Dn. Accuſatore contra accuſa… …ndicii loco in libello accuſatoriô inferun… quòd beati Dn. Mariti ſectionem & in…ionem recuſaverit, iis purè contradicit, …ns hæc ejus verba fuiſſe, quando de ſe… …e loquebantur: Ah! Maritum ſuum proh …r demortuum jam eſſe, quid cum ipſò jam … velint? petendo ut fratrem ſuum, qui adventurus eſſet, præſtolarentur; & quo… Dn. D. Viroſius eandem viſitaverat, … arbitrio rem totam commiſiſſe, neuti…n verò impedire voluiſſe.

Quemadmodum ergò ex hactenus deductis …ſcit, omnia à Dn. Accuſatore in libello

Novell. Val.

ſuo accuſatorio contra accuſatam indiciorum loco allata accuſatam plane non gravare: ita quoque illud, quod in XII: circumſtantiâ de CRUENTATIONE CADAVERIS (quod beatus Dn. Præfectus ſanguinem è naribus emiſerit) allegatur, pro leviſſimo & incertiſſimô ſigno reputandum & habendum eſt, illique ne minimum quidem

juxta Jacob. Martini de Cognit. ſui, pro-
blem. 8.

tribuendum: idque ex hâc ratione, quia fieri poteſt, ut ſanguis, qui in venis delituit, agitato motoque corpore & venarum oris reſeratis, erumpat, vel caſu ſanguinolentus liquor per os, nares, aures, oculos infernasque ſedes emanet, etiam præſentibus amicis. Et quia certiſſimum hac in re indicium, ob varietatem opinionum (aliis exiſtimantibus, animas ſeu ſpiritus Defunctorum vindices eſſe hoſtium, aliis ad Genium cujusvis cauſam referentibus, aliis imaginationi adſtantium adſcribentibus, aliis naturali cauſæ, calori ſcilicet ex putredine exſurgenti tribuentibus) aſſequi difficillimum eſt, & adhuc in naturâ & cum veritate ipſâ in Democriti puteô hæc omnia abdita jacent, ideoque Excellentiſſimus ille ICtus *Petrus Heigius* rectè concludit, quod periculoſum ſit profluxionem hanc ad judicii neceſſitatem transferre, & qnod hi rectè judicent, qui dicant, quod ex tali profluxione indicium ad torturam non oriatur.

Lib. 2. quæſt. 39. n. 106. & ſeqq.

quamvis Dn. Fiſcalis Principalis circumſtantiam hanc de cruentatione, prout in hoc caſu accidit, nondum demonſtraverit.

Fugam in XIII. circumſtantiâ libelli accuſatorii prætenſam quod concernit, huic ſimpliciter contradicitur, dum Accuſata pecuniam illam nullô modô, ut ſe ad fugam pararet, ſed ut Fratris ſui curæ committeret, ad ſe recepit. Et poſitô, non tamen conceſſo, eandem hunc in finem ſumſiſſe, ut ad tempus ſecederet, quum jam ante in eandem inquiſitum fuerit; attamen nullum exinde indicium contra Eandem peti poſſet. Quilibet enim ſciens ſe eſſe inquiſitum, licet ſit innocens, quærit fugam propter metum carceris, & tunc fuga nullô modô dici poteſt animi indicium ſive conſcientiæ ſignum;

Fulv. Pacianus Conſ. 119. n. 52.

Nemo enim tenetur ſe periculo exponere,

text. in c. 3. de Cler. non reſid. & in c. cum
perſonæ. de privileg. in 6.

Neque ex carcere vel pede ligato (quod ajunt) innocentiam ſuam probare.

Hipp. de Marſil. ad rubr. de prob. n. 279.

Et excuſanda eſt Perſona, quòd non tam conſcientiæ ſtimulo compulſa, quàm exemplis eorum territa, quibus malè ceſſit, nimis ſecura conſcientiæ ſuæ confidentia, fugâ ſibi conſuluerit.

Græv. in Tract. de Tort. lib. 1. c. 6.
pag. 17.

Coëmtio veneni in XII. Indicio allegata rotundè etiam negatur, neque ſperare poteſt accuſata, quod hæc unquam doceri & probari poſſit. Licet enim Dn. Accuſator probationis loco ſe in Anna Maria NN. fundare velit, quod hoc contra accuſatam evomuerit: Per hanc tamen ne minimum quidem probari poterit; quoniam

Conſtitut. Crim. art. 30. & 23.

ad probationem ejusmodi indiciorum (1) Teſtem omni exceptione majorem, cui nulla exceptio opponi poſſit, requirit: Et quod (2) deponat de actu immediato,

dicto art. 30.

Unde Teſtis, ſi de ipſo crimine non deponat, ſed de aliquo actu, quamvis ad delictum proximè accedente; indicium ad torturam non facit,

d. art. 30. *Jul. Clar. Lib.* 5. *ſent.* §. *Ultim. q.* 22. *n.* 2.

& (3) ut teſtis verbis dilucidis & indubitatis de ipſo crimine teſtificetur. Nam qui hæſitanter vel dubitanter deponit, vacillat, aut ſibi ipſi contradicit, nihil certi probat, quod vocabulum (*gründlichen*) innuit.

d. art. 30. *Ord. Crim.*

Contra eum enim, qui vacillat & variat, maxima ſuſpicio eſt mendacii,

Menoch. lib 1. *q.* 89. *n.* 10.

Quæ requiſita in hac Anna Maria NN. planè non occurrunt. Primò enim, ut Dn. Accuſator in libello accuſatoriô ipſemet fatetur, contra criminaliter accuſatam iniquam hanc imputationem, quod à ſe venenum emerit, evomuit, adeoque eandem hinc inde diffamavit. Jam in jure notorium eſt, quod perſona diffamans contra diffamatam non poſſit in iſta causâ teſtimonium perhibere. Deinde & (2) circumforanea eſt, & perſona vagabunda, adeoque in cauſa criminali teſtari nequit. Adhæc (3) inficiari nemo nequit, quòd cum ab initio requireretur, omnia purè negaverit, quod ſcilicet criminaliter accuſatæ venenum vendiderit, adeoque ſi jam affirmat, varia eſt, & ſibi ipſi contraria, indeque inhabilis. Quin & ipſa ſibi variè contradixit, ut protocollum inquiſitionis (cujus copiam ad ulteriorem defenſionem petimus) fuſius oſtendet: imò in circumſtantiis variavit & erga alios mendacia protulit; ut adeoque vi allegatorum documentorum juris & plurimorum exceptionum allatarum nullam fidem mereatur. Dum ergò, Domini Honoratiſſimi, res dictô modô ſe habet, & ex narratis (1) eluceſcit, quod probatio, quæ per torturam fit, ſit res fallax & periculoſa, adeoque (2) à plurimis excellentibus Theologis & JCtis rejiciatur: quodve (3) plurimi ob tormenta dixerint & confeſſi ſint, quæ non perpetrarunt, unde judex poſtmodum ad ſeveram mortis ſententiam commotus & ſeductus fuit: Similiter quod (4) contra criminaliter Accuſatam nulla indicia militent, & ſi militare videantur, (5) per defenſionem ejus penitus eliſa & refutata fueri[nt].

Hinc inſtantiſſimè petit, ut ab accuſatio[ne] intentatâ abſolvatur &c. &c.

SENTENTIA.

Reciprocatis adhuc aliquot receſſibus [...] Curiâ Tubingenſi Accuſata ſe purgav[it], ut ex literis celeberrimi cujusdam JCti *die* [...] *Febr. Anno* 1704. ad me datis conſtat.

NOTA.

De cruentatione Cadaveris, cujus ſupra men[tio] fit, plura vid. in Appendice III.

CASUS XVIII.

DE CVRATIONE ILLEGITIM[Æ] FEBRIS MALIGNÆ.

Species Facti.

Mulier quædam Bilefeldenſis poſt flux[u]m menſtruum parciorem & uſum purg[an]tis incidit in febrim malignam epidemi[ca]m cum diarrhœâ & dolore circa os ſacrum [...] Phyſicus loci Ord. Chriſtian Bauch (ex C[hi]rurgo Med. Lic. factus) ſeqq. præſcribit:

℞. Lap. ♋. præp. ℈ij.
coccionell. ʒß.
♁☿ gr. xv.
Laud. hyſter. gr. ij.
M. F. Pulv. Div. in 2. p. æ.
S.
Pulver auff zweymahl.

* * *

℞. Unguent. Alth. ℥ß.
Sperm. ceti
🜝 ſcorpion. āā ʒj.
camphor. ℈ß.
M. F. Unguent.
S.
Salbe zu den Schmertzen des Kreutz æuſſerlich.
die 6. *Jun. reiter. d.* 7. *Jun.*

* * *

℞. 🜄. meliſſ.
citri
cinamomi ana ℥j.
corall. rubr. præp. ℈ij.
Spec. de hyacinth. ʒß.
Ther. cœleſt. gr. iij.
Laud. hyſter. gr. ij.
Syr. cydon. ℥ß.
M. D. S.
Mixtur *umbgeſchüttelt ein paar Löffel [v]oll zur Zeit zu nehmen.*
Die 7. *Jun.*

1 Eſ-

* * *

℞. Eſſent. Theriac.
Mixt. ſimpl. ana ʒj.
Tinct. croci ℈j.
M. D. S.

Eſſenz *zu* 20. *Tropffen in ein Trüncklein Bier.*

d. 8. *Jun.*

* * *

℞. Mixt. ſimpl. ℈ij.
Eſſ. caſt. ℈j.
croci ℈ß.
M. D. S.

Mixtur *zu* 25. *Tropffen mit ein wenig Bier zu nehmen.*

d. 8. *Jun.*

* * *

℞. ▽. ſcord.
meliſſ.
citri ana ℥j.
Lap. ♋. pp. ʒj.
♁. diaph. ʒß.
Mixt. ſimpl. ℈ij.
Syr. acet. citr. ʒvj.
Aq. cinam. ℥ß.
M. S.

...ber mixtur *umbgeſchüttelt nach Belieben ein paar Löffelvoll zu geben.*

d. 10. *Jun.*

* * *

℞. Pulv. Pannon. rub. ℈j.
CC. Phil. pp.
Succin. alb. pp. ana ℈ß.
♁♂ gr. vij.
Lap. Bezoart. gr. ij.
Ther. cœl. gr. iß.
M. F. Pulv.

d. 11. *Jun.*

* * *

℞. ▽. menth.
citri ana ℥j.
cinam. ʒvj.
corall. rubr. pp. ʒj.
Pulv. Pann. rubr. ʒß.
Conf. alk. incompl. ℈ij.
Ther. cœleſt. gr. iij.
Syrup. cydon. ℥ß.
M. D. S.

...haltende Stärck-Mixtur , *offt ein paar Löffelvoll umbgeſchüttelt zu nehmen.*

Die 12. *Jun.*

* * *

℞. Pulv. Pannon. rubr.
Succin. alb. præp. ana ℈j.
♁. nativ.
Lap. bez. or. ana ℈ß.
Ther. cœl. gr. j.
M. F. Pulv. in 2. p. æ. 9. div.
S.

...tz-und Fieber-Pulver auff zweymahl.

d. 14. *Jun.*

Novell. Val.

* * *

℞. Aq. Beton. ℥iij.
Acet. flor. ſamb. ʒvj.
croci ℈ß.
opii gr. vj.
M. D. S.

Mixtur *euſſerlich vor das Haupt.*

* * *

℞. Empl. de cruſt. pan. ℥ß.
Ther. Ven. ʒij.
Malax. induc. ſup. alut.
S.

Magen-Pflaſter.

d. 15. *Jun.*

* * *

℞. Mixt. S. ʒij.
D. S.

Mixtur *zu* 15. *Tropffen.*

* * *

℞. Amygd. dulc. exc. ℥ß.
Sem. pap. alb. ʒj.
violar. ʒß.
▽. meliſſ.
citri
CC. citrat. ana ℥j.
Emulg. & add.
Lap. ♋. præp.
marg. præp.
∾ roſ. ana ʒj.
Aq. cinam. borr. ʒvj.
Man. Chr. perl. q. ſ.
pro pauc. dulc.
M. S.

Stärckmilch nach Belieben zu nehmen.

* * *

℞. ▽. meliſſ.
roſar. ana ℥iiß.
Acet. Bez. ℥iß.
Spec. pro epith. cord. ʒj.
Pulv. croci or ℈j.
M. D. S.

Mixtur *laulicht warm mit doppelten Tüchlein auff die Hertz-Grub und Puls zu legen.*

d. 16. *Jun.*

Interim ſub curſu curationis Studioſus quidam Medicinæ Joh. Nic. Naſs, ultra X. annos praxin Medicam ibidem exercens, etiam in conſilium vocatur , qui communicatâ operâ cum alio Medico D. Dreckmeiero ſqq. præſcribit.

* * *

℞. ▽. tenell. CC. ℥ij.
ſcorzon.
ſcord. ana ℥ß.
Bez. min. ʒß.
♁. diaph.
Pulv. Pann. rubri ana ℈ij.
Smaragd. pp. ℈j.

▽. cinnam. ſ. ℥j.
Syr. fl. tun. q. ſ. pro pauc. dulc.
M. D. S.

Mixtur *wohl zuvor umbgerührt zunehmen.*

d. 14. Jun.

* * *

℞. ▽. CC. tenell.
ſcord. ana ℥iß.
cinam. ℥j.
bez. min. ʒß.
cinnab. ♁. r.
croc. orient. ana ℈j.
♒ ⊖✳ c. ⊖ ♀. ʒiß.
Syr. cort. citr. q. ſ.
M. S.

Tränklein für dem Gebrauch umzuſchütteln.

d. 12. Jun.

* * *

℞. Summit. ſerpill.
origan.
puleg.
major. ana Miß.
Fol. roriſm. Mj.
Flor. cheiri p. iij.
chamom. R. mj.
inciſ. & cont.
D. S.

Kräuter zum Säcklein.

* * *

℞. Bez. min.
cinnab. ♁. ana ℈j.
flor. ⊖✳.
ſperm. ceti
croc. orient. ana. gr. xij.
ſacch. ℈iij.
M. F. Pulv. div. in 2. p. æ.
S.

Zwey Pulver.

d. 17. Jun.

* * *

℞. Bez. min.
♁. diaphor.
cinnab. ♁. ana ʒß.
ſuccin. præp. ℈j.
▽. CC. tenell.
ſcord.
C. B. ana ℥j.
cinam. opt. ℥vj.
Syrup. fl. tunic. q. ſ. pro pauc. dulc.
D.
S. *Tränklein für dem Gebrauch umbzuſchütteln.*

d. 18. Jun.

Reiter. eôdem die.

Muliere paulò poſt demortuâ Medicisque ſe invicem inculpantibus, Phyſicus Ord. alterum Studioſum Med. injuriarum convenit, & ſimul petit, ut Magiſtratus loci huic aut Praxin interdicat, aut ipſi imponat, ut vigore Conſtitutionis Medicinalis aſſumpto prius Doct. Gradu ſe ad Praxin legitimet &c. Re ultrò citròq[ue] ventilata judicium prius Collegii Medici El[e]ctor. Brandeb. mox, & Reſponſum Facu[lt.] Jurid. æquè ac Medicæ Giſſenæ expetuntu[r] ut ex ſeqq. apparet:

Judicium Collegii Medici Colonien[ſ.] ad Sprevam ſeu Berolinenſis.

P. P.

Requiſitio Veſtra die 22. Septembr. 16[99] ad Collegium Medicum Electorale da[ta] una cum adjectis Actis inter Dn. Lic. Bauch[ium] contra Dn. Naſſenium ventilatis die 4. Mar[t.] 1700. Eidem bene oblata fuit, in quô Ac[tis] debitâ cum diligentiâ perluſtratis allegatisq[ue] fundamentis & ſubſidiis ultrò citròque pe[rtrac]tatis eò tandem ſententia Ejus abiit: Qu[od] ea, quæ Actor Lic. Bauchius contra Re[um] Naſſenium de neglectâ & inſuper habitâ C[on]ſtitutione Medica Electorali Ravensberge[nſi] §. 1. & 2. allegavit, in expreſsô legis ten[ore] fundata, nec tam abuſivè, quam optimô j[ure] ab illo allegata fuerint: Quodve *articulu[s]* neque per tacitum conſenſum, aut rect[ius] conniventiam Profeſſorum Königsbergenſi[um] à Reo allegatam, neque per uſurpation[em] praxeos licentioſæ prætenſam (quæ Eund[em] inquam exculpare valet) eludi, multo mi[nus] §. IV. interdicta Rei involatio in Actoris [Pra]xin & Curam, ægræ diſplicentia & conten[tio] medicamentorum ab Actore præſcriptor[um] excuſari poſſit: quin potius accuſa[t]us præ[va]ricationis Conſtitutionis Electoralis Medici[na]lis Ravensberg. illic publicatæ ſe reum eſſe[,] eaque de cauſa interdictione Praxeos (niſi [for]tè graves & prægnantes cauſæ ſint in pro[m]ptu, quarum conſideratione Perſonæ ejus p[ar]cendum eſſet, de quibus curatiorem infor[ma]tionem expectaret Collegium Electorale M[edi]cum) donec Sereniſſimæ Electorali volun[tati] & mandato productis ſufficientibus docum[en]tis aut ſpeciminibus publicis aliisque præſ[titis] ſatisfecerit, puniendus eſſet; quâ in p[arte] Magiſtratus Politicus utique tenetur, ut p[ro]ſpiciat, quò Conſtitutio Medica Electoral[is] ſuô vigore ſtrictè conſervetur & tam co[ntra] præteritos, quàm futuros caſus & exceſſus [de]bitis pœnis defendatur.

Quod de cæterô caſum quæſtionis M[edi]cæ controverſum attinet, Collegium Ele[cto]rale Medicum prævià maturâ deliberatione r[e]tiquam obſervare poteſt, Actorem tam in [in]tentione vel methodo medendi, quàm in re[me]diorum præſcriptione incautè proceſſiſ[ſe], aut contra præcepta Medicorum pecca[ſſe], ſed optaſſet potius, ut accuſatus, ut[po]te quem conjecturale præſuppoſitum abortûs [quin]qnimestris, aut menſtruorum reſtagnanti[um]

oſttemi potius ut effectus malignæ cauſæ, n cauſa malignitatis in hoc caſu conſide- i ſunt, ſeduxit, cùm interea quâ mate- i & qualitatem remediorum parum ad cu- mendationem contribuit, ratione quan- is & doſis quodammodò parcius cum micis Bezoardicis & Diaphoreticis, Cinna- ♁. ⌒ & ⊖. vol. egiſſet, ne morbo maligno cme jam conſtituto, motus inteſtinus hu- um adauctus, orgaſmus ægræ perniciosſus liqua ſymptomata ſiniſtra & funeſta plus erata, quàm imminuta fuiſſent. Interim t & commendat Collegium Elect. con- entia media, quibus animus partium irri- s & colliſio utrobique per transactionem abilem ſopiri poſſit &c.

(L.S.) *Collegii Electoralis Medici Præſes, Conſiliarii, Archiatri, Auliatri & Aſſeſſores.*

ad Spream d. 22. *Martii* 1700.

Guſtav. Caſim. Gharliep von der Mille, Decan.

ſponſum Facultatis Med. Giſſenæ.

Uandoquidem Ampliſſ. Facultas Juridica hujus loci Nobis acta quædam à Dnn. ule & Judicibus Bilefeldenſibus, in cau- c. Bauchii contra Naſſen, haud ita pridem ransmiſſa, eum in finem communicave- t illa diligenter percurreremus, collegia- onderaremus, noſtrumque in Arte Me- undatum judicium ad quæſtionem: An o vel altero in præſcriptione & abhibitio- edicamentorum fortè erratum aut aliquid ctum fuerit? impertiremus; hinc Nos ni & Profeſſores Ord. Facultatis hujus cæ prævià ſedulâ perlectione & Collegiali eratione actorum ſupradictorum omnium- ircumſtantiarum illic occurrentium, prin- artis conſentaneum eſſe cenſemus, quòd, ab utrâque parte litigante, cumprimis ab Actore f. Act. 56. pro certo & indubio tur, demortuam mulierem febre ma- t.t. epidemiâ laboraſſe: Tales autem fe- omnium Medicorum conſenſu medica- is diaphoreticis & bezoardicis, alexiphar- , iteratò etiam de die exhibitis, tutius & è curari poſſint: Prior Medicus Lic. ius in præſenti caſu non tam ſymptoma s, diarrhoeam ſc. reſpicere ſuisque opiatis tringentibus tamdiu inhærere, quàm po- erata & maturâ ſudoriferorum & bezo- rum temperatiorum exhibitione mate- peccantem ab inteſtinis, tanquam cen- d peripheriam corporis revellendo ac di- ndo duos parietes (& morbum & ſympto- dealbare debuiſſet, juxta methodum *B. ldſchmidii Monit. Med. II. & V. de Diarrhœa it. VIII. & XIV. de febb. malignis*, & licet poſtmodum adhuc aliqua bezoardica interpoſita fuerint, attamen doſis illorum parcior juſto nec ſufficieus tanto morbo oppugnando eſſe potuit.

Quod verò alterum Medicum Naſſenium concernit, is in tantum quidem exculpatus eſt, quod ſero nimis & re non amplius integrâ ad ægram vocatus fuit: interim & is in doſi bezoardici mineralis, cinnab. ♁ & ⌒ ⊖ ✱. fere exceſſum quendam commiſit maſſamque ſanguineam plus ſatis turbatam eo ipſo magis commovit & irritavit: eaque propter cautius egiſſet, ſi loco Chymicorum ejusmodi remediorum Pulv. Bezoard. Senn. Pulv. Angl. ſ. Comitiſſæ Cantii, ⌒ CC. rectif. Mixt. ſimpl. unicorn. mar. & foſſile, conf. de hyacinth. Tinct. bez. & ſimilia in debita & iteratâ doſi exhibuiſſet; ut adeoque neuter habeat, quòd alteri tantoperè exprobrare valeat, exceptis iis, quæ Ordinationem Medicinalem Regiam ejusque vigorem concernunt, quo in paſſu ſententiam collegii Med. Berolinenſis ſuo ſtare talo permittimus. Quæ in ſubſidium veritatis requiſiti conteſtari ſigilloque Facult. noſtræ confirmare volumus, S. Giſſæ d. 30. Aug. 1702.

Decanus, Doctores & Prof. Ordin. Fac. Med. Giſſenæ.

CASUS XIX.

DE LIBELLIS FAMOSIS E SUGGESTU PUBLICO ANIMADVERTENDIS.

Reſponſum Dn. Georgii Philippi Riſii, Paſtoris & Senioris Miniſt. Auguſtani ad D. ErneſtumFridem.Schelhaſs.t.t. Phyſicum Kaufburenſem.

P. P.

QUandoquidem Excell. Tua me de libellis famoſis & ſcriptis injurioſis contra Viros honoratos Kaufburæ diſſeminatis certiorem reddidit, inſimulque ex me quæſivit, quousque Reverendum Miniſterium juxta ductum verbi divini illis obviam ire, & decenter non minus, quàm Chriſtianè in officiò ſuo procedere poſſit? Hinc non poſſum non ſimplicem meam, ſed in verbo DEI æquè ac jure conſiſtoriali fundatam ſententiam impertire, quod ſc. initium in ſuggeſtu publico fieri debeat (1) informando, ut ſcil. univerſum auditorium è verbo DEI ſolidè inſtruatur, quòd libellus famoſus aut ſcriptum injurioſum talis ſit ſcriptura, quæ plerumque ſuppreſſo Autoris nomine ſub alio, eoque fictitio, aut penitus omiſſo nomine divulgatur & manifeſt.ſſimis mendaciis & calumniis referta eſt: ita ut eâ mediante Proximi fama non tantùm, ſed & vita ejus, non tam indirectè, quàm

quàm directè, & quidem ex malò propoſito lædatur & contaminetur illique hæc vel illa crimina, vel civiles injuriæ imputentur & inferantur. Unde libellus famoſus quovis ferro nocentior & aſpide formidabilior habetur, eâque de causâ contra autores libellorum famoſorum & Paſquinos, æquè ac contra propagatores, tam graves pœnæ ſunt conſtitutæ, utpote quibus alicui ad ejus infamiam aliquod ignominioſum dolosè objicitur. Per ignominiam autem intelligitur id, quod per ſe ignominioſum eſt, puta furtum, rapina, latrocinium & quodlibet aliud crimen publici judicii, vel in genere quodlibet factum, quod infamiam continet. Hinc & ipſa jura loquuntur, quod ſubſtantia libelli famoſi ſit doloſa objectio facti ignominioſi, ad infamiam alicujus facta, quæ doloſa objectio infert convitii conſilium & animum injuriandi, quod fundamentum eſt & ſubſtantia injuriæ.

Equidem Filii hi Belialis ſe palliare ſatagunt titulo correptionis fraternæ, ex lege Chriſti Matth. XVIII. ubi è re fuerit, ut Auditorium Chriſtianum benè doceatur & informetur de modo correptionis fraternæ (tam ratione intentionis, quàm executionis) quem oportet eſſe erga pares charitate plenum & manſuetum, erga ſuperiores verecundum, erga adverſarios morum, honoris & fortunæ noſtræ, citra contumeliam & vindictæ cupiditatem blandum, erga adverſarios fidei & cultus Divini ex amore ſalutis proximi & honoris divini profectum. Et hunc modum docuit Nos Salvator noſter Matth. 18. quando lucrifactionem ſive emendationem fratris ſcopi loco ponit. Quanquam verò ad modum corripiendi externum etiam ſcripturæ pertineant, nefas tamen eſt per ſubornatos libellos vel picturas contumelioſas fratrem corripere; nam ex lege Chriſti prima correptio oportet eſſe privata inter Te & ipſum ſolum: ita correptio per literas non ſolùm oportet fieri per privatas & occluſas literas, ſi corripiens & corripiendus diverſis & diſſitis locis exſtent: verùm etiam tales, quæ ante primæ correptionis fruſtraneum eventum in manus aliorum non veniant. Hoc enim ſi contingat, jam non monuiſti fratrem inter Te & ipſum ſolum. (2) Ex intentione & ſcopo Chriſti etiam neceſſarium eſt, ut in corripiendo corripientis candor appareat, ut emendatio convenientibus verbis & geſtibus eò felicius promoveatur, vel etiam, ut excuſatio Ejus tantò plenius percipiatur & expendatur: ubi evitentur omnia illa, per quæ correptionis fructus (qui eſt lucratio fratris) impediri poſſit; quod fieri amat per literas anonymas, ſine autore, die & conſule ſcriptas: quô ipsô non probabiliter, ſed apodicticè aſſeritur, quòd non lucrandi animô ſint profectæ, quo ipſo & modus & ſcopus præcepti divini evertitur. Omnis anonymorum correptio calumniæ & occultæ detrectationis ſpeciem præ ſe fert, ergò prohibita & anathemate damnata eſt; loco verò occultæ & tectæ ingenua & plena correptio præcepta eſt, Levit. 19. v. 17. Non e[ris] delator in populo Tuo.

Abhinc (2) ſequatur Dehortatio. (3) Comminatio. (4) Inquiſitio. (5) Arg[umenta]tio, ubi ejusmodi Perſonæ certiores [facti] mus redditi, ut Paſtor Eccleſiæ eandem ac[cersat] citet, crimen palam commiſſum illi ſeriò [ex]probret & ad publicam confeſſionem & pœ[ni]tentiam ſuper delicto & malitia adſtringat.

Sub Inquiſitione autem Auditores adm[o]nendi ſunt publicè, ut, ſi quis Authorem [re]ſciverit, eundem aut Eccleſiaſtico aut Ci[vili] Magiſtratui indicaret, qui ex officio crim[ini] huic & ſcandalo obviare teneretur, quo [is] qui peccat, coërceatur, ſcandalum inhib[ea]tur, injuriæque toti familiæ aut communi[tati] præjudicantes & infenſæ cohibeantur. [Si]ſimul Auditorium informandum eſſet, ne[que] pro piaculo, neque proditione quadam hab[en]dum eſſe, ſi quis juſſu Magiſtratus ordin[arii] Perſonas flagitioſas indicaverit, quo & fl[agi]tium puniri & crimini juxta normam legi[s di]vinæ obviam iri poſſit: ſicque boni mo[res], vita honeſta, imò & ſalus, pax & proſpe[ritas] Civitatis integræ per DEI gratiam conſerv[en]tur. Hiſce factis conſiſtorialiter de anathema[te] & excluſione, ſi deſideretur, deliberari pot[eri]t, ubi meam ſententiam haud difficulter aper[ia]m. Transmitto Veſtræ Excell. hiſce formul[as], quæ hîc Auguſtæ Vindelicorum juſſu M[agi]ſtratûs Inclyti contra Paſquinos publicata [sunt], cujus remiſſionem deſidero. Interim [per]ſeverans

Excell. Veſtræ

Aug. Vindel. die 4. Decemb. 1682.

ad preces & officia paratiſ[simus]

Georg Philippus Riſius [...]

CASUS XX.

DE VINDICANDIS INJURIIS MEDICORUM.

Reſponſum Dnn. Scabinorum Lip[ſien]ſium de actione injuriarum contra p[ri]vatum Medicorum Collegium inſtituendâ.

P. P.

POſtquam Tua Cl. nobis ſpeciem [fac]ti, Teſtium rotulos aliaque additamen[ta] ſub Lit. A. B. C. D. E. F. G. H. I. K. L. M. N[. ū]nà

additâ quæſtione transmiſerit, & circa ean- juris informationem petierit;
Hinc Nos Electorales Scabini Lipſienſ. conſentaneum eſſe dicimus: Licet quatuor in facti ſpecie denominati, Medici Stetti- ſes perhibeant, quòd in carmine ſub The- æ diſpenſatione conſcriptô, tantum da- ſum & nefarium Medicinæ abuſum in gene- xaverint, neminem nominaverint, Lar- que, ut inſcriptio habet, Detectam bo- intentione ediderint, ita ut neminem illâ mniari ſuſtinuerint, neque tam animô inju- di, quàm officii & conſcientiæ ergò tan- m ab integrô Collegiô Medicô, vel ſi dura dam verba prolata fuerint, pro juſtâ illa rſione (cùm in Fratris Tui nuptiis neque peperceris) allata & acceptanda ſint.
Quoniam tamen Tua Cl. ante ſupradicti inis elaborationem Stettinum pervenit, ue diverſas ſpecies medicamentorum ſub tione ægrorum in uſum adhibuit, quæ juxta ium depoſitionem quoque optimè pro- unt: Hæ autem à quatuor illis Medicis in nine allegato ſpecificè denominatæ fue- , ita, ut Authorem earum & vendito- verbis ſatis aculeatis perſtrinxerint, ut qui- atim, Tui notitiam nactus, obſervare po- t, Te hiſce attactum fuiſſe: Porrò etiam adicti Medici Larvam Detectam plurimis is & ad rem ipſam nil facientibus injuriis runt, ſicque animum injuriandi ſatis in um protulerunt: Illud autem, quod of- & conſcientiæ ergò monendum erat, de- cum modeſtiâ proferendum, ab omnibus calumniis & injuriis abſtinendum eſt: Imò uor illi Medici Collegium ſuum propriâ oritate inſtituerunt, adeoque illud tanti ris non eſt, ut ejus admonitiones vim egii cujusdam Medici, publica authorita- nditi, habeant: Inſuper quoque hoc ac- , quod unus aut alter ex illis, juxta addi- eſtium rotulos, Te cum fratre Tuo, D. ofredo Richtero verbis contumelioſis tra- runt, ipſi decætero in injuriando authores unt, in retorquendo requiſita debita non vârunt, ſed illic ſatis exorbitarunt, & dum ias illatas tantùm retorquere debuiſſent, uosque viciſſim verbis injurioſis affece- adeoque nil niſi mutuæ injuriæ in promptu juxta fuſiorem tenorem facti ſpeciei alio- ue additamentorum;
Hinc illi pro primis Injuriantibus, illorum a etiam pro injurioſis meritò habentur, que Tuisque integrum erit, Eosdem, niſi e illis ignoſcere velitis, debito modo con- ndi, quos Retorſio prætenſa nullo mo- vare poterit. Omnia de jure. Atteſtan- illo noſtro.

Scabini Electorales Lipſienſes.

Apologiam Joh. Richteri Med. Laub. ntra Larvam Medicorum Stetti- nſium.

CASUS XXI.

DE CURA MACULARUM VOLATICARUM, SPURCIS INVIDORUM CALUMNIIS MACULATA.

Species Facti.

ANno 1703. Butisbaci in Aula Principali Infans Miniſtri Primarii, Illuſtris Domini ab Oeynhauſen, Maculis Volaticis epilepſiâ comitatis periculosè laborabat, quem Medicus Giſſenſis accerſitus D. B. feliciter in integrum reſtituit, ita ut non tantùm ſoſtrum egregium reportaverit, ſed & honorificè admodum dimiſſus paulò poſt Archiatri Charactere gratioſiſſimè mactatus fuerit. Elapſo verò menſe ob ſternutatorium à domeſticis infantulo inflatum XXX. ferè ſternutationibus & abhinc convulſionibus epilepticis correptus infantulus accedente hemiplexia moritur. Invidus & æmulus quidam Medicus antedictum puerulum è priori morbo (de quô paulò poſt diſputatio publica habebatur) periiſſe cavillabatur, cujus infrunitis mendaciis ſequentem Medici Ordinarii Relationem & Illuſtris Dn. Parentis literas, verbis honorificis pleniſſimas, opponebat.

Relatio Hiſtorica, Sereniſſimæ Viduæ Principi Haſſo-Darmſtatinæ de morbo morteque illuſtris infantuli exhibita.

PUerulus hic mox à nativitate variis fluxilis hujus vitæ injuriis obnoxius diverſisque ſymptomatibus, quibus tenerrima hæc ætatula aliâs conflictari ſolet, torminibus ſc. agrypniis & ſcabiei ſubjectus fuit: Quæ ultima cùm haud ita pridem intempeſtivè retropulſa fuiſſet, doloricam brachii dextri inflammationem, à dextrâ ad cubitum usque cauſata fuit, quæ tamen adhibitis paucis, ſanguinem purificantibus, intra paucos dies rurſus evanuit, poſtquam ipſa Natura de exterminandis heterogeneis ſollicita dorſum æquè ac brachiolum de novô ſcabie incruſtaverat. Hâc autem ſucceſſivè evaneſcente omnibusque jam benè, ut videbatur, conſtitutis, ex improvisô maculis volaticis epilepſia comitatis, vulgo *Gichtflug* dictis, corripiebatur, dum Dominica I. poſt Trinitatem hora 8. veſpertinâ ſubitò paroxyſmo epileptico adoriente, mox tamen remittente, hora 6. matutinâ idem reverſus & dextrum denuò brachiolum à cubito ad humerum usque prorſus

ſus inflammatum fuit. Quemadmodum autem inflammatio hæc, non obſtante pulvere refrigerante, quem pro epithemate ſicco præſcripſeram, ſerpebat eundo dextramque pectoris medietatem inſolitâ quadam rubedine deturpabat, ita paroxyſmi epileptici, unô qſ. alterum trudente, duplicabantur, adeò quidem, ut omnibus ferè medicamentis in caſſum adhibitis naturâ delaſſata à meridie hora 4. quodammodò inducias indulgeret. Vix autem hora 10. expergiſcens terroribus inſignibus percuſſus paroxyſmus redire videbatur, qui non obſtantibus medicamentis generoſis, internè & externè adhibitis, ad horam 1. uſque perdurabat, quâ laſſatus penitus obdormivit & per diem inſequentem (qui dies Martis erat) ſic ſatis quietè ſe geſſit, niſi quòd dictis ſub ſomnô terroribus ſæpiſſimè tentatus fuerit. Interim inflammatio in brachiolo pedetentim evaneſcebat, & totum è contra pectus occupabat, quæ ut varias variorum adſtantium cogitationes peperit, & mox pro phlyctænis, mox pro alio morbo habita fuit, ita varia quoque, ut in inſolitis ejusmodi caſibus fieri ſolet, remedia domeſtica adhibita fuerunt. Speciatim autem de conſilio Chirurgi hujus loci, tantoperè à vulgo commendati, Hoffmanni, primâ fronte rob ſambuci cum ſpiritu vini, & abhinc cataplaſma calidum ex farina avenaceâ & lacte, idque ejus periculô, adhibebatur. Veſperi hora X. Paroxyſmus epilepticus omnibus prioribus vehementior recurrebat, &, prout nocte antecedente, ad horam 2. uſque durabat, quâ ſibi demum reſtitutus infantulus obſtetricis lacte refocillabatur. Die inſequente Mercurii terrores toto die inſtabant, certi futuri paroxyſmi prodromi, inflammatione ſupradictâ abdomen jamdum occupante, quod cum atro-cœruleô ferè colore deturpatum in ſigniter intumeſceret, *D. Profeſſor Valentini* Gieſsâ ſimul evocabatur, & ut de periculoſo hoc morbi ſtatu conſuleretur, gratioſè decernebatur. Hic ſub primô adventu, repudiato cataplaſmate Chirurgi humido, pulverem exſiccantem & eryſipelatodem reiterari jubebat, & inſtante jam horâ fatali paroxyſmi epileptici ſtatim doſin ſpecifici noviſſimè inventi, ſcilicet Fabæ S. Ignatii exhibebat, quô Deô clementiſſimè benedicente morbus ita refrænabatur, ut ab eô tempore convulſiones non amplius in epilepſiam externam erumpere potuerint, remanentibus tantùm eâ nocte cordis anguſtiis & inquietudinibus, contra quas dicta antepileptica æquè ac Clyſteres demulcentes adhibita fuere; quibus ultimis aliquoties repetitis, non ſine adſtantium ſtupore, quavis vice inſignis quantitas ſcybalorum tenacium & virideſcentium educebatur, & quidem cum præſentaneô ægrotuli levamine. Tempore matutinô inſequente ad ſe quaſi redire videbatur miſellus, placidè per totum diem quieſcebat, ſed adeò debilitatus, ut vix ubera Obſtetricis prehendere potuerit. E re ergò videbatur en ſionem quandam demulcentem plus minu confortantem præſcribere, applicatô ſimul ritu quodam externô, ad præcavendam g grænam, eô cum ſucceſſu, ut die Ven æquè ac aliis inſequentibus omnia ſenſibil in melius commutata fuerint, dum inflam tio primum pectus, abhinc & abdomen d liquit, & prout alias in maculis volaticis garibus fieri ſolet, per utraque crura deſc dit, donec diebus quibusdam elapſis in ex mitatibus manuum pedumve ſe finierit, ſic prorſus evanuerit. His exantlatis cuticula l inde in corpore ſecedebat, extraverſis reli adhuc impuritatibus & ſcabie in dorſo ru comparente. Interim excrementa alvi dia permanebant, nec ſomnum, ut olim peſſere valebat, priusquam adhuc abſorbe quædam, ad acidum invertendum, adhi fuerint, à quibus penitus convaluit, ſiqui intra paucas ſeptimanas vires adeò reſtau fuerunt, ut ne minimum quidem morbi ex lati veſtigium amplius obſervari potuerit. terea tamen gaudium hoc non fuit diuturn dum idem puerulus die Dominicâ præter qui 7. Octobris erat, denuò malè ſe hab inſolitâ capitis obſtructione correptus quæ poſt inflatum à Domeſticis pulverem nutatorium ceſſabat quidem, ſed absqu vamine, cùm die inſequente Lunæ inflati dominis, quàm *das Anwachſen* vulgò cant, diaphragma nimis attollens reſpir nem ſenſibiliter impediverit: cui licet i nis æquè ac externis ità obviam itum fu ut flatus magno cum fragore prorumperin eodem tamen ſtatu permanebat ægrot donec die Martis inſequente præviis ter bus & pavoribus paroxyſmo epileptico l ri, abhinc hora 1. convulſionibus in cum lateris brachii ſiniſtri contractione tatione ad horam 7. usque correptus fu quibus, non obſtantibus omnibus præca nibus, redeuntibus & ad ſextam matut perdurantibus tandem apoplexia, dudum viſa, accedente vitam cum morte tranſ vit &c.

Butisbaci die 17. *Octobr.* 1703.

L. Jacob Fabritius Arch. &
Ordin.

Literæ Illuſtris DN. Chriſtiani Lud
L. B. ab Oeynhauſen, ad D. Mich. Be
hardum Valentini.

P. P.

QUemadmodum pro felici in filiolo abſolutâ curâ Medicâ omnigenas, mente poſſunt concipi, gratias refundo

ordicitus occaſionem quandam exopto, quâ
n favorabili quodam caſu meam Tibi grati
udinem porrò conteſtari liceat. Quo fine
mul adjectum Decretum Principale jam
ansmitto, de quô animitus gratulor, nihil
liud in votis habens, quàm ut Charactere hoc
onorifico diu ſalvus & incolumis cum omni-
enâ proſperitate gaudeas! in mandatis in ſi-
ul habeo, nomine Sereniſſimæ Suæ Celſitu-
inis Dn. Profeſſorem gratioſiſſimè ſalutandi.
ransmitto ſimul &c.

Honoratiſſimi Dn. Profeſſoris

utisbac. d. 27. Aug. 1703.

officioſiſſimus

C. L. B. ab Oeynhauſen.

CASUS XXII.

DE
ERRE A VERBI DIVINI MINISTRO OB ἰδιοσυγκρασίαν NON ALENDO.

ibellus ſupplex Dn. Elmerhaus Wue-ſtii, Paſtoris Naſſoici.

P. P.

Er conſuetudinem hactenus inveteratam
mos obtinuit, ut Paſtor Eccleſiæ Grewen-
bacenſis Verrem, pro XV. quovis porcello,
ere & alere teneatur. Quandoquidem
ò conſuetudini huic pluribus de cauſis me
ommodare nequeam, ſed mihi ferè impoſſi-
judicem, dum (1) Conſuetudo hæc, cum-
nis noſtro ſeculo, ubi mores ſemper in pe-
ruunt, propter rei obſcœnitatem, contra
eſtatem & Miniſterii dignitatem pugnare
etur. (2) Verrem naturâ quaſi averſor. (3)
mfructum decimarum ſuillarum inde ex-
tandum non obtineo. (4) Idem antehac
quam abſque fraude exhibitus fuit. (5)
ltæ rixæ & diſſidia exinde inter Paſtorem
leſiæ & Communitatem exorta fue-
t &c.

Hinc Illuſtriſſ. Veſtram Excellentiam hu-
mè rogito, velit me à continuo hoc, ex
s Verris procuratione reſultante, onere
are, & ut Communitas Grewenwisbacen-
ſa, cum retentione decimarum ſuarum,
rem alere teneatur, clementiſſimè ju-
&c.

Deciſum.

QUùm Miniſterio utique ſummo dedecori
ſit, verrem pro communitate plebis alere,
orque ſupplicans decimis inde reſultan-
s renunciaverit; hinc deſiderio ejus non
Novell. Val.

immeritò gratificamur, & hiſce Communita-
tem Grewenwisbacenſem jubemus, ut de alen-
do Verre inter ſe conveniant, uſumque inde
reſultantem retineant, Paſtori verò poſthâc
eo ipſo prorſus parcant. Uſingæ die 25.
Februarii 1675.

Walrad, Comes Naſſoico-Saræ-pontanus.

CASUS XXIII.

DE
SUSPICIONE VENEFICII PER UVAS PASSAS & CERASA INTOXICATA.

Requiſitio.

P. P.

POſt oblationem officiorum meorum para-
tiſſimorum non poſſum non breviter re-
ferre, quòd in loco vicino (1) Juvenis quidam,
Titius dictus, pannificio deditus, haud ita pri-
dem, ſc. die 24. Febr. hujus anni, de ſingulari
incommodô conqueſtus fuerit, dum ab odo-
re & vapore olei, quô ſub carminatione lanæ
utuntur, halitus quidam adverſiſſimus collum
penetravit, contra quem Electuarium Orvie-
tanum, ab Agyrta ſeu Circumforaneô olim
comparatum, & quidem fabæ magnitudine,
ſine vehiculo, die 25. Febr. inſtantis anni,
aſſumſit, paulò poſt verò domo ſtatim egreſſus
eſt; ſiquidem in loco nuptiarum tunc celebra-
tarum, durante quidem frigore, usque ad ho-
ram XI. tempore nocturno choreas ſpectavit,
indeque aliam adhuc petiit, ubi poſtquam fru-
ſtum placentæ uvis Corinthiacis repletæ, (*Ro-
ſin-Tarte*) quod è convivio nuptiali allatum
fuerat, idemque Titius comederat, circa XII.
horam nocturnam domum ſe contulit le-
ctumque ingreſſus eſt. Paulò poſt Titius re-
tulit, quod ſtatim, quamprimùm in lecto in-
caleſceret, murmura quædam abdominis per-
ceperit, quibus tamen non obſtantibus placi-
dè obdormiverit. Poſtquam verò hora quar-
tâ matutinâ è ſomno expergefactus fuit, tormi-
na, ut ait, abdominis percepit, ventre in-
tumeſcente & ad ſedes urgente, & cùm ob-
ortâ prius cardialgiâ leviori non tantùm vo-
muerit, ſed & diarrhœâ quadam correptus
fuerit, antidotum & alexipharmacum ali-
quod in aquâ vitæ aſſumſit, quod cum aliquam-
diu in ventriculo habuiſſet, vomitu oborto
bilem virideſcentem rejecit, eodem vo-
mitu per integrum diem, & quod excurrit, du-
rante, ardore ſimul in abdomine urgente; &
licet cereviſiam ſecundariam, ad illum exſtin-
guendum, aſſumſerit, eâ tamen ſtatim re-
jectâ calor in collo exaſperatus fuit, adeò, ut
ad idem apertum conſervandum ſyrupis
quibus-

quibusdam uſus fuerit. Die 27. ejusdem lingua illi intumuit, & externè in malâ ſiniſtrâ, ut & retro utramque aurem tumores quidam oborti ſunt, Titio ſimul ſummis cordis anguſtiis, acſi animam ageret, detento, totiesque, quoties de placenta (quam die 25. d. veſperi comederat) uvis paſſis repletâ cogitaret, vomente. Chirurgus hunc in finem conſultus omnia pro febre quadam ſcorbuticâ habuit, Titioque medicamenta quædam propinavit: quibus nil proficientibus opem Medici imploravit & medicamenta quædam contra venena ab illo petiit, qui aliquid etiam præſcripſit, quod in Pharmacopolio præparari curavit & aſſumſit. Medicamentum hoc potiuncula fuſci coloris fuerat, quâ tormina, vomitus & ſitis ſedata fuerunt: juxta quod Medicus ſimul guttulas quasdam transmiſit, quas etiam aſſumſerat, & quidem tali cum euphoriâ, ut cibum ac potum rurſus aſſumere potuerit, licet Medicus eum nunquam viſitaverit ſtatumque morbi coram exploraverit. Nunc abdomine curatô malum artus in manibus & pedibus occupavit, ita ut ne paſſum quidem formare, neque progredi valeat, pedibus intumeſcentibus & digitis incurvatis omnique ferè ſenſu deſtitutis: Et licet externè in manibus non doleret, internè tamen dolores non contemnendos urgere, ſibique omnes ferè venas qſ. breviores ſolito videri adſtruit. Cùm ergò Titius hoc in ſtatu adhuc verſaretur & quæſtio oriretur, qualis hic morbus ſit? Chirurgus quidem, ut ſupra dictum fuit, eundem pro febri ſcorbutica habuit, neſcio quibus de cauſis, qui aliorum etiam conſenſum meruit: Alii è contra, cumprimis Titii Conſanguinei, in eô purè ſubſiſtunt & perdurant, quòd in placentâ illa uvis paſſis refertâ, veſperi die 25. Febr. venenum aut arſenicum illi propinatum ſit, ita ut Judicium illius loci ad inquiſitionem inclinet; quæ ipſa tamen adeo ſimpliciter non ſtatim ſuſcipienda videtur, cùm (1) Indicia illa, quæ in ſimilibus caſibus ſe trudunt, hîc nondum in apricum poſita ſint; ſiquidem (2) poſt aſſumtionem placentæ quæſt. neque alterationes quædam, neque tuſſis inſignis, neque fœtida ſanguinis per os rejectio, aut moleſta & ægra lotii excretio, color faciei plumbeus, ſudor ſyncopticus, difficilis reſpiratio, neque alia hîc ſolita indicia ſtatim in continenti adfuerunt, ſed (3) juxta propriam Titii confeſſionem tantùm urgentia ſymptomata & dolores (quæ tamen ſufficientia accepti veneni ſigna non ſunt) nonniſi poſt intervallum 5. vel 4. horarum obſervata ſunt. Accedit (4) quòd idem de fœtore olei indeque oborto & collum incommodante vapore, nauſea & terrore, ut poſthâc demonſtrabitur, jam ante conqneſtus ſit, & Electuarium Orvietanum deglutiverit: Hic verò nullum in Arte verſatum Medicum conſuluerit, licet poſt temporis alicujus effluxum ejus opem
efflagitaverit, neque pleniorem omni
ſymptomatum notitiam ſibi acquiſiverit;
de quæ Titius, tanquam imperitus in arte, c
affinibus ſuis & malevolis de ſimilibus ſy
ptomatibus judicare ſuſtinet, pro veris
tim haberi non poſſunt, multò minus a
dictìcè & abſolutè ſtatuendum erit, Titii a
ctum & ſymptomata ex accepto venen
& non potius ex aliis cauſis naturalibus obo
fuiſſe.

Similiter II. accidit, ut Seja de Titii m
bo certior reddita, die 28. Febr. anni præſ
tis, quantitatem aliquam ceraſorum exſic
torum in forô coëmerit, ollæ inſeruerit, (
oblivione negligens illorum ablutionem)
no polentæ exſiccandæ dicato huicque ſubſ
to igni admoverit & decocta patinâ excepe
ſaccharo conſperſerit Titioque obtule
Quoniam verò nullo tunc appetitu gau
bat, domeſtici ejus in officinam eadem
poſuerunt, ubi usque ad diem inſequente
1. ſcilicet Martii, relinquebantur: do
Titii Sorores ceraſa illa è priori ſcutellâ
aliam infunderent, & ſupra fornacem ru
calefacerent: quô factô infantes nonnulli
ca de illis comederunt, ſed ſtatim vomitu
jecerunt. Abhinc eadem ceraſa Sempro
pariter ægrotanti, transmiſerunt, & qu
hic eſum illorum recuſaret, Conjux ejus B
ta illa devoravit, quæ paulò poſt ſe malè
buiſſe, ventris intumeſcentiâ, dolore capi
anguſtiis cordis aliisque doloribus corre
fuiſſe dicitur, ita ut vermis inſtar in terrâ re
taverit, eâque de causâ rob ſambuci in ſ
tu frumenti & poſt dimidiam horam Mi
datium in aceto aſſumere coacta fuerit:
factô puſtulæ quædam in externâ oris
cumferentiâ & ſiniſtrâ aure obortæ ſunt,
nec malum pedes corripuerit, qui ſenſu q
dam formicationis correpti inſigniter d
bant, licet hoc tempore ægra rurſus cibu
potum aſſumere domoque exire valeat.
quibus circumſtantiis de novô ſuſpicio
vult, acſi Seja ceraſis illis venenum im
ſcuerit: quam opinionem magis confirma
detur, quòd Titii conſanguinei ſub effuſi
ſupradictâ ceraſorum horumque calefacti
aliquid materiæ in fundo patinæ & brodiô
raſorum obſervaſſe ſibi viſi ſunt, quod
ti magnitudine maſſulam præ ſe tulerit, ſub
lore gryſeo-cœruleo, inſtar cinerum elixi
torum apparuerit, & ad tactum ſcabrum, u
na, fuerit; quod ob neglectam ablutionem
dubio obortum fuiſſe Titii Conſanguinei
mùm ipſi pernibebant, nunc verò à veneno
raſis immixto, derivare & diffamare ſuſtin
Quoniam autem hoc quoque nudæ Bertæ
tioni innititur: heîc verò nullus unquam M
cus adhibitus, neque certa ac indubitata
veneni dati aut mixti occurrunt; hinc neque
ſuſpicio ſive aliis ſive mihi arridere, ſed m
veroſimile eſſe videtur, ſymptomata illa ab

ca is

is in Berta oborta fuiſſe, aut aliquid im- cerafis, ante coctionem minus elotis, æſiſſe, quod ſimili morbo anſam dare po- ; dum quam maximè conſtat, in recenti- adhuc cerafis aliisque fructuum uvarum- generibus ſimiles impuritates obſervatas e, ut ab eſu illorum homines malè ſe ha- rint: Quid mirum ergò, ſi & in ceraſis ex- atis, cum per exſiccationem recrementa on tollantur, ſimilia mala oriantur? qua- oter hæc ultima ſententia, tanquam mitior, is acceptanda, quàm ſtatuendum eſſe vi- ir, malum hoc ex dato veneno, cujus ta indubitata certaque ſigna non adſunt, luxiſſe.

Quò verò certior reddar, quantum in hâc ione fundatus ſim? hinc Honoratiſſimos ninos meos rogito, velint omnes hacte- enarratos caſus diligenter perlegere & ponſo ſuo, ſigillô ordinariô munito, me rmare, an ſecundum principia Medica in- tatè & apodicticè ſtatui poſſit, an Titii è ac Bertæ morbi allegati ex dato veneno, cauſis potius naturalibus? & in ſpecie an ptomata Bertæ ab impuritatibus ceraſis lotis adhærentibus dependere potuerint? cum allegatione rationum quarundam cipiis Artis conformium. Pro labore & io debitum redhoſtimentum grato animo turus ero, poſt commendationem divi- æternum perſeverans

Honoratiſſ. meorum Dnn.

rfurti $\frac{1}{2}\frac{8}{0}$ *Maji* 1685.

officioſiſſimus

Theodorus Rivaldo, LL. Cult.

ponſum Facultatis Medicæ Erfur- tenſis de incertitudine veneni propinati.

P. P.

Literis Tuis die $\frac{2}{1}\frac{0}{0}$ Maji ad Nos exaratis fuſiorem Relationem, de 2. Veneficii ectis caſibus morboſis, percepimus, quâ ne ſcilicet, I. Titius Juvenis & pannificiô ctus &c. &c.

Repetatur hîc Caſus integer cum II. de Seja.

Q mvis autem utrobique plauſibiles ferè ciones & circumſtantiæ occurrant, è qui cæteris paribus aliquid veneni admixti ve- ſimiliter concludi poſſet; attamen prævià egiali & maturâ conſultatione & conſide- ne omnium hîc allatarum circumſtantia- invenimus, neutiquam ſufficientia indicia ſigna hîc adeſſe, è quibus concluſio ejus- i demonſtrativè confirmari poſſit: Quo- (1) Arſenicum intus aſſumtum ſimilia- venena vehementia nunquam per tot ho- ras inertia ſubſiſtunt hominique quietem aut ſomnum indulgent, ſed extemplò tormina gra- viſſima, cum ſuffocatione, tuſſi, ſingultu, ex- ſiccatione & aſperitate faucium &c. cauſantur; & quamvis (2) aliquot è ſupradictis ſympto- matibus hîc quoque obſervata fuerint, vomitus ſc. reiterati, ſitis, calor p. n. in collo &c. ea tamen ex aliis probabiliter cauſis pariter oriri potuerunt, quas inter juxta placentam uvis paſſis ſuffarcinatam, ac nauſeoſam, & reliquam Titii indiſpoſitionem, Orvietanum minus rectè fortè præparatum & à malæ fidei Circum- foraneo profectum, una cum antidoto & alexipharmaco fortè æquè inconveniente, in fervido nimis ſpiritu vini aſſumto aliaque Chi- rurgi medicamenta inepta eminent, contra quæ Medici laudabilius conſilium æquè mili- tare potuit. Et ſi (3) Titius antehac fortè va- letudinarius fuerit, & ad lienis affectus, non ſi- ne diſpoſitione ſcorbutica, inclinaverit, cau- ſa hîc obortæ choleræ, & cumprimis etiam ſymptomatum in artubus obſervatorum eò fa- cilius ſuppeditari poſſet.

Minori adhuc jure illa accidentia, quæ uſum ceraſorum exſiccatorum in forô coëm- torum & absque lotione præcedente cocto- rum inſecuta ſunt, ſufficiens fundamentum ad monſtrandum putatitium illud veneficium ſup- peditant, cùm quammaximè conſtet, quàm incautè & impurè ſæpe fructus ejusmodi ex- ſiccati & ad vendendum parati, pruna da- maſcena, ceraſa &c. aſſervari ſoleant, iis ſc. in locis, ubi araneæ, mures, ſive majores, ſive minores aliaque inſecta indies, ſe proripiunt, & forte arſenicum olim pro enecandis his depoſi- tum fuerat, quorum intuitu diligenter prius la- vandi & depurandi ſunt. Ut taceam vomi- tus infantum illorum innocuos, & medica- menta domeſtica, quibus Berta convaluit, ſuſpicioni veneni exhibiti adverſari.

Quapropter ex noſtrâ ſententia Titii ejus- que conſanguineorum opinio in binis illis ca- ſibus illicque enarratis ſymptomatibus minus ſolidè fundatur, ſed eadem, ſi eô, ut enar- ratur, modô acciderint, ex aliis etiam & ut probabile, naturalibus cauſis oriri potue- runt.

Quæ Nobiliſſ. Domino deſiderati reſpon- ſi loco hiſce communicare voluimus: At- teſtationis ergò ſigillo noſtro omnia confir- mando. Sign. Erfurti die $\frac{2}{1}\frac{4}{4}$. Maji 1685.

Decanus, Senior & Aſſeſſores Fa- cult. Medicæ in Electorali hâc Academiâ.

Novell. Val.

CASUS XXIV.

DE
VARIIS PHARMACOPOLARUM GRAVAMINIBUS DIJUDICANDIS.

Mandatum Principale.

P. P.

E*Ruditiſſimi, Dilecti Fideles!* Vobis jamdum innotuit, quòd nova Ordinatione Medicinali, quæ jamdum paratur, bonum publicum opus habeat. Poſtquam ergò Pharmacopœi Giſſeni, prius admoniti, an & quid ſuo in loco illic deſiderent? prolixum, ut hiſce additur, ſcriptum obtulerunt; hinc Gratioſiſſimè mandamus, ut illud diligenter perlegatis, Nobisque, cum remiſſione ejus, relationem veſtram ſubjectiſſimam, an & quid Vos circa idem admonendum eſſe ducatis, communicetis, ut tandem omnia prorſus expediri poſſint. Interim Vobis gratioſiſſimè addicti ſumus. *Darmſtadii die* 3. *Maji.* 1701.

Ern. Ludovic. H. L.

Gravamina Pharmacopœorum Giſſenſium.

QUandoquidem juſſu Sereniſſimi ab Archi-Præfectura hujus loci Nobis Giſſæ degentibus Pharmacopœis indicatum fuit, quòd nova Ordinatio Medica Principalis erigenda ſit, idque nobis hanc ob cauſam indicari, ut, quæ è re noſtra ſint, illic obſervare, & ſi quid in commodum noſtrum vergere poſſit, illic inſeri curaremus;

Hinc Sereniſſimæ Suæ Celſitudini pro Gratiâ hacce Principali gratias humilimas referre debuimus, ſimul obſequioſiſſimè rogantes, ut Sereniſſima Sua Celſitudo ſub nova hac Conſtitutione Medicinali ex aliis quamplurimis gravaminibus, quibus Pharmacopolium aliquod obnoxium eſt, tantùm ſequentia hic allegata conſiderare & gratioſiſſimè ponderare acquieſcat? (1) Quantô labore & quàm gravibus ſumptibus Officina Pharmaceutica probè inſtructa comparanda æquè ac conſervanda ſit? (2) Quod Pharmacopœus boni tantùm publici gratiâ illud variis ſimplicibus & compoſitis in omnem eventum & omnibus morbis graſſantibus requiſitis replere, hîcque non mediocrem nummorum ſummam tot generibus materialium conquirendis impendere, imò totam ſuam ſubſtantiam, vel, quantum quisque nummorum poſſidet, ad minimum majorem illorum partem ad Pharmacopoli[...] alendum elocare teneatur; dum econtra in [...] Mercaturæ genere, quæcunque etiam fue[...] Mercator certis, aut tot ſpeciebus mercium [...] ligatus non eſt, multò minus hanc vel il[...] mercem pro bono publico ſuis impenſis aut [...] quirere aut conſervare tenetur, ſed pecunian[...] am nonniſi in ea impendit, unde eandem no[...] ne fœnore brevî poſt ſe recuperaturum puta[...] que merces ſuas ſive viſitationi, ſive taxation[...] ve mutuo, ut Pharmacopolia, ſubjicere te[...] tur. (3) Quod, ſi incendia (quæ Deus aver[...] velit!) oriantur, Pharmacopœus ſeculas (cùm pretioſiora ferè ex liquidis conſter[...] in fragilibus vaſis contineantur, ipſaque ſin[...] cia, imò & compoſita, ob varias ſpecies, [...] verſis virtutibus gaudentes, non ſtatim c[...] prehendi & confundi poſſint) non æqu[...] alius ſalvare poſſit. (4) Quod, ut plus quàm [...] pedit, conſtat, in Pharmacopolio quo[...] plura ſimplicia & compoſita corruptioni [...] noxia reperiantur, quæ Pharmacopœus [...] hilominus boni publici ergò, ſuis impe[...] procurare & aſſervare tenetur: quodſi au[...] ſimiles affectus non graſſentur, in quib[...] Dnn. Medicis præſcribuntur, nec alio[...] emuntur, indeque corrumpuntur, Pharm[...] pœus illa, non obſtante quod magnis ſu[...] bus & laboribus illa parârit, imò ſingulis [...] ſibus onera civilia (quibus officinæ Pha[...] ceuticæ non minus ac aliæ mercaturæ on[...] ſolent,) illorum intuitu perſolvere tenea[...] nec hactenus fortè obolum inde lucratus [...] abjicere ſuisque impenſis alia in eorum lo[...] ſubſtituere teneatur: quô ipſo Pharmacop[...] facultates ſuas tantùm in boni publici u[...] ſuum autem incommodum, ſucceſſive [...] tantum inſumere & officinæ ſuæ inſerere [...] tur, donec tandem nihil amplius ſupe[...] ipſeque cum Pharmacopolio ſuo exare[...] ut quotidiana ſæpe experientia teſtatur, c[...] poſt hujus aut illius Pharmacopœi obitur[...] hil, præter debita & pyxides vacuas, re[...] ſerit. Quodſi (5) Pharmacopœus tanta[...] facultatum fuit, ut, prout decebat, in D[...] nis aut Urbis commodum officinam [...] omnibus probè inſtruxerit, isque omnen[...] ligentiam & induſtriam cum expenſis [...] adhibuerit, adeoque hæredibus ſuis O[...] nam ejusmodi inſtructiſſimam relinquit, [...] tamen æquè uxori ſuæ liberisque, quàm [...] no publico, eâ ſuccurritur, ſed pro illis [...] te magis è re fuiſſet, ſi non tantum min[...] Pharmacopolium ſuum impendiſſet, [...] facultates ſuas melius locaſſet, cùm non [...] vis Pharmacopolium aperire liceat, ade[...] non quivis hæredum legitimam ſuam ea[...] ex Mercatorum officina, aut aliis imm[...] libus fieri ſolet, ratione in naturâ obtine[...] pro libitu ſuo eadem frui poteſt: quin ſi [...] macopœus omnia ſua boni publici [...] Officinæ ſuæ impendens emoritur & p[...]

c nullæ amplius facultates ſuperſtites ſunt, unicus ad minimum hæres reliquis portio- nſuam ſolvere, ſicque Officinam ſibi vindi- e poſſit, neceſſariò eandem, quæ commo- dividi nequit, maximô cum damnô pere- o divendere, illudque, quod Parens ſum- cum labore & moleſtiâ acquiſiverat & con- arât, deſiderare coguntur.

Quoniam igitur Officinæ Pharmaceuticæ ribus incommodis, quam aliæ Artes & Mer- ræ, obnoxiæ ſunt, ſumma etiam neceſſi- quitásve exigit, ut illæ præ hiſce pluribus, uidem ſufficientibus privilegiis & benefi- , ut & tam ſalutaribus conſtitutionibus do- ur, quibus Pharmacopolium, tanquam ublico ſummè neceſſaria & utilis, incor- a conſervari, & ipſe Pharmacopœus con- tionibus ejusmodi innixus juramentô illô, hactenus (plura ab illô requiruntur, quàm ſa ſervare & præſtare poteſt, aut etiam ad ipalem ſcopum, ſc. conſervationem offi- ſpectant, conſcientiam ſuam minus one- , neque per ſtrictiorem juſto minusque ſſariam refrænationem perire teneatur.

Quemadmodum verò Magnates Potentiſ- , Cæſares, Reges & Reſpublicæ Nobilio- Pharmacopolia nunquam non in pretio erunt, in illa non parum impenderunt neque noverunt, quòd neque Superiores, e Inferiores Status & Perſonæ illis unquam e poſſint, ita quidem, ut eorum intuitu, eris Magnatibus, bini Cæſares Laudatiſ- CAROLUS V. in Comitiis anno 1545. uſtæ Vindelicorum habitis, & RUDOL- S II. in Politia anno 1577. Francofurti vatâ de neceſſitate & utilitate Pharma- liorum Clementiſſimas Conſtitutiones erint; hinc certò etiam confidimus, Se- imæ Suæ Celſitudinis intentionem & cu- lus quam Paternam, ſub erectione No- onſtitutionis Medicinalis eô vergere, ut, antum ſubditis in Principatu, Comitati- Dominiis ſuis, ſub orientibus morbis & ibus p. n. neque Medici in arte Peritiſſi- eque medicamenta (quæ DEUS homi- gò contra morbos creavit) unquam de- ſed & unusquisque, tum Dnn. Medico- tum Pharmacopœorum, Chirurgorum mque, quos Conſtitutio hæcce tangit, terminis contineatur, & in eô, quod in isque vocatione addidicit, permaneat, llus eorum falcem in alienam profeſſio- llo modo mittat: utpote quâ laudabi- ſtitutio noſtro tempore, quo omnes ſe- diſcrimine Praxin Medicam exercent & amenta divendunt (ubi nemo majori), quàm Pharmacopœus eſt obnoxius) è neceſſaria videtur. Quem in finem ratioſiſſimo, juxta ductum Conſtitutio- edicinalis Principalis de Anno 1670. in quibusdam punctis contra Pharma- s ſatis dura eſt) ordine ea ſubjectiſſimè & ſincerè annotabimus, quæ aut in conſcientiam noſtram, aut officinas Pharmaceuticas impingere videntur. Scil.

Tit. I.

de

MEDICIS.

pag. 2. §. 1.

Lineâ duodecimâ quatuórque ſequentibus hæc leguntur verba: *Hingegen ſoll allen* Empiricis *und Verſuch-Aertzten, als da ſind* Laboranten, Apothecker, &c. „

Quoniam verò Pharmacopœi ſuæ tantùm Profeſſionis curam habentes & à Praxi abſtinentes nomine Empiricorum non veniunt, neque hiſce annumerandi ſunt, ſed illi tantùm ad Empiricorum cœtum pertinent, qui munere ſuo inſuper habito carceres ſuos derelinquunt: reliqui vero Pharmacopœi, qui res ſibi demandatas agunt, ſuâ in dignitate relinquendi ſunt; hinc humilimè rogamus, quòd ſi Pharmacopœis certâ ratione Praxis Medica interdici debeat, & verbum Pharmacopœorum nominibus illic legendis addendum foret (cùm tamen non ſimpliciter & abſolutè, cumprimis abſente Medico aliisque caſibus, medicinam porrigere Pharmacopœis ſine læſione conſcientiæ, quâ in Conſtitutionem Medicinalem jurare tenentur, aut etiam ſine periculo proximi prohiberi poſſit, adeò, ut in Pharmacopoliis ordinariis Francofurtenſibus, quæ tamen majorem receptorum meſſem, quâm hîc, à Medicis recipiunt, in hoc adeò abſolutè non obtineat, ſed in Conſtitutione Medicâ Francofurtenſi ſanè optimè & prævià maturâ deliberatione ſancitâ Tit. pag. 21. hoc Pſeudo-Pharmacopœis prohibitum fuerit:) verba *als da ſind*, omittantur, aut loco vocis (Apothecker,) verba (*verdorbene Apothecker*,) & loco vocis (*alte Weiber*) verba: *alle Weibs-Bilder* ponantur, quùm noſtrô tempore tam juvenculæ, quàm vetulæ praxin Medicam exerceant & medicamenta divendere non dubitent. Ubi ſimul humilimè peteremus, ut fusè illic enumeratis medicaſtris majori emphaſi, pœnâ determinatâ & conſtitutô executore, absque Delatoris nomine, Praxis inhiberetur, nec quacunque amplius ratione conniveretur: quô ipsô non tantùm Sereniſſima Veſtra Celſitudo plurimas mulctas lucraretur, ſed & nova hæc Conſtitutio Medicinalis eò citius obſervaretur, cùm è contra ſine eô omnes adhuc inſequentes animadverſiones fruſtraneæ futuræ ſint. Quodſi enim ſupradictæ perſonæ poſt factam inhibitionem à medicationibus ſuis & formularum præſcriptionibus abſtinuerint, aut ſi contra hoc mandatum peccaverint, quâvis vice mulctarentur, & tamdiu executioni ſubjicerentur, donec à Praxi prorſus abhorreant, tum ſpon-

ponte ſuâ ceſſabunt ea, quæ ſub fine §. primi „ pag. 2. leguntur, verbis: *Wie dann zu* „ *mehrerer Verſicherung unſern Apothe-* „ *ckern von dergleichen* Empiricis *einig* Re-, cept *anzunehmen und auszufertigen hier-* „ *mit ernſtlich verbotten ſeyn ſoll.* Quòdſi verò primum, Empiricorum Praxis ſc. & formularum præſcriptio, non inhibeatur, nec obſervetur, neque transgreſſores mulctis repetitis puniantur, aut aliis ſufficientibus mediis coërceantur, hoc ipſum neutiquam ſufficiens erit remedium ad Praxin illorum ſiſtendam, ſi ſc. Pharmacopœis Empiricorum formulas (quas alibi locorum vicinis Pharmacopoliis præſcribere & commendare poterunt) acceptare non liceret; quod tamen Pharmacopœis ita ſimpliciter, ſine læſione conſcientiæ ſuæ ſummóque damno & detrimento officinarum ſuarum, ſub fide juramenti, non tam facile prohiberi poteſt, niſi alia illis media ſuppeditentur, quibus medicamenta ob defectum Emptorum annihilata & inveterata renovari & reſtitui poſſint. Pharmacopœus equidem boni publici ergò obſtrictus eſt officinam omnibus ſimplicibus & compoſitis bene inſtructam ſuis impenſis procurare: Quodſi verò hoc præſtiterit & abhinc propriâ authoritate nullâ omninò medicamenta divendere valet, præter Ordinariorum Dnn. Medicorum formulas, nullas alias, utut in ſe ſatis laudabiles, nihil ſuſpecti aut periculoſi involventes acceptare, aut præparare debet, imò, ut fieri poteſt, ſi Dominus Medicus illius loci ita ſe habet, ut ægri nullam in eum confidentiam locent, ſed Medicos alibi viventes conſulant, ſimul penes exteros, ubi Medici illi degunt, medicamenta ſua præparari curant, eaque de cauſa paucæ tantum formulæ à Dn. Medico ordinario in officinam Pharmaceuticam mittantur, neceſſariò ſanè merces ejus, ob penuriam emptorum, citra Pharmacopœi culpam obſoleſcent & corrumpentur: Quodſi poſtmodum ſub viſitatione illa ipſa pro corruptis & obſoletis habeantur & abjiciantur, nihilominus tamen in illorum locum alia recentia ſurrogari debent, quæritur, cujus impenſis illud fieri debeat? vel an ſumtus hoſce Pharmacopœo, ſi tam anguſtis terminis circumſcribitur, eâque de causâ merces ſuas, citra culpam ſuam corrumpi videat, injungendi ſint? Huic incommodo ut præveniatur, aut locus primò, ubi una aut altera officina Pharmaceutica habetur, uno vel pluribus Doctiſſimis, Experientiſſimis & in Praxi Medicâ Verſatiſſimis Dnn. Medicis, qui Urbem aut Regionem aliquam ſub quibusvis affectibus graſſantibus probè curare, experientiâ ſuâ, dexteritate & diligentiâ hominum confidentiam lucrari & præſcriptione frequenti medicamentorum corruptionem præcavere valent inſtrui: abhinc Pharmacopœi ſub conſervatione medicamentorum & præparatione laudabilium in ſe & minus noci-varum receptorum ita ſublevandi ſunt, ut ſ[...] impenſis corrupta ſucceſſivè medicamenta [...]ſtaurare valeant: Aut alia media invenien[...] ſunt, quibus citra culpam Pharmacopœi c[...]ruptis medicamentis alia recentia ſurrog[...] poſſint. Quoniam igitur in defectu Me[...]corum Expertorum & rigorosâ nimis circu[...]ſcriptione de alienis formulis non præpar[...]dis (quæ tamen non ſemper accuratè dig[...]ſci poſſunt, an ex libris deſcriptæ, aut [...] Empiricis conſignatæ ſint) Pharmacopolia [...]ceſſariò peritura ſunt, hinc humilimè r[...]mus, ut hôc in paſſu de præparatione va[...]rum receptorum, quæ *Tit. II.* §. 4. ma[...] adhuc emphaſi nobis interdicitur, imm[...]tio quædam inſtituatur, neque aliter hâ[...] parte obſtringamur, quàm in conſtituti[...] Medicinali Francofurtenſi Anno 1687. [...]cusâ (quam & ipſi certô modô obſervar[...]nemur) ubi Tit. XI. pag. 23. §. 12. Pha[...]copœi Francofurtenſes in præparatione [...]mularum, ab Empiricis proficiſcentium, [...]ligantur, verbis: *Nachdem auch frem[...]de Perſonen, in dieſe* Rubricam *gehör[...] unter benachbahrten Herrſchafften wo[...]nen, und vielmahl ihre* Recepten *allh[...] verfertigen laſſen, auch etwa unſe[...] Unterthanen Rathgeben: So gebieten [...] unſern Stadt*-Apotheckern *bey ihrem [...] geleiſteten Burger-Eyd, daß ſie auf d[...] gleichen Aertzten Perſonen, Wandel u[...]* Recepten *gute Acht und* Inquiſition *ſetz[...], und wann ſie ihre vorgeſchriebene M[...]tel, betrüglich, verdächtig, oder [...] Schwachheit undienlich und ſchädl[...] vermeineten, dieſelbe nicht bereiten, ſ[...]dern die* Recepten *unſern* Viſitatori[...]s *zuſtellen ſollen.* Quibus verbis, ut in [...]a conſtitutione, nullorum medicament[...]um præparatio interdicitur, niſi illorum, qua[...]lla[...]cia, ſuſpecta & ad morbum tollendum [...]ha[...]bilia aut noxia videntur, quæ Dnn. M[...]dic[...] oſtendere tenentur: quod ipſum, ſi f[...]nu[...]læ ejusmodi nobis offerantur, ſanctè [...]am nos obſervaturos eſſe ſtipulamur: ad[...]te[...]riora autem ſalvâ conſcientiâ Nos ob[...]ar[...] non poſſumus.

Secundò non poſſumus non, hun[...]im[...]monere, quòd, ſi ea, quæ *Tit.* 1. §. 2. *p*[...]3 *lin.* 7. *& ſeqq.* habentur, his verbis: „[...]*derbahre* Circumſpection, *Treu und Fl[...]ß,* „ *ſoll ein jeder* Medicus *anwenden, daß [...]m* „ *Patienten mit guter heilſamer Artze[...]y,* „ *welche in alle wege, ſie werde gleich [...]on* „ *dem* Medico *ſelbſt dargegeben oder in [...]r* „ *Apothec geholt, der* Tax-*Ordnung [...]e-* „ *mäß angeſchlagen werden ſoll &c[...]* „ ſuo in tenore relinquantur, fieri poſſ[...], ut quidam Dnn. Medicorum (licet hoc [...]em[...]pore de noſtris Dnn. Medicis nil tale [...]cive[...]rimus) medicamentorum diſpenſat[...]nem ſibi

arrogarent, quod ingens, imò totalis rui- Pharmacopoliorum foret. Quodſi enim . Medici medicamenta ipſimet præparare ſpenſare velint, omnibus illis ægris, qui es & ſolvendo ſunt, medicamenta ſua bus non multum impendere, ſed ea tan- , quibus utuntur, ſibi vili pretio procu- poſſunt) commendabunt & divendent, ntrà illos, qui ob paupertatem mutuò unt, ad Pharmacopolium ablegabunt. m verò hoc in Pharmacopœorum æquè fficinarum ſuarum ruinam vergat, ſicque aſu neceſſitatis, ſi morbi maligni graſſa- ur, urbes & regiones medicamentis deſti- eſſent, utrumque etiam contra clemen- iam intentionem Principalem, ſecundum n unusquisque, quem conſtitutio Medi- is tangit, ſuis in terminis ſe continere de- pugnat: hinc Sereniſſimam ſuam Celſi- em ſubmiſſiſſimè rogamus, ne Dnn. Me- ulla medicamenta, quocunque etiam ine venire poſſint, præparare permittat, citum hunc conſenſum clementiſſimè im- ri, & loco verborum: *Sie werde gleich* Medico *ſelbſt dargegeben*, ex ſæpius al- â conſtitutione medicinali Francofurtenſi pag. 6. octavam & nonam paragraphum ſtitui jubebat, his verbis: *Dahero die* dici *auch keine* Medicamenten *bey Straff Gülden ſelbſt* præpariren, *noch ver- ffen, ſondern alles in die Apothecken eiben, und die* Patienten *allda durch e Diener ſelbſt abholen und bezahlen en ſollen, damit die Apothecker mit o mehreren, beſſeren und friſcheren* erialien *ſich zu verſehen wiſſen.* §. 9. *h mögen ſie ihre* privatas compoſitiones *enn ſie vor andern gebräuchlichen* Re- lien *etwas beſonders oder beſſers da- auszurichten verhoffen) in der Apo- ken bereiten, und zum Gebrauch auf ten laſſen, aber nicht mehr, als ſie gefährlich zu verſchreiben gedencken, daß dem Apothecker ſolches unnach- lig ſeye: wie dann auch in ſolchen erbahren* Compoſitionibus, ne pluri- quæratur, quod paucioribus effici poteſt, *Maas gehalten und kein eigener Nutz it in einigerley Weiſe geſucht werden*

im etiam tertiò hi vel illi Medici quan- ab hactenus conſuetis & uſitatis com- abeant, ſuasque aut aliorum deſcriptio- eparari ſinant, eòque ipſo (quando Do- Medici aliâs jam defuncti aut profecti compoſitiones aut planè non, aut in- ræſcribunt, ſed Succeſſores alias, aut as compoſitiones amant) intra paucos , poſtquam mutationes quædam cum Medicis occurrunt, compoſita, in detri- m Officinarum & Pharmacopœorum, ulentur, & ſine ullo commodo vel uſu obſoleſcant, aut corrumpantur, hinc è re & ſummè neceſſarium eſſet, ut *Tit. I.* inſereretur, ut Domini Medici Pharmacopoliis ſimilibus novis compoſitionibus parcerent, & quantum fieri poteſt, compoſitis in Diſpenſatorio & receptis autoribus inhærerent: ubi tamen, ſi, ut Darmſtadii & hîc locorum, diverſi Medici vivunt, omnes extractum aut ſpecificationem illorum medicamentorum, quæ præ reliquis præſcribere & conſervari vellent, è catalogis noſtris extrahere, & in iis, quantum poſſibile, acquieſcere poterunt.

Quartò ſæpè accidit, ut unus aut alter Dominorum Medicorum huic vel illi Pharmacopolæ aut ſanguine junctus ſit, aut magis faveat: è contra alium citra meritum odiô proſequatur, indeque illius officinam commendet, ægrosque & formulas illi ſoli transmittat, hunc autem, qui ſi non melioribus, æquè tamen bonis medicamentis inſtructus eſt, penes ægros, una cum medicamentis contemnat, & licet neque eundem, neque officinam ejus verè mali cujusdam arguere valeat, hoc tamen aut illud effingat, & contra propriam ſcientiam aut conſcientiam ægris ſub fide ſilentii ſuggerat, ac ſi Pharmaca in unâ officinâ efficaciora ſint ac in aliâ, non alium in finem, quàm ut cognatis ſuis, aut quibus præ aliis favet, omnia datâ operâ & quaſi vi procurare, è contra alterum famâ & alimoniâ privare poſſit. Quoniam verò id ipſum in ſe peccaminoſum, minus Chriſtianum & ipſis Phamacopolis noxium eſt, dum prior amicis ſuis & cognatis confidens, ſecurus & ſocors: alter autem, ſi viderit neque ſedulitate ſuâ, neque impenſis ſibi conſuli, animum ferè deſpondeat; hinc ut & huic præveniatur, & cuilibet fama ſua & ſuſtentatio relinquatur, ſubjectiſſimè rogamus, ut ex ſuprà allegatâ ordinatione Medicâ Francofurtenſi Tit. 1. pag. 6. hunc in finem poſita §. 7. verbis: *Sie* (*die Herren* Medici) *ſollen ferner ſchuldig ſeyn, jede Zeit auff* „ *die Apothecken gute Auffſicht zu geben, und* „ *da ſie entweder an den Perſonen, ſo viel* „ *ihr Ambt betrifft, oder an den* Materialien „ *etwas Mangel ſpüren, ſelbige mit gebüh-* „ *render Beſcheidenheit den Apotheckern* „ *anzeigen und zur Correction annahnen*, „ *doch an andern Orthen ſie nicht verklei-* „ *nern, noch aus eigenen Affecten überge-* „ *ben, oder aus Neid ihnen Schaden zu thun* „ *ſich unterſtehen* &c. vel ſimile quid Tit. I. De Med. in novâ conſtitutione medicinali interſeratur, quò ægris liberum ad hanc vel illam officinam arbitrium relinquatur, quivis autem Pharmacopœus operam navare cogatur, ut ſuâ diligentiâ, bonis mercibus & pretio tolerabili non coactos, ſed liberos Emptores nanciſcatur.

Tit. II.
De
PHARMACOPOEIS.

Primò in §. *I. Ein jeder Apothecker* &c. ſe„ quentia obſervantur verba : *Vor welches* „ Examen *der* Examinandus, *gleich den Bar-* „ *birern, jedem von den* Examinatoribus „ *bis in* 4. *Rthlr. zu geben ſchuldig ſeyn ſoll* &c. At verò Tit. 3. de Chirurgis legitur §. 4. „ *Es ſoll aber der* Examinandus *einem jeden* „ *deren* Examinatoren *vor das* Examen *und* „ Teſtimonium *in allem* 2. *Rthlr. zu zahlen* „ *ſchuldig ſeyn.* Quodſi jam Pharmacopœi Chirurgis æquiparari debent, & illi tantum quantum Chirurgi ſolvere tenentur, loco numeri 4. (cùm apud Chirurgos verbum *zwey* literis diſtinctè expreſſum ſit) 2. ponenda eſſent, ipſaque verba (*gleich den Barbirern*) cùm Chirurgi propriam rubricam habeant, omitti poſſent.

Secundò §. 2. quâ Pharmacopœo interdicitur, ne Proviſorem aut Famulum acceptet, neque Tyroni, licet annos tyrocinii jamdum ſuperaverit, diſpenſationem medicamentorum concedat, aut juxta præſcriptionem formularum medicamentorum præparationem indulgeat, priusquam Eoſdem Dominorum Medicorum approbationi obtulerit, aut, ut in §. illâ porrò habetur, ne ſimpliciorum venditionem pueris relinquat &c. quòd attinet, ad conſcientiam noſtram (dum in Conſtitutionem Medicinalem jurare, & prout in §. 1. inculcatur, eandem quoad omnia & ſingula membra fideliter obſervare tenemur) ſalvandam, non poſſumus non monere, hoc membrum, ad literam, ſine vulneratione conſcientiæ noſtræ, à nobis haud facile præſtari poſſe, cùm Proviſores & Famulos non eô, quem inhabitamus, in loco, pro lubitu eligere, & antequam Eoſdem conducamus, Dn. Medico prius approbandos offerre nequeamus, ſed illos aliunde adſciſcere, & antequam inde proficiſcantur, conditionem aliquam in officinâ noſtrâ promittere teneamur, ut adeoque priusquam officinas noſtras ingrediantur, jamdum conducti ſint. Tyrones autem quod concernit, illi quidem, antequam acceptentur & contractus tyrocinii cum iisdem ineatur, Dn. Phyſico, ſi deſideratur, præſentari poterunt: ſin autem iisdem durante tyrocinio neque ſimplicium venditionem, neque illorum diſpenſationem, neque medicamentorum præparationem ſine ulla exceptione permittere, & licet jam tyrocinii annos ſuperârint, eosdem prius Medico præſentare debeamus, rurſus in conſcientiam noſtram, ſi ſecundum literam hæc intelligenda ſint, impingit, ſiquidem cum Tyrone Pharmaceutico res eâdem ratione ſeſe habet, ac cum aliis elementariis in ſcholis trivialibus. Quò minus enim Fræceptor aliquis

Abecedario lectionem, & legenti exercit.
rum claborationem committet, ſed om
juxta ea, quæ diſcipulus jam addidicit & pr
ſtare valet, diriget: eò minus diſcipulo
cui plura concredere poſſumus, quàm pr
addidicerit, alioquin in detrimentum noſtr
merces venderet & medicamenta ultra capt
illi concredita corrumpi ſineret. Quodſi e
diſcipulo nullam prorſus ſimplicium vendi
nem, nullam diſpenſationem nullamque
ceptorum præparationem committere deb
mus, donec Medicus eundem approbave
primò nullum nobis uſum præſtaret, ſecu
nihil addiſcere poſſet, & tertiò eundem, c
indies & omni momento plura capere &
fectior fieri poſſet, etiam indies & omni
mento, antequam in officinâ quid præſtar
cooperari diſcat, Dnn. Medicis prius ap
bandum transmittere teneremur, quod n
æquè ac Dominis Medicis ſummam moleſt
creare poſſet. Quapropter humilimè r
mus, ut contenta hujus articuli immute
& præterpropter juxta tenorem paragrap
Tit. 3. *Conſtit. Med. Francofurtenſis p.*
reformentur, quæ ita ſe habet: *Damit n*
in denen Apothecken alles gebührlich v
richtet, und die Compoſitiones, *welc*
die Medici *Lateiniſch zu ſchreiben pflege*
treulich und mit allem Fleiß bereitet w
den möchten; als ſollen die Apothec
nach frommen, ehrlichen, reinen u
der Lateiniſchen Sprach verſtändigen
ſellen und Jungen trachten, dieſelbe au
ehe ſie beſtändig angenommen werde
unſern verordneten und geſchworn
Stadt- Medicis *zuforderſt* præſentiren
(in hac theſi verò ratione loci clementi
ponderandum, quòd Pharmacopœi Fr
furtenſes, cùm illîc locus ſit, ubi n
narum tempore Famuli conveniunt, &
tantùm ob celebritatem urbis, ſed &
mulorum copiam, ſelectum inſtituere p
& antequam famulum quendam condu
eundem Dnn. Medicis offerre poſſint:
ob rationem allegatam nobis in conduc
famulorum denegatur) & porrò §. 7. pa
Ebenmäſſig auch die Geſellen und Le
Jungen in Leſung dieſer Statuten *und* T
auch Verwahr und Zubereitung der
dicamenten *allen möglichſten Fleiß anw*
den ſollen: ubi Tyronibus præparatio
dicamentorum ita eſt permiſſa, ut ta
ſummam diligentiam adhibeant. It.
ib. pag. 16. dictæ conſtit. *Es ſoll kei*
Diſcipulo *geſtattet werden ein* Compoſi
Medicamentum, *da etwas mercklich*
gelegen, allein zu machen, wenn n
der Apothecker oder erfahrner Ge
oder der Medicus *ſelbſt dabey iſt, und*
recht gemacht werde, mit zuſihet:
ſcipulo præparatio compoſiti cujusdam
camenti non ſimpliciter interdicitur, ſe
ta

ùm, ubi ſummâ cautelâ opus eſt. De rô Nos ipſi operam dare ſolemus, ut, ſi poſſit, linguæ Latinæ & in arte noſtra pe- s famulos & diſcipulos nanciſcamur & præ eritis eligamus. Dum verò Dnn. Medici ipulum quendam approbationi ſuæ com- ūm minus admittere tenentur, niſi, ut viſores & Famuli, linguæ Latinæ, ut & ter- orum Medicorum ſic ſatis peritus & aptus it: fateri quidem cogimur, quòd ſi Artis træ conditionem & pondera penſitaveri- , per incuriam hominum linguæ Latinæ rorum facilè error ægris nocivus committi it, adeò, ut utique de jure Famuli & diſci- linguæ Latinæ periti, aut ad minimum inorum quorundam Latinorum gnari debeant, idque ſummè utile & neceſſa- eſſet. Quoniam verò Ars Pharmaceu- (licet nobiliſſima, maximè neceſſaria, inisque corpori utiliſſima ars ſit, & quaſi dextrâ & vigilantiſſima famulâ Medicinæ à) pro uſu hominum creata, eaque de cau- excellentiam & pretioſitatem meritò in o & honore habenda eſſet) noſtro tem- prorſus deſpecta & contemta ſit, ita qui , ut is, qui rem tantùm mediocriter con- averit, nullo ad eandem amore aut de- iô feratur, ſed ſi liberorum ſuorum com- um & fortunam promovere velit, viliſſi potius autem mechanicam, quàm hanc n electurus ſit; unde famuli & diſcipuli æ Latinæ periti nunquam non rariſſimi & facilè impetrandi fuerunt, ac (niſi Ma- s illud ſibi curæ cordique eſſe ſinent & pro que ac ſubditorum ſalute conſervandâ, ad n hanc inevitabiliter neceſſariam conſer- am, de remediô aliquô ſolliciti fuerint, ue per ſpecialia privilegia majori fulgori gnitati reſtituendo honoratorum & divi- erſonarum liberis occaſio detur ad artem amplectendam, ſicque illi, qui pædago- ſuperârunt & linguam Latinam illîc hau- t, eandem præ aliis eligant) dubio pro- dhuc rariores futuri ſunt, ut ſibi gratulaturi harmacopœi, ſi famuli illorum vernacu- (nedum Latinam) linguam legere & ſcri- poſſint. Rationem quivis idiota, ſi an n ſuum arti Pharmaceuticæ applicaturus x eô quæratur, dabit, reſpondendo: itane filii mei fortunam & æſtimationem ndavero, ut eundem in tam abjectam, eſſam & omnigenis oneribus civilibus ag- tam vitæ conditionem, in quâ neque s aut reſpectus, neque alleviatio onerum rum expectanda ſunt, detruderem? em licet ob defectum ſubſidiorum filium non diu ad ſcholas mittere valeam, en ſi mediocriter legere, ſcribere & de fluo arithmeticam didicerit, eundem aturæ potius aut vulgari cuidam arti anicæ, quam arti Pharmaceuticæ cabo. Tyro Pharmaceuticus (pergit) per multos annos diſciplinæ ſe ſubmittere, conſequenter diu veſtimentis ſibi proſpicere, peregrinari, patriæ Parentibusque ferè valedicere & donec tandem aliquando filiam aut viduam fortè Pharmacopœi demortui in uxorem ducere poſſit, expectare tenetur, licet adhuc in dubio ſit, an (dum paupertatis intuitu non valet, aut occaſionis defectu Pharmacopolium de novô erigere non licet) ſors ipſi tulerit, ut officinam Pharmaceuticam (in quâ tamen plura debita vaſaque inania, quàm exiſtimet, ſæpe reperit) per vinculum matrimonii obtinere poſſit. Imò ſi tandem eandem obtinuit & jam Pharmacopœi titulo gaudet, quid tum? ſi filius meus artem mechanicam didicerit, & ad ſummum per unum aut alterum annum peregrinatus fuerit, ſuas res agere, ubicunque voluerit, mercaturam aut artem ſuam mechanicam exercere poterit, quandocunque voluerit, eâdem, aut adhuc meliori conditione, quàm Pharmacopœus fruitur, ad juramentum periculoſum præſtandum non tenetur, tot mercium ſpecies ac voluerit coëmere, & quocunque voluerit pretio diſtrahere valet; è contra (porrò dicit) licet Pharmacopœus in conſtitutionem ſuam medicinalem, quæ tamen interdum ſatis rigidè adverſus perſonam ejus, officium, famulos & officinam ſonat, corporale juramentum depoſuerit, illi tamen neque creditur, neque fides habetur, (ut alius conditionis hominibus, quibus, ſi juramentum præſtaverint in officio ſuo, quamdiu de fraudibus illorum nihil conſtiterit, pro lubitu agere permittitur) compoſitum aliquod majoris momenti, quod plura ſimplicia aut pretioſi quid ingrediuntur, ſolus miſcere nequit, niſi aliquis è Doctoribus Medicinæ adfuerit: medicamenta ſua (quæ tamen non pro lubitu, ſed juxta taxam ſibi præſcriptam æſtimare & divendere valet) haud aliter, imò pronius ac Mercator (qui mutuum pretio compenſat) aliis credere & ſolutionem diutius, quàm alius, præſtolari, imò verba ſæpius contumelioſa eam ob cauſam devorare tenetur. Adhæc (porrò reponet vulgus) vix majori authoritate aut libertate gaudet Pharmacopœus, ac quivis mercator & mechanicus viliſſimus; quodſi enim apparitor acceſſerit eundemque ad curiam citaverit, æquè ac mercator & artifex mechanicus obedire tenetur, licet occupationibus urgentibus laboribusque Chymicis immerſus ſit. De Magiſtratibus ſuperioribus, Regimine ſc. Principali & Principe Sereniſſimo nequicquam addam, quibus nemo non humilimam & debitam obedientiam præſtare tenetur. Quando verò (porrò adjiciet) mercator aut mechanicus Superioribus ſuis modò enarratis, pro variâ ſtatûs ratione, debitum obſequium præſtitit, poſtmodum ſui juris eſt, nec quis alius ipſi imperare poteſt: cum Pharmacopœo verò

res aliter ſe habet, qui & Dnn. Doctoribus Medicinæ ſe abhinc ſubmittere, illisque in officinâ ſuâ omnem reſpectum debitumque obſequium exhibere tenetur, adeóque, cùm à Regimine Principali ſatis coërceri poſſet, tamen in Dominis Medicis adhuc alium Magiſtratum, qui reliquos ſuperat, reperit. Conſiderando (perget) reliqua onera (non loquar jam de bonis immobilibus, agris, pratis & ſimilibus, de quibus omnes ea, quæ decent, contribuere tenentur) Pharmacopœus ſimiliter ferè plus, quam mercatores aut reliqui mechanici dare tenetur. Quando enim hi poſteriores aliquid de ædificiis ſuis, mercibus & arte mechanica contribuunt, de illis tantum præſtant ea, quæ in commodum ſuum & neceſſitatis ergò ſibi comparârunt: Pharmacopœus autem non tantum pro ædibus iisque mercibus, è quibus utilitatis quid haurit, ſed & iis medicamentis, quæ vi juramenti præſtiti boni tantùm publici gratiâ coëmit, & licet nullum inde commodum emergat, ſed omnia corrumpantur, ſingulis tamen menſibus, mercatoris aut mechanici inſtar, onera ſua ferre & præſtare tenetur. Quantum onus perſonale attinet, licet Pharmacopœus ex Conſtitutione ſua Medicinali evincere ſuſtineat, quod privilegium perſonale habeat, & ab excubiis, hoſpitationibus militum & ſimilibus exemptus ſit, neque hoc illi indulgetur, licet centies in Ordinatione Principali legatur, ſed per homines moroſos ad ædes ejus agmine facto convolantes tamdiu crucifigitur, ut ad excubias & glaciei diffractionem ſe conferat, donec ſpeciale Decretum Principale operosè procuret, & licet hoc inſtructus quoque ſit, non tamen eô multum alleviatur, ſed dum mechanicus aut mercator unâ tantum & altera vice excubias egit, & abhinc, ſi præſidium militare non adeò frequens ſit, in civitate ab onere hoc ſublevatus eſt, Pharmacopœus è contra, loco excubiarum & ſimilium, à quibus exemtus & liber eſt, continuò milites hoſpitare, aut hoſpitium illis ſolvere tenetur: ut adeoque libertas perſonalis ejus in effectu nulla ſit, licet eô, quô mercatores & mechanici placidè obdormiſcunt, nec cuiquam reſpondere tenentur, tempore nocturno cuivis fores pulſanti inſervire teneatur Pharmacopœus (quæ enim contra eum militant in Conſtitutione Medicinali, ſtrictiſſimè obſervanda, quæ pro eô militant nulla ſunt) quamvis ſæpe candela, quam accendit, plus valeat, quam lucrum, ejusque valetudo & corporis conſtitutio præſentiſſimam jacturam patiatur. In ſumma, diebus feſtis æquè ac profanis, noctu atque diu, velit nolit, cuilibet inſervire, ſimulque cuilibet Superiori, qui tantillum imperii in eundem habet, ab infimo ad ſupremum, ut & quibusvis oneribus ſubjectus eſſe tenetur. Adhæc filius meus, utut linguæ Latinæ ignarus ſit, & in mechanicum, Sutorem v. g. Ephippiarium, Lanionem, Pictorem &c. evadens, ad eminei tiorem dignitatem, præ Pharmacopœo, a ſpirare valet; hic enim diffuſo, moleſto & l borioſo officio fungitur, adeoque ſi jurame tum ſuum ſervare velit, haud facilè alio ſim munere fungi poterit: eſt ergò & manet Pha macopœus, nullam ad altiora ſpem concip re, nullamque onerum civilium alleviatione ſperare valet. E contra filius meus mercat ram aut artem mechanicam exercendo, libe tatem conſcientiæ habet, & ſi vel minimum pit, ut aliud adhuc officiolum adminiſtra poſſit, tantisper expectare valet, donec a ob defectum digniorum, aut muneribus m nus aliquod in curiâ vel alibi obtineat, ubi hil aliud ab eô deſideratur, quam legere, ſ bere & calculum quodammodò duce Quodſi tum vix limina curiæ ſalutavit, n tantum ab oneribus civilibus & perſonali liber eſt, ſed & Pharmacopœo ſuperior deſiderat, quem, nî è via ſecedere velit, prope altare cubito protrudit, & poſtmod adhuc novis oneribus torquet. Taceo a moleſtias, quæ aliquem perſuadere poſſe ne filium ſuum arti Pharmaceuticæ m ciparet.

Quodſi jam plebeji pauperesque illo intuitu ab hoc vitæ genere abhorrent, n tò minus certè divites & honoratiores lib ſuos, cumprimis ſi Latinæ linguæ gnari & Pædagogium ſuperârunt, in tam abject ſuppreſſam variisque oneribus civilibus noxiam profeſſionem præcipitabunt.

E prioribus igitur ſufficienter eluce quâ de causâ non amplius Famulos & Tyr Latinæ linguæ peritos nanciſci poſſimus, quùm antehâc Pharmacopœus 100. imò res Imperiales loco didactri à Diſcipulo dam obtinere, & ſelectum hîc inter tyrone ſtituere potuerit, nunc, ubi neceſſariò indigemus, & vix obtinere poſſumus, a neceſſaria veſtimenta ſuppeditare, imò gratulari debeamus, ſi modò impetrar ſunt; quod ex intimo ſtimulô conſcie ob periculum inde emergens & boni pu ergò, occaſione hâc, tam clarè allegar buimus, quò res hæc clementiſſimè pe retur, ars noſtra honorabilior & ſubl reddatur, nobis præ vulgò privilegia qu indulgeantur, & perſonis, ædificiis & nis immunitas concedatur, ut & ditiore mines, qui liberos ſuos diutius in ſcholi poſſunt, alliciantur, ut filios ſuos arti tam arduæ & neceſſariæ addicerent: ali ſub tantô contemtu & vilipendio Phar pœorum (dum ſimul inepti ejusmodi La tinitatis imperiti diſcipuli acceptandi Officinæ pharmaceuticæ tandem omni ſum ibunt, ſalusque publica & hominu nitas inevitabiliter negligetur.

Tertiò §. 3. *Alle* Proviſores &c. quod con-
nit, illic requiritur, ut omnes Proviſores
Famuli ſimiliter corporale juramentum in
ic conſtitutionem deponant. Jam quod
oviſores attinet, illud, tanquam neceſſa
m, ſuo ſtare talo permittimus, cùm illi
rmacopoei demortui vices gerant ipſas-
e officinas, Pharmacopoei inſtar, curare
eantur. Famulorum verò intuitu maxi
operè nobis expediret, ſi in totâ Germaniâ
s induci poſſet, ut ſub acceptatione illorum
rporali juramento ſe obſtringerent, quòd
omnibus ſuis actionibus ſinceri & fideles
,& ſtatuta hæc Medicinalia obſervare velint;
oniam verò hoc ipſum, quantum nobis
ſtat, nullo in loco, ubi quondam ſervivi-
s, obtinet; hinc nos ſoli illos eò adige-
non poterimus, ſi homines in Arte verſa
habere velimus: aliàs ſtatim nobis vale-
ent, & aliò, ubi à juramento immunes ſunt,
conferent, ut poſtmodum famulis privati
us. Quapropter ſubjectiſſimè rogamus,
quùm res hæc in actum deduci non poſſit,
is eâ in nova conſtitutione Medicinali, aut
minimum in formulâ jurandi, parcatur.
odſi verò Dnn. Medici, ſi in officinis no
novos adoriantur famulos, eosdem ſui
cii admonere & ſtipulatâ manu obedien-
n & fidelitatem promittere jubere velint,
neutiquam adverſabimur.

IV. Quæ in §. 4. *In den* Recepten &c. ra
e formularum Medicarum, quæ à proba
Medicis profectæ non ſunt, leguntur, ſu
Tit. I. De Medicis §. 1. expedivimus, adeo
petitionem noſtram humilimam hîc re
mus.

V. in theſi 5. *Die* Compoſita Medicamen
&c. jubetur, ut medicamenta Exotica &
mica, tam ſimplicia, quàm compoſita,
nobis ipſis, (cumprimis compoſita) para-
erint, teſtimoniô fide dignô muniamus.
m verò ſæpe accidat, ut vel tempore
dinarum, vel alibi ejusmodi merces, quas
ſinceris & efficacibus habemus, reipſa quo-
genuinæ, abſque ulla maculâ & ita ſe ha-
t, ut Deus & natura easdem è terra pro-
erunt, cujusvis verò loci & mercatoris con
non ferat, ut hoc vel illud, præter con-
dinem, teſtimonio quodam, hunc in
n exaratô, legitimet: adhæc fieri poſſit,
lum ſub viſitationibus officinarum Phar
euticarum, ubi talia proponuntur, unus
alter Dnn. Medicorum, qui aut eorum
m cognitionem aut experientiam habet,
que an malæ, an probæ notæ ſint, judi-
nequit, aut & odio Pharmacopœum
equitur, ad hunc ejusque officinam ſup-
enda, teſtimonium exigat, eoque defi
e, licet res ipſa ſummô in gradu bona
optima in ſe & efficacia, tum ſimplicia,
compoſita, ob deficiens teſtimonium
d Pharmacopœi, qui optimum teſtimo-

Novell. Val.

nium in rei ipſius bonitate, qualitatibus, ſapore, odore &c. locat, neutiquam, ut Circumforanei, æſtimant) vi theſeos hujus rejicere velint; hinc ut non tam teſtimoniorum (efficaciam medicamentorum nequicquam augentium) quàm ipſorum pharmacorum merita & qualitates hic ſpectentur, ipſeque Pharmacopœus cum mercibus ſuis inculpatis protegatur, humilimè rogamus, ut hoc in paſſu Pharmacopœis Francofurtenſibus, utpote qui in Tit. 3. ſæpius allegatorum ſtatut. Medic. Francofurtenſium, ubi nihil de Teſtimoniis ſimilibus legitur, ab iis immunes ſunt, licet Tit. 4. pag. 15. §. 3. idem, Pharmacopœorum gratiâ Materialiſtis injungatur, æquiparemur, neque oneribus minus neceſſariis & ſæpè nunquam practicabilibus ejusmodi teſtimoniis ſcriptis obligemur; ſiquidem in bonitate mercis, non verò teſtimonii cardo rei vertitur. Merces enim probæ notæ teſtimonium intus gerit, nec externô indiget: Sin rejicula eſt, ſplendidiſſima quoque teſtimonia illam genuinam & efficacem reddere nequeunt, adeoque teſtimonia illa tunc fruſtranea & nulla ſunt. Prætereà Eruditi & Periti in Arte Dnn. Medici hoc non deſiderabunt, utpote qui, juxta ſummam, quâ gaudent, experientiam rem aliquam, ſive ſimplex, ſive compoſita ſit, ſi ejus ingredientia, juxta deſcriptionem examinaverint, ex colore, formâ & conſiſtentiâ, odore & ſapore longè melius diſtinguere, ac de bonitate ejus certiores ſe reddere valent, quàm ex literâ mortuâ.

Porrò ſtatim in limine §. 7. ſeqq. verba leguntur: *Die* Compoſita Medicamenta „ *ſollen nach Rath der* Medicorum *mit Fleiß* „ præpariret *werden*, *alſo daß die* Ingredien „ tia, *wenn ſie* diſpenſiret *ſind*, *wo möglich* „ *dem oder denen darzu verordneten Herren* „ Medicis *fürgeleget werden.* Quoniam verò nullo diſcrimine habitô compoſitorum mentio fit, & per illa quæcunque, tam externa, quàm interna, vulgaria & pretioſa, majora minoraque, humida & ſicca medicamenta compoſita intelliguntur: eâ ſanè ratione ne ullius quidem compoſiti præparatio nobis ipſis conceſſa eſſet, niſi prius ingredientia diſpenſata Dnn. Medicis obtulerimus, quod his æquè ac Nobis ipſis valdè moleſtum & operoſum eſſet. Quid quod per univerſum Imperium Romanum in nullo Pharmacopoliô mos hic obtineat, ſed in hoc vel illo locô tantum ingredientia certorum, præcipuorum & pretioſiorum compoſitorum Dominis Medicis præſententur, ut ſæpius laudata conſtitutio Medicinalis Francofurtenſis, pag. 12. Tit. 3. §. 13. ejus mentionem facit, verbis: *Es ſollen aber keine Artzneyen* ad uſum „ præpar*iret werden*, *es ſeye denn zuvor* „ *zum wenigſten einem aus den beſtellten* „ Medicis *angezeiget*, *und die Stück*, *die darinnen kommen*, *aufgeleget worden* &c.

(U) 2 ubi

ubi tantum præcipuorum (*der vornehmen*) medicamentorum ſimul mentionem fecerunt, per quæ dubio procul majora & prolixiora compoſita, v. g. Theriaca, Mithridatium, Antidotum Matthioli & ſimilia intelliguntur. Ne autem hac in parte conſcientia noſtra graveturt, & ut ſciamus, quorum compoſitorum intuitu, ſi in ſe bona & ſincerè præparata fuerint, poſthac, ſive ſub venditione & locatione alicujus officinæ Pharmaceuticæ, ab adverſis quibusdam Perſonis, aut Dnn. Medicis nulla lis moveatur, ſed tunc omnia ſuò in vigore & pretio relinquantur; hinc humilimè rogamus, ut ſi fidei noſtræ & juramento fides haberi non debeat (ad quam tamen & veri Pharmacopœi ſinceritatem, conſcientiam & diligentiam omnia redundant) ſenſus hujus §. elucidetur & compoſita illa, quorum ingredientia Dnn. Medicis monſtranda ſunt, ſpecificè determinentur.

Sextò, quùm in §. 8. *Die* Taxation &c. It. in §. 9. *Und ſollen bey* &c. Taxa Francofurtenſis à Nobis obſervanda eſſe dicitur, ita, ut absque præſcitu & approbatione Regiminis Principalis, aut Præfectorum nulla illic immutatio à Nobis fieri debeat: non poſſumus non humilimè monere, quòd Pharmacopœi Francofurtenſes in quampluri-mis, hic longè majorem utilitatem ſibi promittere, adeoque Taxæ ſuæ facilius inhærere poſſint, quàm Nos hic locorum, ſiquidem (1) materialia confertim & minori ſæpe, quàm venditor illa obtinuit, pretio, cumprimis ſi pecuniâ indiget, absque ullis impenſis in domum illorum deportantur: cùm è contra nos ad minimum annuatim bis, non ſine ſummâ moleſtiâ magnisque ſumtibus, Francofurtum ad nundinas proficiſci teneamur, intereà verò negotia noſtra unâ vice ſimul coëmere, multum in diverſoriis conſumere, non minus ad merces huc vehendas erogare & tempore nundinas intercedente commercio literarum plurimum impendere teneamur. (2) Non opus, ſi non ſponte ſua velint, habent ut multis materialibus ſibi proſpiciant, dum eadem penes Materialiſtas illic viventes præ foribus habent, omnique momento pro uſu impetrare, adeoque magnam numerorum partem aliis uſibus deſtinare poſſunt: cùm è contra eadem in ſemeſtrale ſpatium de nundinis ad nundinas nobis comparare nummosque tempore intercedente collectos unâ vice exſolvere teneamur. Similiter (3) vegetabilia indigena, radices, herbæ, flores, ſemina & ſimilia ab herbariis eò copiosè venientibus viliſſimo pretio illis offeruntur: cùm è contra omnia hæc ſummis impenſis conquirerer, & haud pauca penes illos coëmere obligemur. (4) Vina & ſpir. vin. Rhenanum, quorum haud exigua quantitas ad aquas ſimplices c. vino, compoſitas, ſpiritus, extracta, tincturas, eſſentias, elixiria & ſimilia abſumitur, ſine magnis ſumtibus c[...] tinent: è contra de ſp. vin. non tantùm Franc[...] furti onera conſueta, ſed & in viâ regia vecti[...] ſolvere tenemur, præter quæ ab eò, quò Be[...] hard. Mauſius hoc in loco Inſpector potul[...] torum fuit, onera civilia de illis quoque d[...] derantur, à quibus nos æquè ac Anteceſſo[...] noſtri nunquam non immunes fuimus, & qu[...] niam ſpiritus vini ingrediens quoddam ad Ph[...] macopolia ſpectans habetur, nihil de eò p[...] ſtare juſſi fuimus. (5) Per unicam ſeptiman[...] plura vendunt & lucrantur, quàm nos [...] unum aut 2. menſes lucrari poſſumus: u[...] ſummam numerorum ſuorum quater vel oc[...] rurſus in alios uſus impendere & repetere [...] ſunt, antequam id ſemel nobis poſſibile [...] qui libris & indicibus maximam illorum [...] tem inſerimus. Ex hiſce jam clarè eluceſc[...] quòd Pharmacopœi Francofurtenſes m[...] rialia & reliqua ingredientia francò & 20. [...] cento, adeoque quinquies viliori pretio, qu[...] alibi viventes Pharmacopœi in officinam ſu[...] recipiant, adeoque magnam præ nobis ho[...] puncto prærogativam habeant: cujus intu[...] difficile nobis videtur illorum taxæ inhær[...] quùm majorem quam illi, taxationem me[...] mur. Interim ſub ſpe immunitatis domic[...] noſtris, officinis & perſonis conferendæ [...] quammaximè etiam vinum, fæces vini & a[...] vitæ ab oneribus civilibus liberata nobis, [...] antea indulgeantur, leviori lucro cont[...] erimus, & in pauperum gratiam taxæ Fra[...] furtenſium inhærebimus, in quantum [...] compoſita & factitia concernit, non at[...] dendo, quod ſimplicia ingredientia mo[...] liori, mox cariori veneant pretio. In [...] terialium verò, quorum pretium mox a[...] tur, mox minuitur, Pharmacopœo incum[...] ut Chriſtianam immutationem vi juram[...] ſui inſtituat. Quodſi autem absque præ[...] & approbatione Regiminis Principalis, [...] Præfectorum cujusvis loci nequicquam im[...] tare, ſed ubi materialia nonnulla major[...] minori pretio veneunt, illud Regimini [...] cipali ſive oretenus, ſive ſcriptis indicare[...] beamus, ſummè ſanè operoſum nobis f[...] licet intermiſſio tunc conſcientiam noſtra[...] deret. Quando enim pretium mercis a[...] jus augetur, prudens mercator eandem n[...] copiâ, ſed pro rei exigentia coëmere [...] quodſi jam minorem ejusmodi quantit[...] ejusque pretium Regimini Principali, [...] jamdum aliis gravioribus negotiis imme[...] eſt, adeò, ut ſæpe maximi momenti ne[...] vix confici & abſolvi poſſint, indicare de[...] mus, merces illa, priusquam ejus intuitu [...] reſponſum daretur, in pretio rurſus imm[...] poſſet, dum merces exoticæ æque ac indi[...] nobis frumenta, vina & ſimilia non diu eo[...] pretio veneunt, ſed indies ſæpe aut ſingulis [...] manis immutatio quædam illic occurrit; [...] & in dubio verſaremur, an & qui merce[...]

V[...]

di debeat, antequam conſtitutio quædam s intuitu nobis communicaretur. Porrò us neceſſarium videtur, ut Magiſtratui hiſ- negotium faceſſamus, cum ſponte noſtrâ e minori, quam Dicaſterium concedit, tio merces divendamus, quia unus Phar- copœorum alium, ut plures emtores ha- t, pretio urget. E contra ſi hæc vel illa erialia in extremô gradu viliori pretio untur, & hic vel ille Pharmacopœus in il- ut aliquid lucretur, ſummam quandam nti impendat, huic tamen (ut alii Mer- res obſtringi non poſſunt, ut merces ſuas, ſint frumenta, vina, ſive alia, eô quo rant, pretio divendant, ſed illis lucrum d, quod tempus, ſecundum directionem , dedit, concedendum eſt, quô unus- que, ſive majoris ſive minoris conditio- frui ſolet) vix aliud, quàm eô tempore, ns pretium, quam ingens etiam fuerit, cribi poterit, quùm lucri ſpes mercaturas

Quoniam igitur indicatio majoris vel oris pretii non tantùm Regimini Principali od ob tot ſpecies ſimplicium Pharmaceu- um totque immutationes pretii toties in- modare non audemus) ſatis moleſta, s autem operoſa eſt: Nosque ob defe- diffuſi commercii literarii incrementum crementum pretii in mercibus non ſem- xperiri poſſumus, interim res hæc con- tiam ferit, quæ alibi in imperio, ut rancofurti habitantibus Pharmacopœis orum Taxæ inſiſtere jubemur) hâc in parte relinquitur; hinc humilimè rogamus, c in paſſu, incrementum & decremen- retii in mercibus concernente, nobis cle- iſſimè parcatur, ſiquidem plura medica- a, omnia ſc. factitia & compoſita, quo- ue veniant nomine, ratione pretii juxta m Francofurtenſium immutata manere nt, ſimplicia verò, quæ non tam in for- , quàm diſpenſatione quotidiana magis huntur, nunquam non tolerabili & quo- empore conſueto pretio, vi juramenti , vendituri ſumus. Quodſi verò Dnn. iliariis Regiminis, aut Dnn. Præfectis erit per commercium literarum in pre- mercium inquirere, nobisque juxta du- allegatæ Taxæ Francofurtenſis Tit. 3. p. §. 24. *Damit ſich aber niemand des* „ *rſetzens oder übernehmens zu bekla-* „ *habe: Als iſt den Apotheckern ein bil-* „ *r* Tax, *deme ſie ſich gemäß verhalten* „ *en, verordnet, welchen wir auch hie-* „ *in Druck geben, doch mit dem Vorbe-* „ *t, dafern in den Waaren ein ſonder-* „ *er Auff- und Abſchlag erfolgen ſolte,* „ *innen jederzeit ein Aenderung fürzu-* „ *men* &c. ſub pretii immutatione, quod m eſt, ſtatuere, illud, tùm majus fortè n illic, ac ipſimet deſideraremus, (dum acopœus Pharmacopœum æquiori pretio urgere ſolet) nos manere poſſet, ſubmiſsâ gratiarum actione proſequemur.

VII. in §. X. *Damit aber die Apothecker* &c. Mercatoribus quidem & Inſtitoribus ſub pœnâ 10. florenorum & confiſcationis mercium venditio quorundam remediorum illic denominatorum interdicitur, quibus tunc temporis Pharmacopœis fortè detrimentum aliquod illatum fuit; quoniam verò nobis hoc tempore per eos, qui ſub Dominio Nobilium in principatu hoc vivunt, Mercatores & Negotiatores non minus ac exteros circumforaneos & inſtitores (quæ Principi noſtro Clementiſſimo aut civitati huic ne obolum quidem contribuunt) longè majus detrimentum fieri ſolet, dum quivis ea, unde quid lucrari poteſt, venum exponit & oſtiatim circumfert: ea verò, quæ corruptioni obnoxia ſunt, ſolis Pharmacopœis relinquit, quô ipſo ſuſtentationi noſtræ non exiguum damnum infertur; hinc ſubjectiſſimè rogamus, ut malo huic obex ponatur & authoritate clementiſſimâ Principali denominatis illic membris inſequentia adhuc, ſcil. Thée crudum & jam toſtum, Coffi, Chocolata, v. Reginæ Ungariæ, varia Elixiria, Eſſentiæ, Tincturæ, Balſamum ſulph. pulvis Cyprius, oleum Jaſmini, pulv. fumales, candelæ fumales, thus, maſtix, ſuccinum, radix ireos Florentinæ, coriandrum, aniſum, ſpecies pro atramento, mala citria, aqua vitæ, vel (excepto tantùm ſpiritu vini Rhenano, ſpiritu frumenti & juniperi, utpote qui tres ſpirit. in naturâ & in ſe conſiderati, non verò alii Deſtillatoribus & inſtitoribus aquæ vitæ jam locati ſunt) alii ſpiritus compoſiti, variæ ſpecies ſacchari communis, candi, confectorum omniumque ſaccharatorum & ſimilia ad Pharmacopolia unicè ſpectantia, addantur, horumque venditio omnibus ſub Nobilibus viventibus ſubditis æquè ac exteris Circumforaneis & Inſtitoribus, ſub pœnâ in §. hâc expreſſa, prohibeatur, quò intuitu illorum res corruptioni obnoxias eò facilius reparare & in boni publici uſum redintegrare poſſimus.

VIII. In §. II. *Es ſollen auch keine* Theriacs-*Krämer* &c. repetimus priora, dum quàm maximè hôc tempore varii, tam indigeni, quàm exteri canaliculi hinc inde oberrant, qui varias mixturas, theriacam & olea tincta pro balſamis divendunt nobisque damnum indicibile inferunt. Quin & præterea huic paragrapho inſeri poſſet, ut Theriacarii, Circumforanei & Thraſones, qui in terris hiſce medicamenta ſua venum exponunt, illa non tantùm Dominis Medicis prius, ſed & Pharmacopœis inſimul (prout in Conſtitutione Medicinali Principali Tit. 3. §. 6. de Inſtitoribus Theriacæ clementiſſimè cautum eſt) oſtendant, ut per Pharmacopœos fraus in medicamentis ſæpè dolosè admodum commiſſa detegi & in apricum ſiſti poſſit.

Nonò in §. 12. dicitur: *Es ſollen hier-* „ *mit*

„ *mit die Apothecker auch verwarnet ſeyn, keine Artzeneyen, ſo purgiren, die Menſtrua oder Geblüth treiben &c. und was auſſer ſeinem Gebrauch ſchädlich iſt, bey höchſter Straffe, ohne Vorwiſſen des Medici jemanden folgen zu laſſen.* Quoniam verò in communi & ſimpliciter eorum medicamentorum, quæ purgant, menſtrua & ſanguinem movent, absque ulla ſive pharmaci, ſive perſonæ exceptione, venditio nobis interdicitur, nihilô tamen minus ſæpè accidit, ut partim in diſpenſatione quotidiana, partim in præparatione formularum, è libris aut ab aliis ſcriptarum, ſimilia medicamenta, quæ ſine periculô purgant, aut ſine ſimili periculo urinam & menſtrua pellunt, ab ejusmodi perſonis, quæ nemini illis nocent, multò minus partum illis abigunt, ſed neceſſitate ita urgente illis uti volunt, deſiderentur: Nos autem obligati eſſe debeamus, ut ſenſui literali ſtrictè inhæreremus, ſine ullo diſcrimine ſanè, cùm voce medicamentorum tam ſimplicia, quàm compoſita intelligi poſſint, ne quidem mannam, folia ſennæ, jalappam, agaricum, oculos cancri, ſuccinum, oleum ſuccini, oleum rorismarini, cinnamomum, crocum & ſimilia: nulla quoque purgantia, nec menſtrua, aut urinam pellentia ſimplicia & compoſita, licet in ſe & ſuâ naturâ prorſus innocua ſint & ab honeſtis Perſonis pro dextro uſu deſiderentur, non obſtante, quod membra ſupradicta ad diſpenſationem quotidianam pertineant, omnibus denegare deberemus: Nos verò ipſimet, ſi fortè quis plura, quam expedit, deſideret, ultra doſin conſuetam non offerimus: Similiaque ſimplicia & à nobis emuntur, quæ licet menſtrua quodammodò promovere valeant, ad alios tamen uſus quoque requiruntur, ut v. g. ad ventriculum confortandum communiſſimè absque conſilio Medici Cubebis, Zedoariâ, Zingibere, Galanga, Elixirio Proprietatis, caryophyllis: Pro condiendis cibis pipere, zingibere, cinnamomo, croco aliisque aromatibus, ut & petroſelino ejusque radicibus: Pro anſeribus inferciendis artemiſia: Pro pediluviis Meliſſa, Matricariâ, Pulegiô, Sabinâ, foliis & baccis lauri, baccis juniperi: Pro ſuffimentis ſuccino: Pro metallis ferruminandis Borrace vulgò uti ſolent, quæ aut pro uſibus allegatis, aut à piis Matronis, tanquam euporiſta ad menſes emanentes, vel non ſufficienter fluentes deſiderantur: Adhæc, licet nonnemo ſimplicibus illis partui nocere velit, id (1) præter intentionem noſtram, utpote qui ad uſum culinarem aut alium conceſſum illa diſpenſamus, & (2) fruſtra fiunt, ſiquidem dicta ſimplicia neutiquam vim aliquam ſpecificam ad partum abigendum habent, cumprimis ſi ſola in uſum adhibeantur: è contra longè periculoſius eſt, ſi mulieres minus conſcientioſæ Dominis Medicis imponunt, eosque, ut formulam quandam menſes cientem præſcribant, rogitant, quùm in hiſce plura medicamenta ſcopum hunc pro pius attingentia jungantur, quæ, cùm in e fectu concurrant, finem deſideratum facili procurant, quàm ſi inhoneſtæ ejusmodi mu lieres ſimplicibus in vanum utuntur, done fœtus grandior evadens & ſeipſum prodat amplius abigi nequeat: Omnium verò pe culoſiſſimum eſt, ſi mulieres illi ad Balneato res, Carnifices & Mulo-Medicos depro rant, eorumque draſtica remedia in uſum a hibent: Ulterius etiam alii Pharmacopœi Imperio tam anguſtis terminis non includu tur, nec conſcientia illorum ita gravatur, illi, in ſpecie autem Pharmacopœi Franc furtenſes, in ſæpius allegata Conſtit. M Francofurt. (quæ non tam ad gravation minus neceſſariam Pharmacopœorum, qu conſervationem Pharmacopoliorum un concepta eſt) Tit. 3. pag. 17. §. 19. verb *Diejenige Sachen, ſo auſſerhalb ihre rechten Gebrauchs wahre Gifft ſind, auc gar ſtarck purgiren, und die menſtru oder Geburt befördern, ſollen die Apothe cker und Materialiſten bey hoher Straf keinem Dienſt-Geſind, noch verdächti gen oder frembden und unbekandten Pe ſonen herausgeben, ſondern dieſelbe Pe ſonen an der geſchwornen Medicorum ei nen weiſen, der ſie des Gebrauchs halbe nothdürfftig befragen und geſtalt ihre gethanen Berichts alsdann einen beſo dern Zettul in die Apothec umb Abfo gung mittheilen ſoll. Da aber bekante Pe ſonen die Gifft, welche ſie zu ihren Han thierungen und Handwercken pflegen z gebrauchen, nicht durch das Geſind, ſo dern ſelbſt abholen wolten, mag man ihnen wohl folgen laſſen*: habito quoda diſcrimine mercium ac Perſonarum, qua petunt, circumſcripti ſunt; hinc humi rogamus, ut in novâ Conſtitutione Medic hæc ita exprimantur, ne juſtô anguſtius i damur, neque conſcientia noſtra præter n ſitatem oneretur, cùm quivis Pharmacop vi juramenti præſtiti, ſponte ſuâ in o ſollicitus eſſe & rebus ejusmodi cautè me teneatur, §. hæc, purgantia & emmena concernens, citra præſcriptionem indecen juxta allegatam §. 19. Conſtitutionis Me nalis Francofurtenſis immutetur.

Poſtquam igitur usquedum non ta ea, quæ juxta ductum Conſtit. Medicin. cipalis in Tit. 1. & 2. in conſcientiam no impingere videntur, indicavimus, ſed & ſas, quarum intuitu Taxæ Francofurtenſi inhærere queamus, allegavimus, ſimi contemtum & gravatum Pharmacopœ ſtatum, indeque ſubſecuturam officin Pharmaceuticarum perditionem, ex ſti intimô conſcientiæ, non tam noſtrarum ſonarum ergò, (utpote qui per exiguum

is ſpatium fortè in vivis permanebimus, leſtiisque, contemtui & oneribus variis ndis plusquam adſuefacti ſumus) quàm in tiam Poſterorum & artis agonizantis hu imè remonſtravimus: ex intimis cordis pe ralibus vovemus, ut DEUS T. O. M. Se iſſimam ſuam Celſitudinem eò flectere & gere velit, ut negotium hoc, bonum pu um ſpectans, ſibi curæ cordique eſſe ſinat, nusque inter Magnates hodie viventes ſit, in Ditionibus ſuis Artem Pharmaceuticam, omnibus homini ejusque utilitati utiliſſi n, per immunitates, privilegia & beneficia ularia in eminentiorem & honorabiliorem um promoveat, quò & alii Magnates an nanciſcantur rem hanc maturius penſitandi, de Pharmacopoliorum conſervatione per lia privilegia, exemplô Principalis Sere tis ſuæ ducti, cogitandi, ditiorumque li , qui Pædagogium ſuperârunt & Latinæ lin gnari ſunt, artem hanc poſthâc quoque lexentur. Adeoque omnium antea alle orum intuitu humilimè rogamus, ut in no ac conſtitutione (1) Ars Pharmaceutica onoratiori ac celebriori loco, ac hactenus um, conſtituatur. (2) Ut juxta cum Li ate Perſonali in priori Conſtitut. Med. no ratioſiſſimè conceſſa, cujuslibet Pharma æi domicilium & officina ſimul ab omni oneribus civilibus eximantur. (3) Ingre tia ad Pharmacopolium ſpectantia, cum is ſpiritus vini & frumenti, ſimiliter ab ibus liberentur. (4) peculiari lege ſancia ut niſi pharmaca, quæ aliis credere tene , intra ſemeſtre ſolvantur, poſt effluxum s temporis de iis nobis legitimum intereſſe . pro cento tribuatur: Tandem (5) cum n. Doctoribus jamdum Magiſtratum, cui præter ordinarium ſubjecti non ſunt, ha us, à quovis inferiori non ſtatim ad judi vocemur, ſed immediatè ſub Regiminis cipalis hujus loci jurisdictione nobis vive coram eo unicè comparere liceat. Quæ membra ut ad conſervationem Pharma oliorum multum contribuere valent, ita nentiſſimam Sereniſſimi Principis Reſolu em ea deſuper humilimè expectamus.

Tit. III.
DE
CHIRURGIS.

Qoniam hoc tempore eò deventum eſt, ut tantùm Pharmacopœi, ſed & Balnea s operationibus ſuis manualibus neuti n contenti ſint, ſed cum illis quicunque cui volupe eſt, Praxin Medicam exercere alàm medicamenta divendere ſatagant, & tantùm in pagis, ſed & urbibus viven hominibus pharmaca purgantia, diapho a, emmenagoga aliaque, ſponte ſua, ſine ia Dnn. Medicorum præſcriptione fere in indies propinent ipſique diſpenſent, quo ipſo, ceu Artis Medicæ prorſus ignari, ægros, uti conſtat, in ſummum vitæ periculum præcipitant, nobisque Pharmacopœis inſigne detrimentum adferunt, & niſi peſſimo huic malo occurratur, aut Medicaſtris hiſce Praxis Medica interna ſeveriſſimè inhibeatur, certa ruina impendet; hinc ſumma neceſſitate coacti rogamus humilimè, ut omnes & ſinguli Chirurgi & Balneatores, aliique in Praxin Medicam involantes, ſive jam in Civitatibus, ſive in pagis, aut in Nobilium prædiis, vel & ſub præſidio militari (à quibus ferè maximum Nobis damnum infertur) vivant, aut peregrè adveniant, ſub pœna Tit. hoc 3. expreſsâ & non tantum nudâ litera in conſtitutione Medicinali, ſed reali executione eò adigantur, ut non alia, quàm in §. verbis: *Es ſoll aber der* Examinandus &c. illis permiſſa medicamenta diſpenſent & propinent.

Tit. IV.
DE
OBSTETRICIBUS.

Obſtetrices monendæ eſſent, ne medicamenta interna, ſive pro fœtu & infantibus more illis ſolito, ſed nocivô admodum, ſive præpararent, ſive ordinarent, niſi res ſint minoris momenti, in quibus nullus error periculoſus committi poſſet: Ut ſimul iis, qui pharmaca quædam deſiderant, libertatem relinquerent, eadem in officina quacunque voluerint, coëmendi.

Hæc ſunt, quæ juxta ſcientiam & conſcientiam noſtram pro humilima noſtra devotione conteſtanda, ſub novæ hujus conſtitutionis Medicinalis adornatione ſubjectiſſimè monere, remonſtrare & rogare voluimus ac debuimus, clementiſſimam reſolutionem expectantes;

Sereniſſimæ Suæ Celſitudinis

Giſſæ d. 15. Jun. 1700.

Humilimi Servi

N. N.
N. N.
N. N.

Reſponſum Facultatis Medicæ Giſſenæ deſuper Nullitate Querelarum, à Pharmacopœis formatarum, Praxique Medicâ illis omnino denegandâ.

Sereniſſime Princeps,

Domine Clementiſſime!

QUòd Sereniſſima Veſtra Celſitudo in Reſcripto Gratioſiſſimô Principali, die 3. Maji

3. Maij Darmſtadii ad Nos perſcripto, Gravamina Pharmacopœorum, ſub renovatione Conſtitutionis Medicinalis Principalis in medium allata, Nobiſcum communicare acquieverit, humilimâ gratiarum actione veneramur; & quoniam Sereniſſima Veſtra Celſitudo ſimul gratioſiſſimè mandavit, ut diligenter illa perlegeremus ac ſimul humilimè referremus, an & quid circa illa monenda eſſe cenſeamus? hinc omnia & ſingula puncta maturè ponderavimus, & quæ è re fore viſa ſunt, humilimè aperire voluimus.

Quòd ergò primùm Præliminaria Pharmacopœorum Giſſenſium in genere concernit, in quibus ſumptus & impenſas, quas in officinas ſuas elocare tenentur, unà cum diligentiâ, laboribus & meritis ad cœlum usque extollere nôrunt, quaſi nempe omnia boni publici ergò fierent, eamque ob cauſam plura privilegia, immunitates & beneficia, præter ea, queîs præ aliis ſubditis jam fruuntur, ſibi promittunt: optandum quidem eſſet, ut non in alium, quam finem illum, ſcopus illorum tenderet; aſt quotidiana potius experientia longè aliud nos docere ſolet, dum quidam præ aliis, ipſis etiam Medicis, emergere, cuticulam curare, aut opes & divitias corradere, non ſine neglectu rerum Pharmaceuticarum πολυπραγμοσύνην exercere, ſe invicem odiô & invidiâ proſequi conſuevêre: quibus ipſis non poſſunt non ſeveram DEI animadverſionem maledictionemque ſibi contrahere, quæ vera perditionis illorum cauſa eſt, cujus intuitu vix aliud, præter nomina contracta pyxidesque inanes, ut ipſi fatentur, hæredibus relinquunt. Quod enim reliqua ab illis in Præliminaribus fusè adducta concernit, illorum ipſi authores ſunt, dum tot ſimplicia in officinis corrumpuntur, quoniam citra neceſſitatem lucri ergò nimiam illorum quantitatem unâ vice coëmunt, quæ omni tempore in mediocri quantitate recentia Francofurto (non longè abhinc diſtante) obtinere poſſent; quamvis non protinus rejiciant ea, quæ corrupta ſunt, ſed vel aliis recentibus, ut murium excrementa piperi, commiſcere, aut alia præparata, olea, extracta & ſimilia inde parare ſoleant, niſi in publicis officinarum viſitationibus à Medicis ex officiô ſequeſtrentur. Quodſi è contra bonis & probæ notæ medicamentis ſibi & publico proſpiciant, tolerabili pretio divendant & opera vocationis ſuæ probè perficiant, DEI benedictionem lucrando, non facilè ad incitas redigi, ſed potius in ditiſſimos evadere poſſunt, ita ut & medici quidam celeberrimi illorum filias matrimonio ſibi jungere non dubitaverint. Interim III. hîc officinas Pharmaceuticas non benè ſubſiſtere poſſe, non diffitemur, & olim quoque retulimus. Quæ tandem in fine ſuorum Præliminarium monent & optant Pharmacopœi, ut ſcilicet in novâ hâc conſtitutione Medicinali caveatur, quò Medici æquè ac Pharmacopœi, Chirurgi aliique ſi ſtatutis hiſce comprehenſi ſuis in terminis co ceantur, nec falcem in alterius meſſem imm tant: illud à veſtra Illuſtriſſimâ Celſitudi ſimiliter humilimè contendimus, & ut ad ipſi ſub pœnâ inſigniori prohibeatur devotiſſi rogamus.

De cæterô

Tit. I.

DE MEDICIS.

Pharmacopœi noſtri prorſus intaminatum linquere, & Tit. II. qui ipſos propius ſpec inhærere potuiſſent, maximè, quùm omni lîc ita ſe habeant, ut non facilè quicquan lîc immutari mereatur, ita quidem, ut pu illa, quorum correctionem deſiderant, rationi nec æquitati contrarientur. Qua enim Tituli 1. §. 1. p. 2. de praxi Medic lis, ut par erat, abſolutè interdicta, tan ad Pharmacopœos, qui ad incitas redacti applicare ſatagunt, turpiſſima verborur ſtat. Pharmaceuticis Fraucofurtenſibus cor torum eſt detorſio, quæ non minus omr Pharmacopœis Praxin Medicam interd eosque, qui contra conſcientiam in ean involant, pro Pharmacopœis ad incitas ctis habent: Et quoniam noſtris tempo heîc Giſſæ Pharmacopœi nonnulli palan urinam inſpiciunt, & medicinam facere an ſicque non tantùm miſeros Illuſtriſſimæ v ſubditos prorſus enecare ſolent; hinc ab præjudicio neceſſarium eſſe ducimus, u terdictum hoc non tantùm in terminis it mutatum relinquatur, ſed ſimul mulcta vior transgreſſoribus illîc dictetur; Que modum & quæ in verbis: *Wie dann mehrerer Verwahrung unſerer Apot cken von dergleichen Empiricis ein Recepten anzunehmen hiermit ernſtl verbotten ſeyn ſoll &c.* animadvertunt, tantùm ad fallaces & ad morbum minus venientes formulas reſtringi volunt, ſa tioni adverſantur, cùm de morbo atque re in curando eô commiſſo judicare ult ptum illorum poſitum ſit, illique fallaciam dorari nequeant. Neque relevat, quod pro ſatione excuſationum in peccatis addunt, nes ſc. recepta illa, ab Empiricis corraſ ferendo ſi repulſam in officinis hujus loc runt, ad alia Pharmacopolia in viciniâ ros eſſe, quod absque læſione conſcien præſentaneô damno ſufferre non poſſin cet enim alii Pharmacopœi hoc in paſſ tra conſcientiam ſuam quid committ non tamen hujus intuitu & ipſis hoc impt ceret. Nec facile hoc contingeret, ſi officin recentibus & optimæ notæ ſimplicib

p

ant, in taxatione benigni & æqui ſint, mniaque ſecundum præſcriptionem Medicorum & Diſpenſatoriorum præparaverint, quo o quodam qſ. magnetiſmo animos ægrotorum ita ſibi conciliare poterunt, ut noxiis illis ſæpe ridiculis Empiricorum formulis non igeant, ſed absque illis honeſtiſſimè victi- poſſint. Non videmus etiam, quô jure Medicos tam arctè conſtringere poſſint, verba *Tit. I. §. 2. pag. 3. lin. 9. & ſeqq. Sie werde gleich vom Medico ſelbſt darge-eben, oder in der Apotheck gehalten* rſus omiſſa velint, quùm tamen nolentes entes fateantur, ſe hoc tempore nihil fini- de Medicis hujus loci reſciviſſe. Diſpen-o ſanè medicamentorum omninò & à pri- Artis Medicæ exortu, in hunc usque m Medicis de jure vindicata eſt, qui ex me-iberalitate eandem Pharmacopœis noſtra-s tantisper indulſerunt. Quemadmodum per univerſam Saxoniam eadem Medicis iè ac Pharmacopœis conceditur, utpote d bono publico ſummè proficuum eſt, ut eberrimus Medicus Ducalis Saxonicus, *niel Ludovici* (νῦν ἐν ἁγίοις) *in peculiari us tituli ſcriptó* docuit. Quin & ipſi Phar-copœi multum emolumenti ex diſpenſatio- privatâ Medicorum ſibi promittere poſ-, utpote qui hiſce ſimplicia ſuppeditare & endere ſolent; Et quoniam aliquoties heîc beratum fuit, annon medicamenta illa, in Collegiis Chymicis poſthâc habendis oranda ſunt, eâdem, ut Lutetiæ Pariſio- in introitu Horti Regii in Suburbio S. Ger-i fieri ſolet, ratione ad Pharmacopolium uod pauperibus dicatum adhiberi poſſint? verò in caſu, ſi mutatio quædam in verbis radictis inſtitueretur, Medici libertate ſua derent, & noſtrates Pharmacopœi varias cultates moturi eſſent; hinc humilimè ro-us, ut & hæc verba (quæ olim non fru- inſerta fuerunt) prorſus immutata relin-ntur.

Nullam etiam (3) cauſam habent Phar-copœi hujus loci, ut de novis compoſitio-s querulentur, quarum hîc locorum pau-vel omninò nullas habemus. Quodſi verò ſterum quis ſingulare quoddam ſpecificum nerit, non exiſtimaverimus illud, quod to terrarum Orbe Medicis licet, in Haſſia ra interdictum eſſe.

V. Punctum ſuo ſtat talo, quamvis adeò ſſarium non ſit, ut Ordinationi Principali atur, cùm quivis Medicus ſub Promo- Doctorali juramento ſe obligare tenea- quòd colludendo avaritiam Pharmaco-rum alere nolit. Quodſi verò Medicus nſcientia ſua convictus ſit, & inſpectio ocu- etiam ſub viſitatione Officinarum docuit, ipſe tandem effectus medicamentorum gris reapſe confirmat, unum Pharmaco-rum præ alio meliores & recentiores merces poſſidere, compoſita quoque ſincerè, juxta diſpenſatoria & recepta medicamentorum, nil addendo vel demendo, præparare & diſpenſare: officinam & ſimplicia è nundinis recens advecta viſitationi libenter ſubjicere: Pretioſiora & majoris momenti compoſita nonniſi præſente Medico conficere, neque contra proteſtando lucem fugere: eô in caſu ſanè Medicus in conſcientiâ tenetur, ut rogatus in ſpecie, ægros ad optimam officinam Pharmaceuticam, absque ullo tamen alio reſpectu, ableget, eosque Pharmacopœo conſcientioſiori commendet. Interim hæc omnia Sereniſſimæ Veſtræ Celſitudinis diſpoſitioni clementiſſimæ relinquimus.

In

Tit. II.

DE PHARMACOPOEIS,

denuò in primô membrô inſontes Medicos caſtrare ſatagunt, dum illis verba: *Vor wel-* „ *ches* Examen *der* Examinandus, *gleich den* „ *Barbierern, jedem von dem* examine *biß* „ *in* 4. *Rthlr. zu geben ſchuldig ſeyn ſoll*, „ diſplicent, quoniam in Tit. 3. de Chirurgis Examinandus tantùm binos Imp. cuilibet Examinatori ſolvere tenetur: non conſiderantes, quòd Examen Pharmacopœorum prolixius longè & operoſius ſit, quàm examen Chirurgorum, rariusque contingat, ut Pharmacopœus à Medicis examinetur, quàm in Chirurgiâ fieri ſolet. Quid quod Medicus noctes atque dies viſitatione ægrorum moleſtiſſimâ conſumere & circumeundo Pharmacopœi quaſi Proxenetam agere, huic lucrum, ſibi autem moleſtiam & ingratos cuculos conciliare teneatur. Ne ergò amplius habeant, dequo conquerantur, verba illa: *Gleich den Barbierern* (quibus antehac non tam paritas pretii, quàm examinis expreſſa fuit) prorſus omitti poſſent.

Quod II. prolixa illorum gravamina, quoad §. 2. *Einen* Proviſorem &c. attinet, illa tanti ponderis eſſe non videmus, ut innovatio aliqua & immutatio inſtituatur, cùm vel ipſi Medici ſub acceptatione famuli, aut tyronis temporis & conditionis rationem habituri ſint: Receptorum autem præparatio, quæ à pueris contingit, periculoſa ſit, dum, ut aliquot abhinc annis nobis hîc locorum accidit, interdum noxia admodum & ferè prorſus venenata, v. g. Trochiſcos alhandal pro Trochiſcis alkekengi ſæpè arripiunt, ſicque Medicum in terrorem, ægrum verò in ſummum vitæ periculum præcipitant.

Ratione III. §. *Alle* Proviſores &c. antehâc Facultas Medica hujus loci literis quibusdam interceſſionalibus humilimè petiit, ut Famulis Pharmacopœorum juramentô hôc parceretur: quo in paſſu tamen gratioſam tunc

repulſam tulit. Quodſi verò nunc Sereniſſimæ Veſtræ Celſitudini heîc diſpenſare placuerit, cùm in Praxi effectus non ſequatur, pace noſtrâ illud fieri poterit.

IV. Membro in Tit I. jamdum ſatisfecimus.

Quæ verò V. in §. 7. intuitu Atteſtatorum, quæ ratione Exoticorum, cumprimis Compoſitorum, ab illis ipſis non miſtorum, producere tenentur, ſollicitant, bono publico minus proficuum erit, quùm impoſſibile ſit, è plurimis ingredientibus mixtum compoſitum, quale Theriaca, Mithridatium & ſimilia conſtituunt, tam facilè dijudicare, & ut exiſtimant, approbare, quoniam facilè pretioſa omitti poſſunt; quâ de causâ neceſſariò per atteſtatum Magiſtratûs, qui diſpenſationi interfuit, genuinæ compoſitionis veritas docenda erit. Unde hoc quoque membrum non ſecus, ac verba in principio §. 7. contenta: *Die* Compoſita Medicamenta *ſollen nach Rath* &c. quæ præter omnem rationem illis diſplicent, ſuo in vigore, prorſus immutata relinquenda eſſent.

Quoad §. 8. *Die* Taxation &c. prorſus quoque non eſt, de quo jure conquerantur, cùm Taxa Francofurtenſis, ſi quæ alia, in favorem Pharmacopœorum ſit concepta, alibique, ut Magdeburgi, Hallæ &c. omnia tolerabiliori pretio veneant. Summè quoque neceſſarium eſt, ut poſt ſingulas nundinas non tantùm decrementum pretii Medicis indicent, ſed &, ut mos aliis in locis obtinet, in officinis ſuis peculiari tabulæ affigant; alioquin Medici, ad deſiderium ægrorum formulas non facilè taxare ſeu æſtimare valebunt.

VII. ad §. 10. & 11. ſuô ſtat talo, eòque vergit intentio Conſtitutionis hujus Principalis, quò malo huic obviam eatur: dummodò pauca v. g. Mala citria, ▽. Reginæ Ungariæ, Pulv. de Cypro, ℴℴ. Jasmini & ſimilia ad Mercaturam & Materialia pertinentia excipiantur, quæ penes Italos & Gallos Inſtitores ſæpe viliori pretio non minus quàm meliora, ac in Pharmacopoliis, obtinentur.

Dum verò VIII. ad §. 12. *Es ſollen hiermit die Apothecker auch verwarnet ſeyn* &c. denuò per indirectum praxin Medicam ambiunt, & non ſine inſigni periculo purgantia & emmenagoga ad mercaturam ſuam & diſpenſationem quotidiam obtorto quaſi collo trahere ſatagunt, conſcientiæ ergò contra illa ſolenniſſimè rurſus proteſtamur. Facilimè ſanè homines ad Medicum quendam prius ablegare poterunt, qui ſchedulam illis, etiam ſine redhoſtimento, non denegabit.

Reliqua de novis quibusdam privilegiis impertiendis, in ſolidum redundant in Gratiam Sereniſſimæ veſtræ Celſitudinis, quam ut illis non invidemus, ita Nobis ipſis quoque eandem expeteremus, ut ab oneribus civilibus, contributione & ſimilibus, à quibus ferè omnibus aliis in locis Doctores & Profeſſores Academiæ immunes ſunt, (cùm ſolis ſalariis vi[...]tent, nec aliis mercaturis, Pharmacopœoru[m] inſtar, quid lucrari poſſint) liberaremur.

Quæ tandem ad

TIT. III.

De

CHIRURGIS ET BARBI[S] TONSORIBUS

à Pharmacopœis humilimè monentur, rea[...] ita ſe habent, licet Pharmacopœi hujus l[...] ex parte, nominetenus Pharmacopœus Sto[...]huſius indies, imò omni ferè momento, co[...] hoc ſtatutum peccent. Et ſanè dolendum [...] ſummoperè, tot ſubditos in Patria noſtra dil[...] ab infrunitis Chirurgis Caſtrenſibus, Bal[...]toribus, Carnificibus, Judæis & ſimilis fa[...] hominibus per medicamenta nocentiſſim[...] omninò venenata enecari, de quô ex inti[...] ſtimulo conſcientiæ coram Sereniſſimâ ve[...] Celſitudine ſeriò conquerimur, & ut malo [...] tandem obviam eatur, humilimè rogamu[s].

Quibus Sereniſſimam V. Celſit. una c[u]m Sereniſſimâ Conjuge totaque Domo Pri[nci]pali DEI T. O. M. benedictioni devotè c[om]mittentes æternum perſeveramus

Sereniſſimæ Veſtræ Celſitudinis

Servi Humilimi

Juſtus Frid. Dillenius, D.

Mich. Bernh. Valentini, D.

p. t. Decan.

CASUS XXV.

DE JURE ALCHEMIÆ.

Reſponſum Thomæ Arſoncini J. U. D. deſuper Quæſt. An Alchemia ſit licita.

AD propoſitam quæſtionem breviter [re]ſpondeo: Si communis Doctorum [opi]nio facit jus (ut inter omnes peritos con[ſtat]) ſequitur Alchemiam eſſe licitam. Verun[n eſt] autem antecedens, quia Oldr. Bald. Joh. A[nd]r. Pan. And. Iſern. Alber. de Roſat. Alb. B[ru]n. Guid. Pap. & alii complures, tam Civil[iſtæ], quàm Canoniſtæ illam comprobârunt. [Unus] ſolus contradicit Angelus in *ſumma* ſua [Ange]*lica*. Sed præterquam quod unius Doc[to]ris contra communem nulla eſt auctori[tas], ut omnes ſciunt, certè fuit magnus qui[dam] Canoniſta, Hieron. de Zavetin. qui i[n] c. I. *de accuſ.* omnibus & ſingulis ſuis [a]rgumentis exactiſſimè reſpondit. Hoc [e]ſt fundamentum adamantinum ex auctor[ita]te magnorum & clarorum Doctorum & J[uris]conſultorum: ut omittam auctoritatem [...]o- m[...]de

de Aquino, qui duobus aut tribus locis
hemiam apertiſſimè comprobavit. Pli-
s quoque *lib.* 34. *c.* 4. ſcribit Caji Imp.
poribus fuiſſe Alchemiſtas. Neque ad
pertinet, quod dicit, illorum artificium
fuiſſe quæſtuoſum. Primùm quia in
ſtione, an Alchemia ſit ars licita? non
ritur, an ſit lucroſa aut fructuoſa, ſed tan-
, an jure divinô vel humanô prohibeatur?
nde quia fieri poteſt, ut illi artifices, de
bus loquitur, non ſatis periti fuerint, cùm
peritiores eſſe potuerint, ut vulgò dici-
s, inter artifices latam eſſe differentiam, *l.*
er artif. ff. de ſolut. Mira ſunt prætereà,
e Suidas de Alchemia & artificioſa auri con-
ione narrat: quòd Ægyptii potuerunt ale-
bellum diuturnum, contra Tyrannum Dio-
ianum, freti arte ſua, id eſt, artificio.
Sed videamus alia quædam argumenta.
bit enim *Ariſtoteles lib. Metaphyſ.* 2.
4. quod ars Naturam in quibusdam imi-
r, & quòd multa naturalia confici & per-
arte poſſint: & colcothar & chalcantum
mpli cauſa nominat, dicens, quòd illa
atramenta non tantùm naſcantur in mi-
alibus, ſed confici etiam arte poſſint. Ter
n exemplum ponatur de ſale. Nam (ut
Plinius *lib.* 31.) Sal aut fit, aut gignitur.
Polonia eſt Sal minerale, in Galliâ eſt fa
um, & hujus tamen eadem eſt proprietas,
ura & efficacia, quæ illius. Quartum eſt
trum, quod Plinius *lib.* 33. *c.* 4. & multi
ſcribunt eſſe non tantùm naturale, ſed
m factitium. De quô factitio & artificiali
us loquuntur in *l.* 4. *ff. de legat. lib.* 1. 7.
oluntas. ff. de acq. rerum dom. §. *duo*
. Inſtit. de rerum diviſ. Quintum eſt
ntum vivum, quod prædictus Plinius 33.
. dicit eſſe aliud nativum, aliud factitium:
hoc ad alterius differentiam nominat
rargyrum. Guilielmus Philander in *com-*
tar. Vitruvii quatuor ejus genera enu-
at: duo nativa, & duo factitia: atque ibi-
oſtendit & chalybem & ſandaracham &
ginem & chalcanthum & cinabrium, alia
ralia gigni, alia hominum arte confici.
e cùm ita ſint, non abſurdè concludere
umus: Sicut ars in tam multis aliis natu-
imitari poteſt, non eſſe inconveniens di-
, illam in auri & argenti operatione na-
m imitari poſſe. Certè Cardanus *libro*
ubtil. 16. ſcribit, & multi dicunt ſibi hoc
cognitum, quod ex ferro poſſit fieri cu-
n, chalcanthô adhibitô: & Cardanus *eo-*
libro teſtatur Pharmacarium quendam
viſanum coram Illuſtriſſimo Principe Ve-
rum & ſapientibus Senatoribus argentum
m in aurum convertiſſe. Verum eſt,
d Julius Scaliger neget, ſe id credere, ſed
ur argumento infirmô, videlicet, quòd ſi
eti hoc vidiſſent, quia tantâ ſunt avaritiâ
ipſe ſcribit) ut etiam cum Turca, hoſte
Novell. Val.

Chriſtiani nominis, fœdus faciant, nunquam illum Pharmacarium dimiſiſſent, ſed tormentis eum coëgiſſent artem ſuam revelare, & fortè eum in gabalo ſuſpendiſſent. Sed veroſimile eſt Pharmacarium illum fide publicâ, fortaſſe etiam obſide, aut alia ſecuritate ſibi caviſſe & providiſſe. Nec certè de omnibus omnia ſuſpicari honeſtum eſt. Illud conſtat, innumeros & ſuperioribus ſeculis fuiſſe, & nunc graves eſſe Viros, qui eam Artem factitârunt & ſibi quæſtuoſam fuiſſe prædicârunt. In quibus fuerunt Albertus Magnus, Comes Treviſanus, Augurellus, Avicenna, Geber, Lullius, Bonus Ferrarienſis, Morienus ac Tolod. & præſertim Arnol. de Villanova, ſummus Medicus. Videmus etiam noſtris temporibus Joh. Fernelium in Arte Medicâ Principem exiſtimatum in ſuo *libro de abd. rerum cauſis* eandem Artem ad unguem tenuiſſe, & in ea exercitatum fuiſſe; quamvis circa finem oculariter ex tribus Augurelli verſibus incautum Lectorem eludat. Unius autem illius Fernelii authoritas aliorum multorum Medicorum contradicentium authoritati (ut quidam dicunt) præponderat.

Sed principaliter & ante omnia in quæſtione: an ars aliqua ſit licita? conſiderandum eſt, an divino aut humano aliquo jure ſit prohibita? Nam licita aut illicita ita diſcernuntur *lib.* 1. *ff. de concubin. l. cum ſenatus. ff. de reb. dub. l.* 1. *& per tot. tit. ff. de coll. & corporibus.* Quantum ad divinum, certè nullum textum reperio, ubi Alchemia & auri confectio prohibeatur: cùm tamen innumera vitia & crimina Legislator Divinus Moſes in Levitico & Deuteronomio perſequatur. Neque puto illum magis prohibuiſſe deſtillationem & alembicationes & auri argentíve confectionem, quàm jocalium & annulorum & cæterorum ejusmodi ornamentorum conflaturam: quibus Salomon & alii Reges ornabantur. Quantus etiam laminarum & bractearum auri uſus apud populum DEI fuerit, præſertim in templo Hieruſalem, nemini ignotum eſt. Quantum autem ad jus civile, certe nulla litera in *Digeſtis, Codice, Inſtit. vel Novellis* oſtendi poſſet, quæ ad prohibitionem Alchemiæ pertineat, quin potius Fuſorum ars comprobatur & laudatur, & præmiis decoratur *lib.* 1. *C. de excuſat. artif.* Sic Vaſcularii fuſores frequenter nominantur, quaſi Artem (ſine controverſiâ) legitimam exercentes, in *l. apud Labeonem.* §. *ult. ff. de præſcript ver. l. ult. ff. de oblig. & action. l. penult. ff. de aur. & arg. leg.* Et de Metallariis, quòd legitimam artem exerceant, dubitari non poteſt ex *tit. Cod. de Metallariis lib. XI.* Quantum ad Jus Canonicum, opponi ſolent duo textus, ſed facilè eſt utrique reſpondere. Primus eſt in *c. ſpondent. Extravag. de crimine falſ.* ubi Papa Johannes XXII. Alchemiſtas reprobat, non tamen eos morte damnat,

damnat, ſed tantùm infamiâ perpetuâ. Sed textus ille non eſt indefinitè & generaliter ſcriptus de omnibus Alchemiſtis, verum ſpecialiter & propriè de iis tantùm, qui (ut textûs verba proferam) aurum vel argentum ſophiſticâ transmutatione confingunt. Quare ad eos, qui non reprobum & adulterinum, ſed probum & verum aurum conficiunt, textus ille non pertinet. Sicut Joh. Andr. *in addit. adſpecul.* teſtatur, Arnoldum de Villa nova ſuo tempore facere ſolitum virgas auri, quas omni probationi ſubmittebat. Itaque omnes Doctores, tam Civiliſtæ, quàm Canoniſtæ non curarunt illam extravagantem Papæ, ut ſuperius diximus. Quin etiam Jo. Augurel. Magnus Poëta, opuſculum ſuum de Alchemiâ liberè dedicavit & præſentavit Papæ Leoni X. cui gratiſſimum illud munus fuiſſe ferunt. Hæc igitur ad illum textum reſponſio ſufficiat: ut illud omittam, quod multi hodie non recipiunt auctoritatem illius Legislatoris, qui fuit Papa: & dicunt, quòd ſi in unô capite auctoritas illius approbatur, etiam in alterô capite proximô, ubi de Franciſcanis & aliis Monachis quædam pro ſuo libitu conſtituit, & approbanda eſſet *l. qui non cogitur. ff. de judic.* Alter textus, qui opponitur, eſt in *c. episcopi 26. q. 5.* qui ſumtus dicitur ex concilio Auquirenſi, ubi ſic ſcriptum eſt: Quisquis credit poſſe fieri aliam creaturam, aut in melius, aut in deterius transformari in aliam ſpeciem, vel aliam ſimilitudinem, niſi ab ipſo Creatore, qui omnia fecit, infidelis eſt. Primùm ridiculoſa eſt allegatio ex concilio Auquirenſi, quod nunquam fuit, aut eſſe potuit. Corrigendum eſt Aquilenſi. Sed magis deridicula eſt allegatio illius textûs, ubi damnantur, qui credunt transformationem poſſe fieri in aliam ſpeciem. Certè nihilo magis hoc pertinet ad noſtram quæſtionem, quàm quòd Imperator ſcribit, poſſibile eſſe res omnes in pecuniam converti, *l. 2. C. de conſtit. pecun.* Nam textûs ille non loquitur de ſpeciebus metallorum aut ſimilium rerum, ſed de ſpeciebus perſonarum: hoc eſt, de mulieribus ſortilegis, quæ dicebant, quòd noctu transformarentur in varias ſpecies animalium & per ſylvas ac nemora cum Dianâ vagarentur. Itaque in §. *ſiquidem.* Satanas (inquit textus) transformat ſe in diverſarum ſpecies perſonarum. Quare deridiculum eſt, textum, qui de Diabolica transmutatione Perſonarum loquitur, contorquere ad transformationes metallorum, quæ induſtria & ſolertiâ quorundam Artificum fieri poſſunt, ſine ullo Diabolico vel Magicô artificio, ut Thomas de Aquino in prædictis locis oſtendit. Quin etiam textus eſt ſub eadem quæſtione in *C. nec mirum.* ubi ſic ſcriptum eſt: Inſunt rebus corporeis per omnia elementa quædam, occultæ ſeminariæ rationes, quibus, cùm data fuerit opportunitas temporalis aut cauſalis, prorumpunt in ſpecies debitas. Addam etiam illud, quod Legibu[s] noſtris comprobatur medicamentum factum ex venenis, aut rebus venenatis, quaſi ea quæ naturâ venenoſa ſunt, arte & ſolerti[â] emendari & commutari ad ſalubritatem po[s]ſint, ut de Mithridatio innuit textus in *l. quo[d] ſæpe. §. venena. ff. de contra empt.*

Reſtat illud argumentum, quod mul[ti] Alchemiſtæ faciant falſam monetam: mul[ti] etiam fuerint ſortilegi, impii, athei, necroman[]tici. Horum diſputatorum laudanda eſt pieta[s] & probitas; ſed tamen rogandi ſunt, ut cogiten[t] artificum vitia nequaquàm Arti imputanda eſ[ſe] quoniam aliud eſt ars, aliud artifex; aliud eſt uſ[us] artis, aliud abuſus, *l. quicunque. & l. ſeq. ff. [ad] leg. Cornel. de falſ.* ubi ars monetaria pr[o]batur, ſed tamen damnantur, qui numm[os] aureos aut argenteos tinxerint aut finxerin[t.] Sic & in *l. 1. ff. de extraord. cognit.* A[r]tis Medicæ Profeſſores laudantur, inter qu[os] tamen dicuntur eſſe Impoſtores, qui inca[n]tationibus & imprecationibus ac exorciſm[is] utuntur. Sic Mathematica ſimpliciter dam[na]tur *l. 2. C. de malef.* cùm tamen non omn[es] Mathematici damnandi ſint, ſed Impoſto[res] ſoli. Sic venenarii capite puniuntur in *l. c[a]pitalium. & venenarii. ff. de pœn.* cùm [ta]men ne venena quidem ipſa damnentur, [ut] modò dictum eſt ex *l. quod ſæpe. ff. de co[ntr.] empt.* quod ſi Artes propter Artificum abuſ[um] damnandæ eſſent, quænam hodiè probaret[ur?] an Jurisprudentia? in qua ſunt tot Rabul[æ:] an Medicina? in qua tot ſunt Venefici: [an] Theologia? in qua tot ſunt Sophiſtæ? Ju[di]cium igitur & delectus adhibeatur: Separ[e]tur paleæ à granis in areâ: mali piſces à bo[nis] in ſaginâ: adulterini nummi à probis in [re]publica: Sophiſticantes aurum vel argent[um] à peritis Artificibus; acerrimæ contra fa[lsa]rios & monetæ corruptores animadverſion[es,] inquiſitiones & informationes inſtituan[tur.] Sed (ut ait Jurisconſult.) alieni admiſſi p[œ]na ab iis, quos nulla culpa contingit, remov[ea]tur, *l. ult. D. de bon. damnat.*

Plura vid. in *Bibliotheca Chymicâ cu[r]sâ Magnet. Lib. I. ſect. 2. ſubject.* *pag.* 210.

CASUS XXVI.

DE PLURALITATE OFFICIN[A]RUM PHARMACEUTICARUM IN UNO EODEMQUE LOCO.

Requiſitio.

P. P.

NObiliſſimis veſtris Excellentiis ad de[cid]rium binorum Pharmacopœorum h[...]

i reticere nequeo, quod Civis cujusdam us, poſtquam Artem Pharmaceuticam & tendo & peregrinando abſolvit, haud ita dem Magiſtratum hujus loci laudabilem ro- erit, ut novum corpus Pharmaceuticum ſibi erigere liceret. Quoniam verò ma- a pars Senatorum de hac Arte (ſalvo ta- n illorum honore) parum intelligit, neque id è re boni publici ſit (dum tota civium munitas vix 150. viros ſuperat) Medicè minare valet, ſed artem hanc cum aliis bus mechanicis comparatura, idemque illi miſſura eſt: reliqui verò bini Pharmaco- hâc ratione ſummoperè lædentur, ac me- menta illorum, ob parciſſimam jamdum rum diſpenſationem, neceſſariò corrum- tur; hinc Veſtras Excellentias illorum nine officioſiſſimè rogito, velint pro de- remuneratione (quam præſentium Exhi- r ſoluturus erit) collegialiter de hôc con- re, & de inſequenti quæſtione:

An ſc. bono publico hujus civitatis & aliorum locorum in viciniâ proficuum, vel non potius ſummè damnoſum ſit, novam adhuc officinam in tam exiguo loco, præter duas ante inſtructiſſimas officinas Pharmaceuticas, erigere?

rationes Medicas reſolutionem ſuam No- um communicare. Eô ipsô Excellentiæ ræ Pharmacopœis hujus loci ſummum te- ræ ſunt favorem; quem grati ſemper agni- ſunt &c. Friedbergæ die 18. Maji 1652.

V. V. Excell. Excell.

officioſiſſimus

Johann Dietericus Leininger.

onſum Facultatis Medicæ Giſſenæ, on admittenda novâ & tertiâ officina Pharmaceutica in Imperiali civitate Fridbergenſi.

Quemadmodum in omnibus benè conſti- tutis regiminibus, ad ſalutem ſubdito- bonumque publicum promovenda, utile ac ſummè neceſſarium eſt, ut, quantum nibus poſſibile eſt, conſervationis ſani- ratio quoque habeatur: ita quoque lau- e & æquum eſt, ut quivis Magiſtratus s Medicos conſtituat, quò ope illorum es defectus, qui contra ſanitatem Civium re poſſunt, tempeſtivè innoteſcant, indi- r, & pro rei exigentia reſarciantur, cum- s autem Pharmacopolia benè inſtruan- benè inſtructa conſerventur, ſicque bo- publicum optimè curetur. Quem in quoque cuivis Pharmacopœo neuti- integrum & licitum eſt pro lubitu ſuo s aliquod Pharmaceuticum erigere, niſi prius poſt ſolidam & ſufficientem tum vitæ in- culpatæ, ſinceritatis & diligentiæ, tum ſcien- tiæ & in Arte peritiæ comprobationem, fa- cultatem & licentiam à Magiſtratu obtinuerit: abhinc ſimul vi juramenti præſtiti ſtipuletur, ſe in omnibus officiô ſuô ritè functurum, non tam merces fallaces, corruptas, evanidas aut recoctas, in detrimentum, fraudem & peri- culum Proximi diſpenſaturum, ſed omnia ſimplicia debito tempore coëmturum, offici- nam ſuam omni quadrante anni, vel quoties expedit, viſitaturum, defectus tempeſtivè re- ſarciturum, quæ ætatis intuitu inefficacia & evanida reddita ſunt, rejecturum & renovatu- rum, cumprimis autem neceſſaria exotica, quocunque etiam pretio veneant, coëmtu- rum, nec ullis illic impenſis parciturum: Com- poſita v. g. Aquas deſtillatas ſimplices & com- poſitas, Spiritus, Syrupos, Electuaria, Con- ſervas, Extracta, Pilulas, Trochiſcos, Mor- ſulos, Rotulas, Confectiones, Species, Ce- rata, Emplaſtra, Unguenta, Olea cocta & expreſſa, deſtillata &c. quocunque etiam no- mine veniant, debito tempore (cùm non omnes medicamentorum formæ & conſiſten- tiæ æquè durent) renovaturum & in reliquis officio ſuo quoad omnia ſatisfacturum eſſe, ne hoc vel illo deficiente æger negligatur, vitâ aut ſanitate, & ſimul cum eô Medicus famâ & exſtimatione exuatur. Quando enim hic in formulis ſuis verba addit: recens, ſele- cta, electa, præparata, optima &c. Phar- macopœus autem illis deficientibus obſoleta & inefficacia ſubſtituit, ſicque Medici æque ac ægri ſpem eludit, nihil aliud hoc eſt, quàm alios ſanitate privare. Sæpe ſc. fieri ſolet, ut medicamentum aliquod præſcriptum non ſem- per effectum laudabilem, quem aliis in locis & ſimilibus omninò morbis præſtiterat, æquè perficiat, ſed ægris potius noxam aliquam & detrimentum adferat: ubi tamen neque con- ditio & natura morbi, neque error aliquis ab ægroto, ſive quoad uſum medicamento- rum, ſive quoad diætam commiſſus: ſed ipſe potius Pharmacopœus ejusque evanida & in- epta medicamenta diſpenſata inculpari meren- tur; id quòd eò magis metuendum, ſi pau- per & inops fuerit & ob pecuniæ defectum loco recentium & bonarum mercium corru- pta & evanida ſimplicia mutuò accipere, vel aliâ quâvis ratione ſibi comparare tenetur, cùm è contra optimis & bonæ notæ medica- mentis ſibi proſpicere deberet.

Quemadmodum igitur hæc talia meritò præcavere tenetur Magiſtratus, dum ſacro ju- risjurandi vinculo eam ob cauſam obſtringi- tur Pharmacopœus: Ita is è contra nullam occaſionem ſuppeditare debet, ut Pharmaco- pœus ſui juramenti oblivíſci, & perjurus fieri cogatur; quod omnino verendum erit, niſi certus Officinarum numerus in Civitate aliqua ſtatuatur, ſed ut in aliis artibus mechanicis &

mercaturis (à quibus tamen nobiliſſima Ars Pharmaceutica multis paraſangis diſtat) plura, quam requirebantur, Pharmacopolia in unô eodemque loco eriguntur; quod meritò ſecundum omnes Rerumpublicarum & civitatum benè diſpoſitarum conſtitutiones ſeriò prohibetur.

Quandoquidem ergò in literis die 18. Maji 1652. Fridbergæ ad Nos datis referatur, quâ ratione in laudatâ modo Imperiali Civitate ultra duo jamdum præſentia & benè conſtituta Pharmacopolia alius adhuc Pharmacopœus ab Ampliſſimo Senatu licentiam officinam quandam aperiendi deſideret, ejusque occaſione quæratur:

> An bono publico Civitatis hujus & aliorum locorum vicinorum proficuum? an verò ultra duas benè illîc conſtitutas officinas Pharmaceuticas tertiam in exiguô ejusmodi locô erigere nocivum ſit?

ex antedictis noſtrum qualecunque judicium facilè eluceſcit, quòd illud absque metuendo incommodo Civitatis & vicinorum locorum laudatiſſimus Magiſtratus illius loci haud facilè indulgere poſſit, dum cumprimis penes tam exiguum Civium numerum (qui juxta narrata ultra 150. viros ſe non extendit) usquedum nondum ſolidè probatum eſt, quòd bini antedicti Pharmacopolæ officio non benè defuncti fuerint, aut officinæ illorum minus rectè conſtitutæ ſint; adhæc impoſſibile ferè eſt, tres Pharmacopœos in tam exiguo loco ſubſiſtere ſuaque medicamenta recentia diſtrahere poſſe; ſed è contra verendum, ne ob defectum diſpenſationum illa ſucceſſivè obſoleſcant & corrumpantur, ſicque ſub ordinariis viſitationibus illa, ſi quam maximè in omnibus & ſingulis concurrant, à Magiſtratu Politico ægrè rejici poſſent; quo ipſo miſeris patientibus peſſimè proſpectum eſſet. Quamdiu igitur locus hic, cum vicinis pagis, populoſior factus non fuerit, tertia officina locum commodè non inveniet, eoque minus, quòd locus hic à Francofurto & Butisbaco (quæ utrobique optimis Pharmacopœis inſtructa ſunt) tantùm non diſtat, & inſuper hîc Giſſæ, in loco multo populoſiori, bina tantùm Pharmacopolia, vi decreti in ultimâ viſitatione ſanciti, tolerantur, licet tria illîc corpora, ſc. Academicum, Militare & Civile reperiantur; & quoniam deſuper metuendum eſt, ne ſub tanta officinarum coacervatione & defectu Medicorum alius alterum perdat, imò in ipſam artem Medicam illotis manibus irrumpat, & ut ſuas quisque merces ocyus diſtrahere valeat, pro lubitu, non ſine gravamine Medicorum & defraudatione ægrorum ipſe diſpenſet, ſicque plurima in Republicâ incommoda oriri poſſent; hinc petito novi hujus Pharmacopœi neutiquam deferendum erit; quod unanime noſtrum & maturè penſitatum judicium Nos Decani univerſi Profeſſores Facultatis Medicæ Giſſe hiſce communicare voluimus, Liberæ Im riali Fridbergenſi proſpera quæque apprec tes. Datum Giſſæ ſub ſigillo Facult. M die 20. Maji Anno 1652.

Decanus & Prof. Fac. M

Joh. Tackius, D.

Chriſtianus Buncke, D.p.t. Dec

CASUS XXVII.

DE QUALITATE GUMMI S GAPENI, PRO CIENDIS MENSIBU ADHIBITI.

Species Facti.

Virgo Nobilis de R. inter 15. & 16. a tis annum conſtituta, de cardialgiâ ab uſu fructuum & pomorum ortâ, conq tur, menſtruis ſimul fluentibus, mox pr emanentibus, unde chloroſis, cum grav membrorum, palpitatione cordis, diffici ſpiratione &c. inſecuta fuit. Medicus or rius deſuper conſultus acidularum uſum, miſſis præmittendis, ſuaſit, idque non fructu; neglectâ tamen & Naturæ ferè r Ægrâ menſes quandoque, ſed parcè co rent. Virgo interim (quæ cætera benè bebat) coloris lividi pertæſa medican idonea à Medico deſiderat, qui præmiſ geſtivo (1) Vomitorium & (2) varia e nagoga, tam interna, quàm externa præſci quorum formulæ ſequuntur.

℞. Crem. ♀. gr. xij.
ocul. ♋. præp. ℈ß.
arcan. dupl. gr. v.
⊖. abſinth.
Fœcul. aron. ana gr. ij.
M. D. S.

Digeſtiv-*Pulver auff einmahl.*

* * *

℞. Vini emet. ℥j.
Syrup. emet. ʒiß.
M. D. S.

Erbrech-Wein auff einmahl.

* * *

℞. ∽⊖✱. vol. ʒij.
D. S.

Spiritus *zum Wein, täglich* 19. *Tr*

℞ Elix.

* * *

℞. Elix. Propriet. dulc. ℨij.
⊖. vol. °°ſ. Sylv. ℨj.
M. D. S.

M…gen-Elixir, *alle Mittag und Abend-Eſſen jedesmahl* 23. *Tropffen.*

* * *

℞. ⊖. Sabin. ʒß.
ſuccin. vol. ℈ß.
M. D. S.

Ve…iſchtes Seven-Baum Saltz', eine Meſ…rſpitz voll in verordnetem Kräuter-Wein.

℞. Rad. Angelic. ℨiij.
D. S.

* * *

℞. *Färber-Wurtzel* ℨiij.
D. S.

* * *

℞. *Färber-Wurtzel* 2. *Loth.*
D. S.

* * *

℞. Rad. Galang. ℨiij.
D. S.

* * *

℞. Rad. Galang. ʒß.
D. S.

* * *

℞. Myrrh. elect. ʒß.
D. S.

* * *

℞. Flaved. cort. citri. ℨiß.
D. S.

* * *

℞. Flaved. cort. aurant. ℨiß.
D. S.

* * *

℞. Pulv. Sabin. p. ij.
Myrrh. elect. ℨij.
M. D. S.

* * *

℞. *Sevenbaum*	i. e. Sabinæ
Poley,	pulegii
Beyfuß	artemiſiæ
Mutterkraut	matricariæ
Haſenpappel	malvæ
gelbe Violen-Blumen	fl. cheyri
welſche Oſter-lucey Wurtzel	ariſtol. rotund.
Färber-Wurtzel	rad. rub. Tinctor.
Wachholder-Beer.	bacc. junip.

M. D. S.

Spe…s zum Bade, in dem Bade biß an den …ttel-Leib geſeſſen, ſo warm, als ſie es leiden kan.

* * *

℞. Sem. cum. Rom. ʒij.
fœnicul.
carvi
nigellæ
apii
Nuc. moſch.
cinamom.
caryophyll.
galangæ
croci
myrrhæ ana ʒß.
⊖. Sabin.
⊖. vol. ſuccin. ℈ß.
ſacch. candi alb. ℥j.
M. F. l. a. Pulv.

D. S.

Alle Abend zwey Meſſerſpitzen voll in ordinari *Wein.*

* * *

℞. Rad. Angelic.
ariſtol. rotund.
galang.
rub. Tinctor. ana ℨiij.
Herb. Puleg.
menth. criſp.
roriſmar. ana Mj.
Sabinæ Mj.
Baccar. lauri
juniperi ana ℥ß.
Semin. fœnicul.
leviſtici
ſinapi ana ℨij.
Cinamom. acerrimi ʒß.
Caryophyllor.
Cortic. citri
aurant. ana ℨiß.
Croci integri ℨj.

Conciſ. & contuſ. D. in ſacculo lineo; infund. Vini Rhen. antiq. Menſ. 1. ß. & Vini Hiſp. menſ. ß. ſtent per octiduum, poſtmodum alternis diebus poculum hauriatur.

Sub uſu horum quidam Lic. Medicinæ & Medicus curioſus (ut ſe vocat) hinc inde oberrans, adeoque à priori pro Empirico habitus, præmiſſis bezoardicis, pillulas ex Sagapeno præſcribit, ut ex formulis ſeqq. apparet.

Lit. A.

℞. Pulv. Bez. Sennerti ℈ß.
♁. diaphoret. gr. vj.
▽. card. bened. q. ſ.

M. D. S.

Gelinde Schweiß-Mixtur auff einmahl.

Lit. B.

Lit. B.

℞. Pulv. Pannon. rubr.
Corall. præp.
Margar. præp.
Cran. hum. præp.
Ungul. alc. ana ℈j.
▽. borrag. ℥j.
meliſſ.
lil. convall. ana ℥ß.
hyſſop. ℥iij.

M. D. S.

Sonderliche Mixtur, davon alle 2. Stunde einen Löffelvoll eingenommen.

Lit. C.

℞. Gummi Sagapen c. ✠. præp.
Chalyb. præpar.
ſuccin. alb. præp. ana ℈j.
Myrrh. rubr.
Caſtor. ana gr. xv.
Croci orient. ℈ß.
Borrac. Venet. ℈j.
♂. Caryophyll. gr. vj.

M. F. l. a. Pil. in forma lentis, *oder einer Linſen groß* 10. *umb den andern Tag zu der Zeit, wann die Monat-Zeit kommen ſoll, des Monden dreymahl, jedesmahl* 10.

Nota: Ex prioris Medici ordinarii relatione inde Pil. LXXX. pondere gr. 1½. paratæ ſunt, de quibus inſequenti ſtatim die XII. ſumſiſſe fertur. Alterô mane repetita doſi ægra pejus ſe habuiſſe dicitur, accedente vomitu & aliquot ſedibus: Imò ex ejusdem relatione III. doſi repetitâ, à meridie ſubſequentis diei de cardialgiâ conqueritur, & è lectô proſilit, per feneſtras ſe demiſſura. In lectum relata de ſuffocationis metu queritur, in hæc verba erumpens: Ah! Jeſus! Ah! Jeſus! *macht mir doch Lufft*: Abdomen inflatur, palpitante corde: Loquelam amittit: Saliva circa os apparet, & accedentibus convulſionibus internis tandem mane hora 8. emoritur. Poſt mortem ſectione commiſſâ ventriculus & inteſtina à Medicô ordinariô inflata: Hepar durum, ſed colore naturali conſpicuum: Folliculus felleus evacuatus: Pulmonum lobus ſiniſter coſtis adnatus obſervatur; in quô, ut & in ipsô corde plurimum ſanguinis coagulati, in abdomine quoque parum ſanguinis inventum fuit. Medicus Ordinarius ſe excuſaturus omnia Empirico, quem vocat, & imprimis Sagapeno ab hôc propinato adſcribit, cùm fœtida in quibusdam ſubjectis paſſionem hyſtericam, epilepſiam aliaque ſymptomata moveant, ipſumque ſagapenum, *Schrödero* teſte, fœtum quoque enecare valeat, quia (1) ventriculi tonum ſubvertere, (2) humores & ſpiritus in orgaſmum ciere, ſicq; (3) circulationem humorum impedire, & tandem (4) epilepſia inferre valeat. Ne autem ex odio in Empi cum hæc dixiſſe videatur, hinc Facultatem M dicam per literas N. die 31. Martii 1701. d tas requiſivit, ut in ſententiam ejus cond ſcenderet, & atteſtatum quoddam ipſi indulg ret. Facultas Medica rebus omnibus pr bè ponderatis per Collegam Dn. N. N. ſuad ut à petitione illâ deſiſtat, cùm ſi ſcapha ſc pha ſit dicenda, medicamenta ab Ordinai Medico adhibitâ plus hîc nocumenti attu rint, quàm Sagapenum: Cui licet pauca geſſerit, paulò poſt tamen remiſſionem ſ ptorum petiit, & medicamenta à ſe præſcri reticendo à Facultate Medica Marburge æquè ac Altorphinâ Reſponſa quædam patrocinantia expetiit. Intereà paulò poſt ter Medicus, quem prior Empiricum vocat per Advocatum quendam, ſuppreſſis nom bus, priores formulas Facultati noſtræ off & de quæſtionibus, in requiſitione ſubſequ ti poſitis, judicium ejus exorat, quod, ut fra legitur, ipſi impertitum fuit.

Requiſitio.

P. P.

Excellentiam Veſtram lineolis hiſce c pellandi anſam mihi dedit Amicus dam, quas ut ſub graviſſimô negotiorum A demicorum onere æqui bonique conſulas quod officioſiſſimè rogito. Dictus Am res quasdam Medicas transmittit, humil rogitans, ut de ſubjunctis formulis utriu Medici eruditum & conſcientioſum judici idque ſub Facultatis Medicæ Sigillo, imp re velint, & quidem

1. An ultimi Medici formulæ cauſa tis in Virgine Nobili fuerint?
2. An ſive in formâ, ſive in ma illîc erratum fuerit?
3. Quid de conſilio ejus & ordinat ſculis cenſendum?
4. Quantùm & in his formulis, nonnullis Dominis præſcriptis, raverit?

* * *

℞. Ocul. ♋.
Lap. Judaici ana ℥ij.
Sem. aniſi
N. Moſch.
Cinnamom. ana ℥j.
M. F. l. a. Pulv. div. in 2. p.
æq. doſ. ℥iß.

D. S.

Dienliches Pulver vor Stein-Schmer

℞. O-

* * *

℞. Aloes hepat. ℥iß.
myrrh. elect. ʒiij.
croc. orient. ℈iij.
ciner. clavell. ʒß.
reſin. jalap. gr. xviij.
theriac. optim. q. ſ.

M. F. l. a. Pill. in form. lent. Doſ. *Alle Monath.* 25.

* * *

℞. Flor. ſulph. ℥ij.
ſperm. ceti ℈ij.
ℴℴ. aniſ. gut. v.
pulv. liquirit. ʒß.
ſacch. cand. alb. q. ſ.

Edles Bruſt- und Lungen-Pulver vor einen vornehmen Herrn.

* * *

℞. Eſſent. abſinth. C. ʒij.
calam. arom.
zedoar. ana ʒj.
⁓⊖✳. ℈iß.

M. D. S.

Dienliche Magen- Eſſenz. Doſ. 25. gutt.

* * *

℞. Spec. diacubeb.
diamoſch. dulc. aa. ℥iß.
ℴℴ. Nuciſt.
Nuc. moſch. ana ℈j.
fœnicul.
ſuccin. ana gut. vj.
ſacch. opt. q. ſ. in ▽. roſ. ſolut.
M. F. l. a. Rotulæ.

S.

Dienliche Haupt-Küchlein.

* * *

℞. Pulv. rad. helen. ℥iß.
liquirit.
ſemin. aniſ. ana ʒj.
anti-hectic. Poterii ℥iß.
ſuccini albi ℈ij.
ſucci liquirit. ʒij.
pulv. zedoar. ℈iß.
croci ℈j.
moſch. gr. iv.
ambr. gr. v.
ſacch. candi albiſſ. ℥iiij.
ℴℴ. aniſi
fœnic. ana gutt. v.
mucilag. Tragac. cum ▽. roſ. & fragar. fact. F. l. a. Trochiſci.

D. S.

Præſervirende *Bruſt-Fluß- und Huſten-Küchlein.*

Quod ſi ita Exc. V. quamprimùm Nobis gratificari poſſet, omnia debita cum gratiarum actione remunerabimus: quam DEI Providentiæ committens ejus favori me commendo.

V. Excell.

Amoeneburgi die 10. *Jul.* 1701.

Servus Humilimus

Joh. Frideribus Siegfriedt.

NOTA.

Affectus ab initiô fuit menſtruorum obſtructio, quæ ut methodô inordinata pellebantur, ita non tantùm à medicamentis nimis calidis omnia eò magis ſubſiſtere, ſed & per conſequentiam chloroſis aut febris alba orta fuit, à quâ ægra impoſſibiliter liberari potuit. Ratio eſt, quoniam calor intolerabilis & alia accidentia interna incrementum capiebant.

Oblata ergò urinâ poſteriori Medicô, ſuccuſſo capite ſtatim reſpondebat: eſt vicina morti. Cùm verò nihilominus rogaretur, ut aliquid præſcriberet, ægraque de ſummâ cardialgiâ & artuum frigore conquereretur, præſcripſit formulam ſub *Lit. A.* quæ ſic ſatis contulit. Huic varia juſcula confortantia, ſed c. paucis aromatibus & ⊖. aliaque hordeata refrigerantia ſubjungebantur, quo M. S. viſcera, inteſtina & artus rigeſcentes in integrum reſtituerentur. Sitis calorque internus adeò immanes erant, ut vix deſcribi poſſint. Abhinc tamen ita ad ſe rediit, ut præſente ultimô Medicô rurſus aliquoties menſæ aſſidere potuerit. Attamen ultimus hic Medicus ſemper occultum quendam paroxyſmum obſervavit, contra quem formulam *Lit. B.* ſed ſine affectu præſcripſit; & quùm menſes inſtare cerneret, medicamentum *Lit. C.* (ſed fruſtrà pariter) ordinavit, cujus doſis erant 10. pil. quam bis & ita conjunctim 20. binâ vice ſumſit. Nihil ergo proficientibus remediis paroxyſmus obſervatus (qui epilepſia erat) ex improviso ita increſcit, ut Nobilis hæc Domicella, poſt ſummos angores, per 17. horas exantlatos tandem emortua fuerit, & quidem anno XV. cum 2. menſibus nata, vegetæ ſtaturæ & naturæ. In ipſo paroxyſmo ſupradicto ſenſus omnes tum interni, tum externi intercipiebantur: Ægra ſubitò in terram concidit, & totum corpus aut partes nonnullæ variis motibus concutiuntur: aderat oculorum prominentia, dentium ſtridor, ſtercore & ⊡. involuntariè prodeuntibus ſpumaque per os & nares effluente &c. Summa: Hic affectus durabat in ſummo gradu, donec vitam cum morte commutaret.

Joh. Fridericus Ehrenfeld, Lic.

Novell. Val.

Reſponſum Facultatis Medicæ Giſſenæ, de innocuo Sagapeni uſu & concinnitate formularum præſcriptarum.

QUandoquidem haud ita pridem Facultas Medica hujus loci decenter requiſita fuit, ut Judicium ſuum conſcientioſum, ob diverſas Nobili cuidam Perſonæ præſcriptas formulas & Diætam, de quatuor inſequentibus quæſtionibus, ſub ſigillo ordinariô impertiret:

An ſc. 1. Formulæ ab ultimo Medico præſcriptæ ſub Lit. A. B. C. cauſa mortis Beatiſſimæ Domicellæ fuerint?

2. An in formâ? an in materiâ peccaverint?

3. Quid de conſilio ejus & præſcriptis juſculis ſtatuendum ſit?

4. Quantum & in reliquis, aliis nonnullis Dnn. ordinatis formulis ceſpitatum fuerit?

Hinc Nos, Decani, Doctores & Profeſſores prævià maturâ ponderatione omnium & ſingularum, illic occurrentium, circumſtantiarum ad primam quæſtionem reſpondemus, quòd, ſi (1) binæ formulæ ſub Lit. A. & B. ut in relatione perhibetur, præmiſſæ, (2) Pilularum Lit. C. binæ tantùm doſes, & quidem decem tantùm, lentis magnitudine ſingulis vicibus circa tempus menſtruationis exhibitæ fuerint, adhæc B. Virgo Nobilis poſt primam doſin non ſtatim pejus ſe habuerit, reperire non poſſimus, quâ ratione illæ mortem Beatiſſimæ Domicellæ cauſari potuerint.

Quoad II. Quæſtionem, in dictis formulis nec in formâ, nec in materiâ errorem quendam invenimus, dummodò ſecundus Medicus prius idioſyncraſiam B. Virginis exploraverit, ſeque certiorem reddiderit, quòd B. Domicella fœtida ejusmodi atque graveolentia, qualia ſunt Gummi Sagapenum, caſtoreum &c. benè perferre potuerit, quæ aliâs in nonnullis, iisque in cœlibatu adhuc conſtitutis ſubjectis tenerioribus interdum tormina hyſterica, ſyncopen & ſimilia cauſari poſſunt, ut idem è pluribus Authoribus,

Ettmüllerus in Praxi pag. 2052. Edit. ult. fusè probavit.

In juſculis à ſecundô Medicô ordinatis, dummodò è refrigerantibus cibis, quales ſunt hordeum, avena, cum paucis aromatibus & ſalinis particulis conſtiterint, ne minimum quidem deſiderare poſſumus, utpote quæ ſanguinem inflammatum nimisque attenuatum quodammodò temperare potuerunt.

Quemadmodum & ultimò in 4. quæſtione illicque adductis medicamentis aliis præſcriptis nequicquam cenſoriâ virgulâ dignum invenimus, modò temperamentum illorum veraque morbi cauſa & cognitio probè obſervata & inquiſita fuerint.

Quæ requiſiti hiſce atteſtari & Facultat Noſtræ ſigillô conſuetô confirmare voluimu Sign. Giſſæ die 14. Julii, Anno 1701.

Juſtus Frideric. Dillenus D. mp.
Michael Bernh. Valentini p. t. Decanus.

Judicium D. J. F. Hackii Medici Fu denſis de Nocumentis Pilularum ex Sagapeno.

E Singulis circumſtantiis caſum infauſta Virginis cujusdam Nobilis mortem co cernentis clarè eluceſcit, cauſam prœmatu obitûs neutiquam uteri putredinem, ut E piricus judicavit, fuiſſe, partim, quòd ſ apertione cadaveris matrix in ſe naturalit conſtitutâ fuit: partim, quòd in virginib juvenculis non multum ponderis habeant v ſcula uteri, vix fabæ magnitudinem æqua tis &c. Quapropter rationabili judicio prob bilius eſt, quòd pilulæ, in ſe quidem non co temnendæ, apparatum cruditatum pitui ſarum in M. S. & ipſo corpore contentum bitò nimis commovere potuerint; & quonia ſub obſtructione vaſorum muliebrium, quæ excretio menſtrua fieri ſolet, quæ de ſum verſus tam citò contingere nequivit, ſi lis apparatus pituitoſus unà cum ſanguin lympha & ſucco nervoſo ſurſum verſus p pulſus fuit, non potuit fieri, quin inde ſum cordis & pectoris anguſtia, convulſio ſpasmodicæ & tandem ſuffocatio fuerint o quæ omnia probabiliter impediri potuiſſe ſi ante & inter pilularum illarum uſum tuitam incidentia, aperientia & eandem e centia remedia adhibita fuiſſent: vel ſi adh durante præfocatione præcordiali V. S. ſta adhibuiſſent. Quòd ſi fors talis ſanguinis v ſus ſuperiora propulſio non facile ab unoq vis concipi poſſit, ſatis tamen erit, ut exit infauſtum pilulis intempeſtivè adhibitis adſ bamus, ſi perpendere licuerit, quâ ratio quivis homo in tam admirandas alteratio & accidentia præcipitari poſſit, ſi fœtida que omninò adverſa aſſumere cogatur, quidem ut plerumque ſyncope, hæmorrha & ſimilia inſequi ſoleant &c. Non minus c ſtat, ſimilia ſubitanea ſuffocationis pericu imò ipſam mortem (cumprimis in affecti à ſanguine congrumato dependentibus) caſtorei, ſabinæ &c. propinationem inſec fuiſſe; cùm è contra res acceptæ & jucu facilius & admittantur & operentur, ut r tantùm ipſa experientia, ſed & ex Authori variis quamplures ejusmodi caſus allegari p ſent. Quapropter Empiricus non tantù ſed & quivis alii ex infunestâ hâc curâ obſerv poterunt, quòd præſcriptionem ſimilium tidorum & peſtilentium medicamentorum

ſem

per fauſtus & exoptatus exitus ſequatur, conſultius eſſe, ut Medicos cautiores con mus, atque leniora prius, nec tam fortiter rantibus remediis utamur, quæ & viam pro iori operatione ſternant, & ægri cujusque uræ conveniunt &c. hæc ſalvo præjudicio.

J. F. Hack, Med. D. Medicus Princip. Fuldenſis.

ponſum Facultatis Medicæ Marburgenſis de priori Caſu.

P. P.

ævià maturâ deliberatione atque ponderatione affectûs Octaviæ ſic dictæ huic propinatorum remediorum Nos præmeò & collegialiter concluſimus, quod Pi ex Gummi Sagapeno cum præp. caſto borrace Venet. Croco, myrrhâ & ſuccium ℴℴ. caryophyll. præparatæ atque protæ in ſe quidem bonæ & ſub certis circumiis in obſtructione menſium & inde natâ roſi non inconvenientes ſint: Attamen in ctis tenerioribus, cumprimis ſi corpus mis cruditatibus repletum, nullaque præntia & purgantia præmiſſa fuerint, plus ant, quàm proſint, quùm crudos humo agis commoveant, nervos irritent, ſimul ffectum contumaciorem reddant; unde pradictâ Octaviâ non tantùm ventriculum eſſe ſunt, ſed tandem quoque nervos car ps ſpasmodicè conſtringendo, præviâ ni cardialgiâ lethales convulſiones exci it; unde ſatis ſuperque elucescit, quòd camenta generoſa in manu Empirici nſtar cultri in manibus furioſi; Quæ rei loco hiſce atteſtari & ſigillo Facultadinariò confirmare voluimus. Marburgi 3. Aug. 1701.

Decanus, Doctores & Prof. Facult. Med. ibidem.

actus è Literis Dn. D. Danielis beliidie 4. Maji A. 1703. ad D. Valentini datis.

ul refero, quòd haud ita pridem Advo tus hujus loci Facultati Noſtræ Medicæ iptis retulerit, quâ ratione Virgo No obſtructione menſium laborans, à Meſuo ordinario medicamentis quibusdam NB.) non deſcripta erant, non ſine eua tractata, tandem à pilulis Circumfo malè ſe habuerit, donec tertio abhinc ierit. Juxta Relationem ergo judicas &c

ovell. Val.

Reſponſum Facultatis Medicæ Altorſinæ.

POſtquam Nobis Decano, Doctoribus & Profeſſoribus Facultatis Medicæ in Univerſitate hac Altdorfinâ haud ita pridem Caſus quidam transmiſſus & inſimul judicium noſtrum de ſeq. quæſtione deſideratum fuit:

An (S. T.) DN. THOMÆ LERSKE (ut tecto nomine ſe vocat) Medic. D. ſententia, quam de Octavia, Virgine inter 15. & 16. ætatis annum & q. in cœlibatu adhuc conſtitutâ (quæ poſt triplicem uſum certarum pilularum, ab Empiricô præſcriptarum ex inopinato obiit) tulerat, fundata ſit, & an fœtida, graveolentia & ſimilia iis, quæ in caſu enarrantur, ſymptomata cauſari poſſint?

Hinc præviâ maturâ & collegiali ponderatione omnium & ſingularum illîc adductarum circumſtantiarum & argumentorum reſpondemus, quòd, cùm ſtatim poſt primam pilularum (quarum numero 12. fuerunt, ita ut unaquævis 1½. grana ponderaverit, & omnes ex Gummi Sagapenô cum ✠. præparato, caſtoreô, borrace Veneta, croco, myrrha, ſuccino albo, cùm ℴℴ. caryophyllorum præparata fuerint) doſin ſupradicta Octavia, chloroſi cum deficiente menſium excretione afflicta (quæ antea, poſtquam illi à Medico ordinario præterlapſo Februariô anni adhuc currentis medicamenta quædam incidentia & deobſtruentia, additis tamen ſtomachicis & uterinis præſcripta fuerant, tolerabiliter ſe habuerat) malè affecta fuerit, & cùm die inſequenti dictarum pilularum doſis reiterata fuiſſet, adhuc pejus ſe habuerit, ita quidem, ut circa meridiem tunc vomitu, circa noctem verò ſedibus quibusdam purgata fuerit: Imò cum hiſce omnibus non obſtantibus eædem pilulæ tertiâ adhuc vice, die inſequente tertiò ab Empiricô repetitæ fuiſſent: inſignis cardialgia, metus ſuffocationis, inflatio abdominis, palpitatio cordis, ſaliva circa os & convulſiones internæ excitatæ fuerint: pilulæ illæ ad ſymptomata illa inferenda, ut Dn. Medicus ſolidè infert, utique multum contribuere potuerint. Ut enim non dicamus, Empiricum ſæpius allegatum cum Medico ordinariô prius de idioſyncraſiâ & temperamento individuali Dominæ ægræ conferre, & cumprimis, an graveolentia perferre poſſit, prius ſollicitè inquirere, nec ſeipſum ad curandum offerre, multo minus ſub tenerâ hâc Octaviæ ætate, ſine præviâ præparatione corporis, ad vehementia illa pellentia deſcendere debuiſſe: attamen cumprimis obſervandum, quòd Gummi Sagapenum ob ⊖.vol. (guſtu enim acre eſſe *Dioſcorides* jamdum, teſte *Rolfincio Tr. de Purgantibus Sect. XIII. Art. 1. c. 2.* novit) ſubjectis tenerioribus non ſemper conveniat, ſed ejus intuitu inteſtina rodendo teneſmum hæmorrhoidalem cauſetur, annotante Celeberrimô

rimô *Wedelio*, *Amoenitat. Mater. Med. p.* 241. indeque concludi poſſit, ab eodem ſecundâ vice adhibito in dictâ ægrâ vomitum aliquotque ſedes proveniſſe, imò poſt mortem tandem in ventriculô inventam pituitam, humore turbido & cereviſiæ nondum fermentatæ ſimili permixtam, per colliquationem fermentativam, ab eodem inductam, ortum ſuum traxiſſe.

Adhæc in principio nominatus Dominus Medicus meritò beneque notavit, quòd gra veolentia non omnes fœminæ perferre poſſint, & *D. Hoffmannus* in *Methodô Medendi pag.* 367. ex allegato illic Practicô *Horſtio* allegat, fœtida tam internè, quàm externè, adhibita non ſemper conducere, dum graviora exinde excitantur ſymptomata, in iis videlicet, quibus caput ac nervoſum genus, ob crebros paroxyſmos, debilius eſt. Quammaximè autem in eô neglecta eſſe videtur, quòd ſub inſigni ſuffocationis periculo & vehementi cordis palpitatione non ſtatim V. S. ventilatoria adhibita fuerit, dum poſt mortem non tantùm venæ pulmonum à ſanguine nigricante, ſub apertione cadaveris, penitus repletæ fuerunt, ſed & ipſum cor ejusque auriculæ ſanguine penitus repletæ, vaſaque cordis coronaria, baſin ejus ambientia, digiti minoris craſſitiem à ſanguine diſtenſa reperta fuerunt, unde mortem tam ſubitò inſecutam fuiſſe probabiliter præſumi poteſt; ſiquidem durities hepatis non tam hunc, quàm alium morbum chronicum, ſcilicet icterum vel hydropem inferre; Pulmonis pars ſiniſtra verò, licet cum pleura per fibroſos nexus concreta fuerit, nullô modô tam ſubitaneum mortis caſum producere potuiſſet. Teſtatur illud cum aliis (præter exempla nobismet ipſis perſpecta) *Isbrandus Diemerbrockius Anat. Lib. II. cap. XII. pag.* 208. ſe anno 1660. proſecuiſſe cadaver Capitanei furum, qui in vitâ optimè ſanus ſine ullâ reſpirandi difficultate vixerat, in quô pulmo in utroque latere undiquaque non ſolùm pleuræ, ſed & toti diaphragmati ac mediaſtino firmiter annexus erat. Et hæc noſtra eſt ſententia, quam ad quæſtionem Nobis propoſitam in ſcriptis conſignare & in ulteriorem confirmationem ſigillo Facultatis ordinario confirmare voluimus &c. Sign. *Altdorfi, die 6. Octobr. A.* 1701.

Decanus, Doctores & Profeſſores
Facultatis Medicæ ibidem.

Similis Caſus D. Pancratii Wolffii PP. Extraord. Halenſis auri fulminantis defenſio, cum Reſponſis Facult. Medicarum Lipſienſis & Wittenbergenſis.

CAP. I.

Speciem facti, ſeu Hiſtoriam Mo[rbi], cum Reſponſis Facultatum M[e]dicarum Lipſienſis & Wittembergenſis tradens.

ANno ultimò præterlapſo 1706. Me[nſe] Novembr. Virgo quædam, haud infi[mæ] proſapiæ, proximâ cognatione mihi jun[cta] curæ meæ ſe ſubmiſit. Annos illa XIX. ha[be]bat, ſtaturæ quidem longæ, ſed macrioris, [ru]bicundâ & plenâ ferè facie prædita. Hæc [ab] aliquô temporis ſpatiô plurimis animi a[f]ctibus, & cumprimis irâ in diverſum acta m[en]ſes ante octiduum legitimè fluentes expe[rta] dicebatur. Initium autem affectûs ſui pu[ta]batur eſſe, quòd ſub aëre frigido cœloque t[ur]bido, ante portam, nundinis interfuerit, aq[ui]lonemque adverſum habens & domum redi[ens] de cephalalgiâ, gravedine, dolore colli & [do]loroſâ deglutitione conqueſta fuerit.

Die Jovis circa meridiem rigore corrip[ie]batur. Die Veneris ad deſiderium viſitab[am] illam à meridie, pallidâ & collapsâ facie e[un]dem adoriens, ita ut extra lectum ſubſiſt[ere] non poſſet, conquerentem ſimul de dol[ore] capitis & dorſi, agrypniâ & deglutitione do[lo]roſâ. Pulſus erat debilis, calor externus [me]diocris & magis internus, digitis cum ſe[nſu] formicationis ſtupore correptis, quô & i[nte]grum latus ſiniſtrum afficiebatur. Adhæ[c] lecto ſe circumvolvebat, dulcia abhorre[bat], torminibus hinc, pro more totius noſtræ [fa]miliæ, correpta. Horum intuitu [p]ſcribebam:

℞. ▽. *meliſſæ*
cortic. citri ana ℥ij.
Pulv. cinnabarino-diaph. [illegible]
Sacch. Canarienſis ana ℥j.
M. D. S.
Bald damit anzufangen, und des Nac[h]s fortzufahren.

Juxta hæc Noverca collum jusculo avenæ [...] gariſari, & externè ſacculum diſcutientem [...] pius calefactum imponi curabat, utpote [...] remedia cumprimis laudabat, ceu probat[...] ma in Nobili quodam Studioſo reperta. [...] abitu meô huic aperiebam, quod ſtatus æ[...] mihi non arrideret, qûm tempore inop[por]tunô & ob plurimos infauſtos aſpectus per[icu]loſo in morbum inciderit.

Die Sabbathi eandem tempore matut[inô] inviſens & Miſturæ præſcriptæ dimidio [...] dum propinatô urinâque citrinâ & ſubſp[...] exiſtente percipiebam, eandem melius [...] viſſe, parumper ſudaſſe, dolorem colli quod[...] modò ſopitum, & omnia tolerabiliora eſſe, [...] ægram tantoperè in lecto ſe obvolvere, [...] per aliquot dies alvô obſtructâ laboret, & [...]
cap[...]

itis & dorſi dolore adhuc conquereretur, ore externô tantùm naturali, linguâ albi- te pulſuque non adeò vehementi exiſtente. officinâ ergo ſeq. ordinabam.

℞. *Antimon. diaphoret.*
Pulv. bezoard. Sennerti
ana gr. viij.
☉. *Fulminant. gr.* iv.
M. F. Pulvis.
D. S.
Sogleich, als fertig, zunehmen.

: ex officina in domum ægræ tranſmiſe , antequam à me conſpectum eſſet. A me- hora 2. mihi nunciabatur, Virginem ad- dum invalidam eſſe. Statim advolans de ni cardialgiâ conquerentem, frigidam fe- ſyncopizantem inveni, ſiniſtro ſimul la- ſtupore correpto. Hypocauſtum ferè inò frigidum erat. Referebatur inſimul, em ad meridiem usque bene ſe habuiſſe, aliquid de juſculo cereviſiæ Löbigüneæ appetitu aſſumſiſſe, ſequentibus paulò tribus dejectionibus alvi & præſentibus udinibus. Eô ipsô autem momentô plu- m materiæ viridis evomebat, quô factô algia, ſyncope & refrigeratio extremo- remittebant. Cameram magis calefa- lam eſſe monebam, corpore ſimul lapide olico fovendo, quùm idem in præce- morbillorum curâ, ſimilibus torminibus ntegrum diem comitata, valde profuerit. Noverca reponebat, Virginem jamdum ò calore exardeſcere, quæ paulò poſt, ad officinam Pharmaceuticam, formulæ me contulerim, binâ rurſus vice viridia uerat. Equidem illi ipſi aurum hoc ful- ns, etiam à vj. ad viij. grana, ſimilibus omenis nunquam viſis, præſcripſeram. c Noverca conſtanter aſſeverabat pulve- ſſumtum integrum cochleare repleviſſe, s ſimul eundem gryſeo colore præditum , ſimulque particulas auri foliati (ut lv. bezoart.) emicuiſse. In Pharmaco- autem comperiebam ipſum Pharma- am ſecundum meam præſcriptionem m pulverem præparaſſe, qui vitrum oſtendebat, in quo de pulvere hoc nil amplius reſtabat, ut adeoque e novo elaboratus, ſed jamdiu usque quatus fuerit. Libentiſſime hic *Eſſen- caſtorei* cum *ſpir. cornu cervi vinoſo* aſſem, ſed ob Novercam non licebat, on tantùm odio plus quàm Vatinianô oſequebatur, ſed & omnia volatilia, m maximè nociva, execrabatur. So- gò *Caſtorei eſſentiam ad* ℥ß. præſcri- cebat, quam ipſam tamen nemo offerre t, donec ſoror adveniens eandem pro- . Remittente ergò circa veſperam hâc atione, ægraque incaleſcente & quie- tius ſe habente, ceſſante etiam cardialgiâ nil niſi *Eſſent. cort. aurant. ad* ℥iß. bis noctu ad 60. gutt. præſcribere mihi integrum erat, addendo

℞. ♁. *diaphoret. gr. xv.*
D. S.
Morgens frühe zu nehmen.

Die inſeq. Dominicâ, tempore matutinô, ☐. craſſa & turbida erat, beataque Virgo gut- tas has ventriculo ſuo egregiè profuiſſe teſta- batur, utut nondum omnes aſſumptæ fuiſ- ſent: addebat ſe per integram noctem ſudaſſe, & adhuc ſudare, optimè quieviſſe, utut inter- dum aliquam cardialgiam & quid ſpasmodici ſenſerit, omnibus tamen tolerabilibus absque ullo frigore vel rigore exiſtentibus. Poſthæc cordatè & alacriter loquebatur, erecta in le- cto ſedens, utut alter ſibi oculus minor vide- retur, in quo tamen nec alii, nec ipſe quid p. n. obſervare poteramus: *eſſent. cortic. au- rantiorum*, quâ modò uſa erat, particulam adhuc ad manus habens. A meridie in eo- dem ſtatu tolerabili eandem inveniens præ- ſcribo:

℞. *Bez. min.* ℈j.
Cinnab. ♁. ℈ß.
M. F. Pulv. Div. in 2. p. æq. D. mane & veſperi.
℞. *Eſſ. caſtor.* ℥ij.
D. S.
60. *Tropffen bald Nachmittags, und ſonſten auch Vormittags zu nehmen.*

Interim Novera ſuſurrabat, medicamentum ni- mis calidum eſſe, idque juxta novi clancu- lum jam conſulti Medici critiſationes. Noctû hora X. ob novi paroxyſmi inſultum, denuò advocabar. Ægram fere frigidam ſyncopi- zantem & pulſu debili præditam invenio, quæ de ſtupore lateris ſiniſtri conquerebatur, cui de eſſentiâ caſtorei vix xxx. guttas, de pulveri- bus autem nihil dederant, meumque conſi- lium non amplius deſiderabatur. Interim No- verca, contra Conſanguineorum voluntatem, quâ me à curâ abſtrahi nolebant, alium Medi- cum accerſerat, cui me præſente inter alia nar- rabat, quòd ægram amygdalato egregiè refe- cerit, eoque ſine dubio admodum dulci, ceu à ſe ipsâ artificioſè admodum præparato. Me- dicus absque ulla ſententiæ de morbi naturâ mentione dicebat

an pace meâ pulverem nitratum dare poſſit? quod illi prohibere

non poteram, probè ſciens, admonitionem meam irritam fore. Quoniam ergò non am- plius deſiderabar, penitus abhinc emanſi. Die Mercurii autem, qui 24. Novembris erat, mortua eſt Virgo.

Hâc occaſione, additâ ſupra enarratâ Hiſtoriâ Morbi, Reſponſa gratioſiſſimarum Facultatum Medicarum Lipſienſis & Wittenbergenſis de ſqq. expetii, quæ cuilibet quæſtioni ſtatim ſubjunxi:

(1) *Annon in caſu præmiſsô tumor colli, ſub deglutitione dolens, pro ſimplici faucium inflammatione ſit habendus? quæ juxta Hippocratem ab Angina ſit diſtinguenda?*

℞. *FACULT. LIPSIENSIS*: Hinc præviâ ſufficienti omnium hîc concurrentium circumſtantiarum ponderatione reſpondemus: (1) Quod tumor colli ſub Lit. A. deſcriptus indeque oriunda impeditio deglutiendi, in Virgine ægrotante tantùm pro ſimplici & catarrhali faucium inflammatione, & quæ ab Anginâ facile diſcerni poteſt, habenda fuerit.

℞. *FACULTAS WITTENBERGENSIS*: Quùm Nobis Caſum (quem pro Febri catarrhali malignâ habemus) miſeris, hinc præviâ Collegiali conſideratione morbi reſpondemus, quòd (1) in Virgine ægrotâ tumor colli doloroſus, ſub deglutitione obſervatus, pro angina non ſit habendus; quùm reſpiratio & deglutitio actu impedita non fuerint, dolorque ſtatim poſt ſudorem remiſerit.

(2) *Annon Angina & majori adhuc jure exigua talis faucium inflammatio, qualis ante febrim & rigorem jamdum adfuit, abſceſſum potius ſymptomaticum, quàm criticum denotet?*

℞. *LIPS.* Quin & (2) neque angina, neque ſimplex & levior faucium inflammatio, quæ jam ante febrim & rigorem adfuit, abſceſſum criticum, ſed potius ſymptomaticum innuit, quùm criſis ordinariò febrim ſequatur, non verò antecedat.

WITTEB. (2) etiam hic tumor colli dolorificus, ab externo frigore ortus, & ante rigorem & febrim jamdum obſervatus, non pro abſceſſu critico, ſed potius pro ſymptomate febris catarrhalis habendus eſt.

(3) *An à talibus abſceſſibus ſymptomaticis, non criticis, recurſus pertimeſcendus ſit, qui gravia ſymptomata, imò ipſam mortem cauſari poſſit?*

LIPS. Unde & (3) à ſimilibus abſceſſibus ſymptomaticis, qualis deſcripta faucium inflammatio fuit, periculoſus talis recurſus materiæ peccantis pertimeſcendus non fuit, multò minus tam vehementia ſymptomata & ipſa mors induci potuerunt.

WITTEB. Sicque (3) ab hoc ſymptomate nullus recurſus pertimeſci poterat, cùm ſudorifera jamdum & diaphoretica fuerint adhibita: niſi alius in diætâ error præceſſerit.

(4) *An exinde, quòd ſimplex hæc fa- cium inflammatio per calorem externum ſudorem mox diſcuſſa fuerit, periculoſ- talis recurſus abceſsûs critici acceſſerit?*

LIPS. Quemadmodum & (4) mi- probabile eſt, quòd, dum ſimplex hæc f- cium inflammatio per calorem externum ſudorem mox diſcuſſus fuit, ab his reme- periculoſus recurſus, aut retroceſſio abſce- critici ejusque cauſa ſubortus ſit.

WITTEB. (4) etiam ex eô, quòd t- mor hic juxta leges artis per calorem ex- num & ſudorem diſcuſſus fuerit, regreſſus m- teriæ peccantis oriri non potuit.

(5) *An cùm hæc facta fuerunt, a- quam purgans aſſumtum eſſet, huic adj- bendum ſit, quòd ratione recurſûs crit- mala illa ſymptomata mortemque ca- tum ſit?*

LIPS. Multo minus (5) deſcripto l- tivo culpa tribuenda eſt, quod metaſtaſin - ticam impediverit, materiam peccantem - tropulſerit, ſicque funeſta illa ſymptomata, - ipſam mortem, produxerit: cùm nequ- incremento, neque ſtatu, ſed in declinat- tumoris propinatum fuerit.

WITTEB. Cùm verò (5) materia - gnans, antequam aurum fulminans aſſump- eſſet, diſcuſſa fuerit, hinc illi culpa tribu- quit, quod motum criticum turbaverit - temque induxerit.

(6) *Annon in principio febrium, non - tùm ſecundariarum in Anginis, ſed & - ſentialium, cum abſceſſibus criticis, - pelate, arthritide, variolis, rebus - habentibus, propter orgaſmum & cru- tes primarum viarum tutiſſimè purgan- ne, cumprimis autem* aurum fulminans, *artis præparatum, dari poſſit?*

LIPS. Cumprimis, dum (6) etia- principio febrium, non tantùm ſecundaria- in anginis, ſed & eſſentialium, cum abſceſ- criticis, eryſipelate, arthritide, variolis - bus ſic ſtantibus, propter turgeſcentiam & - ditates primarum viarum tutò lene purg- imprimis aurum fulminans lege artis præ- tum dari poteſt. Imò in ſimilibus caſibu- lis evacuatio utplurimùm valdè neceſſaria -

WITTEB. Notum quoque eſt, - (6) in febribus continuis, tam benignis, - malignis, in principio lene emeticum, ſi - indicantia adſint, & imprimis materia pe- in primis viis turgeat, bene exhiberi p- quod cumprimis à Sydenhamio in met- curandi febres p. 9. & 199. non parum - mendatur.

(7) An-

(7) *Annon copioſa illa materia viridis, vomitum & ſeceſſus rejecta, ad oculum nderit, quod anxiæ jactationes non tam aliquâ inflammatione ventriculi, ſed acribus humoribus in ventriculo provene- t, eaque de cauſâ conſultum fuerit, hoc dicamentum exhibuiſſe.*

LIPS. Cæterum & (7) copioſa mate viridis per vomitum & ſeceſſus rejecta haud curè innuit, quod anxiæ jactationes non eſſariò ab aliqua ventriculi inflammatione, ab acribus humoribus, in ejusdem cavi congeſtis, proveniant; quapropter opti- factum videtur, quod medicamentum leniter laxans, ad hos eliminandos pro- tum fuerit.

WITTEB. & licet negari non poſſit, d in febribus continuis, præſente mate- peccante in primis viis, ſæpè tantùm inci- ia, ut tartarus vitriolatus, arcanum tar- , vel rhabarbarum in refractâ doſi detur, pro tutiſſimis habenda ſunt: attamen (7) m fulminans, ritè paratum & edulcora- , in principio, ſi ſigna adſunt indicantia, dari poteſt, idque in memoratâ ægrâ, ratione materiæ peccantis, operatum eſſe tur.

Quin & (8) nullum eſt dubium, jacta s anxias à materiâ viridi, per vomitum tâ, ortas fuiſſe, quoniam nulla ſigna in- mationis ventriculi adfuerunt: eaque auſâ hæc materia peccans optimè elimi- fuit.

) *Annon in febribus cum calore tenui, hymiis, perfrigerationibus, pulſu de- torpore ſeu ſpasmodico, ſeu paraly- nitrum magis noxium fuerit?*

LIPS. An verò (8) in febribus cum e tenui, lipothymiis, perfrigerationibus, debili, torpore, ſeu ſpasmodico, ſeu ytico ☽. aut nitroſa noxia magis quàm ua fuerint, ſuo in loco relinquimus; pro diverſitate circumſtantiarum hoc ⊖ uſmodi caſibus tam proficuum, quàm m eſſe poteſt, ſicque ejus exhibitio in i præſentis judicium redundat.

WITTEB. Sic & (9) in febribus con- cum calore leni, lipothymia, perfrige- e, pulſu debili & torpore ſpasmodico a uſuale non eſt, facileque nocere po- cumprimis ſi poſt laxans aliquod, ubi al- erta eſt, detur.

(*An eſſentia caſtorei cum ⌒ CC. vino- alibus caſibus, cumprimis in ipſo pa- no longe utilior & conſultior cenſen- ?*

IPS. Et idem omninò (9) de eſſen- orei cum ⌒ CC. vinoſo & ſimilibus ju- dicandum: quæ in paroxyſmis lipothymicis, ſpasmodicis, paralyticis, & quidem in tam par- vâ doſi data fuit, ut ægræ ne minimum incom- modum exinde ſuboriri potuerit. Signatum Lipſiæ die 13. April. Anno 1707.

Decanus, Senior aliique Doctores & Aſſeſſores Facult. Medicæ.

WITTEBERG. E contra (10) eſ- ſentia caſtorei cum ⌒ CC. in tali caſu, cum- primis ſi diaphoreſis minus legitimè procedit, pro utiliori & conſultiori reputanda eſt. Pro majori confirmatione Facultatis noſtræ Sigillo omnia conteſtantes. Wittenbergæ die 18. Aprilis Anno 1707.

Decanus, Senior aliique Profeſſores Facultatis Med. ibidem.

Hîc Benevolum Lectorem celare nolo, hi- ſtoriam hanc veriſſimam iisdem verbis conce- ptam utrique Facultati Medicæ transmiſſam ab Adverſarii hiſtoriâ qnidem in nonnullis (aſt falſiſſimis) abire: interim quod unicum totius rei fundamentum, collum ſc. tumi- dum, cui tam Adverſarii, quam Reſponſo- rum rationes innituntur, attinet, ipſa pars adverſa fateri cogitur, Virginem beatiſſimam idem ex aëre turbido & frigido domum re- portâſſe, eodemque adhuc die, ſcil. ☿. idem ſenſiſſe, imò eodem quoque die per gargari- ſationem cum juſculo carnis rurſus evanuiſſe: cùm tamen die ♀. primum advenerim, & die Sabbathi pulverem aureum propinaverim.

(2) Genuina pulveris aurei formula à me ita, prout ordinaverim, deſcripta fuit, ut idem binorum Pharmacopœorum juratorum atte- ſtatum, ſub juramenti illorum fide, confir- mat. Licet autem & pars adverſa aliam & adulterinam poſuerit, argumenta tamen con- traria unicè contra pulv. aureum direxit: Con- tra quæ binæ Facultates Medicæ ſatis clarè & diſtinctè reſponderunt, quod absque omni fundamento impugnetur & ſuggilletur.

CAP. II.

Hiſtoriam morbi, ab adverſario corruptam, examinat, malignas- que cenſuras ejusdem diluit.

§. I.

IPſo de προεξευκρίσεως titulo primum mone- tur, quod Hippocrates quidem, ut p. 15. non negatur, τὸ προεξευκρίνειν Medicis com- mendet, nullo autem loco naturæ προεξεύκρισιν laudet. Idem enim vocem προεκκρίνειν (a) quidem *præjudicanti naturæ*, id eſt, præ- coces judicationes excernenti, adſcribit; quod vero ſemper fit cum *cruditate*, neceſſario ma- la, & nunquam cum εὖ, bona. Hoc igitur εὖ con-

εὖ contra Hippocratis expreſſionem, reique naturam, per contradictionem in adjecto, familiariſſimam quidem, interponitur. Quapropter non immeritò adverſarium, ſub genuino nomine ſuo, προεκκρίνοντ@, ſeu *crudi præjudicantis*, judiciumque ſuum præcipitantis, per hoc defenſionis ſcriptum indigitare libebit. Hoc ipſo enim πρῶτον ejusdem ψεῦδ@ apparet, quod, pro crudo præjudicio, Hippocratis æque, ac omnium probatiſſimorum ſcriptorum, cum dogmata ſobria, tum experimenta practica, falſis, phyſicis æque, ac morabilibus, non niſi corrumpat.

(a) Hipp. de Humor. VII. 16. Vol. I. pag. 323. L. II. Epid. S. I. 35. pag. 686.

§. II. Præjudicans igitur adverſarius S. VI. pag. 50. tradit, *B. virginis conſtitutionem fuiſſe, qualem veteres, ad graphice pingendum phlegmatico cholerici temperamenti exemplar, deſcripturi eſſent*: Cum tamen in eâdem temperamenti potius ſanguinei ſigna conſpirent, quæ ſecundum omnes Inſtitutioniſtas, ut vel tyrones in *Mœb.* inſtitutionibus legere poſſunt, hæc ſunt: *Corpus calidum eſt, & molle, latis præditum venis & carnoſum, facies florida, ætatis progreſſu eleganter rubicunda, in pueritia capilli albi, hinc ſubflavi. Talis homo eſt hilaris, alacris, pacificus, ingenioſus, amicorum amans, juſtus ac bene moratus, frequentes patitur hæmorrhagias, febres putridæ ſæpius ipſi negotium faceſſunt.* Fateor itaque, *crudius eſſe meum caput*, ſicut mihi exprobratur, quam quod chalybeas has cruditates concoquere poſſit, aſſerentes, *temperamentum fuiſſe phlegmatico-cholericum. Phlegmatici enim temperamenti ſigna hujusmodi enumerantur: Corpus eſt album & craſſum* (quod poſterius ipſe negat) *capilli albi, ſomnus longior, ignavia, tarditas, ingenium hebes, judicium acre.* Temperamenti verò cholerici exemplar melius non haberi poteſt, quam in Grunnio illo Medico, cujus ſigna rurſus graphicè Mœbius his depingit: *corpus eſt calidum, durum ac gracile, macilentum, tum quoad carnoſam ſubſtantiam, tum quoad pinguedinem, pili nigri, criſpi, venæ magnæ, facies* χλωρή, *cum virore pallida, qualem plerique habent Judæi* (veriusque Zigeuni.) *Homines tales ingenioſi ſunt, ſed inconſtantes, temerarii, ſuperbi, iracundi, contentioſi, nemini parcentes, implacabiles, ſubitò ad arma provocantes*, non ſolum in domeſticos flagellis ſævientes, ſed etiam cum fuſtibus in plateas procurrentes. Bone DEUS! quanta utrinque vitia, vi *temperamenti phlegmatico-cholerici*, ad unum omnia notoriè falſa, in honeſtiſſimam & modeſtiſſimam B. virginem cumulare non pudet.

§. III. Deinde B. virgo *temperamen*
fuiſſe dicitur phlegmatici, ſimul tamen *ch*
lerici, ut Veteres illud graphicè deping
rent. Quare non nominantur illi Veteres
Hipprocrates certe, & à priori, & à poſterio
hæc *naturæ myſteria* ignorat, & hinc etia
ut *obſoletus*, negligitur. Ego verò, neq
quenquam veterum, neque recentiorum M
dicorum, hæc ridicula unquam ſcripſiſſe n
mini, & quis unquam ſanæ mentis ha
σιδηροξύλȣ contradictionem in adjecto call
ſomniare? Secundum hanc enim B. vir
frigidi ſimul & calidi, ſicci ſimul & hum
temperamenti fuiſſet, capillis ſimul albis
nigris, pacifica & contentioſa, judicio mi
acri, tamen ingenioſa. Verùm non alia ſ
naturæ myſteria, fœtusque *intellectus*,
cundùm & contra *Hippocratem, ſine cogi*
tione quidem, tamen *moralis & pruden*
ſimi, ἀπαιδεύτȣ, *rudis, & tamen* πολυμ
ςάτȣ, *doctiſſimi.* Cujus quoque claſſis ſ
riſus auſterus, abſceſſus criticus ante
brim, ſymptomatici recurſus pernicioſ
ex hoc, & acriſia, febris ſecundaria, b
amara, & tamen acida. Porrò προέκκρ
pag. 50. ægrotæ *habitum tenerrimum* pe
bet, omneque ſolidum robur exinde ipſi
negat; ob proceram maximè ſtaturam,
gis tamen per annos infantiæ ac puer
Sed certè nemo per hos annos ipſam
macilentam agnoſcere potuit; gracilem
dem, ſed virginem, non Matronam. Ve
ſecundùm Hippocratem (a) *craſſi admo*
ſecundum naturam magis citò moriun
quam graciles.

(a) S. II. aph. XLIV. Vol. I. pag. 76.

§. IV. Totius controverſiæ cardo fe
una medicamenti formulâ vertitur, q
51. nequidem addita doſi, hoc modo
terata legitur: *Pulv. è fol. ſenn. A*
diaph. & auro fulminante. Cum igitu
verca, cujus partes jam aguntur, medica
αὐτόγραφον in manibus habeat, illamque
cinæ reddere recuſet, ex Pharmacopœ
cillime præjudicans pharmaci hujus form
veram percontari potuiſſet, doloſus cert
mus hinc præſumi poteſt. Cum ego c
in *Diſſert. de Orgasmo* eandem veriſſi
propoſuerim, neque cauſſam ſubeſſe pu
ut eandem mutem, aliamve ſubſtituam
lut ſequens Dnn. Beckerorum, jurat
Pharmacopœorum, atteſtatum convi
Wir endes Unterſchriebene bekennen
unſerer Apothecker-Pflicht hiermit,
den 20. *Novembr.* 1706. *Herr D. Pa*
tius Wolff, Med. Prof. Publ. und Pra
allhier der ſeel. Jungfer N. N. folgende
ver verſchrieben: ℞. ♁. *diaph. Pulv*
Senn. ana gr. viij. ☉. *fulm. gr.* jv. *M.*
Welches Recept die Fr. N. N. wieder *ho-*
len

laſſen, nicht aber zurück geſchickt. Wir ſtiren *auch zugleich, daſs nicht allein ge-* *hter Herr* Profeſſor *Wolff, ſondern auch* *erſchiedliche Herren* Doctores Medicinæ ctici *von eben dieſem* auro fulminante *in* *erer* Officin *vielfältig verſchrieben ha* . Sign. *Hall.* d. 8. April. 1707.

Joh. Melchior Becker, Apothecker zum König Salomon, mppria.

Friedrich Jeremias Becker, Apothecker zum König Salomon, mppr.

Qui ſemel autem malus eſt, ſemper talis ſumitur; ideoque tota hiſtoria morbi, n adverſarius in ſchedio ſuo adornavit, tis falſis adulterata, qualis revera eſt, præ itur. Quapropter ego his mendaciſſimum mniatorem, ſive maſculini, ſive fœmi generis, arguo, qui B. virginis hiſtoriam bi, ab ipſa veritate tam diverſam, & mul- modis adulteratam, doloſè confinxit & dif- vit. Genuinam ego contra hiſtoriam pro- i, ſicut L. XI. Annalium meorum Practi- m f. 546. eandem, cuivis legendam, of quam, nondum vexationem talem metu ibidem conſignavi. Sicuti autem libri mer- rum ſemiplenè probant, ita neque ſimilis libris medicorum annalium practicorum gari poteſt, quam juramento confirmare, poſtulet, ſum paratus.

§. V. Porrò hiſtoriæ interſeritur, *me, ſub ulari adjurationis formula B. interro- , ubinam pulſum haberet?* Quales autem s formulas mihi neutiquam, ut alii qui- familiares eſſe, omnis vir honeſtus, con dine meâ uſus, aſſeverabit; priori quidem ſed non cum tali formulâ, pulſum parvum bar, quem verò lipothymias ſequentis diei cus ne quidem mirari poteſt. Deinde ngitur, quod Beatam virginem ego *his ellaverim: num venenum hauſiſti?* craſſo mendacio paſſim ipſa Noverca me nare non erubuit. Quibus è verbis pro meam confeſſionem, quaſi venenum hibuiſſem, elicere tentant. Sed facillime collatæ invicem præſumtiones diluent, entes, nequidem hæc me dicere potuiſſe. m exhibuit B. virgini venenum quis? B. s germanus frater? nomen hoc ipſum e ſua naturali ſummum infert amorem. e is illud exhibuit? Num lucrum quod- x morte ipſius, hæreditate, aut teſtamen- peravit? ne quidem potuit, nec voluit. nodo autem is venenum exhibuit? Num, tale medicamento, ab ipſo parato, ad- it? ne id quidem cogitari poteſt, nam amenti formulam in officinâ præſcripſit. autem illius autographum tale docet? mi- gentium, ſed *aurum fulminans*. Se- m hanc formulam Pharmacopœus edicamentum compoſuit, illud in ædes ut Medicus illud ne viderit quidem, quid dicam, venenum admiſcere potuerit. Conferantur jam his Partis adverſæ præſumtiones. Exhibuiſſet venenum quis? Domina Mater, non, ſed noverca; Nomen certè odioſum. At hæc Noverca, verè materno amore, privignarum commoda ſuis ſemper antepoſuit. Nonnunquam verbis facta non reſpondent. Sed num lucrum ex B. virginis morte illa ſperare potuit? ita videri poteſt, nam teſtantibus actis publicis, teſtamentum eſt aucupata. Quomodo autem venenum fuiſſet exhibitum? Hoc quidem dici minimè poteſt; interim ipſa fatetur, B. virginem in ejusdem ædibus majorem pulveris quantitatem accepiſſe, quam quantam Medicus præſcripſit, & Pharmacopœus compoſuit. Præterea Noverca medicamenti autographum ex officina ſubduxit, reddere recuſat, accuſata, per hanc exceptione veritatis ſe tueri non auſa fuit, ſed tacite mox honorifica declaratione deprecari maluit; quin imò in ſchedio famoſo προεκκρίσεως, pro exceptione mendaciorum, alia, & adulterata, medicamenti formula debuit proponi. Cujusmodi non eo animo hic attuli, quaſi venenum ipſe ſuſpicer, aut cuipiam ſuſpicandi anſam dare, velim ſed unicè ut oſtendam, quam facilè mendax, tanquam turdus, malum ſibi ipſi cacare poſſit.

§. VI. Propria morbi hiſtoria in προεκκρίσεως diagrammate tradit, quod faucium illa inflammatio à ſuſcepto *aeris ſubturbidi* frigore, primò die non ſolùm apparuerit, ſed eodem etiam rurſus *evanuerit à ſolo gargariſmate, ex avena decorticata maximè parato*; & hoc ipſo is recurſum anginoſi eryſipelatis tam pernicioſum probare conatur; quo ipſo autem, quantas quantas, argutias ſuas ipſe convellit. Primum enim ab externa, frigoris ſuſcepti, cauſa inflammationes ſymptomaticæ, non abſceſſus critici, ſequuntur. Quale igitur eryſipelas criticum eſt, quod ſine antecedente *horrore*, quem ipſe p. 53. negat, ipſo primo die, quinimo ante ipſam febrim, erumpere potuit; Ipſam cruditatem προεκκρίσεως non intelligi, hoc detegitur. Etenim illa primi diei eryſipelata neceſſariò ſunt προκρινόμενα, *præjudicata*, ut ipſe Hippocrates declarat, (a) *à quorum crudis judicationibus acriſiæ*, non criſes, ſuccedunt. A tali certe recurſum tam pernicioſum, præſertim à ſolo gargariſmate calido, ne ſominare quidem quis poteſt. Recurſus ſeu relapſus tales, ſecundum propriam aſſertionem p. 36. *fieri debent illis diebus, quibus eryſipelata exire debent*; talem verò nominat *diem tertium*, & rectè. Ergo recurſus ſeu relapſus ille pernicioſus in B. virgine non antea, & primô die potuit obtingere. Deinde die Veneris demum ego primùm ad ægrotam acceſſi, ubi miſturam diaphoreticam, non certe recurſus inferentem, præſcripſi, recurſus autem jam primo die Mercurii, ut ipſe narrat, factus fuit. Quanta igitur temeritas eſt,

Jovell, Val.

culpam illius in me conferre velle, hac ratione potius in nobiliſſimam ſuam dominam Novercam conferendam. Alia longe in B. Dno Parente ratio erat; in quo eryſipelas die III. demum apparebat, cujus eruptio à topico illius anodyno mox quidem turbabatur, ſed non diſparebat. Neque capitis dolor primo die, quanquam eodem non adfui, ſecundum ſolitos morborum typos, in B. filia huic evaneſcentiæ debere potuit. Nam idem dolor per veſpertinam exacerbationem, omnibus ſolennem, pariter ingraveſcere cœpit; qua certè faucium illa inflammatio nondum diſparere potuit, præſertim cum eandem die Veneris adhuc, primo meo ingreſſu, offenderim.

(a) L. II. Epidem. S. I. 35. Vol. I. p. 686.

§. VII. Falſiſſimum eſt, (2) anxiam illam jactationem demum die Saturni, poſt auri fulminantis uſum, & hinc dejectiones ac vomitus incepiſſe; jam die Veneris illam gravem, in primo meo ingreſſu, mirabar: hæc enim ipſa potiſſimum mihi laxans videbatur indicare. Imo ipſa hæc paſſio poſt vomitus potius remittebat, præſertim verò die Solis ceſſabat. Ut matutinam diei Saturni euphoriam, ad meridiem usque continuatam, taceam, cum mane, hora octava aut nona, medicamentum illud fuerit aſſumtum; ipſa enim tum Noverca nondum negare didicerat, quod ægrota per illud tempus ex cereviſia Lôbbegünenſi confecti juſculi aliquot cochlearia ſine faſtidio aſſumſiſſet, illamque bibiſſet. Quamobrem enim demum hora ſecunda pomeridiana exacerbatio illa mihi denunciabatur, ubi fere frigidum offendebam hypocauſtum? quale pro talibus ægrotis, præſertim colicis quoque, ſi, propter dejectiones, lectum non obſervare poſſunt, minimè commodum eſt. Quid, quod, ut deinde reſcivi, Noverca tum magis pro teſtamento condendo ſollicita, citius ad Dominum JCtum miſerat, quàm ad me Medicum, pro doloribus privignæ levandis. Profecto non ſine ratione, me non monente, Domini Wittebergenſes in quæſt. III. Reſponſo, *errorem diætæ* ſuſpicantur. Haud nego: quod tum B. virginem, lipothymicis perfrigerationibus debilitatam deprehenderim; Sed non rarum eſt, accedente quodam errore iisdem vomitus perturbare tam ſpontaneos, quam medicamentis provocatos, vel in ſanis hominibus, præſertim mollioribus virginibus. Neque verò poſt ipſas dejectiones & vomitus, etiamſi dyſphoria remittat, ſomnus placidus & appetitus mox reſtituuntur, &, laſſitudine omnino ceſſante, febris ipſa penitus ſolvi poteſt, ut ægroti plane convaleſcant; quæ aliâs ſola per ſe, ſine vomitoriis, quoque vires magis magisque proſternere ſolet. Omnes honeſti homines, nec mendaces, qui die Solis B. virginem inviſerunt, dysphoriam ejusdem diei minorem negare non poterunt; utpote quo, voce non debili, erecto in lecto corpore, me ac amicos interpellabat, & cum Dno Sponſo co fabulabatur. Quod verò lipothymia horis v ſpertinis redierit, pluribus infra dicetur. Inter recenſetur, circa horam VII. exacerbation illam lipothymicam cœpiſſe, quare verò i mihi, horâ demum nocturnâ decima, denu ciabatur? Medicamenta, quæ jam præſcripſera eſſentiam caſtorei, & pulverem cinnabarin diaphoreticum, ipſis his malis, & præ nitro, m gis appropriata eſſe, quivis medicinæ ſobr peritus agnoſcet, ut & Domini Wittebergen candidè in Quæſt. IX. & X. reſponderunt, D mini Lipſienſes verò tacitè ſingularem hanc r vitatem riſiſſe intelliguntur. Quamobr autem ne unicum quidem medicamentoru eorum fuerat exhibitum, cum, ſecundu conſilium meum, ambo tum fuiſſent uſurp da? Num igitur & tum Medico culpa hom dii poteſt imputari, cum conſiliis ipſius ægri ne quidem obſequuntur?

§. VIII. Quam falſum pariter eſt, me gaſſe, quoddam medicamentum ad manus fu ſe. Adverſarium enim ejus cauſa, & num *a leptico* uſus fuiſſem, me interrogantem, c tiorem faciebam, eo nomine eſſentiam caſt me præſcripſiſſe. Cum igitur ille, ne verb quidem de morbi genere facto, mox & un regereret, *ſe cum permiſſione mea, pulve nitratum exhibiturum eſſe*; quomodo non teram non promtiſſimè aſſenſum meum præ re; cum ſi diſſenſum meum, quem jam intell bat, vel verbulo defendiſſem, actu tamen pro fruſtratorio, non, niſi majores moleſtias, vexa nesque cumulaſſem. Interim hoc notatu dign eſt, Adverſarium, quaſi nitrum ſuum ipſe in caſu incommodum agnoverit, ne unica quic vice illud in ſua morbi hiſtoria rurſus nomi voluiſſe; cum corporis perfrigeratio, parvis tem ſudatiunculis comitata, ut ipſe p. 54. f tur, ad mortem usque continuaverit, im creverit. Quibus certè caſibus Elixir ca rei volatile longè magis, quàm nitrum, profuiſſet, cum iis ne quidem leviſſima phoretica, eſſentia ſcordii aut lapilli can rum & mater perlarum (eidem tantum ſo nia) ſatisfaciant. Certè miſera ſors Medicorum, hic Halæ praxin exercentium Medicus novus ſuperinducitur; quo ipſo e primo Medico collega, non conſilii juva ſed imperitiæ corrigendæ cauſa, ſemper jungitur. Quare quæcunque abſurda & in ritiſſima novus proferat, ſi primus uni ſaltem monitum, aut rationem contrarian gerat, contentioſo ejusdem animo illud buitur; quid quod contraria, eam ipſam ob ſam, aguntur? nihilominus ſi res, ex novi Me manifeſta imperitia, malè cedit, unice p ri culpa omnis imputatur.

(a) Confer. ad quæſt. IX. & X. Witteberg.

§. IX. Eadem jam ante illa ipſa *nobiliſſi Domina*, ſcilicet Noverca, in B. conjuge m cuerat: qui primùm ſuopte conſilio ſp. C

cit

to B. Dn. Knauthii, uſus fuerat, à me
ſimilis medicamenti drachma j. exhibita,
ie III. ad guttas xx. uſurpata, mortis dein-
ie IX. demum ſubſecutæ, unica cauſa diffa-
atur; cum tamen hoc optimum fuiſſet me-
mentum, quòd eryſipelatis & febris gan
oſæ malignitati, præ omnibus aliis, ſatis-
ſet. Febris maligna, à me nominata ri-
tur, ſed hectica, malumque hypochon-
rum rectius, ſcilicet, dignoſcebatur; ego
svis imperitiæ arguebar, cum ne majores
em excogitari poſſint, quàm à ſecundo
ico commiſſæ. Nam (1) à topico anodyno
ercæ, me fruſtra diſſuadente, adhibito,
gni eryſipelatis, vere critica, eruptio mox
ta, cognoſcebatur, (2) utut maximè aliud
bam, omnia cinnabarina & volatilia pro-
ebantur, (3) die VI. & rurſus die IX. ipſo
tis, venæ raninæ, contra quasvis artis re-
, ſecabantur, (4) enemate, per mediam,
fficillimam, critici abſceſſus eruptionem,
ſolvebatur, (5) diaphoretica diebus cri-
longe minus, quam contra vacuis, uſur-
ntur, imo (6) demum penitus, ne debi-
nr, in mei contumeliam omittebantur.
enim B. Domini Ægroti tam convale-
ia, quàm unicè maligna mea vexatio, in-
ebatur. Ideoque ego per hæc, tacitè ma-
ſentire, quam apertè contradicere, Me-
novo hic Halæ ſuperinducto, didici.
. X. Præterea mihi exprobratur, quod *ſe-
tibus diebus B. virginem non rurſus vi-
erim.* Ego autem moris eſſe didici, ut
icus alter alteri ſignificet, qua hora craſti-
nane ipſe foret rediturus; quem autem
us præjudicans, abiens, prorſus omittebat.
ergo alter Medicus, cujus ſolius viſitatio
uſtranea, inſtar adoleſcentuli, per plures
s illius adventum expectet? Ego diſce-
, & novercam & Dn. affinem monebam,
r nuncium collegæ acceſſum mihi ſignifi-
t, quo, & ego eodem tempore ſimul com-
e poſſem. Cum igitur ne hoc quidem
o me dignari libuerit, num ego,
ultra rogatus, invitis me obtrudere de-
m? Certe, ubi honeſtum, imò largius
m ſolvitur, illi turpitudini me non ſub-
, quanto minus igitur hæc in gratuitis cu
ibus à me poſtulari poſſunt? Deinde,
am de B. Parente recenſui, ita etiam in
roſo Regio Commiſſario, ipſo Præjudi-
ſuperinducto, ſum expertus, quod ſive
itiarum, ſive ſingularium novitatum,
juncti Medici tentant, funeſtos eventus
deinde ſine quavis culpa luam; itaque
s conſilium iis caſibus haud ſupereſſe cre-
uam ut curationibus illis, quam primum
me ſubducam. Sic in hoc Generoſo
Commiſſario ſanguinis miſſionem ego
am, aderat Chirurgus ad illam paratus,
verſarius ſuperinductus omni modo il-
ſvadebat, demumque ſequenti die ad Do-
Ægroti multas inſtantias, ſanguinis mi-

nima quantitas mittebatur, ſtillarum ſeu hæmorrhagiarum ſymptomaticarum & perniciosarum parvitatem imitando; cum in corpore illius plethorico evacuatio illa, & quidem larga, fuiſſet repetenda. Neque obſtat, quod ante quatuor hebdomadas vir generoſus in ſimili morbo cruorem quoque ſuum depleviſſet, cum levamine tamen & ſanitate reſtituta; cum in pleuro-pnevmonicis, orthopnœa metuque ſuffocationis urgente, per unam febrim, in eodem ægroto, duobus tribusve ſingulis diebus cum levamine ſecentur venæ. Equidem ego, non crudiſſimo aliorum præjudicio, Wedelii pragmatica teſtimonia rejicio, docentis, *in pleuritide venæ ſectionem non eſſe*, ſemper fortaſſis, (interim quandoque) *neceſſariam*; nec ego *ſimpliciter hanc in eodem morbo extollo*; ut mentem hanc meam in Diſput. *de Venæ Sectione intempeſtiva in phrenitide* jam copioſius expoſui, & vel centies in praxi propria auxilium hoc in febribus pleuriticis felici ſucceſſu omiſi, verum ſuffocationis metus abeſſe debet. Deinde laudatus Medicus ſalia volatilia, pro ſanguinis coagulatione magis ſolvenda, ſuccenturiat. Antagoniſta verò potius acidis, (a) non ſolùm ſanguinem magis coagulare, ſed etiam *motus incorporeos vitales* tuſſis, non quidem *irritando*, uti ille quidem negat, exaſperare malebat; cum ad unum omnes Medici pragmatici, cum Hippocrate acida, venenorum inſtar, in hoc morbo fugere, tuſſimque magis quodammodo emollire, inculcent. Quamobrem potius expectoratione omnino ſuppreſſa, Generoſus vir, Medico nil tale cogitante, uti tamen peregrè proficiſcens prædixeram, obierat. Hunc ſolœciſmum Clariſſimi Medici Berolinenſes rectiſſimè turpiter caſtigarunt; ut revera me pudeat, illi curationi ſimul interfuiſſe, quippe nullo modo lege artis defendendæ.

(a) Referente L. IX. Annal. Pract. f. 638. menſe Novembri Anno 1702. paradoxus noſter ultimo die in officina ſequentem formulam propria manu præſcripſerat: *R. Aqua ſcabioſæ, ſcordii, card. bened. chærefol. aa. unc. ij. cinnam. cydon. dr. vj. roſ. unc. ß. Tinct. roſ. vitriolatæ* (id eſt Spir. vitrioli acuatæ) *dr. ij. Syr. acetoſ. citr. unc. j. aurant. papav. err. aa. dr. iij. MDS.* ut frequentem ſimul ſucci citri uſum omittam.

§. XI. Porrò p. 52. mihi objicitur, *quòd non ſolùm illo, ſed à longo ſatis tempore, per divinam gratiam, ejus characteris febres in hâc urbe haud notæ fuiſſent, quæ tanta violentia, citra ſiniſtras tractationes, ægros ſubegiſſent.* Sed idem prorſus de tempore, quo laudatus Regius Commiſſarius, & ipſius adverſarii B. conjux tertia, brevi obierunt, dici poteſt. Deinde Ægr. I. Diſſ. de Orgaſmo, vidua juvenis circa illa tempora ſimilem planè morbi violentiam cum capitis doloribus, ex critico eryſipelate, item ſupervenientibus animi deliquiis & perfrigerationibus, oſtendit; quæ ſine auro fulminante quidem, ſed non ſine quovis purgante, omiſſo autem

Novell. Val.

nitro, ab elixirio caſtorei volatili, evidenti utilitate, convaleſcebat. Quantumvis autem fatear, per hos annos, non, ut quondam anno 1700. contagioſas conſtitutiones numeroſos febricitantes tuliſſe; nihilominus tamen per hos etiam ex febribus aliquos mortuos fuiſſe, negandum non eſt. Plures autem B. virginis morbi tempore malignos planetarum adſpectus, rariſſimo more, concurriſſe, publicus docet ephemeridum conſenſus. Hos ipſos, non quidem ut caſus ſolitarios, pro febribus lethalibus inferendis, ſufficere arbitror; attamen illos, præſertim in dies criticos incidentes, ut cauſas ſocias, malignitatem febrilem plurimum exacerbare: cum Hippocrate tot graviſſimi Scriptores medici, Riverius, Ballonius, Lælius à Fonte, B. Sylvaticus, Diemerbroccius, experientiis ſuis atteſtantur.

§. XII. Sicut etiam propter hos, ut videtur, B. D.D. Seechius, J. U. P. P. Witteb. vir elegantiſſimæ ac ſolidiſſimæ eruditionis, 40. circiter annorum, craſſi, longi ſatisque robuſti corporis, ſanus, die I. Decembris 1706. hinc Wittebergam profectus, & ibidem ad iram provocatus, febricitare cœperat, atque VII. die, cum purpuræ eruptione, obiit. Haud ſecus (a) faber robuſtus, 36. circiter annorum, d. 21. Julii 1706. cum ſimilibus planetarum adſpectibus, ad iram provocatus, omne acetum, quod à cucumerum recentium acetario ſuperfuerat, hauſerat, hinc febricitans, die V. alvo obſtructa, ſine quovis purgante, per integram noctem copioſè ſponte vomuerat; malè ſimul ſignificantibus parva narium hæmorrhagia, ſudore capitis particulari, hinc acido frigido, triſtique delirio, die VI. delirus electo ſe proripuerat, brevî mortuus, poſt mortem totum crus maximum ſignum lividum defœdaſſe, intellexi. Pariter (b) die 7. Auguſti cum ſimili concurſu malignorum adſpectuum, piſtor 40. circirer annorum, quem febribus iisdem à gravibus iræ paroxyſmis, oppreſſum, vel ſexies curaveram, methodo medendi eadem haud levante, cum ſudore frigido VI. die delirus obibat. Quantam igitur præjudicii crudidatem, *ſi non inferorum Deorum διαβάλλειν*, ut ſcurribilis ejus expreſſionibus utar, adverſarius detegit, quòd in propria diſputatione (c) inculcet, *multum intereſſe, ſi critica tempora in novilunii & plenilunii dies incidant!* nihilominus is me S. VIII. p. 70. adeò ſugillat, quòd veriſſimè tradiderim, præter novilunium plures funeſtos planetarum adſpectus tum concurriſſe, qui morbi malignitatem in B. Virgine admodum exacerbaſſent, ac ejusdem lethalitati maximum pondus addidiſſent.

(a) Refer. L. XI. Annal. Pract. f. 498.
(b) ibid. f. 498.
(c) De rationali empiria §. LV. p. 38.

§. XIII. Denique notam meretur, quòd προεικκελσις, per univerſam morbi hiſtoriam, medicamenta ſua, meo more, non deſcribat, n[...] minibusque proponat, ſed ea, peritorum M[...] dicorum publicam cenſuram timens, virtutib[...] tantùm medicis, *analeptica*, *alexipharmac*[...] *& diaphoretica*, nominet. Res eſt examin[...] adhuc digna, num illa talia fuerint. Diapho[...] retica leviſſima ipſi uſitata eſſe, v. gr. eſſ. ſcor[...] radicis pimpinellæ, oculos cancr. matrem pe[...] larum, & quidem nitro remixta, teſtentur O[...] ſerv. Hallenſes; neque alia in B. virgine fu[...] ſe, oſtendunt leviſſimæ tantum *ſudatiuncul*[...] *cum extremis frigidis*, quibus effectibus r[...] trum maximè favet; Cujus autem nulla ult[...] rius fit mentio, cùm tamen Noverca pulveru[...] illorum alborum ſalinorum, mirificas virtut[...] plenis ſemper buccis decantaverit. Quibus a[...] tem nec eryſipelatis eruptio & extraverſi[...] quàm unicè de meâ curâ deſiderat, prom[...] veri potuiſſet, ſed magis inhiberi debuiſſe[...] ut & pernicioſus recurſus, ſi quis adfuiſſet, co[...] firmari. Unicum in mea medendi method[...] generis communis ille Syncretiſta culpare n[...] vit, quod ego in febribus ægros ſudoribus larg[...] debilitem; nihilominus diaphoreticam, n[...] refrigerantem, unicam genuinam febribus m[...] dendi, methodum eſſe, jam ipſe confitetu[...] De naturæ motibus vitalibus & criticis ubiq[...] ad nauſeam multa, ſed tantum generalia, pr[...] feruntur pro theoriis ſcilicet fingendis; ubi ve[...] praxis ad ſpecialia deſcendi poſtulat, indicat[...] ni nulli ſatis fit; ſic magis ſaltem ſymptoma[...] cas ſudatiunculas, ad acriſias pertinentes, m[...] vere, quàm ſudores largiores, laudabiles c[...] ſes imitando, promovere, docetur.

§. XIV. Haud ſecus, alia, analeptica & ne[...] vina, v. g. eſſentia caſtorei, quin imò ſolar[...] videntur; præ his verò minimè talia haberi p[...] ſunt miſturæ, ſyrupis tantùm edulcoratæ; q[...] les B. virginem à novo Medico accepiſſe, D[...] ſoror, aliæque fide dignæ amicæ, mihi re[...] lerunt. A cujusmodi verò ipſa B. virgo mo[...] bat, ſe tormina colico-hyſterica pati; hincq[...] *anxiam moleſtiam membrorumque jactat*[...] *nem inferri*, ipſe Hippocrates (a) inculcat. U[...] de neceſſariò, à meo diſceſſu, anxiæ jactat[...] nes non potuerunt non denuò recrudeſcere[...] continuare, ut ipſa προεικκελσις recenſet, li[...] easdem auro fulminanti falsò imputare labor[...] Neq; abſurdum eſt, ut ille quidem p. 72. me ſu[...] gillat *febribus*, etiam *malignis*, hinc *cardi*[...] *gias* complicari hyſtericas; quas ferè pror[...] negare mavult, cùm tamen Hippocrates ([...] tales *epilepſiis & animi deliquiis, cum fla*[...] *bilis vomitu, & anxia jactatione*, omnino [...] pervenire teſtêtur. Hos autem ipſius cordis c[...] lores rudes tantum mulierculæ, & Medici, *a*[...] *tomiæ neglectum* ſingularibus *parænesi*[...] medicinæ ſtudioſis commendantes, ſibi perſ[...] dere poſſunt.

(a) de vict. acut. XXVI. 13. Vol. II. p. 290.
(b) L. I. de morb. mul. V. Vol. II. p. 459. Co[...] fer. Wedel. amœn. mat. med. p. 200.

§. XV. Th[...]

§. XV. Thraſonico more vanaque jactan- mihi præjudicans adeò contemtim pag. 79. probrat *quòd ipſe certè non dignus eſſet, em terra ferret, ſi eadem ille ab hoc di- re neceſſe haberet, adhuc minus autem, alia diſcere deberet.* Quod ſi autem hæc ea didiciſſet, convincentibus duarum Me- arum Facultatum doctiſſimis Reſponſis, in Virgine me per illas cruditates non adeò dus vexaſſet. Quomodo autem ſummus philavtiæ faſtus, imò orgasmus, ſimulatæ verborum pietati pag. 82. reſpondet? Uti- n verò, ſecundum hanc humanam ſuam ecillitatem, agnoſceret, ut hinc ſaltem ferè quotidie, magis magisque ſcurrilibus è ſarcasmis impetere ceſſaret. Ego certè putatione mea Inaugurali Altorffina *de ro*, decem annos priori, quam Adverſarii enſi de *Inteſtinis, eorumque Morbis,* ere poſſum, medicinam me jam tum cal- e, cum talis tantæque ambitionis vir, ut liſſimè dicam, tum forte à ludimagiſtro no Latinitatis barbariſmis, obſcurorum rum ſolœciſmis atque ſtribliginibus, & alium Græcorum vocabulorum pædanti- , imbui cœpit. Quantæ ſunt autem cru- es, ſecus diſcendæ, *febres ſecundarias imariis, abſceſſus ſymptomaticos à cri- , acriſias à criſibus,* ne quidem diſcer- poſſe; de his ipſis tamen nobiliſſimis ma- , verè pragmaticis, peculiares diſputa- es contra me conſcribere, ac cruditatem practicam mundo aperire? Cujus claſſis ue ſunt illæ, ſumme paradoxæ, novitates: *amara non ab acida differt, acor ab is augetur, eſſentia & extr. hellebori auro fulminante lenius purgant; eſſen- aſtorei malignè tantùm exiccat. Ner- non dantur. Dulcia neque hyſteri. neque colicis, nocent, potius tales ju- & confortant. Humorum peccantes itates alterari non poſſunt. Vita tan- conſiſtit in excretionibus,* à quibus ægroti facillimè moriuntur. *Acidulæ ermæ nullius ſunt valoris, China Chi- opiata, quocunque cauto uſu, tan- nocent, ac theriaca & pil. de cynogloſ- ltam laudem merentur.* Cujusmodi *ria naturæ,* tantum credenda, ſana et- atione reclamante, vel ſexcenta facilè are liceret, quibus medicina, tanquam gio quodam, inficitur.

XVI. Sectione ultimâ vix illam impoten- nimi ſatis admirari licet, qua pietas qua- , factis evidentiſſimè contrario, lucis m ſimulare non veretur, qui conten- & rixas omnes, quasvisque æmulatio- horreat, cujusvis humanitatis ſtudioſis. Non opus eſt longinqua, certiſſimè ia, nobis probè nota teſtimonia huc e; cùm Hala noſtra notoriis pluribus et. Quantis vexationibus quondam hic duos Medicos practicos, jam beatos, non incelebris nominis, idem afflixit? Quæ diſputationes ejusdem aut programmata, maximè per hos menſes ſcripta, non inhumaniſſimis ſarcasmis Medicum unum vel alterum, etiam ipſo digniorem, propterve illudunt? Quis tam ſpiſſi eſt capitis, ut non intelligat, quàm plura propemptica viros innocentes laceſſere, quod me innocentem malignè, cum ipſo, perſequi nolint, qui, ſolo litigandi faſtidio, cum aliis certare & ſe commiſcere abhorrent? Quaſi verò mihi ipſi non ſufficiam. Non primâ vice adverſarius hic me ſic laceſſivit, etiam ante diſſertationem de orgasmo conſcriptam; ſed ex patientiâ ſilentioque meo, ipſius inſolentiam magis magisque increſcere animadverto. Equidem προεκκρίσεως illius cruditatem patientia prætermittere, ad minimum civili molliſſimoque ſtylo argumenta ipſius leviſſima, planeque non concludentia diluere, primum apud animum meum conſtitueram; cùm inter eruditos crudiſſimis talibus ſarcasmis & opprobriis ſe invicem perſtringendi mos haud conſueverit. Ipſe talem adverſitatem ſemper faſtidivi, & utriusque noſtrûm, majori honore, controverſia hæc verè pragmatica, ſtylo modò alio, in Praxeos medicæ incrementum, tractari poſſet. Verùm, quo plures diſſertationes dehinc adverſarius conſcripſit, eò acerbioribus inſolentiis me fuit inſectatus; quamobrem, docente Salomone, deinde quoddam echo inſtruere, parique menſura cruditates illas compenſare, ſumma me adegit neceſſitas. Quæſo vero, quid huc ad rem faciunt illa perſonalia, quæ non mihi, ſed adverſario pudori eſſe poſſunt, quòd *craſſum carnoſumque* adſpectum *meum* mihi exprobret, quo tamen nondum ſumma quædam Fridericianæ noſtræ ornamenta adæquo; illo liberali ſanitatem meam, DEO benedicente, oſtendo. Quaſi verò non turpius contra ſit, rugoſa, macilenta, & fuſcolivida facie, per ætatis florem, ideam accuratiſſimam ipſius invidiæ exhibere, vividis coloribus depingendæ.

§. XVII. Quis ſanæ ſobriæque mentis non deridebit, quod idem pag. 48. & in propemptico quodam, medicam mihi experientiam deneget, ex hâc ſola ratione, quod Naumburgi quondam, ultra 20. annos, praxin exercuerim, *in quô*, ut ille nugatur, *oppidô craſſiores tantum opifices & agricolæ, ex ſola intemperantia cereviſiæ craſſæ, acidæ (vini) poſcæ, aut piſcium carniumque ſalitarum, morbis, non verè talibus dicendis, laborent.* Riſum teneatis amici! Hæc Medicus exprobrat, qui quondam Vinariæ per paucos annos praxin, vix aliquam, exercuit. Annon igitur hæc Naumburgo longè minus eſt oppidum, in quo plures homines, præſertim haud *opifices* ac *agricolæ*, neutiquam aluntur? Quis aulæ Vinarienſis, craſ-

ſam, eò peregrè advehi, ac in aulis, omnibus honeſtioribus convivis, reliquis omnibus itidem præferri? Verum quæ res eſt miratu digniſſima, Vinarienſis Naumburgenſi Medico, propter oppidi parvitatem, praxin & experientiam medicam denegat. Praxin ego quidem numeroſam, more illius, nunquam jactavi, & à propriæ laudis ſordibus abhorreo, quibus tamen alius adeò delectatur. Etiam Vinariæ *plures Medici*, quin imò ſimul aulici, tum *praxin exercuerunt*, quis igitur ſobriæ mentis manibus comprehendat, quod Vinarienſis juratò aſſeveret, (a) ſe per *quatuor annos usque ad annum* 1694. *quingentos, imo bis millenos, ſola febre petechiali laborantes curaſſe.* Ex iisdem caſtris milites Jenam quoque, ac Naumburgum, illo autumno revertebantur, eædem febres petechiales etiam in his duobus oppidis tum graſſabantur; & anno 1693. epidemica dyſenteria Naumburgi malignè ſæviebat; neque tamen celeberrimus D. D. Wedelius Jenenſis, neque D. D. Jacobi, collega meus ſenior Naumburgenſis, vir haud minoris eruditionis & magis numeroſæ praxeos, quam ille quondam Vinarienſis, ſimilem illorum ægrotorum numerum, iis paucis annis, unquam jactabunt, & jactare poterunt. Quid, quod iidem hi duo celebres Medici mecum, tum temporis Naumburgenſi practico, teſtabuntur, febris iſtius petechialis, & *quotidianæ continuæ*, hiſtoriam, diagnoſin & therapeuſin, praxi haud conformes eſſe, quas ille in *Obſervationibus ſuis Halenſibus menſis Maj.* 1698. proponit. Celeberrimus (b) D. Helwich Uratislaviæ tantum *ducentorum* (unius anni) *febre petechiali detentorum, ac à ſe tractatorum*, meminit; quæ verò proportio inter Uratislaviam & Vinariam intercedit? Quidni præjudicans Halenſis febris petechialis purpuratæ conſtitutionem epidemicam anni 1700. proponere continuavit? Quantumvis Hala illis duobus oppidis major ſit, attamen practicus ejusdem, quicunque tantum ægrotorum ſuorum numerum illius temporis jactabit, hunc mecum, æque tota Hala noſtra, caſtigabit.

(a) Obſ. Hal. cit. pag. 554. 614. 615.
(b) vide hiſtoriam morborum Uratislavienſium Anni 1699. pag. 9.

§. XVIII. Exinde cuivis ſobriæ mentis homini facilè conſtabit, quam gravibus adverſitatibus & perſecutionibus unicè animus meus candidus & beneficus compenſetur, ſolicita quavis diligentia curationem me tractaſſe, ſufficientem eruditionem combinaſſe, ſingulaque praxi haud paucorum annorum fundaſſe, apparet. Nihilominus adverſarius omnium prudentum Medicorum experientiis pertinax reclamat, argumenta leviſſima, haud concludentia, neque talia dicenda, quàm potius verboſas & inanes ſermocinationes opponit, hiſtoriamque ipſam falſis corrupit. Quibus tamen quorundam, etiam eruditorum virorum captus obnubilari intellexi, ut ſenſu ſuo, neſcio quo veritatis pondus ne quidem obſervent. Quomodo veriſſimum manet in Medicina: calumniare audacter, ſemper aliquid hæret, præſertim cum impune jam ſic peccare liceat. Hac ratione revera Medicina, ipſa quidem non eſt res ſolius cœcæ fortunæ, quæ nullam eruditionem poſtulet; attamen quis ejusdem practicam felicitatem & celebritatem non [illegible] (aut quidem potius divinæ benedictioni) omnino deberi, non agnoſcat? Utpote cujus unius eſt, clementiſſimè dare, ut ægroti conſiliis medicis obſequantur, adſtantes non [illegible] ſutè refragentur, multò minus autem, ut propter funeſtos caſus, illorum culpæ non Medico imputentur, aut idem planè calumniis traducatur. Res eſt, inſolito medicinæ more, manifeſta, nullique dubio expoſita, [illegible] pote cujus contrarium antehâc fuit inau[ditum]; aurum fulminans præ aliis omnibus præſtantiſſimum & maximè innoxium purg[ans] eſſe, neque de uſu validiorum etiam purg[an]tium, noſtro in caſu orgasmi lis fundata [...] veri poteſt, cum, etiam extra illum, in [...] brium principiis idem à multis eruditis ſcrip[to]ribus inculcetur. Quantæ tamen mole[s] propterea mihi devorandæ, ſumptus imp[en]dendi & labores exantlandi fuerunt, ut Su[m]mo ſaltem grates agam, quod in re tam [...]ta, & vix controvertenda, cujusmodi certè [...] medicinam rariores ſunt, mihi has vexat[io]nes impoſuerit; non quod eruditioni m[eæ], vel in difficilioribus caſibus, juxta benedic[tio]nem divinam, diffidam, & quæ tum age[nda] mihi ſint, coram arbitris haud ſuſpectis [de]fendere verear; ſed quod in Medicina veri[tati] nullum tribunal ſuperſit, ad quod illa co[nfu]giat, & illius re judicata contra falſiſſimas [in]jurias ſe tueri valeat; ut quidem in ullo [...] negotio humano ſimilis veritatis difficultas [...] occurrere deprehendatur.

CAP III.

A critico abſceſſu inflammation[em] ſymptomaticam diſtinguit, ei[que] recurſum pernicioſum omnin[o] denegat.

§. I.

ADverſarius προσκκεψεως ſuæ S. I. p. 9 [...] *certè etiam Hippocratem legiſſe, ex his, quæ illo ſchedio ſuo dixerit, illos provocat, ut hujus rei arbitrio, Hippocratem etiam non volutarint ſalt[em] & textus ἰαυγηδὸν adſpexerint; ſed, judicio atque decenti animi adverſione [...] ſiculatè elegerint & collegerint.* Atta[men] [...]

et pag. 4. quod *allegationes dictionum pocraticarum attineat, peculiari cirſpectione opus eſſe, ut non ſolùm de veſignificatione verborum ipſorum, quam rimis mente autoris conſtet.* Cujus itiautem, haud ſatis obſervati, me maarguere. Verùm, ſicut de priori admo dubitare licet, cum res ipſa contrarium atur: ita enim *poſterioris culpæ me afeſſe nego, utri credatis,* hoc etiam caput afdocebit. Ex quo quippe liquebit evidentiſſiquod *res ipſa demonſtret, quæ ſecundum pocratis temporum conditionem recte di-* de febribus & abſceſſibus criticis fuerunt, *ſuccedente temporum quidem majore icacia neutiquam noſtris quadantenus ingi debere.* Quod autem præjudicans aliud perſuadere poſſit, ejus unicam culpam eſpparebit, quod *Hippocraticas dictiones,* quidem ſatis *alleget*, ita volumen ejus*volutarit ſaltem, & Ἰαυρηδὸν adſpexeneque de verborum ſignificatione, nede genuina mente autoris, ipſi fere iam conſtiterit*, multo minus igitur, *judicio atque animi decente adverſione culate eligere atque colligere noverit.*

. II. Etenim notiſſimum eſt, Hippocractu, recentiores claſſicos pragmaticoscriptores (a) febres acutas in ſpecies diſtinguere: ſcilicet in *primarias ſeu iales & ſecundarias ſeu ſymptomati-* Hæ quidem non verè ac ſtrictè, ſicut æ, ſed tantum latius & quaſi ſymptoæ nominari poſſunt; quos abſceſſus, nflammationes, nunquam criticæ, ſed er ſymptomaticæ (b) antecedunt, ut m cauſæ continentes, unde febribus huneris magis illud nomen ortum eſſe vi-. Quibus igitur febres nunquam judir & levantur, potius, juxta hos abſceſmptomaticos, ſimul ipſæ increſcunt. obrem inflammationum harum, ac omaticorum abſceſſuum, ſecus ac critia, augmentum mox per topica, ſanmiſſionem, vel purgantia inhibere , neque verò timeri poteſt, ut eædem centes aut diſparentes, inſtar criticorum ioſos recurſus inferant, velut quidem *ειας* in B. virgine ſomniat, *cruditaæ* ſuam purganti meo imputare laboret. inflammationes & abſceſſus ſymptomabres ferunt ſecundarias, & quaſi ſymticas, ut pleuritidum, peripneumoniaanginarum, puerperarum & vulnerarias. as verò nullô modô pertinent febres æ dictæ, (c) earundem præſertim ſpeimaria; quæ ſtrictiſſimè ne quidem feid eſt, febriles morbi acuti, ſed calores pure ſymptomatici dici debent, cum antum ſint ſymptomata, febrili morbo eſtita. *Primariæ* verò ſeu *eſſentiales* ſunt Hippocratis cauſi ſeu febres ardentes, quæ, ut quidem criticis etiam evacuationibus, v. g. ſudorum, ita ſæpius etiam abſceſſibus, aliisve transpoſitionibus criticis judicantur. Hinc tales nullô modô febribus priores eſſe poſſunt, (d) ſed iis neceſſariò ſuccedunt; cum verò criſis earum non ſemper perfecta ſit, ſed ſæpius etiam imperfecta, ut in variolis confluentibus, exinde ab earundem prima eruptione non mox febris ipſa ſolvitur, imò quandoque nihilominus adhuc increſcit; eadem tamen non nova & ſecundaria dicenda. Quibus criticis abſceſſibus tamen, ſeu perfectè judicantibus, recurrentibus, & materia peccante ad interiora regrediente, febres perniciosè (e) recidivant aut exacerbantur. Tales abſceſſus critici ſunt bubones, arthritides, eryſipelata, variolæ; imò propter proximum criticæ transpoſitioni, analogismum, his morbilli, purpura, petechiæ poſſunt annumerari.

(a) Non ſolum Sennertus, cujus quotidianæ tamen experientiæ in *Diſput. de Febr. ſecundariis* §. LXX. pag. 39. haud certe per majorem peritiam reclamatur, hanc febrium diviſionem in primarias & ſecundarias docet; ſed etiam illam comprobant Uratislavienſes *in Hiſtor. Morb.* Anni 1700. pag. 182. ſcribentes: *Febris in eryſipelate primaria eſt, quæ in inflammatione, v. g. anginoſa, ſymptomatica exiſtit.* Quibus adſtipulantur River. Prax. L. XVII. C. I. fol. 508. Willis de Febr. p. 192. Bonet. Anat. Pract. f. 506. item utriusque Facultatis Medicæ Lipſienſis & Wittebergenſis Reſponſa noſtra. *Utri ergo creditis?*

(b) Abſceſſus enim quidam ſunt ſymptomatici, nec omnes critici, qui laudabili judicatione levant, docente Hipp. de Humor. III. 65. 68. Vol. I. pag. 318. I. II. Epid. S. I. 33. pag. 686. L. VI. Epid. II. 36. pag. 800. Quantumvis autem adverſarius *crudam ſuam* προέκκρισιν ex Hipp. de Hum. VI. 16. pag. 323. fere minus congruenter, de criticis evacuationibus tantum urgeat; Hippocrates tamen l. c. L. II. Epid. eandem magis abſceſſibus applicat, inculcans, *quod abſceſſus ad melius judicantes, ſcilicet, critici, non ſtatim appareat, & à præjudicatis,* προκρινομένοις *ſeu crude judicatis* iisdem, fiant *acriſiæ.* Hic eſt Hippocraticæ crudæ προεκκρίσεως, nunquam προεξεκκρίσεως, genuinus ſenſus, ſi *textus*, ejusdem non Ἰαυρηδὸν *adſpiciuntur.*

(c) Qua ratione Hippocrates, ut videre licet L. I. Epid. S. I. 25. pag. 654. pro majori uſu practico febres, vulgò hecticas dictas, ſub nomine tabis magis, quam morbi febrilis, ſecus ac in cit. diſputatione, comprehendit. Quem Wedelius Amœn. Med. L. II. S. II. C. VI. pag. 384. optime declarat, ſcribens: *febrim hecticam magis comitem & productum eſſe febrium, quam febrem principalem.*

(d) Confer. ad Quæſt. II. Reſponſum Lipſienſe.

(e) Confer. Hipp. L. II. Epid. S. III. 59. pag. 699. 132. pag. 703. & Diſput. noſtram de Criſi per abſceſſus C. IV. §. IV. V. pag. 25. Exemplum hujus ob oculos ponit L. III. Epid. S. III. Ægr. V. pag. 733. *in Lariſſa Calvus.*

§. III. Quo

§. III. Quo fundamento ſolide jacto, faciliimè maximam totius προεκκρίσεως adverſæ præcipitantiam ac cruditatem detegere licet; qua S. VIII. pag. 66. de B. Virgine opponitur, *faucium illam inflammationem eryſipelas anginoſum fuiſſe, quod intrò converſum lethiferum fuiſſet, propterque hujus recurſum & diſparentiam, anxietatem mortemque aurum fulminans purgando intuliſſe, cum potius paratis fuiſſet expectanda.* Ad quæ reſpondeo: Non ſatis mirari licere inconſideratam illam temeritatem, reverâ *intellectus ſine cogitatione*, ſecundum *naturæ myſterium*, concipiendi, qua in re, notorie falſiſſima, *confidentiſſime ad omnes Practicos, imò vel omnes homines rei, ita ſatis vulgò notæ, conſcios provocatur*; quaſi ex ſola iræ cauſa occaſionali, tanquam per ſignum pathognomonicum (aliud enim addi non potuit) eryſipelas neceſſariò ſit inferendum, & non æquè febris alia eſſentialis, ſeu cauſus, aut cauſodes; quæ ſæpe purpura, ſæpe ſolis ſudoribus judicetur. Quam vulgo quoque notiſſimum eſt, ab ira bilem in ventriculum profundi, ſicut etiam in pluribus oris amaror ſuperveniens teſtatur, & ipſa προέκκρισις S. III. pag. 26. huic opinioni favet. Imò annon ipſe (a) fatetur, iræ non raro convulſiones ſuccedere. Quomodo etiam juvenis opificii Magiſter (b) & rurſus Conſiliarii famulus (c) ex ira graviſſimis paroxyſmis epilepticis opprimebantur; in quibus iidem linguas dentibus admodum læſerant, uterque verò ſine vomitibus, & ſine eryſipelate, brevî à febribus ſuis convaleſcebant. Egregia certè hujus rei talis diagnoſis & ἐπισημασία eſt, qua ſine dubio (d) *multis utique modis cavendum eſt, ne intempeſtivis dubitatiunculis indulgeatur*, (ut potius, quam *ne*) *res, uti fiunt, ſeponantur, novæ autem, quæ non tam fiunt, quam ſolum poſſe fieri videntur, ſupponantur, veritas verò negligatur.* Hoc certè modo (e) *argumentum à particulari ad univerſale invehit crudius illud caput*, (ſed *utrius*, ut non tam *creditis*, quam palpâtis?) *quod res*, criſium per abſceſſus, *ſolertiam poſtulantes, non concoquere poteſt, ut præcludendum potius veniat ab omni voto in hoc ſenatu proferendo &c.*

(a) De diverſitate Corporis vivi & mixti pag. 49.
(b) Referente L. XI. Annal. f. 516. Anno 1706. menſe Octobri.
(c) Ibid. f. 597. Anno 1707. menſe Martio.
(d) Ut loquitur in προεκκρίσει pag. 43.
(e) Ibid. pag. 28.

§. IV. (2) Inflammatio faucium anginoſa S. VIII. pag. 67. urgetur, quæ, docente Hippocrate, eryſipelas ſemper inferret, & id quidem criticum, utpote cujus recurſus perniciem afferre potuiſſet. Verum Hippocrates (a) rectiſſimè *faucium inflammationes ab anginis*, imò has ipſas inter ſe longiſſimè diſtinguit; adeoque in B. Virgine levem, ſi[mplicem] & catarrhalem faucium inflammati[o]nem admitto, anginam ipſam nego. Pro[fe]ctò miſera ſors hominum eſſet, præſertim [ru]ſticorum, quos eodem docente, (b) fauci[um] inflammationes frequentius & *violentius* c[o]ripiunt, quod *magis* in auram frigidior[em] *prodire* cogantur: ſi tales homines ne q[ui]dem ſacculo, aut gargariſmate, catarrhal[em] ejusmodi faucium inflammationem diſſip[are] deberent; ne ſcilicet illa, pernicioſo recu[rſu] ſuo, eryſipelaticam ventriculo inflamma[tio]nem inferret; neque hoc modo præcav[ere] deberent, ne tumor increſcens, vereque [an]ginoſus evadens, aut ſuffocaret, aut ad [mi]nimum ſordidum ulcus relinqueret. C[um] tamen anginoſa, etiam critica eryſipela[s] propter *partem* affectam (c) maximè peri[cu]loſam, ne ſuffocent, in ſe ſemper ſint aliq[uan]tum ſymptomatica, & hinc poſtulent, ut p[ræ]ter morem aliorum abſceſſuum criticorum [in] locis affectis laudabilibus, v. g. in inguinib[us] aut ſub axillis erumpentium, eorundem in[cre]mentum ſtatim præcaveatur. Quamob[rem] falſum eſt, Hippocratem per abſceſſus crit[icos] laudabiles in collo, pro iisdem faucium [in]flammationes laudare, cum per illos po[tius] bubones glandulæ ſalivaris inferioris in[dica]tare intelligatur.

(a) L. VI. Epid. S. III. Vol. I. Confer. C. [...] quæſt. I. reſponſum tum Lipſienſe, tum [Wit]tebergenſe (b) ibid.
(c) L. VI. Epid. S. II. 36. Vol. I. pag. 800. & [...] *parte oportet, ſi abſceſſus prodierit*, ut [...] ad laudem critici abſceſsûs requiratur, [...] commodâ erumpat parte, quale certè f[...] non ſunt.

§. V. Propria morbi hiſtoria προεκκρ[ίσεως] S. VI. pag. 50. confitetur, B. virgin[em] aëre *ſubturbido, cœlo utique nub[ibus] obtecto*, accedente præſertim aquilonis [...] curſu, malum hoc domum reportaſſe, [...] ſita verò cauſa, ponitur effectus; ſicut [Hip]pocrates loco citato non ſolum faucium [in]flammationem, ſed etiam anginarum, [...] peripneumoniarum, cauſam inculcat frig[oris] appulſum, *circa ſolſtitium hybernum*, [...] *frequenti auſtralium & aquilonariu[m] nivoſorum transmutatione.* Læſiones [...] tem externæ non ſolùm per tela, ſed e[tiam] ſuſcepto frigore, præſertim partis antea i[...] leſactæ, non criticos inferunt abſceſſus, [ſe]d ſymptomaticas inflammationes. Quæ, [...] graviores, nullas omnino febres poſt ſe [...] hunt, imò, ſi quæ ſequuntur, ſunt ill[æ ſe]cundariæ, non ab illarum recurſu, ſed [aug]mento, increſcentes; ſicut pleuritides, [peri]pneumoniæ & anginæ in quotidiana praxi [...] ob oculos ponunt, in quibus non paro[xyſmi] tantum ſunt expectandæ. Hæc etiam G[...] roſus ille pleuropneumonicus orthopnœ[...] evidentiſſimè comprobat; qui non m[...]

ur propter inflammationis evaneſcentis re-ſum, hinc apoplexiam inferentem, ut in pemptico excuſare laboratur; ſed quod pter ſanguinis miſſionem minimam, quæ capacitatem internam orbis ſtannei (utpote colligebatur) complebat, pulmonis inflam tio increſcens Dnam ægrotam IV. die ſuffo ſet. Sicut *omnino rem ipſam, in ſe veram*, i Collegæ & hoſpita oculis ſuis uſurparunt. is medicinæ peritus hunc peripneumoniæ iliarem & neceſſarium effectum apoplexiæ ribat? quanquam & hæc haud minus ve-ſectionem malè omiſſam arguat. Cujus et- cenſuræ non ego autor ſum, ſed Clariſſimi dici Berolinenſes, qui Dominum Conſilia-n Cameræ Regiæ, itidem pleuro-pneumo-um, repetita venæſectione mortis faucibus uerunt. Quomodo etiam ego hic Halæ no Salinatore peripneumonico venæſectio , duobus diebus iteratam, maximè utilem lique fortunâ jam ante fueram expertus.

. VI. Equidem minus negatur, *anginas nunquam*, ſed rarius, *eryſipelata critica ex febribus eſſentialibus & primariis ta* eſſe, quæ recurſu ſuo pernicioſo nocere unt. Quam quidem notiſſimam veritatem *diſputationes de febribus ſecundariis & ſiis* non aſſequuntur, de quibus enim pro- , ac tantum, Hippocrates (b) timet, *ne ores recurrant, & eryſipelas intro conver-r.* Quæritur igitur, num in B. Virgine ium illa inflammatio tale criticum eryſipe-uerit, ut ab illius recurſu pernicies ſequi iſſet? Secundum artis regulas minime. Illa ipſo die Mercurii cœperat; febris autem ore ſuo primo demum die Jovis circa me-m ſupervenerat. Quamobrem eadem fe- ipſam antegreſſa non hujus effectus (certe ſua non prior) & criticus abſceſſus (c) dici ſt; quo febris, minora ejusdem ſecreta, abſceſſum ad exteriora tranſpoſita, fuiſſet ata. Quamobrem febris etiam die Vene-curſu illius, & evaneſcentia nondum facta, faucium illa inflammatione juncta, potius ſcebat, quàm allevabatur. Quod ſi autem criticum eryſipelas fuit, ſicut ſymptomati (d) ſæpius etiam occurrit, neque ipſius per-ſus recurſus poteſt incuſari. Hujus enim ratio eſt, (e) quod minera febrilis, per ſſum criticum antea ſecreta, & ad exte- tranſpoſita, maſſæ ſanguineæ reddatur, nova coagulatione inquinando, perni-ecurſus contrahitur. Ceſſante autem ra-, ceſſat ipſa veritas, ejusve concluſio. Re-tur autoritates, & teſtimonia, tum Hip-tis, tum quorumvis recentiorum claſſi-n ſcriptorum, quinimo experientiarum nſtrationes à poſteriori vilipenduntur, ationes à priori unicè poſtulantur; at ra-s veræ & evidentiſſimæ à *crudiori capite tellectu, ſine cogitatione*, ne quidem ca-pi, quid dicam, *concoqui* poſſunt; hinc enim *cavetur, ne intempeſtivis dubitatiunculis indulgeatur*, & aſſertorum rationes etiam ab ipſo poſtulentur.

Novell. Val.

(a) Confer. River. Prax. L. VI. C. VII. f. 291.
(b) Coac. III. 99. Vol. I. pag. 535.
(c) Confer. Reſponſa Facult. Lipſ. & Witteb. ad Quæſt. II. & III.
(d) Quale eſt illud *catarrhale* Hippocratis de vet. med. XXXIII. Vol. I. p. 33. & in vulneribus capitis obſervatur XXVII. 5. Vol. II. pag. 505. Tale quoque videtur *tuberculum illud durum in collo Callimedontis filii*, quod Hipp. L. V. Epid. XXVI. 12. pag. 788. & L. VII. Epid. XXXIV. 14. Vol. I. p. 858. refert.
(e) Ut Uratislavienſes loquuntur Hiſt. Morb. p. 36. *Præproperi tumorum criticorum retroceſſus* (NB.) *absq; ſenſibili evacuatione, lugubrem minantur exitum, rejecto nimirum morbifico humore, vel in laticem ſanguinis, vel nobiliores partes.*

§. VII. Neque pernicies ulla in B. Virgine, tali à recurſu, ſana mente intelligi poteſt, quam προέκκρισις crudè fingit. Etenim (1) febris horrore ſuo (2) die Jovis ante recurſum eryſipelatis anginoſi, quem illa ſomniat, ſupervenerat, adeòque recurſus die Saturni demum noctu facti, neutiquam illa effectus haberi poteſt, capitisque ac lumborum dolor cum anxiâ jactatione die Veneris, faucium inflammatione adhuc apparente, jam à me primô ingreſſu obſervabatur. (2) Contra die Saturni faucium levis hæc inflammatio topicis & ſudoribus (ut vel peſtilentes abſceſſus una nocte, teſtantibus obſervationibus (b) poſſunt) *diſſipata erat*, (c) adeoque minimè *ſine ratione critica ſignoque judicatorio diſparuerat*; nam, ſecundum Uratislavienſes, (e) *præproperi tumorum receſſus* non niſi *absque ſenſibili evacuatione lugubrem minantur exitum.* Hinc etiam illo die mane, & usque ad meridiem, euphoria, & anxietatis capitisque doloris levamen laudabatur; quod ſane, cum critici abſceſſus recurſu, ſemper mox dysphoro & pernicioſo, impoſſibile fuiſſet, ut Hippocratis ægrotus *Calvus* (f) exemplo ſuo teſtatur, cujus hiſtoria verò à B. Virginis eſt alieniſſima. Qua propter (3) recurſus ille falſus, jam noctu factus, purganti deinde aſſumpto ſana ratione ne quidem adſcribi, & hinc, tanquam neceſſarius effectus, eryſipelas nunc capitis, nunc ventriculi poteſt excogitari. (g) *Raro enim unum quid volunt.*

(a) Ab horrore febris enim incipit, & ab hoc principio etiam dies critici ſunt numerandi, docente Hippocrate L. III. Epid. S. III. Ægr. XIII. 16. Vol. I. pag. 739. & ſecundum hunc quoque Riverius ab illo eosdem numerat.

(b) Diemerbr. de peſte L. I. C. XIV. pag. 89. L. IV. Hiſtor. II. p. 259.

(c) Hippocr. textum Coac. III. 100. Vol. I. p. 555. de anginoſi eryſipelatis recurſu, quem adverſarius opponit, prænot. XXIII. 10. p. 467.

(Aa) iisdem

iisdem fere verbis quoque profert, clarius tamen mentem ſuam explicans, verbis expreſſis, docet, quæ *diſſipentur*, maximè ſudoribus, non perniciosè recurrere. Certè à ſudoribus, calidisque topicis illa non repelluntur, ſed potius expelluntur, aut ad exteriora magis evocantur, niſi penitus diſſipentur.

(e) l. c. (f) L. III. Ægr. V. Vol. I. pag. 733.
(g) Confer. Reſponſa Facult. Med. ad Quæſt. V.

§. VIII. Vana igitur ſunt, quæ non ſecundum, ſed contra Hippocratem, ex ipſo de ventriculi eryſipelate tam vana delirant. Hoc enim teſtantibus obſervationibus anatomicis, intolerabilem ſecum fert ſitim, quam in B. Virgine προέκκρισις S. VI. pag. 56. ipſa negat. Ut cætera ſigna eryſipelaceæ in ventriculo inflammationis, hic omnia abſentia, taceam. (a) Haud melioris eſt notæ, quod in textu Hippocr. de Vet. Med. τὸ καῦμα, inverſo ſenſu, obtortoque collo, contra Coi evidentem mentem, ad ventriculi eryſipelas pertrahatur, non ad humores, in ejusdem cavitate contentos, applicetur, utpote quos tantum purgantia, ſecundum eundem, evacuare poſſunt, in illius eryſipelate contra nunquam, ut tempeſtiva, laudanda. Quam frequens ardor hujusmodi, cum anxiis jactationibus & vomitibus bilioſis, in febrium tertianarum paroxyſmis occurrit; quibus remittentibus & illud καῦμα remittit. Quod ſanè phænomenon ventriculi eryſipelatis, aut inflammationis, multoque magis excoriationis jam factæ, naturæ omnino repugnat. Ejusmodi καῦμα ſeu ardorem graviſſimum à ſolis acribus & bilioſis humoribus, in ventriculi cavo contentis, deſcribit Thonerus, (b) addens, quod is *per vomitus, à ſolis clyſteribus, rejectis amaris & acidiſſimis humoribus remiſerit*; cujusmodi acrium humorum copiam B. Virgo etiam per vomitus rejecit.

(a) Confer. Lipſ. & Witt. Facult. Reſponſa ad quæſt. VII.
(b) Obſ. I. pag. 7.

§. IX. Minoris adhuc valoris ſunt, quæ p. 67. de parotidibus objiciuntur, quaſi eædem in anginis ſemper forent expectandæ, aliàs recurſum perniciosum evinci. Etenim pluribus Coacis prænotionibus collatis, facile agnoſcitur, quod quidem ſingulæ veras morborum hiſtorias laconico ſtylo complectantur; ſed quæ varient, ut nunc hæ, nunc illæ contingant; ejus ſaltem uſus, ut Medicus caſus ſimiles occurrentes attendat, concipiat, conferreque diſcat. Idem igitur de parotidibus in anginis judicandum eſt, in quibus, ut Medicus exinde in duobus hiſce morbis ſanguinis miſſione ac topicis, imò fortaſſis etiam ſudoriferis omiſſis, modò parotidem expectare debeat, ne ob *naturæ*, (a) *quæ ſæpius velit, quæ non debeat, etiamſi poſſit, moralem voluntatem* turbatam, pernicioſi recurſus eryſipelatis inducti idem poſſit incuſari, licet æger hoc modo certiſſimo ſuffocationis periculo relinquatur, ſtante generoſi Regii Commiſſarii exemp[...] Cujus notoriæ veritati non negandæ, falſoru[...] ſyncretismus abſonè opponitur, appoſitiſſi[...] potius ad falſatam medicamenti formula[...] cum omnibus elogiis ſuis, applicandus. A[...] propinquat enim jam tempus, quo cucu[...] nomen tantum ſuum cantat, deciesque rec[...] tat, quod autem echo, multiplicato ſonog[...] duque, ipſi retorquet ac remittit.

(a) Ut προέκκρισις S. V. p. 38. certe ridicule ſomni[...] quaſi verò laudabilis moralitas ſit, agere & v[...] quempiam, quæ tamen non debeat, hanc ce[...] naturam imitari non decet.

§. X. Parotides autem in anginâ, fune[...] eventu, plerumque fruſtra ſperari, exemp[...] ſuo Hippocratis (a) *anginoſa* confirmat. Qu[...] etiam confirmare poſſum exemplo ſtannari[...] non *craſſi opificis in oppido*, ſed hîc Halen[...] nomine *Morgenſtern*, qui penultimo mo[...] die meum petebat conſilium. Ipſum inviſe[...] totas fauces ſphacelo, cum ſummo fœto[...] corruptas deprehendebam, ut craſſæ pelles,[...] ne quovis dolore ac ſenſu, de lingua detrah[...] rentur. Audiebam illum ex febre cum deli[...] aliquot hebdomadas decubuiſſe, priorem illu[...] Medicum (ſecundum quem tamen *corrupt[...] nes ſphaceloſæ vix centies mille annoru[...] ſpatio ſemel in actum deveniunt, & qui al[...] tantum imperitiæ, imò homicidii,* accu[...] re, & ut teſtis judexque ſuſpectus condemna[...] conatur,) ne verbulum quidem de ſudore [...] ciſſe, pulveribus albis ſalinis, (ſine dubio [...] troſis) & emulſionibus (*contemperantib[...]* ut ipſe loqui amat,) tantum curationem ſua[...] (c) perfeciſſe: manifeſto documento, ſi[...] auro fulminante, ſineque parotidibus exp[...] ctandis, anginoſos utplurimum perire. E[...] contra vetulam, nutricem ejusdem clinica[...] ſanguinis miſſione fruſtra tentata, & affine[...] gravidam, ſimul febre petechiali purpurataq[...] laborantem, non omiſſa venæ ſectione, utra[...] que anginoſam, eodem fere menſe ſudo[...] feris, præſertim volatilibus, feliciter curaba[...] Quis igitur talis viri ſuſpectam *fidem vadem a[...] cipiat, quod, ut p. 60. arguit, aliorum m[...] dicorum ægroti cum gravioribus circu[...] ſtantiis intereant, ad minimum lentis, h[...] cticis & recidivis corripiantur.* Quæ p[...] tius in Menecratis ægrotos conveniunt, qui pr[...] pter ſudorum criſes, ſolummodò imperfecta[...] non poſſunt non tantum dubie convaleſce[...] Utraque dictarum anginoſarum ſine talib[...] malis adhuc ſana vivit. Medicina certè n[...] eſt ars, ludicra tantum, novitatibus de cor[...] humanis ludendi.

(a) L. III. Epid. S. II. Ægr. VII. Vol. I. p. 718.
(b) Referente L. VI. Annal. Pract. f. 589. Ann[...] 1699. menſe Decembri, per conſtitutione[...] eryſipelatum epidemicam, fere tum maligno[...] rum. Nominare autem B. ægrotum volui, [...] verit[...]

veritatem quisquis percontari poſſit, & *ſyncretiſmus* quoque non eidem quadrare, intelligatur.
(Secundum ſingularem ſuam methodum, febribus petechialibus medendi, in Obſ. Halenſibus menſis Maji 1698. mirifice laudatum.

XI. Ratio longè diverſa B. Dnī Parentis, plurimum Reverendi, (a) erat, in quo, *exira*, ſed ex terrore, I. die horrori lumm tantus dolor ſupervenerat, ut propter em externum, vix naturalem, febris he-, aut ſaltem nephritis, à mulierculis judiur, egoque febrim arguens continuam, er. II. demum die, ac ſic poſt febris ini, abſceſſus criticus bubonis parvi, mollis vidique, in inguine cœperat apparere, uo tandem die III. ſtriis duabus lividis, itie fere digitum minorem æquantibus, erys obſcure purpureum in crus deſcendebat. s dolor vehementiſſimus, à ſolo topico yno, quod noverca, me diſſvadente, aderat, peſſima ſigificatione mox remiſerat, e IV. eryſipelatis eruptionem, non quipenitus repulſam, jam tamen turbatam, icabat. Quod igitur hoc *peſtilens* nunverim, à præjudicatione S. VIII. pag. 75. ca-. Rationes autem meæ ſunt ſequentes: ſimilem eryſipelatis hiſtoriam nunquam in praxi mea, 30. tamen annorum, videnec in ullo ſcriptore legere, contigit; à ce autem quondam clinica, & Notario co, conſtitutionum peſtilentium, intelledem ſtriarum lividarum phænomena in eſtilentia illos vidiſſe. (2) Hippocrates (b) am *conſtitutionem peſtilentis temporis* bit, in qua, ut tum quoque temporis, *rientibus frigoribus eryſipelata maligna os peremerunt.* Sic etiam (3) Fabricius quapendente (c) adeò maligna eryſipelailentia vocat, neque abſone; cum in iis æna, velut in peſte, carbunculorum corrumpat. Veterum autem terminis icis loqui amo, ſecus ac aliis, cùm vel opirtium ſuarum filios ex eô imperitiæ cont, haud falſo, quando terminis loqui icis iidem ignorant.

(a) Referente L. VI. Annal. f. 521. menſe Decembri Anno 1699.
(b) L. III. Epid. S. III. Vol. I. pag. 721.
(c) Chirurg. P. I. C. VIII. pag. 60.

§ XII. Quod autem his objiciatur, nullam eſtilentem conſtitutionem urbem & ren noſtram afflixiſſe, non obſtat. Quo- Diemerbroccius (a) teſtatur, *Capitaquendam, cum peſtilentia nusquam a Geldria communiter tum graſſata, Noviomagi hac lue correptum obi-* Annon Hippocratis *Crito* (b) *in* febre peſtilenti obiit, cui ne unus quidem ægro- XIV. ejusdem conſtitutionis, comparari ? Idem de *Calvo in Lariſſa* (c) apparet. e per eandem illam conſtitutionem Haanni 1699. cum intempeſto gelu, ery-, fere maligniora plures corripiebant. *ovell. Val.*

Sicut igitur in vere peſtilenti conſtitutione centum ægri, peſtilenti ſymptomatum vehementia, pereunt; unus tamen fortè, ſine quavis malignitate, erumpente bubone, evadit; qui vix ægrotavit: Ita non abſonum eſt, contra per minus malignam conſtitutionem, ægrotum unum fere peſtilenti malignitate perire, licet plurimi per ſynochos ſimplices, facili eryſipelatis critici eruptione, judicentur, ſi non perfectè, tamen imperfectè, velut pluribus legere licet in Diſputatione mea de Criſi per abſceſſus. Sed quæ fuiſſet in viro, exactiſſimæ ſemper diætæ, tantæ malignitatis cauſſa? Certè digiti carbunculus, in ipſo paucis menſibus antecedens, & fonticuli ſudorisque acor in ipſo morbo, ipſum quaſi acetum referens, ſummam malignitatem ſignificabant, ſine dubio propter humores, ex gravi & diuturno animi mœrore correptos, cujus cauſſam vidua non ignorabit.

(a) De peſte L. IV. Hiſt. CXX. pag. 365.
(b) L. I. Epid. S. III. Ægr. IX. pag. 680.
(c) L. III. Epid. Ægr. V. pag. 733.

§. XIII. Ex quibus igitur deductis firmiſſimè concludo, in B. Virgine faucium illam inflammationem, ſecundum *utriusque Facultatis Medicæ & Lipſienſis & Wittebergenſis Reſponſa doctiſſima ad quæſtionem I.* ne quidem anginoſam, ſed ſimplicem tantùm & catarrhalem fuiſſe; multo minus autem, *ſecundum eadem ad quæſt. II.* eryſipelas criticum (quale in B. Domino Parente) fuiſſe, ſed tantum ſymptomaticum. Quale verò, *ſecundum eadem quæſt. III.* recurſum materiæ peccantis, & hinc perniciem ullam, ne quidem inferre potuiſſe. Præſertim cum *ſecundum Reſp. ad Quæſt. IV.* talis recurſus à diſſipatione laudabili, per ſudores & commoda topica facta, ne quidem cogitari poſſit. Quapropter neutiquam auri fulminantis catharſis, *ſecundum Reſp. ad Quæſt. V.* ratione recurſus ejusdem illati, ut noxia, poteſt accuſari; minimè verò omnium, *ſecundùm Reſp. ad Quæſt. VII.* quod id ventriculi eryſipelas, aut inflammationem, & ex hac denique mortem ipſam, intuliſſet.

CAP IV.

Purgantia lenia, & in ſecundariis, & in eſſentialibus febribus, cum orgaſmo crudorum humorum in primis viis, ut tempeſtiva, defendit.

§. I.

Προεκκρίσεως S. II. pag. 11. ut purgans quodvis in B. Virgine intempeſtivum & nocuum demonſtrare conetur, Hippocratis προεξευκρινήσαντι meo hunc ejusdem aphoriſmum (a) opponit: *Concocta medicamento purgare oportet, non cruda, neque, in principiis, niſi turgent, plurimum verò non turget.* Verum fruſtra clariſſimus aphoriſmi hujus ſenſus mere verboſis, in-

anibus & obſcuriſſimis ſermocinationibus confunditur, eô fine, ut contra me negativa deciſio quæſtionis illius defendatur: *In febribus, etiam earundem principiis, non ſemper & regulariter purgantium uſum eſſe tempeſtivum.* Etenim Diſſertatio mea de *Orgasmo*, niſi hujus excepto caſu, purgantia intempeſtiva eſſe, in ipſo mox titulo exponit. Quomodo etiam in illa procemii §. IV. regulam ponit, in *febribus purgantia prohibentem, quam ampliat, ut eadem neque in principiis illarum regulariter locum habeant, ſed quæ tantum caſus orgasmi exceptus admittat.* Quapropter prorſus abſonè mihi certe pag. 59. objicitur, quaſi ego, *cum chirurgis caſtrenſibus, febrium curam ſemper à purgante, aut vomitorio,* incipiam; praxis mea contraria eſt, ut vel ipſi oſtendunt ægroti, dictæ Diſſertationi adjecti; quos tamen ex centuriis aliorum, ſine quovis purgante curatorum, conquiſivi. Nuſpiam & nunquam in B. Virgine tempeſtivum auri fulminantis uſum ex eo capite defendi, quod in febribus, aut ſaltem earundem principiis, purgantia ſemper proſint, aut requirantur. Quanta igitur *Logicæ* cruditas ex hoc apparet, quod ne quidem controverſiæ ſtatus rite formetur.

(a) S. II. aph. XXII. Vol. I. pag. 97.

§. II. Notatu verò digniſſimum eſt, regulam hanc auream, utpote aphoriſmo ex aureo deſumtam, adverſarium ipſum non ſatis capere, dum prædicat, (a) in febribus, etiam acutis, purgationem ſemper tutam eſſe, modo ejuſdem arcanis pilulis, quaſi Becherianis, *utpote balſamicis & confortantibus*, ea peragatur. Quinimo ſibi perſuadet, propter minorem cruditatem in febrium augmento ſtatuque purgantia magis tempeſtiva ab Hippocrate agnoſci. Velut quidem illud hinc ferme apparet, quod in febribus petechialibus & purpuratis per mediam purpuræ eruptionem, non auro fulminante, lenive alio laxante, ſed eſſentia helleborina, ſub nomine *polychreſti Elixirii*, ſine quovis orgaſmo, promiſcue ac regulariter, largeque ac copioſè purgare conſueverit, ac commendet. (b) Certe, licet ſomnium illud ſingulare, *criſeos exquiſitæ*, *in Diſſ. de Acriſiis*, neque probatiſſimos ſcriptores alios, de genuinis criſibus aſſequatur; attamen, ſicut variolas, morbillos, eryſipelata, bubones, ita purpuram (c) quoque tranſpoſitionem criticam eſſe, illud ad oculum demonſtrat, quod purpuræ, quàm eryſipelatis, recurſus pernicioſior ſit, & utplurimum lethalis. Purgantia verò talem non ſolum in eryſipelate, ſed magis adhuc in variolis, morbillis, petechiis & purpura, vel per clyſteres etiam, intempeſtivo uſu efficiunt. Eadem igitur ratio ponit eandem veritatem. Cum verò ad crudam pertineat præjudicationem, rationes à priori omnibus experientiis à poſteriori præferri potius ipſe *aureum illum aphoriſmum* melius animo ſuo comprehendat, ex e[o] que addiſcat, purgantia in febribus, & mag[is] adhuc in earundem ſtatibus, intempeſtive r[e]gulariter exhiberi, & cautius per febres pu[r]puratas eſſe exhibenda.

(a) Velut earundem Germanica laureola, typ[is] edita, inter alios mirificas laudes decantat.

(b) Confer. Ejusdem problemata practica procemio.

(c) vide Hippocr. L. II. Epid. S. III. 21. Vol. pag. 697.

§. III. Quantumvis autem Hippocratic[us] meus προεξευκρινήσας orgasmum unice in feb[ri]bus acutis purgantia urgentem, *rarum & u[t]plurimum non eſſe*, (a) præ προεκκρίσει, clari[us] dilucidet; attamen, quod *non utplurimu[m] imò raro fit*, non prorſus nunquam fit; qu[o]modo illa de orgasmo inepte concludit. N[on] plurium Doctorum teſtimonia hic recenſean[t], quæ purgantia non nunquam in febribus acu[tis] utilia fuiſſe, comprobant, unicum illud qu[i]dem, ſed multiplex, Dnn. Uratislavienſiu[m] ſufficiat, quo purgantium uſum in febribus ac[u]tis, vel perechialibus, proficuum confirma[t]. (b) Iccirco controverſiæ noſtræ ſtatus eſt, quo unice litis cardo verſatur, quinam illi ca[ſus] excepti ſint, purgantia in febribus acutis adm[it]tentes & urgentes, & num B. Virginis ad ill[os] ſit referendus. Unicum hunc orgasmi eſ[ſe] propoſui, cujus cauſa habeatur copia & tur[geſ]ſcentia humorum acrium, in primis viis, in ve[n]triculo ſcilicet ac inteſtinis, cumulatorum, [ſi]gnumque inter alia, & cum aliis, præcipu[um] anxia præbeat jactatio. Hæc ex Hippocrate c[…] cui, ſecundum locorum parallelorum ana[lo]giam, quaſi ex ejuſdem ore plenius expoſ[…] ægrotorum ejuſdem experientia ubivis conſ[…]tiente, corroboravi, neque verò illa mea [ſ]. Hippocratis autoritati ſuperſtruxi, ſed rec[en]tiorum pragmaticorum etiam teſtimoniis & o[b]ſervationibus, ſolidiſſime confirmavi, ut, […] verbulo quidem, hunc tamen controverſiæ n[o]ſtræ cardinem laceſſere, quid dicam impugn[a]re ac labefactare προέκκρισις, oppoſita, a[…] fuerit. Falſiſſimum autem eſt, anxiam jactati[o]nem, (c) præſertim pluribus orgasmi ſignis […]patam (d) in febribus continuis, aut ſemp[er] utplurimum obſervari. Cum igitur in B. V[ir]gine, ex anxia jactatione, cum ſpasmis, lu[m]borumque doloribus, alvi etiam obſtructio[ne] crudorum humorum copiam probaverim, i[ta]que vomitus eosdem ad oculum demonſtra[ve]rint, quis ulterius ſanæ mentis, ne dicam peri[tiæ] medicæ, in eadem leniſſimi purgantis uſu[m], tanquam intempeſtivum, poteſt improbar[e].

(a) Diſſert. de Orgasmo C. I. §. II. pag. 6. & §. XIII. pag. 16.

(b) In Hiſtor. Morb. A. 1699. p. 9. v[…] leguntur hæc: *Plurimi quidem febre petechia[li la]borantes ſine ope purgantium, teſte D. Graſſio, P[…], & aliis, cum ſanitate ingratiam redierunt; [ni]hilominus lenientia eximium habuiſſe uſum, […]tum eſt. Tametſi verò ſtatim ab initio ſatis […] ren[…]*

remus, ab uſu evacuantium mitiorum, in ſimilibus febribus, non abhorruiſſe Sennertum, Moraum, Donckerum, Riverium, Grulingium, Langium, aliosque; haſitabamus tamen non parum, donec videremus eos, quibus, re penſitatius deliberata, evacuans datum, facilius ſuperare morbum. Confirmabamur etiam hinc, quod toto die cerneremus, diarrhœas, ſi non utiliter, absque damno tamen, petechizantibus concitari; unde facile concludere licebat, nos tuto quoque ſic naturam imitari, & catharctico ſordes, in inteſtinis hærentes, eliminari poſſe, idquod, fluxibus hiſce concitatis, natura molitur. Juvabamur hac in re diligentia noſtrorum prædeceſſorum, qui monuere, nos in ejusmodi febribus, cum bonis ægrorum rebus, alvum fuiſſe laxiorem, ut conſtat ex Gerhardi Columbæ Meſſanenſis tr. de febre peſtilenti, Valeriola in Obſ. Med. L. 6. de Febr. imo ipſo Galeno L. 5. Meth. Med. C. XII. & Hippocr. in Libr Epidem.

(c) Ut videre eſt in citata Urat. Hiſt. p. 4. (d) ſecundum *Diſſ. de Orgasmo C. I.* §. XIV. pag. 16. (e) Hippocr. de Victu Acut. XLI. 4. Vol. II. p. 301.

§. VI. Equidem p. 13. reponitur, *quod d ὀργᾷν aliquid eſſe debeat, à ſimplici ditate jam actu diſcedens, & qualicun- coctioni ſimilius.* Verum, quanta cru- te cruda coctaque, ſicut quadrata rotundis, funduntur, miſcentur & remiſcentur! pocrates enim in aureo illo aphoriſmo *da non purganda eſſe, niſi turgeant, ἢν μὴ ᾷ* proponit: exinde igitur neceſſario ſequi- i converſionis logicæ, turgentia, & pur- la, eſſe cruda; ut adeò illud ὀργᾷν crudita- includat, non excludat. Sic etiam ratio ac mentem ſuam Cous alibi (a) clarius onit, quod ideò in orgasmo per febres andum ſit, quoniam *maturitas* & coctio orum illorum humorum, toto febris tem- , propter maximam eorundem copiam, contingat, neque à medico ſperari poſſit, ie expectari debeat; aliasque foret, ut primarum viarum cruditas, futuris in- ous criticis, ipſam maſſam ſanguineam ſſura & corruptura coctionem hujus, pro- febrilem, omnino inhibeat, velut Differt. rgasmo C. I. §. VIII. copioſius hæc de- t.

(a) De Humor. I. Vol. I. p. 315. ubi hæc leguntur: *Impetus & ferocitas humorum duci debet, quare- pit, per convenientes ac commodas regiones, ex- ceptis his, quorum maturitas tempore con- tingit.*

§. V. Deinde dilucidavi, ὀργᾷν illud plane cum minera febrili maſſæ ſanguineæ, ue coctione ac cruditate, adhuc parti- e, ſecundum analogiam aphoriſmi Hip- tici ſic ſonantis: *Prægnantes medica- is purgare oportet, ſi turget, ἢν ὀργᾷ, menſe usque ad VIImum, minus verò juniores autem & ſeniores vereri opor-* Gravidæ autem non neceſſario febrici- & eædem non febricitantes eò facilius camentis purgari poſſunt; ergò illud ὀργᾷν cum in illis etiam obſervetur, neceſſario nullam febrilem infert coctionem, propter quod tamen gravidæ, haud ſecus ac febricitantes, regulariter & utplurimum non purgandæ, talia tamen medicamenta poſtulant, crudis humoribus in primis viis redundantibus. Mirari licet, quamobrem non hic etiam aphoriſmus crudæ præjudicationi fuerit collatus, cum is ſcrupulum eidem facilimè cruditatis omnem exemiſſet. Num hoc aphoriſmo, qui tamen bis repetitus, (a) quidam Hippocratici codices planè deſtituantur? Alias enim, ſicut ego meam B. Virginis infelicitatem, ſic aliàs ſuam quoque, certe majorem, per eundem orgasmum, ex illo purgare laboraſſet. Qua gravida, (b) ceu hydropica (c) tractata, propter purgantia, per hebdomadas plures ab ipſo exhibita poſt copioſas dejectiones, ad ſanguinem usque, vere cruda προσεικελίσει, poſt aliquot tempus obiit, fœtu mortuo prodeunte. Profecto minori turpitudine illa excuſatio ſuſcipi potuiſſet, quam quod rei, veriſſimæ ac notoriæ, furioſus, & ſarcaſmi, replicentur; quo ipſo, tacita potius confeſſione, confirmatur, quod caſus ille ipſam *noctuam, lucem apertam non pervidentem*, de qua in propemptico, quinimo talpam potius, oculorum defectu cæcutientem, proprio digito demonſtret.

(a) S. IV. aph. p. 82. S. V. aph. XXIX. Vol. I. p. 93.

(b) Licet enim graviditas nonnunquam difficillimæ diagnoſeos ſit, ut facile illa Medicos fallat, in falſis præſertim virginibus; attamen in conjugibus, etiam re dubia, cautius agat Medicus, & tutiſſimam viam eligat, imitatione Hippocratis, qui L. VII. Epid. VI. Vol. I. pag. 831. *Harpalidæ ſorori prægnanti, circa IV. aut V. menſem tumores circa pedes aquaſos habenti, & corpus totum in tumorem elevatum*, nullum tamen purgans exhibuit, ſed alio modo eam ſanavit, feliciter tamen, *ut peperit fœmellam.*

(c) Præſertim cum nec hydrops ex menſium ſuppreſſione tantam catharſin, & unicam fere, urgeat, ſicut meritò increpant Uratislavienſes Hiſtor. Morb. p. 123. *tonſoriam hanc ſtupiditatem & anicularum fatuitatem*, ſubjungentes: *Infamia patrant latrocinia, quoties hiſuis vehementiſſimis purgantibus mulieres, ex menſium ſuppreſſione hydropicas, quas de obſtructionibus à ſarcina hac liberare nobis mos eſt, tractant; quoties ſecretis torquent, cum iis cordati Medici digeſtivis & aperientibus ſubvenire poſſent;* aliquando enim non *vita*, ſed mors *conſiſtit in excretionibus.*

§. VI. Objicitur (3) S. II. p. 17. quod propter cruditatem *evacuationes tales in principio natura nunquam, niſi malas, vel ſuſcipere vel abſolvere poſſit.* Quæ ratio primo intuitu multum in receſſu habere videtur. Nam docente Hippocrate, (a) *in medicamentorum purgantium uſu, è corpore talia educere oportet, quæ, ſponte etiam prodeuntia, proſunt, & contra.* Verum enim verò

ſæpe quidem alvi fluxus vomituſque ſymptomatici & maligni, non ſolum in febrium augmento & ſtatu, ſed in principio etiam, obſervantur, (quod quidem ab ipſa προῤῥητικῶν p. 27. & 28. ferè negatur.) Sed contra non raro vomitus critici, ac dejectiones laudabiles, cum euphoria & levamine, maximè per febrium principia occurrunt, (ut ipſa ibidem confirmat.) Ipſe Hippocrates judicationes febriles enumerans, iisdem addit: (b) *ſi alvus mucoſa & cruenta egerat derepente, vomitusque non pravi contingant circa judicationem*; (ſicut die III. in B. Virgine) Et alibi: (c) *Surſum ſubpurgare*, (id eſt, leni medicamento, quale aurum fulminans eſt, movere) *oportet in exacerbationibus* (criticis) *tunc enim ſua ſponte elevantur, cum anxii & capitegravati fuerint, ac ſe jactarint*, (ſicut B. Virgo)

(a) S.IV. aph.II. Vol. I. p. 82.
(b) Coac. I. 218. Vol. I. p. 534.
(c) L. V. Epid. XXV. 16. Vol. I. p. 787.

§. VII. Quinimo IV. p. 31. malè ominatur, ab *ira ſi nulla excretio, per vomitum aut alvum ſuccedat, unde patiens ſub graviſſimis inquietudinibus* (ſeu anxiis jactationibus) *aut oppreſſoriis cardiogmis tantùm ad mortem perveniret.* Quæ ipſa quoque Hippocrates confirmat, dicens: (a) *Qui anxiè ſe jactantes citra vomitum exacerbantur, malè habent, itemque qui lancinantur* (cardialgiis) *citra vomitum.* Baglivus (b) *ſæpius vidimus*, inquit: *ægros deliros, inquietos & anxios, diarrhœa ſuperveniente ſequenti die in melius abiiſſe.* Uratislavienſes ſcribunt: (c) *Ægri perpetuo jactabantur, nec ullam decubitûs figuram ſervabant, præſertim illi, qui nec per vomitum, nec per ſedes, materiam acrem ac fervidam rejiciebant; in quibus etiam æſtus gravior, fauces aridæ, & ſub finem deliria comatoſa, quæ ſemper fere funeſtum in hac febre minantur exitum, notabantur.* Et paulò poſt: *Nam certum eſt, in primarum viarum canali materiam urentem ac fervidam reperiri, præſente hoc affectu, nec dubitandum, quin facile, ſi non per vomitus aut ſedes tempeſtivè ejiciatur, inflammatio & forſan majori ex parte in duodeno ſequatur. Ab hac verò omnino par eſt, ut jectigationes, anxietates & vigilias deducamus:* Qualia Hippocratis autem ſenſu, certè neſcio, quo p. 69. mihi tanquam contraria opponuntur, quaſi acris materia *per vomitus ſaltem parvos tantum mota, non excreta fuiſſet*; quos alias ſemper *largiores & excedentis violentiæ* Syncretiſta generis communis incuſavit, *ut ne quidem equus illis ſuſtinendis par fuiſſet.* Tres alvi dejectiones, præter unum vomitum, aut planè tres, ſicut poſthæc intellexi, non parvi dici poſſunt; imò unus vomitus non critica parvitate peccat, ſi modo ſit copioſus, præſertim ſi tres dejectiones ipſi jungantur. Cum contra hæc ipſa Hippocratis Coaca prænotio evidentiſſimè inculcet, anxietates & lancinationes cardialgicas ideò febrium malignitatem exacerbare, quod non per vomitum humores acres excernantur.

(a) Coac. IV. 9. Vol. I. p. 578.
(b) L. I. Prax. C. IX. S. VI. p. 68.
(c) Hiſt. Morb. An. 1699. p. 60. 61.

§. VIII. Quando igitur (a) *natura non ſponte* malignos illos humores *dimittit* & excernit, *per medicinam* (*non illam ſine Medico*, qualem *Medicus ſine medicina* delirat, ſed cum & à Medico) *eadem* ad ſimiles excretiones *cogatur & ſtimuletur.* Nam (b) *Medicus, qualia & quando ſponte judicarent, talia medicamentis ſuis machinari debet.* Unde manifeſtò elucet, quod imperitiam, haud excuſandam, commiſiſſem, quando potius laxantem illum pulverem aureum non præſcripſiſſem, neque acerrimos illos crudos humores primarum viarum in B. Virgine eliminaſſem; minime verò, quod hæc egerim; ſicut etiam *Reſponſa Facult. Med. Lipſienſis & Wittebergenſis ad Quæſt. V. VII. & VIII.* præclarè confirmant. Profectò ſi res exactius penſitetur, apparet, vomitus & dejectiones illas non tam huic medicamento, alias ad illas longè impari, deberi, ſed ſalutari criſi dici tertiæ per vomitus, quo natura, leviſſimo hoc ſtimulo adjuta, eò facilius ſuſcepit; velut veriſſimè quoque *Reſponſum Witteb. ad Quæſt. VII.* expreſſè monet. Tanta humorum copia, quanta in B. virgo per vomitus alvique dejectiones excrevit, nullo certè modo per univerſam febrim concoqui potuiſſet, ſed omnes coctiones criſeſque febriles eò magis denegaſſet; & facile, ut Uratislavienſes (c) loquuntur, pluribus ſcilicet diebus ſic elapſis, *inflammationem* ventriculi excitaſſet; quanquam illa tùm nondum jam facta fuerit. Quinimo ſi ab illorum tanta acrimonia, quantum προῤῥητικῶν ſomniat, per unum tantum alterumque diem corroſione ſua ventriculum eryſipelate inflammaſſet, neceſſario inter paucos vel plures dies, haud vomitu rejecta, inſtar veneni & ipſius arſenici, ventriculum totum eroſiſſet, ſphaceloque per ſe lethali enecaſſet. Qua ratione aurum fulminans, & dejectiones vomitusque illud ſecuti, non ſolum utiliſſimi, ſed etiam neceſſarii, ſecundum omnes artis medicæ regulas non poſſunt non haberi.

(a) Hippocr. de arte XXI. 32. Vol. I. p. 13.
(b) de Humor. 68. p. 318. (c) l. c.

§. IX. Neque verò anginæ, multo minus autem levis faucium inflammatio, etiam adhuc præſens, ſicut quivis abſceſſus & inflammation

iones ſymptomaticæ, febrium etiam ſe-
dariarum, v. g. pleuritidum, peripneu-
niarum (præſertim cum orgaſmo, ut in B.
gine) purgantia prohibent, ut illius leniſ-
i laxantis uſus inde intempeſtivus evinci
ſet; ut quoque Reſponſum Lipſienſe ad
æſt. VI. comprobat. Ne ſolo Hippocratis,
aſſis obſoleto, teſtimonio me pugnare
Elias artiſta, medicinam prorſus innovan
i ſomnians, incuſet, Antonius de Heide
bit: (a) *ſe ſæpius in anginis*, maximè
rrhalibus, *ab aſſumpto purgante præ-
aneum levamen notaſſe*, ut tribus exem-
ſubjunctis corroborat: (1) *Mulier* 30.
*orum, ab externo frigore ſuſcepto,
cium difficultate ſummâ correpta, nihil
deglutire potuit, aëremque cum ſibilo
it, à venarum raninarum ſectione, ac
clyſteribus aperta, ne minimum qui-
levata fuit; ſed facile rurſus degluti-
æpit, quamprimum extractum pur-
aſſumtum quatuor copioſas ſedes ex-
vit.* (2) *Virgo* 16. *annorum febre acutâ
rans, nec non tumore fauces obſidente,
infuſo foliorum ſennæ bis dejecit, ſe-
ti mane tumor multum imminutus eſt,
die tertio ægra ſanitati reſtituta.* (3)
*genarius, cum rubore faucium tumi-
m ne liquida quidem deglutire potue-
die tertio à pulvere, ex reſina jalappæ
habarbaro, ſeptem vel octo ſedes ha
tali ſucceſſu, ut rurſus ſine impedi-
o deglutire potuerit.* Haud ſecus Ri-
s (b) pluribus exemplis atteſtatur, *in an-
aquæ benedictæ* ex croco metallorum,
vehementius vomitoriæ, uſum maxi-
roficuum fuiſſe. Foreſtus (c) *Tralliano
ulatur, quod in anginis ſanguinis
& purgatio uno die optato fructu
nt in uſum vocatæ.* Uratiſlavienſes (d)
mant, *in angina vomitoria quidem
niſiſſe, ſubinde tamen purgantia le-
propinaſſe*, (quale omnino aurum
nans eſt) *cumprimis, quod tamen ra-
contingit, ſi craſſæ ac nebuloſæ eſſent
, his enim præſentibus in qualibet
mmatione ad purgationem* (NB.) *à
ipio confugere nos poſſe, ſcimus, edo-
primicerio Hippocratis interprete,
ero Martiano. Et ſane prudens hoc
um fuit nobis inſtar columnæ vialis,
io conſtitutæ.* Quanto minus igitur
Virgine, propter faucium inflammatio-
ne quidem anginoſam, auri fulminan-
s intempeſtivus poteſt accuſari.

(a) bſ. I. p. 51.
(b) Cent. II. Obſ. X. f. 588. Obſ. XXIV. f. 592.
Cent. IV. Obſ. LX. f. 645.
(c) . V. Obſ. XIII.
(d) iſt. Morb. p. 48.

X. Quinimo in febribus, tamen prima-
eſſentialibus; cum abſceſſibus criticis,
bubonibus, variolis, morbillis, petechiis &
purpura, materiæ quidem peccantis recurſus
perniciem afferunt certiſſimam, & à leniſſimo
purgante ſæpius promoventur: ſed hæc eve-
niunt magis in augmento ſtatuque, illis jam
erumpentibus, ubi vel clyſteres nocere cer-
tum eſt & nocuiſſe obſervavi. Attamen in
eorundem principio, urgente orgaſmo crudo-
rum humorum in primis viis evacuatio hæc
cauta & tempeſtivè haud omitti debet, velut
his etiam Reſponſum Lipſienſe ad Quæſt. VI.
adſtipulatur. Willis (a) teſtatur, *Medicum
quendam Londinenſem, circa peſtilentiâ
adfectos feliciſſimum, in principio, ante-
quam bubones, peſtilentes tamen, appa-
ruiſſent, utplurimum vomitorium ex croco
metallorum, aut vitriolo albo, præſcripſiſ-
ſe: vomitione verò finitâ ſtatim diaphoreti-
cis exhibitis in ſudorem conjeciſſe.* Non
hîc urgebo ſingularem illam conſtitutionem
febris cujusdam peſtilentis, utpote non facile
imitandam, de qua Riverius (b) teſtatur,
*quod in eadem parotides intra biduum,
accedente delirio, ſtupore, motibusque
convulſivis, omnes perdidiſſent, & qui-
dem circa diem XI. niſi quibus poſt venæ-
ſectionem ſequenti die purgans ex ſenna
fuiſſet exhibitum*, quibus tentatis omnes fe-
liciter evaſiſſent. Potius ex eodem profero,
magis regulare eſſe; quod (c) ſcribit: *Utiliſ-
ſimè non rarò purgationem inſtitui ante va-
riolarum eruptionem; at variolis apparere
jam incipientibus, purgationem pernicio-
ſam.* Quem etiam Ballonius (d) confirmat.
Sic ex informatione B. Mauritii Hoffmanni,
P. P. Altdorffini, Pragmaticique celeberrimi
& eruditiſſimi, ſæpius in variolarum princi-
pio, ſucceſſu optimo (velut inferius Obſer-
vationes in Decadibus recenſendæ docebunt,)
mox vomitorium aut ſolum exhibui, aut mi-
ſturæ diaphoreticæ magis addidi, (ſicut etiam
in B. Virgine auro fulminanti diaphoretica
junxi,) ne ſcilicet ſecundum unicam ratio-
nem, in febribus purgantia prohibendo,
natura in motu ſuo à centro ad peripheriam,
ſicut loquuntur, tam facilè ſimul turbaretur;
non enim cruditates ex maſſa ſanguinea, ſed
ex primis viis, talibus in caſibus, purgantibus
evacuare animo intenditur. Quando igitur
neque bubones peſtilentes, neque variolæ,
ex ratione recurſus timendi, purgantium
uſum, modo cautum & tempeſtivum, in prin-
cipio ſimpliciter prohibent; quanto minus
in eryſipelatibus, etiam criticis, recurſus
pernicioſi metus ſimili eorundem uſui contra-
dicit, imò illum *homicidii* accuſat, cum ſi-
miolo naturali Salano, D. *Olbrechten.*

(a) De Febribus C. XIII. p. 238.
(b) Prax. L. XVII. Cap. I. f. 547. Cent. I. Obſ.
XLIII. f. 563.
(c) Prax. L. XVII. C. II. f. 551.
(d) L. II. Epid. pag. 141.

§. XI. Ea-

§. XI. Eadem igitur cum ſit eryſipelatis ratio propter eandem transpoſitionem criticam, ita quoque de illo eadem ponitur regula, ut etiam in illo critico purgantia modo tempeſtiva proſint. In *eryſipelate* ipſius *peſtilentis conſtitutionis* Hippocrates (a) criſin ſalutarem fuiſſe teſtatur, *ſi per alvum turbatio quædam tempeſtiva, aut urinarum bonarum excretio, contigiſſet.* Idem quoque (b) *in pulmonis eryſipelate* docet, *quod viſcera ſugant, & æger vomat pituitam* (nequidem bilem, quam ſolam præjudicans tum urget,) *velut acetum, & dentes ſtupeſcant. Cùm autem non vomuerit*, additur, *digreſſa die tormen & dolor in ventre oboritur, & excrementum alvi liquidum procedit. Huic*, denique ſubjungitur, *pharmacum deorſum purgans dato.* Quos vomitus ferè in ſingularum partium eryſipelatibus praxis quotidiana oſtendit. Quomodo (c) villica Conſiliarii Ducalis, per incipientem eryſipelatis eruptionem, cum ignorantiâ, delirabat, hoc autem per maculam faciei purpuream apparere incipiente, reſipiſcebat, ſed graviſſima cardialgia remanebat, donec à medicamento, non vomitorio, ſed pulvere cinnabarino-diaphoretico die tertio per plures vomitus copioſam ſaburram rejeciſſet, brevi ſic à febre convaleſcens. Quos naturæ motus criticos laudabiles medicamentis ſuis laxantibus imitari debet Medicus; ſicut Loſſius (d) de *capitis eryſipelate*, ſuo ipſius, hæc comprobat: *quod cum horrore, hinc totius corporis inſigni calore, & levi quodam delirio, eundem oppreſſit. Cujus ergo, poſt ſanguinis uncias viij. detractas, die tertio cholagogum ex infuſo Rhabarbari, caſſiæ & tamarindi, aſſumſit; poſt habitâ concoctione, ac humorum præparatione, cum turgens & effrenis humor celerrimè ſit evacuandus, priusquam ſe ad partem nobilem recipiat.*

(a) L. III. Epid. S. III. 44. Vol. I. p. 723.
(b) L. II. de morb. LIII. Vol. II. p. 79.
(c) Referente L. XI. Annal. Pract. f. 596. Anno 707. menſe Febr.
(d) L. I. Obſ. XXV. p. 70.

§. XII. Præterea capite præcedenti eryſipelas non ſemper criticum, ſed etiam ſubinde ſymptomaticum eſſe, taleque in B. Virgine illum faucium catarrhum fuiſſe, docui; in quo verò recurſus perniciosus, ut non timeri, ſic nec purgantia prohibere poteſt. Nam docente Hippocrate (a) *in omni ulcere, accedente eryſipelate, corporis purgationem facere oportet, ſive ſurſum, ſive deorſum.* Item (b) *A vulnere capitis, oſſe denudato, ſi tumor rubicundas eryſipelatodes acceſſerit, in facie ac in oculis utrisque, aut altero, & ſi quis tumorem contingat, & doleat, & febris corripiat rigorque: Hujus infernam alvum deorſum purgare oportet medicamento, & ubi ſic purgatus fuer[it] & febris dimittit, ſudor ſedatur, & ſan[us] evadit.* Quomodo Baglivus: (c) *Eryſip[e]late faciei laborantes*, inquit, *vidi bre[vi] curatos poſt præſcriptum purgans re[me]dium, ægri naturæ accommodatum, idq[ue] in ſecretis erat Medico Patavino.* Qu[od] etiam recentiores alii ſcriptores, tam C[hi]rurgi, quam Medici, comprobant, ad unu[m] omnes, pro eryſipelatibus curandis, purga[n]tia, fere vix ſatis caute, laudantes. Unde [fa]cilè apparet, in B. Virgine illius aurei pul[ve]ris laxantis uſum intempeſtivum ne quid[em] ſolidè argui poſſe; quamvis, quod tam[en] non conceditur, ejusdem faucium inflamm[a]tio eryſipelas criticum exhibuiſſet, qua[m] minus autem, ſi tantum ſymptomaticum il[l]ud fuiſſet; velut rurſus *Reſponſum Lipſienſe Quæſt. VI*, verbis expreſſis confirmat.

(a) De Ulcer. VI. Vol. II. p. 668.
(b) De Capitis Vuln. XXVII. p. 705.
(c) L. I. Prax. Med. C. XIII. §. VI. p. 122.

§. XIII. Quomodo etiam Præfectus m[ili]taris (a) Ducis Saxoniæ, 40. circiter an[no]rum, craſſi & obeſi corporis, ex occaſi[one] iræ, primis duobus diebus vigeſies per alv[um] dejecerat, hinc alvo ſponte ſuppreſſa, ven[tris] tormina cœperant affligere, cum quibu[s] præcordiorum doloribus, anxiè ſe jacta[bat]. Præſcribebam in eadem officina (in qu[a] Virgini) auri fulmin. & cinnabar. antim. [ana] gr. vij. unde verò, alvo plane non dejicie[nte], dolor antea totius abdominis, ut ne digiti [qui]dem attactum admiſiſſet, die quarto man[u] niſtrum tantum hypochondrium, ſed a[cer]bius, affligebat; quamobrem clyſter inj[icie]batur, unde copioſa per alvum, ſummo [cum] levamine, dejecerat, qui veſperi ergò i[tera]batur. Die V. urina, primum tenuis ru[bra], hinc turbata cinnabarina conſpicieba[tur], per noctem ſponte aliquoties dejecerat. [Sed] jam propter leviorem quendam pedis d[olo]rem, quaſi ex ſubluxatione, velut ſibi pe[rſua]debat, non ingredi poterat: verum mox [ſa] podagra, ipſi antea familiaris, cum ac[ri] dolore, maculâ quaſi eryſipelaceâ, erum[pe]re cœperat. Die VI. manè idem pulvis [ex] auri fulminantis & cinnab. antimonii ana [gr.] vij. rurſus aſſumebatur, ſed ne unica qui[dem] dejectio eodem die ſequebatur; verum [ſe]quenti VII. cum perturbatione critica bis [vo]mebat, non dejiciebat, copioſos tamen [fla]tus emittebat; hinc, cum ſudore cr[itico] largiſſimo, plenius arthriticus tumor er[um]pebat; quomodo die XI. & XIV. ſudo[ribus] largis perfectè judicabatur, tumore pedis [reli]quo quidem adhuc ſuperſtite, ſed admo[dum] indies decreſcente, ut peregrè rurſus [a]bire poſſet.

(a) Referente L. IX. Annal. Pract. f. 541. [Anno] 1702. menſe Decembri.

§. XIV.

§. XIV. Denique S. VIII. p. 70. alium Hippocratis aphoriſmum mihi objicit, ſic habentem: (a) *Purgare oportet in valde acutis, eadem die, ſi turget, in talibus enim cunctari, malum eſt.* Verùm ego poſt meridiem demum, die Veneris, conſulebar, & ad viſendam B. Virginem rogabar; adeoque primus meus ingreſſus, quo ipſam anxiè ſe jactantem offendebam, circa horam tertiam aut quartam ejusdem diei fiebat. Quô igitur tempore veſpertina exacerbatio, quam ipſe non negat, jam appropinquabat, maxime verò, antequam medicamentum in officina pro more componeretur indeque accerſeretur. Per hac autem in febribus medicamentum laxans exhibere. Hippocraticum προεξευκρινέειν Medici non admittit, ſed præjudicii cruditas poſtulabat. Quantas etiam turbas Noverca, ſerena ..., propter has dejectiones movebat, ne ſpe teſtamenti excideret? quanto majores illa ... fuiſſet excitatura? & ſi per diem, propter hypocauſtum fere frigidum, dejectioni alvi ventris tormina non poterant non ſupervenire, quæ mala noctu potuiſſent accumulari. Exinde conſultius hæc catharſis ad ...inum mane differri videbatur, præſertim ... alvi dejectio ſpontanea per noctem ſpera...r. Quod ſi verò poſt meridiem die Jovis, ... primo mane diei Veneris, me conſuluiſſe..., omnino ſecundum hunc aphoriſmum, ...hi, velut Diſſertatio de Orgaſmo docet, ... ignotum) lubentius mox hanc eandem ...ulam præſcribere maluiſſem.

(a) S. IV. aph. X. Vol. I. p. 83.

§. XV. Hujus interim aphoriſmi practica ...ela me monebat, ne laxans illud medica...um, *novilunio* (a) etiam non obſtante, ... mihi προέκκρισις quidem exprobrat, ul...s differrem, cum morbi principium hac ...ne præteriiſſet. Accedebat hæc etiam ra... quod, monente Hippocrate, *anxiæ ja...ones* prodromi plerumque ſint *convul...m*; quarum prognoſin illi totius ſiniſtri ...s ſpasmodici, non hemiplectici, torpo... confirmabant; novilunia vero morbos ...ulſivos utplurimum exaſperent. Quan...is igitur malignos aſtrorum influxus me...enta nulla cohibere valeant; attamen ...n operationes & effectus illorum in ægro...n corpora emolliunt, quando ventriculi ...ores, ad morbos convulſivos diſponen...rius expurgant, ne his illi concurrentes ...nato vinculo ſuo fortius & certius ligent. ...odo quotidiana praxis oſtendit, paro...os epilepticos & inſultus arthriticos, cum ...uniis recurrere ſolitos, emolliri & leni... proxime ante ipſa, præſervationis ergo, ...ns uſurpetur; & fortaſſis, niſi hæc eva... humorum acerrimorum præveniſſet, ...yſmi penitus epileptici B. Virginem op...ſſent. Quod autem hac ratione con...iæ magis, quam famæ meæ, conſuluerim, ...*Jovell. Val.* chriſtiana patientia divinæ voluntati & directioni committam, qui tempeſtivè à malis his me rurſus liberabit.

(a) Ut hunc ſuperſtitioſum aſtrologiæ abuſum meritâ cenſurâ tangit, de me, magisque de republica medica, meritiſſimus Bohnius de Officio Medici C. IX. p. 215.

§. XVI. Notandum autem eſt de oppoſito hoc Hippocratis aphoriſmo, quod is *de febribus valde acutis*, ἦσιν λίην ὀξέσι, loquatur, quales ſecundum ipſum (a) *ſunt maligniſſimæ & acutiſſimæ, quæ ſignis horrendiſſimis oborientes, quarto die aut prius occidunt*, & in conſtitutionibus epidemicis, verè peſtilentibus, frequentantur. Cujusmodi verò malignitas illius temporis haud erat, quam alias omnem in B. Virginis morbo ipſa προέκκρισις negat; ne dicam eandem ſeptimo demum die mortuam fuiſſe. Neque verò iſtius aphoriſmi ſenſus eò perverti debet, quaſi mox primo die purgans in febribus quibusvis ſit exhibendum, adeò ut illo die præterlapſo hoc deinde prorſus ſit intempeſtivum. Hippocraticus προεξευκρινήσας, (b) de uſu purgantium tempeſtivo in febribus docens, de illis morbi *principium* proponit, tacite innuens, in hoc illa facilius adhuc locum habere; quod vero quarto demum die finitur, cum inſultu critico primo; licet de omnibus febribus concedam, quo citius, eò tutius, in iis purgantia eſſe exhibenda. Quomodo idem alibi: (c) *ſi febre detinente*, inquit, *non purgentur, neque ſurſum, neque deorſum, dolor autem per totum corpus* (ſeu ventrem) *affuerit, tertio aut quarto die pharmaco leni deorſum purgato.* Imo ait: (d) *ſi mollem ac vacuum ventrem habenti febris ardens* (cauſus) *accedat, ſi tibi commodum eſſe viſum fuerit, medicamentis purgare, intra tres dies id ne feceris, ſed quarto.* Quanquam fatear, ſphalma me libellionum hic ſecundum praxin Medicam ſuſpicari, ut potius legendum arbitrer: *Si mollem ac vacuum ventrem non habenti cauſus accedat, ſi tibi commodum viſum eſſe fuerit, medicamentis purgare, intra tres dies id facito*, (ad ſummum) *die quarto.* Etenim ferè accedo Jouberto & Deckero, (e) *in cauſo die ſecundo purgandum eſſe, & niſi intra triduum, ita commodum purgationi locum non eſſe.* In B. Virgine autem purgans illud die ſecundo adhuc præſcribebatur; etenim, ut jam monui, ab horrore primô diei Jovis, criticorum dierum computatio eſt inſtituenda, ſecundum quam dies criticus ſecundus circa meridiem diei Saturni demum deſinebat; ut taceam, verum criticum diem (f) inſultus primi, ut non quartum diem communem complere, ita nec in primis horis diei tertiæ incipere.

(a) De Judicat. II. 5. Vol. I. p. 539. & Prænot. XX. 3. p. 464.

(b) S. I, aph. XXIV. p. 72.

(c) De Affection. XIII. Vol. II. pag. 169. Confer. etiam L. III. de Morb. XVII. 51. p. 108. de Victu Acut. L. 4. p. 309. L. II. 14. p. 311.
(d) De Victu Acut. XLII. 1. p. 302.
(e) De Methodo Med. p. 269.
(f) Secundum Hippocratem de Judicat. II. 13. p. 439.

§. XVII. Denique verò ex oppoſito aphoriſmo, quod *purgare oporteat, ſi turget*, adverſarii ſpontaneam confeſſionem, tanquam convicti, accipio. Qua omnes malignas animadverſiones de intempeſtivo laxante in B. Virgine, confuſiones & obſcurationes clariſſimorum aliorum Hippocratis textuum, & obſcuriſſimas quasque argutias mihi oppoſitas, neceſſario ipſe redarguit convellitque. Etenim ipſo ſic approbante ac confitente ſecundum Hippocratem praxinque medicam, non ſolum in febribus acutis *haud unquam*, ut ille quidem p. 14. 17. mavult, purgare licet; ſed potius *oportet purgare* in febribus, etiam *valde*, quid dicam, minus acutis, aliquando & tum, ſi cruda materia in primis viis *turget*, & orgaſmus ille per ſua ſigna anxiæ iactationis, cum lumborum doloribus, convulſionibus &c. (ut in B. Virgine) ſignificatur; ut tum imperitiam committat non is Medicus, qui blandum laxans exhibet, ſed is, qui illud omittit, magisque adhuc, qui velut intempeſtivum illud tum incuſat. Sicut hæc noſtra præclarè confirmant utriusque *Facultatis Medicæ Lipſienſis & Wittebergenſis doctiſſima Reſponſa ad Quæſtiones V. VI. VII. VIII.*

CAP. V.

Aurum fulminans, à contumelioſis animadverſionibus purgatum, in febribus acutis, aliis omnibus laxantibus præfert.

§. I.

QUæritur itaque, num in B. Virgine aurum fulminans vehementius, aut præ aliis purgantibus incommodius fuerit? Quæ, reclamantibus ad unum omnibus Practicis, non ſolum plurium aliarum civitatum ſummis Medicis, ſed etiam paulo magis ſobriis Chirurgis caſtrenſibus, ſolus præjudicans, pro ſua ſapientia, non dubitavit affirmare; Quod igitur præjudicium ut de auro fulminante Sectio V. p. 48. defendat, *Ettmüllero notante, vehementiam vitrioli albi objicit*; quod quidem non B. Virgini præſcripſiſſem, ſed aliis meis ægrotis. Verum jam non de his, ſed de illa, controverſia inter nos agitatur; falſumque eſt & falſiſſimum, quanquam ſine imperitiæ nota illud fieri potuiſſet, unquam unico ægroto meo, in univerſa praxi mea, quantum ego memini, me illud præſcripſiſſe; ſicut etiam ægroti omnes, in Diſſertatione de Orgaſmo à me propoſiti, ore uno loquuntur. Quomodo verò ex vitrioli albi vehemen[tia], talis auri fulminantis probari poteſt? H[is] ipſis non confutor, ſed confirmor. Eteni[m] ex Williſio vitriolum album *non in craſſis op[i]ficibus*, ſed in Virgine nobili, & ex Riveri[o] *non in oppido Medico*, illud ne quidem infa[n]tibus, orgaſmo indicante, nocuiſſe, ſed pr[o]fuiſſe, comprobavi; ergo multo minus auru[m] fulminans longè mitius catharticum, imò v[i]tale dicendum, vomitibus & dejectionib[us] ſuis in B. Virgine 19. annorum propter org[a]ſmum, nocere potuiſſe concluſi. Quod [ar]gumentum meum, vitrioli albi vehementi[a] hac ratione objecta, ne minimum quide[m] convellitur, ſed corroboratur.

(a) Sic enim προὀκκρισις S. V. p. 38. *naturæ moralitem* depingit, qualem qualem verò magiſtram, [non] honeſti Medici, ſed empirici imitantur.

§. II. Dum verò Ettmüllerus ab adverſa [parte] mihi opponitur, idem ab eodem approba[tur], neque illius teſtimonium pro me, contra ipſ[um] improbari poteſt. Hic autem in tenerrimis [in]fantibus, eorumque convulſionibus, aur[um] fulminans nobiliſſimum & præſtantiſſim[um] medicamentum eſſe, ſequentibus (a) præcl[arè] atteſtatur: *Aurum fulminans magnæ obſ[er]vatur efficaciæ, ut non immeritò à quib[us]dam inſigniter extollatur, contra torm[ina] infantum, & pertinaces alvi obſtruction[es], etiam exinde imminentem epilepſiam, (*plurimum comitante febre acuta.) *Datur [in]fanti* (NB.) *aliquot dierum, vel etiam un[ius] ſeptimanæ, gr. j. cum gr. iij. nitri depur[ati], vel etiam nitri antimoniati. Datur eti[am] ſolum, absque addito, in iis, qui jam ſ[unt] aliquot ſeptimanarum, ad gr. ij. prop[i]natur in lacte. Præter alios effect[us], quos aliquoties miratus fui, tormina ſ[edat], horridas alvi dejectiones promovendo [&] inſultus epilepticos ſopit.* (NB.) *Varietas [ob]ſervatur in ejus operatione, nunc cit[ius], nunc tardius operatur, debilius itidem [&] vehementius, prout, uti ſuſpicor, plus [mi]nus in ventriculo infantis, à grumo lac[tis], vel muco pituitoſo, irretitur & quaſi i[n]ſcatur*; aut prout ego ſuſpicor, cruditas [pri]marum viarum majore aut minore copia [...]cat. Quod ſi aurum fulminans igitur tantas [...]des in tenerrimorum infantum morbis m[...]tur, ejusque virtus antepileptica ſe proba[...] quanto magis in B. Virgine 19. annorum [...] deſſe, ad minimum innoxium illud eſſe, del[...]

(a) Valetud. Infantum C. III. §. 9.

§. III. Huic, ut teſtes omni pariter excep[tio]ne majores, jungantur Wedelius & Bohn[ius], germani duo Hippocratis filii, velut vener[abi]li ſenectute, quam DEUS porro clementiſ[ſime] ſoſpitet, ſic & multijuga doctrina, long[a]que experientia patriſſantes. Quorum ille: *Magiſterium hoc auri fulminantis, inq[uit], maximè activum eſt, medicamentum [...]que egregium, quod vires habet carminati[va]s, in colica & tympanitide conſpicuas, [pur]gans,*

ntes, ſiquidem non adeò accurate (NB.) *ulcetur, obſal ſulphureum; ſudoriferas, l ipſum fiat, elutriatis ſalibus; unde &* B.) *cordiale eſt, & renovativum & an ilepticum.* Bohnius: (b) *Sine omni mo- ſiâ fere*, ait, *evacuant purgantia in mino- doſi exhibita, ſi modo bina vel trina gra- auri fulminantis ipſis combinentur.* Illu- s Boyleus (c) *aurum fulminans, quan- n ipſe confirmare poſſet, nobiliſſimum pur- s* laudat. Hannæus (d) *auri fulminantis nirandam opem in colica conſummatiſſi- ſe aliquoties expertum fuiſſe, teſtatur.* d. Hoffmannus ſenior, feliciſſimus quon- n urbis Practicus, (e) *habet aurum fulmi- s*, ait, *vim diaphoreticam, ad gr. iij. jv. in convenienti liquore exhibitum. erdum utramque operationem, & ca- rcticam & diaphoreticam, exercet; ut à ſalibus magis vel minus liberatum magis vel minus etiam ſudorem movet, purgat.* Et paulò poſt: *Aurum fulmi- s cum ſaccharo Saturni & cinnabrio monii unitum, eſt in morbis deſperatiſ- is ultimum remedium, etiam in febri- ardentibus malignis.* Celeberrimus Ura- vienſis Medicus, D. Helwich (f) *in febri- petechialibus purgantibus ſuis apud iores etiam pauca grana auri fulminan-* (NB.) *certis ex cauſis*, (id eſt, non ſine gnanti ratione) *addidiſſe.* legitur. Cum ue veritas in duorum triumve teſtium ore ſiſtat, ad abundantiam illa probata non po- non haberi, aurum fulminans præſtantiſſi- n laxans eſſe, inque B. Virgine neutiquam ere potuiſſe, ſicut etiam utriusque Facult. dicæ, Lipſienſis & Wittenb. Reſponſa ad eſt. V. VII. & VIII. pleniſſimè confirmant.

) In Pharmac. Acroamatica L. II. S. IV. D. II. p. 397. Amoen. Med. L. II. S. II. C. VII. p. 357.
) De Officio Medici C. XIV. pag. 281.
) Uſefulneſſe of experimental. Philoſophy P. II. Eſſ. V. Chap. X. p. 212.
) M. N. C. Anni X. Obſ. CL. pag. 238.
) Clav. Scfirœd. L. III. C. IX. p. 204.
) Hiſtor. Morb. Anni 1699. pag. 10.

§. IV. Adverſarius igitur meritiſſimam tam mortuis, quam vivis, laudem invi- quod προεκκρίσεως Sect. I. p. 8. falſo, *ma- e arte, & pravæ intentionis ergo, ad ndam cauſam meam, quæ* de auro ful- ante *in quæſtionem veniat, ne unum qui- alium teſtem etiam hiſtoriæ rerum ad- re potuiſſe, quam talem*, cujus debita ipſum offendit: cuique *mox ob id*, quod m eundem laudaverim, *cum illo quoque ſtim res ſit habenda.* Siccine igitur *vir s, quo veritatis pondus & cauſæ juſti- poſtulat, animum illuc inflectit?* conſultius *digito compeſceret labellum*, uis *veritatem humani*, & maximè pro- *reſpectûs*, pravæque æmulationis *causâ olare* non erubeſcit. Jam tum enim in *Novell. Val.* illa Diſſertatione mea de Orgaſmo, illi teſti plures junxeram. Num autem *adhuc unum alium teſtem huic rei*, auri ſcilicet fulminantis indubitatæ præſtantiæ, *adhiberi non potui?* ubi plures jam ejus rei cauſa Viros ſummos, omnique exceptione majores, ſuperaddidi, & facilè plures adhuc ſuperaddendi copia daretur. *Odioſum* igitur ipſi quidem eſt, *in re quotidiana Practicos me autores allegare*; cum ſemper novitatibus illius ſuſpectis contrarii ſint, ipſeque veritatem non quærat, ſed adverſetur. Verum id minimè planè *odioſum* haberi poteſt, pro adverſarii pertinacia tanta frangenda aut ſaltem cuivis evidentiſſimè ob oculos ponenda.

§. V. Verum, *hoc aurum fulminans non decenter paratum, & elaboratum fuit*, velut pag. 77. mihi objicitur, quod alias, *niſi in ſe ſenſibiliſſimis, non vomitum ciere ſoleat*, ideoque illud, *quod promiſcue ægrotis*, Diſſertationi meæ de Orgasmo adjectis, *vomitus ciere conſueverit, malè edulcoratum, ac corroſivitate ſua tantum efficax arguitur.* Quâ verò ratione me *homicidii reum* ſchediis ſuis poſtulat, propter B. mortem, ex culpa Pharmacopoei, qui de auri fulminantis legitima præparatione reſpondere tenetur? Omnino ego fateor, medicamentum hoc, niſi decenter elaboretur, non ſolùm ſi non ſatis, neque tamen nimium, edulcetur; ſed etiam ſi aurum pro ipſo haud ſatis depuratum, aliquid cupri admiſtum habeat, malignâ virtute vomitoriâ nocere poſſe. Verum enim verò (1) in formula mea, in omnem cautionem & diligentiam, auro fulminanti non ſalia, nec alia purgantia combinavi, ſtylo tamen aliorum Doctorum uſitato, ſed diaphoretica & terrea eidem addidi, quæ omnem acorem, etiam haud ſatis edulcorati, abſorbent ac corrigunt; talia quippe omninò ſunt antimonium diaphoreticum & pulvis bezoardicus Sennerti, cum qualibus idem ſemper minus, quam ſalibus additis laxare, quotidiana praxis teſtatur. Folia vera ſennæ quoque juncta fuiſſe, falſiſſimum eſt mendacium. (2) In eadem officinâ non ego ſolum ferè centies, ſed alii quoque Medici, aurum fulminans, de hac eadem elaboratione, præſcripſerunt, ſicut Pharmacopœi atteſtantur, vitrumque, in quo aſſervatur, mihi oſtenſum docebat; à quibus tamen hujus, tanquam haud ritè parati, violentia vomitoria nondum fuit obſervata. (3) Veritati autem refragatur, aurum fulminans in ægrotis illis meis promiſcuè vomitus moviſſe; longè diverſa iidem monſtrant, in quibus illi ſubſecuti fuerunt, ſi modò curatius examinentur. Etenim Ægrota III. aurum fulminans die ſecundo aſſumſit, ad minimum initio diei tertiæ: vomitus autem demum ſub finem IV. diei ſupervenerunt. In Ægroto IV. nulli planè vomitus fuerunt obſervati, auri fulm. tamen gr. iij. diagridii gr. j. acuatis. In Ægrota V. auri fulm. duo tantum grana unicum primo vomitum moverunt;

runt; ſed quare ſecundâ vice non ejusdem grana tria æquè vomitus provocarunt? In Præfecto militari C. IX. §. IV. ejusdem grana ſeptem prima vice alvum ne quidem moverunt, iterum verò iisdem die ſexto aſſumtis, vomitus demum die VII. ſequenti, cum criſi, ſucceſſerunt. Adeoque aurum fulminans, etiam ritè & ſecundum artem paratum, neque *corroſivitate ſuâ tantum efficax*, ordinate quidem vomitus non movet, attamen eosdem nonnunquam provocat, *pro ratione peccantis materiæ*, cum levamine tamen, non nocumento.

§. VI. Neque verò aurum fulminans noſtratis tantum officinæ, ut haud ritè paratum & *corroſivitate ſua tantum efficax*, vomitus nonnunquam excitat; cum ſimilis operatio de illo aliarum officinarum ſubinde pariter obſervetur. Quomodo paſtor Eccleſiæ paganæ, (a) 36. circiter annorum haud *craſſus, aut craſſæ cereviſiæ* potator, per mediam concionem, à tumultuantibus in templo militibus perterrefactus, malè ſe habere cœperat; ſequenti die Lipſiam in nundinas profectus, ibidem à Linckio, peritiſſimo Chymico & Pharmacopœo, aurum fulminans, quot grana neſciebat, acceperat; à quo aliquot vomitus provocati, eundem primum admodum perturbaſſent, ſed hinc optimè levaſſent, ſubſecuto mox (NB.) ſudore largiſſimo. Die V. cùm vertigine & comate febricitans, per literas me conſulebat; unde verò à ſolis tribus pulveribus cinnabarino-diaphoreticis, elixirio ſuccini volatili, miſſis brevî convaluiſſe, oretenus me deinde certiorem faciebat. Haud ſecus à Viro fide digniſſimo accepi, Virum illuſtrem hujus urbis nuper adhuc ipſi laudaſſe, quod aurum fulminans, ex eadem Linckii Officina Lipſienſi, vomitibus duobus tribusve provocatis, chronicum malum ejus optimè levaſſet. Hæc juxta conſidero, Ægr. II. Diſſ. de Orgasmo, infanti, à ſolo clyſtere domeſtico; paſtori Eccleſiæ Naumburg. (b) à ſola Tinctura auri Langeloti; in villica, C. IV. §. X. propoſita, à ſolo pulvere cinnabarino diaphoretico vomitus ſuperveniſſe. Ipſa προέκκρισις p. 21. à *ſolo elixirio proprietatis exceſſivas purgationes* (ſubinde, ſed non) *familiariter*, ſucceſſiſſe confitetur. Denique adverſarius pilulas ſuas præpotentes. *balſamicas* ſcilicet ac *confortantes*, tam blandas prædicat, ut vel tenerrimis puerperis ſine quavis perturbatione alvum laxent; nihilo minus haud negare poteſt, quod earundem evacuatio, pro ratione & copia materiæ peccantis, largior ſubinde obtingat; & fortaſſis etiam nonnunquam cum gravi perturbatione, neque confortatione; velut ejus rei aliquot exempla novi. An illæ tum etiam *corroſivitate ſua efficaces* ſunt? Num igitur imperitiam, num magis æmulationem arguat, quod ille Syncretiſta, propter vomitus & dejectiones in B. Virgine, auri fulminantis uſum ſubſecut[os], tam me, quàm Pharmacopœum peſſimè c[om]minetur, B. L. dijudicandum relinquo.

(a) Referente L. XI. Annal. Pract. f. 638. An. 1707. menſe Majo.

(b) vid. Tom. VII. Halenſ. Obſ. III. p. 89.

§. VII. Verum ſicut hujusmodi evacuat[io]nes rariores & inſolitæ non eveniunt, qu[od] medicamentis iis emetica vis per ſe inſit, & qu[od] illa ſint malè elaborata, & *corroſivitate ſ[ua] tantum efficacia*; ita neque hæc quis de [au]ro fulminante noſtratis Officinæ verè profe[rre] valet, quam adeò mecum excuſo. Recti[us] mè potius *Reſp. Facult. Witteb. ad Qu[æſt.] VII.* monet, quod *aurum fulminans in [B.] Virgine, pro ratione materiæ peccantis, o[pe]rationes ſuas exercuerit.* Nam evacuatio[nes] illæ in ſimilibus caſibus non tam emeticæ vi [me]dicamenti, quam acri materiæ peccanti, [de]bentur, non ſolum mobili, ſed jam in [mo]tu ſe habenti; quæ leniſſimo ſtimulo com[mo]ta, naturam jam paratam excitat, ut illam [ex]cernat, utplurimum cum euphoria. Au[rum] verò fulminans in hoc cæteris pharmacis [præ]ſtare videtur, innuentibus quoque citatis æg[ro]torum noſtrorum hiſtoriis, ut naturam [non] ſolùm ad excretiones ſtimulet, ſed etiam [cor]roboret torminaque ſedet. Ex qua rati[one] vomitus illud ſuos tempeſtivè cum critici[s in]ſultibus promovet, ut pro his vel mox, v[elut] in B. Virgine, die tertio; vel tardius, ut in [his] recenſitis, iidem, pro diebus criticis vari[è in]cidentibus, ſequantur licet illud priori die [fue]rit exhibitum. Accedit, quod id ſimul vir[tu]te diaphoretica polleat, adeoque prout ipſa n[atu]ra inclinet, ejusdem motibus criticis ſe acc[om]modet, & ad minimum, poſt paucos vom[itus] aut dejectiones, ſudorem criticum ſimul c[on]de promoveat; unde enim hic per ſequen[tem] totam noctem in B. Virgine obtigiſſet? [Non] certè à ſola eſſentia corticum aurantio[rum]. Quamobrem etiam aurum fulminans à p[ri]bus ſcriptoribus, Wedelio, Zwelffero, (a) [Le]bure, Hoffmanno, magis diaphoreticum [lau]datur. Falſiſſimum enim eſt, & *prob[abi]le tantum rationis figmentum, ut* Hippoc[rates lo]quitur, theoreticæ ſpeculationis, quod S[ect.] VII. p. 62. *ambas has criticas evacuat[io]nes laudabiliter concurrere, ſecundum,* & t[amen] contra (b) Hippocratem, pro more ſolit[o, ne]get. Annon igitur ex his ipſis ſatis ſup[er] apparet? veriſſimè ſecundum eundem (b) [*eos*] *Medicos velut idiotas eſſe, qui ubi aliqu[id no]vi ægri eadem die feciſſent,* (v. g. aurum [ful]minans aſſumſiſſent,) *atque hæc omnia m[agis] fuiſſet adhibuiſſe, quam non, nihilominu[s cau]ſam* (mali & inopini cujusdam ſucceſſus [er]rore quodam) *illi contribuant, veram [cau]ſam ignorantes, & id, quod commodiſſ[imum] eſt, damnantes.* Quæ præjudicans ipſe ap[pli]quidem, ſed culpâ ſuâ, non meâ, namque [con]feſſione propriâ, ſibi jam applicat; cùm [ergo] quon[iam],

ondam, ſaltem verbis Hippocratis, pro more eo, fallaciam cauſæ in Medicina frequentiſſi- am, adumbrandi animô dum hæc deſcripſe- n, eundem Collegam hujus farinæ ne qui- m ſuſpicans.

(a) Qui Pharmacop. Reg. f. 320. hæc habet: *Vires auri fulminantis ſunt diaphoreticæ ac cordiales. Sudorem item potenter commovet, ſi ejus gr. iij. jv. vel vj. ſive aliis pulveribus permixta, propinentur.*

(b) Ut videre licet L. I. Epid. S. II. 122. Vol. 1. p. 664. ibid. 170. p. 667. S. III. Ægr. XIV. p. 684. *in Melidia* L. III. Epid. S. I. Ægr. III. 56. Vol. I. p. 725. *In Dealcis horto decumbente*, S. III. Ægr. XII. p. 738. *Virgine in Lariſſa.* Quæ quocunque confirmat ſimilis caſus, in Bonet. An. Pr. fol. 678. de *JCto Genevenſi* legendus.

(c) de Vet. Med. XXXVIII. Vol. I. pag. 36.

§. VIII. Hoc igitur modo auri fulminantis tute nobiliſſima, & in febribus acutis, ma- nè verò in B. Virgine, convenientiſſima, ficientiſſimè à poſteriori per ipſam experien n probata; contrariæ illæ ratiunculæ à prio- on reſponſionem, ſed exploſionem, meren- . Etenim veriſſimè Wedelius: (a) *In- mis non valent quicquam*, inquit, *ratio- ex falſa hypotheſi, vel præconceptis nionibus*, (crudisque præjudiciis) *enatæ. ſanè, ſi vel centum fuerint, una oppoſita perientia ſatisfacit.* Et Bohnius: (b) *uamvis Medicina ab experimentis*, ait, *ma ſua ſtamina ceperit, & conjecturis enta, per illorum evidentiam polita & nata fuerit, & adhuc integrum maneat um conſortium; minus tamen ambigen n venit, aliquando ſine ratione, aut ugnante ratione, operari licere, ſecun- n illa, quæ genuina & circumſpectior perientia ſuggerit; id eſt, ſine cauſſarum rbificarum ſcientifica magis cognitione, ſub verorum indicantium ignorantia, aliquando admonere poſſe medelam ac ſidia, quibus vel noſtra, vel aliorum fide norum, experientia fidem fecerit.* Quan- ninus autem illæ plures inutilium quæſtiun- rum argutiæ, quas Sectio VIII. p. 76. tan- m nodos Gordios ſibi perſuadet, quicquam fulminantis virtuti nobiliſſimæ detrahunt; omnes facillimè reſolvendæ; ſi modò tarum anguſtia illud permitteret; ſicut Vedelio, Ettmüllero aliisque jam ſunt re- tæ. Iisdem facillimè ac pleniſſimè ſatisfit *ropria Diſputatione de Rationali Em- a* (c) ſuperfluam hanc rationum & τῦ quo- lo, curioſitatem proterve irridendo & illu- lo. Idem convenientius huc quadraret, d Sectio V. p. 43. monet, *multis utique is cavendum eſſe, ne intempeſtivis* (& ibus planè) *dubitatiunculis indulgendo tas temerè negligatur.*

) Amœnit. Med. p. 15.
) de Officio Medici C. IX. p. 302.
) §. XXVI. p. 27.

§. IX. Primum autem jam in diagrammate hoc προεκκρίσεως fere pudet illius ratiunculæ, quam quidam generis communis ſyncretiſta antehâc per totam urbem diffamavit, quod nimirum aurum fulminans per ſe corroſivum ſit, quoniam illud aqua forti adhibita elaboretur. Num ergò bezoardicum minerale, quod æque cum ſimilibus ſpiritibus corroſivis elaboratur, etiam eſt *incertæ operationis, & corroſivitate ſua efficax & infidum medicamentum*? Quis fumoſus cinifio hæc ſubtilia non videt? Num ergò nitrum, quod adverſarius ipſe, tanquam *creaturam ſuam*, laudat, & alterum crus myſterii naturalis habetur, etiam vi ſua cauſticâ ventriculum erodit? quod ſpiritus nitri ſeu aqua fortis ex ipſo deſtilletur? Præſertim cum tantus Chymiater nitro tantum crudo utatur, neque prius ejusdem acorem caſtiget, ſicut in lapide prunellæ illud agitur, ab aliis Practicis magis uſitato. Aurum verò fulminans, cum per ipſius elaborationem ſpiritus ſeu menſtrui acor, addito ſale alcalino, caſtretur, eſt ipſiſſimum regeneratum nitrum, ſed aureum, *ad aureum Hippocratis aphoriſmum* hinc convenientius, communi longè præſtantius, nobiliorisque virtutis. Haud melioris etiam eſt farinæ illa objectiuncula, *quod aurum fulminans tincta ſemper evacuet.* Quæ ſaltem evincit, adverſarium pilulis tantum uti, & nobiliſſimi medicamenti aurei naturam prorſus ignorare, cum nunquam in ægrotis ſuis id uſurpaverit. Num ergò pilulæ illæ arcanæ & incomparabiles non tanta gaudent virtute, ut laxando bilis æruginoſæ copiam, in primis viis peccantem, ne quidem eliminent?

§. X. Haud minus ridiculum eſt, talem Medicum, qui opifices ruſticosque omnes *ad medicinam ſine Medico*, tanquam Medicus ſine medicina, remittit? ſaltem Nobiles, & fortasſis tantum Principes & Principiſſas, cura ſua dignatur, vix de tribus triobolaribus medicamentis experientiam propriam jactare poſſe, ut de virtute auri cordiali prorſus dubitare cogatur. Ut argumenti ad hominem compendio utar, quantas virtutes auri tincturæ, ſub *eſſentiæ dulcis nomine*, Orphanotrophium noſtrum in peculiari ſcheda typis edita (a) prædicat, quæ ſimul omnes, morbo B. Virginis appropriatas, complectuntur. Num ipſe præjudicans ſanctiſſimos illos viros, laudum harum certiſſimos autores, quibus ferè unicè praxin famamque ſuam debet, craſſorum mendaciorum arguere non veretur? quaſi per hanc tincturam ſaltem pecunias aucupari & nundinari, mundum verò fallere voluerint. Ego certè, qui nimium illis debeo, tanta nollem audere, tantis viris potius fidem habens, ex ea quoque ratione, quod ex ipſo auro fulminante, cum ſale quodam anomalo paratam, tincturam auri quandam, non quidem planè philoſophicam, habuerim, quæ ad guttas XXX. exhibita virtutes ſulphuris mineralis Philoſophici,

 & cor-

& cordiales, corroborandi, ſæpius evidenter teſtata, effectibus ſuis non contemnendis, laudes medicamentorum aureorum non omnino vanas eſſe confirmavit; ſicut etiam de ipſo auro fulminante pluries licuit obſervare, cujus exemplum nobile Diſſert. de Orgaſmo Ægr. V. opificis illa filia paralytica ſiſtere videtur.

(a) Confer. *Chriſtian Friederich Richters* Med. Pract. *beym Weiſen-Hauſe zu Halle Mediciniſchen Unterricht.*

§. XI. Sic quoque Conſulis Naumburgenſis filiola, (a) 7. annorum, I. die vomuerat, hinc ventris torminibus afflicta ſaltem à Pharmacopola miſturam diaphoreticam acceperat. Die II. cum urina tenui citrinâ, dysphoriâque majori, ſitis & calor externus ſuperveniebant, veſperi per exacerbationem carioſa, vitreis oculis omnium ignara, ſe anxiè jactabat, lectum perminxerat, ſupina cervice, ore hiante, brachiis extenſis, cruribus incurvatis jacebat, jamque convulſionum prodromi obſervabantur. ℞. auri fulmin. gr. j. cinnabr. antimon. gr. ij. ſacch. Saturni gr. iij. M. F. Pulv. ℞. Spir. cornu cervi dr. *ß.* doſis gutt. xv. Præterea emplaſtro veſica in nucha excitabatur. Per noctem ægrota ſenſus parum collegerat, hinc alvo, antea biduum obſtructa, dejecerat, deliræ potius die III. mane, cum ſtrepitu, deſcendebat, imò vix deglutire poterat. Quamobrem, quaſi deploratæ, ſaluti deſperans, ſaltem emplaſtrum capitale ſalibus volatilibus acuatum, & balſamum errhinum præſcribebam. Circa veſperam à ſudore largiſſimo, poſt aliquot ſternutationes ſerum à naribus profluxerat, & cum levamine omnium talium pernicioſorum ſignorum, variolæ erumpere cœperant. Quæ minimam malignitatem ferebant, de diſcretarum genere, ut conſiliis meis non amplius indigens, ex iisdem facillimè convaleſceret.

(a) Referente L. IV. Annal. Pract. f. *667.* menſe Januario Anno *1679.*

§. XII. Metallurgi & Chymiſtæ peritiſſimi conjux, (a) 36. circiter annorum, ex horrore per tres hebdomadas febricitaverat, alius fortaſſis Medici conſilio uſa. Primo ingreſſu meo juxta cardialgiam hyſtericam, qua cor quaſi manibus conſtringi videbatur, ſudabat frigida, cum hypochondrii dextri dolore; decubitus in ſiniſtrum latus, & quandoque etiam in dextrum, denegabatur; per paroxyſmos à ſpasmis, cum artuum omnium doloribus, digiti rigebant, menſes antea ſuppreſſi parum rurſus fluere cœperant, cum dysphoriâ ferè minori. Nihilominus os adhuc amaricabat, cum paroxyſmis lipothymicis, & asphyxia, cor palpitabat, per ſudores largos artuum impotentia minor obſervabatur; juxta ſudores frigidos, ventrisque murmura, conatus inanes alvum dejiciendi vexabant. Die VI. ab ingreſſu meo maritus auri fulminantis, à ſeipſo elaborati, gr. j. pulveri meo cinnabarino-diaph-retico, meo conſilio, manè addebat; exin ſudores illi diaphoretici ceſſarant, non quide alvo dejecerat; attamen paſſio à præcordiis ventris inferiora depulſa dicebatur, qui adm dum murmurabat. Quare poſt meridiem r ſus auri fulmin. gr. j. exhibebatur, unde copi ſè, ferè vigeſies, alvo dejecerat, cum tantâ men euphoria & confortatione, ut quant antea minimè valuerat, ſola hinc ex lecto, alvum exonerandam, egredi ſuſtinuiſſet. C verò dejectiones ſpumoſas continuari ſuſ ctum videretur, à ſolo nuciſtæ oleo expreſ ventri illito, mox illæ ſupprimebantur, u verò tormina ventris rurſus affligebant. I X. rurſus auri fulminantis gr. j. aſſumto, do res illi ceſſarant, placidusque ſomnus recrea rat, deinde bis fœdiſſima dejecerat. Die Tincturæ auri, ex hoc fulminante paratæ, paroxyſmi adhuc ſoliti, cum cordis palp tione, ceſſabant, & ſic brevî convaleſceba

(a) Referente L. VII. Annal. Pract. f. *503.* A *1699.* menſe Novembri.

§. XIII. Juris Practicus, 40. circiter an rum, (a) pallidus, neque carnoſus, nequ men planè macilentus, tenerioris conſtitu nis, conjuge ſimili ex morbo defuncta, verò convaleſcente, ex horroribus cum l borum cordisque doloribus, & calore te febricitare cœperat; die III. cum multa ta laſſitudine, hypocauſto egreſſum horror vus oppreſſerat, hinc ſine quovis dolore, artuum oſtocopo, externo calore adhuc te magis internus ingraveſcebat. Die V. ſudore acido, increſcente delirio, pete apparebant; dieque VI. rurſus diſpareb Jungebatur alius Medicus, ſalium volatil uſum timens, quamvis brachia mox ext ctum perfrigerarentur. Die VII. ſine ſud cum delirio, petechiæ in manibus brevî tùm apparuerunt, crus dextrum è lecto ſp ſæpius excidebat; denique à parvo ſudore pura cœperat apparere, rurſus tamen ſu ceſſante diſparens; ſemel alvo copioſa de cerat. Die VIII. cum delirio & ignoran ſitis præter rationem ſolvebatur, adhuc p ra diſparente. Die IX. cum urina tenui, tium ſtridoribus, ſudatiuncula, nares ta madebant, dentibus ſemper quaſi mand bat, per ſomnum expaveſcebat, omnium rus, corpus impudicè denudabat, crus ſtrum continuò jactabat, floccos legebat, ſurda garriebat, purpura verò per mini dorſi partem rurſus apparebat. Die X noctem anxius delirabat, crus extra le continuò jactabat, quod mox perfrigerab ſudor nullus. Juncto conſilio præſcribeba ℞. bezoard. miner. pulv. Marchion. aa. bezoard. Senn. Anglicani, cinnabr. anti aa. ſcr. ß. auri fulmin. gr. ij. M. F. Pulv. in iij. p. æqv. qui per ſequentes dies bis i

ur. In manu tumor apparuerat, & poſt ho-
n rurſus evanuerat, veſperi juxta dentium
res ſtridores, caloris & frigoris viciſſitudi-
omniumque ignorantiam, lectum permin-
at. Die XII. manè cum dysphoriâ minori
rpura quoque in pectore cœperat erumpe-
cum calore tantum naturali; ſudor adhuc
lus fluebat. ℞. liqu. cornu cervi ſuccin.
ij. eſſ. theriac. dr. ß. opii g. x. M. D. S. ut. g.
ſæpius exhibeantur. Die XIV. à ſomno
orantia minor erat, ſitis ſentiebatur, urina
uralis coloris copioſè mingebatur, calor
t acutus, purpura in pectore magis erum-
at, cum leni ſudore; qui verò veſperi
ior fluebat; hinc ſigna & ſymptomata illa
ima ſenſim remittebant, morbusque de-
are videbatur. Die XIX. ſudor, per hos
ferè continuus, defecerat, ſed cum ma-
dysphoria; verùm die XX. ille denuò ferè
tinuus fluebat, urina tenuis adhuc perma-
at, nondum turbabatur. Die XXIV. pur-
a desquamari cœperat, ſed ægrotus extra
m mox perfrigeſcebat, ſudabat tamen.
XXVII. rurſus ſudabat, cum dolore pone
m, pus ex ipſa fluebat, imò parotis parva
excreſcebat, urina turbabatur; circa diem
IV. febris, haud tamen penitus perfectè,
abatur.

) Referente L. IX. Annal. Pract. f. 125. A. 1702. menſe Martio.

XIV. Verùm enim verò προεκκρίσεως S.
. pag. 69. objicit, *ſecundùm Hippocra-
, ſi tempeſtiva fuiſſet illa in B. Virgine,
uro fulminante, promota evacuatio,
lem manifeſto & à caloribus liberaſſet.*
reſpondetur, (1) quod S. VI. pag. 59.
neget, illi *calores fuiſſe* poſt meum diſ-
m, à quo alter eandem vidit. (2) Eadem
loribus & anxietatibus veriſſimè poſt pau
oras liberabatur, licet ille ſyncretiſta il-
falſo neget. Præſertim verò manè die
ipſa B. Virgo in lecto, corpore erecto,
oce haud debili, euphoriam ventriculi,
rdialgiæ levamen laudabat; ita quoque
ri me interpellabat, ut Dominus Sponſus
i violentiam, eò die jam ſuperatam eſſe,
romitteret: de cujus verò conſtantia fu-
go dubitans, ipſe rogabam, ut Medicus,
ditus & ſanæ rationis, neque contentio-
propter Novercæ pervicaciam, mihi jun-
ur. (3) In *myſterio naturæ immateria-
intellectualis* quidem tantùm *excretio*
purgationes ſolæ ſufficiunt, alteratio-
contra omnes, velut inutiles, ridentur,
nc Hippocratis qualitates humorum in
re humano ſalſæ, tantum inſulſe, explo-
r; hic autem earundem plurimi factarum
alterationes, deinde ſuperaddendas, in-
, quare l. c. (a) humorum acerrimorum
m, in ventriculo à catharſi relictam,
iſcere, temperare, ac proſternere, ſi-
mul poſtulat. Cui ergò, temperandi acoris, indicationi Elixir caſtorei volatile alcalinum maximè conveniſſet, quod verò propter Novercæ pertinaciam ne quidem exhibere licebat.

(a) De Vet. Med. XXXIV. 12. Vol. I. p. 34.

§. XV. Hippocrates (4) de illo loquitur, quod à leni catharſi, anxiæ jactationis caſu, utplurimum fieri ſolet, non quod inter centenos planè diverſos caſus etiam à maximè tempeſtivo purgante, ſicut in principio, ſemel & oppido raro, tanquam *monſtrum in morbis*, ut loquuntur, obtingit. (a) *Certitudinem enim exactam raro videre in medicina contingit.* (b) *Et violentiſſimos morbos etiam potentiſſima medicamenta curare non poſſe, manifeſtum eſt.* Præſertim verò (5) ſiniſtros curationum medicarum eventus mirari non licet, ſi error ægroti (c) accedit, quem, imprimis ſic ſtantibus rebus, Medicus ne quidem reſciſcere ſolet. Certè in B. Virgine, ita Novercæ obnoxia, ut Medici conſiliis ne quidem obſequi liceret, tale eſſe potuit hypocauſtum minus calidum; ſuſpecta illa, pro hyſterico-colica diſpoſitione hæreditaria, per dulciſſimam emulſionem confortatio, à Noverca ipſa laudata; ſicut etiam Domini *Wittebergenſes Reſponſo Quæſt. III.* me ne quidem monente, ſunt ſuſpicati.

(a) Secundum Hippocratem de Vet. Med. XVI. 8. Vol. I. p. 22.
(b) Secundum eundem de arte XIII. 16. Vol. I. pag. 8.
(c) Eadem enim ibidem X. 5. Vol. I. pag. 6. monente, *Tanquam ſane Medici quidem ea, quæ non conveniunt, imperare poſſint, ægri verò* (aut adſtantes) *imperata transgredi non poſſint. Atqui longè magis rationi conſentaneum eſt, ægros* (& adſtantes) *non facere, quæ imperantur, quam Medicus non convenientia jubere.*

§. XVI. Sed exitus acta probat; morbus non fuit ab iis dejectionibus optato ſolutus, paroxyſmus gravis per veſperam die ſolis rediit, ac B. Virgo mortua eſt. Verum IV. demum die, ab exhibito purgante, quod certè præſumtionem illam malam, alias minimi valoris, penitus removet. Deinde, inculcante Hippocrate, (a) *non aſſeverare oportet; quod unum ſolùm medicamentum exhibitum proſit. Omnes enim morbi* (præſertim acuti) *propter multas caſuum circumſtantias ac mutationes, mora quadam diuturniores, adhærent.* Ne quidem ſperari potuit, neque à me cogitatum fuit, ut ab hoc ſolo, aureo quidem, medicamento morbus tantus mox totus foret vincendus; verum neque propter hoc, imò ne quidem propter vomitus & dejectiones ſubſecutas, potius ſalutares, morbus antea ſanabilis hinc inſanabilis evaſit. Erat hic in ſe violentus faciliméque per ſe lethalis, ſimul ob plurimum malignorum adſpectuum cœleſtium concurſum; ut ex hoc, ſine primi

primi æque, ac ſecundi, Medici culpa, B. Virgo mori potuerit. Et paroxyſmi convulſivi, ac quaſi epileptico-hyſterici, præſertim cùm criticis perturbationibus, reverti conſueverunt. (b) *Medico autem mortalitis eventus imputari non debet, ſed quod per imperitiam commiſit, ei debet imputari*; adeoque hac non probatâ, neque probandâ, Medicum propter ſolum infauſtum eventum, homicidii accuſare ac calumniari, dementiam & *intellectum ſine cogitatione*, redarguit & convincit. Ipſe verò Medicus, hoc argumento utens, *Hippocratis textum tantum* ἰαυρηδὸν *adſpexit, neque cum judicio legit & relegit*, aliâs enim *inveniſſet & intellexiſſet*, Coum Parentem (c) monere *illius, talia dicentis, ut delirantis curam habendam eſſe*, ſcilicet hellebori eſſentia aut extracto, non auro fulminante.

(a) Præcept. III. 7. Vol. I. p. 61.
(b) Ulpianus l. 6. §. 7. ff. de officio præſidis.
(c) De Arte XIII. 5. Vol. I. p. 7.

§. XVII. Quodſi autem errores Medici, ut cauſæ mortis, in B. Virgine urgentur, ſub judice adhuc lis eſſe debuiſſet, & altiorem indaginem ac peritam deciſionem res poſtulaſſet, num eosdem ego primus Medicus, an ſecundus potius, commiſerit. Super qua controverſia utriusque Medici ſententia æquè nullius eſſe poteſt ponderis, quippe in propria cauſa; neque hic præſumtionibus, ſed probationibus ſolidis, eſt certandum. Ego interim breviter hic errores non meos, meæ tamen curationis tempore, perſtringam. (1) A medicamento illo aureo, die Saturni exhibito, ceſſantibus dejectionibus per totam inſequentem noctem, non certè à ſola eſſentia corticum aurantiorum, & quidem contra præſcriptionem meam ad g. xxx. tantum uſurpata, ſponte ſudor, ſed parvus fuerat obſervatus, cum euphoria tamen. Licet autem hic ſalutarem criſin, propter (a) diei III. criticæ laudem, quodammodo ferret; attamen propter parvitatem in ſingulis evacuationibus criticis, non vomitibus ſolum, ſed etiam ſudoribus, (b) ſuſpectam, majorem omninò is ſalutem promiſiſſet, ſi *natura tardior* elixir. caſtor. volatili, diaphoretico egregio, fuiſſet adjuta, confirmante *Facult. Witteberg. Reſponſo ad Quæſt. X.* quod vero, per naſutæ Novercæ pervicaciam exhibere non licebat. Quomodo autem defectus hic ſudoris, laudabilis aliâs critici, omninò fuiſſet ſupplendus, ut ille largior criſin laudabilem magis incepiſſet, ſi non omnino perfeciſſet? Præſertim verò hæc urina ſignificabat, antea tenuis, (c) manè craſſa & turbata, quæ non ſine criticâ ratione coctionem incipientem, non quidem completam, denotabat. Gravior adhuc error erat, quod laudabilem hunc ſudorem hoc die critico, propter Novercam, ſudores tantum ut debilitantes diffamantem, B. Virgini, nutibi illius obnoxiæ, obtecto corpore in lecto nc plenius obſervare liceret, ſed mox induſiu fuerit mutatum. Hac ratione febrium acu rum mos malignus, diebus criticis finitis, on ne pernicioſo exacerbationes in dies pares vacuos transfert; qualis igitur paroxyſmu illum lipothymico-hyſtericum, per veſpera diei Solis, facillimè potuit revocare.

(a) Secundum Hipp. S. IV. aph. XXXVI. p. 85. II. de diæta XLV. 22. Vol. I. p. 238.
(b) L. II. Epid. S. III. 53. Vol. I. pag. 699. *Sudo fiebant parvi, non autem judicabant.* Coac. I. c pag. 525. Οἱ ἐφιδρῶντες ἐν πυρετῷ, κακοηθε *Sudatiunculæ parvæ in febre maligna.*
(c) Vide Hipp. S. IV. aph. LXXIV. Vol. I. p. 89.

§. XVIII. Fortaſſis etiam (4) B. Virgo pr pter teſtamentum tale, quod tum tempo ægerrimè tulerat, fuit ad iram provocata; q ſanè in ægrotis longè magis, quam ſanis, co vulſionibus revocandis, nocere ſolet. Fort ſis quoque lipothymiæ illæ hyſterico-colicæ emulſione dulciſſima Novercæ, loco conf tationis, recruduerunt. (5) Meliora medi menta contra tales torpores, ſeu ſpasmodi ſeu hemiplecticos, inveniri non poſſunt, qu qualia jam præſcripſeram, quæ nimirum n ſolùm ab hac paſſione præſervaſſent, ſed rundem etiam paroxyſmum jam oppriment levaſſent. Quæ tamen horâ decimâ veſpert nondum, ſecundum conſilium meum, in uſ vocata, ingreſſu meo intelligebam; cum men paroxyſmus ille hora VII. jam inva dicatur. Quanto igitur *non mortalita eventus, ſed imperitia tantum Medico bet imputari*; ab hac verò doctiſſima duar Facultatum Medicarum Reſponſa me omn liberant; ſi quæ culpa mortis in B. Virgine ſecutæ, inquirenda & invenienda eſt, c potius Novercæ naſuta, & inimica mihi, vicacia, aut Medici ſecundi ſingularis mec di novitas deprehendetur, qua lipothymi perfrigerationes nitro, magis refrigerante, rare tentavit, Doctoribus omnibus in hoc nimi planè conſenſu reclamantibus, & gnantibus rationibus concludentibus.

CAP. VI.

Arbitrium boni viri Medicum, cundùm analogismum jurispru dentiæ, conſtituit.

§. I.

PRæjudicans adverſarius mihi προσέξευχ σαν Hippocratico, S. I. p. 6. 8. 11. exp brat, quod in *Medicina rationibus non toritatibus pugnetur*: ego verò ſolis Hi cratis autoritatibus nitar. *Quem omnium que ſingularum rerum non magis jam a trum, quam judicem omnino, conſtitu & q*

uicquid ille non dixerit, pro non di-
lo habere, laborem; licet ipſe negare non
it, quod, *quæ Hippocrates dixit, omni-*
vera ſint. Ut hoc igitur fundamentum
m diruat, illud p. 4. analogiſmo Medicinæ
jurisprudentia oppugnat. Sed qui verba
pocratis confundere ac corrumpere con-
it, multo minus mea invertere verebitur.
n ergò aurum fulminans optimum in fe-
us acutis laxans eſſe, Coi Parentis ſcriptis
avi, &, quod *ille tale non dixerit*, re-
? Eundem omniſcium & in fallibilem Me-
næ dictatorem eſſe, nullibi contendo; qua-
amen hodierni Eliæ artiſtæ mundo ſe ob-
ere conantur; neque nego, poſt ipſum,
lis etiam noſtris, medicinam in quibus
perfectionem majorem acquiſiviſſe; ſed
admitto, artem totam à novaturientibus
ζομένοις eſſe pervertendam; novitatem
modò ſatis, nec ſomniis tantùm, pro-
dam, minimè unquam odi, ut vel hoc
tum teſtatur. Sufficit autem jam, quod,
Hippocrates dixit, vera ſint, ut adeò
contraria neceſſariò falſa ſint. Præterea
um eſt, quod is primus genuinam Medi-
addiſcendæ methodum mundo (a) reli-
rit, quæ poſteros, ad nova porrò inveni-
a, & artis ſemiperfecta abſolvenda, ejus-
modò gnaros, ut præteritis ſeculis manu-
it, ita futuris manuducet; ut ipſe adverſa-
p. 10. candidè agnoſcit.

) De Vet. Med. III. 8. Vol. I. p. 15. *Medicina jam ab antiquo exiſtit, & principium & via inventa, per quam inventa, & multa probe habentia, comperta ſunt, per multum adeò tempus & reliqua deinceps invenientur, ſi quis idoneus ſit, & jam inventorum gnarus, ex his ad inquirendum procedat. Quicunque vera* (Elias artiſta) *his rejectis & omnibus reprobatis, alia via, aliaque forma inquirere conatur, & quid inveniſſe gloriatur, falſus eſt, fallitur; impoſſibile enim id eſt.*

§. II. Ut rationibus oppoſitis vim planè
am concludendi eſſe, primo mox intuitu
reat, celeberrimi noſtri Thomaſii conſi
, (a) e.g. duas priores ſaltem προεκκλήσεως
iones, in ponte Logico, (b) formalium
giſmorum examini ſubjicere, conſultum
i. Primus igitur ſyllogiſmus ſic habet:
icunque omnia vera dixit, ille neque ut
iter, aut judex admitti poteſt. Hippo-
tes omnia vera dixit. E. Hippocrates
ue ut teſtis, neque ut arbiter, aut ju-
admitti poteſt. Major haud alio modo
ari poteſt, quam quod, qui omnia vera
t, falſi magis, quam veri, ſtudioſo non
it non eſſe ſuſpectus, tam ut teſtis, quam
biter, ſeu judex. Minor approbatur p.
. 10. 22. Equidem propoſitio hæc limita-
. 22. quod ipſa tantùm de Hippocraticis
borum hiſtoriis & pragmaticis experien-
teſtimoniis, non verò de *ratiocinationi-*
& *opinionibus* theoreticis, admittatur.
um lis noſtra jam non in theoreticis opinio-
is verſatur, v. g. an *motus vitales ſint in-*

corporei; ſed practica eſt noſtra controverſia, ex morborum hiſtoriis decidenda, num & quando in febribus purgantia ſint tempeſtiva? Quanquam minus ad has, quàm ad illas, pertinere credam, num *natura, ſine cogitatione tamen, ſit intellectualis & moralis*; ut ille quidem in Diſputatione de *Medicina ſine Medico*, (potius Medico ſine Medicina) ex Hippocrate, contra clariſſimam ejus mentem, probare magno conatu laboravit. Quod ſi ergo ipſum pudet, p. 11. negare, *operoſum atque verè literarium eſſe, Hippocratis ulteriores de febrium negotio ſolertes obſervationes paſſim conquirere, & hôc modô eundem, inſtar teſtimonii, adhibere*, nulla certe ratio apparet, propter quam is ipſe p. 47. & paſſim indignetur, quod loca Hippocratis hinc inde *coacervaverim*, ut ſcilicet ex parallelis genuinus ſenſus inveniatur, & circulus Philoſophicus concilietur; niſi quod his veritatis firmiſſimis teſtimoniis ſe convictum agnoſcat, quæ candidè confiteri, cum durum ſit, cauſam ſaltem aliam colorare & prætexere debuit. Quomodo enim is Hippocraticæ autoritatis *præſidium, omni exceptione majus*, pag. 4. gravari poteſt, qui nullam opponere novit?

(a) C. IX. §. V. p. 160.

(b) Huc enim potius illud Gallicum quadrat, quod adverſarius in propemptico inaugurali de Logica Medica proponit: *Il faut paſſer par là.*

§. III. Secundus Syllogiſmus hic eſt: *Quorumcunque à majoribus traditorum ratio reddi non poteſt, illa non, quaſi obſoleta, ſubvertantur. Hippocratis pragmaticorum dogmatum ratio ſæpe reddi non poteſt. E. Hipp. dogmata pragmatica, quaſi obſoleta, ſubvertantur, & per conſequens nihil probant.* Verùm pro mea *conjugatione Logica*, ſicut in citato Propemptico loquitur, potius contra ipſum ſic concluderem: E. Hippocratis dogmata pragmatica, non tanquam obſoleta ſubvertantur, cum experientiam veram adhuc hodie probent. Major p. 4. analogiſmo Medicinæ cum Jurisprudentia probatur. (a) Minor conceditur; nam neque hodie omnium dogmatum pragmaticorum ratio reddi poteſt. (b) Niſi B. L. patientia me verear abuti, reliquarum rationum omnium connexiones per totam προέκκλησιν ſimili cruditate laborare, in facili demonſtrare poſſem; ſic enim formalis Logica non poteſt non ſui contemtum vindicare, utpote meritò cujusvis eruditionis primum fundamentum; propter quam verò à me laudatam in dicto propemptico, crudo me intellectu, irridet. Quantumvis enim pædantiſmum oleat, in ipſa ſyllogiſmorum forma, non ſolum tyronibus minus in hac re exercitatis, ſed etiam Orbi literato, ſua proponere; attamen viro erudito adhuc turpius eſt materiam talium rationum opponere, quales in ipſam formam peccant, *verè cum ratione inſanientibus* conſuetæ. Paſſim enim formalia materialium

lium quaſi animæ ſunt; ſicut in Arithmetica & Jurisprudentia elucefcit. Quamobrem quoque in Medicina Galenus Aſclepiadem ſui temporis haud immeritò, tanquam Logices ignarum, ut rudem Medicum caſtigat.

(a) Equidem L. 20. ff. de Leg. ita legitur: *Non omnium, quæ à Majoribus tradita ſunt, ratio reddi poteſt:* ſed non additur, quod illa tum, ut obſoleta, nihil amplius probent; contrarium potius docet L. ſequens 21. *Et ideo rationes eorum, quæ conſtituuntur, inquiri non oportet, alioqui multa ex his, quæ* (NB.) *certa ſunt, ſubvertuntur.*

(b) Ut ipſe in Diſp. de Rationali Empiria §. L. pag. 36. rectiſſimè agnoſcit, neque tamen iccircò hujusmodi reprobanda eſſe, confitetur.

§. IV. Analogismum igitur illum Medicinæ cum Jurisprudentia in methodo ratiocinandi, utpote utriusque (a) communi, non impugno, ſed pro arbitrio boni viri conſtituendo, & noſtra Medica lite pariter decidendâ, lubentiſſimè accipio; quem igitur jam plenius pro ipſo perſequi lubet. JCti rectiſſimè, quæ *gratis affirmantur, gratis negant*; ſunt enim Philoſophi Sceptici, ſed non Pyrrhonici; hinc quippiam *affirmantibus probandi onus imponunt.* Nihilominus ut probationes ſuas in litigiis forenſibus adornent, juſtitiam cauſæ ſuæ non ex primo fonte (b) *ſtatûs naturalis* deducunt, neque *cerebrinam æquitatem* ſuam, principiis juris naturalis coloratam, legibus, Principum conſtitutionibus, aut fori obſervantiæ opponunt. Verùm, ut quæſtiones facti duobus tribusve teſtibus, modo non ſuſpectis, potius omni exceptione majoribus probant: ita quæſtiones juris lege quadam, Doctore probato, opinionem in foro receptam tradente, confirmant. Nam, Seneca teſtante, *veritatis ſignum eſt, aliquid omnibus* (imò pluribus rerum peritis) *videri,* & contra falſitatis, quod ſingulare eſt, cujus rationes ab omnibus peritis improbantur. Quæ certè in Medicina optimo fructu obſervarentur, ut ſcilicet æquè non gratis, id eſt, non niſi probata, multo minus quævis opinionum inſomnia, aſſererentur, quivis etiam, donec oneri probandorum ſuorum ſatisfeciſſet, de ſuis ipſius adhuc dubitaret. Licet autem pulchrum ſit, in cathedra veritatem à primis usque fundamentis, ſed ſolidis, ſobrio cautoque ſcepticismo deducere; attamen in praxi, juxta ægtoti lectum, cum fatalia non decendiis, ſed horis ſingulis definiuntur, abſonum eſt, ut de tempeſtivo in febribus purgante à priori inde usque repetamus, num *atomi ſint in infinitum diviſibiles, aut non*? num, ſicut omnes *motus*, ita etiam *corporis humani vitales, ſint incorporea* dæmonia, *natura, anima rationalis & immaterialis*? *num cauſæ ſint phyſicæ, num potius morales*? ut totius Medicinæ perverſitas prius ſit corrigenda. Certe decies ægrotus expirabit, antequam unus apex talium quæſtiuncularum contra contumaces, & ipſa principia negantes, evincatur, ut ipſi convictos confiteantur: c enim ratione *veritas non è puteo ſuo prot-hitur*, ſed in abyſſum penitus demerg-r immenſam.

(a) Sicut etiam contra D. Antonius Maſſa Galle[...] *Libris 3. de Juriſperitorum Exercitatione* an[...]gismum jurisprudentiæ cum Medicina præc[...] demonſtrat, multos ſimul flores dulciſſim[...] pro melle Medico, ſpargens.

(b) Num ſcilicet ille ex *tranquillæ ſocietatis app[...] naturali* ſecundum Grotium & Puffendorffi[...] num verò ex *hoſtili defenſione contra injuria[...]* cundum Hobbeſium, ſit conſtituendus? [...] denique hi Triumviri ſint amicè conciliand[...] cundum analogismum Medicinæ, quæ ſanita[...] conſervat, ſimulque morbos depellit?

§. V. Omnes etenim JCtorum pagina[...] *tium abbreviandarum* ſtudium cantant, [...] pote cujus *reipublicæ interſit*; ſiquidem m[...] hominum ingenia tam rigidæ ſunt pervicac[...], ut veritatem non ament, ſed adverſentur, c[...] tradicendique ſtudio & contentionibus d[...] ctentur, quæ fræno rationum regi reſpu[...]; itaque ferratis autoritatum capiſtris debent c[...] ceri, præſertim quibus cerebrina æquitas [...] veritas quemvis ſanæ rationis uſum præclu[...]. Quippe Salomon inculcat, quod longè m[...] ſpes ſuperſit fatuum (a) emendandi, quam c[...] lerico dociſophiæ & philautiæ furore labor[...] tem; de illo autem idem monet, quod ſi fat[...] in mortario (rationum piſtillo) in farinam [...] que contundatur, non tamen fatuitas eju[...] corrigibilis; longè minus igitur illius dociſo[...]. Quis autem negaret, in Medicina quoque h[...] alia ingenia præ ſe ferre σοφιζομένȣς quos Hip[...] crates caſtigat, *quod ſint*, (in praxi Medi[...]) *qui peccant, cum tantùm peregrina* (nov[...] ſingularia) *quæ nondum tamen intelliga[...] laudent, quam communia probè nota.* C[...] farinæ Medici, ſibi ſolis ſapientes cum vide[...] tur, omnes alios ſecus ſentientes palam re[...] hendere, ac ſecundum cerebrinas ſuas, æq[...] à priori demonſtrationes, quam experient[...], (ſeu potius talium phantasmata) cenſer[...] corrigere, audaciſſimi audent.

(a) Sic etiam Paulus ad Romanos eos caſtigat, [...] ſupremi Numinis infinitam ſapientiam in r[...] naturalibus conſpiciendam, finito creaturæ[...] turalis, ſeu materialis, ſeu immateria[...], intellectui adſcribunt, & hoc ipſo gentil[...] πρῶτον ψεῦδος recoquunt, addens: φάσ[...] εἶναι σοφοὶ ἐμωράνθησαν. Dum ſibi ſapiente[...] ſe videntur, fatui facti ſunt.

§. VI. Rectiſſimè horum veritas ab a[...] goniſta ipſo agnoſcitur, cujus in Diſputa[...] ne (a) hæc habentur verba: *Medici[...], in quæ non ſolum diſſidia & portent[...] diſſentiendi modos, & opinionum in[...] augeſcentium tricas, eſt devoluta! Q[...] & quam varias ipſas hinc inde fabe[...]* (minorum ſcilicet naturalium) *& metam[...] phoſes* (motûs accidentalis in ſubſtant[...] dæmonium) *ſubit atque patitur!* Et ver[...] mè, mali hujus culpam non in Medicina[...]

d Medicos recentiores ſeculi noſtri, eſſe
nsferendam ſubjungitur. Item: (b) *Inun-*
vit Medicinam libertas philoſophandi.
ſt verò diſtinguendum inter Philoſophiam,
Philaſophiam, (c) *& cavendum, ne li*
rtas philoſophandi ſpecioſo vocabulo rem
tioſam flagitet, libertatem (potius licen-
m) *infrunitam diſſentiendi, quicquid*
r ſomnia (etiam diurna, ſeu deliria) *viſum*
erit. Verum enim verò, Paulo monente,
ᾧ γὰρ ἕτερον κρίνεις, σεαυτὸν κατακρίνεις, τὰ γὰρ
τὰ πράσσεις, ὁ κρίνων (καὶ προκατακρίνων) *In quo*
um judicas, te ipſum condemnas, eadem
facis judicans (magisque adhuc præjudi-
ns.) Hæc *Logica docens, magisque ad-*
c utens, inculcat. Quomodo igitur novi-
es, & infrunitam diſſentiendi licentiam, in
dicina caſtigaturus, minimè ipſe paradoxæ
odò novitati, neque verò ſimul veritati ſtu-
t, ſecundum glorioſum illud ſymbolum:
c ego ſolus, hæc ante me nemo. Ne theo-
ces ſpeculationes hîc tangam; quæ poteſt
Praxi magis infrunita novitatis licentia di-
quam reclamantibus ad unum omnibus
ptoribus pragmaticis aſſeverare: *Febres*
tas petechiales, propter veſpertinas
cerbationes, eſſe quotidianas continuas.
his & peſte calorem tenuem, teporem
ius, & perfrigerationes adhuc magis, be
nitatem, *neutiquam malignitatem por-*
dere; hinc *ſudatiunculas, non verò lar*
ſudores criticos eſſe. Lipothymias &
frigerationes optimè nitro curari, ſalia
tilia verò in iis nocere, quoniam pro
r nimiam tonicam efficaciam ſanguinem
gulent; Nihilominus pro his ad Practicos
vocatur, ſed non nominatos, neque no-
andos, aut certè tales nullo modo di-
dos.

) De Medicinæ Practicæ Erroribus in Prooemio pag. 4.
) Diſput. de Novit. Medicis Prooemio p. 5.
) Qualis non poteſt non eſſe oſorum ignorantium Logices, Phyſices & Chymiæ, utpote Philoſophiæ partim, qui ſpecialibus paræneſibus juventutem Medicam, non ad illarum ſtudia colenda, invitant, ſed potius ab iis deterrent, ſuperfluo penitus labore.

§. VII. Quamobrem infrunitæ huic licen
novitatis abſurdis Medicinam corrum-
di, haud firmius injici poteſt capiſtrum no
rientibus σοφιζομένοις, quam ut iidem ad
pocratis, ſicut in Jurisprudentia ad juris
is, arbitrium pertrahantur. Præſertim cum
mmè incerta Medicinæ certitudine hoc
ſſimum ſit, ut cum Galeno loquar, (a)
l quicquam ab Hippocrate fruſtra ſcri-
n inveniri. Item: (b) *In artis operi*
verſatum non poſſe non affirmare, eun
vera dicere. Siquidem *Hippocrates,*
um quid nunquam vidit, commentitias
as minimè ſcribendas eſſe credidit, ubi-
fide dignum æſtimans, quod evidenter
Novell. Val.
(per experientiam) *apparet, quam quod*
(NB.) *à ratione ducitur. Sic & quæcun-*
que ad rationem excogitavit, priusquam
nos doceat, experimento comprobat. Non
ſicut nonnulli ex recentioribus noſtris Me-
dicis, qui nobis ea (quaſi Dictatores) *impe-*
rant, quæ ipſi nunquam antea ſunt exper-
ti: Quamobrem, cum Clariſſimo Dureto, (d)
etiam atque etiam dico: *Fremant licet omnes,*
dicam tamen, quod ſentio, majorem praxeos
ſcientiæque ubertatem comparari à ſtudio-
ſo Hippocratis uno die, quam ab iſtis prag-
maticis uno ſeculo.

(a) L. de Dieb. Decret. III. 12. (b) L. de Atra Bile.
(c) L. de Artic. L. 3. (d) f. 267.

§. VIII. Sed fortaſſis præjudicans noſter legalis campanæ ſonitum quidem audivit, ſenſum autem ejusdem haud aſſequi potuit; ergò ipſum, etiam acerbè contra me pugnantem, veritatis ſtudio adjuvabo. Nimirum juris anteceſſores admittunt, in Corpore Juris, quod vocant, plures leges ſupereſſe pro hodierno Imperii ſtatu, longè à veteri diverſo, nullius uſus; contra plures haberi Principum conſtitutiones, provinciarum, imò urbium ſtatuta, quæ ſingula legibus Romanorum Imperatorum veteribus derogent; dari quoque leges obſtantes. Verum enim verò juris antiſtites non ideò in genere omnes veteres leges, ut obſoletas, rejiciunt, ſed eas, quantum licet, ad minimum virtute rationum moribus noſtris accommodant, v. g. veteres leges de Servis in Romano Imperio jam ceſſantibus, hominibus propriis applicant. Inſuper leges, primo intuitu obſtantes, per alias, quaſi parallelas, conciliant. Deinde, quod potiſſimum eſt, hæc vel illa lex ſpecialis, ut obſoleta, non generali quadam ſermocinatione rejicitur, ſed talis contra præſumptionem contrariam ſpecialiſſimis & ſolidis rationibus debet probari. In his ſane juris Anteceſſores laudes ſuas quærunt & inveniunt. Præterea illi vetera quidem Doctorum brocardica, (a) ſed hinc non obſoleta, retinent, potiusque accumulant, quam ſingularis novitatis ſtudio eadem corrumpunt. Quorum multorum inſignem uſum ad Medicinam transferri poſſe, credo; cum non tam hæc, quam Medici, ſimilibus deſtituantur. Sicut & illa juris regula ad oculum demonſtrat: *Non ex regula jus ſumitur, ſed ex jure, quod eſt, regula fit.* Haud ſecus enim in Medicina rationes & experientiæ ex Praxi & experientia (b) ſumantur, non contra, pro more novaturientium σοφιζομένων.

(a) *Eadem ratio idem jus facit. Ceſſante ratione ceſſat jus. Vincula geminata fortius ligant.*
(b) Wedel. Amoen. p. 42. *Lapis Lydius eſt experientia rationi innixa, ex Praxi Medicus æſtimare debet, & Praxi informari.*

§. IX. Itaque, ductu analogiſmi Medicinæ cum Jurisprudentia, ob pauca admodum noſtris climatibus, temporibus, diætisve non exactè quadrantia, non omnia Hippocratis in genere,

nere, ut obſoleta, rejiciantur, ſed in ſpecie de iis, quod talia ſint, probandum eſt. Nam plurima & pauciſſima non noſtris æque temporibus & climatibus applicari poſſunt, inculcante ipſo Hippocrate: (a) *Cæterum*, ut addit: *nullius morbi nomen deſiderare* (ignorare) *oportet*, *quod* (ab ipſo) *non eſt adſcriptum*; (non verò nova febrium cholioideon, καυμάτων &c. fingi, cauſorum autem non intelligi debent.) *Omnes enim in prædictis morbis qui judicantur, ex iisdem cognoſces.* Sic Baglivus in Italiâ noſtris adhuc temporibus teſtatur, (b) *Hippocratis* (olim in Græcia quidem) *aphoriſmos*, *præſagia*, *Coacas &c. cum poſteriorum obſervationibus ſi quis comparaverit, quæ fuit ſuperioribus ſeculis, eandem adhuc nunc eſſe morborum naturam, ab eodem, ut olim, ordine periodos illorum procedere.* Quapropter omnes graviſſimi Scriptores Medici adhuc hodie per univerſam Europam, v. g. Riverius, Ballonius, Bened. Sylvaticus, Lælius à Fonte, Wedelius, Bohnius, Ettmüllerus &c. ex Hippocrate ſubinde adhuc addiſcere non erubeſcunt, ſolus præjudicans longè meliora, per demonſtrationes ſuas à priori, à poſteriori tamen falſas, audet ſomniare.

(a) Prænot. XXVII. pag. 470. *Impetus quidem morborum ſemper populariter graſſantium citò animadvertere oportet, temporisque conſtitutionem non ignorare. Probè tamen id expedit noſſe de conjecturis certis, & aliis ſignis, quod in omni anno & omni tempore mala malum, bona bonum, ſignificant. Nam & in Libya, Delo ac Scythia* (& magis adhuc Germania) *præſcripta ſigna vera comperiuntur. Proinde ſciendum eſt, minimè difficulter in iisdem regionibus poſſe aliquem pleraque ex ipſis aſſequi, ſi memoria tenens ipſa judicare, ac rectè ſciat expendere.*

§. X. Verum Hippocratis *προεξευκρινέειν* practicum haud res eſt ita facilis, nec huic ſatisfacit, ejusdem volumen pervolviſſe ipſius textus quosdam indicibus incompletis evolvere potuiſſe. Lectio lecta placet, decies repetita placebit. Qui eundem vult aſſequi, Philoſophus ſit oportet, ut ex Galeno ipſe confitetur, non Phyſices ignarus oſor, qualem ſe in ſpeciali parænesi de hac re non negat. Crudiorem enim adhuc ejusdem lectorem ſe non poteſt non oſtendere, quisquis non textuum corruptas verſiones ſecundum Græcismos æquè ac experientiam corrigere, fragmenta ſupplere, textus ſubreptitios elimare, genuinum ſenſum ex textibus parallelis, hinc *coarcervandis*, quaſi ex ipſo Hippocratis ore explicare, obſtantes conciliare, & in his maximè τὸ ξυναυλισθῆναι, ſeu circulum Philoſophicum, obſervare novit. Quos cortices duros (a) adverſarium nondum poſſe frangere, hæc defenſio pluribus ipſi aperiet, ut hinc ipſi neque *de vera verborum ſignificatione*, *multo minus de autoris genuina mente conſtare, appareat*, ut ipſe potius argui, quam alios arguere poteſt. Cum igitur dulces Coæ ſcholæ nuces vix guſtare, quid dicam eſſe, valuerit, non miror, qu *tanquam vulpes*, ut Helmontius loquitu *vituperet uvas illas in arbore ſequeſtrata*

(a) Baglivus de fibra motrice: *Omnes laudant A chimedem*, inquit, *ſed pauci legunt, lectum intelligunt. Opus Hippocratis divinum & mirabile ab omnibus Medicis dicitur, ſed vi ſexcentis unum reperies, qui ſatis pro merito i amplectatur. At videri volunt omnes, ne in ſpicionem ignorantiæ cadant, ſe habere a rismos ad manum, dum unum aut alterum p cipitatâ mente* (προεκκρίνοντες) *ut fere fit, ni que judicio in medium proferunt. At hi c ad Praxin monita legesque Hippocratis vo conferre, in contrarium tendunt. Etenim c incocta, matura crudaque ſine diſcrimine bent, confundunt, miſcent remiſcentq;.*

§. XI. Præterea conſiderandum eſt, H pocratis à me citata non ad autoritates, qui de quæſtionibus artis & opinionum docen ſed ad teſtimonia omni exceptione majora p tinere, utpote de factis experientiæ pract atteſtantia. Quæ ex illa inſuper ratione, n ut obſoleta contemni & rejici poſſunt, qu ea ſemper conſenſu ac teſtimoniis haud di ſis recentiorum ſcriptorum, noſtris ſeculi regionibus experientiam eandem atteſtanti confirmare ſoleam, hinc omnino *allega nes coacervantur*. Quibus autem eò m adverſarium oſtendo, qui Hippocratem, obſoletum, recentiores, tanquam nov ſpernit, & in ſchedio ſuo mordaci id u agit, ut aſſerta & præjudicia ſua non ſolùn teſtis, ſed ut judex etiam, in propria cauſa n tisque modis ſuſpectus firmet & obtrudat. diculum profectò eſt, Hippocratis teſtimo aliorum probatiſſimorum ſcriptorum jun corroborata, improbare, ridere, ſugilla & tamen ex uno Bechero, ſcriptore vix c ſico, aſſerta dubia, & longè altioris adhuc daginis, fundamenti locô ſupponere, cui ſtellum illud Elias artiſta ſuperſtruat, ex totum Orbem Medicum dictaturæ ſuæ cru ſimæ poſſit ſubjugare.

§. XII. Quod verò potiſſimum eſt, gata noſtra claſſicorum doctorum neutiqu autoritatum nudarum loco haberi poſſu illis ipſis enim ſummorum illorum viror ipſiſſimæ rationes ſimul proponuntur, majoris ponderis, quod illud examine hi corroborârunt. Utque majori cand hoc agam, ipſiſſima eorundem verba, co lio Boylei, ſubjungo; quomodo ad m mum adverſarii præſumtiones majores, ut piam videri poſſunt, à contrariis majori majorum adhuc virorum, facilè vinc tur. Hac etiam ratione ſimul præcavet ne more præjudicantis ex uno falſo præjud ſuppoſito, errores in immenſum cumu tur, totusque rationum calculus iisdem boret. Haud ſecus in arithmetica, ut giori & tædioſo labore thaleros in groſſos

in nummos, ac contra, reſolvendi ſuperſe-
liceat, per compendium calculus jam fa-
, & autoritate quaſi probatorum calcu-
rum confirmatus, ex tabulis ſpecialibus
negotio accommodatis peti ac poni con-
it. Hinc alias ego autoritates, prout ra-
ibus, aut non, ſtipantur, numeris nullis
rithmetica comparare ſoleo, qui ſoli, ma-
quoque propria ſerie, nullos alios nume-
ſequentes, ne hilum quidem valent, con
erò, aliis numeris antecedentibus, gra-
mum omnino pondus addunt.

§. XIII. Denique analogiſmus Medicinæ
Jurisprudentia illud potiſſimum inculcat,
icut *JCtus ſine lege*, ita Medicus ſine ex-
entia, *loqui erubeſcat*, non æquè ſine
one. (a) Per experientiam verò cum Hip-
rate (b) Τριβὴν μετὰ λόγυ, *exercitationem*
ratione volo, non πεῖραν & *empiriam*,
ocrate monente, *fallacem*. Laudatur
ſub *empiriæ naturalis* nomine ab adver-
, quaſi per contradictionem in adjecto,
eciali Diſputatione hujus tituli. Verùm
nudis verbis non inhærere, ſed facta ſen-
ue ipſos inquirere ac præferre ſoleam, lau-
jusdem conatum; utpote cujus ductu ad
um illud veritatis criterium & *Pancra-*
m, non tam *argumentum* quàm primum
ipium, penetratur. Quod verò minimè
bet, ut adverſarius illud planè corruptum
onit, *quaſi quicquid non poſſum ſenſu aut*
ne percipere, illud non ſit; ſed genui-
ſonat: Quæcunque propoſitio non eſt in
, non ſolum immediatè, ſed etiam me-
e ratione, eandem ut veram neque intel-
s percipit, neque voluntas affirmat. Nam,
nte Hippocrate, (b) *ratiocinatio eſt me-*
a, quæ componit ea, quæ per ſenſum
percepta; hujusmodi ab illo *collaudatur*;
a improbatur, *quæ non ex evidenti ag-*
one ſenſualium phænomenon *initium fa-*
, tantum eſt *probabile rationis figmen-*
quod præjudicans in Propemptico *de Lo-*
Medica planè non à vera ratione diſtin-
novit; qualis eſt ipſiſſima vera experien-
quæ non ſenſuum ſaltem, ſed cautæ ac
entis rationis ſimul fœtus maturus ha-
ebet.

(a) Confer. Wedel. Amœn. Med. L. I. S. I. C. III. p. 15.

(b) Præcept. I. 7. Vol. I. p. 60. Wedel. C. II. p. 7. C. III. p. 14.

§. XIV. Cujus autem *Pancratici* primi
ipii viam, ſemel quidem probatam, ſi
dicans ambulare noſſet, omnes ejusdem
tates jam fuiſſent concoctæ, ut non con-
d ſecundum Hippocratem (τὸ εὖ) bene ad-
ret, è ſomniis fuiſſet expergefactus, &
a cameræ obſcuræ phantaſmata, luce
miſsâ, ſponte diſparuiſſent. Qua ratio-
rè non ſolum is προεξευκρίνας, ſed
Hippocraticus προεξευκρινήσας factus, pe-
ritiam tempeſtivi purgantis, propter orga-
ſmum, potius laudaſſet, multo minus verò au-
ri fulminantis uſum legitimum in B. virgine im-
probaſſet. Verum enim verò, quod ſchedium
προεικκρίσεως contrarium doceat, ratio eſt,
quam illa diſputatio etiam ipſa detegit, quod
ab hac viâ laudabili mox declinet, adque *fa-*
bularum & inſomniorum infrunitam licen-
tiam revertatur. Hinc quidem in Propem-
ptico de Hiſtoria Medica Practica rectiſſimè
pro eadem commendat (a) Raymundi Fortis,
& Lælii à Fonte Conſilia, Wedelium, Ettmül-
lerum; quibus προεξευκρινήσας Hippocraticus
Platerum, Riverium, Tulpium, Williſium,
Loſſium annumeravit. Verum ille aliis tantùm
ſpartam hanc demandat, quibus tamen eam
invidet, ipſe ſtat poſt principia. Quamobrem
vix ſatis mirari licet, quod ſchedium, illud ſi-
milibus Doctorum laudatorum teſtimoniis
omnino vacuum, opponere non erubuerit;
cerebrinis hiſtoriis tantum prolatis contentus,
potius illorum virorum, ſicut Sennerti, ex-
perientiis & obſervationibus contradicens.
Adeoque fruſtra rationes urget, iisdem ipſe
qui nec uſus fuit, nec uti novit? neque tali-
bus refutandum eſt ſchedium, ipſum illis omni-
no deſtitutum. Rationes enim Medicæ, ex-
perientiæ & obſervationibus practicis contra-
riæ, non rationes ſunt, ſed tantùm *probabi-*
lia rationum figmenta, & opinionum ſo-
mnia diurna, ſeu deliria.

(a) Nam veriſſimè, ſecundùm Diſp. citat. §. XI. p. 13. *Empiria* (ſeu potius experientia) *univerſalis tam vaſtum eſt negotium, ut vix ab humanitate, quid dicam uno homine poſſit expectari.* Quapropter Medicus eruditus morborum hiſtorias non cerebro ſuo fingat, cum ne numeroſa quidem praxis unius Medici, etiam ſenis, eidem ſufficiat, ſed alii quoque ſcriptores propriæ praxeos obſervationibus ſunt conferendi & conciliandi, & hinc conſulendi. Talis eſt vere πολυμαθέςατος Medicus.

§. XV. Denique illa quoque προεικκρίσεως
cruditas notatur, quod ſecundnm Obſervatio-
nes ſuas menſtruas tam numeroſam praxin ja-
ctet, quod in *oppido* Vinariæ tribus quatuor-
ve annis 2000. ſolâ febre petechiali laboran-
tes, & quidem omnes feliciter, curaverit:
Nihilominus his contradicit, quod per hoc
mordax ſchedium morborum hiſtorias tantùm
generales, & quidem cerebrinas, omni praxi
reclamantes, proponere debuerit, obſerva-
tiones autem ſpeciales praxeos propriæ af-
ferre minimè potuerit. Vix igitur ſatis mirari
licet, quod harum loco ipſe obſervationes
alienas, vix tales dicendas, recenſere malue-
rit. Quarum quippe prima eſt alius *Medici,*
de puero decenni in oppido ſine dubio,
aut fortaſſis pago; altera de viro vere πολυ-
μαθεςάτῳ, Wedelio, cujus tamen ne qui-
dem diſcipulum quondam ſe laudare po-
teſt, quid dicam Medicum? Hic Rhodus hic
ſalta! Cùm ipſum hoc ſchedium de hiſto-

ria

ria morbi B. Virginis hujus urbis fidem adverſarii ſuſpectam convincat, quis eidem meliorem de hiſtoriis externis habere poteſt, quas ne quidem ſolô capite ſuo aſſecutum fuiſſe, Medicinæ peritis ipsâ illarum enarratione prodit.

§. XVI. Quapropter eo minor eidem cauſa ſubeſſe potuit, quod obſervationes meas proprias non tantum in *oppido* Naumburgenſi, ſicut ille ſugillat, ſed in hâc etiam urbe, neque *craſſorum ſaltem opificum* tantum in genere tanquam *aniles hiſtorias* cavilletur, eisdem verò contrarii nihil opponere valuerit. Nimirum, ſecundum analogismum ſuum Medicinæ, ex Jurisprudentia cautelas tabularum ex Cæpolla obſervat, qui, quando ſolidi nihil replicare norunt, ut cati calidiorem pultem haud attingere audent, ne os comburant, ſed tantùm è longinquo circumambulantes, generalibus tantummodò ſermocinationibus, dicis cauſa, laceſſunt, ne omnia tacitè concedere videantur. Equidem mihi controverſiam movet de unica quidem Ægr. III. J. U. Profeſſoris filiola, cujus ipſam veritatem, pro præjudiciis ſuis incredibilem, in dubium vocat, & omnino non nitro, ut quidem elixirio caſtorei volatili, peragendam. Sed, ut omnem ſcrupulum eximam, nominabo jam Dn. Parentem Doct. Goetskium, J. U. Profeſſorem, quem, quisquis velit, percontari poteſt. Turpitudinem figmenti ſimilem, quam cujus de formula medicamenti maximè controverſi, adverſarium mox hoc ſcriptum convincet, nemo de me unquam experietur, & ut quis experiatur, DEUS clementiſſimè prohibeat. Interim accipio, quod reliquas obſervationes illius Diſſertationis meæ de Orgasmo concedat, nihilque ipſis reponere noverit.

§. XXII. Propterea concludo argumenta tam in Diſſertatione dicta de Orgasmo in febribus purgantia urgente, pro tali, quam in hoc quoque defenſionis ſcripto, quibusque in B. Virgine aurum fulminans haud intempeſtivum noxiumve laxans fuiſſe, convici ſolidiſſimis fundamentis, nulloque modo convellendis gaudere, ut ea, tam quoad formalia quam materialia firmiſſimè concludant. Etenim illud, methodo veritatem in Medicina demonſtrandi, ab omnibus canonicis Doctoribus probata, & unicè probanda peregi, adeò ut vel ipſe Medicinæ analogismus cum Jurisprudentia, quem ipſe adverſarius oppoſuit, illam longè magis corroboraverit. E contrario elucet, adverſarii verboſas tantum ſermocinationes, quas mihi ſolùm objicit, jurgia referre, rationes autem, concludendi efficacia haud deſtitutas; in ſchedio verè προσκ-κρίσεως crudæ, univerſo omnino deſiderari.

CASUS XXVIII.

DE ABORTU A TUSSI, MEDI[CAMENTIS] INIQUE ADSCRIPTO.

Species Facti cum requiſitione.

P. P.

Poſtquam Sereniſſima Princeps ac Don[n]a, Domina LOVYSA CHARLOTT[A] nata Marggraviâ è Stemmate Electorali Bra[n]denburgico &c. &c. Princeps ac Domina n[ostra] Clementiſſima, jam à 22. ſeptimanis, Deo b[e]nedicente uterum geſſerat, & hoc in ſtatu c[a]tarrho quodam & tuſſi vehementi corre[pta] fuerat: contra hanc verò per aliquot dies n[ihil] quicquam in uſum adhibere voluerat, [di]cendo: Se ſperare morbum hunc paucos [in]tra dies finiendum fore, neceſſariò illic [ac]quieſcendum mihi erat. Die verò inſeque[n]te, cum veſpertino tempore ludendo ma[te]riam defluentem retinendo cohiberet, [nec] exſpueret, eaque de causâ longè pejus ſe [ha]beret, quod præſente Domino Marito Pr[in]cipali nihil rejicere voluerit, nihilominus [in] hoc in ſtatu adhuc quid moliri recuſave[rit], me certiorem reddidit, quòd proprium ſu[um] Syrupum pectoralem (cujus præparatio [me] latebat) aſſumſerit, & ſi præter ſpem mal[um] non ceſſaverit, convenientibus tunc reme[diis] uſura ſit. Die 9. Febr. ſtyli novi veſperi [ri]gore inſigni correpta fuit, quod integr[am] circiter horam perduraverit, eoque f[inι]tô calor p. n. per totam noctem Serenitat[em] ſuam ſatis vehementer affecit. Poſtmod[um] verò die 10. Febr. quodammodò melius [se] habuit, niſi quòd Tuſſis illa vehemens ſucc[eſſe]rit eundo maſſaque ſanguinea continua [fu]ebullitione agitata fuerit; quapropter pra[e]maturâ deliberatione eodem die, temp[ore] matutino, antidotum pretioſum Salæ gr. [..] (cùm Illuſtriſſ. ſua Seren. à medicamentis [non] minimùm ingratis ſummoperè abhorreat) [in] aq. pect. ſolut. propinavi, cujus dimidiam [par]tem, ſc. gr. viij. tantùm aſſumſit, cùm d[oſis] ejus tuto ad ℈j. extendi poſſit: & ſicut me[di]camentum hoc in omnibus aliis ſubjectis (q[uod] præfiſcini dixerim) operationem ſuam [fe]liciſſimè perfecir, ita pori in pectore, [at]que tamen virium jacturâ, pro conditi[one] ſtatûs præſentis, ſe quodammodò aper[ue]runt, cùm prægnantium morbos & præci[pue] acutos curare, & à curatione eorum abſtin[ere], utrumque periculoſum ſit, juxta aph. H[ip]pocra[tis]

ratis: Gravidis morbus acutus ſuperve-
ns, lethale. Idem etiam confirmant alia
s loca, in quibus rationem reddit ſcriben-
: ex morbis, qui cum febre fiunt, pericli
ur fœtus, ob calorem & alimenti defectum,
ter ſi remediis deſtituatur; diaphoretica
em, ſecundum omnem Medicorum opi-
nem, omni carent periculo, quia per ha-
um corporis humores, febri catarrhali oc
onem præbentes, educunt, vid. Rod. à Ca-
, Foreſt. River. Pereda, Horſt. &c. ubi non-
æ in ipſa graviditate à Lue ♀ fœtu illæſô, iis
atæ ſunt. Juxta hoc ſimul Mixtura pecto-
confortante utebatur, à Thonerô, Med.
enſi Feliciſſimo, deſcripta, ſed absque ef-
u ſenſibili veſpertino tempore altera dimi-
as, ſc. gr. vij. pharmaci ſupra allegati pro-
batur, quâ materia quodammodò incraſ-
& ad faciliorem ejectionem diſpoſita fuit:
uoniam Sereniſſima ſua Celſitudo conti-
inſtabat, ut catarrhus ulterius incraſſare-
è re eſſe duxi, ut vigiliis ſimul nimiis ob
rrhum hunc & tuſſim vehementem præ-
ibus, ad ſomnum inſimul promovendum
tiæ papav. ſaccharatæ Salæ p.m. 177. de-
tæ cochlear ſub ingruente nocte ſumere-
quod ab adſtante nobili Matronâ Sereniſ-
ſuæ Celſitudini quidem offerebatur, ſed
Eadem conquereretur, quòd ægrè deglutiri
t, idem ipſemet aſſumſi. Eandem ergò
em Serenitas Sua moleſtiſſimè, utpluri-
n in lecto ſedendo, tranſegit, plus tamen,
n antea rejecit. Licet igitur materia te-
& calida die 11. Febr. quodammodò in-
ta ad expectorationem diſpoſita fuerit,
tamen diu ita continuavit, ſed mox in
nam fluxibilitatem degeneravit, calore
nuô inſeparabiliter ſimul urgente; unde
ebrioribus gargariſmis refrigeratum &
a tuſſim vehementem Syrupi pectorales
enientes adhibiti fuerunt, ſicque dies ille
mâ ex parte erectè ſedendo & in conti-
calore conſumendus erat. Veſpere in-
nte, quô novum paroxyſmum febrilem
eſcebam, Sereniſſimæ Suæ Celſitudini
ſo-Bezoardicum Salæ ad gr. v. præſcripſi,
præſente Sereniſſimo Principe, ob me-
eryſipelatis (quô ſub alia febre, ex qua
nè ægrotabat, circa 3. vel 4. diem cor-
fuerat) in ▽. florum Sambuci, cumpri-
quòd temperamento ſanguineo-phlegma-
audebat, adeoque Serenitati Suæ ob ſan
m fervidum & acrem magis convenire
bam, quia crebrâ experientia & authori-
uctoris edoctus eram idem medicamen-
enerrimis & debilibus perſonis, quæ ne-
dorem, neque ſaporem medicamento-
lerare poſſunt, quam maximè conveni-
nique calore deſtitutum eſſe, vid. Au-
n Tern. Bezoard. cap. 15. de Epil. p.m.
28. 534. 542. 551. 557. 559. 565. 571.
77. & ſeqq. & ſicut idem à gr. iij. ad gr. ix. ſummo cum emolumento dare conſuevi, ita Matronam quandam Nobilem primâ vice gravidam & in 20. ætatis anno præterpropter conſtitutam à tali morbo, quem fortè pauci legerint, vel viderint, intra 14. dies, DEO benedicente, liberavi, ut alia jam taceam. Quod ergò verebar, paulò poſt accidit: dum hora 9. veſpertinâ rurſus frigùſculum aliquod, ſed non tam inſigne, ut prius, Serenitatem Suam adoriebatur, quod vix ultra quartam horæ partem durabat, ſed in calorem p.n. ſucceſſivè degenerabat; quapropter hora XI. cochlear. eſſentiæ ſupradictæ, ℥ß. ponderans, cum paucâ quantitate cereviſiæ calidæ aſſumſit, calore magis magisque urgente. Eâdem ergò nocte accerſitus, obſervavi, quod Sereniſſima Princeps, ob tuſſim vehementem & continuam deſtillationem catarrhi, prorſus inſomnes noctes ageret, Eâdem ſponte quoque dicente, quod libentiſſimè dormiret, niſi à continuâ & immani tuſſi impediretur: adeoque & illa nox moleſtiſſimè tranſacta parumque expectoratum fuit, paroxysmô circa tempus matutinum remittente, quô per unam quoque & alteram horam obdormivit, aliquoties tamen expergiſcens & vehementer tuſſiens, durante continuâ ſanguinis ebullitione. Sub hâc jam vehementi concuſſione (prout & ab immani ejusmodi tuſſi facilè abortus quidam ſequi poteſt) non tantùm fœtus manes ſuos pátitur, vid. Roder. à Caſtro de morb. mulier. part. 2. c. 15. de Tuſſi prægn. ſed & tota ſimul facies ſimul inſigniter incaleſcit, ut materia primum fluxilis & calida in centro ſuo, tanquam parte mandante, humiditate ſua deſtituatur, & ad ejectionem inhabilior reddatur: unde vix piſi magnitudinem æquantem quantitatem, ſed inſigniter ſpumeſcentem, rejeçit. Ab hoc verò tempore, ne minimum, à me præſcriptum, amplius aſſumſit, nec tamen verbulo quodam Sereniſſima Sua Celſitudo mihi culpam promoti abortûs (qui mihi jam adſcribitur) attribuit. Propriô verò motu Serenitas Sua ſyrupum quendam pectoralem, (quem ſibi ante aliquot annos in puerperio, ſub quo ſimili tuſſi laborabat, egregiè contuliſſe referebat) parari curabat, è Syrupis de junip. & viol. cœrul. anatica proportione mixtis, ut mihi clementiſſimè concredidit, conſtantem, à cujus uſu tamen nullum quoque levamen ſentiebat. Denuò igitur die 12. Febr. vocatus, ſeq. potiunculam præſcripſi:

℞. Aq. ſcabioſ.
card. bened.
bugloſſ.
tuſſilag. ãã. ℥iß.
Mixt. ſimpl. empyr. non redol. & ſap.
ingrati expert. ʒij.
ſacch. candi alb. ℥ß.
M. S.
Alle 2. oder 3. Stund ein Löffelvoll.

Abhinc

Abhinc Sereniſſimus Princeps ſub prandio, præſentibus Nobilibus Generoſis, me inculpare ſatagebat, acſi Conjugi Suæ Principali ſyrupo meo calorem in corpore accenderim, adeoque mihi nunc incumbere, ut eundem rurſus reſtinguerem & expellerem, & qualis hæc curatio ſit,
„ calorem calore depellere velle? (*Ich hätte*
„ *mit meinem Safft ſeiner Gemahlin die*
„ *Hitze in Leib gebracht, ich möchte ſe-*
„ *hen, wie ich ſolche wieder heraus bräch-*
„ *te, und was das für ein curiren wäre,*
„ *Hitz mit Hitz zuvertreiben?*) cùm tamen eſſentia illa reverâ nullum calorem excitet, nec ipſa Sereniſſima Princeps mihi tunc vel minimam culpam abortûs inſecuti tribuerit. Quamprimum etiam prandiô finitô Sereniſſimam Principem in Camera ſua decumbentem inviſi, Princeps Sereniſſimus ſimul acceſſit, & repetitis de novo verbis ſupra allegatis me diſcruciabat; quô factô epiſtolam quandam ad Magiſtram Gynæcei perſcripſi, rogitans, velit Sereniſſimam Suam Celſitudinem eò humilimè diſponere, ut alium ſibi Medicum eligere acquieſceret, cum ſimiles Sereniſſimi Principis inculpationes non promeruerim: Quibus juſſu Sereniſſimæ Principis aliquoties reſpondebatur, mihi in Aulam redeundum eſſe. Juſſui huic morigerus, extemplò me humilimè eò confero, ubi Sereniſſima Princeps in ſellâ reſidens & me intuens: Dn. Doctor ait, ne mihi, velim, imputes, quod Dominus meus commiſit: Ego verò denuò aliorum Medicorum neceſſariam accerſionem humilimè ſollicitabam, quùm Princeps Sereniſſimus omni me fide abſque ullâ causâ exuerit, adeò quidem, ut ob mentem inde perturbatam nequicquam amplius præſcribere valerem. Quibus Princeps Sereniſſima & Domina mea Clementiſſima reponebat, ſe citius morituram, quàm alius ope uſuram eſſe, jubendo inſimul, ut quæ è re eſſe putarem, præſcriberem. Quare ut Serenitas Sua ſingulis 2. vel 3. horis cochleare de mixturâ præſcriptâ aſſumeret, rogabam, & cùm Serenitas Sua indicaret, quòd mixtura ſuccinum redoleret, adeòque vereretur, ne partum ante tempus promoveret, ſubmiſsè quidem eandem excuſabam, & odorem illum camphoræ deberi demonſtrando nullam tamen fidem mihi dari obſervabam, licet camphoram in tam parcâ quantitate fœtui nullum detrimentum inferre ex Salâ pag. 373. Tract. 2. Anat. &c. de pulv. contra Epilepſ. Infant. oſtenderem, utpote qui nunquam non chryſobezoardico, juxta naturæ conſtitutionem immiſcuit, & prægnantibus impunè dedit, ſimulque ſupputarem, quod Sereniſſ. Suæ Celſitudini vix 10. grani pars in una doſi præſcripta ſit. Cæterum, cùm ob ingentem illam ſuſpicionem medicamentum hoc (quo Gravidam Nobilem haud ita pridem, etiam eô, quo abortus frequentes contingebant, tempore feliciter reſtitui) prorſus ſepoſuiſſet, ſyrupos pectorales domeſticos ſibique familiares tantum aſſum[ſi]

Nocte ergò hâc, eâdem ut antecedens rati[o]ne tranſacta, die 13. Februarii, circa hora[m] octavam præterpropter denuò aulam petebar & à Virgine Nobili tunc præſente percipiebar Sereniſſimam Principem noctu nullum omnò ſomnium cepiſſe. Dies autem eôdem, priores, modò ſe habebat, inſequente eôd[em] paroxyſmo febrili, vix ſenſibili. Die 14. Fe[b]. bini Dnn. Doctores, Dn. Andreas Seng[...] Archiater olim Regis Sueciæ, & Dn. Johan[...] Majus, Archiater olim Principalis Radziv[il]enſis ſummô mane ad inſtantiam meam rep[e]tam accerſiti fuerunt, qui poſtquam illis c[um] totum mòrbi decurſum, tum uſum medicamentorum ſolidè & diligenter aperueram, [u]cum Pharmacopœo Principali in cameram [Se]reniſſimæ Principis ſe contulerunt, quæ ob [...]tiorem fœtus in utero materno motum me[di]camentum ſibi familiare, ſc. 3. pullos galli[na]ceos & totidem ova recentia, in aqua de[...]latâ, mihi ignotâ, deglutiit, certò ſibi per[ſua]dens eundem nunc extra omne periculum [ver]ſari. Quamprimum igitur dicti Dnn. Me[di]& Pharmacopœus in moleſtiſſimum Seren[ita]tis Suæ ſtatum inquiſiverant, in antecame[ram] Principalem, (ubi me, tanquam homin[em] omni fide indignum à Sereniſſimô Prin[cipe] habitum, reliquerant) recedendo, de mo[do] Sereniſſimæ diligentiſſimè conſultabant; [...] occaſione ex illis ſciſcitabar, annon febr[em] quandam catarrhalem, malignitate haud [...]rentem, in Sereniſſimâ Principe obſervar[ent]: ad quod Dn. D. Majus reſpondebat, nul[lam] illîc malignitatem alicujus momenti ade[ſſe]: Cui in præſentia Sereniſſimi Principis rep[one]bam, nullam quidem peſtilentialem, ſed [ta]lis in graſſantibus modò febribus catarrhal[ibus] occurreret, malignitatem obſervari, cùm [...] ſecus ac in peſte, ita & hic acutas, peracuta[s], ut Medici loquuntur, acutiſſimas febres [...] conſtet, à quibus aliquot mille hominum [...] inter illos nonnulli intra 2. vel 3. horas, [...] intra 1. 2. 3. & plures dies ſubitò perire ſol[ent], ita illi qui modò ſaniſſimi videbantur, i[ntra] tempus modò dictum diem ſuum obier[unt], ut idem penes Nos & in vicinia ſæpiſſimè [ob]ſervatum fuit, & unusquisque ex deliriis [...] intercurrentibus, vigiliis, ſiccitate fauci[um], oculis igneis flammantibusque, febre conti[nu]â, ſiti inexplebili, tuſſi vehementiſſimâ, ex ſu[...] propulſis vaporibus malignis, diaphragma[...] teſque principales lancinantibus, ſanguin[em]que maſſam contaminantibus, maculis ru[...] in quibusdam corporis partibus erumpenti[bus], defluxioneque tenui & calidâ, aſperam [arte]riam ſubjacentesque partes ſtimulante &c. [...] ligere valet, idemque magno ſuo peri[culo] Princeps hæreditarius ante 6. circiter a[nn]os expertus eſt, qui cùm, probè licet tectus [...] Matrem Principalem Gratioſiſſimam de[...] illi manus exoſculatus fuiſſet, & ſimilem [...]
a[...]

em attraxiſſet (qualis enim aër, talis ſpiritus; lis ſpiritus, talis homo) ſtatim, cùm ſimiliter bè tectus ad hypocauſtum ſuum reporrare-i, vehementi, continuò urgente, calore, to- faciei colorem & ſtatum notabiliter immu-e, corripiebatur: quem tamen intra quatuor ſupra allegatâ & à Sereniſſima Principe aſſumta, nonnihil tamen mutatâ Mixturâ, cum laxativo leniori, per DEI gratiam fe-er reſtitui. Taceo alios tam Nobiles, quàm les Perſonas eâ brevi in integrum reſtitutos. auditis Dn. D. Sengerus calamum ſcripto-n arripit, & ſeq. pro Sereniſſimâ Principe ſcribit :

℞. Aq. Embryon. ℥iß.
borrag.
bugloſſ.
roſar.
verben. ãã. ℥ß.
↜. ⊕. gutt. vij.
M. ad vitrum S. *Nabel-Waſſer.*

℞. Conſerv. acetoſ.
flor. cord. aa. ʒij.
beton.
aurant.
citri aa. ʒiß.
ſpecier. diatr. ſantal. ʒj.
c. aqua fragor. ℥ij.
flor. cordial. aa. ℥iß.
verben. ℥j.
na atque altera ebull. & leniter exprim.
col. add.
limat. CC.
alc. aa. ℈iß.
↜. ⊖.
⊕ aa. gutt. v.
mixt. ſimpl. ℈ß.
balſam. Embryon. ʒvj.
▽. cinamom. ſin. vin. ℥ß.
probè ad vitrum S. 3. *bis* 4. *Löffelvoll.*

a umbilicalis pannis duplicatis imponeba- de cujus nimiô fervore Serenitas Sua con-ta fuit. De altero medicamento 5. ad 6. learia hauſit, à cujus uſu haud minus tor- a inſignia in abdomine, ut conquereba- oriebantur, ſicque dies ille, priorum in- erectè ſedendo, ob metum ſuffocationis, actus fuit. Ubi notandum, quod hæmor-dum fluxus (qui Sereniſſimæ Principi eô, Principem filium in utero geſtat, tempore, nis eſt) paulò ante ſe truſerit. Die 15. .admiſſis denuò Medicis & Pharmacopœo luſtriſſimam, in lecto eandem erectè ſe-lo invenimus, oculis inflammatis, & fa-ubicundâ & qſ. maculosâ conquerentem, d nocte præcedente parum dormiverit, & nam oris ſiccitatem perceperit. Seq. ergò lis præſcripta fuerunt :

℞. Sem. 4. frig. min. excort. ana ʒß.
pap. albi ʒiß.
Novell. Val.
Amygd. dulc. excort. ʒvj.
c. ▽. cordiali & Veron. aa. ℥iß.
F. l. a. Emulſio.
add. ▽. cinnamom. ſ. vin.
Balſ. embr. aa. ℥iß.
Margar. præp. ℈ij.
Mag. corall.
margar. ana ℈ß.
Sacch. ♄. gr. v.
M. D. ad Vitr. S. *Offt etwas.*

Quamprimum ergò Sereniſſima Sua Celſitudo aliquid de ea aſſumſerat, refertur, illud ſuffocationem minari ratione admixti ♄, ut mihi videtur, cùm frigida pectori exitioſa ſint, (unde Veteres: Frigidus ! ô pueri, fugite &c.) unde loco emulſionis illius ſeq. ordinatur :

℞. Aq. caponis
ex viſceribus vit. embryon. aa. ℥j.
acet. ſcillit. ℥ß.
mellis junip. ʒiij.
Liq. CC. & alc. aa. ℈iß.
Tinct. chalyb.
corall. aa. ℈ß.
M. S.
Offt einen halben oder gantzen Löffelvoll.

De quô ſimiliter, ut exiſtimo, aliquid aſſumtum fuit; & quoniam Sereniſſ. Sua Celſitudo per puerum Nobilem nunciabat, quòd ob conciones fieri commodè nequeat, ut Se viſitarent, hinc à meridie horâ 3. pomeridianâ denuò convenerunt, & cùm innoteſceret, quòd imperfecta criſis contigerit (vid. Rod. à Caſtro Part. 2. de alvi fluxu in prægnant. 423.) ita, ut 7. ſedes experta & plurimis rubeſcentibus maculis (quales in puncticularibus febribus obſervantur) depicta fuerit; hinc dici inſequentis horis matutinis rurſus accerſiti fuerunt, ubi Sereniſſimam Suam Celſitudinem ſimiliter erectè ſedentem, oculis inflammatis facieque maculoſa & ore exſiccato præditam invenerunt, quæ ad Dn. D. Majum, pulſum explorantem, ſubridente vultu: Me jam nihil amplius, inquit, incommodat & lubido ferè me inceſſit exſpatiandi; qua propter humilimè recedentes de criſi ſalutari ſibi gratulabantur. Quamprimum verò egreſſi eramus, Virgo quædam Nobilis Eos occaſione prognoſtici illius ita alloquitur: Nob. Domini, quid quæſo de præſenti Sereniſſimæ ſtatu judicatis? ℞. melius eandem, quam anteà ſe habere: Ego verò, non melius, ſed pejus, quàm unquam, addebam: Omninò, replicabat, hæc & mea eſt ſententia, aſt Dominus meus Clementiſſimus de eô quicquam audire recuſat. Abhinc ſuaſu illius in antecameram Principalem nos contulimus, ubi Princeps Sereniſſimus ex Dn. D. Sengero & D. Majo ſeparatim quærebat, an non præſens Sereniſſimæ diſpoſitio melior nunc quam heſterna videatur? Utique, reſpondebant, melior eſt, ſiquidē pulſus adeo celer amplius non eſt, extra periculum verſatur & omnia, per Dei

gratiam, mox ſereniora erunt. Cùm verò & mihi, utpote pro abjecto & harum rerum ignaro habito, injungeretur, ut ſententiam meam conferrem, Sereniſſimo Principi reſpondebam: Domini Doctores dicant, quæcunque voluerint, ego res Sereniſſimæ non meliores, ſed pejores, quàm unquam fuerunt, invenio; quod enim pulſum concernit, non quidem adeò celer eſt, ut ante, ſed èconrra longè debilior, & ſuppreſſior obſervatur: quam ſinceram admonitionem Princeps Sereniſſimus denuò inſuper habebat, aſperioribus verbis dicendo: idem Kedvvitſchia me perſuadere voluit, cùm tamen durante nocte aliquoties ægram viſitaverim, nullumque calorem in illâ obſervaverim, tuſſi ſaltem quodammodò urgente. Abeunte Principe me ad Dnn. Doctores convertebam, illos hiſce alloquendo: Vos Domini Doctores rem adeò floccipenditis! Quodſi verò (quod Deus avertat!) una vel altera mutatio, qualis in ſimilibus febribus catarrhalibus & tuſſi vehementiori facilè contingere poteſt, acceſſerit, quæ non inculpationes, acſi rem non intellexeritis, Vos manebunt! mihi ſanè morbi hujusmodi ad unguem cogniti ſunt, nec ullus, qui ope meâ uſus eſt, (Deo ſit gratia!) diem ſuum obiit. Interim unà deſcendimus & cùm jam prandium caperemus, famulus à Sereniſſimâ mittitur, qui aliquid quod contra ſummum calorem, in juſculo aſſumi poſſet, deſiderabat. Unde ſeq. ab illis præſcribebatur:

℞. Julepi roſar. ℥ij.
Spir. ⊕. Philoſ. gut. v.
⊖. gutt. ij.

M. ad vitrum. S. *im Süpplein auf einmahl.*

Hoc tamen à Sereniſſima aſſumtum eſſe non exiſtimo. Cùm verò à meridiè rurſus adſcenderemus, vidimus proh dolor! triſtem & lamentabilem, gratioſum tamen & præmaturum filioli Principalis abortum accidiſſe. Et hæc ratio eſt, quare è gratiâ Sereniſſimi Principis, acſi Sereniſſimæ Principi medicamentis à me præſcriptis abortum hunc procurârim, exciderim: cùm tamen (quod præſiſcini dixero) per omnem vitam & quamdiu Praxin Medicam exercui, ægros meos ita curavim, ut (Deo ſint gratiæ!) delicti hujus nunquam inculpari potuerim. Ut ergò ſuſpicionem hanc, in me innocentiſſimum devolutam, declinare valeam, juſſu Sereniſſimi Principis ac Domini, Domini JACOBI, Ducis Livoniæ, Curlandiæ & Semgalliæ &c. totam facti ſpeciem, adjectis omnibus circumſtantiis, quæſtionibusque, ex ſtatu cauſæ formatis, Dominorum Profeſſorum Medicæ Facultatis evidenti Deciſione indigentibus, in ſcriptis offerre & in Academias quasdam, quocunque Serenitati Suæ placuerit, transmittere debui. Quapropter omnes & ſingulos Dominos Decanos & Profeſſores Facultatum Medicarum, ubicunque vixerint & hæcce legerint, etiam atque etiam rogito, velint pro ſubactô, quô pollent, judiciô totam h c Relationem ſecundum omnes circumſtan s probè ponderare, ſuum de quæſtionibus i e formatis judicium formare, illudque ſub Sig Academicô mecum communicare, qu i ipſum ut non tantùm in ſubſidium veritat , ſed & innocentiæ neceſſariam defenſionem v get, ita officiis meis paratiſſimis erga quem s rurſus demerebor. Dat. Mytaviæ die 1. M Anno 1657.

Quæſtiones deciſione Dominorum P- feſſorum Medicæ Facultatis indigentes.

Quæſtio I.

ANnon Tuſſim vehementem, cui n tantùm febris intermittens, ſed & c tinua jungebatur, facilè vel plerumque ab tus (cumprimis ultimis menſibus) inſequi leat?

Quæſtio II.

An à minori doſi Antidoti pretioſi Salæ (qu d medicamentum à Chymico & Pharmacop o Celeberrimo, Dn. Erneſto Haye, Caſſella o præparatum fuit) ſc. ad gr. vij. (cùm tamen d ℈j. doſis extendi poſſit) abortus (intellige i ſimili caſu) produci poſſit?

Quæſtio III.

An Chryſobezoardicum Salæ, ab omni a moniâ liberatum & tantùm pro croco ☉ ♂. adſtrictoriô habendum, in tam parca (dum alioquin ab Authore ad gr. vj. tum ctantibus, tum tenerrimis Perſonis, quæ & o rem & ſaporem medicamentorum averſan , nec calorem medicamentorum perferre val t, ad gr. ix. verò in omnibus morbis diſſoluti c præſervationis ergò cum pulv. prægnanti a camphorato miſta aliis à me propinatum, Se niſſimæ verò Principi ac Dominæ meæ tant a ad gr. v. datum fuit) abortum illum, qui 5. demum dies (intra quos nequicquam a d præſcripſi) ab aſſumto chryſobezoardico ac ſit, ſub febri ejusmodi catarrhali & vehem ti tuſſi, cauſari valuerit? conſiderando ſim quòd Sereniſſima tempore ſanitatis reſin. ja pæ aut Mag. Gummi guttæ gr. xij. absque â operatione aſſumſerit.

Quæſtio IV.

An ℥ß. eſſentiæ cap. papav. ſacchar. Salæ Se niſſimæ Principi à me præſcripta & in Praxi a aliâs teneris etiam ad ℥ij. propinata, caloren n. (quo jamdum correpta erat Sereniſſima, tequam eſſentiam aſſumeret) inferre ſoleat?

V. V. Nob. Nob.

Officioſiſſimus

Joh. Ludwig de Cocce ,
dictus Frundek, D.
Ju-

…dicium & atteſtatum Archiatrorum.

NOs infra nominati omnibus & ſingulis, cujuscunque Dignitatis aut Conditionis …rint, hiſce cum officioſâ ſalutatione indica…s, quòd, cum Archiater Principalis in Aulâ …ulpatus fuerit, acſi Sereniſſimæ Principi pel…tia quædam præſcripſiſſet & per chryſobe…rdicum & antidotum pretioſum Salæ, ut & …sdem eſſentiam papaveris ſaccharatam &c. …ortum in Febri catarrhali procuraſſet: ex …genri perlectione & conſideratione illorum …pplicatione B. Autoris invenerimus, quòd …dicamentis hiſce in tam parcâ doſi propi…is, tale quid produci non potuerit, ſed ca…hus potius & tuſſis vehemens abortum …ſata fuerint. Dat. Mytaviæ die 20. Febr. …no 1657.

Andreas Senger, D.
Johannes Majus, D.

CASUS XXIX.
DE
…UNESTO SPIRITUS VITRIOLI ABUSU.

Species Facti.

J…hannes Fridericus Meyer, Civis & Braxa…r Cellenſis, annorum XXXVI. menſe Octo… Anno 1701. Kochiam, Paſtoris cujusdam …m, in uxorem duxit, illam verò inſuper ha…s, cum ancillâ Luciâ Eliſ. Wölchers fami…ter vixit, quæ creſcente indies inter Con…s odio Marito conſulit, ut quocunque de…n remedio eandem è vivis tolleret. Hîc …nſwigæ à muliere quâdam edoctus, quòd …⊖. parcè ad 3. l. 4. gutt. raroque ſumptus …ocuus quidem ſit, exceſſivè verò & ſæpe …patus, hominem pedetentim enecet, ∽ …s 4. vitra à Pharmacopolâ æquè ac ober…ibus Laborantibus coëmit intra 3. ſepti…as ℥ij. ut fatetur, propinavit, ſingulis die… 10. circiter guttas, ſed minus probè nu…atas, in ſpir. vini aut alio vehiculô dedit, & …æ licèt, tanquam remedium ſingulare con… …luorem album, obtruſit, imperato regi…e, ne intra 2. horas, poſt aſſumtum ſpiri…, quicquam comederet aut biberet. Hu…ei initium fecit V. ſeptimana ante Feſtum …hatos & continuavit usque ad 29. April. Interea mulier de dolore capitis & artuum …queritur, contabeſcente corpore, donec …20. Maji peſſimè ſe haberet, ut lecto quo… ſe addixerit, accedente vomitu enormi, …re & inflammatione colli inſolitâ, ſangui… neque cum vomitu ejecto. Medicus (quem ab initio non admiſit Maritus) varia quidem ſtomachica & confortantia præſcripſit, ſed ob cauſam veram latentem, inania, moriente die 2. Junii muliere. Die poſt tumulationem octavo fama increbuit Inquiſitum uxorem veneno necaſſe, quâ Magiſtratus inductus Inquiſitionem inſtituit, eaque durante Reſponſa quædam, tum Medica, tum Juridica expetita fuerunt, quorum priora nunc ſequuntur.

Judicium Dnn. Medicorum Cellenſium.

P. P.

EX Actis Inquiſitionalibus, Johannem Fridericum Meyerum concernentibus, eluceſcit, hunc Uxori ſuæ ∽⊖. manè & veſperi in cochleari ſpirit. vin. ita propinaſſe, ut intra 3. hebdomada ℥ij. ad minimum aſſumſerit, quam doſin, tanquam minimam, die 26. Junii ipſe limitavit. Ex hiſce ad quæſtionem à V. V. Exc. Exc. propoſitam:

> An ſc. Spiritus hic ejus conditionis & effectus ſit, ut, poſtquam Defuncta tantum, quantum in Protocollo habetur, & quidem per intervallum illic additum, aſſumſerat, obitus, neceſſariò inſecutus ſit? Vel quem effectum edere potuiſſet?

Reſpondemus: Quòd Defuncta, cùm intra 3. ſeptimanas ad minimum ℥ij. Spiritus ⊖. ſucceſivè in tam parco vehiculo ſpir. vin. & quidem hâc præcautione, ut per aliquot ſemper horas poſt ejus aſſumtionem jejuna permaneat, aſſumere coacta fuerit, certô certius, licet pedetentim, inde perierit, ultimusque affectus, vi ſymptomatum in actis enumeratorum, corroſivo ſpiritui, tam largiter propinato adſcribendus ſit. Rationes ejus ut publicemus ægrè inducimur, parati tamen ad ea Exc. Exc. V. V. nunquam non communicandas. Sign. Zellæ 30. Jun. 1702.

V. V. Excell.

officioſiſſimi

H. L. Ebel, D.
R. Scott, D.
J. C. Steigerthal, D.
J. W. Brüggmann, D.

Reſponſum Facultatis Medicæ Hallenſis de illethalitate Spiritus vitrioli.

QUandoquidem in Regia hac Academiâ Fridericiana Nobis Decano, Profeſſoribus

ribus & Doctoribus Facultatis Medicæ Acta Inquiſitionalia, Johannem Fridericum Mayerum, Zellenſem, concernentia transmiſſa ſint, ut fundatum noſtrum judicium impertiamus:

> An per Spiritum Vitrioli, Defunctæ Mayeri uxori eo, qui in Actis refertur, modo doſique, exhibitum, affectus hujus p. n. & obitus, eâ, ut accidit, ratione neceſſariò inſecuti, ſicque medio huic propriè & unicè adſcribi ſolideque imputari poſſit?

Hinc Acta illa debitâ cum ſolertiâ & ſollicitudine perluſtravimus, circumſtantias ad quæſtionem nobis propoſitam facientem attendimus, & quantum fieri potuit, conneximus, ſicque prævià maturâ deliberatione pro fundata reſolutione reſpondemus: Primò & præ omnibus aliis ex teſtium depoſitionibus minus planè elucеſcit, quô tempore initium cum ~⊕. aſſumptione factum, aut finis ejus fuerit? ſed de hoc diſcrepantes ſunt relationes: (1) dum tam Mayerus, quàm ancilla incarcerata ubivis teſtantur, ipſe quoque Inquiſitus adhuc in ſcriptô è cuſtodiâ num 36. conſtanter aſſeruit, quod Defuncta, quantum ſibi conſtet, tertiâ ante feſtum Paſchatos ſeptimanâ ultimâ vice ~. aſſumſerit, & abhinc per 10. hebdomadas ſana & incolumis vixerit, quod Num. 2. Actorum Ancilla Dorothea Bothmeria ad Art. 2. 3. 4. quoque confirmare videtur: Imò Ancilla Maria Eliſabetha Buſchia Num. 1. Act. ad Art. 5. deponit, ſe tribus aut 4. ſeptimanis ante feſtum Paſchatos Mayeri ſervitio valedixiſſe, ſub cujus præſentiâ tamen ſpiritus in uſum adhibitus fuit, qui juxta conſtantem aſſertionem ultra 14. dies ad 3. ſeptimanas, continuatus non fuit. Econtrà (2) Inquiſitus Num. 10. Act. ad Artic. 13. variare videtur, aſſerendo, quòd Defuncta circa idem tempus, quo Federmannus obierat (qui 29. Aprilis, adeoque 14. poſt feſtum Paſchatos erat) ultimâ vice eô uſa fuerit.

Similiter è Dorotheæ Bothmeriæ depoſitione Art. 3. eluceſcit, quòd Defuncta circa Feſtum Paſchatos non adeò malè ſe habuerit: cùm è contra articulus 36. Num. 14. Act. æquè innuat, quod ſemper pejus ſe habuerit: ac reſponſio: Eandem in morbum incidiſſe, an verò inde diem obierit ſe neſcire: non conſentiunt, an idem ab actu uſurpati Spiritus, aut ab ultimo ejus morbo ſupputandum & intelligendum ſit, nec idem noſtrâ ſententiâ, ex Actis ullibi eluceſcit, quòd à principio uſûs ſemper in pejus delapſa fuerit.

Secundò nil quoque indubitati ſive ex tota quantitate, ſive doſi quotidiana reſultat, niſi quòd Inquiſitus pro ſuo modulô eandem ad ℥ij. æſtimaverit: E contra Inquiſita tantum 9. ad 10. guttas pro unâ doſi aſſumtas eſſe tradiderit.

His ergò circumſtantiis ita ſe habentibus, expreſſiones à Dn. D. Ebelio in judicio ſuô num. 4. propoſitæ (ſymptomata ad mortem usque in Defunctâ obſervata) & paulò poſt (vehemens & continuus vomitus) ſi in connexione cum termino uſûs medicamenti intelligi deberent, longe firmiori, quàm in Actis obſervatur, talo inniti deberent, cujus, ut nobis innotuit, gniti, rationem habere non poſſumus: quin potius neceſſariò Defunctæ propria relatio Num. 17. A. in D. Dnn. Bruckmarei locum habere videtur, quòd Defuncta 14. diebus ad ... ſeptimanas ante obitum fluxum menſtruum in ſe adhuc obſervârit.

Poſitis his omnibus, præviâ diligenti ponderatione circumſtantiarum fundati reſponſi loco dicimus.

Si defuncta uſum Spiritûs Vitrioli duabus aut tribus ante feſtum Paſchatos Septimanis, juxta plurimorum relationem finiit: Poſt id tempus quoque, usque ad 27. Maji non deterius ſenſum pejus, quam antea conſuevit, ſe habuit, Adhæc debitum Lunare debitâ aut ſolitâ quantitate naturæ perſolvit: morbus die 27. Maji obortus, ſc. ardor gulæ & vomitus, ſine ... leſcentiâ & notabili alteratione ſanguinis ... Dn. D. Brügmann indicat) ab aſſumptô ... Spiritu ⊕. tanquam unicus, proprius & ... ſimus effectus ſolidè deduci non poteſt: id ... ex ſequentibus rationibus.

I. Effectus Spiritus ⊕. in corpore hum... duplex eſt, ſc. in humores, aut in partes ſolidas.

In humores craſſitiem aliquam invehit, ... evacuationes illorum ſolitæ aut ſufflaminan... aut in tantum impediuntur, ut inde variæ ... gnesque commotiones, ad excretionem ... peditam promovendam, ſtatim oborian... Statim, inquam, & ſine morâ, cùm ſalina ... jusmodi ſubſtantia firmum & conſtanten... greſſum ad centralem humorum mixtio... non habeat, & ratione naturæ ſuæ ſalinæ, ... ſequentibus cumprimis ſucceſſivè dilution... ſincera excernatur, interea verò ſine eff... manifeſtô latere non poſſit.

Alter effectus in partes ſolidas illius eſt ... roſio. De qua è contra probè notand... quòd Spiritus hic non tantùm communi e... rientiâ magis innocuus obſervatus, adeo... præ aliis acidis corroſivis magis uſitatus ... ſiquidem & in ægris æſtuantibusque ho... bus, nemo, niſi inexpertus, ſubveretur, ... 24. horas 10. ad 15. guttas, & licet (pr... verſâ Spiritus efficaciâ & Perſonæ conſtit... ne, attamen inverſo reſpectu, ne ſpiritus ... valeat) 20. fuerint, ad alterandum potun... dinare, de quô ſcrupuloſè dubitare nemi... in conſiderationem evehet: ſed & abſo... in promptitudine & ſubtilitate corroſio... in omnibus aliis rebus, quas ut omnes Spi... aggreditur, ab aliis ſuperatur.

Int...

Interim tamen rationi, juxta certiſſima rincipia Phyſico Mechanica, conſentaneum ſt, quòd ſolutio non ſolùm fiat immediatò ontactu corporeô, adeoque actu immanen-, quamdiu agens cum patiente corporaliter oncurſat; ſed etiam in ſimilibus cumprimis iritibus corroſivis, quantumcunque bre- i ſucceſſu & effectu: à quibus in loco primi immediati contactûs diuturnam adhæſio-em, obſoletam delitescentiam & ſeram tan em eamque intempeſtivam eruptionem ſibi pprimere, à veritate rei quammaximè alie-im eſſet; quales operoſæ fictiones jure meri- ex Medicinâ rationali exulant.

Quùm igitur ſymptomata in Defunctâ ob-rvata, in quantum ex Actis elucefcit, pluri-s à finito ſpiritus quæſt. uſu ſe truſerint & cumſtantiis docentibus læſionem ventricu- œſophagi, faucium & palati magis, quàm iverſaliorem aliquam depravationem hu-orum præ ſe ferant: ècontra per intercurrens mpus nulla inſignior moleſtia, aut notabilis orbus, qui graviorem depravationem hu-orum & interceptiones excretionum argue-poſſit, obſervatus, nedum demonſtratus rit; hinc ſolidis fundamentis Medicis mi-s congruum videtur tam nocivam humo-n depravationem, à tantâ cumprimis no Spiritui Vitrioli in allegata doſi adſcripta, n tantùm tamdiu in corpore diſſimulando delitescendo, absque ſenſibili effectu occul-i potuiſſe, & poſt tantum intervallum de-m collectim in actum erumpere debuiſſe: & denuò ad ventriculum, ex humoribus ncentratum, imò in antiquâ ſuâ, ſincerâ corroſivâ acrimoniâ detruſum fuiſſe, ut n demum ventriculum corrodendo, in-nmando, gangrænisando corrumperet.

Quòd autem Spiritus Vitrioli corroſivam m efficaciam, ſine diffuſione in humores umque corruptione, in ſtructuram ſolida partium, & quidem viſcerum illorum, e durante uſu nunquam non immediatè etravit & per horas fortè illîc hæſit, ita ex-re potuerit, ut ſub continuô & tam brevi- intervallis renovatô uſu, adeoque multi-i, diutino, toties reſtaurato contactu nul- corroſivum effectum ediderit: adhæc per uot adhuc ſeptimanas, absque hoc effectu, in cavitate ventriculi quieverit, aut in ſtantiam ventriculi intruſus nullam corro-em exercuerit, aut adeò debiliter opera fuerit, ut poſt tot hebdomadas demum ad ibilitatem aliquam aut manifeſtum læſio gradum deventum fuerit, exiſtimamus e corroſionis in genere, energiæ talis cor vitatis, qualis eſt in ſpiritu ⊕. (nempe ervato fingendo) in ſpecie à conditione loci, qualis eſt ventriculus (ubi per tot imanas diluendo enervari debebat) abſo- alienum, hâcque in parte, concurrenti- tam evidentibus circumſtantiis, mortem lentam à præſentaneô corrodente, & quidem propriè per corroſionem minimè deducere, aut conciliare poſſumus.

Quapropter reſponſionem noſtram ad propoſitam quæſtionem, juxta tenorem cir-cumſtantiarum in Actis obſervandarum, ſoli-dè & conſtanter in eô fundamus, quòd neque modus, neque tempus obortæ invaletudinis hancque inſecutus obitus Spiritui Vitrioli im-putari poſſit. Quodſi verò Inquiſitus ſolidè docere poſſet, quòd, ut in Defenſione ejus continetur, circa idem tempus inflammatio & eroſio gulæ faucium que epidemicè (quod abſolutè eſt malignè) graſſata fuerit, id utique è re ejus eſſet. (♂)

Atteſtationis ergò reſolutionem hanc ſi-gillo Facultatis noſtræ roboravimus. *Sign. Halæ in Acad. Reg. Fridericiana die* 8. *Sept. A.* 1702.

Decanus & Profeſſores Facult. Med. ibidem.

(♂) Hujus ergò Magiſtratus loci ejusque Me-dici Ord. requiſiti negârunt tunc temporis ſimi-lem affectum epidemicè graſſatum fuiſſe.

Judicium II. Dnn. Medicorum Cellenſium.

P. P.

JUſſu Exc. Exc. VV. Nos infra ſubſcripti Medici collegialiter convenimus & præviâ maturâ deliberatione ſequentes theſes de uſu, virtute, qualitate & noxâ ſpiritus ⊕, in ſub-ſidium veritatis, contulimus.

1. Spiritus ⊕ in ſe venenum non eſt.
2. Spiritus ⊕ de die ſemel ad 4. aut 5. gut-tas, per 5. 6. 7. aut 8. dies continuò ſum-ptus, ſive hoc fiat in potu vini, ſive cere-viſiâ aut aquâ, proficuus magis, quàm nocivus eſt.
3. Spiritus ⊕ ad 20. vel 25. guttas quo-tidiè ſemel, in hauſtu vini largiori, cere-viſiâ aut aquâ, per 5. 6. 7. aut 8. dies continuatus, ſanguinem incraſſabit, & ad ægritudinem aliquam diſponet.
4. Spiritus ⊕. à g. 20. ad 25. indies bis in largo vini, aquæ aut cereviſiæ potu per 6. 7. aut 8. dies continuatus diſpoſitio-nem modò dictam p. n. duplicabit.
5. Spiritus ⊕ à g. 20. ad 25. quotidiè bis in parcô vehiculô, e. g. in cochleari vini, cereviſiæ aut ▽. per 5. 6. 7. dies aſſumtus, famem inſignem, inflamma-tionem ventriculi, cardialgiam, vomi-tum & incipientem corroſionem ventri-culi cauſabitur, niſi ſtatim cibus aut po-tus ſubjungatur, ut in hunc magis, quàm ventriculi mucum naturalem ejusque ſubſtantiam agat ♈⊕.

(Dd) 3 6. Spiritus

6. Spiritus ⊕ indies bis à g. 20. ad 25. & quidem loco vini, aut cereviſiæ in cochl. ſpir. vini, per 5. 6. 7. aut 8. dies continuò aſſumtus, jejunô quidem ſtomachô exiſtente, ventriculum neceſſariò corrodet, primum famem inſignem, abhinc anxietates præcordiorum, inflammationem & eroſionem internarum ventriculi membranarum (quam vomitus cruenti, ob vaſa ſanguinea eroſa, ſequentur) cauſabitur, niſi ſtatim poſt ejus uſum multum edatur aut bibatur, quò in alimenta potius, quàm in ventriculi ſubſtantiam ejusque vaſa ſpir. vitrioli ſuam corroſivitatem exſerat.

7. Spiritus Vitrioli quotidiè bis à g. 20. ad 25. tantùm in cochl. ſpir. vini per 5. 6. 7. aut 8. dies continuò aſſumtus, hâc quidem cum præcautione, ne per horas aliquot neque ſolidi neque liquidi quid ſubjungatur, ventriculum corrodat, inflammet, erodat, anxietates, vomitus cruentos & pedetentim mortem inferat, oportet.

8. Sin omnia hæc in conſtitutione mediocri, eaque ſana nullique morbo obnoxiâ, per 3. ſeptimanas continuò accidant, ſicque per 21. dies continuentur, & in actum deducantur, effectus ſupradictus ipſaque mors eò certius inſequentur, idque eò magis, ſi Perſona, quæ Spiritum Vitrioli eò modô ſumſit, tenerioris eſt texturæ. Quibus æternum perſeveramus

VV. Exc. Excell.

Zella, die 5. *Oct.* 1702.

addictiſſimi

H. C. Ebel, D.
R. Scott, D.
J. G. Steigerthal.
J. W. Brüggmann.

Reſponſum Facultatis Medicæ Rintelienſis de Illethalitate Spiritus vitrioli.

QUandoquidem ad Quæſtionem Speciei Facti, Sejum, Candidatum Theologiæ, & Sejam, Conjugem ejus beatè mortuam, concernenti adjunctam:

An ſcilicet ſub ſtatu, in Facti Specie enarrato, ubi Seja poſt uſum Spir. Vitrioli per 8. ſeptimanas adhuc benè valuit, apparenter quoque ex affectu colli periit, neque ulla aſſumti veneni ſigna, nec ſymptomata à Medico obſervata: Corpus delicti quoque deeſt, ut per inſpectionem cadaveris periti de omnibus certiores fieri poſſint, ex judicio Peri[…] rum Sejo cauſa mortis ob Spir. Vitri[…] propinatum imputari poſſit?

Reſponſum Medicum cum rationibus du[…] tandi & decidendi à Facultate Medicâ deſi[…] retur; hinc præviâ diligenti perlectione re[…] tionum à Dn. D. Brüggmann, ſub Lit. A. Chirurgi Provincialis, F. G. Balckan, ſub L[…] B. ut & Speciei Facti & maturâ deliberatio[…] hisce negativè reſpondemus, quod ſcilicet S[…] jo, rebus ſic ſtantibus, ex judicio Peritoru[…] cauſa mortis Sejæ, ob Spiritum Vitrioli pro[…] natum, ſolidè tribui nequeat.

RATIONES DUBITANDI.

Licet enim 1. de nihilô non fit, qu[…] ⊕ crudum nocivâ quadam facultate ſit im[…] tum, vehementer adſtringat, calefaciat & ſiccet, eaque de cauſa à Dioſcoride veneni audiat, adeoque fluorem album intempeſt[…] ſiſtere potuerit, ſicque per retentionem hu[…] rum impurorum per uteri vaginam rejec[…] rum cacochymiam maſſæ ſanguineæ auger[…] ad vomitum malignum, qui tandem ſuper[…] nit, huicque ſuccedentem inflammation[…] colli Sejam diſponere potuiſſet.

2. Spiritus Vitrioli vulgari modô deſti[…] tus, id eſt, crudè & craſsè præparatus, im[…] rus, fixus, corroſivus, Helmontii & Conri[…] cenſuram expertus, adeoque à non paucis [...] dicis rejectus ſit,

vid. Frideric. Hoffm. Clav. Schrœd. [...]*b.* 3. *cap.* 26.

& indecenter adhibitus Spiritus Vitrioli & [...] tius potius veneni, quàm medicamenti n[...] ram induat

Rolfinc. Conſil. 2. *Lib.* 4.

unde mala illa diſpoſitio in Seja, quæ nu[…] obſervata fuit, oriri potuiſſet.

Licet & 3. Spiritus Vitrioli in morbis [...] ri, in ſpecie fluxu albo, ob acorem cor[…] vum, nullum levamentum adferat, & [...] à Medicis eruditis in affectu hoc adhi[…] non ſit: attamen data reſponſio negativ[…] hoc caſu locum habet, idque ex ſequ[…] bus rationibus.

RATIONES DECIDENDI.

1. Quia ⊕ crudum non fuit adhibit[…] ſed ⁓, qui nocivis qualitatibus vitrioli [...] adverſatur, cum vim diureticam, diap[…] ticam, incidentem, attenuantem, pu[…] ni reſiſtentem habeat ſimulque ſtom[…] cus ſit.

Vid. Schrœd. Pharmacop. Med. C[...]*m. Lib.* 3. *c.* 26.

Quia credibile eſt, ⁓⊕. quô Seja [...] fuit, benè & legitimè fuiſſe præparatum, [...] teſtante Specie Facti à Pharmacopœô ex[…] coë[…]us

mtus fuerit: unde ſuſpicio, quod inflam-
tio colli inde in Seja orta fuit, meritò ca-
, oportet.

3. Quia Vitriolum, multò minus Spiritus
ſtrictè venenum non eſt, ſed latô modô,
omnia quantitate enecantia deleteria di-
tur.

Vid. Bonetti ☿. Compilat. Lib. 19. *p. m.* 853. *ex Rolfinc. Ep. de febb. c.* 136.

4. Sejæ Spiritus hic neque indecenter, ne-
in nimiâ doſi, ſed tantùm ad 9. aut 10. gut-
& probabiliter cum ſufficienti, pro diluendis
guttis, vehiculo propinatus, neque diutius
aſſumtus fuit, ſed tantùm per 14. dies aut
ptimanas, & quidem alternis diebus, ita ut
ujus relationis per totius temporis decur-
ultra 100. guttas in ſolidum non acceperit,
Facti Specie: quô modô ſumtæ tam ma-
m effectum edere non poſſunt, conſide-
lo, quòd

5. Species Facti non enarret, Sejam poſt
ntum tempore matutino Spiritum calorem
dam in collô aut roſionem in ventriculô
nteſtinis percepiſſe: quæ ſymptomata ta-
indecentem & nimium uſum Spiritus hu-
ſequuntur, ut experientia teſtatur, &

Timæus à Güldenklee Caſ. Med. Lib. 7. *Caſ.* 12.

aliis notavit: ſed ipſa Seja 6. potius poſt
uſum benè ſe habuit, teſte Facti Specie &
. ſeptimanas ſana & incolumis vixit, more
comedendo & bibendo.

. Seja ex morbô epidemiô, ſcilicet vomi-
aligno & inflammatione colli, aut anginâ
nâ, quæ abſque febri malignâ eſſe non
t, obiit, quod una cum Specie Facti rela-
s Medici & Chirurgi ſatis confirmant, ita
eque Medicus, neque Chirurgus ſub ipsâ
llum veneni aſſumti ſignum obſervarint,
relationibus ſuis illa tantùm ſymptomata
ſuerint, qualia ſub affectibus è cauſis natu-
s ortis obſervantur. Tandem
. in Sejo, tanquam Candidato Theologiæ
edicinæ imperito, nullus dolus præſumi
, ſed bona potius intentio, cùm non ſine
danea conſultatione, neque clanculum
m Vitrioli coemerit, ſed Pharmaco
expertum prius conſuluerit, qui pro cu
ſtomacho ejus uſum ſuadebat; adeoque
itus Vitrioli tam malignum effectum in
didiſſet (quod tamen neque ex Facti Spe-
que relationibus Dn. Medici & Chirurgi
et) id non tam Sejo, quàm potius conſu-
harmacopœo imputandum eſſet.
eſponſum hoc Speciei Facti & relationi
n. Medici & Chirurgi conſentaneum, in
quoque & Medicinâ fundatum eſſe, hiſce
preſſione ſigilli Facult. Med. & Decani
iptione confirmatur. Sign. Rintelii, die
ptembr. A. 1702.

Joh. Gerhard Winter, D. Facult. Med. in Acad. Haſſo-Schaumburgica Decanus & Senior. mpp.

NB. Species Facti, cujus in hoc Reſponſo mentio facta, à Defenſore concepta fuit & à judiciali ſupradicta longis paraſangis differebat.

Reſponſum Facultatis Medicæ Jenenſis, de lethifero ſpiritus vitrioli abuſu.

EX Actis originalibus nobis transmiſſis indeque extractâ Facti Specie pluribus perſpeximus, quâ ratione Johannis Friderici Mayeri Conjugi, à propriô Maritô ejusque ancillâ, Luciâ Eliſabethâ Wolckeriâ, ad eandem è vivis tollendam ejusque mortem (quæ actu quoque inſecuta eſt) accelerandam, exceſſiva Spiritus Vitrioli quantitas propinata fuerit, ita quidem, ut ſi non 7. ad minimum 4. lodones, ſive per 2. vel 3. ſeptimanas ſucceſſivè, ſive juxta variantes depoſitiones, per 7. ad 8. ſeptimanas continuando acceperit; omnia juxta tenorem Actorum fundamentalem: & hinc quæſtiones oriuntur:

1. Quinam effectus utrumque caſum ſequi debuiſſet.
2. An Defunctæ mors eundem neceſſariò inſecuta ſit?

Quamvis autem Defunctæ cadaver diſſectum non fuerit, neque corpus delicti inſpectioni oculari ſubjici poſſit: ventriculus quoque in hominibus non ſtatim tam vehementer à ſpiritibus acidis afficiatur: adhæc ſpiritus hic in aquâ vitæ (quæ acorem & vehementiam quodammodò moderatur) nec unâ vice, ſed indies ſemel, aut bis exhibitus: non minus ægra tanquam ſcorbutica judicata fuerit, quæ ex aliis cauſis diem ſuum obire potuiſſet.

Non poſſumus tamen non, præviâ circumſtantiarum ponderatione accuratâ, fundamentis Artis & Mechanicæ conſentaneum ſtatuere:

1. Quòd ad utrumque caſum non alius quàm ordinarius & ſolitus effectus ſequi potuerit. Experientia ſiquidem teſtatur, quòd, ut alii ſpiritus minerales acriores, ita & ⌒⊖ (cùm quam maximè juxta Pharmacopœi depoſitionem hic ſpiritus ⊖ acris & penetrans fuerit) corroſivam & erodentem qualitatem obtineat, unde in linteamina, chirothecas & ſimilia ſtillando, illa erodit, imò ipſum ferrum aggreditur & conſumit, & ob ſui gravitatem præ aliis facilè fundum petit. Neceſſariò igitur fervor in collô, inflammatio œſophagi &, ſi non perforatio, ad minimum eſchara aut corroſio, ventriculi ardor, cardialgia & vomitus vehementes inſequuntur, utprimùm ejus quid deglutitur, cum debilitatione virium aliisque ſymptomatibus: cumprimis ſi abſque ſollicitudine, imò ex proæreſi hominem quendam enecandi, abſque diſcrimine & numeratione, non paucæ, ſed plures guttæ, contra voluntatem

tem & inſtantiam uxoris indies continuando, & ſi quid in tempore indicato deſit, eò copioſius & ſæpius propinetur, ita ut ad minimum ℥ij. concedantur: ſiquidem omnes modò dictæ circumſtantiæ in Defunctâ ſe truſerunt, hæcque inde malè ſe habuit, menſes interea experiendo, nullumque calorem febrilem ſentiendo. Ut taceamus maculas nigricantes in manu malaque ſiniſtra.

Quùm igitur deſuper quoque conſtet cauſas ejusmodi manifeſtas, tam activas, tam enormes, licet & error externus ſubſit, aut ex errore contigerint, vel ex ſimplicitate & ignorantiâ acciderint, nullô modô contemnendas & inſuper habendas, ſed omnium conſenſu, nedum Medicorum, meritò pro iis, quæ ſunt & operantur, cenſendas eſſe: hîc autem effectus cauſæ omninò adæquatus accurratè concurrat, nec debitum aliquod medicamentum tempeſtivè illis oppoſitum fuerit, nec, cùm Medico celata fuerint, opponi potuerint; hinc

(2) per conſequentiam demonſtrativè concludendum erit, quod ſub tantâ ventriculi, œſophagi, imò totius M. S. læſione humidum vitale & radicale ipſæque vires impoſſibiliter ſubſiſtere, conſervari & reſtitui, ipſa vita ſalva & incolumis ſervari potuerit; quemadmodum & conſumpta fuit, tabida vixit, ſicque mors neceſſariò inſequi debuit. Atteſtationis ergò Sigillum Facultatis noſtræ appreſſimus. Jenæ, 1702. die 24. Novembris.

Decanus, Senior & Profeſſores Facultatis Medicæ ibidem.

Judicium III. Dnn. Medicorum Zellenſium.

POſtquam Dicaſterium Principale noſtrum videtur de Actis, in cauſa criminali Joh. Frid. Mayeri hactenus ventilatis, & in ſpecie de tribus Reſponſis obtentis denuò requirat, hìc iteratâ vice declaramus, quòd ſalvâ conſcientiâ à judicio noſtrô, die 30. Junii 1702. lato deflectere & abire nequeamus. Quod autem tria Reſponſa Medica attinet, Rintelenſe ne quidem attendi meretur, cùm facti ſpecies eò transmiſſa Actis minus conformis, ſed omninò falſa ſit, adeoque non aliud, quàm ejusdem farinæ Reſponſum expectari potuit. Jenenſe ſuo ſtat talo. Ex Reſp. verò Regio-Hallenſium eluceſcit, quòd Author ejus peſſimum quidem Spiritus Vitrioli, in magnâ copiâ propinati, effectum concedat, operosè verò confirmare ſuſtineat ultimum die 28. Maji obſervatum affectum huncque inſequentem obitum non tam ab abuſu Spiritûs Vitrioli, quàm aliunde dependere, rationem addendo, quòd Defuncta per illud temporis intervallum, a quò uſum ſpiritus finierat (quod juxta Mayeri primam confeſſio[nem] die 29. April. accidit) usque ad 27. Ma[ji] nunquam non ſana vixerit, ſicque nulla h[ic] connexio cauſæ cum effectu appareat. Quo[d] ſi verò Acta paulò majori cum attentione i[n]ſpiciamus, oppidò apparet, quàm lubricu[m] hoc fundamentum ſit, & quod miſera poti[us] totô hoc tempore durante de continuo ca[pi]tis dolore, vomitu, articulorum doloribus, inſigni debilitate conqueſta & ſemper ma[gis] magisque extenuata fuerit. Hoc ex Actis r[...]vimus: Deo verò omniſcio profectò plura ſy[m]ptomata innotuerint. Imo quòd morbus [...] ſtatim ſub uſu ⊖. inceperit & continua[ve]rit, clariſſimè ex Inquiſiti depoſitione ad A[rt]. 45. apparet:

Vid. Acta Protocoll. num. 13. d. [...] Jan.

Annon doluerit & pœnitentiâ ductus f[ue]rit, quod Uxorem per ⊖. enec[are] voluerit?

℟. Imò, pœnituiſſe, ſed ſerò tunc ſe ſapu[iſſe]. Quodſi igitur ſtatus Uxoris ita ſe habuit, ut [nul]la amplius reconvaleſcentiæ ſpes ſuperfue[rit], ſatis morboſa certè fuerit, contra mentem [Fa]cultatis Regiæ. Item ibid. ad artic. 46.

Cur nullum Medicum adhibuerit?

℟. Quoniam à medicamentis abhorruit. [...]do, ſc. à Spiritu Vitrioli, ut idem Puella [...]a Maria die 7. Octobr. depoſuit, quod Co[n]ix eam ob cauſam ſpiritûs aſſumtionem rec[uſa]verit, quoniam mira res (*toll Zeug*) viſa [...]lierque inde ſummè debilitata fuerit. A[t]is verò Avia defunctæ die 21. Junii clarè ap[...]t, Nepotem ſuam conqueſtam fuiſſe, quòd [...]ritus ſuus nullum Medicum accerſere volu[eri]t, utut hoc ab eô petierit; & cui bono vocar[et]ur Medicus, cum vera mali cauſa, ſc. abuſus ⊖. celabatur? Penes Balthaſarem Tim[...]m à Guldenklee, Authorem fide digniſſim[um], in Caſibus Medicinal. lib. 7. caſ. 12. not[ab]ile exemplum legitur, quòd, cum Dn. de [...]nits aliquando juſto majorem Spir. Vitr. [...]in aſſumſiſſet, ſtatim vehementem faucium & [li]nguæ, poſtea etiam ventriculi & inteſtino[ru]m ardorem & roſionem perſenſerit, quem [pri]ma ſtatim abdominis tormina & inſigni [vi]rium debilitas ſequebantur: cumque hæc [Me]dico Perito extemplò aperirentur, hic qu[...]ue omnia, quæ excogitari poterant, eaque [præ]ſentanea remedia in- & externè adhibuiſſe[t] ut corroſionem præcaveret, æger quidem [...]vatus, & ut Author ait: reconvaleſcere qu[id]em viſus eſt, ſed nutante ſubinde per varia [sy]mptomata valetudine. Quodſi jam Vir hi[...]lenariò reconvaleſcere non potuit, qui [...]nel tantùm in Spir. Vitr. uſu erraverat, imò r[eme]dia quævis illi oppoſuerat, quid in noſtr[o c]aſu ſperare potuiſſemus? ubi ſedecies tantum [Spir.] Vitr. obtruſus fuit, & quidem ſine M[e]dici c[o]ul-

nſultatione & remediorum adhibitione. rbo: Mulierem piè defunctam tempore æſtionis malè ſe habuiſſe, noſtra quidem ſentia ex ſingulis Actis, in ſpecie autem ex Protollô die 22. Jun. hoc tempore ab art. 45. ad . haud obſcure apparet. Sign. Cellæ die 24. c. 1702.

H. C. Ebel, mpp. Archiater.
Otto Wilhelm Brüggmann,
Phyſ. Ord.

P. P.

Juſſui Veſtro ut ſatisfiat, non poſſum non referre, quòd ratione Actorum criminan Joh. Frid. Mayerum concernentium, præiteratâ illorum perluſtratione judicio Dn. chiatri Principalis Ebelii in omnibus ferè me nformem, niſi quòd ratione judicii Dnn. dicorum Hallenſium, utpote qui perhibent, od Spiritus Vitr. humores & ſanguinem tan coagulet & incraſſet, ratione naturæ ſuæ em illis ſe non commiſceat, hoc adhuc mo e volui, quod Experientia quotidiana in xi Medica illi è diametro contradicat & ret, cùm ſpiritus acidi & ſalini, cumprimis em Spiritus Vitrioli, in exceſſivâ doſi adhi s non tantùm chylo &c. ſe admiſceant, ſed & dem quoque corrumpant & ad nutriendum pus inhabiles reddant, ſiquidem & viſcera artes ſolidas corrodunt, ut quotidiana ex entia idem in ſubjectis ſcorbuticis docet, rum morbus è nimio alimentorum acido & ſalinorum uſu provenit. Spiritus Vitrio magnâ copiâ aſſumtus neque ſemper ſta & ſubitò, ſed ſæpius tardè & ſucceſſivè vim n funeſtam in corpus exercet, ſicut in Lue ereâ apparet, cujus cauſa materialis, ſedum Experientiſſimi Dn. D. Sylvii & alio Medicorum mentem, in acido latet. Nam Venerea præcipuè per contactum & cononem innocentem, absque cohabitatione urâ, ſpatio menſium & aliquando anni ini, antequam corpus perrumpat, latere ſt, ſicuti quotidiana Praxis teſtatur; ideo acidum & in ſpecie Spir. Vitr. immodicè ptum non ſtatim, ſed tractu temporis vim exſerere firmiter concludo. Ergò ſequi x præmiſſis, quòd judicium Dnn. Medico Hallenſium nihil ſtringere poſſit. Salvo ius ſentientium judicio.

V. V. Excell. Excell.

C*æ, die* 11. *Jan.* 1703.

Obſequioſiſſimus

R. Schott, mpp.

Quæcunque D. D. Ebel & D. D. Schott contra bina Reſponſa, Hallenſe ſc. & Rintelenſe demonſtrarunt, iis meritò calculum meum adjicio: ſiquidem ſpecies facti Rintelium transmiſſa ὀφθαλμοφανερῶς ab altera, quæ à fronte Actorum reperitur & cum Protocollis omninò concordat, differre videtur. Contra Reſponſum Hallenſe ſufficienter militat depoſitio illa, quòd ab eô tempore, quô Inquiſitus Spirit. Vitr. propinavit, ægra, etiam poſteaquam ab uſu ejus ceſſârat, ſemper macrior & miſerabilior evaſerit, ita quidem, ut juxta propriam Mariti confeſſionem Medicorum auxilium, tanquam ſerum nimis, fruſtraneum judicatum fuerit. Quoniam verò in Reſponſo hôc Academiæ Regiæ Fridericianæ putatur, neque indolem ipſius morbi, neque tempus Spiritui Vitrioli attribui poſſe, paucis oſtendam, quòd indicia ſufficientia in Actis repeeriantur, indeque deduci poſſint, quâ ratione ſpiritus hic corroſivus tam in partibus ſolidis, quàm fluidis in Defuncta hac effectum ſuum nocivum ediderit & reliquerit. Aliquoties ſc. in Protocollis v. g. num. 26. ad 36. Artic. die 20. Jun. depoſitum fuit, quâ ratione doſis aſſumta piè defunctæ ardorem in ſtomacho totque moleſtias excitârit, ut diutius etiam medicamentum hoc aſſumere detrectaverit. Unde concludendum, ſpiritum hunc mucum abraſiſſe, tunicam ventriculi nerveam aggreſſum fuiſſe, & per repetitam ſui aſſumtionem ventriculum tandem ita attenuâſſe, ſive alteraſſe, ut diſpoſitio aliqua ad inflammationem ventriculi atque colli relicta fuerit; quemadmodum & Londini obſervavi, quod Famulus Pharmacopœi ab oleo 🜍, quod naribus ejus affrictum fuerat, ardorem dolorificum ſtatim perpeſſus & abhinc macula quædam rubicunda, ad menſium aliquot decurſum inſenſibilis, relicta fuerit. Quamprimùm verò homo hic ſive vino ſive alio potu generoſiori, vel & motu vehementiori incaleſcebat, macula hæc magis atque magis erumpebat clariusque videri poterat, quoniam oleum hoc, ſive Spiritus Vitrioli concentratus in cute alterationem quandam, h. e. obſtructionem in vaſis capillaribus ſanguineis reliquerat, ut, quamprimum ſanguis vehementer commovebatur, eoque venæ tumeſcebant, uberius in partem illam ruere & eô in loco, ubi fibræ quodammodò læſæ vaſaque jamdum dilatata erant, ſanguis magis hærere videretur, quale quid in rubentibus à variolis foveis & cicatricibus recentioribus omnibus ſæpius occurrit. Simili ratione collum atque ventriculus, in quibus antehac ardor ſentiebatur, in fœmina hac diſpoſita fuerunt, quò poſtmodum ſanguis incraſſatus, qui diu ob frigus hyemale in hepatis lienisque cellulis alibique hæſerat, per calidiorem aëris temperiem menſe Majo commotus ruit: ſicque ſanguis hic craſſiuſculus & à

⊕. coagulatus, in partem, ubi obſtructio vaſorum ſanguineorum jam tum inceperat, vel rubedo excitata fuerat, majorem effectum edidit, partim quoniam fibrillæ nerveæ illîc quodammodò læſæ fuerunt tonumque ſuum amiſerunt, partim & quod partes ſanguinis craſſiores in vaſis illis, ubi obſtructio primùm incipiebat & ſanguis tardius circulabatur, in extremitatibus vaſorum, ultra tonum dilatatis, facilè hærere potuit. Ex eâdem causâ vomitus ſanguinis, propter vaſa ab expanſione & eroſione attenuata, acceſſit, ſicque mors ipſa pedetentim, ut in reſponſo noſtro die 30. Jun. 1702. ponebatur, tandem inſecuta eſt. Quod autem omnes ſpiritus acidi, etiam vinum, ipſum ſanguinem nigricantem & craſſiorem reddat, in ſanguie florido, ſimilibus acidis permixto, ad oculum apparet. Neque etiam in corporibus ſanis omnia acria & acida ſtatim per vaſa excretoria, ſine effectu remanente, cum ſero excernuntur, ſiquidem conſtat, quod à ſolo aceto corpora obeſa gerentes ſeu Epiploocomiſtæ omninò emarceſcant, quod ſymptoma quoque in hac muliere obſervatum fuit. Quin imò ſtatus præternaturalis & morboſus ſanguinis ab acido adeò conſiderabilis, ipſumque ſerum, ut in Pleuriticis, arthriticis &c. adeò gelatinoſum & craſſum redditur, ut non amplius circulari, multò minus per colatoria educi poſſit, ſed idem hinc inde plures obſtructiones inducit & ob acrimoniam conjunctam inſignes dolores cauſatur, qui ſatis ſuperque atteſtantur, quod ſalia remanſerint, nec in ſolidum omnia è corpore eliminata fuerint. Quemadmodum ergò omnes liquores conglaciati non corrumpuntur, quamdiu frigori ſunt expoſiti: Poſtmodum verò, ut primum colliqueſcunt, ſtatim immutantur: ita ſimili ratione partes ſanguinis à Spiritu ⊕. alteratæ & coagulatæ, tempore hyemis & veris gelido, non citius in motum deduci potuerunt, donec per calorem ſupervenientem ſucceſſivè tantum in vaſa regurgitârit, ut ex his partes debilitatæ loco ſanguinis laudabilis ſanguinem craſſiorem ſolæ retinuerint. Quantò non temporis intervallo fomes variolarum & morbillorum in corpore manet, qui tamen nihil aliud, quàm ſanguis aduſtus, & poſteà putreſcens eſt? Quamdiu enim omnia vaſa non in tantum dilatantur, ſingulique humores ita non colliquantur & moventur, ut ſanguis hic aduſtus ſimul reſolvatur, tamdiu venæ eundem quoque recipere nequeunt, ſicque particulæ ſanguinis præternaturales & morboſæ ad excretionem deduci non poſſunt. Non ergò ſemper continuò durans & immediatus contactus in partibus ſolidis à Spiritu Vitrioli, vel actus immanens requiritur, ſed, licet Reſponſo Facultatis Medicæ Regiæ indulgeam, quod ſpiritus ſub tantô temporis decurſu in ventriculo fuerit dilutus, nemo tamen inficias ibit, effectum Spiritus Vitrioli in glandulis & tunicâ ventriculi permane[...] potuiſſe: Neque damnum exiguum eſt, ſi pa[...] ſolida ita alteratur, ut abhinc humores inſp[...] ſatos vel craſſiores retineat, qui apertione[...] vaſorum, ſi non eroſorum, tamen detrit[...] rum & attenuatorum, tandem inflammati[...] nem & gangrænam cauſentur. Simile qu[...] in Cancro occurrit, ubi non raro, ſi ſang[...] ab acri ejus materiâ eſt infectus & glandula [...] fecta exſtirpata eſt, in alia tamen, quæ t[...] tillum extus læſa fuit, ſtatim aliquid loci [...] figit, inibique novam inflammationem & [...] ſtructionem parit: ut adeoque affectus in a[...] loco recrudeſcat, licet ipſum corpus per [...] quot ſeptimanas, imò ſæpè menſes, abſc[...] omni dolore & ſenſu moleſtiæ, & quoad [...] ternam faciem optimè conſtitutum videat[...]. Quod autem doſin Spiritus Vitrioli major[...] in nonnullis innocuum concernit, effectu[...] æquè & ardorem in ventriculo ac vehicul[...] parcum in noſtrô caſu ſimul conſiderem[...], oportet, quùm non omnes Naturæ & con[...] tutiones coincidant: Siquidem ex ſymptom[...] tibus in hac muliere ſufficienter eluceſcit, [...] ſin ſpiritûs, ipſi datam, nimis exceſſivam f[...] ſe. Quodſi etiam, juxta relata, intra 3. ſe[...] manas ℥ij. ſpiritûs propinatæ fuerint, nece[...] riò beatè Defuncta (quùm pauxillum ill[...], quod Regimen Principale in vitro mihi ob[...] lit, & in libra ℈j. 38. guttas continuerit) [...] dies 86. guttas aſſumſerit, oportet: quæ [...] ſis guttas xx. in Reſponſo Hallenſi poſitas l[...] gis paraſangis ſuperaret. Cellæ die 8. J[...] 1703.

J. G. Steigertl[...].

Reſponſum Facultatis Medicæ Giſſe[...] de lethali Spiritus vitrioli Abuſu.

PRæviâ requiſitione Ampliſſimæ Facult[...] Juridicæ hujus loci Nos Decanus, [...] ctores & Profeſſores Ordinarii Facultatis [...] dicæ Acta Criminalia, Johannem Fried[...] cum Meyerum Complicemque Cellenſes c[...] cernentia, omnes & ſinguli debitâ cum ſe[...] litate perlegimus, & juxta omnes circumſ[...] tias illîc obſervandas ponderavimus, adeo[...] ad quæſtionem Nobis propoſitam:

> Qualis operatio uſui Spiritûs Vitrioli, [...] modô eâque quantitate, ut ambo [...] quiſiti confeſſi ſunt, exhibiti adſcrib[...] da, & an obitus mulieris eundem ne[...] ſariò inſecutus ſit?

Principiis Artis & Fundamentis Phyſico-[...] chanicis conſentaneum eſſe cenſemus: qu[...], licet allegatus Spiritus Vitrioli, dummodò [...] nè præparatus, antea etiam edulcoratus ſit [...] paucas guttas, aliquoties, in anorexiâ & febr[...] ardentibus, in tutô ſimul & ſufficienti vehi[...] adhibi[...]

hibitus, minus nocivus, ſed potius ſalutaris
, eâque de causâ phlegma Vitrioli & cum eô
æparata Tinctura flor. bellidis, roſ. violarum
c. in morbis acutis totô die præſcribantur,
lgaris tamen & acerrimus Spiritus Vitrioli,
communiter à Laborantibus & Curſoribus
nditur, ob occultam realgaris infectionem;
xta *Helmontii*, *Conringii Ang. Salæ* alio-
mque experientiam, damnoſus & pericnlo-
s ſit, hincque ob corroſivitatem ſuam à Me-
cis rejiciatur;

Frid. Hoffmann. Clav. Schrœd. Lib. 3. *c.* 26. *p.* 359.
Thomas Bartholinus, Cent. 5. *Hiſt.* 53.
Sennert. Inſtit. Med. L. V. P. 3. *S.* 3. *c.* 5. *p.* 1357.

licet primâ fronte appetitum confortare be-
que conducere videatur, tandem tamen
ntriculo atque inteſtinis maximè incommo-
, haud ſecus ac oleum Vitrioli (quod nihil
ud, quàm Spiritus Vitrioli concentratus
) adeò quidem, ut plures (cum præſenti
ſtro Inquiſito) uſum ejus ſummè deplora-
int, teſtibus *Caſparô Hoffmannô lib. de Ther sHirsbergenſibus & Cratone in Conſil.* Vid.

Schenckius Lib. VII. Obſervat. de Vitriol. pag. 898.
Timæus à Güldenklee Lib. 7. *Caſ. XII.*

quidem, ut *Zacchias in Quæſtionibus dico-Legalibus Lib. VI. Tit. I. Q. II.* §.
hyſtericam quandam abuſu Spiritûs Vitrio-
patio 24. horarum interemtam eſſe memo-
. Quæ omnia eò facilius & citius accide-
ſolent, ſi in doſi enormiori, ad 10. & plu-
, easque minus accuratè numeratas, ſed
iter inſtillatas, guttas & quidem bis de die,
vehiculô adeò parco ſumitur, imò ita con-
uantur, ut, prout Inquiſitus hic adſtruit,
ra trium hebdomadum decurſum ad ℥ij.
quatuor lodones (ſi non plus) ejus ab-
npti fuerint: quâ ratione non tantùm par-
fluidas nimis incraſſare, ad circulationes
itas ineptas reddere, &, prout in Sectionibus
ruentis & infuſionibus Anatomicis ad ocu-
n in brutis contingit, omninò coagulare,
ulque aciditate ſuâ & acrimoniâ ita infi-
e valet, ut neque corpori debitum nutri-
ntum, neque ſolitas vires & ſpiritus vitales
peditare valeant: ſed & partes ſolidas vio
ter adoritur, ac ſicut evaporationes ejus
icam, quâ vitra muniuntur, penitus cor
lunt, fibras œſophagi, ſtomachi reliquo-
nque inteſtinorum nimis friabiles reddit,
de ſanguis, ita incraſſatus, per partes à tonô
dejectas amplius circulari nequit, ſed,
n illic immotus ſtagnat aut omninò extra-
atur, neceſſariò variæ inflammationes in-
que oriundi dolores, anxietates & ſimilia
pullulant, qualia in propoſitâ Nobis Facti
ecie abundè conſpiciuntur. Et licet ardor
ulâ, anxietas præcordiorum, vomitus, una
n debilitate virium & contabeſcentia non

Novell. Val.

ſtatim ita ſclarè & quaſi ὀφθαλμοφανερῶς poſt uſum ∽⊕, ſeu Spiritus Vitrioli, in Defuncta obſervata fuerint, ut paulò poſt, elapſô aliquô temporis ſpatio accidit: attamen conſtat, quod, ut venena nonnulla, pulvis v. g. ſucceſſionis (poudre de ſucceſſion) & miaſma canis rabidi per integros annos in corpore deliteſcere & malignitate ſua clanculùm prius ludere, quàm in effectum manifeſtum erumpere ſolent, ſimilia quoque medicamenta nociva diu in ſanguine clam & minus evidenter operari poſſint, antequam ſe omninò extricent & operationem ſuam malignam ob oculos ponant.

Quoniam igitur tam exceſſivum & enormem Spiritûs Vitrioli abuſum in Defunctâ Inquiſiti Conjuge ſtatim primâ fronte cephalalgia atque contabeſcentia, abhinc autem ſymptomata hactenus enarrata, ſcilicet ardor gulæ, cardialgia, vomitus, hæmoptyſis & ſimilia reapſe inſecuta ſunt, dum acrimoniâ ſpiritûs hujus ſanguis & ſerum nutritivum adeò infecta fuêrunt, ut is non amplius commodè circulari potuerit, ſicque corpus debilitatum fuerit: hoc autem nullum amplius nutrimentum ſuppeditare valuerit: ſimul quoque & præcipuè Medico, tam ſerò vocato, vera mali cauſa celata, nullaque convenientia remedia applicata fuêre; hinc vix ac ne vix quidem aliter judicare poſſumus, quàm mortem Mulieris neceſſariò inde ſecutam fuiſſe. Atteſtante ſigillô Noſtrô ordinariô. Signatum *Giſſæ die* 4. *Octobr. A.* 1703.

Juſtus Fridericus Dillenius, D.
Michael Bernhard Valentini, D. p. t. Decanus.

Epiſtola Dn. D. Georgii Wolfgangi Wedelii deſuper Caſu præcedente.

Vir Nobiliſſime, Ampliſſime & Excellentiſſime, Domine Fautor & Amice colendiſſime.

VT gratiſſimas Tuas iter ſuſcipiens accepi, & cum miſſis una, imptimis Novellis eruditiſſimis, in itinere legi, ita ſimili remorâ unâ alterâque huc usque dilatum fuit reſponſum, quod ne ægrè feras, rogo. Vidi exin hominum animos diverſos, unicè æſtimans Tuum ſincerum candorem, quod Ipſe ſimilia fata expertus fueris, ab ingratis oriunda, ac ego.

Communia etiam video veſtra cum noſtris, circa caſum de Spiritu Vitrioli, mortis inferendæ ergò propinato invitæ conjugi. Philoſophi id vocant ſenſum dimittere, quando neglecto quod ante oculos eſt, ad alia divertimur. Mirari non ſatis poſſum, effectum cauſæ congenerem quosdam non agnoſcere, & ideò alios cavillari, qui ex hoc medio termino demonſtrativo intulêre, quod conſequi oportuit, & actu conſecutum eſt.

Quid multa? Præſtat hæc negligere, meâ quidem opinione, & ſibi relinquere, qui ſoli ſibi ſapere videntur, ipſa vis veritatis & bonæ conſcientiæ victrix erit. Mittam his nundinis de lithotomia ſchediaſma, tanquam levidenſe ἀντίδωρον, Francofurtum, per D. D. Peters, volente DEO. Servet Te DEUS O. M. quam diutiſſimè & me porrò amare non deſine! Dab. raptim Jenæ 1704. d. 21. Decembr.

Celeberrimi T. Nom.

Cultor ſincerus

G. W. Wedelius. mpp.

Ejusdem Epiſtola II.

Vir, Nobiliſſime, Experientiſſime & Excellentiſſime, DN. Fautor & Amice Colendiſſime.

INſigniter doleo meas, vere ſuperiore miſſas, intercidiſſe; unde remitto ſchediasmata pauca de Ipecacuanha, Cubebis & Amauroſi, una cum tribus vel quatuor programmatibus, gtatias unà agens pro transmiſſis Tuis gratiſſimis. Cæterum, quæ ante annum ad me ſcribere dignatus es, de veſtræ & noſtræ Facultati illatis injuriis, fateor, me tunc temporis non ſatis intellexiſſe, ſiquidem mihi non conſtabat; niſi de tractatione tali inimicâ in Collegio privatô factâ. Poſt verò quàm æſtate elapsâ innotuit nobis idem factum eſſe diſſertatione publicâ de purgantibus ſelectis, Facultas noſtra (1) judicium expetiit à gratioſâ Facultate Wittenbergenſi & Lipſienſi de reſponſo noſtro, ad Acta Publica, ab Illuſtriſſimo Regimine Cellenſi ad Nos miſſa. (2) Idem expetiit ab Illuſtri JCtorum Lipſienſium Ordine. (3) Singula hæc ſcripta & omnia ad Potentiſſimum Regem Boruſſiæ & Sereniſſimum Ducem Saxo-Cizenſem (ſub cujus ditione eſt Reſpondens) denunciando humilimè trans miſimus. Hæc breviter. Servet Te DEUS! Dab. Jenæ. Raptim d. 8. Jan. 1706.

Celeb. Tui Nominis

paratiſſimus Cultor,

Georg Wolfgang Wedelius.

D. Mich. Bernhardi Valentini Reſponſoriæ, ad Dn. D. Georgium Wolfg. Wedelium.

Vir Illuſtris & Magnifice.

PRo transmiſsâ nuper *diſputatione de Ipecacuanhâ* reliquisque munuſculis chartaceis E. T. gratias ago habeoque maximas, operam daturus, ut gratitudinem m am ſi libus propediem ſpeciminibus explicare leam. Non minus E. T. obſtrictus ſum, qu tunc ſimul me certiorem reddere dignata quibus adminiculis contra iniquam *Diſp Hallenſis de Purgantibus ſelectis* cenſura uſa ſit ampliſſima Facultas Medica Jenen Non poſſum autem Te celare, quòd Præ diſputationis prolixam haud ita pridem *A logiam*, una cum *Judicio Collegii Med Berolinenſis*, in favorem Ejus concepto, h ad Amicum ſuum transmiſerit, in quâ de vô non tantùm Veſtram, ſed & Noſtram mul Facultatem acerbis ſatis verbis tractavit meam in ſpecie tenuitatem effictis planè n ratis laceſſivit, quando D. Valentinum Re ſponſum SUUM, Hallenſibus contrarium Typis publicis exſcripſiſſe adſtruit. Falſ enim eſt Reſponſum Giſſenſe Typis tunc preſſum fuiſſe, aliâ fors occaſione imprim dum. Falſum Reſponſum illud eſſe meu cùm per vota majora (quæ usquedum ad m nus habeo) ſit formatum & à Collega me Dn. D. Dillenio, ſubſcriptum. Forte ex terius cujusdam me Geniô hîc judicat Aut qui aliquot abhinc annis inſciô Collegâ (ctum hoc propriâ manu abhorrente) To Facultatis NN. nomine, additô etiam ſigi publicô, in causâ ſalutem Academiæ bonu que publicum concernente, ſimile Reſponſ huc miſit, ſicque fidem Collegii publicam privatam commutavit.

Ipſius cauſæ merita rerumque momen quod concernit, ea partim in innoxiâ Spiri Vitrioli qualitate, partim in agendi modo ra cantur. Illîc exemplum exemplo, experimen experimento, autoritatem autoritati oppoſ mus in Reſponſo Facultatis Noſtræ, quæ ferè tacta relinquit Autor Apologiæ. Heîc impoſſi le eſſe credit, Spiritum Vitrioli corroſivitat ſuam nonniſi poſt aliquot aut plurium ſe manarum decurſum exeruiſſe. Verba ita nant: *Wie wolte aber einvernünfftiger* Medicus concipi*ren können, auf was Ar die* corroſivi*tät des* 🜖 *ſich ſo lange auf halten könne, daß erſtlich nach* 5. *oder* 8 *Wochen* unô impetu in his vel illis partib *ſie ſich* exerire, *welches* contra omnem me chanicam & experientiam ſenſualem *läufft.* Aſt ſi Philoſophum Experimentalem & M chanicum agere, nec ſenſus negare velit A tor, conſideret verba Apologiæ proximè p cedentia, ubi ſponte ſuâ fatetur, Spiritum V trioli intus aſſumtum primùm in pituita agere, antequam tunicam ventriculi agg diatur. Quod ſi jam Defuncta talem pituitæ burram in ventriculo continuit, ut fluor alb (quem tantoperè urget) adſtruere poſſet, ann efficacia ejus tantiſper obtundi & corroſivi ejus occultari potuit, donec repetitis doſibus ciſa & abſterſa pituita virulentiæ ejus locum c derit? Hoc ſanè neutiquam contra mechanica & ſe

enſualem experientiam eſſe, notabilis & rimè huc conducens Inclyti *Meibomii* obſatio oſtendit, quæ in *Diſput.* Inaugurali Behrens, *De Leniorum Medicamentorum imio Uſu*, Helmſtadii Anno 1692. habita, . VII. ita ſe habet: Nam & in eodem hoine ratione victûs & collectæ pituitæ in entriculo & inteſtinis contingit, ut perfere medicamenta poſſit, quæ aliâs non potuit, uæque dein, ſublatâ beneficio medicamenorum pituitâ, non poteſt. Quam rem imrimis illuſtrat exemplum, à Clar. Dn. Præde mihi narratum, Juvenis, quicùm à Meico appetitûs excitandi cauſa ſpiritum ſalis r integram hebdomadam uſurpaſſet, nullô ocumentô & dein matutinis horis vomitoum ab Empirico accepiſſet, circa veſperam rò ejusdem conſilio ſpiritûs ſalis conſuem doſin aſſumſiſſet, in horrendos ventrili cruciatus, totâ nocte vix ſopiendos indit, non aliâ ſine dubiô de causâ, quàm od ventriculus à vomitoriô recenter deter , acrem ſatis ſpiritum, nullâ anteà noxâ umtum, pati non poſſet, & ab illô graviter eretur. Quin eandem quoque Mechaniin ventriculo infantum, lacte pappisque inuè ferè pleno, obſervare licet, cujus inpuſiones majorem (ad conſiſtentis ætaroportionem) purgantium & emeticodoſin ferre poſſe *Ludovicus* in *Pharm. . Sec. appl. pag.* 192. *Edit. prioris* ad& experientia confirmat. Aliâs autem iculum à ∽. ⊖. corroſum fuiſſe omnesunicas penetraſſe, ſuâ æquè ac aliorum ientiâ teſtatur Celeberr. *Schelhamerus in e* ☽ *pag.* 108. Plura eaque ſolidiſſima i, Vir Celeberrime, Refutatione mihi pro, quam ſi cum Reſponſis Wittenberum & Lipſienſium, futuris nundinis aualibus, mecum communicare non deveris, erit de quô valdè mihi gratulabor. interim, & quod facis, amare perge eum, profitetur

Cel. Nom. Tui

Cultorem perp.

Valentini.

eorgii Wolfg. Wedelii Epiſtola III.

. P.

On dubito, ultimas meas per Francofurum miſſas, ad Te fuiſſe rectè perlatas. ccaſione mitto ſchediaſmata recentius à bita, de phimoſi, lithotomia, angina, eria, vomitoriis, theriaca cœleſti. Adſce Bielkius Exercit. Medico-Philol. riæ II. Decadem I. Quis exitus fuerit Celrægœdiæ, ex Novellis nuperis hauſeris, ex quibus efficitur, agnitum fuiſſe à Sacerdotibus juſtitiæ veritatem, & voluiſſe maritum cum ancillâ conjugem morti dare, & per Spiritum Vitrioli continuatum hoc effici potuiſſe. Proximè de Ipecacuanha Diſſert. prelum ſubibit, ubi Tui Celeberr. Nominis honorifica fiet mentio. Servet Te DEUS! Dab. raptim Jenæ 1705. die 22. Mart.

Nobiliſſ. T. Excell.

paratiſſ. C.

G. W. Wedelius.

CASUS XXX.

DE MERITIS CHIRURGI CASTRENSIS PRIMARII DIJUDICANDIS.

RESCRIPTUM PRINCIPIS.

Nos DEI Gratiâ, ERNESTUS LUDOVICUS, Haſſiæ Landgravius, Princeps Hersfeldiæ, Comes in Cattimeliboco, Decia, Zigenhaina, Nidda, Schaumburgo, Yſenburgo & Budinga.

E*Ruditiſſime & Dilecte Fidelis!* Obſequentiſſimè Nobis referri acquievimus, quid non tantùm Facultas Noſtra Medica Giſſena de Examinatione Ludovici Henrici Nicolai Riegleri, qui clementiſſimam Officii Chirurgi Caſtrenſis Primarii (*Regiments-Feld-Scherers-Stell*) ſub Dilecti noſtri Principis Filii 2. Chiliade collationem ſubjectiſſimè ſollicitat, obſequioſiſſimè retulerit, ſed & quid ad Conſiliarium noſtrum Intimum & Cancellarium de Schrœdern à Te privatim transſcriptum fuerit. Quandoquidem verò dictæ Facultatis Medicæ Relatio, cumprimis autem à Te ſimul ſubſcriptum & Rieglero ſub ſigillo Facultatis impertitum atteſtatum cum tuis communicatis non omnino concordant; hinc Clementiſſimè jubemus hiſce, ut quâ ratione omnia conciliari debeant, & an in omnem eventum Rieglerus ad Chirurgi Caſtrenſis Primarii officium aptus natus ſit, ſubjectiſſimè nobis referas. Ita fore ſperamus, Tibique Gratioſè favemus. Darmſtadii die 8. Maji 1702.

E. Ludwig. mpp.

Reſponſum Michaëlis Bernhardi Valentini, PP. de inhabilitate Chirurgi ad Chirurgi Primarii Caſtrenſis officium.

SERENISSIME PRINCEPS,

Princeps ac Domine Clementiſſime.

QUandoquidem Sereniſſima Veſtra Celſitudo in Reſcripto Gratioſiſſimô de dato Darmſtadt die 8. Maji 1702. mihi clementiſſimè impoſuerit, ut, qua ratione privatam meam relationem de Chirurgo Caſtrenſi Rieglero cum ſubſcriptione teſtimonii conciliare velim, & an in omnem eventum dictus Rieglerus ad officium Chirurgi Caſtrenſis Primarii aptus & habilis ſit, ſubjectiſſimè referre debeam; hinc humilimâ cum reverentiâ totum negotium, juxta ſcientiam & conſcientiam, enarrabo.

Quamprimùm ſc. Sereniſſima Veſtra Celſitudo Facultati Medicæ hujus loci Clem. demandaverit, ut Examen cum dicto Rieglero inſtitueret, aliquoties ad me ſe contulit, rogigitans, ut in Anatomicis ipſi parceremus, cùm ipſemet fateri cogatur ſe in Anatomicis minus verſatum eſſe: quemadmodum & Centurionem Vogtlanderum quoque eum in finem ad D. Dillenium ablegaverat.

Cùm ergò die ipſi præfixo Examinis initium facerem ſimulque remonſtraſſem, quòd hoc in loco quidem non omnia minutiſſima ex Anatomicis à Chirurgis requiramus, in totum verò ab illis abſtrahere non liceat, cùm Pariſiis non ſine admiratione viderim, quàm ſolidè Chirurgi, etiam juniores, de rebus Anatomicis judicare poſſint, & hîc quoque in omnibus Examinibus Chirurgorum in Anatomica prius inquiri ſoleat, deſuper etiam in Chirurgô Caſtrenſi Primariô ſeu ut vulgo, Chiliadis Chirurgo, ſæpiſſimè poſt hujus aut illius occiſionem referre teneatur, per quas partes, vaſa & muſculos, vulnus penetraverit, imò in caſibus difficilioribus, cæteris, quibus imperat, Chirurgis caſtrenſibus conſilio & informatione ſua ſuccurrere teneatur: Adhæc caput qſ. lapis offenſionis ſit, quod plurimos ictus exciperet, quæſivi ex eô, quales in facie muſculi ſint & quomodo vocentur? quot tunicæ, quot humores in oculis occurrant? ubi inteſtina tenuia ſitum ſuum habeant? quot vertebræ in dorſo ſint? ad quæ omnia conſtanter reſpondit, quòd hæc talia nunquam didicerit, licet tantùm nomina Germanica ab eô deſideraverimus. Similia quoque reponebat, quando miſſis Anatomicis Operationes Chirurgicas graviores, depoſitionem cataractæ, lithotomiam, herniotomiam, ſectionem cancri & ſimilia ab eô requirebam.

Poſtquam abhinc Collega meus D. Dillenius paucis quoque eum exercuerat, bini Chirurgi Ordinarii quoque in arenam cum e[o] deſcendebant, & pro more illis ſolito operatio[n]es communiores, cumprimis autem vulne[rum] variorum, cæſim aut punctim illatorum deligationes examinabant, quibus ſic ſatis r[e]ſpondere valebat; ubi alter Chirurgorum (u[t] Candidatum noſtrum etiam in Anatomiæ ſc[i]entiâ legitimaret) ex Rieglero quærebat, quô latere hepar, & in quô lien contineatu[r] & quoniam id, ut omnes laniones, neſci[re] non poterat, exiſtimabat ipſi bonô conſcient[iæ] teſtimonium aliquod indulgeri poſſe, quod [ſi]tum viſcerum etiam cognoverit.

Finitô examine Rieglerus teſtimonium [...] flagitabat, in quo ipſi concedendo Nos diffi[ci]les præbebamus, cùm Sereniſſima Veſtra C[el]ſitudo nihil aliud nobis in mandatis dede[rit], quàm ut ſubjectiſſimè relationem noſtram [...] profectibus Ejus remitteremus: quam [...] cauſam abſque ſolutione præmii ordinarii [...] ſubducebat. Interim alter Chirurgorum, R[u]prechtus nomine, ſe pro eô interponeb[at], rogando, ut ipſi favorabile quoddam teſtim[o]nium indulgeremus, cum utcunque demi[...] res ſe truſerit, officium, quod peteret, ce[r]tamen certius obtenturus ſit: addens ſe [...] eô ſponſurum eſſe, quod ultra ſolitam re[mu]nerationem amplius quid præſtiturus ſit: [...] me ab omni corruptione alienum eſſe re[...] nens, omnia ſecundum conſcientiam refer[en]da eſſe, & ſi per majora teſtimonium aliq[uo]d illi concedendum eſſet, ad minimum form[ul]a conſueta de ſcientia Anatomica omittend[a] ſe dixi, quæ ipſe etiam in Relatione Facul[tat]is Medicæ delevi.

Quoniam ergo D. Dillenius p. t. Fa[cult]. Medicæ Decanus verebatur, ne ſupremum [...]cumtenentem NN. nimium irritaremu[s] [ſi] omne teſtimonium Chirurgo huic deneg[are]mus, in eô quoque ab initio Anatomiæ [nu]llam mentionem fecerat, tandem & ego [...] ſcripſi, poſtquàm loco verborum: *Der [vor]nehmſten* Operationum (quæ inibi lege[ba]ntur) *die gewöhnlichſte* poſueram.

Brevi poſt Chirurgi Riegleri conjux m[e ac]cedit, ejulâ voce conquerens, quod co[...] ſuo teſtimonium in conſuetâ formulâ in[ſer]tire recuſemus, & quoniam ſupradictu[s] D. Dillenium adhuc perſuaſerat, ut Anat[om]iæ quoque aliquam adhuc mentionem fec[er]it, quòd ſcilicet ſitum viſcerum internorum [...] perſpectum haberet, tandem crebris ejus [ſol]licitationibus quoque locum dedi, poſt[qu]am verbum: *Der gröſſeren* viſcerum addid[i]m, cùm ad minimum adhuc ſciret, in quo [l]ere hepar, aut lien ſita eſſent.

Ut[er]gò

Ut ergò ab intempeſtivis ulterioribusque ſollicitationibus liberarer, ad Teſtimonium per... eno inſcriptum quoque nomen meum ...nmodavi, ita tamen, ut expreſſè adderim: ...eſtor Ἕνεκα τῆς χειρουργίας, ſeu quantum ...irurgiam attinet, quæ verba in copiâ Sere... V. Celſitudini tranſmiſſa Secretarius Sei..., ut audio, prorſus omiſit.

Quoniam E. hiſce Anatomiam prorſus ex...i, hinc exiſtimò relationem meam privatam ...n ſubſcriptione Teſtimonii quàm optimè ...ciliari poſſe, cumprimis dum in relatione ...ultatis Medicæ æquè ac ipſo Teſtimoniô ...um enchireſium communiorum memini ...s, & quoniam Chirurgus Caſtrenſis Prima... non tantum has, ſed & difficiliores noſſe, ...natomicis verò non ſuperficiariam & ma...m tantùm ſapientem, ſed accuratiſſimam ...tiam & cognitionem omnium vaſorum ...umque partium C. H. habere debet: Hîc ...lerus è contra, juxta propriam confeſſio... harum rerum prorſus ignarus eſt; hinc ... ex parte non video, qua ratione ad of...m Chirurgi Chiliadis primarii habilis & ...eus ſit, dum vel infimæ notæ Chirurgi ...xaminibus ſuis nobis magis ſatisfecerunt.

Quod juſſu Seren. Veſtr. Celſ. humilimè ...re volui.

V. S. C.

Subditus Devotiſſimus

M. B. Valentini, D.

CASUS XXXI.

DE

...RCUMFORANEO & OPE...ATORE AD HONORES DOCTORALES NON ADMITTENDO.

...ræ Med. Goerlicenſium, ad Facult. Med. Giſſenſem.

VIRI

No...liſſimi, Ampliſſimi, Excellentiſſimi, Ex...rientiſſimi, Dn. Decane, Dn. Dn. Pro...ſores P. Spectatiſſimi, Patroni & Fautores Honoratiſſimi.

Salutamus veſtras Excellentias officioſè, & Supremum Numen votis flagitamus, ut Vos Viros Nobiliſſimos, in apice Illuſtris A...i Medici conſtitutos, donô Medendi exornare, ut poſſitis verbo & opere diſcendi cupidos informare & docere, affatim ſanare ægrotantes, dignos honorum titulis dignari, injuſtè contradicentibus contraire, indignos ab impetratione honorum arcere & rejicere. Optimè noſtis, quam benè *Hippocrates* Cous dixerit: Multos Medicos habitu quidem inveniri, paucos autem admodùm in rei veritate tales exiſtentes. Quod ſi verum hoc eſt, uti veriſſimum, *Hippocratem* ſuo tempore juſtam in hæc verba erumpendi cauſam habuiſſe: O quod ſi jam viveret in hac mundi ſenecta, quoties hæc ſua verba ingeminaturus eſſet! Fata Medicinæ deploraturus, ſeculi vitia deteſtaturus, imò inſuper exclamaturus: Ignorantiam eſſe malum theſaurum. Et ne videamur Nobiliſſimæ Medicinæ querelam, ſuper pluralitatem afflictionum ſuarum, apud Antiquos ſolùm quærere voluiſſe, audiamus *Helmontium* de fato Medicinæ conquerentem, dum infert hiſce verbis: Quod multi mederi velint, non ad hoc inſtructi, ſed naturâ prompti quidlibet audentes, quæ aliis profuiſſe audierunt, ſine cauſarum cognitione ægris propinantes, eosque in diſcrimen vitæ præcipitantes. A quô non multum abludit Medicus Danus, Anatomicus Oculatiſſimus, *Bartholinus*, inquiens: Innoxiè quemvis velle Medicinam profiteri, & divinam Artem contemtui in vulgus proſtituere. Aſt inquiat quis, quorſum hæc? Ignoſcite Viri Nobiliſſimi, Dn. Decane & Dnn. Profeſſores P. Non poſſumus diutius celare, adeoque velitis permittere, ut cogitationes noſtras hîc aperiamus, conſilium veſtrum petamus & auxilium imploremus. Laudatiſſimæ hujus urbis Incola quidam eſt, Georgius Fridericus Krauſe, non ex numerô Chirurgorum, quippe qui Chirurgorum nunquam diſcipulus factus, nec eorum diſciplinam unquam expertus, nec eorum privilegia ſibi applicare, auſus eſt ante annos aliquot Chirurgos incolas turbare, quod eſt, auſus eſt Praxin Chirurgicam exercere, qui unâ atque alterâ vice coram Ampliſſimô Senatu accuſatus & delatus, noluit à propoſito ſuo deſiſtere, imò interrogatus, quis ipſi poteſtatem exercendi Chirurgiam dederit & contulerit? noluit tamen à Praxi ſuâ deſiſtere, confitens ſe exercere CHIRURGIAM MAGNAM, quæ tamen magna non eſt, utpote quæ admodum reſtricta, juxta teſtimonium ſui Præceptoris Circumforanei, *daß er ſolle Stein-Bruch und Haaſen-Scharten ſchneiden*, verbo: dictus Krauſe eſt Circumforaneus, à Præceptore ſuo ad hoc inſtructus & ad juſtam Chirurgorum accuſationem tandem deciſio facta eſt ab Ampliſſimô Senatu, illum debere extra tempus nundinarum ab Operationibus Chirurgicis abſtinere, ſub pœnâ x. thalerorum, ſive Imperialium. Iterum exclamamus: Quorſum hæc? quomodo hæc ad Promotos nos Doctores ipſos Medicos? Reſpondemus, fama eſt, & dubio procul non inanis,

anis, aut vaniloqua, dictum Krauſe, cùm videat ſe vix ac ne vix quidem Chirurgis in antedictâ pugnâ & luctâ diſputatoriâ victoriam præripere poſſe, incertum quo ſuggeſtore altiora velle petere & hoc fine jam Illuſtrem veſtram Academiam acceſſiſſe, intenrione tali, ut veſtro teſtimoniô de ſuis fundamentis Medicis & Chirurgicis inſtructus, neſcimus in quâ Academiâ honorem Doctoralem petere & impetrare poſſit. Ignoſcite Viri Excellentiſſimi, fatemur ipſi, cui credendum ſit, nos ipſos ambigere, an dicteriis vulgi fallacibus de hac re, an dicti Krauſe malè ſanæ audaciæ, quod ipſe hujus ſtimulo excitatus adſpiraturus ſit ad ſumendam Honoris dignitatem Doctoralem. Nihilominus in tempore venire debuimus, quòd opportunum eſſe judicamus, Veſtris Excellentiis ſignificare & referre, quòd ille Krauſe Circumforaneus ſit, omnis doctrinæ expers & literaturæ omnis ignorantiſſimus, unam atque alteram operationem Chirurgicam ſibi exercendam ſumſerit, cum dedecore ſuo & damnô ægrotantium in ſe confidentium talia fecerit, inſuper hiſtrio, mimus & funambulus fuerit & hæc exercitia publicè fecerit, ſub dictamine ſui Præceptoris Circumforanei Eiſenbarth dicti. Rogamus itaque, quod ſi ille Krauſe talia ſua elogia & proprietates reticuerit, ſe ſuaque multum commendaverit, ne Excellentiæ Veſtræ velint credere, nec auſibus ejus ullô modô velificari, quod confidimus affore fieri, freti veſtro glorioſo ſtudio dignos evehendi ad ſubſellia Honorum, indignos arcendi & impediendi, ne Artium Nobiliſſimæ, Medicinam volumus, dedecus quoddam, aut ignominia immineat, nec Vobis ipſis, nec nobis de hac re notitiam afferentibus. Ignoſcite Viri Nobiliſſimi, ſcimus Vos Privilegia Honorum dignis conferre, cautelam tamen hanc noſtram, utut abundantem ne velitis improbare, nec nobis indignari. Quis enim eſt, qui hujus ſeculi multiformes technas ignoret? Et hisce Veſtras Excellentias DEO commendamus, qui Vos tueatur, ſoſpitet & ſervet, Ejus gratiæ iterum iterumque commendamus, qui ſumus

Veſtris Excellentiis

Gœrlitii, die 17. Febr. 1704.

deditiſſimi

Martinus Heer, *D.* Phyſ. Ord.
Joh. Jacob. Theisner, *D.*
Balthaſar. Dietrich, *D.*
Chriſtianus Schvveitzer, *D.*
Gottfried Wiedemann, *D.*
Julius Ernſt Scholtze von Schollenſtern, *D.*
Nathanael Heer, *D.*
Joh. Peter Pauli, *D.*
Joh. Caſpar Iſaac, *D.*

P. S.

Habetis Viri Excell. Reſponſum incluſ[um] Ampliſſimæ Facultatis Wittebergen[ſis,] quo dignata eſt nos talia juſtiſſimè de[fe]rentes, de illo dicto Krauſe, & ſperan[tes] V. E. non improbare poſſe noſtram in h[ac] re diligentiam & vigilantiam.

Reſponſum Facultatis Medicæ Wittebergenſis.

P. P.

QUæ de Circumforaneorum audaciâ [&] multorum Medicorum imperitiâ pe[r li]teras ad nos datas queſti eſtis, quòd in opp[ro]brium Medicinæ genuinis ſe miſceant filiis, Vobiscum nos querimur, & Artis Nobiliſſi[mæ] vicem dolemus, qui in eam curam ſempe[r in]cumbimus, ut dignitatem Ejus tueamur. [Gra]tulamur itaque Nobis de aſſenſu veſtro & [ſi]mile ſtudium laudamus, quod imperitum [vul]gus ab Arte noſtra ſecernere ſatagit, quo[d no]mine de Circumforaneô tali nos certiores [red]ditis. Venit quoque ad Nos *Georgius F[ri]dericus Krauſe*, & ut in numerum Civ[ium] reciperetur, petiit, atque ope Studioſi cu[juſ]dam impetravit. Poſtea ſe fidei Studioſi [cu]jusdam Medicinæ tradidit, qui rudimenta [La]tinæ Linguæ ipſum docet, & fortè etiam al[ia] Artis fundamenta ſubminiſtrat. Tantùm [ta]men abeſt, ut ſupremos honores à nobis [pe]tere audeat, ut ne quidem in numerum [Au]ditorum noſtrorum fuerit receptus, cùm [ta]men non unâ nocte, ut fungus, naſcatur [Me]dicus & plurimis indigeat ſubſidiis. Spera[mus] itaque fore, ut multa inveniat obſtacula & [la]borum pertæſus Academiam noſtram ſp[on]tè deſerat, atque ad antiqua caſtra, quæ ipſi [non] invidemus, transgrediatur. Nos enim [non] tantùm Latinæ Linguæ, ſed & Philoſo[phiæ] fundamenta in Auditoribus noſtris deſi[dera]mus, cùm præter hæc plurima & inexh[auſta] ſint, quæ in Arte noſtrâ ingenio hominis [ac]quirenda objiciuntur. DEUS verò Vos c[um] diutiſſimè ſervet, Veſtrisque benedicat [la]boribus, ut in Rei Medicæ incrementum ce[da]nt, & ægrorum valetudinem promoveant. *[W]itteberga die 7. Jan.* 1704.

Nob. Veſtris Nominibus

dediti

Decanus, *Senior & re[liqui] Profeſſores Medicinæ*

CAS[US]

CASUS XXXII.

DE

ᴀTICULIS CHIRURGORUM DIJUDICANDIS, EORUMQUE EXAMINE.

Articuli Chirurgorum Collegii.

Epetitis Statutis Sereniſſimi quondam Principis & Dom. Dom. LUDOVICI, Haſ- Landgravii, Principis Hersfeldiæ, Comitis attimelibocô, Deciâ, Zigenhainâ, Niddâ, umburgô, Iſenburgô & Budingâ &c. Ma- noſtri Principalis in DEO quieſcentis Dile- imi, piæ memoriæ, anno 1670. publica. quibus in Principatu & eò pertinentibus iniis Domini Filii Noſtri & Principis Hære- ii, Domini ERNESTI LUDOVICI, iæ Landgravii &c. &c. habitantes Medici, macopoei, Chirurgi & Obſtetrices obſtri- unt, cumprimis autem Tit. 3. De Chi- is & Barbitonſoribus &c. pro uberiore con- atione Articulorum tribunalium, à Chi- is Darmſtatinis & Giſſenſibus alibique in nibus noſtris viventibus obſervandorum, primò intimare, elucidare & Gratioſiſ- rigore mandare voluimus ſeq.

I. Nulli Chirurgo aut Barbitonſori Praxin cere, barbam ponere, ægrotos in curam recipere, aut pelves ſuſpendere liceat, rius teſtimonium aliquod, aut atteſtatum inii (*den Lehr - Brief*) producere & artem hanc à Chirurgis honeſtis hauſe- Exteris verſatus fuerit, & alia vitæ incul- argumenta in medium adferre poſſit, in- que ſtipulatus fuerit, quòd è loco noſtri ipatûs, ubi commoratur, absque dimiſ- aut valedictione, neutiquam receſſurus Secus qui fecerit, 10. florenorum mul- ſolvet, cujus pars dimidia Nobis, altera dietas Collegio debebitur.

II. Jubemus, ut Examen illud ab Archia- Auliatris & Phyſicis Provincialibus in ſe. ſtra Principali, Darmſtadio: in Superiori Principatu noſtro Haſſiaco à Profeſſoribus nis & juratis Chirurgis, ad minimum ab Medicô & binis Senioribus & juratis Chi s, hîc & reſpectivè Giſſæ inſtituatur, qui parte nihil aliud, quàm boni publici nodum & promotionem reſpicere, ſimul- llic obſervare debent, an talis Examinan nnos peregrinationis ſuæ ità locaverit, ut ii quid in Arte didicerit & expertus ſit, e tempora ſua nudâ circumvagatione & onſumſerit, petulantiæ magis quàm Arti rgicæ operam navârit, nunc verò non grorum detrimentô ſeriò reſipiſcere ſerò pere velit.

III. Quicunque jam in Examine hoc benè ſe geſſerit, & ſub juramentô Examinatorum nomine & officio Chirurgi vel Barbitonſoris dignus habitus fuerit, is ab Examinatoribus Teſtimonium fide dignum obtinere & ciſtæ tribunali (*der Innungs-Lade*) inſerere debet. Sine prævio hôc teſtimoniô, & antequam Medicorum noſtrorum & juratorum Chirurgorum viſitationi officinam ſuam requiſitis neceſſariis, ſcilicet inſtrumentis, ſtegnoticis, defenſivis unguentis & emplaſtris ad caſum neceſſitatis probè inſtructam ſubjecerit, nulli in Filii Noſtri Sereniſſ. ditionibus pelves publicè ſuſpendere, aut praxin exercere, vel aliâs officio Chirurgi aut Barbitonſoris defungi liceat.

IV. Examinatus Chirurgus abhinc coram Regimine noſtro Principali aut Præfectô ea, qua decet, obſervantiâ ſe ſiſtet, teſtimonium ſuum oſtendat, & ſimul ſtipulatâ manu promittat, ſe ſupra allegatam & typis expreſſam Conſtitutionem in omnibus obſervaturum eſſe. Quicunque verò in Examine hoc non ſatisfecerit, pro varietate circumſtantiarum, per 1. aut 2. annos repulſam feret, donec ſe habiliorem & perfectiorem reddiderit.

V. Aliâs verò nemo Chirurgus aut Barbitonſor conſtituatur, niſi docuerit, quod 3. Tyrocinii & 6. peregrinationis annos legitimè ſuperârit, ſeque, ut ante dictum, legitimaverit. Extra enim hunc caſum omnis Chirurgi æquè ac Barbitonſoris Praxis omnibus ſeriò & ſub pœna graviſſima interdicta ſit.

VI. Quodſi verò unus aut alter, qui jam ante in ditionibus noſtris habitavit, teſtimonia hæc tyrocinii & peregrinationis producere non valeat, nihilominus tamen praxin jam exercuerit, nec peregrinationem adhuc ſuſcipere voluerit, is vel illi Examini rigoroſo ſe ſubjiciant & prout videbitur, tolerari quidem poterunt, dummodò Regimini noſtro Principali aut Præfecto, loco Tyrocinii completi & peregrinationis mulctam quandam perſolverint: priusquam autem hoc factum fuerit, nec Tyrones alere, nec eosdem in famulos promovere audeant.

VII. Chirurgi Extranei, aut Balneatores neutiquam tolerentur. Quodſi verò unus aut alter amore & deſiderio ægrorum allectus in ditionibus noſtris Praxin affectaverit, obſtrictus erit, ut examini Medicorum noſtrorum juratorumque Chirurgorum ſe ſubjiciat, & pro legitimatione ſui non tantùm Conſtitutioni noſtræ inhæreat, ſed & certa nummorum ſumma jus tribunale redimat, cujus dimidium Nobis, dimidium Collegio erogetur.

VIII. Quodſi verò hic vel ille Chirurgus, aut Barbitonſor in ditionibus noſtris, de Conſiliô Medici alicujus, Chirurgum quendam Extraneum, in caſibus arduis, raris & periculoſis, in conſilium & ſubſidium vocare deſideret, hoc quidem permiſſum erit, non tamen absque prævia conſultatione noſtrorum Chirurgorum.

IX. Nullus Chirurgorum noſtrorum & Barbitonſorum alteri, ſivè in Civitate quâdam, ſivè in pagis in curam aut ligaturam involet, nec deligationem ſolvat, aut aperiat, vel aliam ſubſtituat, idque ſine præſcitu aut indultu prioris. Quodſi verò Medicus quidam, ob inſignem, quô æger affligitur, dolorem accerſatur, huic (ſcilicet Medico) integrum erit, aliquem ex juratis, aut Senioribus, ſimul tamen & priorem advocare, huic errorem ob oculos ponere, & ſi minus Suffenus aut idoneus videatur, alius ex Senioribus illi adjungatur: Medicus autem poteſtatem non habeat, alii, præter juratos, inſpectionem & deligationem concredere.

X. Prout unusquisq; ſuo officio & quod ſuum eſt, agere tenetur, ita Balneatores à Chirurgiâ, Barbitonſurâ, Venæſectione & ſimilibus, abſtineant omninò, niſi fortè quis Balneum ingrediatur & ſimul barbam ſibi radi deſideret, idque ſub certâ multâ, ad dimidietatem Nobis, & ad alteram dimidietatem Collegio ſolvenda. Quodſi verò unus aut alter extra civitates ruri habitet, & caſu neceſſitatis ſe trudente Chirurgus ſtatim obtineri non poſſit, Balneatori licitum erit, quantum poterit, auxilium ferre, obſervando, ut ſtatim eodem aut inſequenti die, ad minimum Caſus & ſtatus ægri Nobis, obligato Medico aut jurato cuidam Chirurgo indicetur, ut æger inſpiciatur, probè deligetur & minus negligatur.

XI. Quivis Chirurgus jurare debet, quod à curis internis, quia maximi ponderis ſunt, cumprimis à præſcriptione & propinatione purgantium & emmenagogorum aliorumque medicamentorum internorum, absque conſilio Medici, penitus abſtinere, nec V. S. in morbis acutis & febribus ardentibus petechialibus, ſub pœnâ graviſſimâ, aut pro conditione rei, ſub comminatione excluſionis, adhibere velit.

XII. Noſtris etiam Medicis & Chirurgis ſeriò injungimus, ut omnia duella, dimicationes & digladiationes, indeque ſecutas vulnerationes, quarum curationem ſuſcipiunt, ſive inter Nobiles, ſive Ignobiles ſe truſerint & quacunque ratione plagæ, aut vulnera ſe habuerint, ſtatim poſt primam obſervationem, aut deligationem Regimini noſtro Principali & Præfectis oretenus, cum omnibus circumſtantiis, indicent, neminemque illorum hominum, ſine prævia inſpectione Medici, aut jurati alicujus Chirurgi clanculum curandum ſuſcipiant.

XIII. Quicunque Chirurgus aut Barbitonſor, ſive in civitate, ſive ruri ægrum quendam curandum ſuſceperit, is pro virili, vel ſi vulnus ultra vires ejus & cum periculo conjunctum ſit, unà cum Medico Ordinario & Chirurgo jurato, ejusque loci Præfecto morbum legitimè explorare & ſub fide juramenti præſtiti periculum ejus nec majus, nec minus, quàm in ſe meretur, judicare, neque reſpectu quodam perſonarum inductus, affectibus abreptus, a[…] nummis corruptus elevare debet: ſecus p[…] inſpectionem accuratiorem inſtitutam & fra[…] dis detectionem mendax graviſſimâ mul[…] punietur.

XIV. Quammaximè autem ſub inſpectio[…] & ſectione cadaverum demortuorum Medic[…] & Chirurgus, vel, pro re nata, plures Chiru[…] jurati cautiſſimè & dextrè procedere debe[…] ne ſive Delinquens, ſive occiſi Parentes[…] conſanguinei habeant, de quô conquerant[…] quòd ſc. Chirurgus malum pejus reddiderit.

XV. Cadavera verò ejusmodi demortua[…] vulnera periculoſiora nullus Chirurgus aut B[…] bitonſor, absque requiſitione Regiminis no[…] Principalis, neque ſine Medici & Præfecto[…] præſentia, ſive inſpicere, ſive ſecare aude[…] idque ſub pœna graviſſima.

XVI. Similiter erga ægros ſe benignos &[…] viles exhibeant, rigore ſedato, absque r[…] utantur, multo minus ebrii quid ſuſcip[…] ſuſtineant.

XVII. Non minus ſub inſpectione vul[…] rum capitis aliarumque partim inſtrumentis[…] cautè, nec duriter partes attingendo, pro[…] dant, ſicque dolorem vulneratis augeant, […] majori periculo exponant, ſed omnem ca[…] lam adhibeant.

XVIII. Si quis fracturam brachii, aut cr[…] curare velit, ante ſolutionem primæ deliga[…] nis juratos advocet, ut viſitetur, & ſi opus, […] lius dirigatur, aliusque adhuc adjungatur.

XIX. Chirurgis & Barbitonſoribus m[…] interdictum erit delapſis ab alto, perfoſſis, […] alio quovis modô vehementer læſis Perſ[…] citò & ſine morâ ſuccurrere, de medicame[…] decoctis vulnerariis & ſimilibus illis propi[…] dis proſpicere, contra hæmorrhagias, me[…] ridem, gangrænam, ſanguinem extravaſa[…] & coagulatum pharmaca porrigere, ita ta[…] ut ſummâ cum cautela fiat, & certô modô i[…] cumſcribatur, ſi ſcilicet in caſibus ejusmo[…] riculoſis cum Medicis prius communicare[…] poſſint, adeoque omnia prudenter fiant.

XX. Licet de Medicis noſtris ſpere[…] quòd in Chirurgorum & Balneatorum art[…] volare non deſiderent, attamen illis in[…] ctum eſto, ne absque illis pro lubitu ſuo[…] nera, ulcera, tumores, luem Vener[…] ſcorbutum oris aliosque affectus externo[…] randos ſuſcipiant, ſetacea, veſicatoria &[…] ticulos excitent: Nec Pharmacopœis emp[…] & ſimilia diſpenſare & Medicaſtros agere li[…]

XXI. Econtra Chirurgi viciſſim & B[…] tonſores ſuis ſemper officiis, cum debit[…] ſpectu erga Medicos, fungantur, cogit[…] ſemper, ut, ſi ſub curâ illorum nova[…] d

ntia emergant, quæ ultra captum illorum ſe videantur, unius vel plurium Medicorum nſilium tempeſtivè expetant, nec donec orbus invaluerit, & omnem medelam elu- t, moras nectant, cumprimis in Apoſtema- bus & Pleuritide, Anginâ, Febribus ardenti- is, Dyſenteriâ, Ictero, Obſtructionibus men- ım & ſimilibus.

XXII. Suſpectis perſonis muliebribus Chi- rgi, quacunque etiam in parte ſit, venam ſe- re non audeant, niſi à Medico atteſtatum ad- rant, quod ejus conſilio fiat. Secus qui fe- rit, à Magiſtratu ſeveriſſimè punietur.

XXIII. Qui Leproſis ſcienter capillos reſe- t, aut V. S. adminiſtrat, mulctam pecunia- m exſolvet.

XXIV. Omnibus & ſingulis Laborantibus, ulo-Medicis, Pharmacopœis, Mulieribus, lneatoribus, Carnificibus, Circumforaneis, yrtis & ſimilibus hiſce denuò ſedulò inter- tum ſit, ſive internum, ſive externum affe- m curare, aut clam, vel palam pharmaca peditare, idque ſub pœnâ Delinquentibus uè ac ægris dictanda.

XXV. Nullus etiam Chirurgus aut Barbi ſor peregrinum Medicaſtrum horumque ulos hoſpitiô excipere, multo minus ad- icula quædam illis ſuppeditare debet, niſi cii & juris ſui jacturam pati velit, nec in grum reſtituetur, niſi de novô privilegia redemerit, & Nobis partem pecuniæ dimi- m, alteram verò partem Collegio perſol it.

XXVI. Similiter Chirurgi non audeant pe- iam, aut donum aliquod ab hominibus, cipando acceptare, ut affectus periculoſos rnos curent, aut contra ſcientiam & intel- um ſuum illis remedia quædam communi- ,(uti magno promiſſorum hiatu ſæpe obſer- r) ſicque miſeros, Agyrtarum inſtar, ære ngant.

XVII. Quod ſoſtrum & mercedem Chi- orum attinet, illorum intuitu ſæpius al- tæ Conſtitutioni Medicinali & quæ pro re ac prævià inſpectione, tum à Magiſtratu à Chirurgis inſtitutâ ordinabuntur, fide inhærebunt.

XVIII. Nemo etiam alium clam palamve emnat, injuriis afficiat, neque unus alte- ægros, famulos, aut pueros ſibi conci- & ad ſe attrahere ſuſtineat, ne quidem hoc prætextu, quod ab ægris alterius mu- quid acceperit, aut in ejus ære ſit, quod tiis ſuis demereri ſtuderet, idque ſub pœnâ iſſimâ.

Novell. Val.

XXIX. Similiter ad evitandam avaritiam, diſſenſionem, diſcordiam & hominum ingra- titudinem, nulli Chirurgorum conceſſum ſit alius ægrum ſcienter ſuſcipere aut curare, niſi prior Chirurgus ſoſtrum ſuum prius obtinue- rit, aut æger & Chirurgus de cauſa permuta- tionis hujus in Collegiô Chirurgorum cogno- ſci curaverint.

XXX. Quivis Chirurgus obſtrictus ſit, pro tolerabili, aut à juratis conſtituto ſoſtro, pau- peribus æquè ac divitibus ſuccurrere, ita qui- dem, ut in minori affectu pauperrimorum DEI T. O. M. remunerationem expectet: in malô verô majori, & ubi multa medicamenta requi- runtur, idem Magiſtratui indicetur & ſubſidium aliquod ex publicô petatur.

XXXI. Similiter quivis Chirurgus pro captu ſuo & viribus nocte dieque requiſitus promptè adeſſe, vulnera pro arte, absque ulla periculo- sâ dilatione, citò ad curationem deducere, ſi- mulque ab ebrietate abſtinere debet, quâ ægri ſæpe absque deligatione & auxilio, non ſine præſentaneô vitæ corporisque periculo, ut & ægri aut vulnerantis præjudiciô, negliguntur, aut vulnera pejora redduntur.

XXXII. Pro meliori confirmatione quoque Collegii Chirurgorum, ſequentes Articulos Authoritate noſtrâ Principali ſuſtinemus, cum- primis, ne ullus Magiſtrorum propriô auſu Tyronem quendam ſuſcipere audeat, ſed ut eundem prius Senioribus & Tribunis Darmſta- dii & Giſſæ (ubi tribus poſthâc fundari & con- ſervari debent) offert, & ut cum eo paciſci li- ceat, rogitet.

XXXIII. Nullus in Tyrocinium ſuſcipiatur, priusquam honeſtæ ſuæ proſapiæ, partûs legi- timi & vitæ inculpatæ teſtimonium fide dignum produxerit.

XXXIV. Quodſi ergò nullus hic defectus occurrat, prævià ſolutione debiti ordinarii, libro Tyrocinii (*dem Lehrbuch*) inſcribatur & poſt tres annos tyrocinii exantlatos, ſi benè ſe geſſerit & ad annos peregrinationis aptus vi- deatur, abſolvatur & legitimo Tyrocinii & ab- ſolutionis teſtimoniô inſtruatur.

XXXV. Quodſi jam Civis aut Indigenæ ali- cujus filius ad Artem Chirurgicam addiſcen- dam inclinet, per triennium, ut modò dictum, tyrocinio ſe ſubmittat, & Magiſtro pro infor- matione, victu atque lecto centum florenos, & quidem dimidiam partem anticipando, re- liquam verò ſub finem tyrocinii addendo, ſol- vat, cautionem ſimul de certâ ſolutione præ- ſtando. Ab Extraneô verò majus didactrum, præviô pacto, æquitati convenienti, expectari poteſt.

 XXXVI.

XXXVI. Tyro ſub acceptatione, ſive jam gratis, ſive pro didactro ſolito informandus ſit, in ciſtam tribunalem thalerum: & ſub abſolutione ſimiliter thalerum conferat.

XXXVII. Si inter Chirurgum & ægrum lis aliqua de ſoſtrô & mercede oriatur, resque ad juratos deferatur: querela æquè ac defenſio placidè audiatur, & in defectu amicæ compoſitionis ſtatuatur quod æquum & juſtum eſt.

XXXVIII. Similiter ſi Magiſtro cum Famulo ſuo lis aliqua intercedat, eadem, ni majoris momenti ſit, per Seniores & Tribunos, per amicam compoſitionem, ſi fieri poterit, ſedetur: Hâc verò deficiente & ſi quid importet, poſt legitimam inquiſitionem ventilationemque rei debitô modô puniri debet.

XXXIX. Quodſi verò inter Magiſtrum & Tyrones diſſidium aliquod oriatur, illud ſimiliter Tribuni, & ſi majoris ſit momenti, nec amicè componi potuerit, in præſentiâ Præfecti alicujus & viciniorum Collegarum dijudicari & pro re natâ puniri debet.

XL. Quovis anno ſemel, aut bis ad minimum, Chirurgi & Barbitonſores ruri habitantes, per literas à Tribuno ſcriptas, invitati Darmſtadii convenire & ſine prægnanti causâ vel excuſatione nullus eorum emanere debent.

XLI. In hoc autem Conventu Præfectus ſimul compareat & è Chirurgis ſub fide juramenti præſtiti quæratur, an & quæ cuilibet cognita ſint, quæ contra conſtitutionem Medicinalem & Articulos hoſce commiſſa, aut in Chirurgorum damnum vergere poſſunt: ubi ſimul reus citari, examinari & de eô cognoſci debet, quod decebit.

XLII. Quicunque aliquid reticuerit, quod poſt ſeſſionem illam in apricum venit, nobis æque ac Collegio mulctam ſolvet.

XLIII. In hoc conventu autem omnem humanitatem & modeſtiam, cumprimis autem temperantiam in cibo & potu obſervent & ab ebrietate, juramentis, objurgationibus, mendacii arguitionibus & ſimilibus abſtineant; ſed omnes potius diſcurſus & quaſi relationes amicâ communicatione, ad uberiorem experientiam & informationem ſui dirigant, quales hic aut ille caſus & curas ſub manibus habuerit & adhuc habeat, ſimulque à Medico conſilium, aut monita circa illa diſcurſive percipiant.

XLIV. Quisquis aliquid referre aut indicare voluerit, cum petitâ & obtentâ veniâ illud faciat, nec alius in alterius ſermones involet. Multò minus unus alium contemnere, deridere, aut contumeliis afficere debet, unde communiſſimè litigia & æmulationes oriuntur. Secus qui fecerit, Collegio, cum reſervatione ulterioris animadverſionis, mulctam quandam ſolvet.

XLV. Cui à Tribuno ſive nutu, ſive ve[rbis] ſilentium imponitur, modeſtè obtemper[et], nec, quoties id accidit, ægrè ferat, ſub mulct[â] Collegio ſtatim exſolvendæ, pœnâ.

XLVI. In tali conventu quoque omn[es] Tyronum inaugurationes & abſolutiones, qu[æ] non eodem, ut ante diximus, modô, ſuſc[e]ptæ ſunt, & quicquid illorum intuitu accidit, in libro conſueto annotatum fuit, palam r[e]ferri & propalari debent.

XLVII. Tribuni quoque rationes ſince[re] inſtructas & in duplô deſcriptas ad manus h[a]bere, genuinis atteſtatis liquidare, & præ[ſtare] gere debent, quarum exemplar, à Seniore ſu[b]ſcriptum, Præfecturæ noſtræ Principali of[fe]rendum erit.

XLVIII. In Sede noſtra Principali, U[t] Darmſtadio, certùs tantùm officinarum C[hi]rurgicarum numerus eſſe debet, ne unus a[lte]ri ſuſtentationem ſuam neceſſariam ſurrip[iat]. Quin & omni tempore Magiſtri Filius, aut G[e]ner, poſt mortem ejus præ exteris admitt[en]di erunt.

XLIX. Quodſi verò Chirurgus aliquis m[o]riatur, ejusque Vidua officinam habilibus [ac] ante probatis ſubjectis, Filio ſc. Generi, [ac] Famulo concredendo continuare velit, hoc [il]li permiſſum erit, haud aliter, acſi Famul[um] exercitatum, ſive Indigenam, ſive Pere[gri]num, matrimonii vinculo ſibi junxiſſet. Qu[od] ſi verò eô in caſu Tyro aliquis relinquat[ur], alii Magiſtro is commendari debet, qui reſ[tan]tem adhuc partem didactri accipiat, priori [an]ticipatâ Viduæ relinquendâ. Sin verò fili[i] aut gener examinati fuerint, & officinam r[eti]nuerint, Tyro in illa permanere & tyrocini[um] ſuum abſolvere poterit. Non examinati v[erò] pueros neque informare, neque in tyrocini[um] ſuſcipere valebunt.

L. Quodſi verò Vidua officinam Chi[ru]rgicam continuare noluerit, Filius aut Ge[ner] peculiarem officinam erigere & præ Exteri[s i]n numerum ordinarium recipi debet.

LI. Similiter fieri debet cum Filio Mag[iſtr]i, qui exantlatis tyrocinii & peregrinationis [an]nis Patrem ſuum adhuc in vivis reperit. Qu[od] ſi enim hic filio ſuo officinam, cui ipſe v[a]dicturus eſt, Chirurgicam concredere volu[erit], Filius prævio examine & approbatione o[ffici]næ præeſſe, & præ alio peregrino in nume[rum] ordinarium recipi debet.

LII. Famulis Chirurgorum omninò e[ſt] interdictum eſto Balneatoribus ad artem [Chi]rurgicam exercendam, aut & ſcarificandu[m] ſe aſſociare, aut in balneo ſervire, idque ſub [pœ]nâ graviſſimâ & jacturâ omnium beneficio[rum], in his articulis contentorum.

LIII. Similiter nullus Magiſter fam[ul]is ſuis, aut & peregrinis petulantiam aut i[nho]neſtam vitam agere indulgeat, multò m[in]us luſuis in ædibus ſuis locum concedat, niſi [lu]s[u]s recreationis ergò, & ad ſummum pro d[i]...

i vini menſurâ, vel pretio æquivalente,
t.

LIV. Famulos è Galliâ aut Italiâ oriundos
n facilè acceptabunt, niſi teſtimoniis fide
gnis ſe ex thoro legitimô natos & artem hanc
gitimè didiciſſe probaverint.

LV. Neminem etiam in Famulum promo-
ant, niſi atteſtato quodam inſtructus ſit, ubi
icerit & ultimâ vice ſerviverit? quodve
neſtè dimiſſus fuerit & talis ſtatim immatri-
ari debet.

LVI. Quicunque famulus poſt dimiſſio-
m & valedictionem ſuam abitum ſuum re-
dat, apud alium conditionem quærit &
priô auſu Chirurgiam exercere ſuſtinet, pu-
i & exterminari debet, neque prius eô in
ô conditione quâdam donari debet, quam
ſemeſtre peregrinatus fuerit.

LVII. Nullus famulus, in conjugio vivens,
nter in officinam recipi debet.

LVIII. Quemadmodum Magiſtri à conti-
s diſcurſitationibus & diuturnis emanſioni-
abſtinere debent, ita quoque famulos illo-
puerosque ad hoc obſtringent, nullus eo-
ut exſpatietur & hinc inde oberret, multò
us officinam illis ad horam usque VIII.
tam relinquant, ſub mulctâ dimidii flore-
quem famulus toties perſolvere debet,
ties diutius emanet, aut tantum à ſalario
decurtari permittat, cum reſervatione gra-
is pœnæ, ſi damnum aliquod per emanſio-
illam ortum fuerit.

LIX. Si Famulus quidam ante tempus con-
tum abire voluerit, Magiſtro hoc 4. ſepti-
is ante abitum indicare, aut extemplò
m idoneum & acceptum famulum ſurro-
debet.

LX. Quodſi verò Famulus aut Tyro pro-
è ſe ſubducat, aut valedicat, illum nullus
iſtrorum in Civitate aut in pagis acceptet
s, aut promoveat, quàm res ejus deciſæ
int & compoſitæ &c. &c.

Reſponſum Facultatis Medicæ Giſſenæ.

reniſſimæ Principis Haſſo Darmſtatinæ &c.
&c. Dominæ & Principis Noſtræ Clemen-
næ, Mandato Gratioſiſſimo ut à parte Fa-
atis Medicæ hujus loci ſatisfieret, Articulos
urgorum Collegii diligenter perlegimus,
ue ſequentia monenda eſſe duximus:

Ad Artic. II. Quandoquidem in plurimis
uſu receptum eſt, ut Chirurgi loco Probæ
iſtralis quædam etiam Emplaſtra coquere
antur, idem ſimiliter, pro ulteriori con-
atione & perfectione, cùm præcipuè hoc
fficium illorum pertineat, hîc obſer-
r.

Ad Artic. IX. verba finalia: *Ohne die Geſchworne*: Si Jurati præſentes non ſint, aut ægrotent, aut inepti ſint, annon & alii ſubſtitui poſſent?

Ad Artic. X. Alibi Balneatoribus etiam V. S. & curatio in ædibus propriis conceditur. Attamen hiſce Chirurgis nequicquam præjudicatum volumus.

Ad Artic. XII. Quoniam hoc in Praxi non attenditur, è re fortè eſſet, ſi Chirurgi ad hoc juramenti vinculô obſtringantur. Sed quia politica ſunt, hæc dimittimus.

Ad Art. XIII. Cur præſente Præfecto? qui harum rerum prorſus ignarus eſt & à Medici Chirurgique judicio unicè dependet.

Ad Artic. XVIII. Hoc ubivis fortè in uſum deduci non poterit, ruri ſcilicet & ubi unicus tantùm habitat.

Ad Artic. XIX. Videtur Scribam in articulo hoc errorem quendam commiſiſſe.

Ad Artic. XX. Hic quodammodò obſcurus eſt, & duplici ſenſu explicari poterit. Attamen hic probabiliter ejus ſenſus erit: Chirurgis prohiberi, absque conſilio Medici neque luem Veneream curandam ſuſcipere, fonticulos, ſetacea & veſicatoria applicare, utpote quòd Conſtitutioni Medicinali Principali, anno 1670. publicatæ, ſpeciatim Tit. 3. §. *Es ſoll.* circa finem, conſentaneum eſt. Sin verò hic ſenſus eſſe debeat, quod prohibitio hæc Medicos concernat, ut ex textu & contextu ferè apparet, id non tantùm modò laudatæ Conſtitutioni, ſed & naturæ Chirurgiæ, utpote quæ pars Medicinæ miniſtra, ipſi Chirurgi verò Medicorum Miniſtri ſunt: non minus officio Medici, uſui recepto & obſervantiæ à longis retro ſeculis & à temporibus Hippocratis in hunc usque diem, in universâ Germaniâ, Italiâ, Galliâ aliisque regnis & provinciis ſolitæ contrariatur.

Ad Artic. XXI. Affectus in fine allegati ad Chirurgos non ſpectant: quapropter rectius omitterentur, quoniam alioquin dicti Chirurgi illorum curationem affectabant, eamque vi hujus articuli ſibi conceſſam eſſe ſuſtinere poſſent.

Ad Artic. XXIV. Cur & internæ curationes hîc quoque allegantur, quæ tamen notoriè & vi Artic. XXVI. ad Chirurgos non pertinent?

Ad Art. XXXXIII. circa finem: Vom Medico &c. Ex hiſce ferè colligi poſſet, ac ſi Medicus quoque conventui huic intereſſe, & conſequenter Tribuni Chirurgorum officio fungi, imò ſtatutis illorum ſe ſubmittere teneatur, ad quod tamen nullus cordatus Medicus ſe obligari patietur, quùm, ut jamdum conſtat, neutiquam ſub Chirurgis, ſedècontra Chirurgi ſub illis conſtituti ſint ſuasque curationes illorum judicio ſubmittere teneantur.

Et hæc ſunt, quæ Facultas Medica in his articulis, cumprimis illis, qui ad Artem Medicam ſpectant Medicosque concernunt, con-

ſcientioſè monere debuit. Sign. Giſſæ die 16. Septembr. 1881.

Laurentius Straus, p. t. Fac. Med. Decan.
Michael Heiland, D.

De Examinatione Chirurgorum in Haſſia Superiori.

Reſcriptum Principis.

P. P.

QUandoquidem Phyſicus N. N. humili mè petierit, ut ad Examinationes Chirurgorum & Pharmacopœorum ſimul adhiberetur, quemadmodum incluſus libellus ſupplex ob oculos ponit; hinc Gratioſiſſimè Vos jubemus, ut ea deſuper relationem veſtram ſubjectiſſimam & judicium impartiale, cum remiſſione additamenti, punctum hoc concernentis, quamproximè impertiatis, Vobis de cæterô gratioſiſſimè addicti. *Darmſtadii d. XI. Jun.* 1708.

Erneſtus Ludovicus, H. L.

Reſponſum I. Facultatis Medicæ Giſſenæ.

P. P.

QUùm Sereniſſima Veſtra Celſitudo à Phyſico N. N. in humilimè conceptô & his remiſsô libellô ſupplici ſollicitata fuerit, ut poſthâc ſimul ad Examina Chirurgorum & Pharmacopœorum adhiberetur, Nobisque Gratioſiſſimè injunctum ſit, ut ſententiam noſtram impartialem ea deſuper impertiremus: non equidem de nihilo eſſe dicimus, quòd juxta tenorem Statutorum Medicinalium Principalium in Comitatu Superiori Cattimelibocenſi Sereniſſ. V. Celſitud. una cum Archiatris & Auliatris, Phyſicus Urbicus & Provincialis Examini Chirurgorum & Pharmacopœorum intereſſe ſoleat, dubiò procul eâ de causâ, quoniam antehâc ſæpè unicus tantùm Archiater Darmſtadii vixit, hicque integrum Collegium formare non potuit; attamen & quoniam hic finis Giſſæ, penes Nos, ceſſat, eâque de causâ non fruſtra in laudatis modò Statutis Medicinalibus Tit. 2. providiſſimè cautum fuit, ut Examinatio Pharmacopœorum & Chirurgorum à Decano & reliquis Profeſſoribus Facultatis Medicæ fieret; hinc meritò à XXX. & quod excurrit annis hæc firmiter obſervavimus. Adhæc recordari non poſſumus ſupranominatum Doctorem N. N. (prout absque ullò veritatis fundamentô retulit) vel & Anteceſſorem ejus, D. Wormbſerum, talibus examinibus unquam interfuiſſe, niſi fors ſub- & obreptitiè in Conventu Chirurgorum Seniorum (qui nullum in Facultate Medicâ ſu[...] examine locum habent) id contigerit, quo[d] Nobis tamen nullum præjudicium crear[e] poterit.

Quoniam ergò, Princeps ac Domin[e] Clementiſſime, numerus Profeſſorum Ord[i]nariorum in Facultate Medicâ, ab eô, qu[o] Statuta Medicinalia publicata fuêrunt, tem[]pore jamdum auctus, & cum antea duo ta[n]tùm hîc docuerint, nunc tres vel quatu[or] hoc officiô fungantur, & eâ de causâ ad Ser[e]niſſimam V. Celſitudinem jam aliquoties Ex[a]minandorum gravamina deſuper expenſas [ſi]mul accreſcentes delata & temperamentu[m] (quod etiam ſecutum fuit) gratioſiſſimum e[x]petitum fuerit nonnulli etiam, ut Chirurg[us] Bottius, Grunbergenſis, eam ob cauſam [ad] hunc usque diem examini ſe obſtinatè ſubtrax[e]runt, & ſi ultra determinatum in Statutis Pri[n]cipalibus numerum plures Examinatores a[d]mitterentur, novam querulandi anſam ar[ri]pientes Sereniſſ. V. Celſitudinem iteratis ſu[p]plicationibus fatigaturi ſunt; hinc ſine ullâ n[u]nusque decorâ præſcriptione ſubjectiſſimè j[u]dicaremus, tutius & convenientius fore, ſi [re]ceptæ hactenus & in Statutis Principalibus fu[n]datæ obſervantiæ & conſuetudini inhæreren[t], quod juſſu Sereniſſimæ V. Celſitudinis, eâ, q[ua] decet, fide & ſubjectione humilima referre [&] reſpondere debuimus,

Sereniſſ. V. Celſitud.
Servi Humilimi
Mich. Bernhard Valentini, p[...]
Rect. & Fac. Med. Decanus.
Juſtus Fridericus Dillenius, [...]
G. T. Barthold, D.

Reſponſum II. Facultatis Medicæ Giſſenæ.

P. P.

QUòd Sereniſſima Veſtra Celſitudo in [Re]ſcriptô Principali, die 6. Oct. ad N[os] datô, ſed die 14. dicti menſis demùm obla[to], Nobis alterum libellum ſupplicem, ſicque [...]catam remonſtrationem Phyſici N. N. (qu[em] his remittimus) ad uberiorem & finalem [no]ſtram replicationem clementiſſimè comm[u]nicare acquieverit, illud ſubjectiſſimâ devo[tio]ne & gratiarum actione veneramur.

Quod autem falſa narrata & iniqua po[ſtu]lata Supplicantis attinet, illa in ſequentibus [...]rè momentis ſubſiſtunt, dum (1) utiliſſi[mè] acceptat, quod largiamur, in Statutis Me[di]cinalibus Principalibus præter Archiatros eti[am] Auliatri & Phyſicorum mentionem fieri, c[um] inde concludendum ſit, quod tempore publi[ca]tionis præter Archiatrum etiam Auliater q[ui]dam adfuerit, qui ambo, ad inſtar Facultatis M[e]dicæ Giſſenæ integrum Collegium formare [po]tuerint, ſicque conſequenter Phyſicus Urbi[cus] & P[...]

Provincialis ex aliâ procul dubiò causâ, à Nobis venditetu, adjunctus ſit; (2) etiam ntingere poſſe, ut unicus tantùm Profeſſor Facultate Medicâ habeatur, qui tamen in- rum corpus formaret, ut antehâc, poſt D. ilandi obitum cum D. Dillenio accidiſſet. odſi jam ex cauſis à Nobis allegatis Darm dii Collegium integrum formari non potuiſ , ex eadem ratione hîc locorum fieri non ſſet, ſicque conſequenter per Phyſicum com ndum eſſe: eoque magis, quod (3) objecta . annorum obſervantia, neque in ſe, ne e in terminis contradictoriis probata ſit, m (4) ab ipſo per productionem Chirurgo tisbacenſi, Groſio, impertiti Teſtimonii do- e poſſit, quod idem D. N. N. mecum D. lenio huic Examini interfuerit & ab utro- e teſtimonium à ſe conceptum ſubſcriptum

Unde elucescat, quàm iniquè & absque damento veritatis ab Ampliſſimâ Facultate usdam falſiloquii incuſetur. (5) Sereniſſi- Veſtræ Celſitudini integrum & reſerva- n eſſe, Statuta Medicinalia, ſive augendi, minuendi, imò Commiſſionem hanc à ultate Medicâ ſeparandi & ècontra Phyſi- n ſubſtituendi, cujus (6) eâ de causâ in tutis Medicinalibus mentio non fieret, quia ſicatus Urbicus eô tempore cum ultimâ feſſione combinatus fuerit & Profeſſor in us tantisper & Profeſſorem & Phyſicum re- ſentârit, donec D. Heilandus propter la- es Academicos & cumprimis ob graſſantes rbos contagioſos munus Phyſici abdicârit, dem ſuaſu commendatitio Facultatis Me e D. Wormbſero oblatum fuerit. Quod em (7) D. Wormbſerus Examinibus non rfuit, inde oriri, quoniam eô tempore rurgorum tribus nondum erecta fuit, adeo- pauci vel omninò nulli ſe tunc examinari i ſunt, alioquin & Balneatores examinari uiſſent; & quoniam Phyſicus Urbicus mſtadii, imò & Marburgi, juxta tenorem ditamenti ſub Lit. A. Examinibus his co- itant, ſe (8) videre non poſſe, cur ipſe ex- latur? maximè, quod (9) Facultatis hono- o nequicquam decedat, & (10) Examinan- e nimiis expenſis, vel eâ de cauſa nullam querendi rationem habeant, quòd Suto- & Sartores ſæpe plus expendere teneantur, conſortium tribuum ſe recipi deſiderent, dem (11) intereſſe publicum requirere, pſe de Chirurgorum dexteritate probè in natus ſit.

His & ſimilibus narratis ut finaliter ſatis- mus, quoad (1) omninò non invenimus, modò verba è Statutis Medicinalibus à is allegata D. N. N. utilia & proficua eſſe int, cùm illi è diametro contrarientur, m illic Phyſici Darmſtadini expreſſa fiat tio, in Principatu verò Haſſiæ Superio ntùm Profeſſores Medici, excluſis aliis, ad nina Chirurgorum deſtinentur. Certè e verbis *Archiatri & Auliatri* neutiquam in- ferri poteſt, aut ſemper, aut tempore publi- cationis præter Achiatrum inſimul Auliatrum ſpecialem illîc vixiſſe, niſi manifeſtam falla- ciam compoſitionis & diviſionis committere velimus, dum notiſſimum eſt, quod Archia- tri communiſſimè & ſtylo receptiſſimò ut Ar- chiatri & Auliatri (*Leib- und Hof-* Medici) ſimul vocentur; quemadmodum & Darmſta- dii ſæpiſſimè unicum tantum ſubjectum, ſeu Perſona hoc titulo duplici illo munere defun- cta fuit. Quapropter adhuc dum probabile videtur, quòd ejus intuitu ad complendum Collegium Phyſici Provinciales Darmſtadii ſi- mul ad examina recepti fuerint. Hîc in Fa- cultate Medicâ res (2) longè aliter ſe habet, cùm vacantia Profeſſorum munia, juxta teno- rem Statutorum, mox aliis conferenda ſunt, eoque tempore, quò poſt obitum D. Heilan- di ego D. Dillenius in Facultate ſolus eram, Sereniſſ. V. Celſitud. Archiater D. Hertius, tanquam Prof. Ord. hos & ſimiles Actus Col- legiales mecum exercebat; & quoniam nunc tres & 4. Profeſſores Medicinæ Ordinarii Fa- cultatem Medicam exornant, talisque caſus non facilè dabilis eſt, ni fatum truculentiſſi- mum intervenerit, hinc eò minus comple- mento aliquô aut ſupplemento indige- mus.

Quod (3) allegata à Nobis 30. annorum obſervantia tam in ſe, quàm in contradicto- riis ſatis ſuperque probata & ſtatuminata ſit, vel exinde conſtat, quoniam ne unicum qui- dem atteſtatum in ciſtâ noſtrâ Medicâ, inter Acta Publica, occurrit, quod aut ante, aut intra, aut poſt illud tempus à D. Wormbſero aut D. N. N. ſubſcriptum ſit: cùm ècontra ultra L. Teſtimonia illîc lateant, quibus Profeſſo- res Medicinæ Ordinarii, tanquam Genuini & in ſtatutis Medicinalibus determinati, ſe unicè ſubſcripſerunt. Nec (4) in contrarium allatum Teſtimonium Chirurgi Butisbacenſis Groſii nobis obſtat, dum D. N. N. culposè ſanè & de factô, contra tenorem ſtatutorum Medicina- lium, inſciâ & invitâ Facultate auſus eſt ejus examinationem in propriis ædibus, cum qui- busdam Chirurgis ſuſcipiendi, contra quod attentatum Ego D. Dillenius tum temporis extemplò proteſtatus ſum, eaque de causâ Te- ſtimonium (quod alioquin Decanus Facult. Medicæ concipere ſolet) conſcribere renui, ut ipſemet haud obſcurè confitetur: quam- vis tandem ex merâ commiſeratione erga Chi- rurgum, ad inſtantiſſimum ejus deſiderium & petitum D. N. N. Teſtimonium (attamen cum proteſtatione) non tantum ſubſcripſi, ſed & ſigillo Facultatis communivi, ut Sere- niſſima V. Celſitudo omnia ex ſpeciali relatio- ne Collegæ noſtri D. Dillenii Clementiſſimè haurire poterit. Quùm igitur inquietus ſolli- citator hâc in parte Ordinationi Medicinali apertè contraivit, Nos in poſſeſſione noſtrâ

turba-

turbavit, & dum hâc occaſione veritate ſuffulti demonſtravimus Eundem hac viâ non aliter ac ſub-& obreptitiè Examini huic ſe obtruſiſſe, integram Facultatem Medicam, perfrictâ omninò fronte alicujus falſitatis arguere voluit; hinc Sereniſſimam V. Celſitudinem humilimè rogamus, ut Eundem debita pœnâ affici, honoremque noſtrum & exiſtimationem ſalvare Clementiſſimè acquieſcere velit.

Veſtræ (5) Sereniſſimæ Celſitudini nunquam non integrum & reſervatum eſſe, ſtatuta Medicinalia augendi & diminuendi, imò & commiſſionem hanc à noſtra Facultate abſtrahendi, nunquam impugnavimus, ſed Sereniſſ. V. Celſitudinis poteſtatem liberrimam devotiſſimè agnoſcimus. Quòd verò Sereniſſ. V. Celſitudo integrum corpus, unius privati gratiâ, abſque ulla culpâ, omnium contemptui expoſitura ſit, illud Nemo ſanæ mentis, ne per ſomnium quidem de Clementiâ Veſtra, univerſo terrarum Orbi perſpectâ, cogitare poterit, utpote quæ ſancitis ab Anteceſſoribus Principalibus, glorioſiſſimæ recordationis, Ordinationibus hactenus nunquam non cordatisſimè & conſtantiſſimè inhæſit, quod ipſum & hâc vice humilimô & ad terram pronô reſpectu devotiſſimè ſollicitamus.

Quòd (6) ſub publicatione ſtatutorum Medicinalium combinatio Phyſicatûs cum ultimâ Profeſſione in conſiderationem tracta fuerit, exinde minus eſt probabile, quoniam ſolus D. Heilandus, cùm vocationem ad Prof. Medicum olim acceptare recuſaret, ſimul Phyſicus urbicus conſtitutus fuit, idque de conſenſu Senatûs hujus loci, qui D. N. N. abhinc munere hoc donavit. Interim modò laudatus Heilandus nullibi in Teſtimoniis impertiendis ſe ut Phyſicum, ſed tantùm ut Profeſſorem Med. ſubſcripſit, cum aliâs uſu receptum ſit, ut ſi quis reſpectu duplicis officii, aliquid egerit, duplici etiam titulo ſe ſubſcriberet. Falſum etiam & omninò effictum eſt, B. D. Heilandum munus Phyſici ſivè propter labores Academicos, ſivè ob graſſantes morbos contagioſos ſponte reſignaſſe, cum ingratiis ſuis ab eô remotus, illique à Senatoribus nonnullis D. Wormbſerus (illorum reſpectivè Filius, Frater & Cognatus) ſurrogatus fuerit. Plus autem veritati detrahitur & extra orbitam hujus deflectitur, perhibendo ex adversô, Ampliſſ. Facultatem Medicam D. Wormbſerum ad munus hoc commendaſſe, cùm non illa tantùm, ſed & integrum corpus Academicum, eâ de causâ, contra factum illud proteſtata fuerint, quòd ſubtractum eô ipsô ſalarium D. Heilando è Fiſco Academico refundendum, huicque, ob ſupradictam vocationem, ad dies vitæ non ſine Fiſci onere, ſolvendum fuerit, ut diverſis adhuc Profeſſoribus Nobiſcum ſatis ſuperque conſtat. Quapropter & Ego D. Bartholdus, ceu Ejus ſucceſſor de jure Phyſica[...] munus prætendere poſſem, ſi eâ, qua D. N.[...] ſe gerit ratione, procedere vellemus. Adh[...] D. Heilandus tantopere à Praxi non abhor[...] bat, ut ob contagium officium publicum r[...] gnaverit & conſcientiam ſuam gravârit: N[...] verebatur ad ægri lectum ſedere: Multò [...] nus, ut Publicanus in templô, eminus ſtab[...] aut in ſyncopen prolabebatur, ſi vena cuipi[...] tundebatur, ut quivis, cui Practicus & Ana[...] micus hic Cordatiſſimus unquam cognitus f[...] atteſtari poterit, ipſeque D. N. N. ſi ullam [...] huc venerationem Præceptori ſuo Fideliſſi[...] exhibere voluerit, haud inficias ibit.

Similiter (7) notoriè falſum eſt, temp[...] D. Wormbſeri nullos Chirurgos examina[...] fuiſſe, ipſumque D. N. N. Autorem tribus C[...] rurgicæ eſſe: Cùm ultra XXX. præjudicia[...] manus ſint, quòd & ante ejus acceptation[...] Chirurgi ſe examinari paſſi ſint; & licet Bal[...] tores, ut ex adversô opponitur, eâ de cau[...] quod Chirurgi eosdem ut ſocios admittere[...] luerint, examini Medicorum ſe rarò ſubm[...] rint, attamen eorum nonnulli, juſſu ſpe[...] Sereniſſimi Principis, ad examen quoque [...] miſſi fuerunt.

Quòd (8) Phyſicus Darmſtatinus Exa[...] nationi Chirurgorum & Pharmacopœo[...] interſit, vi ſtatutorum Principalium & ord[...] tionis Medicæ, ob cauſas ſupradictas fier[...] let, quæ D. N. N. magis obſunt, quàm [...] ſunt. Phyſicum verò Marburgenſem iis[...] examinibus, ut Pars adverſa adſtruit, coh[...] tare, falſiſſimum & penitus effictum eſt [...] Sereniſſ. V. Celſitudo ex adjectâ & à Not. [...] Publ. vidimatâ copia Reſponſi Facult. M[...] Marburgenſis, diebus his obtenti, in Ad[...] mento ſub L. B. Gratioſiſſime obſervabit. [...] de jam falſa hæc narrata proficiſcantur, ſu[...] loco relinquimus, ſummoperè tamen & [...] ſine maximo ſtupore admirantes reperiri, [...] ſacratiſſima Principum lumina manifeſtis [...] modi figmentis (ne quid gravius dicamus) [...] tigare audeant!

Licet (9) Honorario Examinatorum [...] timorum exin nequicquam decedat, atta[...] honori & exiſtimationi illorum auro co[...] pretioſiori haud parum detraheretur, ſi ab[...] ulla neceſſitate illis alius ſe, pro neſcio quô [...] jutore, obtruderet, cùm non minus ac A[...] ceſſores (abſit jactantia verbo) apti nati [...] qui juxta normam & formam ſtatutorum [...] cipalium Pharmacopœos & Chirurgos ſoli [...] minare valeant, ſimulque pro talibus ab [...] dito Orbe reputentur.

An (10) alios Mechanicos, Sutores [...] Sartores pluris conſtet, ſi in tribus velint [...] pi, ſicque Chirurgi nullam conquerendi [...] ſam habeant, ſuo in valore aut invalid[...]

n relinquimus. Ad minimum Sereniſſimæ . Celſitudini in recenti eaque Gratioſiſſimâ emoriâ verſabitur, plures hactenus Chirurs de nimiis impenſis conqueſtos, eaque de usâ haud paucos usquedum, emanſiſſe, & amini huic ſe prorſus ſubtraxiſſe. Quodſi n contra tenorem ſtatutorum Principalium conſuetudinem hactenus receptam Examitorum numerus augeretur, ſummoperè laentaturi, Veſtramque Sereniſſimam Celſituem continuò ſollicitaturi erunt, cum (1) actrum notabile, (2) ſub abſolutione tyro ii haud exiguam nummorum ſummam, (3) ltum Tribui & (4) pro examinatione ſoli n honorarium exſolvere teneantur, quod Mechanicis non æquè requiritur.

Quod tandem (11) tantoperè objectum ereſſe publicum concernit, idem ſane, ut entum & quòd excurrit, annis, ita & im terum non periclitabitur, neque cœlum & ra, h. e. Mundus peribit, aut ſusque deque tetur, utut D. N. N. examinibus Chirurum neutiquam interſit. Tantum ſane fidei egræ Facultati Medicæ adhibebit, ut credat, los ab Eadem ignorantes admiſſos eſſe, eo magis, quod & Sereniſſima V. Celſitudo niverſus Orbis juratis illius relationibus & imoniis fidem adhibere ſoleat. Equidem onniſi cum Chirurgis à Facultate noſtra minatis converſatus fuiſſet, & curas ſuas in iiſſet, certè lachrymæ integræ cujusdam faiæ & murmura ob curationem infelicem, m cum privilegiato quodam, ſed à Nobis examinato Balneatore, in Vitriarii Gelſehii Junioris uxore inſtituit, minus exaudiuiſſent, quæ Sereniſſ. V. Celſitudinis ubei inquiſitioni hiſce, vi juramenti præſtiti & onſcientiâ, humilimè relinquimus & com timus.

Et quoniam hâc ratione omnia à D. N. N. novô in contrarium allata momenta par inſufficientia minusque relevantia viden hinc denuò huc prius humilimum peti repetimus, ut ſcilicet priſtina & nunquam ure interrupta obſervantia & conſuetudo a ſartaque conſervetur, & ſimul ordinatio licinalis in priſtinô vigore Clementiſſimè ervetur &c. &c.

Veſtræ Sereniſſimæ Celſitudinis

Servi Humilimi

M B. Valentini, p. t. Rector
Acad. & Decanus Fac. Med.
Juſtus Frider. Dillenius, D.
Georg. Theod. Barthold, D.

Novell. Val.

ADDITAMENTUM
Sub Lit. A.

Copia Literarum D. N. N. Phyſici Ordin. Marburgenſis, ad D. N. N. de dato Marb. die 16. *Nov.* 1707.

P. P.

JAm Te celare non poſſum, quòd ut Medicus Ordinarius, una cum Profeſſoribus Facultatis Medicæ, ad quævis Examina Pharmacopœorum & Chirurgorum, absque omni tergiverſatione atque hæſitatione, non tantùm admittar, ſed & de quovis honorariô (quod ea de causâ perſolvitur, & ratione conditionis & facultatum Examinandorum, ad 2. florenos, aut unicum imperialem cuilibet Examinatori ſolvendum reſtringitur,) participem: quin & Phyſicus h. l. ad quasvis Officinarum viſitationes, diſpenſationes & præparationes præcipuorum medicamentorum, Theriacæ v. g. vocari ſolet &c. Datum & ſubſcriptum

ut ſupra.

ADDITAMENTUM
Sub Lit. B.

Reſponſum Facult. Medicæ Marburgenſis, præcedentes literas concernens.

P. P.

AD ea, quæ Ampliſſ. Facultas Medica Gieſſenſis, ratione Examinis Chirurgorum, & an præſentis temporis Dn. Phyſicus D. N. N. (1) ſemper, (2) quô jure vel factô, (3) an bonâ cum veniâ Facult. noſtræ Medicæ illi cohabitârit? die nuperrimo 17. h. menſ. à Nobis deſideravit, reſpondemus:

(1) Dn. N. N. ut Phyſicum h. l. (multo minus alium ante Eum) usque dum nullo Chirurgorum Examini hîc unquam interfuiſſe.

(2) Nunquam etiam licentiam obtinuiſſe, ut illis cohabitaret. Eâque de causâ

(3) Facultatem Medicam hujus loci ejus præſentiam, eâ de causâ, adeò ſimpliciter nec tolerare, nec ut admittatur, indulgere poſſe.

Unde non poſſumus non incluſas Dn. N. N. literas ſummoperè admirari, de cæterô nobis gratulantes, ſi & in aliis gratificari poterimus, qui Dominos noſtros Honoratiſſ. divinæ protectioni, nosque mutuæ amicitiæ commendantes perſeveramus

DNN noſtrorum Honoratiſſ.

Marb. d. 21. *Oct.* 1708.

Addictiſſ.

Decanus, Doctores & Profeſſ. Ord. Facult. Med. h. l.

Reſponſum D. Johannis Nebelii, PP. Heidelbergenſis.

P. P.

Ex amicis & acceptiſſimis Honoratiſſimorum Dominorum literis, haud ita diu ad me datis percepi, quâ ratione Phyſicus Marburgenſis, D. N. N. Giſſam perſcripſerit, ſe tanquam Medicum Ord. juxta cum Profeſſoribus Facult. Med. nominatim cum Dn. D. Dorſtenio b. m. & me ipſo, Marburgi ad omnia examina Pharmacopœorum & Chirurgorum adhibitum fuiſſe, quod an reverâ ita ſeſe habeat? Honoratiſſ. mei Domini à me referri deſiderant. Non poſſum igitur non hiſce quàm officiosè conteſtari, me nullatenus recordari, quod Dn. N. N. ceu Phyſicus Urbicus, vel ullâ vice à Facultate Med. Marburgenſi ad Examen Pharmacopœorum & Chirurgorum admiſſus fuerit, ututad diſpenſationem & inſpectionem ſimplicium, Theriacam ingredientium, haud ſecus ac alii adhuc Medici, à Pharmacopœis invitatus fuerit. Equidem per quatuordecim, quos Marburgi abſolvi, annos, Phyſicus Urbicus, D. Schrodæus, nunquam ad Examina Pharmacopœorum vocatus fuit, ſed illis ſola Facultas Medica interfuit, quæ ad Chirurgorum examina Chirurgos illius loci ſimul adhibuit. Dn. D. N. N. autem illis unquam cohabitaſſe, me planè fugit & ſi nihilominus ipſi aliquando contigit, non niſi ex merô indultu & permiſſione Facultatis Medicæ factum fuiſſet, utpote cui ſoli de jure competit talia examina inſtituere & habere. Quod hiſce celare nolui & cum ulteriori commendatione mei perſevero

Honoratiſſimorum meorum Dnn.

Heidelbergæ, d. 16. *April.* 1710.

officioſiſſimus

D. Nebel, Med. D. & Prof.

Deciſio Sereniſſimi Principis.

Sereniſſimo Principi ac Domino, DN. ERNESTO LUDOVICO, Landgravio Haſſiæ, Principi Hersfeldiæ, Comiti in Cattimeliboçô, Deciâ, Zigenhainâ, Niddâ, Schaumburgô, Iſenburgô & Budingâ &c. in ſuis circumſtantiis humilimè relata fuerunt, quæ inter Facultatem Medicam Giſſenam & Phyſicum illius loci, D. N. N. circa Pharmacopœorum & Chirurgorum Examina (ad quæ ut hic admitteretur, humilimè ſollicitat, hincinde ventilata & acta ſunt. Quandoquidem igitur Sereniſſima Sua Celſitudo rebus ſic ſtantibus Clementiſſimè ſanciverit, ut ab hoc temporis momento dictus modò D. N. N. ad ſupra memorata Examina data quâvis occaſio[ne] ſemper ita admittendus ſit, ut nullum inde co[m]modum aut utile ab Examinandis expecte[t] aut ad illud exigendum jus ſibi tribuat; h[oc] idem utrique Parti hiſce indicatur, ut poſth[ac] ſecundum illa ſe gerere ſciant. Atteſtante S[i]gilli noſtri Secretioris appreſſione. Darmſ[ta]dii, die 11. Julii, 1710.

(L. S.)

Georg. Aug. Malcomeſius, Lic. S[e]cretioris Conſilii Secretarius.

CASUS XXXIII.

DE TENDINE PER INEPTA[M] V. S. PERFORATO.

Inſpectio Ægri.

Ex inſtituto Præfecti Principalis Saxoni[co] Martisburgenſis hujus loci Delitii, [D.] Joh. Balthaſaris Freundtii, nos infra nomi[na]ti, die inibi dictô, Creumam profecti ſum[us], ut ægtum, Chriſtianum Neubauerum, i[n]ſpiceremus; ubi in dextro brachio dicti n[omi]dò Neubaueri, internè in articulatione ul[næ] introrſum verſus, foraminulum piſi magni[tu]dine invenimus, cum inſigni tumore forti[_] inflammatione, ab humero usque ad d[igi]torum extremitates ſe extendente, qua[re] niſi vulnus probè obſervetur & tractetur, [fa]cilè gangræna ſequi poteſt, quoniam jamd[um] febris quædam vulneraria, cum ſynoviæ flu[xu] adeſt. Hic autem brachii tumor cum rel. ſy[m]ptom. non aliam cauſam agnoſcit, qu[am] ineptam V. S. dum una cum venâ ten[do] ſimul illîc ſitus, læſus & ad dimidium ferè perforatus fuit; prout enim æger refert, [_]tim, cùm die 20. Decembr. præterlapſo [_] vena tunderetur, dolorem cum ſyncope [_]tiebat. Quæ requiſiti, cum appreſſione ſi[gil]lorum noſtrorum conſuetorum, hiſce a[tte]ſtari voluimus. Sign. Delitii, die 31. [De]cembr. 1684.

(L. S.) *D. Johann Caſpar. W[eſt]phal, Phyſ.*

(L. S.) *Johann Chriſtian Gotſ[_], Chirurgus.*

Inſpectio cadaveris cum judicio [D.] Joh. Caſpari Weſtphal. deſuper ille[_] thalitate vulneris tendinis.

Prævia requiſitione legali Nos infra no[mi]nati, die 4. Jan. hujus 1685. anni, à meri[die] h[_]

ra 3. in Balneario hîc demortuum Chriſtia-
m, Neubauerum inſpeximus & ſub diligenti
tione & perluſtratione læſi brachii inveni-
us, quòd

(1) Inflammatio atque tumor (quorum
o Medicus & Chirurgus, D. Johann Chri-
an Gotſche, in ſchedulâ vulnerariâ Magiſtra-
i Principali hujus loci, die 31. Decembris,
ni nuperrimè effluxi 1684. meminimus) in-
tempus illud, poſt epithemata, balſama
umatica & emplaſtra adhibita, non tantùm
is ſenſibiliter remiſerint, ſed & ab humerô &
ſculô deltoide, usque ad Bicipitem, ſimi-
r ab articulatione digitorum incipientium
uſculis lumbricalibus) ſupra manum, usque
illam circiter regionem, ubi muſculus pal
ris ſitus, nihil amplius de illis obſervari
uit.

Econtra (2) circa interſtitium muſculorum
toidis & bicipitis externè cutis color quidem
icans, poſt apertionem verò intus flaveſcens,
llis, quaſi coɑa eſſet, imò & ſupra cutim
icula quædam corrugata, inſtar veſicæ prius
itatæ & poſtmodum rurſus ſubſidentis, ma-
tudini ovi dimidii, unde flaveſcens humor
dibat, obſervabatur.

(3) Externè circa muſculos bicipitem &
chiæum, in flexurâ cubiti, ad 3. digitorum
tudinem circa muſculum radii pronatorem
undum inſignis, fuſcus ſimul & flaveſcens
or, internè etiam ſub apertione, muſculi
ps & brachiæus fuſci & flaveſcentes, adeo-
gangræna incipiente correpti occurrebant,
e non exigua ſynoviæ corruptæ fœtidæque
ntitas profluebat.

4) In flexura cubiti, ſupra tendinem mu-
i bicipitis foraminulum piſi magnitudine
ſpiciebatur, per quod

5) Sub cutis remotione ſimilis punɑura in
dine, tanquam vulnuſculum reɑum phle-
omô inflictum, latitudine culmi ſtraminei
oris occurrebat, per quod ſimiliter aliquid
nidi effluebat.

uamvis autem ſimilia tendinum vulnera,
ɑim faɑa, cumprimis propè articulos ita
parata ſint, ut periculoſa ſymptomata,
primis inflammationes, ſynoviæ fluxus,
es vulnerariæ, gangræna, convulſiones &c.
cum difficili longaque curatione tractatio-
ue inſequantur: attamen Defunɑus dili-
i curâ probaque diætâ in vivis conſervari
uiſſet, maximè, dum (1) ſupra diɑa pun-
a in tendine, non tam vulnuſculum obli-
m, neque transverſum, ſed reɑilineum
ſtituit, à quô brachium neutiquam ad mo-
inhabile redditum fuiſſet. (2) Æger non
m in principiô deligatus fuit. (3) Tertio
uarto poſt læſionem die, ut narrant, per
ium brachii motum ſub frumenti depor-
ne & jaɑatione, cumprimis (4) ſub urente
ulneribus nerveis tendinoſisque ſummè
vo & periculoſo frigore, ad augmentum

Novell. Val.

inflammationis, gangrænæ promotionem aliaque ſymptomata multum ipſe contribuere potuit. (5) Etiam experti cujusdam Chirurgi ope & conſilio uſus non fuit, ſed oɑavô tantùm die poſt læſionem, juxta propriam confeſſionem, à Fabro ferrariô & Mulo-Medicô Creumæ ſe deligari curavit: tandem (2) die duodecimo veſperi (quô ſymptomata jamdum ita increverant, ut juxta Balneatoris, Gottofredi Schneideri, relationem mihi faɑam, ſingultus, vomitus aliqualis, obſtruɑio alvi 5. dierum, ut & magna indicia mox ſecuturæ & ſub ipſa ſeɑione juxta §. 2. & 3. obſervatæ, incipientis gangrænæ, adfuerunt) juſſu Magiſtratûs demùm legitimè & decenter deligatus & neceſſariis medicamentis traɑatus fuit;

Hinc ſupradiɑam punɑuram tendinis nullô modô pro abſolutè lethali habendam eſſe, ſed ægrum per accidens, ex malô regimine, demortuum fuiſſe, Nos hisce propriâ ſubſcriptione & utriusque ſigilli appreſſione requiſiti teſtari voluimus. Sign. Delitii, die 7. Jan. 1685.

(L.S.) *Joh. Caſpar. Weſtphal, D.*
(L.S.) *Otto Richter, Chir.*

Aliud deſuper inepta V. S. & inſequente morte.

PRæviâ requiſitione Regiminis Principalis h. l. ad quæſtionem propoſitam:

An

infauſta V. S. à Balneatore Grunbergenſi, Henrico Erbich, in Uxore ruſtici Weickershainenſis, Balthaſaris Steinii, adminiſtrata, ita comparata ſit, ut ab eadem mors ejus promoveri potuerit?

Nos Decani, Doɑores & Profeſſores Facultatis Medicæ, præviâ maturâ deliberatione omnium in transmiſſâ Relatione inſpeɑionis contentarum circumſtantiarum Principiis Anatomico-Chirurgicis conſentaneum eſſe judicamus, quòd licet inepta illa V. S. & diſſeɑio venæ medianæ non tantùm hæmorrhagiam deſcriptam, ſed & ob tendinem muſculi bicipitis ſub illâ decurrentem & probabiliter ſimul irritatum, dolores illos inſignes, inflammationem reliquaque ſymptomata, tanquam præcipua cauſa, producere, & non tantùm in hoc, ſed & aliis nobis haud incognitis caſibus, ceu cauſa remotior & occaſionalis, mortem cauſari potuerit: vid. *Amatus Luſit. Cent.* 3. *Cur.* 35.

Attamen & quoniam ſimilia ſymptomata, ſi tempeſtivè remediis probatis illis obviam eatur, benè adhuc curari poſſint, cùm idem caſus in Carolo IX. Galliarum Rege (cui à Chirurgo quodam mediana pertuſa, & ſimul nervus ſub eâ decurrens læſus fuerat, inſequentibus ſimi-

(Gg) 2 libus

libus omninò ſymptomatibus) olim obſervatus ſit, qui tamen poſt delapſum trium menſium ſpatium curatus & in integrum reſtitutus fuit,

conf. *Paræus Lib. IX. op. c.* 38. & ex eô *Zacchias in Qq. Medico-Legal. Lib.* 6. *Tit.* 1. *q.* 9. §. 15.

adhæc integrum ſæpè brachium, absque morte inſequente amputatur, eâque de causâ ſimiles læſiones pro ſimpliciter & abſolutè lethalibus haberi non poſſunt; hinc exiſtimamus, quod mors hujus fœminæ non tam ineptæ & infelici V. S. indeque obortis ſymptomatibus (quæ ſi Medicus expertus & Chirurgus, in arte probè verſatus, adhibiti fuiſſent, haud difficulter curari potuiſſent) quam potius mulieris inconſiderato itineri & refrigerationi, ut & malæ curationi & inſufficientibus fortè remediis adſcribenda ſit, de quibus poſterioribus tamen uberiorem prius, tùm à Reo ipſo, tùm Chirurgo Bottiô, quâ ratione ſcilicet à priori in principiô, à poſteriori verò in fine in dies adhibita fuerint, relationem peteremus, quàm certi quid de illis judicemus. Quod requiſiti prius reticere noluimus, atteſtante propriâ noſtrâ ſubſcriptione & ſigillô Fac. ordinariô appreſsô. Sign. Giſſæ, die 4. Febr. Anno 1711.

Juſtus Fridericus Dillenius, D.
Mich. Bernhard Valentini, p. t. *Decanus*,
Georg. Theodorus Barthold, D.

CASUS XXXIV.

DE CURA CHIRURGI DIJUDICANDA SOSTROQUE SOLVENDO.

Species Facti.

RUſticus quidam Johannes Rabſilber, Fracturam brachii perpeſſus ſe curæ Chirurgi cujusdam Zörbigenſis, Johannis Valentini Kuppii, committit, qui per 14. ſeptimanarum decurſum ejusdem curam geſſit, fracturam etiam curavit, ſed ob tumorem aquoſum illi conjunctum virum non percuravit, qui ſuaſu alterius Chirurgum hunc derelinquens alius curæ ſe ſubmittit. Prior ſoſtrum petit & cum illi denegaretur, judicialiter urget. Negat ruſticus, ſeque malè tractatum & neglectum eſſe, conqueritur, ita ut etiam ad labores ordinarios ineptus evaſerit. Quæ lis, cùm ultra 12. annos ventilata fuerit, plurimis Reſponſis publicis materiam ſubminiſtravit, quæ ordine ita ſequuntur.

Reſponſum Facultatis Medicæ Lipſien- ſis, de inſpicienda fractura curata.

P. P.

TRansmiſſis Nobis Actis Johannis Rabſi[l]beri fracturam brachii, Chirurgique, Jo-hannis Valentini Kuppenii, curationem hâc parte contemtam concernentibus, ſimulq[ue] de qualitate ejus & de neglectione Chirurg[i] à Rabſilberô imputatâ judicio noſtrô deſider[a]to: præviâ matura deliberatione & ponder[a]tione omnium hîc concurrentium circumſta[n]tiarum reſpondemus, quòd cùm primis ſt[a]tim diebus tumor in brachiô ſenſibiliter & i[n]ſigniter ſuccreverit, juxta tenorem *fol.* 8 *art.* 10, ita quidem, ut in ſeptimâ quoque ſep[ti]manâ, juxta *fol.* 90. *artic.* 15. æger idem e[x]tendere aut movere nequiverit, ſed, quò [re]poſitum fuerit, immotum jacuerit: Chirurg[us] etiam juratus Giebichenſteinenſis *fol.* 5. ulna[m] diffractam non benè conjunctam vidit: tande[m] etiam magnus adhuc nodus *fol.* 45. *& ſeq.* in loco fracturæ relictus eſt: appareat J[o]hannem Valentinum Kuppium ſub tractatio[ne] & deligatione hujus fracturæ non omninò [ſe]cundum artis regulas, ut decebat, proceſſiſ[ſe] ſed tam in coaptatione & repoſitione, qua[m] nimis ſtrictâ deligatione illius erraſſe; id quo[d] ſi per alium prudentem Medicum & Chiru[r]gum brachium hoc denuò inſpectum, & p[ost] illorum atteſtatum dictus modò tumor atq[ue] curvatura ſufficienter demonſtrata fueri[n]t clarius eluceſcere poterit. Lipſiæ, die 2[.] Maji 1685.

Decanus, Senior aliique Doctor[es] & Aſſeſſores Facultatis M[e]dicæ.

Inſpectio Curatæ fracturæ in brach[io]

QUandoquidem Dominus Præfectus Pr[in]cipalis Saxonico-Merſeburgenſis, [I.] Bernhardus Harding, nos requiſivit; hinc [...] tito ejus gratificaturi die 24. hujus à meri[die] in ædes ejus nos contulimus, & ſub accur[ata] inſpectione fracturæ brachii in Joh. Rabſilb[ero] invenimus, quòd

(1) Brachium fracturam perpeſſum ad [...] giti latitudinem brevius fuerit, qu[am] alterum.

(2) Idem rectâ non extendi, neque ma[nus] in eô retro cervicem, ut altera, fle[cti] potuerit: adhæc

(3) Os humeri, ad palmæ latitudinem à [cu]bito diffractum, curvum & quodam[mo]dò extrorſum à corpore reflexum era[t]

(4) Supra fracturam callus ovi gallina[ceo] minc[...]

minoris magnitudine obſervabatur.

5) Interim pars muſculi bicipitis verſus truncum, ſub contractione brachii pomi inſtar rotunda erat.

6) Juxta quæ curatus jam æger referebat, quòd ſtatim ſub initiô deligationis dolores ſenſerit, brachiumque, tam ſupra, quàm infrà fracturam, diu intumuerit, quin & mox poſt læſionem punctiones in pectore (à læſione fortè muſculi pectoralis verſus fracturam oſſis humeri) perceperit.

E quibus circumſtantiis ſecundum fundanta Anatomica & Chirurgica nil aliud conlere poſſumus, quàm à Chirurgo Kup in coaptatione æquè ac deligatione dictæ turæ quodammodò erratum, neque ægrum bus artis conformiter tractatum fuiſſe; d hiſce pro meliori noſtrâ ſcientia, in ſubim veritatis conſcientiosè atteſtari volui. Sign. Zörbigii die 25. Aug. 1686.

Wolfg. Chriſtoph. Weſener, D.
Joh. Chriſtoph. Heinze, Chir.

eſtatum D. Joh. Caſpari Weſtphali de Cura Chirurgi inculpata.

Oſtquam mihi in fine nominato Chirurgus Provincialis Zörbigenſis, Dn. Joh. ntini Kuppius, non tantùm retulit, quâ ne Ampliſſ. Facultas Medica Lipſienſis, Chirurgi Giebichſteinenſis Dn. Georgii lelii duplicem, eamque falſam relationem, educta fuerit, ut ſibi, Dn. Kuppio, inm quandam, in fracturâ brachii Joh. ſilberi commiſſam imputaverit, ſed & a quædam, partim è Præfecturâ Electo. Brandeburgicâ Giebichenſteinenſi, partim to Rabſilbero, ad Acta relata, communi rit, ſimulque petierit, ut veram dictæ uræ conſtitutionem, prout eandem die Aprilis 1684. invenerim, conſcientiosè iberem; hinc vi horum atteſtor, quòd Tumor ille inſignis, quem die 12. April. 4. in Joh. Rabſilberi dextro (tunc ante eptimanas circiter fracturam paſſo) bra, ſcapulâ & humerô conſpexi, ne minimâ em duritie præditus, neque œdema quod, aut apoſtema, ſed potius omninò mol-albicans & fluctuans, imò juxta propriam ſilberi relationem, ſine doloribus appat, licet craſſior, quam Chirurgus ſupradi. Giebichenſteinenſis ad Acta retulit, in tum recordari licet, fuerit.

2) Quòd dictus Rabſilberus tunc tempoc confractum brachium, non obſtante ni illô tumore, rectâ extendere, manum i capitis admovere, & hinc inde, ſine do- & punctione, ut ipſe fatebatur, movere potuerit: unde nihil aliud, quam legitimam repoſitionem & conglutinationem oſſis brachii & fragmentorum, juxta Dn. Kuppii deſcriptionem, concludere potui.

(3) In ſcapulâ dextrâ mollem omninò & apertum tumorem, magnitudine capitis infantilis minoris inveni, è quo in præſentiâ meâ aquæ limpidæ flaveſcentis quantitas inſignis effluebat.

Similiter (4) inſignis & molliuſculus tumor ſupra humerum dextrum ſe trudebat, qui juxta articulationem verſus brachium apertus erat.

(5) In brachio inferiori tumor mollis quoque conſpiciebatur, in quo foraminulum rotundum cum piſo immiſſo, præter propter circa illam regionem, ubi muſculus palmaris ſitus eſt, & quoniam ſimiliter multum aquæ limpidæ inde emanabat, ſupradicto Kuppio non diſſuaſi, quo minus foraminulum modô dictum tamdiu piſo apertum ſervaret, donec tumor imminutus fuerit.

(6) Johanni Rabſilbero (quem in facie prorſus inflatum, pallidum & cacheɔticum reperi) remonſtravi, tumorem hunc non tam à fracturâ brachii, quàm ægrâ ejus corporis conſtitutione ortum trahere, eamque ob cauſam eundem ſimul ſolamine, rem non prorſus deſperatam eſſe, ſed illi adhuc ſuccurri poſſe, dummodò curæ alicujus Medici ſe commiſerit, cùm Dn. Kuppius, curatâ jam fracturâ, nihil amplius præſtare valeat. Tandem 7. requiſitus quoque atteſtor, me in ſæpius allegatô Dn. Kuppio ſingularem ſemper dexteritatem & experientiam in Operationibus Chirurgicis obſervaſſe, eumque officium ſuum nunquam non ita peregiſſe, ut ipſe non tantùm, ſed & ægri eô contenti fuerint; cujus intuitu in omnibus caſibus Chirurgicis operam ejusdem præ aliis requirere aliisque commendare ſoleo.

Quoniam igitur è circumſtantiis hiſce, cumprimis num. 1. 3. 4. & 5. clarè eluceſcit, quod tumor à me deſcriptus neutiquam tumor quidam inflammatorius (ut ſub initiô fracturarum in brachiis & cruribus fieri ſolet) neque œdematoſus, ſed ſeroſus, ab humorum congeſtione ortus fuerit, & ita tertiô ſtatim poſt inſpectionem meam die (qui 15. Aprilis vi atteſtati ejus primus erat) Chirurgus Giebichſteinenſis, Georgius Herdelius, neque duritiem, neque apoſtema, aut ulla indicia ſphaceli obſervare potuerit: cum tumor hujus brachii vero hydropi ſimilis fuerit, ita ut domum, Delitium ſcil. reverſus caſum hunc & tumorem brachii obſervationibus meis Practicis collectis ſub titulo: Hydrops Particularis in brachio dextro, annotaverim: ſub initio autem fracturæ adveniens inflammatio atque tumor ſub deligatione ſtrictiori vix usque ad quartum diem, nedum 14. ſeptimanam, absque ſup-

puratione & ſphacelô durare potuiſſet; hinc denuò colligo atque exiſtimo Tumorem hunc ſeroſum, occaſione fracturæ hujus, ex humorum cachecticorum congeſtione, neutiquam verò ex incuriâ Dn. Kuppii ſubortum, & ſi Joh. Rabſilberus Medicum ſimul peritum conſuluiſſet, ab hoc affluxui ejusmodi humorum pravorum, medicamentis convenientibus, bene conſuli potuiſſe: ubi ſimul Medicus, ſi fors in coaptatione oſſis brachii & repoſitione fragmentorum error quidam contigiſſet, ejusdem Chirurgum certiorem facere & admonere potuiſſet; atteſtationis ergò hæc non tantùm ſubſcribere, ſed & ſigillo conſueto confirmare volui. Sign. Delitii die 17. Sept. Anno 1686.

D. Joh. Caſpar. Weſtphal.
(L.S.) *Phyſ. Delitienſis.*

Reſponſum Facultatis Medicæ Wittebergenſis.

P. P.

QUùm ex Actis die 15. Martii hujus anni nobis tranſmiſſis maturè nos informaverimus, & quâ ratione judicium noſtrum de caſu inibi contento, qui fracturam brachii in Joh. Rabſilbero, per Joh. Valentinum Kuppium, Chirurgum Provincialem curatam concernit, deſideretur, perſpexerimus: Hinc amici Reſponſi loco Te celare non poſſumus: Quòd circumſtantiis omnibus probè perpenſis, Johann Valentinus Kuppius, Chirurgus Provincialis, non contemnenda argumenta ſuæ dexteritatis & diligentiæ, etiam in præſenti caſu adhibitæ, in medium attulerit, prout ex Deductione ejus Summaria, rationi æquè ac experientiæ ſatis convenienti, à fol. 137. ad 159. ſufficienter eluceſcit.

Quoniam verò plus Medicorum ad hoc requiſitorum judicio tribuendum, hi autem, *Dn. D. Wolffgangus Chriſtianus Weſener*, fol. 117. & *Dn. D. Caſpar Weſtphalus*, Phyſ. Provincialis Delitienſis p. 134. ſibi è diametro contrarii ſunt: Rabſilberus quoque per contemtum remediorum internorum ſeipſum neglexit, aliaque ſymptomata ſibi contraxit, adhæc quoque conſtitutioni cacochymicæ & antecedentibus doloroſis accidentibus ſubjectus fuit; hinc ut ex fundamento omnia expiſcemur, convenientiſſimum eſſe ducimus, ut læſus Rabſilberus ab integro quodam, eoque impartiali Collegio Medico & Chirurgis in Arte peritis de novô inſpiciatur, & ab iisdem atteſtatum quoddam veritati conſentaneum, impertiatur. Quod Nob. Tuam celare noluimus. Wittenbergæ die 12. Martii, Anno 1687.

Decanus, Senior aliique Profeſſores Facultatis Medicæ hujus loci.

Inſpectio & Judicium Facult. Medi[...] Lipſienſis.

P. P.

TRansmiſſis nobis Actis Johannem Rab[...] berum, ejusque fracturam brachii & J[...] hannis Valentini Kuppii, Chirurgi Provin[...] lis Zörbigenſis curam, in eô ſuſceptam, c[...] cernentibus, oblatoque dicto ægro, ut,

an allegata fractura brachii ſtatim in pr[...] cipio legitimè, & decenter coaptata [...] tractata fuerit?

prævia Collegiali Inſpectione impartiale [...] ſtrum judicium communicaremus;

Hinc deſiderati Reſponſi loco dicimus, qu[...] dictum modò Rabſilberum ad Nos vocav[...] mus, dextrum brachium ejus, quoad om[...] circumſtantias, probè inſpexerimus, ſimul [...] obſervaverimus, quod idem non legitimè [...] tendi potuerit, ſiniſtro brevius apparuerit, e[...] que fragmenta minus rectè & decenter coap[...] ta fuerint, cùm os humeri, circa fracturæ [...] cum, incurvatum & verſus exteriora inflex[...] callus autem exterior (ſine dubiò ob hiatu[...] per incongruam repoſitionem, ibi relictu[...] multò major, quàm interior obſervari pot[...] rit; quapropter & cura fracturæ hujus, p[...] ter morem, ad tot ſeptimanarum decurſ[...] protracta, ipſaque ſupervenientia ſymptoma[...] ſi non (ut à D. Weſtphalo fol. Act. 46. an[...] tatum) à nimis ſtrictâ durâque deligatio[...] (quâ etiam muſculus biceps, in hanc us[...] horam, è ſitu ſuo naturali protruſus fuit) [...] tamen propter repoſitionem malè perac[...] indeque ſubſecutum ſanguinis affluxum, e[...] ta fuerunt. Neque dictum modò Kuppi[...] pro exculpatione ſuâ juvare poterit, quòd [...] cidentia hæc ſatis notabili temporis interv[...] intercedente acceſſerint, & à causâ inter[...] cachexiâ ſc. & pectoris hydrope orta fueri[...] utpote quæ circumſtantiæ huc usque nond[...] probatæ: è contra hinc inde ex Actis, cu[...] primis ex depoſ. Teſt. fol. 88. & Chirurgi p[...] priâ confeſſione fol. Act. 141. eluceſcit, qu[...] primis ſtatim diebus tumor in brachiô inſig[...] ter & notabiliter ſuccreverit. Multò mi[...] ipſi patrocinatur, quòd, ut ipſe perhib[...] omnia ſupradicta ſymptomata à contuſi[...] pectoris, tunc ſimul inflicta, orta ſint, d[...] indecens brachii adaptatio plus quam in a[...] co eſt, hæcque ad ſimilia pathemata & [...] fluxus inferendos in ſe ſatis ſufficiens eſt. N[...] porrò fol. 159. inæqualitas & magnitu[...] calli eô ipſo excuſari valet, quod ob tum[...] magnitudinem in hâc curâ methodô ordi[...] ria procedere non potuiſſet, cùm dictus K[...] pius fol. 29. & 30. ipſemet fateatur, alt[...] die, viſitatâ fracturâ brachii, hoc abſc[...] u[...]

llo tumore & inflammatione inventum fuiſ-
: ubi ea, quæ ſub primâ deligatione neglecta
ierant, reſarcire & corrigere potuiſſet; cum-
rimis dum fol. 2. promiſit, ſe fracturam hanc
iagno tumore & plurimô ſanguine circumfu-
ſtipatam, Deo juvante, curaturum eſſe. Tan-
em parum ad rhombum facit quod ſæpius alle-
itis ſymptomatibus ingraveſcentibus ſe opem
edici ſuaſiſſe perhibet, quùm illud non ſtatim
principio factum, quoniam in primâ ſepti-
anâ, juxta Kuppii narrata, fractura legiti
è & benè (ubi Medico non indiguit) ſe ha-
uit, Chirurgus quoque fol. 2. ægrum pro
iodecim imperialibus, licet jam de punctio-
ous in pectore conqueſtus fuerit, tam inter-
, quàm externis, iisque probatis medica-
entis curaturum ſuſcepit, & ad id ſe obliga-
: quô caſu, ſi fractura brachii in princi-
o minus benè tractata fuiſſet, errorem hunc
mo Medicorum corrigere potuiſſet; quod
quam veritati conſentaneum hiſce atteſtari
luimus. Sign. Lipſiæ die 7. Febr. Anno
89.

Pro-Decanus, Senior aliique Doctores & Aſſeſſores Facult. Med. ibidem.

dicium Chirurgorum Lipſienſium.

QUandoquidem Nos infra ſubſcripti ad Johannem Rabſilberum, Riedenſem, ante 4. annos in brachio dextro, ad pal- transverſæ diſtantiam ſupra cubitum, fra- am quandam in oſſe humeri, à rotâ quâ- i deſuper decurrente diffracto, paſſus fue- inſpiciendum requiſiti fuerimus; hinc re- mus, quòd extremitates oſſis minus pro- coaptatæ fuerint, ſed quodammodò ſibi uò incumbant: unde brachium hoc ſen- iter brevius juſto, motusque ejus legitimus gniter inde præpeditus fuit. Cauſa Chirur- æquè ac ægro adſcribi poteſt, quod ſuo in relinquimus. Hoc autem in ſubſidium tatis hiſce atteſtari voluimus. Lipſiæ die ebr. Anno 1689.

Michael Martin Molzer, Chirurg. & Senior.
Ludolph Schläger, Chirurg. & Senior.

ntentia Dnn. Scabinorum Lipſienſium.

P. P.

OBlatis nobis diverſis mandatis Principalibus Saxonicis in Originali, & quæ Joh. Valentinus Kuppe contra Johannem Rabſilberum, hicque viciſſim contra illum, petierunt, & uterque contra ſe invicem exceperunt, unà cum Facultatum Medicarum, ut & binorum Medicorum ipſorumque Chirurgorum judiciis, reliquisque dicti Rabſilberi læſionem concernentibus Actis, & requiſitâ de quæſtione quadam ſententiâ noſtrâ, Nos Scabini Electorales Lipſienſes juri conſentaneum eſſe dicimus:

Quòd Johannes Rabſilber non obſtrictus ſit, ut Johanni Valentino Kuppio ſoſtrum aliquod exſolvat: Hic ècontra dicto Rabſilbero ea, quæ in id expendit, una cum omnibus cauſatis expenſis, præviâ liquidatione & judiciali moderatione, reſtituere teneatur, idque de jure. Atteſtante Sigillo noſtrô.

Publ. Zörbigii, die 1. Martii 1689.

Scabini Electoral. Lipſienſes.

Sententia Dnn. Scabinorum Wittebergenſium.

TRansmiſſis nobis illatis leuterationibus, earum proſecutionibus ulterioribusque inſtantiis legalibus, in causâ Johannis Rabſilberi ex unâ, Johannis Valentini Kuppii ex altera parte, una cum Actis præcedentibus, deſiderataque noſtrâ informatione legali: Nos Doctores & Scabini Electorales Wittebergenſes juribus conſentaneum eſſe dicimus, quòd, non obſtantibus Leuterationibns oppoſitis, ſententia die 1. Martii hujus anni publicata & fol. 210. Act. invenienda meritò ſuo adhuc ſtet talo, attamen quoad Rabſilberi leuterationem hâc cum explicatione, quòd Johann Valentinus Kuppius illi quoque prætenſum & demonſtrabile intereſſe, ob illatam contracturam, non minus ac fol. 271. ſeqq. ut & 274. ſeqq. liquidatas expenſas (quæ cum ex parte in paratâ pecuniâ erogata conſtent, ex parte quoque non immodicè ponantur, meritò locum habent) reſarcire teneatur. Omnia de jure. Atteſtante Sigillo Judiciali Aulico.

Publ. die 7. Mart. A. 1690.

Doctores Judicii aulici Elect. Saxon. & Scabini Witteb.

Reſponſum Facultatis Medicæ Wittenbergenſis.

P. P.

POſteaquam Nobis in fine nominatis epiſtola quædam die 30. Octobr. anni præcedentis 1695. cum tribus voluminibus actorum, per aliquot annorum decurſum ſucceſſivè

inter

inter Johannem Valentinum Kuppium, Chirurgum Provincialem Zörbigenſem & Johannem Rabſilberum ventilatorum, transmiſſa fuerunt.

Hinc Acta illa diligenter legimus, & collegialiter, cumprimis, quæ Kuppius Vol. 3. pro ſe allegavit, probè perpendimus & proinde exiſtimamus, quòd, cùm ex actis elucefcat, Rabſilberum ebrium in fracturam hancce & infortunium incidiſſe, & ſub intenſiſſimo tunc frigore, juſto ſerius ad Chirurgum delatum fuiſſe, dum interea brachium inſigni tumore correptum fuit, ut facilè deinde fieri potuerit, quò minus coaptatio aut repoſitio, ſub inſolitâ hâc fracturâ brachii, ubi ſc. os humeri inſigniter comminutum & diffractum fuit, omninò ſecundum artem inſtitui, & optimis etiam Chirurgis in caſu ejusmodi res bene ſuccedere non potuerit, idque quàm maximè, quoniam brachium ante coaptationem inſigni tumore correptum, & propter metum gangrænæ adeò ſtrictè, ut aliâs ordinariò in principiô fieri ſolet, deligari non potuit, Rabſilberus quoque diverſis accidentibus internis, contra quæ nullum, ut decebat, Medicum adhibere voluit, obnoxius fuit, inſuper etiam brachii curam legitimam & ſollicitam non habuit, adeoque vix aliter fieri potuit, quin cura exoptatô cùm eventu non ſucceſſerit, ſed brachium ipſum, quô tamen Rabſilberus ad varios ruſticos labores poſtmodum uti potuit, brevius quodammodò evaſerit: Ea propter ſupradicto Kuppio (qui circumſtantiis ita ſe habentibus facilè in repoſitione errare, & ob allegata ſymptomata in felici curatione, quam etiam ad finem perducere non licuit, impediri potuit) culpa non penitus adſcribenda ſit. Quod deſiderati Reſponſi loco Dnn. Honoratiſſ. celare nequivimus. Sign. Erfurti die 13. Jan. 1696.

Decanus, Senior aliique Aſſeſſores Facultatis Medicæ hujus loci.

CASUS XXXV.

DE SOSTRO CHIRURGI DETERMINANDO.

Requiſitio.

NObiliſſimas Veſtras Excellentias celare non poſſum, quâ ratione penes Sereniſſimum Principem noſtrum à Conradô Feltbuſchiô, Incola Leuſelenſi, (cujus filium, Michaelem, periculosô capitis vulnere, ex contuſione ortô, afflictum per XIII. ſeptimanas ſub cura mea habui, DEOque juvante feliciſſimè reſtitui) falsò incuſatus ſim, quod ſoſtrum juſtô majus ab eô acceperim. Quoniam verò ad hoc tale prorſus tacere non poſſum, hinc Nobiliſſimas Veſtras Excellentias hiſce compellare ſimulq judicium illarum ſollicitare cogor; quem finem totum curationis curſum (prout eund tùm è Dn. D. Schleirmacheri, tum propriô diario extraxi) ſub num. 2. u cum medicamentis, externè à me adhibitis, num. 2. ut & extractô oſſe bregmatis, ac du matris portiunculis, ſimul transmitto, offic ſiſſimè rogitans, velint omnia collegiali ponderare, ſuum judicium & ſententiam tionalem mecum dividere, quale ſcilicet ſtrum curâ hâc promeritus ſim, tùm ratic plurimorum externè à me adhibitorum rer diorum, tùm & laboris mei intuitu, dum dies per 13. ſeptimanas propriô equô meis ſumtibus eò proficiſci, ſingulis vicibus tot ferè diem (cum æger ſub obſcurâ tunc tem ſtate manè deligari non potuerit) conſum coactus fuerim, & ſi quammaximè hoc tem ris intervallo 1000. florenos lucrari potuiſſ vix per 24. horas, ob inſigne periculum, mo abeſſe potuerim, quùm id à Magiſt hujus loci mihi expreſsè injunctum fu Quin & ipſe ruſticus, unà cum uxore, ic à me efflagitârunt, ſimulque optima med menta, quocunque etiam pretio veneant, hibere juſſerunt, filium ſuum conſcientiæ committentes. Non potui ergò non ejus quàm ſollicitam curam agere, ut partim ſui Magiſtratûs, partim & Parentum de rio ſatisfieret. Quapropter durantibus illis ſeptimanis vix ultra 2. dies (urgentibus noratis & periculosè decumbentibus æg tunc mihi ſimul demandatis) extra ur permanſi, quibus tamen per Chirurgum ſtrenſem, Schefferum, (qui aliquoties de tionibus meis interfuerat) ægri ſupradicti ram habui. Quantum autem per hunc rum mearum neglectum damnum incurre dici vix poteſt; ſiquidem non tantùm ali ægros prorſus amittere, ſed & alios non periculo famulorum meorum deligationi, ut magnis meis expenſis, relinquere coa fui: cujus 2. hîc exempla allegare liceat, terum Generoſi admodùm Dn. de Grieshe Equitum Magiſtri, alterum Dominæ E weiniæ, Battenbergenſis: cujus utriusqu fectus ob abſentiam meam (cùm, ut ante intra 13. ſeptimanas vix per unicum diem mô abeſſe aliosque viſitare potui) adeò re duit, ut nonniſi magnô cum labore, tem diuturniore pluribusque impenſis (niſi au penſarum, aut famæ jacturam experiri vo ſem) eosdem in integrum reſtituere potue Aliâs ægri Parens unus è ditiſſimis totius fecturæ Alsfeldenſis ruſticus eſt, mecum in principiô ratione ſoſtri amicè prorſus tr egit, ita ut loco 100. imperialium à me torum ſtatim totidem florenos obtuleritſ ritque: quibus etiam intuitu gratitudinis & ne iniquus fortè aliis, qui curas ejusn periculoſas æſtimare non valent, viderer,

te

atus fui, licet ſoſtrum longè majus promeerim. Quoniam verò Ruſticus modò dictus n tantùm bonitate meâ abuſus fuit, ſed & mæ meæ inſidiatur, ac ex inſtinctu homim malignorum aliâ chordâ obetrat; hinc n poſſum non, pro innocentiâ meâ demonandâ & defenſione meâ contra iniquam iln accuſationem, ut & diffamationem, quâ r totam ditionem mihi damnum non exium adfertur, ſuperius petitum meum offiſſimè repetere & ſollicitare, ut gratiosè formarer:

annon de jure 100. *Imperiales, quos primùm poſtulavi, & fortè quid ulterius (ſiquidem hoc ſeges & meſſis mea eſt, quâ me meosque ſuſtineo) promeruerim?*

od unà cum ſolutione honorarii (quod d gravatim determinari poterit) ſervitiis is nunquam non paratiſſimis agnoſcam: erea æternùm me profeſſurus

Nobiliſſ. VV. Exc. Excell.

feldiæ, die 20. *Maji A.* 1701.

Servus Obſequentiſſimus

Henricus Kleeberger Chir. Ord. & Senator Urbicus.

Additamentum.

Num. I.

QUamprimùm anno 1699. die 10. Januarii, Leuſelium ad Conradi Feltbuſchii m Michaëlem nomine, XIV. annos hatem (qui ab equo mare, ſe in pedes poſtees erigente, pede anteriore in capite cons & tanquam demortuus in terram præcitatus fuerat) vocatus fueram, primô ſtaintuitu obſervavi, quod idem, ad diſtan4. digitorum ſupra aurem in ſiniſtrô late bequô vulneratus ſit, quô in locô veſtigia torum ferri equini, quæ foramen fabæ nitudinem adæquans efformârant, combant, è quô non tantùm multum ſangui fed & aqua limpida effluebant. Adhæc a foraminulum tumor, ferri equini majoagnitudine, conſpiciebatur, coloris cœo-nigricantis, à ſanguine extravaſatô ob s & tactui mollliuſculus occurrens. Quon verò vulnus externum nimis anguſtum, & rebus ſic ſtantibus prævià deliberatione anationem ſummè neceſſariam eſſe cenſe; hinc in animum inducebam, præſente urgo Caſtrenſi, Scheffero, (qui ſub turGeneroſ. Dn. de Pretlack, Magiſtri Equi, ſtipendia merebatur, & tunc temporis eldiæ commorabatur) vulnus prius per ionem ampliare, quod ſtatim etiam in efam deductum fuit. Cùm verò vulnerarenti ſimul remonſtrarem, quòd in hâc culosâ cerebri læſione conſilio prudentis ici opus ſit, ac trepanationem ipſam ſolus pere non audeam: hinc die inſequente, ſcilicet 11. Jan. t. t. Phyſicus Adjunctus, D. D. Schleirmacherus, ſimul curæ & deligationi admotus fuit, ubi præviâ accuratâ vulneris viſitatione omniumque circumſtantiarum illîc occurrentium ſymptomatumque imminentium è re eſſe duximus, ut primò omnium vulnus (abraſis capitis capillis) per inciſionem dilataretur, veraque cranii conditio inquireretur, & abhinc, quid factu opus ſit, concluderetur: an ſcilicet trepanatio inſtituenda, aut aliis encheireſibus mediisque malo occurri poſſet; è quibus primum ſtatim à me in actum deductum fuit, ita ut deſuper à ſuturâ ſagittali, verſus ſquamoſam, inciſionem 5. digitos longam effecerim, pericranium, unà cum carne muſculosâ, cultellô eburneô accuratè ſeparârim, vulnus (poſtquam illud, ad dolores pericranii ſub attactu præcavendos, tenerâ & in balſamô ſub Lit. A. prius calefactâ laciniâ obtexeram) raſura linteorum probè replêrim, & tandem caput univerſum, usque ad nucham, cùmprimis autem circa vulnus ſpiritu ſub Lit. B. hunc in finem parato tepidè benè abluerim & defenderim. Vulneri imponebam emplaſtrum ſticticum Crollii: capiti verò, loco defenſivi, emplaſtrum de betonicâ applicavi, binosque ſub Lit. C. è ſpeciebus cephalicis paratos & in vino calido madefactos ſacculos cephalicos alternatim continuò calidè impoſui. Internè Dn. Doctor ſimiliter medicamenta quædam convenientia præſcribebat. Hâc verò nocte æger calore inſigni p. n. corripiebatur & interdum delirabat aliquantulum. Die inſequente (12. ſcilicet dito) alteram inciſionem inſtituebam transverſaliter per priorem, verſus muſculum temporalem, ſeparatô ſimul pericraniô unà cum muſculis â craniô, ſuffarcinando omnia, ut anteà, filis carptis calidis, balſamô Lit. A. madefactis. Quoniam verò verſus tempora, ob hæmorrhagiam inſignem (dum muſculus temporalis & arteriæ per hanc inciſionem inevitabiliter ſimul lædenda fuerunt) non omnia à craniô ſeparari potuerunt; hinc in diem inſequentem omnia differenda erant, quô ad novam hæmorrhagiam præcavendam ſummâ cautelâ reliqua abſolvi; quibus præmiſſis vulnus modò ſupradictô rurſus deligavimus & interna continuavimus, maximè, quùm æger præcedente nocte bis vomuerit. Detectô igitur craniô ad manus latitudinem æquè ac longitudinem, ut læſiones ejus obſervari poſſim, apparebat idem ad latitudinem pollicis, ſupra ſuturam ſquamoſam ſeu temporalem, in diverſa fragmenta diffractum & ſummè depreſſum, cumprimis eô in locô, ubi fulcrum ferri equini impulſum erat. Adhæc binæ ſimul fiſſuræ comparebant, quarum una obliquè adſcendebat, ad latitudinem digiti à connexione ſuturæ ſagittalis & coronalis & in coronali finiebatur: altera deorſum vergens, in connexione ſuturæ coronalis & ſquamoſæ terminabatur. Superior $4\frac{1}{2}$. digitos, inferior autem $2\frac{1}{2}$. dig. longa erant. Diſtantia inter utramque

Novell. Val. (Hh)

utramque in parte poſteriori 1. dig. tantùm, in anteriori verò parte 3¼. dig. habebat, ita quidem, ut decuſſum & depreſſum fragmentum oſſis bregmatis (quod in parte anteriori per ſuturam coronalem quidem adhuc oſſi frontis connectebatur) vomeri & informi triangulo haud abſimile videretur. Fragmenta diffracti cranii tam firmiter ſibi invicem impacta erant, acſi cuneo contuſa & conjuncta fuiſſent, ita ut in principiô non exiguô labore opus fuerit, antequam unum aut alterum extractum fuerit. Quin & operationem difficiliorem reddebant ægri dolores, dum meninges à Feſtucis cranii acuum inſtar pungebantur: ut adeoque magnâ curâ & ſollicitudine procedendum fuerit, donec tandem die 14. dicti menſis, poſt dilatationem fiſſuræ poſterioris 2. fragmenta magnô labore & cautelâ extracta & ſubtili volſella arrepta fuerint: quô ipsô locus mihi aperiebatur vectem, in Sculteti Tab. II. Fig. VII. delineatam, fragmento oſſis bregmatis majori depreſſo & in parte anteriori oſſi frontali adhuc annexo ſubmittendi idemque feliciter elevandi denuoq; ſejungendi; quô factô rubram & balſamo pro cerebro denudato ſub lit. A. prius calefactô intinctam laciniam cerebro imponebam, cranio verò pulverem meum pro craniô denudato ſub lit. D. inſpergebam, vulnus filis carptis calidis rurſus replebam & priori modô deligabam. De cæterô æger ſub veſpere hujus diei melius ſe habebat, calorque p. n. nonnihil remiſerat. Interim interna diligenter continuabantur. Die 15. plurimas meningibus infixas feſtucas extrahere annitebar, quæ non tantùm meninges jamdum nigricantes, ſed & ipſam cerebri ſubſtantiam læſerant; quemadmodum etiam præſente Dn. D. Schleiermachero aliquoties ſubſtantia cerebri ad piſi magnitudinem erumpebat, quod ſubtilibus inſtrumentis ſeparabam, vulnusque debitô & priori modô deligabam. Die 16. extremitates cranii acutas forcipite à Sculteto Tab. XI. Fig. I. deſcripto abſcindebam, illasque lenticulari lævigabam, procurando ſimul tenuem & pro convexitate capitis excavatam lamellam argenteam, quam petiâ rubrâ duplicata cinctam (impoſitis prius cerebro laciniis ſimilibus ſericeis balſamo ſupradicto intinctis) cautè utraque extremitate inter cranium & cerebrum inſerebam, quò & hujus eruptio extra vulnus & excreſcentia ejus fungoſa impedirentur. Quoad reliqua vulnus priori ratione rurſus deligabatur, & ne pus externum per cranium penetrando cerebrum inundaret, quadruplicata & in balſamo madefacta lacinia ſingulis vicibus laminæ argenteæ imponebatur. Ne verò æger ſi fortè vulneri incumbendo, aut improvidè attingendo meningibus adhuc infixas & abſconditas feſtucas profundius in cerebri ſubſtantiam intruderet, & ut pus eò faciliorem exitum reperiret, juxta proportionem nunquam non cavitas aliqua relinquebatur, & è contra cir-

cumcirca altè filis carptis, balſamo impræg
tis & calefactis, omnia replebantur & delig
bantur. Die 17. 18. & 19. rurſus diverſæ f
ſtucæ minores acutiſſimæ eximebantur, vulnu
que more ſolito obligabatur, ægrô tolerabili
ſtatu verſante. Die 20. & 21. accedente nov
luniô æger de inſignibus doloribus, æſtu & ti
nitu capitis conquerebatur inſignique calo
corripiebatur. Cùm igitur die 22. vulnus ap
rirem & lamellam argenteam eximerem, ſtati
ſub oſſe bregmatis depreſſo cochlear pu
erumpebat; & quoniam tunc D. D. Schleierm
cher ob alias occupationes deligationi intere
non poterat, hinc illi ſtatum ægri referebat
qui ſtatim etiam ad alia accidentia præcaven
medicamenta quædam interna ordinabat, lic
ſub hoc ſtatu ægrum ferè periturum eſſe ſtatu
remus. Die 23. tempore matutinô deligati
nem denuò præſente D. D. Schleirmachero ſ
vebam, unde denuò duo cochlearia mate
purulentæ emanabant. Conjiciebamus inde
ſtare adhuc feſtucas aliquas, ab inferiori lan
na oſſis bregmatis depreſſi fortè decuſſas, q
non tantùm dolorem, ſed & ſuppurationem
cauſarentur. Hujus ut certiores fierem
ſubtile quoddam inſtrumentum cranio inſe
bam & obſervabam, quod eô in locô, unde p
erumpebat, in ſolidi quid impingerem; quô
ctô circa hanc regionem cranium ſerrulâ q
dam reſecandum eſſe ſtatuimus, quod ſtatim
iam ſerrulâ, apud Scultetum Tab. VI. Fig. I.
picta, in actum deduximus, & à protenſo o
bregmatis fruſtulum decidimus. Ne verò
ejusdem ſeparatione majus fortè periculum
læſio cerebri oriri poſſit, idem vecti ſupradi
ſub operatione elevari curabam, ſub cujus
emtione feſtucam 1½. dig. longam à lamina
feriori ſeparatam vidimus, quæ alterâ quid
extremitate firmiter adhuc adhærebat, alterâ
rò deorſum vergebat, ita ut per eandem n
tantùm meninges, ſed & ipſa cerebri ſubſta
læſa atque dolores, una cum ſuppuratione, p
ducti fuerint. Adhæc dura mater ejus loci ſin
ter nigricabat, cujus fruſtum die inſequente,
licet die 25. removebamus, longitudine quid
integrum, latitudine verò dimidium digit
æquans. Deligatio eâdem, ut antea, rati
inſtituebatur, niſi quod major lamina arge
paranda & pro intus continendo cerebro ap
canda fuerit, quod creſcente Lunâ vi qua
emergebat, quod ſanè multis incredibile vi
poſſet, ut ipſi ſæpius de eô dubitavimus, nun
men experientiâ aliud edocti. Die 26. ru
aliquot fragmenta eximebantur, & ſimul ex
mitas cranii, in quâ ultimò feſtuca abſcind
tur, lenticulari lævigabatur. Die 27. &
denuò acutiſſimæ quædam feſtucæ exemtæ
runt, ſub quarum extractione quâvis vice
tiſſimè procedendum erat, ita ut quavis
gatione duas horas integras, poſtmodum
horam cum dimidiâ conſumſerimus, q
ad 6. vel ſeptimam ſeptimanam continuatū

24. denuò 2. feſtucæ à diffracto cranio debant & quidem in angulo connexionis ræ ſquamoſæ & coronalis, quas utrasque dolore extraximus. Die 11. Februarii in. us fragmentum oſſis bregmatis, quod huc ue quodammodò oſſi temporali per ſutu- ſquamoſam adhæſerat, ſponte ſuâ quoque rabatur, quo factô die 16. Febr. acutas ex- mitates ſuturæ ſquamoſæ removebamus no- nque laminam argenteam nobis compara- ogebamur. Interim nigricantes primum conquaſſatæ meninges renovabantur quaſi elæ ſericeæ rubræ inſtar rubeſcebant, quæ ceſſivè per fiſſuram oſſis bregmatis erum- tes cum pericraniô concreſcebant, quod vi- urioſiſſimum erat. Sub finem verò ſextæ imanæ cerebrum ferè totum novâ durâ re, (in locis ſcilicet læſionis) contectum, omnibus quoque feſtucis extractis, niſi d in octavâ ſeptimanâ natura adhuc ſubti- nas quasdam feſtucas ejecerit. Poſtquam r cerebrum, ut modò dictum, rurſus ctum erat, vulnus externè non amplius ntea replebam, ſed ècontra carnem & cu-, in principio ſeparatas, emplaſtris glutina is & compreſſis rurſus combinabam, labia neris unguento ſub Lit. E. illinendo & Em- trum Sticticum Crollii cum empl. de be- ica, ut ab initio dictum fuit, deſuper im endo, ſicque DEO juvante vulnus hoc in 7. ſeptimanas percurabam, ita ut ſub finem imanæ XIII. æger ultima vice deligatus it; quam tamen curam dubio procul illæ- & à craniò cum carne muſculoſa ſepara pericranium promovebat. Intra XIV. igi ſeptimanas omnia ſalva fuerunt. Æger tus vivit, Deo ſint gratiæ! pancraticè, ne imum quidem moleſtiæ amplius ſentiens apite. Deus porrò eundem ſalvum ſervet ncolumem!

* * *

Relationem hanc quoad omnia ita ſe ha- caſumque eâ ratione ſe truſiſſe, ad peti- Dn. Chirurgi Kleebergeri, ut & in ſubſi- n veritatis hiſce atteſtari voluit & debuit

Georg Ludovicus Schleirmacher, D.

Num. 2.

cificatio Medicamentorum Externè adhibitorum.

Lit. A.

℞. -∿-. Matricar. lib. j.
Myrrh. elect. pulveris.
Theriac. Venet. aa. ℥ß.
Camphoræ ℈j.
M. D. S.

Balſamum pro denudato cerebro.

NB. Hoc balſamo non tantùm cerebrum, & caro à cranio remota, una cum peri- iô, indies tepidè lavabatur, ſingulisque vicibus linteum tenerum eô madefactum calidè pericraniô ſeparato, antequam vulnus repleretur, imponebatur, quò non tantùm mundum purumque ſervaretur, ſed eô dolores & attactus ſub repletione præcaverentur; & ne idem læderetur, vulnus ſingulis vicibus mediante inſtrumento minori eburneô replebatur, ubi fila carpta quoque hôc balſamô calidè imprægnata ſunt. Balſamum hocce durante cura ter præparatum fuit.

Lit. B.

℞. -∿-. ceraſor. nigr.
lavendul.
anthos.
lil. convall. ana. ℥ij.
cephalic.
⊖✱ci ana ℥j.
lumbricor.
matrical.
vini camphor. ana ℥ij.
M. D. ad vitr. S.

Hauptſtärckender Spiritus, *das gantze Haupt und Genick warm damit zuwaſchen und zu* defendi*ren*, 13. *Wochen-lang.*

NB. Duodecies hic -∿-. paratus fiut.

Lit. C.

℞. Flor. Lavendul.
anthos.
chamomill.
cent. min.
lil. convall.
roſar. rub. elect.
cheyri ana Mj.
cyani.
melilot. ana mj.
Herb. anthos.
majoran.
betonic. ana Mij.
alchymill.
ſalviæ.
veronic. ana Mj.
Inciſ. D. ad chartam S.

Species *zu einpaar Haupt-Säcklein mit warmem Wein überſchlagen, und täglich ein paar friſche zu nehmen.*

NB. De hiſce per 8. ſeptimanas indies duo recentes ſacculi, & ita conjunctim 56. paria confecta fuerunt.

Lit. D.

℞. Rad. ireos Florent.
conſolid. maj. aa. ℥iß.
ariſtol. rot. ʒij.
Sang. Dracon. ʒj.
Farin. hord.
Al. hepat. ana ʒiß.
Gumm. elem.
ſarcocoll.
myrrh. ana ℥ß.
ammon.

maſtich.
oliban. ana ʒiij.
M. F. Pulv. ſubtiliſſ. D. ad ſcat.
S.
Pulv. pro denudato cranio.
NB. Hic bis paratus fuit.
Lit. E.
℞. Pulv. maſtich.
oliban. āā. ʒij.
myrrh. elect. ℥ß.
ſarcocoll.
elemi.
ammon. āā. ʒiij.
aloes ſuccotr. ʒij.
Terebinth. c. ⁓. lil. conval. lot.
mell. roſar. ℥iiij.
Tinct. croci.
myrrh. ana ℥ß.
M. S.
Wund-Sälblein die äuſſerſte Leffzen der Wunden warmlicht darmit zu verbinden.
Parabatur ſemel.

* * *

℞. Empl. ſtict. Crollii lib. ij.
S.
Pflaſter über die Wunde zu legen.

* * *

℞. Empl. de Beton. lib. iiij.
S.
Pflaſter über das gantze Haupt gleich einem defenſiv-Pflaſter zu legen.

* * *

℞. Terebinthin. Ven. lib. ß.
Reſin. alb. ℥iiij.
Gummi Elemi ℥ij.
Tragacanth. ℥ß.
Sarcocoll.
ammoniac. ana. ℥j.
maſtich.
oliban.
croc. orient. ana ℥ß.
ſang. Dracon. ʒij.
ſpir. vini q. ſ. M. F. Empl. ſ. a.
S.
Hefft-Pflaſter das abgelöſte Fleiſch wieder Crentzweis mit Compreslein herbey zu hefften.

NB. Hujus 2. ℔. abſumtæ fuerunt. Porrò durante cura ultra 90. vices ad ægrum equo meis ſumptibus profectus ſum.

Deſignatio Præcipuorum Fragmentorum & Feſtucarum majorum cranii, quando ſcil. exemta fuerunt.

FEſtucæ Num. 1. die 14. Januar. extrahebantur erantque primæ omnium.

Fragmentum n. 6. ſignatim & feſtucæ 3. annexum ſimiliter die 14. Jan. poſt ill[...] num. 1. deſignatas feſtucas eximebatur, & hinc lamella argentea num. 1. immittebat[...]

Feſtuca num. 3. alteri num. 2. agglutin[...] die 23. Januar. ſerrâ removebatur, cui in[...]rius aliud adhuc fragmentum, quod in ce[...]brum usque penetraverat ½. digitum long[...] & ſim. per num. 3. ſignatum annexum er[...] de quo tamen ſub agglutinatione portiunc[...] quædam detruſa fuit.

Num. 4. & 5. conſpicua fragmenta di[...] Febr. ſponte ſua ſecedebant.

Feſtuca num. 6. acuta illa extremitas [...] ſuturæ ſquamoſæ, in oſſe temporali.

Num. 7. convolutæ feſtucæ ſucceſſivè [...] delapſum 6. ſeptimanarum extractæ fueru[...], quæ partim in Meningibus ad cerebri ſubſt[...]tiam usque: Partim externè infixæ hæſer[...]. Interim plusquam dimidia pars illarum de[...]dita eſt, cum plurimis hominibus non infi[...] conditionis ſæpius monſtrandæ fuerint.

Num. 8. heîc ſimul conſpicitur portio d[...] Matris conquaſſatæ, quæ 25. Jan. ſeparata f[...].

Num. 8. continentur lamellæ argen[...] panno ſericeo involutæ, prout illæ ſucceſ[...] paratæ & adhibitæ fuerunt.

Medicamenta in antecedentibus ſpecifi[...] ſingula adhibita fuiſſe, hiſce atteſtari volu[...] debui.

Georg Ludovicus Schleirmacher, [...]

TAXATIO
Medicamentorum Joachimo Snellio, Pharmacop. Acad. Giſſeno commiſſa.

		Rthl.	
Receptum	Lit. A. constat	1.	[illegible]
	Lit. B.	3.	[illegible]
	Lit. C.		6.
	Lit. D.		[illegible]
	Lit. E.	1.	[illegible]
Emplaſtrum	capiti imponendum cum præp.	2.	6.
	vulneri applicandum c.p.	3.	5.
	glutinatorium	1	0.
Lit. A. in triplô		5.	1.
B. in 12plo		36.	
C. in 56plo		44.	6.
D. in duplo		1.	5.
E. in ſimplo		1.	[illegible]
Empl. Num. 1. à lib. ij.		3.	5.
Num. 2. à lib. iv.		2.	6.
Num. 3. à lib. ij.		1.	0.
	Summa	95.	8.

Reſ[...]-

[Re]ſponſum Facultatis Medicæ Giſſenæ.

P. P.

QUandoquidem literis die 20. Maji. ad Nos datis retuleris, quâ ratione penes Sere[niſ]ſimum Principem & Dominum noſtrum à [Co]nrado Feltbuſchiô, Incola Leuſelenſi (cu[jus] filium Michaëlem periculoſo capitis vulne[re] ex contuſione ſuborto, afflictum per XIII. [he]bdomadas ſub cura Tua habueris & felici[ter] DEO benedicente curaveris) falsò incuſa[tus] fueris, acſi ſoſtrum (quod vi ſcripti con[tra]ctûs ad centum florenos ſe extendit) juſto [ma]jus ab eô extorſeris: hoc autem ſilentio [inv]olvere non poſſis, ſed eum in finem to[tum] curationis curſum, una cum ſpecificatio[ne] medicamentorum adhibitorum aliarum[que] expenſarum, ut & ſcatulâ fragmentis ex[tra]ctis & lamellis argenteis repletâ Facultati [noſ]træ transmiſeris, & ſimul hanc quæſtionem [pro]poſueris:

Annon optimô jure poſtulatos ab initio 100. Imperiales & fortè quid ultra promerueris?

[Hi]c præviâ maturâ & Collegiali deliberatione [ca]ſæ tuæ & præcedente taxatione medicamen[tor]um denominatorum unanimiter ſtatuimus, [qu]od, ſi medicamenta illa nobis ſpecificata [om]nia & ſingula aut ipſemet ſubminiſtraveris, [a]ut in Officinâ Pharmaceuticâ perſolveris, & [p]ut enarraſti, per XIII. ſeptimanarum decur[ſum] indies propriô equo, tuisque ſumtibus ad [ægr]um profectus fueris, non tantùm ab initio [poſt]ulatos 100. Imperiales, ſed & quid ulte[rius] ad 200. floren. usque, ſummo jure deſi[dera]re poſſis; quod requiſiti hiſce atteſtari vo[lu]imus. Sign. Giſſæ menſ. Majo Anno 1701.

Decanus, Doctores & Profeſſ. Facult. Med.

Juſtus Fridericus Dillenius, D.

Michaël Bernhardus Valentini p. t. Decan.

CASUS XXXVI.

DE

P[R]ÆSCRIPTIONE MEDICAMENTORUM INTERNORUM CHI[RU]RGIS OPHTHALMICIS & EMPIRICIS NON INDULGENDA.

Mandatum Principis de inſtituenda inquiſitione.

Nos DEI gratia Chriſtianus, Dux Saxoniæ, Juliæ, Cliv. & Montium &c. &c.

DIlecti Fideles. Certiores Nos reddidit Georgius de Croſelwiz, Lemſelienſis, quâ ratione CASIMIR EISENER, Herniotomus, contra inhibitionem, ſub certa mulctâ ipſi factam, auſus fuerit curis internis ſe miſcere, dum cauponem Clezenſem, Benedictum Theilenium, hujusque conjugem pulgantibus alijsque medicamentis draſticis ita tractavit, ut hi palam edixerint, neminem illos vitâ privare, quàm dictum modò Caſimirum Eiſenerum, ut additamento in originali his incluſa fuſius oſtendunt. Jubemus ergò clementisſimè, ut in negotium hoc, contra delatum Eiſenerum, inquiratis, medicamenta, quæ adhibuit, viſitetis deque illis Phyſici judicium requiratis, & abhinc relationem veſtram humilimam, cum remiſſione additamentorum, ad ulteriorem diſpoſitionem nobis transmittatis; *Merſeburgi die XI. Maij.* 1686.

Viſitatio Medicamentorum.

PRæviâ requiſitione Senatûs Ampliſſ. hujus Civitatis Delitienſis Nos in fine nominati, die 31. Maji currentis modò anni 1686. in præſentia Conſulis modò regentis & Syndici, Dn. Joh. Balthaſaris Spiezneri, medicamenta illa, quæ poſt cauponis Clecenſis, Benedicti Theilenii ejusque conjugis Chriſtinæ obitum adhuc relicta & ab Herniotomô hujus loci, Caſimirô Eiſenerô propinata fuerunt: Similiter illa medicamenta, quæ dictus modò Eiſener in binis ſuis ad Acta relatis narrationibus deſcripſit & in naturâ ſimul exhibuit, diligenter examinavimus probavimus, ubi invenimus, quòd

1. *Pulvis Laxativus*, qui juxta Caſimiri Eiſeneri duplicem relationem è ℨß. radicis jalappæ & xv. granis ſcammonei conſtare dicitur, nihil aliud, quàm ſcammonium crudum incorrectum, pondere gr. xvi. æquans, ſine jalappâ intermiſta fuerit.

2. *Mixtura Stomachica*, ut vocatur, neutiquam pro deſtillato quodam cum vinô, ſed pro nudô infuſô abſinthii, rutæ & menthæ criſpæ, c. aquâ vitæ fœniculatâ communi factо, haberi potuit.

3. Caſimirus Eiſener in relatione ſuâ die 18. Maji exhibita *pulverem diaphoreticum*, è floribus ſulph. & ſal. card. bened. conſtantem quoque denominavit, ægroque ſe propinaſſe

 per-

perhibuit; quem tamen ſub examinatione ipſaque δοκιμασίᾳ talem non invenimus. Primum enim pulverem ſub ſignatura: Schweis- und Mutter-Pulver, cauponis uxori propinatum, pro ſulphure contuſô & radicibus quibusdam comminutis permixto: Secundum verò, filiæ, ſub ſignaturâ Herz- und Schweis-Pulver, datum nonniſi pro cryſtallis ♀. bolo Armenâ tinctis; Tertiumque denique ab ipſo Eiſenero Senatui oblatum, pro pulvere cardui benedicti, ſulphure permixtum, habuimus.

4. *Tincturam* (quam Aloë epatica, Rhabarbarum optimum, Crocus Orientalis, Myrrha electa, Camphora, Mithridatium, Zedoaria, Gentiana & Agaricus ingredi dicuntur) pro merô Mithridatio vulgari, aquæ vitæ infuſô, habemus.

5. *Aquam Cephalicam nobilem*, quam vocat, non tam pro deſtillatô quodam, quam merô infuſô ſpicæ & lavendulæ c. vinô habemus, in quô tamen neque ſapor caryophyllorum, cinamomi, N. M. & maceris, neque Zingiberis, Galangæ, aut croci ſe exſerit.

6. Ego Pharmacopœus atteſtor, quòd Caſimirus Eiſener circa idem quidem tempus *confectionem alkermes* à me obtinuerit, non tamen duplicis generis, ſed tantùm completam.

Uberioris atteſtationis ergò Nos ambo propriâ manu ſubſcripſimus & ſigilla noſtra conſueta appreſſimus. *Actum Delitii, die* 1. *Julii* 1686.

D. Joh. Caſpar. Weſtphalus,
Phyſ. Ord.
Joh. Schäffer, Pharmacopœus Senat.

Judicium Medici.

POſtquam Ampliſſimus Senatus Delitienſis, præteritô die 28. Maji currentis jam anni 1686. Regiſtraturas quasdam, una cum duplici Relatione Caſimiri Eiſeneri, mortem cauponis Clezenſis, Benedicti Theilenii, hujusque Conjugis concernentes, communicavit & de illis judicium meum Medicum deſideravit; hinc omniâ prævia diligente perlectione, maturè ponderavi & fundamentis Medicinæ Practicæ hîc conſentaneum eſſe judico: Propinatô Cauponi Clezenſi, Benedicto Theilen, ut & Conjugi ejus Chriſtinæ (cùm uterque è febre ardente, cephalalgiâ omniumque artuum dolore ſtipatâ, ab inflammatione ſanguinis, ut definitur, orta graviter decumberent) à Caſimiro Eiſenero die 22. Aprilis, in vulgari aqua vitæ, pulvere laxativô (quem dictus modo autor è ℥ß. ſcammonii paratum aſſerit) propinatô, ægri elapſis binis (ut relatio Eiſeneri habet) horis tormina abdominis & præter copioſiſſimas ſedes, per integrum nycthemerum durantes, vehementes ſimul vomitus perpeſſi ſunt, uxore cauponis ſæpiſſi[illegible] adeò ſyncopizante, ut iteratis vicibus epith[illegible] matibus & cordialibus reficienda fuerit, utr[illegible] que autem patiente usque ad ultimum vi[illegible] halitum de co conquerente, quod ab illo e[illegible] centur: donec caupo die 27. Aprilis, temp[illegible] veſpertinô; Uxor autem die 28. Aprilis m[illegible] obierint; omnia ſecundum uberiorem te[illegible] rem communicatarum Regiſtraturarum & [illegible] narum ad acta datarum Relationum Caſim[illegible] Eiſeneri; non quidem de nihilô eſt, radic[illegible] jalappæ & ſcammonium, ritè correcta & p[illegible] denter adhibita præcipua purgantia eſſe, q[illegible] commodè in Praxi à Medicô Prudente, c[illegible] inſigni emolumento præſcribi & adhiberi p[illegible] ſunt: Nihilo tamen minus iisdem in affe[illegible] bus gravioribus plurimum incommodi, i[illegible] ipſa mors, procreari poteſt, ſi eadem, in [illegible] cie verò ſcammonium minus correcta ſu[illegible] neque tempore legitimô & in doſi exceſ[illegible] propinantur; ſiquidem *Galeno* teſte, nil [illegible] gnificè proſit, quod non multum quoque [illegible] cere queat, & optima aliâs remedia perv[illegible] ac temerario abuſu ſint gladius in manu fu[illegible] tis. Quia igitur Caſimirus Eiſener refert, [illegible] tientes omnes febri ardente periculosè labo[illegible] ſe, & de cephalalgiâ conqueſtos fuiſſe, è [illegible] bus cuilibet, ʒß. jalappæ & xv. grana ſc[illegible] monii dederit: hinc ſeqq. inde quæſtio[illegible] oriuntur:

(1) An in Febribus Ardentibus laxanti[illegible] purgantia ægris tutò propinari poſſi[illegible]

(2) An indicata ingredientia pulveris l[illegible] tivi, quem vocat, doſi allegata & [illegible] junctim adhibita laxativum, aut purg[illegible] potius draſticum conſtituant?

(3) An pulvis modò dictus ſufficiens [illegible] hypercatharſin in ægrô aliquô c[illegible] dam?

Primam quæſtionem quod attinet, in febr[illegible] ardentibus lenia laxantia in parvâ doſi [illegible] tantùm in principiô, cùm exoptato ægri [illegible] ceſſu, ad primas vias à cruditatibus libe[illegible] das & ſymptomata inde pertimeſcenda, [illegible] præcavenda, ſive mitiganda dari, ſed & in [illegible] bi curſu clyſteres (niſi in febribus malignis [illegible] cretio cutanea immineat) imò & alia leni[illegible] abſtergentia, ad alvum lubricam ſervand[illegible] adhiberi poſſunt? cùm ècontra purgantia [illegible] tiora ſummè nociva ſint, cumprimis in [illegible] gnis, ubi nil exitialius, & nil citius hominem [illegible] interitum trahit, quàm ſuperflua & incauta [illegible] gatio, vid. *Ettmüllerus in Prax. P. I. c.* [illegible] 355. dum non tantùm in ſanguine aliisq; [illegible] vitalibus inſignem agitationē & colliquefa[illegible] nem aliaque ſymptomata à *cit. auth. in C*[illegible] *Infuſ. c.* 3. *concl.* 2. §. *c. Cnöfel. MM.* [illegible] *epid. & peſtil. Helm.* & aliis enarrata, v. g. [illegible]

ina abdominis, ſyncopen, cephalalgiam & ertiginem cauſantur, vel præſentia jamdum aſperant, ſed & per impetuoſam hanc agitionem humorum, orgaſmum ſpirituum aniialium intendunt, calorem atque ſitim aunt, vires vitales proſternunt & tandem morm ipſam non rarò cauſantur, *conf. Sennerus de Febr. l. 2. c. 6. p. 97.* Quemadmodum im febres intermittentes, v. g. Tertiana, uartana, temerariò purgantium abuſu facilè febres ardentes permutantur, ita febres arntes benignæ per eadem purgantia in maliaas degenerare & ipſum ægrum in præſentaum mortis periculum conjicere poſſunt. nde & *Hippocrates lib. V. Epidem.* aliuoties ſeqq. verba in ſimilibus caſibus relatis petit:

Mortuus eſt, quia purgatus fuit.

Ad II. Quæſtionem reſpondeo, quòd . jalappæ & gr. xv. ſcammonii non tantùm njunctim, ſed & ſeparatim adhibita, non m lenitivum, quàm vehemens medicamenm purgans conſtituant, quô trigam ruſticom quis ſanitatis tempore movere poſſet, m Medici prudentes à legitimô veroque purnte vix ultra VI. VII. VIII. ad IX. ſedes: à pulre verò laxativô ultra 2. vel 3. ſedes non pectent. Quoniam verò hic pulvis laxatis, ut inſcribitur, è vehementibus, & quidem orrectis purgantibus, in exceſſivâ doſi perixtis, conſtitit, è Regiſtraturâ de 3. Maji oque apparet, hunc pulverem penes ægros ra nychthemeri ſpatium operatum fuiſſe, ſque, ut Caſimirus Eiſener in relatione ſuâ, 18. Maji communicata, perhibet, vomis ingentes cauſatum fuiſſe, imò ipſemet, vi ctæ Regiſtraturæ, veritus fuit, ne purgatio ros nimis exerceret: adhæc binis ægris idem rgans propinavit; hinc inde elucefcit, dictum enerum nequidem intelligere, quid laxans, t purgans ſibi velit? Cùm ergò, ut ſupractum, pulvere hôc tres robuſti homines, ebus ſanis, licet non ſine torminibus, purgari tuiſſent, hinc

ad III. Quæſtionem reſponſio in proclivi, quod pulvis allegatus in incrementô & ſtafebris ardentis, tam benignæ, quàm manæ adhibitus, hypercatharſin lethalem, cum avibus ſymptomatibus utique producere poerit, maximè, quòd crudum & incorrectum mmonium illum ingrediatur, quod à nullô âs prudente Medico ita crudum adhibetur, & et etiam prius correctum ejusque malignidebitâ præparatione deſtructa fuerit, ne itariè quidem, ſed aliis purgantibus blanribus tantùm locoſtimuli, ab 1. ad 3. graadjungitur. Imò Practicorum obſervanes ſufficienter teſtantur, quanta incomda & ſymptomata ab abuſu jalappæ proverint? & licet ſumma ejus doſis ad drachmam nis adſcendat, ſi hominibus robuſtis atque ſanis præſcribendum ſit: illud tamen ſine immanibus torminibus abdominis non procedit; unde & jalappa à nullô Medicô prudenti ſolitariè, ſed tantùm à 10. 12. ad 15. grana cum ſtimulo laxativô, vel ſalinô permiſcetur, & 1. 2. vel 3. granis ſcammonii correcti acuitur, ſicque exoptatô cum ſucceſſu adhibetur. Hinc & *Bartholinus Cent. 3. Epiſt. Med.* 36. non ſine ratione ſcribit, quod jalappa rarò etiam robuſtiſſimis, ad ℨß. pondus concedenda, & *Cent. V. Hiſtor. Anat.* 69. teſtatur, quòd Chirurgus quidam Caſtrenſis ℨj. jalappæ Officiali alicui ultra 70. ſedes moverit, ut vix aliter judicare potuerint, quam animam tandem ſimul expurgandam fore. Quin & *Dn. D. Ammannus, Profeſſor Lipſienſis, in Med. Crit. diſcurſu* 35. §. 7. memorat, quòd Mercator quidam Lipſienſis è doſi nimiâ jalappæ obierit; quemadmodum *Dn. D. Wedelius* quoque *in Miſcellan. Acad. Nat. Curioſ. Anni IX. & X. Obſ. LXXV.* refert, quòd jalappæ grana 20. cum aliquot granis crem. ♀. nonnemini ultra xxx. ſedes produxerint, imò in utroque pede ſpaſmum flatulentum cauſata fuerint. Similiter *Simon Pauli in Quadripart. Botan. Claſſ. 3. p. m.* 473. docet: Scammonio ſimillimam haberi jalappam, hancque æquè ac id valdè eſſe reſinoſam, adeò ut illæ cautelæ in uſu ſcammonii obſervandæ, minimè negligendæ ſint novellis Practicis, commendaturis ægris jalappam. Imò, pergit, accidiſſe ſæpius in aliquot individuis, ut pulveris jalappæ ſcrupulus hypercatharſin concitaverit. Cùm igitur ſymptomata ejusmodi periculoſa ex jalappæ abuſu in ſubjectis robuſtioribus feréque ſanis ſe trudant, facilè inferre licet, quanta pericula in illis ſint pertimeſcenda, quorum humores in corpore jam moventur, turgeſcunt, quique (ut de his Regiſtratura ſub 7. Maji teſtatur) jamdum debiles ſunt; prout in ſimilibus caſibus 4. ad 6. gr. jalappæ ſimilibus ægris ſat negotii faceſſunt, nedum 30. grana ejusdem, cum 15. gr. ſcammonii incorrecti. Cum hisce unanimis eſt *Dn. D. Ammannus loc. alleg.* in verbis: Non debet jalappa adhiberi, quando humores ſunt in motu, aliâs unicô, vel etiam duobus granis excitabitur hypercatharſis. Huc accedit cochlear aquæ vitæ, in quô purgantia propinata fuerunt, utpote quô ingredientium reſina magis reſoluta, eorumque operatio magis promota fuit. Econtra vino hoc in paſſu culpa adſcribi non debet, quod non tantùm hypercatharſin potius ſiſtere valet, ſed & in ſimilibus febribus malignis, cereviſiâ bonâ ſecundariâ & malis citreis temperatum, à prudentibus Medicis haud ægrè admittitur, dum eô ipsô non tantùm vires conſervantur, ſudor, urina atque ſomnus promoventur, ſed &, juxta *Helmontium*, tanquam plauſtrum medicaminum conveniens adhibetur, imò *Miſcellan. Acad. Nat. Curioſ. Ann. 3. Obſ. 145. p. m.* 228. teſtantur,

tur, quòd vinum inſigni ſatis quantitate aſſumptum à morbô Hungaricô liberaverit. *Conf. Primeroſ. de error. vulgi, l. 3. c. 8. Sachſ. in Ampelograph. Sect. VI. Membr. 2. c. 6.* An verò caupo ſupradictus Clezenſis, Benedictus Theil, unà cum Uxore Chriſtinâ, ob pulverem hunc laxativum, obierint, usquedum è Regiſtraturis & relationibus Eiſeneri categoricè concludi nequit, ſed in ulteriori notitiâ acquieſcit, (1) quo morbi die ægris pulvis ille dictus laxativus propinatus fuerit? (2) quænam tunc, ut & à principiô morbi ſymptomata ſe truſerint, & de quibus ægri aliâs conqueſti fuerint? (3) Cujus coloris pulvis laxativus fuerit, an nigricantis, gryſei, rubicundi, aut flaveſcentis? (4) per quot dies purgationes & vomitus duraverint? Quæ omnia Ampliſſ. Senatûs inquiſitioni committo: cumprimis etiam punctum illud de pulvere rubicundo, ut ægræ Pater, Johannes Dorn, caupo Woltenizenſis, in Regiſtraturâ ſub 7. Maji eum deſcripſit, an fortè è vitrô ♀ conſtiterit, quod Caſimirus Eiſener alioquin ægris ſuis in ſubſtantiâ propinare conſuevit, ſicque 20. ad 30. vomitus, cum 40. ad 60. imò 80. ſedibus, non ſine periculô vitæ, excitare ſæpè ſolet.

Judicium tandem definitivum Ampliſſimæ cujusdam Facultatis Medicæ deciſo relinquo, cùm jamdum anno 1680. ab Ampliſſ. Senatu, ad petitum meum inhibitio pœnalis contra curas ejusmodi internas Reo facta fuerit, adeoque judicium meum ſuſpectum videri poſſet. Atteſtationis ergò hæc propriâ ſubſcriptione & ſigillô ord. munivi. *Sign. Delitii, die 1. Jan. 1686.*

D. Joh. Caſpar. Weſtphal.

Declaratio herniotomi.

P. P.

IN causâ coram Dom. Dom. VV. de curis internis agitatâ, nihil amplius petii, quàm ut dilucidatio & declaratio relationum mearum & demonſtratio ſtatûs ægrorum audiretur & admitteretur: quô tamen non obſtante Acta Facultati Medicæ Lipſienſi transmiſſa fuerunt. Quemadmodum verò illic, ob deficientem plenariam inſtructionem nunquam aliquid ſolidi contra me decidi poterit, cùm judicium à D. Weſtphalo ad acta relatum falſo pariter fundamento innitatur? Ita, non obſtante, quòd aliquot adhuc teſtes, quibus demortui Cauponis ejusque conjugis conditio perſpecta fuit, mihi deficiant, neque ob inſtantem meſſem obtineri queant, ne me lucem fugere appareat, ad 3. Quæſtiones, à *D. Weſtphalo* motas, relationum mearum dilucidationem, & declarationem, in quovis punctô, adferendam eſſe duxi.

Quantum ergò I. Quæſtionem: A[n] febribus ardentibus laxantia & purgantia æ[…] tutò propinari poſſint? Sciendum, primò [o]mnium ſpeciem febris ardentis determin[an]dam eſſe; ſiquidem ita crudè & ſimplic[iter] prudens atque ſolida reſponſio hîc dari neq[uit]. Quod enim in morbô Hungaricô, vel Caſtr[enſi] (quali hi patientes laborârunt, ut partim è ſy[m]ptomatibus, partim èx occaſione, ſc. tran[…] ægrorum militum, ex Hungariâ redeuntiu[m] à quibus non tantùm caupo cum domeſti[cis] ſed, ut notorium, pluribus in locis hom[ines] infecti ſunt, conſtat,) tam purgantia, qu[am] vomitoria tutò propinentur, imò neceſſ[…] in principiô morbi requirantur, ſequentes […] que Practici verſatiſſimi teſtantur, *Sennert[us] ſc. Lib. IV. Cap.* 14. *Tr. de febb. Rulan[dus] cap.* 17. *Tr. de Lue Ungar. Coberus De[…] Obſ. 5. Obſ. Med. Caſtr.* cujus verba de[…] mitu ſunt ſeqq. Ad hanc autem ſacram [an]choram, quod in languoribus morbis Hungaricis confugiendum tantoperè exho[rta]mur, ille non mirabitur, qui teſtis ocula[tus] quantæ utilitatis & neceſſitatis hæc med[endi] methodus ſit, re ipsâ edocebitur. Imò q[uod] & in his morbis non tantùm blandè laxan[tia] ſed etiam vehementia purgantia adhiberi d[ebe]ant, ex allegatis jamdum Practicis, Senn[ert.] ſc. videre eſt, qui commendat:

℞. Rad. Scorzon. ℥ß.
Herb. ſcordii.
acetoſ.
Flor. cordial. ãã. p. I.
Fol. ſenn. ſ. ſ. ℥ß.
agaric. albiſſ. ʒj.
Zedoar. ℈j.
coq. in aq. ſimpl. in Col. diſſolv.
Mannæ ℥ß.
adde Syrup. roſ. ſol. ℥ß. M.

In ſubjectis autem fortioribus (qualia [...] ruſtica fuerunt) paulò fortiora licet adm[ove]re, v. g. elect. diaphænic. quod turbith & ſ[cam]monium ingrediuntur: Et licèt tantumm[odo] ʒj. elect. addatur, tamen 5. ad 6. gr. ſcamm[onii] illîc continentur. Quod ſi fortè oppon[atur] *Rulandum* in hoc affectu diagridium aut ſ[cam]monium planè non concedere, ut è *capit[…] Tr. ejus* videre licet: luce meridiana cl[arius] eſt ipſum *Rulandum Hiſt.* viij. & xi[…] quinque ſcammonii præparati grana, una [cum] aliis laxantibus feliciter præſcripſiſſe; qu[a]pter ea, quæ *cap.* 17. habentur, tantù[m de] ſcammoniô crudô & minus benè præp[arato] intelligenda erunt. Dum porrò *Hippocr[ates] Lib. V. Epidem.* allegatur, dicens: Mo[rtuus] eſt, quia purgatus eſt; illud hîc impertin[ens] allegatur, cùm his in locis *Hippocrates* d[e di]verſis morbis peſtilentialibus, pleuriti[de] peripneumoniâ malignâ loquatur, ut [...] oſtendit. Adhæc *ibidem* de Timocrate [...] tur, quod per integrum diem vehementer [pur]gatus fuerit, vixerit tamen & evaſerit: [...]

idem de alio *text. III.* allegatur, è contra Euridanus cũ plurimis aliis ſine purgantib⁹ mortuus eſt.

II. Ad Secundam Quæſtionem: An ſc. denominata ingredientia pulveris ſic dicti laxativi in allegatâ doſi & conjunctim pulverem lenientem, an verò draſticum potius medicamentum purgans conſtituant? rurſus adeò ſimpliciter reſpondeti nequit, cùm diſtinctio inter ſubjecta facienda ſit. Quemadmodum enim ruſticus juvenis XVI. annorum pro merendâ panem mediocrem conſumere valet, quô Doctor Celeberrimus 3. aut 4. diebus contentus eſſe poſſet: ita homines ejusmodi multi vehementiora purgantia perferre valent, ut ad nauſeam ex *Hippocrate* conſtat. Præterea de ſcammonio in Actis adducto quoque notandum, quod illud neutiquam, ut D. Weſtphalus tam inconſideratè perhibet, crudum & incorrectum fuerit, ſed ſcammonium illud per additionem aliorum medicamentorum ita correctum ſit, ut ſub XV. granis alle gatis, vix V. grana ejus contineantur.

Quòd porrò dicitur, jalappam à nullo Medico prudente ſolitariè, ſed tantùm à 10. 11. ad 15. gr. cum ſtimulô tartareô, vel ſalino permiſtam & 1. 2. aut 3. granis ſcammonii correcti junctam exoptato cum ſucceſſu exhiberi, illud falſo ita dicitur; ſiquidem *Sennertus lib. V. part. III. Sect. I. Cap. V. Inſtit.* Jalappam à ℈j. ad ℈ij. *Rolfincius Cap. V. Sect. II. art. 1. de purgantibus veget,* à ℈j. gr. ad XXX. *Williſius Tr. de medicam. oper. cap.* 3. ad ℈ij. *Ettmüllerus* ℈j. ad gr. XXX. & Reſin. gr. XV. *in Comment. ad Schrœd.* Simpliciter laudant, & exhibent. Similiter res ſeſe habent cum ſcammoniô correcto, prout *Sennert. l. c.* idem ad gr. XV. *Rolf. Sect.* 30. *art.* 4. *cap.* 26. à XIJ. usque ad XIV. gr. *Ettmüllerus. l. c.* ad gr. XIJ. *Laur. Donckers* ad gr. XIIJ. *lib. de febb. petech. c. II. Willis. Tr. de Scorbuto* ad gr. viij. *Wedel. in Amœnit. p. m.* 286. à gr. XV. dederunt.

Conjunctionem utriusque purgantis quod attinet, omnibus etiam Pharmacopœis notum eſt, quod pulvis cathol. purgans D. Mich. ex rad. jalapp. mech. & ſcammon. conſtet. Imo utrumque, unà cum aliis, à *Dn. D. Michaele in Colleg. Jonſt. Tit. de Morb. Caſtr.* hac doſi adhibitum fuit.

℞. Pulv. jalapp. ℈j.
Scammon. ſulphur. gr. IV. M.

℞. Pulv. Mechoac. ℈j.
Scammon. Sulphur. gr. V. M.

Porrò à *D. Mollenbrockio Tr. de Var. cap.* 7. præſcribitur:

℞. Syrup. roſ. ſolut. ℥ß.
Pulv. rad. jalapp. ℈j.
diagryd. gr. V. M.

Ettmüllerus loc. cit.

℞. Pulv. jalapp. ℈j.
Ⓓ. puriſs. ʒß.
Scam. ſulphur. gr. iij. M.

Quin & à *Bartholino Hiſt. An. C. V.* commendatur pulv. jalapp. ſeq. doſi:

Novell. Val.

℞. Pulv. rad. jalappæ gr. XVIIJ.
Crem. ♀.
♀. ⊕ lat. ana gr. IV.
Scammon.
Reſin. jalapp. ana gr. ij. M.

Quæ contra jalappam adducuntur, acſi illa nociva & pericuIoſa ſit, impertinenter pariter allegantur, ſiquidem *Bartholinus cit. loc.* tantùm de nimiô exceſſu, à Chirurgô commiſſô, loquitur, dum integram jalappæ drachmam propinaverat. Jam planè non ſequitur: Quoniam ℥j. jalappæ 60. ſedes movit, E. à ʒß. 30. & conſequenter à 15. gr. etiam ſedes 15. expectandæ, de quô *Herman. Grube Tr. de medic. ſimplic. cognoſc. p. III.* 123. legi meretur. Similiter res ſeſe habet cum *Simone Paulli*, qui contra *Bauhinum* diſputat, doſin jalappæ crudæ ad ʒj. extendentem; quâ ratione *Ammannus* & *Wedelius* quoque intelligendi ſunt. In jalappâ enim, ſi propinatur, nihil malignitatis latere, Experientiſſ. Rolfincius his teſtatur verbis: Omnibus partibus videtur auxilio, nullis nocumento. Hujus radicis ſymbolum eſt juvare, & non lædere. Et *Olaus Wormius in Muſ.* jalappæ ʒß. pituitam, bilem & aquoſos humores potenter evacuat, viſcera infimi ventris, hepar præcipuè & ventriculum, roborat.

Minimè autem omnium in Arte Medica fundantur, quæ contra cochlear vini aduſti urgentur. Hoc enim ſi non aliam, quàm quòd reſinas medicamentorum reſolverit, noxam intulit, quivis Pharmacopœorum famulus judicare poterit, è binis hiſce ingredientibus vix ℈ß. extrahi potuiſſe; quæ tamen reſina, juxta Autores jamdum allegatos, hypercatharſin neutiquam producere potuiſſet. Quid quod vinum aduſtum contra hypercatharſin ab aliis commendetur, *Vid. Williſ. de med. operat.*

E quibus omnibus apparet, quòd in III. Quæſtione, an ſc. pulvis ille ſuffecerit ad hypercatharſin in ægris his excitandam? talis hypercatharſis nunquam inde expectari potuerit, ſed purgatio illa vehemens potius à malo regimine, dum ægri ſtatim poſt aſſumtum medicamentum vinum frigidum, aquam, cereviſiam & ſimilia ingurgitârunt. Quod enim vinum purgationem promoveat, ſi aut ſimul, aut ſtatim poſt aſſumpta pharmaca bibatur, noduli purgantes teſtantur. Ad quæ omnia frigus externum quoque ſymbolum ſuum adjecit, cum notorium ſit, in Aprili anni præterlapſi aëris conſtitutionem frigidam & inclementiorem fuiſſe, ſub quâ ægri hypocauſtis excalefactis opus habuiſſent, ægris è contra juxta teſtem in Rot. ſub ⊙. ad artic. 4. in camerâ frigidâ conſtitutis, ſed & Caupone, durante morbô, in ædibus circumeunte. Adhæc teſtis ad Articulum 8. depoſuit, quòd Caupo ejusque conjux non meâ tantùm operâ uſus ſit, ſed & Præceptorem, qui Clezæ fuit, & ſe pro Medico venditavit, ut & D. Weſtphalum in morbo ſuô conſuluerit; dum è contra, quid is adhibuerit neſcitur;

neſcitur, vel qualem hic morbum eſſe putavit, & quid ægris præſcripſerit, ne verbo quidem, in totâ hâc causâ, ut debuiſſet, meminit, ſed mihi unicè, aſt ſine fundamentô, culpam adſcribit. Interim hoc mirum non eſt, cùm animus ejus mihi infenſiſſimus non tantùm è prioribus, coram V. V. Nob. Nob. in punctô injuriarum ventilatis, actis præſenteque ejus judicio in verbis: an fortè vitrum antimonii ſit, quod Caſimir Eiſener aliàs in ſubſtantiâ ægris ſuis exhibet, eosque 20. ad 30. ſæpe vomitibus, & 40. 60. ad 80. ſedibus non ſine vitæ periculô purgare ſolet &c. ſatis eluceſcet, cùm tamen hoc poſterius in meris & nunquam demonſtrandis narratis radicetur, quibus me tantummodò gravare nititur; quàm craſſam tamen inculpationem ut contra illum legitimè vindicare liceat, hiſce expreſsè mihi reſervo; quemadmodum ergò ex omnibus hiſce ſufficienter eluceſcit, quàm iniquè mecum per delationem & accuſationem illam actum fuerit, è contra cura mea fundamentis Medicinæ Practicæ convenienter inſtituta ſit, cumprimis dum de me ipſo, qui jam xx. annum, ut omninò notorium, feliciter medicatus ſum, & prævio examine, juxta tenorem Atteſtati & Privilegii hîc additi, ad curas internas aptus & habilis inventus fui, nulla imperitia præſumi poteſt. Hinc certa fiducia me tenet, poſthac alibi in Facultate quâdam Medicâ nil ſiniſtri contra me judicari poſſe, hisque denuò Ampliſſ. Senatum officiosè rogito, velit haud gravatim declarationem hanc & elucidationem priorum mearum relationum ad acta referre, me hîc contra requiſitum & ad relationem inſufficientem fortè deciſum judicium Ampliſſ. Facultatis Lipſienſis primò omnium audire, & ut abhinc alibi de iis cognoſcatur, procurare; antequam autem hæc fiant, transmiſſionis actorum ad Collegium quoddam Juridicum proteſtationi meæ & annexæ appellationi inhæreo, æternùm perſeverans

Domin. Honoratiſſimorum
officioſiſſimus
Caſimirus Eiſener.

BULLA COMITIS PALATINI.

Sacræ Cæſ. Romano-Germanicæ, ut & Regiæ Hungariæ ac Bohemiæ Majeſtatis Conſtitutus Comes Palatinus, Ego Guſtavus Chriſtianus Happe, JCtus Principalis Palatinus & Illuſtr. Comitum Schwarzburgenſium reſp. Conſiliarius, Cancellarius & Præſes Conſiſtorii Sondershuſani, vi horum atteſtor: Quandoquidem Sereniſſimus, Potentiſſimus & Invictiſſimus Princeps ac Dominus, Dominus LEOPOLDUS I. Electus Romanorum Imperator ſemper Auguſtus, Germaniæ, Hungariæ, Bohemiæ, Dalmatiæ, Croatiæ & Sclavoniæ Rex, Archidux Auſtriæ, Dux Burgundiæ &c. &c. Cæſar & Dominus meus Clementiſſimus gratioſiſſimam mihi poteſtatem indulſerit, dignas habilesque Perſonas, mediantibus ſufficientibus examinibus in Doctores creandi, aut aliis privilegiis inſtruendi, ut Diploma Cæſareum die 25. Jan. Anno 1670. mi conceſſum pluribus docet: Mihíque Præ-Nobilis & Expertus admodùm Dn. CASIMIRU EISENER, Medicinæ Practicus, Herniotomus & Chirurgus Ophthalmicus, per complura à diverſis Diſtrictibus, Civitatibus & Privatis Perſonis obtenta & monſtrata Atteſt. retulerit, quâ ratione Praxin Medicam internè æquè ac externè, ut & Chirurgiam, t. Vulgarem, quam Ophthalmicam, cum Herniotomiâ, jamdudum exercuerit, & cump[...] mis febres, tam intermittentes, quam con[...] nuas ardentes, atteſtantibus ægrorum teſtim[...] niis autographis, feliciſſimè curaverit, dec[...] ter rogando, ut, cùm internorum affectu[...] curatio ipſi denegetur, è conceſsâ poteſt[...] Cæſarea, eundem interventu unius aut a[...] rius famigerati Medici examinarem, & pro natâ atteſtato, aut privilegiô aliquô donare[m]. Eaque propter Nobiliſſimus, Ampliſſimus Doctiſſimus Dn. BENJAMIN SCHARFFIU[S] Med. Lic. Illuſtr. Comit. Schwarzburg[...] ſium Archiater, ac Phyſicus Provincialis [...] prævia decenti requiſitione, me & Tit. [...] Joh. Georgiô Weiſen Med. & Chirurgiæ [...] cticô præſente, allegatum D. EISENERU[M] per 2. integras horas examinaverit & de a[ffe]ctibus in Praxi communi, ſive clinicâ, [...] obviis illosque curandi methodo in-erro[ga]verit, cumprimis autem, quid in affecti[bu]s capitis, Cephalalgia, Epilepſiâ, Apoplexia [...] ut & Febribus continuis & intermittenti[bu]s atque malignis: Pleuritide item, Calculo [re]num & veſicæ, Morbis Mulierum & Infant[um] & ſimilibus adhibendum ſit? qua item rati[on]e ſe in adhibitione venæſectionis, purganti[um], diaphoreticorum, diureticorum, anody[no]rum &c. gerere, & quænam, pro re nata, [i]n ſuperioribus aliisque affectibus adhibere ſol[ea]t, ex eô quæſiverit: Et verò reperiverimus, q[uo]d per diuturnam experientiam (utpote qua[m] Medicô quàmmaximè deſideratur, & non [im]meritò Mater omnis Medicinæ, unicè à [ju]vantium & nocentium ratione inventæ, [ea]demque anima vocatur, ratioque ab experi[en]tiâ magis, quàm hæc ab illa dirigitur, cùm [u]na experientia plus nonnunquam valeat, q[ua]m centum rationes, ut de hoc Celeberrimus D. *Wedelius in Programmate* quodam, *de Fundamentis Empiricorum*, prudenter, ad[mo]dum loquitur) ſæpe allegatus Dn. Eiſener [no]n exiguam in Medicinâ ſcientiam ſibi acquiſiv[er]it, ita, ut ipſi cura interna morborum in Praxi [ob]occurrentium, cumprimis autem ſine in[ter]ni periculo & ſymptomatum graviorum ſyn[dro]me curandorum, bene indulgeri poſſit, eo [q]ue facilius, quòd ipſe agnoſcit, in difficilioribus & intricationibus morborum ſpeciebus alic[ubi] & peritiores Medicos à ſe conſulendos, nequ[e ca]ſus majoris momenti ſolitariò ſuſcipiendos [e]ſſe, [...]m

in quemvis conſcientioſum Medicum idem ceat totoque die conſultationes ejusmodi ſerventur.

Hinc non tantum Examen illud dictâ ratione inſtitutum, ſed & antedictum Dn. Eiſenem in eô, ut ſupra relatum, probè ſe geſſiſſe teſtari, ſed & vi poteſtatis Cæſareæ mihi conſſæ ipſi privilegium aliquod impertire volui, Praxin Medicam, quàmmaximè ſub operationibus Chirurgicis aliisque caſibus non adeò ficilibus (ut ſimile Reſponſum Ampliſſima cultas Erfurtenſis die 20. Aug. currentis odò 1686. anni communicavit) absque cupiam oppoſitione, aut contradictione pan exercere & adhibere liceat: Omnia ſub itatione Sacræ Cæſ. Maj. pœnæ graviſſimæ isque Inclementiæ. Atteſtationis ergò non ntùm diploma hoc propriis manibus ſubipſi, & Sigillo Palatinatus mei munivi, ſed am, ut ſupralaudatus Dn. Archiater, Lic. harffius & Dn. Weiſius, Medicinæ & Chigiæ Practicus idem ſubſcripſerint & ſignavet, procuravi. *Sign. Sondershuſæ, die . Aug. Anno* 1686.

Guſtavus Chriſtian Happe, D.
Benjamin Scharffius, L. Archiater, Phyſicus & Med. Provinc. Ord. Schwartzenburgicus, S.R.I. Acad. Nat. Curioſ. BIAS, m.p.
Joh. Georg Weiſe.

Reſponſum Facultatis Medicæ Erforenſis, de Limitanda Praxi Medica Chirurgi Ophthalmici, & non admittendis Empiricis ad Tentamina & Examina Gradualia.

Requiſitio.

P. P.

V. Nob. Nob. & Exc. Exc. ego in fine nominatus celare nequeo, quâ ratione ctus ſim ſequentem caſum proponendi, & eô ſententiam Earum Collegialem, in forinformati, requirendi, dum haud ita prin in certâ quadam civitate habitans Chigus Ophthalmicus, Herniotomus & Lithonus ante 18. annos ſedem ibi fixit, ibique em ſuam, tam quoad Chirurgiam & cuones externas, quàm in defectu Medici, xin Medicam ſub variis incidentibus mor, bono ſucceſſu & non ſine laude (ut idem icientibus atteſtatis probari poteſt) exert, & per diuturnam hanc & multivariam erientiam inſigne fundamentum & ſcienn non exiguam in Arte Medica non tantùm acquiſivit, ſed & omnium animos, dexteritatis ſuæ intuitu, blandâ quâdam vi attraxit, nemo non in civitate illa eundem amore ſecutus ſit. Poſtquam verò ante VI. & quòd excurrit, annos à Senatu Ampliſſimô illius Civitatis Medicus Ordinarius acceptatus fuit, hic (non obſtante, quòd per integros 6. annos hactenus in Chirurgi Ophthalmici Praxin Medicam tacitè conſenſerit, ſeque nunquam, niſi à paucis diebus, illi oppoſuerit) ſupradicto Chirurgo Ophthalmico Praxin Medicam & curationes morborum internorum, vi Magiſtratûs Politici interveniente, interdicere ægrosque contra propriam voluntatem ad ſe trahere, Oculiſtam autem ſupprimere conatur. Hinc ſeq. Quæſtio ſuboritur: An rebus ſic ſtantibus Chirurgo Ophthalmico per tantam temporis intercapedinem feliciter exercita Praxis Medica circa affectus internos interdici, aut hæc porrò ipſi concedenda & permittenda ſit? Rationes pro aſſerto Oculiſtæ ſunt:

(1) Quòd Chirurgo ophthalmico tota Civitas cum diſtrictu adjacente faveat: econtra Medico nimis caro, ob Praxin infelicem & diverſos exceſſus commiſſos, infenſa ſit, ut adeoquè appetitus & confidentia ægroti non facilè cogi poſſit.

(2) Quòd Chirurgus Ophthalmicus nunquam erroris aut exceſsûs alicujus circa Praxin Medicam convinci potuerit, dum felix ſemper in eâ verſatus eſt, & per diuturnam experientiam bonum fundamentum locavit.

(3) quoque ſe, rationibus his non ſufficientibus viſis, ad Tentamen Medicum Ampliſſimæ Facultatis (utut Medicinam ex profeſſô non excoluerit) offert & ſubmittit, de Praxi ſuâ rationes pro virili redditurus, ſperans & confidens fore, ut tam rigoroſè cùm eô non actura, ſed reſponſionibus ejus qualibus ſe contentura ſit.

Quapropter Ampliſſimas V. V. Exc. Exc. officioſiſſime rogito, velint Caſum hunc collegialiter perpendere mihique ſententiam ſuam pro debita remuneratione communicare: aut ſi Tentamen ejusmodi Medicum neceſſariò inſtituendum eſſet, quò citius, eò melius, cum ſupra allegatus Chirurgus Ophthalmicus jam eum in finem hôc in loco commoretur, idem urgerei, & abhinc Atteſtato favorabili, pro debito redhoſtimento, eundem inſtruere: quod ſervitiis meis nunquam non paratiſſimis remuneraturus æternum perſevero

Ampliſſimarum Exc. Exc. V. V.

Erfordiæ die 21. *Aug.* 1686.

Humilimus Servus

Caſimirus Eiſener.

RESPONSVM.

P. P.

Ranſmiſsô Nobis Caſu Chirurgum Ophthalmicum, Herniotomum & Lithotomum,

mum, qui in defectu Medici Praxin Medicam ſub occurrentibus variis, etiam internis affectibus, glorioſè & feliciter exercuerit & per multiplicem experientiam non exiguam in Arte Medicâ ſcientiam ſibi acquiſiverit, ſicque dexteritate ſua blandâ vi omnium animos lucratus fuerit: nunc verò quoad praxin, per 6. annorum decurſum Delitii toleratam, à Medico loci ordinariô, per Magiſtratûs civilis inhibitionem, impediatur, concernente & in epiſtolâ, die 22. Aug. ad nos ſcriptâ propoſitâ quæſtione: An dicto Chirurgo Ophthalmico Praxis Medica tamdiu tolerata in morbis internis interdicenda, an eadem illi ulterius indulgenda ſit? cum (1) tota civitas & provincia adjacens ipſi magis, quàm Medico ordinariô faveat, (2) is nunquam in Praxi exceſſum commiſerit, & (3) certâ ratione ſe ad examen offerat, annexâ petitione, ut noſtram hæc deſuper ſententiam per modum informati communicaremus, vel ſi Tentamen Medicum requiratur, illud inſtitueremus & abhinc atteſtatum Medicum de eò impertiremus: Pro conſcientiâ & ſtatutorum noſtrorum tenore vix aliter reſpondere poſſumus, quàm in defectu Medici, aut ſi caſus facilior in operationibus Chirurgicis alibique ſe trudit, Chirurgo tali Ophthalmico quidem curam quandam internam indulgeri poſſe. Extra hunc caſum verò eundem in terminis ſuis, juxta Conſtitutiones Magiſtratûs, coercendum eſſe. Quod verò Tentamen, aut Examen Medicum, cujus ſimul mentio injecta, attinet, & in eô limites nobis ponunt ſupra allegata ſtatuta noſtra, à quibus conſcientiæ ergò deflectere non poſſumus, quòd ſcilicet nemo ad illud admitti debeat, niſi qui Medicinæ in Academiâ quâdam ex profeſſo operam dederit, ſolidaque illîc fundamenta jecerit. Quod Te reſponſi loco celare non voluimus. Atteſtante Sigillo Facultatis noſtræ. Sign. *Erfordiæ die* 24. *Aug.* 1686.

Decanus, Senior & Aſſeſſores Facultatis Medicæ h. l.

Reſponſum Facultatis Medicæ Lipſienſis, de Exceſſivâ medic. purgantis doſi, ejusque noxa in febr. acutis.

P. P.

TRanſmiſſâ Nobis Epiſtolâ, die 2. Auguſti hujus anni exaratâ, unà cum Actis, contra Caſimirum Eiſenerum, Chirurgum Ophthalmicum & Herniotomum, in puncto curæ internæ, Cauponi Clezenſi, Benedicto Theilen ejusque Conjugi adhibitæ: Et juſſu Clem. Reverendiſſimi & Poſtulati Adminiſtratoris Canon. Merſeburgenſis, Dn. CHRISTIANI, Ducis Saxoniæ &c. &c. Dominorumque Scabinorum Electoralium ſententiâ eò abeunte, Facultatis noſtræ judiciò de eâ d[...] ſiderato: Acta diligenter perluſtravimus, ex[...] minavimus omnesque circumſtantias prol[...] perpendimus. Primô autem intuitu obſe[...] vamus, pulverem dictum laxativum, jux[...] confeſſionem Caſimiri Eiſeneri propriam fo[...] 14. & 26. è drachma ſemis rad. jalappæ & x[...] granis ſcammonii conſtantem, purgans ju[...] vehementius fuiſſe, quod nullus Medicus R[...] tionalis, etiam robuſtiſſimis, aut ſaniſſimis h[...] minibus, pro unâ doſi conjunctim præſcribe[...] audebit; quoniam igitur Benedictus Theil[...] hujusque conjux ſimiliter juxta propriam Ei[...] neri relationem utrobique febri quadam acu[...] inflammatione ſanguinis & cephalalgiâ, om[...] umque partium languore decubuerunt, *v.* *Act. fol.* 14. *&* 15. hinc magna hæcce do[...] non tantùm per ſe, ſed magis adhuc ſub h[...] diſpoſitione p. n. ſummè nociva fuit; cùm [...] ſimilibus febribus, ſi cumprimis per dies [...] quot durârunt, omnes purgationes, eti[...] ipſa laxativa, periculoſa ſunt, & facilè ext[...] mam virium proſtrationem & hypercathar[...] lethalem inducere valeant: ut idem Phyſi[...] Ordinarius, Dn. D. Joh. Caſpar Weſtpha[...] in judicio ſuo fol. 22. & ſeqq. fusè & eruc[...] deduxit. Reliqua medicamenta ſimul tra[...] miſſa quod concernit, illa ob temporis diut[...] nitatem partim exſiccata ſunt, pulveres aute[...] tanquam mixtum quid, adeò accuratè dig[...] ſci nequeunt, nec tam illi, quàm purgans [...] lud validum ſymptomata ejusmodi pericul[...] ciere potuerunt. Quod Reſponſi loco his [...] ferre voluimus. *Lipſiæ die* 4. *Aug. A[...]* 1687.

Decanus, Senior cæterique Doc[...] res & Aſſeſſores Facult. Med. [...]

Defenſio Caſimiri Eiſeneri, Medi[...] Practici & Chirurgi Ophthalmici XX. an[...] rum, contra Senatûs Delitienſis Inquiſitionem, anno 1686. intentatam & anno 93. continuatam.

IN inquiſitione illa negligentiæ alicujus at[...] culpæ, ratione curæ Cauponi Clezenſi, [...] nedicto Theilen hujusque conjugi Chriſtinæ [...] hibitæ, accuſatur. Indicia putatitia præci[...] radicantur (1) Denunciatione fol. 2. Act. [...] ram Sereniſſ. Ducis Saxonico Merſeburg. [...] ſitudine, à Georgio de Kroſelwiz in Lemb[...] quod dictus Caſimir Eiſener, contra inte[...] ctum pœnale Senatûs Delitienſis, internis c[...] ſe miſcere auſus fuerit & Cauponi Cle[...] ſi ejusque conjugi vehementes ejus[...] di purgationes aliaque medicamenta pr[...] nârit, ut palam edixerint, neminem, [...] ter Caſimirum Eiſenerum, illos enecare [...] quon[...]

quoniam (Denunciantis judició) non exigua indicia de imperitiâ & latâ culpâ, in curâ cum hominibus illis à Caſimirô Eiſenero inſtitutâ occurrunt, ad ulteriorem inquiſitionem illa referebantur; quô factô etiam fol. 1. à Sereniſſ. Celſitud. Merſeburgenſi Senatui Delitienſi, ut in negotium hoc inquirerent, medicamenta adhibita ſpecificè notarent, Phyſico civitatis ob oculos ponerent, ejusque judicium requirerent, die XI. Maji Anno 86. gratioſiſſimè mandatum fuit. Unde abhinc (2) fol. 5. & 7. diverſæ regiſtraturæ, ſimiliter 3. pulveres diaphoretici, cum exiguo vitro tincturâ pleno, Senatui Delitienſi oblata, fol. 8. Anna Roſenkranzia, fol. 10. Johannes Dorn, ſummariter examinati, fol. 11. Paſtoris Clezenſis, M. Strielii, atteſtatum productum, fol. 38. porrò Petrus Theile & Eliſabetha Theilia ſummariter abhinc eadem fol. 155. juratò percipieban tur. (3) quoque fol. 31. epiſtola quædam ad acta producta fuit, in quâ D. Hoffmannus pe es D. Weſtphalum de Caſimirô Eiſenerô, ob uram, in Andrea Prautſchio, Phthiſi labonte, inſtitutam & quòd plures ille ſedes & omitus perpeſſus ſit, conqueri ſuſtinet; abinc autem fol. 13. innocenter inculpatus ſum ariter & fol. 138. ad articulos hujus curæ initu examinatus fuit, qui fol. 14. & 15. rela onem & medicamenta quoque communicat. (4) fol. 17. D. Weſtphalus & Pharma poeus Schäfferus medicamenta transmiſſa aminarunt, deque iis D. Weſtphalus fol. 20. 22. ſiniſtrum judicium tulit; (5) fol. 26. & fol. 3. inhibitiones pœnales de fugiendis ris internis allegatæ & (6) fol. 128. Ampliſſ. cultatis Medicæ Lipſienſis Reſponſum, Inlpato adverſum, productum, isque (7) ſub amine ad articulos inquiſitionales fol. 138. art. 2. 3. ſe in Academiis ſtudiis non incuiſſe, & ad artic. 5. in Latinâ Linguâ minus verum eſſe, (8) ad articulum inquiſitionalem . ſe Martini Triſchleri filiæ, dyſentericæ, dicinam feciſſe, hanc autem emortuam ſſe: porrò (9) ad articul. inquiſ. 45. & 46. ulpatus ſe pulverem laxativum, à Caupone jusque conjuge aſſumptum, è ℥ß. radicis ppæ & gr. 4. vel 5. ſcammonii, ſine additâ râ ſigillatâ, conſtantem, propinaſſe confeſfuit.

Inde jam quæſtio oboritur: An hâc in te ex Actis tantum elucescat, ut Inculpato urâ Cauponis & Conjugis ejus Clezenſium glectio & culpa quædam verè imputari poſ. E juribus ſatis ſuperque conſtat, quod in ictis & quaſi delictis probationes luce meanâ clariores requirantur,

l. fin. C. de Probation.

n ubi majus periculum, ibi cautius ſit agenn, & quòd non ſtatim is, qui accuſatur, ſit, ſed prius convinci debeat; ſi enim ſoculpatio ſufficeret, nemo hominum foret innocens; præſertim hocce ſeculò exulceratiſſimô & in tantâ obtrectatorum frequentiâ,

Gail. Lib. I. de Pace Publ. cap. 5. n. 3.

Hîc, ut ſperamus, nondum probatum, quod contra innocenter Inculpatum adductum, & cujus intuitu in famoſam admodum inculpationem protractus fuit, ſiquidem omninò certum eſt, quòd (1) denunciatio contra illum fol. 2. facta, in ſe nullum indicium aut probationem formare poſſit, cum accuſatoris vice defungatur, nemoque in unâ eâdemque causâ & accuſator & teſtis eſſe poſſit,

l. 10 ff. & C. de Teſtib.

atque ideò is, qui aliquid denunciat, aut inculpat, illud non probat, ſed præbet occaſionem probandi; ubi non minus è legibus conſtat, quòd contra perſonas honeſtas probatio fortior, atque indicia graviora requirantur, quàm contra viles,

Farinaceus de Reo conf. & conv. Qu. 1. n. 49.

Pariſ. de Puteo, de Syndic. Qu. 1. n. 12.

Quemadmodum ergò nuda inculpatio denunciatum non gravat, ita (2) ratione Teſtium contra eundem examinatorum, utpote qui Cauponem ejusque Conjugem Clezenſes, ad ultimum vitæ halitum de eo conqueſtos fuiſſe referunt, monendum eſt, depoſitionem illorum ſummariam, ut ſperatur, Inculpatum gravare non poſſe, cùm omnis teſtimonii vis, à juramentô Teſtis dependeat. Adhæc illi maximâ ex parte ſunt Defunctorum Conſanguinei, Filiæ & Socer, qui eam ob cauſam omni exceptione majores non ſunt; & licet Eliſabetha Theilenia fol. 155. juratò examinata fuerit, illa tamen, ut dictum fuit, Defunctorum filia & fœmina eſt: jam autem è jure conſtat, quòd in cauſis inquiſitionalibus fœmina contra reum non ſit teſtis omni exceptione major.

Gail. de P. P. lib. 1. cap. 15. n. 7.

Et poſitô, neutiquam autem conceſsô, Defunctos in cauponâ de medicamentis Inculpati conqueſtos fuiſſe, querimoniæ tamen illæ iniquæ fuiſſent, cùm tormina propriæ culpæ ipſorum adſcribenda ſint; quia (α) præſcriptum illis regimen non obſervârunt, in frigidâ & apertâ camerâ decubuerunt, in ædibus obambulârunt, à cibis poſt aſſumtum pharmacum non abſtinuerunt, ſed cereviſiam Eilenburgenſem, Serveſtanam, albam & ſecundariam ingurgitârunt, teſte Servo, Johanne Friderico, ad artic. 5. fol. 120. multum etiam vini bibêrunt, quod Servus illis Delitiô attulit, juxta juratam depoſitionem Eliſabethæ Troitſchiæ fol. 155. ad artic. 14. quod inculpatus quoque fol. 15. & ad artic. inquiſitionalem 63. adduxit, adeoque hic locum habet: quid per me non ſtat, mihi non poteſt imputari;

l. 38. ff. locat.

(Ii) 3 & da-

& damnum, quod quisque ſuâ culpâ ſentit, ſibi ſentiat.

l. 23. *&* 203. *ff. de Reg. Jur.*

Tormina enim & cruciatus abdominis (β) à laxativo profluere non potuêre; quamvis enim de nihilo non ſit, leniſſimam laxationem, imò & pilulas aliquid torminoſi procreare, hoc tamen laxativum penes illos non permanſit, ſed per vomitum ſtatim rejectum fuit, adeò, ut pulvis in pelvis fundô obſervari potuerit, quod neceſſitate exigente teſtibus juratis evinci potetit; quemadmodum idem partim jurato aſſertum fuit ab Eliſabetha Troitſchia, fol. 155. ad artic. 13. Quodcunque igitur per vomitum rejicitur, illud certè nullam operationem exſeret. Quod autem hæc in vinô aduſtô aſſumpta fuerit, contra Inculpati voluntatem accidit, quoniam ægri nullô aliô vehiculô, non obſtante Inculpati interdictione, uti voluêre. (γ) Si laxativum hocce nocivum fuiſſet, Cauponis binæ filiæ, qui ex eodem morbo decumbebant, & ab Inculpato non minus laxatæ & curatæ ſunt idem ſine dubiô ſenſiſſent: Quoniam verò regimini præſcripto convenienter ſe geſſerunt, nec contra prohibitionem vinum, cereviſiam, coventum & lac ebutyratum (Parentum inſtar) ingurgitârunt, hinc è morbô eluctatæ ſunt & cum priſtinâ valetudine in gratiam redierunt. Hîcque (δ) doſeos intuitu NB. monendum, quod in relatione ejus Inculpatus ob terrorem & alterationem (dum teſte Atteſtato fol. 19. die 14. Maj. Anno 86. ad curiam citatus ipſeque NB. [antequam domum è curiâ rediiſſet] curam in Caupone & uxore ejus inſtitutam indicare tenebatur) ſe præcipitavit, erravit & poſtmodùm in relationibus fol. 14. 16. illud immutare non auſus fuit, adeóque hâc in parte longè plura indicavit, quam reverâ in laxativô Cauponi & uxori ejus propinato, contenta fuêrunt ſiquidem Inculpatus intemeratâ conſcientiâ teſtari & obtinere valet, quod ultra 4. ad 5. grana ſcammonii & aliquid terræ ſigillatæ, cum ℨß. rad. jalappæ ad id receperit, quod etiam fol. 103. in ſcriptis & fol. 134. ad articulum inquiſitionalem 45. 46. 47. jamdum retulit; hæc autem doſis in perſonis robuſtioribus, & quæ inſuper firmioris ſunt naturæ, nec tam facilè moveri poſſunt, non excedit. Adhæc (ε) è Cauponis Servi, Joh. Friderici, judiciali depoſitione fol. 120. ad artic. 80. elucefcit, Cauponem & uxorem ejus non ſolâ Inculpati operâ uſos fuiſſe, ſed & Præceptorem Clezenſem, qui pro medicô ſe venditavit & ad eosdem vocatus fuit, it. artic. 9. 10. D. Weſtphalum etiam conſuluiſſe, & integra vitra medicamentis ejus, referta aſſumſiſſe, imò ad artic. 11. teſtis hic deponit, NB. eâ ipsâ nocte, poſt aſſumpta D. Weſtphali medicamenta Cauponem cum uxore ſuâ obiiſſe. Jam ad hæc innocenter Inculpatus neque ad proceſſum injuriarum olim reciprocatum ſe quidem referre non ſuſtinet, neque hic extollet aut repetet ea, quæ in dep. Teſt. in Actis ad artic. 1. usque ad 7. obſervatur, & innocentem Inculpatum tangunt, ſi hoc tantùm ponderandum ſiſtit, quòd Defuncti illi tres Medicos adhibuerint, à quibus omnibus medicamenta obtinuêrunt, unde profectò ipſe pro omnibus reſpondere, aut ei tantùm pharmacis adverſi quid imputari non potuerit, ſed potius certum eſt, quòd probabiliter ignorentur, quæ in multitudine fiunt,

Gail. 2. *Obſerv.* 109. *Num.* 1.

& quòd in dubiô benigniora præferenda

l. 56. *ff. de Reg. Jur.*

maximè, quòd (liceat id absque jactantiâ dicere) Inculpatus ad 18. vel 20. annos in Medicinâ, tam in curis internis, quàm externis exercuit, & à nemine adhuc, quàm hâc vice, incuriæ alicujus inculpatus aut accuſatus fuit. Ut non dicam ſcammoniata præparata & correcta (quibus Inculpatus in præparatione laxativi uſus fuit) Medicis in quotidianô uſu eſſe,

Paulus Zacchias Qu. Medico-Leg. Lib. 2. *Tit.* 2. *qu.* 9. *n.* 7.

neque ignotum eſſe, quòd febres ardentes, malignæ & acutæ ſint utplurimum lethales, cumprimis ſi febres ardentes homines provectioris ætatis, nec in ætate juvenili amplius conſtitutos, adoriantur; nam ibi febris ac[..]a omninò ad interitum ægrotantis terminatur.

P. Zacchias Lib. 4. *Tit.* 1. *qu.* 8. *n.* 54.

(idque non tantùm Lipſiæ, ſed aliis in oppidis & pagis circumjacentibus jam ſæpius accidit.) Quin & utplurimùm lethale eſt, quando dyſenteria cum febre cumulatur (quòd ſymptoma ob ingurgitatum potum copioſum fi[..]dum in Defunctis Clezenſibus quoque ſe tr[..]t, per Act. fol. 15. & ſeqq.) nam hic morbus in ſene & in juvene eſt incurabilis

Zacchias d. l. num. 56.

Unde etiam opus illud Pauli in curatione patris Publii, qui dyſenteriâ cum febre laborabat, inter curationes miraculoſas refertur in *Act. Apoſt. cap.* 28. §. 8. & ita vernum eſt illud:

Non eſt in Medico, ſemper relevetur ut æger,
Interdum doctâ plus valet arte malum.

dum è jure Romanô ex *lib.* 6. §. 7. *de ff. Præſ.* notum, quòd Medico eventus mortalitatis imputari non debeat. Juxta hæc (3) Inculpatus per epiſtolam Hoffmanni fol. 1. productam & curam Andreæ Preutſchii concernentem gravari nequit, ſiquidem ex actorum fol. 47. elucefcit, quòd Preutſchius reconvaluerit, & ſtatus ejus in meliorem commutatus fuerit, ipſeque neſciat, annon iterum

pera[..]m

atam valetudinem jure meritò Inculpati cu- in acceptis referre & adſcribere teneatur.) Dn. Weſtphali & Pharmacopœi Schäfferi iſtrum judicium de curâ & medicamentis culpati fol. 20. & 22. quod concernit, ad Inculpatus die 15. Aug. An. 1687. in Actis . 111. 112. usque ad folium 118. jamdum ficienter reſpondit; ubi monendum, quòd egatæ perſonæ Innocentis Inculpati adver- ii hoſtesque ſint infenſiſſimi, quod D. Weſt- alus fol. 25. ipſemet inficias ire non audet, quia judicium ſuum ſuſpectum (dum non tùm Proceſſum injuriarum olim contra In- patum inſtituit, atteſtantibus Actis coram atu Delitienſi ventilatis, ſed & Praxin ejus ibere ſuſtinet) ad Reſponſum Facultatis usdam Medicæ provocat, & ita in jure cla- n eſt, quod inimico non credatur in jure, m in cauſis privilegiatis, factis occultis & icilimæ probationis,

Proſper. Farinac. in Tr. de Teſt. L. 1. Qu. 53. n. 7.

nimicitiæ habilitas nec per torturam ſup- ri queat

Boſſ. in Tr. Crim. Tit. de inquiſ. num. 25.

judex ex officiô inimicum repellere debeat,

Dec. in Tr. Crim. P. I. Lib. 3. cap. 25.

emadmodum & animus ejus infenſus in hac tione verb. final. fol. 25. inde quoque elu- , dum perhibet, pulverem rubicundum rè vitrum ♁. eſſe, quod Caſimirus aliâs ægris offerat, eosque per 40. ad 60. vomitus non vitæ periculô purgare ſoleat: ubi è ſini- & erroneis conjecturis ac inculpationibus demnare & denigrare ſuſtinet; aſt inno- ter Inculpatus hâc vice non urget, quòd umque illi, qui eandem, uno eodemque oco, Profeſſionem exercent, rarò ſe mu- amore proſequantur: multò minus In- patus tenorem articulorum, fol. 59 & 61. ervandorum, aut & Reſcripti Principalis tioſiſſ. verba finalia, fol. 66. repetet; ſed tantùm monere ſuſtinet, quod Gailius . 2. Obſ III. num. 13. adducit, quòd ſcili- in ſimilibus judiciis primò omnium requi r, ut juramentum credulitatis deponatur, ipulante *Carpzoviô P. 1. Conſiſt. 22. Def.* neque unius tantùm, ſed plurium Medi um judicium adſit, oportet, niſi quis ſit non idi, ſed inſignis reipublicæ Medicus,

Gail. d. l. n. 3. & 6.

ous cum circumſtantiis ſupra allegata ſini- judicia, quæ jamdum ab inimicis ejus pro- cuntur, ut ſperamus, effectu ſuo care- t. Adhæc Inculpatus in eâ opinione ver- r, quod adductæ inhibitiones curarum in- ternarum ipſi nequicquam præjudicent, cùm per 18. ad 20. annos & quod excurrit in quaſi poſ- ſeſſione curarum internarum fundetur; inter- dictio autem & privatio poſſeſſionis vel officii (à quo cumprimis victum ſuum fœneratur) eſt pœna, quæ non niſi contra delinquentes locum habet: Jam verò ne ullius quidem ex- ceſsûs heîc unquam convictus fuit, magnum- que diſcrimen inter inculpationem & proba- tionem intercedit. Ultra hæc inhibitiones illæ non ſimpliciter & abſolutè, ſed certis limita- tionibus publicatæ ſunt, ut ſc. ad ea ſe legiti- met. Legitimatio autem & atteſtatum Exa- minis fol. 123. reperitur, ubi & per Dn. Co- mitem Palatinum, D. Cancellarium Happen, curarum internarum intuitu, prævió Examine privilegiatus eſt; quod privilegium Cæſareum nemo, ut certò confidit, impugnare, aut ipſi eripere audebit; quemadmodum & Teſtimo- nium Informationis, quod per integrum de- cennium illic inſtructus ſit, cùm aliis atteſtatis, in fine deductionis addendis, idem ſuſtinet. Quapropter, cùm hâc in parte ſatis celebris & expertus fuerit, Dn. Tizius aliique Senatorii Ordinis Viri, Delitii ipſum in curis internis con- ſuluêre, ſicque, cùm nulla ab eô mulcta exacta fuerit, inculpatus exiſtimavit eandem ſublatam fuiſſe, ut jamdum fol. 138. ad artic. inquiſitio- nalem 9. adduxit; unde & quælibet cauſa, et- iam putatitia & injuſta, de jure excuſat à dolo & contumacia: Prout aliâ ratione ſe â curis internis abſtracturum eſſe ſtipulari non potuit, niſi culpâ quâdam contra ſe allatâ & probatâ, ut Clementiſſimè indultum privilegium Cæ- ſareum ejus intuitu ſufflaminari poſſit. Quam- vis igitur 6.) Ampliſſimæ Facultatis Medicæ Lipſienſis judicium fol. 128. 129. ipſi contra- rium eſſe videatur, contra illud tamen eſt no- tandum, quòd in erroneis præſuppoſitis & confeſſione fol. 14. 16. radicetur, in quâ Incul- patus, ſub indicatione præcipitando ſe, erra- vit, plusque, quam exhibuit, indicavit, dum NB. non gr. xv. fuêre, quæ ad laxativum rece- pit, id quod intemeratâ conſcientiâ obtinere poteſt: hoc autem in perſonis robuſtioribus exceſſivum non eſt, iis cumprimis, quorum natura tam facilè non movetur, quali Caupo ejusque Conjux ſunt gaviſi. Sic & in febribus ardentibus, ſi calor internus alvusque contu- macior urgeat, & ſtomachus pituita inviſcatus, exhibitio laxativi, juxta diverſorum Celeberri- morum Medicorum, cumprimis *Rolfinc. in Conſil. Med.* ſententiam & doctrinam (cùm febrium tantùm non omnium origo è ventri- culô malè affectô ſcaturiat) omninò licita eſt, ut fol. 112. & ſeqq. comprobatum. Hinc non omnes & ſinguli Medici ſententiam, In- culpato oppoſitam, amplectuntur; nec incul- patus in medium adferet, quæ Gailius

L. 2. Obſerv. III. n. 22. & 23.

habet,

habet, quod ſæpe judicium Medicorum ſit incertum, & fallax, quia deſperati à Medicis haud raro priſtinæ ſanitati reſtituuntur, & nonnunquam moriuntur, eorum opinione ſalvati; eapropter etiam, ſecundum Peritorum judicium, lata ſententia nunquam tranſit in rem judicatam, & revocari poterit, propter conſilium ſapientioris & magis periti,

Gail. L. 2. Obſerv. III. num. 12.

dum Artis Medicæ potiſſimum & firmiſſimum fundamentum, imò anima ejus in Experientia, non verò libris ſemper & regulis theoreticis radicatur, prout illud *Henricus ab Heer in Obſerv. Med. raris, Obſ. 5. ubi agit de erroribus Medicorum, in febribus maximè curandis*, deducit & ſimul ſeq. enartat: Vidi, inquit, qui è Syntaxeos Claſſe Pharmacopola factus, cùm novem circiter menſes è Pharmacopoliô abfuiſſet, Medicinæ Doctor alibi renunciatur. Reduci obviam mihi facto, & ſuperbè & ſplendidè veſtibus conſpicuo, unde Tu nobis? inquam, cur tam diu officina tua vacat? Ego, inquit, ſum Doctor; Ergò & doctus ajo: Imò, inquit, & Te & quolibet doctior; ejus rei literæ meæ aureæ & prægrandes membranæ ſplendidæ fidem faciunt. Amabo Te, inquam, ésne doctus nominaliter, an participialiter? ut rudimentarii loquuntur &c. in quô opus paulò poſt Magiſtrum miſerè commendavit, dum in ſuſceptâ curâ leviſſimæ febris intermittentis vile ſanè documentum edidit, ut laudatus Author illud fuſius oſtendit. Hinc (7) innocenter Inculpato nil quicquam præjudicat, quod in reſp. ad artic. inquiſitionales fol. 138. ad artic. 2. & 3. ut & 5. confitetur ſe in Academiis Medicinæ operam non dediſſe: Sufficit, quod per experientiam illam hauſerit, & in OrbePraxin addidicerit, cum penes Magiſtrum ſuum, juxta tenorem Atteſtati informationis (vulgò *Lehr-Briefe*) integrum decennium eandem addiſcendo conſumſerit. Decennium in jure tempus longum audit, aliâs autem tantùm quinquennium in Juriſprudentiâ & biennium vel triennium in Medicinâ requiritur, informatio per experientiam & praxin quoque theoriam longis paraſangis antecellit. Eſt enim theoria propter praxin, & propter quod unumquodque tale eſt, illud magis tale eſt; ſicque unusquisque ultrò fateatur, oportet, Praxin & Experientiam in Medicinâ potiſſimum locum obtinere, à quâ Medici non ſine causâ Experientiſſimi vocantur, quoniam experientia hîc eſt efficax & optima rerum & Magiſtra & Doctoriſſa;

C. qu. ſic. de Elect. in 6to.

ut adeoque Medici illiterati ſæpè & ignari ſcriptorum Galeni & Hippocratis in Praxi ſint feliciores, juxta traditionem *Henrici ab Heer, in Obſ. Med. Rar. obſ.* 5.

Porrò innocenter Inculpato non præjudicat, quod ad artic. inquiſitionalem 12. & 1[…] confeſsus fuerit, ſe Martini Trizleri filian[…] dyſenteriâ laborantem, curaſſe, hanc aute[…] obiiſſe; inde enim non ſequitur, eandem […] curam adhibitam, aut ex hac vitam cum m[…] te permutaſſe: non enim probat hoc eſ[…] quod ab illo poteſt abeſſe, & ad poteſt abeſſe […] ad poſitionem unius facti, non ſtatim ſequi[…] poſitio alterius facti. Si Medico alicui nul[…] obiret æger, is profectò ſingulari encomiô […] privilegiô digniſſimus eſſet. Aſt ſuo t[…] ſtant, quæ *Job. c.* 14. §. 5. leguntur: Hom[…] terminus ſuus eſt præfixus, quem non præt[…] ibit; unde tempore horâque mortis præſ[…] te, non eſt in Medico, ut relevetur æger, […] que delicta & quaſi delicta præſumuntur,

l. 51. *ff. pro Socio.*

ſed hîc quoque culpa inculpata, ut juris […] demonſtranda eſt. Nec porrò Inculpato p[…] judicium creare valet, quòd ad artic. inq[…] 45. & 46. affirmaverit, ſe ad pulverem l[…] tivum, Cauponi Clezenſi hujusque Con[…] oblatum, ℈ß. rad. jalappæ & 4. ad 5. gr[…] ſcammonii, nullô modô verò juxta relatio[…] & indicationem fol. 14. & 16. (utpote q[…] ex alteratione, terrore & præcipitatione […] ctum) xv. grana ejusd. ſumſiſſe, ſiqui[…] doſis hæc in robuſtioribus & naturâ for[…] gaudentibus non excedit, adeoque cum […] rad. jalappæ benè conjungi poteſt, quoniar[…] ſe nemini detrimentum adfert; ut adeo[…] neque negligentia, neque imperitia vel c[…] inde atque ex doſi obtineri poſſit, cumpri[…] quòd pro Inculpatô militet, eundem non […] tùm, juxta tenorem atteſtati informatio[…] hîc adjecti, per integrum decennium, tam […] ad internas, quàm externas curationes i[…] matum fuiſſe, ſed & per 18. ann. & quod e[…] rit, curas internas etiam feliciter & optim[…] ercuiſſe, quùm hac in parte anno 80. à S[…] Delitienſi plurimi Cives examinati illud […] mârint; quapropter ut depoſitiones ill[…] & Regiſtraturæ ad Acta hæcce referai[…] obnoxiè rogatur, & donec illud factum f[…] contra tranſmiſſionem Actorum proteſta[…] quæ adhæc atteſtatum Delitii die 26. Oc[…] 1680. à quam plurimis Civibus ſubſcriptu[…] ſubſignatum, confirmat; & quòd is in cu[…] ternis probè verſatus ſit, ulterius Dn. W[…] lerus, decantatus Pharmacopœus & […] Practicus Lipſienſis, atteſtato hîc ſub ſig[…] adjecto teſtatur: Medicorum autem n[…] ne veniunt etiam Pharmacopolæ, ([…] *zov. P. I. Deciſ.* 8. *num.* 5. 6. 7.) inc[…] dicitur: Semel bonus, ſemper præ[…] tur talis. Similiter ex Inſtrumentô fo[…] obſervandô apparet, & q. ab artic. 1. […] ad 7. quòd in curis internis & laxantibu[…] ſculè ſe geſſerit, ſiquidem &, juxta Dn. […] cellarii Sondershuſani & Com. Palatini […] rei, Dn. Guſtavi Adolphi Happen Atteſt[…]

. 123. productum, de curis internis & exter- à Medicis Celeberrimis examinatus benè ſpondit & hâc in parte privilegiò donatus t, idque ſub comminatione inclementiæ ſareæ mulctæque graviſſimæ. Quibus ita habentibus, & quoniam Privilegium illud ſareum irritum non eſt reddendum, maxi- è quùm (hoc caſu exceptô) nunquam ne- gentiæ alicujus in curis internis inculpatus erit, licet ultra 18. ad 20. annos in curis ex- nis verſatus ſit, per actor. fol. 34. Caupo Cle- ſis cum uxore ex propriâ culpâ perierint, orum errores in Diæta demonſtrati: Pur- s autem penes illos non remanſerit, ſed per mitum rejectum fuerit, illi quoque tribus dicis horumque pharmacis uſi ſint, præjudi m quoque Facultatis Medicæ Lipſienſis in oneis præſuppoſitis radicetur, dum in rela- nibus ſuis fol. 15. & 16. longè plura indica- , quam reverâ adhibuit, Inculpatus deni- e, ſplendidiſſimis, ut dictum, Atteſtatis, od & curas internas benè intelligat, in Praxi rum optimè ſe geſſerit, inſtructus ſit; deſu- Nobiliſſimum Judicis officium ad defenſio- n & abſolutionem rei quôvis modô ſupplen- m & adjuvandum obſtrictum

Gail. L. 2. de PP. c. 1. n. 10.
Carpzov. Lib. 2. Reſp. 87. n. 27.

n imò, Innocentiam rei judex quærere de- , niſi ſe non defendat.

Baldus in Conſ. 107. per l. 19. de pœnis.

ula enim debet, eſt neceſſitatis, & impor- neceſſitatem,

Gail. in Clem. attendentes in verbum debet, de ſtatu Moniali.

omnibus modis laborandum eſt pro rei in- centiâ,

Gail. L. 2. de PP. c. 8. n. 5.

ue faciliores ſimus ad abſolvendum, quàm condemnandum.

L. 47. ff. de Reg. Jur.

n fine Reo, qui in jure favorabilis,

l. 125. ff. de Reg. Jur.

endum, ut abſolvatur,

Gail. obſerv. 31. n. 12.

ignioraque præferenda,

l. 42. ff. pœnis l. 56. ff. de R. J.

idem, quod ſanctius ſit, nocentem dimit- e, quàm innocentem damnare,

C. S. ff. de pœnis.

c innocenter Inculpatus ſuppliciter rogat, famoſa ejuſmodi Inquiſitione, ex his de- tis abſolvatur, ipſique regreſſus contra De- nciantem & omnes Delatores falſos refer- ur, SS. &c.

Novell. Val.

Atteſtatum informationis.

SEreniſſimi & Potentiſſimi Electoris ac Domini Domini GEORGII I. & IV. Comitum Imperii &c. Ego Gottofredus Hacke, privilegiatus & approbatus Chirurgus Ophthalmicus, Lithotomus & Herniotomus, Civis Electoralis Saxonicæ Civitatis Freybergenſis, omnibus & ſingulis, quibus atteſtatum hocce informatorium & abſolutorium offertur, ſalutem denuncio, in ſimul Eosdem certiores reddens, quod die 15. Maji, Anno 1655. Dn. Georg. Eiſener, Chirurgus Ord. Civitatis Imperialis Mohlhuſanæ, per manifeſtum & irrevocabilem contractum, præviâ ponderatione & in præſentiâ Teſtium ſubſequentium, ſc. Dn. Johannis Caſpari Fiſcheri, Sereniſſimorum Ducum Brunswico-Lüneburgenſium & Principis Würzburgici Chirurgi Ophthalmici, Lithotomi & Herniotomi: Item Dn. Johannis Knochii, N. C. P. tanquam Teſtium, filium ſuum Caſimirum, ad laudatiſſimam Chirurgiam Ophthalmicam, Lithotomiam & Herniotomiam, ut & internorum & externorum morborum curationem & quicquid ad illa pertinet, addiſcenda, ad decennium pro Tyrone & Diſcipulo locaverit & tradiderit, hâc ratione: ut modò dictus Caſimirus Eiſener, ex una parte in hiſce annis tyrocinii ſe fidelem, diligentem, pium, taciturnum, obedientem, honeſtum & ſincerum, ceu diligentem tyronem decet, geſturum, Magiſtri ſui detrimentum averſurum, incrementum ej⁹ promoturum, & nequicquam ex ſocordiâ quadam neglecturum, quod Domino ſuo noxam quandam inferre poſſet, & ante prædictum tempus ex annis tyrocinii & ſervitii neutiquam evaſurum ſtipulatus ſit: Ex alterâ verò parte ſimul promiſerim, me ſupradictum puerum in allegatâ curâ oculorum, lithotomiâ, herniotomiâ, ut & curis internorum externorumque affectuum, & quæcunque eò referuntur, candidè & fideliter informaturum, & elapsô decenniô honeſto atteſtato informationis (quò inter honeſtos homines ſubſiſtere & verſari poſſit) inſtructum eſſe. Cùm ergò ſæpius allegatus Caſimirus Eiſener ſe honeſtè & inculpatè geſſerit, annos Tyrocinii ſui emenſus ſit, & in is, tam in Praxi, quàm Theoriâ internarum curarum haud exigua fundamenta jecerit, ut pro Medicinæ Practico haberi poſſit: Meque ob vitam laudabiliter actam & ſingulares profectus, ut eundem abſolverem, decenter rogaverit; hinc Ego ſupra nominatus Gottofredus Hacke hoc ipſi, ut æquum erat, denegare non volui, nec potui. Eaque propter omnes, cujuscunque dignitatis aut conditionis etiam fuerint, cumprimis autem Experientia claros & nobiliſſimæ Medicinæ addictos Medicinæ Practicos amicè rogito, velint ſupradictum Caſimirum Eiſenerum, intuitu vitæ laudabilis, exantlati tyrocinii & inſignium profectuū favore & promotione ſua dignari ſibique commenda-

 menda-

mendatum habere. Hoc erga omnes & ſingulos, in ſimilibus occaſionibus, remuneraturus & gratô animô accepturus ſum. Atteſtationis ergò Teſtimonium hoc & Atteſtatum informationis ſolitô & connatô meô ſigillô confirmatum & à ſupradictis Teſtibus ſubſcriptum fuit. Sign. in Imperiali Mühlhuſanâ, die 20. Junii, anno Chriſti 1665.

Gottofredus Hacke, Elect. Sax. Privilegiatus Chirurgus, Ophthalmicus, Herniotomus & Lith. ut & Med. Pract.

Johann Caſpar Fiſcher, Chir.

In fidem rogatus ſubſcripſit,

Joh. Georgius Kirche, N.C.P.

Sententia Dnn. Scabinorum Lipſienſium.

TRansmiſſis nobis denunciatione, recognitione, Facultatis Medicæ Reſponſo, articulis inquiſitionalibus, Caſimiri Eiſeneri reſponſionibus ad illos, ſummariter & juratis fortè Teſtium depoſitionibus, & quæ ad ſui defenſionem obtulit, cum additâ quæſtione & ſententiæ noſtræ requiſitione, Nos Scabini Electorales Lipſienſes juribus conſentaneum eſſe ducimus, & tantum invenimus, quòd allegatus Eiſener, ob curas internas, contra Magiſtratûs inhibitionem ſuſceptas & exceſſus in uſu medicamentorum commiſſos, rebus ita ſe habentibus 40. Imperialium mulctâ puniendus, & ſimul ad impenſas, durante proceſſu conſumptas, præviâ liquidatione & judiciali moderatione, condemnandus ſit; ubi ſimul ſeriò admonendus erit, ut à medicamentorum internorum exhibitione poſthac omninò abſtineat, ne, ſi immorigerum ſe geſſerit, graviori pœnâ afficiatur, idque de jure. Atteſtante Sigillo noſtro: Menſ. Febr. Anno 1694.

Scabini Lipſienſes.

Poſtquam ab hâc ſententia Eiſenerus ad Sereniſſimum provocaverat, nihil verò aliud in gravaminibus ſuis & reliquis defenſionibus, quàm crambem totius recoctam attulerat, re ad Dnn. Scabinos Halenſes delatâ prior ſententia confirmata fuit.

Sententia Dnn. Scabinorum Ser. Elect. Brandenb. Halenſium.

P. P.

QUandoquidem novam à Caſimirô oblatam Defenſionem, unâ cum reliquis contra eundem, ob curas quaſdam internas, contra Magiſtratûs inhibitionem ſuſceptas & illîc commiſſos exceſſus & incurias, non minus ac alia, inter eundem & Principalem Saxonicum Phyſicum Provincialem, Dn. Johannem Caſparum Weſtphalum, in puncto injuriarum ventilata, conjunctim è duobus voluminibus conſtantia Acta, cum quæſtione quadam Nobis transmiſeritis, & ſententiam quandam [illegible] iis petieritis; hinc Nos, à Sereniſſ. Electore Brandenburgico, in Ducatu Magdeburgico conſtituti Scabini Halenſes, præviâ diligenti perlectione & ponderatione juri conſentaneum eſſe dicimus:

Quod Caſimirus Eiſener etiam in præſenti ſuâ defenſione, quod ipſi patrocinari poſſet, [illegible] quicquam deduxerit; unde eâ non obſtante ſententiâ, die 6. hujus anni publicata & Volum. Actor. Inquiſ. 192. inſerta, omninò ſuô adhuc talo ſtat; quin & inquiſitus impenſas, ultimam ejus defenſionem inſecutas, ſimiliter ferre [illegible] netur: Decætero autem priores illi adjudicatæ & fol. Act. 267. ſeqq. liquidatæ expenſæ ad xx Imperiales, 3. groſſos & 9. obolos hiſce mod[illegible] rantur. Expenſæ autem fol. 266. denominatæ ſine remiſſione meritò ſolvendæ erunt. [illegible] jure. Atteſtando omnia Sigillô noſtrô. [illegible] *Decembr.* 1694.

Scabini Electorales Brandenburg[illegible] Halenſes.

CASUS XXXVII. *DE* FINIBUS IMPERII CHIRU[RGI]GICI & PHARMACEUTICI.

Species Facti.

CHirurgi Lugdunenſes in Galliâ non tant[um] Clyſteres ægris injicere, ſed & purgan[tes] potiones illis miſcere non dubitabant. Ph[ar]macopoei privilegiati, juribus ſuis ita vim [in]ferri conquerentes, hoc ut illis interdiceret[ur], petebant. Chirurgi ſe nullam illis vim fac[ere], ſed ſuo ſe jure uti perhibebant. Pharmacop[œi] autem privilegia ſua vindicaturi prolixam A[po]logiam producebant, ut hæc Chirurgo-Ph[ar]macopomachia fusè recenſetur in *Zodi[aco] Medico Gallico, Anno IV. Menſ. Novem[br.] p.* 332. è quô ſeqq. huc transſcripſimus.

Defenſio Chirurgorum.

LItis ſumma ad duo hæc capita revocat[ur]: Prius eſt, an meritò Petitores litigantes [ob]ſtare queant, ne Chirurgi vel alii injiciant C[ly]ſteres, præſcribant ptiſanas laxativas, potio[nes] purgantes & ſimilia? Poſterius, an Defen[ſor] quâpiam in re deliquerit?

Quoad primum caput, Petitores i[n]tuntur quibusdam Conſtitutis aut Præjudic[iis] vel inutilibus, vel ad ſcopum illorum neq[ua]quam facientibus. Nam quod ſpectat articul[um]

XXI

XXII. Conſtitutorum, quo tanquam funda- iento nituntur, nulla in illô fit mentio Clyſte- im, potionum purgantium &c. at tantùm ompoſitionum & Præparationum Officina- im, ab ipſis manantium, quas venales habent officinis, cujusmodi ſunt Confectiones, Em- aſtra, Olea, Unguenta, Syrupi. Id verò ertum evadit ex clauſulâ articuli calci additâ, iæ fiſco adjudicat mercaturam, ſi delictum ıoddam commiſſum fuerit.

Reverâ prohibitiones prædicto articulo an- xæ cunctos nullo diſcrimine devinciunt, æ- iè urbis incolas ac ſuburbiorum. At verò m in plerisque domibus parentur, aut ſaltem erventur ſyrupi, confectiones &c. imò cly- res conficiantur & potiones purgantes, ſi es prædicto articulo, penes Pharmacopœos t poteſtas in jus vocandi omnes Urbis In- las itidem ac Chirurgos, ex conſtitutionis iore.

At verò cum illorum ſcopus è directo ad ſetur libertati & utilitati publicæ, omninò e eſſet, ut Conſtituta illos ſpectantia ambi- itatis eſſent expertia & conceptis verbis effer- itur. Hoc verò pertinaciter objicitur, ne icum quidem repertum iri, quo fulciatur orum poſtulatum.

Quin & conceſsô ipſa vocabula Enematis & tionis purgantis articulo Conſtitutorum in- a eſſe (id quod falſum) non tamen ideò plius jus illis comparatum erit adverſus Chi- gos, quia & parant & exhibent ea, quæ vo- ula ſyruporum, confectionum &c. conce- it Conditoribus, Dulciariis & Materialiſtis, n ſemper jus alterius ſalvum eſſe debeat; at- , juxta effatum ubique approbatum, Con- ıta omnium Artium in præſenti tantùm va- , ſiquidem utplurimum ortum ducunt à cu- tate aliòve animi pathemate individuorum orundam Artem profitentium, quorum er- s & culpam tempus tandem patefacit, atque s occaſionibus incommoda eâ de cauſâ ob- elucefcunt, quæ à judicibus emendantur orriguntur.

Quoad Præjudicia, diſtinguenda ſunt tem- a. Olim enim perſuaſum habuêre Judices nata & Potiones medicatas compoſitiones ıas fuiſſe, contrarium autem oſtendit expe- tia. Poſteriora verò Judicia prioribus de- ıtunt, in gratiam Pharmacopœorum emiſ-). Malherbius & Querinus, Magiſtri Chi- i, cauſâ quidem cecidêre apud Judices no- es: Poſtulatum verò obtinuêre 3. Aug. 5.

Objiciunt Artem Pharmaceuticam hac in juratam eſſe, ac proinde inferre volunt macopœi penes ipſos tantùm eſſe debere- s Pharmeceuticæ exercitium. Quæ con o erronea eſt. Nam, exempli gratiâ, ars um fabricatrix numeratur inter juratas, ominus minutæ mercis, ferrariæ propolæ s numero feras &c. quam ipſi venales habent, plurimique fabri pleraque opera Serariorum edunt. Jurati vocantur ob Artis præſtantiam, cujus cauſa Reipublicæ intereſt, ut Magiſtri probitate & experientiâ noti admittantur; quamobrem peritiæ Specimina edere coguntur, ideoque jurare coguntur, hinc Jurati dicuntur. Aurifabrorum eadem eſt ratio, qui jurejurando ſe adſtringere coguntur & ſummum Artis opus edere, ut Magiſtri nomen conſequantur: nec tamen quisquam inde colligat, nemini præterquam ipſis licere vaſa aut opera argentea venalia exponere. Satis illis eſt ſigillum publicum & privatum operi ſuo impreſſiſſe, facta ab ipſis cuilibet poteſtate venalem exponendi ſupellectilem argenteam, aut etiam gemmariam artem exercendi.

Chirurgi primas obtinent inter quatuor Artes Juratas, ac nihilominus notum Lugduni adeſſe præterea alias Artes, quæ Chirurgiæ apertè quasdam partes profitentur: qui Luxatoriam artem exercent, dislocationes & luxationes fracturasque curandas ſuſcipiunt, artis Chirurgicæ Magiſteria: qui comas adſcititias conficiunt & Tonſores, in illis tantùm occupantur, pilos & barbas deradunt, Balnea & Stuphas parant, ſed præterea cucurbitulas admovent, ſcarificant, exemplo ſit *Champuncus*: Perizomatum fabricatores & ſubligaculorum, Hernias curare intendunt: Obſtetrices non ſolùm partus naturales juvant, ſed & mulieribus opem ferunt, quæ ſecundum naturam non pariunt, fœtus mortuos educunt: Odontagogi operationes omnes, quæ dentes ſpectant, exercent: Operatores & Empirici nulla prætermittunt magiſteria, operationes & curationes Chirurgicas, e.g. Lithotomiam, Herniotomiam, Cataractæ depreſſionem, Labii leporini reparationem, fiſtularum, antiquorum ulcerum curationem, cariei, Luis Venereæ, Lupiarum extirpationem & alia amplectuntur. Imò ipſi Pharmacopœi ſuſcipiunt curandos Lue Venereâ infectos aliosque morbos occulendos, tumoribus medicamenta admovent & ulceribus: lapides cauſticos admovent, imò venam ſecant, aut ipſi aut per miniſtros, multaque alia Chirurgicam Artem ſpectantia ſuſcipiunt: paucis, perpendenda eſt Pharmacia, non ſecus ac tres reliquæ Artes juratæ conjunctim. Nam ſicuti non licitum eſt cuipiam ſoli exequi, quicquid fabricare poteſt Faber ferrarius, Aurifaber & Chirurgus: itidem ſoli alii Magiſtro Pharmacopœi, licet Pharmaceuticen quoad cunctas ejus Patres Lugduni exercere, e.g. præparare & venalia habere cujusvis generis remedia & medicamenta, Officinam patentem habere, præparare, aſſervare & publicè venalia exponere, ſolidè & per partes omne compoſitionum genus & Præparationum Medicinalium, atque hæc ſimul & conjunctim, generaliter, non ſeorſim. Sed quandoque Lugduni aliæ ſunt artes, quibus communio cum Pharmaco-

pœis intercedit, procul omni dubio licet illis pharmaciæ partem facere (ſicuti ſuperius palam fecimus de aliis Artibus, quæ plurimas Chirurgiæ partes exercent & profitentur) qua ratione Conditoribus, Dulciariis &c. licet præparare, in officinis habere, venales exponere quasvis ſyrupporum ſpecies, conſervarum &c. Materialiſtis aſſervare & venales habere quatuor magnas compoſitiones cordiales, Theriacam, Mithridatium, Confectiones Hyacinthinam & Kermeſinam: omnes præparationes Chymicas, antimonii, Mercurii, ſpiritus ſulphuris, vitrioli, eſſentias, ſales, cryſtallum minerale &c. Parili ratione conceſſum eſt Chirurgis præparare & porrigere remedia ægris, quos curandos habent: e.g. clyſteres, ptiſanas laxativas, potiones medicatas; quæ cuncta ſic Lugduni ſe habent publico commodo: libertas enim amplior concedenda eſt in gratiam remediorum, tam corporis, quàm animæ.

Obſervabunt, ſpero, Judices hoc loco Magiſtri titulum jurejurando firmatum, initium demum hauſiſſe ſub finem præteriti ſeculi, id quod patet ex veteribus Conſtitutis, Judicibus oblatis, in quorum proœmio exponunt Pharmacopœi, quod cùm ars jurejurando non eſſet confirmata, artis rudes officinas conſtruerent, antequam tyrocinium poſuiſſent & artem callerent, id quod abſurdum eſſet; quapropter illos obtinuiſſe jus Magiſterii, ac inſimul primum Conſtitutionis articulum, quo cavetur, ne imposterum quisquam officinam Pharmaceuticā inſtrueret, quin toto triennio ſub Magiſtro tyro fuerit, toto alio triennio à ſervitiis fuerit aliis Magiſtris, Examina peritiæ ſubierit & artis Magiſteria ex Conſtitutorum vigore ediderit; cunctis tamen, qui tunc patentes haberent officinas conceſſo Magiſtri titulo. Et hæc origo fuit & occaſio conſtituendi Magiſterii jurejurando confirmati, adeò, ut non obſtante prædicta conſtitutione, neque antiqua, neque recenti, Conditores, Dulciarii & Materialiſtæ fruantur libertate ea venum exponendi, quæ illis & Pharmacopœis communia ſunt. Potiori jure Chirurgi, quorum Magiſtri jurati titulus & jus memoriam omnem excedunt, hoc ſibi eripi nunquam paſſi ſunt, atque ab omni ævô factâ poteſtate parandi & injiciendi clyſteres uſi ſunt, potiones medicatas adhibendi &c. ubi præſertim compoſitiones paratas apud Pharmacopolas ſibi compararint; atque hoc ipſum omni tempore uſitatum fuit, ad finem usque futurum perenne, nullo metu perturbationis rerum in Urbe, neque confuſionis inter artes juratas; quæ ex oppoſito viciſſim auxiliatrices ſibi porrigunt manus, imò laudabili zelo invicem decertant, quæ melius officio functura ſit, quæ melius Reipublicæ conſultura, imò quæ viliori pretio merces venditura ſit.

Petitorum hæc potiſſima ratio eſt, rebus in omnibus obſervandum eſſe ordinem. At hæc Defenſorem non impetit, qui viciſſim repo[rtat] à ſe nequaquam perverti ordinem, libertat[em] publicam opprimendam non eſſe. Sin ve[rò] quopiam in caſu ad illius conſervationem co[m]mandum ſit, tunc certè, quando de vitâ & [sa]nitate hominis agitur; remedia, etiam ex pr[æ]ſcripto Medici, parari ex rebus ferè nullius m[o]menti, aut adeò facilis præparationis & m[i]ſtionis, ut ancilla huic rei æquè ac Pharma[co]pœus apta ſit. Enemata parari poſſunt ex aq[ua] ſimplici, vel alio quodam liquore dome[ſti]co non majoris apparatûs, cujusmodi ſunt deco[cta] herbarum, furfuris, carnium juſcula aut in[te]ſtinorum; quibus liquoribus interdum add[i]tur parum mellis aut ſacchari miſcellanei ru[bri]. Fiunt & ptiſanæ laxativæ & potiones ex in[fu]ſione paucorum foliorum ſennæ, apozema[ta], julapia, emulſiones aliaque remedia uſitati[ſſim]a eâdem ſimplicitate & facilitate conquirun[tur].

Ex his eluceſcit non debere gloriari Ph[ar]macopœos, quaſi manca, eſſet reſpublica & [ſi]s carere nequeat in curatione morborum. [Sĭ] enim conceſſo (ſi excipias Dulciarios, Con[di]tores & Materialiſtas) penes eos ſolùm art[em] eſſe conficiendi majores compoſitiones Med[ici]nales Officinarum: non inficiabuntur iid[em], de qua re quotidiè conqueruntur, Medicos [ut] plurimùm in uſum ducere res maximè ſim[pli]ces & tritas ad curationem morborum, in [iis], qui faſtidiunt medicamentorum ingratum ſa[po]rem, vel iis, qui præ penuriâ majorum com[po]ſitionum impenſas ferre nequeunt. Quap[ro]pter & commodi publici cauſa *Galenus* lib[ros] tres edidit de remediis ſimplicibus facilè p[ara]bilibus, familiaribus minimique pretii; [quæ] ſatis eſſe profitetur ad ſanationem omni[um] morborum, à capite ad calcem. Si iis[dem] de cauſis digni imitatores maximi illius [viri] hodiernâ die uſum induxerunt juſculorum [vitu]lorum gallinaceorum, herbis refrigerantibu[s al]teratorum (quanquam ægerrimè ferent[ibus] Pharmacopœis) enemata ex aqua ſimplici, [hau]ſtus aquæ glacie refrigeratæ, ptiſanam ſim[pli]cem cum cryſtallo minerali ac ſyrupo viola[ce]o: ptiſanam laxativam ex ſenna in aqua inf[uſ]a; quæ remedia vicem ſubeunt infinitorum re[me]diorum, compoſitorum quidem, at non m[agis] utilium.

Jamque quadraginta & amplius anni [ex]currerunt, cùm Medici Pariſienſes Pha[rma]copœorum arrogantiam (lucri aviditate[m] [&] enorme pretium medicamentorum caſ[tig]aturi) coacti fuere palam facere, quam [pa]rum ars illorum reipublicæ eſſet neceſſa[ria], quandoquidem nullum non remedium i[n æ]dibus privatis ægrorum parabile eſt; ſicuti v[er]ò jam uſitatum eſt in ampliſſima urbe, [ma]ximo rei publicæ commodo. *Bov[e]rius*, peritiſſimus & in egenos beneficus [Me]dicus Rothomagenſis, id ipſum ante ali[quot] annos præſtitit, iisque rationibus indu[ctus]

ſito libro publicè docet, quomodo quisque privatim remedia parare queat contra ſingulos morbos ex rebus ſimplicibus & familiaribus, miſſis omninò Pharmacopoliis; imò extat liber recens conſcriptus, cui titulus: *Medicus & Chirurgus Pauperum*, docens rationem curandi ſingulos morbos, in uſum ducendo ea, quæ profert noſtra regio, ſennam, venæſectionem & alimenta, adeò, ut nequaquam neceſſe ſit pauperum gratiâ invehere aliquod medicamentum exoticum, vel in uſum trahere quampiam compoſitionem officinarum, omnes tanquam ſuperfluas & inutiles rejiciens.

Atque id etiam num rationi conſonum comperimus, experientiâ revera comprobante, ejusmodi remedia familiaria, deſumpta ex iis, quæ natura his in regionibus profert, ſanitati conſervandæ magis conducere, ac morbos tutius profligare & facilius, quam compoſita.

Id porrò apertum faciam, non Lugduni ſolum, Pariſiis, Rothomagi, Pharmacopolas libertati publicæ inſidiari, ſed & alibi manifeſtum facturus ſum, id quod Maſſiliæ contigit aute aliquot annos. Pharmacopœi cum à Medicis divortium feciſſent, his à Magiſtratu conceſſum eſt, ut officinam Pharmaceuticam inſtruerent, quam Urbis vocant, in quâ adſunt Miniſtri, omnibus præparationibus & compoſitionibus medicamentorum ad medicinam faciendam neceſſariorum, incumbentes, adeò ut Medici, qui ægros in urbe inviſunt, præſcripta ſua ad prædictam officinam communem mittant, quorum executioni prædicti miniſtri fideliter vacant, adſtite perpetuo ex ordine Medico, in iſta officina animadvertente, ne quicquam neceſſariorum deſit, & ut Miniſtri officio ritè fungentur, remedia quoque & compoſitiones modico pretio diſtribuuntur: quô pactô à dictis Medicis Pharmacopœorum defectio caſtigata eſt, mediumque nacti illi ſunt, quo Medica ars in publicum commodum cederet. Adeò ut quæſtio in hoc recidat, quodnam majus redundet commodum publicum, aut egenos, commiſerationem merentes, penes quos facultas non eſt, medicamenta cariora comparandi, quibus ſic licet nanciſci auxilium & facilius & utilius? An Pharmacopœos dies magis ac magis diteſcentes? qua in re quære difficile eſt, præſertim iniquis temporibus ac coram Judicibus, qui populi Patres cenſentur.

Sed & hoc prætereà perpendendum, Pharmacopœorum numerum exiguum quidem eſſe, ſed opulentorum, intra civitatis mœnia habitantium, vicenarium non excedentem: cùm ultra centum officinas Chirurgicas numerare liceat, tam in urbe, quàm ſuburbiis, non memoratis iis, qui intra privatas ædes artem exercent, utplurimum inopes, quibus res angusta domi. Nemo non carere poteſt Pharmacopœo, at nulli non Chirurgi opera neceſſaria eſt; atque cum ubique opem ferant, ideoque ſparſim urbem inhabitant, tum illius intima, tum ſuburbia.

Quamobrem cum Pharmacopœi non ſufficiant parandis & injiciendis clyſteribus, quorum uſus hodiernâ die invaluit, egenorum porrò adeò ingens ſit numerus, urbis pomœria & ſuburbia incolentium, omninò neceſſe eſt, ut Chirurgi illis in auxilium veniant, ac remedia non ſecus ac illi porrigant.

Cùm jam pateat Pharmacopœis in Chirurgos nullum jus conceſſum eſſe, ac quàm facilè ſit illis, jubente etiam neceſſitate, remedia exhibere, imò quantum utilitatis in publicum redundet, illud porrò oſtendendum venit, Chirurgum magis induſtrium eſſe ac opportunius remedia præbere ipſo Pharmacopœó.

Ad rei hujus conſtitutionem declarandum eſt, qua in re ſita ſit ſcientia & ars Medici, Chirurgi & Pharmacopœi, comparatione inſtitutâ cum jure & jurisprudentiâ. Medicus ſimilis eſt Judici, facienda præſcribens, in quo requiritur ſumma eruditio, integra & generica cognitio Theoriæ & Praxeos Artis Medicæ, Chirurgiæ & Pharmaciæ, qui præter characterem & dignitatem Doctoris inſigni ratiocinandi vi pollet & ſcientiâ ſublimi, quibus Chirurgo & Pharmacopœo præemineat, ideoque in genere dirigat, quæcunque ſanitatis conſervationem ſpectant morborumque profligationem.

Chirurgum quod ſpectat, Cauſidico & litium Curatori conferendus eſt, theoriam ex alterô obtinens, ex altero Praxin. Theoriam, quatenus poſſet cognitione inſtitutionum & principiorum Artis Medicæ, non ſecus ac Medicus, Philoſophiæ nempe & Anatomes: quarum beneficiô conſequitur perfectam cognitionem naturæ & compoſitionis corporis humani, illius ſanitatis, temperamenti, humorum, partium, ſpirituum, facultatum, functionum &c.

Ex Pathologiâ comparat ſibi genericam notitiam rerum contra naturam, morborum ſcilicet, illorum cauſarum & ſymptomatum.

Semiotice ſuppeditat illi notitiam ſignorum morborum in genere.

Hygiene docet eum ſanitatis regimen, ac quæ ratio victûs præſcribi debeat ægris, quos curandos ſuſcipit, oſtendendo rectum uſum rerum, quas vocant, nonnaturalium, Aëris ſc. nos ambientis, Cibi & Potus, Somni & Vigiliarum, Laboris & Quietis, Evacuationis & Retentionis excrementorum, ac denique Animi pathematum illisque annexorum.

Therapeutice tandem vel methodus generalis curativa, quinta & ultima Pars Medicinæ & Chirurgiæ theoricæ, cognitionem illi præbet Principiorum & Regularum generalium,

in curatione morborum obſervandarum, ut & notitiam qualitatum & facultatum medicamentorum.

Præter dictam Theoricam Praxin præterea callet Chirurgus, hoc eſt notitiam habet particularem morborum omnium humani corporis, à capite ad calcem. Nam cujusque particulatim morbi, non minus quàm Medicus, novit definitionem, ſpecies & differentias, cauſas, ſigna, tempora, prognoſin, declinationem, curationem: Novit, quâ ratione victûs, quibus operationibus & medicamentis opus ſit ad morbi curationem: Porrò mediante hac praxi idoneus efficitur Chirurgus perficiendis omnibus operationibus manualibus in corpore humanô, ad illius curationem, ac methodicè ſanandis vulneribus omnibus & morbis. Sed præterea ſingulariter illum imbuit cognitione qualitatum & virium medicamentorum, tum ſimplicium, tum compoſitorum prædictorum, morborum curationi dicatorum. Eapropter Magiſtri Chirurgi in conſultationes adſciſcuntur una cum Medicis, ad plerorumque morborum curationem, id privilegii obtinentes à Magiſteriô, doctrinâ & experientiâ firmatô, Relationes Judicibus exhibentes & judicia, tum de vulneribus aliisque morbis, tum mutationibus, valetudini hominum accidentibus & cauſis interitûs. Pharmacopoei autem his inſignibus non gaudent, nunquam in conſultationes admittuntur, nunquam judicium ſcripto de morbo quopiam ferunt, hæc enim illorum peritiam ſuperant.

Quapropter Rex ejusque Supremum Conſilium, ab explorata neceſſitate artis & ſcientiæ Chirurgicæ, ad vitam & ſanitatem hominum conſervandam, conſtituta & regulas poſuerunt, ex quorum tenore nemo magiſterium artis Lugduni conſequi poteſt, quin ſubierit & ſatisfecerit duodecim Actibus & examinibus ex rigore, cujus ne immunes quidem ſunt Magiſtrorum filii.

Primum examen tentativum ſubiturus Candidatus, interrogandus eſt quoad theoriam & omnia Chirurgiæ principia, ſcilicet res naturales, non-naturales & contra naturam: quibus capitibus abſolvuntur quinque Partes Medicinæ & Chirurgiæ: Actu ſecundo, qui practicus eſt, examen ſubit de natura cujusque particularis morbi: Tertius actus ſpectat curationem trium ægrorum, laborantium tribus morbis magnis & difficilis curationis & Chirurgiæ parte, quam perficere tenetur in Noſodochio, bis quotidie viſitans unumquemque ægrum: Imò quandoque toto ſemeſtri, quoad integram ſanationem obtinuerint, propriæ ſalutis, imò vitæ diſcrimen in eô labore ſubiens.

Quartus actus eſt diſſectio aut Anatome corporis humani, additoratiociniô & demonſtratione omnium partium, cujus decurſus eſt per integram hebdomadam. Quintus acti[s] pertinet ad examen juxta prædictam Ana[-] men: Subſequentes artis ſunt ſumma ope[,] quorum unumquodque præcedit ſeverum e[-] men, antequam manum operi Candida[s] admoveat.

Tandem coronidis locô ultimus Ac[s] vocatur *Examen Rigoroſum*, etſi præced[i-] tia non minus ſevera ſint, ſub quibus Ca[n-] datus interrogantibus quindecim Magiſtris [r]ſpondere tenetur. Scilicet primô Locu[m] tenenti, deinde quatuor Juratis, pro temp[or]e eô munere fungentibus, ac decem expertiſſi[mi]s Magiſtris, cæterorum ſuffragio electis. Q[ui-] bus perpenſis multò æquius eſt Magiſtrum C[hi-] rurgum, exantlatis tot laboribus, tam lo[ng]o temporis intervallô ad ſtudia inſumpto, co[m-] parandæ ergò Praxeos & Experientiæ, poſt[u-] gentes ſumtus conſequendi gratiâ Magiſte[rii], illius privilegiô frui, ac artem juxta univerſ[a]m ejus ambitum exercere.

Cum porrò manualis operatio ſola [i]s non ſit ad curationem, hujus comes eſſe de[bet] medicamentum, cujus virium cognitione p[er-] fectè imbutus eſt, juxta normam ab Authori[bu]s & libris Chirurgicis præſcriptam, tum Priſcis t[u]m Neotericis, cujusmodi ſunt *Hippocrates*, *G[a-] lenus*, *Guido*, *Paræus*, *Guillemeus*, *[Pi-] græus*, *Fabritius ab Aquapendente*, *Fab[ri-] tius Hildanus*, *Theveninus*, *Sculteti*, infinitique alii. Inter cæteros *Guido* p[ro-] prium librum in tria capita diſtinxit, pr[imo] de clyſteribus agit, ſecundo de potioni[bu]s medicatis, tertio de medicamentis emeti[cis], aut vomitoriis; quibus capitibus, ju[xta] unamquamque ſpeciem docet variam ra[tio-] nem illa præparandi & in uſum ducendi [a]d curationem morborum.

Imo *Ambroſius Paræus*, Conſilia[ri]s & quatuor Regum primarius Chirurgus, [li-] bro viceſimo ſexto, de Facultatibus & co[m-] poſitione medicamentorum cap. 23. am[plè] differit de quavis clyſterum ſpecie aut injec[tio-] num, modò illos præparandi & componen[di], quibus morbi illi conveniunt.

Pigræus autem, ubi de curatione Tu[mo-] rum & aliorum morborum Chirurgico[ru]m agit, à remediis univerſalibus ſemper initi[um] ducit, enematibus, potionibus purganti[bu]s & aliis remediis, quorum formulas tradi[t e]x uſûs rationem.

Quamobrem verò prædicti Authores [do-] cerent Chirurgum, quomodo præpara[nda] ſint & in uſum ducenda enemata, potio[nes] &c. niſi hæc illius profeſſionem ſpectare[nt], aut ſi in uſum adducere non liceret? Chi[rur-] gus enim enematum & potionum notitiâ [in-] ſtructus eſſe non debet præſcribendi gra[tia], hæc enim ad Medicum attinet. At v[erò] quoad præparationem & uſurpationem in m[or-] bis, quos curando ſuſcipit, imò juxta Me[di]ci mandatum.

Et in his ſita eſt ſcientia, quâ pollere de-
ent Medicus & Chirurgus. Videamus jam,
uinam ſint fines & limites peritiæ Pharmaco-
œi. Ars Pharmacopœi ultra medicamenta
on extenditur, id quod vox pharmaci præ ſe
ert, quæ medicamentum ſignificat, neque in-
ert cognitionem corporis humani, neque
orborum, ſicuti Medicina & Chirurgia: Sed
ræterea adhibenda eſt diſtinctio notitiæ me-
icamenti. Pharmacia enim Pharmacopœo
ntùm concedit notitiam externam medica-
entorum, uti Materialiſtæ ſpecierum, quas
venales habet, hoc eſt, ad dignotionem &
iſtinctionem plantæ cujusdam, aut medica-
enti unius ab altero, ab illegitimô. Sed Me-
cus & Chirurgus, præter cognitionem ex-
riorem, interius quoque nôrunt medica-
entum, perſpectas illius habentes qualitates
nnes, vires & proprietates. Revera præ-
ratio & compoſitio medicamentorum in-
armacopœi officina proſtantium inibique
nalium hujus eſt partium, non excluſis ta-
en Chirurgis, ſiquidem Pariſiis, pro Magi-
rio Artis conſequendo, in examine medi-
mentorum hebdomas inſumitur: Lugduni
rò unus Actus inſtituitur & unum Magiſte-
m Artis, quapropter Candidatus perficere
etur inſignem aliquam medicamenri com-
ſitionem. Exempli gratia 13. Febr. anni 1679.
alinaſius, Chirurgiæ Candidatus, pro ſum-
artis opere in mandatis habuit compoſitio-
m Empl. divini, aut manûs Dei. Interro-
ntibus Magiſtris pro more de cognitione
dicamentorum & ingredientium, de eo-
n præparatione, mixtione, compoſitione,
alitatibus, viribus, facultatibus, proprie-
bus.

Examina contra Pharmacopœorum ad adi-
cendum jus Magiſterii admodum levia ſunt,
n Magiſtrorum filii duo ſolummodò ſnbe-
, nullis impenſis. Candidati autem circa
gnitionem corporis humani nequaquam in-
ogantur, nedum circa morbos, ne quidem
a proprietates & facultates medicamen-
um, eorundem collectionem, præpara-
em & mixtionem, ac compoſitionem
dicamentorum, in Pharmacopœâ Lugdu-
ſi dicta deſcriprorum, quo Libro continen-
omnes compoſitiones & præparationes
dicamentorum in Medicinâ utilium ad Ma-
erium artis conſequendum Pharmacopœis
ſcriptorum: ſed eô librô Clyſterum nul-
entio & potiorum medicamentorum,
in compoſitionum genere non haben-
ſed tantùm remediorum familiarium,
urimum è rebus ſimpliciſſimis nullo arti-
parabilium, citò & facilè.

In omnibus propè vicis Chirurgi occur-
, qui licet Chirurgis Urbium Incolis peri-
nferiores ſint, Pharmacopœi tamen vices
mè ſuſtinent. At Pharmacopœus Chi-
i defectum nequaquam ſupplet. Chirur-
gi omnes, qui caſtra Regia ſequuntur, Phar-
macopœi munere optimè funguntur. Chi-
rurgi omnes ſuburbia quatuor Lugdunenſia
incolentes parant omnes & injiciunt clyſteres,
potiones medicatas, julapia, emulſiones, bo-
los aliaque remedia ordinaria, Pharmacopo-
lis urbis dimiſſis, niſi illa adeant quaſi Merca-
torum officinas, emendarum gratiâ compo-
ſitionum, quibus carere nequeunt, etſi Con-
ſtituta Pharmaceuticam artem ſpectantia æquè
ſuburbia ſpectent atque urbem ipſam. Atque
hâc parte Majeſtatem Regiam intereſt, ipſam-
que Rempublicam, ut juniores Chirurgi, qui
in urbe tyrocinium ponunt, aut qui Magiſtris
à ſervitiis ſunt, diſcant quoque apparare reme-
dia atque rationem illam in uſum ducendi,
cujusmodi ſunt Enemata & Potiones medi-
catæ, quandoquidem ruri artem exercere for-
taſſe continget in ſuburbiis aut caſtris.

Lutetiana Noſodochia exemplum inſigne
præbent; quod enim nomine *Charitatis* in-
ſignitur, nullum habet ſibi Pharmacopœum.
Noſodochium *l' Hoſtel Dieu* ſuppeditat com-
poſitiones juxta pacta præſcriptas inter utrum-
que. Chirurgus autem *Charitatis* præparat,
diſpenſat omnia enemata, potiones medica-
tas, julapia, aliaque remedia quotidie à Me-
dico præſcripta, ſub cujus curâ ſunt ultra mille
& quingenti ægri ea domo concluſi. Adeò
ut prædictus Chirurgus, qui Magiſterium con-
ſequitur, officia præſtans prædictis pauperi-
bus, ſexennii integri ſpatio, non modò ve-
nam ſecet, & remedia admoveat dictis paupe-
ribus, ſed & præparet & exhibeat cuncta præ-
dicta remedia, non ſecus ac Phatmacopœus.
Quidni ergò Chirurgus, ab illo Noſodochio
liber, Magiſtri vices in urbe ſuſtinens, idem
præſtiturus eſt in gratiam pauperum totâ urbe
ſparſorum, qui eleemoſynam accipiunt ex di-
cto Charitatis Noſodochiô.

Objiciet fortè Pharmacopœus, ſi Chirur-
gus Enemata, Priſanas laxativas, Potiones
Medicinales &c. præparet & exhibeat, ſibi vi-
ciſſim eodemque jure licitum fore venam ſe-
care, vulnera curare, Lue Venereâ infectos
ſanare, Reſpondeo negando conſequentiam,
quia venæſectio unum eſt è ſummis Artis
Chirurgicæ operibus, enema autem pro Phar-
maceutico Magiſterio obtinendo non impera-
tur. Sin iterum Chirurgus non attingit ſum-
ma Pharmaceuticæ Artis opera, hic nequa-
quam attingere debet Chirurgi Magiſteria, id
quod fiet manifeſtum ex enumeratione
ſummorum Artis operum utriusque Profeſ-
ſionis.

Chirurgus quatuor ſumma Artis, opera pro
Magiſteriô conſequendo exſequi tenetur.

Pro primô, ut plùrimùm præcipitur faci-
enda quæpiam ex magnis apertionibus, quæ
celebrantur in corpore humanô. Exempli gra-
tiâ: Trepani in capite Admotio: Paracenteſis
Thoracis aut Abdominis, Sectio Cæſarea,
aut

aut Herniotomia, ob incarceratum inteſtinum, aut ob volvulum in ventre.

Pro ſecundô imperatur membri aut artus cujusdam amputatio, exempli gratiâ tibiæ ſphacelo affectæ, operatio aneurismatis atque arteriarum hiantium ad coercendum ſanguinis effluvium, futurarum omne genus in vulneribus uſitatum, labio leporino &c. ea præſertim, quæ in abdomine inſtituitur, in magnis vulneribus, exeuntibus epiploo vel inteſtinis, imò ratio conſuendi inteſtinum vulneratum, quæ futuræ ſpecies Gaſtroraphia vocatur.

Pro tertiô mandatur reductio Luxationis cujuspiam, Fracturæ ſimplicis, aut cum vulnere complicatæ, e.g. in Tibia, cum Ligaturis omnibus & faſciis, quæ in uſu ſunt à capite ad pedes.

Pro quartô tandem celebrare tenetur venæſectionem in brachiô, pede, jugulô, arteriotomiam, aut apertionem arteriæ in temporibus, aut inſignem quandam medicamenti alicujus compoſitionem, ſicuti Emplaſtri de Vigo, de betonica, divini, diachalciteos, aut unguentorum: Ægyptiaci, Mundificativi, Suppurativi, Deſiccativi rubri. Priusquam autem manum operi admoveat Candidatus, ſatisfacere tenetur eruditis Magiſtrorum quæſitis circa cognitionem medicamentorum, qualitatem illorum, virium, facultatum & proprietatum, circa rectam rationem ea applicandi, uſurpandi & tempeſtivè exhibendi, perpendendo qualitatem, quantitatem aut doſin, modum in uſum ducendi & tempus idoneum. Patet hinc, quomodo Chirurgia, quatenus pars eſt Artis Medicæ, dicatæ curationi & ſanationi morborum externorum aliorumque Chirurgicorum, ad Pharmaciam extendatur, non modò quoad cognitionem, applicationem & adminiſtrationem medicamenti, ſed præterea præparationem & compoſitionem medicamentorum & remediorum Chirurgiæ competentium, imò omnium remediorum internorum dictis morbis convenientium, ſicuti habetur IX. Art. Conſtitutionum Chirurgicarum.

Quatuor etiamnum ſumma Artis opera perficere tenetur Pharmacopoeiæ Candidatus, ſi exceperis Magiſtrorum filios, qui unico adſtringuntur, cujusmodi ſunt quæpiam ex magnis Compoſitionibus, quæ venales proſtant in illorum officinis, Laudanum, Theriaca, Mithridatium, Confectio Hyacinthina & Alkermes, Elect. Catholicum, Lenitivum, Confectio Hamech, Diaprunis &c. Emplaſtra Divinum, de Vigo, Betonica. Unguenta Martiatum, Apoſtolorum, Mundificativa, oleum ſcorpionum Matthioli, aliæque Compoſitiones traditæ in Pharmacopoeia Lugdunenſi.

Ex quibus inferre licet Magiſteria Chirurgi ad compoſitionem usque medicamentorum extendi: Pharmacopoeis autem pro ſummo artis opere nequaquam imperabitur V. S. vulneris curatio, Luis Venereæ curatio, neque ulla quæpiam Operationum Chirurgicaru[m] uti nec porrò reperire eſt apud Authores, q[ui] de re Pharmaceuticâ tractant, ullum præc[e]ptum circa opera Chirurgica, neque cujuspia[m] morbi curationem: at Chirurgi authores r[a]tionem docent præparandi & tempeſtivè exh[i]bendi remedia, ſicuti Enemata, Potiones me[di]catas &c. quemadmodum ſuperius adnotatu[m].

Objicere licet Pharmacopoeis, qui ad[eo] decantant rectam Conſtitutionem & œcon[o]miam ſuæ Artis in publicum commodum, ſtatutorum propriorum illos non eſſe mem[o]res quoad ea, quæ maximè eſſentialia ſunt, [&] utilitatem publicam ſpectant. Capitulu[m] quartum obnoxios eos reddit Officinarum a[n]nuæ luſtrationi generali, inſtitutæ coram M[a]giſtratu & duobus Medicis, diebus & horis n[on] prævifis, quo pateat, an illæ, ut decet, [o]bus neceſſariis inſtructæ ſint, cum reverâ ja[m] viginti quinque anni excurrerint, à quo te[m]pore earum inſpectio nulla facta fuit, cùm p[ro]bè ſciant, prædictæ luſtrationi inhabiles ſe e[ſſe], quandoquidem experientia compertum eſt, qui ſæpius ſibi compararunt compoſitiones [&] præparationes in Pharmacopoea Lugdune[nſi] deſcriptas (quæ proinde ſemper præſto eſſe [de]bent in Officinis) illas in unicâ tantùm Off[ici]nâ proſtare, in duabus utplurimùm reper[iri]: In quinque aut ſex aliis tantùm partem, [cæ]teras penè vacuas eſſe. Qualitatem aut[em] quod ſpectat, vitioſa eſt pars maxima præ[pa]rationum, ac exiguus adeſt numerus ſim[pli]cium, eorumque utplurimùm vetuſtate ob[ſo]letorum & inutilium. Neque etiamnum [ad] illis ſolenne, id quod tamen ex illorum offi[cio] eſt, convocare ambos Medicos & Colle[gio] deſignatos, qui teſtes ſint diſpenſationis [ſim]plicium, cùm magnas compoſitiones medi[can]tur. Atque hinc deducenda ratio quer[ela]rum Medicorum, quòd præſcripta perper[am] executioni mandentur, non minimo A[rtis] Medicæ dedecore & ægrorum magno d[etri]mento, qui id incommodum declinaturi [ſæpe] rogant Medicum & Chirurgum, docere [ut] rationem domeſtica remedia præparandi, [ſi]cuti apud Pariſienſes conſuetum eſt.

Nec deſierunt conqueri Medici de P[har]macopoeis, quod Pharmacopolia deſer[ant], miniſtris committentes officium præpar[andi] medicamenta, compoſitiones conficien[di], quibus ſemper præeſſe deberent ſincerè [&] ex artis legibus præſcriptis Medicorum obſe[r]rentur, totâ die Genio indulgentes, aut ean[dem] ſumentes viſitationibus ægrorum, contre[cta]tioni pulſuum, abdominis, inſpectioni [lin]guæ, lotii, excrementorum, præſcript[io]ni Diætæ, Potionum Medicatarum alior[um]que remediorum & medicamentorum, [quæ] profuſè divitibus elargiuntur, aut iis, [qui] aures patulas præbent, ſermonem mul[tum] habentes de iis, quorum ſcientiam ſibi [non] comparatunt, ſic in meſſem Medicam fal[cem] injic[iu]n-

jicientes. At verò in magnum illorum
mmodum hæc redundant, nam ſubſidio
orbitantium rationum medicamentorum
tis exhibitorum, quarum ipſimet Arbitri
nt & Judices, viſitationes illorum cariſſimè
auntur. Nam quamplurimi, qui declinare
edici aliquot viſitationes, metu impenſæ,
luerunt, morbo acuto vel chronico mul-
n decepti fuere. Pharmacopœi enim ratio-
s ad denarium numerum aureorum pertin-
nt; ſed ſi Medicus advocatus fuiſſet in ſubſi-
um, fortè tres aut quatuor coronatos argen
os æger non inſumſiſſet. Adde quòd hic
ſan minus laboraſſet, aut citius ſanitati re-
utus fuiſſet, ſi à Medico præſcripta eſſent
edia. Sed hæc obiter dicta ſint; nec enim
icquam libertati publicæ derogatum velim.
Ex dictis quiſpiam eliciat Mercatorem Ma
trum Pharmacopolam æquè abſurdum eſſe,
n actionibus Magiſtri Chirurgi aliquid de-
raverit circa ægrorum curationem, ac ſi
enſis pragmaticus carpere vellet actiones
idicorum aut cauſarum Procuratorum,
n eas inſtruunt in exercitiis & functionibus
enſibus.

At verò conceſſo contradictionem aliquam
è reperiri inter Conſtituta Chirurgorum &
rmacopœorum, quoad Clyſteres, Potio
&c. nihilominus multi caſus occurrunt, qui
eptionem merentur, morbus occultandus,
itatis exercitium, affectus urgens, medi-
enti ſpecifici & arcani ad morbi cuiuſpiam
tionem cognitio &c.

Obtrudunt Pharmacopœi, non quidem ſe
endere, ne Chirurgi præparent & injiciant
teres, præbeant potiones aliáve remedia
uſdam in caſibus, præſertim in morbis
lendis: At illis reponimus, conceſſo (id
tamen veritati repugnat) Chirurgos li-
iam uſurpaſſe exhibendi ſimilia remedia
mmodò in morbis ſilentio tegendis, ejus-
i conſtitutum nunquam poſſe obſervatio-
obtinere atque ad ſcopum perduci. Quan-
im Chirurgus dicet morbum eſſe non re-
dum, ægrum autem noluiſſe alteri cui-
credere ſe, qui præparet & exhibeat me-
nenta, hoc pacto occultum detegitur.
ontra opponat Pharmacopœus, nihil eſſe
ltum neque morbo, neque in laborante,
æſo Judex edicit, ut veritas in apertam
veniat, viſitationem inſtituendam eſſe
antis, atque relationem expoſcet rei ge-
Accidet forte ægrum è primariâ familiâ
riundum, inter primates locum tenere
i omnino rationi reluctatur, neque res
odò tranſigi poteſt, quomodo Chirurgus
nè poteſt in morbis Venereis remedia ex
e, aliisve affectibus, quos Patres &
sfamiliâs clam eſſe volunt? concedi
uſus in cæteris omnibus morbis & caſi-
ſi præſertim ex officinâ Pharmaceuticâ deſumantur compoſita & præparata medicamenta, ſicut in more eſt Chirurgis, imò data opera, ne quid ſiniſtri contingat in præparatione vel exhibitione medicamentorum, ſicuti id illis ferè conſuetum eſt ex Medici præſcriptô.

Cæterum ſi conſulantur Conſtituta Regum noſtrorum, & quid apud Pariſienſes in more ſit, diſquirantur, apertum fiet Pharmacopolas Mercatores eſſe, in eodem genere cum Materialiſtis conſtituendos, quin & ut Dulciarios Conditores in urbe maximam partem compoſitionum Pharmaceuticarum, tam Galenicarum, quàm Chymicarum, atque ex capitulo xxxi. Conſtitutorum apparet ipſos quoque eſſe Mercatores Cereorum, in quo verba fiunt de cereis facibus & candelis ex merâ cerâ conficiendis. Nec ignotum Empiricis licere in ſcenâ publicè venales exponere ſuas compoſitiones, ac ad omnes morbos remedia porrigere.

Hîc loci quiſpiam objiciet, immeritò Pharmacopœos conqueri, quòd Chirurgi Clyſteres injiciant, potiones aliaque remedia præbeant, cùm inde lucrum Pharmacopœo accedat, in cujus officinâ remedia requiſita ſibi comparat Chirurgus, numeratâ præſente pecuniâ, ſæpe numerô verò eveniat Chirurgo non refundi numeratos nummos ob remedia data: Adde quod etſi Chirurgus remedium non porrigeret, non inde ſequetur à Pharmacopoliô illud repetitum iri, quandoquidem ſæpe uſu venit, ut æger remedio abſtineat, niſi ad illius uſum à Chirurgo impelleretur datâ occaſione, aut ipſe æger in ædibus propriis illud præparari curaret, aut Noſodochio ſibi compararet, aut aliunde, quàm ex Pharmacopœi officina; cùm certum ſit Ditiores remedia ex Pharmacopolio haurire, ac qui ſunt mediocris fortunæ, ob fiduciam, quam Pharmacopœo adhibent, quoad cæteros nemini peculiariter ſe addicunt. Utut verò ſit, illud compertum eſt, Chirurgos, dum porrigunt remedia, hæc ex Pharmacopoliis repetere, non ſecus ac Sartor in officinâ Mercatoris pannos emit; ideoque lucrum certum incerto præferre debet Pharmacopola.

Secundo Chirurgus, dum curandos ſuſcipit ægros mediocris fortunæ, aut egenos, occaſionem lucri præbet Pharmacopœo, quandoquidem ex ejus officina deſumit emplaſtra, unguenta aliaque remedia topica, ab ipſo ad curationem affectuum uſurpanda: etſi penes ipſum poteſtas ſit ea parandi in proprium uſum juxta Conſtituta ad quartum ſummum Artis opus, ſicuti ſuperius adnotatum eſt, adeò, ut quanquam gratis elargiatur egenis ſua medicamenta, lucrum tamen procuret Pharmacopœo.

Et hoc tertio loco Chirurgi Pharmacopœis cedunt, unde his non minimum lucrum ac-

cedit, ſcilicet Chirurgum, ſi divitem quendam gravi & diuturno affectu laborantem curandum habeat, aut ſaltem aliquem lautioris fortunæ, concedere Pharmacopœo licentiam ſuppeditandi omnia topica neceſſaria dictæ curationi perficiendæ, ſicuti cataplaſmata, injectiones, lotiones, fotus: lixivia, olea, balſama, linimenta, unguenta, cerata, emplaſtra, trochiſcos, lapides cauſticos, pulveres, aquas, ſpiritus, eſſentias, tincturas, aliaque medicamenta topica, quibus utplurimùm utuntur Chirurgi in morborum curationibus, quâ in re gratificantur Pharmacopœis, quòd jure gaudent præparandi & porrigendi vulneratis & aliis ægris prædicta medicamenta; quæ præſtant grati animi ergò, atque ut occaſionem præbeant lucri Pharmacopœo, ſæpe majoris eò, quod ipſi reportant ex curatione.

Quartò Chirurgi Pharmacopœis permittunt (etſi omninò gratis) applicationem epithematum aliorumque medicamentorum externorum & topicorum, ſuperius enumeratorum, diverſis corporis partibus admovendorum, ſive ex præſcripto Medici, ſive aliter. Ratio eſt, quia nulla ſubeſt difficultas in applicatione rerum ſimilium & æquè proſperè ſuccedunt, utervis manum admoverit: ſervatâ tamen penes Nos poteſtate præparandi, ſuppeditandi prædicta medicamenta externa in tribus Caſibus ſuperius recenſitis, nobis meritò aſſignatis.

Tandem mitigandi gratiâ animi Pharmacopœorum iniquè nos laceſſentium, floccifaciendo importunas illorum inſtantias extraordinarias, id ab ipſis animadverti volunt Chirurgi, nunquam in animò fuiſſe ullò modò litem violationis causâ intentare, etſi perſpectum habeant aliquando, ex unicò ægrò occaſionem præripere lucri ducentarum aut tercentum librarum, miſſis factis cæteris operationibus Chirurgicis, quas ſuſcipiunt, uti ſuperius dictum.

Si tantùm beneficii per Nos in ipſos redundet, neque unquam injurii ſimus, nunquid immeritò nos laceſſunt, litem nobis intentantes, quod enema ex aqua ſimplici præſcripſerimus, aut cui tantillum foliorum ſennæ immaceratum fuerit, hauſtum aquæ ad compoſitionem Priſanæ laxativæ miſcuerimus.

Niſi enim ſupremos ſe naturæ Arbitros conſtituere velint, nullo jure prohibere nobis queunt uſu elementorum aliarumque rerum ſimplicium familiarium & domeſticarum, à Deo in uſum omnium hominum procreatarum.

Nec potiori jure poſſunt Pharmacopæi uſu medicamentorum compoſitorum Chirurgis interdicere.

Ex propriis enim Conſtitutis nulla alia conceſſa poteſtas, quàm præparandi & venales in officinis Compoſitiones in uſum Medicum, quas divendunt tanquam Mercatores & Propolæ, ſolidè & partitim. Chirurgus autem neque diſtribuit, neque vendit prædictas compoſitiones, ſicuti Mercator aut Propola, ſ[…] has à Pharmacopœô repetens uſurpat, app[…] cat, adminiſtrat, porrigit, utpote artifex p[…] ritus & induſtrius in curatione affectuum, q[…] manum Chirurgicam expoſcunt, ad quam æg[…] convolant, tanquam ad ſalutarem piſcina[…] in quâ valetudinem conſequuntur: Mura[…] ſtructoris adjutor, Pictoris colores, cæme[…] tum conterunt, præparant &c. Architecti a[…] tem eſt & Pictoris ea in uſum ducere ad ædifi[…] ſtructuram tabulæ elegantis perfectionem.

Sed apertam faciamus iniquitatem petiti[…] nis Pharmacopœorum. Hanc in rem exe[…] plum adduco: Æger peritiæ Chirurgi fre[…] fiducia curandum ſe committit, eò, quòd p[…] ſpecta huic ſit temperiei & affectûs notitia, p[…] gatione indiget, cum in finem Chirurgus [e] Pharmacopolio unciam unam cujuſpiam co[…] poſitionis officinalis purgantis ſibi compar[…] exempli gratiâ Diapruni aut Confectionis H[…] mechi, emptionis pretium octo aut decem [aſ]ſes Pharmacopolæ perſolvit: ægro formâ b[…] remedium porrigit: Si poſtridie reſciſcat Ph[ar]macopœus Chirurgum ægro purgans medi[ca]mentum præbuiſſe, hunc in jus ille vocat, [o]b violatum Conſtitutum. Videte, quæſo, [ju]dices, num hæc agendi ratio æquitati con[for]ma ſit? &c.

Ex prædictis cùm conſtet nullum ad[…]e Conſtitutum, quô prohibeatur Chirurgus [i]njicere Clyſteres, præbere potiones medica[ta]s, Priſanas laxativas aliaque remedia uſu tri[ta], ſicut falsò ſupponunt Pharmacopœi: Ex ad[ver]sô cùm certum ſit, ab omni ævô conceſſ[u]m fuiſſe Chirurgis illa porrigere ex Pharmaco[po]liô, ſi vis, petita, cùm Pharmacopœorum [ar]s præcipuè verſetur in præparando & venales [ex]ponendo dictas compoſitiones; atque id jus [c]onfirmationem obtinuerit ex triplici Curiæ edi[cto]: Cùm tandem Pharmacopœorum propoſi[tio] reluctetur libertati & utilitati publicæ, Pr[æ]dicti *Martinus* & *Collegæ* Defenſores, pet[iti]ones Pharmacopœorum iniquitatis accuſ[an]t, ac ſibi ut liceat deinceps, ut antea, con[ce]dunt præparare, injicere Clyſteres, potiones [m]edicatas, priſanas laxativas à ſe præparatas [e]xhibere, aliaque ejuſmodi medicamenta, [ſi]ve præſcripto Medici, ſive ex aliter &c.

Apologeticon ſive Reſponſio Magiſtrorum Pharmacopœorum Lugdunenſium, Peritorum & Accuſatorum.

CUm urgens ſollicitatio prædicti Magiſtri Martini erga quosdam Chirurgos ut ad litis, ab iſto intentatæ, Societatem venirent, quamquam diu obluctati ſint, maximâ c[ete]rorum parte defugiente & abnuente, uti co[ns]tat ex exſcriptis artis, crebra figmenta Facti [in]ſerta ac quæcunque ſupponuntur ex interp[re]tatione ſiniſtrâ ad libitum detorta, noſtroru[m ſ]tatutorum, cùm, inquam, cuncta hæc ſp[…]ntè c[…]ci-

concidant, illius reſponſionem opponere in mentem nobis non veniſſet, niſi vocabula ſpecioſa, *Boni publici*, *Neceſſitatis*, *Charitatis*, *Libertatis*, *Eleemoſynæ* aliaque plurima argumenta fictitia familiare eorum effugium, quos culpa redarguit, nos impellerent ad eos errore liberandos, qui aures credulas & faciles præbent, ac ad delendas iniquas impreſſiones à prædictô MartinoCacozeliâ animis fortè impreſſas, ac ne intempeſtivum ſilentium reos nos faceret deſertæ cauſæ, omnibus utilis.

Revera urbs ampla detrimentum pateretur à labefactata arte Pharmaceuticâ, ex quâ rectè, & ut decet, tractata, ſub Regimine & Directoribus peritis Medicis inſignia commoda quotidie redundant; permagni ergò intereſt divulgaſſe inſtitutum prædicti Magiſtri Marti[ni] minus clarum, cùm non minus adverſetur Juſtitiæ, quàm Artis Medicæ Regulis, ac porrò ipſimet Authores ſint mali, cujus nos reos faciunt, dum porrigunt de propriis domibus depromptas potiones medicatas, jalappia, clyſteres, apozemata & ptiſanas laxativas.

Niſi prædictus Mag. Martinus in elogiô inſtituto propriorum natalium, morum & meritorum præſtantiæ apertum faceret *Vianum*, cujus filiam ambit, ſibi ducem fuiſſe, cui plurimùm auſcultat, nihilominus tamen apertè conſtaret illum hujus vitulô araſſe atque diu diſcipulum fuiſſe, imò accuratum imitatorem eſſe, in exhibendis remediis, quæ Magiſtri vice functus præſcribit. Siquidem in toto Chirurgorum coetu nullum reperire eſt, qui Medici Perſonam adeò tam impudenter induat & Pharmacopoei, ac dictus Vianus.

Cùm uterque propenſioni nativæ potius inhæreat, quam Artis Statutis, non multi erit laboris apertè ipſos erroris convincere, ac ad officium compellere, vel eo præſertim nomine, quòd abnegatio ab ipſis emiſſa palam facit Chirurgorum illos, qui intra Artis con[fi]nia ſubſiſtunt, ultrò confitentur Collegis [ſu]is illicitum eſſe remedia domeſticè parata præbere, absque regularum Pharmacopoeis præſcriptarum violatione.

Nihilominus prædicti *Vianus* & *Martinus* opponunt tantam vim & numerum argumentorum ſibi ſuppetere in inſtituti defenſionem, ut in compendium ea reducere operoſum illis magis futurum ſit, quàm eadem explicare; ſed [cu]m utrobique adeò ancipites ſint, in apertum adducamus ſingula illorum argumenta, eodem planè modô, quo adulterinam monetam, ut falſitas in lucem prodeat.

Primô locô opponunt à Nobis afferri quæ[da]m Conſtituta aut Præjudicia nobis non faventia, eò quòd neque Enematum, neque Potionum medicarum &c. in illis fiat mentio.

2. Etſi horumremediorum mentio fieret, [in] his conſtitutis nihil nobis contra Chirurgos [comp]etere, eò quòd ſemper jus alterius in [ex]ceptionem veniat.

3. Quoad præjudicia, diſtinguenda eſſe tempora, eò quòd Judices perſuaſum habuerint, Enemata & Potiones purgantes compoſitiones eſſe arduas & periculi plenas.

4. Etſi Ars Pharmaceutica hac in urbe ſit de Juratarum numero, conceſſum tamen eſſe plurimis illam facere, non ſecus ac propolis minutæ mercis ferrariæ ac fabris ferrariis licet ſeras fabricare, Caſtratoribus & Operatoribus Artem Chirurgicam, aliisque plurimis Aurifabrorum eandem eſſe rationem ajunt.

5. Pharmaceuticen mercatorium munus potius, quam artificium exercere.

6. Chirurgum Virum eſſe Eruditum, intelligentiâ inſigni præditum, notitiâ Inſtitutionum & principiorum Medicorum inſtructum, non minus quàm Medicum, cui itidem unius cujusque morbi indoles perſpecta ſit, ejus definitio, ſpecies, cauſæ, ſigna, prognoſis, declinatio, curatio; ac præterea ipſum non latere artem præſcribendi diætam, quæ præſidia ad recuperandam valetudinem optima ſint &c.

Elegantiæ horum argumentorum addunt Pharmacopoeorum opulentas domus, Chirurgorum numerum, ſocietatem æri alieno imparem, morbos ſubticendos, reipublicæ commodum, libertatem civium, erga egenos miſericordiam, multaque alia, pietatis prætextu, obtruduntur conſueta ardelionum ſubterfugia & eorum qui lucri gratia plurimarum rerum ſatagunt, ac probitatis inſignis indicia præ ſe ferunt; ſed ſpecialiter eô munere præclarè funguntur *Martinus* & *Vianus*, quorum inſignis in publicam libertatem zelus, ac plebis ſubſidium impellit nos ad credendum ipſos magis devotos eſſe Deæ Lavernæ, atque ad ipſam ſæpe has preces fundere:

Da fallere, da ſanctum juſtumque videri,
Noctem peccatis & fraudibus obiice nubem.

Nubes hæ cunctæ diſcuterentur unâ explicatione allatâ Conſtitutorum, per quæ unicuique vetitum eſt & cautum Artem Pharmaceuticam facere eâ ratione, quam intellexêre Judices, per quos Rei acti Chirurgi, quoties Conſtituta hos violaſſe manifeſtum fuit. At verò difficile eſt *Martino* & *Viano* intelligere, quid ſit Ars Pharmaceutice, niſi prius doceantur, quid Artis Chirurgicæ vox ſignificet? Ut enim quæcunque errata à Nobis committi ſolita ex eô originem ducunt, quod noſmet ipſos non agnoſcamus, è re eſt, & uterque ſui ipſius notitiam conſequatur, & quæ cujusque ſint functiones propriæ, cognoſcat.

Nec inutile fuerit in memoriam revocaſſe, cùm Medici ſcientiæ nulli ſint præſcripti termini, quandoquidem illius jurisdictioni ſubſunt, quæque ſub rerum naturalium ordine comprehenduntur, quæque naturam extra eundem abducere poſſunt, deſiderium perfectionem conſequendi in ſingulis illius partibus, Medicos impulit, ut nonnulli peritia operationum

Chirurgicarum imbuerentur, earum opera uſuros, ſi quando neceſſitas adfuiſſet. Diſcipulos item eligerent, qui medicamentorum ſimplicium facultatem addiſcerent, mineralium & animalium, eadem pro re nata præpararent, miſcerent, aut ſepararent. Si *Martinus* & *Vianus* huic veritati aſſentiantur, fortè ignotum illis eſt in conſtitutione Univerſitatis Pariſienſis (cujus Facultas Medica non infima pars eſt) decretum fuiſſe, ut Medici Chirurgis & Pharmacopœis committerent operationes & quæcunque manuum operâ indigent. Quamobrem hæc protulit *Fernelius* (quem ipſi Chirurgi Judicem „& Arbitrum admittunt in ſuô Factô) Medici „rationes conſiliique facultatem aſſumentes „ac ſuo jure ſibi vindicantes, quicquid manuum „operâ geri ſolet, id omne ad Chirurgos ac „Pharmacopolas tranſtulerunt.

Præter Conſtitutionem Academiæ Pariſienſis & *Fernelii* authoritatem, ex quibus conſpicua eſt æqualitas primordiorum Pharmaciæ & Chirurgiæ, earumque differentia quoad miniſteria, ex iiſdem quoque probare eſt utramque Artem æqualiter ab arte Medicâ pendere, ac abſurdum eſſe in medium afferre, Chirurgo licitum eſſe præſcribere, aut remedia porrigere. Cùm enim Medicinæ tantùm inſtrumentum ſit Chirurgia, conſtat Chirurgum nihil niſi adverſus regulas acturum, niſi caput & dux operis adfuerit. Si Chirurgi mutuum hunc reſpectum non agnoverint ac provocare velint à ſententiâ Cancellarii Univerſitatis & *Fernelii*, quem tota Ars Medica agnoſcit & veneratur Judicem, ipſimet propriô gladiô ſe jugulabunt. Chirurgos enim contra Chirurgos in teſtimonium allaturi ſumus. En exſcriptum ex Actis Facultatis Medicæ Pariſienſis.

„Sub Decanatu Magiſtri Johannis Bertoul, „3. die Maji 1507. Chirurgi citati fuêre in „jus coram Facultate Medica die dicta, eò „quòd non ſecus ac Medici præſcriberent „Clyſteres, Apozemata & Potiones pur„gantes. Primâ die Junii comparuêre, „ac præmiſsâ admonitione jurejurando ſe „obſtrinxerunt per Sacroſancta Evangelia, „in poſterum ſe nunquam ſimilis erroris „reos futuros.

Ex prædictis rationibus & authoritatibus abundè elucescit definitionem Chirurgi propoſitam in Factô prædictô (quô depingitur cognoſcens, ſicut Medicus, ſciens ſicuti Medicus) genuinam deſcriptionem eſſe ficti Herois & perſonati, aut potiùs phantaſma dictorum Martini & Viani. Revera quis dubitare auſit, Chirurgia inſtrumentum ſit nec ne Medicinæ therapeuticæ, quod proſperè niſi directore Medico in uſum duci nequeat.

Porrò cùm Chirurgi ſoli *Guidoni* fidem adhibeant: videndum, quid hac de re tradat capite ſingulari. Chirurgia pars eſt Therapeutices, aut artis curatricis, quæ hominibu ſanitatem conciliat adhibitis inciſionibus inuſtionibus, oſſium reſtitutionibus aliiſqu operationibus manualibus: ſic ait Guido, am plè deſcribitur, prout ſtrictè conſideratur quatenus tertium eſt Medicinæ inſtrumentun Sin latius illam deſcribi poſtulaverint, cum e dem *Guidone* dicemus hoc modô ſcientia eſſe, ac proinde ad Medicos pertinere, à qu bus in gratiam Chirurgorum manavit, quos tanquam Dominus in ſubditos, jur dictionis jus & authoritatem illi ſibi vi dicavêre.

Si prædicti *Martinus* & *Vianus* Guid ni ſuo non acquieverint, habeant explicati nem traditam à Dominô *Jouberto*, Canc lariô Univerſitatis Monſpelienſis, comme tariô in caput ſingulare: Chirurgia eſt habi tus vel ſcientia acquiſita ab eo, qui vulgò ap pellatur Medicus, ad quem univerſa ars Me dica pertinet, ac munus docendi Chirurgos & Pharmacopœos, quorum unicuique ſua eſt ars ac peritia executioni demandandi præ ſcripta à Medico.„

Dictus Dominus *Joubertus* inferius plicans vocabula à *Guidone* uſurpata ali que operationes manuales, ait, gravius rant, ubi addunt ejuſmodi operationes ma nuum ope perfici ſolitas, ſignificare & exte di ad præparationem remediorum manib perficiendam, ac compoſitionem emplaſtr rum, unguentorum, pulverum aliorum que ſimilium in uſum Chirurgicum; nai quis quæſo non videat hæc ad Pharma pœum pertinere? Annot. Dom. *Jouberti* caput ſingulare: Id quod porrò explica in interpretatione dictionum Chirurgicar libri calci adjectarum.

Ex Diſquiſitione præcedenti ac conſt tione Artium Pharmaciæ & Chirurg emiſsâ à Judicibus utrinque probatis in præd Facto, conſpicuum fit functiones Chirurg limites habere ac circumſcribi per opera nes, nequaquam ad remediorum cognitio aut præparationem exporrigi. Dominus e *Joubertus* Chirurgos à Pharmacopœis r tere jubet, quæ in uſum Chirurgicum ve debent, tantùm abeſt illis concedat ea, præſcribenda ſunt. Luce ergò meridianâ a tius eſt ſcientiam & peritiam, quam ſib rogant, in emiſſitio illo Facto, quo pari p cum Medicis ambulare geſtiunt, merum eſ dibrium & figmentum.

Revera ſi Reges & qui illis ſunt à con opinati eſſent hos Dominos id doctrina ſtigium conſecuturos, mulieribus non ceſſiſſent facultatem Chirurgiam exercer id quod patet ex edicto à *Philippo Pul* emiſſo, duobus idem diplomatis Re

Joha

annis & Caroli quinti. Quandoquidem lieres cenſentur idoneæ, quæ Chirurgiam iant, nullus non videt totum artis artificium manuum dexteritate verſari, quæ in mulie- n digitis magis obſervabilis eſt, quam Viro- n, quibus manus utplurimùm gravior, ſen- que tactus obtuſior.

In nonnullis Noſodochiis & Monaſteriis lieres Chirurgicæ adſunt, artis peritæ. Ex uſtis quibuſdam Codicibus diſcimus Chirur- n olim à mulieribus fuiſſe adminiſtratam, iteſque læſos vulnerum ſuorum curatio- n ipſis commiſiſſe, neque priſtinus ille mos nè obſolevit, quandoquidem hodiernâ die nullæ Matronæ remedia præparare jubent, emmet ipſæ admovent, imò aliquando æ- s perſanant, à Chirurgis pro deploratis de ctos. Quamobrem à Regibus ipſis conceſ- n Artis illius exercitum:

„ Edicto præſenti ſtatuimus ut nullus Chi-
„ rurgicus, nullaque Chirurgica artem
„ Chirurgiæ &c. niſi per Magiſtros Chi-
„ rurgos Juratos &c. Anno 1311. prola-
„ tum eſt.

es prædicti Edicti functiones Chirurgi cla- ſtendunt his vocabulis, *Licentiam operan- in Arte prædicta meruerint obtinere.* la ibi mentio clyſterum, neque remedio- n, ſed ſollummodò operationum.

Vocabula *Chirurgicus* & *Chirurgica* iti- n reperiuntur, & utrobique in diplomatis um Johannis & Caroli Quinti; quamob- è re eſt monuiſſe Chirurgos illos maximè aviter hallucinari, dum in erroneô ſuo Fa- ſſerunt Magiſterium jurejurando firmatum antiquæ originis eſſe, ut principium igno- r, cùm edictum *Philippi Pulchri*, per d mulieribus Artis Chirurgicæ exercitium ceditur, primum Conſtitutionis initium it.

Revera quidem ante id tempus in caſtra ra inſilire voluerunt ac Medicos ſe fingere, que conſtitutionis initium ignorari con- lunt.

Fingit ſe Medicum quivis: Idiota, prophanus,
Judæus, Monachus, Hiſtrio, Tonſor, *Anus.*

ue hoc unicô fundamentô innixi ajunt, Medicos cognoſcere, ſcire ſicut Medicos, ſecus ac Medicos præſcribere.

Pharmaceutica Ars cum æquè ritè conſti- ac Chirurgica videatur, ut conſpicuum x eô, quod ſupra allatum eſt de Artificum orum commiſſione, à Medicis factâ: ex ſtitutione Academiæ Pariſienſis: ex ſepti- librô Medicinæ univerſalis *Fernelii*, ex mentariô *Dn. Jouberti* in Guidonem: andem ex ſtatutis legibus arduum nobis non eſſet oſtendere Chirurgis, præter cognitionem plantarum, earundem electionem, præparationem, mixtionem, Pharmacopœi officium eſſe, quicquid occultum eſt in rerum Natura inveſtigare, quandoquidem non infrequenter nobis incumbit onus ſeparandi mixtorum principia, aut partes conjungendi, ſæpenumerô induſtriam etiam peritiſſimorum eludentia. Quoſcunque libros conſcripſit *Galenus de ſimplicium medicamentorum facultatibus, de compoſitione medicamentorum ſecundum locos, de compoſitione per genera*, nunquid ſinguli præ ſe ferunt titulum Pharmaceutici? Ad intelligentiam infinitorum præceptorum dictis libris contentorum, annon intima requiritur notitia partium unumquodque remedium componentium, differentium figurarum ipſa diſtinguentium, illorum collocationis, ſitus, intervallorum, unde exurgit id, quod vocant rarum & denſum. Hoc verò maximè omnium captu difficile eſt, ſcilicet modus, quô corpuſcula ſimul cohærent; & quibus de cauſis, quomodo id, quod ante erat quietum jam in motum agatur? ac ſimiliter, quomodo id, quod ante à mixto ſecerni videbatur, iterum illi cohæreat; ex his enim pendet digeſtio, fermentatio. Ex his apparet ratio exaltandi, deprimendi ac remediorum actioni modum imponendi. Vocabula à *Galenô* uſurpata transſumptionis, transmutationis, maturationis, deperditionis, conſervationis, incruſtationis, correctionis, omninò fundamentum habent in prædictarum rerum notitiâ; quas *Plato* vocat ἐπιτηδείους, ad conſtitutionem Artis cujuſpiam neceſſarias eſſe ait.

Si corpus humanum Chirurgiæ objectum eſt, quando operatione quadam indiget, ſtatuere nobis licet objectum Pharmaciæ eſſe, quæcunque Naturam ſpectant. Cùm enim omnia hominis gratiâ conditâ fuerint, nulla non res medicamenti naturam induit in ipſius commodum, nulla eſt horridior ſylva, quæ medicinâ careat.

Ex ſolidis & firmis his argumentis colligere eſt Chirurgos præ animi impotentiâ & lucro inhiantes Pharmacopœis objicere illorum artem eſſe mercatoriam; certa apud Nos extant teſtimonia & argumenta priſcæ fiduciæ Medicorum erga ſtudia noſtra, peritiam, ſolertiam.

Cùm in Factô emiſſitiô ab ipſis Judices utrobique conſtituantur, è re fuerit produxiſſe hunc titulum: *Fiat potio exhibenda cum Artis cuſtodia*: hujuſmodi formula firmat Artis noſtræ conſtitutionem, ac apertum facit Chirurgis Medicos peritiâ noſtrâ nixos, fidei noſtræ committere Medicinæ partem non infimam. Nemini enim ignotum toto eô intervallô, quô remedium præſcriptum, ad id uſque tempus, quod uſurpationi illius aſſignatum eſt, multa accidere, quæ peritum

Pharmacopœum admonent, ut abſtineat à præſcripti medicamenti exhibitione, nequaquam infracto Medici ſcopo, eò quòd formulæ additum ſit, *ut artis eſt*, vel *cum artis cuſtodiâ*. Niſi Medici cognoſcerent nobis ſolertiam non deeſſe, quâ ritè diſtinguere valeremus in illorum formulis, procul dubio ſimilia non enuntiarentur.

Ex Pharmacopœi functionibus & muniis, quæ non ſolùm conſtituit cognitio, præparatio, medicamentorũ mixtio, mixtorum analyſis, ſed præterea ſingulare & eximium judicium in executioni dandis, quæ à Medicis præſcripta ſunt, non arduum eſſet palam facere Pharmaciam, neceſſitatis habito reſpectu, Chirurgiæ eſſe anteferendam, cùm utraque Medicæ Artis organum ſit. Id ſolùm ad examen revocandum, cujusnam operâ frequentius indigeamus.

Plurimi occurrunt morbi, in quibus illa omninò inutilis eſt, ubicunque verò Ars Medica in auxilium advocatur, Pharmaciæ ſemper auxilio indiget, quandoquidem remedia ſuppeditat, confitente ipſo *Martino*. Juſtitiæ ergò eſt eam Artem prætuliſſe, quæ utplurimùm in uſum venit, ſuppeditat remedia, quibus altera planè carere nequit. Porrò nunquid verum eſt Pharmaciæ ope ſæpè declinari Chirurgiæ crudelitatem, ſicubi efficacia noſtrorum remediorum cutis apertionem procuramus, ac ex eâ nullâ vi illata corpora extranea educimus: etiamnum cum ſanguinis effluentis impetum cohibemus, quem neque ligaturæ neque artificium quodvis Chirurgicum ſiſtere valent ac coercere intra vaſa. Mitto quoque mirandos Sympathiæ effectus, quos adjuvat remedium, Pharmacopœi induſtriâ manu præparatum.

De præeminentiâ certet, qui voluerit: Satis nobis fuerit probatum iviſſe, ex Conſtitutione & neceſſitate Artis noſtræ omninò requiri & maximi eſſe momenti, ut quivis officii & rerum ſuarum ſatagat, vel eò maximè, quòd Chirurgi proprii obliviſcantur, noſtro fungi ambientes, qua in re revera in commodum publicum peccant, contra artium inſtitutionem, contra diſciplinam Politicam, contra decreta omnia, cùm nullibi in more ſit, ut quis deſertô propriô munere alieno, quod non callet, fungatur.

Hæc confitebitur, quiquis ad examen deduxerit reſponſionem à Nobis allatam ad egregiam comparationem inſtitutam Chirurgorum & Pharmacopœorum cum Fabris ferrariis, ſerariis, minutæ mercis ferrariæ propolis. Addunt Defenſores, ſi Lugduni Magiſterium jurejurando confirmatum pro quatuor Artibus Juratis conſtitutum fuerit, apud Pariſienſes id conceſſum non fuiſſe, Turonenſes aliique in urbibus Galliæ, in quibus Mercatores & Artifices promiſcuè venales habent merces, non unicam ſolùm; ejuſmodi ſimilitudo cum Mer-
catoribus & Fabris ferrariis inſtituta, in Ch
rurgos quadrat, quandoquidem his & illis i
ſtrumenta ſunt communia. Nullo autem al
nititur fundamento, quàm negotiandi libe
tate & commercii exercendi, manifeſtè hi
eluceſcit, nullam dictam ſimilitudinem co
venientiam habere cum re, de quâ inſtitut
eſt ſermo, ac nihil abſurdius & extra ol
enuntiari poſſe. Validis enim rationum m
mentis evicimus ac Judicium fuit authorit
bus, à quorum ſententiâ non provocavête *M*
tinus & *Vianus*, Artem Pharmaceuticam e
habitum comparatum diuturnô ſtudiô, c
dignotione vegetabilium, animalium & mi
ralium, ac aſſiduâ diligentiâ in ſegregan
aut colligendis partibus, quæ remedii vi
obtinere poſſunt profligandis infinitis mor
ideoque inſtituta comparatio Artificum
Mercatorum, qui in aliena opera & ca
mutuò tranſſiliunt, nihil infert aliud, qu
prædictos *Martinum* & *Viannm* validis ar
mentis deſtitutos ad inania confugere, pa
cinium quæſituros ſuis prævaricationibus,
que utrumque Mercaturam affectaturum, di
modò ſpes lucri affulſerit. Uterque ver
lorum reſciat, ut id iterum moneam, ſi qu
do in Artem noſtram tranſſiliant, cujus on
nò ſunt rudes, illius ſubjectum non eſſe
gnum, vel trabem, aut ferream laminam,
ſaccum ſerico plenum, vel magdaleonem
reum argenteumve, aut, ſi non mali
rubinos adamanteſque. Nullum enim i
Nos diffidium eſt hæc omnia mercaturæ
materiam ſubjectam, ſed vitam civium &
tem populi agi.

Si prædicti *Martinus* & *Vianus* in jus
ritò vocantur ob venæſectionem malè inſ
tam, tendinem compunctum, arteriam ict
ac ex legum conſtitutione tenetur ſuppedi
alimenta iis, quos mutilaverint, nunquid
rore concuti debent, ubi porrigunt rem
ſibi ignota, adverſus morbos multo m
notos. Si perſpecta ipſis eſſet lex Aqu
quæ illorum ignorantiam caſtigat, moder
nes fortè evaderent, neque forſan oculi
perſtringerentur inani fulgore illorum,
opulentos judicant, quod diverſorum n
tiorum ſatagant, cum Πολυπϱάγμονες illi
quentius cæteris impingant & aberrent; id
que in ſcientiis & artibus crebrò uſu veni
vaſta illa ingenia, quæ nullis finibus circ
ſcribuntur, in iis qui docti Theologi h
volunt, acuti Phyſici, Aſtronomi eruditi
lebres Medici, illuſtres Juriſconſulti, qui
dem ſibi ipſis litant ac famam phantaſiâ co
rant, opinione ducti de ſe apud vulgus e
ille homo eſt præ cæteris inſignis, nihi
ignotum eſt, contingit, inquam, egregia il
genia, quæ hyperbolicè de ſe ſentiunt, u
rimùm ingeniô turbidô & enormi eſſe, quc
caput tanta idearum copia refertum eſt,
moleſtiam aliis comparandam nati videar

ipſi toto vitæ decurſu irrequieti ſint; ſi- ut parvuli fluctuantes circumferuntur, omni ento doctrinæ &c. ambulant in vanitate ensûs ſui, tenebris obſcuratum habentes ntellectum &c. *Paulus ad Epheſ.*

In artibus in adhuc manifeſtius eſt, qua- n nullius nemo faſtigium attingit, à quo npore omnibus indulget. Etſi linearis de- ptio picturæ ſit baſis, ut ſculpturæ, nun m tamen de unô eodemque homine effa n fuit: Inſignis ille Pictor peritiſſimus erat lptor. Eodem modô Ars belligerandi in ri & continenti ſub militari æquè compre- nduntur, omnibus tamen perſpectum eſt il- n, qui in una illarum inſignis præ cæteris , eundem nunquam in alterâ nominis cele- tatem ſibi comparaſſe. Quandoquidem quæque ars per exercitii frequentiam per- tionem adipiſcitur, extra dubium eſt eum, habitum eô modô acquiſivit, peritiæ no- n meritò conſequi. Atque, in Artibus apertius deprehendere eſt, quæ manuum rcitio tantùm comparantur ac continuâ ſuetudine, ſicut in Arte aurifabrili, Chi- gia, Pictura, Sculptura, Cælatoria, Horo- iopœia, imò ferarum fabricatrice, ſicu- ſum Magiſtris *Martino* & *Viano.* Si quæ- n authoritas ad rei confirmationem addu- da foret, optimè illa quadraret, quæ extat pud *Hippocratem libro de Flatibus*: Quæ- unque manuum operam exigunt, ad ea con- udine perveniendum eſt. Uſus enim eſt egius manuum exercitator & Magiſter.

Comprobatio autem eorum, quæ à Nobis tenus adducta ſunt, fusè continetur in Facto efenſoribus emiſſo. Interim dum *Marti-* & *Vianus* Clyſteres injiciunt, præparant anas lavativas, julapia, potiones varias, zemata, quid contigit? id quod habet emiſ- Factum. Qui luxata curandi artem cal- , dislocationes curant & tractant, ut & turas, artis Chirurgicæ Τεκμάσματα, & ma opera; Barbitonſores cucurbitulas licant, Perizomarum fabricatores Hernias ndas ſuſcipiunt, Obſtetrices non ſolùm in u naturali admittuntur, ſed etiam in eô, præter naturam eſt, fœtusque mortuos ex- unt: Odontagogi quoscunque Dentium tus ſibi arrogant, Operatores & Empi- maxima magiſteria exercent, præcipuas & in- es operationes ac curationes Chirurgicas ab- unt, cujusmodi ſunt Lithotomia, operationes Hernias, Cataractæ depoſitio, Labii leporini ectio, Fiſtularum curatio & antiquorum rum, cariei, lupiarum & nattarum exſtir- o, Luis Venereæ aliorumque affectuum ulendorum ſanatio. Cuncta hæc contin- t, ô Magiſtri *Martine* & *Viane*, quia ſol- ieſtis circa artem, quam non calletis; ob- cimini illius, cui Vos ante addixeratis citii, cui unicè incumbere debueratis, elegantem Apoſtoli ſententiam, unus- quisque, in qua vocatione vocatus eſt, in eâ permaneat, 1. *ad Corinth* 7. *& ad Epheſ.* 4.

Defenſores procul dubio ægrè ferebant, quod ſuperius dixerimus enarrata ad Artem eorum non pertinere, ac querebantur, quòd arctioribus limitibus artem eorum circumſcri- beremus, atque iniquum eſſe tam anguſto car- cere concludere artem humano generi adeò propitiam. Intereà prædictus Martinus & Via- nus perſpicere queunt, quantum onus ipſis in- cumbat, imò ex improviſo, quæ tamen præ- ſtantiſſimam & elegantiſſimam legitimæ Chi- rurgiæ partem ſpectant. Diſcant artificioſam oſſium luxatorum Artem reſtituendi ac in ſede continendi, procul dubio nemo ad *Deſertam* confugiet aut Sacerdotem *Vourlenſem.* No- vit *Vianus* quanto in angore animi fuerit con- ſtitutus anno præterito, primatem quendam præ manibus habens. Si ipſe & *Martinus* curam adhiberent in cognitione & curatione affectuum, qui comitantur & ſequuntur Her- nias, procul abeſſent ii, quos *Francus* eleganti ſuo *de Herniis* tractatu vocat impoſtores & Agyrtas. Accuſat negligentiam veſtram, quæ illas in ſcenam adduxit, vel Enemata, quo- rum injectioni nimis attenti eſtis. Multum in tale genus hominum invehit dictus Author, Præfationem conſulite. Ex ejus verò lectione cum erroris veſtri conſcii fueritis, artem di- ſcite in ejus librô, quem Medici plurimi faciunt.

Etſi jampridem Obſtetrices mulieribus in Partu opem ferant, atque diplomatis Regii vi id illis conceſſum ſit à *Philippo* ſc. *Pulchrô* ac Denunciationibus *Johannis* & *Caroli V.* qui Chirurgo & Chirurgas mulieres conſtituê- runt; ſi prædicti *Martinus* & *Vianus* dexte- ritate illas ſuperarent ac experientiâ, curæ eſſe deberet, ut præferrentur, idem contin- geret, quod ad dentes ſpectat. At teſtes ipſi- met ſunt quoad eam operationem, quâ lapis è veſicâ educitur, neceſſitas olim impellebat ad eos confugere, de quibus agit *Francus.* At à quo tempore unus aut alter Chirurgus hâc in urbe Lithotomiæ operam navavit, nemo recuſat illis ſe credere, ſicuti recens ha- bemus exemplum de Nobili Narbonenſi.

Attamen facilius eſt Martino & Viano ar- ripere Syphonem ad clyſteris immiſſionem, quam vel catheterem vel dilatatorium, vel forcipem extractorium; cùm curæ eſſe debeat ars Cataractam decutiendi, Labium Leporinum conſuendi, Fiſtulam Syringotomo curandi, candelas cereas ad fungorum conſumptionem parandi, urethræ caruncularum, Nattas reſecan- di, Operationi quæ Bubonocelen ſpectat, in- cumbendi, Cæſarianæ Embryulciæ, quin imò Nephrotomiæ, ac tandem propriâ arte dere- licta, parant enemata, potiones purgantes, apozemata; imò Pharmaciam caſtigare ſata- gunt. Etſi prædicti Martinus & Vianus tur- geant ubique notitiâ rerum elegantiſſimarum, imò

imò publicè enuncient, ſe non ſecus ac Medicum ſcire, nec tamen illos pudet, quæ ad artem eſſentialiter pertinent, ignorare. Multi multa ſe ſcire jactant, & illos artem, quam profitentur, ignorare non pudet.

Non amplius, credo, auſuri ſunt aſſerere Conſtituta per ſe non impugnari, quandoquidem nulla unquam ejuſmodi exorbitantia, cujuſmodi rei ſunt, animadverſa:

Nullum non Perſonæ genus induunt in facto ab ipſis emiſſo, præterquam Chirurgi, habitum Juriſconſultorum gerunt, Procuratorum, Pharmacopœorum, Directorum, Eleemoſynariorum, Medicorum, libertatis Patronorum. Imò ne ſartorum habitum reſpuunt Pharmacopolas pharmaca divendentes repræſentaturi. Ajunt, ſicuti Sartor pannorum officinæ Mercatoris venditionem procurat, nunquid, quod fert adagium, ſunt homines duodecim artium. At earum numero excluditur Ars Chirurgica. Prædicti enim Martinus & Vianus oſſa reducere non nôrunt, Lithotomiam exercere, carunculas urethræ impactas eximere, labium leporinum conſuere, bubonoceles operationem perficere, tendinem diſſectum reſarcire, deprimere cataractam, neque Lupias abſcindere. Tot & tanta ab iis extorquenda non ſunt, quandoquidem vix venam dividunt, quin querelæ illicò adſint tendinis compuncti, aut arteriæ vulneratæ. Audacter loquuntur & trepidè agunt. Ubi verò brachia, quæ à Martino & Viano jactantur, brachia dextra Artis Medicæ. Nunquid jure dixeris indies illa paralyſi corripi ac Medicinam auxilio deſtitutum iri, niſi alia præſtò eſſent ſubſidia? Martinus & Vianus omne tempus conſumunt in perſuadendo credulis, penes ipſos proſtare remedia & magis idonea & mitiora, quàm apud Pharmacopœos, compoſitiones omnes ab his paratas periculi eſſe plenas: præparationes penes ſe habere facilimas, ritè corpus humectandum eſſe. Eodem tempore evehunt neceſſitatem cauſas antecedentes removendi, finem dictis faciendo egregia verba proferentes de ratione egenis ſubveniendi, capaturi rumorem & approbationem popularem, pietatis aſſumto prætextu,

Dumque movent per inania linguam,
His digiti torpere ſolent, & frigida bello
Fit dextra.

Domini iſti emendationem Artis noſtræ ſuſcipiunt, neque animadvertunt, ſe propriæ Deſertores eſſe, adeò ut & hîc & alibi rarò occurrant Chirurgi: Hinc ut poſtremo bello Miniſtri Pharmacopœi genio prædit adſciti fuerint, quos edocere artem phlebotomandi & vulnera curandi neceſſe fuit, qui manu ducentibus Medicis Caſtrenſibus, operationes inſignes ſæpè adgreſſi ſunt. Imò Chirurgorum Miniſtri Magiſtrorum adeò egregii ſunt imitatores, ut non alii jam operi incumbant, quà conficiendis ſuppoſititiis comis & remed exhibendis, adeò ut nulli jam amplius Chiru gizæ tyrocinium ponant, maximô Reipubli incommodô. Conquerentes audivimus C legas quoſdam veſtros, etiam Peritiſſime qui in veſtram litem deſcendere noluêrui gnari, quàm temerè & iniquè Nos impugi tis. Infeſti ergò eſſe deinceps deſinatis C cumforaneis & Herniotomis, quòd Artis ſtræ maximam partem uſurpent. Si huic g viter incubueritis, quod veſtri eſt offic nullam hîc moram trahent, imitatores eri Architecti illius, qui Spartâ rediens, dom lium ſuum Athenis eligens, nequaquam u bem ingredi auſus eſt, quia in primô hu aditu obvium habuit opus Architectonici perfectiſſimum. Occludite fores iſtis Ope toribus induſtriâ & peritiâ veſtrâ! Artis p fectionem conſequi conemini, adeò ut fa volet *Martinum* & *Vianum* peritiâ æqui randos eſſe *Tagauto*, *Cabrolio*, *Juiſvi*, *Pimpernello*, *Largeo*, *Dalanceo*, *Dec ſeo*, *Feliſiis*, *Bienaiſiis*, à latere illorum ſi bet adſtare, ſed ne in mentem veniat pari p cum Medicis poſſe Vos ambulare. Siquan enim Doctorum titulum ambietis, omni ludibrium debebitis. Recordamini juriſjur di à Vobis emiſſi per Sacros Codices om bus Medicis Facultatis Pariſienſis, reme Vos neque præſcripturos, neque exhibitur Tempus illud impendite in diſcendis opera nibus Chirurgicis, quas neglectim habe Profeſſionis veſtræ officia tam latè ſe pandu ut ne tertiæ illorum parti peragrandæ p ſitis. Nobis tamen eſſe vultis ſimiles, po incolis urbis, ab hoſtibus obſidione cinc qui hanc deſerunt, auxilium vicinis laturi.

Prædicti *Martinus* & *Vianus* ſatag ante omnia deberent rerum, quæ Collegi proprium ſpectant. Conqueruntur, q grande æs alienum contraxerit, quòd liti implicitum ſit: deſideratur ergò Ducis P dentia, ab eô procul dubio ſibi timent om Chirurgi: quanquam reliquos in ſuas pa pertrahere adnixus ſit, irrita fuêre illius ve Nec enim adducere potuit in aſſenſum. rorem alii ſubolfaciunt. Nimis damnoſa credulitas & obedientia intempeſtiva, ne minima hæc eſt cauſa, quòd in nomini allorum ſint.

Ut verò huic Diſceptationi finis impo tur, ad examen deducamus initium & fin evulgati facti. Nec enim minus hîc comn ſerationem movet, quàm cùm de ære alie comparatô à Chirurgorum Collegiô quere fundit. Prima pagina ait in Conſtitutis ſtris Potionum purgantium nullam mention fieri, Clyſterum, Juleporum, Ptiſanarum xantium, Apozematum &c. Poſtrema aut pagina diſertè profitetur ſe nequaquam att gere, quæ Pharmaciæ ſunt eſſentialia, ex ber

ido medicamenta, cujusmodi ſunt Potio-, Ptiſanæ laxativæ &c. An verò hoc ratioci-i eſt? Pharmaciam non exercet, qui reme-præparat, quæ Græcis dicuntur pharmaca, d verò agis Mag. Martine? quam artem pro-ris exhibens remedia purgantia? An artem *imundi Lullii, Servii, Priſci*, an *Donati*? emeritò rem abnuis & aſſentimur: omni-enim rudes eſtis. Neque enim Artem Phar-ceuticam tractatis, etſi in illam invadere co-iimi, contra inhibitiones, tum recentes, n antiquas. At verò & tu & Socer, opi-ne tuus, coarguendi eſtis oſtendendo ex Ju-um veſtrorum ipſo ore Vos in ipſiſſimam rmaciam inſilire, cùm Pharmaca cathar&ti-porrigitis.

Medici omnes vix *Hippocratis* mentem quuntur, ſententiam hanc qui tanti mo-nti prodidit, purgationem ſpectantem: ncocta medicari oportet, non cruda, neque erinitia, niſi turgeant. Hoc criterium eſt uini Medici, eruditiſſimorum omnium eſ-m eſt, remedium quodpiam perperam da-veneni naturam induere. At verò cum ùm pilos radendi artis vel cucurbitulas ad-vendi gnari eſtis, penes Vos jus eſſe exiſti-is porrigendi Potiones, Julapia, Apoze-a & Ptiſanas laxativas. An creditis ſatis noviſſe Sennam requiri? ita eſt, ad occi-dum ſcilicet miſerum ægrum, ſi intempe-è exhibita fuerit. An Vobis perſpectum, artificiô tinctura ex illô medicamentô eli-ida ſit? oſtendite quæſo, quibus in partibus s facultas lateat? an ſegregare noviſtis? an is maximè idoneum menſtruum cognitum quod educere valeat vim ipſam purgan-? Explica quæſo *Mag. Martine*, quid ſit gare. Imò ſi de ſola Sennâ quæſtio eſſet, llam noſtis? nunquid id ſæpè accidit ægris, s curandos ſuſcipitis, quòd nuper apud nachos quosdam vidimus, qui omnes ſe xicatos perſuaſum habuerunt ab aſſumtis ediis quibusdam malè præparatis, quorum poſitionem ſenna ingrediebatur. Con-mus porrò illam quam optimam eſſe, atque nnum Vos callere artem illam ritè præpa-i, rogo, an exhibituri eritis, quô tempo-rgaſmo feruntur humores, aut tumultuan-n corpore? fortè in ipsâ exacerbatione fe-, ubi latet phlegmone interna abdita, im-ente fortaſſe aut inchoatâ quapiam vacua-e, quô tempore Natuta operi incumbit, sâ etiamnum criſi, ut paucis dicam, intem-vè, id quod multifariam contingere po-per myriades cauſarum expreſſit *Galenus*, verſitates infinitas: exhibetur forſan à Vobis o purgans, aut Ptiſana laxativa; quô tem-e aut præbendis de iis ne peritiſſimis quidem icis cogitatio incidit. Idea mali perſpecta debet, illius ſpecies, cauſa, pars affecta, us ſympathici, ſubjectum circa quod agen-eſt, aëris qualitates variæ, temporum dif-tiæ, ægri vires, mutationes ætatis ratio-

Novell. Val.

ne contingentes, temperamentorum diverſitates, remediorum facultas, modus quô operantur, eorundem præparatio, ſecretio partium illa conſtituentium ab invicem, ac numerus infinitus circumſtantiarum, quarum cùm ne minima *Martino* & *Viano*, illius Duci, cognita ſit, optimè in illos quadrat, quod Chirurgis ſemper improperatum fuit, cum remedia præbere auſi ſunt:

> *Pharmaca quæ Medici ſtudio medicaminaſiunt,*
> *Si tangat Tonſor.*

Nec minus periculi in Enemarum uſu vel abuſu, ſiquidem naturam à certis temporibus, à nobis ſuprà deſcriptis, laceſſunt, ſed & quibusdam etiamnum nullis remediis locus eſt. Lex eſt, à ſummô Magiſtrô promulgata. Prædicti *Martinus* & *Vianus*, an nôrunt, quod porrigunt? etſi id innoxium judicent, fortè ægris perniciem illorum illaturum eſt, Julepis & Potionibus frigidis curſus humorum ad ſecretionem vergentium intercipitur. Si aperiendi vi prædita fuerint, in confuſionem agunt & impellunt, ubi tumultus potius ſedandus eſt, ac tranquillitas inducenda humoribus. Solius Medici eſt prædicta tempora diſtinxiſſe, & idonea noſſe. Quid hæc ad Vos, harnm rerum ignaros? Ne ſutor ultra crepidam!

Magnos aquæ hauſtus concedimus ultrò *Magiſtro Martino* atræ illius bili domandæ apprimè idoneos; quin imò illius uſum urgemus ac melancholicis quibusdam atrabilariis, illi auſcultantibus. Si quoque *Vianus* hydropota eſſe velit, additâ aquâ pulli ab ipſo jactata, nec nos diſſentimus, At verò id ratum habemus, hoc pacto iis ſatisfactum non iri, aquam præſcribendo: nummos quærunt ac de egenis ſolliciti & de Republicâ,

> *Pelliculam veterem retinent, & fronte politi*
> *Aſtutiam rapidè ſervant in pectore vulpem.*

Ideoque id pertinaciter tuemur, cùm prædicta remedia porrigunt, ipſos conſtituta convellere ac Reipublicæ admodum infeſtos eſſe.

Dicti *Martinus* & *Vianus* effutire non debent, in eâ fuiſſe ſententiâ olim Judices, difficultatem magnam eſſe in præparatione remediorum, quandoquidem Magiſtratui noſtro non minus perſpectæ ſunt difficultates, quæ in eorum mixtione contingunt & cognitione temporum illorum uſurpationi idoneorum. Eventus ſiniſtri toto die comprobant neceſſitatem, utilitatem & æquitatem ejusmodi conſtitutorum. Tota Lutetia ante triennium aut quadriennium novit, quid Præſidi cuidam contigerit, Empirici funeſtum experimentum experto, exhibitâ pilulâ, quam ex ſennæ & rhabarbari pulvere confectam ajebat (præparationis hic ſumma facilitas) eâdem enim die interiit Dominus Præſes. Siquidem prædicti *Martinus* & *Vianus* non magis verſati ſunt in Arte Pharmaceuticâ & Medicinâ (fortè magis in diſſimulando, polli-

cendo, de erroribus diſſerendo, de libertate, charitate) à ſimilibus eventibus perpetuò abſterreri deberent, nec amplius effutire, Judices non credere diſcrimen ſubeſſe in re capitali. Adde quod temeritatem ſapit, ſi dicant, aliâs viſum eſt Judicibus. Eorum enim ſapientiam convellunt, judicium & intellectûs acumen, à quibus pendent fundamenta Legum, Conſtitutorum, Sancitorum. Si familiare eſt dictis *Martino* & *Viano* illa violare, nec tamen venerationem ipſis debitam ejerare debent, ac dignitati, in quâ conſtituti ſunt, obſtare, *Martinus* & *Vianus* errore fortè liberabuntur. Magiſtratus oculatiores ſunt, quàm ut tam eximiè judicent de aquâ pulli gallinacei & juſculis ab ipſis decantatis, quæ comparata eſſe ajunt conſervando humido innato & radicali, quia conſtant ex radicibus.

Ad populum phaleras.

Nec firmiori innituntur fundamento, cùm affirmant Noſodochium Pariſienſe, Charitatis dictum, Pharmacopœo carere. Nemini enim ignotum, Noſodochium majus, dictum l'Hoſtel Dieu, ſuppeditare remedia omnibus univerſæ urbis egenis, ac proinde illis, quos continet prædictum Charitatis Noſodochium.

Illud verò admirationi proximum & inſolens, dictos *Martinum* & *Vianum*, qui thecam portatilem remediis non aliunde, quàm ex Pharmacopoliis noſtris deſumptis inſtruunt, præſidia Medica, etiam præcipua, diſpenſare audere. Officinæ noſtræ illis ſuppeditant ſuppurans unguentum, viride, mundificativum, album Rhaſis, digeſtiva: lapides cauſticos, Eſcharotica, Catherætica, Corrodentia, Phœnigmos, Dropaces, Veſicantia, Sparadrapos, Emplaſtra, Cataplaſmata, Unguenta, Linimenta, Collyria, Lotiones, Lixivia, Aquas contra gangrænam, Sacculos, Olea, Tincturas, Salia, Catagmatica, Extracta, Balſamos, plurimaque remedia externa, à Medicis quotidiè excogitata. Denique dicti *Martinus* & *Vianus* ne ſicubi digito quidem laboranti opem ferre queunt, quàm per remedia apud Nos conquiſita: ipſi tamen audent præparare remedia, quorum anceps eventus eſt, in ægri ſalutem vel perniciem.

Si tam inſignia beneficia confert Ars Pharmaceutica illi Medicinæ organo, quod Chirurgiam vocant, multo amplioris utilitatis eſt erga Medicinam. Quapropter nullo non ſeculô eruditi maximè inſudârunt cultui rei herbariæ, uni ex præcipuis Artis Pharmaceuticæ partibus. *Theophraſtus*, *Dioſcorides*, *Galenus*, *Plinii*, *Meſue* Botanicen excoluerunt: *Ruellii*, *Solini*, *Dalechampii*, *Matthioli*, *Dodonæi*, *Bauhini*, *Cluſii* illam locupletarunt, auxerunt, adeò ut prædictis præſidiis, adjunctis illis, quæ ſuppeditant mineralia & animalia, vera materia fuerit eruta, circa quam induſtriam ſuam exercuêre inſignes Practici, qui ad ſummum Artis opus aſpirârunt, Sanitatem intelligo. Neque enim alius nob[is] notus eſt Lapis Philoſophicus, præter eum qui illam acceſſit.

Deſipiunt auri, fruſtra, qui ſemina qua[e]runt,
Qui ſanat, magnum perficit artis opu[s].

Si ſemidocti ac pſeudo critici noſtri de ube[r]tate conquerantur, ac ſterilitate triumphum d[i]cere ſtatuant, ubi egeſtas maximè urget ob[j]ciemus illis & ſimiles faciemus ſylveſtribus il[lis] hominibus, qui veſci malunt glandibus & ca[...] duis, quàm fructibus, ab ipſis inventis: *F[er]nelii*, *Dureti*, *Hollerii*, *Veſalii*, *Rivi[n]*[...] palato acutiore prædit i fuêre, collegêre & aſſ[er]vavêre cunctos illos fructus multo adhibito ſt[u]dio, in uſus tempore idoneô ceſſuros. Eoru[m] exemplo commotus *Dn. Willis* Rationale[m] ſuam Pharmacopœam conſtruxit, in quâ ju[...]res indefatigabilem illum Anatomicum u[ni]verſam naturam cultrô diſſecuiſſe Anatomi[...] in hominis conſervationem. Germanus q[ui]dam Peritiſſimus, *Wedelius*, nonne præ[ci]puam navavit operam diſquirendis remed[iis] unicuique morbo idoneis? in explicatione m[o]di, quô operantur & quâ arte illa præparan[da] ſint. Sed ut Exteros non conſulamus, qu[i] non adhibuit ſtudium D. Primarius Regis M[e]dicus, ut typis ederetur Pharmacopœia Reg[ia], in quâ etiamnum conſpicua ſunt [re]media, quibus illuſtre illius nomen præfix[um] eſt? Eruditiſſimus ille vir arduis & ſummis qu[an]quam negotiis implicitus, momenta tam[en] temporis arripuit, quò id opus illuſtraret, in[te]rim, dum omni niſu invigilat conſervandæ [ſa]letudini invincibilis noſtri Monarchæ.

Tot Illuſtrium Virorum authoritas, [ex]perientiâ & ratione roborata adeò manifeſt[a] faciunt inefficaciam argumentorum & argu[...] inanes conatus Pharmaciæ inſtauratorum, [ut] ulterius meminiſſe inutile ſit. *Guiberti*, *[...]vionerii*, Medici in pauperes benefici, ex [eo]rum numerô fuêre, qui *Martini* & *Viani* [...]lo induti fuêre. Animi impotentia, ambi[tio], vel avaritia, abortivorum illorum fœtuum [pa]rentes fuêre, ex quorum deformitate con[ſpi]cua fit, imò illuſtrior elegantia Artis Phar[ma]ceuticæ. Rigidi illi, qui ipſi cenſores il[...] neceſſitatem & amplitudinem oſtendunt, ſi [...]dem tumultuaria illa diætæ inſtitutio, n[...] ſpeciali facta applicatione re medicamen[to]rum confusè præſcriptorum nulloque ord[ine] traditorum ſexcentos tumultus quotidiè & [no]vos morbos pariunt, quos præcavet Pharma[cia] Directore Medico. Quicquid in contrarium [...]liantur, ſingulis annis filiam Apollinis teno[...] videmus, Vare florentem, Autumno vigent[em] quàm terra propriis condit & alit viſceri[bus]. Quicunque enixus adhibeatur eradicandæ [...] actori vitæ, tamen cùm mundi machina [...]tùm concidet, rami autem, quos cona[...] deprimere, Palmarum inſtar ſemper ſur[ſum] vergent & curvatæ reſurgent.

Pl[...]

Pharmaciæ & Medicinæ hoſtes non magis bis injurii ſunt, quàm Empirici, Orvietani Balſamorum Propolæ ac operatores. Alca t enim oſtentant ore Panacæarum invento , Arcanorum buccinatores, qui ſtolidis im- nunt, auri medicamentis inmiſti prætextu: mmos interim aureos extorquentes, quos loculos conjiciunt. Circumforanei, qui dicinam Univerſalem ſpondent, quia nibus illam offerunt, revera ſunt, ut ele- nter *Cardanus*, Medicinæ adulterina mo a, nemo illorum operâ utitur, quin ſtulti- pœnas protinus luat. Huc quadrat illud, od lepidè refertur de Circumforaneô quo- n Italo, qui manum peræ intromittens, bat, *Dio lati mandi bona*, ac ſerio admo- , quàm vafrè Perſonati Medici de coriô manô ludant. Ii qui incautè, ſtolidè ſe dunt ejusmodi Sycophantis, quos *Francus* poſtores & fraudulentos vocat, noſſe debent nedium Medicum non facere, ſed vice ver Medicum facere remedium. Quibus mens a, an militem ii ex elegantiâ armorum & diô accinctô judicaturi ſunt? quin potiùs ex mô dijudicandus venit & dexteritate, quâ dium vibrat. Nec ſatis eſt obtinuiſſe Cothur- n & lauream coronam, ex ipsô fonte ſacrô endum, ut in Parnaſſum aditus pateat: Ne- purpura, neque cætera Magiſtratus orna- nta æquum Judicem pariunt. Callere ne- e eſt principia Juris, doctrina requiritur & bitas morum. Quin imò nec ſatis eſt me- riter omnes leges tenuiſſe, quem reſpe- n inter ſe habeant noſcendum, quis ordo ac quomodo conſuetudinibus conſentiant, retis, conſtitutis Regum ac codici ſupre- : Sed præ cæteris ſolidum judicium requi- r, quò ſuum cuique aſſignetur. Nec ſatis dixiſſe, ſub curâ meâ habui Magnates, ex bus Dn. Marchionis, Dn. Duciſſæ, ex eô num poſſideo mirè ſudores eliciens, ſan- nem ſine labore ab impuritatibus libero, diu- ci cujusdam medicamenti ope, ut urinæ vi- s profundantur, efficio, diutius ægrum diacis recreo, priusquam catharcticum ex- ā, deinceps remedia porrigo quæ ne hilum s in corpore relinquunt. Si enim vel grani uni- dus quid illis ſuperſtes eſſet, iterata curatio t inſtituenda. Ac tandem mea remedia ſpe- a non porrigo, quin prius diutius in remo- dis impedimentis allaboraverim. Hæc & lia vocat *Galenus* exquiſitam ignorantiam xcellentem impudentiam. Sermones ſunt piricorum, Agyrtarum, Veneficorum.

Doctrinâ & Judicium genuini Medici ſunt racteres, Naturam dum quieſcit, noſſe ex it, ut ſciatur, cujusmodi ſit, dum contur- ur. Morborum exacta notitia exigit cogni- nem plurimarum aliarum rerum. Niſi illas ſpectas habueris, hoc vel illud remedium, d jactitas, nequaquam dextrè in uſum fle- . Quare Medicina neque in *Paracelſo* la- , neque *Hartmannô*, neque *Quercetano*, neque *Severino*, neque *Daviſſonio*, neque *Crollio, Beguinô, Schrœdero, Fabro, Glazero, Pharmacopœiâ Auguſtana*, neque *Pariſienſi*, aut *Londinenſi*, uti neq; in *emendata Collegii Lugdunenſis*. Paucis nec in libris, utut me- thodicè conſcriptis, remediis & præparationi- bus variis turgentibus. Medicina quærenda in Medici capite, atque ex illô eruenda. Pallas, è Jovis capite prognata, Vulcani auxilio docet Nos ſcientiam non niſi in cerebro ritè conſti- tuto quærendam, quod ritè cuncta ad invicem conferat, & quæ ſit rerum cum ideis proportio disquirat. Si legitima Medicinæ ſcientia in li- brorum lectione non ſit collocanda, infirmi erit ingenii indicium in eô, qui ipſam quæſie- rit in capſulâ, quintam eſſentiam continente, in pyxidulâ, in arculâ ſecretis, pulveribus, præ- ſcriptionibus refertâ.

Cunctæ hæ rationes *Martinum* & *Via- num* cùm imperitiæ arguant, tum in præſcri- bendis tum exhibendis remediis, Luis Venereæ curæ ſoli incumbunt, adeò, ut cùm Morbi alicujus idea ipſis ignota eſt, ibi refugium quæ- rant, morbum illum verſipellem &c. Protheum vocitantes; ſi non aliud relictum ſit illis aſy- lum, inibi citiùs, quàm alibi deprehenden- tur. Vix enim quantum imbelles ſint, clarius quàm hoc loco eluceſcit, nedum hoc ſe tue- buntur propugnaculo.

Illi, ſi fides, Luis dictæ exactam callent notitiam, hoc in affectu doctrinæ ſuæ ſpeci- mina edunt, Magiſtrorum vices gerunt: imò de hoc Medicos ad diſceptationem admittere renuunt. Quicquid enim ad hunc pertinet, omnino ſibi vindicant; & rectè: Cùm circa Luem dictam ferè univerſim occupentur, ne- mo improbaturus eſt, ſi hanc ſibi arrogent. Huic aſſertioni niſi conſentiunt, audiendæ ſunt ſolùm querimoniæ tot puerorum, tot puella- rum, virginum & mulierum nimiopere cre- dularum, quæ ſuæ curæ commiſſas habuêre. Si, quam expoſcunt *Martinus* & *Vianus*, in emiſsô ab illis Factô, viſitatio iuſtitueretur â Judiee, quot Teſtes adducerentur, conque- rentes: Leviſſimè initio ægrotabam, Magiſter M. aſſeruit parvi malum eſſe habendum, pro- hibuit, ne communicarem cum Medico, cum Pharmacopœo, illo ſuadente abominandas potiones hauſi, deglutii pilulas, quæ in pecto- re & gutture ardoris ſenſum excitârunt, into- lerabiles ventriculi dolores ſuffero, vide Do- mine, quid mihi in capite contigerit, in bra- chiis, quo tandem deductus fuerim. Alius, li- cet cohibitus fuit morbus, quô laborabam, plurimæ factæ ſunt injectiones, ſucceſſêre tu- mores in inguinibus, ac dolores intenſi in cru- ribus, nunc ajunt Medici me Lue Venereâ eſſe inquinatum.

Nec deerunt, qui peractâ curatione con- querantur de inſigni humorum in pectus decubitu, comite ſanguinis ſputô, quibus prius tuſſicula tantùm moleſta erat, cùm quibus- dam doloribus rheumatiſmi æmulis, antequam reme-

remediorum uſum inirem: cæterum ſe jam percipere curationem ſuſceptam fuiſſe morbi, quò infecti non erant, unde affectus pectoris mirum incrementum ſumpſit.

Non pauci quoque declarant accidentibus quibusdam, ſed fugacibus, ſe affectos fuiſſe, ſed Chirurgos reponere ejusmodi affectus à tergô ſemper quidpiam moleſtum relinquere, ac ſatius eſſe illicò ad generoſa remedia properare. Dum ancipites, addunt, utique eſſemus, conſilii inopes prohibuiſſe illos, ne res in Medici notitiam deveniret, quantumvis importunus calor guttur, caput, imò totùm corpus afficeret, cum inſignis plenitudinis argumentis, ne aſſenſum quidem præbuiſſe levi ſanguinis miſſioni, imò nec exhibitioni purgantis medicamenti, priusquam corpus ulterius incaleſceret. Tandem nulla præviâ præparatione ſepties aut octies nos cathedræ impoſuiſſe, adeò, ut ſuffocationem vix declinare licuerit. Interim eadem vexant ſymptomata. Medicus autem ac alius Chirurgus ratum habent Venereâ Luenos laborare; hoc verò moleſtum admodum eſt, quod de ejus præſentiâ dubitare non liceat, cùm nodi & gummata de rei veritate dubitare non ſinant.

Si in ejusmodi hiſtoriarum énarratione pergere vellemus, in volumen grandius excreſceret hoc factum, quam liber *Fabritii Hildani*. Ne inſurgatis in Nos Domini, res omnium certiſſima eſt, neceſſe nunc & fraudem in apertam lucem venire, conſulendum ſaluti tot juvenum, imò familiarum integrarum, declarando infortunia, in quæ præcipites agitis veſtros ægros, quando primatum affectatis, neque à conſiliô Magiſtrorum veſtrorum eſſe vultis, aut ab ipſis præſcripta obſervare. Ab his doceremini abſtinendum à purganti medicamentô, quô tempore ſuffumigiis utimini, ac primò ptyaliſmi impetui remoram non eſſe injiciendam, neque remediorum illum promoventium vim eſſe infringendam alterius contrariæ facultatis exhibitione. Ab iisdem Magiſtris diſcere Vobis liceret, quomodò ſit colluendum os miſerorum ægrotantium, quibus Spiritum Vini gargariſandi gratiâ datis maximis ardoribus. Cùm tantùm immineat periculi ex veſtro regimine, intereſt noſſe in veſtris ædibus interiiſſe ægros quosdam in ipſa mediorum operatione. At verò id nequaquam contingit, ubi Directores adſunt Medici, Pharmacopœi autem præparant remedia ægris convenientia, ſatis eſſe exiſtimatis obſervaſſe, quâ arte quidam præſcriptis Medicorum uſi convaluerint, vel periculum in quibusdam ægris feciſſe illis inſcils. Experientiam nunquam ducem aut facem præferentem habituri eſtis, ſi quid inſolens, aut Vobis ante non perſpectum ſupervenerit. Ponamus eundem eſſe morbum, an idem tamen eſt ſubjectum, an idem malignitatis gradus? oppreſſio, febris, hæmorrhagia, an ejusdem cauſæ ſunt ſoboles? attamen apud Vos idem ſemper eſt re-mediorum apparatus, eadem doſis, eade[m] agendi ratio, eâdem diæta & victus regimei[n] ſicut eâdem utimini cathedrâ, eodem lecto cui miſellos ægros veſtros imponitis. Nim[is] multa eodem tempore animo volvunt ægr[i] ut ad hæc animum convertant, neque reve[ra] peritiâ neceſſariâ inſtructi ſunt, quâ extricar[e] ſe valeant ab iis, quæ maximè difficilia in A[r]te Medicâ occurrunt.

Non ineptè conferri queunt prædicti *Ma[r]tinus* & *Vianus* cum Navarchis illis, qu[os] tempeſtas adeò obruit, ut Poli ſitum omnin[o] ignorent, aut ſtellæ navigationem dirigent[em]. Nullus alius Mercurius ipſis notus, quam q[ui] commerciô & negotiantibus præeſt. Litem tantùm de causâ movent, ajunt, quô eâde[m] libertate in Profeſſionis ſuæ exercitio frui lice[at] quâ Mercatores. De Mercurio alato co[gi]tatio nunquam incidit, multum diſcrepa[t] Mercurio vivo, eapropter tantùm cognit[um] quòd graviſſimus ſit ac facilè nimis effugia[t]. Et hæc captum illorum implent, etſi ſæpe nun[...] ro terrorem incutiat incluſis pilulis, quib[us] illum incarcerant, tumultum ciens & effect[us] pernitioſos edens, cùm temerè in uſum d[u]cunt, vel illegitimè præparantes in ignem c[on]jiciunt, aut ægro ante uſurpationem non r[ite] diſpoſito exhibent, non ſecus ac olim Rei [...] gridum & Leonum rabiei exponebantur.

Ne vanitate turgeatis, nimio ſtetit mu[...] miſeris veſtra temeritas. Ingredimini no[...] Pharmacopolia, à nobis diſcetis artem [...] mandi furibundum illum, ac quomodò a[...] commiſcendus, quomodò partes noxiæ ab[...] lo excludendæ ſint, quomodò præcipitand[...] quomodò ſublimandus, quomodò dulcific[an]dus, fixandus? Rationem Vobis tradituri [...] mus, quâ ſecurè in ſuffumigia venire queat [...] modum parandi Bezoardicum Venereum. [...] plicaturi ſumus, quòd illud ſignificet ſaliv[...] ſorbere Mercurialem. Etſi hoc nihil ad Lu[em] Veneream, effectus tamen percipitis, c[...] æger ille inquinatus eſt. Sed fidem Nobis [...] hibete, Magiſtri *Martine* & *Viane*, præd[...] non ſufficiunt. Memineritis adhibitis om[ni]bus cautionibus, Magiſtri tamen inſpection[em] requiri. Medicos ſuper hâc re in conſilium [...] hibete. Confitemini lubenter, an non [...] rum, quoties illorum conſilio uſi eſtis, [...] primùm anteſignani luis ſe prodidere, [...] per illam vos fugaſſe; id quod rariſſ[...] contingit absque illorum auxilio. Æg[...] rum vobis commiſſorum curam ſi geru[...] omnia felicem eventum ſortiuntur. Ne[...] exprobratus eſt, Æger iſte in remedior[um] decurſu tam malè habuit, ut ſucceſſerit im[...] bilitas maxillarum, ſuperſit tremor totius [cor]poris inſignis, aut lachrymarum inconti[nen]tia, moleſtia, aut, quod pejus, nemo in[...] rem dicturus eſt, is, qui apud illum d[...] bat, hâc nocte interiit, Chirurgus Medic[...]

unquam admittere voluit, aut Pharmaco-œum jam pridem familiarem. Sed hæc obi-er, nec enim quicquam libertati publicæ de-ractum voluimus. Væ illis, qui ædes veſtras ntrârunt, peritiæ putatitiæ veſtræ commiſſi, bſque Medici regimine & medicamentis à harmacopœô ſuppeditatis. Sed ſpes eſt in oſterum fallaciæ locum non futurum, ne ue deinceps quenquam in manus veſtras ven-urum, quin Medicorum auxilium imploret, bi præſertim ægri in propiis ædibus curatio-em admiſſuri erunt: tunc quippe veriſimile t Magiſtros noſtros remedia in Pharmaco-oliis noſtris præſcripturos, atque reipsâ oſten ros, quàm noxia ſint decocta veſtra, incen um corpori inducentia, à vobis exhiberi lita corporibus emaciatis, ardore jam cor-ptis & equuleo impoſitis. Quapropter ar-um non erit ad obſervationem Conſtituto-m noſtrorum Vos adducere præſenti in Ca-, non ſecus ac in cæteris, vel eô nomine, iòd ſecreti ratio Vobis in prætextum ſemper niat. Nunquid Pharmacopœi eâdem lege nentur, quâ Chirurgi, eademque ratio ad ius obſervationem adſtringit? Nullius labo-erit, ſi noſtræ fidei res committetur, quan-quidem tanti conſtat tot miſeris vitium Me-co occultum eſſe velle & Pharmacopœo. æthereà ſi religioſius illud non obſervetis, m Lue infectos curandos ſuſcipitis, quàm i eleemoſynas veſtras elargimini, quis quæſo em Vobis adhibiturus eſt? Prædictus *Mar-nus* & *Vianus* adeò undique vacillant, ut nicare cum illis infrugiferum ſit, utut in facto acriter in Nos inſiliant. Nec tamen c ſilentiô prætermittendum eſt, decantatas ipſis eleemoſynas, exhibendo ptiſanas laxa-as, enemata, potiones medicatas, julapia que remedia, ipſis familiaria, crudelem eſ-miſericordiam.

Nam data non apta tempore vina nocent. uxilii omni ſpe deſtituerentur egeni, veniâ tè digni eſſent *Martinus* & *Vianus* dum iclitantur: Sed in pago non degimus, quo n primariam ferè regni urbem conferunt. nquid gaudet Noſodochio omnium totius è Regni ampliſſimô, reditibus inſigni, Re-rum & Adminiſtratorum vigilantiâ opifero? mquid remedia expetita omnibus abſque crimine conceduntur, ubi Medici egenis uè ac divitibus auxiliares manus porrigen-ea præſcripſerint.

Subticere volumus, quid in hâc re præſta-olemus, nedum quantum incarceratis be-ici ſumus & miſellæ plebi: Collegas no s, qui in partes charitatis nobiſcum venê-t, ſilentiô involvimus, æquè enim revela-illis eſſet moleſta, quanto grata vanitas *rtino* & *Viano*, dum à cæterorum com-rciô ſecedere ſtudent.

In veſtrum ergò commodum cedant mil-illi coronati, quos ſing...s annis in egenos erogare ſoliti eſtis. In beneficium enim illorum non redundant remedia à Vobis exhibita, ſicuti ante palam fecimus. Fructus quoque exinde nullos percipitis. Exprobraturus enim Vobis eſt Salvator, ejusmodi deprompta eleemoſyna: Amen dico Vobis, quia mercedem veſtram accepiſtis. Quis non judicaturus eſt Martinum Phariſæi preces fundere: Domine ago Tibi gratias, quos ſimilis non ſum cæteris hominibus, jejuno, eleemoſynas effundo, optima poſſideo remedia, non tam carè apud me conſtant, quàm apud cæteros. Quando hæc verba profert, moriendum eſt, chariſſime frater, ſub pallio nigro occultum gerens ſiphonem, quod conferri poteſt cum pallio notæ, fere eſt, ut credas ipſi nihil aliud cordi eſſe, quàm egenorum ſalutem, artium correctionem & ſolatium publicum. Scitiſſimè hanc in rem D. *Chryſoſtomus*: Simulata devotio eſt ſubtile malum, venenum latens, virtutum fucus & tinea ſanctitatis. At verò quantalibet cura adhibeatur à Magiſtro *Martino*, ut occulta ſit rerum ſuarum adminiſtratio, ut fucum actionibus ſuis obtendat, atque ſanctitatis velo ſe ubique involvat, larva ſicut & Duci ſuo excuſſa eſt. Abſit tamen, ut credamus verum eſſe, quod nuper nobis relatum eſt, de Fabri cæmentarii adjutore, cui tabulato deciduô occurrens Mag. Martinus immiſericors dixit: Innutiliter auxilium ferretur: quod mihi relatum à Viro fide digno. At in his caſibus conſtituta non peſſundant prædicti *Martinus* & *Vianus*, tempus illis longius foret, centupli remunerationem præſtolando, vererentur ne terra ſancta, in quâ ſementem facerent, ſterilis evaderet, præſentem pecuniam malunt; quapropter frequentant tantum ædes illorum, quibus præjudicio animus occupatus eſt, civium & artificum, apud quos occaſio lucri occurrit. Inibi deprehenſi Conſtituta violantes iram atque animos à crimine ſumunt, pertinaciter tuentur ſibi licere remedia præſcribere, perſpectam ſibi eſſe Phyſiologiam, Semioticam, Pathologiam, Therapeuticen ac ſibi morbum quemlibet oblatum pro ſummô artis opere obrigiſſe: Omnia effutiunt, omnia comminiſcuntur, ut culpam ſub velo actionis beneficæ occultent, utilis, ſuſpiciendæ.

Nihil eſt audacius illis deprehenſis, iram atque animos à crimine ſumunt. At verò prædicti *Martinus* & *Vianus* candidè & ſincerè ſibi mutuò exprobrent:

Reſpice quod non es, dic tibi quis ſis;
Tecum habitâ, & nôris quam ſit tibi curta
ſupellex.

Nemini nunc non perſpectum Chirurgiam filiam eſſe in Matrem rebellem, ſc. Medicinam. Nec verò id ſatis eſſe, patrimonium quoque ſorori ſuæ diripere velle, nempe Pharmaciæ,

(Mm) 3 maciæ,

maciæ, quanto te dicti *Martinus* & *Vianus* ſe Pharmacopolas fingunt, illiusque functiones proprias ſibi arrogant, cujusmodi ſunt, uti probatum, remedia porrigere, ptiſanas laxativas, enemata, julapia, apozemata, potiones medicatas &c.

Quare ſpes eſt, futurum, ut

JUDICES

abſurdum judicent factum ab ipſis emiſſum, atque nobis petita adjudicent, prohibendo, ne in caſtrâ noſtrâ tranſeant &c.

CASUS XXXVIII.

DE

TUMORE EXTERNO, VERBERIBUS INFLICTO, AN PER BIENNIUM DURARE POSSIT?

Requiſitio.

P. P.

NOn poſſum non referre, quòd Anna Tobiæ Fiſcheri, ut ſe vocat, Vidua, anſeres aliâs cuſtodiens, me anno præterito 1678. menſe Majo coram Magiſtratu meo convenerit, & quod ſiniſtro ejus lateri tumorem quendam inflixerim, accuſarit, addens in hanc usque horam tumorem in corpore ſuo adhuc obſervari. Cùm verò memoria non ſubeat, quod illam (1) in ſiniſtrum latus verberarim, multò minus (2) adeò vehementer contuſerim, ut tumor quidam inde generari potuerit, neque (3) credere poſſim, quod, licet illi tumorem hunc tunc inflixerim, hic poſt integrum biennium usquedum adhuc durare potuerit; ſed potius exiſtimem, quòd, ſi res ita ſe habeat, ipſaque de præſenti tumorem in allegato loco habeat, talem non mihi in acceptis ferat, ſed jam antè, & fortè ex uterô maternô obtinuerit; maximè quum & mulier, cui Anſerum Cuſtos tumorem mox ab illatâ plagâ oſtendit, judicialiter depoſuerit, cutim ſupra tumorem æquè ac reliquam corporis cutim albicantem & utrobique nullum diſcrimen obſervandum fuiſſe.

Hinc Dn. meum Honoratiſſimum officiosè rogito, velit haud gravatim ſuum mihi judicium impertire, quid de Tumore hoc ſtatuendum? an credibile ſit tumorem, ſi quis alii, ſive manu, ſive etiam fuſte, in ſiniſtro latere talem impegerit, per integrum biennium ſine putredine & immutatione durare, cutisque eundem obtegens ſanæ prorſus ſimilis videri poſſit? aut an non potius tumor ejusmodi pro concretione aliqua, quam Natura in uterô & conceptione corporis humani jamdum formaverat, aut poſtea ex ſuper abundanti hu[more], absque violentiâ hujusmodi externâ ſponte produxerat, habendus ſit? quod cu[m] debito redhoſtimento remuneraturus perſ[isto] vero

Honoratiſſimi Domini

Poritſchii, die 4. Julii Anno 1680.

Officioſiſſimus

Chriſtophorus Hübner, Incol[a] *ibidem.*

Judicium Dn. D. Joh Caſparis Weſ[t]phali, de præcedente CASU.

P. P.

LIteras Tuas, die 4. Julii, currentis an[ni] ad me datas, obtinui, indeque percep[i] quòd coram Magiſtratu ab Anna, Tobiæ [Fi]ſcheri Vidua, Cuſtode anſerum accuſatus fu[e]ris, acſi dictæ mulieri tumorem quendam in ſiniſtrô latere, inflixeris, quem in hunc u[s]que diem in corpore adhuc aleret, & quonia[m] ejus recordari non poſſis, quod ſcil. eande[m] in ſiniſtrô latere verberâris, multò minus ad[eò] vehementer contuſeris, ut illi tumor inde [gene]rari potuerit, nec credere poſſis &c. *Vid.* [*Re*]*quiſitionem.* Omnia juxta fuſiorem relat[io]nis tenorem. Quandoquidem autem in al[le]gatis literis Tuis curatè non exprimitur, [an] tumor quæſtionis tantùm externus & in cu[te], an internus, in ipſo corpore ſub muſculis ſ[en]tiri poſſit? Hinc ad primam quæſtionem, q[uid] de Tumore hoc habendum ſit? impræſent[ia]rum certi quid determinare nequeo.

Ad II. Quæſtionem reſpondeo, quòd pl[aga] quadam, manu aut fuſte ſiniſtro lateri inflic[ta], tam externè quàm in liene tumor quidam o[riri] poſſit. Si in cute, tumor ille vix per duas, [aut] tres ſeptimanas, nedum per biennium, [ſine] mutatione ſubſiſtere, nec cutis una ac al[te]ra apparere poteſt; conſiderando, quòd pl[agâ] aut contuſione ad minimum vaſa intercuta[nea] capillaria conquaſſentur & lædantur, unde [lo]cus ille propter ſanguinem effuſum & cong[ru]matum neceſſariò coeruleo-fuſco colore [de]turpatur, & Ecchymoma vocatur, quod ta[m]en in principiô per interna ſudorifera, ſanguin[em] congrumatum reſolventia, cum externis [di]cutientibus & reſolventibus facilè evane[ſcit]. Quodſi verò ictus adeò violentus fuerit, [ut] ſanguis extravaſatus & congrumatus ne[c] retrocedere valeat, inflammatio exinde or[itur], ſimulque tumor calidus, rubicundus, p[ul]torius, qui tamen ſimiliter per medicame[nta] allegata quandoque diſcutitur. His verò [non] juvantibus, per externa maturantia & ſup[pu]rantia in ulcus abit, quod ſæpè probéque m[un]dat[…]

atum & â pure liberatum, intra 7. aut 11. ies curari, & abhinc cutis cuti ſimilis reddi oteſt, licet interdum cicatrix quædam remaeat. Sin verò tumor in ſiniſtrô latere interè ſub muſculis ſentitur, & à plagâ conſimili rtus fuit, nunc poſt biennium externè cutis reliqua ſana apparere pōteſt: aſt in principiô, ſtatim à plagâ, non tantùm ſtigma cœileum occurrit, ſed & in ſiniſtro latere poneris cujusdam ſenſus, cum dolore pulſatoô & calore jungitur; ubi inſimul reſpiratio fficilis & interdum hæmoptyſis oboritur. icet autem in principiô non ſtatim tumor iquis, ſed inflammatio lienis oriatur & inrnè per medicamenta facilè diſcuti poſſit, iodſi tamen æger illud inſuper habeat, neigatur, aut ſanguis congrumatus non diſcuitur & reſolvatur, periculoſum Lienis ulcus de generatur, vel materia induratur & tuor inde generatur, ſaxi inſtar durus, qui rarò nolliri poteſt, ſed vel ad mortem usque coitatur, vel prorſus in cancrum degenerat. c autem ſciendum, quod ſimiles ſcirrhi in ceribus ex malâ corundem conſtitutione iantur, dum in morbis chronicis, v. g. malo pochondriacô, ſcorbutô, quartanâ, ſanguis inus ſpirituoſus, ſed crudior atque craſſior idô quodam peregrinô inſpiſſatur coagulaque, & ſic circulatio ſanguinis, ut & reliorum humorum, inhibeatur, unde viſcera umeſcunt, & per omnimodàm induranem ſcirrhus generatur.

Ad III. Quæſtionem reſpondeo, quòd tuores quidam in Infantibus non tantùm fæs ex utero proferantur in lucem, ſed & quod comata & excreſcentiæ hujusmodi carneæ aliis cauſis ſcaturire poſſint, quando pars ædam, tam carnea, quàm nervea, ex quaque causâ læditur, alimentum partis proum uberius recipitur, diutius continuatur najus, quàm debet, incrementum, parti ile, capit. Similiter & alii ſpeciales ejusdi tumores, quæ excreſcentiæ vocantur, rudunt, qui humores ſuos in peculiari ſua mbrana detinent & hæc adnaſci ſolent, quaſunt Meliceridès, Ateromata, Steatomata, iter è nutrimento cujusdam partis nerveæ, ciatim membraneæ, copioſius retento, nihil alterato & in aliam ſubſtantiam transtato, orientes. An autem tumor quæſtiohujus generis ſit, an nativus, an à plagâ or? hâc vice determinare non licet, ſed, ſi riorem ejus notitiam deſideres, oportebit, Medico & Chirurgô expertô tumor hic iniatur, ubi dubium illud facilè decidi poterit.

CASUS XXXIX.

DE

ULNERE CAPITIS SCLOPETARIO.

Requiſitio.

QUandoquidem ſub principali defenſione Nobilis Anhaltini, Caroli ſc. Gebhardi Lebrecht de Wietersheim in Wörpzig, ex Relatione Auliatri Cöthenſis, Dn. D. Knautii, aliorumque cognoverim, quòd in oppido exiguo degens Chirurgus Kinzke in eô prorſus incaute cum vulnerato egerit, dum exploratoriô quodam ferreô ad digiti profunditatem in craniô circumvagatus & poſt obitum ægri, ſub inſtitutâ Medicorum ſectione, miſerrimè proceſſum minimumque inveſtigatum fuerit; eaque propter, docente cumprimis Celeberrimo JCto, *Stryckio*, in *Tr. de Jure Senſuum Diſſ. I. de Viſit. cap. 2. De Requiſ. Ocul. Inſp. num.* 33. *ſeqq.* alterum quod circum- „ ſtantiæ loco Inſpicientibus vulnera obſervan- „ dum, eſt accuratiſſima inſpectio cadaveris, „ quæ ita commodiſſimè fit, ſi ſectio inſtitua- „ tur & interiora cadaveris inſpiciantur, quæ- „ nam pars inibi læſa, an cor, an hepar, an „ viſcera? quæ ipſa inſpectio certiores reddet „ Medicos, quale poſtmodum de lethalitate, „ debeant ferre judicium? Et hæc circumſtan- „ tia vulneris diligentiſſimè notanda, ſicut ex- „ preſsè in *Conſtit. Carolinâ* §. 149. conſtitu- „ ta, quòd (NB.) omnia vulnera, omnes „ ictus omniaque alia ſymptomata, quot- „ quot obſervari poſſint, annotanda, ut ita „ ponderare adhuc ſemel domi poſſint Medici „ illas circumſtantias, deque illis ulterius con- „ ferre, an præcisè mortem habuerint conjun- „ ctam, an demum ex accidenti. Et (NB.) „ hic omninò Chirurgis prohibendum, ne an- „ te cadaveris ſectionem ſtylo, vel inſtrumen- „ to quodam ferreo vulnerum profunditatem „ inquirant, cùm ita vel vulnus dilatari, vel „ aliæ partes interiores ſtylo tali lædi poſſint. „ Quod ſummoperè vituperatum memini à „ Medicis ad inſpectionem alicujus cadaveris „ adhibitis, in quô anteà Chirurgus inſtru- „ mentô ferreô inquiſiverat; ubi enim ſectum „ cadaver erat, in pulmonibus diverſa vulneta „ reperiebantur, adeò ut non conſtaret, quod „ inſtrumentô illô, quodnam verò gladiô da- „ tum? Hinc & aliâs de ſtylo ſtatuunt Docto- „ res, non ſufficere ejus immiſſionem, ac ſo- „ lùm per ſtylum factam explorationem, ſed „ eam fallacem pariter ac nimis ſuſpectam „ eſſe„

Gottf. Welſchius Tr. de Rat. Vuln. Leth. Jud. cap. 15.

mihi, cùm res hæc ſanguinem humanum concernat, primò quidem neceſſum eſſe videretur, ut Phyſici Provincialis Delitienſis, Dn. D. Weſtphali, Judicium fuſius diductum requirerem, & reliquis documentis adjungerem; hinc obtentum illud VV. Nob. Nob. Exc. Exc. unà cùm Additamentis originalibus & Actis privatis in faſciculô præſenti transmittere volui, officiosè

officioſè rogitans, velint haud gravatim judicium ſuum Medicum de ſeqq. quæſtionibus mecum dividere:

(1) An è Dnn. Medicorum & Chirurgorum Côthenſium Relatione & Inſpectione fol. 96. 97. lethalitas vulneris ſimpliciter determinari poſſit?

(2) An globulus tormentarius, in Actis deſignatus, qui per os frontis in cerebrum penetraſſe dicitur, inde motum perpendicularem inſtituere & cum plurimum ſanguinis coagulati palatum inundaverit, utrumque deglutiendo in ventriculum decidere potuerit?

(3) Annon Dnn. Medicorum Chirurgorumque fuiſſet, ut globulum illum, conjecturaliter præſentem, in ventriculo & pulmonibus quæſiviſſent?

(4) An Chirurgus Gröpſigenſis inſtrumentô hoc ictum ſclopetarium grandinibus majoribus inflictum in cerebrô adeò exactè explorare potuerit, ut non potius (læſione cumprimis in oſſe frontis, meningibus, cerebro, hujusque vaſibus neque inventa, neque in Relatione annotatâ) per explorationem nimis profundam, cum inſtrumento ferreò cerebrum hujusque vaſa lædere & lethalitatem cauſari potuerit?

Quod debito redhoſtimento &c.

VV. Exc. Exc.

Officioſiſſimus

L. Chriſtian Schulz, Defenſor.

RELATIO

De Generoſo Dn. Carolo Anthonio de Wietersheim, die 18. April. 1697. veſperi dimidiâ ſextâ, tribus globulis ſclopetariis vulneratô, die 20. Aprilis manè horâ 9. demortuô & die 21. Aprilis abhinc tempore antemeridiano inſpecto atque ſectioni commiſſo.

PRæterquam, quod in nobili hoc cadavere externè facies, cum fronte, fuſco-cœruleô colore ſuffuſa fuerit, ex ore quoque ſanguinis putridi atque fœtidi copia non exigua profluxerit, ulterius (1) rectâ ſupra frontem, ad digiti latitudinem verſus ſiniſtrum latus ictum ſclopetarium piſi majoris magnitudine obſervavimus. (2) Similem in collo aſperæ arteriæ ad ſiniſtrum paulò latus, & tandem (3) alium in ſcapulâ ſiniſtrâ, digitum transverſum à collô diſtantem, cujus globulus ad dimidii tantùm digiti profunditatem penetraverat & mediante ſectione absque inſigni labore eximi poterat. Quoniam igitur vulnerum profunditatem & lethalitatem ſolô intuitu ſuperficiali penetrare non potuimus; hinc è re eſſe duximus, præ omnibus aliis in ictum ſupra naſum, utpote qui periculoſiſſimus omnium fuit, inquirere: quemadmodum & poſt ſeparationem membranæ cranii externæ elevationem & remotionem cranii invenimus, quòd globulus inſignem feſtucam, articulum in digito longitudine & latitudine æquantem ut & alia diverſa fragmenta, utplurimùm crucigeri, oboli aut nummi magnitudine, in ventriculo cerebri & ſupra proceſſum mammillarem ſiniſtrum eorumque confiniis ſita detruſerit; ſicut & dicta modò cavitas cerebri à ſanguine putrido fœtidoque repleta, venæ autem & arteriæ duræ & piæ matris, in illo latere, ſanguine coagulato prorſus diſtenſæ erant; ubi globulum ſclopetarium nos inventuros ſperabamus: aſt, non obſtante quâvis diligentia adhibitâ, eundem reperire non potuimus; unde conjecimus, quòd, cum deorſum verſus palatum, in latere ſiniſtrô, inſignis apertura ſe truderet, globulum illum unà cum ſanguine in palatum penetraſſe & deglutiendo in ventriculum incidiſſe, ſiquidem Dn. Patiens, multum ſanguinis coagulati, ut perhibent, per vomitum rejecit, qui non aliunde, quàm è capite in collum & abhinc in ventriculum deſcendit. Secundum ictum in collo ut perluſtremus, ſectione mediante innotuit, quòd aſpera arteria infra laryngem, in ſiniſtro ferè latere & in eâ tres circuli cartilaginoſi ictu perfoſſa fuerint, & quoniam globulus ſclopetarius alterum aſperæ arteriæ latus non penetravit, probabiliter, is in pulmones delapſus eſt; unde Defunctus Dn. de Wietersheim loquelam ſtatim quoque amiſit & ronchos in pectore duxit.

Cùm igitur læſio cranii & cerebri heic potiſſimum in conſiderationem ſit trahenda, cumprimis, quia vulnera cranio, emiſſis è ſclopetis globulis, inflicta, omnium graviſſima & periculoſiſſima cenſentur: hîc quoque in nobiliſſimô hoc ſubjecto graviſſima ſymptomata truſerunt, vomitus ſcilicet ſanguinolentus, aphonia, ſtertor gravis, cum difficili reſpiratione, paralyſis dextri lateris, tandem motus convulſivi, gangræna & incipiens ſphacelus (cùm hinc inde maculæ nigricantes obſervatæ ſint) impoſſibile etiam fuit, ſanguinem coagulatum putreſcentem & ſupra allegata fragmenta cranii ſine morâ extrahendi, Dominusque Patiens vix horas 40. ſupervixit; hinc meritò vulnus ſupra naſum (reliquæ enim binæ læſiones in collô & ſcapulâ tam periculoſi ponderis non ſuerunt) juxta fundamenta Anatomiæ & Chirurgiæ, pro ſimpliciter & abſolutè lethali habendum, indeque Dominus Carolus Anthonius de Wietersheim neceſſariò obiit; quod propriâ ſubſcriptione & ſigillô atteſtari volumus. Sign. Côthenæ, die 21. Aprilis, 169[7]

(L.S.) *Johannes David Branlt.* [...]
Sereniſſ. Princip. Anha[lt.]
Archiater.

(L.S.) *Chriſtian Lebrecht Schweiz[er]*
D. & Phyſ. Ordin.

Joh. Fridericus Hintze, Ch[ir.]
Gröpzig.

Melchior Eckhard, Chir. Pro[...]
Ju[...]

[Ju]dicium D. Joh. Caſpari Weſtphali, Phyſ. Delitienſis Ord.

[P]Oſtquam Generoſus Dominus, Dn. Antonius de Wietersheimb in Worpzig &c. [. . .]i in fine nominato Relationem Inſpectio[nis] ſub datô Cöthenii, die 21. Aprilis 1697. cum Actis Inquiſitionalibus contra Dn. fra[trem] ſuum, Carolum Gebhardum Lebrechten, [. . .]tutis, deſcriptis & ſimilibus cum Actis Ori[gina]libus paginis ſignatis, ut & Rotulum Atte[ſtato]rium, ſub datô Cöthenii, die 17. Jan. cur[ren]tis modò anni 1699. transmiſerat, & tam de [inſp]ectione ſectioneque inſtitutâ deque illis im[pe]titô Atteſtato judicium meum Medicum, [. . .]m, ut Acta diligenter perluſtrarem, & quæ [ad a]bſentis DN. Fratris defenſionem vergere [v]int, cum rationibus decidendi ac dubitan[di c]ommunicarem & deducerem, à me requiſi[vi]t; hinc prævia diligenti illorum perlectione [o]mnium illic occurrentium circumſtantia[rum] ponderatione fundamentis Anatomico-[Chi]rurgicis conſentaneum eſſe judico: quòd [l]æſionibus externis in Schedulâ Inſpectionis [. . .]oratis, propter ſuperficiariam ac inſuffi[cien]tem partium internarum inſpectionem & [neg]lectam perluſtrationem Anatomicam, le[thal]itas planè non determinari poſſit: rationes [. . .]m in dictâ modò ſchedulâ prolatæ legibus [nat]uræ & in ſpecie mechaniſmi prorſus adver[ſæ], incongruæ, imò abſurdæ & ridiculæ vi[de]ntur. Quamvis enim, ob allegata in ven[tric]ulo cerebri (ſiniſtro) majus, ut & diverſa [min]ora fragmenta, fœtidum item & putreſcen[tem] ſanguinem, quô dicta cerebri cavitas omni[no r]eferta fuit, lethalitas in dubium vocari non [poſſ]it, dum ſanguis putridus in ventriculô ce[rebr]i (ſiniſtrô) inventus unius aut alterius vaſis [læſi]onem præſupponit: allegata fragmenta [. . .]trà neque per trepanationem, neque per [. . .] enchireſes ex ſubſtantiâ cerebri eximi po[tu]unt; attamen ex Relatione Inſpectionis, Actor. 96. 97. & fol. 18. ſeqq. obſervanda [Reg]iſtraturâ neutiquam obtineri poteſt, quòd [. . .]a fragmenta, ictu ſclopetariô à craniô de[. . .]a & ad ventriculum cerebri ſiniſtrum dela[ta f]erint, dum Medici & Chirurgi læſiones in [oſſe] frontis æquè ac in meningibus & ipsô cere[bro] longè accuratius aliter indagare, Deputa[tis a]d hoc gratioſè Dnn. Commiſſariis & in ſpe[cie] Actuario ad oculum demonſtrare & in alle[gato] Atteſtato Inſpectionis ſolidè teſtari, nul[lo m]odô verò in nudâ inſpectione & deſcri[ptio]ne contuſionis externæ in frontis parte cu[tane]â & carnoſâ, ſimplicique relatione decor[ticat]ionis & ſeparationis cranii ejusque frag[men]torum, minimè autem omnium in meris [ab]ſurdis ſuis conjecturis, ac ſi globuli ſclope[tar]ii in ventriculum & pulmones conceſſiſſent, [qu]ieſcere, ſed eventualiter partem cranii [. . .]iorem perluſtrare & aperturam verſus pa-

Novell. Val.

latum propriè & ſpecificè deſcribere debuiſſent; ſiquidem ex omnibus circumſtantiis potius eluceſcit, alterum globulum in cavitate oſſis frontis remanſiſſe & ſupradictam feſtucam ab oſſibus cranii intus in capite adeò non ſeparaſſe, ut eadem potius per alterius Chirurgi Gröpzigenſis nimis profundam & ſummè periculoſam explorationem ab oſſe frontis læsô partim abrupta, partim profundius in cerebrum & ad ventriculum cerebri ſiniſtrum detruſa, imò per ſtylum exploratorium cerebrum ejusque vaſa læſa fuerint, ipſeque adeò per indecoram & inexcuſabilem operationem lethalitatem induxerit.

Superficiaria & inſufficiens inſpectio ac perluſtratio elucet 1. ex unâ vel alterâ contradictione: Primò enim Chirurgus Gröpzigenſis, Fridericus Hinzſche, ſecundum depoſitionem Teſtis I. ad articulum defenſ. 35. aſſeruit, ſe in aliquid duri impingere, globulum illic hærere; cui relationi non tantùm Dn. Victor L. de Wietersheimb innititur, quando fol. Actor. 8. fac. 4. perhibet, globulum in cerebro hærentem vulnerato ſenſim rationem imminuere, ſed & Act. 10. reperienda ſchedula inde aſſerit, globulum aliquem per frontem in caput, ad digiti profunditatem penetraſſe; nihilominus idem Chirurgus, una cum Chirurgo Præfecturæ Cöthenſis Dominisque Medicis, atteſtatur, quod, non obſtante omni diligentiâ adhibitâ, globulum tamen invenire non potuerint; quod & Dn. Actuarius in Regiſtraturâ fol. 18. & Teſtis. 1. & 2. artic. defenſ. 33. confirmat.

Dum 2. alter tantùm Chirurgus Gröpzigenſis occaſionem dedit, ut juxta indecentem ſummeque periculoſam explorationem falſamque relationem globulum per frontem, ad digiti profunditatem, in caput & cerebrum penetraſſe Schedulæ dictæ fol. 10. & 12. insereretur, ille quoque in cerebrô & ventriculis ejus reliquisque cerebri partibus, juxta ſupradictum Atteſtatum Dominique Actuarii Regiſtraturam, quæſitus, ſed neutiquam inventus fuit. Similiter hic ne minima quidem læſio & contuſio vel in oſſe frontis, durâ ac piâ matre, vel in cerebrô ſpecificata, neque ullum veſtigium, cujus ergò globulum in cerebro quærendi anſam habuerint, annotatum, multo minus, per quas cerebri partes Chirurgus Gröpzigenſis, vivente adhuc Dn. de Wietersheimb, inſtrumento exploratoriô in durum quid impegerit & quid hoc, loco globuli putati, fuerit, inquiſitum fuit. 3. Dnn. Medici & Chirurgi in Relatione Inſpectionis, ut & Dn. Actuarius f. 18. a. ictum ſclopetarium rectâ ſupra naſum, ad digiti latitudinem, verſus ſiniſtrum latus adfuiſſe teſtantur: Præfectus autem & Dn. Paſtor Wörpzigenſis in Atteſtato ſub ☽. vulnus ſupra oculum, verſus caput tendens habent. Qualis contradictio 4. in inſtrumento & globulis lædentibus quoque occurrit, dum Medici æquè ac Chirurgi in Atteſtatô ictum ſclopetarium ſupra naſum piſi ma-

 joris

joris magnitudine circiter deſcribunt, quod inquiſitus etiam ad artic. 26. fol. 161. &c. ſimiliter Teſtis 2. ad artic. defenſ. 14. confirmant: in Atteſtatô autem eodem globulum ſclopetarium ſe certò in cerebro inventuros eſſe putârunt. 5. Dnn. Medici & Chirurgi ipſimet aſſerunt, quòd vulnerum profunditatem & lethalitatem intuitu externô penetrare non potuerint, adeòque è re eſſe duxerint, ictum ſupra naſum, poſt ſeparationem membranæ cranii externæ & elevationem cranii, indagare: nihilominus tamen neque contuſio in oſſe frontis, neque vulneris profunditas, nec alia qualitas in meningibus & cerebrô ulla lineolâ deſcribitur. 6. Refertur à Dnn. Medicis & Chirurgis in Relatione Inſpectionis, ex ore inſignem copiam ſanguinis fœtidi & putridi emanaſſe, cerebri item cavitatem ſiniſtram, (ut non tam Medici & Chirurgi quàm Dn. Actuarius fol. 18. a. eandem deſcribit) à fœtido & corrupto ſanguine prorſus repletam fuiſſe: Nihilominus ne minimam quidem rupturam hujus vel alterius vaſis in cerebrô, neque in durâ matre, in quâ tamen omnium optimè eadem in oculos incurrit, obſervatur aut deſcribitur, ſed contrarium potius atteſtantur, quod ſc. venæ & arteriæ duræ ac piæ matris in latere illô à ſanguine coagulato, prorſus diſtenſæ fuerint. 7. In Atteſtato Inſpectionis & adhuc clarius in Regiſtraturâ Dn. Actuarii fol. 18. a. diverſa fragmenta, variæ magnitudinis, partim crucigeri, partim oboli aut nummi magnitudine, ſupra proceſſum mammillarem ſiniſtrum reperta dicuntur; cùm uterque proceſſus vel unico ejusmodi fragmentô, nedum ſiniſter, à pluribus ejusmodi obtegi poſſint. 8. Dnn. Medici & Chirurgi referunt, ictum ſclopetarium in collô aſperæ arteriæ repertum fuiſſe, quô ipsô nihil aliud, quàm larynx intelligi poteſt: Poſtmodum verò tantùm aſperam arteriam infra laryngem & hujus quidem tres circulos cartilaginoſos ictu læſos indicant. 9. Vulnera cranio inflicta emiſſis è ſclopetô globulis, omnium graviſſima & periculoſiſſima, læſionem quoque cranii & cerebri hîc maximè conſideranda eſſe judicant: Et tamen ne minima, ſive in craniô, ſive in cerebrô deſcribitur, niſi quòd externè in parte carnoſâ annotata fuerit. 10. Dnn. Medici & Chirurgi in Atteſtato Relationis, unà cum Dn. Actuariô fol. 19. a. referunt, quòd, cùm globulus ſclopetarius in pulmones illapſus fuerit, Dominum Defunctum de Wietersheimb ſtatim in principiô loquelam inde amiſiſſe ronchosque è pectore duxiſſe: Adeoque hoc in paſſu non tantùm loquelam amiſſam cum aphoniâ confundunt, ſed & poſtquam jam loquelam amiſſam à globulo in pulmones illapsô derivârant, eandem paucas poſt lineas etiam ex læsô cerebrô, non obſtante, quod nullam illîc læſionem annotarint, deducere ſatagunt. 11. à Domino Actuariô fol. 19. a. vulnus in humerô ſiniſtro ad 2. digitorum diſtantiam à collo recenſetur: In Atteſtato verò Dominorum Medicorum atque Chirurgorum tantùm unius digiti transverſi diſtantiâ allegatur.

II. Quòd etiam ipſæ partes læſæ ſufficienter, accuratè, ſecundùm omnes circumſtantias & ex fundamentis Anatomico-Chirurgicis contra Dnn. Medicorum & Chirurgorum narrata neutiquam, ſed ratione binorum principalium vulnerum inſtituta cumprimis Inſpectio inquiſitio tantùm ſuperficialiter & perfunctoriè deſcripta fuerit, ſufficienter eluceſcit, dum (1) ab illis æquè ac D. Actuariô fol. 18. a. rectâ ſupra naſum ictus ſclopetarius piſi majoris magnitudine refertur, è quô nihil aliud, quàm contuſio in frontis parte cutaneâ & carnoſâ ſeu muſculoſâ, pro magnitudine definitâ, concludi, nullatenus verò læſio in ipſo frontis oſſe, niſi à poſteriori, nec quod circulus contuſi & perforati oſſis in eâdem magnitudine læſus fuerit, inferri poteſt. Unde 2. alter Chirurgus Gröpzigenſis Fridericus Hinzſche, ſub primâ requiſitione atque inſpectione, loco inexcuſabilis ſummeque periculoſæ explorationis, cùm inſtrumento ferreô longiori inſtitutæ, contuſionem oſſis frontis, prævià mundatione & ſeparatione contuſæ & ambuſtæ cutis carnisque muſculoſæ curatiùs obſervare, mediante ſchedulâ traumaticâ, unà cùm Chirurgô Præfecturæ Cöthenſis, omnia Dnn. Commiſſariis ad Acta referre & abhinc ſub Inſpectione atque Sectione, Dominos Medicos & Deputatos deligationis curæque inſtitutæ, ut & ſymptomatum aliarumque circumſtantiarum obſervatarum certiores reddere: tandem verò in Atteſtato Inſpectionis diſtinctè deſcribere debuiſſent, cumprimis: An os frontis contuſum cum fiſſuris, ſubſidentiâ ac cranii fragmentis & quot, inventum fuerit? an ità fragmenta ab oſſe frontis ſeparata, aut illi adhuc connexa fuerint? An etiam foramen adhuc apertum, an verò fragmentis contectum fuerit? An à fragmentis modò dictis & feſtucis meninges & cortex cerebri, aut omninò medulla hujus ſimul, & quâ in parte perforata fuerint? Quemadmodum & Chirurgus Gröpzigenſis in primâ viſitatione & Defunctô Dn. de Wietersheimb adhuc vivente ſine dubio unum aut alterum fragmentum aut feſtucam eximere, in circulo contuſi oſſis frontis adhuc connexa certè ſeparare & obtinere potuiſſet. 3. In Inſpectione contuſio, læſio, ac inflammatio duræ matris ſimiliter deſcribi, nec oblivione præteriri debebant. Sive enim globulus in cerebrum devenerit, ſive non, neceſſariò tamen per eandem perforationem aut contuſionem, vel ad minimum per tot feſtucas, meninges læſæ & inflammatæ fuiſſent; de quô tamen Dnn. Medici nequicquam præter nudam diſtenſionem venarum & arteriarum duræ ac piæ matris, à ſanguine congrumato profluentem, habent.

4. Sub ſpecificatione tot feſtucarum, quæ partim in cerebri ventriculo (an dextero vel ſiniſt

niſter? non à Dnn. Medicis & Chirurgis, ſed Dn. Actuariô fol. 18. a. n. 3. tantùm deſcribi- tur) partim ſupra proceſſum mammillarem ſiniſtrum, partim in illorum confiniis, obſervatæ ſunt, nihilominùs ne minima quidem pars cranii, unde decuſſæ fuerint, multò minus læſio, vel tantùm læſionis veſtigia, ſive in corticе, ſive in medulla cerebri, per quæ feſtucæ ad ventriculum cerebri ſiniſtrum deferri potuêrint, annotantur.

5. Siniſter quidem proceſſus mammillaris dicatur, quaſi diverſa fragmenta, variæ magnitudinis, crucigeri, oboli & nummi quantitate ſupra eundem jacuerint; ubi tamen in ſpecie non additur, an idem proceſſus cerebri mammillaris, an verò cranii, aliàs maſtoideus dictus, fuerit? cùm enim, ut ſupradictum, ambo proceſſus mammillares cerebri, ab unica ferè feſtucâ, eâ ratione deſcripta, tegi poſſint, multi, nullâ cumprimis cerebri læſione annotatâ, occaſione allegatæ aperturæ in palatum & per eandem delapſi globuli ſclopetarii in eas devenire poſſent cogitationes, acſi feſtucæ illum ſequi & ambo cum ſanguine extravaſato penetrationem dimenſionum, aut perpendiculum ad palatum & proceſſum mastoideum ſiniſtrum efformârint: Aut quod globulus per hunc à Dnn. Medicis & Chirurgis atquè ac Dn. Actuariô deſcriptum motum perpendicularem extremitatem vel appendicem oſſis temporalis ſiniſtri ſimul attigerit & comminuerit, quod tamen fide indiget non exiguâ ſuô deducetur locô. Quodſi verò Dnn. Medici & Chirurgi, ut circumſtantiæ ferè innuunt, proceſſum cerebri mammillarem ſiniſtrum intelligant, ſanè feſtucæ illæ ſine manifeſtâ atque neceſſariâ perforatione aut dilaceratione duræ ac piæ matris cerebrique læſione eò devenire non potuêre, de quô Atteſtatum eorum pariter ſilet. 6. Sæpius allegati Dnn. Medici & Chirurgi putatitiam & inſignem aperturam, in ſiniſtrô latere, verſus palatum, per quam globulus perpendiculum conſtituiſſe, atque cum ſanguine in palatum penetraſſe, & N.B. deglutiendo in ventriculum incidiſſe dicitur, cum partibus palati & faucium læſis, ſimiliter Anatomicè deſcribere, cumprimis autem partem cranii inferiorem internè ſollicitè perluſtrare ipſumque globulum in hac æquê ac ubi inventum, ſi conjecturæ ſuæ abſurdiſſimæ inhærere voluiſſent, in ventriculo indagare debuiſſent. Neque 7. ſæpiſſimè allegatum Atteſtatum Inſpectionis ratione deſcriptionis alterius læſionis in collo ſufficiens eſt, cum læſio aſperæ arteriæ non ſatis accuratè & principiis Anatomicis convenienter deſcribitur, ſiquidem Dnn. Medici & Chirurgi, ut & Dn. Actuarius fol. 10. tres quidem circulos cartilaginoſos aſperæ arteriæ ictu læſos denominant, hocque vulnus periculoſum infra laryngem parvi momenti eſſe putant; Sub inſpectione verò & ſectione ramos carotides & jugulares, ad dictæ aſperæ arteriæ latera ſimul decurrentes, omninò prætererierunt eorumque non meminerunt, multo minus, an illi ſimul aperti atque dilacerati fuerint, nec ne? item, an Defunctus Dominus de Wietersheimb ex vulneribus hiſce nimium ſanguinis profuderit, nec ne? obſervarunt; quod cumprimis alter Chirurgus Gröpzigenſis ſub primâ viſitatione, ut & alter ex Præfecturâ Cöthenſi poſtmodum annotare, ſimulque de deligatione atque curâ ſuâ Dnn. Medicos certiores reddere debuiſſent. 8. Dnn. Profectores in Relatione ſuâ de novô ſuſpicantur globulum fortè in pulmones incidiſſe, quam conjecturam tamen per αὐτοψίαν demonſtrare & per ſectionem thoracis & pulmonum non tantùm globulum, ſed etiam, annon inſignis extravaſatio cruoris tam in pulmonibus quàm cavitate thoracis adfuerit, inquirere & ita ſimul de vaſorum dictorum laceratione, quam ob empyreuma fortè dignoſcere non poterant, apodicticè quid adferre, & tum demum de annulorum cartilaginoſorum lethalitate vel illethalitate judicare debuiſſent.

Si enim tres annuli cartilaginoſi ſub Larynge ictu ſclopetariô comminuti fuerunt, probabilius eſt, etiam dicta ſæpè vaſa colli & aſperæ arteriæ ſimul dilacerata fuiſſe, hancque contuſionem aſperæ arteriæ ſimpliciter & abſolutè lethalem eſſe potuiſſe; quemadmodum ècontra iteratâ quoque experientiâ conſtat, quòd vaſa hæc ab empyreumate facilè coire, ſanguis in ipſis orificiis apertis coagulari ſicque hæmorrhagiam inhiberi, annulorum verò horum, difficilima aliâs, conſolidatio, per intermedium callum, juxta Dn. D. *Bohnium de Renunciat. Vuln. pag.* 277. & ab eô *pag.* 278. allegata exempla, ex *Braſavolâ* (qui magnam annulorum, ad numerum quinarium, anteriorem partem laminâ ferreâ quidem dilaceratam ac ſanatam vidit) eò facilius promoveri potuiſſet: Sicut & apud *Tulpium Lib.* 1. *Obſ.* 50. *Barthol. Hiſtor. Anat. C. V. Obſ.* 89. *Timæum à Guldenklee* Reſp. 40. aliosque hiſtoriæ ſanatorum vulnerum aſperæ arteriæ occurrunt, licet in exemplis illis vaſa ſanguiduca jugularia & carotidea, lateri aſperæ arteriæ utrinque appoſita, illæſa fuerint. Quemadmodum igitur fundamentum lethalitatis vulnerum aſperæ arteriæ ſimul & maximâ ex parte in vaſis ſupradictis acquieſcit, hic in apricô eſt, quantum per hanc talem negligentiam & intermiſſam inquiſitionem, in causâ ſanguinem humanum concernente, errorem commiſerint Dnn. Medici & Chirurgi; ut adeoque quoad hoc vulnus ipſius colli Atteſtatum Inſpectionis, in pronuncianda

& abſolvendâ lethalitate prorſus mancum & inſufficiens ſit cenſendum.

Quòd porrò III. Relatio Dnn. Medicorum atque Chirurgorum Legibus Naturæ, cumprimis mechaniſmi contraria ſit, inter alia ridicula & abſurda hæc opinio teſtatur, quâ globulum ſclopetarium, unà cum ſanguine in palatum penetraſſe, ſicque deglutiendo in ventriculum incidiſſe putant; qualia & fol. 18. 6. Dno Actuario perſuaſerunt. Ut enim non dicam, Eosdem ne minimam quidem in cranio meningibus & cerebrò læſionem, multo minus interius in inferiore cranii parte, deſcripſisſe, nec ubi apertura verſus palatum propriè fuerit, determinaſſe: In ſe tamen abſurda hæc opinio manifeſtè contra leges motûs militat, quia nemo ſanæ mentis ſibi perſuadere poterit, globulum quendam poſtquam corpus ſolidum, in præſenti ſc. caſu os frontis, penetraverat & abhinc in corpus molle facileque penetrabile impegerat, motum ſuum rectilineum & progreſſivum, in motum perpendicularem commutare, & ita à linea motûs rectilinei in perpendiculum deflectere poſſe. Quodſi autem globulus perpendiculariter penetraſſet, & ad palatum usque deveniſſet, intus in parte cranii inferior fiſſura non exigua & comminutio inventa fuiſſet, in quâ globulus ſclopetarius etiam hærere potuiſſet: cui conjecturæ etiam Relatio Inſpectionis & Dn. Actuarii Regiſtratura fol. 18. 6. & depoſ. teſt. 1. & 2. ad artic. 33. (quòd, omni licet diligentiâ adhibitâ globulus inveniri non potuerit) è diametro contraria eſt.

IV. Rationum, à Dnn. Medicis & Chirurgis in Medium allatarum & partim Anatomicis partim Practicis fundamentis contrariarum abſurditas inde eluceſcit, quòd, ut connexio indicat, ſub inſpectione atque ſectione Dn. Defuncti de Wietersheimb graviſſima ſymptomata deſcribant & in hôc nobiliſſimô ſubjectô vomitum ſanguinolentum, aphoniam, ſtertorem gravem, cum difficili reſpiratione, paralyſin dextri lateris, tandem motus convulſivos, gangrænam & incipientem ſphacelum ſe obſervaſſe perhibent. Videtur autem ſymptomata hæc ita depicta fuiſſe, quâ ratione phantaſiæ occurrebant, aut ex Autore quodam, ſymptomata capitis læſi recenſente, collecta fuiſſe, cum neuter Dnn. Medicorum agonizationi interfuerit, aut Dn. de Wietersheimb viſitaverit, nullaque ſchedula vulneraria, ſive à Gröpzigenſi, ſive Cöthenſi Chirurgo ad Acta relata fuerit: Prior ècontra Dn. Patientem, ſub præſentia & inexcuſabili exploratione globuli ſclopetarii in cerebro, tranquillè jacentem animoque valentem (conf. teſtis I. ad artic. defenſ. 37.) invenerit & viderit. Poſito autem omnia hæc enarrata ſymptomata adfuiſſe, ea tamen in præſenti caſu non tam à læsô cerebro (cujus læſio ne minimo literæ apice deſcripta eſt) quàm ex læſa aſperâ arteriâ deduci poſſunt: quamvis è Relatione nemo ſe informare poſſit, quid per verba *in hoc nobiliſſimô ſubjecto*, intelligendum ſit? an illa cerebrum, an Dn. Defunctum individualiter exprimere debeant? quùm connexio adeò mira ſit, ut omnia velu[t] rapa cum braſſicâ mixta cohæreant. Vomitum in ſpecie ſanguinolentum quod attinet, is neutiquam ex Actis aut Relatione Inſpectio[nis], ſed tantùm vomitus conſenſualis, à frag[mentis] in cerebro repertis, deduci poteſt, ubi ventriculi contenta, procul omni dubiô, in faucibus cum ſanguine læſæ aſperæ arteri[æ] commixtus atque tinctus fuit: unde abſurdu[m] illud, de ſanguine à capite in collum, & exi[nde] in ventriculum illapſo, ſatis ſuperque eluce[ſ]ſcit. Aphonia autem à contuſis tribus circu[li]s cartilagineis aſperæ arteriæ magis, quà[m] cerebro læso oriri potuit; non quidem ob gl[o]bulum in pulmones præcipitatum, ut Dn[n.] Medici & Chirurgi in Atteſtato Inſpectionis i[n]eptiſſimè perhibent, idemque Dn. Actuario fo[l.] Act. 19. a. in calamum dictitârunt; ſed r[a]tione nervorum recurrentium ſimul læſorum, qui aliâs tracheæ annulos pro ſpiritu, tum a[n]helando, tum ſonoro reddendo, tanqua[m] plicas follium, diducunt, aut ſaltem iis did[u]cendis inſerviunt, ut idem ex *Vieuſſens Ne[u]rograph. Dn. D. Hoffmannus* in *Notis* [ad] *Poter. p.* 294. allegat; unde nec ſtertore[m] gravem cum difficili reſpiratione adfuiſſe m[i]rari decet, qui partim ratione læſæ aſperæ a[r]teriæ per ſe partim ſub agonizatione eò ma[gis] oboriri debebat. Et licet in præſenti caſu p[a]ralyſis dextri lateris ac motus convulſivi co[m]modè ab aſperâ arteriâ læsâ ſimiliter ded[uci] poſſint ac debeant, quoniam in cerebro [ne] minima quidem læſio obſervata aut anne[xa] fuit; attamen nulli dubitamus, quin & ead[em] ex cerebro læſo oriri potuerit, poſtquam in[ex]cuſabilis & indecens Chirurgi Gröpziger[ſis] enchireſis in aprico eſt, dum ſecundum at[teſ]ſtata ſub ☉ & ☽ & depoſitiones Teſtis 1. & ad artic. defenſ. 35. inſtrumentô ferreô, di[gi]tum longô, cerebrum exploravit & ſine dul[bio] tamdiu inquiſivit, donec in durum quodd[am] corpus impegerit, quod pro globulô ſclope[ta]riô habuit, unde per neglectum, ut ex depo[ſ.] Teſt. 1. ad artic. 37. circa finem ſatis eluceſ[cit], fragmenta cerebro impacta adeoque hoc a[…] ac vaſa ejus lethaliter vulneravit.

Præſuppoſito ergò hoc, quòd Judicium [de] lethalitate alicujus vulneris in accuratiſſimâ [e]jus inſpectione & perluſtratione Anatom[icâ] (ut Dnn. Cöthani in Atteſtato Inſp. fol. 97. ipſimet aſſerunt) unicè fundari debe[at]: examinatoque ſecundùm ea, quæ hactenus [de]ducta ſunt, atteſtato inſpectionis, unusquis[que] facilè perſpicere valebit, totam inſpection[em] atque ſectionem tantùm ſuperficialiter, ſin[e o]mni fundamentô & ratiociniô peractas fuiſſe [et] ſupra dicta Relatio meritò inſcribi poſſet:

PR-

PROFUNDÆ & TURPIS NEGLI-
GENTIÆ
NUS PROFUNDUM, SED HINC IN
DE SECTIONE OPUS HABENS
JUDICIUM DE LETHALITATE
VULNERUM
GLOBULIS SCLOPETARIIS IN-
FLICTORUM.

apropter, cùm neque in oſſe frontis, me- gibus, nec in cerebrô vel minima læſio, imò unicum quidem ſignum empyreumatis in recenſita fuerint, dum ècontra tamen juxta lationem Inſpectionis cadaver nobilis hujus facie & fronte ex fuſco cœruleum extus vi- n fuit; imò Teſtis 1. ad artic. defenſ. 35. 36. 37. ut & Dn. D. Knaut, unà cum Chirurgo kharto, è famulo Dn. Victoris de Wieters mb audiverit, Dn. Eccleſiaſtes Gröpzigen verò, Chriſtophorus Stüberus, tunc præ- s ipſe viderit, quod Chirurgus Gröpzigen- inſtrumentum quoddam ferreum ad digiti gitudinem vulneri, ſupra oculum in capi ad profunditatem læſionis explorandam, miſerit, ſeque in durum quid impingere edi- it, addendo, illic globulum latere, quem ntra neque Chirurgus ille Gröpzigenſis, ne- alter Cothenſis, cum Dnn. Medicis inve- potuerunt, licet omnem operam impen- int; hinc Actis æquè ac rationi convenien- eſſe duco, globulum modò dictum, vel in o oſſis frontis remanſiſſe, vel ad latus decli- ſe indeque repercuſſum eſſe: feſtucas verò cerebro inventas non tantùm per Chirurgi öpzigenſis profundam nimis ſumméque pe- loſam explorationem, & dum à læſo oſſe ntis incipiendo ad durum quid, ſi non ex oſito, tamen verſus latera, ad aliud os cra- nſtrumentô ferreô alliſit, ſeque globulum ſentire exiſtimavit, ab oſſe frontis profun- propulſas, ſed & ſummè periculoſâ hacce loratione & puncturâ cerebrum ipſum & in unum ac alterum vas ſanguiferum in & circa triculum ſiniſtrum & proceſſum falcifor n neceſſariò lædi ſanguinisque extravaſa em cauſari potuiſſe; ſiquidem Dnn. Medi Chirurgi ipſi in Atteſtato Inſpectionis nul- ia phænomena in cerebrô (niſi quod ſini- cavitas cerebri à ſanguine fœtido & corru- prorſus repleta fuerit, & Dn. Actuarius fol. a. in dextro latere proceſsûs falcati partem guinis extravaſati invenerit) neque ullam ram aut aliam læſionem in inferiore cranii e, indicant. Notam heic etiam meretur, d juxta depoſ. Teſt. 1. ad artic. defenſ. 37. explorationem inſtitutam, quamprimùm cet Chirurgus Gröpzigenſis inſtrumentum ddam vulneri in fronte immiſerat & oſten- voluerat, quam profundum illud ſit, & globulus ſitus ſit? ſubſequente mane De- tus abſque omni ratione & intelligentiâ ntus fuerit; cùm tamen hîc brevi ante ex- ationem, ad Dn. Fratris acclamationem, an etiam audiat? capite annuerit huicque Inquiſiti Dn. Fratri manum porrexerit.

Atteſtationis ergò hæc manu propriâ ſubſcripſi ſolitôque ſigillô meô confirmavi. Sign. Delitſchii, die 3. Mart. 1699.

(L S.) *D. Weſtphal.*

Reſponſum Facultatis Medicæ Lipſienſis, deſuper lethalitate vulneris capitis Sclopetarii.

P. P.

Transmiſſis Nobis Actis, Dn. Caroli Antonii de Wietersheimb vulnerationem lethalem concernentibus, & propoſitis ſeqq. 4. Quæſtionibus:

(1) An è Dnn. Medicorum & Chirurgorum Cöthenſium Relatione Inſpectionis fol. 96. 97. lethalitas vulneris ſimpliciter & abſolutè determinari poſſit?

(2) An globulus ſclopetarius, in Actis nominatus, qui per os frontis in cerebrum penetraſſe dicitur, inde perpendiculum formare, & unà cum inſigni ſanguinis coagulati quantitate ad palatum: ambo verò inde deglutiendo in ventriculum incidere poſſint?

(3) Annon Dnn. Medicis & Chirurgis incubuiſſet, putatitium globulum in pulmonibus & ventriculo indagare?

(4) An Chirurgus Gröpzigenſis inſtrumento ſuo ictum ſclopetarium, grandine majore inflictum, in cerebro adeò exactè explorare potuerit, ut non potius (dum cumprimis læſio in oſſe frontis, meningibus, cerebro hujusque vaſis neque inventa, neque in Atteſtato Inſpectionis annotata fuit) per explorationem nimis profundam, cum inſtrumentô ferreô cerebrum hujusque vaſa lædere & lethalitatem cauſari potuerit?

Hinc quoad I. Quæſtionem reſpondemus, quòd in Atteſtato Inſpectionis fol. 96. 97. à Dnn. Medicis & Chirurgis Cöthenſibus quamplurima deſiderentur, dum minimè determinant, an cranium ictu ſclopetariô perfoſſum? ubi feſtucæ hæſerint? ubi apertura verſus palatum fuerit? & ſic porrò. Quoniam tamen in ventriculô cerebri ſiniſtrô feſtucæ quædam repertæ fuerunt, licet, juxta tenorem fol. 18. Regiſtraturæ judicialis, vix dimidii oboli magnitudinem exceſſerint, imò adhuc minores dicerentur: non poſſumus aliter, quàm læſionem hanc pro abſolutè lethali habere, conſiderando, quod fragmentorum illorum extractio prorſus impoſſibilis fuerit.

Quod II. Quæſtionem attinet, fieri quidem potuiſſet, ut, dum ictus ſclopetarius deſuper accidit, globulus os frontis penetrans deorſum verſus exploſus fuerit, licet non æquè

 in ven-

in ventriculum neceſſariò inciderit aut deglutitus fuerit, ſed poſtquam intus in partem calvariæ inferiorem actus fuit, ibidem hærere potuit.

Quemadmodum & (3) Dnn. Medici & Chirurgi non tantùm ictum hunc ſclopetarium ulterius proſequi, & dum inſignem aperturam invenerunt, eandem accuratius inquirere, ſed & alterum globulum, à quò aſpera arteria læſa fuerat, majori diligentiâ indagare debuiſſent; ſiquidem ſub hujuſcemodi Inſpectionibus conjecturis nullus locus datur, acſi globulus aliquis in ventriculum aut pulmones ſe abſconderit: verum omnia, per convenientem ſectionem ad oculum demonſtranda ſunt.

Tandem (4) Chirurgi Gröpzigenſis inconſideratã operationem intactam relinquere non poſſumus. Si enim, juxta depoſitionem Teſt. 1. ad art. 35. & 36. hoc inſtrumentum ad digiti longitudinem vulneri frontis immiſit globulumque quæſivit, nec prius remiſit, quam ad durum aliquod corpus inciderit, peſſimè ſanè egit, dum abſque periculoſiſſimâ cerebri læſione hoc fieri non potuit; beneque fieri potuit, ut incongruâ ſuâ exploratione vulneris feſtucam profundius intruſerit ictumque ſclopetarium dilatare potuerit. Sign. Lipſiæ, die 17. Martii, Anno 1699.

Decanus, Senior aliique Doctores & Profeſſores Facult. Medicæ ibidem.

Reſponſum Facultatis Medicæ Wittenbergenſis, deſuper Lethalitate Vulneris Capitis Sclopetarii.

P. P.

QUandoquidem Nobilitas Tua ſub Defenſione capitali Equitis cujuſdam Anhaltini, Dn. Caroli Gebhard Lebrecht de Wietersheimb in Wörpzig, deſuper Atteſtato Inſpectionis ictu ſclopetariò extincti Dn. Caroli Antonii de Wietersheimb Medici cujuſdam conſiliò uſa fuit, hujusque judicium, unà cum Actis Inquiſitionalibus transmiſit, annexâ petitione, ut de 4. ſubſequentibus quæſtionibus ſententiam noſtram aperiremus:

(1) An ex Atteſtato Inſpectionis Dnn. Medicorum & Chirurgorum Cöthenſium fol. 96. 97. apodicticè concludi poſſit, quod feſtuca in ventriculò cerebri ſiniſtrò inventa & ab oſſe frontis decuſſa, mediante unico grandine cervario majore, ſine manifeſtâ & enormi læſione cerebri, in hoc ipſum conjunctim adeò profundè, usque in ventriculum cerebri ſiniſtrum detrudi potuerit?

(2) Annon deficiente læſione cerebri & meningum probabilius videatur globulum ſclopetarium in cavo oſſis frontis interceptum fuiſſe? an quoque idem, ſi fortè os frontis, meninges & cerebrum penetraſſet? motum ſuum rectilineum in perpendicularem mutare, inferiora verſus repercuti & cum inſigni ſanguinis coagulati quantitate ad palatum pervenire, utraque autem in ventriculum deglutiendo deferri potuiſſent?

(3) An Atteſtatum Inſuſpectionis à Dnn. Medicis & Chirurgis impertitum requiſitis legitimæ vulnerum Inſpectionis neceſſariis (quemadmodum ea à *Dn. D. Welſchio*, in *Rat. Vuln. Lethal. Judic. c.* 15. *p.* 142. *ſeqq.* deſcripta ſunt) convenienter conceptum ſit? I annon illis incubuerit aperturam allegatam verſus palatum, in parte cranii inferiore proſequi & exprimere, & juxta conjecturam illorum eventualiter globulum in ventriculo ſcrutar

(4) An Chirurgus Gröpzigenſis inſtrumento ferreo, digitum longô, ictum ſclopetrium, grandine cervario (*Rehhagel*) inf ctum, in cerebro adeò exactè & infallibilit explorare potuerit, ut non potius teneram c rebri ſubſtantiam, cum vaſis ejus ſubtilib lædere & ſimul feſtucas, ſive ab oſſe fronti ſive ex cortice cerebri profundius intrudere eâ ratione læſionem illatam augere & lethale reddere potuerit?

Optaremus quidem, ut Dnn. Medici, c ſectioni præfuerunt, ſub communicatione A teſtati Inſpectionis ſe quodammodò clarius plicaſſent; interim in ejus defectu, præviâ C legiali ponderatione omnium circumſtant rum, reſpondemus, quod (1) utique ex A teſtato Inſpectionis Dnn, Medicorum Cöth ſium apodicticè concludi poſſit, feſtucam i ventriculò cerebri ſiniſtrò inventam & ab c frontis decuſſam, mediante unico ictu gr dinis cervarii adeò profundè in cerebrum, que ad ventriculum cerebri ſiniſtrum penetr potuiſſe: non tamen ſine manifeſtâ & eno cerebri læſione, cujus quidem Dnn. Me non meminêrunt, eandem tamen ſupponu quia alioquin feſtucæ memoratæ ad ventri lum ſiniſtrum pervenire non potuiſſent. terim benè etiam fieri potuit, in hoc ſubje feſtucas conjunctim ſumptas non à globulo lò eò delatas fuiſſe, ut è reſponſione ad qu 4. eluceſcet. Adeoque (2) in tali cerebri meningum læſione (quam ſupponimus & mul concedere poſſumus, ut Domini Me eam ob cauſam requirantur, ut dilucidiu explicent) vix probabile eſt globulum, tot fragmenta ab oſſe frontis detruſerat, in vo oſſis interceptum fuiſſe; ſed credibile gis, eundem ad fundum cerebri, aut mninò ad os cruciforme penetraſſe. autem idem os, forte prope proceſſus ali mes internos, aut alterutrum os maxillæ perioris, fortè prope os aratro ſimile, p traverit, & ita in fauces devenerit, è Relati Inſpectionis perſpicere non poſſumus, ſiqui ſufficienter dignoſci nequit, quid inſignis apertura deorſum verſus palatum in ſiniſtr tere fuerit, & an ictui ſclopetario ſimilis fu attamen globulus benè quoque motum r lineum in perpendicularem mutare potui

ia in omni motu corpora ita moventur, ſi otus & impulſus corporis moventis remittit, mprimis autem, ſi per corpus minus ſoli- m moventur, motum ſuum rectilineum im- utant & deorſum flectuntur. Econtra (3) teri cogimur, quòd atteſtatum Inſpectionis l. 96. 97. contentum requiſitis legitimæ vul- rum Inſpectionis neceſſariis non omninò nvenienter formatum fuerit, ſiquidem Dnn. edici meritò accuratius determinare debuiſ- nt, quô in locô oſſis frontis, in parte inter- â, feſtuca ſeparata fuerit, ſimiliter: ubi & anta ruptura meningum læſioque ſubſtantiæ rebri ante ventriculum ſiniſtrum fuerit & an tabilia quædam vaſa in cerebro læſa fuerint. gin & allegatam aperturam verſus palatum curatius proſequi, & ut modò dictum, deſcri- re, ut & in altero vulnere in aſperâ arteriâ ſa perluſtrare, & an arteriæ vel venæ ibi læſæ rint, annotare debuiſſent. Ex omnibus tem (4) inexcuſabile pœnaque dignum eſt irurgi Grôpzigenſis inſtitutum, qui juxta te- rem Atteſtatorum ſub ſigno ☉. & ☽. inſtru- entoad digiti longitudinem in vulnus oſſis ntis] immiſſo globulum explorare voluit, m eô ipsô non tantùm teneram cerebri ſub- ntiam, una cum vaſis facilimè lædere, imò feſtucas quasdam profundius in ſubſtantiam ebri urgere, ſicque vulnus per ſe lethale di- re & periculoſius reddere mortemque inſe- am accelerare potuit. Atteſtante hoc ſi- o Facult. ordinariô. Sign. Wittenbergæ, 23. Martii, 1699.

Decanus, Senior aliique Profeſſores Facultatis Medicæ ibidem.

ſponſum Facultatis Medicæ Halenſis De Lethalitate Præcedentis Vulneris Capitis.

P. P.

Acta Inquiſitionalia contra Carolum Gebhardum Lebrecht de Wieterſheimb, una n quæſtionibus de eò Nobis propoſitis, di- nter perlegimus, maturè ponderavimus, ollegialiter conſideravimus, de quibus hæc tra fundata ſententia eſt, quæ ſequitur:

1.

Atteſtatum Inſpectionis, de quô contro- titur, utiquè ita dilucidè & accuratè non eſt ceptum, ut omnes & ſingulæ circumſtan- læſionis clarè & diſtinctè fuerint expreſſæ; rim tamen negotium principale, ſc. enor- & abſolutè lethalis læſio ſiniſtri hemiſphæ- cerebri, per diverſa in profundo ejus ſita gmenta & fiſſuras ſatis & ſpecificè deſcripta ut adeoque numerus fragmentorum, ſi- eorum in vulnere, nec etiam accuratiſſi- terminationis & profunditatis vulneris in ebro deſcriptio ad probationem lethalitatis nihil ſolidi conferre, nec intermiſſio illorum dubii quid in illa relinquere poſſint.

2.

Globulum in cavô oſſis frontis interceptum remanſiſſe planè non credibile videtur; multò minus eundem repercuſſum fuiſſe, quoniam tam profunda læſio, decuſſio tot & tantorum fragmentorum eorumque tam profunda in ventriculum cerebri intruſa aliâs minime produci potuiſſent: Cujus violentæ fragmentorum intruſionis tamen nulla alia ratio occurrit, de quo ad IV. Quæſt. pluribus. Interim utique probabile non eſt, ſed pro ratione circumſtantiarum minus quoque neceſſarium, globulum motum ſuum rectilineum in perpendicularem mutaſſe, cum ictus deſuper ex altô contigerit & citius feſtucas quodammodò in altum excutere potuerit, quàm quòd globulus primùm, modô vix intelligibili, deorſum verſus repercuſſus fuerit.

3.

Omninò bene feciſſent, ſi in ſectione non tantùm ſuperior pars, ſed & baſis cerebri & inferior pars cranii, aut ſic dictum os cuneiforme, cum vicinis partibus oſſis occipitis & oſſium temporum confiniis, ſollicitè inquiſitæ ſimulque globulus, qui penetraverat, iis in locis indagatus fuiſſent, ubi, procul omni dubio, citius, quàm in ventriculo, reperiri potuiſſet; quemadmodum è re quoque fuiſſet, ſi penetrationem per poſteriorem partem palati melius proſecuti fuiſſent. Interim è Relatione Dnn. Medicorum ſufficienter apparet, quòd officio ſuo ſatisfeciſſe putaverint, ſi majores & irrefutabiles læſiones lethales inveniſſent, neque alias minoris & levioris momenti fusè deſcribendas exiſtimârint.

4.

Quod tandem Chirurgum Grôpzigenſem concernit, cùm in Actis in tantùm non gravetur, ut aut ebrius dici, aut ebrietas quædam in eô notari potuerit: quòd item improvidè exploratione vulneris egerit & in vulnere circumvagatus fuerit, à nemine confirmatum fuerit; è contrà non tantùm os frontis, ſed etiam dura meninx cerebri ita conſtituta fuerint, ut, niſi violenta eorum perforatio præceſſiſſet, ſimili inſtrumento Chirurgicô vix ullo modô, aut non ſine manifeſtô & inſigni niſu talis fieri non potuiſſet, hinc Chirurgo cauſa lethalitatis in hoc vulnere, & quod hoc in ſe tale periculum non involverit, cum fundamento veritatis, imputari non poteſt.

Interim Chirurgus in eo minus prudenter egit, dum vulneratæ jamdum ſubſtantiæ cerebri non tantùm inſtrumentum ferreum immittere, ſed & tam profundè eandem explorare non dubitavit, utpote quô in molliori ſubſtantiâ æquè ac tenerrimis vaſculis facilimè noxam quandam inferre potuiſſet, niſi per inſignem feſtucarum intruſionem in cerebrum ea jamdum irreparabiliter inducta fuiſſet.

Hoc

Hoc ad quæſtiones Nobis propoſitas, juxta ductum Actorum æquè ac Relationis Dnn. Medicorum inibique contentorum ſufficientium indiciorum, Reſponſi loco communicare non dubitavimus. Sign. Halæ in Inclytâ Fridericianâ, ſub Sigillo Facult. ordinario, die 6. Aprilis A. 1699.

Decanus & Profeſſores Facultatis Med. ib.

CASUS XL.
DE VULNERE CRANII FRENIS INFLICTO.

Inſpectio.

PRævia requiſitione orali Præfecti Principalis Mersburgenſis in Bitterfeld, Dn. Joh. Jacobi Wolffii, à Nobis in fine ſubſcriptis, præſentibus modò laudatô Dn. Præfectô, ut & Actuariô, Dn. Joh. Georgiô Beckerô aliisque ad actum hunc vocatis Deputatis judicialibus, JOH. BILLICHII, Fabri Lignarii Schladicenſis, Cadaver, quòd die 25. Maji anni currentis, à meridie, intra 4. & 5. horam à Johanne Hanckio, Anſerum cuſtodis Bitterfeldenſis filio, binis frænis equinis in capite vulneratum & die 4. Junii, à meridie hora 4. exanimatum fuit, in ædibus Chirurgi Bitterfeldenſis (cujus curæ ſe commiſerat) heſternô die inſpeximus & ſub diligenti perſecutione vulneris externi & apertione capitis invenimus:

1. Dorſum integrum, una cùm omnibus articulationibus artuum, ob accedentes convulſiones, per conſenſum cerebri cùm nervis, totius corporis, fuſco-cœruleum.

2. Externè in capite, in dextro latere, ad 4. digitorum latitudinem ſupra aurem, juxta ſuturam coronalem vulnus, fiſſurâ Lunam dimidiatam referens articulumque longum. Ego autem, Chirurgus, ſtatim in principiô obſervavi, vulnus, ante duorum articulorum longitudinem habens, externè in tantum hactenus conſolidatum fuiſſe.

3. In Siniſtrô latere, è prioris vulneris regione, læſionem digiti longitudinem habentem, cutim tantùm leviter violantem.

4. Totius capitis cutis, excepto ſiniſtrô latere frontis, colore ex fuſco cœruleo ſanguineque ſuffuſa erat.

5. Pericranium os bregmatis dextrum inveſtiens ſanguine quoque ſugillatum.

6. In oſſe bregmatis dextrô, juxta ſuturam coronalem, inſigne foramen rotundum, craſſitiem pollicis magnitudine æquans, in quo V. teſtæ ſeu fragmenta, ſubtus ab inferiori cranii, ſeu oſſis dicti, laminâ per duram & piam matrem, quodammodò in cerebrum penetrantia, quorum tria crucigerum æquarunt, reliqua duo verò punctô minora fuerunt.

7. In oſſe bregmatis lævô, in mediô ſuturæ coronalis, inter ſuturam rotundam, fiſſuram rotundam groſſi magnitudine, ſecundum longitudinem verſus ſuturam coronalem vergentem & ad ſagittalem terminatam.

8. Sub dextrô bregmatis oſſe dura mater ob inflammationem fragmentis penetrantibus accedentem, omninò fuſca erat, in eaque vulnus groſſi magnitudine.

9. Sub hâc ipſa pia mater, ad 3. transverſam digitorum latitudinem, ut & longitudinem tantam, una cum vaſis per ſubſtantiam cerebri diſperſis, puris inſtar, alba & corrupta erat, ſub quâ in cerebro vulnus obliquum groſſi magnitudinem & articuli profunditatem æquans, pure refertum, ſed ad medullarem ſubſtantiam non penetrans, obſervatum fuit.

Utut verò jam omnia Capitis vulnera, tam cranii, quàm cerebri valdè periculoſa ſint, cumprimis circa ſuturas, propter conſenſum meningum & nervorum, ut & comminutionem laminæ cranii internæ, ut etiam *Hippocrates lib. de vuln.* ſcribat nullum vulnus capitis parvi faciendum eſſe; attamen ea tantùm pro lethalibus habentur, quæ cerebri medullam ejusque ventriculos penetrant. Quoniam verò ſimilia profunda vulnera ſub inſpectione & ſectione hâc inveniri non potuerunt, Defunctus durante ægritudine ne ullo quidem ſymptomate periculosô, exceptô vomitu quotidianô (quod ob conſenſum meningum cum nervis ventriculi aliter fieri non potuit) correptus fuit, ad ultimum mortis momentum [...]tione valuit & undecimô demum die placide ſine ullis geſtibus indecentibus obiit; hinc fundamentis Anatomico-Chirurgicis conſentaneum eſſe ducimus, hoc capitis vulnus, [...] feſtucas, quæ ex interiori cranii lamina in meninges & cerebrum penetrarunt, & hinc in[...] cutam inflammationem ac febrim vulnerariam, ſummè quidem periculoſum, nontamen per ſe & abſolutè lethale habendum eſſe, conſiderando, quòd (1) illa pars, cujus ad[...] adhuc integra, læſa dici nequeat, cùm, ſi [...]ſis cerebri læſa fuiſſet, Defunctus vix ad [...] diem, ſine rationis abolitione vivere potuiſſet, qui tamen 11. demum die obiit. (2) Quod ab experto & verſato Anatomico trepanatione illi ſuccurri potuiſſet. Atteſtationis ergò propria manu hoc ſubſcripſimus & ſigillis noſtris conſuetis munivimus. *Delicii die 6. Junii* 1680.

Joh. Caſpar Weſtphalus, Ph[...]
Provinc. Del.
Johan. Rachelman, Chirurgus Præfecturæ.

R[...]

Regiſtratura.

DIe 7. Junii, Anno 1680. Chirurgus Præfecturæ, ſub expeditione præcedentis & Dn. D. Weſtphalo conceptæ Relationis, expetiit, ut, cùm ſub inquiſitione hâc, in punctô homicidii, magnum in dicto modò Atteſtato inſpectionis momentum ſitum ſit (cumprimis in eo, quod in fine habebatur, ac ſi per trepanationem æger ſalvari potuiſſet, cùm tamen, ſuo judicio, in illis tantùm caſibus huic locus ſit, ubi nulla cranii læſio præceſſiſſet, ut ſanguis inter cranium & duram matrem interceptus trepanando educi poſſit) Acta Facultati cuidam Medicæ, ad ſententiam de judicio & atteſtato hocce obtinendam, transmitterentur, cujus petitum huc ad acta relatum fuit. Fiat. ut ſuprà.

Joh. Georg Becker, Actuarius.

Reſponſum Facultatis Medicæ Lipſienſis, deſuper lethalitate vulneris præcedentis.

P. P.

TRansmiſſis nobis Actis quibusdam Inquiſitionalibus vulnus capitis, Johanni Billichio inflictum, concernentibus, & *an idem pro lethali habendum ſit?* noſtro judiciô deſideratô: Prævià ſufficienti ponderatione omnium & ſingularum, hîc concurrentium, circumſtantiarum, exiſtimamus, quod læſiones, à Medico & Chirurgô fol. 10. & 11. deſcriptæ, collectivè ſumptæ, cumprimis, quòd, juxta tenorem Atteſtati, à Medicô & Chirurgô impertiti, continuus vomitus, & juxta Chirurgi, f. 4. factam relationem, continuæ vigiliæ ſe adſerunt, omninò per ſe & abſolutè lethales fuerint; in quibus neque trepanatio, cùm fractura cranii in ſe magna & ampla ſatis fuerit, quicquam efficere potuiſſet. Quod Reſponſi loco reticere non potuimus. D. Lipſiæ die 29. Junii 1680.

Decanus, Senior aliique Doctores & Aſſeſſores Facult. Med. ibid.

Sententia Dnn. Scabinorum Lipſienſium.

INquiſitum Johannem Hankium, ſi confeſſionem ſuam coram judicio publico repetierit, & ejusdem, ut juris, convictus fuerit, decollandum eſſe.

Defenſio Rei.

PErquam credibile eſt, plures unô jamdum judicaſſe, non tantùm ſupervacaneum, ſed & inexcuſabile eſſe, ſi quis in Præfecturâ Principali Bitterfeldenſi incarceratum Johannem Hanckium ad defenſionem admittere, aut eandem ſuſcipere vellet, ex eô, quoniam factum, juxta propriam ejus confeſſionem, in apricô eſt, ipſeque Reus ad ſupplicium ſe jamdum præparavit. Quoniam verò ècontrà è Dd. paſſim, & cumprimis *Gomezio Variarum Reſolut. Tom. 2. cap.* 3. 11. 30. conſtat, quòd non ſolùm factum, ſed etiam animus & delictum in delictis conſiderari debeant: Animus quidem, ut quis intendat delinquere: Factum, ut ſequatur delictum: Delictum verò, ut per legem ſit punibile: Item, quòd nemini, neque Diabolo, defenſio ſit deneganda, & quanta ſit στοργή Parentum, & quænam juſtitiæ trutina, nemini ignotum; hinc ſub illorum conſideratione quivis Prudentum contrarium ſtatuet, nec in ſiniſtram partem interpretabitur, ſi dicti ſupra Inquiſiti Parentes de eô, ut allegata requiſita etiam hôc in caſu maturè ponderentur, ſolliciti fuerint, imò cum illis ſubmiſſâ & devotiſſimâ gratiarum actione recognoſcant, quod ſummi Magiſtratûs clementiſſimô indultu, idem permiſſum & ordinatum fuerit; & profectò nil æquè magis in votis hîc habendum eſſet, quàm ut Judices quivis, imò & paſſivè hic impliciti, in ſufficienti cognitione cauſæ obtinendâ, per fragilitatem humanam minus impedirentur: Hoc enim obſervato de unoquovis certò ſperari poſſet, quòd non ſtatim ſiniſtri quid de hiſce ſive judicaturus, ſive deſideraturus ſit. Siquidem, ubi contrarium obtinuerit, Inquiſitus non tantùm ad ſupplicium ſubeundum parariſſimum ſe exhibet, (quamvis ex imprudentiâ adhuc & præconceptâ opinione ſequiori, cui æque minus ſolidè ac ſoli confeſſioni condemnatoria quædam innititur) ſed & Advocatus ejus ab Omniſcio & Juſtiſſimo Judice exorat, ut, ſicubi Inquiſitus per confeſſam vulnerationem Johannem Billichium lethali quodam vulnere affecerit, ipſeque ſolus & unicus mortem ejus cauſatus fuerit, omnes haſce actiones ita dirigere & ſuam inſimul gratiam largiri velit, ut Inquiſitus ita conſtans, cum ſeriâ pœnitentiâ & converſione dictatum illi ſupplicium ſuſtineat, ſicque non tantùm Lex Divina *Geneſ. IX.* §. 6. ſed & humana, cumprimis in *Conſtit. Carol.* 137. *& ſeqq.* & *Landrecht l. 2. artic.* 13. in actum deducatur, idque ſimul in exemplum aliorum vergat, nec infortunium hujuſcemodi unquam rurſus audiatur.

Poſtquam autem ex Actis conſtat, Summusque Magiſtratus curâ plusquàm Paternâ conſideravit, in quantum Judicia Medicorum de Vulnere, hâc in cauſâ obtenta, ſibi contrarientur, nihilo tamen minus JCti definitivam ſuam, & Summus Judex Executionem illis ſuperſtruere tenentur, ac, niſi cauſa mortis per firmiſſima argumenta Inquiſito imputari

putari poſſit, hic in dubiô, ſine læſione conſcientiæ, non ſtatim ad ſupplicium trahi poſſit; ſiquidem licet Magiſtratui Civili Gladius vindicatorius commendatus ſit, illi tamen abuſus hujus non conceditur, ſed optimè ſimul innotuit, eodem non minus ac privato inexcuſabile homicidium in eo, qui mortem non meruit, committi poſſe; hinc Summus Magiſtratus hujus loci, è ſingulari erga Juſtitiam propenſione, fol. 32. Act. gratioſiſſimè ordinavit, ut Acta hæc Inquiſitionalia aliorſum & tam Medicæ, quàm Juridicæ Facultati Wittenbergenſium pro meliori informatione transmitterentur, ſicque ut loc. cit. videre eſt, judicium illarum & ſententia requirerentur. Quemadmodum ergò gratioſiſſimæ huic diſpoſitioni Inquiſiti nomine nos ſubjectiſſimâ devotione ſubmittimus, ita non tantùm Dn. Præfectus non præjudicaturam, ſed clementiſſimo, quod allegavimus, Reſcripto conformem juribusque conſentaneam quæſtionem ſententionalem, ſed & Laudatiſſimæ Facultates, Dn. JCtorum æquè ac Medicorum Wittenbergenſium, cumprimis hæc poſterior, nulli operæ parcent, ut de vulnere hoc atque caſu ita judicent, prout obſervationibus & principiis Experientiſſimorum & Approbatiſſimorum conſentaneum invenerint. Cumprimis autem nullum illa reſpectum habebit præjudiciorum à Dn. Lipſienſibus pag. 22. & 26. allatorum, ſed illa ipſa aut omninò inſuper habebit, aut ſimul ponderabit, quod rationes ex fol. Act. 4. pro fundamento locatæ Actis non omninò congruæ ſint, cùm planè diverſa videantur: omni ferè ſomno deſtitutum eſſe, quod non omnem ſomnum negat, ut Chirurgus fol. 4. fac. a. refert & vigiliæ continuæ: quippe quæ omnem ſomnum excludunt, quodque præſumitur in Reſp. fol. 22. Item: Vomitus continuus ibidem, & vomitus, quoties alimenta aſſumſerit. Medici verò fol. 22. univerſalem & continuum vomitum præſupponunt. Ubi quidem ſuboritur quæſtio: An ſymptomata hæc, ſomni ſc. (non tamen totalis) privatio, it. vomitus quoties cibi aſſumuntur, lethalitatem vulneris indicent? Ex illis ipſis Medici Lipſienſes fol. 22. vulnus præſens per ſe lethale judicare videntur. Sed ingens movet dubium Experientia, dum ii, qui nunquam per cranium læſi fuerunt, ſimiles patiuntur vomitus, ſomnoque deſtituuntur. Imò pro contrario etiam facit, quòd vulneratus Joh. Billichius, ſine omnibus quidem geſtibus indecoris, undecimò demum die obierit, Teſt. fol. 11. & 12. Act. f. a. Experientiſſimus enim *Welſchius in Rat. Vuln. Lethalium Jud. cap. XVI. p.* 184. concludit eum, qui vulneratus graviter poſt nonum tandem moritur, non mori ſimpliciter ex vulnere, ſed & ſymptomatum & accidentium utplurimùm congerie, & *p.* 183. quòd vulnus ſimpliciter & abſolutè lethale non ſit, ſi quâ in parte vulneratus graviter, nec ſtatim, nec paulò poſt, nec aliquot horarum ſpatiô m[o]riatur, ſed à primò die ad quartum, à quar[to] ad ſeptimum, & à 7. ad 9. usque, tanquam in[ter]cercalarem criticum vivus remaneat: per ra[ti]onem, quia terminus iſte, nonus put[a] dies, indicat vulnus vel non magnum æquè nec profundum maximè, nec nobili vel a[d] vitam ſimpliciter neceſſariæ parti eſſe infl[i]ctum; vel tamen, quòd tot dierum ſpati[o] ſive à naturâ in ſanis & robuſtis ſpontè, ſiv[e] concurrente Medici & Chirurgi ope & co[n]ſilio etiam maxima ſoleant curari vulnera quùm tertiô plerumque die ſuppuret vulnu[s] ac dolor & febris aliaque remittere ſolea[nt] ſymptomata &c. quòd etiam in præſenti ca[su] Prudentis cujusdam Medici conſilium ad c[u]ram hujus Johannis Billichii adhibitum fuer[it] ex Actis nullibi apparet, nec aliundè proba[ri] poteſt. Non obſtat, eundem Chirurgo, te[st.] fol. 2. commiſſum fuiſſe; quia hoc non ſuf[fi]ciebat, ſed & Medicus ejusque conſilium r[e]quirebatur, juxta alleg. modò *Welſch. p.* 18[.] de quo Vulnerati Parentes cumprimis ſollic[iti] eſſe, aut ad minimum expenſas hic requiſi[tas] procurare debuiſſent: aſt videtur eosdem [fi]lium ejusque læſionem cujuscunque ſympt[o]matis periculo potius expoſuiſſe, quàm nu[m]mos quosdam exponere voluiſſe. Nec o[b]ſtat, ex Actis eluceſcere Chirurgum ſuum of[fi]cium feciſſe, cùm ſe ipſum ad id fol. 4. ob[li]gaverit. Hoc quidem aliquid eſt, ſed quia [p]ut modò dictum, partim non ſufficiebat, p[ar]tim facti eſt, quod per examinationem cu[ræ] & remediorum applicatorum prius eſt p[ro]bandum, partim & magis expediviſſet, [ut] ipſe pro adjungendo Medico, ut applicen[tur] ſimul interna, ſollicitâſſet, cumprimis, qu[ò]d ut fol. 4. refert, obſervaverit tentamina [...] huc usque absque omni effectu fuiſſe, nec [...] impedimentum & obſtaculum teſtatum, cu[...] intuitu vulnus ſanari non potuit, ipſum [...] tuerit; unde maximè Anatomici cujusdam Medici periti conſilio opus fuiſſet, quò n[on] tantùm per interna inflammationi pertin[a]ſcendæ obviam iri, ſed & extractio fragm[en]torum omni modô facilitari potuiſſet. [...]cèt etiam Chirurgus ad explorandas te[...] illas diligentiam quandam adhibuerit, ſec[un]dum Acta fol. 4. fac. a. attamen dubium ad[huc] eſt, annon eò ipsò, ſi quammaximè per inſt[ru]menta idonea id non tentaverit, malum exa[cer]baverit. Quin & conſideratione meretur, qu[od] Chirurgus tantùm unius fragmenti meminer[it,] cit. fol. 3. & 4. cùm tamen poſtmodum ſub [...] ſectione fol. 11. fac. 6. eorum quinque obſerv[ata] fuerint. Nec obſtat, in Reſponsô Medicô Lipſi[en]ſium fol. 22. dici trepanationem heîc nequ[a]quam proficere potuiſſe; ſiquidem eô ipsô ju[di]cium Medici fol. 12. non penitus refutatur, [...] utraque optimè adhuc conciliari poſſunt. Li[pſi]enſes plura non innuunt, quàm finem & ſc[opum] illum, qui per trepanationem intenditur, [...]

abs[...]

ſque trepanatione obtineri potuiſſe, additâ ra-
one, quòd fractura cranii in ſe ſatis ampla fue
t, ut per eandem vulnus & depurari & ad ſana-
onem deduci potuiſſet. Neque exinde con
quentia quædam lethalitatis fluit, dum cer-
m eſt, quod in ſeculis prioribus minima Chi
rgorum Medicorumque pars notitiam tre-
nandi habuerit, negarique non poteſt, uni
ures hac in parte enchireſes innoteſcere poſſe,
t innotuiſſe, quàm alteri, cum in omnibus ſci-
tiis & artibus exercitium & uſus priora inven
augeat, & nunquam non alter alterum inge-
ô ſuperare contendat. Nullum ergò du-
um eſt, quòd ſub tolerabili omninò ſtatu
gri per ſolertiorem & ſolidiorem vulneris ex
orationem & enchireſes ſingulares, à Cele
i Chirurgô, *Georgiô Gellmannô, in Tripart.*
99. *cap.* 1. *& ſeqq.* diverſimodè oſtenſas,
à cum quotidianô medicamentorum uſu,
npeſtivè illi ſuccurri potuiſſet. Imò neque
odus per trepanationem ſuccurrendi, & quâ
ione Medicus fol. 12. auxilium ferri potuiſ
cenſuerit, ad Acta eſt relatus: quâ ratione igi-
ſolidè de eô judicari poterit, an is aliquid
eſtare potuerit, nec ne? Quid quod ipſa Fa-
ltas Medica Lipſienſis in Reſponsô, annô
42. publicatô, in *Ammanni Med. Critic.*
ſ. 46. ſimilem curam, à Chirurgis verſa-
ribus, per inſtrumenta neceſſaria, legitimam
tam & medicamenta convenientia, felici-
aliquando adhibitam alleget, ſuasque ratio
decidendi pro illethalitate in eâ fundave-
imò quoad ſymptomata cum *Welſchio ſu-*
cit. loc. conſentiat, illaque tantùm cere-
vulnera pro abſolutè & ſimpliciter lethali-
habeat, quæ in ventriculos cerebri penetrâ-
. Et licet læſio præſens, ſecundum Acta fol.
ſub n. 9. ad articuli pollicis longitudinem
cerebrum penetraverit: ſimul tamen men-
pollicis, quam Medicus, ceu minoris (ut
orium eſt) ſtaturæ vir, vulneris item obli-
tas, probè attendendæ ſunt, & quidem, quòd
nus obliquè inciſum non ſit æquè profun-
n, ac vulnus per rectam lineam, reſpectu
itô ad baſin ac medullam; quale etiam fuiſ-
idetur, quod proponitur in *Caſ. X. apud*
mannum ſuprà cit. unde tamen ſæpius alle-
Facultas Medica Lipſienſis d. 9. Apr. 1618.
am lethalitatem dignoſcere potuit, & cum
nis pro ratione decidendi poſuit, quod vul-
tus ad diem usque 7. rationis compos fue-
ut adeoque neſciamus ferè, quid de Judi-
Medicorum ſit cenſendum, & annon ſub
manifeſtâ contradictione JCtus in ſenten-
ando vacillans ipſe verò caſus dubius red-
r. Ut adeoque, dum quæſtio jam exo-
: *An Inquiſito, judiciis Medicorum adeo*
ametro ſibi contrariis exiſtentibus, ut
11. & 12. videtur, *Collegium Juridicum*
am ordinariam dictare valeat? hâc in
e plura è Jure & Dd. dubia moveri poſſent;
m cùm in præſenti caſu, ubi de homici-
dio controvertitur, Divinæ Majeſtatis (ob le-
gem expreſſam & generaliſſimam: Qui ſan-
guinem humanum effuderit, ejus ſanguis & ab
hominibus effundi debet, Gen. IX. §. 6.) res
agatur, noſtraque intentio non ſit, pro ſonte
abſolutoriam quandam extorquere; hinc præ
omnibus aliis Supremæ & Omniſciæ Sapien-
tiæ res hæc ſubmittitur, & ut illa futurum Domi-
num Judicem in pronunciandâ ſententiâ diri-
gere & illuminare velit, rogatur, quò hoc in
caſu ita judicet, prout Divinis æquè ac huma-
nis juribus conſentaneum eſt; heîc ex genera-
liſſimis nihil aliud, quàm communiſſimum:
quòd in dubio ſemper pro mitiori pœnâ ſit
concludendum, quia ſatius eſt ſontem abſol-
vere, quàm inſontem condemnare, allegan-
tes: juxta hoc verò in ſpecie ea tantum, quæ
circa factum & ipſius circumſtantias & ante-
cedentium & concomitantium, in ſententio-
nando quoque ponderanda ſunt, ex Actis
quodammodò obſervantes, v. g. quòd Inqui-
ſitus de animô dolosô & propoſitô occidendi
neutiquam ſuſpectus ſit, quùm in vocatione
ſuâ occupatus illîc locorum Heri ſui equos cu-
ſtodiverit, vid. Act. fol. 6. & 34. & ab initiô
Defunctus Billichius eô in locô non fuerit, ne-
que de adventu ejus vel per conjecturam quid-
piam innotuerit, ſed is èccontra cum Parentis
curru Landsbergâ Halâque exopinatò venerit,
ac cum Inquiſito illîc in diſputationem quan-
dam de paſcuis (à Billichio & Conſortibus oc-
cupatis) in illo loco, an liceant vulnerato, nec
ne? devenerit, ibid. Ubi pro obtinendâ nega-
tivâ concurrit, quòd Defunctus & Conſortes
ejus exteri (ſcilicet Schlaiza oriundi, vid. Act.
fol. 1. a) ſint, Inquiſitus autem reſpectu Heri
ſui, Dn. Conſulis Servus Bitterfeldenſis fuit, ibid.
fol. 1. fac. 1. penes quem æquè minus ac penes
Defunctum & Conſortes peritia juris de pa-
ſcendo in viâ hâc regiâ & quousque tendant
ejus termini, reſidebat; quamvis hac ex parte
certum ſit Inquiſitum juſtiorem cauſam in pro-
hibendo foviſſe, dum in Viâ Regiâ (ſtrictè) per-
petuò tritâ, qualis hæc erat, nulla paſcua ha-
betur: hæcque viam publicam attingens aut
communis Bitterfeldenſium paſcua, aut privati
cujusdam pratum fuit, in quô Defunctus & Con-
ſortes pecorum ſuorum curam habebant. Ut-
cunque autem hæc ſe habeant, certum tamen
eſt, Defunctum & Conſortes reſtitiſſe, ut ipſimet
confeſſi ſunt fol. 1. fac. a. neque Inquiſito hujus-
que Conſortibus equum relinquere voluiſſe: ob
quodvis autem damnum in fundô vel agrô alie-
nô datum, rem aliquam, pignoris loco, auferri
poſſe, ſecundum deducta *Carpzov. P. 2. cap.*
27. *d.* 4. adhæc factum ipſum, cum qualitatibus
ſuis admodum dubioſum eſſe ad decernendam
pœnam mortis, cum non tantùm Defunctus,
quoad curam, neglectus fuerit, ſed & juxta Lipſi-
enſium Medicorum propriam ſententiam in cit.
præjudiciis de a. 1618. & 1642. adhuc periculo-
ſiora cerebri vulnera curari potuerint; ut adeo-

que non tantum in hoc fol. 22.& allegatis eorum Reſponſis ſibi ipſis, ſed & Medicus, qui Inſpectioni interfuit & eapropter, ut probabile, accuratius de eâ judicare valuit, quàm alii, qui vulnus non inſpexerunt, illis contrarii ſunt. Quibus ita ſe habentibus probè conſiderandum, quod in crimine homicidii occiſum ex percuſſione aut vulnere inflicto obiiſſe, illudque fuiſſe lethale & mortiferum per ſe Judici certò conſtare debeat, juxta Dd. à *Carpzoviô in Praxi Criminal. p.* 3. *q.* 148. *num.* 7. laudatos & quod aliâs ad pœnam ordinariam deveniri nequeat, citat *ibid. num.* 41. *&* 42. Sic notanter conjungit Textus *Levit. cap.* 24. percutere & occidere, in verbis legis: Qui percuſſerit & occiderit hominem, morte moriatur. Ubi & hoc concurrit, quòd vulneratio neutiquam per inſtrumentum mortiferum contigerit, & ut juxta Inquiſiti conteſtationem fol. 34. a. videtur, præter intentionem ipſius percutientis. Licet enim vulnus fræno ferreo, capiſtro coriaceo annexô, inflictum fuerit, non tamen adeò crudè & ſimpliciter illud pro mortiferò & tali inſtrumentô, quô communiter homicidium committitur, æſtimari poteſt, quoniam nemo ſtatuere aut cogitare poterit, illô unquam homicidium perpetratum fuiſſe, hicque caſus omninò rarus eſt & proptereà contra Inquiſitum ſuſpicio, de propoſito vulnerandi aut occidendi, non militat: cumprimis, quòd nulla indicia de committendô homicidiô per illud ipſum concurrant, & de baculô, qui tamen inſtrumento mortifero ſimilior, Dd. uti notum, benigniorem defendunt. Brevibus: Quadrant huc maximè, quæ deduxit *Carpzovius cit. Prax. Crim. P.* 1. *num.* 63. Neque hoc in caſu Defuncti Parentes eorumque indignationes fol. 35. a. vel minimùm attendendæ ſunt, quoniam nihil aliud inde, quàm vindictæ cupido elucеſcit: hujusque intuitu Inquiſitus æquè minus ad mortem, ſi eandem non promeruerit, condemnari poteſt, ac ob Parentum ſuorum luctum atque preces minus abſolvendus erit; ſed, ubi bonâ conſcientiâ, de jure, per certâ & infallibilia ſigna & argumenta de lethalitate & homicidiô dolosô convinci poterit, Divinis æquè & humanis legibus eô ipſo ſatisfiet: re verò contrariô modô ſe habente, absque ullô dubio quoque contra utrasque peccatur. Et quoniam res eſt magni negotii ac de vita hominis, utut plebeji, ſervi ſc. & famuli, talis tamen agitur, qui Salvatorem Noſtrum ſub acerbiſſimâ ejus Paſſione ac Morte tanti conſtitit, quanti Magnatum Maximus, adeoque hoc in paſſu omne diſcrimen excuſat; hinc certa ſpe & confidentiâ erga quæcunque Collegia eorumque membra tenemur, fore, ut omnes & ſinguli, cumprimis in Facultate Medica, negotium hoc ita curæ cordique ſibi eſſe juſſuri ſint, ut *Veſalius lib.* 3. *de Vuln. cap.* 3. *& Sebizius in Prodrom. Exam. Vuln. P. III. theſ.* 4. *&* 5. ſat peritè probeque deſiderant, & ut confidenter credimus, ſicut ubique ac ſemper, ità hâc vice quoque memoratu digniſſima *Sebizii*: Oportet in hoc caſu animum habere ab omni affectu & perturbatione liberum & vacuum, credendo Deum καρδιωγνώστην nobis adeſſe, & factorum noſtrorum animique Inſpectorem oculatiſſimum; ſique contra veritatis & æquitatis legem ſententiam tulerimus, vindicem ſeveriſſimum; ſi pro veritate ſteterimus, fautorem & remuneratorem benigniſſimum: Magnum quippe crimen eſt & impietatis pleniſſimum, eum qui â mortis pœna liberari poteſt, falsô & iniquô teſtimoniô reum facere: Peccatum maximum ſervare velle illum, quem ob vulnus illatum lethale leges homicidarum pœnâ damnâtunt, ob oculos poſituri ſint. Quemadmodum ob notoriiſſimam Inquiſiti Parentumque pauperiem hâc in parte plura addere non poſſumus, quàm ut cum laudato *Sebizio* ita concludamus: Quæ ſi obſervaverint, uterque ſuo ſatisfecerit & Conſcientiæ & Officio.

J. S. Heller, Defenſor, ad inſtantiam pauperis, gratis.

Apologia Inſpectoris, quâ utilitas, poſſibilitas & neceſſitas trepanationis in hoc vulnere deducitur.

POſtquam Defenſor â Judice petierat, ut Dn. Weſtphalus requireretur, quò ſententiam ſuam, de trepanatiône, in Relatione Inſpectionis aſſertam, rationibus confirmet & laudatam curandi methodum ad Acta communicet, is autem non prius illud ſuſcipere voluerit, quam Acta (quorum communicationem denegabant) illi concederentur: Sereniſſimi tandem Ducis Saxonico-Mersburgenſis Mandato dies determinabatur, quô citatus modò Medicus in Præfecturâ Bitterfeldenſi comparere & Acta in loco judicii perluſtrare jubebatur, & rationes decidendi abhinc communicare poſſet, quæ ſeq. ratione ſe habent:

P. P.

Quandoquidem Acta Inquiſitionalia, Captivum Johannem Hanckium concernentia, mihi communicata, ſimulque rationes decidendi, quoad Atteſtatum die 6. Junii à me impertitum, ut & ſolidâ informatio, quâ ratione Defuncto Johanni Billichio per Trepanationem ſuccurri potuiſſet, deſiderata fuerint; hinc Amici Reſponſi loco Dn. Honoratiſſimo reticere nequeo: Statuens in atteſtato Inſpectionis, §. 10. obſervando, Joh. Billichio inflictum vulnus ſummè quidem periculoſum, non tamen per ſe & abſolutè lethale dici poſſe: ſequentes circumſtantias atque rationes ponderavi atque conſideravi.

1. Quod inflammatio duræ matris non tam â plagâ, quàm potius â feſtucis penetrantibus oborta fuerit; unde non citius illa ſedari potuit, quàm feſtucæ prius exemptæ fuerint, ut nem-

non conſtat, cujus digitum unquam feſtuca igni aut ſpina quædam perfoſſerit, ita ut digi- us ſtatim intumuerit, doluerit, nec prius re- niſerit, donec feſtuca extracta fuerit. Multò nagis idem poteſt & debet fieri in meningibus, anquam partibus purè nerveis, quæ à teſtis ranii irritati ſpaſmô convelluntur, quibus onvulſis duræ redduntur, porique non trans- nittunt ſanguinem, ſed tument & inflammantur,

2. Quòd fragmenta, quæ per trepanatio- em eximi potuiſſent, non profundè, ſed pau- ulum in cerebrum penetraverint.

3. Quòd feſtucis extractis vulnus in menin- ibus, licet inflammatæ & gangræna jam in- ctæ fuiſſent, curari potuiſſet, intra cranium mittendo linteolum tantillo ℔. ſtillat. tere- nth. vel balſami Peruviani aut Copaivæ im- rægnatum, ut quaſi odoretenus afficiatur ce- brum, teſte experientiâ. De curâ quoque eningum vid. *Barbett. Chirurg. c.* 18.

4. Quemadmodum ergò in meningibus r extractionem feſtucarum inflammatio & ppuratio præcaveri potuiſſet; ita quoque ppuratio, vel potius exulceratio ſub piâ ma- e in cerebrô, à ſtagnatione & inflammatione ta, averti potuiſſet. Sanguis enim coagu- us in parte inflammatâ acorem contrahit, i acorcum ⊖. vol. oleoſo adjuncto effer- ſcentiam concipit, abhinc verò in ſe invicem entes, vertuntur in ſalſum tertium, pus vo- um. Suppurationem verò jamdum præſen- n hîc fuiſſe, ex Atteſtato Inſpectionis fol. . videre licebit, ubi pia mater, ad 3. digito- n transverſorum latitudinem & longitudi- n, unà cum vaſis per ſubſtantiam cerebri di, rſis, puris inſtar albicans, imò & vulnus piâ matre pure repletum obſervata ſunt.

5. Quòd vulnus, ſub piâ matre, ad arti- i in pollice profunditatem, utut obliquè in ebro obſervatum, primariò non tam ab ictu ictô, quàm ſecundariò & tanquam produ m morboſum, partim ab inflammatione matris & ſuppuratione cerebri (dum fe- æ non tantùm utramque meningem, ſed uodammodò in cerebrum penetrarunt, ſic neceſſariò vaſa quædam, per ſubſtantiam bri diſperſa, læſa fuerunt) partim ob im itum ſanguinis & ſaniei exitum neceſſariò rtum ſit. Licet enim fractura cranii ma ſatis fuerit, propter teſtas tamen tabulæ riori adhuc adhærentes, compreſſas, du- que cum piâ matre pungentes, aperiri non it; unde pus acrius redditum, durante hôc pore, ſub piâ matre in cerebrô vicinas par- corripuit easque eroſit, adeoque ſinum c non tam plaga, mediante fræno inflicta, n potius materia illa purulenta produxit. d autem tractu temporis id fieri poſſit, apud *Amman. in Med. Crit. in Diſcurs.* d *Reſp.* 93. §. 5.

6. Quòd vulnus obliquum, aut ſinus mo- dò dictus in cerebrô, impoſſibiliter illæsâ piâ matre frænis illis infligi potuerit. Illud enim vulnus, quod Defuncto frænis illis ferreis infli- ctum erat, in ſe ſub feſtucis, magnitudine groſſi in cerebro conſpiciebatur, juxta tenorem Re- lationis Inſpectionis fol. 11. a. pure ſimul reple- tum & à fragmentis obtectum; ut adeoque fræna ſubſtantiam cerebri attingere non potue- rint. Et quoniam extus fragmenta illa pre- hendi non potuêrunt, ut Chirurgus etiam fol. 4. ipſemet ad Acta retulit, per trepana- tionem illis via parari debuiſſet, quó factô vulnus hoc obliquum minus generatum fuiſſet: & quidem primis diebus hoc faciendum, nec ultra triduum differendum, nedum à Chirurgô negligendum, aut penitus omittendum fuiſſet, ut allegant contra Sclezerum Dnn. Medici Ro- ſtochienſes, *Vid. Ammanus c. l. pag.* 121 *Duret. lib.* 3. *Tr.* 2. *c.* 1. *Bartholinus Hiſtor. Anatom. Cent.* 2. *Hiſt.* 41. *pag.* 215. *Sorbait. Med. Pract. Tr.* 5. *de Vulnerib. Capit. c.* 35. *pag.* 651.

7. Quòd ea tantùm cerebri vulnera, in quibus medulla & ventriculi, proceſſus falca- tus, plexus choroideus & rete mirabile læduntur pro abſolutè lethalibus habenda, juxta *Welſch. in Ration. Vulner. Lethalium Judic. pag.* 31. *&* 32. à quibus & quidē in continenti periculo- ſiora ſymptomata oriuntur, qualia apud *Hippo- cratem in Coacis.* 499. *aphoriſm.* 50. *Sect.* 6. *aph.* 14. 50. *Sect.* 7. *Welſch. c. l. pag.* 30. *Amman. in Med. Crit. Reſp.* 88. *Diſc.* §. 48. *pag.* 305. *H. Fabrit. l.* 2. *Chirurg. c.* 15. *Timæus à Güldenklee Reſp.* 3. 12. imò vitæ terminus ſtatim finitur. Quod enim in periclitante vitâ termini brevitas conſideranda ſit, rectè ſcribit modò allegatus *Welſch. loc. cit. pag.* 28. Ad- hæc quotidiana Experientia tam Veterum, quàm modernorum Chirurgorum teſtatur, quòd profunda ſatis cerebri vulnera, è quibus etiam portio cerebri ablata fuit, feliciter ſæpe curata fuerint: vid. *Reſponſ. Med. Roſtoch. in Med. Crit. Amman. pag. m.* 75. *in Reſp. Colleg. Med. Lipſ. ibid.* Econtra in Defun- cto Billichio tam profundum & periculoſum vulnus obſervatum non fuit, isque durante ægritudine ne ullo quidem ſymptomate peri- culoſô, exceptô vomitu quotidianô (qui ta- men ab aſſumpto cibo tantùm ſe trudebat) ſo- mnoque exiguo correptus, per XI. dies inte- gros adhuc vixit, & tandem ſine febri vulne- rariâ, compos rationis, exſpiravit.

(7) Quòd meâ quidem opinione vomitus & ſomnus turbulentus à feſtucis penetrantibus indeque ſubortis doloribus, exorti; quæ omnia, ſi allegatæ feſtucæ tempeſtivè extra- ctæ fuiſſent, dubiô procul emanſiſſent aut re- miſiſſent, dum in principiô vulneris inflicti vo- mitus ejusmodi obſervatus non fuit. Et licet Ampliſſima *Facultas Medica Lipſienſis* ad bina hæcce ſymptomata, quæ tamen juxta illorum

 allega-

allegationem in Actis non repetiuntur, reſpexerint: Ipſe tamen in nonnullis militibus in præcedente anno 1679. partim ad cranium, partim per illud vulneratis, contrarium obſervavi, ſiquidem in illis non minus continuus & vix interpolatus vomitus ſe truſit, licet per medicamenta interna, à me præſcripta, concurrente Chirurgô Præfecturæ, Dn. Flömern, hic Delitii feliciter curati fuerunt. Unde conſtat, quôd à vomitu continuô, in vulneribus capitis abſolutum lethalitatis ſignum deſumi non poſſit.

Trepanationem quod attinet, in qua cardo rei vertitur, Chirurgus quidem fol. 12. ſibi ſcrupulum movit, exiſtimando eandem tantùm iis in caſibus locum habere, ubi nulla cranii læſio conjuncta ſit, quò ſanguinis inter cranium & duram matrem interceptus, juxta verba ejus, trepanari & educi poſſit. Aſt eô ipsô nihil aliud oſtendit, quàm ſe ipſum in gravioribus ejusmodi operationibus minus verſatum, & de Scriptoribus Chirurgicis, quorum præcipui, ſi non omnes, in gratiam Chirurgorum, non ſine labore inſigni in Linguam Germanicam translati ſunt, hactenus parum ſollicitum fuiſſe: certe ſi *Gellmanni Tripart. Chirurg.* hoc ipsô annô recuſum, ut & *Barbette Chirurgiam* diligenter evolviſſet, aliter & longè melius informari potuiſſet. Ut jam taceamus trepanationē in multis capitis affectibus chronicis, à causâ internâ dependentibus, egregiè profuiſſe, de quibus *Fienus*, ut & aliæ Medicorum Chirurgorumque obſervationes legi merentur: attamen illa quammaximè & utplurimùm in diverſis læſionibus capitis, à causâ externâ oriundis, laudatur, & quidem (1) in magnis cranii depreſſionibus, meninges & cerebrum comprimentibus. (2) ſi externa tabula ſaltem depreſſa. (3) ubi fragmenta oſſium meninges & cerebrum pungunt & vellicant. (4) ubi ſanguis extravaſatus, effuſus ac putreſcens intra cerebrum & cranium hæret, licet oſſa integra, vel ſecundum Ammannum in *Paræneſi Lib. 5. P. 2. Sect. 2. pag. m.* 399. c. 2. §. 2. in verbis: Cranii & cerebri affectibus debetur trepanatio, ubi contuſio, fractura, effractura, ſedes, contrafiſſura: vid. quoque *Gellmannum in Tripart. Chirurg. c.* 18. Trepanatio E. ſequenti ratione inſtitui potuiſſet: Poſtquam fractura cranii quidem ampla ſatis, ſed ut ſupradictum, minus patula fuit, 5. feſtucæ apicibus ſuis utrasque meninges & ſimul quodammodò in cerebrum penetrantes, inferiori cranii laminæ adhuc firmiter adhæſere nulloque inſtrumentô extus prehendi & extrahi potuerunt, prævià ſeparatione cutis & pericranii à craniô & ceſſante hæmorrhagiâ trepanum ἀβάπτιστον prope fracturam (ita tamen, ut fractura in circumferentia trepani, prout allegatus *Gellmannus pag. m.* 233. *l. c.* aliâs ſuadet, neutiquam includatur, ne per ulteriorem teſtarum compreſſionem
unius vel alterius teſtarum vulnus magis irri
tetur) commodè applicare & foramen aliu
terebrare potuiſſent. Ipſi fracturæ trepanum
imponi non potuiſſet, partim, ob ſuturam
coronalem, quæ fracturæ huic propinqua erat
partim quòd aculeus in modiolo ori fractu
ræ impoſitus cerebrum magis vulnerare potuiſ
ſet. Quodſi ergò prope fracturam, in alter
latere, è regione ſuturæ coronalis, adhu
foramen aliquod trepanatum & ſimul obſer
vatum fuiſſet, ne dicta modò ſutura corona
lis, neque ſagittalis læderentur, facilimè &
ſine inſigni labore per ſubtile aliquod inſtru
mentum, non tantùm vel altera feſtuca, ſe
etiam reliqua fragmenta, circa fracturæ ci
culum, ſucceſſivè omnia prehendi, elevari
ab interiori laminâ ſeparari potuiſſent. N
obſtat, reponi poſſe quòd, cùm feſtucæ apic
bus ſuis utrasque meninges penetraverint, el
vatio illarum, ſine ulteriori meningum irrit
tione atque laceratione aliisque periculis, fie
non potuiſſet: conſtat enim è Relatione I
ſpectionis fol. XI. reperibili, quòd in durâ
piâ matre jam vulnus aliquod groſſi magnit
dine inventum fuerit, in quo feſtucæ jacu
runt, ſicque meningum dilaceratio ulterio
aut alia quævis incommoda pertimeſcenda n
fuiſſent. Hæc igitur operatio ſi adminiſtra
fuiſſet, nullus dubito, vomitum, poſt aſſu
pta alimenta indies accedentem, una cum i
flammatione, ſi non inhibitum, per balſami
tamen vulneraria curatum fuiſſe. Ubi rem
dia pariter interna, v. g. cinnabarina cum oc
lis ♋. ♉. diaphor. & pauca myrrha miſta &
vino (quod cum ocul. ♋. effervеſcit) pro
nata: Item Liq. CC. ſuccinat. & ſimilia, p
indicationum & circumſtantiarum variet
multum præſtitiſſent, ſicque ſublatâ cauſ
nempe irritatione nervorum per conſenſ
orificii ventriculi ſiniſtri, cum meningibus
pericraniô ſedata, vomitus, tanquam ef
ctus, remiſiſſet. Quamvis de cæterô Ampl
ſima Facultas Medica Lipſienſis vulnus ho
ex læſionibus collectivè ſumptis, pro abſolu
lethali agnoſcat, attamen de eô (ſalvo tam
reſpectu Dnn. Medicorum) quæſtio non ſi
Conſiderando enim læſiones pericranii, c
nii, meningum cerebri, una cum tempo
quô Feſtucæ cerebro infixæ fuerunt, ejus ſi
opinionis, quòd inde nulla abſoluta & imm
diata lethalitas, ſed tantùm ſummum peri
lum ſubortum ſit, quodque ſub hujus co
nuatione & accedente neglectu, Defunct
(ut experientia, proh dolor! ſatis docu
omninò exinde perierit: Nemoque negat
quòd à læſionibus hujuscemodi collectivè ſu
ptis bina hæc, pro ratione decidendi, alleg
ſymptomata, vomitus ſc. & vigiliæ conti
ſine dubiô provenerint. Quæſtio autem
an vulnus per ſe lethale fuerit, ita quide
ut nullô adminiculô humanô curari potue
Dominique JCti pœnam ordinariam L
Cor-

ɔrneliæ dictare poſſint? Equidem, ut ſupra ctum, ſæpius ægros vidi, qui in capite leviter ntùm&ſuperficialiter vulnerati continuos vo- tus perpeſſi ſunt, ſuperſtite tamen vitâ. So- num verò quod attinet, is neceſſariò ægrum, dolores, à penetrantibus fragmentis obor- , deſeruit; ut non dicamus vomitus & vi- ias continua non fuiſſe, prout advocatus in fenſione illud p. 51. 6. probè notavit. Sa- præcedenti adhuc ſeptimana Conſul quidem Delitii ob ſolam paronychiam per V. no- s dormire nequivit, quid mirum ergò, m in hoc capitis vulnere obſervatum fuiſſe? llus ergò dubito, quòd, ſi Ampliſſima Fa tas Medica clariorem de fracturâ cranii re onem obtinuiſſet, quòd ſc. ampla ſatis, ſed n patula fuerit, cùm totum foramen V. gmentis obtectum fuerit, vel ſolius hujus cumſtantiæ intuitu longè aliud deciſum ſe- um fuiſſet. Et quis noverit, annon, ut vocatus in Defenſione fol. 52. 6. urget bitonſoris artes & enchireſes fol. 4. allega ineptis inſtrumentis & emplaſtrorum ap- atione feſtucas profundius impreſſerint, umque exaſperaverint; ſiquidem memo- is Barbitonſor nulli ad ſectionem, nedum arduas ejusmodi operationes Chirurgicas, ili inſtrumento inſtructus, & ut Dn. Præ- us, Dn. Actuarius aliique Scabini atteſtari unt, ne ullus quidem cultellus Anatomi- , vel ſpatula conveniens ſub ſectione ad nus fuêre, queis pericranium à cranio ſepa- potuiſſet, ita ut tunc demum à Scriniario er inciſorius requirendus fuerit. Chirur- n autem absque inſtrumentis idoneis fru- operari, quilibet judicare poteſt, *vid.* *nanni Med. Critic. diſcurſ. X.* §. 4. *pag.* 124.

Quapropter ſupra allegatis Authoritati- , Exemplis & Rationibus ita concludo: niam vulnus hoc cerebri obliquum fol. 11. non tam ab ictu frænis inflictô, quàm mbentibus & comprimentibus feſtucis tum: ècontra læſiones in cute & craniô, & ſanguine ſuffuſum pericranium, quod- ſc. in ſpecie, ne periculoſæ quidem, col- vè autem ſumptæ periculum demum con- int atque augent: meo judicio hæc omnia em pro ſummè periculoſis, non tamen pro utè lethalibus habenda ſunt, ita ut De- us non tam è vulnere, quam inſtrumen- m legitimorum (quibus Chirurgus feſtu- eximere debuiſſet) defectu & internæ neglectu neceſſariò obierit. Quæ ad re- tionem Dn. Præfect reſponſi loco reticere . *Delicii die* 13. *Aug.* 1680.

Joh. Caſpar Weſtphalus, Med. D. & Circul. Delit. ut & Bitterfeld. Phyſ. Ordin.

Reſponſum Facultatis Medicæ Wittebergenſis, deſuper lethalitate vulneris & cerebri.

P. P.

QUùm Acta Inquiſitionalia, Johannis Billichii vulnerationem concernentia, nobis transmiſſa ſint, & ut læſionem perpetratam, cum ſuis circumſtantiis & reciprocatis illis Regiſtraturis diligenter ponderaremus, noſtrumque Collegiale Judicium de omnibus impertiremus, deſideratum fuerit; hinc acta illa diligenter perlegimus & perpendimus, illicque invenimus, quòd, ut reliquas læſiones taceamus, cumprimis, juxta tenorem VI. puncti, in Atteſtato ſimul communicato, occurrentis, in oſſe bregmatis dextrô, juxta ſuturam coronalem, foramen rotundum, inſigne ſatis & pollicis craſſitiem æquans, obſervatum fuerit, in quo V. teſtæ ſeu fragmenta, ab inferiori laminâ dicti oſſis, per duram & piam matrem quodammodò in cerebrum penetrârint, quorum III. magnitudine crucigeri, reliqua II. verò quoddammodò minora viſa ſunt. Juxta VII. punctum: In oſſe bregmatis lævô, in mediô ſuturæ coronalis, inter ſagittalem & os petroſum fiſſura rotunda, groſſi magnitudine, porrò viſa, quæ ſecundum longitudinem ſuturam coronalem diviſerat, & usque ad ſagittalem ſe extenderat, ut octavò ſub oſſe bregmatis dextrô dura mater, ob accedentem inflammationem, à fragmentis penetrantibus omninò fuſca & in illa vulnus contuſione inflictum, magnitudinem groſſi æmulans: Nonne item, ſub hâc, pia mater, ad trium digitorum transverſorum latitudinem & longitudinem, juxta cum vaſis, per ſubſtantiam cerebri diſperſis, à pure omninò candida & corrupta fuerint: ſub quâ vulnus groſſi magnitudine articulique pollicis profunditate in cerebrum obliquè hæſerit, purè quidem repletum, ſed ad medullarem partem non penetrans.

Jam licet vulnera cranii, cerebri in ſuperiore parte ejusque membranarum, per ſe & abſolutè lethalia non ſint, dum multiplex experientia ſæpè aliud evicit ſimiliàque vulnera feliciſſimè curata fuiſſe docuit; adhæc non referatur, an omnia decentia remedia, tam externa, quàm interna, à Chirurgis, ſub curâ hâc adhibita? ægro convenienti regimine proſpectum fuerit, ipſeque legitimè ſe geſſerit? Attamen, præviâ conſideratione omnium & ſingularum circumſtantiarum, cumprimis autem V. fragmentorum, ſub inſpectione in craniô inventorum, illique ex parte fortè adhærentium, ægerrimè ſæpè explorandorum aut extrahendorum: ſimiliter vomitus continui & vigiliarum nimiarum, quòd læſiones in Atteſtato allegatæ conjunctim ſumptæ non poſſint

non pro abſolutè & per ſe lethalibus haberi, amici Reſponſi loco ſub ſigillô Fac. ord. communicare voluimus. *Wittenbergæ, die* 24. *Aug.* 1680.

Decanus, Senior & Profeſſores Facult. Med. ibidem.

Sententia Facultatis Juridicæ Wittebergenſis, utrum Inſpectoris Medici, an Facult. Med. judicium prævaleat?

P. P.

TRansmiſſis nobis Mandato Principali Saxonico in originali, incarcerati Joh. Hanckii defenſionalibus, Atteſtato Medici, unà cum Reſponsô Facultatis Medicæ hujus loci, ut & Actis antehac in causâ hâc ventilatis & deſideratâ noſtrâ ex Jure informatione: Nos Decani, Doctores & Aſſeſſores Facultatis Juridicæ in Academiâ Wittebergenſi exiſtimamus, judicamus & profitemur hisce, tanquam Actis illis conſentaneum & in juribus fundatum:

Quamvis Medicus, qui ſectionem adminiſtravit, conſtanter in eô perſeveret, læſionem ab Inquiſito Johanni Billichio inflictam ſummè quidem periculoſam, attamen abſolutè lethalem non fuiſſe, & in ſimilibus occaſionibus de Medicô qui vulnerationem ipſemet inſpexit, præſumi poſſet, quòd omnium optimè de eô judicare valeat: adhæc legibus conforme ſit, eô in caſu, ubi Medici diverſas de lethalitate vulneris opiniones fovent, pœnam ordinariam commodè dictitari non poſſe.

Attamen & quoniam utrumque Collegium Medicum, Lipſienſe & Wittenbergenſe, poſt quam de lethalitate vulneris hujus cum transmiſſione Actorum, interrogati ſunt, in eô conſentiunt, quòd læſiones hæ, conjunctim ſumptæ, pro abſolute & per ſe lethalibus habendæ ſint, hocque Collegiorum Decretum unius & ſolius Medici judiciô meritò præferendum: Collegia quoque JCtorum illud potius, quàm hoc in ſententionando reſpicere tenentur: de cæterô quoque Inquiſitus in Defenſione ſuâ nequicquam, quod è re ejus eſſe poſſit, deduxit:

Hinc ex illis omnibus apparet, quòd ſententia, fol. 26. invenienda, illicque dictata pœna meritò ſuo in valore relinquenda, hæcque per executionem ſolitam in actum deducenda ſit, idque de jure.

Decanus, Ordinarius, ut & alii Doctores & Aſſeſſores Fac. Juridicæ in Acad. Wittenbergenſi.

Interceſſio Parentis.

REVERENDISSIME & CELSISS PRINCEPS &c.

SERENISS. V. CELSITUDIN miſerrimus ego, unà cum filiô meô ſubj ctiſſimas gratias perſolvimus quòd Eadem a ulteriorem dilucidationem Acta aliò transmi tere & Lipſienſium Sententiam non protinu executoriè in actum deduci juſſerit.

Licet autem reformatoriam quandam f cuturam eſſe ſperaverimus; attamen proh d lor! audire cogimur, quòd Wittebergenſ Lipſienſium Reſponſa confirmârint. Quù verò nihilominus horum Lipſienſium & cu primis in Medicâ Facultate (juxta quam Sc bini inevitabiliter ad definitivam mortis coa ſunt) expreſſæ rationes decidendi, quoad ſy ptomata vigiliarum atque vomitùs Actis n reſpondent, ut idem in defenſione remonſt tum fuit; (2) ex læſionibus collectivè ſu ptis nulla lethalitas abſoluta, & quæ per ſe tal Logicè & ſolidè concluditur, ut D. We phalus id in editis rationibus decidendi ſ deduxit: (3) quoad trepanationem ſenten ejus à Lipſienſibus non ſufficienter refutata, ita (4) dubiis usque à decidentibus nond ſatisfactum, imprimis, cum in genere appare acſi Dnn. Medici Wittebergenſes de ſtudio pſienſium plus juſtô præſuppoſuerint, Eos non libenter corrigere voluerint; ut propte ferè maximè neceſſarium ſit (conſiderando non de lanâ caprinâ, ſed vitâ hominis agi) non tantùm Dnn. Wittebergenſes Medici tiones ſuas decidendi formaliter edant, & hinc aliud adhuc Collegium tertium Facu tis Medicæ (in Anatomicis cumprimis & C rurgicis quoque verſatum) ad deciſorium gatur, quod in ſpecie de Lipſienſium & W bergenſium Reſponſis conſonantibus, ex u & Medici Delitienſis, D. Weſtphali (qu ſpectioni vulneris ipſe interfuit) ad Acta tis rationibus contradicentibus, ex alterâ pa deciſivam quandam formet ſuasque ſimul r nes decidendi communicet. Quapropter poſſum non Sereniſſ. V. Celſ. humilimè gare, velit ſimul indulgere, ut, ſi à Wit bergenſibus rationes decidendi formaliter entæ fuerint, Advocato meo Acta rurſu oculos ponantur, & ipſemet ad ulterio defenſionem admittar. Equidem fateri gor Fiſco S. V. C. quodammodò inc modari, cum omnibus ſubſidiis deſti mur: aſt cum S. V. C. amor erga ſtitiam toti Orbi innotuerit & ex Naturâ ſtet, quod & bruta fœtus ſuos, neceſſi tempore, non derelinquant; hinc n du

bito S. V. C. tantùm miſericordiæ filio meo
neceſſariam eſſe &c.

Ser. V. Celſ.

Humilimus Cliens
C. J. S. Heller.
Joh. Hancke.

ationes Decidendi Facultatis Medicæ Wittebergenſis.

P. P.

E Literis Tuis vidimus, quâ ratione juſſu quidem Principali Gratioſiſſimo, ſed ad pe-um & deſiderium Defenſoris, Judicii noſtri ollegialis, Joh. Billichii vulnerationem con-rnentis, rationes decidendi deſideres. Jam rè ſatis tulimus ab Advocato fol. 103. allatas culpationes, acſi Lipſienſium Reſponſa tan-m confirmaverimus, illosque corrigere non tinuerimus, Acta non legitimè perluſtrave-nus neque conſentaneum illis judicium tule-nus, ſicque officio noſtro defuncti non fue-nus; quas (non leves ſanè) injurias nobis eritò in animum revocavimus, easque ſuo npore vindicabimus. Majori autem admi-tione dignum eſt, quòd Advocatus capere n valeat, quod multæ & plures unâ læſio-s, cumprimis in parte quâdam nobili non ntùm difficilius curentur, ſed & unicâ peri-loſiores ſint; eaque propter illatio hæc nninò falſa ſit & clariſſimis exemplis refutari ſſit, ſcilicet e. g. unicum vulnus in hepate, ntriculô aut inteſtinô aliquô, licet ſummè riculoſum ſit, indeque mors plerunque ſe-atur: quia tamen experientia docet vulnera ſmodi quandoque curata eſſe, adeoque pro ſolutè & ſimpliciter lethalibus haberi non ſſunt. Quod enim 2. 3. 4. atque plura ejus-odi vulnera ſimul & unâ vice curata fuerint, n facilè obſervatio aliqua ſe truſerit. Qua-opter jam ſatis eluceſcit, quòd ex læſioni-s non abſolutè & per ſe lethalibus collectivè conjunctim ſumptis abſoluta lethalitas omni-ſequi poſſit; quod hîc in læſionibus cra-, cerebri ejusque membranarum, ſub in-ctione inventis, meritò quoque locum ha-t; ſiquidem abſolutam lethalitatem V. illæ tæ aut feſtucæ, inferiori cranii laminæ ad-c inhærentes intulêre, quæ meninges & ce-brum penetrando, eaque continuò velli-ado & pungendo vomitus, cum aliis ſympto-atibus produxerunt & ita conſolidationem curationem ſenſibiliter impedivêrunt; quò adhuc accedit, quòd feſtucæ illæ ante ſe-onem cranii difficulter explorari, difficilius tem eximi potuerint. E quibus allegatis & ilibus rationibus denuò Collegialiter pro-nciamus, ſæpius allegatas læſiones cranii, ebri ejusque membranarum collectivè & conjunctim ſumtas omnimodè pro ſimpliciter & abſolutè lethalibus habendas eſſe.

Novell. Val.

Quod Dominum amici Reſponſi loco ſub Facultatis noſtræ ſigillô certiorem reddere voluimus. *D. Wittenbergæ, d.* 20. *Nov.* 1680.

Decanus, Senior & Profeſſores Fac. Medicæ ibidem.

Reſponſum Facultatis Medicæ Jenenſis, deſuper lethalitate vulneris controverſi.

ACta inquiſitionalia è Præfecturâ Principali Saxonicâ Bitterfeldenſi nobis transmiſſa & Joh. Billichii vulnerationem in capite concernentia, cum adjunctâ quæſtione: An illa pro lethali habenda, nec ne? omni, quâ fieri potuit, diligentiâ perlegimus & Collegialiter perpendimus. Quamvis autem Medicus exiſtimet, vulnerato per trepanationem ſuccurri potuiſſe; attamen è ſectione potius apparet, eandem, ob inſignem jamdum aperturam, pollicis craſſitiem magnitudine fol. 10. num. 6. deſcriptam, non facilè locum habere potuiſſe, nec ob reliquas fiſſuras in craniô, triaque crucigeri magnitudinem habentia fragmenta, quæ profundè in cerebrum penetrârant & difficulter explorari potuiſſent, difficilius autem per trepanationem extrahenda fuiſſent, deſideratum effectum exſerere potuiſſe.

Et quoniam Chirurgus omnem ſine dubiô ſedulitatem adhibuerit & ſub deligatione omnibus membris, pro virili, ſatisfecerit; hinc fundamentis Anatomico-Chirurgicis conſentaneum exiſtimamus has in Atteſtatis Medici & Chir. fol. 10. & 11. num. 6. 7. 8. 9. deſcriptas læſiones cranii, meningum & ſubſtantiæ cerebri corticalis, cum ſymptomatibus vomitûs & vigiliarum continuarum, conjunctim ſumptas abſolutam lethalitatem neceſſariò intuliſſe. Atteſtantes omnia ſigillô Facult. Noſtræ. *Dat. Jenæ, die* 27. *Nov. Annô* 1680.

Decanus, Senior aliique Doctores Facult. Med. ibid.

Sententia Facultatis Juridicæ Jenenſis.

TRansmiſſis Nobis actis inquiſitionalibus, Johannem Hanckium concernentibus & poſt additionem Reſponſi Facultatis Medici h. l. deſideratâ ſententiâ noſtrâ Legali, juribus conforme dicimus:

Quod ubivis tantùm ex illis appareat, ſententiam fol. 26. reperiendam utique ſuo in va-

(Pp) lore

lore relinquendam ipſumque Inquiſitum pœnâ, illic denominatâ, meritò afficiendum eſſe, idque de jure. Atteſtante ſigillô noſtrô. *Jen. M. Nov.* 1680.

Ordinarius, Decanus, Senior & alii Doctores Facult. Jurid. Acad. Jenenſis.

CASUS XLI.
DE
ALAPA MORTIFERA.

Species Facti.

CHriſtophorus Grammius, Mercator Landsbergenſis, à Chriſtophoro Rôſelero Ephippiariô & Senatore illius loci in cauponâ cerevisiariâ verbis quibusdam ignominioſis laceſſitus, huic Rôſelero primò colaphum, mox & pugnô ictum in dextro tempore inflixit, ut hic in terram conciderit & extemplò animam exhalârit. Quô visô Grammius eundem elevaturus, ſurge, inquit, ſiquidem à colaphô non morieris, cantharos quoſdam cereviſiæ deſuper eundem effundens, ut reficeretur, ſed cùm eundem defunctum eſſe obſervaret, exceſſit, evaſit, erupit.

Atteſtatum Inſpectionis cum Judicio deſuper Lethalitate vulneris.

PRæviâ Requiſitione Dn. Præfecti Principalis Saxonici Delitienſis à Nobis infrà nominatis heri, tempore veſpertinô, Landsbergæ, præſentibus modò laudato Dn. Præfecto & Scabinis Chriſtophori Rôſeleri corpus exanime inſpectum & in ſectione capitis ſpeciatim ſeqq. inventa fuerunt:

(1) Cutis ſupra tempus ſiniſtrum & occiput cœrulea & ſanguine ſuffuſa.

(2) Inter cutim & pericranium, ut & inter hoc & cranium ipſum multum ſanguinis extravaſati & coagulati.

(3) In oſſibus ſyncipitis & occipitis diverſæ fracturæ, cumprimis ſatis magna, quæ ab oſſe petroſô ejusque meatu auditoriô & ſyncipitis, per ſuturam lambdoideam & os ſyncipitis dextrum, usque ad ſuturam ſquammoſam hujus lateris, ſe extendebat, è quâ majori fracturâ diverſæ fiſſuræ minores ſuperiora & inferiora verſus vergebant, ita ut ſub apertione cranii hoc in fragmenta aliquot conciderit.

(4) In dextrâ parte duræ matris ruptura digitum longa.

(5) Sub hac ruptura in cerebrô vulnus articuli longitudine, quod ad medullarem ejus partem penetrabat, & diverſa vaſ[a] per ipſam cerebri ſubſtantiam diſperſ[a] læſerat.

(6) Plura adhuc alia cerebri vaſa ſanguife[ra], cumprimis arteriæ, hinc inde, in ſpeci[e] inſignis ille carotidis ramus, qui in fiſſur[a] laterali cerebri magnâ & dextrâ ſitus e[ſt], laceratus & ſanguine depletus.

(7) In anfractibus cerebri, ut & ventricul[is] anterioribus, multùm ſanguinis, cuj[us] etiam non tantùm ſtatim ſub commotio[ne] & elevatione corporis inſignis quantit[as] ex ore & aure ſiniſtrâ, ſed & ſub ſepar[a]tione cutis & pericranii è fracturis efflu[e]bat.

Quandoquidem igitur enormiſſimæ hæ l[æ]ſiones capitis, cùmprimis autem rupturæ vaſ[o]rum, cerebro vitalitatem & ſpirituum anim[a]lium materiam adducentium, indeque ſubor[ta] copioſior ſanguinis effuſio ita ſe habeant, [ut] exinde productio & diſpenſatio dictorum ſp[i]rituum neceſſariò inhibita fuerint; prout [ipſe] Defunctus, ut perhibent, ſtatim absque i[n]ſigni commotione, omnibus ſenſibus privat[us] exiguô cum ſtertore jacuit & mox abhinc obi[it]: hinc illa, juxta Principia Anatomico-Chir[ur]gica, pro ſimpliciter & abſolutè lethalibus h[a]bentur. *Lipſiæ* 23. *Sept.* 1674.

D. Johann Bohn.
Herman Flöner, } *Chirurg.*
Eſaias Hartman,

* * * * * * * *

Quod à Dn. Præfecto Delitienſi, Joh. Balth[aſ.] Freundiô, ob Inſpectionem Defuncti Rôſel[eri] & deſuper impertitam relationem, X. Imp[e]riales mihi ſoluti ſint, atteſtor hiſce. *Lipſ[iæ] d.* 8. *Oct.* 1674.

NB. Chirurgis prætereà 3. Impp. ſoluti.

D. BOH[N].

Sententia Dnn. Scabinorum Lipſienſium.

P. P.

TRanſmiſſis Nobis Actis Inquiſitionalib[us] Chriſtoph. Grammium concernentib[us] hujus Defenſione &c. & deſideratô judiciô n[o]ſtrô, Nos Scabini Electorales Saxonici Lipſien[ſes] juri conſentaneum eſſe dicimus: accuſatur [In]quiſitus nominatus, quòd die 25. Sept. Ch[ri]ſtoph. Rôſelerum pugno ita in tempore ſerie[rit], ut ſtatim exanimis conciderit. Licet autem a[rti]culatim Examinatus non concedat, quod pug[no] eundem in capite ferierit, ſed ſe palmâ ta[n]tùm colaphum illi impegiſſe perhibeat, [ad]dendo, eundem ſine dubiô in pavimentum c[on]ru[iſſe]

n & calloſum ruendo caput & cranium ita nquaſſaſſe, ſimulque prætendendo Defun- ım authorem fuiſſe rixæ, dum verbis ob- ænis & minis eundem irritaverit; attamen m inficiari non poſſit, ſed confiteri teneatur, r teſtium depoſitiones etiam manifeſtum ſit, od Defunctum ita verberârit, ut ad terram nciderit, & quidem eô tempore, cùm hic do- ım ire volebat priorque diſſenſio ſopita erat: defenſionalibus ſuis tantum etiam, quod i prorſus patrocinari poſſit, non deduxerit, ta tenorem Actorum; hinc Inquiſitus hu- delicti intuitu præviâ fuſtigatione æternô liô puniendus, & ad ſolvendas expenſas con- nnandus erit: idque de jure. Atteſtante ſigil- noſtrô. *Sign. M. Julio*, 1675.

* * * * * * * * *

ta. Præviis precibus Inquiſiti ſupplicibus, ex ſingulari Gratiâ Principali, pœna hæc in mulctam 50. Imperialium, piis cauſis dican- dorum, mutata fuit.

CASUS XLII.
DE CONTRAFISSURA.

Atteſtatum Inſpectionis.

Oſtquam ad requiſitionem (Tit.) Domi- næ Magdalenæ Rinckiæ, natæ Schmidiæ Stedderiz, Nos infra ſubſcripti die 12. Aug. nè horâ VII. Stedderizium, ad interemti dreæ Löven, Civis & Figuli Lipſienſis, ca- er inſpiciendum & de eô pro conſcientiâ rendum profecti ſumus, ſequentia illic ob- avimus:

I. In mediô capitis, retro ſuturam coro- em, contuſio digitum Geometricum lon- ccurrebat, quæ tamen non profundè pene- erat.

II. Ad 2. digitorum diſtantiam ab hac alia uc in dextro oſſis ſyncipitis latere, ejusdem gnitudinis, nonnihil tamen proximior ſu- e modò dictæ, conſpiciebatur, quæ poſte- pericranium ſubſtratum prorſus lacerave- k cranium usque penetraverat.

Poſt ſolitam cutis ſeparationem in parte ii externâ nulla læſio ſe trudebat, utut poſt ablationem internè, immediatè ſub alte- ntuſione, duplex fiſſurâ laminæ interioris, is inſtar formata, inventa ſit, quæ à ſutura nali, ad 4. digitorum transverſorum lon- dinem, verſus lambdoideam, quodam- dò tamen deorſum verſus: Altera interſe- autem vix duorum dig. transverſorum itudine gaudebat, priorisque medietatem ratè occupabat.

Sub hiſce fiſſuris, ſupra duram matrem, ne ſanguinis coagulati fruſtum, ℥iv. ſu- perans, magnitudine palmæ, duræ matri non aliter ac reſina adhærens, occurrebat. In durâ membranâ nullam læſionem notabilem; ex- ceptô tantùm exiguô foraminulô, ſtyli acûs craſſitiem habentem, ſine ullô offendiculo, in vas quoddam ſanguineum admittente, ob- ſervare licebat, Pia Mater quidem illæſa, atta- men in eô loco, ubi ſanguis incumbebat, ultra manûs latitudinem, non minus ac utroque latere proceſſûs falciformis, usque ad corpus calloſum, ſanguine notabiliter ſuffuſa erat.

De cæterô nulla alia læſio, neque in ventri- culis, neque ad baſin cerebri, occurrebat, quem- admodum & in viſceribus thoracis & abdo- minis, ut & partibus reliquis externis, ulteriores læſiones non invenimus, licet omnia illa ſe- dulò etiam inſpexerimus.

Dum igitur de læſionibus hiſce capitis, modò deſcriptis, & an mortem Defunctiprodu- xerint? ſententiam noſtram aperire tenemur: exiſtimamus, quòd, cùm 1. Defunctus vix ſe- mihorulâ poſt inflictam plagam ſtatim in ſyn- copen profundam inciderit & immediatè ab- hinc motus convulſivos ad mortem usque (in- tra 24. horas læſionem inſecutam) continuos ſit expertus, 2. fiſſuris laminæ interioris cranii 3. inſigni ſanguinis extravaſati, & duræ matri fir- miter adhærentis, quantitati 4. vaſi ſanguineo in dura matre læſo, tandemque 5. ſuffuſioni tenuis meningis nullô remediô ſuccurri potue- rit, illæ pro abſolutè & per ſe lethalibus haben- dæ ſint. Confirmationis ergò Atteſtatum hoc ipſimet ſubſcripſimus, & ſigillô noſtro munivi- mus. *Sign. Lipſiæ, die* 4. *Aug.* 1690.

D. Chriſt. Joh. Lange, Fac. Med. Aſſeſſor.
Joh. Nicolaus Schneider, Chirurgus.

Reſponſum Facultatis Juridicæ, ut & Sententia Dnn. Scabinorum Lipſi- enſium.

REum ANDREAM HERFURTIUM ob perpetratum homicidium decollandum eſſe. *S. Menſ. Febr. Anno* 1695.

CASUS XLIII.
DE CONTUSIONE DIAPHRAG- MATIS LETHALI.

Species Facti.

JOhannes Abitſch, Creumenſis, puellam 12. an. & ſex menſes natam, ob anſeres minus pro- bè coërcitos & è finibus expulſos, binâ vice cum fuſte ſcuticæ in trunco corporis verberavit & ab-

abhinc binâ quoque vice in abdomen & unâ vice in hypochrondrium pedibus conculcavit, ita ut puella domum repetere nequiverit, ſed eò à Matre deducta intra duos dies exſpiraverit.

Inſpectio Cadaveris.

ANno 1691. die 5. Aug. præviâ requiſitione judiciali, Nos infra nominati Creumam abiimus, & ibidem in domo Paſtoris, præſentibus Dn. Actuario Provinciali, Dn. Judice & binis Scabinis, Paſtoris, Petri Langii, filiam, duodecim ann. & 6. menſes natam & eodem die denatam, inſpeximus & ſecuimus, ubi invenimus 1. Totam ſpinam dorſi, lumbum & femur ſiniſtrum, & hoc quidem tantùm in parte poſteriori, omninò fuſca.

2. Totum abdomen extus cœruleum & quodammodò inflatum.

3. Prope ultimam coſtam veram, deſuper incipiendo numerandoque coſtam notham ſiniſtri lateris, foveolam coeruleam, pede, ut videbatur, introrſum & verſus interiora detruſam, groſſi magnitudine.

4. Sub hiſce inter cutim & muſculum ſuffuſionem flaveſcentem.

5. Inter cutim & muſculos totius abdominis omnia partim flava, partim coeruleo flava & ſuffuſa.

6. In ſuperficie diaphragmatis abdomen verſus, ubi cum ipſis coſtis conjungitur (ſub allegatâ flavâ foveolâ) maculam flaveſcentem, figuram Lunæ dimidiatæ habentem & in circumferentiâ magnitudinem groſſi æquantem.

7. E regione hujus, in ſuperiore diaphragmatis latere, ſtigma ſanguine ſuffuſum, dimidii floreni magnitudine.

8. Cordis ventriculos aquâ limpidâ plenos.

Cæterùm omnia viſcera naturali colore & conſtitutione, ſine ullâ læſione, gaudebant, nec in inteſtinis alteratio quædam occurrebat: externô corporis habitu quodammodò macrô exiſtente, cumprimis in brachiis & coſtis, nulla pinguedine gaudentibus, utut abdomen, dorſum, lumbi & pedes adhuc mediocriter carnoſa, faciesque plena & naturalis, ſine ullis atrophiæ aut hecticæ, ſignis apparuerint.

Cùm ergò hæ contuſiones abdominis, cumprimis Diaphragmatis, ita ſe habeant, ut per easdem indeque obortum ſpaſmum compreſſivum motus ejus & reſpiratio, ad vitam ſummè & ſimpliciter neceſſaria, turbata tandemque penitus ſufflaminata fuerint, imò ſuffocatio momentanea ſæpius easdem conſequatur, de quo unum & alterum exemplum in *Dn. D. Bohnii Renunciat. Vulnerum p.* 24. & 328. occurrit; hinc exiſtimamus hanc diaphragmatis contuſionem abſolutè & ſimpliciter lethalem eſſe; quemadmodum & Defuncta puella, juxta Parentum relationem, extemplò poſt inflictos ictus & contuſiones de ſummâ reſpirandi difficultate: Imò paucis ante obitum horis de ſu… mâ cardialgiâ, ſpirandi difficultate indeque p… venientibus anguſtiis & inquietudinibus den… conqueſta fuit, eámque ob cauſam in lec… permanere non potuit, & tertio adhuc die in… exanimis reperta fuit; quemadmodum & ja… ſub ipſa ſectione tam ventriculi cordis (dub… procul ob fatiſcentem reſpirationem & ſang… nis circulationem) aquâ limpidâ pleni, qu… lumbus ſiniſter omninò fuſcus obſervabantu…, dum alter muſculus diaphragmatis à lumbor… vertebris ſuam originem obtinet. Et quam… ab unô vel altero vicinorum puella demor… pro phthiſica habita fuerit, nihilominus … men ex internâ viſcerum ſalvâ & laudabili co… ſtitutione nullum ejus indicium, multò mi… externè ſigna quædam habitûs hectici obſ… vari potuerunt: prout neque ex macrâ & na… rali ejus teneritate, & quod, juxta Parentum … lationem, circa feſtum Pentecoſtes tuſſi ſi… correpta fuerit, phthiſin aut hecticam quand… adfuiſſe colligere licet; ut taceam neque ſ… tum valetudinarium, neque morbum ante… daneum; ſive vulnerum, ſive contuſionum … thalitatem tollere, ut idem præter alios *L… D. Bohnius l. a. pag.* 92. 94. & 95. pro… deduxit.

Majoris confirmationis ergo Nos hæc ſ… ſcripſimus, omniaque ſolitô noſtrô ſigillô mu… vimus, Sign. Delitii die 6. Aug. 1691.

(L.S.) *D. Joh. Caſpar Weſtph…*
Phyſ. Prov.
(L.S.) *Herman Flöner, Chiru…*

Defenſio inquiſiti, cum requiſitione … cult. Med.

P. P.

NOb. Nob. VV. Dom. Dominationi… officioſiſſimè referre debui, quâ ratio… Johanni Abitſchio, Juniori, Creumenſi … colæ, imputatum ſit, quòd die 1. Maji a… nuperrimè præterlapſi 1691. Paſtoris Creum… ſis filiam duodecennem, ob anſeres ab ha… agrum hordeo obſitum immiſſos, cum ha… nâ ſcuticæ bis in dorsô vereberaverit, & abh… pedibus, binâ quidem vice, in abdomen & … mel in alterum latus conculcaverit, ut qua… abhinc die jemortua fuerit. Licet autem … inſtitutâ ſectione Medicus *Dn. D. Weſtp…lus* & Chirurgus *Hermannus Flönerı…* juxta tenorem atteſtati ſub ☉. contu… nem diaphragmatis pro abſolutè & ſimpl… ter lethali habuerint, attamen cùm eg… tanquam Abitſchii Defenſor, de prætenſâ … thalitate diverſos Dnn. Medicos conſulere…

illis contrarium, & quod allegata contuſio neutiquam pro abſolutè & ſimpliciter lethali habenda ſit, ſubſtinebatur. Hoc exinde concludebant, quoniam in 1.2.3.4.& 5. obſervatô nequicquam in ſe abſolutam lethalitatem importet, cumprimis, quòd per contuſiones illas neque partes principaliores, neque ad vitam ommè neceſſariæ læſæ fuerunt. Adhæc illæ maximâ ex parte externæ & ad minimum inter cutim & muſculos inventæ, quò remedia externa, ſi applicata fuiſſent, optimè penetrare, atque læſus ſalvari potuiſſet. Quod verò 6. & 7. annotationem attinet, contuſionem quidem in parte ad reſpirationem, & ita ad vitam ommè neceſſariâ occurrere, attamen cum læſio adeò enormis non ſit, ſed in altero latere tantùm macula flaveſcens, magnitudine groſſi, in altero verò ſanguine ſuffuſum ſtigma dimidii floreni latitudine inventa fuerint, absque ullâ ſanguinis extravaſatione, inflamatione aut ſuppuratione, licet ægra ad quartū usque diem, quô alia ad ſummum inſequi ſolent, vixerit: Adhæc dicta contuſio in externa & coſtis adjacente parte diaphragmatis, cujus læſio, niſi omninò enormis ſit, reſpirationem adeò inſigniter non turbat aut ſufflaminat, quàm illa quæ in parte diaphragmatis interiore & ab Anatomicis ſic dicto circulo nerveo contingere ſolet, externa remedia facilè admiſiſſet, contuſionem hanc pro abſolutè & ſimpliciter lethali haberi non poſſe putabant: ſed ſi una cum medicamentis internis externa quoque ægræ tempeſtivè applicata fuiſſent, illud ſine fructu cedere non potuiſſe affirmabant. Et quamvis objiceretur, quòd (Tit.) *Dn. D. Bohnius in Tr. ſuo de renunciat. Vuln. pag.* 24. *&* 329. exempla nonnulla adferat, ubi compreſſionem & contuſionem ejusmodi diaphragmatis expreſsè ſatis pro lethali habet: Eundem tamen eam ſaltem compreſſionem aut contuſionem intelligere, quæ adeò vehemens ſit, ut reſpiratio exemplò illâ prorſus interciperetur, ipſaque mors in momento inſequeretur, addebant. Atque ſub (8) obſervatione, quâ ventriculi cordis aquâ limpidâ repleti dicuntur, lethalitatem per ſe & abſolutè talem occurrere, cum in ſanis hominibus cordis ventriculi nunquam ſine ejusmodi aquoſa materia occurrant: Si major hic, quàm alibi ejus quantitas obſervata fuerit, id exinde contigiſſe, quòd puella demortua jam ante, juxta diverſorum Teſtium juratorum depoſitionem, ægra in pagum primùm venerit, imò continuò ægrotaverit & colore viridi & flavo perfuſa fuerit: ſuper, ut in fine hujus obſervationis annectitur, quoad externum corporis habitum non ejusdem conſtitutionis, ſed in brachiis & circa coſtas, & ſic in ventre ſuperiore ſine pinguedine & macra; In ventre inferiore verò, verſò dorſô, lumbis & pedibus mediocriter carnoſa fuerit; quod in hominibus cæterà ſanis non contingit: ſiquidem ille, in quo una pars debilior & tenerior, quàm altera, pro homine perfectè ſano haberi non poſſit. Neque obſtare, quòd omnia viſcera naturali colore, conſtitutione & ſine ulla læſione obſervata fuerint: Inteſtina minus alterata: Facies plena & naturalis, absque ullo ſive atrophiæ, ſive hecticæ ſignô occurrerint, cùm cauſa mali in obſtructionibus vaſorum minorum, quæ in ſectionibus cadaverum non facilè in oculos incurrunt, aut incurrere poſſunt, conſiſtere potuerit, quod fundamentis Medicis ſatis conſentaneum illis videbatur.

Quoniam verò de hiſce à Medicis nonnullis, contra Dn. D. Weſtphali atteſtatum, communicatis rationibus ante omnia Ampliſſ. Facultatis judicium, in quò fundamentum defenſionis radicatur, neceſſariò expetendum exiſtimavi; hinc Nob. Nob. VV. Dom. Dominationes officioſiſſimè rogito, velint D. D. Weſtphali Atteſtatum measque contra illud allegatas rationes maturè perpendere, de omnibus Collegiali veſtro & gratioſo judicio mihi ſuccurrere & ſub ejus transmiſſione præſentem meam requiſitionem & annexum atteſtatum haud gravatim aſſuere, & ſi ita viſum fuerit, ſub unum idemque ſigillum redigere, quò ſub productione defenſionis appareat, rem omnem, uti reverâ ſe habet, allatam & enarratam fuiſſe. Debita cum gratiarum actione proſecuturus æternàm perſevero

Nob. Nob. VV. Dom. Dom.

Officioſiſſimus

Joh. Jacob. Langguth. Jur. Pract.

Reſponſum Facult. Medicæ Lipſienſis, deſuper Illethalitate contuſionis Diaphragmatis.

P. P.

QUandoquidem in literis Tuis, de addito D. D. Weſtphali & Chirurgi Flöneri atteſtato ſub ☉, & de rationibus dubitandi contra illud à Tua Nobilitate allatis, judicium noſtrum collegiale expetieris:

An ſc. contuſiones hypochondrii ſiniſtri lumborum & cumprimis diaphragmatis, à Johanne Abitſchio, Paſtoris Petri Langii filiæ illatæ, ut illæ in corpore, die 3. poſt inflictas plagas & ictus demortuo inſtituta inſpectione obſervatæ & in allegato atteſtato deſcriptæ ſunt, in & per ſe pro lethalibus habendæ ſint?

Hinc præviâ accuratâ ponderatione omnium & ſingularum utrobique allatarum circumſtantiarum deſiderati reſponſi locò dicimus: Quòd contuſiones diaphragmatis Num. 6. & 7. annotatæ nullô modô, multò minus integumentorum

torum externorum ſugillationes & contuſiones pro ſimpliciter & abſolutè lethalibus habendæ ſint. Quamvis enim ictus illi & contuſiones illæ dubio procul ad reſpirationem difficilem, dolorem, cardialgiam aliaque ſymptomata, unde tandem mors inſecuta fuit, ſolæ occaſionem dederint, nihilominus tamen illa fortè ſiſti potuiſſent, ſi commodis medicamentis, tam internis, quàm externis tempeſtivè iis obviam iviſſent; neque *D. D. Bohnii allegatus Tr.* huc applicari debet. Quapropter dictæ læſiones tantùm per accidens & ob neglectam curam lethales evaſerunt. Lipſ. die 23. Febr. 1692.

Decanus, Senior aliique Doctores & Aſſeſſores Facultatis Medicæ ibidem.

Sententia Dnn. Scabinorum Lipſienſium.

P. P.

TRanſmiſſis nobis Regiſtraturis Johannem Abitſchium concernentibus, & quæ hic pro ſui defenſione in ſcriptis obtulit, una cum reliquis contra eundem ventilatis actis inquiſitionalibus, deque ſubjunctâ quæſtione informatione noſtrâ legali deſideratâ, Nos Electorales Scabini Lipſienſes legibus conſentaneum eſſe dicimus:

Inquiſitô, cùm vi prioris noſtræ ſententiæ juramento ſe purgare teneretur, tandem ſpontè confitente, quòd Defunctam Roſinam Langiam, indicatâ ratione pedibus in abdomen & ſiniſtrum latus conculcaverit, juxta fuſiorem tenorem actorum inquiſitionalium; hinc Johannes Abitſchius ob hoc delictum ſuum, rebus ita ſe habentibus, prævia fuſtigatione, in æternum exilium mittendus erit. Attamen pœna hæc illi dictata in mulctam, ita tamen, ut illa ultra 80. florenos non extendatur, mutari poterit. Interim & expenſas præviâ liquidatione & judiciali moderatione, ſolvere tenetur. Omnia de jure. Atteſtante ſigillo noſtro.

Menſ. Jan. 1692.

Scabini Electorales Lipſienſes.

CASUS XLIV.

DE

HOMICIDIO ICTU SCUTICÆ PERACTO, & RUPTURA LIENIS.

Species Facti.

CHriſtophorus Fleck, Molitor Peinæ ſup[e]rioris in Præfectura Merſeburgenſi, i[n] molendinâ Petrum Thiemen, Incolam Reip[…]ſienſem, ſcuticâ nodosâ, (*mit einer Knote[n] Peitſche*) more in molendinis conſueto, bi[n] vice in dorſum verberavit, poſtquam antea ip[…] quoque duos colaphos impegerat. Percu[…]ſus ſtatim ad ſellam ſe dimiſit, ſyncope corr[e]ptus fuit, & intra horas aliquot prorſus e[x]ſpiravit.

Inſpectio Cadaveris.

I.

MAcula fuſca in ſiniſtro latere, ſub coſ[tis] ſpuriis ſupra ligamentum braccaru[m] comparuit.

2. Tria ſtigma ſibi propinqua, ſub ſcapu[la] dextrâ, ſed non magna.

3. Abdomen inſigni copiâ ſanguinis ext[ra]vaſati repletum erat, quæ ſub apertione co[n]fertim effluebat.

4. In lienis parte interiori & inferiori v[ul]nus (quod, ut apparebat, ab externâ p[er]cuſſione vel contuſione disruptum erat) [in] formâ aperti trianguli vel ſigni hic appoſiti [.] Cujus pars ſuperior ſeu extremitas prope in[ſer]ctionem venæ & arteriæ ſplenicæ, In me[dio] lineæ albæ incipiebat, ad ½. digit. latitudin[e] rectâ verſus dictam lineam procedebat, abh[inc] ſe in 2. partes dividebat, & una verſus dextr[am], altera verſus ſiniſtram, obliquè ad finem lie[nis] deſcendebat, ita ut ab extremitate inferi[ori] usque ad ſuperiorem vulnus tres digitos G[eo]metricos in longitudine & dimidium circ[i]ter digitum profunditate adæquârit. In hoc v[ul]nere plures propagines, tam arteriæ, qu[am] venæ ſplenicæ inſigniter læſæ & dilacer[atæ] erant, ut ſupradicta copia ſanguinis brevî c[a]vitatem abdominis replêrit.

Quod verò vulneris hujus qualitatem a[tti]net, illud propter magnitudinem, vaſorum [di]ruptionem ſanguinisque copioſiſſimi extra[va]ſationem meritò pro abſolutè & per ſe let[hali] habendum eſt &c.

Joh. Andreas Henckel, L. Ph[.]
Anth. Günth. Höfinck, Chiru[rg].

Judicium Dn. Joh. Caſpari Weſtph[al]i D. de lethalitate vulneris præcedenti[s].

QUandoquidem mihi in fine nomin[…] Chriſtophorus Fleck, Molitor Ober[…]nenſis, atteſtatum inſpectionis, cùm extra[…] actor[…]

ctorum inquiſitionalium, contra ſe ventilato-
rum, & Petri Thiemii Rupturam Lienis con-
cernentium, transmiſerit, & de omnibus judi-
cium meum Medicum deſideraverit, cum-
primis

1. An Ruptura lienis hujusque vaſorum
ſanguifluorum, à Medico & Chirurgô deſcri-
pta, per ſe & ſimpliciter lethalis haberi poſſit.

2. An per ictum ſcuticæ nodoſæ lien in
itu naturali & ſtatu ſano disrumpi, ejusque
vaſa ſanguiflua dilacerari poſſint?

Hinc dictum atteſtatum inſpectionis, unà
cum aliis communicatis circumſtantiis, probè
ponderavi, & propterea fundamentis Anato-
mico-Chirurgicis conſentaneum eſſe duco:
Quod equidem quoad 1. Quæſtionem, Ru-
ptura lienis & vaſorum ſanguifluorum fol.
ctor, 3. & 20. reperienda, omninò per ſe &
ſimpliciter lethalis haberi debeat, quoniam illa
extra tam facile, illæſis quidem integumen-
tis, non cognoſci, adeoque neque hæmor-
rhagia compeſci, neque ruptura cum vaſis
disruptis conſolidari potuit.

Quod verò alteram Quæſtionem attinet,
ſimiliter à nonnullis Autoribus lienis rupturæ,
per externas contuſiones in hypochondriô ſi-
niſtro allegari ſolent: ſicut in ſpecie *Dn. D.
Bohnius in Renunciat. Vuln. pag.* 382. *&*
383. partim proprias obſervationes, partim
ex *Tulpio* & *Fontano* exempla adducit, quòd
ictu baculorum, fuſtigatione &c. lien una
cum vaſis ſanguiferis læſus, indeque inſignis ex-
travaſatio cruoris producta fuerit.

Quoniam verò 1. neque in allegatô atte-
ſtato inſpectionis quicquam de lienis conſtitu-
tione naturali, vel p. n. & an is ratione tumoris
& magnitudinis p. n. auctæ extra coſtas nothas
protuberarit? annotatum fuit: quamvis neque
hæc ſub occiſorum ſectionibus, propter mate-
riæ anteà ſtagnantis extravaſationem non ſem-
per aut raro dignoſci poſſit, neque ſcirrhoſa
duritíes ubique attendatur, adeoque ab alle-
gatis exemplis ad lienis ſtatum naturalem non
facilè & apodicticè concludi poſſit, dum 2.
lien ſub coſtis nothis reperitur, & ab iisdem
circumſcribitur, ita quidem, ut in ſtatu naturali
pænè non, ut in maximâ brutorum parte, ex-
tra coſtas protuberet, adeoque neque mani-
feſte externè ſentiri, neque inſtrumento quo-
cunque contundente immediatè & ſine coſtarum
contuſione, vel depreſſione attingi, vel lædi
poſſit, *conf. Bartholin. Anat. Reformat. l.*
cap. 16. *pag. mihi* 155. E contra 3. nihil
novi eſt, quod per febres chroonicas tumores
& ſcirrhi lienis ſæpè oriantur, & ita lien extra
coſtas nothas protuberare ſoleat, qualia ex-
empla *Ammanni Praxi Vuln. lethal. Hiſt.
Dec.* 5. *pag.* 352. *&* 354. (ubi ſupradicta
Bohnii obſervatio cum pluribus circumſtan-
tiis refertur;) *Ettmülleri* ſcriptis hinc inde,
Schenckii Obſervationibus & omnibus ferè
Practicis occurrit: Qualem lienis tumorem 4.
Acta in præſenti caſu confirmare videntur,
dum teſtis 1. 2. & 3. fol. 91. & gr. juratò adſe-
runt, Demortuum per 18. Septimanarum de-
curſum ſingulis diebus febricitaſſe, à febri vix
3. aut 4. ſeptimanis ante infortunium hoc li-
beratum fuiſſe: Semper morbidam, flavam
& p. n. faciem præ ſe tuliſſe, imò adhuc per
aliquot, antequam obierit, ſeptimanas ſimili
pallore p. n. inſignitum fuiſſe. E quibus ſatis
clarè elucescit, ſub hâc febri chronicâ M. S.
partibus heterogeneis repletam, ejus craſin
ſatis depravatam ſerumque nimis viſcidum
fuiſſe; unde lienis tumor, ſi non durities
ſcirrhoſa, facilè oriri, ſicque extra protuberare
potuerunt: Adhæc 5. porrò teſtantur acta,
quod hæc ruptura lienis & vaſorum ſanguife-
rorum magis à propriâ conſtitutione læsâ,
quàm ab acceptis plagis oborta fuerit, dum
Inquiſitus fol. 32. non plures, quàm 2. ictus
indicat, Medicus & Chirurgus tantùm in duo-
bus, Actuarius juratus autem & Judex provin-
cialis fol. 3. in tribus locis veſtigia plagarum
inflictarum obſervârunt, dum tantùm unica
macula fuſca in ſiniſtro latere, unica in dextro
& in hoc paulo ſuperiora verſus (ſc. juxta
Medici & Chirurgi atteſtatum dextra ſcapulâ)
tria ſtigmata fuſca minora, adeoque non in-
ſignia, inventa fuerunt; è quibus denuò clarè
elucescit, Defunctum in hypochondriô ſiniſtrô
unicô tantùm ſcuticæ ictu verberatum fuiſſe,
quo lien ejusque vaſa tam facilè disrumpi &
ſine inflexione & læſione coſtarum notharum
dilacerari non potuerunt, niſi lien propter
morboſam conſtitutionem & magnitudinem
auctam extra coſtas nothas protuberaſſet: Si-
quidem non tantùm vulnus à Dn. Medico &
Chirurgo in parte inferiori annotatum, ſed
& in *Ammanni Praxi Vuln. Lethal. p.* 350.
Ampliſſ. Fac. Medica anno 1682. ſub dato 28.
Aug. in ſimili caſu accuratè judicavit: „Bene „
poſſe eſſe, quòd magnitudo lienis aucta & „
friabilitas ejusdem extraordinaria à febre „
chronicâ, quæ præceſſerat, tanquam causâ „
internâ, orta fuerit, eaque de cauſa dictum „
viſcus, per violentiam externam plagarum „
(cannâ Indicâ inflictarum) eò facilius lædi „
& disrumpi potuerit. Cui ſententiæ, quoad „
Thiemii læſionem lienis ſimiliter inhæreo, ut-
pote qui uno tantùm ictu attactus fuit; adeo-
que exiſtimo, quod aut in eô jamdum ſcir-
rhoſa durities, & quidem magis in parte inte-
riori, unde Lien eò facilius disrumpi potuit,
aut materia viſcida p. n. & lienem diſtendens
plus juxta partem interiorem collecta adfuerit;
quod Dn. Medici & Chirurgi atteſtatum confir-
mare videntur, dum ruptura lienis non tan-
tùm in parte inferiori (protuberante) ſed
etiam in interiori deſcribitur. Si enim hæc
percuſſio ſcuticæ nodoſæ adeò vehemens fuiſ-
ſet, ad minimum quoque contuſio & ſugil-
latio quædam in parte exteriori oborta fuiſſet.
Unde tandem concludo, quod læſio in Petrô
Thie-

Thiemen inventa eamque inſecuta mors non tam primariò ab ictu & violentiâ ſcuticæ nodoſæ, quàm ſecundariò & potius occaſione lienis tumidi, extra coſtas nothas p.n. protuberantis, orta fuerit. Sign. Delitii, die 17. Dec. 1679.

Joh. Caſpar Weſtphal. D.

Reſponſum Facultatis Medicæ Wittebergenſis.

P. P.

TRansmiſſis nobis Delatione, Regiſtraturis judicialibus, conceptis inde Articulis inquiſitionalibus, Chriſtophori Fleckenii Reſponſionibus, diverſorùm Teſtium depoſitionibus juratis, iisque, quæ dictus Chriſtoph. Flecken pro ſui defenſione in ſcriptis attulit, quæque Thomas Hellerus, nomine viduæ & liberorum à Petrô Thiemiô relictorum, petiit, deſiderataque informatione noſtrâ legali, Nos Decanus Ord. aliique Doctores & Aſſeſſores Facultatis Juridicæ in Academiâ Wittebergenſi, juxta tenorem Actorum illorum, dicimus & profitemur:

Inquiſito Chriſtophoro Fleckio, cùm ſummariter & articulatim examinaretur, ultrò confitente & aſſerente, quod Petrum Thiemen non tantùm bis alapis exceperit, ſed & ſcuticâ nodoſâ bis aut ter in dorſum verberârit, ſiquidem & dictus Peter Thiemen elapſis tribus circiter horis abhinc exſpiravit: ſub ejus ſectione lien disruptus inventus, ejusque læſio pro abſolutè lethali habita fuit.

Licet verò Inquiſitus pro excuſatione ſuâ alleget, Servum Molitoris, Chriſtophorum Schmidtium, ſibi retuliſſe, quòd Petrus Thieme aliquid farinæ craſſioris è molâ abſtulerit, hanc ſub frumento Thiemii reperierit, ſicut & dictus Chriſtophorus Schmidt idem juratò depoſuit & ſub frumento talis farina reperta fuit: adhæc Inquiſitus quoque ad conſuetudinem quandam in molendinis receptam provocet, vi cujus Molitoribus eos, qui aliquid è molâ ſuffurantur, ſcuticâ nodoſâ caſtigare liceret: tandemque Petrum Thiemium hominem valetudinarium fuiſſe, alioquin etiam læſionem illam in liene commodè fieri non potuiſſe alleget;

Attamen & quoniam per imputationem Servi, ut pote cui Peter Thiemius, juxta propriam Inquiſiti confeſſionem fol. 31. b. contradixit, commiſſus ab hoc exceſſus enormis prorſus declinari non poſſit: adhæc quòd conſuetudo allegata legitimâ & conſtanti ratione iis in locis introducta ſit, per rotulos ad Acta relatos ne minimâ quidem ex parte probavit, ſed illa pro rationabili, cùm per eandem Magiſtratui conveniens pœna & coercitio tollatur, & plurimis exorbitantiis anſa ſubminiſtretur, omninò haberi nequeat: de cæterô ea, quæ de corporis conſtitutione Petri Thiem[...] in me[...]dium adferuntur, Inquiſito parum aut omn[...]nò non patrocinari poſſunt; hinc Inquiſitu[...] Chriſtophorus Fleckius ſub hiſce circumſtanti[...] & rebus ita ſe habentibus à pœnâ homicidarun[...] ordinariâ quidem liberari, nihilominus tame[...] ſalvus conductus ipſi conceſſus annullari, ipſ[...] ad carceres deduci & per fuſtigationem in ætei[...]num exilium mitti debet. Thomæ Helleri pe[...]rito verò rebus ita comparatis nondum defer[...] poteſt. Atteſtante ſigillô Facultatis Juridic[...] ordinariô. Menſ. Jan. 1695.

Decanus, Ordinarius aliique Docto[...]res & Aſſeſſores Facultatis Jur[...]dicæ in Academiâ Wittebergen[...]

CASUS XLV.

DE ILLETHALITATE VULNE[...]RUM VASORUM MINORUM.

Reſponſum Facultatis Medicæ Giſſen[...]

PRæviâ requiſitione Ampliſſimæ Faculta[...] Juridicæ hujus loci, Nos Decanus, D[...]ctores & Profeſſores Ordinarii Facultatis M[...]dicæ Giſſenæ communicatum nobis & ruſtic[...] quadragenarium occiſum, è Præfecturâ Syke[...]ſi, Ducatus BrunſwicoLüneburgenſis, oriu[...]dum, concernentem Caſum, quoad Atteſt[...] inſpectionis, Reſponſum DNN. Medicor[...] Cellenſium & utriusque eleuterationem deb[...] diligentiâ perlegimus & præviâ maturâ Co[...]gialique ponderatione & deliberatione Prin[...]piis Anatomicis & Chirurgicis conveniens [...] ſtatuimus:

Repertô poſt inſpectionem corporis e[...]nimati vulnere tranſverſali in crure ſiniſt[...], extrorſum in latere, ad trium digitorum l[...]tudinem ſupra genu, aut caput oſſis femo[...], ejus amplitudinis, ut digitus inſeri potuerit, q[...] obliquè ſub oſſe internè, inter oſſa cruris e[...]dem ad latitudinem quinque digitorum ſ[...] genu, magnitudine pollicis exitum ſuum [...]buit: ſub inquiſitione interiori vulnerum [...]tes tendinoſæ & membranoſæ muſculor[...], nervi ſecundi ramuli, ramique venæ muſ[...] & arteriæ muſcular. externæ diſſecta, cùmpr[...] autem ramulus cruralis penitus abſciſſus [...] quaſi ſerratum & perioſtium violatum fuer[...] Cadavere, conſtitutionis intuitu, macro & [...] hæmorrhagiam pallido mollique, reliquo[...] viſcerum intuitu ſalvo & incolumi, vaſi[...] ſanguiferis omninò depletis exiſtentibus; or[...] juxta deſcriptionem teſtimonii inſpectionis [...]que dilucidationis.

Quamvis jam illa vulnera, quæ vaſis ſang[...]ris majorib9 infligentur, ab omnibus Medici[...] ſimpliciter & abſolutè lethalibus habeantu[...]

Ss

Sebiz. Exam. Vuln. §. 138. 159.
Fortun. Fidel. de Relat. Medic. l. 4. *c.* 3. *pag.* 539.
Welſchius in rational. vuln. lethal. judicio Cap. V. pag. 66. & 67.

tamen & quoniam non tantùm ex atteſtato ſpectionis, ſed & relatione Chirurgorum ali in additamentô ſub Lit. G. elucefcit, quòd e in caſu tantùm rami vaſorum ſanguifero n minores & muſculi diſſecti & ſolus ramu- cruralis penitus abſciſſus fuerit: adhæc vul- s ſatis amplum, & ſi adhuc amplius redditum ſſet, vaſa ligari, cauterizari, & ſi ſufficientia gnotica adhibita fuiſſent, hæmorrhagia com- ci potuiſſet: præte reàetiam juxta relationem NN. Medicorum Cellenſium æger ultra 4. timanas adhuc vixit, & hæmorrhagia ultra iduum, cum inſigni ſpe Chirurgorum de onvaleſcentiâ, ceſſavit.

Hinc non videmus, quâ ratione vulnus hoc ſimpliciter & abſolutè lethali haberi poſſit: emadmodum in ſimili caſu & Ampliſſima ultas Medica Lipſienſis tale nonniſi per ac- ens lethale pronunciavit.

Bohnius de Renunciat. vulner. lethal. Sect. I. Cap. I. pag. 63.

eſtationis ergò hoc Sigillo conſueto Facul- s noſtræ confirmavimus propriaque nomina ſcripſimus. *Sign. Giſſæ, d.* 30. *Martii*, 05.

Decanus, Doctores & Prof. Ord. in Facult. Med.
Juſtus Fridericus Dillenius.
M. B. Valentini, p. t. Decanus.

CASUS XLVI.
DE
[I]FANTE PROBABILITER ENECATO ET IN CLOACAM PROJECTO.

Species Facti.

[A]Nno 1693. die 7. Maji, Conſulis Deli- tienſis, B. JOH. CHRISTOPHORI [F]DLERI, Vidua, Cloacam ſ. h. purgare ju[...]ns, obſervat infantulum ſimul extrahi, quòd p[...] filium, Dn. Joh. Henr. Fiedlerum, Magi- ſt[...]ui Ordinario defert. Infantulus ab Obſte- tr[...] purgatur, & à Phyſicô illius loci inſpicitur, C[...]nque ancilla paulò ante ægrotaſſet, in ſuſpi- ci[...]em incidit infanticidii, quæ tamen mor- d[...]s negat ſe peperiſſe. Juſſu Senatûs ab Obſte- tr[...] & Phyſ. Ord. inſpicitur, qui ingratiis ejus la[...]è mammis obtinent, & in abdomine ſigna p[...]perii, è maculis lacteis in thorace & ſan- g[...]e in reliquis veſtimentis adhuc hærente q[...]que probandi, inveniunt. Puerulus illi o[...]culos ponitur, ad cujus conſpectum neu- tiquam alteratur, negando continuat. Tandem infantem à ſe in lucem quidem prognatum, non tamen interemptum fuiſſe perhibet, cùm mortuus in lucem editus fuerit, quod & in torturâ obtinuit. Unde & poſtmodum pœnâ carceris tantùm afflicta fuit. (Licet poſtmodum extrajudicialiter alii Ancillæ, ſibi familiari, faſſaſit, ſe infantulum vivum in lecto ſub veſtimentis peperiſſe, & in lecto abſcondidiſſe, unde fortè ſuffocatus fuit.)

Relatio Inſpectionis.

PRæviâ Requiſitione Judiciali Nos infra nominati die 17. & 18. Maji currentis modò anni 1693. in Curiam nos contulimus, & in præſentiâ Dnn. Scabinorum infantulum in Cloacâ repertum inſpeximus & ſecuimus, ſimulque ancillam Dominæ Conſulis in mammillis, ſubuculam item & ligamentum lineum, quô abdomen conſtrinxerat, inſpeximus & invenimus:

(1) Puerulum perfectum, cujus cadaverculum extus ubique, ob inſignem putredinem cœruleo-fuſcum apparuit, & inſignem fœtorem edidit, longitudinem $\frac{3}{4}$. cum $\frac{\frac{1}{2}}{18}$. ulnæ habentem: in quô omnes partes, cùmprimis oculi, aures, os, ungues in digitis pedum æquè ac manuum, genitalia præputio obrecta, perfectè formatæ, capilli capitis quoque ſolitâ longitudine præditi fuerunt.

(2) Secundinas à funiculô umbilicali, qui ad dimidii digiti longitudinem umbilico, ſed abſque deligatione, adhuc inhærebat, violenter abruptes; de cæterô nulla læſio, nec violentia externa, nec ullum ſanguinis veſtigium, occurrebant.

(3) Inter cutem & cranium hinc inde rubicundo-nigricantem ſanguinem coagulatum; ubi tamen externè, ob inſignem putredinem, nullum ſugillationis indicium, nullusque tumor apparuit, indeque, an per violentiam quandam, aut partum difficilem ſanguis hic congrumatus illîc collectus fuerit, determinari usque non potuit.

(4) Cranium & duram matrem illæſa, cerebrum autem in liquorum fœtidum reſolutum.

(5) Viſcera interna à putredine quidem nigricantia, omnia tamen illæſa & in duritie naturali quaſi pollincturâ balſamicâ conſervata.

(6) Pulmones in ſpecie, poſtquam aquâ loti, rubicundos quidem, ut aliâs in infantibus exanimibus in lucem editis, attamen nigredine deturpatos, non expanſos, ſed compactos, ut alia caro, quorum lobi, tam integri, quàm in fruſta minora conciſi & ſcutellæ ▽. plenæ injecti, extemplo ad fundum ſunt delapſi.

(7) Veſicam urinariam ſimiliter urinâ prorſus exinanitam atque vacuam.

(8) Ancillam Chriſtinam quod attinet: Papillæ in utrâque mammillâ ſollitâ rotunditate &

tate & magnitudine, ut & rubedine gaudebant, prout in mulieribus, ad lactationem aptis, apparere ſolent.

(9) Similiter ex ambabus mammillis Lac candidum & pingue exprimi poterat.

(10) In ſubuculâ, è ciſtâ ejus extractâ, diverſa veſtigia dimidii capitati magnitudine, ut & minora, ab effluente & naturali craſſo lacte oborta.

Similiter II. exiguum thoracem, ligamenti inſtar convolutum, quô, ut apparebat, abdomen ligaverat; ſicut & in alterâ manicâ, quæ fortè nimis propenderat, multum ſanguinis apparebat.

Quamvis autem Num. 6. deſcripti & ad fundum aquæ delapſi pulmones ſatis indicent, infantem hunc nunquam reſpirâſſe; cum nulli pulmones, qui ſemel aërem hauſerunt, ob putredinem ad fundum decidant, niſi planè in liquorem ſoluti aut textura illorum prorſus deſtructa fuerit; attamen ex omnibus circumſtantiis, maximè autem, quòd n. 3. inter cranium & cutem, quale quid in corpore demortuô fieri nequit, hinc inde ſanguis coagulatus nigricans obſervatus: Similiter n. 7. veſica urinaria urinâ, quæ ab infante in anxietate & agone mortis neceſſariò effluxit, deſtituta fuit: aliâs autem è Regiſtraturâ tantum eluceſcit, quòd infans ſupradictus non mortuus, ſed omninò vivus ab Inquiſitâ in lucem fuerit editus, quem aut in Cloacâ ſedens peperit, in quam antequam aërem hauſerit, ſtatim incidit, aut & ſub ſtragulis lecti (quale exemplum Anno 1677. in Infanticida Rodgenſi obſervavi) & veſtitu, absque inſpiratione aëris, ſuffocavit, & conſequenter pulmonum dilatatio impedita fuit, ut aquæ innatare nequiverint. Adhæc non ignotum eſt, quâ ratione infantes vivi extra uterum & ſine reſpiratione ad tempus vivere, imò in ipsô partu æquè ac poſt eundem, priusquam reſpirârint, enecari poſſint, de quô Ampliſſima Facultas Wittebergenſis in Reſponſo, apud *Ammannum in Praxi vuln. lethal. pag.* 428. *& ſqq.* fuſius; quemadmodum & fœtus tam perfectus & in utero maternô demortuus tam facile, ſine læſione & mulierum adjutoriô, in lucem edi non poteſt, multò minus labores & dolores ad fœtum mortuum requiſiti, præſentibus binis ancillis, & quidem in cauponâ, ubi noctes atque dies homines obambulant, tam facilè abſconditò fiunt & habentur. Nec obſtat, quòd juxta tenorem Regiſtraturæ infans hic ad 3½. ſeptimanarum intervallum neceſſariò in cloacâ jacuerit, nec tamen viſcera putredine conſumta ſint, ſed potius, ut n. V. perhibetur, illæſa adhuc & in duritie naturali obſervata, ſimiliter ſanguis num. 3. inter cranium & cutem congrumatus coloris rubicundo-nigricantis fuerit: cùm ad hanc conſervationem & qſ. balſamationem urina in cloaca collecta & fermentata, unà cùm ⊖. vol. oleoſo hujus & aliorum recrementorum ſufficientiſſimum momentu[m] contulerint.

Atteſtationis ergò hoc propriis manibu[s] ſubſcripſimus ſolitoque ſigillo noſtro mun[i]vimus. *Delitii die* 18. *Maji*, 1693.

D. Joh. Caſpar Weſtphalus, Phy[ſ.]
Provinc. Delitienſis.
Joh. Chriſtian N. Chirurgus.

Judicium Medici.

QUandoquidem mihi infra nominato Am[p]pliſſ. Senatus Delitienſis Acta Inquiſitio[]nalia, Chriſtinam Schmidiam concernenti[a] communicaverit, & de Regiſtraturâ fol. 15. n[o]tatâ judicium meum Medicum deſideraveri[t], hinc omnia diligenter perlegi, ſingulasque c[ir]cumſtantias probè ponderando fundamen[tis] Phyſiologicis conſentaneum eſſe duxi: qu[od] allegata Chriſtina Schmidia probabiliter n[on] tam in uterô maternô demortuum, quàm v[i]vum & quoad partes corporis perfectum i[n]fantem in lucem ediderit, eumque prius, qua[m] aërem inſpirare potuerit, ſuffocârit.

Licet enim Inquiſita (1) fol. 15. perhibe[at]: Se anno nuper præterlapſo, die S. Galli pri[]vice Servo, Matthæo Reiſio, cohabitaſſe, []que de cauſa infantem inſpectum neceſſa[rio] abortum 27. ſeptimanarum eſſe; attamen () Inſpectio judicialis fol. 2. & 10. docet, inf[an]tem repertum omninò perfectum, & (2) Inq[ui]ſitæ papillas ad lactationem omninò habil[es], & (3) abdomen ejus fol. Actor. 4. ſatis tur[gi]dum fuiſſe.

(2) Si fortè quis hîc Partum Septimeſtr[em] ſuſtinere velit, cùm tempus ab Inquiſitâ in[di]catum 10. ultra partum ſemeſtrem dies ſu[pe]rârit; Partum illum in Naturâ non fundat[um] eſſe judico, ſed eundem fabulæ & ſuperſtiti[oni] potius anili, quàm veræ experientiæ ſimil[em] eſſe puto, *conf. Bohnii Medicin. Foren[ſ.] Specim.* 2. §. 42. *Amman. Iren. pag.* 64. *ſ[qq.]* Quando ergò non rarò infra 9. menſem in[fan]tes vitales pariuntur, illi non tam naturali[ter], quàm per accidens & vel per matris, aut [fœ]tus, vel utriusque ſimul conſtitutionem m[or]boſam prodeunt, adeoque tanquam fœ[tus] abortivi habendi ſint, cum rarò vitales ob[]ventut; & quamvis à Medicis & Phyſicis n[on] nullis Veteranis infantes perfecti, qui 6. & [7.] menſe membris & partibus integris in lu[cem] editi & vixiſſe dicuntur, allegentur, attan[en] illi vel contingentibus Naturæ raris, imò ra[riſ]ſimis accenſendi, indeque Regula generalis [non] formanda: Aut ratione conceptionis c[]calculi ſubeſt, aut prorſus ſpurii ſunt, im[pu]dicitiæ pallia. Natura enim non facit ſalt[us], nec temerè, nec fruſtrà & caſu agit.

Qu[]

Quemadmodum (3) in præmaturis hujus-
iodi Partubus ſemper certa imperfectionis,
umprimis iis in membris, quæ ultimis geſta-
onis menſibus ſuam demum perfectionem na-
a ſunt, obſervata ſunt; dum mox defectus
auribus: Mox in manibus & pedibus: Mox
præputiô: Mox in capillis capitis ſe trudit:
lox meatus in auribus & naribus planè digno-
i nequeunt, vel non ſufficienter patent: Mox
puellis genitalia hiant, neque labiis obte-
untur, qualia exempla hîc Delitii bis vel 3.
bſervavi: Mox os & palpebræ non dehiſcunt,
d qſ. conglutinata ſunt: Mox labia & auriculæ
uentam & crudam carnem referunt, cute nu-
atam; interdum digiti in manibus & pedibus
ondum diſtingui poſſunt, quales notas im
erfectionis, præter experientiam quotidianam
ennertus in Prax. Lib. 4. *P.* 2. *Sect.* 6. *cap.*
pag. 383. *Mizald. Cent.* 3. *Obſ.* 33. *Borell*
ent. I. Obſerv. Medico-Phyſiolog. 71. &c.
cenſent: Econtra Atteſtatum Inſpectionis fol.
). de infante inquiſitæ contrarium teſtatur.

Dum & (4) Inquiſita fol. 16. fac. 6. præ-
ndere ſatagit: Infantem mortuum fuiſſe;
ic contrariatur (α) ſanguis atrorubicundus,
ter cranium & cutim inventus. Vid. Actor.
l. 2. & 10. quos grumos Dn. Actuarius in Re-
ſtraturâ gelatinæ aſſimilavit, cui per 3½. heb-
omadas durantem macerationem in cloaca &
rmentationem aſſimilatus fuit: ècontra in
rporibus demortuis talis extravaſatio & ſuf-
ſio contingere non poteſt, ut præter ſanam
tionem idem *Mollenbroccius in Bierlingii*
dverſ. Curioſ. pag. 52. atteſtatur: (β) quòd
ſica urinaria integra adhuc, ſed ab urinâ
orſus exinanita fuerit, unde urinâ in hoc in-
nte neceſſariò effluxit, quòd dubio procul
anxietate ſuffocationis accidit, prout omni-
s Obſtetricibus & Patribus familiâs, liberis
udentibus, conſtat, quod illi ſtatim à partu
inam excludere ſoleant; & licet *Ettmülle-*
s in Valetud. Infant. cap. 2. §. 3. id ſpiri-
aſcentiæ majori ſanguinis, ab inſpirato aëre
omotæ, indeque ſpirituum vitalium & anima-
m concitatiori impetui adſcribat, quâ in
ganis quibusvis inſignis ad motum niſus ex-
etur, indeque excretio hæc urinæ in Infan-
us, quæ nondum reſpirârunt, in dubium
cari poſſit: attamen certum eſt ejusmodi in
erô maternô adhuc contentos infantes natu-
liter urinam q. non deponere, conf. *Bohn.*
Circul. Anatomico-Phyſiolog. pag. 32. *&*
ttmüller. l. a. infanti autem in lucem edito,
b nimiâ ſuffocationis anxietate in inſpiratio-
impeditæ conatu idem utique poſſibile eſſe,
nnique hoc dubiô carere, quoniam, ut in
penſis ſæpè obſervatur, per ſuffocationem
rituum animalium irradiatio ad veſicam
orſus intercipitur; ſiquidem mihi non tantùm
erſa exempla conſtant, quòd ex infantibus,
errore matrum in utero demortuis, ante-
am in lucem ederentur, alvi excrementa, aut
Novell. Val.

meconium prius ex utero effluxerit, ſed & idem anno 1677. in domeſticis meis obſervari licuit. Unde & *Velſchius de Ægagropil. Diſſertat.* 2. *Cur.* 6. *pag.* 61. tanquam certum ſignum fœtûs in partu ex labore & nimiô conatu mortui dicit, ſi alvi excrementa, antequam fœtus prodierit, ex utero fluant: (γ) inſuperè mammillis Inquiſitæ, quartâ ſeptimanâ poſt partum adhuc albicans & pingue lac obtentum fuit, dum aliâs infantibus demortuis in uterô lac omninò tenue & ſero albicanti ſimile eſſe & ſtatim evaneſcere ſolet.

5. Fol. Actor. 16. Inquiſita prætendere non dubitat: quòd Gravidam ſe eſſe neſciverit: cùm tamen juxta calculum à ſe indicatum, jam ſeptem, ultra dimidium geſtationis tempus, ſeptimanas numeraverit, adeoque conſtitutionis ſuæ intuitu motum infantis non potuit non ſentire. Et licet multæ mulieres motum hunc ſerius, ut nonnullæ quoque tertio, imò nonnullæ tantùm brevî ante partum eundem ſentire ſoleant, hoc tamen tantùm in ſubjectis pinguibus & ſucculentioribus contingit, ubi copioſus chylus nutritivus ſuppetit, ejusque copiæ intuitu motus, dum fœtus illi quaſi innatat, ſerius ſentitur: quale temperamentum verò in Inquiſitâ non occurrit; vel & motus infantis ſerius ſentitur, ſi fœtus minor, & ab initio vel ipſe, vel mater debilis eſt, quod in Inquiſitâ denuò refutat partim fol. 2. regiſtrata & fol. 10. adſtructa longitudo fœtûs, partim illius adhuc legitima corporis conſtitutio, pro circumſtantiarum ratione, partim quòd fol. Actor. 17. altero ſtatim poſt partum die è lecto ſurrexerit & laboraverit, imò & labores nunc ad tertiam usque ſeptimanam lavando, gramen apportando &c. ut ante continuaverit.

6. Ab Inquiſita fingi videtur, quod fol. 17. refert. Infantem ſc. pedibus neceſſariò primùm prodire debuiſſe, quia cum eniteretur, obſervaverit, pedes fluctuaſſe &c. Non enim præſumendum eſt, ejusmodi partum præternaturalem, & quidem, juxta narrata ejus, jam demortuum, absque Obſtetricis alioque adjutoriô tam citò accidere potuiſſe, nec ultra ½. horæ quadrantes duraſſe. Illæ, qui infortunio huic unquam ſubjectæ fuerunt, adhæc Obſtetrices aliasque Mulierculas plures adminiculantes habuêre, longè aliter de eô diſſerent, qualis ſc. tragœdia ludatur, ſi etiam vivi infantes primùm pedibus in lucem prodeant; unde & infantes ejusmodi, ob partum difficilem & periculoſum apud *Plinium Hiſtor. Nat. Lib.* 7. *c.* 8. AGRIPPÆ vocantur. Ejusmodi autem partum difficilem eſſe, confirmant *Sennertus l. a. cap.* 5. *p.* 414. *Welſchii Commare p.* 2. *Cap. V. & VI. Mauriceau l.* 5. *Cap.* 14. Imò Obſtetrix Electoralis Brandenburgica, *Juſtina Siegmundia P.* I. *cap.* 4. *p.* 54. teſtatur, quòd ex illis, qui pedibus prodierint,

plures

pluresperierint, pauciſſimi verò ſervati fuerint. Et licet quis penes Inquiſitam tam proſperum pariendi ſucceſſum præſumere vellet, omnem tamen fidem ſuperat, quòd juxta fol. Actorum 16. fac. 6. manè horâ 8. absque ulla Obſtetrice aliisque mulieribus adjuvantibus, multò minus adeò tacitè & occultè fieri potuerit, quin à tot, è famulitiô Locumtenentis Supremi, tunc illîc habitantis, hominibus obambulantibus, ancillis aliisque domeſticis nemo illud obſervaverit. Ad hæc eô in loco, ubi Inquiſita ſe ſe peperiſſe refert, neceſſariò multum ſanguinis, aut hujus veſtigia inventa fuiſſent, de quibus tamen ancillæ Fiedlerianæ nihil referunt.

Quemadmodum igitur è præſentibus circumſtantiis collectivè ſumptis ſufficienter eluceſcit, quòd fol. 153. ſeqq. annotata narrata ab Inquiſitâ tantùm fingantur, hinc Actis & principiis Medicis denuò conſentaneum eſſe concludo, quòd Inquiſita probabiliter infantem ſuum (ſi non loco ſecreto pepererit, & antequam aërem haurire potuerit, ex uterô in cloacam præcipitari & ſuffocari permiſerit) in lecto ſub veſtimentis, quamprimùm coronatus & capite in lucem editus fuit, ſub inſpirationis negotio ne vagitum edere poſſet, dextrâ, quæ fol. Act. 9. cruentata apparuit, ſuffocaverit, (quâ Infanticida quædam hîc locorum anno 1685. os infantuli in terram compreſſerat huncque ſuffocaverat, teſt. Act. crim.) & conſequenter pulmonum dilatationem impediverit, prout & hujus perficiendi ergò, juxta dict. fol. ſubſtratum lectum à loco ſuo removiſſe & veſtimentis ſuis induta ſtramini incubuiſſe dicitur; ut de funiculô umbilicali violenter abruptô & minus deligatô hâc vice nil dicamus, utpote quô ipsô infans ſimiliter ob hæmorrhagiam lethalem exſpirare debuiſſet, niſi ante aëris inſpirationem jamdum obiiſſet. Atteſtationis ergò hæc ſubſcripſi & ſigillô conſuetô confirmavi. Sign. *Delitii die 6. Maji* 1693.

D. Joh. Caſpar Weſtphal.

Reſponſum Facultatis Medicæ Lipſienſis; deſuper incertitudine infanticidii imputati.

P. P.

Datis ad Nos die 23. Maij Literis, una cum Actis Inquiſitionalibus, contra Chriſtinam Schmidiam hactenus ventilatis & deſideratô judiciô noſtro Medico:

An ab Inquiſita natus & in Cloacam abjectus puerulus, quoad omnia membra perfectus & pro partu nonimeſtri habendus? An & 2. mortuus, an vivus in lucem fuerit editus?

Prævià Collegiali perluſtratione dictorum Actorum & accuratâ ponderatione omnium & ſingularum heîc occurrentium circumſtantiarum, ut & allegatarum rationum, reſpondemus, quòd, primæ quæſtionis intuitu, infans Chriſtinâ Schmidiâ in lucem editus, ut à Dn. Medicô & Chirurgô deſcribitur, maximam à partem quidem perfectus, eaque propter no[n] pro fœtu imperfectiore, quinquemeſtri, aut ſ[epti]meſtri habendus ſit, propterea tamen non ſta[tim] partus hic pro Nonimeſtri & omnimod[e] maturo venditari poſſit, ſiquidem v. g. & Se[]ptimeſtris fœtus, qualis hic, juxta tempus i[n] gravidationis ab Inquiſitâ indicatum, videt[ur] eſſe, talem partium conformationem præ ſe fe[rt] & ſimul vitalis eſt, in hoc infante quoque fo[l.] 2. notabilis imperfectio ratione tenerorum a[d]huc brachiorum atque pedum, quæ immat[u]rioribus partubus conſueta ſunt, Dn. Medic[o] autem non attendit, obſervatur.

Quantum verò II. Quæſtionem attine[t], rationes à Dn. Medicô prolixè adductas p[] ſufficientibus non invenimus, ut hinc infante[m] ſæpius allegatum vivum in lucem editum & [] Inquiſitâ manu violentiâ interemptum fui[ſſe] concludendum ſit, cùmprimis, quod huic co[n]tra illius Diductionem & ad conjiciendam Ej[us] innocentiam, unum aut alterum ex Actis patr[o]cinari poſſet. Quoniam verò & hæc ipſa arg[u]menta magnam ad partem in meris Inquiſi[tæ] narratis radicantur, nec alia prorſus infallibi[lia] ſunt, hinc meritò, an infans vivus, an mo[r]tuus in lucem editus fuerit, abſolutè detern[i]nare ſubveremur. *Lipſiæ die* 30. *Maji* 169[]

Decanus, Senior aliique Doctor[es] & Profeſſores Facultatis M[e]dicæ h. l.

CASUS XLVII.
DE INFANTICIDIO HEIDE[L]BERGENSI.

Requiſitio.

P. P.

Heidelbergæ hôc annô fœmina quæda[m] Haaſia nomine, in punctô Infanticidii [ac]cuſata fuit, quam viſô judiciô Medici Chir[ur]gorumque Heidelbergenſium torturæ adju[di]cavimus, ut bina his incluſa additamenta [] oculos ponunt. Quandoquidem verò Defenſ[or] juxta tenorem ſententiæ noſtræ, ex officio [] conſtitutus, depoſitione Obſtetricis nitatu[r], quæ ita ſe habet: *Quod, cùm funicu[lus] umbilicalis non tam rubeſcens (ut al[io]quin apparere deberet) quàm albidu[s], Secundinæ etiam, quæ ſimiliter rubicun[dæ] eſſe ſolent, quodammodo virides fuerint, [un]de conjici poſſit, infantem in utero mat[ris] nô damni qaid perpeſſum fuiſſe, quod au[t] lapſu graviori, aut elevatione ponderis [] jo[]*

ris &c. facilè contingat, ut poſtremum hoc propriò corpore experta eſſet, quùm du- nte conjugiò olim ſimile exemplum con- gerit: ſupra allegatus Defenſor quoque exi- met, hoc Obſtetricis judicium Medicorum ntentiæ præferendum eſſe; hinc, ut eò tu- s procedamus, Honoratiſſimorum Domi- rum Collegarum judicium de hisce officiosè quirere volui, perſeverans.

Honoratiſſimorum Dnn. Collegarum

ptim Giſſæ die 22. *Nov.* 1701.

Servus Paratiſſimus

Johann Nicolaus Hert, h.t. Decanus Fac. Jurid.

Inſpectio Cadaveris & Relatio Chirurgorum.

P. P.

Ereniſſimæ Veſtræ Celſitudini Electorali Nos infra ſubſcripti ſubmiſſiſſimè referre de mus, quâ ratione iuſſu DNN. Archi-Præ- s, Conſulis & Senatoris Heidelbergenſis, locorum Infantulum, perfectè efforma- , ſed demortuum, inſpexerimus, qui he- nô die, 20. ſcilicet Martii, à meridie inter & 4. horam ab Anna Margaretha Haaſiâ, que ope & præſentiâ Obſtetricis aliarumque ninarum, vix ſemi-quadrante horæ elapſo, a propriam Ejus confeſſionem, in lucem us & ſequentem in modum malè tractatus at: (1) ſcilicet infantis bina tempora, ma- tamen dextrum, quàm ſiniſtrum, proba- er durâ attrectatione manuum, ita læſa fue- , ut ſub aperturâ muſculi temporales ſan- e coagulato ſatis repleti fuerint. (2) In la- ſiniſtro capitis, juxta ſuturam coronalem, orem ſanguine coagulato nigricante per- m & magnitudinem nummi uncialis ad- antem invenimus, acſi infantulus aut ab ceciderit, aut contuſus fuerit. Inter- ſupra duram matrem, eodem in locô, tumor modò dictus occurrebat, ſi- s ſanguis extravaſatus, non tamen in â, ac extra cranium & ſupra peri[illegible]: n, copiâ conſpiciebatur. (3) Collum cir- circa, cumprimis autem in parte anterio- faucibus dextri lateris, ſanguine coagu- non tantùm ſuffuſum, ſed & muſculi & ebræ colli, à ſiniſtro latere verſus dex- , quodammodò contorta, caput autem ſus flaccidum erant, quod ultimum facilius orſum, quàm ſiniſtrorſum flecti poterat. æc facies plures quàm X. majores mino- maculas rubras, à ſanguine coagulato atas, præ ſe ferebat. Reliquæ verò cor- puſculi partes illæſæ erant. Ex omnibus ergò circumſtantiis ſupra allegatis, ex parte verò lethalibus ſignis, vix aliud Sereniſſ. Veſtræ Electorali Celſitudini referre poſſumus, quàm miſerrimum hunc infantulum probabiliter inde periiſſe: Sereniſſimæ Veſtræ Electoralis Celſitudinis Mandata porrò humilimè expectantes, ceu

S. V. E. C.

Servi humilimi

Johannes Dietericus Hoffſtatt, M. D.

Adam Henr. Sprenger,
Joh. Philipp. Sterckel, } *Chirurgi.*
Hieron. David. Engel,

Sequens à muliere Heidelbergenſi infanticidæ Haaſiæ propinatum fuit:

℞. *Vini optimi quartarium.*
croci integri pro 2. *crucigeris.*
maceris pro 2. *crucig.*
fol. lauri num. iij.
flor. roriſmarin. p. iij.

Hæc in vino decocta, donec tantum conſumtum fuerit, quantum poculum mediocre capit, ſumenda ſunt tempore veſpertino, ſub lecti introitum, operiendo ſe & expectando ſudorem: *Soll mancher ehrlichen Jungfer geholffen haben.*

Judicium Medici.

P. P.

PRæviâ requiſitione Senatûs Urbici hujus loci, ut de annotatis & juxta confeſſionem Matris Inquiſitæ Haaſiæ, à filia ad menſes ſtimulandos adhibitis remediis judicium meum communicarem, an medicamentum ab illâ præparatum periculoſum ſit nec ne? non poſſum non obſequiosè & vi officii mei referre, quòd ſimplicia illa in vino decocta, roſmarinus ſcilicet, folia lauri, crocus, macis & ſaccharum, pro more conſtitutionis muliebris vim menſes movendi quidem habeant: quod autem ſimiliter fœtum jam formatum matrisque nutrimento affatim gaudentem, ſine præcedentibus aliis occaſionibus, v. g. purgationibus, vomitoriis, V. S. in pede aliisque vehementibus & fœtui teneriori ſummè nocivis rebus, abigere valeant, neutiquam exiſtimo, multò minus fœtum à potu, niſi ab

initiò conceptionis, & quidem in longè majori quantitate, ut hic aſſeritur, unà cum modò dictis exceſſibus ille adhibitus fuerit, ſicque fœtum enecaverit. Hoc atteſtor Heidelbergæ, die 2. Aprilis, Anno 1701.

Johannes Dietherieus Hoffſtatt,
Med. D.

Reſponſum Facultatis Juridicæ Giſſenſis cum ejusdem Sententia.

P. P.

TRansmiſſis Nobis Actis Inquiſitionalibus, contra Annam Margaretham Haaſiam, in punctô infanticidii inſtitutis: omnia, ut ardua hæc cauſa requirit, diligenter perlegimus, Collegialiter ponderavimus & quùm Inquiſita ad interrogatoria generalia indicaverit, quòd tantùm XIX. aut XX. annos ætatis habeat, quô in caſu Jura Communia cavent, ut ſimili Perſonæ Curator aliquis conſtituatur.

l. clarum 4. *C. de autorit. præſtandâ.*

& licet id hodiè non amplius in uſu ſit,

v. Wiſenbach. ad Tit. D. de autor. tut. §. 15.
Carpzov. quæſtion. Crimin. 118. *n.* 33.
Grœnvv. Perez, Brunnemann., Clarus & alii;

ad minimum tamen neceſſarium eſt, ut Defenſor ſimili minorenni Perſonæ ex officiô detur;

ut pluribus tradit *Reinking. Reſp. de Sagis quæſtion.* 3. *n.* 373. *ſeqq.*
Oldekop. lib. 2. *Obſ. Criminal.* 34.
Manzius Deciſ. Palatin. q. 81. add. *Tabor. de Tortur. c.* 5. §. 28.

Hinc exiſtimavimus, idem adhuc faciendum & juxta tenorem *Conſtit. Criminal. CAROLI V. art.* 131. verſu: *Wolte Sie dann ihre Unſchuld* &c. illi terminum quendam præſcribendum eſſe, ut innocentiam ſuam, in ſpecie quòd infantulus absque culpâ ſuâ demortuus in lucem fuerit editus, doceat. Quodſi verò neque Ipſa, neque Defenſor ejus relevans quid in medium adferant, juxta tenorem ſententiæ cum illâ procedendum erit. Licet enim apparere poſſit, Torturam in Inquiſitâ locum habere non poſſe, cùm (1) graviditatem ſuam non tantùm brevì ante partum Matri aperuerit, ſed &, cùm peperiſſet, Eidem æquè ac Mariæ Leermanniæ id detexerit,

v. Ejus Reſp. ad interrog. 23. *Matris reſp. ad interrog.* 7. *& Mariæ ad interrog.* 4.

(2) quoque, cùm Mater, ut lacinias adferret, juſſiſſet, ipſaque eum in finem ſuperiorem domus partem petiiſſet, dolores ad partum ſtatim urſerint, ita quidem, ut locum, in quô conſiſteret, derelinquere non potuerit, ſed infans ſtatim prodierit;

v. Reſp. ad interrog. 30.
Reſp. Matris ad interrog. 7.

adhæc (3) Inquiſita 8. ante puerperium diebus Matrem ſuam elevatura, ceciderit & dorsô ad murum ita præcipitata fuerit, ut in humerô ſiniſtrô dolorem perceperit, eaque de cauſâ tales dolores adhuc in dorsô, ſub nocte partum præcedente, ſenſerit,

in reſponſ. ad interrog. 41.
conf. Matris reſponſ. ad interrog. 12.
& Mariæ Leemanniæ ad interrog. 9.

unde fœtus probabiliter læſus fuerit,

v. Mariæ Leemanniæ reſp. ad interrog. 9.
& reſp. Obſtetricis, Annæ Mariæ Galliwyn, ad Protocoll. 23. *Mart.* 170[illegible]

Attamen cùm (4) infans perfectus & completus fuerit;

v. Relatio Medici & 3. *Chirurg.*

non minus (5) juxta tenorem hujus relationis ita in capite & collô tractatus fuerit, ut probabiliter inde, non verò à caſu perierit, cum primis, dum Inquiſita eundem adhuc quarto ante partum die in uterô ſenſerit;

v. Reſp. ejus ad interrog. 30. *inſt.* 40.

(6) porrò Inquiſita Graviditatem ſuam per omne geſtationis tempus celaverit, & tantùm ſemi-quadrante horæ ante partum eandem Matri, quæ ut apoplectica vix è lectô locoque prodire potuit, aperuerit, ſibique imputare debeat, quod ad extrema omnia, antequam aliis ad ſe vocaverit, pervenerit;

v. Reſponſ. ej. ad art. 18. *&* 20. *Matris ad interrog.* 6. *&* 7.
conf. Mariæ Leemanniæ Reſp. ad interrog. 9.

imò (7) in ſupremâ domûs contignatione [illegible]mine præſente infantem pepererit, quod a[illegible] laudata *Conſtitutio Criminalis c. l.* t[illegible] quam certiſſimum aut maximè probabile i[illegible]cium infanticidii doloſi allegat,

conf. Carpzov. Quæſt. Crim. 122. *n.* [illegible]

Inſuper (8) Inquiſita crimen haud obſc[illegible] confeſſa ſit, dum ad Mariam Leemanni[illegible] juxta hujus *depoſitionem ad interrogat.* [illegible] dixit: O dilectiſſima Maria, quid mecum agi[illegible]? quid perpetravi? Hinc fidiculis ad ſecundum [illegible] dum confeſſio veritatis extorquenda erit, [illegible] factô, prout res ſe habebit, ratione pœnæ [illegible] abſolutionis decernetur, quod juris erit.

Quæ Honoratiſſimis Dnn. loco Reſp[illegible] amici communicare voluimus. Giſſæ, die [illegible]3. Septembris, A. 1701.

Fridericus Nitſchius, D.
Joh. Nicolaus Hert, D.
Bernhard. Ludovicus Mollenbec[h], D.

Sententia

Sententia.

N causâ inquiſitionali contra Annam Margaretham Haaſiam, in punctô infanticidii nſul & Senatus Heidelbergenſis, præviâ con tatione cum JCtis juxta acta & relata juri nſentaneum exiſtimant: Quòd Inquiſitæ fenſor ex officiô conſtituendus, ipſique ſi il terminus ad probationem, quòd absque lpa ſuâ infans, ut perhibet, demortuus in em editus fuerit, præſcribendus ſit; quô tô, ſi aut Ipſa, aut Defenſor ejus, nil ſolidi medium attulerint, illa denuò benignè in roganda erit, an infantem vivum enixa ſit, nque poſteà enecaverit? quô modò etiam factum fuerit? & ſi minus id confiteri volue, torturæ ſubjici: depoſitio ejus diligenter notari, factaque confeſſio extra locum quæ onum, poſt effluxum 24. horarum ipſi pro ni, tandemque juxta omnia, quòd juris erit, cerni debet: De jure.

ſponſum Facultatis Medicæ Giſſenæ, ô Funiculus umbilicalis naturaliter al bicans & judicium Medicum Obſtetricis ſententiæ præferendum eſſe ſtatuitur.

P. P.

Oſtquam Ampliſſima Facultas Juridica hujus loci Nobis Acta Inquiſitionalia, nam Margaretham Haaſiam, in puncto in ticidii concernentia transmiſit & deſuper ſtetricis depoſitione: *Quòd, cum funicu umbilicalis non tam rubeſcens (ut alio n apparere deberet) quam albidus: Se dinæ etiam, quæ ſimiliter rubicundæ eſſe nt, quodammodò virides fuerint, inde jici poſſit, infantem in uterô maternô nni quid perpeſſum fuiſſe; quod aut è ſu graviori, aut elevatione ponderis ma is &c. facilè contingat, ut poſtremum hoc propriô corpore experta eſſet, quùm du te conjugio olim ſimile exemplum ſibi tigerit:* ut & de opinione Defenſoris, qui ſtetricis hujus judicium Medicorum ſenten præferendum eſſe, ſtatuit, conſcientioſum trum judicium requiſivit, hinc Nos Deca, Doctores & Profeſſores Facultatis Medi hujus loci præviâ maturâ deliberatione, nmuni Naturæ curſui & principiis Artis ſentaneum dicimus: quòd, cùm ex Actis propriâ confeſſione Inquiſitæ elucеſcat, d partus non tam difficilis, ut in partu de tuo notoriè, cumprimis in primiparis, tingere ſolet,

Hipp. de Nat. Pueri §. 68.

quam pronus fuerit & ſat citò, imò ſine adjumento aliarum mulicrcularum ab illa ſolâ in lucem editus ſit,

℞. *ad interrogat.* 30.

Inquiſita quoque ipſamet fateatur, quod motum fœtus quartò adhuc ante partum die ultimâ vice ſenſerit,

in Reſp. ad inſtant. 4.

neque ex albicante colore funiculi umbilicalis, neque ſecundinis quodammodò videſcentibus concludi aut conjici poſſit, quòd infans in utero maternò noxæ quid perpeſſus, aut omninò demortuus fuerit: Cùm quammaximè funiculus umbilicalis ordinariè & in viventibus quoque embryonibus eleganter albicet, ut ampliſſima Facultas Medica Lipſienſis in Reſponsô die 20. Maji 1686. judicavit,

Amman. Prax. Vuln. lethal. Dec. VI. Hiſt. VIII. p. 472.

ſecundinæ autem eô in latere, ubi tunicæ fœtum involventes hærent, (utpote quæ per tot menſes aquas continent) ab externo aëre facilè alterari, aliumque colorem aſſumere poſſint, cumprimis, ſi in pavimentum impurum decidunt aut (ut in præſenti caſu accidit, & ex Actis elucеſcit) per aliquod temporis ſpatium illîc jaceant, & ſimul maculentur; Et licet ſæpius contingat, ut ab externis Matris læſionibus infantes in uterô ſimul lædantur, attamen id plerumque magis in illis locis accidit, ubi Mater contuſa fuit: quod hic pariter applicari nequit.

Quapropter Obſtetricis judicium Medicorum ſententiæ eò minus præferendum eſt, quò minus ſcientiam ſuam & dexteritatem hîc oſtendit: Cùm & publico Dnn. Scabinorum Jenenſium Deciſo jam res judicata ſit, quòd Medico, tanquam in Arte ſuâ peritiori, plus fidei, quàm Obſtetricibus adhibendum ſit,

Richt. Volum. 2. *Conſil.* 65. *n.* 4. 5. 6. & *Bohnius in Medicin. Forenſi Diſp.* 1. §. 33.

Quod præviâ requiſitione hiſce teſtari & uberioris confirmationis ergò Facultatis noſtræ ſigillo ordinario munire voluimus. Sign. *Giſſæ die* 23. *Novembr. Anno* 1701.

Juſtus Fridericus Dillenius, D.
Michael Bernhard Valentini, p. t. Decanus Facult. Med.

NOTA.

DE infanticidiô Obſtetricum, difficulter probabili, egregium Reſponſum vid. in *Schilteri Praxi Jur. Romani in Foro Germanico Tom. III. pag,* 330.

CASUS

CASUS XLVIII.

DE UXORICIDIO DOLOSO.

ANno 1703. ſub finem menſis Julii Acta quædam Inquiſitionalia, homicidium concernentia, Facultati Juridicæ hujus Academiæ, è Comitatu Erpacenſi mittebantur, quæ ſequentem Facti ſpeciem complectebantur: Eôdem ſcilicet annô menſe Juniô in horreô Ruſtici, retrò equos mulier occiſa fuerat inventa, quam Maritus ab Equis recalcitrantibus interemtam eſſe perhibebat.

Quoniam verò perpetua inter binos hoſce Conjuges diſcordia intercefferat, Maritus cum aliis ancillis familiariter nimis converſatus fuerat, Conjugemque verberibus ſæpius duriſſimè tractaverat, ita, ut hæc Confeſſionario ſuo aliquoties confeſſa fuerit: ſe certam eſſe, quòd à Maritô adhuc aliquando occideretur: Adhæc unus Equorum annoſus, alter verò pullus & ferrò in pedibus deſtitutus erat: Vulnus in fronte exiguum anguſtumque: Collum ex parte obtortum: Sanguis in lectô, ab equis longiſſimè remoto, obſervatus, ſub eodem lectô verò malleus murarius inventus fuerat; hinc maritus in uxoricidii ſuſpicionem incidebat. Cùm verò ſufficientia indicia ad torturam non adeſſent, Acta unà cum malleô Facultati Juridicæ Giſſenæ transmiſſa fuerant, ut, quid porrò agendum eſſet, Judices informaret. De ſtramine Avenæ maculis rubris depictô & in Agro Inquiſiti invento, jam ſupra in Introductione dictum fuit, conf. *Miſcellan. Acad. Germ. Curioſ. Decembr. 3. A. 9. & 10.*

Judicium Joh. Andreæ Myrrhen, Lic. Auliatri Erpacenſis.

VUlnus in fronte non tam ab Equo recalcitrante, quàm malleo murario (cui proportione habitâ reſpondebat) inflictum, per ſe abſolutè & ſimpliciter lethale fuiſſe.

CASUS XLIX.

DE SYMPATHIA AMNII CUM HOMINIBUS PEREGRE CONSTITUTIS, INDEQUE CAPIENDO PROGNOSTICO.

Requiſitio.

CAjus, Quirinus & Sempronius de fratr[e] ſuo Publio nequicquam reſciſcere po[ſ]ſunt an vivat, nec ne? quùm ultra 6. anno[s] domô abfuerit, intra quod tempus nihil d[e] vitâ aut morte ejus experiri potuerunt, ni[ſi] quod involucrum (*das Kleidgen*) quod i[n]fantes nonnullos, dum in lucem eduntur cingit, penes alia depoſitum, ante annos al[i]quot, circa feſtum Pentecoſtes, imò etia[m] hornô tempore circa idem feſtum madueri[t] cùm tamen in loco humido minus depoſitu[m] fuerit, reliquaque prorſus ſicca apparuerin[t] Sicut idem poſt aliquot dies denuò, ut re[li]qua, exſiccatum fuit. Quæritur, an id vita[m] an mortem indicet?

Nob. Tuæ addictiſſimus

Coldicii 8. *Febr.* 1701.

Semproni[us]

NOTA.

PUblius ſupradictus fuit Johann Jac[ob] Fiſcher Coldicienſis, Chirurgus, qui a[b]ſolutis Tyrocinii annis durante ſeptenni pe[re]grinatione ſuâ bis in Grœnlandiâ fuit. Abhi[nc] An. 1692. 23. Decembr. in Hollandiam, inde cum Navi Indica, Famâ dictâ, die 1[.] Jan. 1693. in Indiæ Orientalis Inſulam Ceil[an] profectus eſt, cujus emporium principale C[o]lombo etiam die 11. Decembr. A. 1693. (cu[m] propter Naves Gallorum bellicas per am[ba]ges navigarint) attigit, unde die 12. J[...] 1691. ultimò in Europam ſcripſit. Usq[ue] dum verò nequicquam amplius de eò reſci[vi]mus, an vivus an mortuus ſit? Dat. Cold[icii] in Miſnia, die 8. Jun. 1700.

David Fiſcher, Profeſſ. ib[i].

Judicium D. Joh. Caſpari Weſtph[ali] Phyſ. Ord. de Prognoſi ex ſudore Amnii deſumenda.

P. P.

QUandoquidem Publius ultra 6. an[no]s domô abfuerit, ita ut cæteri ejus Frat[res] Cajus, Quirinus & Sempronius neque de [ſta]tu ejus, neque de vitâ aut morte quid reſ[ciſc]ere potuerint: Interea autem non tantùm præ[ce]denti, ſed & antepenultimo anno, utrobi[qu]e circa feſtum Pentecoſtes, & ita circa idem te[m]pus, peregrè exiſtentis Galea (*das Kleidg[en]*) ſeu tunica illa fœtum immediatè cinge[ns], Amnion dicta, humefacta fuit, cùm tam[en] non tam in loco humido, ſed penes ſim[ilia] alias, quæ ſiccæ manſêrunt, repoſita fueri[t]

oit dies aliquot, reliquarum inſtar, reſic-
ata fuerit; hinc quæſtio ſuboritur:

An ex dictô phænomenô annuô certi quid de profecti & peregrè exiſtentis vitâ aut morte concludi poſſit?

Quemadmodum ergò quotidiana experi- ntia teſtatur, in ipſa Natura certum quendam onſenſum mumialem, uti vocant, inter præ- ntem partem abſentis alicujus & longè diſtan- s corporis obtinere ſæpiusque obſervatum uiſſe, ut quando v. gr. capilli hominis reſecti t cutis piloſa capitis detruncata vel exſiccata, arculam aut ciſtulam quandam repoſita, re quorum in capite viventis adhuc exiſtentium apillorum inſtar colorem mutant & juxta ſe- em ætatis in hoc homine tandem prorſus neſcunt, de quô *Bartholinus Cent. I. Hiſt. nat.* 41. legi meretur: quale quid in capillis, i ſub tribus prioribus annis infantibus meis empti fuerunt, oſtendere poſſum, utpote i tunc temporis aureô colore coruſcabant flaveſcebant, ſucceſſivè autem pro ætatis gmento ſe mutârunt & præſentibus ſimiles aſere, imò filioli A. 1686. demortui flavi idem ad tempus manſerunt, nunc verò per- tô hoc colore ſatis palleſcunt; vel prout *Burg- avius* è ſanguine hujus vel illius hominis mpadem vitæ artificialem parare docet, quæ m diu ardeat, quamdiu vivit homo, quan- hic moritur, illa exſtinguitur: ſicut ex illâ o varietate coloris, ſplendoris, motûs, cer- ſimus fit ſanitatis vel morbi index: ad cujus itationem *Rattray in Theatrô Sympath.* 89. ſine △ ſpiritum quendam ex ſanguine ominis cujusdam parat, quô hominis illius, de ſanguis proficiſcebatur, ſanitas & mor- cognoſci poſſint; quin & *Borellus, in ſ. Medico-Phyſicis,* mulierem quandam ert, quæ, dum ſocias ſanitate plenâ allo- eretur, ſubitò de ingenti in fronte ictu con- eſta eſt: Paucis autem, ab illo tempore die- s auditum eſt, maritum ejus eodem in mo- nto, in remotis plagis, occiſum fuiſſe, idque u bombardæ in eodem frontis loco. Simi r in his ipſis *Obſ. allegatis* dictus modò riptor de puellâ apud Ruthenos narrat, quòd, m Pater, factionis dux, à Carnifice, ſe in- â, laniaretur & rotæ imponeretur, eôdem pore ingentibus convulſionibus diſtorta rit. Ex ſimilibus fundamentis *Ettmüllerus m. 2. Oper. p. m.* 404. aliquot, partim ex ſerv. *D. Michaëlis*, partim ex propriâ ex ientiâ deprompta, exempla de fratribus Ger nis, qui multis miliaribus diſſiti variolis, li- in alterô locô omninò tunc temporis inuſi- s, correpti fuerunt. Propter hanc in ſan- ne & ſpiritibus fundatam originem (inquit) nſanginei in ſpecie mutuò afficiuntur, uti *D. Michaëlis* plura retulit exempla, quòd res duo longè diſſiti, quorum unus erat in iâ, alter in Germaniâ, unô eodemque tempore variolis laborârint, quorum nemo alterius novit conditionem ſeu morbum, adeò, ut per longa etiam intervallo deprehendatur hæc inter conſanguineos conſpiratio. Sic ſcio exemplum (*pergit*) hîc Lipſiæ gemellorum adultorum, fratris & ſororis. Frater cùm degeret Wittebergæ ſtudiorum gratiâ, ſoror autem gemella cùm hîc ex improvisô incurreret variolas, ecce! frater hujus Germanus eodem tempore iisdem Wittebergæ, utut nemo ibidem locorum aliquid de variolis ſciverit, etiam corripiebatur. Similiter novi tres Nobiles, quorum duo adulti ante paucos annos Giſſæ ſtudiorum gratiâ morabantur, tertius cùm ſororculis domi degebat: Sed cum hic tertius cum ſororculis in Patriâ apud Matrem laboraret variolis, iſti duo Giſſæ ſimul iisdem, & quidem eodem tempore correpti moriebantur, utut tunc temporis nil aliâs ibidem de variolis innotuerit. Ad hoc fundamentum, *ut Borellus in Appendice Cent.* 3. *Obſ. Medico-Phyſic.* monet, ipſe Deus *Exod. XXIII. §.* 19. *XXXIV.* §. 26. *& Deuteron. XIV.* §. 21, dubio procul reſpexit, quando hædum in lacte matris coquere vetat: cùm ſatis ſuperque conſtet, quod lac â Matre in prunas emulctum ubera ſterileſcere faciat, Matrique dolorem, inflammationem & exulcerationem inferat. Ex hoc fundamentô, Phyſici Moderni explicant vocem ſanguinis Caini, clamantis ad Deum de terrâ, *Geneſ.* 4. §. 10. unde ob perſecutionem & præſentiam ſpiritûs ſeu auræ vitalis interfecti Abelis, Cainum factum fuiſſe profugum, vagabundum, meticuloſum, tremulum; quemadmodum & *Plato* ſimilia φαινόμενα animis (rectius ſpiritui, ſeu principio vitali) defunctorum, vindicibus hoſtium & circa terras errantibus adſcribit. Quò tendit illud *Virgilii*:

- - - ſequar atris, ignibus abſens
Et cum frigida mors ſeduxerit artus
Omnibus umbra locis adero &c.

Conf. *Weberi Ancheram Sauciatorum pag.* 22. *ſeqq.* Ex hoc ipſo fundamentô apparitiones damnatorum, aphonorum indeque vel ex aliâ quacunque causâ, cum inſignibus animi perturbationibus, anguſtiis & curis demortuorum deduci ſolent, ut idem inter omnes, quotquot legere contigit, *Jacobus Böhme in Epiſt.* 22. *p.* 117. §. 9. 10. 11. *Edit. Amſtelod.* optimè deduxit, dummodò à fictitiis, aſtralibus aliisque Chimæricis ſpiritibus & corporibus abſtraxerimus, animam rationalem in terminis ſuis reliquerimus, ejusque loco hæc ad animam ſenſitivam, ſeu ſpiritum vitalem, tanquam formam corporis humani, applicaverimus. Plura exempla de actionibus in diſtans & ſympatheticis curioſi in *Helmontii operibus, Marco Marci de Phil. Veteri Reſtitutâ, Digby Pulv. Sympathet. Boultoni Medic. Magico-Phyſica, Maxveli Curis Magniticis &c.* repe-

rient. Interim tamen, cùm ſupradicta galear (*Kleidgen*) duobus annis ſe inſequentibus certò tempore maduit, mox verò reliquarum adjacentium inſtar rurſus exſiccata fuit; hinc fundamentis Phyſicæ Sympatheticæ conſentaneum duco, quòd inde de Publii vitâ periclitante morteque inſecutâ nil concludi poſſit, cùm ſanitate periclitante & morbô continuante amnion ſupradictum madidum permanſiſſet, morte verò inſecutâ neceſſariò exaruiſſet, aut in putredinem abiiſſet; haud ſecus ac Nobilis illius Bruxellenſis naſus artificialis apud *Helmontium Magnet. Curat. Vuln. pag.* 752. §. 22. in corpore adhuc ſano & ſalva exiſtente vita eodem tempore refriguit, inter ſcribendum computruit, & in chartam procidit, quô ad multa milliaria diſtans bajulus, è cujus brachio caro, pro naſo ſupradictô, reſecta & loco naſi gelu conſumti per ſingularem & à Taliacotio in Chirurgiâ Curtorum deſcriptam artem applantata fuerat: Sed credibile magis eſt, quòd, cum ſæpius allegatus Publius in Indiæ Orientalis Inſulam Ceilon deportatus & juxta Mercatoris cujusdam Amſtelodamenſis relationem B. Dn. Parenti communicatam, à Navi juſto longius abierit, & in meditullium illius Inſulæ progreſſus & ſine dubio vel à Nigritis, vel illorum Regibus detentus fuerit, citatis anni temporibus, quæ ad id commodiſſima erant, binâ vice effugium quæſiverit, ob excubias autem, in finibus Inſulæ ubique expoſitas, non invenerit, ſed fortè remiſſus in carcerem aliquamdiu conjectus fuerit, quod ſine timore, corporis & animi anguſtiis, ſudoribus &c. fieri non potuit: cumprimis dum Publii cogitationes, ſub hâc intentione fortique impreſſione, ſimul cooperatæ ſunt, multisque meditationibus, curis, & animi commotionibus continuò ad B. D. Parentem Senem, Dnn. Fratres, cognatos & opimam in Patriâ hæreditatem directæ fuerunt, unde ſine dubio amnion ejus per conſenſum mumialem ſeu mumiæ vitalis ſudare & madere cœpit. Quæ enim hîc Delitii in duobus Fratribus eorumque amnio, ut & nominibus illorum affixâ herbâ, *die fette Henne* dicta, obſervata fuerint, adjecta his copia Relationis, à Chirurgo Ducali aulico, Dn. Samuele Auerbachio, communicatæ, ſub Lit. A. teſtari poterit. Majorem autem lucem intentionis & impreſſionis Publii præſuppoſitæ Dn. Sempronius è *Johannis Gottofredi Zeidleri Pantomyſtico*, Anno 1700. Halæ editô, haurire poterit: Ubi ſimilis ſympathia & actio in diſtans per virgulam divinatoriam explorando proponitur, & ex profeſsô traditur; dum ſimul ex praxi Medicâ vulgari conſtat, quantæ actiones medicamentoſæ & morboſæ ex ſimplici etiam imaginatione excitentur, de quô fuſius *Ettmüllerus in Inſtitut.* ubi de curis ſympathet. magneticis & transplantatoriis. De detentione verò Exterorum in Regnis Inſulæ Ceilon res ex *Itinerario Roberti Cnoxii*, Lipſiæ Anno 1688. impreſsô, cla[...] eſt. Quoniam etiam dictus Author *Pantom[...] ſterii pag.* 31. & 32. aſſerit ſe ope virgulæ d[...]vinatoriæ (vel loco illius p. 17. ope forcip[...] tubuli tabacini, cannæ Indicæ &c.) exploraſſ[...] quo tempore abſens reverſurus ſit? An quis v[...]vus ſit, an mortuus? quæ experimenta ſuſic[...]que dilucidatio, ad *Dn. Thomaſii* dubia & o[...]jectiones in Prologo propoſita, curioſi prop[...]diem in peculiari tractatulo, fide publicâ rob[...]rato, expectare poterunt; Hinc D. Sempr[...]nii curioſitati propriæ ejusque beneplacito [...]linquo, an is Halæ aliquoties memoratum D[...] Scriptorem requirere & de binis illis quæſt[...]nibus experimentum aliquod inſtituendum e[...]petere velit: quo caſu Delitio Eundem eò c[...]mitaturus ſum, ut curioſitati huic intere[...] poſſim, factô prius per Amicum ad Author[...] aditu. Quoniam etiam ſæpius laudatus Auth[...] pag. 137. gloriatur, ſe Caini viam virgâ di[...]natoriâ reperire poſſe, haud abs re eſſet, ſi t[...]taminis ergò primò omnium rogaretur, [...] abſentis Dn. Publii viam & iter è Colditio [...] Belgium & hinc in Indiam Orientalem c[...] virgæ divinatoriæ indagaret, ut innoteſcer[...] an detectio hæc cum Dn. Publii deſcriptio[...] ad b. Dn. Parentem miſſa, coincideret.

Dn. Sempronii

Delitii die 14. Febr. 1701.

Officioſiſſimus.

D. Weſtphal.

A.

CUm anno 1688. & 89. Dantiſci à ſe[...]tiis Chirurgi eram bisque febri arde[...] corripiebar, binæ meæ ſorores, beatè mort[...], & adhuc in vivis exiſtens Mater hîc obſer[...]runt, quod galea mea (*das Kleidgen*) [...] amnion, quod hîc in ſcriniô quodam, ju[...]a beati mei fratris amnium aſſervârant, pro[...]s madidum evaſerit. Similiter ſolebant [...]tam quandam herbam, *die fette Henne* [...]ctam, parieti inſerere, ſub inſertione caulis [...]tem perſonæ, cujus ergò inſerunt, memin[...]. Dum ergo amnium ſupradictum ita conſp[...]unt, de morbo meô nihil prorſus ſcientes, [...]d caulem herbæ ſupradictæ reſpiciunt, quam [...]militer prorſus corrugatam & in apice ferè [...]dam inveniunt. Quamprimùm ergò æ[...]tudinis meæ certiores redditæ fuerunt, h[...]c ipſam madoris illius cauſam & ariditatis in h[...]bâ productricem eſſe collegerunt. Tum te[...]poris haud procul à cymbâ Charontis era[...], attamen DEUS benigniſſimus adhuc ſup[...]tias ferebat. Quamprimùm verò conv[...]ſcere incipiebam, amnium rurſus exſiccatu[...], & herba ſupradicta novo virore induta fu[...], propullulante novo foliolo viridi, imò [...]a ſuccrevit, ut tota herba reviviſcere & r[...]geſcere cœperit; id quod binâ vice accid[...]x coincidit.

C[...]

Cum Fratre meô res adhuc longè notabi-
r eveniebat. Is circa feſtum Martini ægro-
e incipiebat, morbo ad 4. Aprilis durante.
ereà temporis Mater & ſorores ſimiliter
nium obſervabant, &, quod admiratione
gniſſimum erat, amnium modò dictum tam-
u madeſcebat, quamdiu ægrotabat, licèt in
pocauſtô calidô detentum fuerit. Herba
ntabeſcere incipiebat, ita ut eô demortuo
nè exaruerit. Amnion poſt obitum fratris
prorſus conſumtum fuit, ut inſtar pulveris
nutiſſimi momentum apparuerit, licet cum
is probè involutum, in ciſtâ concluſum &
ſcriniô obſervatum fuerit,

Samuel Auerbach, Chirurgus Aulicus Princip. Saxon. Delitienſis.

CASUS L.
DE
QUIS PER SYMPATHIAM MAGICAM OCCICIS.

Species Facti.

E Quis Concivium in pratum Johannis Hen-
rici Brothun irruentibus, hic ſuaſu alio-
m ceſpites veſtigiis ungularum equinarum
tatos. cum fimo illorum equorum, in ca-
ne ſuſpendit; quibus inde tabe conſumtis
pereuntibus de damno reſarciendo agitur
ram judicio, reque tandem ad Facultatem
ridiciam Giſſenam delata, ad Requiſitio-
n R. Dn. Dn. Abbatis Gerodienſis, ſequens
c ſententia lata fuit:

eſponſum Facultatis Juridicæ Giſſenæ, deſuper Equis per Sympathiam Magicam interemtis.

QUandoquidem Nobis Decano, Doctori-
bus & Profeſſoribus Facultatis Juridicæ
Academiâ Haſſo Giſſenâ adjecta Acta Inqui-
ionalia, contra Johannem Henricum Brod-
n, transmiſſa & noſtrum de ſequentibus
æſtionibus judicium legale deſideratum fue-
; hinc omnibus ſedulò perlectis & collegia-
er perpenſis reſpondemus & quantum qui-
m primam quæſtionem:

Quâ ratione contra Inquiſitum ulterius procedendum, aut quâ ratione idem ob delictum hoc puniendus ſit?

inet, quòd licet (1) Inquiſitus haud difficul-
r confeſſus ſit, ſe, cùm percepiſſet alienos
uos gramen in prato ſuô devoraſſe, fimum
uinum illic inventum, unà cum ceſpitibus
cculo incluſiſſe & in fumum ſuſpendiſſe,
m tamen (2) ab aliis anteà audiverit, hoc

Novell. Val.

ipſum equis ſummè nocivum eſſe illosque non tantùm inde contabeſcere, ſed omninò perire poſſe,

In Reſponſ. ad artic. 9. & 10. in Protocoll. p. 10. & 11.
add. depoſit. Teſtis Joh. Zincken ad art. 9. pag. 17. & 18.

E quibus (3) nil aliud concludendum, quàm eundem ſimiliter ſiniſtri quid intendiſſe, ſeque adverſus eos, quorum equi pratis damnum intulerunt, ulciſci voluiſſe, uti quoque deponit

Johannes Zinck ad artic. 10. pag. 18.

rei enim illicitæ operam dans, in dolô eſſe cenſetur

L. ſi non convicii 5. C. de injur.
L. ſi ex plagis §. tabernarius ff. ad L. Aquil.
L. 2. §. doli mali ff. vi bon. raptor.

ſiquidem & (4) ipſe inſecutus eſt effectus, dum Joh. Henrici Gödekens equi, juxta propriam Inquiſiti aſſertionem, in prato illô paſcentes, pedetentim contabuêre, & non tantùm ὀφθαλμοφανερῶς debilitati & conſumpti fuerunt,

teſte Protocollô de 1. Sept. 1698. pag 6.

ſed & mox penitus interiêre,

juxta depoſit. Joh. Zinckii ad artic. 11. pag. 18. & 19.

& demùm (5) exinde certum ſit, Inquiſitum ſe criminis atrocis incantationis quadantenus participem reddidiſſe, ſiquidem Magiæ ſpecies eſt, quando per excrementa aliásque artes illicitas, morbi, infirmitates & calamitates procurantur, humana pariter ac brutorum corpora longis cruciatibus ita conficiuntur, ita exinaniuntur, ut eorum universâ virtute contabeſcente tandem emori cogantur, quemadmodum pluribus deſcribunt

Damhouderus in Praxi rer. Crim. cap. 61. num. 90. ſeq.
Godelman. de Magis & Venef. Lib. 1. cap. 7. §. 8. & multis ſeqq.

Unde quis inferre poſſet, Inquiſitum pœnâ graviſſimâ puniendum & fors ipſo capite plectendum eſſe: hodie enim qui citra expreſſam pactionem cum Diabolô artes Magicas exercent, & vel hominibus, vel ſaltem jumentis aut brutis animatibus damnum inferunt, vel ea perimunt, pœnâ gladii puniuntur, uti docent & teſtantur

Carpzov. in Pract. Crim. Part. 1. quæſt. 50. num. 25.
Coler. P. 1. Deciſ. 180. num. 11.
Berlich. P. 4. Concluſ. 5.
Godelman. de Magis & Venef. l. 3. c. 11. §. 17.
Brunnem. ad l. 3. & 6. C. de Malef. & Mathem.

Attamen cùm (1) dubium admodum & incertum ſit, an factâ ab Inquiſitô ſtercoris equini ſuſpenſione damnum aliquod illatum ſit, & an Joh. Henrici Gödekenii equi in ſpecie inde tabe

(Rr) 2 correpti

correpti fuerint & perierint, ut pluribus id in reſolutione quæſtionis 2. dicetur: abhinc quoque juribus conſentaneum ſit, quòd, ſi quis artem magicam quidem exercuerit, ſed nemini nocuerit, aut non conſtet, an nocuerit, extra ordinem ſaltem pro arbitrio Judicis puniendus ſit:

> *P. H. O.* artic. 109. verbis: *Wo aber jemand* &c. h. e. Quodſi verò quis Magiam exercuerit, ſed nemini nocuerit, aliter puniri debet, pro rei conditione, juxta quam Judex judicare debet &c.

Clarus §. Hæreſis num. 25. in fin.
Matth. Stephan. ad dict. artic. 109.

(2) quoque conſiderationem meretur, quod Inquiſito non unica occaſio ad id delinquendum obtruſa fuerit, dum, ut perhibet, per 5. ſe immediatè inſequentes annos pratum ejus adeò exhauſtum & corruptum fuit, ut ſemel tantum fœni ſecundarii particeps fieri potuerit, licet idem pratum ſingulis annis ita obſeptum fuerit, ut ſine violentâ ſepimenti evulſione aut direptione nemo facilè cum equis ſuis eò penetrare potuerit; cujus intuitu & quoniam (3) nullum aliud remedium, quô in Spoliatorum notitiam perveniret, experiri potuit, cùm pratum longè diſſitum, damnumque nocturnô tempore illatum fuerit, tandem diſcurſibus cum Johanne Ottone & Joh. Zinckiô habitis, ad ſupradictum medium ex impatientiâ quâdam adhibendum ſeductus fuerit. Minuit autem delictum & pœnam ei debitam, ſi quis juſtô dolore commotus, ulciſci magis, & ſe vel bona ſua defendere, quàm nocere & offendere velit,

L. 38. §. 8. ff. ad L. Jul. de adult.
L. 14. §. 6. ff. de Bon. Libert.
Tiraquell. de pœn. temp. cauſ.

Quùm alioquin (4) remedii hujus (ut juramentô confirmare ſatagit) nullam notitiam habuerit, ſed (5) per totum vitæ decurſum ita ſe geſſerit, ut nemo non bene de eô ſentire, & ne minimum quidem ſiniſtri de eô ſuſpicari potuerit, prout in Defenſione ejus allegatur, & à Fiſcali Cœnobiali neutiquam eliſum fuit. E quibus ſimiliter præſumtio quædam oboritur, quod tam malam fortè intentionem non habuerit, nec ob ſimplicitatem, à Defenſore pariter allegatam, facti turpitudinem penetrarit aut aſſecutus fuerit; prout (6) experientia quoque teſtatur, vulgus putatitium hoc ulciſcendi remedium, ob damnum illatum, ſæpius adhibuiſſe, nec tantam illic turpitudinem ſubeſſe, raro penſitare: poteſt autem delicti accuſatus multitudine delinquentium ſe hactenus excuſare, quòd delictum levius exiſtimaverit, uti præjudiciô ſuô probat ipſe Imperator,

> in Novellâ 154. cap. 1. ibi: indulgemus, quia agreſtis utplurimùm multitudo hæc fertur delinquere,

Locamer. quæſt. Juſtin. 14.

Cæterum (6) Inquiſitus, dum ſtercora equina cum ceſpite colligebat & in fumô ſuſpendebat nullis verbis, ut aliás à Magis & ſuperſtitioſi fieri ſolet, uſus fuerit, quod ſimiliter ad mitigandam pœnam aliquid facere poteſt, per ea quæ tradunt

Godelmann de Magis & Venef. l. 3 cap. 11.
Wierus de Præſtig. Dæmon. lib. 5. cap. 1

Hinc exiſtimamus, Inquiſitum pœnâ mort & ſanguinis non puniendum; attamen, quo niam delictum hoc res peſſimi exempli eſt, a caſtigationem ejus & exemplum aliorum publ cè numellis conſtringendum, & abhinc v exilio annali, vel, quoniam usquedum, quantum ex Protocollô apparet, aliquantùn in vincula conjectus fuit, carceri per 4. vel ſeptimanas includendum, & interim merâ aqu & ſolô pane nutriendum eſſe.

Quod verò ſecundam quæſtionem attine an Inquiſitus equos demortuos ſolve teneatur?

Quoniam usquedum adhuc valdè incertu eſt, an eô tempore, quô damnum illatum fu equi Johannis Henrici Gödekenii in pra Inquiſiti fuerint, eorumque fimus collectus ſ dum Inquiſitus probare ſuſtinet, quod alleg tus Gödekenius id erga Henricum Speteru ipſemet negaverit, aſſerendo eô tempo equos ſuos propè Ibergam, à pratô quæſti nis dimidiam horam diſtantem, paſti fueri (2) ab Inquiſito quoque adductum fuit, equ demortuos jamdum æſtate præcedente, an quam in pratum Inquiſiti irruerent, ægr taſſe, & ita contabuiſſe, ut vix quisquam ſc etiam unciali nummô eos redemiſſet. (Cunctis illic in communione viventibus, ju relata ejus, non ignotum fuit, ſæpius allega Joh. Henricum Gödekenium jam ante div ſorum equorum jacturam tuliſſe, quùm bulo ſufficienti deſtituatur, adeoque equis ruptioni in aliorum bona occaſionem dedi ſimiliter (4) ex Inquiſiti relatione, equi, du in præſentiâ teſtium quorundam diſſecti f runt, plurimum aquæ putridæ continuerur ipſeque Carnifex aſſeruit, ipſos hauſtum r civum ingurgitâſſe, quod &

> Teſtis Chriſtoph Brodhun ad artic. 3. in P tocoll. pag. 20.

confirmat; adeoque his ſtantibus (5) adm dum incertum eſt, an interitus equorum qua Inquiſito & inſtitutæ ab illo ſuſpenſioni fi imputandus ſit, quod idem quoque teſtes a rere nequeunt.

> in depoſit. ad artic. 11. pag. 18. 19.

cùmprimis, dum (6) Inquiſitus ad contrari potius provocat experientiam, quod ſcili illi, qui pullos caſtrant ad meliorem eorum tritionem & curationem exenterata in fum ſuſp

uſpendant. Adhæc (7) impoſſibile non eſt, quòd, dum Gödeke nullam equorum ſuorum curam habuit, ſed in aliorum prædia graſſari permiſit, eaque propter aliquoties ad damnum reſarciendum damnatus fuit,

juxta Inquiſiti fuſiorem Relationem & Defenſionem pag. 11.

Equi, ut priores, neglecti & perditi fuerint: andem verò juris indubitati eſt, neminem alieri de damnô datô ex L. Aquiliâ teneri, niſi qui damnum dolô vel culpâ dedit,

§. 2. & 3. Inſtit. de L. Aquil.
L. 5. §. 1. ff. eod. Tit.

deò ut non ſufficiat culpam quem admiſiſſe, ed opus ſit, ut ex culpa per ſe damnum venerit,

L. 30. §. fin. ff. ad L. Aquil.
L. 29. §. 7. ff. eod.
Lauterb. in Coll. Theor. Pract. tit. de L. Aquil.

Gail. Lib. 2. Obſerv. num. 7,

inc Inquiſitum usquedum ad ſolutionem quorum demortuorum condemnare non poſſumus, ſed exiſtimamus Actorem Gödekeum teneri, ut intentionem ſuam prius meoribus, quàm hactenus factum eſt, momens roboret atque probet, ſimulque ſupradictus o Inquiſito, in hâc quæſtione, militantes æſumtiones elidat & refutet.

Ad tertiam quæſtionem:
An nquiſitus impenſas hujus Proceſsûs ergò elocatas & cauſatas refundere teneatur?

ſpondemus Inquiſitum, cùm Delinquens & in re illicitâ verſatus, attamen nullâ pœ corporis afflictivâ afficiatur, ad expenſas diciales refundendas teneri, per ea, quæ dit

Carpzov. Pr. Crim. p. 3. quæſt. 138. n. 16.

i fortè pauper & inops fuerit, & prout in e defenſionis ſuæ allegat, vix panem quoianum pro ſui ſuorumque ſuſtentatione luri valeat: quô in caſu Fiſcus expenſas ferre eretur.

Carpzov. d. l. num. 22. ſeq.

nnia de jure. Atteſtationis ergò ſigillum ultatis noſtræ apprimendo. Sign. Giſſæ, d. Maji, 1699.

Decanus, Doctores & Profeſſ. Facultatis Juridicæ Giſſenæ.

CASUS LI.

DE HORRENDO VENEFICIO SYMPATHETICO.

T*Itia* egregium quendam Virum, è Galliâ oriundum, ſublatura capillos à capite ejus petitos ceræ miſcet, arte ſuaſuque Sagæ imaginem ſexûs virilis, ſpithamam longitudine æquantem, format, hancque in veru ad apertum ignem aſſat: quô ipsô intolerabiles & indicibiles Viro dolores cauſatur, defluentibus & contabeſcentibus partibus carnoſis viribusque labaſcentibus. Hôc certis temporibus ſucceſſivè continuatô & imagine in veru prorſus ab igne conſumptô, neceſſariò vitam cum morte commutavit infauſtus Anti-Typus. Sub hâc carnificinâ dolores illi augere vel imminuere potuerunt mancipia Diabolica, prout ignem plus minus ſtruxerunt.

Quamprimùm hic ad plures miſſus fuit, amorem quendam p. n. Filii erga ſe excitatura *Titia*, ſimili Arte Diabolicâ ignem perpetuum ſub ahenô aquâ plenô in cellâ quadam aluit, cujus ebullitionem pro re natâ 3. vel 4. Perſonæ promovebant, ſiquidem certum inde de ſtatu Amaſii indicium hauriebant, an ſcilicet animô perturbatô, aut morosô ſit præditus nec ne? Aqua effluente Titiam Eundem acceſſiſſe ſciebant: Aquâ verò prorſus evaporatâ neceſſariò illi ſe miſcere cogebatur. Titiâ enim abſente ſummis cordis anguſtiis affligebatur, quæ prius non ceſſabant, quam Venefica accederet, propriâ Viri conjuge ſterili redditâ.

Quùm verò Perdita hæc vereretur, ne poſt obitum Amaſii de ſe actum eſſet, & huic periculo prævenire voluit, idque hâc arte: Paravit artocreas, cui ſanguis per cucurbitulas ex utrâque Perſonâ extractus immixtus erat. Embamma hoc arte Diabolicâ ita præparatum fuit, ut ſi ambo illud conſumpſiſſent, una perſona absque alterâ in vivis ſubſiſtere non poſſit. Alterâ enim putreſcente, altera neceſſariò ſimul emori tenebatur; id quod re ipsâ quoque compertum fuit, quando ſub obitu Viri Titiæ ſarcophagus apertus & inſpectus fuit. Plura hactenus detecta triſti ſilentii peplo involvo, ne refricetur ulcus vix cicatricem ducens! quod tamen non inultum manſit.

(o)

APPENDIX I.
DE VARIIS SAGAS CONCERNENTIBUS QUÆSTIONIBUS.

Reſponſum JCti cujusdam Giſſenſis.

DEO DIRIGENTE, NIHIL EST QUOD ARCEAT!

IN cujus Sacroſanctô nomine (cui omnia, quæ benè & dextrè expedimus, meritò accepta ferimus, *Eſaiæ* 26. §. 12.) propoſitam Facti ſpeciem eique annexas quæſtiones conſiderando non deſunt rationes, quæ nos in arduâ hâc & difficili causâ, ne reſponderemus, deterrere & retrahere poſſent, maximè verò, quòd Dnn. Conſulentes præcipuas quæſtiones, concernentes quendam proceſſum Criminalem, in Facti Specie enarratum, Reverendi Capituli N. propoſuerint, in quibus neceſſariò de ejusdem Proceſsûs Nullitatibus diſpiciendum, unde facilè malevolentia & odium conciliari poſſet. Verùm enim verò, cùm tam ex propoſitâ facti ſpecie, quàm inſertâ eidem expreſsâ proteſtatione Dnn. Conſulentium mens & intentio ſatis appareat, quod hôc ſuo inſtituto, neque prædictum Reverend. Capitulum, nec quemcunque alium immeritum, cujuscunque ſtatûs & conditionis is ſit, perſtringere, diffamare, vel contra jus fasque gravare velint, ſed potius Matris ſuæ, nobiliſſimæ & honeſtiſſimæ quondam Matronæ, jam prædefunctæ, & Sororis, Virginis pudiciſſimæ, adhuc viventis, injuſte contra Divina & humana jura, occaſione prædicti Proceſsûs diffamatarum, innocentiam defendere, adeoque tali familiæ Nobiliſſimæ quodammodò aſperſam maculam abluere & per legitimos juris tramites, calumniantium iniquitates repellere, ſibimet imperarint, impetrare à Nobis non potuimus, quin hoc, quod & noſtræ profeſſionis officium, veritas, juſtitia & proximi charitas à nobis poſtulat, Dnn. Conſulentibus pro viribus & talento nobis concredito præſtaremus, noſtramque ſententiam bonâ fide & religione aperiremus, idque in nullius hominis favorem vel odium, ſed ſine omni affectu; Etſi enim mallemus negotium hoc arduum & difficilè peritiori & magis exercitato commiſſum fuiſſe ad deducendum; cùm tamen non incognitum nobis ſit, Jurisperitos, qui honores ex jure adepti ſunt, eô ipsò adſtrictos eſſe, ut de jure conſulti reſpondeant,

l. 1. in princip. ff. de juſt. & jure cap. ex tenore. de for. compet. cap. nemo per[…] torum 11. q. 3. gl. in l. 2. & ibi. Bart[…] C. de proxim. ſacror. ſcrin. Felin. cap[…] ſi pro debil. extra de offic. deleg. Dn[…] Hermannus Vult. Conſ. Marp. 35. n[…] 1. Vol. 3.

Tum etiam, quod veritatis & juſtitiæ favor re[…]bus omnibus antiquior eſſe debeat,

Syracid. cap. 4. §. 33. & ſeqq. l. cum it[…] legatum. ff. de condit. & demonſtrat. […] 1. in fin. C. de Lat. lib. tollend. Jo[…] Dit. Durant. de art. teſtandi Tit. 1 […] caut. fin. n. fin.

Et præcipuum ſit in rebus humanis de verita[…] teſtimonium reddere,

Thom. Aquin. lib. 1. de regim. Princ. c. […] quem adducit Matth. de Affl. in præ[…] ante Deciſ. Neapol. n. 7.

Proditor enim veritatis eſt, qui vel non pr[…]nunciat, vel non liberè defendit eam,

Chryſoſt. cap. nolite timere 11. q. 3.

quia is prodeſſe non vult,

Auguſtin. in cap. quisquis metu 11. d. q.

adeoque pro nucupandâ cujusdam homin[…] etiam ſummi Principis, gratiâ non eſt neg[…]genda veritatis & juſtitiæ Majeſtas, ut ait

Alexandr. Imol. Conſil. 9. lib. 1. Nic[…] Reusner. Conſ. 1. in Prooem. lib. 1. F[…] text. in d. cap. quisquis metu.

hæc enim vincit omnia & vivit in æternu[…],

Roland. à Vall. Conſ. 32. n. 41. vol. 4.

idque vel maximè, ubi igitur de redimer[…] hominum innocuorum famâ & exiſtimatio[…] dum cordati omnes odore bonæ famæ de[…]ctari debemus,

cap. licet in Beatô Petro extra de ac[…] Ludolph. Schrad. de feud. part. 9. c[…] 4. n. 105.

præſertim Nobilium, quorum familias ve[…]ſtas, ſine labe & maculâ conſervari, Rei[…]blicæ intereſt,

l. 1. §. 13. ff. de ventr. inſpic. l. 9. C[…] quæſt. Valent. Forſt. de ſucceſſ. ab […] teſt. lib. 3. c. 4. n. 20.

Quod enim flores illibati in pratis, id nobili[…] familiæ ſplendidæ in Republicâ,

Obrecht. in diſp. de Regal. §. 115.

ideòque meritò omnes Boni Nobilitati f[…]mus.

M. T. Cicerone teſte.

Quamobrem ſine ulteriori prologo & circu[…], non conterendo tempus in multiloquiô, q[…]d Prudentiſſimos ſtomachari ſolet, ut dicit

Aretin. Conſil. 11. Hieron. Gracchar. C[…] de Syndicat. num. 1.

propoſitas ordine Quæſtiones aggrediemu[…]

Quæſtio

QUÆSTIO I.

DE

[N]octurnis Lamiarum & Dæmonum ſaltationibus, & num perſonaliter ſemper conveniant? &c.

PRimam quod attinet quæſtionem, illa duo continet capita: prius eſt, quid de no-[ct]urnis Lamiarum & Dæmonum ſaltationi-[bu]s in genere, & in ſpecie, de confeſſione iſtius [de]mentatæ ſeu obſeſſæ, in Facti Specie deno-[m]inatæ, Puellæ, aſſertione, quoad iſtas La-[m]iarum ſeu Dæmonum ſaltationes ſentien-[du]m? Difficilis ſanè, intricata & propter va-[ria]s Diaboli aſtutias & difformes variorum Do-[cti]ſſimorum obſervationes, exempla, diver-[ſa]que opiniones, hæc eſt quæſtio; Et cum [j]am Veneranda Facultas Theologica almæ [h]ujus Academiæ Giſſenæ deſuper ſit conſulta, [eo]rum ſententia hac in re potiſſimùm erit in-[ſpi]cienda. Interim & noſtram brevibus expli-[ca]bimus, ſalvô ſemper rectiori aliorum judicio.

Sunt, & quidem non poſtremi Nominis, [Th]eologi, JCti, Politici & Phyſici, qui multis [rat]ionibus, ipsâque experientiâ teſte, argutè [de]fendere conantur, mulieres iſtas cum Dia-[bo]lô pactum habentes, & ab eô dementatas, [qu]as Lamias ſeu ſtriges vocamus, certis & [ſtat]is anni temporibus, diebus & horis, verè [&] corporaliter ad deſtinatum locum, à Dia-[bo]lô, vel ſcopis vehi, & ita reverâ convenire, [co]meſſari, choreis & ſaltationibus, aliisque [joc]is & ludis delectari &c. idque I. probant ex [in]umeris ipſarum Lamiarum confeſſionibus, [ta]m ſponte, quàm torturâ mediante factis, [Fr]ancisc. Spir. de ſtrig. c. 2. in fine Joh. [Bo]din. de Magor. Dæmonior. lib. 2. c. 4. [Pe]tr. Binsfeld. de Confeſſ. malef. membr. 2. [con]cluſ. 12. & alii, quibus omninò ſtandum [vid]etur, cum nullum certius dari poſſit teſti-[mo]nium, quàm proprii oris confeſſio, *l. un.* *[C.] de Confeſſ. tot. tit. ff. eod. Menoch. præ-[ſu]pt. 61. n. 8. Weſ. Conſ. 72. n. 29.* illud-[que], de quô conſtat per confeſſionem, dicitur [ha]beri pro certô, *Gl. in c. ſi ſacerdos extr. de [of.] ordin.* & verè apparere, *Immol. in c. cum [con]tingat extr. eod. tit. Hippolit. de Marſil. [Ru]br. n. 81. C. de probat.* Eſt enim con-[feſſi]o ad inſtar rei judicatæ, quæ habetur pro [veri]tate *l. 1. l. 3. l. 6. ff. de conf. ff. Maſcard. [de] probat. concl. 334. & 349. Joh. Goedd. [Con]ſil. Marb. 28. n. 60. V. 2.* rem faciens [noto]riam & manifeſtam, *Menoch. remed. 1. [rec]up. poſſeſſ. num. 218. & 222. Weſenbec. [Con]ſil. 2. num. 61. & ſeqq. Johann. Meiſch-[ſn.] Deciſ. Cameral. 9. fol. 187. tom. 3.*

[I]I. Non parum juvat hanc opinionem & [pr]æcedentem rationem, quòd hoc non una [vel] altera Lamia, ſed innumeræ, diverſis, ſe-[pa]ratis ac remotiſſimè diſtantibus locis ita exa-minatæ, concorditer & quaſi unô ore faſſæ ſint. Sicut autem deformitas & variatio confitentium rem facit dubiam & incertam, ita conformitas concorditer aſſerentium rem facit certam & indubiam. *l. qui ſententiam, ibi*: aut certè omnium, qui tormentis vel interrogationibus fuerint dediti, in unum conſpirante concordanteque confeſſione convictus fuerit, *C. de pœn.* Cui adſtipulatur, quòd non ſolùm in principali negotio, ſed etiam in enarratione circumſtantiarum concordent, in deſcriptione loci, in confectione unguenti, in unctione & ea ſecutâ avolatione, præmiſſis quibusdam verbis: Surſum nec uſpiam allidendo (*oben aus und nirgend an*) per caminos & foramina feneſtrarum & parietum, Diaboli ope confeſtim facta &c. *Franc. Spin. de ſtrig. d. c. 2. in fine.*

III. Adducunt experientiam, quam rerum omnium Magiſtram rectè dixit *Ariſtot. lib. I. Metaphyſ. Et not. in cap. quàm ſit. de Elect. fac. cap. cupientes. eod. Tit. in 6. cap. ſtatutum. de reſcript.* eamque in cognoſcendis criminibus non parum attendendam ſuadet *Proſp. Farinac. in Pract. Crimin. quæſt. 52. num. 154.* Jam verò multis ſic aſſerentibus (quos infra ſuo loco nominabimus) ita viſum fuit & per exempla plurima cognitum, ideoque ita credendum & pro verô habendum, per tradita *Franc. Ponzin. tr. de Lam. n. 39.* Exempla enim rem declarant *l. 1. §. quod vulgò. ff. de vi & vi arm. l. ut reſponſum. C. de tranſact. l. damni. § fin. ff. de damn. inf.* & quaſi digito oſtendunt, ac tactui ſubjiciunt *Bald. conſil. 347. vol. 1. Hyppol. Riminald. conſil. 602. num. 27. per l. 1. ff. de præſcript.* ideoque legitimum ab iis ſumitur argumentum eorum, quæ in eodem genere & ad eundem effectum longô retrò tempore acciderunt & obſervata ſunt, *arg. cap. cauſam quæ. 1. ubi Felin. extr. de Teſtib. l. acta. ff. de re judic. l. cum lite. ff. judicat. ſolo. Bart. ad l. nemo 13. C. de ſent. & interloc. omn. jud.*

IV. Accedit, non ſolùm ita fuiſſe à plurimis Judicibus habitâ diligenti inquiſitione compertum, ſed iſti ſententiæ inhærendo etiam judicatum. Quæ autem ſit rei judicatæ auctoritas, omnibus conſtat, obtinet enim vim legis. *l. nam Imperat. noſter. 38. ff. de leg. l. 37. eod.* Et pro veritate habetur, *l. ingenuum. ff. de his, qui ſunt ſui vel al. jur. l. res judicio. de reg. jur.* imò tantæ eſt potentiæ, ut falſum mutet in verum, *gl. in l. ſi non ſortem. §. hæreditatis. ff. de condict. indeb. Johann. Vincent. Honded. conſil. 61. n. 9. vol. 1.* album in nigrum, *Cravett. Conſil. 79. n. 1. Jas. in l. Julianus. 2. ff. de condit. inſtit. Johann. Meichſn. Deciſ. Camerar. 22. num. 6. tom. 3.* faciatque de non-ente ens & de indebitô debitum. *l. 1. de condict. indeb. Joh. Goedd. conſil. Marp. 26. num. 109. vol. 1.* inducatque notorium & præſumtionem juris & de

& de jure, quæ probationem in contrarium admittere nauſeant, *c. veſtra c. fin. de cohab. cleric. Weſenbec. conſil.* 6. *num.* 63. *Meichſner. d. deciſ.* 22. *num.* 7. *Andreas Feil. Tr. de pignorat. c. ult. num.* 2. adeoque altera eſſe natura cenſetur, quæ det originem, perimat, tollat, augeat, exſtinguat, ut poſt *Bald.* & alios tradit *Dn. Herm. Vult. conſil. Marp.* 30. *num.* 103. *Vol.* 2. Hinc Imperator Alexand. Præſidem Provinciæ jubet, ea, quæ in eodem controverſiarum genere frequenter ſervata ſunt, cauſâ cognitâ ſtatuere, *l.* 1. *C. quæ ſit long. conſuet. junct. l. fin. C. eod.*

V. Argumentum deſumunt à poſſibili, videlicet poſſibile eſſe Dæmoni, homines corporaliter de locô ad locum transferre, idque ſatis conſtare ex aliis Magorum operationibus, qui palliis ſuis homines læſos ad longinquos locos per aërem transvexerint, it. campſionibus ſeu permutationibus puerorum, vulgò *Wechſelkinder*, idque quamplurimis exemplis ſpecialibus adductis probant Auctores mallei malef. *Jacob. Sprenger.* & *Henric. Inſtitut. part.* 2. *quæſt.* 1. *cap.* 3. imò Diabolus ipſum DEI filium Creatorem ſuum aſſumpſit & ſtatuit eum ſupra pinnaculum templi, & rurſus ſuper montem transvexit *Matth.* 4. Ergò non debet ei, cui, quod plus eſt licet, quod minus eſt non licere, *l. non debet. ff. de reg. jur.* Accedit etiam, quod Dæmones in naturalibus non ſolum pares bonis Angelis, ſed etiam quibusdam longè ſuperiores exiſtant, quæ naturalia per lapſum non ſunt imminuta, ſed tantùm gratioſa, ideo adhuc in eis remanent, licet obfuſcata, ligata, *Auct. mallei malef. part.* 2. *q.* 1. *c.* 3. *verſ. nec & ſecundum Franciſc. Spin. de ſtrigib. cap.* 4. *Paul. Girland. de ſortileg.* 9. 6. *num.* 4. juxta illud Domini apud *Joh. cap.* 41. dicentis, non eſt poteſtas ſuper terram, quæ ei valeat comparari. Jam verò bonum Angelum hominem poſſe per aërem transvehere corporaliter, habemus *Dan.* 15. de Angelô, qui capillô capitis apprehenſum Prophetam Abacuc ex Judæâ duxit in Babylonem, modicô temporis ſpatiô & itidem inde reduxit.

VI. Deſumunt à veriſimili. Cùm enim tanta ſit malitia Diaboli, ut ſe adorari velit, ceu DEUM, ſicut hâc tentatione ipſum Salvatorem aggreſſus eſt, *d. c.* 4. *Matth.* ac Sagæ ſeu mulieres iſtæ dementatæ in hoc etiam confeſſione ſuâ concordent, quòd in ejusmodi ludis nocturnis Diabolum, in formâ hirci ſaltantem, adorent, veriſimile eſt Dæmonem non imaginariâ adoratione contentum eſſe, ſed eas ad ipſum ludum verè & realiter apportare, ut etiam verè & realiter adoretur: Argumentum autem à veroſimili, in jure bonum eſt, *l. ſi extraneus ff. de condict. ob cauſ. l. Lucius §. Titio ff. de liber. & poſthum. l. fin. C. de hæred. Inſt.* Quod enim veroſimile eſt, probabile eſt & ſpeciem veri habet; ſicut è converſò, quod non eſt veriſimile, ſpeciem habe[t] falſi, ut dixit *Bald. in l.* 1. *C. de ſervit. fugi[t.] Jaſ. in l. ſi extran. num.* 8. *C. de condict. ob turp. cauſ. Erneſt. Cothman. conſin.* 15 *num.* 124. *Vol.* 1. ideoque qui arguit à veriſimili, arguit à ratione naturali, cùm veriſimilitudo ſit cognata naturæ. *Bald. conſil.* 150. *n.* 3. *Vol.* 3. *Vult. conſil. Marp.* 15. *num.* 15[.] *Vol.* 1. & in dubiô veriſimile habetur pro verô *Anton. Faber in conſult. de Ducat. Montiſ ferr. part.* 1. *fol.* 32. *in fine.* Cui adminicu[…] latur, quod Diabolus ſit ſimia DEI & non ſolùm ipſum cultum divinum, ſed & modum ſimilem colendi affectet, ut apparet ex *d. c.* 4. *Matth.* ib[i] hæc omnia tibi dabo, ſi proſtratus adoraveri[s] me; idque multis exemplis oſtendit & prob[at] *Wilhelm. Zepper. in LL. Moſ. lib.* 4. *c.* 5.

VII. Facit, quod in omni actu realitas & v[e]ritas potius, quàm fictio præſumatur, cùm il[la] ſit ſecundum, hæc præter naturam *l.* 3. *§. h[æc] verba ff. de negot. geſt. l. filium quem pate[r] ibi: ne imagine naturæ adumbretur ve[ri]tas ff. de liber. & poſthum. junct. l. fidei com[]miſſum,* 76. *ff. de condit. & demonſtr. V[a]lentin. Forſterus de ſucceſſ. ab inteſt. lib.* [] *c.* 24. *num.* 7. Quin imò hoc caſu duæ co[n]current fictiones, una in imaginariâ translati[o]ne, altera in imaginaria adoratione, cùm tamen juris ratio non patiatur duas fictiones concurrere in eâdem perſonâ & circa eandem rem, *Gl. & Dd. in l.* 1. *C. de dot. promiſſ. Z[] ad l. ſingularia, num.* 16. *ff. in reb. cr[ed.]*

VIII. Facit, quod plerumque Sagæ per[ſo]naliter paciſcuntur cum Dæmone, & is v[…] adhibitis quibusdam ſolennibus iſtas abjur[are] facit venerandam Trinitatem, & ſibi homagi[um] præſtari, prout ex Sagarum confeſſionibus [&] exemplis apparet: Atqui rem quamcunq[ue] ſuâ metimur origine *l. qui id quod ff. de d[…] l. fin. ff. ſi ex noxal. cauſ. agat. Regner[…] Sixtin. conſil. Marp.* 18. *num.* 35. *vol.* 2[.] ex primordiô negotii poſterior ſolet form[ari] eventus *l. potior. l. quia balneum, ff. q[ui] potior, in pignor. l. un. in fin. Cod. de i[m]pon. lucr. deſcript. Roland. à Valle con[ſ.] 76. num.* 20. *vol.* 3. *Cravett. conſ.* 10[…] *num.* 33. neque progreſſus præſumitur de[ge]nerare à ſuô principiô, *Petrin. Bellus de [re] milit. part.* 10. *tit.* 2. *num.* 34. ideoque [ſi]cut pactum ipſum & homagium verè & re[ali]ter fit, ita etiam verè & realiter effectum [&] continuationem illius, videlicet adoration[em], quæ illi conſequens eſt, fieri cenſendum [eſt.] Quale enim principium, tale principiatum.

IX. Hâc præſuppoſitâ opinione illud [nun]quam conſequens & conſectarium infert[ur], quòd cùm Sagæ ſeu lamiæ realiter & cor[po]raliter ad ejusmodi ludos & ſaltationes noc[tur]nas conveniunt, eas, quæ in tali conventu c[on]ſpiciuntur, verè adeſſe, nec ullam illîc conſp[ici], quæ non verè & realiter adſit & ipſi Diabo[lo], tanquam Præſidi & Magiſtro iſtarum cho[ro]run[…]

n & ludorum, homagium præſtiterit & Ma-
is artibus conſtricta ſit, ideoque ſatis certum
indicium, perſonas ita realiter in ejusmodi
lis præſenter conſpectas & indicatas, Dia-
lo & magicis artibus addictas, & de iis non
ùm ſuſpectas, ſed quodammodò convictas
e, uti infert *Petr. Binsfeld. de confeſſ. ma-
f. membr. 2. concluſ. dubio 2.* aliâs hoc ſe-
eretur abſurdum, non ſolùm ipſas lamias,
etiam honeſtas & pias fœminas ad iſtos lu-
s deferri iisque intereſſe poſſe. Argumen-
n autem à vitandò abſurdò in jure noſtro
lidum & frequens eſt, *l. nam abſurdum. ff.
bon. libert. l. obſerv. §. fin. ff. de offic. Pro-
nſ. gloſſ. in l. Offilius, ff. de legat. 3. Hart-
nnus Piſtor. lib. 2. q. 29. num. 41. & q.
. num. 30. Bruckman. in §. Venatio, c. 4.
m. 25.*

Hanc ſententiam, de corporali, reali &
â Lamiarum avolatione & præſentiâ in ludis,
enumeratis modò & aliis fundamentis quam-
rimi tuentur Theologi, maximè Inquiſito-
hæreticæ pravitatis, nec non etiam JCti &
litici non poſtremi nominis, *Jacob. Spren
. & Henric. Inſtit. in malleô malef. part.
q. 1. cap. 3. Barthol. Spine de ſtrigib. c.
& ſeqq. Paul. Ghrilland. de ſortileg.
æſt. 7. num. 8. & ſeq. Petr. Gregor. Tho-
ın. de republ. lib. 13. c. 28. Joachim. Ca-
rar. in proœm. Plutarchus de defect. O-
ul. fol. 332. Joh. Bodin. de magor. Dæ-
oman. lib. 2. cap. 4.* uti quamplurima ſuæ
tentiæ adducit exempla, non per ſomnia,
pſe ait, ſed per judicia contradictoria, con
iones, condemnationes &c. obſervata *Pe-
s Binsfeld. de confeſſion. malefic. poſt
elud. concluſ. 12. & paſſim.*

Verùm quamvis hæc ſpecioſè multisque
babilibus argumentis, exemplis & auctori-
bus prædicti auctores, & qui eos ſequuntur,
diſputent & defendere conentur: major ta-
n & ſanior pars Theologorum, JCtorum,
iticorum & Phyſicorum firmioribus & ſo-
oribus fundamentis in eam propendent ſen-
tiam, iſtos Lamiarum conventus, ludos,
reas, comeſſationes, apparitiones plerun-
eſſe illuſiones & ludificationes Dæmonum
utplurimùm præſtigias & ſpectra tantùm
ninarum, in ludis & choreis iſtiusmodi ſpe-
i, non autem vera corpora, quæ & nobis
per verior viſa fuit.

Et quidem hæc ſententia nititur auctoritate
ncilii Anquirenſis, vel, ut alii volunt, An
nſis, cujus decretum canonizatur in *cap.
iſcop. 26. quæſt. 5.* ubi ex Decreto præ-
i concilii ita ſtatuitur: ipſe Satanas, qui
sfigurat ſe in Angelum lucis, ut Scriptura
d Corinth. c. 11. cùm mentem cujuscun-
mulieris ceperit & eam per infidelitatem
ſubjugaverit, illicò transformat ſe in diver-
m ſpecies perſonarum atque ſimilitudines
nentem quam captivam tenet, in ſomniis
dens, modò læta, modò triſtia, modò
cognitas, modò incognitas perſonas oſten-
dens, per devia quæque deducit, & cum ſolus
ſpiritus hoc patitur, infidelis mens hoc non
in animô, ſed in corpore evenire opinatur &c.
Huic concordat *textus in C. nec mirum. d. cauſ.
26. q. eadem. Ioh. Köpp. obſ.* 130. *n.* 7. ubi
dicit ad prædictum canonem *Epiſcopi* ſolidum
hactenus ſe non vidiſſe reſponſum. Eandemque
ſententiam ſequi *Auguſtin. in lib. de Spirit.
& lit. c. 28. ibid. teſtat.* atque in dubiis opi-
nionum procellis ſecurus navigat, qui cum textu
navigat, inquit *Udalr. Zaſ. ad l. properandum.
§. & ſiquidem n. 8. C. de judic.* habet enim, ubi
pedem figat, *ut loquitur Bald.*

Et cùm hic textus Sectatoribus contra-
riæ opinionis oculorum aciem valdè perſtrin-
gat, prænominati ſupra Auctores mallei ma-
lefic. aliique Inquiſitores, quique eos pro-
pter auctoritatem vel gratiam ſequuntur, alle-
gatum c. Epiſcopi variè torquent & perſpicuam
illius diſpoſitionis literam variis interpretatio-
nibus evertere conantur, communiter infe-
rentes, in iſtô capit. non agi de hac ſectâ mo-
dernarum Lamiarum ſeu Strigum, ſed alia
longè diverſa. *Barth. Spin. de Strig. cap. 25.
Alfonſ. à Caſtr. lib. 1. de Juſt. hæret. punit.
cap. 16. Paul. Ghrilland. de Sortileg. q. 7.*
idque multis perſequitur *Petr. Binsfeld de
Conf. malef. circa fin. in reſolut. argu-
mentorum.*

Verùm iſthâc tergiverſatione & ſimilibus
commentis textus allegati auctoritatem non
infringunt. Quamvis enim iſte loquatur de
ejusmodi ſectâ Sagarum, ſeu à Diabolô de-
ceptarum fœminarum, quæ credebant, quòd
equitarent cum Dianâ, Deâ paganorum, &
Herodiade & innumera multitudine mulierum
ſuper quasdam beſtias &c. it. quæ putarint ali-
quid Numinis & Divinitatis eſſe præter DEUM:
quâ ignorantiâ modernæ Lamiæ non laborant,
cum ſimilibus diverſitatis circumſtantiis: atta-
men certum eſt, in realitate & fundamentô
iſthæc convenire, quamvis in modô & cir-
cumſtantiis varient. Conveniunt enim (1)
in hoc, quod ſicuti noſtri temporis Sagæ &
dementatæ mulierculæ à DEO ad Satanam ſe
convertunt: ita & relatæ in illô cap. mulieres,
ſceleratæ & ad Satanam converſæ & Dæmonum
illuſionibus ſeductæ, illius præſtigiis credere
dicuntur. (2) Sicuti relatæ in d. cap. mulieres
putarunt ſe equitare ſuper quasdam beſtias &
multarum terrarum ſpatia intempeſtæ noctis
ſilentio pertranſire, & Diabolo, comparenti
in formâ Dianæ, velut Dominæ, obedire,
eique ſervire: ita & modernæ Lamiæ confiten-
tur ejusmodi delationes, conventicula & quod
in illis utplurimum Diabolo in forma hirci
apparenti ſerviant & obediant.

Habet enim multos & infinitos fallendi
homines modos Diabolus, qui tamen ſemper
eſt ſui ſimilis, & per diverſas fallacias, actus &
fraudes ad eandem metam collimat, ut artibus
ſuis & præſtigiis homines à veri DEI invoca-

tione ad ſui cultum perducat & in æternæ damnationis barathrum præcipitet. Quod enim olim Diabolus in formâ Dianæ & Herodiadis (tunc temporis enim ita ei commodum id fuit, propter recens deſertum & adhuc in memoriâ & opinione multorum ad Chriſti fidem converſorum, reſidentem Ethnicismum, in quô Diana pro Deâ colebatur) verſutus hoſtis practicavit, comitando Sagas & ad conventicula deducendo, id hodie in formâ hirci vel Equitis, aut alîus phantaſmatis efficit. Nam ex ipſarum Lamiarum confeſſionibus, aſſerentium ſe hircis, ſcopis & beſtiis inſidere & equitare, idem appareat: quod & modernæ Lamiæ aliquid divinitatis Diabolo tribuant, id ex eô ſatis apparet, quod divinos honores eidem deferant, cultu adorationis & venerationis. Eandem itaque & tunc egit, & hodie adhuc Diabolus agit fabulam, ſive tragœdiam, & ad eundem effectum, quamvis modô alio atque alio. Cum itaque ratio deciſionis illius capitis ſit generalis (prout ſemper lege ipſa generalior debet eſſe ratio) ita ut in fundamentô tam noſtri temporis Lamiis, à Diabolô deceptis, quàm ibi ab eodem dementatis convenire poſſit, ipſa etiam lex in noſtri temporis Lamiis locum habebit. Ubi enim eadem ratio, ibi idem jus dominetur oportet, *l. generali.ff. de fidejuſſ. Cravett. conſil.* 187. *num.* 2. idque obtinet etiam, ſi lex in hypotheſi certarum perſonarum vel circumſtantiarum intuitu diſponat ſpecialiter, ratione tamen additâ generali, nihilominus generaliter accipitur, *text. in l. regula. circa fin. ibi*: & licet municipum mentio fiat in hâc epiſtolâ, tamen etiam in qualibet perſonâ idem obſervabitur, *ff. de jur. & fact. ignor. Bart. ibid. Hieron. Schurff. conſil.* 18. *n.* 4. *cent.* 1. Caſus enim ſimilis expreſſo, ex identitate rationis habetur pro expreſsô, *arg. l. fin. ubi Bart. C. de inſtit. & ſubſt. Bald. in l. diverſas*, *num.* 3. *C. mand. Paul. Pariſ. conſil.* 66. *n.* 59. *Cravett. conſil.* 62. *n.* 14. *& conſ.* 130. *n.* 7. *Tiber. Decian. reſponſ.* 28. *n.* 23. *lib.* 2. ideoque interpretatio, quæ fit ex rationis in lege expreſſæ generalitate, non eſt extenſiva, ſed comprehenſiva, *Surd. conſil.* 25. *n.* 38. *&* 39. *vol. I. Gylmann. in ſymphorem. ſupplic. tom.* 1. *part.* 1. *tit.* 3. *n.* 7. *in fin. fol.* 187. *Proſp. Farinac. Conſil.* 30. *num.* 77. *lib.* 1. *Dauth. in expoſ. l. fin. n.* 87. *C. de pact.*

Sicut namque genus complectitur omnes ſpecies (inter ſe licet diverſas & contrarias) ita ratio in lege expreſſa omnes caſus expreſſis ſimiles *Bald. in l. de quibus, ff. de legib. Dec. in l. nemo.* 11. *num.* 5. *C. qui teſtam. fac. poſſ. Förſter. in Tr. de ſucceſſ. ab inteſt. lib.* 7. *c.* 4. *num.* 14. *Johann Meichſner. deciſ. Cameral.* 9. *n.* 206. *tom.* 3. etiamſi in una atque alterâ circumſtantiâ varient, cum ſimile non ſit idem. Quamobrem cùm diſpoſitio & ratio dicti noſtri textûs ſit clara & perſpicua, locum habet regula tradita à *Verallo deciſ. Rom.* 28. *n.* 3. quòd in claris ſtare debeamus textui expreſſo, *per tex in l. ille aut ille*, §. *cum ita. ff. de verb. oblig. Decian. conſ.* 503. *n.* 3. nec adhærere gloſſis *Bald. Conſil.* 342. *col.* 2. *vol.* 1. Nam interpretatio in caſu claro redolet calumniam, u poſt. Curt. ſcribit *Meichſner. deciſ. Camer.* 30. *n.* 3. *tom.* 3. *Herman. Vult. conſil. Marp.* 29. *n.* 5. *vol.* 2. *addens ex Baldô ad l. cert. generi. ff. de ſervit. ruſt. & Burſat. conſ.* 36[illegible] *n.* 24. *vol.* 4. ubi dicit infirmitatem intellectû eſſe, quærere conjecturas, cùm habemus verba clara: & eô caſu nimium ſubtilizare, nih aliud eſt, quàm perniciosè errare, ut dixit *Jo ſeph. Ludovic. Deciſ. Lucenſ.* 48. *n.* 2. ide[illegible] que aliâ viâ textûs noſtri auctoritatem conar tur evertere, *Joh. Bodinus d. ſupr. loco* [illegible] *Petr. Gregorius Tholoſan. de republ d. ca[p]* 28. *n.* 16. ubi refert hoc caput inter paleas quæ non habent juris auctoritatem.

Deinde dicit concilium illud Ancyrenſe, [illegible] cujus decretis cap. legitur deſumptum, eſ ſuſpectum, cùm neſciatur, quo anno & ſ[ub] quo Pontifice illud ſit celebratum.

Breviter reſpondemus negando, quo[d] illud capit. referatur inter paleas, quia iſ capitulis, quæ inter paleas referuntur, illi verbum PALEA expreſsè legimus ſuperſc[ri]ptum, uti apparet ex inſcriptione capit. Co[n]ſtantinus diſtinct. 96. & ſimilium.

Præterea conſtat ex Hiſtoricis, conciliu[m] illud Ancyrenſe, ſeu, ut quidam illud den[o]minant, Ancyranum, celebratum fuiſſe cir[ca] Annum Chriſti 357. ut apparet ex Chronolo[g.] D. Chriſt. Helvici, inſignis Hiſtorici, Chr[o]nologi ac Theologi quondam, in Illuſtri Gie[ſſ.] Acad. Profeſs. ſub rubr. de Conciliis. [illegible] ſcribit *Gabriel Prateol. in Narrat. de Co[n]cil. Eccleſ. Chriſt. n.* 3. in hæc verba: Co[n]cilium Ancyranum fuit quidem provincial[e] ab Ancyrâ Galatiæ civitate dictum, ſed tam[en] receptum in 6. Synodo generali Conſtantin[o]poli, ut patet ex Canone 6. Synod. Et [ex]preſsè canonizatur in *c. quoniam ſanctæ.* [di]*ſtinct.* 16. *junct. c. prima adnotatio, diſtin[ct.] ead. Et in c. de libell. diſtinct.* 20.

Neque ad rem facit, quòd non referatu[r] ſub quô Pontifice illud concilium ſit celeb[ra]tum, quia circa id tempus generalis iſte P[on]tificis Romani primatus nondum fuit in e[o], quem primus Bonifac. 3. Papa à Phoca I[m]peratore anno circiter 607. ſibi redem[it], *Onuphr. Panuin. in Vit. Bonifac.* 3. *Ca[l.] in Chronolog. ſub rubr. Imperatores C[on]ſtantinopolitani de imper. Phoc. Alicat.* [illegible] *l. omni innovat. C. de Sacroſanct. Eccleſ.* [illegible] *Menzer. in diſp. Anti-Piſtor. ult. theſ.* [illegible] *Branchorſt. in Miſcellan. aſſert.* 80. *cent.*

Et cum hoc negare non poſſit *Petr. B[i]feld. alleg. ſupr. loc.* aliter reſpondet, videl[ice]t concilium illud non fuiſſe generale, ſed Pro[vin]ciale, ideóque non potuiſſe ſtatuere ita co[n]

[illegible]

acras literas. Verùm neque hoc elidit auctoitatem noſtri textûs, cùm certum ſit, juris anonici capitula auctoritatem habere à Ponifice, undecunque illa ex quibuscunque ſcritis ſeu conciliis deſumta ſint. Sic capitula illa, uæ ex Divi *Auguſtini*, *Hieronymi*, *Cypriai Chryſoſtomi* aliorumque Patrum ſcriptis eſumta ſunt, juris authoritatem obtinent & d cauſarum deciſionem allegantur, non quateus ſunt Aug. Hieron. &c. ſed quatenus à Ponifice, uſurpante juris condendi poteſtatem, omprobata & inter canones relata ſunt, *Thom.* 2. *q.* 10. 4. *artic.* 3. *Imo L. in c. cum tanto* . 7. & 8. *de conſuet. Raviſ. conſil.* 68. *num.* 06. *lib.* 4. quos in ſimili allegat, & dividendo equitur *Proſp. Farinac. deciſ. Rot. Rom.* 4. *n.* 5. ubi refert, Dominos de Rota cenuiſſe, quòd Pontifex, ceu Legislator, præce tum veteris teſtamenti judiciale mortuum oſſit vivificare, illud deſuper diſponendo: imiliter & concilii cujuscunque decreta pro re aſſumere & ejus auctoritatem tribuere po rit: quod in dubium vocare videtur *Mart. elr. Diſquiſ. Mag. lib.* 5. *ſect.* 16. qui tamen onfutatur in *Tr. anonym. de proceſſu advers crimen veneficii*, *Colon. Agrippin. Anno* 629. ſumptibus Conſtantini Münch edito 63. *& ſeqq.* ubi ita ſcribit: Exiſtimo huic creto Eccleſiaſtici canonis authoritatem degari non poſſe: Quod his rationibus probatur: I. Quia Canon hic Corpori Juris Canonici, & jam olim ab antiquo & noviſſimè à Gregoriô XIII. recognito & approbato ita inſertus eſt, ut nullo verbô aut ſigno, quod in aliis ſuppoſititiis fieri ſolet, ei Canonis Eccleſiaſtici authoritas abrogetur. II. Quia in Gloſſa aliisque Canoniſtis & Interpretibus *ibidem* ita receptus eſt, ut nec unus, quod ſciam, Canoniſta eum repudiet, quem ita etiam, uti diximus, recipiunt Burchardus, Navarrus locis citatis: Nec Theologi hactenus eum repudiarunt; ſed defendit recens etiam *Suarez*, *Tom.* 1. *de relig. lib.* 2. *de ſuperſtit.* . 16. *n.* 26. Nec dubitant *Vaſq. ad* 1. *p.* 5. *Thom. diſp.* 184. *c.* 2. *& Valentia diſp.* 4. *q.* 2. *pun.* 2. Durum eſt autem in materiâ propriè Canonica, à communi Canoniſtarum omnium cæterorumque Doctorum ſententia recedere. III. Idem Canon primâ etiam origine ſuâ maximæ & vetuſtiſſimæ autoitatis eſſe comprobatur: cum ſit vel ipſius oncilii Ancyrani I. ut Gratianus & communiter Canoniſtæ, & Doctores in decretô ibidem notârunt; non quidem unus ex ordinariis eius concilii canonibus, ſed ex quodam ppendice, ſeu generali decreto ab eodem oncilio edito, ut referunt *Binius Tom. I. oncilior.* (ubi etiam concilium illud Ancyranum refertur approbatum à Concilio Niænô) & *Caranza in ſumma conciliorum*, b finem Concilii Ancyrani, ubi refert id approbatum à Synodo Trullana cap. 2. Vel certè ſit Damaſi Papæ, e quodam Concilio Romanô, ut ſentiunt *Baronius*, *An. Chriſti*, 314. *& Binius loc. cit.* Quandoquidem prorſus ſimilia leguntur in vitâ Damaſi Papæ, quæ exſtat Romæ, *in pervetuſto de Vitis Sanctorum codice Mariæ Majoris*, ubi poſtquam reliqua relata eſſent ex Synodo Romanâ, in qua Damaſus Macedonium & Apollinarem damnavit, adjungitur, anathematizatas in eâ ſynodo eſſe maleficiis, ſuperſtitionibus & incantationibus ſervientes. Ac ſimul, ne quis aliò hoc trahat, expreſſa ſit mentio earum mulierum, quæ putabant ſe nocturnô ſilentiô, cum Herodiade & universâ multitudine mulierum, ſuper beſtias equitare, & multa terrarum ſpatia peragrare, ut refert recens quædam annotatio Gregorianæ editionis Decreti. Et fieri etiam poteſt, ut Canon ille à Concilio Ancyranô dudum editus, denuò quaſi renovatus, & ad praxin revocatus, fuerit Decretô Damaſi, & benè *Suarez loc. cit.* IV. Accedit, quòd de mulieribus illis eadem habentur *tom.* 3. *Auguſtini lib. de ſpir. & lit. cap.* 28. qui etſi non ſit Auguſtini, ſed authoris non paulo recentioris, eſt tamen liber doctus & pius, ut recenſet *Bellarminus lib. de Scriptoribus Eccleſiaſt.* in Auguſtinô, & multò veriſimilius eſt, hunc auctorem ex illô decretô partem deſcripſiſſe, quàm contra. V. Denique nullum eſt firmum argumentum, quô probatur canonem illum ſuppoſitum eſſe, imò nullum ferè aliud, quam quòd à materiæ in eô deciſæ & aſſertæ inconvenientiâ noviter à nonnullis deſumptum eſt; quod argumentationis genus ad convellendam antiquorum Scriptorum & antiquitus receptorum authoritatem, & per ſe odioſum & ſæpe fallax, & hoc loco importunum infirmumque eſt, cùm ſine ullo abſurdo illius doctrina rectè explicari & defendi poſſit, ut mox dicetur. Neque admittere aut credere poſſumus, quod ſine ſufficienti probatione aſſerit, aut ſuſpicatur *Delrius cit. l.* 5. *ſect.* 6. quædam quæ ſc. minus probantur à Burchardô, vel aliis inſerta, cum ea dudum ante Burchardum, ſive in Decretis ipſius Concilii Ancyrani, ſive in vita Damaſi, legatur; ut taceam auctorem *libri de ſpir. & lit. cit. locis.* Ex quibus omnibus concludimus, hunc canonem, ſecundum id, quod in eô per ſe principaliter intentum ac definitum eſt, planè habere vim Eccleſiaſticæ regulæ. Et hoc primum eſt pronunciatum, quod de hâc re ſtatuimus.

Quicquid itaque ſit de illô Conciliô, ſatis eſt, quòd hoc capit. à Pontifice inter canones relatum & juris indubitati auctoritate donatum ſit. Verùm dices, quid Pontificis & juris ab eô

Novell. Val.

(Ss) 2

eô conſtituti auctoritas ad nos, qui in terris Imperii vivimus, eumque ſuperiorem non agnoſcimus? Paucis reſpondemus juris Canonici auctoritatem paſſim in terris Imperii receptam, maximè in cauſis concernentibus conſcientiam & res ſpirituales, *Mynſing. Obſ. 6. cent. 4. Joh. Dauth. de teſtam. n. 8. Herman. Vultejus in Prolegom. jurispr. Modeſtin. Piſtor. Conſil. 16. n. 6. vol. 1.* non quidem in gratiam Pontificiæ auctoritatis, & velut ab eô profectum, ſed tanquam jus noſtrum, ſpontaneo ac liberrimô Principum ac Procerum Imperii conſenſu receptum, *Regner. Sixtin. de Rega. lib. lib. 1. c. 4. n. 118. in fin. Joh. Goedd. de contr. ſtip. cap. 6. concluſ. 7. n. 109.* neque ſimpliciter & in totum, ſed quatenus res in iis propoſitæ juris naturalis & divini veſtigia imitantur, *juxta text. in c. fin. in notat. diſtinct. 9. Matth. Stephan. de jurisdict. lib. 3. part. 1. c. 3. n. 23.*

Et quoad Auguſtanæ Confeſſionis addictos Status & cives Imperii ita expreſsè conſulendo determinavit, poſt *Modeſt. Piſt. alleg. modò conſil.* celeberrimus Herman. J. C. Erneſt. Cothm. *conſil. 28. n. 70. Vol. 1.* ubi in hæc verba ſcribit: Auguſtanam Confeſſionem profitentes jura iſta Canonica omninò obligare, quatenus nominatim non ſunt abrogata, neque etiam juri divino repugnant, jam verò textus capituli noſtri neque juri divino repugnat, neque abrogatus eſt lege aliqua civili, tantò minus naturali rationi repugnat, ut ei magis, quàm contraria congruat ſententia, ut ex ſeqq. apparebit.

Non tamen eorum comprobamus ſententiam, qui contra literam & ſenſum hujus capituli illud exſtruere volunt, omnes Lamiarum cum Diabolo negotiationes, actiones, veneficiorum præparationes & hominibus ac brutis præparatorum applicationes eſſe merè imaginarias & nuda phantasmata, adeoque in eas non ita ſeverè animadvertendum, quòd expreſsè pugnaret cum ſacris literis & legibus noſtris, quæ illas occidere jubent, *Exod. 22. §. 18.* quòd præcipuè *Paul. Ghrilland. de Sortil. q. 3. n. 9.* & alii ex diſſentientibus impugnant.

Neque hoc, quaſi nunquam Diaboli potentiâ effici poſſit, ut Lamiæ corporaliter ad locum conventiculi deferantur, contra quos potiſſimùm allegati ſuprà auctores & inquiſitores diſputant, ſed juxta verum ſenſum illius capituli, utplurimùm congregationes & ſaltationes iſtas nocturnas fieri illuſoriè & phantaſticè. Ita enim declarat *Johan. Scultet. in Tr. Germ. de Magiâ & Magis cap. 7.* Conf. etiam, quæ noviſſimè ſcripſit *Fridericus Balduinus de Caſ. conſcient. lib. 3. c. 5. caſ. 7.* ubi deducit negari non poſſe Diabolum interdum corpora ſuorum mancipiorum aliò transferre, & ab hâc ſententia non alienus eſt *Martin. Delr. Diſq. Mag. lib. 2. quæſt. 16. fol. 169.* ubi dicitur illam ſe putare opinionem ve[rissimam]: Nonnunquam verè Sagas transferr[i] à Dæmone de loco in locum hirco, vel alte[ri] animali, vel arundini veræ, ſcoparumve bacu[]lo etiam vero, ſed acto & ſublevato à Dæmo[]ne, inequitantes, corporaliter conventui ne[]fario intereſſe. *Hactenus ille.*

Uti juris authoritate hæc nititur ſententia ita ſecundò rationi naturali magis congruit ſiquidem ex plurimis Lamiarum confeſſionibus quæ ab utriusque opinionis Defenſoribus ad feruntur, conſtat eas credere & aſſerere, quò[d] poſtquam ſe oleo, Diaboli arte ad id confecto inunxerint, per caminum, exiguas feneſtra[r]um vel parietum rimas, aliaque anguſtior[a] loca, ſcopis inſidentes evolare, & per aërem ad locum deſtinatum deferri poſſint. Hoc au[]tem cum Naturæ pugnat principiis, ut corpu[s] majus penetret per ſpatium improportionatum per foramina videlicet feneſtrarum & parieti[s] quod per Dæmonem non magis fieri poſſet quàm ut Camelus tranſiret per foramen acûs quod ab ipsô Salvatore habetur pro impoſſibi[li] *Matth. 19. v. 24.* & eruditè deducit *Johann. Wier. de præſtig. Dæmon. lib. 3. cap. 13.* [&] poſt eum *Johann. Goedeman. in Tr. ſuo d[e] Lam. lib. 2. cap. 4. n. 40.* ubi addit hanc ra[]tionem, quod corpus & quicquid loco ci[r]cumſcribitur, ſeu omne locatum debeat eſ[ſe] ſuo loco proportionatum, alioquin dandar[e] eſſe corporum penetrationem, quod contr[a] naturam & omne Phyſicum eſt principium. Indeque & noſtri dicunt, quòd experiment[a] verorum ſermonum debent concordare cu[m] rebus ſenſatis, ut not. *Bald. in Tr. Schiſma[tis] quem poſuit ſub rubr. C. ſi quis aliquem te[ſt.] prohib. Et in l. fin. C. de edict. Div. Had[r.] toll. & in l. teſtium. C. de teſtib.*

Et præſupponendus eſt aptitudinis act[us] in quolibet corpore naturali, ut eſt Philoſo[]phorum regula, quam noſtri ita inferunt ſemper in quovis actu præſupponendos eſ[ſe] terminos habiles, *l. adigere 6. §. quamvis. [ff.] de jur. patronat. Anton. Fab. in C. rer. [in] Sabaud. jud. lib. 5. tit. 17. defin. 1.*

Accedit & hoc, quòd ex ipſarum Lami[a]rum plurimis confeſſionibus conſtet, quod p[u]tent & aſſerant, quasdam ex numerô illaru[m] non rarò à Diabolo verè transmutari in fele[s] aliasque beſtias; quæ eſſentiarum in creatu[ris] mutatio verè & realiter fieri omninò n[on] poteſt, cùm eſſentiæ rerum ſint immutabil[es] *Scalig. lib. 2. de cauſ. ling. Lat. pag. 202.* [] *p. 131.* ubi dicit, eſſentiam rerum mutari q[ui] dixerit, ſcuticâ caſtigandum eſſe.

Virtutem iſtam transformandi una[m] creaturam in aliam, neque Diabolo pr[o]priam eſſe, neque à Deo ei permiſſam, ſed [So]li ſuæ divinæ Potentiæ reſervatam, æquè vi

im producendi creaturas ex nihilô, quâ etm à Dæmoniis gentium diſtinguitur, *Jerem.* o. noviſſimè multis deducit *Frider. Balduin.* *e Caſib. conſ. lib.* 3. *c.* 5. *caſ.* 8. ubi etiam adıcit *Auguſtin. lib.* 18. *de civ. Dei c.* 17. hæc verba ſcribentem : Nec ſanè Dæmoes naturas creant, ſed ſpecietenus, quæ verò DEO ſunt creata, commutant, ut videantur ſe, quod non ſunt. Non itaque ſolum aniıum, ſed nec corpus quidem ullâ ratione crederim dæmonum arte vel poteſtate, in mema vel lineamenta beſtialiter veraciter poſſe onverti : Sed phantaſticum hominis, qui etm cogitando vel ſomniando per rerum innuerabilia genera variatur, & cum corpus non , corporum tamen ſimiles mirâ celeritate rmas capit, ſopitis aut oppreſſis corporeis ominum ſenſibus &c. Quin imò hæreticum e iſtam vim transformandi Diabolo tribuere ribit *Decian. in Tr. Crimin. lib.* 5. *cap.* 17. 38. uti eum ad hoc allegat *Farinac. de ereſi quæſt.* 181. *num.* 18.

Ideoq; verius & naturali rationi ejusque prinpiis convenientius eſt, poſt inunctionem Diablicâ ſuperſtitione factam, Lamias plerunue in profundum ſomnum incidere & à Diaolo forti quadam imaginatione, phantaſiis præſtigiis in apparentiâ variarum ſpecierum cupari & ſic illis illudi, maximè cum & Mei unctionibus quibusdam quandoque natuiter ſomnum vehementiſſimum inducant, nctis temporibus ægroti, ut experimentô ductô *Barthol. Spine in Tr. ſuô de ſtrigib.* *p.* 2. probat : vel etiam potionibus adhibi, quas ipſi ſoporiferas vocant, quæ ita prondum ſomnum inducunt, ut etiam exquiſiimis corpori illatis cruciatibus non expercantur, prout fieri audivimus in abſciſſione embrorum infectorum.

De ejusmodi unguentô, quod ſingularem icaciam habet, ut per illud variæ conſpintur rerum ſpecies, ſcribit *Cardan. lib.* 18. *btil.* differentem refert *Wier. d. lib.* 3. *cap.* . & ſcribit *Keckerm. in Diſp. ſuis extraord.* *p. de fulmin. prob.* 2.

In Lamiis multa à Satanâ effici phantaſticaſoiorum ludibria & mentis illuſiones : cùm etnaturaliter nonnullis ſæpiſſimè tam expreſſa um ſimulacra objiciantur in ſomniis, ex yſicis quibusdam mirabilibus conſtare explis, ut non ſomniantes, ſed vigilantes ea ernis ſenſibus apprehendiſſe, aut externô re executos ſeſe fuiſſe jurare auſint, ideo non difficile eſſe Diabolo, cooperante ituali & occultâ faſcinatione, ita Lamiis dere.

Nec deſunt pro Tertiô exempla ſingulariobſervata, quòd eô ipsô tempore, quô æ confeſſæ & conſpectæ ſunt fuiſſe in ludis choreis, apud Maritos in Lectô, vel aliô o revera fuerint. Hujus rei experimenta nſet Alciatus, ſe à magnæ fidei hominibus cognoviſſe & refert notabile exemplum *Paul. Ghrilland. de ſortileg. c.* 10. quòd Maritus quidam in oppidô agri Sabinenſis uxorem de hoc crimine ſuſpectam habens, decreverit, (cùm ex ore eam ſæpius ejusmodi choreis interfuiſſe cognoſceret) ipſam obſervare, cœpe- ritque plurimis noctibus diligenter vigilare, noctesque circiter duodecim egerit inſomnes, ſtudioſè attendens, num illa ad ludos iſtos nocturnos evagaretur : Hic nihil unquam fraudis comperit, ſed manibus eam ſemper in lectô contrectavit. Paulò poſt illa accuſata & quæſtionibus ſubjecta, confeſſa eô ipsô tempore & horâ, quâ Maritus eam in lectô manibus contrectatam tenuit, interfuiſſe choreis, quod & aliæ ejusdem criminis accuſatæ faſſæ ſunt. Maritus verò in conjugis patrocinium præſtitô juramentô graviſſimô affirmavit, iſtam illâ nocte, maximè illâ horâ, ſecum decubuiſſe in lectô.

Aliud exemplum non minus notabile adducit *Johann Godelmann dict. ſupr. loc. n.* 29. quòd in Ducatu Megapolitanô acciderit, de famulâ quadam, Domino ſuſpectâ, ex quâ ipſe confeſſionem extorſerat, quod certò & deſignatô tempore ipſi migrandum ſit in montem Bructerorum. Dominus ille adjunctis ſibi Paſtore & domeſticis famulam diligenter in conclavi cuſtodit & obſervat, quòd poſtquam illa unguentis corpus ſuum illevit, in profundum ſomnum inciderit, ut excitari non potuerit. Alterô autem manè interrogata reſpondit, ſe in monte Bructerorum cùm aliis mulieribus reverà fuiſſe, nec aliud ſibi perſuaderi paſſa eſt. Alia paſſim ab aliis obſervata recenſentur exempla. Neque eſt, quòd hic aliquis regerat, Diabolum potius aſſumpta ità uxoris & famulæ dormientis formâ Marito & Domino illuſiſſe; nam ad hoc tersè reſpondet Alciatus *d. mod. loc.* Cur non, inquit, potius Cacodæmonem cum ſuis Dæmonibus, uxorem verò cum ſuô marito fuiſſe præſumis? Cur verum corpus in fictô luſu, phantaſticum in verô lectô fuiſſe, potius credes? Idque quartò tantò magis in præſenti Facti Specie, inſpectâ Puellæ iſtius ſtolidæ Margaretæ N. de quâ in Actis memoratur, confeſſione, quæ circumſtantias & apparitiones tales narravit, quas vel ipſi adverſæ partis Sectatores nonniſi pro meris Diaboli illuſionibus, imaginationibus & phantaſiis haberent, utpote quod Lamiæ ex poſte vinum prompſerint; v.g. cùm in Vetulæ N. domiciliô quæ- „ dam Sagæ conventus ſuos & ſacra admini- „ ſtraſſent, easdem vinum è poſte deprompſiſſe. „ It. In Conventu Bremenſi, ædibus N. pere- „ grinas Striges, quas poſtmodum nomina- „ vit, finitô conviviô, per feneſtram avolaſſe, „ & gruum inſtar feneſtris inſediſſe, ut apparet, „ ex *Protocoll. de* 23. *&* 24. *Jan.* It. Eas- „ dem, durantibus choreis ſe inviſibiles redde- „ re, aliàs verò non item &c. *Protocoll. de* „ 27. *Jan. ad* 13. *art.* It. quod Saga quædam „

„ accuſata NN. in ſpeciem muſcæ, ut & felis „ ſe transmutâſſet, & de Sereniſſ. Suæ Celſ. „ Epiſcopi NN. tabulâ edulia, quæcunque ſibi „ ad palatum ſint, obtinere poſſit, *Protocoll.* „ *die* 13. *Febr.*

Item reali & corporali Lamiarum præſentiæ in choreis maximè repugnat, quòd nominata modò puella viros & fœminas jamdudum defunctas, in allegatis à ſe choreis præſentes quaſi ſe vidiſſe aſſerat, quod in è vitabile argumentum eſt illuſionum Dæmoniacarum, excludendæ regularis & perpetuæ corporalis præſentiæ Lamiarum in nocturnis vel diurnis conventibus. Certum enim eſt, ſemel mortuos homines Diabolum non poſſe reſuſcitare & corporaliter ſiſtere in illis conventiculis, cùm reſuſcitare mortuos ſolius divinæ ſit opus potentiæ, per *tradita Farinac. in Pract. Crimin. q.* 20. *num.* 79. ubi dicit: Hæreticum eſſe id Diabolo tribuere, adeo ut is omnibus viribus ſuis ne pulicem mortuum reſuſcitare poſſit, ut ſcribit *Petr. Gregor. Tholoſan. de Republ. lib.* 13. *c.* 28. *num.* 10.

Huic tamen obſtare videtur, quòd mulier Pythoniſſa Diaboli & magicis artibus Samuelem ad petitionem Saulis à mortuis reduxerit, quem verum fuiſſe Samuelem, vel ex eô apparet, quòd & futura & vera prædixerit, quæ in Diabolum non cadunt, quia is neque futura prædicere poteſt, neque vera narrare ſolet, 1. *Samuel. cap.* 28.

Reſpondetur *ex cap. nec. mirum* 26, *quæſt.* 5. quòd indignum ſit, ſecundum verba hiſtoriæ commodare aſſenſum. Fieri enim non potuit, ut Arte Magicâ attraheretur vir & nativitate ſanctus & vitæ operibus juſtus. Aut enim invitus adductus eſt, & nullum ſuffragium habet DEI gratia & ſcriptura, quæ teſtatur, quòd animæ juſtorum in manu DEI ſint, & tormentum non tangat eos, *Sap.* 3. §. 1. neque ulla moleſtia *Apoc.* 14. §. 13. aut voluntarius, & amiſit bonum ſpirituale, quod poſitus in carne quæſierat, quod abſurdum eſt; quia qui hinc juſtus recedit, permanet juſtus & coronam juſtitiæ ſibi à Salvatore applicatam poſſidet, *Apoc. c.* 2. §. 10.

Hoc enim eſt præſtigium Satanæ, ut habet textus in d. c. nec mirum, quo utplurimos fallat, etiam bonos in poteſtate ſe habere confingit, ideoque ut errorem faceret, in quô glorificaretur, in habitu Viri juſti ſe ſubornavit. Prætereà Hiſtoricè hæc ita in d. cap. 28. deſcribuntur, mens videlicet Saulis, habitus Samuelis, non expreſſo, an vera, an falſa ſint. Quin imò, ſi verus Samuel apparuiſſet, utique is, ut Vir juſtus, non paſſus fuiſſet, ſe adorari, qui prædicaverat ſolum DEUM adorandum, ſed potius reſtitiſſet, ceu Angelus ille fecit, *Apoc.* 19. qui Johanni, adorationis cultum ipſi deferenti, reſpondit: Noli hoc facere, Conſervus Tuus ſum &c.

Cui accedit, quod iſte Samuel dixit ad Saul Cras eris mecum. Jam verò Saul fuit reprobatus, Samuel verò juſtificatus, quomodò ergò potuit verus ille eſſe Samuel? Cum inter fidelium & infidelium animas Chaos magnum ſit confirmatum, ut nec hi ad illos, neque illi ad hos venire poſſint, *Luc.* 16. §. 26.

Eamque ſententiam Sancti Patres tuentur, *Auguſt. lib.* 2. *de Mirabil. Sacr. Script. cap.* 11. ita ſcribit: Qualiter Samuel à Pythoniſſa ſuſcitatus dicitur, dum illa dæmoniacis incantationibus & præſtigiis uti videtur? & quomodò Saul, qui in viventibus DEI Prophetis reſponſum non invenit, reſuſcitatum morte Prophetam audire meruit. Unde non hunc eſſe Samuelem illum Prophetam, per fa[ctum] facilius intelligitur: ſed Diabolus, qui ſe transfert in Angelum lucis, in phantaſiâ Samuelis conſideretur. Et in *lib.* 2. *ad Simplician. q.* 3. ita concludit: Ut non verè Spiritum Samuelis excitatum à requie ſuâ credamus, ſed aliquod phantaſma & imaginariam illuſionem, Diaboli machinationibus factam, quam propterea ſcriptura nomine Samuelis appellat, quia ſolent imagines earum rerum nominibus appellari, quarum imagines ſunt. Idem etiam ſentit *Juſtin[us] Martyr Reſpon. ad quæſt.* 52. uti eum alleg[at] *Oſiander in Gloſ. ad cap.* 28. *Samuel Ch[...] mnit. in* 3. *Parte Exam. Concil. Trid.* [...] teſtatur hiſtoria, ſive Parabola de Divite & L[a]zarô, quod ille, cùm in tormentis eſſet, r[o]gans Abraham, ut ex mortuis aliquis ad co[n]vertendos fratres ſuos iret & ad pœnitentia[m] eos hortaretur, repulſam omninò tuleri[t] *Luc.* 16. §. 29. *& ſeqq.* Et de hâc quæſtio[ne] remiſſivè agit *Farinac. in Tr. de Hæreſ. q.* 18[...] *n.* 58.

Neque adverſatur, quod ibi Sauli inſta[ns] ipſius exitium & mortem prædixerit, quia h[oc] non difficile fuit Diabolo, ex apparatu h[o]ſtium Saulis aliiſque circumſtantiis, ſignis [&] conjecturis, maximè cùm à Saule tunc DEI protectio & gratia receſſerat & is extremis d[e]ſperationis laqueis involutus erat, imminentem propè mortem prædicere.

Neque obſtat, quod vera dixerit, quia hoc Diabolum ſæpius feciſſe apparet, mo[do] finem ſuum conſequatur. Quinimò ſingula[ri] DEI permiſſione Diabolum vera prædice[re] poſſe, dubium non eſt, & notat *Paul. Ghr[...] land. de Sortileg. quæſt.* 6. *num.* 7. qu[od] Diabolus, ut facilius hominem decipiat, de f[u]turis interrogatus reſpondeat implicitè & verb[is] valdè dubiis, quæ in utrumque eventum [...] ipsô deinde torqueri poſſunt, juxta illud, qu[od] Græcis prænunciaſſe legitur iſto verſiculo: Aj[o] te Æjacidem Romanos vincere poſſe. Simi[le] illud Peruſino cuidam conſulenti Diabolu[m] datum reſponſum: Ibis, redibis, non mori[e]ris in bello. Sic & hoc caſu non explicit[è] ſed implicitè Satanas reſpondit Sauli, dicend[o]

Cr

ras eris mecum, quæ utique verba, ſi aliter es cecidiſſet, ſatis artificiosè potuiſſet in alium nſum vertere.

Sed adhuc unicum videtur adverſari, quod gitur *Syr.* 46. §. *fin.* ubi iſte Samuel, tanuam verus Samuel & Propheta deſcribitur: Iuic tamen Reſp. I. Librum iſtum non eſſe anonicum, ſed Apocryphum. II. Syracides i narrat tantùm hiſtoriam, prout illa in Libris amuelis deſcribitur, nihil autem deſuper diſonit, aut aſſeverat de verô vel fictô Samuele, ti reſpondet *Ludovicus Lavater. in Tr. erm. de Spectris &c. part.* 2. *cap.* 8. Et jure noſtro habemus, quòd verba narrativa hil diſponant, *l. verba. ubi Bald. & Saly-t. C. de teſtam. milit. Bart. in l. ex hac riptura de donat. Weſenbec. Conſil.* 73. *um.* 7.

His itaque fundamentis & rationibus, licet merô paucioribus, pondere tamen multò lidioribus, veritas poſterioris ſententiæ de octurnis iſtis Lamiarum conventiculis, videet plerunque illuſiones & phantasmata & on vera corpora in iſtiusmodi conventibus parere, ſatis emergit. Nam veritas paucis modicis, efficacibus tamen rationibus conita eſt, *arg. l. ita vulnerat. ff. ad L. Aquil. dalr. Zaſ. conſil.* 13. *num.* 16. *in fin. vol. Anton. Quett. conſil.* 75. *num.* 1. & tris verbis, ut dicit *Beſold. in Tr. de refor-t. & pac. Relig. diſſert.* 1. *num.* 8. & ratio a fortior, vincit plures minus fortes. *Zaſ. nſil.* 15. *num.* 42. *vol.* 1.

Sicuti unus Neſtor apud Græcos olim pluerat, quàm mille Therſites, dicente Hora-: Therſites numerum, non vires auxit hivis: Neque hæc noſtra aſſertio, quam tuemur, ſingularis, ſed à Patribus ſuprà atis & plurimis, tam Theologis, quàm tis, Politicis & Phyſicis communiter approa eſt: nam primò poſt allegatos eam appro *gloſſa add. c. Epiſcopi.* 26. *q.* 5. cujus auctos alias antecellit, ſecundum *Bart. in l. ut n. ff. de juſtit. & jure. Abb. in c.* 1. *de ſtit. Zaſ. conſil.* 3. *num.* 63. *lib.* 2. *Regner. xtin. Conſil. Marp.* 11. *num.* 66. *vol.* 3. *vizan. in Sylv. Nup. tit. quomodo judi-dum, num.* 25. & in dubio ob contrarias . opiniones, gloſſæ opinio præfertur, *Joh. cent. Honded. conſil.* 60. *num.* 28. *vol.* 2. oque ab eâ, tanquam communi, in judican- & conſulendo recedendum non eſſe ſcribit *ld. in l. cum hæreditas. C. de poſit. Sa-t. in l. traditionibus, C. de pact. Matth. Afflict. deciſ.* 384. *num.* 3. *Guid. Pap. iſ.* 277. *num.* 2. idque maximè, quando n textu navigat, *Henning. Goden. conſ.*). *num.* 13. *Erneſt. Cothmannus conſ.* 45. *n.* 34. *vol.* 5. *Regn. Sixtin. Conſil. Mar-g.* 11. *num.* 66. *vol.* 3. Idem ſentire B. guſtinum ſupra relatum eſt, *in lib. de ſpi-rit. & anim. c.* 28. *habetur in notat. ad d. c. Epiſcopi. Et de Civ. DEI lib* 18. *c.* 18.

In eam ſententiam deſcendit *Beatus Lutherus*, ut teſtatur *Johann Godelman. de Lam. lib.* 2. *c.* 4. *num.* 28. ubi refert, quod cùm aliquando ipſius conjunx ei narraſſet à Diabolô puerperam ſublatam fuiſſe, reſpondit in hæc verba: „ Ita mulier ſibi imaginata „ eſt, quaſi à Diabolo in aërem deveheretur, „ ſoporoſos enim reddit homines, ut facilè „ efficere valet, iisque glaucoma ob oculos po- „ nit, quo tamdiu ludant, donec evigilent. It. „ *Philippus Melancht. in lib. ſuo de animâ*, ubi dicit, quartum genus ſomniorum eſſe Diabolicum, ut cum veneficæ videntur ſibi intereſſe conviviis ac ludis, cùm ſæpè compertum ſit eas nusquam abiiſſe, ſed dormientes geſtu & clamore ſomnia conviviorum & ſaltationum ſignificaſſe. *Joh. Geyer, Theolog. D. & Paſtor quondam Cathedr. Eccleſiæ Argentorat.* eandem ſententiam in multis concionibus legitur comprobaſſe, ut apparet ex extractu quarundum concionum *Wieri tractatui de præſtig.* annexô. Et inter alia, in concione, quam habuit die Mercurii poſt Reminiſcere Anno 1508. & ita in Vern. legitur effatus: „ Jam quæreres, quid de fœminis „ noctu vehentribus & conventicula ſua viſi- „ tantibus dicis? quæreres, an res ita ſe habeat, „ dum ad montem Veneris deproperant? an „ eô vehuntur, aut Domi manent, an verò „ ſpectrum eſt? Reſpondeo (1) quod hinc „ inde vehantur & nihilominus domi maneant, „ ſciliect putant ſe avehi, cùm Diabolus phan- „ taſma ejusmodi & ſpeciem ipſorum capiti „ imprimere valeat, ut non aliter, ac ubivis ſe „ vehi, cum aliis mulieribus obambulare, ge- „ ſtire & ſubſultare ſibi imaginentur; idque „ rationibus & exemplo notabili obſervatæ mulierculæ, quæ poſtquam ſe ad effectum evolationis inunxerat, deinceps in profundum ſomnum inciderit, & inſomniis eluſa ita geſticulata ſit, ut ſcamnô decidens caput læſerit, confirmat. Et ita etiam ſentiunt *Franciſcus Ponzinib. JC. Placentin. in Tr. ſuô de Lam. num.* 44. *& ſeqq. Alciat. lib.* 8. *Parerg. c.* 22. ubi dicit, hanc eſſe communem noſtrat. Interpret. *Godelmanus de Lamiis, d. cap.* 4. *num.* 15. ubi pariter teſtatur de communi. *Martin. Arles in Tr. de ſuperſt. Sigismund. Scacc. JCtus Romanus Celeberrimus de Judic. lib.* 1. *cap.* 82. *num.* 10. *Joh. Fichard. conſil.* 111. *num.* 2. *ibi*: Quòd verò de Saltationibus Nocturnis nil affirmare auſim, ad id deducor &c. *Ulricus Molitor in Dialog.* 11. *de Veneſ. & Lam.* ubi notabile exemplum adducit; quem allegat & ſequitur *Erneſtus Cothman. Conſ.* 12. *num.* 229. *vol.* 1. *Henric. Bocerus, JC. & Profeſſ. Acad. Tub. in Tr. de quæſt. c.* 3. *ſub num.* 98. *verſ.* Verùm enim verò: Et *Joh. Harprecht.* ejusdem Acad. Tub. Profeſſ. *ad §. item Lex Cornel. num.*

258. *& ſeqq. inſt. de publ. jud. Matth. Stephani*, Prof. Acad. Gripswaldenſis, *cent.* 4. *q.* 96. *lit. b. Joh. Köppen obſ.* 130. *num.* 7. *Joh. Scult. in Tr. Germ. de Magiâ & Magis cap.* 7. ubi poſt multas & ſolidas rationes hiſce „ concludit verbis : Quapropter meræ ſunt „ fabulæ , quæcunque de vectionibus illarum „ unguentariis vulgò aſſerunt. Ita à Johanne Georgiô , Principe Comite Palatino Rheni, conſultus *Franciſc. Jacob. Ziegler*, Advocatus Cameræ Spirenſis, de jure reſpondit, 27. Febr. anno 1580. in quô conſiliô dicit ita concludere præjudiciis & ſuperſtitionibus non occupatos Theologos, JCtos & alios, quod conſilium extat inter additiones ad *Joh. Wier. tract. de Præſtig.* ubi etiam alia ejusdem ſententiæ Doctorum Virorum reſponſa referuntur; conf. *Auguſtin. Lercheimer in meditat. ſua de Magiâ* Germ. ling. ed. *ſub rubr*: Sagæ hircis, furcis, ſcopis & ad choreas & convivia vehuntur, ubi rationes, exempla, Lutheri aliorumque auctoritatem pro hac citat ſententiâ *Wier. de præſtig. Dæmon. lib.* 3. *c.* 12. 13. *& ſeqq. & lib. de Lam. cap.* 5. *Keckerman. in diſp. extraord. diſp. de fulmin. problem.* 2. *Cardan. lib.* 18. *unguent. Lam. de ſubtilit. & lib.* 15. *cap.* 8. *de variet. rer.*

RESPONDETUR AD ARG. CONTRARIA.

Reſtat nunc , ut ad argumenta pro contrariâ ſententiâ adducta reſpondeamus. Et quidem ad I. Reſp. rem non accipere veritatem à confeſſione Lamiarum , ſed à propriâ entitate & exiſtentiâ, *l. Publia in fin. ibique Bart. num.* 2. *& not. ejus. ff. depoſit. l. in contractibus* §. 1. *C. de non num. pecun. l. pecuniæ C. de ſol. Cravett. conſil.* 1. *pro gener. num.* 466.

Quid enim ſi aliquis confiteatur & affirmet, ſe Chymæram eſſe, ideò tamen, quia ignarus vel illuſus id opinatur, Chymæra non eſt. Hinc etiam eſt, quòd in Criminalibus ſpontanea delicti confeſſio non ſufficiat, niſi aliter de ipsô delictô conſtet, *l.* 1. §. *item illud. & l. neceſſarias* §. *non alias, ubi Bart. ff. ad SC. Syllejan. l.* 1. §. *Divus Severus, junct.* §. 1. *ff. de quæſtionibus. Anton. Fab. in C. rer. in Sabaud. judicat. lib.* 9. *tit.* 12. *definit.* 2. *n.* 8. *Mynſ.* 3. *obſ.* 41. *Geil.* 1. *de Pac. publ. cap.* 15. *n.* 8. *Clar.* §. *fin. q.* 55. *n.* 10.

Deinde cùm iſtæ confeſſiones proficiſcantur à talibus perſonis, quæ ſunt dementatæ & illuſæ à Diabolo, erroneæ ſunt, ideoque non admittendæ, *leg. error. & l. cum poſt. C. de jur. & fact. ignor. not. in l. de ætate.* §. *fin. ff. de interrog.*

Deſtructô enim conſequenti , in quô ſtat ratio antecedentis, deſtruitur etiam antecedens, *l. apud antiquos C. de furt. l. ſi partem. ff. de pub. jud. Bald. in l. conventicula. C. de Epiſcop. & Cleric. Franciſc. Ponzinib. de Lam. num.* 52.

Sunt enim actiones ſeu paſſiones Lamiarum ſimiles furioſis, hinc idem de illis, earumque confeſſionibus , quoad hoc negotium quod de furioſis eorumque aſſertionibus ſtatuendum eſt, *per text. d. c. Epiſcop. Godelman. d. cap.* 4. *num.* 24.

Error autem confeſſionis probatur eô ipsô quô probatur ſe rem aliter habere , *Angel. de Malef. in verb. comparuerunt, & in term. defenſ. produxerunt, num.* 1. *Claud. in addit. ad Berthazol. conſil.* 103. *lit. L. Vincent. Honded. conſil.* 66. *num.* 69. *& conſil.* 102. *num.* 44. *lib.* 2. *Proſp. Farinac. conſ.* 106. *num.* 11. *in fin. & num.* 13. *& conſil.* 170. *num.* 12. non ſolùm in totô, ſed etiam pro parte, *Maſcard. de Prob. lib.* 1. *conc.* 384. *num.* 2. Imò in criminalibus error cenſetur probatus etiam per præſumptiones & veriſimiles conjecturas. *Bald. in l.* 2. *num.* [illegible] *C. de cuſtod. reor. Salycet. ad l. fin.* 2. *C. de probat. Berthazol. conſil.* 162. *n.* 9.

Atqui ex ſupra relatis decidendi rationibus, experientiâ & exemplis non ſolùm præſumptivè, ſed concludenter ſatis probatum eſt, ejusmodi Lamias iſthæc conferentes errare in jure, & Diaboli præſtigiis plerumque faſcinari & illud in facto, ideoque ejusmodi confeſſionibus erroneis & faſcinatis parum fidendum. Et hinc eſt, quod noſtri dicunt, contra errantem in jure, ex hoc ſolùm non poſſe criminaliter procedi, *Plot. de in lib. jur.* §. 6. [illegible] 32. quem poſt alios ad hoc allegat *Proſp. Farinac. d. conſil.* 106. *num.* 3.

Quod itaque dictum eſt confeſſionem eſſe inſtar rei judicatæ, haberi pro veritate [illegible] facere rem verè apparere & notoriam, procedit, ſi confeſſio non dependeat ex fundamentô juris, autoritate ipſisque rerum documentis pro erroneô, incertô, fluxô & fragili aliquoties compertô , ſed ſit veriſimilis, fide digna , juri congrua, habens confirmationem ſive adæquationem rei & principiorum, in ordine ad intellectum, quod non eſt in confeſſionibus iſtis Lamiarum ſupra relatis.

Neque etiam (II.) argumentum multum ſtringit, quod videlicet Lamiæ in circumſtantiis conveniant, & quamplurimæ quaſi unô ore re[illegible] geri confiteantur; ſiquidem cùm omnes Lamiæ eâdem Diaboli arte captivæ teneantur, & eodem ferè modò faſcinentur & eludantur, nihil mirum, ſi eandem cantent cantilenam : maximè cùm conſtet Diabolum etiam ſtudere ut ſui ſimilis exiſtat, *Joh. Bodin. de Magorum Dæmonoman. lib.* 2. *cap.* 4. *pag.* 212. [illegible] regnum ejus in ſe diviſum deſoletur, ut teſtatur Salvator noſter *Luc. cap.* 11.

Ideoque etiamſi mille mulierculæ eundem errent errorem, nihil obeſt veritati, cùm multitudo errantium non faciat errori patrocinium [illegible] per vulgata.

Hi[illegible]

Hinc ipſe Jehova ſupremus Legislator, judiciô, inquit, plurimorum, non acquieſces ntentiæ, ut à verò devies, *Exod. c. 23. v. 23.*

Et conſtat, quòd Diabolus ſpiritus ſit menx, non in unô vel alterô tantùm, ſed etiam amplurimis, juxta illud: Egrediar, & ero iritus mendax in ore omnium Prophetarum chab. 3. *Reg.* 22.

Ad III. Reſpondetur: cùm à contrariæ opinis ſectatoribus allegata experientia mari ex parte fragili confeſſionum Lamiarum ndamento nitatur, parum ei fidendum. eque exemplis ita variis, ſingularibus, conriis & incertis, certa reſultare & oriri poſt experientia, Nam datâ vel unâ inſtantiâ rruit argumentum, *arg. §. pavonum, Int. de rer. divis. l. is, qui. §. ego & denie §. quæſitum. ff. quòd vi aut clam. Card. antica de tacit. & ambig. convent. lib.* 13. . 6. *num.* 43. *Carol. Molin. ad conſuet. riſienſ. Tit.* 1. §. 13. *gloſ. 7. n.* 4. ubi dicit: tollendam conſequentiam ſufficere unam tantiam. Atqui plurima ex hiſtoriis indubiis ſervata ſunt exempla, quod ſpectra tantùm minarum, Dæmonis illuſione & præſtigiis, Sagarum ludis ſæpe viſa fuerint, ipſæ autem minæ eodem tempore corporibus ſuis Phys vel Maritorum ſuorum lateri junctæ, vel am aliis viris honeſtis domi menſæ adſeint, uti ex auctoribus ſuprà allegatis paſſim ere eſt. Ideoque non exemplis, ſed legibus icandum eſſe compertum habemus, *l. nemo. ibi Dd. C. de ſentent. & interlocut. judic.*

Et quamvis ad juris conſtituti exiſtentiam erendam & arguendam exempla rectè adcantur, jus tamen non faciunt. Pro no autem ſententiâ habemus juris conſtituti toritatem, exempla multò certiora & ranes veriſimiliores, naturæ magis congruen; quô etiam caſu, quando deficit Lex, raconcludit ſine alia auctoritate, *Sigiſmund. cc. de judic. lib. 2. cap. 2. n.* 706. maximè ſi ex uræ deſumpta ſit principiis & ſenſu com ni, cujus facultas omnem aliam cogni nem facilè antecellit, teſte *Phil Comin. l.* 3. *Comment.*

Nam ſtultus eſt, qui quærit aliam ration, quàm naturam vel ſenſum, dicit *Bald. lib.* 1. *C. de ſerv. fugit.* allegans ad hoc *erroem,* Ideoque in jure noſtrô, ubi defiex, videmus allegari rationem naturalem, *ciire oportet. §. ſuff. ff. de excuſ.* Et *Bal*- rationem naturalem dicit clypeum, ſub tegatur jux noſtrum, & eſt *text. in l. un. de caduc. toll. fac. l. cum ratio. ff. de bon. nn.* ubi JC. rationem naturalem, legem ndam tacitam appellat. Jam verò ut in dendi rationibus deduximus, veriſimilius & uræ ac ſenſui communi convenientius eſt, Lamiarum evolationes per caminum, vel uam feneſtram & parietis rimam, equitatio ſuper ſcopis, baculo &c. conventus, coſationes, ſaltationes, illuſoriè potiùs, quàm vere fieri, ne penetrationes quandoque & eſſentiarum mutationes admittantur. Ideoque meritò ei ſtandum.

Pariter IV. reſpondetur, non obſtare nobis, quòd multi inhærendo priori ſententiæ ita pronunciarint, quia ut Proculus reſpondit, non tam ſpectandum eſt, quid Romæ factum, quàm quòd fieri debeat, *text. in l. ſed licet.* 12. *ff. de offic. Præſid.* Non enim Judici fas eſt exempla ſequendo contra jus conſtitutum procedere, *princip. Inſtit. de offic. jud. Novell.* 82. *cap.* 2. & 13. *Novell.* 18. *cap.* 5. *c. judicet.* ibi: Bonus judex nihil ex arbitriô ſuô facit, ſed juxta leges & jura pronunciat, *Ordin. Cameral. Part.* 1. *tit.* 13. & ſententia ſuper expreſſo juris & facti errore lata ipsô jure nulla eſt, *l. ubi gloſſ. & Bart. C. quand. provoc. non eſt neceſſ. l.* 1. §. 1. *ff. quæ ſent. ſine appellat. reſcind. cap. cum inter. circ. finem vers. quamvis, & ibi gloſs. de re judic. ſpeculat. tit. de ſentent. §. juxta vers.* uti & ratione manifeſtæ iniquitatis, *Anton. Gabriel tit. de ſentent. lib. 2. concl. 7. Sebaſt. Vant. de Nullitat. tit. ex defect. proceſs. n.* 122. & *ſeq. Dn. Referens apud Meichſn. Deciſ. Camer.* 20. *n.* 42. *tom.* 3.

Sententia autem nulliter & contra iuris ordinem procedendo lata, nunquam tranſit in rem judicatam *l.* 1. *C. quand. provoc. non eſt neceſſ. l.* 4. *§. condemnat. ff. de re judic. Bart. in l.* 1. *C. ſenten. reſcind. non poſſ. Innocent. in cap. fraternitat. de frigid. & maleficiat. Surd. conſil.* 99. *n.* 20. *Berthazol. conſil. crim.* 79. *n.* 2. & 3. *lib.* 2.

Nam paria ſunt, non eſſe judicatum, vel nulliter eſſe judicatum, *d. l.* 4. *§. condemnatum. ff. de re judic. Andr. de Iſern. in cap.* 1. *§. præterea quæ ſit prim. cauſ. benef. amitt.* quod eleganter & pluribus rationibus firmat *Matth. de Afflict. Deciſ.* 182 *num.* 4. Hinc *Papa in Clement. Paſtor. de re judic.* inquit, ſententia, quæ juris caret effectu, auctoritate, & nomine careat rei judicatæ, ut nec in opinione communi aut vulgi labiis nomen habere ſententiæ mereatur. In jure autem & factô errare contrariæ ſententiæ aſſertores ſupra deduximus; Ceſſant itaq; quæ de auctoritate rei judicatæ adducta ſunt. Deinde quod dicitur rem judicatam mutare verum in falſum, & album in nigrum, non ita crudè, ſed civiliter & cum granô ſalis accipiendum eſt, videlicet, quòd falſum mutet in verum, non eſſentialiter, ſed quoad effectum, ut rectè declarat *Bald. in c. præſentia de renunciat. Cravett. conſil.* 79. *n.* 1. *Meichſner. d. deciſ.* 2. 3. *n.* 6. *tom.* 3. *Caroc. de Remed. contra ſentent. iniq. except.* 24.

Nam eſſentia veritatis mutari non poteſt; eſt enim res ſolidiſſima & murus inexpugnabilis, *Eſdr. cap.* 4. *lib.* 2. *Bald. in c. ſicut. de probat. Math. de Afflict. deciſ.* 253. *n.* 7. Hinc *Ulpianus* veritas, inquit, rerū geſtarū erroribus non vitiatur, *l. illicitas.* 6. *§. veritas ff. de offic. Præſid.*

neque propter procedendi ineptitudinem tollitur *l. ait Prætor.* §. 2. *ff. de minor.* *Zaſ.* 1. *conſil.* 6. *n.* 9. Hæc enim vincit omnia & vivit in æternum, ut ſupra monuimus ex *Rolando à Valle, conſil.* 32. *n.* 34. *vol.* 4. ei enim tanquam matri juſtitiæ omnia cedunt, *Bald. in l. Libertini. ff. de ſtat. homin. Syrac.* c. 4. §. 33. *& ſeqq.* & dixit Dominus, ego ſum veritas. Quamobrem plus unô verum eſſe non poteſt, *Nicol. Reuſner. conſil.* 1. *in princip. lib.* 1. idque per noſtrum affirmare vel negare non immutatur, *l. cum falſa, eod. de jur. & fact. ignor. Herman. Vultej. conſil. Marp.* 30. *n.* 74. *Vol.* 3. & licet res judicata quoad effectum juris inducat præſumptionem juris & de jure, quæ probationem in contrarium admittere nauſeat, attamen ſi quis etiam poſt rem judicatam admiſſus (quamvis de iure admittendus non eſſet) veritatem & ſententiæ iniquitatem probet, ſententia retractanda eſt, ut ſcribit *Innocent. in c. cum Berthold. de re jud. Jas. in l. patre furioſo, col.* 3. *de his qui ſunt ſui vel al. jur. deciſ. in l. edita, n.* 82. *C. de edend. Jacob. Menoch. remed.* 4. *adipiſc. poſſeſſ. n.* 608.

Secundò reſpondemus, rem judicatam etiam plurimis in locis non facere jus univerſale & inter omnes: ſed tantùm in illis caſibus, & inter illas perſonas, inter quas judicatum eſt in eorum perſonâ & causâ terminari, nec ad alios extendi, tanquam rem inter alios actam, *l. ſi fundus,* 16. §. *ſi pluris, ff. de pignor. l.* 13. § *pen. de Jurejur. Weſenb. in Paratit. n.* 3. *ff. de juſt. & jur. Zaſius in l. ſæpè n.* 11. *ff. de re jud. Anton. Fab. in C. rer. in Sabaud. jud. lib.* 2. *tit.* 9. *defin. n.* 8. *in not. Matth. de Affl. dec.* 396. *n.* 3. 4. *Et dec.* 402. *n.* 5. *Cacher. dec.* 55. *n.* 3. Et inter eaſdem tantùm perſonas notorium inducit, *c. fin. de cohab. Cleric. Geil. de Pignor. cap.* 24. *n.* 2. Neque etiam adverſatur *l.* 1. *cum ſimilibus. C. quæ ſit longa conſuet.* quia illa jura non loquantur de exemplis, quaſi ſecundum ea judicare debeat Judex, quod jure prohibitum, *d. l. nemo. C. de ſentent.* ſed de conſuetudine receptâ & introductâ. Rerum autem judicatarum auctoritas probat quidem aliquando, non tamen inducit conſuetudinem, ut eruditè more ſuo ſcribit *Anton. Fab. ad l.* 35. *ff. de ll. arg. l.* 38. *eod. tit.* ubi JC. conſuetudinem à rerum judicatarum auctoritate, per particulam disjunctivam *aut* ſeparat. Nec minus terſè *Jacob. Cujac. lib.* 20. *obſ.* 1. addens, quod non res judicata conſuetudinem faciat, ſed tacitus illiteratusque populi conſenſus, *Joh. Meichſner Deciſ. Camer.* 14. *n.* 148. *tom.* 3.

Ad V. reſpondetur, nos non negare, Diabolum eſſe ejus potentiæ & virium, ut poſſit DEI permiſſione homines ſibi animo & corpore devotos in altum tollere, & per aëra ducere ad loca etiam remota, uti experientia & multa exempla docent, videlicet Simon[is] Magi, Fauſti & aliorum, ac plurimarum S[a]garum, hoc enim non eſt in quæſtione. N[e]que etiam ſtatim à poſſe ad eſſe rectè & conſ[e]quenter concluditur: maximè cùm & aliæ co[n]currant circumſtantiæ, ex quib⁹ vel penetrat[io] corporum naturalium, vel mutatio eſſenti[a]rum & alia, etiam ipſi Diabolo impoſſibili[a] conſequerentur. Nihil itaque ad rem exem[plum] plum à Salvatoris aſſumptione adductum. Ite[m] de bonorum & malorum Angelorum comp[a]ratione. Quâ de re latè agit *Joh. Schult[z] in Tr. Germ. de Magiâ c.* 7. Neque etiam n[e]gamus aliquando, cæteris tamen paribus, [La]miam vel alium, qui ſuperſtitiosè Diaboli[s] præſtigiis fidit, corporaliter deferri poſſe ad l[o]cum remotum, ubi Diabolus ejuſmodi illu[ſo]ria comitia, ſaltationes & feſtivitates celebr[a]ſpectantique certarum perſonarum notas [&] ignotas ſpecies aliaque ludicra exhiberi poſ[ſit] quô pertinent exempla adducta *à Bodino* [in] *Dæmonoman. lib.* 2. *c.* 1. *pag.* 204. *& ſeq.* ubi inter alia de Maritô quodam narrat, c[um] ex ſuggeſtione uxoris ſuæ Lamiæ ſimul cum [ſe] ſe oleo inunxerat, quem Diabolus pronunc[ia]tis aliquot vocibus, Lochiis in arenarias B[ur]degallenſes, quæ à Lochiis minimum qu[in]decem dierum itinere abſunt, exportav[it]. Hunc in ignota illâ multitudine dicere cœp[iſ]ſe, DEUS mi, ubi ſumus? Et eô dictô ſtat[im] cœtum diſparuiſſe, illum verò nudum & ſol[um] manſiſſe & oberraſſe in agris. Ex hoc quid[em] exemplô, illud apparet, maritum iſtum p[ro]pter ſuperſtitionem unctionis, ex DEI permi[ſſu] localiter eò translatum fuiſſe: minimè tam[en] ipſius uxorem, & alias, quas ibi viſus ſibi [di]cernere perſonas & Lamias, ibi reverà adfu[iſſe] inde conſequitur, quia tunc illæ diſparere n[on] potuiſſent. Verùm n. corpus evaneſcere n[on] poteſt, licet à Diabolo loco moveri poſſit, [Lu]*ciat. d. c.* 2. *lib.* 8. *Parerg.*

Ad VI. Reſpondemus, Diabolum affect[are] à ſuis fidelibus cultum adorationis, ſed eô, c[um] poteſt & ſibi magis commodum eſt, mo[do]. Commodum autem non videtur ejuſmodi c[on]ventus perſonales inſtituere, cùm ex tali c[on]gregatione facilius explorari poſſent Sa[gæ]. Eſt enim princeps tenebrarum & odit luc[em]. Et ſatis eſt ei, quod mentes & corda homin[um] captivas & ad ſui adorationem & cultum pr[om]ptas in obſequiô teneat. Imò conſtat ex c[on]feſſionibus Sagarum, Diabolum priva[tim] intra parietes domeſticos ab illis ador[ari], *Joh. Bodin. de Dæmonoman. d. lib.* 2. *c*[...] *pag.* 211. Dicitur quidem Diabolus ſimia D[EI] non tamen effectu, ſed affectu. Nam ju[ſtus] eſt Jehova DEUS noſter, & viæ ejus [ve]ritas & juſtitia, Pſal. 119. Diabolus v[erò] injuſtus, deceptor & mendax ab in[itio]. Concidunt itaque argumenta à veroſimili[bus] ducta, cùm magis veriſimilia pro hâc ſent[entia]

ià ſuperius adductâ meritò vincant minus veriſimilia.

Ad VII. Reſpondetur, realitatem potius, quàm fictionem præſumi, cæteris tamen paribus. Nam Diabolum fictionibus hominibus potius illudere, ex Sacris notius eſt, quàm ut ullâ probatione indigeat. Eſt enim deceptor & mendax, qui mille nocendi modos habet, ut in *cap. nec mirum*, 26. *quæſt.* 5. *ext. in cap. viſus* 15. *quæſt.* 2. Sic illuſit Sauli fictum Samuelem producens pro vero. Quid enim frequentius fictionibus Diabolicis in perſonis Lamiarum? Multas ejus generis deceptiones & illuſiones hæc noſtra, de quâ agimus, puella confeſſa eſt, quòd videlicet ipſi Diabolus dederit gemmas, aurum, pecunias, quæ tamen omnia poſtea evanuerint, vel in ſtramenta, oſſa & alias res nihili mutata ſint, ut apparet ex Actis. Præterea ubi habemus præſumptionem juris & de jure, hoc eſt, diſpoſitionem Legis, ſive Canonis, ut *hic ind. cap. Epiſcopi* 26. *q.* 5. ei meritò faſces ſubmittere omnes alias conjecturas oportet, *Menoch. de Præſumpt. lib.* 1. *q.* 3. 4. 5. 6. Neque obeſt, quod de duabus fictionibus circa eandem rem non concurrentibus allatum eſt; quia id procedit in fictionibus Juris, ad evitandas plures ſpecialitates circa eandem rem: Hic autem agimus de figmentis & illuſionibus Diaboli, qui eſt Pater mendacii & fictiones fictionibus cumulat.

Ad VIII. Reſpondemus illud argumentum deſumi à ſeparatis, adeoque nihil certi concludere. Licet enim Diabolus aliquando ſpectrô apparens perſonaliter paciſcatur, quod tamen rationibus quibusdam adductis omninô pernegare contendit. *Wierus de Præſtig. lib.* 3. *cap.* 2. & 3. & ſibi homagium, abnegatò Chriſtò præſtari faciat à Lamiis: illud tamen non ſemper fieri expeditum eſt. Unde ita diſtinctio inter tacitam & expreſſam promiſſionem Diabolo factam. Hæc eſt, quæ immediatè ſit ipſi Diabolo: Illa verò, quam quis facit Diaboli miniſtro, ſeu Lamiæ, nomine Dæmonis recipienti, cum promiſſione, quòd velit obſequi, *Paul. Ghrilland. de Sortileg. quæſt.* 3. *n.* 1. *& ſeqq. Proſp. Farinac. Pract. Crimin. q.* 20. *n.* 77. *& ſeqq. Damhouder in Prax. Crim. c.* 61. *n.* 100. *& ſeqq.* Neque non probat adeſſe, quod contingit ab ...e: *l. non hoc C. unde cognati l. neque natales, C. de probat.*

Non itaque ſequitur, aliquando Diabolus ... ſibi præſtari homagium realiter à Sagis: ergò eas etiam ſemper realiter transfert ad choreas, ut ibi eum adorent. Quamobrem neque pactum eſt uniforme, neque ea, quæ ſequuntur. Ex hiſce non difficile erit reſpondere ad IX. argumentum, quòd tanquam conſectarium ex præcedentibus deductum fuit. *Nam collapſa ruunt ſubtractis tecta columnis*, & deſtructo præſuppoſitò & radice infectâ, deſtruitur etiam id, quod inde infertur, *l. fin. ff. de acquir. poſſ. Tiber. Decian. Reſp.* 98. *n.* 16. *Joh. Oldendorp. conſil. Marp.* 5. *n.* 54. *Vol.* 3. *Geil.* 2. *obſ.* 4. *n.* 10. *Novell. Val.*

Cùm itaque ex iis, quæ pro & contra deducta ſunt, liqueat conventus iſtos, & quæ in iis peraguntur, utplurimùm eſſe figmenta & illuſiones Diaboli, quibus mentes Lamiarum faſcinat, illicò transformans ſe in diverſarum perſonarum ſpecies atque ſimilitudines, modò læta, modo triſtia, modò cognitas, modò incognitas perſonas oſtendens: prono q[uaſi] fluit alveo nihil eſſe fidendum nudis Lamiarum aſſertionibus hoc fundamento nitentibus, quòd tales vel tales perſonas conſpexerint in choreis & ſaltationibus. Si enim Diabolus ſe poteſt transfigurare in Angelum lucis 2. *Corinth.* 11. & in Samuelis Prophetæ ac viri Juſti jam defuncti fictâ formâ Sauli Regi apparere, & ſe ad adorandum exhibere potuit, 1. *Sam.* 28. quidni etiam in formâ & ſpecie honeſtæ Matronæ ſtolidis & à ſe dementatis mulierculis illudere poterit, ut iis perſuadeat, ſe etiam honeſtas perſonas in ſuâ poteſtate habere, ut eò magis iſtis ſuis artibus tribuant, *cap. nec mirum* 76. *quæſt.* 5.

Et de hoc argumentô & præſertim hujus noſtræ puellæ confeſſione quoad circumſtantias particulares in 2. & 3. quæſtione pluribus agemus.

PARS II. QUÆST. I.

SUPEREST PARS SECUNDA QUÆST. I.

An videlicet Diabolus & Sagæ piorum & fidelium hominum ſupellectilia, utpote cochlearia, cultellos & ſimilia, per artem Magicam ſurripere, iisque in Diabolicis iſtis conventibus, comeſſationibus & choreis uti poſſint?

Et quidem primâ fronte illud tam ex rationibus, quàm rerum documentis & experimentis affirmandum videtur.

Conſtat enim (1) ex Scripturâ S. quòd omnia, quæ ſub cœlo ſunt, ejus ſint, *Job.* 41. §. 2. Unde Salvatorem noſtrum tentans, oſtendit ei omnia regna mundi, & gloriam eorum dixit: Hæc omnia Tibi dabo, ſi cadens adoraveris me, *Matth.* 4. §. 8. 9. Neque in hoc legimus Salvatorem eidem contradixiſſe: ſi itaque omnia, quæ ſub cœlo ſunt, Diaboli ſunt: utique is erit rerum ſuarum moderator & arbiter, *l. in re mandat. C. mandat.* hoc eſt, poterit eas pro libitu à quocunque vel immediatè, vel mediatè, per Lamias & ſuos fideles, jure dominii auferre, & ad ſuos ſuorumque ludos & uſus transferre.

(2) Expreſsè Diabolus in Scripturis appellatur princeps mundi, *Joh.* 12. §. 31. & *cap.* 14. §. 30. & *cap.* 16. §. 11. ergò & jure Principis omnia ſua aſſerit, 1. *Sam. cap.* 8.

(3) Apparet eum hoc jure uſum eſſe in Jobi Viri Sancti rebus & poſſeſſionibus, Job cap. 1. ubi legimus, eum privatum à Satanâ omnibus bonis ſuis; quare & hodiè creſcente adhuc cominus malitiâ in rebus & ſupellectilibus piorum idem jus eum habere poſſe dubitandum non erit.

(4) In terminis & ad præſentem facti ſpeciem facit exemplum, quod refert *Camerarius in Proœm. &c. Plutarch. de defect. oracul. Iohan. Godelman. de Lam. lib. 2. cap. 4. n. 12.* Compertum eſſe quendam Lanium, nocte iter facientem per nemus quoddam, audiiſſe inter arbuſta colloquia laſciviæ plena, cum riſu & jocis: Ille conſtitit, deinde acceſſit propius atque introſpexit, tandem etiam introivit. Tum verò ſubitò evanuiſſe conſpectas ab ipsô humanas ſpecies virorum & mulierum, relictis menſis exſtructis, cum poculis & cæteris vaſis epulorum & vini, in quibus & Scyphi argentei viderentur, quorum duobus ſublatis abiit. Hic manè ad Magiſtratum rem omnem defert, exhibitis Scyphis, quos Magiſtratus ex ſignis impreſſis agnovit, & iis, quorum ſigna iſta erant, accerſitis, Scyphos ad agnoſcendum exhibet, qui ſuos agnoſcunt. Jubet Magiſtratus eos domum ire, & videre, nunquid ſuos fortè apud ſe reperiant. Eunt, non inveniunt. Unde uxoribus ipſorum in ſuſpicionem venientibus, comprehenſæ illæ & indicatô ſodalitiô mirificæ res detectæ, & facinora cognita. Ex quô exemplô apparet, Diabolum ejusmodi ſupellectilia ſurripere & in nocturnis ſuorum conventibus iisdem uti.

Præterea licet ſola DEI benedictio ditet, conſtat tamen & Diabolum ſuis quoque conjuratis pecunias & divitias tribuere, prout etiam conſtat ex hujus noſtræ puellæ confeſſione (ſive ratione) aſſerentis, Diabolum ſibi pecunias dediſſe, quas Chirurgo pro curatione brachii Hamburgi dederit. Ideoque ſine dubio illas aliis ſurripit & his confert. Notabile refert exemplum *Keckerman. in Syſtem. ſuo Phyſ. lib. 6. cap. 4.* quod accidit Anno 1603. in loco quôdam, *Zur Ohr* dictô, non procul à Dantiſco, ubi lodices, quæ dealbandi gratia Soli erant expoſitæ, poſt meridiem à Dracone, qui utique fuit Diabolus, qui vocatur Draco magnus & Serpens antiquus, *Apocal. cap. 12. §. 3.* ſint ſublatæ.

Verùm hisce non obſtantibus verius eſſe credimus, Diabolum regulariter res & facultates, maximè autem ſupellectilia piorum, quibus quotidiè in pietate & verâ DEI agnitione legitimè utuntur, reverà ſurripere & in Diabolicis ſuis conventibus, comeſſationibus & choreis uſurpare non poſſe, niſi ex ſingulari & ſpeciali DEI diſpenſatione, ex certâ ſibique ſoli notâ causâ, id permittente. Ideóque nonniſi rariſſima hujus rei exſtant exempla. DEUS enim ideò diſtincta eſſe voluit rerum dominia, ut cuique ſuum ſartum tectumque maneret, ideoque Diabolus hanc poteſtatem pro libitu piorum res eripiendi, non habet niſi ex ſpeciali diſpenſatione, aliâs ille omnia turbaret & dominia rerum incerta efficeret unde tandem Rerumpublicarum & Politiarum deſtructio aliaque infinita ſequerentur inconvenientia.

Et ſi fortè quis regerat, Diabolum nihil ſine DEI permiſſione efficere poſſe, ergò hoc non eſſe ſingulare in rebus & ſupellectilibus piorum auferendis? Fatemur quidem id verum eſſe, interim hanc putamus declarationem addendam, & diſtinguendum inter opera Diaboli, quæ ex generali permiſſione DEI efficit, utpote quando obambulat inter homines, velut Leo rugiens, quærens quem devoret. 1. *Pet. 5. verſ. 8.* It. quando offert occaſionem peccandi, quando tentat homines, & præcipuè mulierculas, ut eas ad artem inducat Magicam inductas eludat: & inter opera ejus, quæ non niſi ex ſpeciali DEI permiſſione facit, utpote quando in perſonâ, vel facultatibus piorum quid facit, ut in perſonâ & rebus Jobi aliorumque piorum aliquando accidit. Neque aliud ex dictis Scripturæ & exemplis in contrarium adductis elicitur.

Nam ad I. Reſpondetur: Verba illa *Job. cap. 41.* quamvis à quibusdam Scriptoribus referantur ad Diabolum, DEI tamen eſſe, ex præcedentibus illis: Quis ante dedit &c. colligitur & pertinent ad omniſufficientiam DEI, teſte *Jobi cap. 35. v. 7.* & Pauli *Rom. 11. §. 35.* Præterea quando Diabolus ad Salvatorem dixit, ſe ei omnia daturum, palàm, pro more ſuô, mentitus eſt; quia ſcriptum eſt: Domini eſt terra & plenitudo ejus: Orbis terrarum & univerſi, qui habitant in eô, *Pſalm. 24. §. Exod. 19. §. 5. 1. Cor. 10. §. 26.* Idque tam jure creationis, quia ipſe omnia creavit, quàm jure conſervationis, gubernationis & diſpenſationis.

Ad II. Reſpondetur: Quod Satanas dicatur Princeps mundi, non reſpectu terræ & plenitudinis ejus, ſed reſpectu impiorum in mundô accipiendum eſt. Eſt enim potens in filiis infidelitatis, quorum ipſe eſt caput juſtô DEI judiciô. Interim DEUS rerum mundanarum dominium Satanæ neutiquam cedit, tametſi eo quantum ad impios, pro apparitore & miniſtrô utatur, *David Pareus in Comment. Epiſt. 1. ad Corinth. c. 10. §. 26.* Hinc *Cyrillus lib. 8. in Joh. c. 16.* inquit: Abſit, ut Diabolum Principem mundi ita dictum exiſtimemus, ut eum cœlo & terræ dominari poſſe credamus. Non enim ipſe eſt author & gubernator mundi, quemadmodum nonnulli falsò exiſtimant, ſed mundus ſic ſumitur pro pravis hominibus, qui ſecularia teſtantur deſideria, & ſuis indulgent cupiditatibus. Horum Princeps Satanas eſt, qui eis pro ſuô arbitratu principatur, præcipitesque ad nutum in gravia ſcelera impellit atq; detrudit.

A

Ad III. Reſpondemus, ſingulari & ex-
reſsâ DEI permiſſione Diabolum illam facul-
tem conſecutum fuiſſe in bona & facultates
obi. Cùm enim Diabolus pietatem & fideli-
tem Jobi ex rerum humanarum felicitate æſti-
naret & affluentiâ, quòd videlicet non fruſtra
meret DEUM, ſed quòd vallaverit domum
jus, univerſamque ſubſtantiam, quòd operi
us manuum ejus benedixerit &c. quibus ſi pri
aretur, in faciem benediceret DEO. Quam-
brem ut heroicum conſtantiæ & in rebus
dverſis patientiæ exemplar omnibus piis ex-
iberet, & Satanæ calumnias refelleret, dixit
d eum: Ecce univerſa, quæ habet, in manu
uâ ſunt, *Job. c. 1. ſeqq.* Cùm itaque hoc
x ſingulari DEI permiſſione & causâ factum
t, non eſt extra eam extendendum. Aliâs
nim conſtat, quòd citra DEI permiſſionem,
iaboli & Sagæ ne quidem pediculos educere
ueant, *Exod. 8. v. 18.* Et ne quidem in
orcos poteſtatem habeant, *Matth. 8. §. 31.*
nde *Tertull. lib. de fug. in perſecut. c. 2.*
: Nec in porcorum gregem Diaboli legio
oteſtatem habuit, niſi eam de DEO impe-
aſſet: tantùm abeſt, ut in oves DEI habeat.
ſſum dicere, porcorum quoque ſetas tunc
ud DEUM fuiſſe numeratas, nedum capil-
Sanctorum, *Matth. 10. v. 30. Act. 27.*
35. Et ſcribit *Auguſtin. in Pſalm. 96.* ſi
ſſet aliquid Diabolus, nullus noſtrûm ma-
ret: Tantum facit, quantum ei permittitur,

IV. Quantum ad exempla adducta attinet,
quidem primum, reſpondemus, quod ſcy-
i iſti procul dubiô cum conſenſu iſtarum
miarum in nemus illud tranſlati & deporta-
uerint. Volenti autem & conſentienti, ut
ſtri dicunt, non fit injuria, *l. 1. in fin. de
ur. l. cum donationis. 34. Cod. de transact.*
oque illud exemplum non quadrat ad præ-
tem facti ſpeciem, ubi de honeſtorum &
rum hominum quæritur ſupellectilibus. Et
t Diabolus ſuis aliquando conjuratis divitias
uat, permiſſu DEI, vel falſas & doloſas,
od fit plerunque, vel etiam veras, quod
ariſſimè (ſunt enim divitiæ hominum in
nu DEI, *Gen. 31. v. 9. Proverb. 22. §. 2.*)
ue etiam firmat *Martin. Delr. Diſquiſ.
g. lib. 2. quæſt. 12. ſub num.* 10. ubi in
dem ſcribens ſententiam dicit: Diabolum
e quidem ditare ſuos, ſi DEUS permitte-
& ille vellet: Raro tamen id DEUM per-
ere, & plerunque Diabolum ludificari ſuos;
cet paucis aliquando paucas & veras lar-
ur pecunias, tamen utplurimùm decipere
i ſpe & ſpecie: quod multis exemplis fir-
Remig. teſt. oculat. lib. 1. dæmonolatr.
. 4. Hactenus *Delr.* non tamen inde ſe-
ur, quòd illas piis ſurripiat, poteſt enim
nde habere. Sunt enim varii ab homini-
in terram defoſſi theſauri, item ingens
, argenti, gemmarumque vis naufragiis
are ſubmerſa, quam DEI permiſſu uſur-
pare poteſt, *Keckerman. lib. 6. Syſtem. Phyſ. c. 4.* Cæteroquin Diabolus per ſe pauperrimus & avariſſimus ſpiritus, falſis plerumque divitiarum ſpeciebus conjuratis ſuis illudit, quod multis exemplis probat *Georgius Remigius lib. 1. Dæmonolatr. c. 4.*

Et huc faciunt hujus noſtræ puellæ confeſſæ illuſiones, quibus Diabolus ei illuſit, ſub ſpecie gemmarum &c. ut ſuprà monuimus. Et apparet ex **Protocoll.** *de 23. & 24. die Januarii*, ibi: Amaſium ſuum margaritas & „ aurum ſibi adferre, quæ ſi reponat, nil niſi „ oſſa & paleas eſſe. Exemplum allatum à Keckermanno eſt ſingulare. „ Sine dubio autem illud juſtô & nobis incognitô DEI judiciô ita permiſſum. Sunt enim judicia DEI multa occulta, nulla tamen injuſta. Et tantùm de duobus primæ quæſtionis capitibus.

QUÆSTIO II.

IN SECUNDA QUÆSTIONE QUÆRITUR.

Anne iſtis in Actis nominatæ, à Diabolo deluſæ puellæ minoris, aſſertiones ejus ſint ponderis & momenti, ut Nobiliſſimæ Matronæ N. ejusque filiæ bonam famam, honorem & exiſtimationem lædere, & apud cordatos juris æquique amantes homines gravare poſſit?

ET quidem primâ fronte ita ſtatuendum videtur: Nam conſtat famam, ſive exiſtimationem eſſe illæſæ dignitatis ſtatum, moribus ſeu legibus comprobatum; ut inquit *Calliſtratus in l. cognitionum, §. 1. & ibi Bart. & Dd. ff. extraord. cognit.*

Quando verò ſtatus ille dignitatis læditur, tum fama alicujus gravatur & oritur infamia, quæ eſt macula exiſtimationis, damnum famæ, ſeu diffamia. *Jacob. Cujac. in Paratitl. C. ex quibus cauſ. alic. infam. irrog.*

Læditur autem, vel ſaltem minuitur, quoties quis inter malos connumeratur, & bonus eſſe definit, *Marquard. Freher. de Exiſtimat. lib. 3. cap. 4. num. 1. Hug. Donell. lib. 18. comment. cap. 6.*

Tales maximè cenſendi ſunt, qui ſe lamiarum & maleficarum conſortio ſociant, Deum Creatorem ſuum abjurant, & humani generis inimici exiſtunt, *l. 7. l. ulli. C. de malef. & Mathem.*

Ideoque totum hoc genus infame ipsô jure & profeſſione ſuâ eſſe, dubitandum non eſt, *l. 5. C. de malef. c. conſtituimus 3. quæſt. 5. cap. infames 5. quæſt. 1. Freher. d. lib. 3. de Exiſtimat. cap. 19. num. 3.*

Si enim hi, qui artis ludicræ causâ in ſcenam prodibant, edictô perpetuô notabantur, *l. 1. ff. de his qui not. infam. Donell. d. lib. 18. c. 7. & ibid. Hillius §. in notat.*

Quantò magis id obtinebit in illis hominibus, qui divini & humani fœderis obliti cum Diabolo paciſcuntur, & ſtatis ac certis temporibus in ludicram & nefandam ejus ſcenam prodeunt, & cum conjuratis peſſimo exemplo congregantur: Ducto argumento à minori ad majus, quod in jure validum & firmum, *Auth. multò magis C. de Sacroſanct. Eccleſ.*

Conſtat autem ex puellæ iſtius memoratæ delatione & confeſſione, quòd Diabolus & vetula quædam in Actis nominata illi dixerint, prædictam Dominam viduam N. ejusque filiam maleficorum conſortio addictas eſſe. *Protocoll. die* 31. *Januar. ſub Tit. E. ibi:* „Diabolum & N. aliasque ſibi retuliſſe, quod „N. N. N. & N. ejusque filia pariter de illo„rum ſint conſortio: Ideoque id non parum illarum exiſtimationem & famam aggravat. Nam licet teſtis de auditu alienô non facit plenam probationem, facit tamen præſumptionem *Bald. conſil.* 219. *incipit, teſtes & atteſtationes ſub num.* 3. *verſ. præterea ſaltem, lib.* 4. *Proſp. Farinac. Tr. de Teſtib. quæſt.* 69. *num.* 32. *per teſt. in cap. hoc videtur.* 22. *q.* 5. maximè ſi nominet auctorem, à quô audiverit (prout hîc puella noſtra Diabolum ſimul & vetulam auctores nominavit) *cap. licet ex quadam. extra de teſtib. Joh. Meichſner. Deciſ. Camer.* 1. *num.* 35. *verſ. quia reſpondetur Tom.* 3.

Quinimò in delictis occultis & exceptis, quævè ſunt difficilis probationis, quale eſt veneficii crimen, teſtimonium de auditu fidem facere ſcripſerunt *Hoſtiens. in cap. præterea. col.* 3. *num.* 4. *in fin. Et ibid. Joh. Andr. poſt. n.* 10. *Ancharan. num.* 4. *verſ. & in delictis quæ occultò fiunt, extra de teſtib.*

Et licet Diabolus futura exactè ſcire non poſſit, præteritorum tamen, etiam hominibus occultorum, optimè recordatur, cum ratione eorum, quæ facta ſunt, in ipſum nulla cadat oblivio, nec ignorantia, quia cuncta notiſſima tenet ante oculos. *Thom. de Aquin. in tract.* 99. *quæſt. ib. art.* 6. Et plus de occultis & ſecretis præteritorum eſt inſtructus ſolus, quàm omnes homines de mundo ſimul, ut poſt *D. Auguſt. Thom. & alios* ſcribit *Paul. Ghrilland. de Sortileg. q.* 6. *num.* 2. *& num.* 5. ubi dicit, quod Diabolus cognoſcat & videat omnia furta, etiam latentiſſima & alia hujusmodi crimina, licet occultiſſima.

II. Prædicta puella non ſolùm de auditu alienô, ſed etiam de viſu propriô teſtatur, quòd ipſa Dominam viduam viderit in nocturnis conventibus & choreis, cum aliis denominatis Lamiis & ſtrigibus, & quod auxiliata ſit iisdem, cum res quasdam Diabolicâ arte confectas ſtraverint in viâ, per quam tranſiturus erat Reverendiſſimus N. ex quô etiam magnum fuerit datum damnum Celſitudini ſuæ Ejusdemque Sorori *Protocoll. de* 13. *Febr. A.* 1716. Jam verò plena notitia habetur per viſum & auditum, quia ſenſus non decipitur circa proprium objectum, *l. ſolum. & ibi Bald. in princ. C. de teſtib. Johann. Meichſner. Deciſ. Camer.* 3. *num.* 8. *tam.* 3. *idque tit. quando aliquis dicit rem in conſpectu ſuo agitatam eſſe, Bart. in l. jubemus num.* 9. *C. de erog. milit. annon. lib.* 12. Quod enim oculus videt, nemo ſanus negat, *Hieron. Montan. in Tr. de finib. reg. cap.* 30. *num.* 3. *Weſ. conſ.* 58. *num.* 14. *Hippol. Riminald. Conſil.* 415. *num.* 2. Et in ſpecie ac noſtris terminis, quòd Lamiæ aſſerenti ſe vidiſſe hanc vel illam fœminam in curſu & ludis Diabolicis, fides habenda ſit, non ſolùm ad effectum inquirendi, ſed etiam torquendi, multis conatur defendere. *Petrus Binsfeld. de Probat. malefic. poſt concluſ.* 6. *dub.* 2. *pag. mihi* 333. *& aliquot ſeqq. Joh. Bodin. ac Mag Dæmonom. lib.* 4. *c.* 2.

III. Huc pertinent, quæ ſcribunt *Auctores mallei maleficorum part.* 2. *q.* 1. *c.* 11 Dæmonem non poſſe per ſe honeſtas Matronas infamare, apparendo in earum effigie a maleficandum, ut inde tanquam maleficæ re putarentur & ſuſpectæ redderentur, adeoqu famam noſtram non eſſe in Diaboli poteſtate.

IV. Facit, quod non ſemel, ſed ſæpiu prædictam viduam in ejusmodi ludis viderit Item quod Arte Magicâ cochlear aureum Re verendiſſ. Sorori Principiſſæ ſuſtulerit, aliquo ties illud in ludis uſurpaverit, & poſtea unà cu denominatâ quadam vetulâ 10. thaleris vendi derit: *Protocoll. de* 12. *Febr. Anno* 161 Cui etiam res ipſa reſpondit, cùm aureu cochlear cum aliis rebus prædictæ Celſiſſim Principiſſæ reverà ſublatum fuerit.

V. Non parum præcedentibus adminicu latur, quod hæc puella non ſolùm motu pro priô de Domina Viduâ ſæpè memoratâ confeſ ſit, ſed etiam formidine torturæ & monſtra ſibi Carnifice cum inſtrumentis eundem con feſſionem repetierit & in eâ perſeveraver Confeſſiones autem ſpontaneæ contra tertium ſi mediante torturâ repetantur, vim habe probationi, per ea, quæ tradit. *Clar. lib. ſentent. §. fin. q.* 25. *num.* 1. Illæ aute confeſſiones, quæ eliciuntur per terrorem to mentorum præſente Carnifice & inſtrumen comparantur iis, quæ torturâ inſecutâ fac ſunt, *l.* 2. *ibi: Formidine tormentorum. quos appellat non recip. Henricus Bocer de Quæſt. cap.* 5. *num.* 27.

VI. Veritas iſtius aſſertionis & confeſſi nis non parum exinde etiam videtur appare quod puella iſta ſæpius iſtam confeſſionem r teraverit, ut apparet *ex Protocoll.* At geminatio errorem excludit & magnam ani arguit firmitatem, *Marſil. in l.* 1. *§. de quæ & conſil.* 113. *num.* 2. *Feſtin. in c. ſi cau extr. de fide inſtrum. num.* 39. *Dec. con* 185. *num.* 10. *Hippolyt. Riminald. con* 480. *num.* 10. 12. *&* 13. ubi addit, qu

gemin

geminatio, multoque magis triplicatio, vel quadruplicatio confeſſionis omninò inducat veritatis præſumptionem, *Johann. Gœdd. in Reſp. juris de Baron. Vallend. num.* 348. Idque in confeſſionibus Lamiarum maximoperè attendendum ſcribit *Petr. Binsfeld. tract. de probat. malefic. concl.* 6.

Cui VII. Accedit puellæ aſſeveratio, quòd in iſtâ confeſſione velit perſeverare in vitâ & morte. *Protocoll. de* 14. *Feb.* Atque etiam ita non ſolùm in judiciô, ſeu ut loquuntur, ad banchum juris eam iteraverit. *Conſtit. Crim. artic.* 31. *§. quintò. Bocerus de quæſtion.* 3. *ſub num.* 46. *in fin. vid. ibid. reſpons.* Confeſſiones autem reorum morte confirmatæ non exiguam probandi vim habent, cùm nemo immemor æternæ ſalutis decedere velle præſumatur *c. ſancimus. verſ. & licet.* 1. *q.* 7. *l. ult. verſ. & licet. C. ad Leg. Jul. repetund. Bald. conſil.* 476. *lib.* 5. ubi dicit, quòd nemo præſumatur velle mori cum mendaciô & peccatô, *Cravett. conſil.* 287. *num.* 7. verſ. *tertiò reſpondeo.*

IIX. Non parum videtur gravare famæ exiſtimationē prædictæ Dominæ Viduæ & ejus filiæ, quòd Judex loci haſce confeſſiones, tanquam veroſimiles probationes, in Protocollum ſuum receperit, & poſtea publicè in locô judicii criminalis, tanquam res veras recitari fecerit, ſuppreſſis quidem, ab ipsâ tamen puellâ ſæpius proclamatis nominibus. Cenſetur enim probatio ſufficiens, quæ inducit Judicem ad credulitatem, & ad judicandum, talem eſſe veritatem in judiciô, cùm ad aliud probatio non tendat, *Vincin. Jun. conſil.* 90. *num.* 18. *Menoch.* 2. *Arbitr. quæſt. cent.* 1. *caſ.* 90. *num.* 2. *Andr. Gail.* 2. *obſerv.* 94. *num.* 10. *per text. in l. Eiſdem. ff. de teſtib. l. quinquaginta, in ff. de probat. Meichſner. deciſ. cameral.* 4. *num.* 182. *Tom.* 3.

Cùm itaque iſtæ denunciationes Judicem induxerint, ut eas veras crederet (cum utique, ſi falſas putaſſet, minimè in Judiciô publicè recitari, ne quidem ſuppreſſis nominibus juſſus eſſet) ſequitur quòd exinde orta diffamatio plerunque ſpectatur, unde illa ortum habeat, ut ſi à fide dignis, talis etiam meritò habenda eſt, *Bart. in l. de minore §. plurimum, num.* 23. *ff. de quæſtion. Fulgos. conſil.* 77. *num.* 3. *Deciſ. conſil.* 56. *num.* 4. *Hippol. Riminald. conſil.* 88. *num.* 9. *Chiſin. Johan. Vincent. Honded-* 1. *conſil.* 102. *num* 73. *König. in proceſſ. c.* 2. *num.* 1. 2. *Paul. Matth. Wehner in Pract. Obſerv.* 2. 65. *Marquard. Freher. de fam. lib.* 3. 2. *num.* 10.

Judicem verò virum bonum cenſeri, Leges & jura noſtra diſponunt, *l. continuus* 7. *§.* 2. *ff. de verb. oblig.* Quamobrem infamia iſthæc, orta à Judice ejusque Proceſſu & ſententia, honorem & exiſtimationem, ſi non juris, ſaltim facti infamia gravabit, per ea, quæ tradit *Weſenbecius in paratitl. num.* 2. *ff. de his qui not. infamiâ.* Et huc facit, quòd *Propertius* in Cynthiam ſcribit:

Crede mihi quamvis contemnas murmura famæ,
Hic tibi rubori, Cynthia verſus erit.

Hiſce IX. accedit, quod Domini Judices 2. & 3. *die Julii, Anno* 17. præſentes tunc temporis teſtari rogati, quid de Dominâ Viduâ ejusq; Liberis ſentirent, & quid diffamationi iſti tribuerent, reſpondere detrectaverint, & teſtimonium honeſtatis & integræ vitæ non obſcurè denegârint, ut ex actis transmiſſis conſtat.

Verum enim verò, hæ, quæ modò adductæ ſunt rationes, re penitius inſpectâ & ad juris & rectæ rationis trutinam ſuſpenſæ, non ſunt ejus ponderis & momenti, ut vel hilum prædictæ Nobiliſſ. Dominæ Viduæ, pie defunctæ, ejusque filiæ, Virginis pudiciſſimæ, exiſtimationi ac bonæ famæ apud cordatos juſti honeſtique amantes viros & fœminas detrahere & ullô modò gravare poſſint. Idque I. Quòd non ex falsô rumore, à quocunque tandem ſparsô, ſed ſolo delictô & crimine fama denigretur & amittatur, *l. cognitionum §. exiſtimatio. ff. de extraord. cognit.* Ubi JC. Calliſtratus dicit, exiſtimationis & dignitatis illæſæ ſtatum ex delicto noſtrrô authoritare legum minui, *l. qui accuſare.* 8. *ibi, alii propter delictum proprium, ut infames. ff. de accuſat. l. milites,* 13. *ff. miſſionum, ibi, cum quis propter delictum ff. de re milit.* Cauſa itaque infamiæ aliunde eſſe non poteſt, quàm ex propriô cujusque crimine, dolo & malitiâ: Per injurias verò, calumnias contumelias ab aliô quocunque illatas, famam ſuam nemini auferri, ſummè tenendum eſt, inquit *Marquard. Freher., de exiſtim. lib.* 2. *c.* 10. *num.* 6. ubi addit, quod ſi ſecus eſſet, infames forent tot Philoſophi, tot boni & ſapientes viri, qui injurias flocci penderunt; & in deterrimi improbiſſimique cujusque poteſtate eſſet famam bonis eripere, quod minimè gentium eſt admittendum, *Bocer. ad l. un. Cod. de famoſ. libell. c.* 4. *Hilliger in Donell. enucleat. lib.* 18. *c.* 6. *lit. H.* Sed Domina Vidua ejusque filia de nullô crimine cordatis unquam fuit ſuſpecta, tantò minus convicta, ut ex ſequentibus apparebit, Ergò.

II. Cùm delicta, maximè atrociora, ad contemptum Dei & ad perniciem humani generis tendentia, quale hoc eſt Veneficii *l.* 6. *C. de maleſ.* contra naturam ſint, adeoque de nemine præſumi debent, *l.* 2. *l.* 3. *ff. de juſtit. & jur. l. filius. ff. de condit. juſtit.* ſed potius quilibet integer & bonus cenſendus, donec contrarium probationibus luce meridianâ

dianâ clarioribus demonſtretur *l. fin. C. de probat. text. in cap. fin. de præſumpt. cap. eſtote de reg. jur. cap. 1. de ſcrutin. in ordin. faciend. cap. ſancimus Zas. 2. conſil. q. 5. pag. 2. num. 19. fac. text. in l. cum frater. §. rogo. ff. de legat. 2. Cravett. conſil.* 60. *num.* 7. *Menoch.* 5. *Præſumpt.* 1. & hæc integritatis præſumptio à Naturâ eſt, *ſecund. conſil. in l. fin. C. quod med. cauſ. Alciat. de Præſumpt. reg.* 3. *præſumpt.* 2. *in princ. Roland. à Vall. conſil.* 69. *num.* 10. *Vol.* 2. Hinc *Divus Gregorius in cap. in cunctis* 11. *q.* 3. ſcribit: Majora mala cùm forſitan dicuntur, niſi probata, credi non debent. Natura enim hominis per ſe ad bonum directa, & qualia ſunt principia, talia præſumuntur principiata, *d. cap. fin. & ibi gl. in verb. præſumatur. Andr. Geil.* 2. *obſ.* 110. *num.* 6. idque tantò magis in Perſonis Nobilibus, vel honeſta ſtirpe deſcendentibus, pro quibus major, quàm pro plebejis militat præſumptio virtutis & honeſtatis, *arg. l. ſi à bonæ fidei, ff. de rei vindic. Joh. Cirier. de Primogen. lib.* 2. *q.* 4. *art.* 2. *num.* 4. *Alciat. de præſumpt. reg.* 1. *præſumpt.* 48. *in princip. Tyraquell. de Nobilit. cap.* 20. *num.* 20. 1. *Proſper. Farinac.* 2. *conſil. crimin.* 151. *n.* 13. *Herm. Vult. conſil. Marp.* 18. *n.* 170. *vol.* 3. Quia naturæ conſentaneum eſt, ex melioribus ortos, meliores eſſe, inquit *Ariſtot. lib.* 3. *Polit. cap.* 8. *Tib. Decian. Reſponſ.* 18. *n.* 22. *vol.* 1. Unde Poëta:

Fortes creantur fortibus & bonis;
Eſt in juvencis, eſt in equis patrum
Virtus: nec imbellem feroces
Progenerant aquilæ columbam.

Hinc etiam fit, ut Nobilibus atteſtantibus major fides habeatur, quam plebejis, tradit *Bald. in l. teſtium col. fin. C. de teſtib. Cravett. conſil.* 6. *num.* 28. *& fac. l.* 3. *in pr. ff. de teſtib. l. ob carmen. §. fin. ff. eod. l. majorem ff. de part. cap. multa extr. de prætend. Joh. Meichſner. Deciſ. Camerar.* 9. *num.* 71. Ubi in præcedentibus dixit, quod pro Nobilibus multum præſumatur: Indeque, ut procedatur contra Nobilem, fortiora indicia haberi debent, quàm contra plebejum, teſte *Clar. §. fin. q.* 28. *ſub num.* 2.

III. Id multò magis procedit in noſtrâ facti ſpecie, cum Domina Vidua non ſolùm avorum ſuorum nobilitate & Mariti Reverendi ac Nobiliſſimi radiis coruſcârit, ſed etiam ſingulari pietate & morum honeſtate aliis præluxerit, liberos ſuos in timore DEI ad virtutis & literarum ſtudia, quò decet & par eſt zelo, inſtrui fecerit.

Ejus rei I. teſtimonium ei perhibente Reverendiſſ. ac Illuſtriſſimô illius loci Epiſcopo, tanquam ſuperiore ſuo Magiſtratu, uti apparet ex inſtrumentô publicô *de* 3. *Julii Anno* 1617. *ibi:* Reverendiſſ. & Illuſtriſſ. Dominam N. hujus imputationis intuitu pro innocenti habere, ſeque illi neque poſſe neque velle fidem adhibere, niſi aliter probatum fuerit &c. Principi autem & ſuperior[i] Magiſtratui integritatis & honeſtatis teſtimonium alicui perhibenti tantò magis creditur, quantò clariori ille lumine perfulget, *l. inte[r] claras C. de ſumm. Trin. text. & gloſſ. in Clement. un. de probat. Cacheran. Deciſ.* 122. *num.* 4. & 5. *Maſcard. de Probation. concluſ.* 1227. *Johann. Meichſner. Deciſ.* 14. *num.* 6. *Tom.* 3. *Treutler Conſil.* 109 *num.* 2. *& ſeqq.*

2. Reverendiſſimi & Illuſtriſſimi Epiſcop[i] teſtimonio accedit Reverendus Dn. Superintendens aliique Eccleſiæ & Scholæ illius loc[i] miniſtri, qui omnes & ſinguli per Notarium & teſtes requiſiti, concorditer de Dominæ Vi[-] duæ honeſtate, integritate & piâ liberorun[m] educatione, unô quaſi ore atteſtantur, & quo[d] etiam ab aliis honeſtis audiverint, eam pr[o] tali haberi, uti inter alia ex prædicti Domi[ni] Superintendentis aſſertione in publicum Inſtru[-] mentum redacta conſtat: Hanc diffamationem ſibi ſumoperè diſplicere. Non tam diu N. in officio publicô ſtetiſſe: aliâs autem ſe non tantùm ex omnibus Confratribus, ſed aliis quoque honeſtis perſonis vix aliud percepiſſe, quam Dominam N. ejusque liberos piam probamque vitam duxiſſe, ſeque illi ejusque liberis ſub totius Miniſterii Sigillô atteſtatum, ſi deſideretur, impertire velle &c.

E quibus omnibus honeſta Dominæ V[i-] duæ fama, pietas & vitæ inculpatæ integri[tas] plenè & luculenter probatur, quæ omne[m] aliam famam & ſiniſtram præſumptioner[m] ſi ulla appareret (qualis in præſenti facti ſpe[cie] nulla legitima contra Dominam Viduam e[x-] ſtit, ut ſuô locô probabimus) expurgant[,] tollunt, ut dicit *Bald. in C. fin. col.* 7. *ff. [de] fer. per text. in l. non omnis, §. à barba[ro] ff. de re milit. & in l. fin. col. ult. C. de p[ro-] bat. cum aliis allegat. per Felin. in cap. c[um] contingat. col.* 2. *de reſcript. Paul. Pariſ[.] conſ.* 163. *num.* 16. *vol.* 4. *Vincent. Hona[d.] conſil.* 100. *num.* 20. *vol.* 1. *Nicol. Bo[er.] Deciſ.* 165. *in fin. Berthazol. conſil. crim[in.]* 101. *num.* 9. *lib.* 7. ubi dicit: Quòd me[ritum] præcedentis vitæ ſuſpicionem mali excluda[t,] *Aym. Cravett. conſil.* 99. *num.* 11. *vol.* adeò ut ſtante bonâ famâ indicia quantum[vis] urgentia (quæ tamen in præſenti facti ſpe[cie] nulla, nedum urgentia, contra D[o-] minam Viduam ejusque filiam ex Actis ap[pa-] rent) contra diffamatum vel inquiſitum [e-] lantur & expurgentur, *Raphan. Cuman. c[onſ.]* 135. *col.* 2. *Pariſ. d. conſil.* 163. *num.* ubi dicit, hanc eſſe communem omnium [D.] ſententiam, *Berthazol. conſil.* 284. *num.* *lib.* 2. ubi pariter dicit, commune eſſe dict[um]

N[.]

icol. Boer. d. Deciſ. 165. *in fin.* ubi aſſerit
r curiam Burdegalenſem pluries ſic fuiſſe
dicatum: *Aym. Cravett. conſil.* 24. *n.* 6.
i ex Jaſon. dicit, hoc ſingulariter eſſe no-
ndum: *Vincent. Honded. conſil.* 102. *num.*-
3. *lib.* 1. ubi ex Laurent. Occa itidem de com-
uni atteſtatur.

Hiſce accedit, quòd ſæpè memorata Vi-
a non ſolùm quoad vitam actam, pieta-
& honeſtatis (cum quibus crimen
rtilegii, apoſtaſiæ & veneficii nullo modo
nſiſtere poteſt) apud omnes cordatos, maxi-
è verò apud ſupremum ſuum magiſtratum,
everendiſſ. & Illuſtriſſ. loci Epiſcopum at-
e Eccleſiæ Miniſtros luculentum teſtimo-
um habuerit: ſed etiam in vera DEI & Sal-
atoris agnitione & profeſſione, usque ad
tremum vitæ halitum, perſeveraverit, at-
e piè naturæ debitum perſolverit, uti in
ncione funebri publicè habita & typis di-
lgatâ atteſtatur prædictus Dominus Superin-
ndens N. ita, ut ipſe ejus pietatem, ex ver-
DEI conſolationem & fidei conſtantiam
miratus ſit: referendo nos ad prædictam
ncionem. Quod utique impiis, Sagis &
eneficis rarò contingere ſolet, ſed in iis ple-
mque, ut dicit Poëta:

Vitaque cum gemitu fugit indignata
ſub umbras.

inc Galli in proverbiô:

Bien nourir, fait bien dormir,
Et bien vivre, bien mourir.

oc eſt lautum alimentum, bonus ſomnus:
obam vitam, pia mors inſequitur. Et
ſtri dicunt: Benè vivere, benè mori: Juxta
ripturam: Timenti Dominum benè erit in
tremis & in die defunctionis ſuæ benedice-
r, *Syracid. cap.* 1. §. 13. *& Pſalm.* 41.
3. *&* 4. Et quamvis de noſtrâ tantùm ſalute
canone fidei, de proximi tamen piè defuncti
lute ex canone charitatis, tanquam ex fructi-
s de arbore, rectè judicamus *Matth.* 12.
33. Non enim de ſpinis ficus, neque de
bô colligimus uvas, inquit Salvator *Luc.* 6.
44. Bonus homo de bono cordis theſauro
ofert bona, malus homo de malô theſaurô
ofert mala, *Matth.* 12. §. 35. Admodum
rò accidit, ut qui in totâ vitâ impiè vixit, maxi-
è in crimine veneficii, in agone ut convertatur.

Unde Auguſtinus de Latrone in cruce: To-
m, inquit, legi & perlegi Scripturam, & nul-
m in Extremis præter hunc unum converſum
veni. Et faciunt huc tradita ejusdem Au
ſt. in c. nullus expectet. 33. *q.* 3. *de Pœni-
nt. diſtinct.* 7. ubi dicit: Vix vel rarò juſtam
cidere in fine converſionem.

IV. Juris aperti & indubitati eſt, quòd dif
matio ad hoc, ut bonam alicujus famam &
iſtimationem apud honeſtos gravet, vel
dici ad inquirendum viam aperiat, non ab
minibus levibus, malevolis, improbis & ma-
volis, improbis & maledicis, ſed ab hone-
ſtis, providis & fide dignis ortum habere debet,
text. in cap. qualiter & quando, 24. *extr. de accuſ. cap. cùm oporteat, & ibi Innocent. Butz. n.* 18. *extr. eod. Conſt. crim. Car. V. art.* 25. §. *Primo in fine, ibi: Attamen infamia ejusmodi neutiquam à nequitioſis hominibus oriri &c. Ancharan. conſil.* 263. *Incipit in quæſtione presbyteri col.* 2. *Deci. conſil.* 575. *col.* 2. *Aym. Cravett. conſ.* 41. *num.* 1. *Zaſ. conſ.* 6. *n.* 18. *lib.* 2. *Proſper. Farinac. conſ.* 158. *in fin. lib.* 2. *Hieronym. Schurff. conſ.* 90. *n.* 1. *cent.* 2. *Erneſt. Cothman. conſil.* 12. *n.* 174. *&* 182. *vol.* 1. *Anton. Fab. in Cod. rer. in Sabaud. judic. tit.* 21. *de fin.* 20. *n.* 2. *in not. Marquard. de fam. & infam. lib.* 3. *c.* 2. *n.* 10. ubi dicit perditorum atque infimæ claſſis hominum vocem, qui plerumque bonos oderunt, bonorum famam non lædere. cui concordant monita *Syracid. cap.* 19. *v.* 13. *& ſqq.*

Atqui puella iſta in Actis nominata, à cujus aſſertione, ex Diaboli, ut ipſa narravit, ore procedente, hæc orta diffamatio fuit: I. Puella adeoque fœmineæ complexionis, h. e. fragilis, varia, fallax, loquax, corruptibilis, uti tam antiqui, quam moderni humanarum & legalium literarum Interpretes undique exclamant, ut poſt *Tyraquell. de ll. connub. lib.* 9. *num.* 49. *ſcribit Proſper Farinac. de Teſt. quæſt.* 59. *n.* 4. *Maſcard. de Probat. concluſ.* 762. *n.* 3. *& ſeqq. Neviz an. in Sylv. nupt. lib.* 4. *n.* 204.

Quamobrem de jure Canonico in Criminalibus fœmina regulariter veri fidem non facit, *text. in C. mulierem, ibi; nec teſtis eſſe, ubi & gloſſ.* 33. *q.* 5. *c. for. ibi: ſi viri non fœmina de V. S. Vincent. Honded. conſil.* 100. *n.* 24. *lib.* 1. *Clar.* §. *fin. q.* 24. *verſ. de jure Canon. Villalob. de comm. opinion. lit. M. num.* 143. Et hanc ſententiam communem & jure expeditam eſſe multis confirmat *Farinac. de quæſt.* 59. *n.* 1. 3. *& ſeqq. & quibus concordat Jus Princip. territ. Würtenb. part.* 1. *p.* 96. §. *It. Mulieres, quod adducit Bocer. Tr. de Quæſt. c.* 3. *n.* 149.

II. Malè & perditè educara narratur: Ideoque nonniſi malum & perditum fructum ab eâ expectare licuit, per ea, quæ tradit *Bodin. lib.* 5. *de Republ. pag. mihi* 811.

III. Adhuc Minorennis, 17. nimirum annorum, cujus ætatis inter omnes conſtat fragile & infirmum eſſe conſilium & multis captionibus ſuppoſitum, multorumque inſidiis expoſitum, inquit *Ulpianus JC. l.* 1. *in pr. ff. de minor.* Ideoque expreſsâ juris auctoritate minor vinginti annis, in criminali & publicô judiciô, in teſtimonium citari non debet, nec in eô teſtis idoneus eſt, inquit *JC. Venulei. in l. in teſtimonium* 20. *ff. de teſtibus gloſſ. in l. inviti. ff. eod. Proſp. Farinac. in Tr. de Teſtibus, q.* 58. *n.* 21. Ubi dicit, id eſſe veriſſimum & magis communiter receptum:

Novell. Val. (Uu) atque

atque ita annis præteritis in facti ſpecie Roſto-chiô ad Facult. Jurid. Acad. Gieſſ. eandem reſpondiſſe teſtatur *Henricus Nebelkræ. Deciſ.* 19.*per tot.* Et in noſtris terminis ita conſuluit *D. Erneſtus Cothman. conſil.* 4. *n.* 68. *vol.* 3. Indeque minori etiam de propriô factô criminali judiciô facta confeſſio ſine Curatore non ita præjudicat, quin contra eam in integrum reſtitui poſſit, per ea, quæ tradit *Matth. de Afflict. Deciſ.* 208. *Henricus Bocer. de Quæſtion. d. cap.* 3. *n.* 26.

IV. Cum itaque aſſertio ejus, qui inhabilis eſt ad teſtificandum, perinde habetur, ac ſi facta non fuiſſet, *Nov. de teſtib.* 90. *c.* 9. *Bocer. d. c.* 3. *ſub n.* 153. & hujus noſtræ puellæ aſſertiones & inde ortæ diffamationes juris auctoritate perinde habendæ, ac ſi nunquam factæ fuiſſent, cùm illa multis modis ad teſtificandum inhabilis fuerit.

V. Non parum in præſenti Facti Specie attendendum, quòd puella iſta pro corporaliter à Diabolô obſeſſa habitâ fuerit, & is ſæpiſſimè ex eâ locutus ſit mirabilia & varia, uti pro notoriô illius loci in facti ſpecie præſupponitur & atteſtatur haud obſcurè Superintendens & Miniſtri Eccleſiæ N. in documentô publicô, adjectô Apologiæ nomine Reverendi Capituli N. typis divulgatæ, quòd ſcil. puella hæc, Margaretha N. vocata, verbis æquè ac geſtibus ita ſe geſſerit, ac ſi à Diabolô corporaliter obſeſſa eſſet; unde & ipſi Paſtores diverſis temporibus obſeſſam puellam, pro quali eandem tunc habuerint, ad altare deduxerunt, in præſentiâ populi cum eâ orarunt, Litaniam aliosque pſalmos decantârunt, quô factô apparuit, ipſaque puella confeſſa fuit, Diabolum ex illâ abiiſſe &c. quod & ipſi Paſtores ſperârunt &c. brevî tamen poſt fraudulentus ille Satan denuò in illâ ſe manifeſtavit, multa admiratione digna per eam locutus (quòd omninò notandum. Non enim Sagarum hoc proprium eſt, ut per os earum corporaliter loquatur Satan, ſed obſeſſorum) & teſtatus fuit, quòd ſe Diabolo obligaverit, qui eandem haud ita pridem corporaliter in diſſitum mundum deduxerit, & paucis abhinc diebus eò redierit &c. Dummodò igitur confeſſio ejus, quam coram Magiſtratu depoſuit (NB. conditionalem aſſertionem) pro verâ habeatur, Paſtores ſcilicet & Concionatores pro ſuâ ſimplicitate & ſententiâ illud pro negotiis Magicis habere &c.

Et quamvis Dominus Superintendens & Miniſtri prædictæ Eccleſiæ N. videantur in hoc ipſorum reſponsô id aſſerere, quod antea iſtam puellam pro obſeſsâ habuerint, tempore verò inſtituti proceſsûs eò inclinârint, ſi vera durante proceſſu narrârit, aſſertiones iſtas habendas pro negotiis magicis: tamen hîc probè notandum, primò, quod venerandum Miniſterium N. puellam noſtram, antequam corporaliter à Diabolo illuc transferretur, ex verbis & geſtibus aliisque ſignis apparentibus habuerit pro obſeſsâ. Et narratur in facti ſpecie, quòd, cùm Reverendum Miniſterium N. puellam à Spiritu immundò liberare ſtuduiſſet, hic ex illa locutus fuerit, inter alia deſideranda: ut ſibi concederent in canem tunc præſentem abeundi, tunc enim ab illa ſe receſſurum eſſe, quod obſeſſorum eſt indicium, ut Evangelica paſſim teſtatur hiſtoria *Matth.* 8. §. 31. Secundò obſeſſio Diabolica non obſcurè etiam inde appa[ret], quod poſtquam Eccleſiæ Miniſtri put[a]rant, & ipſa etiam puella faſſa erat, ſe liber[a]tam ab obſeſſione, Diabolus denuò eam i[n]vaſerit & corporaliter aliò tranſtulerit, qu[od] utique regulariter in Perſonis Sagarum & V[e]neficarum accidere non ſolet, ut â Diabol[o] ita palàm per aërem, & quidem per tempus lo[n]gum vehantur, lacerentur & concutiant[ur]. Ideòque magis in dubietate iſtâ pro obſeſſi[o]ne (cum obſeſſos homines eò modo divexa[re] ſoleat Satan) quàm pro Magiâ (cùm in perſ[o]nis illi addictis rariſſimè id accidat) præſ[u]mendum eſt. Nam in dubiô præſumptiones [ſe]cundum communiter accidentia formand[æ] ſunt, & inde arguendum, *gloſſ. in l. neque n[a]tales. Cod. de probat. Baldus conſil.* 70. *c[ol.]* 2. *lib.* 1. *& conſil.* 351. *circa fin. lib.* 1. u[bi] dicit, quòd ex frequentiâ & generalitate pr[æ]ſumatur veritas, h. e. pro verò haberi i[d] quod frequenter & communiter accidit, *Ay[mon.] Cravett. conſil.* 40. *n.* 1. Indeque argum[en]tum à ſolitis ductum in jure validum & uſi[ta]tum eſt, *arg. l. ſi quis donaturus, & ibid.* [...] *ff. de uſufr. Bart. in l. cert. condictio.* §. *nu[m]mos. ff. de reb. credend. l. quòd ſi nolit*, [...] *quod aſſidua. & ibi, Bald. ff. de edict. P[...] ſper. Farinac. conſil.* 172. *n.* 5. *lib.* [...] *Nic. Everh. in loco à ſolit. & conſu*[...] *n.* [...] ubi dicit, hoc argumentum eſſ[e] [...] *Herman. Vultej. conſil. Marp.* 15. *n.* 264. [*&*] *ſeqq.* ubi dicit hoc argumentum neceſſati[ò] concludenter à communiter accidentibus p[ro]bare. Hinc JCtus Paulus, in obſcuris, inq[uit], inſpici ſolet, quod veroſimilius eſt, aut qu[od] plerumque fieri ſolet, *l. in obſcuris* 114. [*ff.*] *de reg. juris.*

Tertiò, quod obſeſſio iſta puellæ eô t[em]pore, quô abſens fuit, duraverit, appare[t ex] variis circumſtantiis, ut videre eſt ex *Protoc[oll]. de* 23. *Jan. anno* 1617 ubi narravit puella [ſe] in N. à Diabolo ſuſceptam, & per aërem av[e]ctam fuiſſe &c. Item Diabolum eandem tra[ns] Albim atque Mare in Hiſpaniam abduxiſſe, ubi mala aurantia de arboribus decerpſ[e]rit, ubi à Diabolo aliquando de arbore qua[n]dam ita præcipitata fuerit, ut ejus brachiu[m] luxatum fuerit. Simili ratione Hambu[r]gi eandem ab illo tractatam fuiſſe, ubi br[a]chium à Lictore rurſus reſtitutum fue[rit] &c. It. Diabolum illi capillos ad unu[m] om[nes]

omnes è capite evulſiſſe. Maximè verò ex rbis Dantiſci, poſt ſumptam ibidem S. Cœnam ram Sacerdote effuſis: Cùm Dantiſci ad S. Cœnam acceſſiſſet, nec tamen confeſſionem ſuam prius recitaſſet, quòd illic minus in uſu ſit, Sacerdotem illius loci animadvertiſſe, quod illa ſit Extranea quædam perſo a, ideoque eandem poſtmodum examinaſſe, & quamprimum conditionem ejus percepiſſet (intellige, quod obſeſſa ſit, aliâs enim n ſecùm in ædes ſuas adduxiſſet & cibum præbuiſſet) in domum ſuam adduxiſſe & interrogaſſe, qui S. Cœnam accedere auſa fuiſſet, ſi res ita ſe habeat cum illa? ſe ex inſtinctu Diaboli reſpondiſſe, NB. annon improbus ſub ponte reſidere pioque homini tranſitum permittere poſſit? &c. Hanc autem loquen obſeſſam, non veneficam arguere, teſtanr *Auctores mallei malef. Jac. Spreng. & enric. Inſtit. part. 2. q. 1. cap.* 10. ubi reunt? hiſtoriam: de obſeſsô quodam Sacerte, ex quo Diabolus interrogatus, ubinam erit, quando Sacerdos iſte Sacramentum mpſiſſet? reſpondit: ſub lingua. Ulterius reiſitus, quâ temeritate ad præſentiam Crearis non aufugerit? Tunc Dæmon: nunquid ponte ſe unquam quis occultare poteſt, nec deſuper ſanctus vel bonus vir pertranſeat? em iisdem ferè formalibus de obſeſſis recen*Joh. Bodin. de Mag. Dæmonoman. lib. cap.* 6.

Cùm itaque iſthæc verba obſeſſis magis nveniant, & per eos hiſce formalibus Dialum longo retrò tempore locutum eſſe cont, utique & talem puellam noſtram fuiſſe, delicet obſeſſam, cenſendum eſt, cùm ita r os ejus Dantiſci locutus fuit Diabolus, ſic per os aliorum obſeſſorum. Cui adſtipuur actus ille, qui accidit, cùm in reditu hæc puella apud Paſtoris cujusdam in pago Neukirchen ancillam pernoctaſſet, ubi noctu ita ſe geſſiſſe dicitur, ut ancillâ juxta illam permanere non potuerit, ita ut Paſtor ſurrexe & cum liberis oraverit, quô factô omnia puelm magis obſeſſam, quàm Sagā fuiſſe arguunt.

Cùm itaque ex hiſce tanquam certis & in bitatis indiciis conſtet, puellam iſtam fuiſſe Dæmone obſeſſam, eumque, teſtibus prætis miniſtris N. N. in ſuô documentô per puellæ fuiſſe varia & mirabilia locutum, nee quicquam certi de liberatione ex actis apret, illa utique non præſumitur; quia facti: Quæ autem facti ſunt, non præſumuntur; ſi probentur, *l. obſervatio, C. de non num. c. l. ſive C. de probat. l. in bello, §. factæ de capion. & poſtlim. reverſ. c. quoniam ntra. de probat. cap. tenor. de re jud. Alciat. præſumpt. reg. 2. præſumpt.* 4. *num.* 18. *m ſeq. Menoch.* 3. *præſumpt.* 10. *n.* 10. *eſenbec. conſil.* 7. *ſub n.* I. Nam mutatio eſt cidens, & accidentia non præſumuntur, *gloſ. l. ſi verò §. qui pro rei qualitate, & ibi Jus, Novell. Val. ff. qui ſatisd. cog. Jacob. Menoch. conſil.* 1. *n.* 121.

Indeque de præteritis in præſens jura noſtra præſumunt, h. e. talem quemquam hodiè videri, qualis fuerit tempore prædictô, *l. ſive poſſidetis, & ibi Dd. C. de probat. Bald. in l. in perſonâ, in* 2. *not. C. eod. Joh. Schard. ad l.* 4. *n.* 2. *C. de reſtit. minor. Everh. in loc. legat. loc. à tempore ad tempus, n.* 4. Quæ juris præſumptiones inſtar probationis & documenti ſunt, donec contrarium evidentiſſimè probetur, *l. licet Imperator*; 74. *de legat* 1. *lib.* 1. *de apoch. l. fin. in princip. quod met. cauſ. Andreas Geil.* 2. *obſ.* 97. *ſub n.* 6. *Matth. de Afflict. deciſ.* 13. *n.* 24. *Weſenbec. in paratitl. ſub num.* 19. *ff. de probat. & præſumpt.*

Quin imò etiam in dubiis & ambiguis, qualia tamen obſeſſionis Diabolicæ ſupra adducta indicia dici vix poſſunt, perpetuam habemus regulam: Benigniora ſemper præferenda eſſe, teſte JCto *Gajo, in l. ſemper in dubiis de reg. juris*, maximè in pœnalibus, teſte JCto *Paulo in l. factum*. 155. §. *fin. & in l. rapienda* 168. *ff. eod.* Quibus adſtipulatur JC. *Marcellus in l. ea quæ* §. 1. *d. tit.* ubi dicit in re dubiâ benigniorem interpretationem ſequi non minus juſtius eſt, quàm tutius. Atqui illa interpretatio, quæ ſuadet puellam iſtam fuiſſe obſeſſam, propter adducta urgentia illa obſeſſionis indicia & atteſtationem miniſterii, benignior & favorabilior eſt, quàm altera ſortilegii, magiæ ſeu veneficii: Ideoque eam juſtius arripimus & tutius ſequimur: tum quia magis favet animæ ſaluti. Nam obſeſſio tam his, qui fideles & in gratiâ, quam extra gratiam conſtituti ſunt, juſto Dei Judiciô accidere poteſt, ut notant *Auctores mallei malefic. Part.* 2. *q.* 1. *cap.* 10. *verſ. poteſt etiam*, ubi ſcribunt: Ideò & in gratiâ & extra gratiam exiſtentes, ſecundum altitudinem incomprehenſibilium judiciorum Dei inhabitari ſubſtantialiter poſſunt, idque magis pertinere ad malum pœnæ, quàm culpæ. Et ita etiam noviſſimè pluribus oſtendit *Frid. Balduin. de caſibus conſcient. lib.* 3. *cap.* 3. *caſ.* 4. addens ibid. pios fidem & bonam conſcientiam, etiam tempore obſeſſionis retinere *junct. caſ.* 7. Magia autem & ſortilegium non poteſt cadere in actu credentes, & in gratiâ conſtitutos, cùm ſit plerumque conjuncta cum apoſtaſiâ & abjuratione Salvatoris, implicando pactum cum Diabolo: tum etiam, quia obſeſſio poteſt eſſe delicti, in forô ſoli, excluſiva: Hæc autem ſemper delicti, & quidem publici & criminalis eſt incluſiva. Certa autem eſt Juris maxima, quod præſumptiones delicti excluſivæ, ex eodem factô deſcendentes, præponderent & prævaleant præſumptionibus delictum includentibus, *Bart. in l. non ſolùm, §. ſed ſi cum poſſet, ff. de nov. oper. nunc. Felin. in cap. cum ex officii, n.* 31. *v. dixit etiam, extr. de præſcript. Uldalric. Zaſ.* 2. *conſ.* 2. *n.* 21. *Erneſt. Coth-*

Cothmannus 2. Conſil. 70. n. 22. Godd. 2. conſ. Marp. 28. ſub n. 108. Petr. Ancharan. l. 3. quæſt. 72. n. 26. Joh. Harprecht, ad §. injuria autem. n. 195. inſtit. de injur.

Ideoque quando capi poteſt conjectura de licti & non delicti, ſemper capere debemus eum ſenſum, per quem quis non cadit in delictum, *Alciat. de præſumt. reg. 3. præſumt. 1. n. 1. & ſeq. Burſat. conſil. 171. n. 1. & ſeqq. Grammat. deciſ. 18. n. 5. Gilhauſ. in arb. crim. cap. 6. §. 32. n. 29. & 30. Proſper. Farinac. 2. Conſil. 138. n. 26. & in Pract. crim. q. 4. 7. n. 248.* Unde & teſtibus delictum excludentibus magis creditur, quàm pro delictô deponentibus, per tradita *Honded. 1. Conſ. 102. n. 39. & ſeqq. Farinac. 2. conſ. 138. num. 2.*

Et quamvis prædicti Miniſtri Eccleſiæ N. tempore inſtituti proceſſûs varias iſtius puellæ aſſertiones pro negotiis magicis habuerint: Tamen I. conſtat ex eorum atteſtatione, ipſos hæſitanter reſpondiſſe, tanquam ſuper caſu non ita certo. II. Non expreſsè atteſtatos fuiſſe, quod puella iſta fuerit Lamia ſeu Venefica, ſed potius, quòd ipſius aſſertiones habuerint pro negotiis Magicis. Idque III. non purè, ſed conditionaliter, ſi videlicet veræ eſſent iſtius puellæ aſſertiones &c.

Sed luce meridianâ clarius jam conſtat multa ficta & falſiſſima, nec non varia & contraria, cum quibus veritas ſtare non poteſt, Diabolum per illam puellam locutum fuiſſe, neque Magiſtratum loci, in facti inquiſitione, eam, quam debebat, vigore Jurium & Carolinarum conſtitutionum criminalium, diligentiam & curam adhibuiſſe, uti in ſubſequenti quæſtione ex Protocollo & aliis actis nobis transmiſſis hæc omnia ad oculum demonſtrabimus. Ideoque dubia iſta & conditionalis atteſtatio Miniſterii & parum opitulatur Apologiæ Dominorum Capitularium, maximè deficiente conditione, veritate ſcilicet, in plurimis ab iſta puellâ aſſertis articulis. Certi autem & indubitati Juris eſt, conditionalem actum vel atteſtationem nonniſi exiſtente conditione perfici, *l. hæc venditio, 7. in princ ff. de contrah. empt. l. cedere diem, verſ. ubi ſub conditione. ff. de V. S. l. proinde. ff. de reb. cred.* Quia conditio nihil ponit in eſſe, *l. ſi quis ſub conditione. ff. ſi quis omiſſ. cauſ. teſtam. cum ſimilibus, Bart. & alii, in l. 1. ff. de condit. & demonſtr. Valent. Forſt. Conſil. Marpurg. 8. n. 13. vol. 1.*

Ideoque cum hæc conditio, ſi videlicet veræ eſſent aſſertiones puellæ, in multis notoriè defecit, in plurimis quoque propter varietatem & contrarietatem aſſertionum ſubſiſtere non potuit, perinde habenda eſt iſta atteſtatio prædicti Miniſterii, ac ſi facta nunquam fuiſſet, *l. Mævius, l. qui hæredem. ff. de condit. & demonſtr. l. pecun. ubi Alex. n. 4. ff. ſi cert. pet. Pariſ. Conſil. 31. n. 7. vol. 4. Cacheran. deciſ. Pedem. 50. n. 12. Rol. à Vall. conſil. 59. n. 7. vol. 3. Vincent. Honded. conſil. 63. n. 20. Herman. Vult. Conſil. Marp. 15. n. 282. vol. 1.*

Siquidem aſſentiens vel atteſtans ſub conditione expreſsâ, vel præſumptâ, ſi ea deficiat, aſſenſus etiam ſeu atteſtatio iſthæc planè evaneſcit, per ea, quæ tradit *Ferd. Vaſq. de ſucceſſ. creat. lib. 2. §. 18. n. 59. Ant. Fab. in Cod. rerum in Sabaud. judicat. lib. 2. tit. 3. defin. 1. n. 11. in notat.* Nam conditio atteſtationi adjecta habetur pro causâ & fundamento. *Tyraquell. in Tr. ceſſant. cauſa part. 1. lim. 1 n. 56. 60. 61. Weſenb. Conſil. 16. n. 9. Matth. de Affl. deciſ. 355. n. 5.*

Deficiente igitur conditione deficit cauſa fundamentalis, & per conſequens effectus, & id quod ſuperſtructum eſt, corruet, per tradit. *Andr. Geil. 2. obſ. 132. n. 4. & paſſim, per tot. junct. obſ. 136.* Quin imò conditio relat. ad factum præteritum, ſecundum certitudinem naturæ, non dicitur ſuſpendere actum, ſed in effectu eſt pura, prout factum, quod reſpicit, per rerum naturam, ita ſe habet, vel non habet, quamvis quoad noſtram notitiam vel ignorantiam ſuſpendat, donec de facto præſuppoſito & conditione conſtet, *l. cum ad præſens, 37 cum ſeqq. ff. de reb. cred. Joan. Schard. ad l. captatorias, 11. n. 14. C. de teſtam. milit.*

Atteſtatio autem Miniſterii N. nititur cond[...]tione reſpiciente præteritum, facti narrati v[...]delicet veritatem, quæ cum emergente poſte[...] rerum quarundam evidentiâ, item ſtante aſſer[...]tionum puellæ varietate & contrarietate, illi[...]que per proceſſum non legitimè diſcuſſis defe[...]cerit, perinde habenda eſt, ac ſi ſimpliciter [...] purè dixiſſent, ſe iſtas puellæ aſſertiones, ta[...]quam ex parte falſiſſimas & à Diabolô, Patr[...] mendacii, ejusque aſſertis adornatas, itemqu[...] varias & contrarias ſibi invicem fidem der[...]hentes, pro negociis Magicis non habere: [...] procul dubiô ita reſolvenda eſt: Quonaim co[...]feſſio allegatæ modò puellæ neutiquam veri[...]ti conſona, ſed magnâ ex parte à malignô ſp[...]ritu ejusque mancipiis efficta, falſa, illegitim[...] & ſibi ipſi adverſa reperta fuit, hinc juxta ill[...]rum Dnn. Miniſtrorum ſententiam pro reb[...] Magicis haberi non poſſunt. Deinde non ſu[...] contraria, unam eandemque fœminam po[...] & eſſe obſeſſam, & per Diabolum eò induct[...] (maximè cùm hanc puellam ita ſolam diu c[...]cumduxerit & qſ. in poteſtate habuerit) pactum cum eô habeat: Cùm, ut ſupra mon[...]mus, obſeſſio tam his, qui extra gratiam, quàm qui in gratiâ exiſtunt, contingere poſ[...] Quibus omnibus accidit puellæ noſtræ matre[...] & avunculum tam gravi melancholiâ occup[...]tas fuiſſe, ut illis mentis planè induxerit exilium, ita ut neceſſe fuerit eos cuſtodire, ne ſi[...] ipſis manus inferrent. Hujus autem fœmina [...]lent ipſo maternô ſanguine & lacte non ra[...]

qu[...]

quaſi per traducem transmitti. Quæ autem ſit vis melancholiæ in phantaſmatibus & confingendis rebus falſis pro veris, paſſim teſtantur Medici & Phyſici, maximè *Wierus in Tr. ſuo de præſtig. Dæm.* & alii, quos ſupra allegavimus in primæ quæſtionis reſolutione. *Frider. Bald. de Caſib. Conſcient. lib.* 3. *c.* 4. *caſ.* 1. *& ſeqq. per tot. ubi in proœm. ad cap.* 4. eos obſeſſis comparat, ita ſcribit: Quanquam obſeſſi à melancholicis multum differunt: illorum enim corpora, horum animos malignus ſpiritus affligit; cum obſeſſis tamen magnam ſæpè numerò cognationem habent Melancholici. Nam humor melancholicus eſt Diabolo convenientiſſimus, & Dæmoniaci à malignô ſpiritu liberati plerunque in melancholiam incidunt. Ideoque ſemper magis inſidiatur Diabolus hominibus ad melancholiam inclinantibus, tanquam ſubjectis ad illudendum magis aptis. Unde illud: Cor melancholicum paratiſſimum eſſe Diaboli balneum.

Quintò, etiamſi hæc removerentur obſtacula, & nullus deſiderari poſſet defectus in perſonâ iſtius puellæ, à quâ orta eſt hæc diffamatio, tamen vel hoc unicum pro innocentiâ Dominæ viduæ defunctæ ejusque ſuperſtititis filiæ præſidium eſt inexpugnabile, murus aheneus & clypeus inconcuſſus, quòd falſitas iſtius aſſertionis & diffamationis ſingulari DEI beneficio ita in lucem emerſerit, & omnibus innotuerit, ut nulla tergiverſatione celari poſſit. Conſtat enim ex *Protocollo d.* 13. *Febr. Anno* 1617. quòd hæc puella, ejusque Pater & Noverca, Dominam viduam detulerint & malitiosè diffamârint, quod aureum cochlear, unà cum quâdam in actis nominata Vetulâ Reverendiſſimi Epiſcopi N. ſorori per Artificium Magicum ſuffuratæ ſint, & poſtea 40. vel 50. thaleris vendiderint. Jam verò ex actis nobis transmiſſis, virgis judiciali ter cæſum cochlearis furem concernentibus, liquet & N., ubi formatò proceſſu facta executio, paſſim notorium eſt, quòd cochlear illud neque à Domina Viduâ, neque ullâ arte Magicâ, ſed à fure verè & naturaliter ſurreptum fuerit, qui fur ſponte confeſſus & convictus per ſententiam de Conſiliô Facultatis Juridicæ Marpurgenſis virgis cæſus & relegatus fuit. Quod cùm tam ex actis, quàm ipsâ facti ſpecie notorium ſit, ulteriori deductione non eget, quia ſeipſum oſtendit, & nullâ tergiverſatione celari poteſt, *Ferd. Vaſq. in præfat. illuſtr. controverſ.* n. 25. *& l.* 1. *controv. cap.* 2.

Indeque ex notoriò indubitata rei certitudo oritur, quæ ita ſe vulgò exhibet, ut negari non poſſit, *Bald. in l. ea quidem. num.* 18. *C. de accuſat. Matth. Weſenb. conſ.* 13. *num.* 62. *Proſper. Farinac.* 1. *Conſil.* 30. *ſub num.* 90. Sic itaque DEI beneficiô, peſſundato mendacio Diabolici & falſiſſimæ diffamationis fucô fuſoque triumphavit NESCIA VINCI VERITAS, non minus, quàm fulgentiſſimi ſolis radii, in medio nebulæ meridionalis: Et per hoc Dominæ viduæ ejusque filiæ famam non minus, quàm Suſannæ, olim fœminæ caſtiſſimæ, injuſtè diffamatæ, & temerè contaminatæ, in tam manifeſtâ veritate, Jehova Juſtus Judex ſartam tectamque obſervavit, ut legimus in Hiſtoria Suſannæ *Dan.* 13. Quare reviviſcat vir ſecundum cor DEI 1. *Sam.* 13. *v.* 14. 1. *Reg.* 14. *§.* 8. *Act.* 13. *§.* 22. & increpet mendaces: Obſtruatur os loquentium iniqua! quod Lutherus ita vertit: *Die Lügen-Mäuler ſollen verſtopffet werden*, *Pſalm.* 63. *§. fin.* Audiamus & *Iſidorum de ſumm. bon.* ita exclamantem: O quam magna eſt vis veritatis, quæ omnia ingenia, aſtutias & calliditates ſuperat, ac contrà ficta ſimulataque figmenta ſe ipſam defendit, refert *Nevizan. in Sylv. nupt. lib.* 5. *n.* 114. *Matth. de Afflict. Deciſ.* 253. *n.* 6.

Præterea ex *Protocollo eodem* 13. *Febr.* die conſcriptô apparet, puellam hanc Dominam Viduam N. detuliſſe, quòd unà cum nominatis quibusdam fœminis, in nocturnô quodam conventu, res venenatas, Diaboli arte confectas, in viâ, per quam tranſeundum fuit, Reverendiſſimo Epiſcopo N. ſparſerit, exindeque Reverendiſſimæ ſuæ Celſitudini damnum magnum, uti & Celſiſſimæ Sorori ejusdem contractum eſſe. Quod ipſum purum putum Diaboli fuiſſe figmentum, & ipſa rei evidentia, & Reverendiſſima ſua Celſitudo, cui in iſto itinere, neque ejus Sorori Celſiſſimæ, ne ullum q. damnum contigit, ſatis ſuperque teſtantur. Ex quibus apparet puellam iſtam ficta pro veris, Diaboli & malorum hominum ſuggeſtione excogitaſſe, & Judici ad interrogationem nulliter & contra jus factam narraſſe, & cùm non ſolùm in uno atque alterô falſitas iſta detecta ſit, ſed in plurimis omnes ejus tales habendæ & æſtimandæ ſunt aſſertiones. Nam falſus in unô, falſus cenſetur in omnibus, *Bald. in l. fin. n.* 18. *C. de edict. Div. Hadr. toll. Salycet. in. l. ſi ex falſ. n.* 14. *in princip. junct. verſ. Sed veritas eſt in contrarium, C. de tranſact.* Innocent. & Canoniſtæ communiter in *c. fraternitatis, de hæret. Proſper. Farinac.* 2. *conſil.* 172. *n.* 9. *Pariſ. conſil.* 88. *n.* 82. *lib.* 3. *Clar. lib.* 5. *ſent. §. fin. q.* 53. *num.* 8. ubi multis hanc ſententiam firmat & communem eſſe teſtatur, eamque locum habere, ſive capitula, de quibus quis depoſuit, ſint connexa, ſive ſeparata, nihilominus datâ falſitate in uno, præſumi in omnibus, quam declarationem pariter communi DD. calculo comprobari ibidem teſtatur. Et mendax in uno, mendax in omnibus, *Proſper. Farinac.* 2. *conſil.* 166. *n.* 18.

Notorium autem eſt ex ipsâ emergenti rei evidentiâ, non ſolùm in unô, ſed & in plurimis hanc puellam mentitam eſſe. Ideoque omnes ejus aſſertiones corruunt, & in nullo fides adhibenda, *Bald. l. conventicula. n.* 7. *Cod. de Epiſc. & Cler. Ruin. conſil.* 158. *n.* 25. *lib.* 5. *Burſat. conſil.* 70. *num.* 28. *lib.* 1. *Vincent.*

Honded. 1. *conſil.* 107. *num.* 22. *Berthazol. conſil. crimin.* 71. *num.* 28.

Et huic falſiſſimæ puellæ iſtius aſſertioni tantò minus fidei tribuere debuiſſet Judex prudens (cui etiam ante omnia apud Reverendiſſ. de damnô iſtô prætensô inquirendum fuiſſet) quòd præter falſitatem depoſuerit, ſe de nocte cognoviſſe Dominam Viduam, unà cum aliis, conficta illa venena in perniciem Reverendiſſimi præparantem & in viâ ſpargentem. Teſtis autem deponens ſe aliquem cognoviſſe de nocte, non ſolùm ſeipſum naturaliter repellit, ſed etiam ex hoc ipsô de falsô ſuſpectus redditur, *Jas. in l. ſi non ſpeciali, num.* 10. *C. de teſtib. Burſat. conſ.* 34. *num.* 7. *lib.* 1. *Proſp. Farinac.* 2. *conſil.* 142. *n.* 21.

Non obſtante, quòd Luna luceret, quia Teſtes deponentes, ſe vidiſſe ad lumen Lunæ, non ſunt integræ fidei, *Felin. in C. ſicut. n.* 5. *extr. de re jud. Boſſ. in tit. de judic. num.* 173. *verſ. & eod. modò.* ubi dicit, quòd quicquid ſit in civilibus, in criminalibus tamen talem probationem nihil concludere, & hoc poſt alios à ſe adductos conſulendo ſecutꝰ eſt *Proſp. Farinac. in Pract. Crim. meritò primus, conſ.* 166. *num.* 14.

Sextò, Aſſertiones puellæ iſtius, à quâ orta hæc eſt diffamatio, contra Dominam Viduam ejusque filiam, majori ex parte, non ſolùm evidenter falſæ & fictæ repertæ ſunt, ſed etiam propter variationes & contrarietates ita ſeipſas deſtruunt, ut apud cordatos & verum ac juſtum amantes nihil planè fidei mereri poſſint, quas variationes & contrarietates in ſequenti quæſtione ad oculum ex ipsô Prorocollô demonſtrabimus. Variatio autem & multò magis contradictio circa ejusdem facti narrationem non poteſt eſſe ſine calumniâ & evidenti mendaciô, inquit *Anton. Fab. in C. rer. in Sabaud. jud. lib.* 9. *tit.* 21. *de fin.* 5. *num.* 2. *in notat.*

Ideoque arguit ſuſpicionem falſi & incerti, *arg. l. ejus qui. ubi Bart. ff. ad L. Cornel. de falſ. Tiber. Decian. Reſponſ.* 91. *num.* 19. *vol.* 3. *Joh. Gœdd. conſil. Marpurg.* 32. *num.* 284. *vol.* 3. Et variantes & ſibi contrarii fortiſſimâ ſe juris præſumptione onerant & non merentur, ut audiantur, vel ut ipſis aliqua fides adhibeatur, *l. qui falſa. ff. de teſtib. Pariſ. conſil.* 77. *num.* 3. *Aym. Cravett. conſ.* 178. *num.* 4. *Jaſ. in l. fin. C. de fideicom. Herman. Vult. conſil. Marp.* 15. *num.* 100. *vol.* 1. *Meichſner. Deciſ. Cam.* 18. *num.* 43. *tom.* 3.

Quare nullum evidentius ſignum eſt falſitatis arguendæ, quòd teſtis verum non dicat, quàm ſi circa idem factum varia & contraria deponat, *Bald. in l. ſed etſi poſſeſſori. §. ſed etſi verum. ff. de jurejur. Aretin. conſil.* 71. *col. pen. Foller. in Pract. crim. in verb. It. quod commiſit falſitatem. num.* 72. *quos ad hoc adducit & ſequitur Proſp. Farinac.* 2. *conſ.* 138. *num.* 11.

Septimò in præſenti facti ſpecie non parum perpendendum, quòd puella iſta propriô motu nunquam Dominam Viduam ejusque filiam apud Magiſtratum detulerit, vel ullam ejus mentionem fecerit, ſed quod Pater ejus in cujus ædibus iſta catenis conſtricta detenta fuit, (qui narratur inimicus fuiſſe Dominæ Viduæ, propterea, quòd ejus operas in conſtruendo Epitaphio prædefuncti ſui Mariti non conduxerit) unà cum uxore, Novercâ puellæ primi Delatores apud Magiſtratum exſtiterint, & quod Judex poſteà, contra juris ordinem deſuper interrogaverit puellam, quæ Patris & Novercæ delationem & diffamationem utique ex compoſitô, ut ex multis veriſimilibus colligitur circumſtantiis, ratificavit; & ita iſtæ aſſertiones potius ſunt malevolorum ſuggeſtiones, quàm confeſſiones. Siquidem ex Protocollô apparet, quod puella iſta ad delationem Patris & Novercæ 23. die Jan. 1617. anni a Deputatos & Syndicum Capituli vocata & i genere examinata, & quæ propriô motu con feſſa eſt, Protocollo inſerta ſunt, ubi mult & varia narravit, quô pactô & à quibus Mag cas artes didicerit, it. quas perſonas i conventibus Lamiarum conſpexerit, vel tal eſſe putaverit, easque nominatim recenſui nullam tamen in tota illâ narratione, propri motu & non ad ſuggeſtionem Patris vel Ju dicis factâ depoſitione, ullô verbô Dominæ V duæ vel ejus filiæ meminerit. Idem videre e ex *Protocollo de* 24. *&* 27. *die Januari* ubi pariter puella nullam Dominæ Viduæ v ejus filiæ mentionem fecit. Sed poſtqua Pater ejus 31. die Jan. Dominam Vidua apud Judicem detuliſſet, quaſi à filiâ ſuâ aud verit prædictam Viduam unà cum filiâ N. e in illa ſocietate, puella deinde, ad delatione Patris à Judice pet ſuggeſtionem quaſi deſup interrogata, id affirmavit, ratione dicti ad ctâ: „ Diabolum & NN. aliasque ſibi retuliſſe, N. ejusque filiam quoque ad conſortium illud pertinere &c. Pariter ex *Protocollo d* 13. *Febr.* apparet, quod non puella iſta mo propriô apud Judicium faſſa eſt, Domina Viduam Reverendiſſimo Suæque Celſitudi Sorori confictum illud damnum attraxiſſe, aureum cochlear, cujus ſuprà meminimu Arte Magicâ ſurripuiſſe, ac poſtea 40. vel 5 thaleris vendidiſſe, ſed patre inimico Domi Viduæ & novercâ prius falſiſſimè ita rem d ferentibus, & procul dubio odii virulentiâ ſ gerentibus, ita contra notoriam rei veritate eorum delationes mendaces comprobârit: quidem ex dicto *Protocollo de* 13. *Febr.* undè patet, ad generalem Judicis inquiſit nem præmiſſam, nihil horum puellam iſt de Dominâ Viduâ ejusque filiâ falſiſſimè di matis motu proprio, ſed ad interrogation Judicis ex delatione Patris & Novercæ me ni,

ſſe, in quô Judex examinator terminos in- uiſitionis transgreſſus eſſe videtur. Siqui- em Judex rectô tramite in faciendis examini- us procedere debet ad finem indagandæ veri- tis, non autem reum ſpecialibus interroga- onibus ſuis involvere, & inducere ad conſi. ndum: cùm id ſuggerentis potius, quàm terrogantis eſſe videatur, inquit *Jul. Clar. b. 5. Sentent. §. fin. q. 45. num. 11. cui con- rd. text. in conſtit. crimin. Carol. V. art.* 1. §. *Zum erſten &c.* ubi præſcribitur judi bus, quod non debeant reos interrogare ſu- r hoc vel illô individuô de Cajô vel Sem- oniô, ſed generaliter, quia illa interrogatio individuô eſt quædam ſuggeſtio, ut dictum t. *Anton. Gomez. variar. reſol. tom. 3. cap.* 1. *num. 17. Sigism. Scacc. de Judic. lib. 1. p. 86. num. 7.* ubi dicit, quod reus non ſit terrogandus de ſociis in ſpecie, quando non æcederet judicium: quia eſſet ſuggeſtio & dex perderet propriam animam, & proceſſus ſet ipſo jure nullus, *Proſp. Farinac. conſil. im. 83. num. 6. & ibid. in addit. tit. 6. b. 1.*

Atque ita etiam reſpondit Juridica Facul s Colonienſis, aſſerens, quod ita interrogare individuô, ſit potius incitare & ſuggerere, l quærere, quodque ad talem nominatio em facta inculpatio ſuggeſtionis vitiô infi- atur, & magis propter ſuggeſtionem & ad acendum & ſatisfaciendum Judici interro- nti, quàm quod res ita ſe habeat, emiſſa nſeatur, aliter quàm in generali interroga ne, in quam hæc ſuſpicio non cadit: quod nſilium exſtat inter conſil. *Erneſt. Cothm. ſt conſil. 29. num. 307. vol. 3.* ubi id aliis ductis firmat. Ideoque etiam in veneficii oceſſu obſervandum monet *Godelman. de lag. & Veneſ. lib. 3. cap. 9. n. 16.*

[illegible] obrem veriſimile eſt, ſtolidam hanc ellam [illegible] dice ex delatione Patris ſuggeren- , ſuper Domina Viduâ interrogatam, putaſ- ſe rem gratam facturam Patri & Examinato i- s, ſi ita, ut ipſi interrogarent, & de Domina iduâ ejusque Filiâ reſponſum cuperent, re onderet, maximè cùm antea generaliter exa inata puella iſta nihil unquam de Dominâ iduâ ejusque Filiâ motu propriô faſſa ſit, ſed ntùm Patris inimici & Novercæ delationes lſiſſimas ad Judicis ſuggeſtionem affirmâ- , quilibet videt, quid ejusmodi delationi s ab inimicis factis & per ſuggeſtionem in- dinatam extortis confeſſionibus, indeque ortæ diffamationi, tribuendum ſit. Diffa ationi enim, quæ initium ſumpſit ab inimi corumque delatione, cujus poſtmodum ſitas notoriè detecta, planè nihil tribuen- m eſſe, tam recta ratio, quàm juris ſuadet ctoritas, *cap. cum oporteat, cap. qualiter quando extra de accuſat. l. 3. in pr. ff. teſtibus. Conſt. Crim. Carol. V. art. 25. rſ. primo, ibi: attamen infamia ejusmodi à malis & frivolis hominibus oriri non debet*, & cum ſimilibus, *Grammat. conſil. 38. n.* 13. *Berthazol. 2. conſil. 284. n. ult.* ubi dicit: admittere inimici dictum non eſſe nocivum: Maximè cùm in præſenti facti ſpecie narretur cauſa probabilis & veriſimilis inimicitiæ, quòd videlicet Domina Vidua in conficiendo Epitaphiô prædefuncti Domini Mariti non hujus, ſed alterius operas conduxerit, quia verum eſt, quod dicitur: Figulus Figulo invidet. Ideoque eandem artem exercentes præſumuntur inimici, per tradita *Jaſ. conſil. 167. num. 7. in fin. vol. 4. Mant. conſil. 122. num. 12. vol. 1. Tiber. Decian. in Tr. Crim. lib. 3. cap. 26. num. 18.* Et conſequenter eos etiam odio habere cenſentur, qui horum potius quàm illorum operas conducunt. Sufficit autem ad effectum repellendæ diffamationis etjam præſumpta inimicitia, *Innoc. cum 1. & ff. in fin. de re judic Bald. in l. præſcriptione. col. pen. C. ſi contra jus vel util. publ. Menoch. 1. arbitr. caſ. 28. num. 6. & 7. Vinc. Honded. 1. conſil. 100. n. 27. & 28.*

Hisce accedit, quòd in facti ſpecie narratur, præter hæc alia multa Parentes hujus puellæ illi de innocentibus, quos odio habuerant, in ædibus ſuis, ubi catenis conſtricta fuit, ſuggeſiſſe, quæ tamen falſiſſima fuerint. Ideoque probabilis eſt conjectura idem feciſſe de Dominâ Viduâ.

Quæ omnia ex abundanti hîc adducimus, cum ſatis ſit falſitatem juſto DEI judicio & emergente veritate detectam eſſe, circa ſurreptum per furem cochlear, eoque detectô & publicè virgis propterea cæſum, adeóque ipſam Dominæ Viduæ ejusque filiæ contra jus fasque diffamatarum innocentiam de terrâ clamaſſe in cœlum usque.

Reſtat, ut ad argumenta in contrarium adducta reſpondeamus, ſiquidem dubiorum ſolutio eſt veritatis inquiſitio, *Nicol. Reuſn. conſ. 1. in fin. princ.* Et quamvis iſta dubia ex hiſce, quæ pro ratione decidendi adducta ſunt, ſuâ ſponte corruant, brevibus tamen ſingula percurremus.

Ad I. itaque progrediendo reſpondemus, Famam ſive exiſtimationem alicujus non falſa delatione & malevolorum diffamatione, ſed ſolô crimine & delicto minui, lædi vel tolli, per ea, quæ ſuperius in primâ decidendi ratione adducta ſunt. Non enim ideo quis bonus eſſe deſinit & inter malos connumeratur, quòd à leviſſimis, à Diabolô deluſis, vel etiam corporaliter obſeſſis malus eſſe pronunciatur, aliâs nec ipſe Salvator noſter bonus manſiſſet, qui aliquoties ſeditionis aliorumque criminum fuit accuſatus & inculpatus. Tantò minus ad juſtificandam diffamationem ſatis eſt, quòd puella apud Judicem confeſſa ſit, ſeâ Diabolô & vetulâ quadam audiviſſe, Dominam Viduam ejusque filiam eſſe in conſortio Sagarum: quia Diabolus, ut vel ipſa nominis notatio

tatio arguit, calumniator, falſus delator & homicida ab initiô eſt, qui in veritate non ſtetit, ſed mendacium loquitur, quia mendax eſt & Pater ejus, teſte ipsô Salvatore *Joh. cap.* 8. *§.* 44. cum ſimilibus.

Deinde apud juris Interpretes recepta eſt Brocardica, teſti vel delatori aſſerenti ſe audiviſſe aliquid ab aliô, plus non credi, quàm crederetur ei, à quô ſe dicit audiviſſe, ne plus credatur copiæ, quàm originali. *Oldrad. conſil.* 69. *Cravett. conſil.* 6. *n.* 67. *Vinc. Honded. conſ.* 102. *n.* 58. *vol.* 1.

Non enim creditur teſtibus, quorum repelluntur Auctores *cap. fratern. de hæret. cap. nullus* 3. *q.* 4. *Bart. in l. admonendi, ff. de Jurejur. Cravett. conſil.* 112. *n.* 13. Qualis autem ſit auctor & teſtis veritatis Diabolus, ex modò adductô Scripturæ loco patet. Neque hoc Diaboli teſtimonium juvatur prætensâ Vetulæ nominatæ in Conteſtem aſſertione, quia hoc falſum etiam eſt, cùm ex Actis non appareat, Vetulim iſtam nominatam hoc dixiſſe & dictum comprobaſſe. Deinde etiamſi id Vetula iſta unà cum Diabolo puellæ iſti dixiſſent, ex hoc tamen Diaboli teſtimonium & ſuggeſtio non valida redderetur: cùm & Vetula iſta teſtis idonea non fuiſſet.

Quamobrem teſtis unus non poteſt ſupplere defectum alterius, quando eorum nullus eſt integer & omni exceptione major. *Corn. conſil.* 172. *n.* 20. *Galr. lib.* 7. *concluſ. com. concl.* 5. *num.* 7. *&* 8. *tit. de Teſtibus. Becc. conſ.* 85. *num.* 20. *Proſp. Farinac. conſil. crim.* 166. *n.* 25. *lib.* 2.

Præthereà licet præteritorum optimè recordetur Diabolus, verum tamen de illis dicere non ſolet, ſed omnes ſuas actiones dirigit ad decipiendos & fallendos homines, ut ſubvertat veritatem & juſtitiam, *Gen.* 3. §. 1. *Zacch.* 2. 3. §. 1. *Actor.* 13. §. 10.

Non majoris ponderis & efficaciæ eſt ſecundum argumentum. Siquidem ex iis, quæ in primâ quæſtione latè deduximus, conſtat, utplurimùm ſpectra fœminarum per illuſiones Diabolicas in iſtis nocturnis conventibus, non veras fœminas apparere, ipſumque Diabolum in varias ſpecies & figuras ſe transformare & Sagis illudere, oculos ſenſumque faſcinare. Ideoque nihil tali aſſertioni Sagarum, quarum oculi faſcinantur à Diabolo & ſenſus decipitur credendum eſt. Cùm talia dicta procedant à Dæmone, qui per deceptos homines alios decipere geſtit quotidiè, *cap. qui ſine Salvatore,* 26. *quæſtione* 2. & quæ prætereà allegat *Franciſc. Ponticin. de Cam. n.* 65. Et pro majori hujus dubii reſolutione referimus Nos ad reſolutionem *Primæ Quæſtionis ſupra n.* 38. *& mult, ſeqq.* ne bis idem odioſè dicamus.

Quantum verò adductam *Petri Binsf. Joh. Bodin.* & aliorum, qui idem aſſerunt, auctoritatem attinet, quia ſine fundamentô juris & rationis loquuntur, parum attendenda

eſt: *Et illis text. in d. cap. Epiſcopi & i*
cap. neque mirum, 26. *quæſt.* 5. aliasque ſo
lidiſſimas rationes & auctoritates multò augu
ſtiores *ſupra in Reſol. d.* 1. *Quæſt.* adductu
opponimus. Quibus accedunt ea, quæ ſcri
bit *Sigism. Scacc. JCtus Rom. Celeberr. lib.* 1
de jud. cap. 82. *n.* 10.

Quod videlicet Lamiæ ſeu ſtriges cum re
periuntur in illis choreis, Dæmonum illuſioni
bus deceptæ, multa eorum ludificatione & art
videant, quæ falſa & ficta ſunt, & ipſa vera exiſti
mant: addens ibidem, ibi malè facere judice
facilè aliquid tribuentes ejusmodi Lamiarun
depoſitionibus, eosque judices CRABRONE
appellat, & adducit exemplum de quodam igna
ro Commiſſariô, qui ex tali depoſitione de ve
neficiô diffamatam quæſtionibus ſubjecerat
eundem ex decretô ſupremi Inquiſitionis Se
natûs, debitas dediſſe pœnas. Et faciunt
quæ conſulendo ſcripſit *Erneſtus Cothmannu*
Quod ejusmodi aſſertiones in graviſſimo vene
ficii crimine contra viros bonos & honeſta
matronas per ſe ſolæ nihil ſuſpicionis ſiniſtr
excitare, aut eorum bonam famam & exiſt
mationem denigrare poſſint, per multa jur
ad hoc adducta, *Conſil.* 4. *n.* 59. *& n.* 61. *Vol.*
& conſ. 12. *n.* 229. *Vol.* 1. idque pluribus de
ducit *Joh. Godelman. de Venef. lib.* 3. *cap.*
per tot.

Et mirum eſt, quâ ratione *Binsf. Bodin*
& alii ex hoc quod Lamiæ dicant, ſe vidiſſe al
quam in choreis, ſolidi quid inferre poſſin
cùm ipſi ſcribant, non ſemper corporalit
transferri Lamias, ſed quandoque illuſione
imaginatione & phantaſiâ. *Vid. Binsfel*
in Tr. de Confeſſ. malef. membr. 1. *concluſ.*

Quod itaque ſe habet ad fieri & non fier
ex eô non poteſt certò & infallibiliter co
cludi, cum non probat adeſſe, quod conting
abeſſe, *l. neque natales. C. de probat. We*
conſil. 38. *num.* 29. Maximè in criminalibu
in quibus probationes debent de neceſſari
concludere: & non contingenti, per ea, qu
tradit *Hieron. de Cævall. Pract. qq.* 302. *n.*
Deinde hæc puellæ confeſſio, quod vide
Dominam Viduam in choreis Sagarum, co
lata cum priori, ſe hoc audiviſſe à Diabolô
implicat variationem, quæ ſine evidenti fal
tatis & mendacii ſuſpicione ſubſiſtere vix p
teſt, per ea, quæ ſupra deduximus.

Tertia dubitandi ratio deſumpta ex auct
ribus mallei malefic. Divini & Humani Ju
fundamento caret. Nam licet Diabolus h
neſtos viros & matronas, DEO id permitte
nolente, infamare non poſſit, neque in earu
ſpecie apparere, nihil tamen magis tenta
eum videmus, quàm ut bonos & fideles acc
ſet, deferat, diffamet, DEO id ita permittent
Apocal. 12. *§.* 10. *Job. cap.* 1. *& ſeqq.* Ar
non ipſum Chriſtum, Creatorem ſuum cal
mniis per organa ſua laceravit & diffamavi
quod Samaritanus? eſſet & haberet Dæmoniun

Jo

ph.*cap*.8.*v*.48. quod blaſphemaret Deum,
Matth.9.*v*.3.& 24.*v*.6.*c*.26.*v*.64. & *ſeqq*.
i itaque ipſum Patrem familiâs Beelzebub vo-
avit: quantò magis fideles & domeſticos ejus?
ti ipſe arguit Salvator, *Matth*. 10. *vel* 25,
& *Matth. cap*.5. *v*.11. ad diſcipulos ſuos di-
t: Beati eſtis, cùm maledixerint Vobis &
ixerint omne malum adverſum Vos, men-
entes propter me. Jacob Patriarcha incuſa-
ur furti *Gen. cap*.31. *v*.31. Joſeph, filius
us, reus agitur adulterii & carceri includi-
ur *Geneſ*. 39. §. 24. idem accidit caſtiſſimæ
uſannæ à duobus ſenibus nequam, *Dan*.13.
6. in Hiſtoriâ Suſannæ. Amos Propheta ſe-
itionis accuſatur *Amos cap*.7.§.10. S. Ste-
hanus falſis oneratur teſtimoniis, quòd dixe-
t verba blaſphemiæ in Moſen & Deum,
Actor. 6. *v*. 11. Paulus & Silas turbarum &
notûs incuſantur, *Actor*. 16. *v*. 20. Jaſon
ebellionis *Act*. 17. *v*. 7. & 8. Ejuſque rei in-
nita alia exempla adduci poſſent. Habet enim
oc proprium, inquit *Gregor*. antiqui hoſtis
nvidia, ut quando in pravorum actuum per-
etrationem dejicere non valet, opiniones
orum, falſa ad præſens ſimulando, dejiciat,
ap. habet hoc 2.*q*.4. & *cap. omnibus vo-*
s, ibid. Quod etiam Diabolus Sauli in ſpecie
ſtificatorum & fidelium apparere & varias
rmas aſſumere poſſit, ſuprà *num*. 28. &
liquot ſeqq. exemplo Samuelis, Viri juſti-
Prophetæ, in cujus jam defuncti formâ fictâ
iabolus Sauli apparuit, probatum eſt 1. *Sam*.
3. *text. in cap. nec mirum* 26.*q*.5. Unde
poſtolus, ipſe Satanas, inquit, transfigurat
in Angelum lucis, 1. *Corinth. cap*. 11.
itaque Dei permiſſu & in habitu Viri juſti
m quandoque comparuiſſe & in Angelum
cis ſe transfigurare poſſe ſacris edocemur li-
ris, fundamento planè caret Auctorum mo-
o laudatorum traditio. Quin imò ipſi recen-
nt exemplum ex legendâ B. Hieronymi,
uòd Diabolus ſe transformarit in formam S.
ylvani Epiſcopi in Nazareth, amatoris Hie-
onymi, & fœminam nobilem nocte in lectô ad
xuriam primò verbis, deinde factis ſollici-
rit: illa clamante Dæmonem ſub ſpecie præ-
cti Epiſcopi ſancti ſub lecto ſe abſcondiſſe &
entitum fuiſſe, ſe eſſe Epiſcopum Silvanum,
deque illum Epiſcopum poſtea diffamatum
ſe graviſſimè. Quod exemplum poſt alios
cenſet *Martin. Delr. Diſq. Mag. lib*.3.
uæſt. 12. *n*. 5. *Zepper. in Leg. Moſaic. lib*.
.*c*.10.*n*.7. Et fatetetur *Delr. alleg. modò*
cò, negandum non eſſe, abſolutè poſſe Dæ-
onem innocentium cohibere formas, ſi Deus
nat. Neque enim propterea inferendum,
mam noſtram eſſe in Diaboli poteſtate, cùm
e capillum capitis noſtri lædere poſſit, ſine
oluntate DEI.

Quod attamen Deus aliquando permittat,
bonorum vitæ, corpori, famæ & bonus
Novell Val.

jacturam inferat, exemplô ipſius Salvatoris, Jobi & aliorum piorum, notius eſt, quàm ut ulla probatione indigeat; Hinc valdè prudenter reſpondit in tali caſu conſultus *Johann. Fichard. JCtus Celeberrimus, conſil. German. III. ſub num*. 4. ubi ita ſcribit: Secundo conſtat, Diabolum piis hominibus præ „ aliis infenſum eſſe, eosque propterea omni, „ qua poteſt ratione perſequi, quod contra „ quamvis honeſtam mulierem (quam ejusmo- „ di mulieribus in ſomno & inſomniis facile „ repræſentare poſſet, *ſecundum text. in d*. „ *cap. Epiſcopi*) facilè ſuſcipere poſſet, ſi tam „ fallaci & in certâ confeſſione niti velimus & „ *in eodem conſil. ſub num*. 2. monet, ut parum Auctoribus iſtis Mallei Maleficarum tribuamus, cum proprii commodi causâ & ut ipſis aliisque ejus farinæ Inquiſitoribus pravitatis hæreticæ latior via inquirendi pateret, multum contra veritatem ſcripſerint.

Ad quartum reſpondemus, non difficile eſſe Diabolo ſemel deluſam ſæpius illudere: ſemel enim ſibi addictos in laqueis ſuis quaſi captivos tenet. Quantùm verò ad cochlear illud aureum, arte magicâ, per Dominam Viduam, ut falsô aſſeruit iſta puella, prætensè ſublatum, attinet, vel ex hoc ſolô Diaboli calumniæ, apertiſſima mendacia & falſitas eorum, quæ ex narratione iſtius Puellæ in Protocollum judicii N. hac de re redacta, & poſteà non ſine injuriâ Dominæ Viduæ ejusque Filiæ falſiſſimè diffamatarum, inconſultâ facilitate & omiſsâ diligenti, maximè temporis, loci aliarumque circumſtantiarum, inquiſitione, licet ſuppreſſis nominibus, tanquam vera in loco judicii criminali publicata ſunt, ſatis ſuperque liquent, cùm de verô fure ſurreptore iſtius cochlearis ejusque proceſſu, condemnatione & pœnâ tam Dominis Capitularibus, quàm aliis notoriè conſtet.

Quæ in Quinta dubitandi ratione adducta ſunt, magis arguunt nullitatem Proceſſûs illius, quàm ut Dominæ Viduæ exiſtimationi & famæ vel minimam jacturam adferant. Siquidem quantum ad Dominam Viduam attinet, certum eſt, quod reus neque tormentis, neque formidine tormentorum interrogandus ſit in ſpecie, de hâc vel illa perſonâ in individuô *conſt. crim. Carol. V. art*. 31. §. *Primò*, ibi: Ut deponenti rei accuſati nomen, durante torturâ, neutiquam proponatur, adeoque de ejus perſonâ in ſpecie non quæratur &c. „ maximè honeſtâ, contra quam non exſtant indicia urgentia & de jure comparata, *Criminal. conſt. Carol. V. d. art*. 31. §. *Quartò*. Ideoque interrogatio facta vel tormentis vel formidine tormentorum de ſociis nominatis in individuô, non præcedentibus indiciis, per ea, quæ ſupra deducta ſunt, ſuggeſtio eſt. Proceſſus autem per ſuggeſtionem factus, ſine indiciis legitimis, ipsô jure

nullus, ut tradunt *Bero conſil.* 167. *num.* 15. *lib.* 3. *Sigism. Scacc.* *de jud. lib.* 1. *cap.* 85. *ſub n.* 37. *& cap.* 87. *ſub n.* 7. *per text. in l.* 1. §. *qui quæſtionem. ff. de quæſtionibus.* cujus verba hæc ſunt: Qui quæſtionem habiturus eſt, non debet ſpecialiter interrogare, an Lucius Titus homicidium fecerit, ſed generaliter, quis illud fecerit? alterum enim magis ſuggerentis, quàm requirentis videtur, uti Divus Trajanus reſcripſit, *Jul. Clar. lib.* 5. *ſentent.* §. *fin. quæſt.* 21. *num.* 4. *in fin.* Ubi refertà Supremô Senatu graviter reprehenſum quendam Prætorem delegatum, qui delinquentem ita ſuggerendo interrogaverat. Conſtat autem ex Actis, quòd puella iſta ea tantùm quæ 13. *die Februarii Anno* 1617. & præcedentibus indiciis legitimis per ſuggeſtionem quaſi de Domina viduâ aſſeruerat, ſequenti, videlicet 14. die 14. Febr. comminatione torturæ & monſtratô carnifice cum ſuis inſtrumentis repetiiſſe, & eandem cantilenam ceciniſſe. Quæ prioris depoſitionis ad ſuggeſtionem factæ metu tormentorum extorta repetitio, eodem, quô ipſa antecedens interrogatio, nullitatis vitiô laborat, quia radice infectâ inficiuntur omnia exinde deſcendentia, *Bald. in l. ult. col.* 1. *C. de liber. præter. Tib. Decian. Reſponſ.* 98. *n.* 16. *vol.* 3. *Zaſ.* 2. *conſil.* 10. *num.* 19. Et infectâ causâ primitivâ inficitur & derivativa, *Matth. de Afflict. Deciſ. Neapolit.* 96. *n.* 3.

Atqui ex iis, quæ ſupra deducta ſunt, patet Dominam Viduam ejusque filiam non fuiſſe tales Perſonas, in quas ſuſpicio graviſſimi illius criminis cadere potuit, neque ullum legitimum indicium contra eas, præter delationem Puellæ iſtius Patris inimici & leviſſimi hominis, quæ inter legitima indicia referri non poteſt) exſtitiſſe. Ideoque nec judicem decuit ſpecialiter & in individuô puellam de illis interrogare & aſſertiones iſtas quaſi ſuggerere & diffamationi huic occaſionem præbere.

Quæ Sextò de vi & effectu geminatæ & iteratæ confeſſionis adducta ſunt, in theſi ſuum quidem habent effectum: Sed in hypotheſi noſtrâ nihil planè ſtringunt, probatâ videlicet falſitate & deficiente probabilitate ſæpius iteratæ confeſſionis, tum etiam variatione & contradictione in unius ejusdemque facti circumſtantiis.

Ad ſeptimum reſpondemus, iſtam aſſeverationem Puellæ propter rationem ſupra adductas parùm attendendam eſſe, maximè, cùm jure apertô conſtitutum legimus, aſſeverationem rei criminoſi, dicentis: Se vitâ & morte eam confirmaturum eſſe, etiamſi ſupplicii tempore repetat, neminem onerare, *text. in l.* 3. §. 1. *ff. ad JCtum Syll.* ubi JCtus Ulpianus dicit: Si quis moriens dixiſſet, à ſervo vim mortis allatam eſſe ſibi: dicendum eſt, non eſſe credendum Domino, ſi moriens hoc dixerit, niſi potuerit & probari. *Raph. Cuman. ad d. l.* 3. §. 1. *Proſp. Farinac. in Pract. crimin. de indic. & tort. quæſt.* 42. *n.* 28. 29. 30. *Alciat. de Præſumpt. reg.* 3. *præſumpt.* 4. *num.* 7. *verſ. adverte tamen*; ubi dicit, quòd aſſertio morientis, in præjudicium tertii, præſumptionem nullam faciat. Quem allegat & ſequitur *Henricus Bocerus de Quæſt. cap.* 3. *ſub num.* 45. *verſ. ſed argumentum hoc*, & in terminis veneficii, ſi Saga delationem morte confirmat, ita tenet *Johann. Godelman. de Mag. & Venef. lib.* 3. *cap.* 9. 25. *& ſeqq.* & in iisdem veneficii terminis ita reſpondit *Erneſtus Cothmannus Conſil.* 2. *num.* 65. *vol.* 3. ubi dicit: Certi juris eſſe, quòd criminoſus & infamis, etſi confeſſionem ſuam Sacerdoti conſtanter edat, corde appareat contritus & ſacræ Cœnæ ſumptione teſtimonium repetat, nihil tamen inde ſuſpicionis ſiniſtræ contra homines bonos & honeſtos excitari & oriri. Similiter à Principe: Imperii conſultus reſpondit *Franciſcus Jacob. Ziegler*, quondam Cæmer. Imp. Advocatus, 27. *Febr. A.* 158[illegible] quod conſilium habetur in *Addit. ad Wier. de Præſtig. fol.* 569. *Amand. Rudenſcheid. in conſil.* quod in iisdem addit exſtat, ad hoc *Emman. Suar. Theſaur. recept. ſentent. n.* 224. Neque obſtat, quod dicitur, meminem præſumi immemorem æternæ ſalutis decedere velle, ad hoc enim reſpondet *Gloſſ. & Bald. in tit. de pac. conſt.* non quemlibet morientem præſumi Johannem Baptiſtam. *Grammat. Deciſ.* 42. *n.* 9. *& Deciſ.* 56. *n.* 1[illegible] quem ad hoc allegat. *Menoch. de Arbitrar. lib.* 2. *caſ.* 89. *n.* 30. *Oldrad. conſil.* 192. *col.* 1. *verſ. nec enim*: ubi dicit; Quod non omnis moriens dicat veritatem, uti eum ad hoc allega*t*. *Menoch. conſil.* 39. *n.* 70. Imò ſæpe etiam moribundos eſſe mendaces, teſtatur *Sichard. in Auth. ſed novô jure, n.* 25. *C. de ſerv. fugit.*

Et teſtis eſt veritatis meridies, Experientia, Sagas illuſtres ſæpè & innocentes perſonas, ſpe impunitatis, aut ex merô ſaltem odio (etiam quandoque præviâ conjuratione, novisſima extant exempla) indicaſſe, *Godelman. dict. cap.* 9. *n.* 1. Juxta id, quod dici ſolet:

Solatium eſt miſeris ſocios habuiſſe malorum.

Cum enim ipſis moriendum, etiam aliorum perniciem quærunt: Vellent, ut dum uruntur, totus uratur & Orbis, *Joh. Fichard. conſil. German. III. ſub n.* 4. *verſ. Quoniam experientia teſtatur, pravas ejusmodi mulieres &c.* Ideoque ſi verum eſſet, puellam iſtam Sagam fuiſſe, idem de eâ erit judicium.

Præſertim cum Sagæ eum, totius tragœdiæ auctorem & directorem habeant, qui uno malo non ſatiatus, mille alia ex eodem efficere quotidiè ſatagit, cùm ſit homicida & mendax

ax ab initiô, *Amand. Rudenſcheid. dict. nſil.* addens ibidem: Quotidianam experi- ıtiam confirmare omnes ejusmodi mulie- s complures alias falſò incuſaſſe, easque tan- uam complices ſuæ factionis indicaſſe, quas men inſontes & ab ejusmodi commercio im- unes fuiſſe, per ſententiam judicis innotuiſſe.

Deinde conſtat ex actis puellam iſtam, uamvis ita aſſeverando dixerit, quod in aſ- rtione iſta in vitâ & morte perſeverare velit, ſtea tamen ſententiâ publicatâ pœnituiſſe, & lationem ad ſe defendendum petiiſſe, quô ſo omnia antea confeſſa tacitè revocavit, ne- ıe iis conſtanter ad mortem usque perſeve- vit.

Inſuper etiamſi huic aſſeverationi aliquid ibuendum eſſet, & etiam puella in eâ con anter perſeveraſſet, tamen falſitatem ejus aſ- rtionum, veritate poſteà in lucem emergen- , ſatis detectam conſtat.

Octavum argumentum aliquid ponderis abere videtur. Sed ad hoc reſpondetur, ju- cem loci (ſalvô tamen ſemper ejus honore) on tam facilem eſſe debuiſſe in ſuſcipiendo & oſteà nulliter publicando, contra Dominam iduam, tanquam generis Nobilitate, morum etate & honeſtate conſpicuam Matronam usque filiam Virginem Nobiliſſimam, non ve- imiles & à Diabolo confictas delationes le- ſſimorum hominum & aſſertionem puellæ Diabolô deluſæ vel obſeſſæ, ſed cautiùs debuiſ- agere & diligentius in veritatem inquirere. ixit enim Jehova judicibus: Non ſuſcipies ocem mendacii, ne opprimatur inſons & ju- us *Exod. cap.* 23. *v.* 1. & 7. Quia ſæpe fit ommiſſio, ut monet *Syracid. c.* 39. §. 15. uod Lutherus ita vertit: Facilè enim men- cia de hominibus ſparguntur: Quapropter on omnibus, quæ audis, fidem tribuas. In- que canones ſtatuunt, non ſolùm illum re- m eſſe qui falſum de aliô profert, ſed etiam m, qui autem cito criminibus præbet, *text. cap. non ſolùm.* 11. *q.* 3.

Atqui conſtat notoriè, ex veritate detectâ ipsâ rei evidentiâ judicem loci non ſolùm cilem fuiſſe & per præpoſteras interrogatio- s crimen falſum ſuggerendo puellæ, ſed etiam lſa pro veris contra Dominam viduam ejus- ıe filiam inauditas & non defenſas, cum mmô earum gravamine, licet ſuppreſſis id ctum nominibus, publicaſſe, & ita nulliter ıblicando diſtamationi occaſionem præ- iiſſe.

Quod itaque adductum eſt, probationem fficientem cenſeri, quæ Judicem inducit ad edulitatem, non de quavis credulitate, fa- i & inconſultâ, ſed legali, ex certis & in- bitatis rerum argumentis & jure compro- tis indiciis informata, accipiendum eſt. *Novell. Val.*

Quia judicis arbitrium regulari debet ſecun- dum terminos & tramites juris & æquitatis, *l.* 1. *ibi ut legem non offendat, ff. de uſur. cap. judicet,* 3. *q.* 7. *gl. in l. eas cauſas, ff. de condit. & demonſtr. Ordin. Camer. part.* 3. *tit.* 53. *in verb. Non propriâ authoritate, ſed juxta conſcientiam è jure informatam judicare & ſentire. Bald. in l. fin. in* 4. *notab. Cod. de fidei com. Berthazol. conſil. crim.* 432. *n.* 7. *Cacheran. deciſ. Pedemont.* 79. *n.* 57. *& ſeqq.*

Ubi dicit, quod judicis arbitrium non de- bet regulari ex cervice propriâ, *Johan. Sichard. ad l. captatorias, n.* 5. *C. de teſtam. milit.* dicens, arbitrium Judicis intelligi tantùm de eô, quod eſt viri boni & æqui. Et hanc decla- rationem latè proſequitur *Proſper. Farina- cius adduct. multis juribus & authoritati- bus in Pract. crimin. quæſt.* 37. *n.* 193. *& conſil.* 59. *n.* 27. *lib.* 1.

Ideoque non poteſt, nec debet Judex pro- pter conceſſum ſibi arbitrium iniqua æquis præferre, per ea, quæ tradit *Menoch.* 1. *ar- bitrar. caſ.* 65. *n.* 1. *& ſeqq.* Hinc Joſaphat ad judices, videte, inquit, quid faciatis; non enim hominis exercetis judicium, ſed Domi- ni 2. *Chronic.* 19. §. 6.

Quod autem iſte proceſſus inquiſitionis & publicationis maximè, quantùm Dominam Viduam attinet, non fuerit juri conformatus, ex iis, quæ paſſim ſuprà & in ſequentis quæſtio- nis reſolutione deducentur, patebit.

Præterea narratur in Facti Specie, quosdam ex Judicibus præſentibus, qui vel maximè hu- jus proceſsûs, ex cujus evidenti nullitate iſt- hæc orta diffamatio, directorium habuerant, adverſarios & inimicos fuiſſe Dominæ Viduæ ejusque familiæ, & jam antea eandem contra æquitatem jus fasque gravaſſe, ideoque eorum arbitrium parum attendendum; quia, ut in- quit Ariſtoteles, ii, qui de veritate judica- re volunt, non adverſarii, ſed arbitri eſſe debent, *lib.* 1. *de cœl. cap.* 10. Cui congruit *text. in d. c. judicet*, ibi: Judicet ille, qui ad pronunciandum nullô odiô, nullâ offenſio- ne, nullâ levitate ducitur 3. *quæſt.* 7. Eſt enim odium unum ex illis quatuor, quæ pervertunt humanum judicium, & fructum ejus in amaritu- dinem, *text. in cap. quatuor junct. c. ſq.* 11. *q.* 3.

Quamobrem nihil gravat Dominam Vi- duam ejusque filiam, quod occaſione illius proceſsûs nulliter & inordinatè inſtituti diffa- matio emerſerit: quia temerarium judicium nihil nocet ei, de quô temerè judicatur, *text. l. in c. temerarium* 11. *q.* 3. Et ex iis, quæ dedu- cta ſunt, & deducentur, vel luce meridianâ cla- rius apparet, iſtam diffamationem nihil aliud eſſe, quàm rumorem vanum, cui initium dedit Diaboli & hominum leviſſimorum maligni- tas: Incrementum verò credulitas, uti ex *Quintilianô lib.* 5. *Orat. Inſtit. c.* 3.

in his noſtris terminis conſulendo tradit *Erneſt. Cothman. reſp.* 12. *n.* 155. *vol.* 1.

Et quia ejusmodi diffamatio plerumque transmittitur ab his qui deſiderant de aliqua re eſſe famam, ideóque parum ei fidendum, optimi juris noſtri opinantur Interpretes, per tradita *Vincent. Honded.* 1. *Conſil.* 102. *n.* 68.

Quare famam ejusmodi eſſe utplurimum rem falſam, fallacem, fragilem, per malignantium aures artificiosè transmiſſam pluribus perſequitur *Erneſtus Cothman. d. conſil.* 12. *n.* 157. *& aliquot ſeqq. vol.* 1. Quin imò quidam ex Dirigentibus proceſſum Dominæ Viduæ & ejus familiæ in factô narrantur fuiſſe adverſarii, & conſequenter tales, qui tanquam ſuſpecti propter inimicitias & præcedentia gravamina, ſi Domina Vidua deſuper audita & ad defenſionem admiſſa fuiſſet, de jure recuſari non potuiſſent, per ea, quæ tradit *Marant. in Specul. part.* 6. *tit. & quandoque appellatur, n.* 27. *& mult. ſeqq. Mynſing.* 3. *Obſ.* 36.

Fama autem à ſuſpectis ortum habens & ipſa non immeritò ſuſpecta eſt, per tradita *Bart. in l. de minor.* §. *plurimum*, *n.* 15. *ff. de quæſtion. Brun. inter crimin. diverſ. conſil.* 115. *n.* 45. *& ſeq. tom.* 2. quos allegat & ſequitur *Vincent. Honded. conſil.* 112. *ſub n.* 73. *fac. conſtit. Carolin. art.* 25. §. *& artic.* 31. §. *Tertiò.*

Siquidem ex cauſis judicamus de effectu, *l.* 2. §. *fin. & l. ſeq. ff. de dol. l. voluntas. C. de fidei com. Vult.* 1. *conſil. Marp.* 30. *n.* 76. Et augentur ſuſpicionis hujus & inimicitiæ conjecturæ ex his, quæ in Facti Specie ſubjiciuntur circumſtantiæ, quod licet ad ſuggeſtionem Parentum puella iſta alias perſonas quasdam nominârit & calumniis proſciderit, earum tamen nomina neque Protocollo inſerta, tantò minus ea, quæ de iis narraverat in Judiciô publicè, ſicut de Dominâ Viduâ ejusque filiâ factum, prælecta fuiſſent. Atqui non levis eſt ſuſpicio, ſi Judex unum magis gravet, quàm alterum, contra quem eadem militat ratio, per ea quæ tradit *Marant. allegat. loco.*

Quibus accedit, quòd pariter in Facto narratur, præſentes Dominos NN. requiſitos à Dominâ Viduâ, re cognitâ demum poſt Puellæ ſupplicium, viam ſe defendendi & innocentiam ſuam deducendi aperire noluiſſe, Copiam Protocolli ac aſſertionum iſtarum, à prædictâ puellâ, ejusque Parentibus confictarum, in prima requiſitione ſimpliciter denegaſſe, prætereaque Notarios, quorum operâ ad effectum præparandæ defenſionis uſa fuerat, ab officiô removiſſe, & hoc ipsô odii & inimicitiæ ſignificationem non obſcuram dediſſe: cùm tamen potius Dominæ Viduæ favore & privilegiis prædefuncti Domini Mariti ipſorummet Collegii quondam Decani & Directoris gaudenti, omnem honeſtam expediendæ defenſionis legitimæ rationem, ordinis & charitatis ratione ita poſtulante, ſuppeditare, & eandem, tanquam Ordinis ſui Collegiô addictam ab injuriis & mendaciis vindicare debuiſſent.

Reſtat nunc Nona & ultima dubitandi ratio, à denegatione directâ teſtimonii Dominorum Judicum NN. deſumpta. Et ſanè videre non poſſumus, quomodo præſentes tunc temporis Domini N. N. honeſtâ & legali ratione, Dominæ Viduæ ejusque filiæ honeſtatis & integritatis teſtimonium, quod apud omnes cordatos, maximè univerſos Eccleſiæ illius loci Miniſtros omnium ſuffragiô obtinuerunt, & adhucdum laudabiliter obtinent, denegare potuerint, niſi vel odio, quod in facti narratione præſupponitur, vel etiam in conſultâ credulitate falſiſſimarum delationum ducti id fecerint. Sed nunc rectè reſpondetur ex his, quæ *Gregor. Papa Conſtantio Mediolanenſi Epiſcopo lib.* 6. *Epiſt.* 14. reſcribit: Majora mala cum forſitan dicuntur, niſi probata, credi non debere. Hæc ignotur dixi, inquit ille, ut nimiæ eſſe levitatis oſtenderem, ſi quis mala gravia credere ſtudeat, quæ probari non poſſunt. Quæ Epiſtola canonizatur *in cap. in cunctis*, 11. *q.* 3. E quòd tam reus ſit, quàm qui falſum profert, *ſuprà ex cap. non ſolùm. ead. cauſ. quæſt.* *adduximus.* Sed tantùm abeſt, falſiſſimas illas delationes probari potuiſſe, ut potius contrarium evidenter in lucem emerſerit. Quod cùm ita ſit, ut ipſos non latere potuit Directores hujus proceſsûs, major meritò ipſius veritatis ſingulari Dei beneficiô cunctis patefactæ, eſſe debet auctoritas, quàm injuſtæ illius denegationis, & inde quid ſiniſtri opinantium

Succedit

QUÆSTIO III.

An videlicet Domini Capitulares, qui tempore ordinati proceſsûs præſentes fuêre & proceſſum direxêre, in inſtitutô iſto proceſſu Sagarum, Jus Commune, Canonicum & Civile, ac S. R. I. Conſtitutiones, maximè verò Caroli V. Ordinationes Criminales præ oculis habuerint & ex earum præſcriptô egerint, ita ut Deo & Cæſari exactam rationem de eo reddere poſſint?

EQuidem ita aſſerunt Domini Judices N. in *Apologiâ* quadam Typis divulgatâ *A.* 1618. §. Jam autem teſtantur Acta, quæ inducunt notorium, quòd tam contra Margetha

garetham N. ſupplicio affectam, quàm alias tunc temporis correas mulieres ſollicitâ curâ & cautelâ proceſſerimus & Conſtitutioni Criinali preſsè atque ſtrictè inhæſerimus &c. uod ipſum paſſim in dictâ Apologiâ repetitur, uòd videlicet jura communia & maximè dictas Criminales Ordinationes Caroli V. exactè obervârint. Cui etiam accedit Juris præſumptio, uæ pro Judice & Magiſtratu militat, quod juè, ritè & rectè proceſſerit & officiô ſuô fun tus ſit, *l. 2. C. de offic. Civ. Ind. Bald. in l. ubemus. §. ſanè C. de SS. Eccleſ. Alciat. de ræſumpt. reg. 9. præſumpt. n.* 1. Etiamſi udex ipſe certô quôdam modô ſuſtinere videaır perſonam partis, ut quando inquirit de de ctô, per tradita *Bald. in unic. C. ne quis in uâ cauſ. jud. Menoch. 2. præſumpt. 67. n.* 7. t præter hæc adducunt Domini N. N. *text. in filius, 15. ff. de condit. inſtit.* ubi JCtus Papiianus, quæ facta, inquit, lædunt pietatem, exiimationem & verecundiam noſtram, & geeraliter, quæ contra bonos mores fiunt, nec acere nos poſſe credendum eſt. Ideoque ntò minus. Præſumptionem autem juris ille t effectus, ut non ſolùm transferant onus pro andi in Adverſarium, ſed etiam, in contraum probare volens duriore gravetur proba one, *gloſſ. & Dd. in l. tranſactione, C. de anſact. Aym. Cravetta, conſ. 75. n. 12. Joh. etr. Surd. conſil. 151. n.* 25.

Secundò adducitur factum in *d. Apologiâ*, uod Reverendum Collegium N. hactenus jus juſtitiam laudabiliter, uti par & decet tale olleginm Nobile, adminiſtrârit. Ideoque in hoc caſu idem feciſſe præſumendum eſſe: um de præteritô præſumatur in præſens, *arg. ſive poſſidetis. C. de prob. Sichard. ad l. 4. 2. C. de reſtit. min. cum ſimilibus, Cardin. uſch. PP. concluſ.* 623. *lit. L.*

Tertiò hiſce accedit, quod tantò minus æſumendum ſit Dominos Capitulares voluiſhoc ſuô proceſſu Dominam Viduam ejusque iam gravare, tum quia Maritus ejus & reſpeivè Pater prædefunctus ejusdem ordinis & ſuper Decanus & Caput fuit Collegii, cujus vore & privilegiis coruſcavit meritò relicta via & filia, *l. infamiæ & ſeqq. ff. de Senator. nulieres, C. de deſignat.*

Nemo autem præſumitur perſecutor ſui ornis, cùm ordinata charitas incipiat à ſeipsâ, lupus dicitur proprias carnes lambere, alienas ordere, per doctrinam *Bald. ad l. 7. C. de ſerit. gloſſ. in c. inter. de ſponſa.* maximè & geris ratione idem favor præſumendus ſit. Æialitas namque & ſimilitudo, tam ordinis, quàm neris, benevolentiæ mater & favoris eſt conliatrix, per ea, quæ habet *Eraſmus in adag. hil. 1. cent. 2. adag.* 20. Unde & illud Theoiti: Formicæ grata eſt formica, cicada cidæ: Accipere placet accipitri, & dicunt noſtri: ariſſimam oportet eſſe hyemem, ſi vulpes lpem devoret.

Quartò adducitur, quod querulantes contra proceſſum anteà factum teneantur juſtificare ſuas querelas ex antiquis, non ex novis actis & probationibus, per tradita *Grammat. conſil. crim. 54. num.* 16. Atqui Domini conſulentes querelas ſuas magnâ ex parte deducunt ex novis & poſteà emergentibus actis: Ideoque non videntur eſſe audiendi.

Quintò adducunt Domini N. N. in ſuâ Apologiâ, quòd in hoc proceſſu nihil temerè aut inconſideratè egerin, & non ſolùm præcellentem illius loci Medicum, ſed & Miniſterium deſuper conſuluerint, an iſtam puellam pro obſeſsâ vel melancholicâ haberent, & an confeſſioni ejus de pactô cum Diabolô initô fidendum? Hos reſpondiſſe, ut ex ſubjectô ſub tit. ff. ſignatô documentô apparet; nihil itaque poteſt imputari his, qui peritiores conſuluerunt. Præterea aſſerunt Domini N. N. quòd à nemine audiverint, ipſius puellæ Matrem & avunculum tam gravi melancholiâ fuiſſe affectos, ut neceſſe fuerit eos cuſtodire, ne ſibi ipſis violentas manus inferrent. Facti autem alieni ignorantia tolerabilis & juſta eſſe poteſt, cùm ejus interpretatio etiam prudentiſſimos quosque plerumque fallat, *text. in l. 2. in fin. ff. de jur. & fact. ignor. Tiber. Decian. Reſponſ.* 14. *num.* 75. *vol.* 3. Et in dubiis facti etiam ſummum principem errare poſſe, *text. eſt in cap. 1. de conſt. in* 6. Indeque de facti quæſtionibus interrogati, nec JCti, nec Magiſtratus, nec Princeps olim reſpondebat, *l. ſcio 20. §. fin. de inſtit. vel inſtrum. legat. l. non ſtatim, in pr. ff. ad L. Fab. de plag. l. eum quem 79 §. 1. de judic. text. 1. de conſtit. in* 6.

Sextò apparet ex actis Dominos N. N. inſuper Facultatem Juridicam Inclytæ Academiæ Helmſtadianæ conſuluiſſe, & ab eâ petiiſſe, ut communicatô cum Theologis & Medicis conſiliô, quid juris in illâ Facti ſpecie reſponderent, quâ in re Carolin. Conſtitutiones id ipſum jubentes adprimè obſervârunt. Idque non ſemel, ſed iteratò, per ea, quæ deducuntur in *dictâ Apologiâ, pag. 14. & ſeqq.*

Septimò facit, quod in crimine Veneficii ordinarius proceſſus non uſque adeò neceſſarius ſit, per ea, quæ tradit *Joh. Bodin. in Tr. de Dæmonoman. lib. 4. c.* 3.

Octavò non multum in hâc Facti Specie de ordine proceſsûs laborandum, cùm puella iſta ultrò & ſponte de propriô aliorumque delictis confeſſa eſt, cùm vel ſola confeſſio ad condemnandum ſufficit, & in confeſſum nullæ ſunt aliæ Judicis partes, quam condemnare, *l. 1. l. 3. l. 4. l. 5. & l. 6. & quæ ibi not. Dd. ff. de confeſſ. l. proinde §. notandum ff. ad L. Aquil. Gail. de part. publ. c. 15. n.* 8. Hinc Poëta:

Non eſt confeſſi cauſa tuenda rei.

Nonò facit, quod confeſſio rei purget omne vitium proceſsûs, ita ut non reſpectâ nullitate poſſit reus condemnari ſuper contentis in

libellô, *per tradita Bart. in l. ſi confeſſus, ff. de cuſtod. reorum, Bald. in l.* 1. *in pr. & l. properandum, Cod. de Judic.* Et ita à Cameralibus Judicibus aliquoties ſervatum teſtatur *Mynſing. Obſerv.* 77. *Cent. Proſp. Farinac.* 1. *conſil.* 8. *n.* 7. *in fine*, ubi dicit: Data propriâ rei confeſſione fruſtrà diſputari de validitate proceſsûs, *Cacheran. Deciſ.* 109. *ſub num.* 13. ubi, quod tali caſu nec juris nec mundi curetur ordo. Eſtque ratio: Quia ideò judicii ordinarii vigor inventus eſt, ut eò melius & certius perveniri poſſit ad veritatem, *ad l. judices, ubi Sichard. & Dd. Cod. de Judic.* Atqui per confeſſionem rei habetur veritas, *l. Publia* §. *fin. ff. l. fin. C. arbitr. tut. Hartman. Hart. Pract. Forenſ. l.* 2. *tit.* 11. *obſ. un. n.* 4. *Sigiſmund. Scacc. de Jud. lib.* 2. *cap.* 9. *num.* 48. Præſente autem fine, ceſſant media ad finem ducentia, ut eſt Logicorum canon. Prætereà confeſſio rem facit notoriam, *teſt. in c. veſtra & in c. tua, & in fin. extr. de coch. Cleric. Bald. in l. à procedente C. de ditat. Matth. de Afflict. deciſ* 178. *num.* 3. *Menoch. in* 1. *Reſponſ. cauſ. finar. num.* 139. Et confeſſatum delictum notorium eſſe, poſt *Grammat. deciſ.* 13. *n.* 8. *& deciſ.* 36. *n.* 30. *& alios à ſe allegatos ſcribit Proſper. Farin. q.* 21. *num.* 31. Atqui in notoriis relaxatur ordo juris, *cap. pervenitur, extr. de teſtibus, cap. conſului de Appellat. c. manifeſta,* 2. *q.* 1. *Rip. in l. naturaliter,* §. *nihil commune, num.* 186. *in fin. Dec. conſ.* 506. *n.* 115. *l.* 1.

Decimò accedit, quòd licet aliâs in criminalibus ſola Rei confeſſio nòn ſufficiat, niſi conſtet de corpore delicti, *per text. in l.* 1. §. *Divus Severus. &* §. *ſi quis ultrò. ff. de quæſt. cum ſimilibus*: attamen in ſortilegii materiâ ſufficere confeſſionem Lamiarum, aſſerentium ſe proceſſiſſe ad ludos, ad ipſas condemnandum, etiamſi non conſtet de corpore delicti, per tradit. *Proſp. Farinac. in Pract. Crim. q.* 2. *n.* 26. Quinimò in hâc Facti Specie quantum ad confeſſionem de Dominâ Viduâ factam attinet, conſtitit etiam de corpore delicti, videlicet cochlear illud aureum Reverendiſſ. Sorori ſurreptum fuiſſe, quod in prædictâ Apologiâ hiſce „ verbis exprimitur: Quin & aureum co„ chlear, tempore proceſſus inſtituti ablatum „ fuit, tuncque nemo ſcire, multò minus Nos „ (Dnn. Judices) inquirere potuimus, quò il„ lud devenerit?

Undecimò, cum ex hiſce, quæ deducta ſunt, appareat Dominos N. N. legaliter & obſervatô Juris ordine, maximè autem conſtitutionibus Crimin. Caroli V. proceſſiſſe, nihil iis imputandum eſſe videtur, ſi occaſione illius proceſsûs, ad Reipublicæ utilitatem inſtituti, aliquid ſiniſtri contra Dominam Viduam ejusque filiam emerſerit, *per text. in l. Quod reipubl.* 33. *ff. de injur.* ubi JCtus Paulus reſpondit: Quod Reipublicæ venerandæ causâ ſecundum bonos mores fit, etiamſi ad contumeliam alicujus pertinet: quia tamen non eâ mente Magiſtratus facit, ut injuriam faciat, ſed ad vindictam Majeſtatis publicæ reſpiciat, actione injuriarum non teneatur; cui congruit *Reſponſ. Ulpian. in l.* 13. §. 1. *ff. eod.* ubi dicit: Is qui jure publicô utitur, non videtur injuriæ faciendæ causâ hoc facere. Juris enim executio non habet injuriam.

Duodecimò facit, quod licet Dnn. N. N. vigore receſsûs Diœceſani, cum Reverendisſimo Epiſcopo initi, jure potuerint omnes iſtius puellæ confeſſiones & aſſertiones, omnium nominatarum ab illa perſonarum nominibus expreſſis, ſine cujusquam juſtô gravamine, ad publicandum Præfecto Judicii criminalis tradere, id tamen in honorem Dominæ Viduæ non fecerit, & humanitatem juri ſtricto prætulerint, per ea, quæ deducuntur in *prædict. Apologiâ, pag.* 19. *& ſeqq.*

Notum autem eſt ſtatutum Patriæ & ſtylum curiæ pro lege ſervandum eſſe, *text. in receſſ. Imp. de anno* 1570. §. Quamvis etiam in omnibus benè conſtitutis Judiciis, non minus juxta cujusvis ſtylum antiquitus receptum &c. *juxt.* §. *ſeq. ibi*: Eundem tam in decernendis proceſſibus, quam decisionibus cauſarum ſequi *l. ult. in fine C. de injur. l. generaliter, C. de reb. cred. Gail. obſ.* 1. *num.* 1. *Matth. de Afflict. deciſ.* 7 *num.* 4. Eſtque ſtylus curiæ nihil aliud, quam lex & legis imperium, per ea, quæ tradit *Erneſt. Cothmannus Conſil.* 4. *num.* 396. *Vol.* [illegible] *per l. ſed ea, ff. de leg. vel ſemper in ſtipula[illegible] ff. de reg. jur. l.* 2. *C. quemadmodum teſtam. aper. Jacob. Cujac. in cap. pen. extr. de co[illegible] firm. util. & innutil.* Non ſolùm in civilibus ſed etiam criminalibus, *Proſper. Farinac. conſil.* 85. *num.* 108. *Menoch.* 2. *præſump.* 8. *num.* 14. *& ſeq.* Quod autem lege permittente fit, culpâ caret; *l. legis virtus, cum ſimilibus ff. de legibus.* Quod itaque puella iſta in judiciô Dominæ Viduæ ſuppreſſa nomine exclamârit, id præter intentionem Dominorum N. N. accidit, ideoque id fato potiùs quàm noxæ eorum imputandum erit, *arg.* [illegible] 52. §. 3. *ff. pro ſoc. l.* 1. *C. ad L. Corn. de Sica[r.]*

Hiſce decimo tertiò & ultimò accedit Reſponſum Facultatis Juridicæ Wittenbergenſis, eò tendens, proceſſum iſtum, contra puellam ſæpè memoratam aliasque ab eâ nominatas fœminas ritè inſtitutum. Et propterea quod puella Perſonarum nomina ſuppreſſa in Judicio expreſſerit, injuriarum conveniri Dominos N. N. non poſſe, ut apparet *ex co[r]reſp. ſub lit.* J.

Veruntamen quamvis hæc & alia ejusgeneris, pro juſtificandô iſtô proceſſu, ſubtiliter & ſpeciosè excogitata & in medium producta decisionem hujus quæſtionis ſatis implicentem dubiam primâ fronte reddere poſſint: Omnibus tamen & ſingulis penitus inſpectis & ad veritatem

itatis amuſſim in præſenti Facti Specie redatis, proceſſum iſtum contra ſæpe memoraam puellam & alias ab eadem nominatas peronas inſtitutum, maximè autem quoad Domiam Viduam ejusque filiam per inconſultam ublicationem falſarum ſuggeſtionum & detionum, contra jus faſque ejus occaſione difmatas, non unô nullitatis vitiô laborare, & uantum ex Actis nobis tranſmiſſis apparet, ontra Jus Divinum, naturale & commune, conſtitutiones criminales Caroli V. impinere certiſſimum eſt. Cùm autem ipſi Domini .N. qui Apologiam memoratam typis divulari fecerunt, ad Jus commune & maximè onſtitutiones Criminales Caroli V. provoent, illudque & has ad unguem à ſe obſervas afferant, de difformitate ejusdem melius on apparebit, quàm ſi acta nobis tranſmiſſa m jure communi & maximè conſtitutionis criminalibus contulerimus.

Pro majori hujus quæſtionis decidendæ eviintiâ præmittendum, Dominos Conſulentes roceſſum iſtum, contra modò dictam puellam argaretham N. aliasque ab eâ nominatas fœinas, quarum 4. in carcere habitâ quæſtione ortuæ repertæ ſunt, principaliter non impuare, ſed iſthæc omnia ipſorum Directorum ujus proceſsûs conſcientiæ relinquere: intem tamen cum ipſorum reſpectivè Mater & oror, propter nullitates & neglectum in iſtô roceſſu Juris ordinem, falſiſſimè diffamatæ, contra divina, naturalia, gentium & civilia ra, ipſasque Carolinas Conſtitutiones, præ r omnem culpam ſuam gravatæ ſunt, incienter de iſtô proceſſu in genere, principaliter tem & in ſpecie, quatenus Dominam Viuam ejusque filiam concernit, diſpiciendum it.

Et quidem I. percurrendo Proceſſum in enere, contra puellam nominatam, certum t, etiam in criminalibus, ſive ad inſtantiam icujus per viam accuſationis, ſive ex officiô er viam Inquiſitionis procedatur, formanum eſſe contra reum libellum criminalem eiue intimandum cum terminô comparendi & eſpondendi, per ea, quæ tradit *Jul. Clar. lib. 5. ntent. §. fin. num. 2. & quæſt. 31. num. 8. obert. Marant. in Specul. Jud. Part. 6. rurica: Et pervenitur aliquando per viam nquiſit. num. 35. Erneſt. Cothman. conſil. 2. num. 26. vol. 1.*

Solet enim Judex, quando ex officiô proedit, primò reum extrajudicialiter examinare deinde, quæ ex ipſius depoſitionibus & initutô proceſſu informativô aliunde reſciſcere oteſt, per Fiſcalem in libellum criminalem educere, eumque reo cum terminô reſpouendi tradere. Et debet talis libellus inquitorius, æquè ut ille, qui ab accuſatore exhietur, continere locum, tempus, diem, aliasue commiſſi delicti circumſtantias, ut reus nde ſuas formare poſſit defenſiones, *Bat. in l. §. editiones, ff. de edend. & in l. libellorum ff. de accuſat. Abb. in cap. accepimus. 16. col. fin. de purgat. can. Marant. d. ſuprà loco, num.* 37. addens, quòd in inquiſitione requirantur omnes ſolennitates, quæ requiruntur in accuſatione, *Farinac. 1. conſil. 86. num. 15. & 58. Ern. Cothman. d. conſ. 12. num. 32. & ſeqq. junct. n. 47. & 48.*

Hic itaque eſt legalis & juridicus procedendi modus, cui reſpondet *conſtitutio criminalis Carol. V. ſub rubr: Von Fürſprechen art.* 88. §. Item in articulo libelli « proximè ſubjuncto &c. *ibi*: Notandum « quippe, ſi accuſatio ex officio fiat (uti in « præſenti Facti Specie factum) quod ubivis « in ejusmodi accuſatione, unà cum nomine « Actoris (videlicet ex officio, qui paſſim Fi « ſcalis appellatur) ita poni debeat: Accuſatio « ex officiô. Ex quâ conſtitutione ſatis apparet, in omni proceſſu criminali libellum in ſcriptis faciendum & exhibendum eſſe: jam verò ex Actis nobis tranſmiſſis conſtat, in proceſſu noſtrô nullum interveniſſe libellum accuſatorium ſed puellam iſtam tantùm extrajudicialiter & in proceſſu informativô examinatam, confeſſiones ejus in tali informatione factas tranſmiſſas ad ſententiam concipiendam, eaque concepta puellam iſtam minorennem non accuſatam, neque à quopiam defenſam, in Judicium criminale vocatam, confeſſiones prælectas & iis ratificatis ſtatim ſententiam condemnatoriam in eam publicatam, & non obſtante, quod dilationem ad inferendas defenſiones petierit, unà cum patre, executioni mandatam. Et hæc eſt prima nullitas, quæ impingit in ipſam ordinationem criminalem.

II. Vigore Conſtitutionis Criminalis Caroli V. Reus publicè in Judicio criminali accuſandus, uti apparet *ex artic. Conſtit. Crim.* 89. & paſſim. Sed ex Actis nobis tranſmiſſis conſtat, puellam noſtram nunquam fuiſſe criminaliter in judiciô accuſatam.

III. Accuſatione, ſive à Parte, ſive à Fiſcalis Procuratore propoſitâ, fieri ſolet litis conteſtatio, quæ eſt Lapis angularis judicii, *Bald. in c. 1. de lit. conteſt. Jaſon. Rubr. num. 2. C. de in jus voc.* Adeoque etiam in Criminalibus nullô modô omitti poteſt, *l. adultera verb. Crimin. contra eum inchoatum C. ad l. Jul. de adult. l. inter, ibi: cognitione ſuſceptâ. de publ. jud. concordat. Conſtit. Criminal. Carol. V. artic.* 90. *Jul. Clar. §. fin. quæſt.* 45. *num.* 2. ubi proponit, quatenus per reſponſionem Rei ad accuſationem inquiſitionalem Judicis lis conteſtata cenſeatur.

IV. Præmiſsâ plerunque litis conteſtatione & prælectâ ſibi accuſatione reus in judiciô criminali ad ſingulos articulos reſpondere debet, uti pariter ex Conſtit. Criminalib. Carolinis & notiſſimô judiciorum more compertum eſt. Et hæ ipſæ reſponſiones ad libellum criminalem aliquando implicant litis conteſtationem, per

per tradita *Clar. alleg. modo loc.* Sed & de his nihil ex Actis apparet. Quamvis enim Puella examinata ſit ad denunciationem Patris & Novercæ, tamen hæc omnia facta ſunt ſine ſtrepitu judicii & in proceſſu informativô.

V. Ne Reus ſimplicitate vel alia inconſultâ facilitate defenſiones ſuas negligat & per imprudentiam labatur, liberum eſt ei petere, ut ſibi adjungatur Defenſor, vel Informator, qui in *Conſtitutione Carolinâ* Advocatus (*ein Fürſprecher oder Redner*) vocatur, *art.* 88. Et ſi reus hoc ſibi jus competere ignoret, Judex Criminalis de eô reum informare & monere debet, *arg. artic. Criminal.* 47. *junct.* „ *artic.* 83. *ibi*: De hac noſtrâ conſtitutione „ informare, ut juxta eam ſibi conſulat, hoc„ que, ne per inſcitiam negligatur aut periclitetur. Et ſi Rei non petant ſibi dari Defenſorem vel Advocatum, Judices Juſti ex officiô eis dare ſolent, ut ex *Blanc. in Pract. Crimin. fol.* 39. *num.* 102. *meminit. Jul. Clar.* §. *fin. quæſt.* 49. *ſub n.* 4. *Erneſt. Cothman. conſil.* 29. *num.* 183. *vol.* 1. Et quod in Proceſſu Sagarum id obſervandum eſt, monent *Jacob. Sprenger. & Henr. Inſtitor.* rigidiſſimi aliâs Cenſores Sagarum in *Malleô Malef. part.* 3. *quæſt.* 10. ubi dicunt, primam partem defenſionis Reorum conſiſtere in hoc, ut iis deputetur Advocatus, faciunt tradita *Tiber. Decian. tract. Crimin. lib.* 5. *cap.* 37. *n.* 37. & 51. *Franciſc. Ponzin. de Lam. num.* 78. Atque ita in totâ Haſſiâ & aliis Germaniæ locis Reis criminoſis, etiam non petentibus, ex officiô adjungi ſolet Defenſor. Patet autem ex Actis puellam noſtram à Patre & Novercâ delatam, nullô planè Defenſore vel Informatore inſtructam condemnatam fuiſſe.

VI. Accedit, quod Puella iſta fuerit Minorennis, videlicet 17. annorum. Atqui juris eſt aperti contra minorem ſine Curatore datô inquiri non poſſe, *l. clarum. & ibi gl. Cyn. Alberic. Bald. & Salicet. C. de auctor. præſtand.* Et poſt eos ita conſideratum & votatum in Rota Roman. teſtatur *Proſp. Farinac. Deciſ. Rot.* 61. *num.* 28. *lib.* 2. *Berthazol. conſil. crim.* 380. *num* 3. ubi dicit, minorem non poſſe condemnari non datô Curatore & non ſervatis ſervandis. Siquidem minor tam in Criminalibus, quàm Civilibus non habet legitimam perſonam ſtandi in judiciô, *d. l. clarũ cum ſimilib. & hoc ita præclare firmat. Rol. à Valle, conſil.* 31. *n.* 8. *vol.* 1. Et dicit, hanc eſſe communem opinionem *Boſſ. in Tit. ſi adverſ. rem. judic. num.* 22. Adeò ut Proceſſus Criminalis contra minorem agitatus non datô ei Curatore ad litem, nullus ſit, per tradita *Tiber. Decian. in tract. Criminal. lib.* 5. *cap.* 37. *num.* 56. *in fin. Cornel. conſil.* 198. *num.* 4. *Menoch.* 2. *arbitr. caſ.* 268. *n.* 2.

Ideoque an Reus inquiſitus minor vel major ſit, tanquam quid præjudiciale, ante omni, ſummariâ cognitione debet prius terminari, per *l. ſi putas, C. de petit. hæred. & l. quoniam Alexandrum. C. de adult. Bald. conſ.* 310. *col.* 1. §. *tertiô caſu &c.* quem ad ho allegat & ſequitur *Menoch. d. caſ.* 268. *n.* 10 Indeque confeſſionem Minoris ſpontaneam in judiciô criminali ſine curatore factam eiden non nocere tenet *Cyn. in d. l. clarum, C. d auctor. præſtand. Bart. ad l. fin.* §. *Pupillu ff. de verb. oblig. Alberic. de Roſat. ad d. clarum,* dicens, ſe ſæpè impugnaſſe confeſſio nes Minorum, etiam in tormentis factas & obtinuiſſe, per *d. l. clarum &c.* ita etiam in terminis decidit *Angel. in Tract. Malef. in ver comparuerunt inquiſiti, verſ. nec non cantus &c.* quem ad hoc allegat *Rol. à Va conſil.* 31. *vol.* 1. *num.* 8. & hæc ejus refert verba formalia: Benè ſis cautus, tu Judex, qua do habes minorem 25. annis in poteſtate tu quòd nunquam ejus reſponſionem recipias, ni eidem dato & proceſsûs Curatore per Te Judicem. Et ita ſecundum hanc doctrinam i ſupremô judiciô Neapolitanô per totum conſilium fuiſſe vocatum & concluſum, teſtatu *Matth. de Afflict. Deciſ.* 708. & facit *text.* *l.* 6. §. 5. *de confeſſ.* Et quamvis *Clar. in fin. quæſt.* 50. *num.* 2. in quibusdam lo aliud de factô & quidem malè obſervari, de ju tamen præcedentem ſententiam eſſe veriſ mam teſtatur, tamen cum iſta conſuetudo exorbitans à jure communi & conſequent odioſa de locô ad locum, contra jura apertiſſi & æquiſſima non eſt extendenda *Felin. in ca auditis, col.* 6. *de præſcript. Jaſ. ad l. de qu bus, num.* 12. *ff. de legib. Paul. Pariſ. con* 25. *n.* 26. *vol.* 1. *Rob. Marant. Diſp.* 9. *n.* 3 Quinimò Dd. atteſtantibus de conſuetudine p rum creditur, *Jaſon. ad d. l. de quibus n.* *Mynſing.* 6. *obſ.* 68. *Ludolph. Schrader. Tra Feud. part.* 1. *quæſt.* 1. *num.* 5. Et hanc e communem opinionem, *poſt. Curt. & al teſtatur Coler. de Proceſſ. execut. Part. cap.* 11. *num.* 72. *Berthazol. conſil.* 432. 2. ubi pariter dicit, communem hanc eſſe ſ tentiam. Et communiorem dicit *Mynſi alleg. ſupra loc.* & magis communiter app batam, ſcribit *Vincent. Honded. conſ.* 1 *num.* 19. *lib.* 1. Et in Rot. Rom. ita fuiſſe ciſum, teſtatur *Burſat. conſil.* 16. *num. lib.* 1. Eſtque ratio, tum quia conſuetudo varia & modò alba, modò nigra: *Hoſtie in Summ. de conſuet. Rom. ſing.* 369. *Pa Pariſan. conſ.* 31. *n.* 14. & 15. *vol.* 1.

Tum etiam, quia conſuetudo facti eſt 1. *de conſtit. in* 6. *l.* 1. *C. quæ ſit long. co* Quæ autem facti ſunt, prudentiſſimos quos fallere poſſunt, *l.* 2. *ff. de Jur. & fact. ign* Nam facti quæſtio incerta eſt & plena circu ſtantiarum, uti notat *Dionyſ. Gothofred. l. idem erit. ff. de ſtat. hom.* Indeque m aliquando credunt conſuetudinem & aberra inquit *Cyn. ad l.* 2. *C. quæ ſit long. conſ* quem allegat *Meichſnerus Deciſ. Camer.* *n.*

.43. *Tom.* 3. Et in eâ aſſerenda JCtos quan-
mvis exercitatiſſimos facilè decipi, poſt *Bar-*
holom. Socin. Conſil. 97. *num.* 3. *Carol. Ruin.*
onſil. 86. *num.* 10. *vol.* 4. ita reſpondit *Er-*
eſt. Cothman. Reſponſ. 1. *n.* 449. *vol.* 5. ad-
ens ibidem doctrinam, quòd judex religiosè
apiens ad unius vel alterius JCti teſtimonium
e conſuetudine ſine magno & pernicioſô ju
itiæ periculô pronunciari non poſſit. Id
ue vel maximè procedit, ſi judex imprudens
nius vel plurium Dd. qui extra illam provin
iam & forum vixerunt, de conſuetudine il-
us fori, in quô vixerunt, atteſtantes, ſta-
m ad ſuum forum, cujus illi planè fuerunt
gnari, applicare vellet, per ea, quæ tradit
oh. Dilect. Duran. de Art. teſtandi, *in Tit.*
e ſubſtit. cautel. caut. 35. *n.* 3. *Burſat. con*
l. 43. *n.* 54. *l.* 1. *Vinc. Honded. d. conſ.* 110.
um. 20. Addens reſpectu loci, in quô Do
or non fuit verſatus, ejus atteſtationem nul
m præſumptionem, nedum probationem
cere: maximè ſi teſtetur de conſuetudine juri
dversâ, per ea, quæ conſulendo tradit *Joh.*
œdd. Conſil. Marp. 32. *n.* 187. 188. *vol.* 3.

Neque putamus probari poſſe in Diœceſi
I. talem contra jus apertum vigere conſuetu-
nem, neque etiam de eâ hic curandum,
m N. N. in ſuâ Apologia paſſim prætendunt,
oceſſum iſtum ſecundum tenorem juris
mmunis Cæſarei, Conſtitutionem ſc. Crim.
eceſsûs Imperii aliaque &c. inſtitutum & ab-
lutum, & tamen ſalvô eorum honore in
c etiam punctô neglectum eſſe, ipſa lo-
untur acta & protocolla, collata cum jure
mmuni.

VII. Juris ratio & æquitatis ſuadet beni-
itas, ut reo etiam de delictô convictô &
ontè confeſſô, antequam condemnetur,
tur terminus formandi ſuas, ſi quas habe-
poteſt, defenſiones, contraprobationes &
oprias confeſſiones, cur ſc. ex iis non de-
at condemnari, *arg. l. deſertionem*, *ff. de*
milit. & *per* illum text. ita concludit
roſp. Farinac. in Pract. Crimin. quæſt. 39.
3. *adducens Salicet. in l.* 2. *poſt num.* 7.
de cuſtod. Reorum, *dicentem.* Quod Reus
ontè confeſſus carceribus mancipetur, aſſi-
ato ſibi termino ad allegandum, quare ex
nfeſſione ſuâ ita condemnari non debeat,
i aſſerit hanc eſſe totius Mundi Practicam.
hanc eſſe certam juris concluſionem, teſta
Jul. Clar. lib. 5. *ſent.* § *fin. quæſt.* 49. *n.* 13.
dens ex *Marian. in cap. qualiter & quan*
, *n.* 232. *de accuſat.* ita ſervari ex communi
ſervantiâ & *quæſt.* 55. *n.* 9. & *ſeqq. Gram-*
t. conſil. 69. *n.* 1. *in fin.* & *ſeqq. Gomez. de*
lict. cap. 13. *n.* 3. Etiam in graviſſimis cri
nibus, ut læſæ Majeſtatis divinæ & humanæ
g. de Crim. læſ. Maj. lib. 1. *Tit. qualiter in*
im. læſ. Maj. proced. Decianus in tract.
minal. lib. 7. *c.* 42. *n.* 11. *Cacher. Deciſ*
demont. 79. *num.* 12. & *ſeqq. Boſſ. in tit.*
Hæret. n. 9. *Roland. a Vall. Conſil.* 12. *n.*
Novell. Val.

61. *vol.* 3. *Paul. Pariſ. conſ.* 2. *num.* 159. & *ſeqq. lib.* 4. Et iſte terminus defenſionis Reo dandus, etiamſi ab eo non petatur, *Clar. de quæſt.* 49. *n.* 13. *in fin.* & dicit communem *Boſſ. in tit. de Confeſſ. num.* 10. *Foller. in Practic. crim. in verb.* & *ſi confitebuntur part.* 1. & *part.* 3. *n.* 64. quem & alios ad hoc allegat & ſequitur *Proſp. Farinac. d. quæſt.* 39. *num.* 35. ubi ex *Angel. Angel.* dicit, Practicam eſſe omnium Criminaliſtarum, quod terminus prædictus Reo confeſſo detur, ſive petatur, ſive non. Eſtque ratio: quia Reus contra propriam confeſſionem multa allegare poteſt, errorem videlicet, ætatem, furorem &c. cum ſimilibus, ex quibus ſuadentibus ita facti circumſtantiis, vel à pœnâ abſolvendus, vel etiam mitius puniendus veniret, *Grammat. conſil.* 16. & *conſ.* 69. *n.* 1. *in fin. Clar.* §. *fin. quæſt.* 55. & *quæſt.* 65. *in princ.* & ita multorum auctoritate conſuluit *Proſp. Farin.* 1. *conſil.* 16. *n.* 15. & 16. ubi dicit: Sponte confeſſum revocare poſſe confeſſionem, contrarium probando: quia ad probandam innocentiam defenſiones ſemper admittuntur, ne fortè contingat innocentem, damnari, *per allegat. ibi & Conſil.* 103. *n.* 2. *ſeq.* Jam verò ex Actis transmiſſis non apparet, ullum puellæ noſtræ terminum datum deducendi ſuas defenſiones; ſed prælectis in Judicio confeſſionibus extrajudicialibus & in primô actu judiciali publicô ſtatim publicatam fuiſſe ſententiam capitalem, ac non obſtante, quòd tam ipſa, quam Pater, ejusdem Delator, terminum & dilationem communem (Sächſiſche Friſt) petierint, executionem maturatam & perfectam fuiſſe. Quod ipſum vel ſanioribus gentilibus ſatis inhumanum viſum fuiſſe, atteſtatur Feſtus, qui Judæis, damnationem Pauli ſubitam urgentibus, reſpondit: non eſſe Romanis conſuetudinem Reum condemnare, antequam ei detur terminus defendendi & abluendi crimina, *Actor. cap.* 25. *v.* 16.

Certum autem eſt, ſi puellæ datus fuiſſet terminus, eam, adhibitô Prudentum conſilio, multa contra confeſſiones iſtas deducere potuiſſe, videlicet, quòd fuerint erroneæ, adeoque revocabiles, per tradita *Surd. Conſil.* 311. *num.* 72. *Matth. de Afflict. Deciſ.* 44. *n.* 2. 3. *Farinac.* 1. *conſil.* 13. *n.* 10. *Clar.* § *fin. d. q.* 55. *in fin.* (prout emergens poſteà veritas rei & evidentia in multis id demonſtravit, ideoque facilè iſte error datâ defenſione probari potuiſſet) velut ad ſuggeſtionem effuſæ, *Scacc. de Judic. lib.* 1. *cap.* 86. *n.* 7. *Joh. Godelm. de Mag. & Veneſ. lic.* 3. *c.* 9. *n.* 16. Ætatis & Sexûs inconſultâ facilitate præcipitatæ, *Matth. de Afflict. Deciſ.* 208. *Roland. à Vall. Conſ.* 31. *n.* 8. *tit.* 1. ſine Curatore & Defenſore factæ, *l. clarum*, & *ibi gloſ. Bald.* & *alii in C. de Authorit. præſtand.* quod Diabolus per eam, tanquam obſeſſam multa fuerit ſæpe locutus, *Tiber. Decian. tract. Crim. lib.* 5. *c.* 37. *n.* 57. *ibi*: etſi Dæmonibus vexetur, quia ſimilis talis cenſetur furioſo.

Item quod confeſſiones iſtæ eſſent variæ, contrariæ, adeoque, incertæ, non concludentes, quæ non nocent, *l. qui falſa vel varia, ff. de teſtib. l. teſtium* §. 1. *ff. eod. Farinac. Conſil.* 19. *n.* 15. cum ſimilibus. Et hæc ſanè Nullitas ex parte Dominorum Judicum plane videtur inſanabilis: quia talis terminus defenſionis non poſſet denegari à Judice, habente quodcunque liberum & abſolutum arbitrium, *gloſſ. in Clement. paſtoralis* §. *pen. in verb. licuerit, de re Jud. Marſil. in Practic. Crimin. in* §. *conſtante, num.* 26. *Menoch.* 1. *arbitr.* 77. *n.* 1. *& ſeqq.* quos ad hoc allegat & ſequitur *Farinac. de conſil.* 103. *num.* 4. 6. 7. Adeò, ut nequidem aliud ſtatuti vel conſuetudinis alicujus prætextu defendi poſſet: cùm nec per ſumum Principē contrarium induci queat, per tradita *Far. conſ.* 16. *n.* 18. *Matth. de Affl. Deciſ.* 39. Imò cùm iſte terminus præparandæ defenſionis jure nitatur divino, de conſuetudine vel ſtylo aliud induci non poſſet, *Rot. Rom. de conſuet. Dec.* 6. *num.* 3. *in antiq. Burſat. conſuet.* 201. *n.* 70. *verſ. quod procedit lib.* 2.

VIII. Evidens emergit nullitas circa modum interrogandi & examinandi. Conſtat enim ex Protocollô & Actis, puellam iſtam ad nudam Patris & Novercæ delationem, de Dominâ Viduâ ejusque Filiâ, non ſolùm in individuô, nullâ tamen præcedente diffamatione & indiciis, ſed etiam de omnibus circumſtantiis, in delationis capitulis expreſſis, interrogatam, quod jure communi in *Carolinis Conſtitutionibus* expreſsè reperitur prohibitum *l.* 1. §. *qui quæſtionem ff. de quæſt. Conſtit. Crim. Carol. V. Tit.* Nulli incarceratorum circum„ſtantias eſſe prælegendas, ſed eundem ſpon„te ſua totum negotium recenſere debere &c. „*Junct. art. ſeq.* 56. *ibi*: Si incarceratis in ac„cipiendo vel quærendo circumſtantiæ crimi„nis proponuntur & de hisce examinantur: *Junct. artic.* 31. Faciunt tradita *Scacc. de Judic. lib.* 1. *cap.* 86. *n.* 7. 8. ubi dicit: Talem interrogandi modum eſſe lenonem ſuggeſtionis, ideoque monet, ut ab eô omnes Judices abſtineant. Et hic repetenda, quæ deduximus ſuprà in *Reſolut.* 2. *quæſtion. ſub* 7. *decidendi ratione.* Et ex hâc interrogaudi Nullitate evidenti orta fuit Dominæ Viduæ ejusq; filiæ diffamatio, quam Judex prudens examinando ſecundū ordinē juris præcavere potuiſſet & debuiſſet.

IX. Conſtitutiones Criminales Carol. V. non ſolùm præmiſſum jam procedendi ordinem, ut videlicet Reus porrectô libello accuſetur, lis conteſtetur, à Reo reſpondeatur, eique terminus præparandæ defenſionis concedatur, comprobant: ſed etiam expreſsè ſanciunt, quòd agitatô hinc inde Proceſſu ad ſententiam judicialiter ſubmittatur & concludatur, *art.* 92. *ſub rubr.* Quâ ratione Judices & Scabini, aut Latores ſententiæ juxta utriusque partis allegata & ultimam ſubmiſſionem ſententiam forment &c. Et hanc practicam concludendi in Causâ Criminali per totam ferèGermaniam obſervari, teſtatur *Ludovicus Gilhauſ. in Tract. Crimin. cap.* 5. *ram.* 6. *n.* 2. Et quamvis conclusio in cauſis civilibus non ſit de ſubſtanti[a] judicii, per tradita *Marant. Part.* 4. *diſtinct. Johan. Meichſner. Deciſ. Camer.* 6. *n.* 80. tamen, quia Carolina Conſtitutio illam expreſs[è] in criminalibus exigit, omitti ſine Nullitate non poteſt. Et quod in Camerâ nulla, ne quidem interlocutoria, publicetur ſententia, niſi causa conclusâ per partes, vel judice acceptante ean[d] pro conclusâ, teſtantur *Geil.* 1. *obſerv.* 107. *num.* 2. *Joachim. Mynſing.* 3. *obſerv.* 17. Quamvis Iſta concluſio Reum non ita conſtringat quin defenſiones novas poſt cauſæ concluſio[nem] formare & producere poſſit, ut declar[at] *Andr. Geil. d. obſerv.* 107. *num.* 11. *Maran[t.] alleg. loc.* At in præſenti Facti Specie ſicut d[e] legitimô Proceſsûs initiô, vel mediô, ita nec [de] concluſione apparet.

X. Deveniendo ad ipſam ſententiæ definiti[]væ contra puellam iſtam publicationem, du[]bium non eſt, eam omnibus, quæ jam enum[e]ratæ ſunt, Nullitatibus affectam, adeoque, qu[æ] in publicatione ejusdem principaliter vel in co[n]ſeqnentiam facta ſunt, eodem modô laborar[e] *l.* 1. §. *ult. ibi*: *quoniam pro nullô hoc hab[e]tur, nec ulla eſt ſententia, ff. quod quisq[ue] jur. l.* 4. §. *condemnatum ff. de re jud. l. ul[t.] ibi, nec nomen quidem ſententiæ habere m[e]retur, C. de ſentent. ex brevic. recitand. Cl[e]ment. Paſtoralis ſub fin. de re jud.* Fac. *co[n]ſtit. crim. Carol. V. art.* 93. *rubr. Abhinc L[a]tores ſententiæ teneantur & in ipſo artic. ibi*: *juxta omnia judicialiter acta & ded[u]cta, & art.* 94. *ibi*: *Ad concluſionem ſup[ra] dictam &c.* Ergò ubi iſta non præceſſerunt ſe[n]tentiam, quæ ordinatio præcedere vult, illa u[s]que nulla erit. Quando enim ſententia ej[us]que publicatio ex actis juſtificari non poteſt, n[o]toriè nulla & injuſta cenſetur, *Paul. Pariſ. co[n]ſil.* 107. *num.* 11. *lib.* 4. *Gabriel. conſil.* 2[] *num.* 5. *& ſeqq. & conſil.* 167. *n.* 60. *Bert[a]zol. conſil. crim.* 79. *num.* 2. *Afflict. De[c.] Neapol.* 182. *n.* 3. *& ſeqq. Farinac.* 1. *con[ſ.]* 86. *n.* 63. *&* 2. *conſil.* 142. *n.* 1.

XI. Conſiderando ipſum tenorem ſenten[tiæ] ejusque executionem, illa, perpenſis diligen[t]er præſentis facti circumſtantiis, nimis videtu[r] [ri]gida & in ſeveritate exceſſiva. Nam (1) [ſan]citum eſt in *Conſt. Crimin. Carol. V. art.* 109. quòd Sagæ tunc demum ultimô & quid[em] ignis ſupplicio ſint afficiendæ, ſi hominibus [per] veneficia damna dederunt. Textus ibi hab[et]: Si quis per veneficium hominibus damnu[m] „ & detrimentum intulerit, ultimô ſupplici[o] „ puniatur, eaque pœna igne infligenda eri[t]. „ Quodſi verò Magiam quis exercueri[t] „ eaque nemini nocuerit, aliâ pœnâ erit affic[i]„endus, pro rei conditione &c. Ab hâc no[n] „ diſcrepat jus commune, quod non ſimplic[iter] propterea Maleficas ſeu Sagas ultimô ſuppl[icio] punit, quod cum Diabolo pactum fecer[int,] ſed quia naturæ humanæ humanoque ge[neri] inim[ic]i

nimici multa damna adferant, ut in *l.* 1. *&* *in l. nemo aruſpicem*, 5. *ibi*, *quos maleficos ob facinorum magnitudinem vulgus appellat &c. & in l.* 7. *ibi humani generis inimici &c. C. de malefic. & Mathem.* Ex quibus conſtat, damnum hominibus datum potius, quàm defectionem à cultu DEI ab Impp. conſideratum: idque apertius ex *l. eorum eſt ſcientia* 4. *C. eod. evincitur.* Ideoque certum eſt, Jus Civile hoc potiſſimum ſpectare, an damnum hominibus per Sagas datum ſit, ad hoc, ut ultimô ſuppliciô afficiantur. Et teſtatur *Clar. in* § *Hæreſis ſub num.* 25. pœnam mortis hoc caſu hodiè non eſſe in uſu. Et faciunt tradita *Farinac. quæſt.* 20. *n.* 71. *& mult. ſeq.* ubi diſtinctè per multas declarationes & limitationes hanc rem explicat *Menoch.* 2. *Arbitr. caſ.* 388. *n.* 1. *&* 16. ubi arbitrariam dicit pœnam ſortilegii, & refert Platonem ad prædictum modum jam olim diſtinxiſſe, *Dialogus* 11. *de legibus*: *Joh. Godelman de Magis & Venef. lib.* 3. *c.* 11. *n.* 32. ubi quodſi Magi neminem veneficiis læſerint, & tantùm fateantur, ſe contractum cum Dæmone iniiſſe, pœnâ extraordinariâ, ut fuſtigatione, relegatione, mulctâ pecuniariâ reſipiſcentes puniri poſſe, idque firmat *per text. in d. artic.* 109. *crim. conſtit. Carol. V.* adducens *ibid. n.* 33. ita judicatum, ut in tali caſu ad fuſtigationem & relegationem Saga condemnata fuerit: *Joh. Fichard. conſil.* 111. *n.* 2. *verſ. Quantum igitur attinet &c.* ubi ita ſcribit: Quoniam igitur Perſona illa nullam aliâs Magiam exercuit, nec ullum damnum intulit, nec aliud quid commiſit, niſi quod unâ vel alterâ vice ad choream avecta fuerit, & cum Diabolo, ut putat, conſueverit (quod tamen noſtra puella conſtanter negavit) de hiſce verò ſeriam pœnitentiam egit, & ad DEUM converſa fuit, eandem non tantùm, ad inſtar aliorum, ſupplicio ignis minus afficiendam, ſed neque pœnâ corporis afflictivâ puniendam cenſerem. Hactenus *Fichardus*, ubi tandem in iſtô caſu concludit ad relegationem, in eamque ſententiam deſcendere ſolere ſupremum Sabaudiæ Senatum, teſtatur *Anton. Fab. in C. rerum in Sabaud. judic. lib.* 9. *tit.* 12. *defin.* 1. *n.* 3. *& defin.* 2. *n.* 5. *& ſeqq. Laurent. Kirchov. inter varia German. Conſil* 12. *n.* 9. *tom.* 2. ubi pariter intelligit Conſtit. Carolin. ut altero caſu non pœna mortis, ſed relegatio vel alia extraordinaria pœna imponatur. Et ita etiam de conſuetudine rigoroſam mortis pœnam tali caſu non ſervari, ſcribit *Proſp. Farin. in Pract. Crim. q* 20. *n.* 89. Atqui ex Actis conſtat, puellam noſtram nullum hominibus damnum veneficiis & Arte Magicâ dediſſe, neque cum Diabolô rem habuiſſe. Ideoque vigore Conſtitutionis Carolinæ non ultimô ſuppliciô, ſed alia extraordinariâ pœnâ puniendam fuiſſe. Et licet initio de Equô & Gallô Gallinaceô quædam narraverit, poſtea tamen id ipſum revocavit, neque unquam judicialiter ratificavit: neque etiam ex Actis conſtat, judicem in corpus delicti, prout tali caſu jubet Conſtitutio Carolina, inquiſiviſſe. Quoties autem Lex ex aliquâ causâ certô caſu pœnam ordinariam arbitriô judicis mitigari vult, non poteſt imponi capitalis, *l. qui ædes ff. de incend. ruin. naufrag. Aretin. in Tract. Malef. in gloſſ ſcienter & dolosè col.* 5. *Marian. Socin. in cap. inquiſit. in pr. de accuſat. Berthazol. conſil. crim.* 118. *n.* 3. *Marant. Diſp.* 3. *n.* 18. *Menoch.* 1. *Arbitrar. caſ.* 86. *n.* 3. *junct. n.* 5. *Roland. à Vall. conſil.* 51. *n.* 40. *vol.* 1. *per text. in d. l. qui ædes.* Atqui *Carolina Conſtitutio d. artic.* 109. iſto caſu, quando hominibus per veneficium nullum fuit damnum datum, ſancit, pœnam ultimi ſupplicii, & quidem ignis non eſſe infligendam, ſed ex arbitriô moderandam, quod ſatis ex ipſis verbis *d. art.* apparet. Nam primò præmittit caſum, quô per veneficium hominibus damnum datum fuit, & tunc ſtatuit pœnam ultimi ſupplicii: deinde ſubjungit alterum caſum per dictionem adverſativam: Quod ſi verò quis veneficio „ uſus fuerit eoque nemini damnum intulerit, „ aliter, pro conditione rei, puniri debet. Quæ dictio, *aliter*, ſatis innuit, in poſteriori caſu Sagam vel Veneficam aliâ, quàm ultimi ſupplicii pœnâ plectendam, illamquè expreſsè tali caſu, prohibitam eſſe. Eſt enim dictio iſta, *aliter*, adverſativa, ſui naturâ diverſum à priori inferens & aliam à præcedente caſu diſpoſitionem arguens, ut notavit *Gylman. in Symphorem. tom.* 4. *Part.* 1. *vol.* 14. *n.* 204. *fol.* 109. uti eum allegat *Paul. Matth. Wehner in Pract. obſ. verb.* aliter. Et licet non deſint magni nominis JCti & Scriptores alii, qui hoc etiam caſu mortis pœnam propter ſolum pactum Sagarum cum Diabolô dictent: tamen nec allegati auctores poſtremæ ſunt exiſtimationis & Conſtitutionis Carolinæ 11. textus illius multum adſtipulatur. Quamvis etiam omninò expeditum & ſine controverſiâ eſſet, quod noſtrô caſu capitalem pœnam lex ſtatuiſſet, quam tamen non expreſsè ſtatuit, judicem ad mitigationem flectere debuiſſet, quod puella noſtra à Patre & Novercâ delata, & judici ad pœnam oblata fuerit, quo caſu legibus ita cavetur, quod ſi Pater filium Præſidi offerat, de capitali crimine accuſatum vel inquiſitum, non debere Præſidem filium ultimô ſuppliciô damnare, & ſic non ordinariâ pœnâ, ſed mitiori, additâ ratione, ne ſcilicet Patrem faciat Miniſtrum impietatis, in ſanguinem filii, *ut eſt textus in l. milites*, §. *deſertorem*, *& ibi gl. ff. de re milit. Et ſic per illum text. infert. Salicet. in l. propter inſidias, C. qui accuſar. poſt. Felin. in cap. accuſaſti n.* 13. *ff. de accuſ. Marſil. in l.* 1. §. *ad quæſtion. n.* 16. *ff. de quæſtion. Tiber. Decian. in tract. crimin. lib.* 13. *c.* 13. *Tyraquell. tract. de Pœn. leg. cauſ.* 18. *Cravett. conſil.* 309. *n.* 3. *Menoch. Arbitr. caſ.* 347. *per tot. Scipio Gentil. de bon. matern. cap.* 2. *pag.* 8.

Et hoc etiam in atrociſſimô læſæ Majeſtatis crimine in caſu quodam conſuluiſſe & obtinuiſſe, *Paul. de Caſtr.* teſtatur, *Cæpoll. cautel.* 1. ubi refert caſum: Filium quendam Comitis Palatini commiſiſſe crimen læſæ Majeſtatis, Patrem propriâ auctoritate ipſum præſentaſſe Imperatori: dubitatum fuiſſe, nunquid eſſet decapitandus, & conſuluit *Paul. de Caſtr.* quòd non, per textum modò allegatum: Imperatorem verò voluiſſe videre ipſum textum, quô visô eum liberaſſe à pœnâ mortis, liberando per decennium, uti refert ipſe *Caſtr. in d. l. propter inſidias C. qui accuſare non poſſ.* Et licet allegata lex loquatur de Deſertoribus militiæ, tamen ratio ibidem expreſſa generalis eſt, videlicet ne Judex Patrem faciat miniſtrum impietatis, in ſanguinem filii, quæ utique in omnibus aliis criminibus capitalibus locum habet. Ideoque allegati modò Dd. textum illum ita generaliter intelligunt.

Et propterea Lex non adeò facilè, etiam in crimine Inſidiarum paratarum, licentiam Parenti concedit accuſandi filium, quin potius eum moneat pietatis naturalis, dum in *d. l. propter inſidias C. qui accuſar. non poſſ.* inquit, modò pietas & ratio naturalis animi tui intentionem non revocet, quaſi diceret: licet civilis lex hoc tibi Patri permittat, memento tamen ab eô abhorrere jus ſanguinis & naturæ, cum patria poteſtas non in atrocitate, ſed in pietate conſiſtat, ut eſt *text. in l. Divus, in fin ff. ad L. Pompeji, de parricid.*

Et ideò, inquit Papinianus, patri, & non marito, mulierem & adulterum deprehenſum permiſſum eſt occidere, addita ratione: quia plerunque pietas paterni nominis optimum pro liberis conſilium capit, *l. nec in eâ, §. ult ff. de adult.* Et nullus affectus vincit paternum, *text. in l. fin. C. de curat. furioſ.*

Idque non ſolùm obtinet in liberis probis & piis, ſed etiam improbis, uti apparet ab exemplo Davidis, Viri juſti & ſecundum cor Dei, qui, licet Abſolon filius cum pellicibus ejus fœdè concubuiſſet, Ammon fratrem occidiſſet, ipſumque Davidem regnô pellere conaretur, & hæc omnia Patri nota eſſent: attamen auditâ ejus morte veſtes laceravit & exclamavit: Fili mi Abſalon, Abſalon fili mi, quis mihi tribuat, ut ego moriar pro Te, 2. *Reg. cap.* 18. Quod & aliis quamplurimis Sacræ & Profanæ Hiſtoriæ exemplis, ſi opus eſſet, firmari poſſet.

Eſt enim Pater & Filius (ſeu filia) eadem ferè Perſona, *l. fin. C. de impub. & al. ſubſtitut.* Et eadem caro, *c. contradicimus, §. hac auctoritate* 35. *q.* 3. adeò ut in liberis corpus Parentis periclitari cenſeatur, *§. fin. inſtit. de noxal. act.* Et ideò, inquit *gloſſ.* & poſt eam *Angel. in l. quidam cum filium, ff. de hered. inſtit.* nec liberi ullum meliorem amicum habere poſſunt, *Bald. in c. per tuas, col.* 2. *de probat.*

Cùm itaque Pater iſte puellam filiam ſuam apud Judicem detulerit, & ad puniendum obtulerit, cenſendum non eſt, cum adeò paterni nominis & ſanguinis oblitum, eâ intentione id feciſſe, ut mortis pœnâ afficeretur. Quis enim carnem ſuam ita odit, u[t] eam lanienæ offerat, & ſui deſtructionem ap[-] petat? Idque etiam inde ſatis apparet, quò[d] publicatâ in filiam capitis ſententiâ, dilatio[-] nem inſtanter petierit, & ab ea quaſi provo[-] carit, ſed fruſtrà, contra tamen humanitate[m] & juris benignitatem. Et quamvis initiò f[i-] liam, pietatis & paterni ſanguinis quodam modò oblitus, crudeliter ſatis ad pœnam o[b-] tulerit, unà cum novercâ, debuiſſet tame[n] prudens & humanus Judex conſiderare Pa[-] tri, novercalibus deliniментis, inſtigation[i-] busque corrupto, malignè circa ſanguine[m] ſuum judicium & injuriam inferenti confe[ren-] tiendum non eſſe, ut monet *textus ad liter[am] in l. non eſt, 4. ff. de inoffic. teſtam.*

Siquidem Pater, quoties contra liberos neglecto pietatis officiô, aliquid facit, peri[n-] de id æſtimandum, quaſi non ſanæ men[tis] fuerit, inquit *Marcianus JC. in l. hoc col[o-] re, 2. ff. eod. tit.* & Patrem id facientem, mo[r-] bum in cerebro & rationis defectum habe[re] dixit *Bald. in Auth. ex cauſ. col.* 7. [n.] 26. *verſ. Secundò accipio C. de lib. pr[æ-] ter. Socin. Jun. conſil.* 59. *n.* 13. *vol.* 3.

Ex quibus apparet, Novercas eò Paren[tes] contra liberos inſtigationibus ſuis perduce[re] poſſe, ut furioſis ſimiles exiſtant, ac ſang[ui-] nis & pietatis jura negligant. Indeque nove[r-] ca præſumitur inimica privignis, *Tiber. D[e-] cian. in tract. crim. lib.* 3. *cap.* 25. *n.* 83. quicquid Pater facit contra liberos habent[em] Novercas, id feciſſe præſumitur novercalib[us] perſuaſionibus corruptus, uti docent *Bal[d.] Angel. Caſtrenſ. & alii in d. l. hoc color[e] ff. de inoffic. Bertrand. conſil.* 22. *num.* [..] *vol.* 3. *Herman. Vult. conſil. Marp.* 2[..] *num.* 89. *vol.* 1. unde non inconvenient[er] nominis potius alluſione, quàm derivatio[ne] novercam quaſi nocentem arcum dictam p[u-] tavit *Accurſ. in §. ſocrum. Inſtit. de Nu[pt.] & gl. in c. paſtoralis in verb. principi[o] de re judic.* Solent, inquit, novercæ in p[ri-] vignos ſævire. Inde & illud proverbium *Odium novercale*: propterea, quod nove[r-] cis omnibus innatum ſit fatale quoddam implacabile odium adverſus privignos, explicat *Eraſmus Roterod. in adag. Chil. cent.* 2. *adag.* 95. juxta illud *Euripid.* [in] *Alceſtid.*

Hoſtis noverca eſt ante natis liberis,
Nihiloque mitior nocente viperâ.

Hi[c]

Hinc *Ovidius lib.* 1. *Metamorphoſ.*

Lurida terribiles miſcent aconita
novercæ.

c propterea jura ſuadent liberos apud novers educari non debere, *l.* 1. *C. ubi pupill. duc. deb. Aretin. in l. ſi diſceptetur, ff. eod. it*: Quod & *Virgilius Eclog.* 3. innuit ſub erſona privigni dicens:

Eſt mihi namque domi Pater, eſt injuſta
Noverca.

ùm itaque hiſce non attentis puella à Patre overcalibus delinimentis corruptô, ad puiendum oblata, ultimô ſuppliciô affecta ſit, idex loci eum impietatis miniſtrum, in ſaninem filiæ, jam ante per obſeſſionem Diaolicam ſatis afflictæ & ita majori commiſeraone dignæ, fecit, *per text in d. l. milites, deſertorem, ff. de re milit.*

III. Mitigationem cæteris paribus ſuadere let & ſexûs qualitas, propter infirmitatem & bricum conſilii, indeque plerunque fœminæ ontra propria cenſentur laborare commoda, 2. § *verba ff. ad SC. Vellejan. l. ſi mulier, cod. Zang. de except. part.* 3. *cap.* 9. *n.* 1. uare mulier à mollitie mentis dicitur, *per xt. in C. quod propoſuiſti*, 32. *q.* 7. Et onſtat ex creationis hiſtoriâ Diabolum in for â ſerpentis non Virum, ſed mulierem, tanam ſimpliciorem & ad lapſum procliviorem ius aggreſſum fuiſſe, *Geneſ. cap.* 3. *v.* 1. *Ibimque Par. in comment. fac. text. in c. dignantur.* 32. *q.* 6. Ideoque huic ſexui, em, Petrus vas fragile appellat, magis eſſe ndolendum, etiam quoad mitigandam pœrum aſperitatem, tam Canoniſtæ, quàm viliſtæ communiter concludunt, *text. in cap. ut dignum* 6. *extr. de homicid.* ubi *Alex. Papa Exonienſi Epiſcopo* ita reſcribit: Sacum Vir diſcretus exiſtas, plenius noſti, òd in delictis non ſolùm quantitas & qualidelicti, ſed ætas, ſcientia, ſexus, atque conio in delinquentibus ſint attendenda, *gloſſ. id. in verb. ſexus, text. in l. ſacrileg. pœm.* 6. *in pr. ibi pro conditione ſexus, vel verius vel clementius ſtatuere, ff. ad L. l. pecul. l.* 38. §. 1. 2. 3. *ff. ad L. Jul. de ad. Tiber. Decian. lib.* 5. *cap.* 38. *num.* 62. *dr. Geil.* 1. *de pac. publ. cap.* 1. *num* 37. *tr. Laiman de Sagis q.* 1. Hinc *Virgilius* . 2. *Æneid.*

Nullum memorabile nomen
Fœmineâ in pœnâ eſt.

IV. Humaniorem ſententiam ſuadere deſſet puellæ hujus ætas minor, cum 17. ætaannum vix egreſſa fuerit. Nam licet miætas in delictis non in totum à pœnâ excu-, tamen interdum miſeratio ætatis Judicem mediocrem pœnam perducere ſolet, dicit tus in *l. auxilium, §.* 1. *ff. de minoribus, t. in l. ſecrilegii pœnam. in pr. ibi, pro ditione ætatis vel ſeverius vel clemenſ ſtatuere, ff. ad L. Jul. peculat.* textus *in c. ſicut dignum, verb. ſed ætas attendenda, extr. de homicid.*

Et Claudiæ fratres Impp. propter ætatem crimen inceſtûs remiſiſſe dicit *JC. in l.* 38. §. *fratres l. aut facta*, § *perſona ibi. in ejus rei conſideratione ætatis quoque ratio habeatur, ff. de pœn. l. fere*, 108. *ff. de reg. jur.* ubi JC. Paulus, ferè, inquit, in omnibus pœnalibus judiciis & ætati & imprudentiæ ſuccurritur, *Dec. ad l. ferè, num.* 3. *Angel. Aretin. in tract. de malefic. in verb. ſcienter, doloſè num.* 12. ubi ſic ait: Cautus debet eſſe judex, in quo minor ex delictô tenetur, quòd mitius agat cum eô, quàm cum majore. Unde magis communiter concludunt Dd. quòd quando propter delictum venit imponenda pœna mortis, habita ætatis ratione, regulariter Judicem devenire non poſſe ad decapitationem, ſed aliam extraordinariam pœnam imponere debet, per ea, quæ tradit *Berthazol. conſil. crim.* 118. *num.* 1. *&* 2. ubi ita plures & pluribus in locis fuiſſe judicatum, aſſerit *Roland. à Valle, conſil.* 51. *vol.* 1. *num.* 40. *& ſeqq. & conſil.* 77. *num.* 6. *& ſeqq. vol.* 3. ubi 24. adductis argumentis & rationibus hanc firmat ſententiam, *Grammat. deciſ.* 23. *n.* 12. ubi refert ita ſervatum fuiſſe per conſilium Neapolitanum, uti eum allegat & ſequitur *Clar. in §. in fine q.* 60. *ſub num.* 3. Addens ita Dd. tenere frequentiori calculo, *Proſper. Farinac.* 2. *conſ.* 187. *num.* 6. *& num.* 10. *& in pract. crim. quæſt.* 92. *Vincent. Honded. conſ.* 104. *num.* 35. *vol.* 1. *Tyraquell. de pœn. temperand. cauſ.* 7. *per tot.* ubi *num.* 5. inter alias hanc adducit rationem, quod adoleſcentia ſuapte quaſi naturâ ſit incitamentum vitiorum & levitatis, ideò ſi peccet adoleſcens vel adoleſcentia, magis id adſcribendum ætatis vitio, quàm pertinaci malitiæ & improbitati, cùm nondum ætati iſti plenum ſit rationis judicium atque conſilium. Idque non ſolùm in malæ, ſed etiam in bonæ indolis adoleſcentibus obtinere, oſtendit Regius Propheta dicens de ſe: Delicta juventuris meæ ne memineris Domine, *Pſalm.* 25. *§.* 7. Et Jobus Vir Juſtus exclamat: Et conſumere me vis peccatis adoleſcentiæ meæ, *Job. cap.* 13. *§.* 26. Et teſtatur *Horatius* de ſe, *Od.* 26. *carm. lib.*

- - - - me quoque
tentavit in dulci juventâ
fervor, & in cæteros jambos
miſit furentem.

Indeque multi in primâ ætate turpes & omnium judicio damnati, poſtmodum tamen laudabiles exſtiterunt, teſte *Lactant. de irâ DEI cap.* 22. Et quamvis multi Dd. variè hac de re ſentiant, eò tamen ferè omnes collimant, propter prædicta jura & rationes, minori quidem in delictis non ſuccurri, ut ſcilicet reſtituatur omninò, ne pœnâ aliquâ plectetur, ſed verè puniendum eſſe, ſed mitius, capitali

 pœnâ

pœnâ regulariter in aliam commutatâ. Quam etiam defendit *Weſenbec. in Paratitl. n. 26. ff. ad L. Cornel. de ſicar.* ubi urget rationem *Angel. & Bald.* quod videlicet in minori, quam pubere, non ſit tantus dolus, quantus in majore: Ideoque nec eadem pœna. Quo etiam collimat *Conſtitutio Criminal. Carol. V. artic.* 179. ubi ætatis, maximè in infligendis pœnis rationem habendam eſſe ſancit, ita ut non ordinaria, ſed judicis prudentis arbitriô plectatur, quod arbitrium ad mortem non facilè extendi debere, teſtatur *Weſenbecius, d. modò loco Menoch.* 1. *arbitr. caſ.* 86. Imò ne quidem poſſe hoc caſu multis firmat *Berthazol. Conſ. Crimin.* 378. *num.* 6. 7. *Roland. à Valle d. Conſ.* 51. *num.* 40. *& ſeqq.*

Hiſce V. accedit, quòd puella noſtra matre in tenerâ infantiâ orbata malis & improbis vetulis à Patre educanda fuerit tradita, à quibus, ſi verum eſt, quod narravit, annô ætatis ſuæ quinto Diabolo aſſociata fuit. Quæ occaſio pravæ educationis & ſeductionis in ipsâ primâ infantiâ à prudente Judice non parum attendenda, arg. cap. dixit *Apoſtolus* 26. *quæſt.* 3. Et certum eſt in illam ætatem quinquennii neque dolum neque pœuam cadere, cum ejusmodi infantes quinquennes reverâ, quid agunt, non intelligant, nec multum à furioſis, diſtent, inquit *Juſtinian. Imper.* §. *furioſus inſtit. de inutil. ſtip. ſed & ſi* 5. §. *pen. ff. ad L. Aquil. & in l.* 3. §. 1. *ſepulchr.* Hinc *Modeſtin.* infantem cum furioſô comparans in delictis dicit, quod alterum innocentia conſilii tueatur, alterum fati infelicitas, in *l. infans*, 12. *ff. ad L. Cornel. de ſicar. fac. l. infans.* 60. *ff. de rei vindic.* §. *fin. quæſt.* 60. *num.* 2. *Covar. in relect. clement. ſi furioſus, part.* 3. *num.* 1. *&* 5. *de homicid. And. Geil.* 2. *obſerv.* 110. *num.* 20. *&* 21. *ſeqq. Menoch.* 2. *Arbitr. caſ.* 325. *n. & caſ.* 329. *n. & ſeqq.*

Cùm itaque ex Actis appareat, puellam noſtram ex eâ tantùm & non aliâ cauſâ, capite mulctatam, quaſi ex propriâ confeſſione pactum cum Diabolo habuerit, illud verò quinto ætatis ſuæ annô inierit, non potuit ulla pœnâ propterea de jure, nedum capitis, poſtea adultior, nondum tamen major effecta, puniri, ut tradit *Marſil. in d. l. Infans. col.* 2. quem allegat *Tyraquell. de Pœn. temperand. de cauſ.* 1. *num.* 8.

Cùm ut in omnibus aliis rebus, ita vel maximè in delictis initium ſit ſpectandum & occaſio, per jura vulgata. Quinimò de iſtô pactô » expreſsè nihil depoſuit, ſed hoc dixit: » Se » quintum circiter annum habuiſſe, cum N. » Patris ſui ancilla ſenior Diabolum rogarit, « ut ſui rationem haberet ſibique inſidias ſtrue- » ret, ſeque hunc item obſervaret. Item N. « illam primùm non dixiſſe, quod Diabolus ſit, ſed aliquis è cognatis: *Protocoll. de* 23. *die Jan.* Unde conſtat puellam ab initiô non ſolùm propter infantiæ ætatem, ſed etiam errorem non conſenſiſſe. Nihil enim magi[s] conſenſui contrarium, quàm error: Ideoqu[e] non conſentiunt, qui errant, *text. in l. ſi qui[s] per errorem. ff. de Juriſd.* Pactum autem ſine conſenſu dari non poteſt, *l.* 1. §. 2. 3 *ff. de pact.*

Et quamvis contra hoc replicari poſſit puellam noſtram poſteà puberem factam Bre[mæ] pactum hoc, ſi vera eſt ejus confeſſio, re[no]vaſſe, & alia ſolemnia præſtitiſſe: Tamen hic maximoperè conſiderandum, quod ante quam Bremam venerit, à Diabolo fuerit cor[po]raliter obſeſſa, & pro tali non ſolùm à mini[ſ]teriô, ſed omnibus vulgò habita. Deind[e] pariter ex actis apparet, Diabolum eam, tan[quam] obſeſſam, corporaliter in loco N. aſſum[p]ſiſſe & per aërem hinc inde vexiſſe, & cu[m] eam ita ſolam detinuerit, majorem utiqu[e] poteſtatem nactus fuit eam decipiendi, & a[d] pactum tale, ſi verum eſt, quod dixit, ind[u]cendi. Notum enim eſt ex Hiſtoriâ Sacrâ, Diab[o]lum homines in ſolitudine exiſtentes maxim[o]perè tentare, & laqueis ſuis involvere. Lot cum ſolus erat cum filiabus, perduxit eum Di[a]bolus ad inceſtum, *Geneſ.* 19. Cum filii Jaco[b] ſoli erant, vendiderunt Fratrem ſuum Jo[ſe]phum *Geneſ.* 37. Quin imò per hanc occaſi[o]nem arripuit Diabolus Salvatorem noſtrum, i[n] deſerto ſolum verſantem, tentandi & ad def[e]ctionem inducendi *Matth.* 4. Unde Eccl[e]ſiaſtes: Væ homini ſoli, quia cum ceciderit non habet ſublevantem ſe *Eccl. c.* 4. §. 1[0]. Ideoque ſi, ut narravit iſthâc occaſione, pue[l]la noſtra ad renovationem pacti in infantiâ init[i] inducta fuit, calamitati ejus meritò condole[n]dum fuiſſet, tanquam à Dæmonibus vexat[a] per ea, quæ tradit *Tiber. Decian. in tra[ct.] crimin. lib.* 5. *cap.* 38. *num.* 57. Præter non apparet, Judicem in circumſtantias Pe[r]ſonæ, Loci, Temporis per ſubſidium inqui[ſi]viſſe, adeoque omnia hæc, quæ de renovati[o]ne narravit, ſicut & alia, falſa, & à Diabo[lo] conficta eſſe potuerunt.

Hiſce VI. accedit, quòd puella iſta con[di]tionem ſuam deploraverit, & de vitæ emen[da]tione ac pœnitentiâ ſpem non obſcuram fe[ce]rit, uti apparet ex *Protocoll. de* 24. *die Janua[r.]* Se lubentiſſimè liberari velle ab eô, ſi liberari poſſet, ſe orationem Dominicam denuò ora[re] poſſe, aliquosque Pſalmos, quandoque etiam cantare, *GOtt der Vatter wohn uns be[y]* Et quòd non ſolùm verbis, ſed etiam lachr[y]mis hoc conteſtata ſit, habetur in *Protoco[ll.] de* 27. *Jan. ad Artic.* 1. ibi: & cumprim[is] ad 1. Artic. acerrimè lachrymabatur.

Atqui Paul. Ghrilland. *Johan. Bodin.* [&] *Auctores mallei malefic.* de experientiâ at[te]ſtantur, validiſſimum ſignum cognoſcendi S[tri]gas, quod larchrymas emittere non poſſin[t] conf. dictos *Auctores Mallei malef. part.* [.] *quæſt.* 15. *Godelman. de Mag. & Venef. lib.* [.] *c.* 3. 26.

H

Huc etiam pertinent, quæ ſcribit *Paul. Ghrilland. in Tr. de Sortileg. quæſt. 7. n.* 35. Ubi dicit, quod iſtarum Apoſtaſiarum duæ ſint ſpecies, una quæ ſimpliciter retrocedit à fide & ſequitur cultum & obedientiam Dæmonis; altera, quæ poſtquam Chriſti fidem abnegavit, iterum ſe baptizat expreſsè in nomine Diaboli, & aliud ſibi nomen imponit. (Quâ de re tamen ex Actis noſtrô in caſu nihil conſtat.) Licet itaque utraque ſpecies ſit damnata, prior tamen ſi peccatum ſuum revocat, admittitur ad pœnitentiam, & evitat pœnas corporales, ſicut hæretici pœnitentes, *ut in l. Manichæos, C. de hæret.* Hactenus Ghrillandus, quem refert & ſequitur *Franciſcus Jacob Ziegler in Conſil. de Lamiis*, quod exſtat in *addit. Joh. Vier. de præſtig. Dæmon.* Faciunt tradita *Farinac. in Pract. Crim. d. quæſt.* 20. *num.* 105. *Joh. Godelman. de Mag. lib.* 3. *cap.* 11. *num.* 45. *& ſeq.*

Ubi ad hoc adducit quandam Conſtitutionem Caroli Magni, in eandem inclinat ſententiam *Joh. Köppen obſ.* 130. *num.* 8. *& n.* 10. *Ludov. Gilhauſ. in arbor. jud. crim. cap.* 2. *tit.* 17. *n.* 17. *verſ. porrò ſi lamiæ fatentur.* Et multis ſacrarum literarum argumentis id firmat *Joh. Scultet. Tr. de Magiâ & ſortileg. cap.* 12. ubi ita ſcribit: Qui ergò ejuſmodi Converſis parcit, is parcit Chriſtiano, & non Venefico. Objicis, indigni ſunt, ut recipiantur & tolerentur, licet verè ſe convertant. Sed quæro è Vobis, Domini, quam ob cauſam: num venenum alicui propinarunt? negatis. Cur ergò eosdem tolerare recuſatis? Dicitis, Deum abjurârunt & Diabolo ſervierunt: Cur igitur alios toleratis, qui idem perpetrant? &c. Junctis iis, quæ *cap.* 7. *p. mihi* 82. ſcribit. Neque ex actis conſtat, hanc puellam Bremæ Deum expreſsè & ſolenniter abnegâſſe, ſed hoc dixit: cùm Bremæ eſſet, crucem in ſolô jacuiſſe, tapeto aureo ſubſtratam, huic ſe ſuperincubuiſſe cœlumque & aſtra abjuraſſe, quô factô ſe ſponſam evaſiſſe: *Protocoll. de* 14. *Febr. poſt merid.*

Jam verò ſtellas & aſtra abjurantes, licet impiè faciant, propriè tamen Chriſtum abnegaſſe dici non poſſunt. Faciunt etiam huc, quæ ſcribit *Godelman. alleg. cap.* 11. *num.* 50. Quid uſitatius, inquit, inter milites & mercatores, quàm ut parvi lucelli gratiâ, in unâ horâ aliquoties Deum abnegent, & ſe Diabolo devoveant. Quod latius perſequitur *Auguſtin. Lercheimer, in Meditat. Germ. ſuâ de Magia, ſub rubr. de Pœnis Sagarum.* Et certè cùm Eccleſia, tanquam pia mater, omnibus, etiam Sagis & Divinatoribus curioſis gremium ſuum aperiat & pœnitentes recipiat, *Act.* 19. §. 29. nec fatigata ſit unquam veniam indulgere, *c. duo,* 23. *quæſt. c ſuper eô, in pr. de hæret. in* 6. *l. liquet, verſ. ſed quia. circa fin. de Summ. Trin.* non videmus, quare ejuſmodi Sagæ minorenni, ſi nullum hominibus aut pecoribus damnum intulerit, neque etiam cum Diabolo ſe miſcuerit, propter ſolam ſimplicem defectionem à DEO, quam ſeriâ pœnitentiâ emendare ſtudebat, ultimi ſupplicii pœnâ indiſtinctè dictanda, & in Eccleſia, propter antegreſſam DEI abnegationem, Planè non ſit toleranda; Jehova enim dicit: Quoties ingemuerit peccator, vivendo vivet, & non morietur. De Cyprianô refertur, ipſum ab ineunte ætate Magicis Artibus deditum, & in iis educatum fuiſſe, ita, ut vix parem ſuâ ætate in illis artibus habuerit: aſſumptô verò Chriſti nomine & pœnitentiâ actâ, ita in Doctrinâ Chriſti profeciſſe, ut tandem in Epiſcopum Carthaginenſem electus, poſtea fidei conſtantiam martyriô coronârit & comprobârit, ut ex *Specul. Hiſt. lib.* 13. *cap.* 122. *& Lambert. Dan. in Flagel. hæret. pag.* 104. *&* 285. *refert Johan. Scultet. d. c.* 12.

VII. In temperandis pœnis maximè arbitrio Judicis commiſſis, conſiderari ſolet, an reus ultrò & ſponte delictum fateatur, & ſeipſum quaſi deferat, *l. edicto, in pr. ff. de jur. Fiſc. gl. in l.* 3. §. *ult. ff. de alien. jud. mut. cauſ. text. in l. in eos, in fin. ff. de cuſtod. & exhib. reor. Tyraquell. de pœn. temp. cauſ.* 30. Et hanc dicit communem opinionem *Simancaſ. de inſtit. Cathol. cap.* 55. *n.* 6. *Bero in c. ſi Clerici in pr. n.* 88. *de judic.*

Et quamvis *Clar. in* §. *fin. q.* 60. *n.* 34. dicat, Judices de hôc non curare, interim hæc ratio, junctis aliis per ſe urgentiſſimis, eò magis movere debuiſſet, hunc caſum majore dignum eſſe miſericordiâ, ſicut hoc argumentum uſurpans conſulendo dixit *Berthazol. conſil. crim.* 356. *n.* 6. *junct. conſil.* 505. *n.* 27.

Major enim ſpes eſt reſiduæ bonæ indolis, ingenuitatis & emendationis in his, qui ſeipſos ultrò quaſi deferunt, & delicta confitentur, quàm qui etiam delati & ſuſpicione graviſſimâ onerati malitioſè delicta celant & pernegant. Et ita etiam in noſtris terminis, in crimine ſcilicet veneficii tenet, cæteris paribus, *Godelman. de Mag. & Venef. lib.* 3. *c.* 7. *n.* 18. aſſerens legibus etiam Moſaicis levius punitum, ſpontè confeſſum, quàm convictum. Siquidem fur ſpontè confeſſus, quintam partem ultra ablatam rem reſtituere cogebatur, cum aliâs vel pœna dupli, quadrupli vel quintupli locum haberet, *Num.* 5. *v.* 7. *Exod.* 22. Et eandem ſententiam probat *Joh. Köppen,* 2. *obſ.* 130. *n.* 11.

Hæ itaque rationes, ſi non ſingulæ ejus ponderis ſint, ut Judex animi ſui motum, ad mitigationem pœnæ capitalis, in hôc noſtrô caſu, componere potuiſſet, conjunctæ tamen omninò id ſuadere, vel ſaltem ad cautiorem proceſſûs rationem, aut concedendam dilationem movere debuiſſent; cùm jura velint interpretatione pœnas potius eſſe molliendas, quàm aſperandas, *l. interpretat.* 42. *ff. de pœn.* Licet enim crimina punire non ſit crudelitas, *n.* 4. *fol.* 324.

fol. 324. *fac. textus in cap. non eſt crudelis* 63. *q.* 5. interim tamen illa Judicis ſeveritas cum aliquô temperamentô benignitatis accipienda eſt, *l. reſpiciendum §.* 1. *de pœn. l. hodie ff. eod. text. in c. diſciplina, & c. namque. diſtinct.* 45. *& c. quid faciat,* 23. *quæſt.* 3. Maximè, quando non ſolùm ipſa lex delictum certô caſu à capitali eximit pœnâ, ſed & inſuper adſint circumſtantiæ, propter quas jura & leges mitigationem ſuadent ut hoc noſtro caſu ex ſuprà deductis conſtat; tunc enim Judex non debet affectare ſeveritatis gloriam, ut loquitur *Juſtin.* ſed cum benignitate punire, ſecundum *Belviſ. in Pract. Jud. ſub rubr. de pœna capitali n.* 2. *Ferrar. caut.* 26. *in princip. Nevizan. in ſylv. nup. rubr. non eſt nubendum n.* 69. *& ſeq. Hippol. Riminald. conſil.* 245. *n.* 14. 15. 48. *& ſeq. lib.* 3. Et juſtitiæ cum dulcedine miſericordiæ potius rationem reddere, quàm inclementiæ, *c. allegant.* 26. *q.* 7. *Cagnol. ad l. ſemper,* 56. *num.* 1. 2. *de Reg. Jur. Weſenbec. conſil.* 19. *n.* 23. Et judicium ſine miſericordia futurum ei, qui miſericordiam non vult fieri delinquenti, dicit Apoſtolus *Epiſt. Jacob. c.* 2. §. 13. & refertur in *c. plerumque* 2. *q.* 7. *Speculat. in tit. de diſpenſat.* §. *ult. in* 15. cum ibi allegat.

Hinc Rudolphus I. Imperat, hanc ſententiam in ore habuiſſe fertur: Severum & immitem fuiſſe, me aliquando pœnituit: lenem & placabilem, nunquam. Et Nero in primis imperii ſui annis, antequam ad tyrannidem manifeſtam deflecteret, ſubſcripturus ſententias mortis reorum capitalium, exclamaſſe fertur: Quam vellem neſcire literas. teſte *Seneca lib.* 2. *de Clement. Johann. Gualter. in Chronolog. Eccleſiaſt. polit. in vita Neron.*

Duodecimò redeundo ad principales Nullitates hujus proceſsûs, apparet ex Protocollô & Actis, puellam non fuiſſe decenter durante inquiſitione cuſtoditam, ſed in ædibus Patris detentam, & aditum ad eam promiſcuè cuivis patuiſſe, eamque tanquam Delphicum, ut narratur in Facti Specie, oraculum conſultam fuiſſe de rebus Magicis, & tam per Parentum, quàm aliorum malevolorum ſuggeſtionem, de perſonis & matronis honeſtis, multa falſiſſimè mentitam fuiſſe, uti non ſolùm ex narratione Dominorum Conſulentium, ſed & informatione cujuſdam præcipui Officialis & Conſiliarii, Reverendiſſimi Epiſcopi N. ad mandatum ſuæ Celſitudinis congeſta apparet, ubi refert: Ab „ unoquovis in factô tanquam veritati maxi- „ mè conſentaneum perhibetur, quod à tem- „ pore benè multo plurimi homines, peregrè „ etiam adventantes, ædes NN. (puta puellæ „ Parentis) frequentârint, ibidem puellæ con- „ ſilia obſervârint, quâ occaſione ipſe N. mul- „ tum cereviſiæ triticeæ & aquæ vitæ vendi- „ derit & haud parum lucratus fuerit. It. quod „ ab honeſtis hominibus referatur, allegatum N. poſt filiæ juſtificationem ante diverſorum domicilia noctu inhabitantes palàm, tanquam Sortilegos proclamaſſe, idque ad depoſitionem filiæ ſuæ &c. It. quòd puella, ad inſtinctum agnati ſui de conjuge Davidis H. (quam N in ſtatu cœlibatûs in uxorem deſideraverit, ſed poſt latam repulſam cum inflictâ alapâ odio proſecutus ſit) retulerit, eandem affinis ſui infantem, qui morte naturali ex apoplexia obiit, veneno interfecerit, adeoque venefica ſit. It. conſtanter aſſeri, quòd N.N. aliis audientibus interrogârit, annon Johannes N. quoque Veneficus ſit, filiaque reſponderit, ſibi eundem incognitum eſſe, eô verò aſperis verbis urgente, tandem filia confeſſa ſit, allegatum N. ad conſortium ejus non pertinere, adeoque fortè ad aliam ſocietatem pertinere, quô factô nihilominus Lapicida eundem diffamârit ſuâque diffamatione effecerit, ut idem N. N. exprobratum fuerit &c. Item, nuperrimè in Dicaſteriô Principali innotuiſſe, quòd, cùm Vir quidam honeſtus, Henricus N. in causâ quadam forenſi contra Conradum N. ventilatâ, tanquam teſtis, vi juramenti præſtiti, veritatem depoſuiſſet, dictus modò Conradus N. unà cum aliô ejuſdem farinæ ſociô in ædes Lapicidæ ad puellam ſe contulerit, per integrum diem vinum aduſtum & cereviſiam triticeam ingurgitaverit & ſub illâ compotatione N. filiam de ſupra allegato Henricô N. interrogaverit, tandemque ab hac reſponſum tulerit, allegatum modò Henricum N. ejusque conjugem & filias Artem Magicam callere, ut idem è Protocollô Præfecti ad requiſitionem probari poſſet, dictusque N. ipſemet confeſſus fuiſſet, adeò u ob diffamationem à ſe profectam, palino diam publicè cecinerit carcereque punitus fuerit. Hactenus ille, cui tanquam Prin pis jurato Officiali & Conſiliario fide dign in hiſce, quæ habitâ diligenti veritatis i dagine Principio ſuo retulit, meritò fid habenda.

Ex quibus omnibus patet, puellæ iſti malè cuſtoditæ leviſſimum Parentem, ea ta quam obſoniô quodam diſtrahendi vinum ad ſtum & cereviſiam uſum fuiſſe, & Diabolum p eum ipſamque puellam ſcholam & exercitiu publicum calumniandi & diffamandi exe cuiſſe, quod utiq; tanquam rem peſſimi exem Magiſtratus loci præcavere & nullô modô a mittere debuiſſet, *l. exemplo pernitioſum* 7. *cum ſimilibus, C. de prob.* cum malitiis h minum non ſit indulgendum, *l. in fundo,* 3 *circa fin. ff. de rei vindic.*

Conantur autem Dnn. Judices hunc exc ſum ſatis reprehenſibilem & multarum cal mniarum fontem fomitemque duplici rati ne excuſare: I. Quòd cùm Diabolus in c

cc

re puellæ inſidias ſtruxerit, ut animæ ejus uri conſulerent, puellam tanquam proprii is teſtimoniô convictam maleficam in pater- s ædibus catenis conſtrictam detinuerint. II. :preſsè prohibuerint, ne quis ad colloquium us admitteretur.

Verùm ad hoc reſpondetur: Quòd Dnn. dices N. N. ſolliciti fuerint de animæ ſalute dimendâ iſtius puellæ, in hoc fecerunt Chri- ani Magiſtratûs officium laudabile: quod rò id modô inordinatô & inſolitô, cum ndalo publicô & diſcrimine honeſtorum & nocentium fecerint, culpâ non carent. unquam enim relatum, nec usque receptum :, ream de maleficio & veneficii crimine nvictam, ut prætenditur in Apologiâ & ca- tali pœnâ damnandam, in Paternis ædibus, quas cuivis liber patebat aditus, non ſecre- , ſed palàm ſine cuſtodibus & miniſtris pu- icis detineri. Et ſolent Prudentes Judices os capitalium criminum, ſi ex juſtâ causâ rceribus non mancipentur, in locô aliquô blicô, vel etiam domo miniſtri publici jura- , additis plerumque cuſtodibus, qui omnia curatè obſervent, cuſtodire & diligenter ca re, ne cuivis liber pateat aditus. Hoc ſi ciſſent Dnn. N. N. iſtæ honeſtorum Virorum Matronarum diffamationes inde non eveniſ- nt. Et ſuperat captum noſtrum iſta pruden- a, Patri cuſtodiam filiæ de capitali ſupplicio quiſitæ & jamdum, ut prætenditur, convi- ctæ & damnandæ, committere; qui ſi ſtorge naturali motus & ſanguinis ſui non planè obli- tus fuiſſet, eam quavis horâ citra grave diſpen- dium liberare potuiſſet, id etiam procul du- bio feciſſet, niſi occaſione hujus cuſtodiæ ob- ſonium diſtrahendi vini aduſti & cereviſiæ diu- tius ſe habiturum, per filiæ fabulas & calumnias, ſperaſſet & ita lucellum iſtud paterni nominis pietati prætuliſſet.

De inhibitione iſtâ ex Actis nihil apparet, & ſi illa etiam facta eſſet, non tamen propterea excuſatur ille exceſſus. Quid enim leges (ſeu inhibitiones) ſine moribus, vanæ proficiunt? inquit *Horat.* Non enim per nudas inhibitio- nes ſatis fit juſtitiæ, niſi Magiſtratus diligenter curet, ut id, quod mandatum eſt, fiat. Sive itaque factæ ſint tales inhibitiones, ſive non, ex ſupra deductis patet, aditum cuivis pro- miſcuè & colloquium cum puellâ peſſimô exemplô patuiſſe, quod cùm, ut refertur, illîc locorum notorium ſit, ulteriori deductione non eget.

Decimò tertiò conſtat ex Protocollô & Actis Puellam noſtram varia, contraria & in- certa depoſuiſſe, quæ neque per veritatis in- quiſitionem, neque aliô modô ad certitudi- nem redacta & purgata ſunt.

Et quidem ex prædictis variis & contrariis quædam hîc ad ocularem demonſtrationem ſubjungenda eſſe duximus, ex quibus evidens apparebit Proceſsûs & ſententiæ nullitas:

(1) Se Artem Magicam à Vetulâ Dibbecke Catharinâ N. hauſiſſe, *Protoc. de* 23. *Jan.* *nct. Reſponſ. ad art.* 6. *de* 27. *Jan.*

(1) Se Bremæ ab N. N. Artem hauſiſſe, *Protocoll. de* 27. *Jan. in Reſponſ. ad Artic.* 7.

Item in Libello Judiciali prælecto Vetulæ Dibbecke ſolius mentio fit, quaſi ab hac Artem cantatoriam didicerit, *Artic.* 1.

(2) Se in prædio ſuburbano Bremenſi, ad . N. pertinente, Sponſam fuiſſe, ibidemque omagium præſtitiſſe, *Protoc. d.* 23. *Jan.*

(2) Se Bremæ in ædibus N. fuiſſe Spon- ſam ibidemque juraſſe, *Protocoll. de* 14. *Februarii.*

(3) Eo, quô deſponſaretur, tempore, ta- etem aureum in ſolo jacuiſſe, & ſub hoc cru- em quandam, cui dorſo ut incumberet, cœ- m inſpiceret idemque abjuraret, coactam iſſe, *Protoc. de* 23. *Jan.*

(3) Se oportuiſſe cruci incumbere cœ- lumque (*nota variationem*) ac ſtellas abjura- re: quo facto (*nota rurſus variationem*) illos tapetem aureum cruci impoſuiſſe, ſeque Spon- ſam fuiſſe, *Protoc. de* 14. *Febr.*

In libello articulato, in judicio prælecto, ita habent verba: Eandem cœlum & terram bjuraſſe. *Protoc. ſub Lit. I. artic.* 18.

(4) Cùm Bremam veniſſet, N. Marſche in rô ſaccharum variaque olera coëmiſſe, *Pro- oc. de* 14. *Jan.*

(4) Cùm Bremam adveniſſet & ædes N. Marſche (quæ non è regione fori, ſed è regio- ne cœmiterii, ubi è via N. ad aliam itur, conſti- tutæ ſint) illîc currum pomis onuſtum fuiſſe, unde N. Marſche ſaccum redemerit & ad ean- em dixerit, an ſaccum illum pomis repletum in ædes ſuas deferre vellet, quod ipſa quoque cerit, *Protoc. d.* 23. *Jan.*

(5) N. Marſche eandem manu prehendiſ- , in aulam duxiſſe, ibidemque braſſicam de- rpſiſſe, *Protoc. de* 14. *Febr.*

(5) Quamprimum in domum N. Marſche perveniſſet, hanc eandem rogaſſe, ut penes ſe maneret & pediculos venaretur, *Pr. d.* 23. *Jan.*

(6) Se per tres ad minimum Septimanas remæ penes N. Marſche fuiſſe, *Protoc. de* 3. *Jan.*

(6) Se per 6. hebdomadas Bremæ penes N. Marſch. fuiſſe, *Protoc. de* 27. *Jan. in Reſp. ad art.* 15.

Nota in iſtâ puellæ confeſſionum variatione & incertitudine omninò decuiſſet judicem oci, Bremæ, quæ non ita procul à loco judicii diſtat, ante omnia inquirere, anne talis ita dicta

fœmina ibi habitaret? an in forô vel alia plateâ? an extra urbem tale prædium, de quô puella dixit, haberet? Num puellam hanc in ædibus ſuis & quanto tempore habuerit? Quæ omnia præcipit Ordinatio Carolina & jura Civilia, de quibus tamen ex Actis Nobis tranſmiſſis nihil apparet.

(7) Se Equum, Porcum & Gallum Indicum, ad Senatum Bremenſem pertinentes, per veneficium (ad quod N. Marche ſibi materialia ſuppeditaſſet) interfeciſſe, *Protocoll. de 27. Jan. in Reſp. ad art.* 20.

(7) Se neque hominibus, neque pecoribus per veneficium damnum aliquod intuliſſe, quod conſtanter aſſeveravit, *Protocoll. d.* 24. *Jan.*

Nota: Et hic vigore Carolinæ Conſtitut. inquirendum fuiſſet apud Senatum Bremenſem, num res ita ſe haberet?

(8) Cùm N. (loco ſc. judicii) lecto Catharinæ N. incubuiſſet & choream ſpectaſſet, Diabolum N. Diſchen, hæcque viciſſim Diabolo portionem de naſo atque mala decuſſiſſe, *Protoc. die* 27. *Jan. in Reſp. ad artic.* 10.

(8) Factum fuiſſe Bremæ in prædio, ubi Diabolus N. Diſchiæ portionem de naſo atque mala decuſſerit, *Protocoll. de eod.* 27. *Jan.* §. *Dicebat porrò.*

Nota: Hic Judex inquirere debuiſſet, num circa illud tempus fœmina illa nominata damnum aliquod in genis & nasô habuerit, & quale id fuerit, quod utique vicinos latere non potuiſſet, quâ de re tamen ex Actis nihil apparet.

(9) Diabolum & N. Diſchiam ſe (ream) certiorem reddidiſſe, illam (Dominam Viduam ſc.) cum filiâ quoque ad conſortium illorum pertinere, *Protoc. die* 31. *Jan.*

(9) Se ipſam NN. in Choreâ conſpexiſſe, & diverſis quidem vicibus, *Protocoll. de* 13. *Febr. & de* 23. *Jan.*

(10) N. Diſchiam tribus vicibus choreæ cohabitaſſe, 1. in ædibus Catharinæ N. 2. in Campo verſus Hüitbergam 3. Bremæ in prædio, *Protoc. de* 27. *Jan.*

(10) N. Diſchiam Eyſelbergæ, una cum toto conſortio, choreæ interfuiſſe. Ergò eadem pluribus, quam tribus vicibus interfuerit.

(11) N. (ſc. Dominam Viduam) aliquam faſciæ ſuccinctoriæ portionem, filis aliisque ſuffarcinatam N. Diſchiæ dediſſe, quæ Dn. N. ab N. propinari debuiſſet.

(11) N. (Dn. viduam) N. vetula N. & N. vinculum nigrum emiſſe (*variatio*) cui varia inſerta fuerint, quam Armamentarii uxor (*variatio*) dederint, *Protoc. d.* 14. *Febr.*

In Libello judicialiter prælecto ita ſonat: Vinculum 3. nodos habuiſſe &c.

(12) Vinculum fuiſſe nigrum, *Protoc. de* 14. *Febr.*

(12) Vinculum gryſeum fuiſſe, *Protoc. eodem* 14. *Febr.*

Nota: Hic debuiſſet Judex inquirere, quisnam ille propola fuerit, à quô Domina Vidua & memoratæ mulierculæ iſtam faſciam emerint & ab eodem expiſcari, quô tempore, quo pretio &c. Et ſic ſatisfeciſſent Carolinæ Conſtitutioni, & fraus Diaboli detecta fuiſſet. Neque eſt veriſimile, tres vetulas, & cum illis Nobilem & Spectatam Matronam, ad emptionem vilis faſciæ in unius propolæ ædibus convenire, ideoque probabile eſſe non debuit.

Poſſent adhuc aliæ plures variationes ex Protocollô, maximè circa venditionem prætenſam aurei illius cochlearis, ex Actis deduci, verùm hæc modò ſufficiant, cum incertitudo confeſſionum vel ex iis ſatis ad oculum remonſtretur. Indecens autem & grave eſt, ſuper re dubiâ, incertâ & variâ certam & quidem capitalem ſententiam ferre, *cap. grave,* 11. *q.* 3. *Cravett. conſil.* 276. *num.* 4. *Joh. Petr. Surd. conſil.* 151. *n.* 50. Quia exinde facilè offendi poteſt veritas & juſtitia, *cap. fin. diſtinct.* 33. curare itaque debet Judex, ut ſuper re certâ & liquidâ, maximè in criminalibus, ferat ſententiam, §. *curare, & quæ ibi not. Dd. inſtit. de action. junct. l. fin. cum ſimilib. C. de probat. l. quæ ſententiam, ibi, in unum conſpirante concordanteque. C. de pœn.* Nihil autem magis contrarium certitudini, quàm variatio, *Cardin. Clement.* 1. *de renunciat. Udalr. Zaſ. conſ.* 16. *n.* 43. *lib.* 2. Quæ ſine contradictione & evidenti mendaciô ſtare non poteſt, *Anton. Fab. in Cod. rer. in Sabaud. judic. lib.* 9. *tit.* 21. *defin.* 5. *num.* 3. nullumque evidentius falſitatis ſignum dari, quàm variationem, tradit *Proſper. Farinac. poſt Bald. & alios*, quos allegat 2. *conſ.* 138. *n.* 11. & incertitudo omnem vitiare dicitur actum, *l. cum duo, ubi gl. ff. de in diem addict. Bart. in l. quidam ff. de reb. dub.* quia plus uno verum eſſe non poteſt. Indeque ex ſolâ teſtium & delatorum falſorum variatione innocentiam falsò delatæ præcipitanter ac injuſtè condemnatæ Suſannæ cognovit Daniel, eamque ab injuſtâ ſententiâ liberavit, Judices iſtos, quod non diligentius inquiſiverint in veritatem hiſce verbis increpans: Siccine fatui, Filii Iſraël, non judicantes neque quod verùm eſt, cognoſcentes, condemnâſtis Filiam Iſraël? *Dan.* 13. 48.

Decimò quartò narratur in Facti ſpecie quasdam Fœminas ad puellæ hujus delationem fuiſſe incarceratas, per aquam frigidam probatas, & poſtea ſatis inhumaniter tortas, tandemque in carcere exanimes repertas. Atqui conſtat Probationem illam per aquam

quam frigidam eſſe irrationalem, inhuma-
am, impiam & jure aperto improbatam
quod idem de Probâ ſtigmatica ex omni ju-
contra D. Petrum Oſtermannum ſtatuit &
emonſtrat *Joh. Jordanæus in Diſp. de Pro-
a ſtigmatica) text. in cap. Mennam.* §. *pur-
ationem c. conſuluiſti* 2. *quæſt.* 4. & ita
mnes, qui non fungum pro cerebrô vel pe-
onem pro corde gerunt, ſtatuere, ex ſcriptis
Doctorum Virorum apparet, *Petr. Binsfeld.
e conf. malef. membr.* 2. *concl.* 7. *dub.* 1. ubi
icit: Magiſtratum, qui facit Sagam ſubire
robationem aquæ frigidæ, mortaliter pec-
are: quia illa Diabolô fabricante introducta
t. *Joh. Bodin.* rigidiſſimus aliâs Sagarum Cen-
or, dicit, hâc viâ Diabolum judicia, quæ ſan-
a oportet ſervari, commutare in ſcholam Ma-
iæ *lib. de Mag. Dæmonom. Petr. Heig. Il
uſtr. quæſt.* 39. *n.* 61. ubi dicit, hunc pro-
di modum eſſe ſpeciem indololatriæ, veri-
tem ſc. ab elemento aquæ exquirere, & ido-
m in ea fabricare, cùm potius in rebus du-
iis Deum conſulere debeamus, quod multis
idem perſequitur & ſolidè contraria refellit;
i concordat *D. Joh. Evvich*, Medicus
uondam Bremenſis, *in Tr. Germ. de Sagis
ol.* 3. ubi ita teſtatur: Quid aliud ergo inſoli-
tum hoc negotium, quam tentatio DEI aut
illuſio Diabolica, imò periculoſæ & ſcanda-
loſæ tragœdiæ initium? De quo Jocator qui-
dam non ſine cachinnô dixit: Probatores hoſ-
ce Coquorum æmulari naturam. Quemad-
modum enim hi Capones, quos ad convi-
vium præparant, aqua prius lavant & abhinc
aſſare ſolent, ita & illi cruento Moloch prius
olocauſta ſua & edulia parant &c. & *fol.* 41.
oncludit, hanc probationem Doctore Sata-
a ejusque aſſeclis Carnificibus, Idololatris,
ophiſtis & Impiis Philoſophis eſſe, ſtabilitam
introductam, quem allegat & ſequitur *Joh.
odelm. in Reſponsô* ſuô, quod exſtat *l.* 3. 2. *prin-
p. tract. de Mag. & Venef.* ubi in hæc verba
umpit: Adhæc rotundè & Germanorum mo-
reſpondeo, hunc injuſtum & Diabolicum
ſe morem & rem Deo abominabilem, qua
ivina ejus omnipotentia non minus in iram
etur, ac dum infantes primùm ignem ſunt
xperti, *Deuier. cap.* 18. *Et lib.* 3. *cap.* 4. 23.
ſeqq. id pluribus perſequitur, dicens: hanc
e communem Dd. ſententiam, probationem
am prohibitam eſſe, proindeque omnes Fa-
ltates Juridicas in Academiis Germaniæ ita
tuere. Et furioſum hoc probationis genus
pellat *Franciſcus Hotomannus Diſp. Feud.
p.* 44. *num.* 6. & nulla, ne quidem proba-
i ratione niti affirmat *Hieron. Treutl. Vol.
Diſp.* 4. *theſ* 7. *lit. c. Jodoc. Damhon-
r. in Pract. Crimin. cap.* 43. *Joh. Bor-
olt. de Feud. cap.* 7. *num.* 52. *Henric. Bo-
r, JC. & Prof. Celeberr. in Acad. Tu-
ng. in Tr. de Quæſt. & Torturâ*, *c.* 3.
b n. 101. *Lud. Gilhauſ. in Arb. crim.
Novell. Val.*
c. 2. *Tit.* 34. §. 3. *n.* 158. ubi dicit Judi-
cem, qui furioſa illa & Diabolica explora-
tione utitur, actione injuriarum conveniri
poſſe, *Joh. Scultet. in lib. Germ.* qui inſcri-
bitur: *Solida informatio de Sagis, cap.* 11.
pag. m. 243. ubi in hæc verba erumpit:
Ethnica, Tyrannica, Seductoria & Diabolica
eſt Proba illa Aquatica, peſſimè agunt & pe-
tulanter errare ſatagunt, ac à Satanâ decipi
amant, qui eandem renovant & reſtaurant.
Et pag. 246. *ac ſeqq.* ita concludit: Quo-
niam ergò probatio illa aquatica ex errore
& ſuperſtitione eſt profecta, ope Diaboli con-
tingit & perficitur, Tyrannica & infida eſt, Dei
T. O. M. tentationem & vindictam ſecum ve-
hit, & in omnibus tam ſacris, quàm profanis
legibus, tanquam impia & periculoſa inter-
dicta eſt, hinc illi, qui ea adhuc utuntur, ni-
hil habent, quò ſe tueantur, ſed iniquitatem
ſuam etiam nolentes volentes agnoſcere te-
nentur. Hactenus ille. *Hermannus Newalt*,
quondam Prof. Acad. Helmſtad. in *Apolog.
contra Epiſtol. Scribon.* & quidem *in Præ-
fat.* in hæc ſcribit verba: Opinio (de Pro-
bâ ſc. Aquatica) quâ is (Scribonius) detine-
tur, non tantùm ſcandalo plena eſt, ſed & in
contemptum Dei vergit, in ſe infamis &
damnoſa eſt. Rationes, quas Authores alle-
gati adducunt, longum foret hic adducere,
ideoque ad ipſos ſcriptores nos remitti-
mus.

Solent autem plerumque Judices pro tu-
endâ hâc probationis ſpecie allegare invete-
ratam conſuetudinem, quæ meritò pro lege
cuſtodienda eſt, per juta vulgata.

Reſpondet ad argumentum hoc *Nicol.
Papa*: Malam conſuetudinem, tanquam per-
nicioſam corruptelam, vitandam eſſe, *cap.
mala conſuetud. diſt.* 8. Et dicit *Auguſt.
lib.* 3. *de Baptiſmo contra Donatiſtas cap.*
6. quod conſuetudo cedat veritati manifeſtæ:
quia conſuetudo ſine veritate, vetuſtas erro-
ris eſt, inquit *Cyprianus in Epiſt. ad Pom-
pej.* & refertur in *cap. ſana. diſtinct.* 9. Ideo-
que Celſus JC. quod non ratione, inquit,
introductum, ſed errore primum, deinde con-
ſuetudine obtentum eſt, in aliis ſimilibus
non obtinet, *l. qui non ratione*, 36. *ff. de
Legib.* Hinc *Herman. Newalt. in allegat. ſu-
pra præfat.* hoc, quod antiqua ſit conſuetu-
do, à Satanæ eſt ludibriô. *Joh. Scultet. d. cap.*
11. *p. mihi* 241. ad hoc argumentum ita re-
ſpondet. Conſuetudo nil valet contra verita-
tem & æquitatem. Centum annorum iniquitas
nec minus quidem horæ æquitas eſt, & quod in
prima herbâ vitioſum eſt, per temporis diu-
turnitatem vix convaleſcit. Alioquin eô ipsô
Sagæ ſe excuſare poſſent, quod facinora talia
à principio mundi à multis & magnis homini-
bus, commiſſa ſint.

Et cùm Dnn. NN. in Apologiâ ſua provo-
cent ad Carolinas Conſtitutiones Crimina-
(Zz) 2 les, &

les & proceſſum ſuum ex iis, & jure communi juſtificare volunt, non opus eſt plura de ſuperſtitioſâ iſta conſuetudine, irrationali corruptelâ dicere: Conſtat enim jure communi, & Conſtitutionibus Carolinis nullô modô juſtificari poteſt. Et cùm in dictis Carolinis Conſtitutionibus accurratè indicia in crimine veneficii enumerentur, non eſt veriſimile hanc probationem per frigidam, ſi legalis & rationalis viſa fuiſſet, Legiſlatorem omiſiſſe.

Decimò quintò non parum ſuſpectus redditur proceſſus, quod quædam Mulierculæ hôc modô per frigidam probatæ, quædam poſteà graviſſimè tortæ, in carcere exanimes & mortuæ repertæ ſint. Et quamvis in Inſtrumentis Apolog. Dnn. adjectis Notarius atteſtetur, quod viſum fuerit Chirurgis, collum iſtarum fœminarum fuiſſe fractum à Dæmone, tamen id ita pro certo affirmare non potuerunt. Quicquid autem ſit, ſuſpicione iſthæc non carent, per ea, *quæ tradit Joh. Wier. in Tr. ſuô de ſortileg. & Sag. lib. 6. cap. 15. Joh. Scultet. in d. tract. de Magiâ cap. 11. circa fin. ubi addit*, ex hoc quod fœminæ veneficii incuſatæ in carcere exanimes & ſibi ipſis manus intuliſſe reperiantur, non firmiter concludi eas fuiſſe Sagas: quia hoc & alii fecerunt, utpote Ahitophel, impius Abſalonis Conſiliarius, Judas Chriſti proditor, qui tamen non fuerunt Venefici. Et quòd Diabolus permiſſu DEI alios, quàm Veneficos & Sagas, interfecerit, teſtantur 7. iſti Mariti Saræ.

Neque incognitum eſt Melancholicos & alios deſperationi deditos ſibi ipſis non conſcientiâ ſceleris, ſed vitæ tædiô manus inferre, etiamſi nullis carceris vinculis conſtricti fuerint, quâ de re habemus textum *in l. ſi quis Te, 2. C. qui teſtam. fac. poſſ.*

Fieri itaque etiam potuit, ut quædam ex his propter inflicta tormenta in deliquium inciderint & exſtinctæ ſint: quædam verò propter metum futurorum tormentorum ac ſqualorem carceris, doloris forſitan impatientes, ut loquitur textus modò allegatus, ſe præcipites dederint. Siquidem doloris impatientibus major ſolet eſſe metus iſte tormentorum, quàm mortis. Et apparet ex informatione Nobis transmiſsâ, Carnificem iſtius loci judicii agitati ad torquendas illas fœminas non potuiſſe ſatisfacere Judici, ſed alium ex viciniâ crudeliorem ad hoc negotium vocatum. Non itaque leviter fuiſſe tortas fœminas, neque vanum aliarum nondum tortarum fuiſſe metum, vel inde colligi poteſt.

Decimò ſextò ex informatione nobis transmiſsâ apparet, poſt publicatam ſententiam puellam iſtam una cum Patre delatore terminum & dilationem petiiſſe, utique ad effectum præparandæ defenſionis: à Judice verò illum denegatum fuiſſe. Et dicunt quidem in Apologiâ ſuâ Dnn. N. N. Conſtitutioni Criminali adverſari huic puellæ, ut pote propriâ confeſſione, ſententiâ item judiciali ſatis convictæ Sagæ, dilationem & moram, non tam propriæ defenſionis ergò, ſed ſimpliciter tantùm ſine cauſæ additione indulgere, *pag. 20.*

Verum cùm ex iis, quæ ſupra deduximus, ſatis liqueat, proceſſum iſtum contra puellam iſtam non ſervatô juris & Carolinarum Conſtitutionum ordine nulliter fuiſſe agitatum ipſamque inſecutam ſententiam eodem morbô infectam, executioni mandari non potuiſſet, cùm ſententia nulla executionem non mereatur, *Clement. Paſtoral. circa fin. de re Jud. l. 1. §. ult. l. 4. §. condemnatum ff. de re judic. l. ult. C. de ſent. ex brevic. recit. Berthazol. Conſ. Crim. 79. per tot. Matth. de Afflict. Deciſ. 220. n. 9. junct. deciſ. 293.*

Et fruſtra ſe referunt in hoc puncto Dnn. Capitulares ad Carolinas Conſtitutiones, cùm eas in plurimis capitulis & ipſis ſubſtantialibus hujus Proceſſus omninò neglexerint, *l. auxilium 37. in fin. ff. de minor.* §. 12. *C. de jure deliber.*

Neque in Carolinis Conſtitutionibus invenimus ullô in locô, non legitimè accuſatæ, nullô defenſæ, ex ſolâ confeſſione, non habitâ diligenti inquiſitione circumſtantiarum loci, temporis, &c. condemnatæ, neque aliis argumentis & teſtibus convictæ, provocanti & terminum defenſionis petenti, eum eſſe denegandum. Quinimò in hôc Carolinæ Conſtitutiones cum jure communi concordant, quod regulariter Reum, niſi aliter de corpore delicti & circumſtantiis confeſſis liquidò conſtet, morte mulctandum, vel etiam torquendum vetet, ut ſuo locô deduximus. Indeque quamvis quibusdam in locis corruptiſſimô judiciorum more, ut dicit *Sichard. ad l. 16. n. 14. C. de jure de l.* provocationes à Criminali ſententiâ non admittantur, ſi reus delictum ſit confeſsûs, de quô etiam aliter quàm per ipſius confeſſionem liquebat, hoc enim fortè caſu Judex non erraret, qui ſententiam capitalem exequeretur intra datum tempus ad appellandum, inquit *Bald. in l. obſervare, §. proficiſci poſt n. 9. de offic. procon. quem allegat. & ſequitur Clar. in §. fin. q. 96. r. 2. Hieron. Treutler. Diſput. ult. the. 3. l. t. d. vol. 2. cui concordat. text. in l. ob. 2. Cod. quorum appellat. non recip.*

Ubi Impp. Conſtantius & Conſtans reſcripſerunt Maleficos & Veneficas tum demum poſt ſententiam non eſſe audiendos, ſi argumentis convicti, teſtibus ſuperati, voce etiam propriâ ſcelus confeſſi ſint. Sed puella noſtra neque argumentis fuit convicta, neque teſtibus ſuperata, ſed tantum delictum ita ſatis inconſtanter & variè confeſſa, adeoque propter variationem, contrarietatem & incertitudinem ne quidem voce ſuâ convicta. Ideoque cùm

cont

ontra nudas iſtas confeſſiones magnâ ex parte otoriè falſas, erroneas, varias & incertas plurima deducere & innocentiam ſuam detegere otuiſſet, datô ſibi defenſionis terminô & Denſore, in quô concedendô, ex ſupra dictis tionibus Judicem non decuiſſet ſe ita difficim reddere, cum in morâ modici temporis on magna ſit jactura, teſte *JC. Ulpian. in l. 1. ff. de Judic.* maximè, ubi agitur non de ande legendâ, vel pecore paſcendô, ſed de pite & vitâ hominis, *Daniel. cap.* 13. §. 48. ſeqq. Hinc rectè ait Poëta:

Nulla unquam de vitâ hominis cunctatio longa eſt.

Et Divus Trajanus Aſſiduo Severo reſcriit: Satius eſſe impunitum relinqui facinus ocentis, quàm innocentem damnare, teſte *lpian. in l. abſentem ff. de pœn.*

Indeque Juſtiſſimus Judex & ſcelerum Vinx acerrimus, Jehovah, Abrahamo Patri redentium ſignificavit, propter decem juſtos, ti Sodomorum multitudini & multis injuſto m millibus parciturum, ſi invenirentur, *Geneſ. p.* 18. §. *ult.*

Et ſanè ſtolida hæc Puella cùm ante ſentenm in judiciô non fuerit de capite accuſata, atis lubrico & facilitate ita varia & multa in i aliorumque damnum contra Veritatem, atre delatore & ſuggeſtore, qui longè alium, ıàm hunc ſperavit calumniarum & delationis udelis exitum, faſſa eſt, quod utique, ſi m ita de capite agi intellexiſſet, nunquam ciſſet.

Præterea licet propter lubricum conſilii in titione termini non expreſſerit, quod eum l effectum formandæ & præparandæ ſuæ Denſionis & Innocentiæ deducendæ petierit, taen hæc utique, non alia, cauſa præſumenda at Judici, cùm quis ſanguinem ſuum qualiter ualiter redemptum velit, *l. 1. ff. de bon. eoım, qui ant. ſent. Cicer. pro Mil.*

» Decimò ſeptimò narratur in facti ſpecie, poſtquam puellæ huic propria confeſſio ante facta judicialiter prælegeretur, eaque ſine ullô Curatore & Defenſore ad omnes articulos affirmando reſponderet & ad hæc ſententia Capitalis promulgata fuiſſet, non tantùm Patrem filiæ minorennis, ſed & hanc ipſam contra eandem ſummè proteſtatos &c. eoque non obſtante Executionem ſententiæ in actum eductam fuiſſe. Jam verò ex his apparet, m Patrem Puellæ, quàm ipſam puellam ſenſe ſe ſententiæ illius aſperitate & iniquitate avatam, adeoque ad Superiorem provoſſe, quod de Jure Civili etiam in Crimina ous non ſolùm ipſi Reo damnato, ſed cuivis iam Extraneo, tanto magis Patri, expreſsè rmiſſum, neque ullâ univerſali & pragmaâ Lege prohibitum, *text. in l. notandum ff. de appellat.* Ubi JC. Ulpianus non tan m Ei, inquit, qui ad ſupplicium ducitur, provocare permittitur: verùm alii quoque nomine ejus, etiam ſine mandato, neque diſtinguitur, utrum neceſſarius ejus ſit, nec ne. Credo enim humanitatis ratione omnem provocantem audiri debere. *Et l. lege Julia, 7. ff. ad L. Jul. de vi publ.* ubi idem Ulpianus, Lege, inquit, Juliâ de vi publicâ tenetur, qui cùm Imperium poteſtatemque haberet, Civem Romanum adverſus provocationem necaverit, verberaverit &c. *l. 2. ff. 2. §. de pœn.* Ubi idem Ulpian. Cùm, inquit, accipiemus damnatum, qui non provocavit, cæterùm ſi provocet, nondum damnatus videtur, *fac. l.* 13. §. 2. *ff. qui teſtam. fac poſſ. l.* 6. §. 3. *C. de appellat. l.* 29. *Cod. eod.* Ubi Imperatores Arcad. & Honor. hanc addunt rationem: ut videlicet cauſa in appellationis judiciô diligentius examinetur, ubi contra hominis ſalutem, per errorem vel gratiam cognitoris oppreſſa putatur Juſtitia, *junct. l.* 30. *C. eod. l.* 6. §. *fin. C. de Epiſc. and. l. C. ſi pendent, appellat. mors interv. cum ſimilibus, latè Farinac. de pœnis temper. q.* 101. *num.* 1. *& ſeqq.* Et de Jure Canonico Judicem non deferentem Appellationi, in cauſâ Criminali ab officiô deponi teſtatur *Nicol. Boër. deciſ.* 153. *num.* 4.

Et quamvis ſint, qui ſtatuere non verentur de generali & inveteratâ Germaniæ conſuetudine appellationes in Criminalibus non recipi: Tamen hîc probè obſervandum, experientiſſimos Germaniæ JCtos ſimpliciter & in univerſum appellationes in Germaniâ ſublatas eſſe in Criminalibus, nuſquam reſpondere, ſed temperamento adhibitô reſtrictè ſcribere, *in pleriſque* Germaniæ locis appellationes non recipi, *Matth. Weſenbec. in Paratitl. de appellat. recip. n.* 3. *junct. his, quæ tradit item conſ.* 43. *n.* 131. *Erneſt. Cothman. Conſil.* 4. *n.* 82. *vol.* 3.

It. per Germaniam *quodammodò* receptum eſſe, ne in cauſis criminalibus appelletur, *Johann Ferrar. in tr. de appellat. lib.* 1. *c.* 5. *n.* 58. *Daniel. Moller. l.* 4. *ſemeſtr. n.* 1. *& ſeqq.* Ubi teſtatur non ſolùm in ditionibus omnium Electorum & Ducum Saxoniæ, quæ pars ſunt Germaniæ non exigua, appellationes in cauſis Criminalibus admitti, ſed alibi etiam in Germaniâ ita obſervari. Atque ita Facultatem Juridicam Marpurgenſem, à Duce Megapolitanô conſultam, reſpondiſſe & ſecundum Reſponſum prædictum Celſiſſimum Ducem pronunciaſſe teſtatur *Erneſtus Cothman. Conſ.* 16. *n.* 162. *vol.* 1.

Idque etiam ita ex Ordinatione Curiali Pomeraniæ obtinere, ac in eandem ſententiam Facultatem Juridicam in Academiâ Roſtochienſi reſpondiſſe teſtatur idem *Cothman. Conſ.* 4. *num.* 84. *&* 85. *vol.* 3. Ita & Facultatem Juridicam in Academiâ Giſſenâ, de caſu criminali ex Ducatu Brunſuicenſi conſultam de jure reſpondiſſe teſtatur *Henricus Nebelcrä, quæſt.* 21. *Rüt-*

21. *Rütger Ruland. in Tr. de Commiſſar. & Commiſſion. Part. 1. l. 2. cap. 3. ſub num.* 8. Ubi appellationes in criminalibus paſſim recipi teſtatur in Sabaudiâ, quæ Imperii Romani eſt Provincia, *Receſſ. Imp. Spir. de Anno* 1544. *in pr. & de Anno* 1541. §. *Poſtquam verò. in Schleidan. l.* 10. *comment.* Appellationes in criminalibus, & in ſpecie in Veneficii crimine recipi teſtatur *Amon Fab. in Con. rerum in Sabaud. judic. lib.* 9. *tit. defin.* 1. & 2.

Cùm itaque de jure apertô & manifeſtô in criminalibus appellatio ſit permiſſa, allegans, de conſuetudine locum non habere, ipſam in eô ipsô loco, in quô prætenditur illa vigere, probare debet, ex quô regula eſt in contrarium, *per doctrin. gl. in l. omnis definitio, ff. de Reg. Jur. Joh. Fichard. conſ.* 36. *n.* 5. *Erneſtus Cothmannus Conſil.* 24. *num.* 7. 8. *vol.* 1. Incertum autem eſt, num talem conſuetudinem contra jura ſcripta Domini N. N. in illô judicii ſui locô probare poſſint. Neque ſufficeret probare ſolum non-uſum, ſed neceſſe eſt, ut probetur & caſus tales contigiſſe, vel contra dictô judiciô, vel artibus, longô retrò tempore obſervatis, contrarium introductum, *Cyn. ad l.* 2. *C. quæ ſit long. conſuet. Barth. in* §. *anteà in proœm. ff. Proſp. Farinac.* 1. *conſ.* 30. *num.* 108. *Cacheran. Deciſ. Pedemont.* 99. *num.* 7. & *ſeqq. Hieron. Schurff.* 3. *Conſil.* 47. *per tot. Honded.* 1. *Conſil.* 110. *num.* 22. *Hugo Donell. lib.* 1. *comment. cap.* 10. Ubi eleganter deducit ad tollendam legem veterem non ſufficere eâ non uti, niſi etiam contrariô factô populus declaret eam ſibi improbari.

Verùm pro ratione dubitandi urgens militat fundamentum, quod deſumitur ex noviſſimis Imperii Conſtitutionibus, in quibus indefinitè refertur, inveteratam eſſe Germaniæ conſuetudinem, in Criminalibus appellationes non admitti *R. I. Auguſta Vindel. de Anno* 1530. §. *item, cùm hactenus ab aliquô temporis ſpatio &c. Ordin. Cameral. part.* 2. *cap.* 28. Ex quibus apparet, non ſolùm illam eſſe Germaniæ Conſuetudinem, ſed etiam eam ipſam pragmaticâ Imperii comprobatam, atque ita ſub teſtimoniô comprobant *Mynſing.* 4. *obſerv.* 41. *Geil.* 1. *obſerv.* 1. *num.* 28.

Ad hæc Reſpondetur I. Publicas iſtas Imperii Conſtitutiones principaliter ad Imperiale pertinere tribunal, uti modò citati loci & interpretes oſtendunt & docent, *Erneſt. Cothm. Conſil.* 14. *n.* 9. & *conſil.* 16. *n.* 158. *vol.* 1. Cùm verò juris communis correctoria ſit Lex, reſtrictè accipi debet, neque de locô ad locum, neque de tribunali ad tribunal extendenda, *l. jus ſingulare, ff. de legib. Franciſcus Aretin. conſil.* 44. *n.* 1. *Hippolyt. Riminald. conſil.* 350. *num.* 7. *lib.* 3. Et in ſpecie, quod ſtatuta & conſuetudines tollentes appellationes in cauſis criminalibus, tanquam non ſolùm Juris Civilis, ſed etiam quodammodò naturalis correctoriæ non extendendæ, ſed quoad ejus fieri poteſt, reſtringendæ ſint, teſtatur *Ludolph. Schrader. inter conſil. var. German. conſil.* 40. *n.* 81. *part.* 1. quem ad hoc allegat *Daniel. Moller.* 4. *ſemeſt.* 3. *c.* 33. *n.* 2.

II. Reſpondemus, verba illa allegatarum conſtitutionum in hoc quidem eſſe diſpoſitiva, ne in Camerâ recipiantur appellationes cauſarum criminalium; quantum verò ad allegatam in iis conſuetudinem attinet, planè ſunt narrativa & relativa, cùm in iis de tali jure non diſponatur, ſed ſaltem narretur, talem in Germaniâ eſſe conſuetudinem. Verba autem legis narrativa Jus non faciunt, *l. non Epiſtolis. l. non nudis adſeverationibus, C. de prob. Bart. in l. qui volebat., ff. de hæred. inſtit. Jaſ. in l. ex his, & per ill. text. n.* 2. *C. de milit. teſtam.* Maximè, quando in correctoriis juris & odioſis, ut hoc caſu, verſamur, *cap.* 1. *in fin. de fil. præſtit. Tiber. Decian. Reſp.* 120. *n.* 17. *vol.* 3. *Surd. conſil.* 168. *n.* 47. *Joh. Gœdd. Conſ. Marpurg.* 26. *num.* 120. *vol.* 1. Idque tantò magis obtinet, quando principaliter contingit dubitare de eô, quod in factô præſupponitur & enunciatur, uti declarat *Alex. conſ.* 2. *vol.* 1. & *conſil.* 136. *col.* 7. *eod. vol. Bald. in l. ad probationem, C. de locat.*

Jam verò hîc contingit dubium de eâ ipſa univerſali, quæ in dd. conſtitut. enunciatur, conſuetudine & ex iis, quæ deducta ſunt, patet in universâ Saxoniâ, it. in Ducatu Megapolitano, Pomeraniâ & aliis locis Germaniæ iſtam conſuetudinem non obtinere, ſed Jus commune adhucdum circa recipiendas appellationes cauſarum criminalium obſervari: ideoque generaliter ad omnia Germaniæ loca, ſalvâ veritatis ſubſtantiâ, quæ nudis aſſertionibus non vitiatur, *l. illicitas,* §. 1. *ff. de offic. præſid.* inferri non poteſt, cùm vel unâ datâ inſtantiâ argumenti generalis nervus incidatur, *l. is, qui, ego,* & §. *quæſitum, ff. qui vi aut clam, pavonum, inſtit. de rer. diviſ. Card. Man. de tacit. & ambig. convent. lib.* 13. *tit. num.* 43.

Quamobrem cùm iſtæ conſtitutiones ſe referant ad conſuetudinem Germaniæ, quam non in omnibus locis obtinere expeditum eſt, eatenus obtinent, quatenus probari poteſt, hoc vel illô locô Germaniæ per conſuetudinem inveteratam Jus commune abrogatum eſſe: quia eatenus creditur referenti, quatenus reperitur in relato, *Auth. ſi quis in aliquô, Cod. de edend. l. in teſtamento, ff. de condit. & demonſtrat. in gl. in c.* 1. *de fid. inſtrum. Spec. cul. de inſtrum. edit.* §. *reſtat. col. fin.* §. *per Herman. Vultej. conſil. Marp.* 16. *num.* 2. adeò, ut ſi referenti aliud inſertum ſit, quàm in relato deprehenditur, id per incogitantiam & errorem factum præſumatur, uti declarat *Decian. conſil.* 63. *n.* 6. *verſ. nec obſtat.* Quem ad hoc allegat *Menoch. conſ.* 1. *n.* 95. & *Vincen.*

incent. Honded. 2. *conſil.* 69. *n.* 79. *Surd.* *nſ.* 381. *num.* 24. Et veritas, quomodo-ınque apparet, prævalere debet opinioni & innixæ aſſertioni, *Socin. Jun. conſil.* 180. .82. *&* 84. *lib.* 2. *Tiber. Decian. conſil.* 33. *b.* 1.

III. Reſpondemus per aſſertionem & Sumni Legislatoris Principis, etiam in lege pragmacâ factæ, non probari conſtitutiones ſpecias locorum, utpote in nudô & merô factô conſtentes, *text. eſt apertus in cap.* 2. *de conſtit.* 6. ubi valdè accommodatè & in terminis noris Bonifacius VIII. ita conſtituit: Licet Roanus Pontifex, qui omnia Jura in ſcriniô peoris ſui cenſetur habere, conſtitutionem conendo poſteriorem, priorem revocare noſcar: quia tamen locorum ſpecialium & pernarum ſingularum conſuetudines & ſtatuta, ım ſint facti & in factô conſiſtant, poteſt probiliter ignorare: ipſis, dum tamen ſint ratiobilia, per conſtitutionem à ſe noviter editam iſi id expreſsè caveatur in ipſa) non intellitur in aliquô derogare. In quô textu ſatis ertè cavetur, in probatione conſuetudinis, nquam dubio facti, etiam ſummum Principem errare poſſe, & ita refert hunc textum *Peus Foller. in Conſtitut. regn. Sicil. tit. de fic. Juſtitiar. n.* 9. *Roch. Curt. de conſuet.* *ct.* 8. *n.* 9. Et poſt hos ita deciſivè ponderat textum hunc Dn. Referens in cauſa Viermundt contra Viermundt, apud *Meichſn. de Camer.* 14. *n.* 62. *& ſeqq. Tom.* 3. ubi conudit Principi aliquid affirmanti, quod juris eſt, s aſſertioni ſtandum eſſe, ſecus ac in iis, quæ ti ſunt, per tradita *Socin. Sen. conſil.* 87. *n.* 18. *b.* 3. Præſertim cùm ex quotidianô rerum u appareat, quamlibet ditionem, civitatem, ò quemlibet ferè vicum peculiares ſuas hare conſuetudines, *Bender. in Tract. de Re. conclu ſ.* 33. *n.* 16. Quas Princeps etiam udentiſſimus ignorare poteſt probabiliter, *d. p.* 1. *de conſtit. in* 6. *junct. l.* 2. *ff. de jur. & ct. ignorant.*

Quamobrem niſi illam conſuetudinem in ecie in illô locô contra Jus inductam Dnn. N. probare poſſent, vel niſi ab iis immediatè Cameram & non Reverendiſſimum loci Epipum provocationes procedunt, de quô no non conſtat, humanitatis ratione & urgente ctoritate admittere puellæ hujus, ejusque Patis provocationem debuiſſent. Præterea icquid ſit de illâ conſuetudine & Lege Imrii, prohibente appellationes cauſarum crinalium in Camerâ, certum tamen eſt Nullis querelam in Cauſis Criminalibus in Cameadmitti & aliquoties deſuper proceſſus decre, *Ordinat. Camer. Part.* 1. *Tit.* 28. *Mynger.* 4. *obſerv.* 42. *Roding. in Pandect. Caralib. lib.* 1. *cap.* 29. *Rütger Ruland. de mmiſſar. & Commiſſion. Part.* 1. *lib.* 2. . 3. *n.* 2. *Geil.* 1. *obſ.* 1. *n.* 28. *Tob. Paurmeiſter. de Juriſd. Imp. Rom. lib.* 2. *cap.* 4. *num.* 155. *Bender. de Reviſ. concluſ.* 33. *num.* 30.

Cùm itaque tam Puella ipſa, quàm Pater ejus ſuſpendi Executionem petierint, adeoque ipsô factô provocaverint, dubium non eſt, propter notorias ex primâ Actorum Inſpectione apparentes iniquitates; videlicet, quòd puella minorennis in Judiciô Criminali indefenſa, nulla præviâ accuſatione, nullo ei dato Curatore, ex nudis confeſſionibus, iisque variis, magnâ ex parte erroneis, falſis, contrariis & incertis, omiſſa diligenti loci, temporis, aliarumque circumſtantiarum Inquiſitione, graviori quàm Carolina vult Conſtitutio, pœnâ damnata ſit, talem provocationem à Superiori receptam fuiſſe, ac Judicem loci ſuſpenſa executione, coram Judice Superiori, in terminô citationis comparere & legitimè proceſſum eſſe, per acta criminalia docere debuiſſe, per tradita *Geil. d. obſ.* 1. *n.* 28. *Erneſt. Cothman. conſil.* 29. *n.* 473. *vol.* 3. Hoc cùm non fecerit Judex loci, Puellæ defenſionem ab ipsâ naturâ monſtratam, notoriè erroneas & falſas confeſſiones convellendi eripuit, ſuperioris etiam jurisdictionem contempſit & violavit.

Denique tradunt Dd. etiamſi ſtatuto vel conſuetudine expreſsè prohibeatur in Criminalibus Appellatio & Nullitatis querela, tamen hoc non procedere, ſi conſtet ex Actis de manifeſta ſententiæ injuſtitiâ & nullitate notoriâ, *gl. Abb. & alii in c. ex conqueſtione, de reſtit. ſpoliat. Marſil. conſil.* 64. *num.* 20. *cum pluribus ſeqq. Vant. de Nullitat. Tit. ex defect. Jurisdict. n.* 4. *&* 5. quos & alios in terminis noſtris ad hoc allegat & multis perſequitur *Berthazol. conſil. crimin. num.* 1. 2. 3. *& ſeqq.* Item quod appellatione prohibita nihilominus appellare quis queat, ex causâ juſtâ, quam acta monſtrent & notoriam faciant, *Tyraquell. in Tr. le mort. ſaiſit le vif. in* 6. *part. declarat.* 6. *in princip. num.* 4. *Lancellot. de attentat. part.* 2. *de attentat. appellat. pendent. cap.* 12. *num.* 51. Quos in terminis noſtris ita citat & ſequitur *Erneſt. Cothman. conſil.* 16. *n.* 156. *vol.* 3. Quin autem ex Actis appareat, puellam hanc ejusque Patrem juſtiſſimam propter enumeratas ſupra nullitates & injuſtitiam provocandi, ſanguinemque ſuum, juvenili facilitate & erroneis confeſſionibus periclitantem, redimendi cauſam habuiſſe, dubium nemini eſſe poterit.

Decimo octavò conſiderando jam Proceſſum iſtum, quatenus Nobiliſſimam Dn. Viduam ejusque filiam implicat & inquiſitionem ejusque publicationem contra eas concernit: certum eſt, illum nullitates palpabiles involvere & contra aperta Jura inſtitutum eſſe.

Ubi Primò præſupponimus, inquiſitionem ſpecialem contra certam perſonam, qualis hæc

contra

contra Dominam Viduam fuit, eſſe de genere prohibitorum: quia regulariter à Jure prohibita eſt, niſi in caſibus à Jure expreſſis, ſecund. *Bald. conſil.* 124. *col.* 2. *vol.* 5. quem ad hoc allegat *Robertus Marant. part.* 6. *rubr. de inquiſit. n.* 6. Maximè contra perſonas & Matronas Nobiles, pietate & vitæ honeſtate conſpicuas, in quas ſuſpicio inquiſiti criminis non cadebat, *cap. cum oporteat, c. qualiter & quando, extr. de accuſat. Conſtit. Crimin.* „ *art.* 25. *verſ.* Primo, an ſuſpectus levis ejus- „ modi Perſona malæque famæ ſit, ut ſuſpicio „ criminis in eandem cadat &c. *Junct. art.* 31. §. *Quarto.*

Secundò, certi ac indubitati juris eſt, inquiſitionem ſpecialem piè, ritè & legitimè inſtitutam & formatam non cenſeri, niſi præcedentibus indiciis urgentibus, vel diffamatione, quæ ortum habuit à Perſonis fide dignis & honeſtis, *text. in d. c. cùm oporteat, c. qualiter & quando, de accuſat. c. inquiſitionis, §. tertiæ, eod. cap. licet Heli extr. de Simon. l.* 1. §. *idem Cornelio.* §. *Divus Severus, ff. de quæſt. Conſt. Crim. Car. V. artic.* 6. *in princ. Marſ. in Pract. Crim.* §. 2. *n.* 87. *Boſſ. in tit. de inquiſit. n.* 21. *Menoch. de arbitr. q.* 78. *num.* 1. *lib.* 1. *Clar.* §. *fin. q.* 5. & 6. *Proſp. Farinac. conſil.* 86. *n.* 61. *in fin. Berthazol. conſil.* 557. *num.* 1. *Erneſt. Cothman. conſil.* 29. *num.* 125. *vol.* 3.

Quin imò illa diffamatio, præterquam quod à fide dignis ortum habeat, debet eſſe crebra, ita quod generet ſcandalum & quod ad eam amplius conniveri nequeat, *d. c. qualiter & quando, Gandin. de malefic. verb. quod vel à quibus, n.* 11. *Socin. Jun. conſ.* 37. *in princ. vol.* 2. *Ruin. conſil.* 147. *in pr. vol.* 5. Ita quaſi videatur populus ipſe diffamatum, tanquam reum criminis, deferre Judici, ut in his noſtris terminis & veneficii crimine notat *Godelman. de Mag. & Veneſ. lib.* 3. *cap.* 3. *n.* 6. 7. & 8. Atque de illâ diffamatione ex Actis Publicis conſtare debet, *Honded.* 1. *conſil.* 108. *num.* 12. *Berthazol. conſil. crim. n.* 29.

Ideoque Judice ſine diffamatione inquirente, non ſolùm ipſa inquiſitio redditur nulla, ſed etiam is tenetur Inquiſito ad expenſas & contra Eum præſumitur de calumnia, *Pariſ. de Put. Tractat. Syndic. verb. Inquiſitio, col.* 2. & 6. *Robert. Marant. part.* 6. *tit. de inquiſit. num.* 31. *allegans ad hoc Bald. in l. ſancimus,* 15. *col. fin. C. de Jud. Roland. d. conſil.* 3. *num.* 13.

At in noſtrô caſu nulla contra Dominam Viduam ejusque filiam de veneficii crimine præceſſit diffamatio, neque ulla alia indicia, quæ ortum traxerint à fide dignis, ſed à puellæ illius Patre, homine malevolô & calumniatore leviſſimô, qui enormia hæc delicta falſiſſima, de Dominâ Viduâ ejusque filiâ typo malitiæ, non verò juſtitiæ & veritatis zelo ductus, Judici intimavit, ut loquitur *Pontifex, in d. c. cùm oporteat, verſ. verum dictus. de accuſat.*

Judicem autem ad hominis unius, ejusque leviſſimi & malevoli delationem, nullâ præcedente diffamatione, contra honeſtam Perſonam inquirere diſertè vetat *text. in d. cap. cùm oporteat, ibi*: Diſcretioni veſtræ mandamus, niſi ſuper prædictis (non obſtante delatione illo caſu factâ) famam ipſius læſam eſſe noveritis, vos ad inquiſitionem non ſubitò procedatis, concord. *Conſtitut. Crimin. Car. V. art.* 6. *in pr. & art.* 25. *ibi*: ne illud ab inimicis aut frivolis hominibus, ſed impartialibus proficiſcatur.

Et Judicem, ſine indiciis de perſonis maximè honeſtis inquirentem, non tantùm injuriâ inquiſitum afficere, ſed eò amplius graviter puniri poſſe & non Judicis, ſed canis nomen mereri, apertè ſcribit *Raphael Fulgoſ. conſil.* 106. *num.* 2. uti eum allegat & ſequitur *Cothman. conſ.* 7. *n.* 47. *vol.* 1. Neque enim Judicem ad delationem cujusque hominis leviſſimi ita oportet vagari cum diſcrimine alienæ exiſtimationis, ut loquitur *Ulpianus in l. Prætor.* 7. *in pr. ff. de injur.* Neque honeſtarum perſonarum famam & ſalutem infimorum & malevolorum arbitrio committere, *l. unius* §. *ſervo ff. de quæſtion.*

Imò tantum abeſt, ut talia hominum leviorum de Viris bonis & nobilibus ac honeſtis Matronis crimen ſpargentium teſtimonia contra hos probationem aliquam certam faciant, *l.* 1. §. 5. §. 17. & 19. *ff. de quæſt. c.* 1. *extr. de confeſſ. Weſenbec. conſil.* 98. *num.* 11. ut ne quidem ſiniſtra eos gravent opinione, *l.* 1. §. *ſervi quaſi ſceleris participes. ff. de quæſt. Erneſt. Cothm. d. conſil.* 29. *n.* 105. & *ſeqq.*

Quare cùm in caſu præſenti ad ſolam cæmentarii illius, puellæ noſtræ patris & novercæ delationem, notoriè falſam & frivolam, non præcedente diffamatione, vel aliis urgentibus indiciis, ad inquiſitionem ſpecialem contra Dominam Viduam ejusque filiam proceſſerint, interrogando ſuper articulis delatis puellam, eique contra juris ordinem ſuggerendo, dubium non eſt, inquiſitionem illam ipsô jure nullam eſſe, per text. *in d. cap. cùm oporteat. & c. qualiter & quando, de accuſat. Farinac. in Pr. Crim. q.* 1. *n.* 40. *Decian. in Tr. crim. lib.* 5. *c.* 29. *num.* 41. in tantùm, ut hujusmodi Inquiſitionis nullitas, ex defectu indiciorum deſcendens, omnia acta poſt facta pariter inficiat, nullaque reddat, etiamſi de crimine excepto agatur, *Rol. à Valle conſ.* 51. *n.* 23. *vol.* 1. *Farinac. d. q.* 1. *num.* 44. *Honded. conſ.* 108. *num.* 13. *lib.* 1. quos ad hoc allegat *Facultat. jurid. Colonienſ. in conſil.* quod extat inter *conſ. Cothm. poſt.* 29. *n.* 119. *Vol.* 3.

Præter

Præterea tantò minus cæmentarii hujus iominis leviſſimi & infimæ ſortis delationi alſiſſimæ, contra Dominam Viduam ejusque iliam, habentes apud omnes cordatos pieta- is & honeſtatis teſtimonium luculentum, ut ùprà in ſecundæ quæſtionis Reſolutione *num.* 82. *& mult. ſeqq.* probavimus, Judex redere debuiſſet, cùm nullam aliam lelationis ſuæ rationem reddere potuit, uàm hanc, quod à puellâ iſtâ ſtolidâ, ninorenni, peſſimè educatâ, à Diabolo cor- oraliter obſeſsâ, & quæ ſe falsò criminis ſo- iam dixerat, audiverit & perceperit, quæ non olùm propter multos, imò plurimos defectus uprà in ſecundæ quæſtionis reſolutione *n.* 200. *& aliquot ſeqq.* enumeratos, teſtimonium ontra Dominam viduam ferre non potuit: ed etiam interrogata à Judice, hanc dicti ſui neptiſſimam rationem adduxit, ſe à Diabolo udiviſſe, Dominam Viduam ejusque filiam ſſe in conſortio Sagarum, quamvis poſteà va- iando & contradicendo ſibi aliam dicti ratio- em attulerit. Itaque primus hujus diffama- onis auctor fuit Diabolus, deinde calumnian- um malignitas & temeraria Judicis credulitas: t neque puella iſta, neque pater ejus fide di- ni & integri fuêre ad inducendam diffamatio- em & ſufficientia ad inquirendum indicia, quâ e re ſupra latius egimus. Et ad probandam alem famam, quæ viam aperit inquiſitioni, non ſſicit teſtem dicere ſe audiviſſe ab unâ & ſolâ uadam puellâ, à Diabolo illusâ, & pro obſeſ- â habitâ, quævè Diabolum dicti auctorem al- egêt: ſed à majori populi parte ejus loci, in uô fama ſpargitur, *Bart. in l. de minore*, §. *lurimum, n.* 14. *ff. de minor. Bald. in rubr. um.* 5. *C. de probat. Pariſ. conſil.* 153. *num.* 3. *part.* 4. *Burſat. conſil.* 192. *num.* 31. *ol.* 2. *Natt. conſ.* 388. *num.* 3. Quibus & oc addimus, quod de jure minor non poſſit ſe denunciator maleficiorum, *Dyn. in l. de upillo, ff. de nov. oper. nunc. quem refert. ſequitur Bald. in l. in pr. C. in quibus uſ. in integr. reſtit. non eſt neceſſ. Tiber. ecian. in tract. crim. lib.* 3. *cap.* 12. *n.* 22.

Si itaque minor non eſt idoneus denuncia- r ad effectum formandæ inquiſitionis ſpecia- , neque is, qui non niſi à minore ſe id audi- ſſe aſſerit, idoneus denunciator erit ad inqui- ndum, cùm non plus credatur deferenti, uàm auctori ejus, nec plus copiæ, quàm ori nali, per tradita *Honded.* 1. *conſil.* 1. *num.* 2. *num.* 58. quia ex cauſæ primæ influxu eratur ſecunda, *Zaſ.* 2. *conſ.* 1. *num.* 107. *eil.* 2. *obſ.* 1. *num.* 8. neque plus eſt in cau- o, quàm procedit ab influente potentiâ uſæ, *Bald. in l.* 1. *ff. de Senator. l.* 1. *c. dignit.* & causâ primâ infectâ, ſecunda et- m inficitur, quia gubernatur à primâ, *Cra- tt. conſil.* 1. *pro gener. num.* 402.

Deinde puella hæc profeſſa eſt, ſe ſociam

Novell. Val.

criminis, & ut talem, Dominam Viduam falsò indicavit. Atqui dictum ſocii criminis famâ non præcedente, non eſt ſufficiens ad inquirendum judicium, maximè contra perſonas Nobiles & Honeſtas, in quas ſuſpicio tam gravis delicti non cadit, *Hippolit. de Marſil. in Pract. Crimin.* §. *conſtanter. n.* 93. *& in* §. *diligenter, num.* 67. *& conſil.* 35. *num.* 52. *Plot. in repetit. l. ſi quando,* 16. §. 4. *n.* 24. *C. unde vi, ubi teſtatur de communi, Berthazol. conſil. crimin.* 556. *n.* 9. *junct. num.* 15. *Roland. à Valle conſ.* 51. *num.* 25. *& ſeqq. vol.* 1. *Robert. Marant. in ſpec. part.* 6. *tit. de inquiſit. num.* 23. ubi dicit rationem hujus eſſe expeditam, quia fama debet procedere à fide dignis & honeſtis. Socii autem criminis non ſunt tales. Ergò non præcedente famâ vel aliis indiciis dictum ſocii criminis non ſufficit ad inquirendum, *Conſtit. Crimin. art.* 25. §. *Primò. art.* 31. ſ. *Quartò &c.* Quibus & hoc accedit, quod in genere fœminarum narrationes non cenſeantur fide dignæ & tales, quibus tutò inſiſtere licet, ut poſt *Barbar. & Tyraquell.* tenet *Anton. Gabriel. com. concluſ. lib.* 7. *concluſ.* 8. *num.* 42.

Et quamvis *Farinac. q.* 43. *num.* 130. *Clar. quæſt.* 21. *num.* 6. & alii ſtatuant, dictum ſocii criminis facere indicium ad inquirendum, id tamen, ſi ipſi ita declarant, locum habere, quando contra ſocium talem nihil aliud opponi poſſet, quàm quod ſe ſocium criminis fecerit. At ſi alios prætereà defectus patiatur, & aliis etiam de cauſis ſit inhabilis, nullam omninò fidem facit, etiam in criminibus exceptis, ſed in totum repellitur, ut per doctrinam *Angel. in l. qui in judicio, ff. de accuſat.* tradunt *Marſil. conſil.* 74. *num.* 23. *Grammat. conſil.* 38. *num.* 9. *conſil.* 35. *n.* 27. *Roland. à Valle d. conſil.* 3. *num.* 31. 32. 33. *vol.* 3. *Fac. jurid. Colon. d. conſil. num.* 135. & hanc declarationem communiter approbatam ex *Laurent. Hieron. Riminald. & aliis* dicit *Vincent. Honded. conſil.* 93. *num.* 38. *& ſeqq. vol.* 2. quod latius perſequitur *Farinac. d. q.* 43. *num.* 178. ubi inter alia de defectu ſocii criminis, qui eſt minor, quod is repellatur, & in iisdem terminis de minore ita ſequitur, *Roland.* 3. *d. conſil.* 3. *num.* 26. *&* 27. *Berthazol. conſil. crimin.* 565. *n.* 14. ubi de ſocio criminis variò & ſibi ipſi contrariò, quod is non faciat indicium, neque ad inquiſitionem, neque ad torturam, *Burſat. conſil.* 204. *num.* 62. *Berthazol. conſ.* 40. *num.* 12. *lib.* 1.

Jam verò, præter ætatis defectum & variam ac inconſtantem hujus puellæ depoſitionem, multi alii ſupra adducti ſunt defectus, quòd videlicet communiter habita fuerit pro obſeſſa, quod Diabolus multa & varia per os ejus fuerit locutus, quòd fuerit malè educata,

malè cuſtodita, & à Patre aliisque Calumniatoribus ad diffamandas honeſtas perſonas inſtigata, quod rationem dicti reddiderit talem, ex quâ nonniſi falſitas & calumnia colligi potuit. Denique tanto minus hujus puellæ dictum nocere potuit Dominæ Viduæ ejusque filiæ, quòd illa neque mediantè juramentô, neque torturâ, ut ſocia criminis, illud depoſuerit, quòd tamen jura noſtra poſtulant, ut aliqua fides ſocio criminis haberi debeat.

Decima nona Nullitas ex hiſce jam colligitur, quod ſicuti Directores hujus Proceſsûs Criminalis, ex ſolâ delatione hominis leviſſimi, qui id ſe audiviſſe dixit à puellâ noſtrâ ſtolidâ, multis modis ad veritatis teſtimonium inhabili, quæque dicti ſui authorem Diabolum allegavit, non præcedente diffamatione, aut ullis aliis legitimis & ad inquiſitionem ſufficientibus indiciis contra Nobiliſſimam Dominam Viduam ejusque filiam, nec ritè, nec piè, nec legaliter inquirere, neque eas inter reos criminum in Protocollum ſuum referre potuerunt, vel debuerunt: ita tantò minus debuerint falſiſſimas iſtas delationes & delicta tam atrocia de Dominâ Viduâ ejusque filiâ, per meram ſuggeſtionem elicita, & contra juris ordinem in Protocollum relata, in prædictæ Dominæ Viduæ ejusque filiæ, ac totius familiæ dedecus & ignominiam, in judiciô, quod officina juſtitiæ & veritatis eſſe debet, publicare, licet ſuppreſſis id fecerint nominibus, iis tamen circumſtantiis, ut quivis facilè intellexerit iſta de Dominâ Viduâ ejusque filiâ publicari: Inſuper ipſam puellam aliquoties Dominam Viduam ejusque filiam in ipſa publicatione nominaſſe & proclamaſſe conſtat, quibus omnibus Judex nulliter & contra juris ordinem procedendo anſam & occaſionem præbuit.

Summa itaque hujus argumenti eſt: Quando Judex non poteſt contra aliquem ſine evidenti nullitate de jure formare proceſſum inquiſitionis ſpecialis, tunc etiam nec poteſt nec debet ea, quæ contra juris ordinem inquirendo congeſſit, maximè inquiſitô deſuper non auditô, publicare, cum inquiſiti honor & fama inde magis, quàm ex ipsâ inquiſitione lædi poſſit, & hoc noſtro caſu de factô Dominæ Viduæ fama inde à malevolis lacerata ſit.

Viceſſimò, poſitô ita, citra tamen veritatis præjudicium, Dominos Directores hujus proceſsûs ad ſolam delationem leviſſimi iſtius cæmentarii, juſtè potuiſſe inquirere contra Dominam Viduam ejusque filiam, easque referre inter res criminum capitalium, quod jure eos non potuiſſe modò demonſtratum eſt, eô tamen caſu publicari ille proceſſus, in quantum concernebat Dominam Viduam ejusque filiam, iis inauditis, & ad hoc non citatis, nullô modô debuiſſet. Idque ex hac juris ratione inevitabili & regulâ certiſſima: Quotiescunque aliquis ex actu, qui geritur, lædi, & contradicere poteſt, toties vocandus eſt, *text. in l. de uno quoque. & ibi gloſſ. & Zaſ. ff. de re jud. nam ita 39. ibi, adhibitis etiam his, qu contradicent, id eſt, qui læderentur, ff. d adopt. Hieron. Schurff.* 1. *conſil.* 9. *Geil.* 1 *obſ.* 48. *n.* 1. *Mynſing. obſ.* 6. *n.* 1. *cent.* 6.

Quod etiam in ſummô procedit Principe qui licet legibus ſit ſolutus, contra abſenten tamen & non vocatum procedere & aliqui in ejus damnum & præjudicium decerner non poteſt, per *text. ad hoc ſing. in Clemen Paſtoralis, de re judic. l. ult. C. ſi per vi vel aliô modô l. ult. ff. de natal. reſtit. cu ſimilibus.* idque juri Divino congruit, *Gene cap.* 18. §. 21. *cap. DEUS omnipotens,* 2 *q.* 1. *cap. quodlibet & quando, extr. d accuſat.*

Et hunc Proceſſum ipſe Jehova, Supremu Judex, in Paradisô Judicibus hujus ſeculi mon ſtravit, dum primos noſtros Parentes, Legi transgreſſores, prius ad Proceſſum inquiſition vocavit, & quamvis ſciret, illis defenſiones le gitimas non competere, tamen eas, quas pro tulerunt audivit, iisque demum auditis, ſenten tiam publicavit, *Geneſ.* 3. §. 9. *& ſeqq.*

Eſt enim citatio ſpecies defenſionis, qu ex ipſius naturæ promonat fontibus, *arg. ut vim, cum ſimilibus, ff. de juſt. & jur.* nemini deneganda, *l. defenſionis facultas. ibi Dd. ff. de jure Fiſc.* ne quidem Diabol ſi foret in judicio, ut loquuntur Dd. & *Ro Rom. Deciſ.* 364. Indeque nec ſtylo, n ulla conſuetudine induci poſſet, ut citatio actu, in quo quis lædi & contradicere pote omittatur, *Alex. poſt Bald. in l. ſic. ſub* 18. *ff. de legat.* 1. *Peregrin. int. conſ.* 8 *num.* 21.

Quamobrem nullitas ex defectu citatio proveniens inter omnes alias cenſetur pote tiſſima, *Nant. de Nullitat. tit. defect. cit* Certum autem eſt, ex hâc inquiſitione ejusq publicatione Dominam Viduam, ejusq filiam & totam familiam lædi & contradice potuiſſe, prout etiam de factô læſæ ſunt: Id que antequam ille proceſſus in vulgus, & d licta falſa pro veris in judicio de iis publicar tur, omninò eas prius vocare, & ſuper capi lis delationis audire Judex juris neceſſitate ſtrictus fuit, quâ de re text. in terminis, *d qualiter & quando, poſt med. ibi.*

Debet igitur eſſe præſens is, contra qu facienda eſt inquiſitio, niſi per contumaci ſe abſentaverit: & exponenda ſunt ei illa pitula, de quibus fuerit inquirendum, facultatem habeat ſe defendendi, & n ſolùm dicta, ſed etiam nomina ipſa teſti ſunt ei (ut quid, & à quô ſit dictum, appare) publicanda, nec non exceptiones & repl tio

nes legitimæ admittendæ: Nec per ſup-
eſſionem nominum infamandi, per exclu-
onem verò exceptionum deponendi falſum
dacia præbeatur. Et paulò poſt monet ibid.
xtus, in inquiſitione in omnibus diligentem
ſe adhibendam cautelam, ne fortè per leve
mpendium ad grave veniatur diſpendium,
rtr. de accuſat.

Atqui dubium non eſt, ſi capitula iſta dela-
nis illius cæmentarii, & deſuper nulliter for-
atæ inquiſitionis ſuggeſtivæ, Dominæ Viduæ
nsmiſſa, ipſique defendendi ſe Facultas data
iſſet, falſitatem hujus delationis & calumnia-
m facilè doceri, & ita jure impediri potuiſſe,
tam atrocia delicta de ſe falsò publicarentur,
out in ſeqq. brevibus demonſtrabitur.

Neque eſt, quod hic quis objiciat, illos de
um eſſe vocandos, quos principaliter & di-
ctò negotium tangit, non verò quibus obliquè
per conſequentiam præjudicium generari
teſt, *l.* 1. §. *denunciari*, 14. *ff. de ventr.*
ſpic. Udalr. Zaſ. ad d. l. de unoquoque n.
n. ff. de re judic. Vant. de Nullit. d. tit. de
tat. num. 19. *Schurff. d. conſil.* 9. *num.* 4.
olina de jur. primog. Hiſp. lib. 4. *cap.* 8.
m. 3. 4.

Nam ad hoc reſpondemus, illud procedere
is actibus, in quibus non agitur de præjudi-
& damno tertii non vocati irreparabili, ſed
ejus ſalvum & illæſum remanet. Et talem
am caſum continet *alleg. l.* 1. §. *denunciari.*

Quia ideo ibi non requirebatur citatio ſub-
uti, quod præjudicium non erat irreparabile,
ſalvum remanebat jus ſubſtituto probandi
rtum fuiſſe ſuppoſitum, *l.* 1. §. *fin. ff. de Car-*
n. edict. & ita ad hunc textum reſpond.
lin. in cap. fin. de Magor. & Obed. Proſp.
rinac. conſil. 168. *num.* 60. *in fin.* eamque
claratione Senatum Pedemontanum ap-
bare teſtatur *Oſaſc. Cacheran. Deciſ. Pe-*
m. 157. *num.* 14. *junct. n. ult. in fin.*

Atqui per hanc inquiſitionem & maximè
sdem publicationem actum fuit de famâ &
ſtimatione, adeoque pleno Dominæ Viduæ
sque Filiæ præjudiciô & damnô irreparabili.
oque omninò ſuper publicandis de eâ deli
falſis, prius cum ſuis defenſionibus audiendæ
ſſent: vel capitula concernentia earum perſo-
publicari non debuiſſent. Damnum namque
æ grave & irreparabile cenſetur, ideoque
itali æquiparatur, cum vita & fama pari paſſu
bulare dicantur, *l.* 8. §. *fin ff. quod met. cauſ.*
uſta 9. *ff. de manumiſſ. vind. gl. in cap.*
. extr. de his, quæ met. cauſ. Thom.
amnat. Deciſ. 98. *num.* 3. *Geil.* 1. *obſ.*
, ideoque fama & honor res omnium pre
iſſima, *l. ſi in duabus ff. de R. J. l. ex hac*
, ff. ſi quadrup. paup. fec. dicatur, cap.
a 11. *q.* 3. *Decian. Tract. Crimin. lib.*
cap. 25. *num.* 54. cujus theſaurus inæſti
bilis, *Proverb. cap.* 22. *Syracid. cap.*
Et ſicut lilium dans ſuavitatem odoris,
Val. Novell. ut dicit *Bald. in l.* 1. *col.* 1. *C. de confeſſ.*
purgat. Roland. à Vall. conſil. 98. *num.*
49. *vol.* 4. ejusque jactura gravior amiſſione
oculorum, per *text. in l. infamia, C. de*
decur. lib. 10. *Geil. d. obſ.* 123. *num.* 6.
vitaque ſine fama viva mors eſt, *arg. l. re-*
prehendendi, C. de Inſtit. & ſubſtit. l. pen.
de var. & extraordin. cognit. l. 1. §. *depor-*
tatos ff. de bon. poſſeſſ. contr. tab.

Usque adeò, ut honeſtis & Nobiliſſimis
Perſonis magis expediat mori, quàm vili-
pendi, *Bald. conſ.* 312. *viſis actis, lib.* 4.
col. 1. *in fin. Cravett. conſ.* 168. *num.* 2. *lib.*
1. & nonnulli mortem turpitudini anteponen-
dam cenſent, *Luc. Penn. in l.* 1. *C. de Ca-*
pitat. civ. cenſ. exim.

Indeque quod omnis is, qui confingit con-
tra innocentem tale aliquid, quòd illius ho-
norem & exiſtimationem lædat, vel propter
quod quis famæ periculum incurrere poſſit,
malè agat, & furi, latroni ac proditori æqui-
paretur, *cap. ex merito, cap. deteriores cap.*
ſumma iniquitas, 6. *quæſt.* 1. *cap. homici-*
diorum diſtinct. 1. *Petr. de Ancharan. conſ.*
365. *jus §. fin. inſtit. uti ex illis infert, &*
concludit Ludolph. Schrader. de Feud.
part. 9. *cap.* 4. *num.* 105.

Si itaque nec in Civilibus, ubi agitur de
plenô & irreparabili alicujus præjudiciô, etiam
per conſequentiam, fas non eſt Judici inaudi-
tis his, qui ita lædi & contradicere poſſunt,
procedere, tanto minus id licebit in Crimina-
libus & cauſis concernentibus famam & exi-
ſtimationem Honeſtarum & Nobilium Perſo-
narum, cum honor quibuslibet rebus pecu-
niariis præferendus ſit, *l. Julianus,* 26.
cum ibi not. ff. ſi quis omiſſ. cauſ. teſtament.
Bald. in C. ex ratione l. reprehendenda, 5.
& ibi Jaſ. Cod. de inſtit. & ſubſtit.

Prætereà apparet ex Protocollô publicatô,
multa capitula puellæ noſtræ eſſe prælecta,
quæ non ejus, ſed Dominæ Viduæ factum &
ei falsò imputata crimina principaliter attigê-
re, & nihil quicquam ad puellæ aggravan-
dum delictum conferre potuerunt, utpote
quod Domina Vidua Reverendiſſimi N. So-
rori aureum cochlear Arte Magicâ ſuſtulerit,
& unà cum alia fœminâ ad ipſum certô pre-
tiô diſtraxerit: It. quòd Reverendiſſimo &
Celſit. ſuæ Sorori in itinere, cum N. Rote-
burgum irent, inſidias magicas ſtruxerit, &
utrisque grave damnum dederit, cum ſimili-
bus, quæ omnia veritate manifeſtatâ falſiſſima
reperta ſunt.

Neque excuſatur iſthæc Nullitas per hoc,
quod quidẽ ex Dominis N. N. à Dominâ Viduâ
per Notariũ & Teſtes requiſiti 2. *d. Jul. A.* 1617.
prætenderunt: Dominos N. N. dubitaſſe, an „
Dominam N. eorum certiorem redderent: „
(videlicet, quod contra eam inquiſiverint

& inquiſitionis capitula, ejus etiam factum concernentia, publicare voluerint) ſiquidem „ majus exinde incommodum & altioris inda- „ ginis ambages oriri potuiſſent. 2. Nullum „ etiam Magiſtratum teneri, ut hoc faciat.

Ad primum enim reſpondetur, ſi non integrum viſum fuit Dominis Directoribus proceſſûs Viduæ iſthæc, quæ de eâ ejusque filiæ fama & exiſtimatione agebantur, denunciare, ad evitandas ambages tantò minus integrum ipſis videri debuiſſet, ejusmodi atrocia crimina de Domina Viduâ ejusque filiâ, antequam illæ deſuper cum ſuis defenſionibus auditæ eſſent, vel aliter per inquiſitionem de veritate indubitatò conſtitiſſet, famæ & exiſtimationis detrimento totiusque familiæ labe, pro exploratis facinoribus, publicare.

Debet quidem Judex ambages in judiciis, maximè criminalibus, fugere, interim tamen id cum illâ cautelâ debet facere, ne fortè per leve compendium ad grave veniatur diſpendium, ut dicit textus in noſtris terminis in *d. cap. qualiter & quando, circa finem, de accuſat.* ne juſtitia & veritas offendatur, *Pſ.* 72. §. 1. *& ſeqq. Pſalm.* 101. *Sapient.* 1. §. 1. *& ſeqq. Pſalm.* 96. *verſ.* 13. *Syracid* 4. § 33. *& ſeqq. l. puniri. & ibi. gl. verb. Judices, C. ſi contra jus vel util. publ. l. Judex, ubi Sichard. Cod. de Judic.* ne innocens injuſtè opprimatur, *l. abſentem, ff. de pœn.* ne viduæ ſint præda & pupilli ſpolium injuſtorum *Eſaiæ cap.* 10. §. 2. ne malum dicatur bonum & bonum malum, tenebræ lux & lux tenebræ *Eſ. c.* 5. §. 20. *C. ſi quis hominem, cap. væ qui dicitis malum bonum,* 11. *q.* 3. & ſine præcipitantiâ *Eſaiæ* 28. *§.* 8. *l.* 1. *C. de execut. rei jud.* quia hoc eſt Noverca juſtitiæ, *Clement. Paſtor.* §. *verum de re jud. Bocer. Deciſ.* 5. *n.* 13. *Geil. de Arreſt. cap. n.* 12. Sine cujusdam injuriâ, ne tempeſtate potius, quàm poteſtate uti videatur, *Zaſ. Conſ.* 10. *num.* 7. *Ferdinand. Vasquez.* 1. *Controv. c.* 1. *num.* 20. Non ex odii fomite, ſed charitatis adfectu, *text. ind. cap. qualiter & quando. extr. de accuſat.* DEI & Legum timore, *Nov.* 23. *cap.* 3. *cap. temerarium* 11. *quæſt.* 3. Neque ex arbitriô & domeſticæ voluntatis propoſitô, *c. judicet. §. bonus judex*: Sed ſervato juris ordine, *cap. eorum, q. in fin.* 11. *q.* 3. *Nov.* 28. *c.* 2. *&* 13. *Nov.* 18. *c.* 5. Auditâ parte Alterâ, *Syracid.* 11. §. 3. *Garſ. Maſtril. de Magiſtr. lib.* 2. *c.* 2. *num.* 84. *& ſeqq.* & ita ut vel maximè cauſæ viduarum intrent ad Judicem & plenâ cognitione diſcutiantur & dijudicentur, *Eſaiæ cap.* 1. §. 23. *Jerem. cap.* 5. §. 28. Cùm itaque leges & jura prohibeant contra inauditos procedere & inquirere & quicquam in eô ſtatuere, unde honor lædi & gravari poſſit, *d. c. qualiter & quando, cum ſimilibus ſuprà alleg.*

Directores hujus Proceſsûs non excuſantur, aſſerentes, ſibi integrum viſum non fuiſſe, ſecundum juris ordinem procedere & Dominæ Viduæ inquiſitionis proceſſum & ejus contenta ante publicationem denunciare, & defenſiones ejuſdem deſuper recipere. Non enim ex hujus vel illius arbitratu & crudô ac indigeſtô motu juris & juſtitiæ ordo negligendus, *Barth. Bald. & Dd. ad l.* 1. *& ad l. placuit. C. de judic.* Nam ex fictâ æquitate & capite ſuô velle procedere, non ſolùm periculoſum, ſed etiam temerarium & levitatis eſt pleniſſimum, inquit *Paul. Caſtrenſ. ad d. l. placuit, C. de judic.* Et ficta æquitas duplex eſt iniquitas, *Bald. Conſil.* 9. *num.* 3. *lib.* 1. *Thominus Deciſ.* 16. *num.* 1. *in fin.* Et quæ legibus non eſt fulcita æquitas, peſtilentiſſimum virus eſt, inquit *Garſ. de Expenſ. c.* 1. *num.* 28. Quantum itaque à jure ſcripto receditur, tantum ab æquitate receditur, *Jacob. Cujac. Conſultat.* 38. *in fine.*

Alterum verò quod attinet, nullum Magiſtratum teneri, ut tale quid denunciet, id ita in noſtris terminis contra rationem naturalem, ſenſum communem, jus divinum & humanum, ac juſtum judiciorum morem aſſeritur, per ea quæ tradit *Erneſt. Cothmannus Conſil.* 7. *vol.* 1. *paſſim per tot.*

Siquidem ſupra ſatis ex jure Divinô & humanô deductum & probatum eſt, Judicem non poſſe cum diſcrimine alienæ exiſtimationis vagari, nec contra inauditum procedere, vel quicquam in ejus læſionem decernere, tantò minus à malevolis falsò delata & conficta crimina de honeſtis & Nobilibus perſonis, cum totius familiæ labe, in vulgus publicare.

Vigeſima prima omninò inſanabilis in hoc proceſſu occurrit Nullitas, quod in ea, quæ de Dominâ Viduâ cæmentarius iſte ex ore ſtolido illius puellæ detulerat, Judex loci non inquiſiverit, & tamen delationis capitula, velut exploratà facinora, publicârit.

Nam I. cùm cæmentarius ille Dominam Viduam detulerit, quaſi unà cum aliis fœminis Reverendiſſimo N. Ejusque Celſitud. Sorori per Artes Magicas grave damnum in viâ Rotenburgenſi dederit, & puella deſuper à Judice inquiſita id affirmarit, ante omnia Judicem loci decuiſſet, priusquam puellam ſuper tali delatione, contra Dominam Viduam, in ſpecie interrogaſſet, apud Reverendiſſimum, qui narratur tunc temporis fuiſſe N. quod ſaltem tertio milliari N. diſtat, diligenter expiſcari, num res ita haberet, ut antequam ad inquiſitionem ſpecialem & ulteriora contra Dominam Viduam procederet, certo de corpore delicti ſibi compertum haberet, juxta Divini & humani juris regulas, quæ volunt ante omnia de corpore delicti conſtare debere. Hinc Jehova de Sodomitis, deſcendam, inquit, & videbo, utrum clamorem, qui venit ad me, opere compleverint, *Geneſ. c.* 18. §. 21. Ex quô *text. Evariſt. Papa* ita infert

DEI

EUS omnipotens, cui nihil eſt abſconditum, d etiam, antequam fiant, manifeſta ſunt, non, ɔ aliud per ſe inquirere dignatus eſt, niſi ut idicibus hujus ſeculi exemplum daret, ne ræcipites in diſcutiendis & judicandis nego-is ſint, & ne mala quorumcunque prius præ-mant credere, quàm probentur, ſed ante idita diligenter inquirant, nec præcipitando ant, *Cod. Deus omnipotens* 11. *q.* 1. *cap. ualiter & quando, in pr. de accuſat. cap. li-t. Helin. de Simon.*

Et ſeverè præcipit Jehova Judicibus, ut ligenter inquirant, an verum ſit crimen, iod denunciatur, *Deuter. cap.* 17. §. 4. Sic ſua ſuper confeſſione factâ Achan, non ul-rius proceſſit, ſed miſit Miniſtros ad inqui-ndum, anne, uti confeſſus erat, res ablatæ tabernaculô ejus reperirentur, & iis demum pertis ad ulteriora proceſſit, *Joh. cap.* 7. *verſ.* 1. 22. 23. 24. Et dixit Salomon, ante iam ſcruteris, ne reprehendas, *cap. eorum, ui accuſantur,* 11. *quæſt.* 3. Qui ante judi-t, quàm inquirit, in Labyrinthum erroris im-ngit, inquit *Zaſ. in quæſt.* 2. *de Judâ, tom. fol. mihi* 112. *text. in l.* 1. §. *item illud, l SCtum Syllan. l.* 1. §. *neceſſariò, ff. eod. ſi quis legatum,* §. *cæterum, ff. ad l. Corn. e falſ. Bald. in l. qui ſine.* 22. *col.* 1. *ff. de uæſtion. & in d. l.* 1. §. *it. illud ad Syll. Quem ad hoc allegat & ſequitur Robert. Marant. in ſpecul. Judic. part.* 6. *tit. de in-uiſit. n.* 17. & 18. *Proſper. Farinac. in Pract. Crim. quæſt.* 1. *num.* 6. *Aym. Cra-ett. conſ.* 244. *in princip. per l. ſi quando, verb. patefacta Cod. unde vi. & ibi Bald. r Jas. in* 4. *notabili.*

Et notat ibid. Cravett. ad effectum for-andæ inquiſitionis ſpecialis plenè de com-iſsô delictô conſtare debere, & non ſuffice-, ſi per conjecturas conſtet. Ideoque ma-ıs judicis ſunt ligatæ, donec de corpore de-cti conſtet, *Marſil. Conſil.* 18. *num.* 1. *ol.* 1. *Cothman.* 1. *Conſil.* 12. *num.* 28.

Neque reorum confeſſiones pro explora-facinoribus haberi oportet, *l.* 1. §. *Divus everus. & §. ſi ſervi, ff. de quæſtion. l. ſicut,* 1. *C. eod.* Neque audiendus eſt perire volens, *non tantum, ff. de appellat. l.* 1. §. *ſi quis trò, ff. de quæſtion. Mynſing. obſerv.* 81. *ſ. cent.* 3.

Aliâs fama & exiſtimatio honeſtorum bitrio infimorum, criminoſorum & ca-mniantium committeretur, *l. unus,* §. *rv. ff. de quæſt. Erneſtus Cothm.* 3. *Con-ſ.* 29. *n.* 104.

Cùm itaque Judex loci potuiſſet & omni-ò de jure debuiſſet apud Reverendiſſimum N. quirere, an Suæ Celſitud. & ejusdem Soro-damnum illud, in odium Dominæ Viduæ, Diabolo & Cæmentariô contra veritatem nfictum, datum fuerit, nec ne, *per text. Conſtit. Crim. Carol. V. art.* 54. ubi ita conſtitutum: „Poſt confeſſionem, quæ in vel absque torturâ perficitur, Judex ad loca illa mittere & circumſtantias, quas inquiſitus in punctô criminis confeſſi enarravit, inquirere, & quantum ad veritatis certitudinem facere videbitur, diligenter percontari debet, an confeſſio allegatarum circumſtantiarum vera ſit, nec ne?„ Idque ſi hoc caſu facere contra juris ordinem neglexerit, & nihilominus ad inquiſitionem & publicationem falsò delatorum criminum nulliter & neglectâ omni humanitatis ratione proceſſerit, tota illa inquiſitio & quæ illam inſecuta ipsô jure nulla ſunt, *Grat. Conſil.* 97. *num.* 12. *& Conſ.* 57. *num.* 11. *l.* 1. ubi quod ita totus mundus ſervet. Et quandocunque etiam poſt ſententiam opponi poſſit ejusmodi nullitas, ex prædictô fundamento ineptæ inquiſitionis, multis confirmat *Farinac. d. quæſt.* 1. *num.* 5.

II. Quantum ad aureum cochlear ſublatum attinet, dicunt quidem Domini N. N. in Apologiâ ſuâ: aureum cochlear tempore Proceſsûs inſtituti alienatum fuiſſe, neminemque ſcire potuiſſe, quô pervenerit? Verum quoad inquiſitionem contra honeſtam perſonam firmandam, non ſolùm Judici debet conſtare de corpore delicti, ſed etiam de circumſtantiis loci & temporis, anne videlicet illô tempore & locô, quô narratur delictum fuiſſe commiſſum, id factum ſit nec ne? ita enim inveſtigari poteſt veritas. Jam verò ex actis nobis transmiſſis, Furem cochlearis concernentibus, collatis cum puellæ hujus confeſſione, conſtat Reverendiſſ. N. Sororem cochlear illud furto ſublatum, per integrum ferè annum poſt illud tempus, quo puella hæc narravit, Dominam Viduam arte Magicâ ſuæ Celſitudini cochlear prædictum ſurripuiſſe, in poteſtate ſuâ habuiſſe, & quotidie eo uſam fuiſſe. Ideoque ſi Judex in Facti veritatem, ut facere debebat, inquiſiviſſet, vel ex hâc ſolâ temporis diſcrepantiâ falſitatem delationis & calumniarum deprehendere, & non minus, quàm Juſtus Vir Daniel olim ex ſua loci diſcrepantiâ, falſitatem adulterii, de Suſannâ delati, cognoſcere & innocentiam Dominæ Viduæ patefacere potuiſſet *Dan.* 13. Quô de argumentô infra in Reſp. ad 10. argumentum plura monebimus.

Præterea ut inquiſitio contra Nobiles & honeſtas perſonas formetur, non ſatis eſt conſtare de corpore delicti, & honeſtæ perſonæ per leviſſimum quemque falsò imputari, ſed debet præcedere diffamatio & alia veriſimilia indicia, ex quibus ſuſpicio commiſſi delicti in hanc potius, quàm in aliam Perſonam cadat, per ea, quæ in præcedentibus ex jure deduximus. Sic pariter Judex loci de Propolâ iſto, apud quem faſciam iſtam prætendebatur emiſſe Domina Vidua, quâ in præparando veneficio & applicando Domino Eberh. N.

uſa fuiſſe prætensè dicitur, interrogare debuiſſet puellam, quisnam ille eſſet? ubi habitaret? Deinde apud eundem diligenter de iſtis narratis & omnibus circumſtantiis, anne ſe res ita haberet, inquirere, quæ omnia nulliter neglecta, & tamen de Dominâ Viduâ iſta figmenta, tanquam explorata facinora, licet ſuppreſſo nomine, publicata ſunt. Ex hiſce & aliis, quæ ex Actis deduci poſſent, rerum argumentis, juſto & prudenti rerum Arbitro & affectuum præjudicio non occupato, de nullitate hujus Proceſſus, maximè autem, quantum Dominam Viduam, ejusque Filiam innocentiſſimas ejus occaſione injuſtiſſimè diffamatas concernit, ſatis ſuperque patebit.

Reſtat nunc, ut argumenta in contrarium adducta, ordine refellamus.

Et quidem I. reſpondetur Judici aſſerenti de juſtitia Procesſûs tantum credi, quantum apparet ex Actis, *text. in cap. quoniam. & ibi Dd. extra de probat. cap. quomodo Sacerdos, cap. cui eſt illata, cap. cœpiſti cap. non ſolùm ille, 11. q. 3. l. prolatam. & ibi Bald. Cod. de ſentent. & intercol. omn. jud. Bartol. in l. ſuſpectus, per ill. text. ff. de procurat. Joh. Gœdd. Conſil. Marp. 28. n. 73.*

Ideoque citatio, cauſæ cognitio & ordo juris in Judice non præſumuntur, niſi probentur, quia illa ſcripto conſtare & ex Actis apparere ſolent & debent *d. cap. quoniam, cap. tenor. de re judic. Matth. Weſenb. 1. conſil. 7. num. 7.*

Ideoque præſumptio militans pro Judice & magiſtratu non procedit, quoad juſtitiam facti & ordinem procesſûs, *Weſ. conſil. 1. n. 46. Roland. à Val. conſil. 1. n. 60. vol. 2. Gœdd. de conſil. 28. n. 73.*

Neque præſumi poteſt pro Judice, qui ordinem judicii & Procesſûs non obſervavit & cum de injuſtitiâ vel nullitate ex Actis manifeſtè apparet, *cap. ſollicitudinem, §. ſi verò. de appellat. cap. inter cæteras, de ſent. & re jud. Bald. in l. ſancimus, num. 19. Cod. de judic. Felin. in cap. quoniam contra, n. 25. extra de probat. Menoch. 2. Præſumpt. 67. n. 32. 34. 49. & 51. Tiber. Decian. Reſponſ. 65. n. 4. Erneſtus Cothman. conſil. 29. num. 398. vol. 3.* ubi dicit, præſumptionem illam pro Magiſtratu in fumum reſolvi, quando apparet ordine juris non obſervatô præcipitanter & indebitè proceſſum, *Robert. Marant. inſpec. tit. de inquiſit. n. 31. in fine.* ubi in noſtris terminis ſcribit, contra Judicem ſine indiciis inquirentem præſumi omne malum: & in iisdem terminis ſcribit *Pariſ. de Put. in Tractat. de Syndicat. §. inquiſitio, verſ. Judici faciliter non permittitur inquirere. n. 9. & ſeqq.*

Ideoque ſi ex abruptô, parte, quæ lædi & contradicere poteſt, non citatâ, nec allegationibus auditis procedat, validiſſima & efficaciſſima eſt contra Eum præſumptio, quod iniquè & injuſtè, adeoque injuriosè iſtud fecerit, ut poſt *Alciat. præſumpt. 9. reg. 3. n. 23. & ſeqq.* ſcribit *Joh. Harprecht. ad §. non ſolùm, 11. n. 64. inſtit. de injur.* Imò talem Judicem non ſolùm injuriam, ſed & vim facere ſcribit *Frider. Mindan. de Proceſſ. lib. 2. c. 13. n. 7. & 8. per text. in l. exſtat. ff. quod met. cauſ.*

Talis enim Judex nulliter procedendo dicitur ſpoliare & ideò gravatus tanquam ſpoliatus ante omnia venit reſtituendus, *c. conquerentur. & ibi Dd. de reſtit. ſpoliat. Afflict. in Commentar. ad Conſtitut. Neapolit. lib. 1. rubr. 24. de violent. circa poſſeſſ. n. 32. 33. & 59. in fin. Boër. deciſ. 238. num. 4. Cravett. conſil. 18. n. 8. Adrian. Gylman. in Symphorem. Tom. 1. Tit. 1. Vol. 5. num. 12. & 14.*

Conſtat autem ex ipſis Actis, & quæ ex illis ſuprà deduximus, Directores hujus procesſûs in plurimis ordinem Juris Divini, Canonici, Civilis & maximè *Conſtit. Crimin. Carol.* neglexiſſe, ideoque pro iis præſumi, id quod in Apologiâ prætenditur, non poteſt. Et hæ nullitates, cùm ex ipſis actis, quæ notorium inducunt, appareant, probatione alienâ non indigent. Neque tantum tribuendum eſt iſti præſumptioni pro Magiſtratu & Judice, ut contrarium allegari aut probari non poſſit aut debeat. Nam & Pilatus hanc pro ſe habuit præſumptionem, cùm ipsô Chriſtô teſte, quod poteſtatem habuerit deſuper à Patre ſuô cœleſti: interim cum ex Actis conſtet eum Juris ordinem neglexiſſe, & ad falſas malevolorum & calumniantium delationes Salvatorem innocentem, non habitâ veritatis inquiſitione condemnaſſe, *Joh. 18. & 19.* quis pro ejus juſtitiâ præſumet. Eandem præſumptionem Judices illi habuerunt pro ſe, qui Suſannam delicium fœminarum & exemplar caſtitatis ad falſas peſſimorum hominum delationes, capitis ſententiâ damnârunt: interim tamen conſtat ex actis, quòd cum præcipitanter & ſine ſufficienti cauſæ cognitione proceſſerint, injuſtè eos pronunciaſſe & innocentem damnaſſe, exindeque meritò à Daniele, tanquam fatuos, reprehenſos: *Dan. 13.* Et dicit *Gregorius*: Plerunque accidit, ut Judicis locum teneat, cujus ad locum vita minimè concordat: proinde ſæpè agitur, ut vel damnet immeritos, vel alios ipſe ligatus ſolvat, ſæpè ſuæ voluntatis motus, non autem cauſarum merita ſequitur: ſæpè fit, ut odio vel gratiâ moveatur, *c. plerumque contingit, 11. q. 3.*

Hinc toties legimus in Sacris, Jehovam conqueri de Judicibus, & ejus rei vel ſexcenta exempla adduci poſſent. Quamobrem cùm ex Actis noſtris de injuſtitia Proceſſûs conſtet, præſum-

æſumptionem vel probationem eliditur, *l. Divus, ff. de reſtit. in integr. Roland. à Valle conſ.* 1. *num.* 44. *lib.* 4. *Gœdd. d. conſ.* 28. *num.* 74. Neque præſumptiones generales pro Judice tollunt præſumptiones ſpeciales, *Franc. Becc. conſil.* 52. *n.* 12. 40. 07. 108. *Farinac. conſil.* 42. *n.* 36. *lib.* 1.

Ad ſecundum (II.) reſpondetur, quomodo hactenus N. N. Juſtitiam adminiſtrârint, linquunt Domini Conſulentes ſuo in loco, eque etiam quicquam in Collegii illius, cus olim Pater Dominorum Conſulentium N. I. Decanus & Caput fuit Meritiſſimum, contemptum & dedecus aſſerere vel moliri cunt: ſed hoc tantùm intendunt oſtendere, los, qui ex Collegii corpore Directores hujus roceſsûs fuêre, eum nulliter, neglectô Juris rdine, inſtituendo, Dominam Viduam ejusue filiam, totamque N. N. Nobiliſſimam miliam præter jus & fas gravaſſe & malè roceſſiſſe.

Neque etiam ex Anteceſſorum Juſtitiâ ucceſſorum ſalvari poteſt iniquitas. Licet nim Symmach. Papa dixerit: Quis ſanctum ubitet, quem apex tantæ dignitatis attollit? In uô, ſi deſunt bona acquiſita, per meritum fficiant, quæ à loci Deceſſore præſtantur: *c. on nos beatum Petrum, diſtinct.* 40.

Tamen non incongruè ad hoc reſpondit *Hieronymus* dicens: Non ſunt filii Sanctorum, ui tenent loca ſanctorum, ſed qui faciunt opera eorum, *c. non eſt facilè, diſtinct. ead.* 40. Neque cathedra facit Sacerdotem, ſed Sacer-os cathedram, inquit *Chryſoſtom. in c. mul-*, *d. diſtinct.* Sic legimus Scribas & Phariæos ſediſſe in cathedrâ Moſis, *Matth.* 23. & *cit text. in c. plerumque, in fin.* 11. *q.* 3. bi dicitur: Non omnes Prælati pro Prælatis abendi: nomen enim non facit Epiſcopum, d vita. Salomon, Regum, quos ſol illuxit, it Sapientiſſimus, Succeſſorem tamen Rehaeam reliquit valdè ſtolidum & injuſtum, 1. *Reg.* 12. Præterea, licet ſint Nobiles & genes ſplendore coruſcent Directores hujus Proeſsûs, ſunt tamen homines, qui labi & erra poſſunt, interveniente vel maximè odiô, imicitiâ & irâ, ut in facto à Dnn. Conſulenbus præſupponitur: quia hæc corrumpunt humanum judicium, *c. quatuor*, 11. *q.* 3. Unde Poëta:

Fortior eſt, qui ſe, quàm qui fortiſſima vincit Mœnia.

c in ſolùm DEUM cadit omnis perfectio, t de Ludovicô II. Galliarum Rege, ejus vir tes commemorans, dicit Philippus Comieus, *in Præf. Hiſt. Gallic.* Unde Pſalmiſta, ni, inquit, ſunt filii hominum, *Pſalm.* 72. 10. Quod Lutherus ita vertit: Groſſe Leufehlen auch.

Et rurſus: Dixi Ego, Dii eſtis & filii excelſi nnes: Vos autem ſicut homines moriemini, & ſicut unus de Principibus cadetis, *Pſalm.* 82. §. 6. 7. Parum itaque illa de præteritô in præſens, hoc noſtro caſu, latendi poteſt præſumptio Juſtitiæ, cùm ex Actis de nullitate Proceſsûs evidenter conſtet: quia præſumptio quantumvis magna, veritati cedere debet, *l. Divus, ff. de in integr. reſtit. l. ſi qui adulterii, C. ad l. Jul. de adulter. Geil.* 2. *obſ.* 97. *n.* 18. *Matth. de Afflict. Deciſ.* 107. *n.* 7. ubi dicit, ceſſare præſumptionis allegationem, ubi habemus veritatem, & quòd plus demonſtretur illa per facti evidentiam, quàm per vocis efficaciam, ſecund. *Bald. in l.* 1. *col.* 2. *C. de ædil. act.*

Præterea legitur apud *Johann Ewig*, Medicum quondam Bremenſem, qui in *tractatu ſuo Germ. de Sagis* ſcribit, non ita pridem in eodem Judicii locô, propter imputatum veneficii crimen, duas fœminas innocentes combuſtas; referam ipſius verba: „Quàm periculoſum ſit Sagarum teſtimonio fidem adhibere, licet plurimis argumentis & exemplis docere poſſem, brevitatis tamen gratiâ unicô tantum hic declarabo, quod paucis abhinc annis N. contigit, ubi binæ fœminæ, ob veneficium, quod ab aliâ muliere illis imputabatur, incarceratæ fuerunt. Poſtquam verò Accuſatæ, juxta formam proceſsûs uſitati, rogo puniti eſſent, Actrix penes Præfectum etiam in ſuſpicionem trahitur, incarceratur & in torturâ examinatur, in quâ confeſſa fuit ſe ipſam ream eſſe, binas verò combuſtas innocentes fuiſſe." Hactenus ille *d. tract. de Sagis part.* 2.

Ad III. reſpondetur æquum quidem & juſtum, ac Dominorum N. N. ordine multò dignius fuiſſe, ſi tam Defuncti Domini N. Dominæ Viduæ Mariti, quàm Nobiliſſimæ familiæ, tum etiam ipſius & filiæ orphanæ conditionis (cùm Viduæ & Orphani inter Perſonas Miſerabiles, quæ vel maximè calumniis & injuriis expoſitæ, & eò majorem Bonorum favorem merentur, referantur, *l. un. & ibi Dd. Cod. quando Imperat. inter pupill. & viduas, vel alias miſerab. perſon. cognoſc.*) rationem accuratiorem Directores hujus Proceſsûs habuiſſent & non ita præcipitanter ac nulliter, cum exiſtimationis diſcrimine Nobiliſſimæ Dominæ Viduæ, quam rectius venerari & defendere debuiſſent, vagati fuiſſent, ſed diligentius ex charitatis adfectu, non ex odii fomite & ſervato Juris ordine proceſſum hunc inſtituiſſent. Hoc autem cùm non factum ſit, præſumptiones illæ ex favore ordinis, generis & conditionis deſumptæ, ſuâ ſponte concidunt. Et teſtatur experientia, Nobiles & ejusdem ordinis homines inter ſe ita aliquando odiô & irâ exardeſcere, ut hiſce non attentis, alter alteri, vitæ, famæ & omnibus bonis inſidias ſtruat?

Et dicit Salvator: Inimici Hominis domeſtici eius, *Matth.* 10. ℣. 36. Quod monuit Pro-

Propheta dicens, Nolite credere Amico: ab ea, quæ dormit in ſinu tuo, cuſtodi clauſtra oris tui: quia filius contumeliam facit Patri, & filia conſurgit adverſus Matrem ſuam, nurus adverſus ſocrum, *Michæ. cap. ult. verſ. 5 & 6.* ideoque nusquam tuta fides.

Ad IV. reſpondemus, quòd querulantes contra Proceſſum antea factum teneantur juſtificare ſuas querelas ex antiquis, non ex novis actis & probationibus, id procedere, ſi querulantes in proceſſu antea inſtitutô ad eum vocati & ſuis defenſionibus ſufficienter auditi ſint, per ea, quæ deducit *Oſaſc. Cacher. Deciſ. Pedemont.* 157. *n.* 6. *& ſeqq. Matth. de Afflict. Deciſ.* 396. *n.* 3. *& Deciſ.* 402. *ſub n.* 5. Tunc enim nihil imputari poteſt Judici, ſi reus vocatus defenſiones ſuas tempore ordinati proceſsûs deducere non potuit. At conſtat ex Actis & ſuprà deductis, Dominam Viduam ejusque Filiam nunquam ad proceſſum inquiſitionis contra ipſas inſtitutum vocatas, nunquam cum defenſionibus ſuis auditas, & tamen de iis graviſſima crimina publicè in Judiciô lecta & publicata. Nihil itaque acta illa præjudicant Dominæ Viduæ ejusque filiæ non vocatis, neque auditis, quia ſæpè, inquit JC., conſtitutum eſt, res inter alios ortas aliis non præjudicare, *l. ſæpè*, 63. *& ibi Dd ff. de re judic. tot. tit. C. ne res inter alios acta.*

Si itaque Dominæ Viduæ fuiſſet denunciatum, vel ipſa aliunde inquiſitionis contra ſe inſtitutæ notitiam habuiſſet, potuiſſe facilè innocentiam ſuam deducere, demonſtrando falſum eſſe, quod Reverendiſſimus N. & Suæ Celſitud. Soror in itinere N. damnum grave acceperit: potuiſſet deducere & probare falſum fuiſſe, quòd puella iſta dixerat illô tempore cochlear aureum arte Magicâ ſurreptum, cùm poſt illud tempus memorata Duciſſa cochlear illud ferè per integrum adhuc annum in ſuâ poteſtate & uſu habuerit: potuiſſet probare, falſum eſſe, quòd unà cum tribus Vetulis faſciam illam à Propolâ quodam emerit & Domino N. damnum iſtâ faſciâ dare voluerit: quibus probatis, dubium non eſt, Dominam Viduam potuiſſe impedire, ne ipſius & filiæ nomen inter reos capitalium criminum falsò referretur, néve conficta de iis crimina pro veris publicarentur. Ridiculum itaque & valdè ineptum eſt Dominæ Viduæ hîc objicere, quòd teneatur juſtificare querelas ſuas ex illo proceſſu de ſe inſtitutô, quem ipſa tunc temporis, quantum ad ſe attinet, planè ignoravit, neque ad illum vocata, vel cum ſuis defenſionibus nunquam audita fuit, vel quicquam allegaverit, quòd pars actorum, ad juſtificandum illum proceſſum, fieri potuit.

Sufficit itaque probare ex actis novis, Dominos Directores de Dominâ Viduâ non vocatâ, non auditâ, indefensâ, falſa crimina pro veris publicaſſe, & eam gravâſſe. Præterea etiam ex illis ipſis actis proceſsûs illius memorati querelas ſuas magnâ ex parte juſtificare potuit Domina Vidua & ejus hæredes, cùm illa ipſa acta quamplurimis nullitatibus ſcateant, & ex illis proceſſus iſte de jure juſtificari non poſſit.

V. Quod attinet argumentum, quod Dnn. NN. conſuluerint & Medicum & Miniſtrum Eccleſiaſticum ſuper iſthâc Puellâ, hoc ad Proceſſum contra Dominam Viduam juſtificandum nihil confert. Præterea Miniſterii N. atteſtatio de puellâ iſta non fuit pura, ſed ſub conditione, quæ in noſtrô caſu in multis articulis notoriè defecit, & inſuper hæſitante facta. ut ſuprà in Secundæ Quæſt. Reſolutione latius deduximus. Quòd verò Domino Directores latuit puellæ hujus matrem & avunculum tam gravi melancholiâ fuiſſe correptos ut neceſſe fuerit eos cuſtodire &c. id quidem illos non planè excuſat, cùm in hoc inquirere debuiſſent diligentius, quod Jus commune & *Carolinæ Conſtitutiones* exigunt.

Ad VI. argumentum reſpondemus, No[…] Venerandæ Facultatis Juridicæ Academi[…] Helmſtadienſis Reſponſum, & quid eos ad it[…] reſpondendum moverit, in ſuis relinquere terminis, maximè, cùm illud proceſſum, contra Dominam Viduam inſtitutum, non concernat. Et non dubitamus, ſi Facultas Helmſtadienſis fuiſſet interrogata ſuper proceſſu quatenus Dominam Viduam concernit, illam reſponſuram fuiſſe Dnn. Directoribus neque ad ejusmodi frivolas & non veriſimiles delationes malevorum & leviſſimorum hominum contra Dominam Viduam inquirere, tanto minus inquiſitionis capitula falſa pro veris publicare fas fuiſſe.

Deinde Reſponſum illud prædictæ venerandæ Facultatis Helmſtadienſis etiam quoad hoc, in quantum concernit proceſſum contra puellam, non eſt eò extendendum, ut exinde juſtificetur proceſſus nulliter inſtitutus; quia Reſponſum illud intelligendum eſt cæteris paribus & ſervatis ſervandis. Putârunt enim Dnn. Reſpondentes, Judicem loci ſuo non defuturum officio, & an vera, an, verò falſa Puella confeſſa fuerit, diligenter & accurratè inquiſiviſſe cæteraque quæ jus commune & Carolinæ ſuadent Conſtitutiones Criminales exactè obſervaſſe. Solent namque Scabinatus aliaque Collegia Juridica, quando de jure in causâ Criminali reſpondent, addere clanſulam: Si diligenti habitâ inquiſitione de delictô certò conſtet, uti teſtatur *Daniel Moller.* 3. *Semeſtr.* 40.

Et ſi fortè hanc clauſulam omiſiſſent Domini Helmſtadienſes, tamen illa pro adjectâ cenſeri debet, quia clauſula adjici ſolita habetur pro adjectâ, *Nicol. Eberh. in loc. à ſolitis Johann Meichſner. Deciſ. cameral.* 17. *num* 5. *tom.* 3. maximè ſi leges & jura idem præ-

ſuppo-

pponant & requirant, *Philip. Matth. conſ. larp. 26. num.* 101. *vol.* 2.

Nihil itaque imputari poteſt Dominis Helmadienſibus, qui hæc omnia præſuppoſuêre, uæ jura & mos notorius præſupponunt. Quod erò ſupra deduximus, ſententiam illam ultii ſupplicii contra puellam ſuadentibus ita mul-s circumſtantiis & argumentis nimis duram rigidam nobis videri, licet in hoc Nos magnoerè Facultatis Venerandæ moverit auctoritas: u in ſimili dixit *Celſus in l. Labeo* 7. *§. fin. e ſupellect. legat.* tamen propter rationes, uas ex juris & legum fontibus adduximus, mi us cum ea agendum fuiſſe, ſalvo eorum juiciô exiſtimamus, per jura & rationes ſupra *um.* 406. *& mult. ſeqq.* adducta.

Ad VII. dubitandi rationem reſpondemus um Ernestô Cothmanno, JCto eximiô, *con l.* 12, *n.* 59. *& aliquot ſequent. vol.* 1. ubi ad dductum *Bodini* locum ita reſpondet: Sanè idetur mihi ſententia iſta non tantùm erronea, legibus divinis ac humanis contraria, ſed & ericuloſiſſima. Primum enim cur magis in eneficii crimine Proceſſum ordinarium aſper emur, nulla ratio certa oſtendi poteſt: nec nim minus in eô de vitâ & ſanguine humanô gitur. Imò in veneficii crimine proceſſum agis ſolenniter magisque curioſè ac cautè ſerari perquam utile eſt & extremè neceſſarium m quod crimen ſit atrocius & majori pœâ coërceri ſoleat? *l.* 1. *C. de malefic. Grammat. ecif.* 33. *n.* 1. tum quod in eô facilior ſit lapſus error, atque adeò majus ſubſit periculum: 1. *§. ſi quis. ff. de carbon. edict. l. addictos, C. e Appellat. cap. ubi periculum de elect. in* 6. *ranc. Ponzin. tract. de Lam. n.* 67. *Paul. e caſtr. conſ.* 299. *num.* 1. *Part.* 2. *Menoch. nſ.* 149. *n.* 4. *lib.* 2. *Cui. in Paratitl. C. de rbon. edict.* tum denique, quod Conſtitutio arolina proceſſum in eô obſervari ſeverè præpiat & jubeat: Hactenus Cothmannus. Quius concordant tradita *Godelman. de Mag. & enef. lib.* 3. *c.* 1. dicentis: Cum in nullius iminis cognitione & diſquiſitione Judices à amite juſtitiæ puniendo innocentes & dimitndo nocentes facilius aberrare poſſint, ac in imine veneficii, ideò cautè agendum eſt, uando de vitâ, exiſtimatione & ſanguine hoinis judicium ferendum eſt, ne judices ex affeu, vel ignorantiâ, vel dubiâ conſcientiâ aliuid admittant, cujus ipſos poſtea pœniteat, & rum experiantur, quod Poëta canit:

Judicii Vindex tandem Deus exſtat iniqui.

eopold. Hackelman, quondam in Acad. Jenſi Prof. *Illuſtr. Diſp.* 24. §. 17. *lit. l.* & vel aximè in hoc proceſſu ignorantia Judicis ſoeſſe calamitas innocentis, teſte *Auguſt. de vit. Dei. lib.* 19. *c.* 6. Denique facit generaas *conſtitutionis Carolinæ artic.* 83. ubi ſancitum: In omnibus judiciis criminalibus eorumque actibus Judicibus & Scabinis Conſtitutiones noſtræ ad manus ſint & juxta illas agatur &c.

Ad VIII. dubitandi rationem reſpondemus: (1) Confeſſiones reorum pro exploratis facinoribus haberi non oportere, *l.* 1. *§. Divus Severus, & §. ſi ſervi ff. de quæſt. l. ſicuti l. pridem, C. eod. latè Farinac. quæſt.* 2. *n.* 7. *fac. text. in conſtit. crimin. art.* 54.

Ideoque in Criminalibus confeſſus pro judicato non habetur, per jura modò allegata & ſupra paſſim adducta. (2) Ut aliquis ex confeſſione ſuâ damnetur, non ſolùm debet Judex certus eſſe de delictô, ſed confeſſio debet eſſe certa, conſtans, & firmiter concludens, per ea, quæ deducit *Berthaz. conſil. crim.* 242. *num.* 17. *Conſtit. crim. Carol. V. art.* 31. *§. Quintò &c.* atqui conſtat ex allatis ſupra decidendi rationibus, puellæ hujus confeſſiones fuiſſe varias, contrarias, erroneas & incertas, ideoque falſitatis ſuſpicione atque mendacii implicatas; quare ſententia capitalis deſuper ferri non potuit. (3) Confeſſiones Minorum in criminali judicio ſine Curatore vel Defenſore factas iis non nocere, ſuprà in VI. decidendi ratione juris & Dd. auctoritate probavimus.

Ad IX. Reſpondemus: (1) Aut illæ confeſſiones puellæ conſiderantur, quatenus propriam ejus perſonam concernunt, aut quatenus de Dominâ Viduâ ejusque Filiâ falsò effuſæ: hoc caſu Dominæ Viduæ ejusque Filiæ nihil præjudicant, tum quia confeſſiones unius non debent nocere alteri: *Felin. in c.* 2. *n.* 12. *de fid. Inſtrum. Berthazol. conſ. crim.* 242. *num.* 20. *Herman. Vultej.* 2. *conſ. Marp.* 30. *n.* 150. tum quia per ſuggeſtionem, non præcedentibus, indiciis vel diffamatione, de Dominâ Viduâ per Judicem nulliter fuêre extortæ, per deducta ſupra in octava decidendi ratione remiſſivè. Confeſſiones autem factæ non præcedentibus indiciis, tanquam per ſe nullæ, non validant proceſſum nullum, per ea, quæ deducuntur in *addition. ad* 8. *Conſ. Proſp. Farinac. Marſil. Conſ.* 130. *n.* 25. *& alii ibid. allegati.* Tum denique, quia falſæ, erroneæ & variæ fuerunt, ut pariter ſuo loco oſtendimus. Quantùm verò puellam attinet, neque quoad ipſius Perſonam confeſſiones illæ poſſunt purgare vitium proceſſûs, quia 1. Argumentum hoc regulariter fallit in criminalibus, per deducta & præcedens argumentum. 2. Jura adducta obtinent, quando confeſſiones ſunt validæ, ſecus, ſi nullæ: quia tunc, quod nullum eſt per ſe, validum operari non poteſt effectum, *l.* 4. *§. condemnandum ff. de re judic. l. non putavit. §. non quævis, ff. de bon. poſſeſſ. contr. tab.* Jam verò iſtæ confeſſiones puellæ minorennis fuerunt factæ ſine interventu Curatoris, adeoque nullæ, per de-

Novell. Val.

ducta ſuprà, in ſextâ decidendi ratione. Et ita in terminis noſtris ad hoc argumentum reſpon. det *Roland. à Vall. Conſ.* 31. *n.* 8. 9. 10. *&* 11.

Non enim omnis confeſſio eſt ſufficiens ad condemnandum reum, ſed ea demum, quæ legitimè & ſervatô juris ordine emanavit: Invalida autem attendi non debet: quia actus nullus & non factus parificantur, *l. quotus, ubi Jaſ. ff. qui ſatisd. cog. Marſil. ſing.* 431. & ita deducit *Berthaz. Conſ. Crim.* 341. *num.* 17. 18. Subdens, ex invalida confeſſione non poſſe quem pati damnum, nec illam ſub ſtatuto diſponente de confeſſione comprehendi.

Neque obſtat ratio huic argumento annexa, quod veritate per confeſſionem habitâ, non opus ſit ambagibus; quia confeſſiones reorum in Criminalibus non ſufficiunt ad liquidationem facti; quia de eô aliunde Judici conſtare debet, *Bertrand. Conſ.* 134. *n.* 3. *part. vol.* 2. *Berthazol. Conſt. Crim.* 341. *num.* 17. Quò faciunt jura allegata ad præcedens argumentum. Neque adverſantur, quæ de Notoriô adducta ſunt, quòd confeſſio inducat notorium, in quò juris ordo non attendatur. Nam ex ſupra deductis patet, quod in Criminalibus ſola confeſſio non inducat notorium facti. Jura verò, quæ diſponunt in notoriis relaxari juris ordinem, intelligenda ſunt de notoriô facti propriè ita dicti, quod eſt, quando delictum commiſſum eſt coram populo, vel majore ejus parte, & ita ille vel major pars per ſenſum viſûs vel auditûs fuerit teſtis rem ita ſe habere, uti definit *Farinac.* 1. *conſ.* 30. *ſub n.* 90. *Et in Pract. Crim. q.* 31. *n.* 41. Quod inducit indubitatam rei certitudinem, & ita ſe vulgo exhibet, ut negari non poſſit, per tradita *Weſenbec. Conſ.* 13. *n.* 62. Indeque aliud eſt delictum eſſe notorium, aliud de delictô notoriè ex confeſſione vel argumentis conſtare, hoc enim magis ex juris præſumptione, quàm ex facti evidentiâ tale dicitur; illô caſu relaxatur juris ordo, hoc non item, uti declarat *Farinac. d. q.* 21. *n.* 166.

II. Reſpondemus in contrarium allegata jura procedere in notoriis, quæ ſubſtantiâ & qualitate ſunt notoria, per ea, quæ latè tractat *Sigiſmund. Scacc. de Judic. lib.* 2. *c.* 9. *n.* 51. *& aliquot ſeqq.* Non enim ſatis eſt ipſum factum eſſe notorium, ad hoc ut relaxetur juris ordo, ſed neceſſe eſt omnes etiam qualitates facti notorias eſſe, ita ut expeditum ſit nullam reo, notoriâ facti evidentiâ convicto, defenſionem competere poſſe, per ea, quæ tradit *Vultej.* 1. *Conſil. Marp.* 16. *num.* 97.

III. Reſpondetur allegata jura poſſunt procedere in notoriô facti actu permanentis, per ea, quæ prolixè deducit *Sigiſmundus Scacc. de Judic. lib.* 1. 76. *ſub num.* 8.

IV. Reſpondemus ex confeſſione non dici notoriè conſtare de delicto, quando contra eam aliquid opponi poſſet, utpote quod ſit varia, incerta, inconcludens, erronea, à minore facta &c. Tunc enim cum confeſſionis fides vacillare dicatur, notorium non inducitur, *Hoſtienſ. in c. cum ſpecial. de appel. Joh. Andr. in cap. cum olim. de verb. ſignif. gloſ. in cap. cum ſit Romana, de Appellat. Maſcard. concluſ.* 1102. *num.* 9. *&* 10. *& ita declarat etiam Farinac. d. quæſt.* 21. *num.* 32. Atqui hæc enumerata omnia, contra puellæ hujus confeſſiones, verè adduci & opponi poſſunt. Ideoque dici non poteſt, ex iis Judici aliquid notoriè conſtare & indubitatam fidem facere potuiſſe.

Ad X. reſpondemus, Farinacium ita quidem ſcribere, nulla tamen adductâ ad hoc juris ratione vel textu. Et quamvis inter alios pro ſuâ hâc ſententiâ alleget *Franciſ. Ponzinib. tract. de Lam. num.* 70. is tamen magis in contrariam ibidem inclinat ſententiam, quod nec in veneficii crimine, ſi non conſtet de corpore delicti, Judex ſine periculô ad condemnationem procedere poſſit. Si quidem is ita ſcribit: Declaratur tamen, dummodò talis confeſſio ſit veriſimilis vel vera, referens exemplum de quadam Muliere, quæ fuerat confeſſa ſe dediſſe venenum viro ſuo, ex quo mortuus fuerat, Judicio tamen Medicorum tale venenum non fuiſſe repertum efficax ad mortem, ideoque ex tali confeſſione non potuiſſe mulierem condemnare.

Deinde Leges & jura ſuprà adducta, ex ſolâ videlicet confeſſione Reos non eſſe damnatos, generaliter & per modum Regulæ univerſalis diſponunt, cui ſtandum, donec de exceptione doceatur, *l.* 5. *de probat. Andr. Gail.* 2. *obſ.* 151. *ſub num.* 3. *& in tract. de Pignor. cap. obſerv.* 14. *num.* 2. *Joh. Meich. Deciſ. Camer.* 18. *fol.* 717. *tom.* 3. *Gœdd. Conſil. Marp.* 25. *num.* 107. *& ſeqq.* Indeque regulam habens pro ſe adductam, dicitur habere intentionem fundatam, *Jaſ. in l.* 2. *n.* 3. *ff. ſi quis injus vocat. Bald. in cap.* 1. *num.* 2. *de alien. judic. Weſenb. conſil.* 48. *n.* 31.

Jam verò nulla lex in Veneficii crimine ſpecialiter diſponens reperitur, ideòque à regula non eſt deflectendum. Et ita *Alexand. Conſ.* 115. *n.* 1. *&* 3. *l.* 3. *Marſil. in l.* 1. §. *præterea n.* 33. *ff. ad l. Cornel. de Sicar. Grammat. Conſt. Crim.* 36. *num.* 6. in hoc Veneficii Crimine poſt alios tenere refert, & ſequitur *Ernest. Cothman. d. Conſ.* 12. *num.* 21. *vol.* 1. eamque ſententiam ſequi ſolere ſupremum Sabaudiæ Senatum, teſtatur *Anton. Fab. in Cod. ſ... rum in Sabaud. jud. lib.* 9. *tit.* 12. *defin.* 2. 8. ubi decidit, periculoſum eſſe ultimi ſupplicii pœnam illis ſagis irrogare, quæ delictum ult... fatentur, de quô tamen non aliter, quàm ... ipſarum confeſſione conſtaret.

Quod de aureo cochleari adductum eſt, illud tempore inſtituti proceſsûs amiſſum fuiſſe & de eô Judici conſtitiſſe, ad condemnationem puellæ nihil confert. Deinde non apparet Judici certò, ſed ſaltem confusè ex rumore conſtitiſſe de ejus amiſſione: tali autem confi... noti...

otitiâ in criminalibus minimè ſatisfit, ſed ex iligenti inquiſitione de omnibus circumſtantiis nquirendum, *text. in Conſtit. Crim. Carol.* ʹ. *art.* 31. §. ſecundâ: quaſcunque ſcitu poſ- ſibiles & neceſſarias circumſtantias, quæ pro conditione cujusque rei, quam maximè ad ſubſequentem veritatis inquiſitionem fa- cere poſſent, inquirant &c. *junct. artic.* 54. *& ſeqq.* Quia non dicitur conſtare de facto, iſi etiam conſtet de qualitate facti, *l. ſi per lium,* §. *docere, ff. ne quis eum, qui, Boſs. ntit. de delict. num.* 3. & 4. quod multis ele- anter deducit *Farinac. in Pract. Crimin. q. num.* 1. & 4. Si itaque in qualitates & circum- antias hujus commenti inquiſiviſſet Judex, tique cognoviſſet, falſitatem delationis & onfeſſionis.

Ad XI. argumentum reſpondemus, ex s, quæ ſuprà deducta ſunt, ſatis ſuperque pa- ere, Juris ordinem in iſtô proceſſu, maximè uatenus ille concernit Dominam Viduam, deoque Præſumptiones juris omnes contra Ju icem vigere, per ea, quæ in reſponſ. ad prim. rgumentum adduximus. Neque adverſatur *ext. in l. quod Reipublicæ* 33. *ff. de injur.* ui maximoperè in Apologiâ urgetur: quia extus ille loquitur reſtrictè & limitatè, tunc idelicèt demum excuſari Magiſtratum, ſi Rei- ublicæ causâ aliquid decernat, quod ad alicu- s contumeliam ſpectet, ſi id faciat ſecundum onos mores, hoc eſt, ſervatô Juris ordine, *eorum qui, in fine* 11. *q.* 3. ſolenniter, *cap. nprimis. verſ. Quod ſi fortè hæc ſolenniter cta non ſunt,* 2. *quæſt.* 1. ſecundum Leges ivinas, *Geneſ.* 18. *verſ.* 21. *cap. Deus omni- otens* 2. *quæſt.* 1. ſecundum Juris publici ormam *l. ſi quis homicidii, C. de accuſat.* ſe- undum formam conſtitutionum, *l. abſentem, C. de accuſat.* ex præſcripto *ordinationum Cri- inalium Carolinarum, art.* 83. ibi: In omni- bus judiciorum criminalium Actibus, Judici- bus & Scabinis hæ noſtræ conſtitutiones ſint ad manus, juxta quas omnia ventilentur &c. a ut nihil nocendi cupiditate, ſed omnia con- lendi charitate fiant, teſte *Auguſtin. in c. rodeſt.* 23. *q.* 4. non ex odii fomite, ſed cha- tatis adfectu, *cap. qualiter & quando, extr. e accuſat.*

Quando enim Leges noſtræ dicunt aliquid ri debere ſecundum bonos mores, hoc vo- nt, ne offendatur pietas, *l. filius, ff. de con- tion.* néve negligatur juſtitia & veritas, *c. cum porteat, c. qualiter & quando, extr. de cuſat.* Et generaliter ſecundum bonos mores ri dicitur, quod fit ſecundum leges & con- tutiones, ſecundum Jus naturale & gentium, rea, quæ tradit *Gœdd. ad l.* 3. *ſub num.* 38. *verb. ſignif. Andr. Geil. obſ.* 39. *num.* 15. *etr. Peck. in c. non eſt obligatorium, de reg. r.* vel ſecundum laudabiles & rationabiles orum conſuetudines, *Nicol. Reuſner.* 1. *nſ.* 19. *n.* 57. *& ſeqq.*

Val. Novell.

Neque enim publicæ utilitatis & ſeveritatis prætextu privata utilitas negligenda & inno- centes ſupprimendi: quia leges naturæ & omnia jura eô reſpiciunt, ut utilitas publica & privata oſculentur ſe invicem. Hinc JC. Paulus, al- terum, inquit, utilitas privatorum: alterum vi- gor publicæ diſciplinæ poſtulat, *l. locatio* §. 5. *in fine ff. de publican. & vectigal.* Quod ele- ganter expreſſit Frider. Imp. dum dixit: Impe- rialem decere ſolertiam, ita Reipublicæ curam gerere & ſubjectorum commoda inveſtigare, ut regni utilitas incorrupta perſiſtat & ſingulo- rum ſtatus jugiter ſervetur, *cap.* 1. *in princ. de prohibit. Feud. alien. per Frider.*

Et nota eſt illa 12. *Tabb.* lex: Salus populi ſuprema lex eſto. Nec eſt Juſtitia propter no- centes innocentem ſupprimere, gravare & diſ- famare, *Vinc. Honded. conſil.* 99. *n.* 22. *vol.* 1. Intereſt quidem Reipubl. malis purgare provin- ciam hominibus, & in delinquentes ſeverius animadvertere; ſed & magis intereſt, ne in- nocentes detrimentis afficiantur, *l. ſervum* 33. §. *publicè, de procurat. l. abſentem, de pœn. l.* 2. §. *fratris, ff. ſi aliq. teſtam. l. ſi fra- tres,* 53. §. *fin. ff. pro ſoc. l. ſi is cum quô, ff. com. divid. Matth. Weſenbec. conſil.* 45. *n.* 50.

Nec Magiſtratui fas eſt per injuriam aliquid facere, *l. nec Magiſtratui ff. de injur.* Et quemadmodum delicta non debent manere impunita & juſtificari impius; ſic nec con- demnari juſtus, utrumque enim apud DEUM abominabile eſt, *Proverb.* 17. §. 15. *Albert. Gandin. in Tract. de Malefic. tit. de recepta tor. n.* 11.

Non enim Juſtiſſimus Jehova vult juſtum perdere cum impiô, ſed potius propter decem juſtos multis injuſtorum millibus parcere, *Geneſ.* 18. §. 21. *& verſ. fin. Ezech.* 18. §. 5. Idque etiam Carolinæ inculcant Conſtitutiones Criminales, ſtatim in exordiô, ita videlicet in puniendis delictis Judicem procedere, ad- hibitâ prudentiâ, ne innocentes graventur &c. *Conſt. Crim. artic.* 1. *ibi:* Ne quisquam injuriam patiatur &c. Cùm enim leges ideo nocentes & malos pœnis afficiant: ut inno- centes & boni ſubleventur & defendantur, non debet id, quod in innocentium ſalutem dire- ctum eſt, in perniciem eorum detorqueri, *text. in l. quod favore, C. de legibus.*

Quod enim juſtum eſt, vel juſtum eſſe pu- tatur, id juſtè Nobis perſequendum eſt, *Deut.* 16. §. 20. ubi Jehova, juſtè, inquit, quod juſtum eſt, perſequeris, ut vivas &c. Non enim ſunt fa- cienda mala, ut eveniant bona, monet Apoſto- lus & *can. forte,* 14. *q.* 5. *c. ſic non ſunt,* 32. *q.* 4. *cap. fin.* 32. *q.* 8. Imò ne quidem bonum facien- dum, ſi ex eo maj⁹ malum oriri poteſt. *Abb. in c. cum ab omni, num.* 2. *de vit. & honeſtat. Cler. Cravett. conſ.* 6. *n.* 86. *Sigiſm. Scacc. de jud. l.* 1. *c.* 12. *n.* 49. Unde Paulus, non omnia, inquit, quæ licent, ædificant & expediunt. 1. *Cor.* 10. §. 23. ideoque licitum ita coarctandum &

(Bbb) 2 facien-

faciendum, ut illicitum evitetur, *l. tutor. de ſuſpect. tutor.* Majus autem malum eſt damnis afficere innocentem, quàm dimittere nocentem, *d. l. abſentem, ff. de pœn.* ideoque potius debemus pati malum, quàm ut faciamus peccatum, *c. quod ſacris, extr. quod met. cauſ. c. ſicut. cum tribus ſeqq.* 32. *q.* 4. Nam facere vel committere injuriam, quocunque modo, vel ſub quocunque prætextu, omni jure, etiam naturali, prohibitum eſt, *Maſcard. de Probat. concluſ.* 902. *vol.* 2. *n.* 6. *&* 8.

Debent itaque Judices cum DEI & Legum timore tribunal conſcendere, *Nov.* 23. *cap.* 3. Et actus ſuos regulare à juſtitiâ poli & fori & ſummoperè curare, ne dilectionem proximi offendant, neve tempeſtate potius, quàm poteſtate utantur, *Zaſ. conſ.* 10. *n.* 7. *lib.* 2. *Ferdinand. Vaſq.* 1. *controv. cap.* 1. *num.* 20. *& lib.* 2. *c.* 51. *n.* 65. ubi inferunt, nec ſummum Principem prætextu publicæ utilitatis ſubditos poſſe opprimere, vel damnis afficere, & ſi quid agat, id agere debere ſine alicujus injuriâ, *l.* 2. *§. ſi quis à Principe, ff. ne quid in loc. publ. l. nec avus, Cod. de emancip. lib. Matth. de Afflict. Deciſ.* 286. *n.* 3. *Andr. Geil.* 1. *obſerv.* 56. *num.* 9. *& ſeqq. & obſerv.* 58. *num.* 4. *& ſeqq. lib.* 2. *Nicol. Reuſner.* 1. *conſ.* 1. *per tot.*

Cùm itaque Dnn. Directores hujus Proceſſûs non ſecundum bonos mores, h. e. jura, leges & conſtitutiones procedendo aliquid ad contumeliam innocentiſſimæ Matronæ ejusque filiæ fecerint, non rectè dictam Legem, quod Reipubl. &c. ad ſui exculpationem allegant, neque culpâ carent. Nihil enim intereſt, ex quàm honeſtâ causâ quis inſaniat, inquit *Hieronym.* 2. *contra Jovian.*

Et quid quæſo Reipubl. inde boni provenire potuit, quod Domini Directores de Dominâ Viduâ ejusque Filiâ falſa crimina pro veris in Judiciô publicârunt & diffamationi honeſtarum & nobilium Perſonarum occaſionem, contra omnia humanitatis jura, præbuerunt. Et ſanè, qui publicæ ſtudent utilitati & ſeveritati, cum oppreſſione innocentium, illi ventum ſeminant & turbinem metunt: *Oſeæ cap.* 8. §. 7. concipiunt quisquilias & pariunt ſtipulas, *Eſ.* 33. §. 11. ova aſpidum fovent & telas araneæ texunt, & opera eorum opus iniquitatis & violentiæ, ac pedes eorum ad malum currunt & feſtinant, ut effundant innocentem ſanguinem, *Eſ.* 59. §. 5. 6. 7.

Similis eſt ratio aliarum in Apologiâ allegatarum legum, quòd videlicet Juris executio non habeat injuriam, quia ex ſupra deductis patet, non poſſe dici Juris executionem, ſi innocentes damnis afficiantur, inauditi & indefenſi diffamentur, publicatis de iis falſis & atrocibus criminibus pro veris.

XII. Quod attinet, non conſtat Nobis de illô receſſu Diœceſanô, nec quicquam ex Actis Nobis transmiſſis de ejus contentis exploratum habemus: putamus tamen receſſum illum cum Reverendiſſ. loci Epiſcopô, tanquam Principe Imperii laudatiſſimô & Patriæ Patre Meritiſſimô, ita eſſe initum, ut juxta allegata ſuprà jura & Friderici Imperat. Conſtitut. & publica utilitas & ſtatus ſingulorum jugiter illæſus ſervetur; ſi itaque talis exſtat receſſus, ut totam Inquiſitionem cum omnium nominibus, in quos illa inſtituta fuit, ſine ullâ hæſitatione, offerre & prælegere liceat &c. ille utique non crudè & indigeſtè, ſed civiliter erit intelligendus, *l.* 9. *ff. de ſervit.* ne inde injuriarum oriatur occaſio, unde jura naſci oportet, ceu Impp. Grat. Valentin. & Theodoſ. reſcripſerunt, in *l. meminerint, C. unde vi.*

Si autem ille receſſus ita crudè intelligeretur, quascunque de quibuscunque, etiam honeſtis & innocentibus Perſonis, à malevolis & leviſſimis hominibus, confeſſiones effuſas, per ſe falſiſſimas, ante veritatis inquiſitionem publicare in judiciô licere, quid aliud, quàm occaſio injuriæ & diffamationis honeſtorum iſte receſſus exiſteret. Deinde iſte receſſus ita intellectus, non ſolùm offenderet dilectionem proximi & innocentes damnis afficeret, ſed etiam contra pietatis, honeſtatis & juris civilis ac Carolinarum Conſtitut. regulas, quæ jubent inquiſitionem veritatis ante omnia faciendam & confeſſiones reorum pro exploratis facinoribus non eſſe habendas, directè tenderet, adeoque Jure non ſubſiſteret. Nam, ut ait JC. Cajus, contra juris civilis regulas pacta conventa rata non habentur, *l. contra*, 28. *ff. de pact.*

Et Imp. Antonin. reſcripſit: Pacta, quæ contra Leges, Conſtitutionesque vel bonos mores fiunt, nullam vim habere, *l. pacta, quæ* 6. *Cod. de pact. l. non dubium, C. de legib. cum ſimilibus.* Non enim veriſimile eſt, juſtiſſimum Principem voluiſſe inire cum Reverendo Capitulo conventionem contra bonos mores, Juris publici regulas & Carolinas Conſtitutiones, quia Princeps, tanquam juſtitiæ plenus, præſumitur velle, quod jura volunt, *l. digna vox, C. de legib. l. ex imperfecto, C. de teſtament. Berthazol. conſil.* 366. *n.* 27. *Cothman.* 4. *conſil.* 12. *n.* 141.

Talis namque præſumitur intentio Principis, qualis eſt legum candor & juris naturalis integritas, ut ex *Bald. & Zaſ.* tradit *Geil.* 2. *obſ.* 76. *num.* 11. *Garſ. Maſtrill. de Magiſtrat. lib.* 3. *cap.* 4. *n.* 44. *Hieron. Cævall. in ſpec. com. opin. q.* 906. *n.* 23. quod multis & eleganter perſequitur *Nicol. Reuſner.* 1. *conſil.* 1. *n.* 126. *usque ad fin.*

Quare ſi conſideremus iſtum receſſum ut pactum & conventionem, ad Juris Civilis regulas is redigendus eſt: ſi verò ut ſtatutum, idem obtinet: quia ſtatuta etiam debent eſſe rationabilia: ideoque interpretationem ex jure communi recipiunt & admittunt, *l. ſi ſervi veſtri, & ibi Salicet. Cod. de noxalib. act.*

Maſcard.

Maſcard. de interpret. ſtatut. concluſ. 2. *n.* 30. *& ſeqq. Weſenbec. conſil.* 14. *num.* 10. *& conſ.* 47. *n.* 38. *Forſter. de ſucceſſion. ab inteſt. lib.* 8. *c.* 17. *n.* 4.

Illaque interpretatio ita facienda, ut quàm minimè à Jure communi recedatur, *l. præcipimus, in fin. Cod. de Appellat. l. ſi verò, §. de virô, ff. ſolut. matrim. l. quod verò, & l. ſeq. C. de legib. Alexand. conſ.* 140. *n.* 4. *vol.* 2. *Cravett. conſ.* 259. *n.* 2. *Mynſing. obſ.* 5. *cent.* 1. Etiamſi à proprietate verborum eſſet recedendum, *Roman. conſil.* 338. *n.* 10. *Cravett. conſil.* 197. *num.* 6. *vol.* 2. *Alexandr. conſil.* 35. *n.* 12. *lib.* 4.

Unde nec ſtatutô caveri poteſt, ut nulla admittatur interpretatio, & ſi talis clauſula adjecta ſit, tantùm de frivolâ intelligendum eſt, ut monet *Bart. ad l. omnes, n.* 65. *ff. de juſt. & jure, per l.* 1. *§. fin. & l.* 2. *§. pen. C. de vet. jur. enucl.*

Quamobrem receſſus iſte de publicandis eorum confeſſionibus, etiam de tertiis & aliis factis, expreſſis eorum nominibus, hanc recipiet interpretationem ex jure divinô, naturali & communi, ſi confeſſiones iſtæ veræ ſint & judici ex diligenti veritatis indagine exploratæ & indubitatæ, illique contra quos iſtæ confeſſiones tendunt, non ſolùm tales ſint perſonæ, in quos ſuſpicio ejusmodi delicti commiſſi cadat, ſed etiam deſuper cum ſuis defenſionibus auditi, innocentiam ſuam purgare non potuerint. Si alium ſenſum quis arripiet hujus receſsûs, is hoc in effectu afferet, Judici licere cum diſcrimine exiſtimationis innocentium vagari, falſa pro veris publicare & diffamationibus & calumniis viam aperire, quod divina & humana pariter jura vetant.

Quin imò ratio naturalis, tanquam rerum omnium rectiſſima arbitra, *arg. l. ſcire oportet, §.* 51. *ff. de excuſat. Angel. conſil.* 110. *n.* 1. *Cothman.* 1. *conſil.* 22. *n.* 5. Divini ſplendoris radius: *Contaren. de Republ. & Magiſtr. Venet. lib.* 1. Recti conſilii & recti judicii fons & ſcaturigo, *Lipſ. lib.* 1. *de Conſtant. cap.* 4. cordibus hominum inſculpſit & cum ipsô genere humanô hanc prodidit maximam: Quod Tibi non vis fieri, alteri ne feceris. Si itaque quis quæreret ex Dnn. Directoribus, ſi contingeret à leviſſimô Nebulone, vel aliô diaboli mancipiô apud Judicem N. vel alibi quorum de ipſis eorumque uxoribus & liberis chariſſimis, nefanda ſcelera & atrocia crimina, ita veneficii, furti, latrocinii, raptus, rapinæ & ſimilium falsò, ad ſuggeſtionem, vel ex odiô confitentium aliorumque ita incitantium spargi, eſſetne æquum iſta ſtatim illis deſuper non auditis, neque veritate indagatâ, pro exploratis facinoribus in Judiciô publicare, & ita ipſis & toti familiæ labem adſpergere? omnes procul dubiô unô ore reſponderent: minimè [illegible]entium. Ergò omnia, quæcunque vultis ut homines faciant vobis, ita & vos illis, Salvatoris præcepto facere debetis. Hæc eſt enim Lex & Prophetæ, *Matth. cap.* 7. *v.* 12. 13. *Luc.* 6. §. 31.

Denique non videmus, quare Dnn. Directores iſthæc falſa de Dominâ Viduâ ejusque filiâ conficta & ementita crimina pro exploratis facinoribus publicè prælegi fecerint puellæ: aut enim illa tanquam circumſtantias aggravantes delictum puellæ prælegerunt & publicârunt & hoc, antequam illas circumſtantias ex veritatis inquiſitione, quæ tamen hîc planè neglecta eſt, pro certô exploratas haberent, juxta allegata ſuprà Jura & Conſtitutiones Criminales, facere minimè potuerunt: Aut non pro exaſperandâ puellæ pœnâ, ſed ad gravandam Dominam Viduam ejusque filiam: & hoc malè & contra leges: cùm illæ prius non fuerint deſuper auditæ & crimina iſthæc notoriè fuerint falſa & conficta.

Quod itaque neque Reipublicæ, neque ulli hominum prodeſt, alteri verò nocet, & innocentem famæ & exiſtimationis jacturâ præter meritum afficit, neque piè, neque honeſtè, neque juſtè fieri poteſt, multò minus Reipublicæ venerandæ causâ factum dici meretur: per ea, quæ modò deduximus. Maximè, cùm Reipublicæ interſit, cives, maximè Nobiles, integros, ſine calumniæ & infamiæ maculâ conſervare, *Novell.* 85. *in pr. Erneſtus Cothman. conſil.* 29. *num.* 444. *vol.* 3.

Quin imò ſiniſtra ex ipsô factô oritur præſumptio, ſi actus, qui geritur, nihil prodeſt facienti vel Reipublicæ, nocet autem alteri, *Maſcard. concl.* 815. *n.* 2. *vol.* 7. *Joh. Gœdd. conſil. Marp.* 28. *n.* 69.

Quæ prætereà de ſtylô judicii, argumento huic 12. adjecta ſunt, planè deſtructo eô, ſuper quô conſtructa erant fundamento, per ſe concidunt, nec aliâ refutatione indigent. Quæ denique adjiciuntur, quod præter intentionem fortè Dominorum Directorum factum ſit, quòd Puella nomen Dominæ Viduæ ejusque Filiæ in judicio exclamârit, eos omninò non excuſat, per ea, quæ deducuntur infra, *in quæſt.* 5. reſolutione & dubitandi ratione §. *nec adverſatur &c.*

Ad XIII. Reſpondemus, (1) illud reſponſum Venerandæ Facultatis Wittenbergenſis Apologiæ adjectum eſſe ſine dato vel ſine die & Conſule, adeoque ſuſpicione non carere, *l.* 1. *&* 2. *& quæ ibi notant Dd. ff. de edend.*

(2) Reſponſum illud non fuit petitum ante, ſed poſt factam executionem & publicationem, ut apparet ex contentis. Ideoque autem præpoſterationis vitio vix excuſatur: quia conſilium Prudentum debet peti ante factum, *Syracid.* 32. §. 24. Hinc Poëta *Mantuanus Eclog.* 2.

- - - - - - *utile non eſt*
Conſilium poſt facta dari, quod oportuit ante,
Conſilium poſt facta, imber poſt tempora frugum.

Et dicunt noſtri: De factis nonniſi optima dicenda eſſe.

(3) Narrata, ſuper quibus illud reſponſum fuit impetratum, non ſunt adjecta Apologiæ, ideoque de ipsô Reſponsô judicari non poteſt. Solent enim JCti reſpondere ſecundum narrata.

(4) Reſponſum illud Dominorum JCtorum Wittebergenſium interpretandum ſecundum Regulas Juris Divini, Canonici, Civilis & Conſtitutiones Criminales, atque adeò credendum eos citra controverſiam illud pro indubitatô præſuppoſuiſſe: Magiſtratum videlicet conſulentem in confeſſionum iſtarum, de Perſonis tertiis factarum, veritatem inquiſiviſſe, omnesque confeſſionis articulos ejusque circumſtantias exploraſſe, & de his certò ſibi conſtitiſſe.

(5) Nos cum Dominis Wittebergenſibus in hôc conſentimus, quòd totum Reverendum Capitulum propter paucorum, qui Proceſſum hunc direxêre, exceſſum, injuriarum actione conveniri commodè non poſſit, prout ſuo loco pluribus proſequemur. Hactenus de tertiâ quæſtione.

QUÆSTIO IV.

Cùm Nobiliſſima Virgo NN. ejusq; Fratres & tota Familia, defunctâ jam Matre, contra quoscunque citationem ex l. diffamari emanari curârint: An adhuc impoſito ſilentio nihilominus actioni injuriarum locus eſſe poſſit?

ET quidem id negandum videtur. Nam I. Expeditum eſt, quoties concurrunt plures actiones Rei nomine, una quis experiri debet, inquit JCtus *Ulpianus in l. nemo ex his §. 1. ff. de Reg. jur. cui concordat JC. Modeſtin. in l. plura dicta in fin. princ. ff. de C. & Act.* ubi ita reſpondit: Si ex una obligatione plures actiones naſcantur, unâ tantummodò, non omnibus utendum eſt. Ideoque Actor eô caſu, quô ejusdem rei nomine plures ei actiones competunt, unum eligere debet, quâ intentatâ, regreſſus ipſi ad aliam non dabitur, ut dicit *Ulpian. in l. quod in hærede §. 1. ff. de tributar. act. Joh. Meichſner. Deciſ. Camer. 9. num. 26. & Deciſ. 13. num. 109. 110. & ſeqq. Tom. 3.* & hîc locum habet, quod dicitur, via, quam ſemel elegiſti, Tibi pateat, *l. ſi mulier, §. fin. ff. quod met. cauſ. Coler. de Proceſſ. Execut. part. 1. c. 10. num. 223.*

II. Duo remedia ordinaria electivè, non cumulativè concurrunt, per ea, quæ tradit *Zaſ. ſing. reſp. cap. 20. num. 16.* atqui tam actio injuriarum, quàm ex *l. diffamari* ordinaria eſt, quia utraque ex lege competit.

III. Facit quod utraque actio tendat ad vindictam, altera ad perpetuum ſilentium irrogandum, altera vel corpori, vel famæ damnum inferendum. Conſtat autem, quoties plures actiones ejusdem facti nomine ad vindictam comparatæ ſunt, unâ intentatâ aliam tolli, *l. un. Cod. quando civil. act. præjudic. crim. Bart. ibid. num. 2. text. in l. prætor edixit, §. ſi dicatur, ff. de injur. Andr. Gail 1. obſerv. 65. num. 1. Joh. Sichard. ad l. 3. ſub num. 4. C. ad L. Aquil.*

IV. Cum diffamatus in actione *l. diffamari* petat & concludat, ut Diffamator impoſterum deſiſtat à diffamatione, priorem diffamationem tacitè cenſetur remiſiſſe. Ideoque ad eam vindicandam admittendus non eſt, *l. non ſolum, §. ff. de injur. l. poſtquam liti C. de pact.* Nam renunciantibus ſua non datur ad ea regreſſus, *cap. quàm periculoſum 7. q. 1. l. quæritur, §. ſi venditor, ff. de ædil. edict. l. 1. §. qui ſemet. ff. de ſucceſſ. edict. l. Herennius, ff. de evict. Surd. conſil. 152. num. 1. Menoch. conſ. 197. n. 97. Roland. à Vall. conſil. 95. n. 34. vol. 1.*

Sed hiſce & ſimilibus non obſtantibus verior & communior juris ſententia eſt, actionem injuriarum per intentatum antea remedium ex L. diffamari non cenſeri ſublatam. Siquidem dictum remedium *L. diffamari C. de ingen. manumiſſ.* ad hoc ſaltem datur, ut Diffamatori ſilentium perpetuum imponatur, tamen cum ultra hanc perpetui ſilentii impoſitionem alia pœna contra diffamantem ex d. l. diffamari, exigi non poſſit: Interim Reipublicæ ac Privatorum maximè intereſt, ejusmodi Diffamatores, qui ſine legitimâ causâ cum di[illegible] crimine exiſtimationis honeſtorum malo exemplo vagantur, dignis pœnis affici, ideoque ne id omninò impunè ferant, læſis patere deb[illegible] actio injuriarum, ſeu de dolô & ad intereſſe, ut tradit *Speculat. Tit. de empt. & vendi[illegible] §. nunc dicendum eſt de reſcindend. vendi[illegible] verſ. ult. not. cum duob. ſeqq.* quem allega[illegible] *& ſequitur Bartholom. Blarer. ad L. diffamari cap. 1. num. 5. & cap. 5. num. 32. 3[illegible] 34. 35. Cæſar. Contard. ad d. l. diffamari num. 130. Hieron. Cagnol. ad eand. L. n.* & ita etiam noviſſimè reſpondit *Erneſt. Cot[illegible] man. conſ. 4. num. 29. & ſeqq. vol. 3.* u[illegible] id de communi ferè curiarum conſuetudine ſe[illegible] vari teſtatur.

Hiſce accedit, quòd in jure noſtro ſint co[illegible] ſtituti modi, quibus obligatio, quæ ex injur[illegible] oritur, tollatur, quibus remedium intentatu[illegible] d. l. diffamari non invenitur adnumeratum, ideoque nec per illud obligatio, ex injuriis d[illegible] ſcendens, cenſebitur ſublata. Sicut enim n[illegible] quôvis modô inducitur obligatio, ita nec qu[illegible] vis, ſed legibus demum conſtitutô & confirm[illegible] tô tollitur modô, ut eruditè oſtendit *Jaco[illegible] Cujac. ad l. 1. ff. de pact. Franciſc. Duare[illegible] ibid.* reliqua pro hâc ſententiâ fundamenta p[illegible] tebunt ex reſponſionibus ſubjectis ad allat[illegible] modò dubitandi rationes.

Ad

Ad I. Reſpondetur, adducta jura proce-ere, videlicet unâ ex pluribus actionibus com-etentibus, electâ, regreſſum non dari ad aliam iſi plus ſit in unâ, quam in aliâ. Si enim ex odem factô duæ competant actiones, poſteà udicis potius partes eſſe, ut quò plus ſit in re-iquâ actione, id Actor ferat, *Reſp. JC. Pau-us in l. quoties*, 41. *§.* 1. *ff. de action. & bligat. l. ſi actum* 43. *ff. pro ſoc. l. prædia*, 8. *ff. de action. empt. Bart. in l. nunquam lura, num.* 3. *ff. de privat. delict. Hubert. iphan. ad l.* 43. §. 1. *num.* 2. *ff. de R. J. nt. Matth. ibid. num.* 6. *Latè Matth. Co-r. de Proceſſ. execut. part.* 1. *cap.* 8. *num.* 3. 54. 55. *& ſeqq. Georg. Obrech. de con-ip. & form. libell. c.* 22. *n.* 23. *& ſeqq.*

Tunc enim unius præſtatio reum conven um ab alterô non liberat, etiam in pœnalibus, *cum ex unô*, 32. *ubi JC. Hermogenian.* ùm ex uno, inquit, delicto plures naſcuntur ctiones, ſicut evenit, cùm arbores furtim cæ-e dicuntur, omnibus experiri permitti, poſt agnas varietates obtinuiſſe, *ff. de obl. & act.* 1. *l. ſi colonus* 9. §. *ult. ff. arb. furt. cæſ. l.* . §. *dixerit*, *ff. de public. l.* 1. *ff. de vi bon. apt. l.* 4. §. *cum Domina*, *&* §. *ult. ff. de oxal. act. Obrecht. d. lic.* iniquum quippe ſet, ei, cui duo jura propoſita ſunt, propter d, quod minus eſt, auferri id, quod uberius t, ſcribit *Hug. Donell. Comment. Jur. Civ. b.* 19. *cap.* 4.

Conſtat autem pinguius eſſe remedium tionis injuriarum, quòd non ſolum ad pœ-am Criminalem Fiſco applicandam, ſeu cor-oris afflictivam, ſed etiam civiliter ad æſtima-onem & recantationem intentari poteſt, quam tionem ex L. diffamari, quæ eò ſaltem ten-it, ut diffamationis cauſas deducat, ſilentium erpetuum imponatur, ut inpoſterum abſti eat: Quod itaque adjectum eſt, viam, quam uis ſemel elegit, ei patere, id ex modò de-uctis ita intelligendum, ſi quis viam talem eli at, per quam præcludatur poſteà aditus ad iam. Jam verò actio L. diffamari non eſt us naturæ conditionis, ut præcludat viam ad tionem injuriarum.

Ad II. Reſpondetur, an actio L. diffamari dinarium, an verò extraordinarium ſit reme-um, inter Dd. non convenit. Nam extra dinarium hoc eſſe remedium, poſt *Bald. Fe-n.* & alios ſtatuit *Cæſ. Contard. ad d. l. diffa-ari, num.* 98. *& ſeqq.* Sed poſito hoc medium eſſe ordinarium, non tamen hujus ectione actio injuriarum conſumitur: quia obatum eſt modò in præcedenti reſponſione iam ordinariis remediis pluribus ex eodem ctô competentibus unô electô, alterum, od pinguius eſt & plenius actori proſpicit, non lli; Et ipſe *Zaſ. alleg. loc.* 2. *ſing. reſp. cap.* 20. *m.* 34. declarat regulam à ſe propoſitam fal-re, ſi plures actiones & remedia ordinaria ſe mpatiantur & cumulari poſſint. Jam verò ex caſu, quô unum remedium pinguius eſt al-terô illa ſe compatiuntur & cumulativè com-petunt.

Ad III. Reſpondemus actionem L. diffa-mari propriè non tendere ad vindictam vel pœ-nam commiſſæ diffamationis, ſed ad hoc eſſe comparatam, ut Reo injungatur ſilentium per-petuum, ut in poſterum abſtineat à diffamatio-ne, niſi judiciô experiatur, & ſi quas ſe juſtas dif-famationis cauſas habere putet, legitimè de-ducat, *d. l. diffamari. & ibi Joh. Oldendor. n.* 12. *Blarer. in pr. ibid. num.* 6. *& cap.* 1. *num.* 5. *Didac. Covarr.* 1. *var. reſolut. c.* 18. *in pr. & num.* 7. *ſeq. Boër. Deciſ.* 255. *num.* 9. *&* 10. *Geil.* 1. *obſ.* 9. *num.* 2. *& ſeqq.* Nulla itaque pœna, nulla vindicta eſt, inhibere dif-famatori, juſtas cauſas adducere non valenti, ne impoſterum diffamari pergat, cùm id tam ci-vilis, quàm naturalis ratio eundem prohibeat.

Ad IV. Reſpondemus, illud legitima & probabili carere conſequentiâ. Non enim ſe-quitur: Titius petiit ſibi decerni proceſſus ex L. diffamari. Ergò renunciavit actioni inju-riarum: Cùm ex modò adductis conſtet, iſta remedia eſſe compatibilia & diffamato cumu-lativè competere, quô caſu unius electio alte-rum non tollit. Deinde juris eſt expediti, re-nunciationem in dubio non præſumi, ſed eam per probationes excludentes & arctiores evi-denter probandam eſſe, *text. in cap. ſuper hoc extra de renunc. Bald. in l.* 1. *notat. ult. C. de edict. D. Adr. toll. Tiber. Decian. conſil.* 100. *num.* 24. *vol.* 3. *Cravett. Conſ.* 206. *num.* 10. *Weſenbec. Conſ.* 11. *Cephal. Conſil.* 84. *in fin. lib.* 1. Adeò ut ex actu aliquô etiam proximô non inducatur, niſi de eâ expreſsè agatur, *cap. ſanè & ibi gl. in verb. Suſtinere in fin. extr. de renunc.*

Et generaliter quoties alia conjectura capi poteſt, quàm remiſſio juris competentis, illa potius, quàm hæc arripienda. *Cephal. conſil.* 25. *n.* 50. *l.* 1. *& Conſ.* 434. *n.* 5. *l.* 3. Siquidem remiſſio juris eſt quaſi quædam donatio, *l. cont. § ſi filius, ff. de pact. Bart. in l. ſi quis delega-verit, ff. de don. Weſenb. conſ.* 42. *n.* 55. Ne-mo autem ſuum jactare præſumitur, *l. cum in-debito, ff. de cond. indebit.* Atqui ex inten-tato L. diffamari remedio, alia, quam remiſ-ſionis actionis injuriam capi conjectura poteſt, videlicet illa, quæ & naturæ illius beneficii com-petit, ut diffamatori, niſi judicio experiri velit, injungatur, ut à diffamatione deſiſtat, vel etiam eum in finem, ut diffamato certò conſtare poſſit quaſnam diffamationis ſuæ cauſas diffamator al-laturus ſit, & ſi legitimas non habeat, diffamatus eò melius propoſita injuriarum actione, diffa-mationem proſequi poſſit, indeque hoc L. dif-famari remedium quodammodò præparatoriũ actionis injuriarum eſſe poteſt, uti eruditè mo-net in hanc ſententiam reſpondens *Erneſt. Cothm. de Conſ.* 4. *n.* 32. *junct. n.* 34. *vol.* 3.

QVÆST

QUÆSTIO V.

Cum Domini Conſulentes pro certo teneant, hanc diffamationem à quibusdam ex Dominis Capitularibus, qui hujus Proceſſûs, nomine tamen Collegii totius, inſtituti Directores exſtiterunt, vindictæ ſtudio ac eô animo factum, ut per eam ipſis piè Defunctæ, Matri, Sorori, totique familiæ ignominia & dedecus inferretur: Anne proptereà, quod tam ficulneo & fragili fundamento inhærentes huic diffamationi occaſionem præbuerint, recipiendo tam frivolas, falſas & varias delationes easque publicando pro veris & exploratis facinoribus & quod eandem diffamationem non obſcurè in prætenſâ ſuâ Apologiâ proſecuti ſint, actione injuriarum conveniri poſſint?

ET quidem hoc ipſum ſequentes ſuadent rationes & argumenta: I. Quod facere vel committere injuriam quocunque modô, tam naturali, quàm civili jure ſit omninò prohibitum, per ea, quæ tradit *Maſcard. de Probat. Concluſ.* 902. *num.* 6. 7. & 8. *Johann. Goedd. Conſ. Marp.* 26. *n.* 70. *in fine vol.* 2. ideoque neminem excuſari eam committendo, ne quidem Magiſtratum vel Judicem, *per text. in l. nec Magiſtratibus*, 32. *ff. de injur.* Ubi JC. Ulpian. nec Magiſtratibus, inquit, licet aliquid injurioſè facere; ſi quid igitur per injuriam fecerit Magiſtratus, vel quaſi privatus, vel fiduciâ Magiſtratûs, injuriarum po eſt conveniri, *l. continet*, 3. §. 1. *ff. quod met. cauſ.* ubi idem Ulpianus, cæterum, inquit, ſi per injuriam quid fecit populi Romani Magiſtratus, vel provinciæ Præſes, Pomponius ſcribit edictum, quod metus causâ, locum habere, *fac. l. quidem*, 29. *§. Magiſtratus*, *ff. ad L. Aquil. Proſp. Farinac. de var. ac diverſ. crimin. quæſt.* 105. *num.* 13.

Igitur II. non ſolum procedit, quando Magiſtratus eſt ſingularis perſona, ſed etiam Univerſitas, Collegium, Capitulum &c. *arg. l. metum*, §. *animadvertendum*, & *ibi gl. ff. quod met. cauſ. l. ſed & ex dolô* 15. §. *ff. de dol. mal. Auth. it. nulla communitas*, *C. de Epiſcop. & Cler. Innocent. in cap. gravem*, *num.* 2. *extra de ſentent. excom. Oldrad. Conſ.* 65. *num.* 7. *ubi dicit*, *communem hanc eſſe Dd. ſententiam*, quem ad hoc allegat & ſequitur *Erneſt. Cothm. Conſ.* 32. *num.* 208. *vol.* 3. *Mynſ. Obſ.* 78. *Cent.* 4. *Joh. Harprecht. ad* §. *non ſolùm*, *num.* 56. *Inſtit. de Injur.*

Siquidem & dolus delictum, & conſequenter etiam pœnâ in Univerſitatem & Collegium cadit, per allegata modò jura. *Alber. in l. ſi quis in tantum*, *col.* 3. *verſ. quidam dicunt*, *C. unde vi*, *Paul. Pariſ. Conſil.* 21. *n.* 30. *lib.* 4. Ubi dicit eſſe communem conclusionem. *Julius Clar. lib.* 5. *ſentent.* §. *fin. quæſt.* 16. *num.* 8. *Andr. Gail.* 2. *de Pac. publ. c.* 9. *num.* 5. & *ſeqq.*

Non obſtante quod Collegium, Univerſitas ſeu Capitulum habeat dignitatem: quia dignitas in delictis nihil relevat, adeò ut ex dignitate delinquentis delictum efficiatur gravius, *cap.* 1. *§. judices*, *ubi Bald. de Pac. juram. firm. Aym. Cravett. Conſil.* 118. *ſub num.* 8. Reatu enim majori delinquit, qui honore potiori præfulget, *c. nulli*, 25. *quæſt.* 1. Et quanto quis eſt ſublimior, tantò debet eſſe perfectior, *Mich. Ulcurun. de Regim. mund. q.* 2. *num.* 14. Unde illud Satyrici:

Omne animi vitiam tanto conſpectius in ſ[e]
Crimen habet, quanto major, qui peccat[,]
habetur.

Idem obtinet, etiamſi Delinquentes ſin[t] Clerici: quia illi vel maximè vitæ integritat[e] & exemplo aliis prælucere debent, *text. in l.* 8. *in fin. C. de Epiſcop. & Cler. c. non [...] incompetenter*, 2. *q.* 7. *cap. Sacerdos*, 3. *q.* 7. Quod multis perſequitur Apoſtolus 1. *a[d] Timoth. cap.* 3. Huc faciunt, quæ in noſtri[s] terminis ſcribit *Phil. Comminæus lib.* 5. *Hiſ[t.] Galli.* Quò potentior, inquit, & major eſt, qu[i] facit injuriam, eò gravius dolere eos, quibu[s] infertur, quod propter authoritatem illius ma[-] gis ad infamiam ſuam pertinere putent.

III. Cenſetur autem Magiſtratus face[re] alicui injuriam, quando contra innocente[m] inauditum præcipitanter aliquid facit, dicit, v[el] publicat, quod ad diffamationem & exiſtim[a-] tionis ac dignitatis læſionem ſpectat, *d. l.* 3[2.] *ff. de injur. Petr. Frider. Mind. de Proce[ſſ.] lib.* 2. *cap.* 13. *num.* 7. & 8. *Johann Har[-] precht ad* §. *non ſolùm*, *num.* 64. *Inſtit. [de] injur.* Omne namque verbum vel factu[m] injurioſum, quod ad alterius ſuggillatione[m] vel infamandi cauſam ſpectare poteſt, præſ[u-] mitur injurioſè ſeu animô injurandi factum, [l.] 1. §. *omnem autem*, *ff. de injur. l. item apu[d] Labeonem* §. *generaliter*, §. *ait prætor* [...] *eod. Bart. ibid. num.* 5. *Farinac. de var. [ac] diverſ. crim. q.* 105. *num.* 15. Adeò ut pu[r-] gatio & contrarii animi probatio incumbat e[i,] *l.* 1. *ſi non convicii. c. de Injur. l. item apu[d]* §. *feciſſe & mult. ſeqq. ff. eod. cap.* 1. *extr[a] de præſumpt. Geil.* 2. *obſerv.* 106. *num.* [...] *lib.* 2. *Maſcard. Concluſ.* 902. *num.* 6. 7. u[bi] teſtatur de communi, *Pariſ. Conſ.* 149. *nu[m.]* 19. *vol.* 4. *Bernh. Wurmbſer Pract. Foren[ſ.] lib.* 1. *tit.* 47. *obſ.* 10. *Clar.* §. *injuri[a] num.* 12.

Conſtat autem ex Actis & ſuprà deduc[tis] Dominos Capitulares Directores proceſſûs h[u-] jus, nulliter inquirendo contra Dominam V[i-] duam ejusque filiam, & publicando de iis fa[lſa] & atrocia Crimina per ſe injurioſa pro veri[s] exiſ[...]

xiſtimationem & dignitatem earum multis modis gravaſſe, ac diffamationi feneſtram aperuiſſe: Ideoque Eos id injurioſè & diffamandi nimo feciſſe, tamdiu præſumitur, donec illi contrarium evidenter probent.

IV. Nihil intereſt, an Univerſitas vel Collegium ipſum directò aliquem diffamârit, an verò diffamationi alicujus, nulliter & contra juris ordinem procedendo, occaſionem præſtiterit: Cùm certi juris ſit, etiam ex occaſione præbita, jure aliquem conveniri & puniri poſſe. *Jaſ. Conſil.* 139. *num.* 1. *circa fin. vol.* 4. *Ernest. Cothmannus Conſil.* 32. *num.* 290. *vol.* 1. Maximè quando quis operam dat rei illicitæ, tunc enim ſemper ei imputantur, quæ inde ſequuntur, *d. l. ſi non convicii, Cod. injur. l. ex plagis,* §. 1. *ad L. Aquil. Felin. in cap. autem. num.* 1. *&* 2. *de Reſcript. Alexand. Conſ.* 103. *num.* 13. *vol.* 1. *Andr. Geil.* 2. *obſ.* 110. *num.* 8. *& de Pac. publ. lib.* 1. *cap.* 7. *n.* 13. *& ſeqq. Plenè Cacheran. Deciſ.* 104. *num.* 4. 5. 8. Sic in L. Aquiliâ, qui damni occaſionem præſtat, damnum feciſſe videtur, *l. qui occidit.* §. *in hac quoque ff. ad L. Aquil. & in L. Cornel.* nihil intereſſe putatur, an aliquis occidat, an verò mortis occaſionem præbeat, *l. nihil intereſt, ff. ad l. Cornel. de Sicar. Schneidwin. ad* §. *fin. n.* 7. *inſtit. ad l. Aquil.*

Res autem eſt illicita, contra Juris ordinem, innocentem & inauditum gravare, & de eo falſa crimina pro veris publicare, it. non præcedentibus indiciis vel famâ inquirere. Quin imò etiam rei licitæ operam dans, ſi eam non præſtet diligentiam, quam præſtare de jure obſtrictus erat, exinde conveniri poteſt: quia imperitia culpæ annumeratur, §. *præterea, cum* §. *ſeq. Inſtitut. ad L. Aquil.* Ubi Medicus, qui perperam medicamentum adhibuit, tenetur *l. illicitas,* §. *ſicuti, ff. de offic. præſid. lib.* 2. *ff. quod quisque jur. Mynſ. Schneidevvin. & Dd. ad l.* 16. §. *præterea, Inſtitut. ad L. Aquil.* Adeò ut Judex, qui condemnavit innocentem, capite plecti poſſit, ut tenet *Bald. in rubr. Cod. de pœn. Jnd. qui malè judic. verſ. quæro, qualiter debet Judex &c. Salicet. ibid. in fin. eod. tit. text. in l. leg. Jul.* §. *hodie. ff. ad l. Jul. repetund.* Vel ſi id per negligentiam faciat, deponi poſſit, *l. ſi quos, Cod. de offic. præfect. rient. Nicol. Boër. Deciſ.* 147. *num.* 8. 9. 10. *& ſeq.*

Neque adverſatur, quod Domini Directores falſa crimina de Dominâ Viduâ ejusque Filiâ fecerint publicari ſuppreſſis earum nominibus, quòd divinare non potuerint, puellam in judició earundem nomina expreſſuram. Ad hoc enim reſponderi poteſt, aliquem injuriarum teneri, ſi ad alicujus infamiam, vel dignitatis læſionem aliquid fecerit, dixerit, ſuſceperit, etiamſi eum non nominârit, per ea, quæ tradit *Jul. Clar. lib.* 5. *ſentent.* §. *injur. num.* 1. *in fin. Novell. Val.*

Alex. de Nevô, conſ. 82. Unde & imperſonaliter verba injurioſa proferentem vel publicantem injuriarum conveniri poſſe ab eo, ad cujus contumeliam illa pertinent, haud incognitum eſt, *l. Lex Cornelia,* 5. §. *ſi quis, &* §. *quod Senatus conſultum ff. de injur. Bart. in l. item apud,* 15. §. *cui, ff. eod. Socin. Jun. Conſil.* 38. *lib.* 3. *Ludolph. Schrader. de feud. part.* 9. *cap.* 4. *num.* 107.

Et non excuſantur Judex, ſi dicat, non putâram, quia illa, teſte Cicerone, non eſt vox prudentis. Nam prævidere Judex prudens debet, quod veriſimiliter contingere poteſt, quodque ille ſuſpicari potuit vel debuit, *arg. l. ſi quis domum,* §. 1. *ff. locat. text. in cap.* 1. §. *novit, ibi: futuris caſibus prudenter occurrere, diſtinct.* 23. *cap. convenientibus, in princip.* 1. *q.* 7. *gl. in c.* 1. *in verb. præcaveri, extr. de ſerv. non ord. Blarer. ad l. diffamari, n.* 19. *C. de ingen. manumiſſ. Barthol. Cæpol. conſ.* 34. *n.* 50. 53. *&* 55. Sic qui abortionis vel amatorium poculum exhibet, etſi non eâ mente dat, ut occidat, tamen homicidii ſecuti pœnam luit, *l. ſi quis,* §. *qui abortionis, ff. de pœn.* ſimiliter vim inferens, non tantùm de vi, ſed & de omnibus facinoribus & damnis violentiâ illatâ commiſſis, tenetur, *C. ad l. Jul. de vi publ.*

Atqui ſuprà probavimus, Judicem injuſtè & præcipitanter innocentem inauditum gravantem, cenſeri vim facere. Cùm itaque noſter Judex non ſolùm ex abruptô, non præcedentibus indiciis legitimis & diffamatione injuſtè ad inquiſitionem contra Dominam Viduam ejusque filiam proceſſerit, & non habitâ veritatis inquiſitione falſa crimina pro exploratis de iis publicârit, ſed etiam cogitare potuit, vel ſaltem debuit, talem publicationem injuſtam, damnoſam eſſe poſſe Dominæ Viduæ ejusque Filiæ & toti N. Nobiliſſimæ familiæ, puellamque iſtam vel ex deſperatione impunitatis, vel ex malevolorum incitatione, ad nominationem Dominæ Viduæ, ſi ei falſa iſta de eâ confiċta crimina in Judiciô prælegerentur, facilè proſilire potuiſſe, ideoque propter temeritatem & imprudentiam non excuſatur, ſi cum diſcrimine alienæ exiſtimationis iniquè vagatus ſit, *l. Prætor edixit,* 7. *in pr. ff. de injur.*

Quia culpa caſum præceſſit, adeoque is non excuſat, *per l.* 1 §. *cum arietes, ff. ſi quadrupes paup. fecit, d. c. l. quoniam multa, c. ad L. Jul. de vi publ.* maximè, cùm nulla juſta cauſa fuerit, quæ Judicem movere debuit, ut iſthæc falſa crimina de Dominâ Viduâ confiċta puellæ prælegi in judiciô faceret, cùm ejus delictum & factum aggravare iſta non potuerint, ut ſuprà circa *fin.* 3. *Quæſt.* deduximus. Ubi autem juſta inſtituti cauſa reddi non poteſt, utique calumnia præſumitur.

V. Totum capitulum injuriarum actione noſtro caſu conveniri poſſe, vel inde maximè infertur, quod etiam poſt factam publicationem & ex eâ ortam injuſtam diffamationem Apologia quædam ſub nomine & auctoritate totius capituli emanaverit, in quâ proceſſus iſte omneſque iniquitates & nullitates circa eum commiſſæ ratificantur, approbantur ab ipsô Capitulô, ipſaque diffamatio continuatur: quæ ratificatio etiam in delictis æquiparatur mandato, *l.* 1. §. *ſed & ſi quod l.* 3. §. *cùm Procurator, ff. de vi & vi arm. l. hoc jure utimur, de R. J. cap.* 1. *de homicid. in* 6. *Hieron. Schurff. conſil.* 55. *n.* 14. *cent.* 3. *Cacheran. Deciſ.* 138. *num.* 6. *& aliquot ſeqq.*

Cùm enim proceſſus iſte à Dnn. Directoribus fuit formatus nomine & auctoritate Capituli, bene potuit ab ipſo ratificari, etiam per Deputatos, *Bart. in l. aut facta, §. nonnunquam, ff. de pœn. innocent. in c. gravem, de ſent. excomm. Ancher. conſil.* 21. *n.* 32. *lib.* 4. *Matth. de Afflict. Deciſ. Neapolit.* 376. *n.* 3. 4. quod usque adeò verùm eſt, ut non tantùm expreſſa, ſed & tacita ratificatio ſufficiat, *Mynſing.* 4. *obſ.* 79. *n.* 5. ubi ſcribit, quòd per tacitam ratihabitionem & conniventiam Univerſitas delicti particeps reddatur, etſi illud nullô communicatô conſiliô ſit perpetratum, per tradita *Felin. in cap. dilect.* 2. *de Simon. Jaſ. in l. civitas, ff. de reb. cred. Erneſt. Cothman. conſ.* 32. *n.* 319. *& ſeqq. vol.* 1.

Satis enim eſt, quòd per conjecturas & actus ſequentes colligatur voluntas & conſenſus Capituli, ad hoc, ut omnes teneantur & puniantur, *Card. in Clement.* 1. *de pœn. Felin. in d. c. dilectus col. fin. verſ. tertiò limita.* Et ita ponderavit Dn. Referens apud *Adrian. Gylman. in Symphorem. part.* 1. *tit.* 2. *vol.* 1. *n.* 206. eamque opinionem ut communem refert *Villalob. in Com. opin. lit. u. n.* 46. *Menoch. Remed.* 9. *recuperand. num.* 123. eò magis, quòd Capitulum dicatur Collegium parvum, ut dicit *Bart. in l.* 1. *in fin. ff. de alb. ſcrib.* indeque præſumuntur omnes habuiſſe notitiam & ſcientiam & quod omnes voluerint actum ratificare, uti pluribus deducit *Paul. Pariſan. d. conſil. n.* 38. 39. 40. *lib.* 4.

Verum licet hæc ſint ejus ponderis, ut graviſſimis & juſtiſſimis hiſce rationibus moti, ſine ſuſpicione calumniæ, Domini Conſulentes Reverendum Capitulum injuriarum actione convenire & pulſare poſſent, attamen inſpectis diligentius præſentis casûs circumſtantiis, non videtur è re Dnn. Conſulentium, injuriarum actione Capitulum prædictum convenire, ſed potius aliis remediis tutioribus experiri.

Siquidem: I. Certi & indubitati juris eſt, ad hoc, ut Univerſitas aliqua vel Capitulum actione pœnali pulſent, non ſufficere, quòd quidam, vel etiam omnes de Collegio ſeu Capitulô exceſſum committant; ſed neceſſe eſt, ut id fiat communicatô conſiliô, & habitô tractatu factum illicitum committendi, uti diſtinctè determinat *Bart. in l. aut facta, §. fin. n.* 9. *ff. de pœn.* quem tanquam Juris noſtri ſpeculum & lucernam, uti eum appellat *Curt. Jun. conſ.* 5. *column.* 13. *& conſ.* 12. *col.* 4. Patrem Juris, *Catell. cott. in memorabil. verb. Jurisperit. &c.* hâc in re omnes ſequuntur. *Jaſ. in l. civitas n.* 3. *ff. ſi cert. pet. Bald. conſ.* 383. *num.* 1. *vol.* 1. *Paul. Caſtrenſ. conſ.* 104. *n.* 1. quæ eſt communis opinio, ut dicit *Abb. in cap. dilectus,* 2. *de Simon.* quem ad hoc allegat & ſequitur *Jul. Clar. lib.* 5. *ſent. §. fin. quæſt.* 16. *num.* 8. *Matth. de Afflict. Deciſ.* 378. *n.* 1. *Hieron. Schurff. conſ.* 55. *n.* 13. *cent.* 3. *Erneſt. Cothman. d. conſil.* 32. *n.* 228. eamque ſententiam à Dominis Aſſeſſoribus Cameræ Imperialis aliquoties comprobatam, apparet ex iis, quæ tradit *Mynſinger. d. obſerv.* 79. *num.* 1. *& ſeqq. cent.* 4. *Andr. Geil.* 2. *de Pac. publ. cap.* 10. *num.* 4. *& ſeqq. Referens apud Gylman. in Symphorem. Part.* 1. *Tit.* 2. *vol.* 1. *ſub n* 202. *verſ. ſecundum eluſionis fundamentum fol.* 144. non itaque poteſt univerſitas conveniri ex delictô quorundam, per notat. *Innocent. in cap. gravem, de ſentent. excomm. Oldrad. conſ.* 65. *Col. fin. Aym. Cravett. conſil.* 19. *n.* 8. Licet illi ſint præcipui & primores Capituli, per tradita *Mynſing. d. obſerv.* 79. *num.* 3. quia delictum particularium perſonarum regulariter non nocet univerſitati, *cap. accedentibus, de privileg. gloſſ. ibidem, in verb. renunciaſſe, Andr. Geil. in tract. de Arreſt. c.* 10. *num.* 24. adeò ut ne quidem ſtatuto effici poſſet, ut Univerſitas vel Capitulum factum ſingulorum præſtet, *Bald. in l. ſed omninò, n.* 2. *C. ne uxor pro maritô, Jaſ. in l. ſi quis ſuo, §.* 1. *num.* 3. *C. de inoffic. teſtam.* aliud quippe eſt ipſum Capitulum, aliud ſinguli in eô homines, *gl. in l. ſicut, §. ſi quid. ff. quod cujusque univerſ. nom. Canoniſt. in cap. omnes, extr. de conſtitut. Roland. à Valle conſ.* 53. *num.* 6. *vol.* 3. *Joh. Goedd. conſ. Marp.* 28. *n.* 131. *vol.* 1. noſtro autem caſu non conſtat ex Actis Dominos Capitulares omnes conveniſſe & præviâ deliberatione unanimiter hoc concluſiſſe, ut proceſſus iſte ita injuſtè & nulliter contra Dominam Viduam ejusque filiam ordinaretur, & illæ ita diffamarentur.

II. Reperimus, non poſtremi nominis JCtos ejus eſſe ſententiæ, Magiſtratum & Judicem ob proceſſum injuſtum vel nulliter inſtitutum, injuriam quidem facere ſine dubiô ſed actione injuriarum non teneri, niſi evidenter appareat, non ſolùm inordinatè, ſed etiam malitioſè eum egiſſe, & animum ac propoſitum injuriam faciendi habuiſſe, *Jacob. de Aren. ad d. l. nec Magiſtratibus, ff. de injur.*

quem

*uem ad hoc allegat. & ſequitur Erneſt. Cothm.conſ.*24. *num.* 15. *vol.*3.

Siquidem ob inordinatum Proceſſum duo antùm dantur remedia, quorum alterum eſt ppellationis, nullitatis & reliquorum hiſce coærentium, *Dd. in l.*4. §. *condemnatum, ff. le re jud.* alterum verò eſt actio Syndicatus, *l.* ..*& ibi Bart. Cod. de pœn. jud. qui malè julic.* & ita in Romanâ Curiâ deciſum fuiſſe, teatur *Pariſ. de Put. de Syndic.* §. *injuriâ offiialis, verſ. Judex ad inſtantiam, num.* 2. *nfin. & in* §. *inquiſitio, verſ. judici faciiter, n.*9.

Ubi de Judice temerè & indebitè inquirene, quòd teneatur in Syndicatu parti ad interſſe & expenſas, etiamſi ad delationem vel inſtigationem alicujus proceſſerit, qui tamen in robatione defecerit: imò aliquando etiam crininaliter Judicem propterea teneri ex Cynô & *Cald. ibid.* ſtatuit. Quamvis eô caſu, quô onſtat ex Actis Judicem inquiſitionem formaſe, nullis vel leviſſimis & inanibus præcedenibus indiciis, neque diffamatione cenſeri eſſe n dolô, calumnia, & non ſolùm ad expenas, ſed etiam criminaliter puniri poſſe, incilere in Turpillianum, patique omnes pœnas, c ſi eſſet privatus, quia verè dicitur eſſe in doô, poſt *Bart. & alios ſcribit Practicæ Criminalis Magiſter, Proſp. Farinac. Tit. de ccuſat.quæſt.* 16.*n.*27.

Quæ Sententia & Nobis arrideret, niſi hoc noſtro caſu adeſſent circumſtantiæ, propter quas diſficulter, non ſine magnis ſumptibus & ambagibus, actione injuriarum contra totum Reverendum Capitulum inſtituta obtinere Domini Conſulentes, maximè in iſtâ opinionum varietate, poſſent. Et cùm alia tutiori viâ ipſis ſatisfieri poſſit, ut ex Quæſtionis ſequent. & penult. reſolutione patebit, eam ambulandam conſultius eſſe putamus.

ARGUMENTA ſuprà in contrarium adducta relinquimus in ſuis terminis, eaque tanti ponderis eſſe putamus, niſi in hoc caſu circumſtantiæ & conſiderationes ſingulares, & ea, quæ in primâ decidendi ratione adduximus, aliud ſuaderent, iis tutò inſiſti poſſe. Quintum adhuc videtur obſtare argumentum, ad quod reſpondemus: I. Eandem ſolennitatem requiri in ratificatione actûs, quæ requiritur in confectione, *l. ſicut proponis, C. de nupt. l. nuptiæ ff. de rit. nupt. Decian. conſ.* 532. *num.* 2. *Aretin. conſil.* 127. *n.* 3. *Cacheran. deciſ.* 138. *ſub num.* 6. *verſ. nec obſtare &c.* ſicuti itaque ad hoc, ut Capitulum delinquat & puniatur, neceſſe eſt omnibus convocatis, præcedente deliberatione & communicato conſilio delictum commiſſum fuiſſe, per ea, quæ ſuprà deduximus: ita id ipſum etiam ut cenſeatur factum, ſingulorum ratum habuiſſe capitulum, ad hoc, ut puniri poſſit, neceſſariò præcedere debet, *Cacheran. d. deciſ.* 138. *ſub n.* 18.

Jam ex Actis Nobis transmiſſis de eô nihil conſtat, neque etiam opinamur, omnium Dominor. Capitularium mentem & intentionem fuiſſe, vel adhuc eſſe, injuſtum quorundam proceſſum, cum injuſtitiâ & læſione innocentis Nobiliſſ. Matronæ ejusque Filiæ & totius Nobiliſſimæ Familiæ conjunctum, ratificare & laudare: Quia multos potius ex iis, juſti & veri amantes, in corde ſuô iſtas iniquitates deteſtari, & injuſtè ac falsò diffamatis condolere, certò credimus. Et fieri etiam potuit, hos ipſos, qui Directores ejus proceſſus fuêre, Auctores fuiſſe & ſuaſores, ut Apologia iſta prætenſa divulgata ſit.

II. Illa Apologia videtur eſſe oppoſita Proceſſui inſtituto à Dnn. Conſulentibus, *ex L. Diffamari*, quamvis nulliter & contra Juris ordinem, ut in Reſolutione VIII. Quæſtionis deducetur: adeoque ad exculpationem nullitatum & diffamationis commiſſæ publicata. Tunc autem demum ex factô ſubſequenti actûs præcedentis, maximè illiciti, approbatio & ratificatio præſumitur, quando factum tale eſt, ut fieri non poſſit, niſi actus præcedens ratus habeatur, *Burt. & Paul. Caſtrenſ. in l. Paulus reſpondit, ff. rem rat. hab. Cravett. conſil.* 204. *n.* 14. *Burſat. conſil.* 118. *num.* 19. *Surd. conſ.* 164. *n.* 46. *& conſ.* 183. *n.* 36. & quælibet occaſio, ſive cauſa ſufficit ad excludendam ratificationem: quia neceſſariò ex factò inferri debet, *Roman. conſ.* 291. *num.* 5. *Dec. conſil.* 72. *n.* 5. *Marc. Anton. Natt. conſil.* 77. *n.* 14. *Maſcard. de Probat. concluſ.* 1255. *num.* 51. *&* 53.

Cùm verò iſta Apologia prædicto proceſſui fuit oppoſita, & etiam proteſtatio expreſſa ei inſerta, quod ad ſui tantùm defenſionem, ad nullius verò Diffamationem Domini Capitulares ediderint, non neceſſariò exinde inferri poteſt diffamationis ratihabitio & approbatio.

Hoc tamen huic Quæſtioni annectimus, ſi Domini Conſulentes, contra quosdam ex his, qui proceſſum iſtum nomine Capituli ita nulliter & ad injuriam Dominæ Viduæ, &c. formârunt, concurrentibus præſumptionibus quibusdam & conjecturis concludentibus, odii, inimicitiæ, invidiæ &c, propter quas illos potius, quàm alios convenire injuriarum vellent, id jure fieri poſſe non dubitaremus (cùm aliud ſit Capitulum, aliud ſinguli de Capitulo, per ſupra deducta,) eoque ad minus adigi poſſe, niſi propter factum injurioſum condemnari injuriarum vellent, ut jurejurando ſe purgarent, animô injuriandi, ex odiô & propter inimicitias nihil feciſſe, per ea, quæ in Cameræ judicio obſervavit *Andr. Gail.* 2. *obſerv.* 106. *n.* 5. *& comprobat. Marq. Freher. de exiſtim. lib.* 3. *cap.* 9. *ſub num.* 22.

Gilhauſ. de injur. §. 9. *n.* 38. *Bernh. Grav. concl. Practic.* 106. *n.* 2. *& ſeqq. lib.* 2.

QUÆSTIO VI.

Anne Domini Conſulentes Cæmentarium iſtum, ejusque Uxorem, quòd de Dominâ Viduâ ejusque Filiâ tam gravia & atrocia crimina falsò detulerint, easque diffamarint, injuriarum actione convenire poſſint?

AD quam quæſtionem ſine ambagibus reſpondemus, cæteris tamen paribus, quòd ſic. Siquidem injuria dicitur inferri, quoties alicui crimen aliquod imputatur & de eò ſpargitur, quod per ſe turpe eſt, & exiſtimationem ac dignitatis ſtatum lædit, quocunque id fiat modò. *l. item apud Labeonem* §. *generaliter*, *&* §. *ait. Prætor. ff. de injur. Bart. ibid. n.* 5. *Erneſt. Cothman. conſ.* 15. *n.* 58. *vol.* 1. *Farinac. de var. ac diverſ. crimin. quæſt.* 105. *n.* 15.

Quod etiam in eô locum habet, qui non ex officii neceſſitate, ſed motu propriô Judici de aliquo crimen falſum defert, & diffamationi cauſam præbet: Cùm nemo debeat denunciare crimen, quod probare non poteſt, per ea, quæ habentur in *l.* 1. *ff. ad Turpill. Aym. Cravett. conſ.* 13. *ſub n.* 3. *poſt med.* quem ad hoc allegat & ſequitur *Harprecht, in* §. *injuria autem, n.* 125. *Inſtit. de injur.*

Sicut enim ad accuſationem alterius proſilire nemo debet, niſi crimen intentatum & objectum legitimè probet, *l. qui accuſare*, 4. *Cod. de edend. l. fin. C. de probat.* Ita nec ad delationem, quia talis delator ſpontè ſe offerens ſimilis eſt accuſatori, *arg. l. ea quidem*, *C. de accuſat. Luc. de penn. in rubr. Cod. de delator. Grammat. Deciſ.* 39. *n.* 6. 9. *&* 10. *Sigismund. Scacc. de judic. lib.* 1. *cap.* 55. *ſub n.* 3. ubi dicit, contra ejusmodi delatorem poſſe opponi omnes exceptiones, quæ poſſunt opponi contra accuſatorem, *Jul. Clar.* §. *fin. quæſt.* 7. *in fin.* ubi dicit, de eô qui non ex neceſſitate officii, ſed ſponte accederet ad denunciandum, judicandum prout de accuſatore & ratione calumniæ condemnari poſſe: Quia accuſationis & delationis effectus quoad puniendum delictum in idem incidunt, *l.* 1. *in fin.* §. *quod quisque jur. l.* 1. §. *docetur ff. ne quis eum, qui in jus vocat.*

Ideoque denunciatores tenentur probare vera eſſe omnia, quæ in denunciatione continentur; uti poſt alios notavit *Joſeph. Maſcard. de Probat. concluſ.* 505. *num.* 1. *& ſeqq.* quod & in denunciatione ex officio calumnioſè multis defendit *Cravett. conſil.* 68. *n.* 8. 9. 10. *per text. in l.* 3. *C. de advocat. diverſ. judic.* & alia jura ac rationes ibid. adductas. Ergò tantò magis id obtinet in denunciatione ſpontè, & motu propriô, latè *Proſp. Farinac. de Accuſat. quæſt.* 16. *n.* 15. 16. 17. ubi teſtatur in fine, ſe vidiſſe ejusmodi Delatores propter calumniam fuſtigatos, vel ad triremes miſſos. Quamobrem ſi delator non probet crimina, quæ detulit, dolus & animus injuriandi in eô præſumitur, *l.* 1. *C. de advocat. diverſ. Judic. cap.* 2. *ibique gl. extra de calumniator. cap. qui crimen.* 2. *q.* 8. *c.* 1. §. *qui verò, de elect. in* 6.

Neque excuſantur Delatores noſtri, quod dixerint ſe audiviſſe à puellâ, cùm non minus reus ſit, qui crimen ab aliis confictum ſpargit, quàm qui ipſe confingit, *textus in cap. in cunctis.* §. *hæc igitur, ibi*: Nimiæ levitatis eſſe, ſi quis mala gravia credere ſtudeat, quæ probari non poſſunt, 11. *q.* 3. *c. non ſolum ibid.* ideoque ex eô, quod non ſolùm crimen intentatum non fuit probatum, ſed etiam notoriè de falſitate delationis conſtat, libido & animus injuriandi ſatis deprehenditur, *d. l.* 1. *C. de Advoc. diverſ. judic. l. ſi non convicii, C. de injur.*

Siquidem indubitatum eſt, quod mendacia ſummam fraudem & quammaximè deliberatum dolum, arguant & oſtendant, *Car. Ruin. conſil.* 29. *n.* 6. *vol.* 1. *Cravett. conſil.* 142. *num.* 17. *Hippol. Riminald. conſil.* 274. *num.* 53. *& mult. ſeqq.* neque adverſatur, quod dici ſolet, quamlibet cauſam, etiam injuſtam & fatuam excuſare à dolo, *l. igitur*, §. 2. *de liberat. cauſ. Mynſing.* 3. *obſ.* 98. *n.* 4.

Quia illa regula non procedit, niſi injuſta cauſa habeat probabilem ſimplicitatem vel ignorantiam, abſitque ab ea præſumpta vel aſtutia, vel vafricies *d. l. igitur.* §. *poteſt, de liber. cauſ. Uldalric. Zaſ. conſil.* 12. *n.* 106. *lib.* 1. ubi dicit, nullum eſſe juris textum, qui aſſertionem iſtam ſine illo temperamentô firmet. Proinde ſi qui ex Dd. eam doctrinam aliter docerent, hi non viderentur æqua docuiſſe; quia ſtatuerent tenebras lucem, & ut dicit Eſaias, bonum malum. Numquid enim ſemper Filii Belial cauſam prætexerent injuſtam, & ſic impunè graſſarentur? Quid enim non audet homo malitiæ deditus? Hactenus *Zaſius.*

Cauſa autem illa, quod audiverint à puellâ minorenni & à Diabolô divexata, non habet probabilem ſimplicitatem, neque tollit præſumptionem fraudis & aſtutiæ, cùm puella iſta tam propter ætatem, quàm propter ſexum & vitæ conditionem non fuit fide digna, ut ex ejus ore fas eſſet, tam atrocia crimina de Matrona honeſta & Nobilibus Perſonis in Judiciô deferre & divulgare, quo caſu ex tali cauſa quem non excuſari à dolo, ſi fœminis credat, poſt *Barbat. & Tyraquell.* limitando prædictam regulam tradit *Anton. Gabriel. commun. concluſ. lib.* 7. *concluſ.* 8. *n.* 42. ſicuti nec rumor incertus & vagus excuſare ſolet, per ea, quæ tradit *Maſcard. de Probat. concl.* 254. *n.* 40.

Secun-

Secundò regula illa non procedit in illici-
&jure prohibitis: quia in his ſemper dolus
l notorius eſt, vel ſaltem indubitatò præſu-
itur, *gloſſ.& Dd. in l. dolum, Cod. de dol.*
il. 1. *de Pac. publ. cap.* 7. *num* 23. *Petr.*
ider. de Proceſſ. lib. 1. *cap.* 23. *num.* 14.
eſ. conſil. 33. *num.* 6. *& ſeqq.* Illicitum
tem & jure divinô, naturali ac civili prohi
um eſt, de proximo crimina falſa & atrocia
frivolis & ineptis cauſis deferre & divulgare,
oque id faciens à dolô non excuſabitur.

Tertiò procedit illa regula, niſi aliunde
aliis iisque fortioribus validioribus conjectu-
dolus præſumatur, & appareat, uti tradit
urprecht, ad d. §. injuria autem, num.
2. *Inſtit. de injur.*

Jam verò non ſolùm de falſitate delationis
torie patet, ſed etiam adſunt conjecturæ,
æ oſtendunt cæmentarium iſtum ex odii &
litiæ virulentiâ potius ſuggeſſiſſe Filiæ iſta
mina, ut ea de Dominâ Viduâ aſſereret,
ut etiam hâc occaſione alios honeſtos Viros
Matronas diffamatas ſuprà deduximus.

Quamobrem cùm falsò cæmentarius ille
n uxore ſuâ de Dominâ Viduâ ejusque Filiâ
ociſſima crimina divulgârit, & ad Judicem
ulerit, quòd fuerint in conſortiô Sagarum:
od Dominâ Viduâ arte Magicâ Reverendiſ-
i N. Sorori aureum cochlear ſurripuerit:
od illi & Reverendiſſimæ Suæ Celſitudini in
ere N. grave damnum intulerit, eaque
nia falſa & confiĉta fuiſſe mendacia notoriè
ſtet, quis dubitet, hoſce delatores non
m ad damnum & intereſſe teneri, ſed et-
criminaliter vel civiliter injuriarum actione
veniri poſſe. Et cùm forſan parum habe-
in bonis, expedit potius criminalem ad-
ſus eos actionem ad corporis inflictivam,
d competentem & non ſuſpectum Judicem
ntare: Præſertim, cùm falſitas delationis
oria ſit, neç ipſi innocentiam ſuam legali-
purgare valeant. Non dubitamus Cæmen-
um iſtum ad minimum fuſtigatione & re-
tione, uxorem verò vel hâc ſolùm plecti
e, *juxt. l. fin. ff. de injur. Weſenb. in*
ratitl. num. 16. *ff. eod. tit. Gail.* 1. *obſ.* 65.
n. 2. 3. *Treutl. Diſp.* 30. §. 6. *lit. h. vol.*
in terminis falſi delatoris ita ſe obſervaſſe
tur *Farinac. de accuſat. quæſt.* 16. *num.*
in fin.

Certum enim eſt, injurias haſce atroces
, tùm ratione falsò delatorum criminum
cium §. *atrox. & ibi Dd. inſtitut. de in*
tùm quòd contra Dominam Viduam, tan-
n Nobilem & Honeſtam Matronam ac ſpe
æ dignitatis fœminam ejusque filiam Vir-
m verecundam, malitiosè effuſæ; ſecun-
Angel. in l. non ſolùm, §. quumque.
n. 3. *ff. de injur. Practic. Corrad. rubr.*
jur. num. 9. *Farinac. de var. ac diverſ.*
n. q. 105. *num.* 205. tum quia apud
orem ſeu loci Judicem ſparſæ: *l. Prætor*
dixit, §. atrocem, verſ. nam in Prætoris
conſpectu. ff. de injur. Arietin. in d. §. atrox.
Inſtit. de injur. Azo. in ſumm. num. 16. *C.*
eod. Pariſ. conſil. 174. *num.* 11. *Adrian.*
Gylman. Vot. Cameral. Tom. 2. *part.* 2. *vol.*
14. *num.* 8. tum quia ad Protocollum dictatæ
& ſcripto comprehenſæ: *l. Lex Cornel. §.*
ſi quis, ff. de injur. l. un. C. de famoſ. lib. cap.
1. *q.* 1. *Zaſ. in l. cum lex, num.* 12. *ff. de*
legib. tum quia plures injuriæ & delicta ſunt,
l. 1. *verſ. quia duplici, C. de rapt. virg.*
Erneſt. Cothman. conſ. 15. *n.* 82. *& ſeq.*
vol. 1. tum quia in Judiciô criminali & loco
publico multis adſtantibus & audientibus pu-
blicatæ & proclamatæ, *d. l. Prætor edixit,*
§. *at ratione, ff. de injur. l. ſed eſt quæſtio-*
nis, §. 1. *ff. eod. c.* 1. *ibi multis, coram ad-*
ſtantibus, extr. de maledic. & per illum
text. poſt Hoſtienſ. Johan. Andr. & alios,
Farinac. d. q. 105. *num.* 186. *&* 189. *Cravett.*
Conſil. 168. *num.* 11. tum quia toti familiæ
dedecori: *Auguſt. Beror. conſ.* 173. *num.* 8.
vol. 3. tum denique ratione pernicioſi eventûs,
cùm nequiſſimi iſti Delatores iſthâc ſuâ delatio-
ne tantum effecerint, ut injuriæ iſtæ & calumniæ
à Judice loci, quamvis neque piè, neque juſtè,
pro exploratis facinoribus fuerint publicatæ, &
multi, maximè vulgus hominum, inde ſini-
ſtrè de Dominâ Viduâ ejusque Filiâ ſuſpicati
ſint, *Nevizan. Conſ.* 76. *num.* 6. *Erneſt. Coth-*
man. Conſil. 4. *num.* 24. *v.* 3.

QUÆSTIO VII.

Anne injuriæ iſtæ pro ſcriptis & realibus potius, quàm verbalibus habendæ, adeoque etiam anno elapſo actio injuriarum ſalva ſit?

Ad quam pariter ſine circuitu reſponde-
mus, injurias haſce non ſolùm ore pro-
latas, ſed etiam ſcripturâ comprehenſas, eas-
que publicè in Judiciô lectas, ipſa teſtari acta &
ſcripta. Et cùm ſupra reſponderimus totum
Capituli corpus commodè injuriarum actione
conveniri non poſſe, hic diſquirendum, anne
etiam ex parte Cæmentarii ejusque Uxoris in-
juriæ hæ ſcriptis factæ cenſeri poſſint: Et qui-
dem certum eſt, injuriam in ſcriptis fieri, quo-
ties aliquis ſcripturam famoſam componit,
ſcribit, edit, h. e. copiam deſcribendi facit, vel
quod perinde eſt, alteri ſcribendum dictat, *L.*
Lex Cornelia 5. §. *ſi quis* 9. *ff. de injur.* §.
1. *& ibi Schneidewin. & Dd. Inſtit. de in-*
jur. l. it. apud Labeonem. 15. §. *ſi quis, ff.*
eod. ubi JC. Ulpian. ſi quis, inquit, libello dato
vel Principi alicui, famam alicujus inſectatus
eſt, injuriarum erit agendum. Conſtat autem
ex actis, Cæmentarium noſtrum ejusque Uxo-
rem non ſolùm voce injurias haſce Judici detu-
liſſe & ſparſiſſe, ſed ad album ſ. Protocollum
articulatè dictâſſe, easque ex ore eorum ita ab

Actuario in publica monumenta conſcriptas & receptas eſſe. Jam verò ex modò dictis Juribus non ſolùm is injuriam in ſcriptis feciſſe cenſetur, qui ſcribendo alicujus famam inſectatur, ſed etiam qui tale quid edit apud Judicem, vel alium quemcunque. Edere autem, ut explicat Ulpianus JC. non ſolùm eſt copiam deſcribendi ejus facere, ſed etiam dictare, vel ad album Prætoris demonſtrare, quid dictaturus eſt, *l.* 1. §. 1. *ff. de edend. Joh. Oldendorp. Claſs.* 1. *art.* 8. *in princ.*

Ideoque nihil intereſt, ſive quis porrigat libellum Judici in ſcriptis, vel porrigat querelam vel delationem verbalem apud acta Judicis, & tabellio eam in ſcripta redigat, ut explicat *Salicet. in l. pœn. num.* 2. *C. de accuſat. Jul. Clar. lib.* 5. *ſentent.* §. *fin. q.* 12. *num.* 7. Hinc etiam in crimine libelli famoſi nihil intereſt, an aliquis ſcripſerit, vel alii ſcribendum dictârit, ſecundum *Angel. in l. Lex Cornel.* §. *ſi quis librum, num.* 1. *ff. de injur. Ant. Gomez. de delict. c.* 6. *rubr. de injur. num.* 1. *in pr. Cephal. conſ.* 341. *num.* 5. *Farinac. de var. ac diverſ. crimin. q.* 105. *num.* 445.

Ex hiſce itaque fundamentis indubitatis præſupponimus injurias iſtas non ſolùm voce & verbis, ſed etiam ſcriptis factas. Ideoque quamvis ex communiori Dd. ſententiâ verbales, non reales ſint, actionem tamen ſuper iis competentem non annalem, ſed perpetuam eſſe, in forô & Praxi receptior eſt ſententia: cùm ſcriptura ſit perpetua, quæ ſemper manet, ſemperque loquitur, *Udalricus Zaſ. in l. cum lex, num.* 12. *ff. de leg. per text. in l. Arriani, C. de hæret. faciat textus in l. quædam.* §. *nummularios, ibi, quarum probatio ſcripturâ continetur, ff. de edend. Paul. Conſil.* 112. *num.* 44. *vol.* 1. *per text. in l.* 1. §. *init. ff. de offic. præfect. urb.* Hinc *Oldendorp.* Germaniæ Sulpitius, uti eum appellat *Erneſtus Cothmannus Reſp. Acad.* 1. *num.* 125. ſcribit, quòd plus lædant ſcripta, & diutius hæreant, quàm vulnera, *Claſſ.* 7. *art.* 10. §. *uſus autem ſum exemplô, &c.* Habent enim ſcripta actum permanentem, uti dixit *Bald. in un. num.* 5. *verſ. primò caſ. C. de confeſſ.* Et ſemper continenter ac quotidiè loqui cenſentur, *Pariſ. d. Conſ.* 112. *num.* 44. *Joh. Althuſ. lib.* 1. *Juriſpr. Rom. cap.* 53. *verſ. pœna hæc tollitur.* Et hanc ſententiam præter allegatos tuentur *Bernhard. Wormſer. Pract. For. lib.* 1. *t.* 47. *obſ.* 11. *num.* 3. *Hieron. Schurff. conſ.* 12. *num.* 1. *cent.* 1. *Mynſing. Reſponſ.* 59. *num.* 9. *Vultej. ad* §. *pœna autem. num.* 8. *Inſtit. de injur. Borcholt. in* §. *fin. Inſtit. Hackelman. Illuſtr. quæſtion. Diſp.* 23. §. 25. *lit. c.* Eamque tanquam jure & rationibus firmioribus ſuffultam Cameram Imperialem in decernendis Proceſſibus & cauſarum deciſione ſequi, teſtatur *Andr. Gail.* 2. *obſ.* 104. *num.* 4. Et ita concluſum in cauſâ *Pauli Wobeſers, contra G. Uhrangel* 25. *Septembr. Anno* 1567. *Auctor. Deciſion. ſive præjud. Camer. verb. injur. verſ. injuria picta, vel ſcripta, fol.* 154. Ubi pariter atteſtatur, ita obſervatum in cauſâ *Hanaw contra Groſſchag.* 22. *Sept. Anno* 1578. ab eaque recedendum non eſſe arbitratus eſt Dn. Referens, cui reliqui Adſeſſores omnes adſtipulati ſunt in cauſâ cujusdam civitatis N. contra D. N. apud *Gylman. Tom.* 2. *Votor. Cameral. Part. vol.* 12. *num.* 1. Ac juxta eam aliquando pronunciaſſe Academiam Friburgenſe teſtis eſt *Udalricus Zaſ. ad d. l. cum lex num.* 12. *ff. de legibus.*

Deciſiones autem Cameræ eſſe inſtar Legis & pro Lege meritò ſequenda, ſcribit *Hermannus Vultej. lib.* 2. *de Feud. c.* 3. *num. in fine.* Cum ipſa repræſentet Imperatorem & ſummi Principis Conſiſtorium, ut idem *Vultejus reſpondit Conſ.* 21. *num.* 264. *vol.* 3. Ubi à Camerâ Imperiali, Imperatorem & Statum Imperii repræſentantem, deciſa dicit vim legis habere, argumento eorum, quæ traduntur de deciſionibus Conſilii Neapolitani & aliarum Curiarum ſupremarum, *Matth. de Afflict. Deciſ.* 169. *num.* 9. *& Deciſ.* 190. *num.* 7 *Robert. Marant. in Specul. Judic. Tit. de Appellat. num.* 252. *Menoch. Remed.* 1 *recup. poſſeſſ. num.* 189. Ubi quòd Deciſiones Conſilii Delphinatûs vim legis in eâ regione habeant. Idem de Deciſionibus Rotæ Gratianopolitanis diſſerit *Weſenb. ad* §. *reſponſ. inſtit. de I. N. G. & civ. Menoch. Conſ.* 53 *num.* 28.

Ideoque Cameræ Deciſiones communi Dd opinioni rectè præferuntur, *Vult. de Conſ.* 21 *num.* 264. *Cæſar. Urſill. in addit. ad Afflict. Deciſ.* 1. *n.* 10. *Franciſc. Viv. Deciſ. Neap.* 401. *num.* 26. *& ſeqq.* quod adducit *Bernh. Græve, in proœm. concluſ. Pract. conclu[ſ.]* 2. *num.* 31. Et facit *text. in l. filius* 14. *in pr.* ubi JC. Paulus Quæſtionem ex anterio[ri] Senatûs Deciſione reſolvit in verbis: Sic enim inveni Senatum cenſuiſſe, *ff. ad l. Cornel. de falſ. l.* 1. §. *hoc autem SCtum, ibi: & ad ſextus ſic eſſe iudicatum, ff. de SCto Syllan. cum ſimilib.*

Et extat in jure noviſſimô Sanctio Pragmatica, ut in quæſtionibus inter Dd. controverſ[is] Senatûs Cameralis ſententiæ, vota ſeu deciſiones anteriores in novè emergentibus caſibus obſerventur, donec Imperatoris & Statuum Imperii communi deciſione terminentur, *R. Spir. Anno* 1570. §. *quò verò omnis immutatio &c.* ibi: Quò etiam opiniones inter JCtos controverſas & in rationibus cauſarum cum approbatione totius Senatûs recepras, diligenter colligant, &c. Junct. verbis: Nihilominus Judex Cameræ interim (videlicet antequam Imperatoris & Statuum conventione & ſanctione aliter non ſit deciſum) in decernendo proceſſus & decidendo cauſas illis ſe congruum gerat. Ubi itaque claram habem

emus textûs determinationem,meritò longior
ſſat diſputatio, *l. ancilla, C. de furto, We-*
nbec. Conſ. 24. *num.* 15. *Decian. Conſ.* 2.
um. 102. *vol.* 2.

Supereſſe adhuc difficultas quædam vide-
r, cujus Domini Conſulentes in Facti Specie
on meminerunt, à quô hæc actio inſtitui poſ-
t? Cum enim Domina Vidua defuncta ſit, vi-
etur ipſius morte exſtincta injuriarum actio,
ùm mors omnia ſolvat, *Nov.* 22. *cap.* 20. *in*
r. Ideoque eam neque hæredibus neque in
æredes dari, *l. Injuriarum.* 13. *l. item*
pud; 15. §. *injuriarum, ff. de injur.*
ſi eum, 10. §. *qui injuriatur, ff. ſi*
ution. in Judic. tot. tit. C. ſi reus vel accu
t. mortuus fuerit.

Sed quia non ſolùm Dominæ Viduæ, jam
è Defunctæ, ſed etiam Filiæ ejus adhuc vi
nti nominatim injuriæ fuerunt illatæ, ut et
m in omnium relictorum liberorum & totius
miliæ ignominiam illæ redundent, dubium
on eſt, prædictam Nobiliſſ. Virginem unà
m Fratribus & Sororibus totaque cognati-
e, ſuo ac Matris & reſpectivè Cognatæ
mine, actionem injuriarum criminalem,
accuſationem contra Cæmentarium illum
ſque uxorem, peſſimos injuriantes, inſti-
ere poſſe, *l. Lex. Cornel. in pr.* §. 3. *l.* 1. §.
ff. de injur. l. 1. §. 1. §. 2. *l.* 2. *l.* 3. *ff. de*
liber. cauſ. Bart. in d. l. Lex Cornel. in
ante num. 1. *& ibi Alexand. in addit.*
b. Idem Bart. in l. ne pupillo, §. *ſi quis*
in qua quæſtion. ff. de nov. oper. nunciat.
ul. Caſt. Conſil. 275 *col.* 2. *vol.* 2. *Maſcard. de*
obat. lib. 1. *concl.* 68. *num.* 4. *Proſp. Fa-*
ac. de var. & diverſ. crim. q. 105. *Me-*
h. lib. 2. *Arbitrar. caſ.* 262. *n.* 1. *Oſaſc.*
cheran. Deciſ. Pedemont. 104. *num.* 3.
er. Decian. in Tract. Crimin. lib. 3. *cap.*
Joh. Petr. Surd. Deciſ. Mantuan. 89. *n.*
11. *& aliquot ſeqq. Johan. Schneid*
ad §. *patitur. num.* 15. *Inſtit. de injur.*
bert. Marant. in Specul. part. 6. *tit. de*
uiſit. num. 60. *& ſeqq. Fichard. conſil.*
man. 98. *num.* 3. *Lud. Gilhauſ. de injur.*
famoſ. lib. §. 7. *num.* 23. *& ſeqq. Tyra-*
ll. de pœn. temper. cauſ. 51. *num.* 68.
nningus Goden. conſil. 402. *num.* 11. *&*
ſil. 107. *num.* 2. 3. *& ſeqq. Hartman. Pi-*
obſ. 99. *num.* 1. & ita etiam de jure con-
s reſpondit *Erneſt. Cothman. conſ.* 87.
n. 10. *& ſeqq. vol.* 2.

Idque non ſolùm vivente, ſed etiam de-
cto injuriato obtinere, ut liberi & cognati
riantem accuſare & injurias parenti vel co-
o maximè in judiciô & ſcriptis illatas, vin-
re poſſint, eleganter firmat *Matth. Weſen*
conſil. 22. *num.* 2. ubi dicit, quod licèt
injuriarum non tranſeat ad hæredem,
uam hæredem, cùm non ſit in bonis De-
ti, in quibus terminis jura ſupra allegata
untur, ſed benè poſſit accuſare hæres tan-
quam perſona conjuncta, cujus intereſt, & qui
perſequitur vindictam propriam perſequendo
injuriam defuncti, *per text. in l.* 1. §. *& ſi*
fortè, ff. de injur. ubi addit JC. rationem,
quod ſpectet ad exiſtimationem noſtram, ſi qua
defuncto, cui ſucceſſimus, fiat injuria, vel ſi
fama ejus laceſſetur; quia videlicet ſemper in-
tereſt hæredis defuncti exiſtimationem purgare,
text. in l. d. 1. §. 6. *ff. de injur. Hier. Schurff.*
conſil. 61. *num.* 13. *cent.* 1.

Et quamvis allegati textus loquantur de in-
juriis, jam defuncto & cadaveri illatis, ratio
tamen ſubjecta generalis eſt & fortior in viven-
te, quàm in defunctô militat. Ideoque idem
jus argumento à fortiori vigere debet *l. non poſ-*
ſunt eum ſeq. ff. de legib. l. pen. §. *ſi quis* 5.
verſ. & licet municipum ff. de jur. & fact.
ignor. Minor enim eſt injuria, quæ fit De-
functo, quàm illa, quæ fit viventi, ut ex
notat. per *Bartol. in l. fidei commiſſum, C.*
de fideicommiſſ. tradit. Cravet. conſ. 205.
num. 26.

Ideoque hæredibus, maximè liberis, ut
injuriam Patri vel Matri Defunctæ illatam pro-
ſequantur criminaliter, jure permiſſum eſt,
præſertim, ſi injuriæ ſint factæ in ſcriptis & in
judiciô, per tradita *Weſenb. d. conſil.* 22. *n.* 2.
Et ita etiam extendit & ſequitur *Cothman. d.*
conſ. 87. *n.* 16. *vol.* 2.

Quod etiam eô caſu, quô Defunctus inju-
riam remiſiſſet injurianti, ut nihilominus con-
juncti de familiâ eam vindicare poſſint, proce-
dere, disertè declarat *Joh. Petr. Surd. d. De-*
ciſ. Mantuan. 89. *num.* 4. quem allegat & ſe-
quitur *Farinac. de var. ac diverſ. criminib.*
quæſt. 105. *num.* 289. *in fin.*

Sed ex concione funebri typis divulgatâ &
Nobis transmiſsâ conſtat, Dominam Viduam
vindicationem ſibi illatarum injuriarum DEO
juſtiſſimo Judici & liberis ſuis debitô modô pro-
ſequendam ante mortis horam commiſiſſe &
injunxiſſe his verbis: Se quoad ſuam Perſo- „
nam calumniantes illos ad judicium DEI ci- „
taturam, reliquum autem hoc in mundo Li- „
beris & Hæredibus ſuis vindicandum relin- „
quere &c.

Quamobrem Liberi Defunctæ Nobiliſſimæ
Dominæ Viduæ ultimo elogio & mandato ad
injurias haſce debitô modô & per legitimos Ju-
ris tramites vindicare obſtringuntur. Idque
& piè & juſtè Domina Vidua liberis ſuis injun-
gere & ab his rectè effectum dari & poteſt &
debet, exemplo Davidis, Viri ſecundum cor
DEI & Salomonis, filii ejus Sapientiſſimi: ille
enim injuriam ſibi illatam à Semei Filio Gera,
uti & proterviam ac delicta à Joabo commiſſa,
huic, tanquam Succeſſori & Hæredi in regnô,
ſanguine vindicanda commiſit, quod & is ita
ex Patris juſſu piè & juſtè executus eſt. 2.
Reg. 3. §. 3.

Succedit

Succedit jam

QUÆSTIO VIII.

In quâ in-eventum quæritur:

Anne hoc caſu, quô commodè adverſus Capitulum injuriarum actio inſtitui non poſſit, directò & in ſpecie contra id ipſum denuò citatio ex L. diff. peti & ex eâ proceſſus formari poſſit, præſertim, cùm contra jamdum agitatum & finitum judicium ex prædicta L. diff. in genere contra quoscunque Diffamatores inſtitutum Apologiam quandam ediderint & judiciariæ telæ terga obverterint?

SEd cùm ex Actis Nobis transmiſſis conſtet, citationem & Proceſſus ex L. diffamari generaliter contra quoscunque, & ut ex narratis ſupplicationis & citationis ſatis evidenter appa-ret, etiam contra Dominos Capitulates N. propter nullitates in proceſſu ſuô, maximè quatenus tangit Dominam Viduam ejusque Filiam, commiſſas, directò fuiſſe impetratos, eoque rem deductam, ut poſt emiſſam ſecundam citationem edictalem, peremptoriam & accuſatâ ſolenniter contumaciâ, nemine comparente, ſervato Juris ordine, omnibus & ſingulis Diffamatoribus, qui diffamationi occaſionem præbuerunt, à deputatis Reverendiſſ. Domini Epiſcopi Commiſſariis, per ſententiam perpetuum impoſitum ſilentium, 25. *Jan. Anno* 1619. illaque in rem judicatam tranſiverit, denuò ex eâdem causâ & ad eundem effectum agi non poterit: hoc etenim rerum judicatarum auctoritas non patitur, ut ea, quæ ſemel finita ſunt, ex eodem capite & fonte inſtaurentur, *l. 5. C. de re jud. & ibi Cujac. in Paratitl. Azo in ſumm. l. fin. C. ſentent. reſcind. non poſſ.* ubi Conſtantinus Imp. reſcripſit, deciſas ſemel cauſas judiciali ſententiâ, ne quidem per reſcripta Imperialia reſuſcitari. Cùm itaque Domini Conſulentes, proceſſus ex L. diffamari in genere contra quoscunque, & ita etiam contra Dominos Capitulares jam ante obtinuerint, eoque rem perduxerint, ut quibuscunque & conſequenter etiam Dominis Capitularibus per ſententiam ſilentium perpetuum fuerit impoſitum, illaque neque per Appellationem, vel aliud remedium ſuſpenſivum extincta vel ſuſpenſa ſit, ſuum tranſeundo in rem judicatam ſortita eſt effectum, etiam contra Dominos Capitulares, in quantum illi diffamationis illius commiſſæ reos ſe fecerunt, per ea, quæ poſt alios *Blarer. ad L. diffamari, cap. 8. n. 41. & mult. ſeqq.* iisque plenum attulit præjudicium *Geil. 1. obſ. 12. n. 5.*

Neque per prætenſam illam Apologiam Directores proceſsûs illius nulliter inſtituti, ex quô orta hæc diffamatio, effectum emanatæ citationis & deſuper in contumaciam publicatæ ſententiæ, ſibi ipſis in prætenſa illâ Apologiâ jus dicentes, impedire aut effugere jure potuerunt; ſed omninò citati comparere & in competenti hoc judiciô, ſi quas ſuæ diffamationis & proceſsûs contra Dominam Viduam ejusque filiam nulliter & neglectô juris ordine inſtituti, juſtas proferre rationes & cauſas potuiſſent allegare, & Judicis ſententiam, causâ plenè diſcuſsâ, expectare debuiſſent. Nam ideò judiciorum vigor, Jurisque publici tutela videtur in medio conſtituta, ne quisquam ſibi ipſ[e] valeat permittere ultionem, reſcribentibu[s] Impp. *Theodoſ. Arcad. & Honor. in l. nullus 14. C. de Judæ. & cœlicol.*

Et exſtat Decretum Divi Marci in hæc ver[ba]: Optimum eſt, ut ſi quas te putes habere petitiones, actionibus experiaris. Cùm Mar[c]ianus diceret: Vim nullam feci; Cæſar dixit: Tu vim putas eſſe ſolùm, ſi homines vulnerentur? Vis eſt & tunc, quoties quis id, quod deberi ſibi putat, non per Judicem repoſcit, teſte JC. *Calliſtrato, in l. exſtat, 13. ff. quod met. cauſ. l. 10. in verb. non expectato judiciorum ordine &c. Cod. unde vi, l. 11. ibi nec citra præſidialem juſſionem res Debitori[s] arbitrio ſuo auferre poteſt, C. de pignorati[t]. act.* Non enim ſingulis permittendum eſt, quod per Magiſtratum fieri debet, teſte *JC. Paul. in l. non eſt ſingulis. ff. de Reg. Jur.* Juris igitur æquabilis decernendi gratiâ Judice[s] inventi ſunt, *Claud. Cantiunc. de offic. Ju[d]. c. 2.* ubi in hæc ſcribit verba: Si in ſua ſibi quem[li]que causâ jus dicere Majores noſtri ſuſtinuiſſen[t], quid non ſibi permiſiſſent vel potentiores in i[n]fimos? Vel Veteratores iſti cautelarii in ſim[plicis] plicis cultores veritatis? Imò quæ non Tyra[n]nis ex illa licentiâ profluxiſſet: hujus igitur [æ]qualitatis conſervandæ gratiâ arbitrati Legur[-] latores iniquum admodum eſſe, in re propr[ia] tribuere alicui licentiam, jus ſibi dicere, *l. u[n]. Cod. ne quis in ſua cauſ. jud. l. qui juriſdictioni præeſt. 10. ff. de jurisd.* Quibus lic[et] ſolutus videatur Summus Romanorum Pri[n]ceps, *l. Princeps, ff. de legib.* adeò ut ipſe causâ propriâ judicare poſſit, *l. & hoc 41. ff. [de] hæred. inſtit. §. fin. inſtitut. de vulgar. ſu[b]ſtit. ubi Tiberius, & l. pen. ff. de his, q[ui] in teſtam. del. ubi Anton. Impp.* in cauſis pr[o]priis judicârunt, *Bald. in l. reſcripta. C. [de] precib. Imper. offer. Zaſ. in l. eſt receptu[m] num. 8. & 9. ff. de jurisd. Caſtald. de Imp[er.] quæſt. 91. n. 2. & ſeqq. Natt. conſil. 487. 49. Cravett. conſil. 5. n. 6.* placuit tamen le[gi]bus ſoluto Principi legibus ſe allegatum pro[fi]teri Principem, *l. digna vox, C. de LL.*

Indeque vigore Aureæ Bullæ Carol. IV. [præ]ceptum, ut ipſe Imperator vel Rex Roman[orum] ſuper cauſis, pro quibus impetitus fuerit, [co]ram Electore Palatino Rheni reſpondeat, *te[ſte] in Aur. Bull. Carol. IV. cap. 5. §. fin. Tho[m.] Michaël de Jurisd. concluſ. 131. Vult. ad [l.] 1. n. 4. & ſeq. C. ubi Senat. & Clariſſ. Sixt[.]*

e regalib. lib. 1. *cap.* 8. *num.* 52. *& ſeqq. leig. Illuſtr. quæſt. part.* 1. *q.* 4. *n.* 8. *Ro- nth. de Feud. c.* 12. *concl.* 3. *n.* 13.

Si itaque ipſe Imperator ſuper cauſis, pro uibus impetitus fuerit, judiciorum vigori & rdini ſe ſubmittit, neque ab obſervantiâ judi- iali ſe eximit, tantò minus id aliis minorum entium Magiſtratibus licebit vel integrum erit, pologias ſcribendo judicialem authoritatem ernere & pro ſuo arbitratu partis & Judicis ires ſubire. Hinc toties in noviſſimis cautum egimus Imperii conſtitutionibus, omnem iam facti, ſive id fiat armis, ſive ſcripturis, ſive icturis, in ipſis etiam Imperii Principibus & tatibus eſſe prohibitam, nullique, cujuſcun- ue conditionis & dignitatis, fas eſſe Judicio- um vigorē ſpernere & facti viam eligere, *text. n R. I. Auguſt. Vind. de An.* 1555. *§. Econ- tra Status &c. in verbis*: Aliâs nullus o- mninò Status alterum in factô aut aliô modô ingratiis ejus ad judicium vocet, ſed ubique, juxta tenorem & manuductionē Jurium in S. R. I. receptorum, debitis & ordinariis Legi- bus contentus ſit &c. *R. I. Wormatiæ de A.* 521. *ſub Rubr. S. C. Maj. Pax Publica*: *n fin. princip. ibi*; Qui alium convenire de- ſiderat, is debito in loco & judiciô, quò cauſa propriè pertinet, idem tentare debet. *R. I. pir. de Anno* 1526. *§. Secundò, in fin. verb.* Quicunque aliquid contra alium habet, de eo juribus ordinariis agere & conqueri debet, ſub pœnâ & mulctâ ruptæ Pacis publicæ &c: *R. I. Regenſpurg. de Anno* 1541. *§. Quod- verò quiſpiam &c. ibi*: Jure hujusque or- dinariâ executione & *de Anno* 1542. *§. Et t tempus &c*: junctâ *ordinat. Polit. de A.* 548. *ſub rubr. de lib. famoſis.*

Hæc jura, licet de Actore loquantur, idem amen in Perſonis Reorum conventorum obti- ere dubium non eſt, cùm quoad Proceſſum & Juris ordinem plerunque Actor & Reus pari ure cenſeantur, per jura vulgò nota. Quin mò in Judiciô hoc L. diffamari, non Domini Conſulentes, ſed Domini Directores hujus Proceſsûs, vel qui eorum factum probârunt, ctoris vices ſuſtinuerunt, per ea, quæ tradit *Geil.* 1. *obſ.* 9. *& latè ibid. Bernh. Græve. oncl.* 9. *per tot. Mynſinger.* 6. *obſ.* 90. Ne- que etiam opitulatur Dnn. Apologiſtis, quòd int Clerici & conſtituant corpus dignitate val- dè conſpicuum: ſiquidem etiam adverſus Præ- atos & Clericos competere beneficium *L. dif- famari, tradit Felin. in cap. accepimus, & per illum textum extr. de fid. inſtrum Alex. onſ.* 103. quos allegat & ſequitur *Cæſar. Con. ard. in Tract. L. diffamari c.* 3. *n.* 33. *& ſeqq.* ubi id ampliat, ut tali caſu non ſolùm Prælatis, ſed etiam eorum Succeſſoribus perpe- petuum cenſeatur impoſitum ſilentium: *& cap.* 5. *num.* 3.

Et conſtat ex noviſſimis Imperii Conſtitu- ionibus ipſaque Praxi in viridi obſervantiâ po- ſitâ Electores Principes & ſtatus Imperii, tam Eccleſiaſticos, quàm Seculares, hoc noſtrô L. diffamari remedio in Camerâ certis caſibus, non attentâ ſtatus dignitate, conveniri poſſe, *Geil.* 1. *obſ.* 10. *& ſeqq. Mynſ. loc. ſuprà alleg.*

Quamobrem, cum Domini Conſulentes ad Jus provocarint, & ſervatô juris ordine pro- ceſſus & tandem ſententiam obtinuerint, ea- que neque per appellationem, neque ſimile re- medium extincta vel ſuſpenſa ſit, ſed in rem judicatam tranſierit, contra quoscunque diffa- matores ſuum ſortita eſt effectum. Neque enim unquam relatum, neque usquam rece- ptum, ceu loquitur JC. *in l.* 1. *ff. de Senator.* Apologias ſcribendo & edendo reum conven- tum, vel actorem obſervantiam judiciorum de- clinare, vel ſententiæ & rei judicatæ effectum impedire poſſe. Ideoque cum Reverendo Capituli N. Decano citatio hujus proceſſus ſo- lenniter fuit inſinuata, ut conſtat ex relatione nuncii, & paſſim publicè affixa, utique Capi- tulum per Syndicum vel Procuratorem com- parere, & exceptiones, ſi quas habuiſſent, vel dilatorias, vel peremptorias opponere, ſi ſententiam perpetui ſilentii impedire voluiſ- ſent, Juris auctoritate obſtricti fuerunt. Aut enim exiſtimarunt Dnn. Capitulares citationem attingere Reverendum Capitulum, aut non. Si hoc, non opus fuit Apologiam ſcribere, vul- nus factæ jam ante diffamationis per eam re- fricare, & Dominorum Conſulentium Matrem jam piè defunctam, & filiam adhuc viventem, ulterius præter meritum gravare & affligere: Si illud, omninò comparere & jure agere debuiſſent, per modò tradita.

In

QUÆSTIONE IX.

Duo Proponuntur:

I. Annè modò memoratis remediis defi- cientibus, vel propter difficultates circa ea incidentes, vel aliis emergentibus hoc caſu incommodis, Domini Conſulentes contra Dominos Capitulares, ad nullitatem pro- ceſſûs tutò agere, & apud Superiorem obti- nere poſſint, ut iſte Proceſſus Superioris auctoritate annulletur & caſſetur?

AD hanc Quæſtionem breviter reſponde- mus, Dominos Conſulentes ad Proceſ- ſus illius, reſpectivè contra Matrem & So- rorem nulliter & neglectô Jure inſtituti & pu- blicati, caſſationem, propoſitâ nullitatis que- relâ procedere, idque deductis nullitatibus ex ipſis

ipſis actis, quæ notorium inducunt, obtinere poſſe, dubium nullum eſſe dubitamus, per ea, quæ tradit *Mynſing. obſ.* 42. *cent.* 4. *Johann. Fichard. conſ. Germ.* 123. *per tot. And. Geil.* 1. *obſ.* 127. *num.* 8. *& ſeqq. Erneſt. Cothm. conſil.* 14. *num.* 53. *& aliquot ſeqq. & conſil.* 16. *n.* 134. *& ſeqq. vol.* 1. *Auctor. deciſ. ſive præjudiciorum Cam. verb. Citatio ſuper Nullitate fol.* 73. *Et eſt text. in ord. Camer. Part.* 3. *Tit.* 34. §. *adeoque nullitas debet &c. Et in ead. ordin. Part.* 2. *tit.* 28. §. „ *item*, *poſtquam etiam* &c. ibi: Quod ſiquis „ conqueratur, ſe in cauſis Criminalibus neq; „ citatum neque auditum, adeoque nulliter & „ aliâs contra ſanam rationem omnemque æ„ quitatem contra ſe proceſſum, actum & judi„ catum fuiſſe, adeoque principaliter contra „ Nullitatem Proceſſum urgeat &c. tunc Parti „ querulanti hujus nullitatis ergò citatio adju„ dicanda & abhinc adjutoriũ legale conceden„ dum erit &c. Cùm itaque ex ipſis actis & iis, quæ in 3. Quæſtionis reſolutione deduximus, evidenter appareat, quamplurimas & inſanabiles nullitates, contra jura naturalia, civilia & conſtitutiones Criminales Caroli, in Proceſſu iſto N. commiſſas & Dominorum Conſulentium piè defunctam Matrem & adhuc viventem Sororem, ac totam cognationem exinde graviter læſam, hoc remediô experiri tutiſſimè poterunt.

Verum enim verò cùm in optione gravati ſit, vel coram eodem Judice, qui pronunciavit, vel coram ejus Superiore nullitatem principaliter in judicium deducere, *Bart. in l. ſi expreſſam*, 19. *ſub n.* 14. *ff. de Appellat. Fe lin. in c. in literis*, *num.* 4. *de offic. & poteſt. Jud. eleg. Sebaſt. Vant. de Nullitat. rubr. coram quô poſſit*, *&c. num.* 7. *&* 8. *ubi teſtatur de communi. Sigismund. Scacc. de appellat. quæſt.* 19. *remed.* 1. *concluſ.* 6. *num.* 73. *Mynſing. obſerv.* 92. *n.* 6. *cent.* 5.

Hoc etiam caſu in optione Dominorum Conſulentium erit, anne Nullitatis querelam apud Reverendum Capitulum N. velint proponere, & poſtulare, ut proceſſum à ſe inſtitutum, quatenus ille Dominam Viduam ejusque Filiam attigit, publicè in judiciô per decretum annullent & pro nullô declarent; illaque acta inquiſitionis à publicis actis ſeparent & cancellent, refuſis ſibi damnis & expenſis. Et ſi hæc via Dominis Conſulentibus placuerit, non dubitamus Reverendum Capitulum ipſorum poſtulationi non defuturum: Siquidem Principalibus conſtitutionibus cautum eſt, ea, quæ infamandi alicujus causâ in monumenta publica poſita ſunt, tolli de mediô, inquit *JC. Marcian. in l. conſtitutionibus*, 37. *ff. de injur.* conſtat autem ex actis & deductis, crimina iſta à Cæmentariô & Uxore ejus infamandi cauſa falsò conficta, delata & nulliter in monumenta publica relata, eſſe notoriè falſa, ac ad infamationem Dominæ Viduæ jam Defunctæ ejusque Filiæ & totius familiæ ſpectare, ideoque à monumentis publicis, quæ non falſorum criminum ſuggeſtionibus, ſed explorata rerum veritate firmitatem obtinent, removenda, *arg. l. fin. de re judic.*

Et ſi fortè quis perſuadere vellet Dominis Capitularibus, hoc ſine ſcandalo aliquo & diſreputatione Reverendi Capituli fieri non poſſe, is ſciat Judicem potius admittere debere ſcandalum, quàm veritatem relinquere, & falſa crimina pro exploratis in monumentis publicis reſervare, ut ex Hadrian. refert *Neviz. in Sylv. Nupt. lib.* 5. *num.* 116. quia iram DEI ſupra ſe provocat, qui veritatem opprimi reſpiciens, eam pro viribus non oſtendit & defendit, *c. quisque & cap. nolite* 11. *q.* 3. veritati enim meritò omnia cedere debent *c. fraternit. de frig. & malef.* Ideoque melius eſt pro veritate pati ſupplicium, quàm pro adulatione recipere beneficium, inquit *Auguſtin. c. nemo peritorum* 11. *quæſt.* 3. nam Magiſtratui & Judici, utpote DEI vices in hiſce terris obtinenti, *Pſalm.* 82. *v.* 6. *Sap.* 6. ℣. 5. *Nov.* 105. *cap.* 2. *in fin.* magis debet eſſe cordi cuſtodia juſtitiæ & veritatis, quàm obedientia voluntatis, *Sapient.* 1. *verſ.* 1. *Pſalm.* 72. *v.* 1. *& ſeqq. Pſalm.* 101. §. 5. *c. Judices.* 3. *q.* 7. *l. puniri*, *ibi gl. verb. Judices*, *C. ſi contra jus vel utilit. publ. Speculat. lib.* 3. *part.* 3. *de ſentent.* §. 5. *in fin.*

Quamobrem nullius rei major, quàm veritatis eſſe debet reputatio. Si itaque Domini Capitulares hoc denegarent, eô ipsô ſignificarent, ſe potius falſæ iſti diffamationi velum & patrocinium velle quærere & iniquitatem operiri, *Pſalm.* 73. §. 6. quàm veritati jam detectæ & ſingulari DEI beneficiô manifeſtatæ teſtimonium præbere, quod utique de tam laudabili & ſpectato Collegio non eſt præſumendum.

Hâc viâ relictâ, ſi Superiorem adire vellent Domini Conſulentes, ſive is ſit Reverendiſſimus Epiſcopus loci, ſive Camera Imperialis, poſſunt narrare Nullitates proceſsûs, & petere, ut decernatur citatio adverſus Reverendum Capitulum, ad videndum declarari proceſſum nullum, & reſarciendum damna & expenſas. Prior via eſſet compendioſior, & ſine magno ſumptu iniri poſſet: Poſterior autem magis quidem Regia, ſed prolixior & ſumptuoſior, ac magnas ſimultates, odia & inimicitias Dnn. Capitularium adverſus Dominos Conſulentes fortè implicaret.

Alterum

Alterum hujus Quæſtionis Caput quod attinet,

anne videlicet

Domini Conſulentes contra Reverendum Capitulum N. propter abuſum Juriſdictionis ad privationem ejus agere poſſint?

PRo affirmativâ ſeqq. videntur militare rationes, quod communis & generalis ſit concluſio, abutentem Jurisdictione ſuâ, maximè in Criminalibus, & neglecto Juris ordine, cum aſperitate procedentem, privari poſſe, *arg.* §. *Dominorum & quæ ibi tradunt Dd. Inſtit. de his, qui ſunt ſui vel alien. jur.* *l.* 2. §. *Dominorum. & ibi Bald. ff. eod. l.* 1. *C. de emend. ſerv. Petr. Anton. de Petr. de Poteſt. Princip. c.* 8. *num.* 74. ubi dicit, quòd abutens Dominiô ſibi conceſsô, non mereatur dominari, *Curt. Jun. conſ.* 137. *Grammat. Deciſ.* 104. ubi refert, per magnam curiam ita judicatum & in Regiô conſiliô Neapolitanô comprobatum, *Mynſing. obſ.* 8. *n.* 5. *& ſeqq. cent.* 5. *Matth. de Afflict. Deciſ.* 265. *num.* 2. *Regner. Sixtin. conſil. Marpurg.* 8. *num.* 13. *vol.* 3. *Geil.* 1. *obſ.* 17. *num.* 2. *Hieron. Treutl. Diſp.* 3. *theſ.* 12. *lit. c. vol.* 1. unde illud laudabile curiæ Pariſianæ promanavit edictum: Le Seigneur qui abuſe de ſa juſtice, en doit eſtre privé: hoc eſt: Abutens imperio privator, *Papon. lib.* 13. *Arreſt. tit.* 2. *Arreſt.* 5. *& lib.* 23. *tit.* 5. *arreſt.* 1. *Johan. Gall Quæſt.* 340. *Zacchar. Viet. de Exemtion. concluſ.* 14. quia expedit Reipublicæ, ne quis jure & re ſuâ malè utatur, inquit Sacratiſſ. Imper. *Juſtinianus in* §. 2. *Inſtit. de his, qui ſunt ſui vel alieni jur.* & privilegium omnino meretur amittere, qui permiſsâ ſibi abutitur poteſtate, inquit *Gregor. in cap. Privilegium,* 11. *quæſt.* 3. *c. plerunque, ibid.* qui ſuæ voluntatis motus, non autem cauſarum ſequitur merita, ipſe poteſtate ſuâ ſe privat, *d. cauſ.* 11. *q.* 3. & ſummos etiam Principes & Reges propter ſævitiam & injuſtitiam regnis & imperiô exutos, tam Sacra, quàm profana testatur hiſtoria. Cujus rei habemus exemplum in Rehabeam, 2. *Chronic. cap.* 10. *Syracid. cap.* 47. §. 28. in Athaliâ, 2. *Reg. cap.* 11. & in ſimilib. Hâc occaſione Tarquinium, Neronem, Wenceslaum & alios Imperio Romano privatos, expeditum eſt. Ita etiam aliquando in regno Angliæ accidiſſe teſtatur *Froſſard. lib.* 1. *Hiſt. Gall.* & de Rege Neapolitanô refert memorabile exemplum *Cominæ. lib.* 1. *de Bell. Neapolit.*

Pro Negativâ autem ſententiâ facit, quod Juriſdictio Collegio & Eccleſiæ competens, propter abuſum quorundam de Collegiô, ipſi Eccleſiæ adimi non poſſit, *cap. delictum, de reg. jur. in* 6. *gl. in cap. placuit,* 26. *q.* 3. *Felin. in c. Apoſtolicum, n.* 2. *de Simon. Dd. in l. ju. Novell. Val.* *bemus nullam, C. de SS. Eccleſ. Cæſar. Contard. in tract. L. diffamari. cap.* 3. *num.* 38. *& ſeqq.* ubi concludit in ſimili, quòd in materiâ L. diffamari reſpectu, juris Prælati diffamantis, ei rectè imponatur ſilentium, illæſo remanente jure Eccleſiæ, per tradita *Roman. conſil.* 369. *incip. circa primum, col. fin.* faciunt tradita *Andr. Geil. de Arreſt. Imp. c.* 10. *n.* 24. *Hieronym. Schurff. conſil.* 55. *cent.* 3. & quæ ſupra in reſolutione V. Quæſt. deduximus.

Deinde ut ad privationem procedi poſſit, neceſſe eſt, ut præcedat Superioris monitio, quâ Judex monetur, ut ab aſperitate deſiſtat, quod ſi facere ceſſet, tunc demum privatur, per tradita *Andr. Geil. d. obſ.* 17. *ſub num.* 4. ubi dicit, ita in Praxi obſervari, *Bernhardus Grævæ, concluſ.* 17. *conſiderat.* 1. *lib.* 1. ſed in noſtrô caſu talis monitio nulla præceſſit, Poſſent tamen Domini Conſulentes apud Superiorem, præter annullationem, ad mulctam agere, Fiſco applicandam, propter exceſſum iſtum valdè irregularem, per text. *in Conſtit. Criminal. Carol. V. artic.* 1. ibi: In quibus « omnibus quivis Magiſtratus omnem diligen- « tiam adhibeat, quò judicia criminalia opti- « mè conſtituantur neminique injuria fiat; « prout ad res has maximi momenti, quæ ho- « minis exiſtimationem, corpus, vitam & for- « tunam concernunt, debitâ & probè ſupputa- « ta diligentiâ adhiberi meretur. Quapropter « in eorum neglectu, nemo juſtâ legalique cau- « ſâ negligentiam ſuam excuſare poterit, ſed « meritò eam ob cauſam, vi hujus noſtræ Con- « ſtitutionis, puniri debet; ut adeoque quivis « Magiſtratus, cui judicium criminale compe- « tit, hiſce ſeriò ſit admonitus. »

Poſſunt item damna, expenſas & intereſſe petere ſibi adjudicari, *arg. art.* 20. *Ordin. Crimin. Carol. V. Bald. in l. ſancimus, C. de judic. & in rubr. C. de pœn. Jud. qui malè judic. Pariſ. de Put. in tr. de Syndicat.* §. *inquiſitio, verſ. Judici faciliter non permittitur inquirere, &c. n.* 9. *&* 10. *Rob. Marant. in Spec. part. tit. de inquiſit. num.* 21. *&* 31. *in fin.*

SALVO SEMPER CUJUSVIS RECTIUS SENTIENTIS JUDICIO.

NOTA.

REſponſum hoc, primum ſine præfixo nomine editum, in Bibliothecâ Gieſſenâ Academicâ inveni, & heic Appendicis loco annectere volui, licet non ignorem illud Scriptis B. Reinkingii, *(qui genuinus ejus Autor eſt) adjectum eſſe, ubi tamen plura Germanica occurrunt, quæ hic Exterorum gratiâ Latio donavimus. Aliud huic contrarium vid. apud* Dn. Schilterum *in Prax. Jur. Rom. Tom.* 3. *pag.* 34.

APPENDIX II.
DE
VANITATE PROBÆ AQUATICÆ.

RESPONSUM
D. JOHANNIS HEURNII,
Ad

Nobiliſſimos & Ampliſſimos: Præſidem Johannem Banchemium & Conſiliarios Supremæ Curiæ Hollandiæ, Zelandiæ & Weſtfriſiæ,

NULLUM ESSE AQUÆ INNATATIONEM LAMIARUM INDICIUM.

Quærunt

NOBILISSIMI AMPLISSIMIQVE DOMINI,

Num Lamiis, Sagis, Sortilegis vel Veneficis, à pravâ illarum arte, aut nefandâ exercitatione hoc peculiariter inſit, ut ſi decuſſatim junctis ſtrictisque ſimul pedibus cum manibus vi vinculorum flumini immittantur, mergi nequeant, ſed aquæ innatantes peculiari quâdam vi ab eâ reſpuantur, nec admittantur, vel num aliqua alia naturalis huic rei cauſa ſubſit?

RESPONDEMUS ea, quæ in homine vel circa corpus humanum eveniunt, vel ex vi τῆς προαιρέσεως proficiſcuntur, h. e. ex actu intellectûs, per cognitionem promoventis ſe in voluntatem, quaſi conſilio capto: Alia eveniunt vi τῆς ὁρμῆς: h. e. impetu vel inſtinctu Naturæ, cum cauſæ ſubjectis, in quæ agunt, analogiâ reſpondent: aliâ vi earum rerum, quæ à foris ſunt. Quod ex vi conſilii capti evenit, ut ſi pactum intercefferit cum Dæmone, id nec ſacræ, nec profanæ de naturâ rerum literæ aliter judicandum ſtatuunt, quàm ex effectis: ut ex veneficiis & latrociniis. Ita *Horatius* Ode ſextâ Epodon Gratidiam Veneficam, quam Canidiam appellat, accuſavit, quod furtim raptum puerum quendam patritium humi mentotenus defoſſum necârit, ut ex ejus cadavere, ſuâ Arte, maleficia ac philtra concinnaret. Nam ille malus Genius vix ſine nefandi ſceleris transactione pactum facere poterit; nec enim illi putamus tantum jus in humanam naturam eſſe, ut illi id à S. Deo concedatur, niſi illa omnem prius humanitatem ſe exuiſſe exemplo declarârit; hujusmodi autem pacti indicium aquæ deberi, nusquam legimus: quin ſi talem vim Deus aquæ dediſſet, id ſine dubio 18. *capite Deuteronom.* indicaſſet. Si aqua illas indignas habet, ut ſubmergat, cur terra illas patitur? Cur cibus Tantalas illas non fugit? hæc æquè naturæ noſtræ ſunt dicata ac aqua.

Si verò ex Naturæ inſtinctu abhorreat illas aqua, vel ſaltem eas non admittat: id fiet ex causâ aliquâ naturali. Cauſæ autem naturales agunt vel antipraxiâ quadam, vel vi quâdam, quæ rationi eſt manifeſta ac ei comperta.

Si ex antipraxiâ, id eſt, diſcordiâ quâdam, vel odio quodam nativô, hæc cauſa humanæ rationi eſt incomperta: non aliter atque ea, quæ ex adverſô ſympathiâ contagioneque quadam nativâ jucundè ſe amplectuntur.

Quis enim dicet, cur magnes trahat ferrum? cur gallinaceus pullus vix natus equum aut taurum nihil reformidet? milvum verò adeò expaveſcat, vel longè conſpectum etiam, ut matris ſe condat alis? Eadem agno cum lupo inimicitia eſt. Quaſdam familias in Cretâ legimus intuendo infantes in tabem vertere. Adamas ſolô hircinô ſanguine molleſcit. Nervo uniſono in cytharâ tacto movetur & alius uniſonus in alia cythara ſine tactu. Magnes patina exceptus ac aquæ unà impoſitus frontem perpetuò ſuam ad Polum Arcticum vertit, etiamſi patina in gyrum millies volvatur, quieſcens polum fronte intuebitur. Leo animalium omnium terror gallinaceo expaveſcit viſo. Braſſicæ & rutæ tanta eſt inimicitia, ut juxta ſeri nolint. Cucumis ſuppoſito oleo recurvat ſe. Echeneis, parvus piſciculus, quem Remoram vocant, mediô in mari navem vi ventorum actam ſiſtit. Et infinita alia id genus, quæ incredibilis admirationis ſunt plena: Et tamen cauſas in Natura habent, ſed humanæ rationi incompertas.

Sin ratio ſubſit, ita ut ex lege naturæ hoc aliquando eveniat, certè nihil monſtri erit hæc natatio, intellectâ causâ, quæ admirationem excutit.

Quidam intempeſtâ nocte dormientes lecto exiliunt, quæque impoſſibilia ac inacceſſa ſunt vigilantibus, perficiunt ſine offenſa, cum omnium ſpectantium trepidatione & admiratione, & tamen lucidè in natura hujus rei cauſa eſt. Quin quidam, teſte maximo Medico *Aretæo*, per morbos futura prævident & prædicunt: & quidam, ſine Dæmone, in morbis variis loquuntur linguis.

Ita conſpicua ratio de natatricibus his adferri poterit: Quod nimirum quædam Mulieres ventricoſæ ſint protenſoque utero, ac pulmones laxiſſimos habeant, ubera maximè fungoſa, inteſtina ampla, quæ interdum copioſè flatibus implentur, maxime in melancholicis, quales hæ fœminæ (quæ in ſuſpicionem

Magiæ,

lagiæ, ob imaginationes melancholicas, tra-
untur) plerumque ſunt, Cumque ita deligan-
ır, ut pedes manibus jungantur, ſinus ac ca-
itates omnes ampliores redduntur totoque
orpore utriculum ac vaſculum referunt ferè.
uare flatibus quædam repletæ natare poſſunt,
videmus in ovis evenire, quæ ſi aquæ dulci
nmittantur, ſubſident: ſed ſi eadem ova pu
eſcant vel fœtum contineant, natant; nam
ntus quidam in iis conceptus tunc eſt. Acce
t quòd quædam mulieres & etiam viri coxen-
icis oſſa ampla habeant & ſcapulas prominen
s, ita ut ſcapham exprimant.

Præterea hæ mulieres, vel viri, metu ſub-
erſionis continent ſpiritum ac fauces clau-
int, ne aquam hauriant. Unde ſi pulmo his
erit laxior & grandior, copioſum concipiunt
ërem. Hoc enim viſcus, pulmo dico, li-
rat ac fulcit corpus aquæ innatans. Et hæc
tio eſt, cur cadavera ſubmerſa poſt paucos
es emergant: nam plurimos flatus id viſcus
oncipit. Argumento ſunt cadavera, quibus
ſecti ſunt pulmones: hæc fluenti immiſſa
unquam emergunt, quod Piratæ optimè no-
int. Ideò quidam natandi artem diſcere
equeunt, ob pulmonum parvitatem ac cavi-
tum anguſtiam, quæ ſunt in corpore.

Quare ſi quæ ampliſſimos pulmones ha-
uerit ac multis meatibus pervios, ita ut am-
iſſimum aërem haurire poſſit: & ſi eô modô
getur, ut diximus, ab aquâ fulciri ac librari
oterit.

Imò novimus qui, cum ſpirationem arctè
omprimeret, non ſolùm ſpirabiles partes ten-
ebat, ſed totum etiam hypochondrium huic
atibus turgeſcebat: flatibus ita tractis anheli-
s compreſſione ludebat homines, Virgis ex-
ptus, cùm non liceret animam comprimere,
anuit ilicò moles ventris.

Si eâ vi, quæ à foris eſt, id evenerit, ut ſi à
æmone ſuſtineantur, cur hoc illis imputetur,
ita fieri id ſinit DEUS? Scimus enim Diabo-
s ab hominibus cogi non poſſe; ſunt enim po-
ntes à DEO creati, & quamvis lumen gratiæ
favoris divini amiſerint, tamen vires maxi-
æ his reſtibiles ſunt: ſed frenat eos DEUS.
uin ipſe filius DEI & homo Chriſtus nonne
r aëra à Diabolô elatus fuit ad faſtigia mon-
im? ſi hoc in Servatorem noſtrum illi licuit,
non poterit ei concedi à ſummô DEO, ut
omines geſtet in aquâ, ſine ullô crimine ve-
ficii?

Grave ergò, ubi nihil harum cauſarum con-
terit, judicium exercere: maximè cùm nec
divina, nec humana ab aquâ indicium peti
perer.

Nota I.

R*Eſponſum hoc ad illuſtrandam quæſtio nem de probâ aquaticâ ſaltem hîc adji-
re voluimus, abſtrahendo tantisper à va-
is fabulis Phyſicis hîc contentis, quibuscum nihil nobis eſt commercii, utpote in* Phy-
ſicâ *noſtrâ* Fabuloſâ *dudum exploſis.*

Nota II.

OMnia hæc contra Probam Aquaticam allata militant pariter contra *Probam Igneam*, quâ innocentiam olim probare tenebantur, de qua alibi.

APPENDIX III.

JOANN. CHRISTOPH. HUNDESHAGENII, Prof. Jenenſis,

DISCURSUS

DE

STILLICIDIO SANGUINIS IN HOMINIS VIOLENTER OCCISI CADAVERE CONSPICUI, AN SIT SUFFICIENS PRÆSENTIS HOMICIDÆ INDICIUM.

§. I.

SI vetuſtiorum Hiſtoricorum monumenta evolvimus, deprehendimus varios, longeque diverſos probationum modos à multis retrò ſeculis in Gentium judiciis fuiſſe frequentatos. Slavi, poſtquam novam amplexi ſunt religionem, per arbores, fontes, lapides jurandi morem, in uſum ferri & vomeris igniti mutavérunt. *Lombar. l.* 1. *tit.* 11. *de parr. Francic. l.* 4. *c.* 56. *Luiſi Froes ſcript. Ann.* 1595. Servus olim furti accuſatus, legibus jubebatur, vel juramento vel igniti ferri judicio ſeſe purgare, per leges Longobardorum Francorumque homicidii inſimulatus, ſuper novem vomeres igne candentes ambulare tenebatur. Exemplum hujus rei æquè occurrit, quod Omuræ in Japoniâ accidit; (vide *Luiſii Froes ſcript. Ann.* 1595.) CHRISTIANUS quidam ibi degens, furti inſimulatur, ſed non convincitur; ideò eum cogunt incolæ, juramento ritu ſuorum crimen ut dilueret, aliàs pœnam furis ſubiret; hic ſuæ confiſus innocentiæ in tantô vitæ diſcrimine, cenſet alterum tolerabilius malum eſſe eligendum, affirmatque ſe purgaturum jurejurando, dum modò ſibi per ſuum verum DEUM, & non per inhabitantium jurare permitteretur; conceditur ab Ethnicis, dum demum juramentum in chartâ ſcriptum palmæ imponunt, ferrô inſuper additô candenti; complicans igitur ille manum, ferrum arripit, ac magnâ animi fiduciâ in ſuum caput iram vindictamque ſui creatoris imprecatur, ſi objecti criminis reus eſſet. En! charta non peruritur; manus nec læditur, abſolvitur Chriſtianus & pœnâ & culpâ. Multorum fert opinio, à multis retrò ſeculis hanc purgationem primùm ſponte ab inferioris ſortis homini-

hominibus fuiſſe ſuſceptam, deinde & à publicis injunctam perſonis. Vulgus non ſolùm, ſed & Principes atque Reginæ ſubiiſſe dicuntur hanc purgandi rationem ad ſuam comprobandam innocentiam. Henrici II. Imperatoris uxor Kunigunda adulterii inſimulata, in igne rubentes vomeres nudis pedibus calcavit, vel juxta alios eos manibus tulit; idem ſimili in caſu fecit Angliæ Regina *Emma*, ut ſuam pudicitiam declararet marito, aliis ſimilibus inſuper habitis. *Polydor. Virg. Angl. Hiſtor. l.* 8. Petrus Maſſilienſis (*vidè Paul. Æmulium Hiſtor. Fr. l.* 4.) Presbyter Antiochiæ ob hæreſin ſuſpectus per ignem ſuam teſtatus eſt innocentiam, nudo corpore flammam longè latèque ardentem ingreditur, ac è mediò igne ſine damnô egreditur. Sic propter religionem ſubiverunt quidam hanc ignis probam; Poppo quidam (*vid. Sax. Dan. Hiſt. l.* 10.) cultum Chriſtianæ religionis in Daniam introducturus RegeSuevone, ad fidem faciendam populo contumaci ac incredulo, ferrum ad *Chirothecæ* modum cudi curavit, eique jam candenti manum ad cubitum usque immiſit, & in præſentia Regis ab unô in alterum prædeſtinatum locum ferrum ignitum transportavit; concio inſolitâ re mota, victas dedit manus, falſam deſeruit Chriſtianamque ſuſcepit religionem. Multis in locis receptus mos fuit, per prunas experiri reatum; quidam nudis pedibus per eas ibant; alii in ſinum & ſuper corpus derectum eas injiciebant. Veteres variis modis per aquam rei veritatem inquirere ſuſtinebant, mox calidam, mox frigidam. *Frigida* reos prodidit olim, ac pro certô ducebatur experimento non minus ac hodiè à multis; rei hujus documentum exhibet Gangulphus Martyr; fama fuit, conjugem ejus infidam fuiſſe, alienôque ſe inquinaſſe concubitu, fœda hæc ad aures perveniunt mariti, ea propter hoc factum à Virô interrogata, intrepidè jurat, falſos de ſe ſpargi rumores; vir igitur rogat, ut illa manum fonti vicino injiceret, lapillumque extraheret, inquiens: ſi à culpâ es aliena, nil mali patieris; ſin polluta, non ſinet DEUS latere tuum ſcelus; mox dicto uxor obediens, verba vecordiæ viri adſcribit, de culpâ ſuâ parum cogitans, ideò manum immiſit fonti, lapidem detrahere conata, ſed ecce! membris ferè omnibus obrigeſcit, & in digitis, in brachio, quousque aqua pertigit, abſtractâ cute cernitur caro: uxorem adulterii convictam deſerit Maritus; ſic illa luit pœnam ſuâ perfidiâ dignam. Per frigidam aliàs ſagæ, quas vel opera aut rumor fecerat ſuſpectas, probabantur quondam, & multis in locis hodiè mos ille retinetur, ut maleficas, inter alia quibus examinantur, fluviis ac lacubus injiciant, quæ hac ratione vinctæ, dextra manus pedi ſiniſtro, ſiniſtræ manui dexter pes alligatur, ſi ſupernatent, reæ habentur, ſi ſubmergantur, innoxia judicantur. Calidæ aquæ experimentum multi precibus ceremoniisque aggreſſi ſunt juxta *Delrionem l.* 4. *c.* 4. *q.* 4. *ſect.* 4 adhibuere interdum crucem, modo librum Evangeliorum nunc in templis exutis veſtimentis propriis, induebantur veſtimenta munda ſacræ ædi ſacra benedicebant Sacerdotes aquæ, ne innoxiis noceret, plurimis etiam precibus accuſatos præibant; præmiſſis jam omnibus ad id deſtinatis ritibus annulus vel lapillus aquæ ferventiſſimæ injiciebatur, ſi eximi potuit ſine noxâ, accuſatus ab omnibus habebatur innoxius. *Exempla provocationis ad tribunal DEI videre liceret in aſſertionibus Concioni de Spiritus Sancti donis annexis, & quid de iis ſit ſentiendum, inibi quoque reperies.* Denique Veteres explorabant, ſi quis occiſus olim reperiebatur aliquô in locô, ſceleris authore adhuc latente, Magiſtratus omnes incolas convocavit ut occiſum manu tangerent; ſi ferrô aut globulô eſſet vulneratus, ut Maſculi, interdum etiam fœminæ, variantibus circumſtantiis convenirent; ſi infans è medio ſublatus inveniebatur, virgines & viduæ adducebantur; ſed ubique diſcernenda opera naturalia à ſupernaturalibus, Divina à diabolicis, vera ab apparentibus, nec admittendum temerè, ut veritas phyſica fallacibus contaminetur præſtigiis. In præſenti enucleabimus illud, quidnam ſentiendum ſit de cruentatis cadaveribus ad præſentiam Occiſoris.

§. 2. Sicuti autem aliàs paſſim apud Scriptores multa de *Sanguine* memoratu digna reperiuntur, v. gr. teſte *Butingero ſanguinea* pluvia cecidit in Galliâ, A. C. 541. teſte Hammerô, in *Sileſiâ* A. C. 1268. teſte Joviô in Helvetiâ, An. C. 1274. teſte Stumpfio in Bavariâ, Anno C. 1349. teſte *Hageciô*, in Bohemiâ, An. C. 1416. teſte *Pomariô* in Saxonia, An. C. 1584. teſte *Sleidano*, An. C. 1551 in Luſitania. Et ſicuti ariſtæ illæ ſanguineæ quæ anno ante natum CHRISTUM 215. deſuper delapſæ perhibentur à *Liviô* & *Polybiô* atque *ſanguinis* illæ guttæ, quæ ſub ipſis flammis extiterunt, Alexandrô M. Tyrum obſidente, *teſto Curtio*; & illa *hæmorrhagia*, ſive ſanguinis fluxus ex *parietibus & cervorum cornibus*, An. C. 1580. autore Bütingero; ex *pane*, quem militum aliquis apud Macedonas fregerat, ut tradit *Curtius*: Ex *uvis* quas Hungari An. C. 1546. decerpſerant, ſcribente *Ghonneyero*; ex *piſcibus & piſis*, qnod anno hujus ſeculi 63. Jütterbogæ eveniſſe perhibent, memoratu digna cenſentur. Ita pervagata plurimorum, præcipuè vulgi animos inſedit opinio certiſſimum perpetrati homicidii eſſe indicium ſi præſente aliquo, quem cædis fortè autorem eſſe levis induxit opinio, ipſe liquor cruentus è defuncti cadavere prorumpens, tacitum quaſi teſtimonium perhibere videatur. Cujus in opinionis fundamenta & veritatem, in præſentiarum inquirere, ſedet animo. Maximam verò partem eluceſcit, ſi talis effluvii cauſæ ritè penſitentur. Phyſicus enim non absq; diſcrimine non quævis credat temerè. Nec idem etiam

pl

lus juſtò ſit incredulus. Mediâ incedat viâ
laturæ opera penitius ſcrutetur, & Rationem
onſulat. Quorum ſi neglexerit alterutrum,
rorem non rarò errabit. Loquitur hoc res
ſa & modernorum quorundam lapſus ſuffi-
ienter adſtruxit. Sic ex foliis certarum ar-
orum oriri aves nonnulli dicunt; at verò cre-
at Judæus Appella: nunquam enim, quod
nſu caret, ſenſum alteri communicare po
rit. Similiter ſunt, qui putant, quotiens ipſis
odigioſus ſeſe obtulit effectus, qui ipſorum
ptum, vel potius ſtudium ſuperare videtur,
atim ad occultas confugiendum qualitates.
ed putant, & dum ita putant, aſylum igno-
ntiæ aperiunt iis qui fugâ laboris, de cauſa-
m, quamvis naturalium, quæ ſupina ipſo-
m eſt negligentia, indagatione deſperat. Non
uidem plurimarum rerum cauſas abſtruſas,
ſolertiæ humanæ impervias paſſim deliteſce-
inficiamur: promiſcue verò omnium, quæ
imâ fronte nonnihil difficultatum præ ſe fe-
nt, cauſas occultarum qualitatum involu-
o velle obtendere, id demum rectà ad igno-
ntiæ caſtra ducere, & homines à negotio ad
ium fallaci quadam ſpecie avocare, con-
nter adſerimus, In horum cenſu non ulti
um ſibi vendicat locum quæſtio nobis propo-
a, quæ continet rem gravem pariter ac fre-
entem, non enim hîc locus agendi de glan-
, ut ajunt, legendâ, Sticho, Legatô, ſed
humanô, qui æſtimationem recipit nullam,
guine, quæſtio vertitur, in quâ dijudicanda,
id valeant, quid ferre recuſent humeri, pe-
litabimur. Ubi tamen quædam ſunt præ-
onenda: (1) quæſtio noſtra non ſit de Cadave-
hominis publicâ Magiſtratûs autoritate à car.
ice vel aliis occiſi; ſed de Cadavere homi-
privata vindictà à privatis perſonis interem-
(2) quæſtio non inſtituitur de corpore vulne-
o adhuc vivo, ſed demortuo; nam quod
net corpus vulneratum adhuc vivum præ
tia percuſſoris poteſt utiq; ſanguinis fluxum
mmovere. Cum enim illa *vulnerato, qui*
dictæ cupidus eſt, non poſſit non ingrata
idere, idcirco non mirum eſt, quod hu-
res & ſpiritus per *imaginationem* illam
ue *iram* commoveantur, & ſanguis in *vul-*
irruat, cum aliàs in iratô foras effundatur
r, & *pulſuum* maximus & vehementiſſi-
motus ſubſequatur. Adde quod illa pars
us affluxum humorem recipiat, quæ *debi-*
eſt, quam ob cauſam fieri poteſt, ut *maxi-*
cum impetu ſanguis è vulnere proruat, *præ-*
e percuſſore, tum, quod hac ratione per
commoveatur, & quaſi pro defenſione
xteriora prorumpat; Tum quod pars vul-
ta ſit *debilior*, & ſanguini irruenti reſiſtere
ueat. (3) Sciendum, quod ſermo ſit *non de*
u, qui mortem ſequitur *immediatè*, ſed
nediatè intervallô temporis de novô acci-
4) diſtinguendum eſt inter *fluere* & *eflue-*
luere ſanguinem tamdiu, quamdiu à reli-
quiis caloris cor movetur, concedunt; *Efflue-*
re autem *ſemper* negant. (5) Sanguinis copiam
non tantùm in cauſa eſſe, ut ſanguis diutiùs
effluat, ſed etiam ut majori vi erumpat, idque
non tam ob humorum abundantiam, quàm
Spirituum, in illis reſiduorum vehementiam.
Sic defectus itidem ſanguinis fluxum ejusque
impetum inhibere poteſt æquè ac *promovere*.
Inhibet, ſi illic caloris & ſpirituum reliquiæ
ſint debiliores, promovet, ſi fortiores.
Quandoquidem tum demum benè Univerſa
geruntur & competenter, ſi rei Principium fiat
decens & amabile Deo, *Novel.* 6. *pr.* Hinc
Te, ô æterne Deus, qui fons & origo omnium
bonarum artium, atque ſic & juſtitiæ es, quô
pariter Te nihil majus extitit, invoco, huic
meo labori auxilium Tuum annuere, adeſſe
& præeſſe ne dedigneris. *Tu, æterna Patris*
ſapientia, conamen noſtrum felix fauſtum-
que eſſe jube.

§. 3. Principio autem operæ pretium fue-
rit, indicare, quibus cancellis noſtra circum-
ſcribenda ſit opera, in pertractanda hac quæ-
ſtione. Enucleabimus proinde ea primo lo-
co, quæ circa extrema quæſtionis noſtræ, ſub-
jectum ſcilicet & prædicatum, obſervanda vi-
debuntur. Deinde ad quæſtionis affirmati-
vam partem accedemus, viſuri, quibus ratio-
nibus ſit munita, & quibus cauſis ſuum locum
ejus patroni tutentur, ſimulque in fundamenta
eorum inquiſituri. Quibus ritè peractis, ad
negativam, cui & ipſi ſubſcribimus, deſcende-
mus partem, exemplis exempla oppoſituri, &
rationibus, quæ ſuccurrent, eam ſuffulturi.
Ex ultimo tandem cauſas hujus ſtillicidii pro
virili enucleabimus.

§. 4. Quantum igitur ad ea attinet quæ cir-
ca ſubjectum noſtræ quæſtionis ſunt monenda,
primum locum obtinet vox Stillicidii Sangui-
nis. Stillicidium eſt ex numero τῶν πολλαχῶς
λεγομένων, & nunc ſignificat illam ædificii par-
tem, unde guttæ deſtillare ſolent, Germanicè
eine Trauffe, nunc verò ipſum materiæ gut-
tatim collectæ actum deſtillandi, nunc verò
copioſiorem ejusdem profluxum. In prima
ſignificatione hoc loco non adhiberi, liqui-
dum eſt *ex verbis quæſtionis propoſitæ*. In
ſecunda & tertia acceptione, ſive prout à ſe-
cunda & tertiâ præſcindit, *hoc loco uſurpa-*
mus. Etquidem vocabulum *ſtillare*; hîc ſumi-
tur non *rigoroſè*, ſed in ſenſu laxiori, & qui-
dem vel *continuò*, vel per *intervalla*, utrum-
que ſtillicidium cadaveri interemti hominis „
adſcribitur. Et ſanè ſi vulnus *nondum planè* „
coaluerit, & ſol *æſtu ſuô*, vel aliud calidum „
ſaniem diſſolvat; aut ſi *venæ* ſanguinem „
fluxilem ſervant, & tandem *putrefactæ* eun- „
dem emittant, qui ob ſui *gravitatem* pri- „
mos quosque meatus, cavitates occupat,
donec tandem ita fluidus exeat. Solet autem
vox *ſtillicidii* abſolutè poſita uſurpari de *fluxu*
aquæ,

aquæ, hinc non ſimpliciter *Stillicidium*, ſed cum addito, *Stillicidium Sanguinis*, in quæſtione dicimus, ut innuatur, cujus materiæ fluxus, Sanguinis ſcilicet à nobis intelligatur, voce Sanguinis tam latè accepta, ut humor quivis rubicundus ex corpore humano profluens, & Sanguinis veri aliquid admiſtum habens, ſub eo comprehendatur. Vox Sanguinis enim non unô ſumitur modô; uſurpatur enim (1) *phyſicè*, & quidem vel *propriè* vel *impropriè*. *Propriè* ſupponitur iterum vel *generaliter*, pro humore calido temperato, dulci, rubicundò, in venis Meſeraicis præparato, & in Epate ex partibus chyli temperatioribus, pinguioribus & aëris confecto, vel *ſpecialiter* pro ſincero illo & puro ſanguine, qui aliàs vehiculum vitæ ſalutatur. *Impropriè* accipi ſolet pro *cruore*, ſeu ſanguine concreto. (2) *Rhetoricè*, atque hoc ſenſu adhibetur, vel per *Metaphoram*, quando ſupponitur *aut* pro *humore*, qui ſanguini colore ſimilis, quomodo dicitur ſanguis uvarum, aut pro humore, non rubro, qui per *ſtirpes diffuſus* eas, ceu *animalia* ſanguis nutrit: Vel per *Metonymiam* tum Subjecti pro Adjuncto, uti *vita* dicitur ſanguis, quia eam continet, cum vehiculum vitalis Spiritus; Tum cauſæ pro effecto, quomodo *vis* & *vigor*, qui eſt à ſanguine, *ſanguis* nuncupatur: tum *ſigni* pro *ſignato*, quando ipſum homicidium per ſanguinem indigitare ſolemus, tum conſequentis pro Antecedente, pro pœna profuſum ſanguinem conſequente: Vel per Synecdochen, ſic ſanguis pars hominis, quandoque ſumitur pro toto homine. (3) *Politicè*, pro ſanguineis. (4) *Theologicè*, pro *irregenito*, *carnali* &c. Nos hoc loco modo *Phyſicè*, licet non *ſpecialiter*, tamen *generaliter* & *concretè*, pro ſanguine vero & cruore; modò *Rhetorice* per Metaphoram pro *humore* aliquo *rubicundo* ſupponimus.

§. 5. Dicimus deinde *è cadavere*: ut removeatur corpus naturale adhuc vivum. Cadaver *à cadendo* dictum dicitur quibusdam corpus exanime & exſangue; non *ſtrictè*, corpus penitus *exſangue*, ſed *latè*, idem eſt, quod corpus violenter quidem exanimatum, ſed nonnullis tamen ſanguinis reliquiis adhuc præditum, reliquis amiſſis. Quando Cadaver dicitur corpus *exanime* & *exſangue*, ſciendum, quod illud non *omni* prorſus *ſanguine* ſemper ſit deſtitutum, præſertim ſi recens adhuc exiſtat, & cum *vindicta violenter* ceciderit. Nam uti Medicorum Scholæ docent, *calor nativus* non ſtatim extinguitur, ſed ille tantùm, qui à corde influit. Quamdiu igitur *calor* adhuc eſt in venis, tamdiu etiam ſanguis *cadaveri* ineſſe dicitur. Quòd ſi verò diu jacuerit, non tàm *ſanguis* quàm *cruor*, vel rubicundus aliquis humor effluere perhibetur. Hîc tamen obſervandum (1) non præcisè ex voce cadaveris, ſi vel maximè *latè* juxta ho„rum mentem ſumatur, inferri, debere intelligi corpus violenter exanimatum, cùm non „ minus illud poſſit dici *cadaver*, quod *ex* „ *naturali morte* tale eſt, bene tamen in præ „ ſenti controverſia corpus violenter exanimatum intelligi. (2) *Latius* adhuc poſſe ſumi vocem *cadaveris*, & quidem in *præſenti materiâ*, quàm pro corpore violenter exanimato & nonnullis Sanguinis reliquiis prædito. Nam v. gr. ſi quis fauces alicui compreſſerit laqueo, vel alio modo, tunc rectè corpus illud exanimatum poteſt vocari *cadaver*. *Item*: ſi quis punctim aliquem transfixerit, ut propter congreſſionem carnis, vel coagulationem Sanguinis, vel aliam ob cauſam nihil cruoris effluat, certe *cadaver* erit dicendum illud corpus. Quod ſi ſic, jam (3) obſervo, minus accuratè dici Cadaver corpus exanime & exſangue, cum cadaver etiam detur, quod non ſit exſangue, id eſt, ut tu explicas, quod nonnullis Sanguinis reliquiis adhuc eſt præditum, reliquo effuſo, „ utpote *cùm non tantùm nonnullas reli-* „ *quias, ſed omnem ſanguinis copiam ha-* „ *beat, quam quod habuit vivum.* (4) Quod „ ſi præter hunc caſum, uſum loquendi communem attendere velis, certè cadaver non erit illud tantùm corpus animalis, quod violenter eſt extinctum, ſed omne id quod extinctum & quomodocunque, neque illud, quod eſt ex ſangue tantùm, ſed etiam illud, quod nihil Sanguinis amiſit. Quis enim negaret corpus hominis, naturali modo defuncti, eſſe cadaver? „ & tamen non eſt corpus exſangue. Quibus „ moveor, ut putem illud in ſua generalitate „ dici poſſe cadaver, quod antea cum *formâ* „ *ſpecificâ* animalis conſtituebat animal, jam „ poſt diſunionem & ſeparationem formæ prio- „ ris, *ſtat ſub forma cadaveritatis, qualis* „ *etiam illa ſit*; *ſive brevius*: materia Ani- „ malis ſub formâ cadaveritatis, ita ſc. ut materi[a] animalis *in diſtractione* ſupponat. Et hæc ratio cadaveris communis & omnibus animalium quomodocunque defunctorum corporibus quæ ab illa generalitate & indifferentiâ jam a[d] determinatam ſpeciem coarctatur per verb[a] ſubſequentia: *hominis violenter occiſi.*

§. 6. Dicitur porrò: è cadavere HOMI[NIS] VIOLENTER OCCISI, ut excludatu[r] mors naturalis & indigitetur, quale hîc cadave[r] ſit intelligendum. Cum enim aliud ſit cadave[r] *brutorum*, aliud *hominum*, non aliud, ſed ho[c] in *quæſtione noſtra* attenditur. Porro vox *Ho[mo]* hîc non ſignificat *improprie* picturam v[el] *imaginem hominis*, aut aliud quid; ſed pro[-] priè denotat animal rationale, ex animâ ratio[-] nali & corpore organicô conſtans. Ubi tame[n] non accipienda eſt in *ſtatu*, pro eô, qui jam e[ſt] *verus homo*; ſed in *ampliatione*, pro eô, qu[i] antea *fuit* verus homo, jam verò talis eſſe d[e]ſiit. Et cum porrò aliud ſit cadaver *homini[s]* *violenter occiſi*, aliud non violenter, ſed fat[o] functi, non de *hoc*, ſed de *illo* diſceptatio i[n]ſtituitur. Violenter autem hoc occidi pote[ſt]

moa

modo non uno. Nunc enim facinoroſus juſ-
u Magiſtratus capitali ſupplicio affectus vio-
enter morte multatur, nunc *à furioſo* nunc *à*
puero ante annos diſcretionis, nunc *ab im-*
prudente, nunc *fortuito aliquo alio caſu*
violentam quis poteſt perpeti mortem, & ta-
nen hæc & ſimilia violentæ mortis genera, hoc
oco non veniunt in quæſtionem, ſed ſaltim
uæritur de tali *violentæ mortis* genere, quo
uis *privato auſu ſive injuſte homini* quo
modocunque violentas intulit manus; & num
ſanguis è cadavere hominis hoc modo occiſi
effluens, præſente interfectore poſſit præbere
ſufficiens indicium, hunc eſſe perpetrati homi-
cidii reum?

§. 6. Sæpenumero autem *ſtillicidium* ta-
e accidere tam eſt certum, quàm quod certiſ
imum, cum experientia multoties illud proba-
um dederit, & poſitis cauſis neceſſariò id cau
antibus, non potuit non fieri. Quare ulterius
d alteram quæſtionis propoſitæ partem pro-
grediemur, viſuri quænam circa *quæſtionis*
prædicatum ſint attendenda.

§. 7. Ubi quidem *primo loco* obſervandum
venit, quidnam per vocem *indicii* ſit intelli-
gendum, & *quale* illud ſit. *Indicium* hôc lo-
o nihil aliud eſt, quam *teſtimonium ſive ar-*
gumentum aliquod, quo fides conciliatur opi-
nioni hominum, quod vel ille, qui præſens ſi-
tur, ſit aut cædis, vel non ſit. Et cum indi-
ia nonnulla ita ſint comparata, ut iis poſitis,
ne ulla formidine oppoſiti, fides concilietur
pinioni hominum de aliquo facto; quædam
erò eam habeant naturam, ut iis poſitis, con-
lietur quidem fides opinioni hominum, ita
men, ut non ſine formidine oppoſiti eam con-
ipiant; duplicia hoc loco poſſunt intelligi in-
icia; vel potius unum ab utroque hoc præci-
m, quod formaliter nihil aliud ſit, quam
rgumentum aliquod, quo opinioni hominum
tè de aliquo facto conciliatur fides, non expri-
nendo, num illa fides ſit neceſſaria cum exclu-
one formidinis oppoſiti, vel tantùm probabi-
s, cum incluſione hujus formidinis. Notanter
erò adde *Tò ritè.* Fieri enim poteſt, ut vulgus
iquo ſibi fidem conciliari patiatur, quæ tamen
hil minus eſt, quam id, quod ad veri indicii
tionem ſuſtinendum aptum ſit. Ad hoc enim
quiritur, ut, quantum in ſe, vel neceſſariò
um facto conjunctum ſit, vel, ſi non neceſſa-
ò, ſaltim contingenter & probabiliter. Quæ-
io igitur noſtra hôc ſenſu venit intelligenda:
Numquid tale ſtillicidium aptum ſit de ſe
quomodocunque conciliare fidem de facto
homicidio à præſente?

§. 8. Tantum dicitur: *Præſentis homi-*
cidæ. Hæc enim præſentia, ab iis, qui affir-
mativam tenent, & à propugnatoribus *Sympa-*
thiæ & Antipathiæ qualitatum impreſſarum,
quiritur tanquam conditio ſine quâ non *hu-*
jus ſtillicidii, utpote quâ ſublatâ qualitas ſtil-
cidii effectiva, extra ſphæram activitatis ſuæ
collocata, prodigioſum hocce ſtillicidium
influere non poſſit. Notum enim, quod princi-
pium effectivum tantùm agat intra ſphæram
activitatis ſuæ, quæ ſe latius non extendit, quam
ad id, in quod per contactum, ſive ſuppoſita-
lem, ſive virtutis diffuſivum, agere poteſt. Quid
porro per vocem *homicida* intelligatur, non
eſt, quod explicetur. Quamvis enim vi vocis
omnis is poſſit *homicida* vocari, qui vel ut cau-
ſa Phyſica, realiter cauſando, vel ut cauſa mo-
ralis, moraliter cauſando, juxta illud, quodquis
per alium facit, id ipſe feciſſe intelligitur occiſio-
nem influit, ſive *juſtè*, ſi *non*: uſus loquendi ta-
men, quem penes arbitrium eſt, & jus & norma
loquendi obtinuit, ut non niſi in malam par-
tem, *tam de phyſica, quàm morali cauſa* ac-
cipiatur vocabulum *homicidæ*, pro eo nempe
qui *injuſtè alterum interimit.*

§. 9. Cæterum cum & in ſequentibus men-
tio *Antipathiæ, Sympathiæ* atque *Spirituum*
ſæpius facienda ſit, operæ quoque pretium illo-
rum verborum hîc annotare ambiguitates. Et
quidem quod ad *Antipathiam* attinet, tenen-
dum, quod vocabulum hoc à nobis non acci-
piatur *Ethicè*, quatenus ſignificat *odium, effe-*
ctum Ethicum, vel vitium morale culpabile.
Hæc enim notatio nominis plus juſto ſtrictior
eſt, quàm ut præſenti inſerviat ſcopo; ſed *phyſi-*
cè, quatenus ex *naturalibus* competit, & *præ-*
ciſè effectum Ethicum non dicit, ſed diſſenſum
corporum naturalium, *ex qualitatum diſſimi-*
litudine ortum indigitat.

§. 10. Sic etiam *Sympathia* h. l. non deno-
tat *generaliter* amorem *quemcunque* ex *quo-*
libet principio in ſubjecto ortum, quomodo
homo amat canem, venator beſtias &c. neque
moraliter amorem *Ethicum*, qui conſiſtit *in*
mutuâ & manifeſta inter aliquos benevolen-
tia, vel virtutis, vel voluptatis, vel utilita-
tis cauſa, ejus ipſius gratia qui amatur, con-
cepta. Sic Sympathia eſt inter Damonem & Py-
thiam; ſed *naturaliter*, ob ſuaviſſimum *cor-*
porum naturalium conſenſum, ex naturali &
intrinſecô principiô, *qualitatum* videlicet
ſimilitudine ortum, qualis eſt inter magnetem
& ferrum.

§. 11. Tandem & vocabulum *Spiritus* ab
æquivocatione, cui ſubſtratum eſt, liberandum
eſt. Sumitur enim (1) in *ſenſu Metaphyſico*,
pro ſubſtantia immateriali, (2) in *ſenſu Chy-*
mico, pro purioribus corporum formis, per
deſtillationem extractis, (3) in *ſenſu Platonicô*,
pro mediâ quâdam naturâ inter animam &
corpus, diſſimiliter illas naturas uniente; (4) in
ſenſu Phyſicô, pro corpore ſubtili & tenui. Sic
dantur *Spiritus naturales, vitales, anima-*
les. Atque hæc ultima ſignificatio eſt h. l.

§. 12. Plerique jam ſibi perſuaſum habent,
occiſum ſtillare ſanguinem, ſi occiſor ipſi vel
adſtet, vel ad eum cominus accedat. Ita ſen-
tiunt *Böerius* dec. 66. num. 1. cum aliis ibi per
eum adductis. *Menoch.* de arbitr. Judic.

Cent. 3. Caſ. 270. l. 2. Libavius lib. de Cruentat. Cadav. *Marcellus Donat.* lib. 2. Hiſtor. Medic. mirab. cap. 1. Lemnius lib. 2. de occultis Naturæ miraculis cap. 7. Concil. in 7. Probl. Valeriolus l. 2. obſerv. 7. & 9. *Hildebrandus apud Horſtium* Epiſt. ſect. 9. Galeotus Martius de doctrin. promiſcuâ cap. 22. Sprengerus in *malleo maleſic.* pag. 1. q. 2. Cœlius Rhodig. lib. 3. Lect. ant. cap. 12. Delrio diſq. lib. qu. 4. v. 6. 1. cap. 3. Majolus in diebus Canicul. colloq. 1. part. 1. Kornmannus. de Miraculis Mortis part. 9. cap. 23. Andr. Canonherus in l. Aphoriſm. 1. p. 429. verſ. *Quod verò* &c. Plures vid. apud *Farinac.* in Pract. & Theor. Criminal. pag. 1. Tom. 2. quæſt. 52. à num. 154. ad ſeqq.

§. 13. Variant tamen mirum in modum circa multa hi Autores. Et (1) quidem *circa tempus à* morte vulnerati computandum. Plurimi enim non niſi poſt ſeptem aut octo, vel ad ſummum decem, duodecimve horas talem ſanguinis effluxum fieri contendunt. Quidam ad *tertium diem.* Alii nullum tempus determinatum habent, ſed quandocunque Cadaveri occiſor præſentetur, ſanguinem effundi autumant. Variant (2) *circa ſubjectum*, ex quo ſanguis emanare dicitur. Enim verò potior pars ab ipſo cadavere, & quidem ex vulnere manare vult cruorem, nonnulli ex naribus, oculis, ore; aliiſque locis; alii ex iisdem occiſoris partibus, cæteri & ex cadavere occiſi per vulnera & ex occiſore ſimul per nares. Variant (3) *circa modum* emiſſionis ſanguinis ex cadavere. Nam plerique ſanguinem ab eô proſilire dicunt; alii deſtillari tantùm ex vulnere; alii ebullire ac fermentari in venis. Variant (4) circa *cauſam efficientem.* Nonnulli quippe ſanguinem ab occisô tantùm fundi credunt, ſi ab occiſore datâ & operâ & cum affectuum turbatione perpetrata cædes ſit. Alii id differenter in omnibus evenire ajunt, ſive occiſor per errorem, ac caſu trucidaverit hominem, ſive datâ operâ, ſive cum impetu & irâ, absque tumultu & excandeſcentiâ, ſive ferrô, ſive quôcunque modô aliô. Variant (5) *circa objectum.* Quia alii coram occiſoribus tantùm cadavera ſanguinem ſtillare aſſerunt; alii coram propinquis quoque & amicis; quin & coram iis ſimul qui occiſi miſereantur. Variant (6) *circa occiſionis genus.* Multi etenim ab his tantùm cadaveribus ſanguinem expectant, quæ ferrô perierunt; alii ab iis etiam, quæ aquæ vel aquis ſubmerſa, vel laqueô ſtrangulata, vel enecata veneno ſunt. Variant (7) *in nonnullis circumſtantiis.* Cum alii ſimplicis percuſſoris apparitione ab occiſô velint ſanguinem effluere, alii pronunciatis ante execrationibus quibusdam, & factâ corporis acclinatione verſus cadaver occiſi, motu item manuum tactuque vulneris. Imò ut *in iis principiis venire uſu ſolet*, quæ ab erroneâ hominum opinione dependent, res eò delapſa incertitudinis eſt, ut ferè nihil liceat invenire, in quo acquieſcat curioſus animus.

§. 14. Illi verò in duas potiſſimum abeunt partes. Quidam affirmant, hunc Sanguinis effluxum per ſe eſſe indicium ſufficiens ad torturam, ut vocant. Pro hac opinione refertur *Menochius* d. præſ. 89. n. 128. & caſ. 270. n. 16. 17. lib. 2. cent. 3. arbitr. judic. quæſt. *Boër.* quæſt. 166. n. 1. *cum ſeqq.* Jacob Novell. *in Reg.* 184. Nicolaus Florentinus ſerm. 5. tr. 1. c. 6. qui dixit: quod ſuo tempore ſanguis emanaverit in præſentiâ homicidæ è cadavere mortui, quam ob cauſam prehenſus, tortus, confeſſus & ad mortem condemnatus fuerit. Vid. porrò Farinac. quæſt. 53. n. 154. & ſeqq. Maſc. de prob. vol. 2. concl. 868. n. 24. & Althuſ. lib. 3. c. 39. n. 50. Quidam verò non abſolutè, ſed ſecundum quid in affirmarivam inclinant, ſi ſcilicet cum hoc ſtillicidio percepto indicio plura concurrant indicia. Pro hâc ſententia refertur *Hieronymus Treutlerus ſelect. Diſp. volum.* 2. *Diſp.* 4. *§.* 7. *lit. E.* quem ſequitur alius recentior, qui in Scabinatu ſæpè hôc modô pronunciatum fuiſſe teſtatur: Ob gleich der Ermordete, als N. N. bey ihn kommen, zu bluten angefangen, ſo iſt doch in Mangelung anderer Indicien nichts wider N. N. vorzunehmen. Quæ ſententia quidem videtur verior priori. *Videatur, ſi placet diſſertatio de Indiciis, ſub Præſidio Magnifici D. Struvio Jenæ anno* 1666. *habitu c.* 3. *num.* 2. *de indiciis in crimine homicidii, ſtatim ab initio* Ubi *Magnific. Dn. Struvius* putat, quod negativa deciſio eligenda ſit, & planè nullum indicium neque ad capturam, neque torturam faciat, neque etiam ut inhabile ſignum cum aliis Indiciis ullô modô conjungi poſſit. Rationem dat hanc, quia ad torturam requiruntur in Jure veriſimilia & probabilia Indicia. *l.* 8. *§ oportet C. de quæſt.* ut ſunt ea, quæ naturæ conveniunt; illa enim dicuntur naturæ convenire, quæ rem, de quâ agitur, arguunt & probant naturaliter, ut evincitur ex L. 3. C. d. t. Verùm hoc, de quô agitur, indicium non congruit naturæ, quippe cum mortuorum cadaveribus nulla vis inſit, quæ egerere ſanguinem poſſit. *Joan. Avenar. in Nom. Polit. quæſt. læs. quot. quæſt.* 99. *p.* 171. in dubio melius eſt impunitum relinquere nocentem, quàm condemnare innocentem *l. abſentem. ff. de pœnis.* Inſuper iſtud indicium, de quô loquimur, nullô jure vel cauſa, quæ juridicè concludit, nobis conſtat, & ne ullum verbum in art. 33. P. H. O. ubi de indiciis homicidii agitur, reperitur. E. non valet. Ideò Anton. Gomez. var. Reſol. l. 3. c. 13. n. 15. fol. 562. rectè inquit: *Indicium* hoc nobis eſſe incertiſſimum, quia ex cauſis nobis incognitis & valdè remotis procedit; cum quô conſentit Marſ. *in p.* 2. *crim.* §. *diligenter. n.* 81. Fieri quidem poteſt, ut ſanguis, qui in venis delituit, agitatô motoque corpore & venarum oris reſeratis erumpat, quemadmodum

dum & boves & tauri, poſt Lanienam laquearibus adfixi, ſolum atque pavimentum ſanguinis ſtillicidiô cruentant. *Lemn.* l. 2. de occultat. nat. mir. cap. 7. Poſito etiam, quod unum vel alterum exemplum produci poſſit; verùm cum ſint ea rara, & cauſa, quid nimirum ſanguis emanans denotet, valde dubia; idcircò exſtillatione ſanguinis probatio vel ſaltim præſumtio induci nequit, multò minus homo ex talibus leviuſculis indiciis quæſtioni tradendus, uti rectè cenſent Anton. Gomez. & Avenar. dd. Zang. de quæſt. & tortur. c. 2. num. 160. Anton. Theſaur. deciſ. 63. *per tot.* Theod. diſput. crim. 9. theſ. 9. Et hoc obſervarunt Scabini Jenenſes Anno 1663. in causâ contra H. K. zu S. und Conſorten. *Hæc Magnificus Dn. Struvius.*

§. 15. Rationes ex *Antonio Gomez* ſunt ſubſequentes; 1. quia hoc indicium eſt incertiſſimum, nec ex cauſis unis provenit 2. quia tortura eſt actus graviſſimi præjudicii. Ideò ſtante incertitudine prædictâ, ſanctius eſt nocentem impunitum relinquere, quam innocentem condemnare. Utut enim indicia ſint arbitraria; debent nihilominus nobis eſſe certa ex aliquâ extrinſecâ & cognitâ præſumtione. At iſtud nullo jure vel causâ, quæ juridicè concludat, nobis conſtat; itaque non valet, nec ex eo reus eſt torquendus.

§. 16. Petrus Heigius in Qu. Jurid. part. 2. quæſt. 39. p. 353. inquit: *Quæ omnia, cum ita ſeſe habeant, & adhuc in natura cum veritate ipſa in Democriti puteo, ut ita loquar, abditæ cauſæ jaceant, nec niſi à prudentiſſimis erui facilè poſſint, ad judicii neceſſitatem ea transferre periculoſum eſſet. Judex igitur*, monente Marcellin. in hiſtoriâ ſua l. 29. *contentus eſſe debet judicare ſecundum prudentiam, quæ cadit in hominem, relinquendi cætera judicio divino.*

§. 17. Quæ res ut eò facilior fiat, ſciendum eſt, quod *Tortura* nihil aliud ſit, quàm interrogatio de crimine admiſſo adhibito corporis cruciatu facta, definiente ita Nobiliſſimo Dn. Schnobel. Diſput. ad v. 14. th. 25. hæc autem teſte Ulpianô in l. 1. §. 23. de quæſtionibus, cum ſit res fragilis ac periculoſa, quæ veritatem fallit, dum plerique patientiâ ſive duritiâ Tormentorum ita Tormenta contemnant, ut exprimi veritas nullô modô poſſit; alii tantâ ſint impatientiâ, ut quodvis mentiri, quàm pati tormenta velint. Hinc non ſine diſcrimine, ſed temperatè atque legitimè tormenta ſunt adhibenda, quippe quæ probationum reliquarum ſubſidiaria ſunt, *l. edictum 1. in princ. junct. l. ſeq. D. de Quæſtion.*

§. 18. Sunt quidem qui tormenta penitùs rejiciunt, & è Republicâ abeſſe debere clamitant cum ècontrariô pleraque crimina iſto medio manifeſtentur, imprimis ea, quæ facti ſunt tranſeuntis, ut ſunt *Sodomia, adulterium, veneficium* &c. Imò ipſe Ulpianus in l. 1. §. 23. in pr. diſertè dicit, quæſtioni non ſemper eſſe habendam fidem. Ergò aliquando, quando ſcilicet rite inſtituitur. Conditiones au em, ſub quibus Tortura admittenda eſt, exactius definit Nemeſis Carolina. Tortura itaque utile ac juſtum Reipublicæ quærendi veritatem ex ſceleratis medium eſt pronunciandum.

§. 19. Ut verò indagandæ Veritatis gratiâ Quæſtioni locus pateat, indicia (ſi Reus non ſit confeſſus nec convictus) adſint credibilia ſeu veriſimilia, quæ Noſtri proxima appellant duobus ad minimum teſtibus ſuffulta. Tunc enim ratio Torturæ habetur, quando Reus veriſimilibus, probabilibusque oppreſſus eſt argumentis, quæ ex aliqua extrinſecâ ac nobis cognitâ cauſa proficiſcuntur, *l. cum cognitionaliter 3. & l. Milites 8. §. unic. C. de Quæſtion. l. unius. 18. §. 1. & l. Maritus 20. poſt med. D. eod. vid. ordin. Crim. Car. V. art. 20. ibi:* Daſs ohn redliche Anzeigung niemand ſoll peinlich befragt vverden, *item art. 22.* Es iſt auch zu mercken, daſs niemand uf einige Anzeigung, Argvvohns, Wahrzeigen, oder Verdacht endlich zur peinlichen Straff ſoll verurtheilt vverden, ſondern allein peinlich mag man darauf fragen, ſo die Anzeigung gnug iſt, dann ſoll jemand endlich zur peinlichen Straff verurtheilet vverden, das muſs aus eigenem Bekennen oder Bevveiſung geſchehen, und nicht auf Vermuthung, oder Anzeigen.

§. 20. Hinc Indicium noſtrum cruentationis cum ſit admodum debile, &, ut ſuprà dictum, proveniat, vel cauſis homini etiam ſapientiſſimo incognitis, vel naturalibus valdè remotis inter ſufficientia ac legitima Torturam promoventia indicia referendum. Priori enim caſu quando nempe cruentatio occulta DEI actione regitur, quia cauſa hæc tanquam occulta & nobis incerta, neque etiam catholica & generalis, ſatius erit, ne Judex ſine aliis Indiciis hanc ſolam actionem ſequatur, quippe cum Reſponſa divinatoria JCti vitare debeant, *l. ſi fide juſſores §. ſi cum debitor. D. Mandati l. ſi putatur. D. ad L. Aquil.* Aut Dæmonis alicujus illuſionibus curſus ille cruoris movetur, nec tunc pro idoneo indicio declarari poteſt; præſertim cum & hoc valde dubium ſit ac incertum, DEI an dæmonis inſtinctu id fiat. Poſteriori caſu, cum ſuas ſcilicet cruentatio habeat rationes Phyſicas valdè remotas, ut dictum, idem ſtatuendum eſt.

§. 21. Nec remoram injiciunt, qui de Praxi teſtantur, multos reos hôc remediô è medio eſſe ſublatos. Etenim & inſontes hoc remedium in capitis periculum adducere poteſt. Satiùs verò erit, impunitum relinqui facinus nocentis, quàm innocentem damnare, *l. abſentem 5. in princ.*

Novell. Val.

princ. D. de Pœn. Alias & ipſe fateor, idque Hiſtoriæ ſatis demonſtrant, nonnunquam in veterato hoc inquiſitionis remedio multos Homicidas non abſque juſto ultionis divinæ argumento accedentibus aliis ſuſpicionibus, indiciisque fuiſſe convictos, & juſto ſuppliciosublatos.

§. 22. Stat itaque firmiter Cruentationem hanc inter Indicia ad Torturam ſufficientia recenſeri non debere. Tota enim illa probatio cædis (verba ſunt Camerarii Archiatri Norici) per *αἱματόδειξιν* videtur eſſe ſingularis *καὶ θεῖόν τι*. Hinc rectiſſimè reſponderunt Scabini Lipſienſes teſte *Carpz. Prax. Crimin. pag. 3. q. 122. num. 28.* ap. requiſ. *SS. M. Jan. Anno* 1606. Ob nun wol des Entleibten Cörper, ſo allbereit gar kalt und ſtarrend geweſen, wie derſelbe für Gericht getragen, und die drey Gefangene für ihm geſtanden, aber ihn nicht angreiffen wollen, an dem empfangenen Schaden von neuen gar friſch Blut zu bluten angefangen, und ſo lange, als die Gefangene darbey geſtanden, geblutet, ungeacht, daſs das Blut, ſo aus der Wunden gelauffen, abgewiſcht vvorden, vvelches aber hernach, ſo bald die Gefangenen vor Gericht abgetretten, ſich geſtopffet. So mag doch derovvegen im Mangel anderer kräfftigen Indicien, vvider die drey Gefangene noch zur Zeit nichts peinlichs vorgenommen vverden, V. R. W. &c.

§. 23. Hâc de re apud Hermannum Goëhauſen, in periculis ſuis Academicis de Jure publicô & privatô part. 2. p. 540. quæſt. XXIX. ſubſequentia habentur, cujus verba integrè hîc adſcribemus: Quæritur, inquit, *an αἱματόδειξις ſive cruentatio cadaveris probet occiſorem?* Gravis eſt hæc quæſtio, & digna quæ à *cauſarum criminalium* inquiſitoribus diligenter attendatur. Plura autem quæruntur, nimirùm an ob erumpentem ſanguinem ex vulnere occiſi ſuſpecto occiſore juxta præſente, ad condemnationem ſtatim procedi poſſit? Quod fieri nec poſſe nec debere ſatis exinde conſtat, quod in cauſis criminalibus probationes luce meridianâ clariores requirantur, *L. fin. C. de pr. c. ſciant. 2. q. 6.* quoties enim de vita hominis agitur, perſpicacius & diligentius agendum eſt. l. 29. *C. de appellat.* Unde

Nulla unquam de morte hominis cunctatio
ſera eſt.

Inquit *Juv. ſat. 6.* vel an non ad torturam ex hoc ſolo indicio legitimè deveniri poſſit? quod etſi plurimi, magnæ authoritatis viri, arbitrentur, *Menoch. 1. de præſ. 89. num. 128. Tholozan. lib. 36. ſyntagm. jur. cap. 20. n. 8. Boſſ. Boer. Blanc. Nevizan. Pariſ. de Put.* aliique quos allegant *Theſſaur. deciſ. 173. n. 2. & Farinac. lib. 1. tit. 5. de indic. q. 52. n. 154. qui ideò dicunt, ſatis communiter* hanc ſententiam receptam eſſe, attamen ego ſi judex eſſem, nunquam ex hoc ſolo indicio reum ponerem in tortura, cum *Farinac d. l. n. 156. Teſſ. d. l. n. 7. Gomez tom. 3. reſol. c. 13. Heig. p. 2. q. 39. n. 69. Bocer. de tort. c. 3. 21.* per rationes quas mox ſubjiciam, vel denique, ſi ergo iſthæc ſanguinis ſtillatio non ad condemnationem nec ad torturam per ſe ſolum ſufficiens indicium, an ne tamen ideò ad inquirendum, vel etiam ad terrendum judex procedere poſſet? Et hoc poſſe dixerim, quoniam leviores conjecturæ ad inquiſitionem & capturam plerumque ſufficiunt. *V. Heig. d. l. n. 110. Bocer. d. n. 21. in fin. Farin. d. n. 156.* Hinc occiſi cadaver oſtentari, prætervehi, & ab his contrectari, qui cædis accuſantur, ad hoc proficit, quod multi ſeſe hoc aſpectu vi conſcientiæ indicant: Ipſum autem mortuum cadaver, per ſe, nullo ſenſu agnoſcere aut ſentire homicidam poteſt, dicente *P. Aeroo, lib. 8. rer. jud. tit. 4. c. 18.* poſſet tamen facile alicui videri, ejusmodi cruentationis indicium, ſi ſolum ſit, nulliſque aliis indiciis aut adminiculis coadjuvetur, nec ad terrendum ſufficere poſſe, tum quod territio pro primo torturæ gradu habeatur, adeoque qualis torturæ inſtar ſit, *Teſſaur. d. loc. n. 2. in fin.* tum etiam quod tortura actualis, terror vel comminatio ejus, de jure parificentur *l. 7. §. 1. quod falſo tut. auct. geſt.* ubi Baldus notat, paria eſſe, confiteri in tormentis, vel timore metuve tormentorum; Et ergò ſi ſanguis profluens ex cicatricibus occiſi non eſt ſufficiens indicium ad *torturam*, neque etiam erit ad *territionem*, per regulam vulgatam, quod prohibitio aliquo in genere, videatur prohibita quælibet ejus ſpecies & omne illud, per quod pervenitur ad illud *arg. l. 16. de ſponſal. l. 46. de fidejuſſ.* Quare notandum & diſtinguendum erit, inter territionem *realem* & *verbalem*, inter terrorem actui *propinquum* & *remotum* ad terrorem & comminationem torturæ *realem*, ut puta, ut reus accuſatus vel inquiſitus ligetur, vel nudatus prope tormentum ponatur, ex hôc indicio judex procedere non debet, tunc enim ille terror & comminatio torturæ actui *propinqua*, & ſic graviſſimi præjudicii foret, aſt benè poterit, *adverbalem, l. 15. §. 41. de injur.* Et ergò jura quæ dicunt & probant, quod paria ſint torturæ & terror, vel comminatio ejus, debent intelligi quando eſt *propinqua* actui & tormento, ſecus verò ſi *remota*, quia tum nuda eſt interrogatio ideoque levis ſolum territio, quæ ex ejusmodi leviori indicio benè poterit cuilibet & indiſtinctè fieri, atque iſthæc diſtinctio probatur *per d. l. 15. §. 41. de injur.* Vide quæ in ſimili habet *Gomez. d. c. 13. n. 4.*

§. 24. Quod autem ſanguis profluens & cicatricibus occiſi, adſtante inquiſito, ſuper quo ſuſpicio de delictô habetur, non faciat indicium ad *torturam*, confirmatur per ſeqq. rationes: I. Dubia hæc eſt quæſtio, neque jure noſtro definita: Ergo benignior interpretatio arripienda, *l. ſemper de R. J.* benignius autem eſt, in dubio liberare reum, quam ad torturam obligare, *per l. 47. de O. & A.* 2. tortura eſt actus graviſſimi præjudicii, ex quô

quò facilimè poſſet ſequi mors, *l.* 1. §. 23. *de qu.* Ergò in dubiô hôc caſu ſatius erit nocentem impunitum relinquere, quàm innocentem condemnare, *l.* 5. *de pœn. Gomez. d. cap.* 13. *n.* 15. 3. Notabilia quæ ſunt ſpecialiter notari ſolent. *l.* 15. §. 26. *de injur.* 1. §. 2. *de publ. & vectig.* Et ergò cum *Carolus V.* iſtud ſanguinis profluvium, inter homicidiorum indicia, *artic. P. H. O.* 33. *& ſeqq.* haud notaverit, videtur quaſi neglectum. 4. Hoc indicium eſt nobis incertiſſimum, & ex cauſis nobis incognitis aut certè valdè remotis ac dubiis proveniens, quippe cujus cauſam, quæ juridicè concludat, diſſentientes adferre nondum potuerunt; Quare nec practicandum, ſiquidem à quæſtionibus & tormentis incipere non debeamus, *lib.* 20. *de quæſtion.* ſed tum demum indagandæ veritatis gratiâ, quæſtioni pateat locus, quando reus veriſimilibus probabilibusque oppreſſus eſt argumentis, quæ ſint ex aliqua extrinſeca ac nobis cognita cauſa profecta, *l.* 3. *l.* 8. §. *un. C. de qu. l.* 18. §. 1. *ff. eod.* 5. Judicis non eſt divinare, ſed providere, *l.* 29. §. 2. *mandati. l.* 31. *ad aquil.* Eſt verò divinatio citrâ cauſam futuri prænotio: Providentia verò ratiocinatione per cauſas perficitur, *Gotofred. ad d. l.* 31. Et ergò cum hujus ſanguinis effluxionis cauſa incerta & incognita judici ſit, ſi tamen propter eam ad torturam procederet, divinaſſe videretur. 6. Sanguinis illius effluxio debet eſſe vel naturalis, vel ſupernaturalis, ſi eſſet naturalis, ejus cauſa foret una & eadem, adeòque ſemper cadaver verô homicidâ præſente cruentaret; ſed contrarium teſtatur experientia, *V. Boſer. d. loc. vers. nihil moveor prætenſa experientia*: quin imò etiam ad præſentiam amicorum & innocentium cruorem ſæpius effluxiſſe, teſtatur hæc idem, *V. Heig. d. loc. n.* 104. Itaque erit *Supernatur.* cujus cauſa cum judicis ingenium excedat, adeóque ejus rationem reddere nequeat, ſequitur cruentationem hanc pro indiciô ad torturam idoneô judicari non debere, nec poſſe, *arg. l.* 3. §. 8. 1. *de teſtib.* Et in ſumma. 7. dici & videri poſſet iſtum effluxum ſanguinis ex cadavere tàm ab occultis & dubiis, quàm etiam à diverſiſſimis cauſis aliquando provenire, veluti ex *cadaveris commotione*; motô enim agitatôque corpore facilè accidere poteſt, ut ſanguis qui in venis delituit, venarum oris reſeratis, erumpat; vel *ſanguinis reſidui copia*, ſicut plerumque ex fluido laxoque cadavere, ubi duobus tribusvè diebus ſervatur, in ſepulchrum ſanguine commixtus humór profluit. *teſte Lemn. de occult. nat. mir. l.* 2. *c.* 7. quemadmodum & boves poſt lanienam laquearibus affixi ſolum ac pavimentum ſanguinis ſtillicidio cruentant, vel etiam *humorum & ſpirituum multitudine*, ut ſi fortè corpus occiſi fuiſſet calidius, quoniam calore ſpiritus conſervantur. *Tholozan. d. loc. n.* 8. *in med.* vel denique *malevolorum hominum illuſionibus*: *ipſiusque Dæmonis præſtigiis*, argumento *Exod. cap.* 7. *verſ.* 22. Et ergò neutiquam *præſentiam* de homicidio ſuſpecti, cauſam adæquatam illius ſanguinis effluxus ſtatuere aut facere poſſumus, ac per conſequens, cum adhuc in natura & cum veritate ipsâ, in *Democriti* puteo, ut ſic loquar, talis profluxionis cauſæ abditæ jaceant, nec etiam à prudentiſſimis erui facilè poſſint, periculoſum foret dicere ex tali profluxione indicium ad *torturam* oriri ſumique poſſe: Quapropter Judex hoc in caſu venerabitur quidem naturæ opus, attamen & vires conſcientiæ agnoſcere debet; prout benè ac prudenter loquitur *Claud. Bertazol. in addit. ad conſil. patris Barthol.* 320.

§. 25. Qui tamen diſſentiunt, & ad *torturam* ex hôc indiciô legitimè deveniri poſſe, affirmant, nonnullis utuntur rationibus, quas ideò breviter ſubjiciam atque refellam. 1. Quod magiſtra rerum efficax *experientia* manifeſtat illud indicium eſſe probabile, *c. quam ſit. de elect. in* 6. *c.* 1. *de ætat. & qualit.* atqui ut occiſus in conſpectu occiſoris ſanguinem emiſerit, experientia manifeſtavit; ſic Hectore homicida comparente, Patrocli occiſi cadaver cruentavit. *V. Scolozan. d. loc.* ſic cujusdam occiſi arefacta manus poſt multos annos ſanguinem, præſente homicida emiſit, *V. Heigius d. loc. n.* 98. Sic ſæpius *Romæ*, *Venetiis*, alibique uſu veniſſe dicit *Farin. d. loc.* quod & confirmat ipſe *Gomez. d. loc.* ſuperioris licet ſententiæ adſertor, nimirum ſe vidiſſe, verô homicida poſitô coram occiſô ſanguinem effluxiſſe, poſitis autem aliis non effluxiſſe; Ergò profluvium illud ſanguinis eſt probabile Homicidæ argumentum: Verum reſponderi poteſt, vel ad Minorem, quod quoque conſtet de *contraria* experientia, *vide ſupra arg.* 6. ac ideò indicium hoc univerſale non ſit, nec certum, quale tamen ad torturam requiritur, *l.* 8. §. *oportet. C. de quæſt.* vel ad Majorem, quod id intelligendum ſit de experientia, quæ ex certis ac nobis notis cauſis proficiſcitur, adeóque ſemper una eademque eſt, *V. ſupra arg.* 4. *&* 7. 2. Indicia ad torturam ſunt arbitraria, ſicuti hoc concedunt ipſi qui contrarium tuentur, veluti *Gomez d. loc. n.* 15. *in fin. Heig. d. loc. n.* 92. Et ergò cauſa cognita hôc in caſu judici liberum erit ſtatuendi & propter αἱματόδειξιν ſuſpectum torquendi arbitrium; *arg. l.* 1. §. 1. *in fin. de effractor.* Sed poteſt reſponderi, vel quod tamen arbitrium hoc lege & ratione temperatum, & ex cauſis gravibus ac honeſtis profectum eſſe debeat; *Heig. d. n.* 92. vel etiam quod hoc de indiciis, quæ jure probantur ex aliqua intrinſeca & nobis cognitâ præſumptione, intelligi oporteat, *Gomez d. n.* 15. αἱματοδείξις autem indicium nec inducit præſumptionem aliquo jure approbatam, *V. ſuprà argum.* 3. neque ratione temperatum, ſed partim occultum &

partim

partim remotum ab effectô eſt, *V. ſupra arg.* 7. ut proinde ex cò reus non veniat torquendus. 3. Allegant pro ſe locum *Geneſ.* 4. *v.* 10. *& locum Apocalyp. c.* 6. *verſ.* 9. *&* 10. Ex quibus probant ſanguinem occiſi quaſi poſtulare vindictam à DEO, ac ideò quidam ex ipſis hujus profluvii cauſam ad quandam *divinam vindictæ repoſcendæ rationem* referunt, *uti Tholozan. d. loc.* ſed poteſt reſponderi, vel quod iſtis in locis tantùm hoc ſignificetur, DEUM etiam occultiſſima videre ſcelera, eaque tandem graviter etiam vindicare, vel quod valde periculoſum ſit, in judiciis moveri ſola opinione religionis, *V. Heig. d. l. c. n.* 131. *&* 132. Et ut maximè illam ſanguinis emiſſionem ad *occultam* DEI actionem referamus, quia tamen hæc occulta eſt, & cujus cauſa judicis ingenium excedat, idcircò ipſum ad torturam movere non debet. *V. de ſupra argum.* 6. Neque tamen verum ſanguinis hoc profluvium divinum opus eſſe, quod ejusmodi indiciô quidem ſæpè falſò fuerint notati, cum tamen DEUS, qui ſemper juſtus eſt, nunquam inſontem velit damnari. *V. Bocer. dict. l. verſ. adhæc ſignum hoc.* Quare nec tutum erit circa effluxionem hanc confingere *miraculum*, cùm deficiat promiſſio, & res hæc ad caſus fortuitos referri poſſit. Sic 4. argumentantur; Eædem vires *antipathiæ* ſunt quæ *ſympathiæ*. Et ergo ſicuti in ſubmerſis per ſympathiam, ſi amici adſint, ſanguis floridus emittitur, ita etiam referueſcit occiſi ſanguis, & quodammodo concutitur mente occiſus, adverſario qui necem intulit præſente, *V. Tholoz. d. loc.* atque utrumque probatum ſæpè à magiſtratibus docet *Lemn. d. c.* 7. Sed reſpondetur, vel quod etiam utrumque ſæpius in contrarium probaverint Magiſtratus, *V. ſupra argum.* 6. vel quod falſum ſit, cadaver aut frigidum corpus mortuum, occiſori ſuccenſere vel iraſci poſſe, vel denique quod impoſſibile ſit, occiſorem motus inſerere & ſenſus cadaveri occiſi adferre poſſe, quippe hoc fermè eſſet, quaſi reſuſcitare mortuum; Et videri poſſet in occiſis & ſubmerſis quaſi diverſum eſſe, quod illi mortis tempore ſanguinem copioſè profundant, indeque eorum ſpiritus unô momentô flocceſcant, quem hi tamen conſervent; Addunt 5. quoddam ſimile; Nimirum non eſſe incognitum, quod rami arborum, antequam frondeſcant, amputati, etiam poſtea vireant disjuncti ab arboribus; ſic quoque frigidum corpus mortuum, tamen ſanguinem emittere poſſe; ſed ſimile hoc claudicat; etenim cum ramis illis amputatis, antequam frondeſcant, vireſcens quidem ſuccus ſive humor natura inſit, utique virtute aëris tepidi accedente viriditas illa facilè promoveri poteſt: Cœterum quod quidem philoſophantes hujus profluvii rationem exinde deſumunt, quaſi occiſor tempore cædis, ſpiritus furoris ſui ſuccenſos, opusque juvantes in trucidandum imprimat, itidemque ſpiritus hominis trucidandi in occiſorem convolent ibique vivant, qui poſtea comparente occiſore ſuum corpus utrinque repetant, itaque in corpore interfecti, vi multiplicatâ, motum faciant, atque ex hoc motu putant ipſi effici, ut vulnera ſanguinem rurſus emittant. *V. Tholozan. d. l.* Id ipſum cordatioribus JCtis rectè videtur ineptum & à ratione naturali prorſus alienum eſſe. Quare hâc ratione inſuper habita concludimus ſanguinis illam, in præſentiâ de homicidiô ſuſpecti emiſſionem, non pro vero ſimili & probabili, ſed dubio ſaltem & incertô indiciô habendam eſſe, itaque judices ex hôc indiciô terrere quidem, ſed non torquere ſuſpectum poſſe, ſi quidem ad torturam certa & probabilia indicia requiruntur, *d. l.* 8. §. 1. *de quæſt.* quale indicium αἱματό δειξις non eſt, attamen quia indicium aliquale facit, ſcilicet leve, dubium & incertum, propterea ad viam territionis verbalis ſufficiens eſſe poteſt. Hactenus Goehauſen.

§. 26. Hoc Jus cruentationis appellatur Germanicè Baar-Recht, de quo Eraſmus Franciſci in libro 2. von der Policey-Ordnung, Ceremonien und Sitten, cap. 3. ſubſequentia verba habet: Wenn ein Erſchlagener gefunden wird, und man des Thæters halben keine Gewiſsheit haben kan, aber dennoch über ein Perſon ein Verdacht ſchvvebet, alsdenn vverden ſothane verdæchtige, vieler Orden zu dem Entbleibeten geführet, um zu ſehen, ob der Getœdtete Blut von ſich geben, oder (vvie man ſonſt redet, das Blut klagen mœchte. Weil nun ſolche übelbetraute Leute, vor die Baar, vvorauf der Umgebrachte liegt, geſtellet, und benebenſt ihres ſtarcken Verdachts und der vvarhafften Bekæntnis, ernſtlich erinnert vverden: Wollen die Rechts-Gelehrte, daſs dieſe Handlung deſsvvegen Baar-Recht vverde genennet. Aber dieſes Wort breitet ſich noch vveiter aus, und begreifft alles Recht, alle gerichtliche Anſtalt, ſo über einen Ermordeten gehalten vvird, deſſen Todtſchlæger entvveder gantz unbekant, oder zvvar bekant, aber entrunnen iſt, oder aber noch an einem verborgenen Ort ſtecket, und alſo nicht nur allein vorberührte Hinführung des Verdächtigen zu der Baar. Maſſen denn, in Nieder-Teutſchland etlicher Orten der Gebrauch iſt, daſs vvenn ein Getödter vvird angetroffen, es ſey gleich, in oder auſſerhalb der Stadt, und man vveiſs entvveder den Thäter noch nicht, oder kan ſeiner vveil ergeflohen, nicht mächtig vverden, der Richter in ſelbiger Stadt, oder Gebiet, ſamt etlichen Beyſitzern und dem Fiſcal, an der Stætte, vvo der todte Cörper liegt, eine Seſſion hælt, und nach geſchehener Anklage auch Proteſtirung, daſs dieſelbe Stadt und Gemeine, oder dieſe Herrſchafft, an dem unſchuldig vergoſſenen Blut unſchuldig ſey, de-

den Thæter, durch den Nachrichter, mit dem, bloſſen Richt-Schvverdt, dreymahl überlaut citiren laſſe. Welches man ſelbiger Enden eben ſo vvol das Baar-Recht nennet.

§. 27. Ja, da jemand, unverſehener Weiſe, den andern erſchöſſe, oder davon flöhe, oder da einer, durch einen ungeſæhren Zufall ums Leben kæme; als da ihn irgend ein vom Dach fallender Stein zerſchmetterte: Wird der Leichnam, der Orten, gleichfals, mit dem Baar-Recht (jedoch ohne beyſein des Nach-Richters) aufgehebt; und darff ihn keiner vvegnehmen, bevor ſolches Baar-Recht darüber gehalten vvorden. Jener Fürſt von Mantua, Ferdinandus Gonzaga, erforſchete den unbekandten Todtſchlæger, auf dieſe Weiſe. Er liess für ſich kommen den gantzen Hauffen, unter vvelchem der Thæter vermuthet vvard; hieſs einen jeden die Bruſt blöſſen, und begrieff dieſelbe mit eigener Hand: Biſs er endlich zu einem kam, vvelchem das Hertz mercklicher klopffete und zappelte, vveder den vorigen. Zu dieſem ſprach er alſobalden: Du haſt es gethan! Und derſelbe geſtund es auch alſobald: Weil ihm die Angſt ſeines böſen Gevviſſens ſolche Bekäntniſs heraus trieb. Erſt ervvehnter Proceſs aber, den vermeinten Thæter über die Baar des Erſchlagenen zu führen, iſt noch heutiges Tages, in vielen Orten in Teutſchland üblich. Ut Zieritz notat. ad Art. P. G. O. 149. citante Beſoldo. In gevviſſen Teutſchen Stædten gehet die Weiſe, daſs, uf begehrliches Anlangen entvveder der Vervvandten, oder Freunde des Lebens beraubten, oder auch von Obrigkeitlichen-Amts vvegen, alle die jenige, ſo mit bey der Schlægerey und Rauff-Handel gevveſen, oder ſonſt der That halben in Verdacht ſeyn, zu dem Leichnam des Entſeelten geführt vverden, ihm Finger uf die Wunden legen, und gevviſſe Worte nachſprechen müſſen: Um zu verſuchen, ob man, vvenn die berührte Wunden anhebt zu bluten, hiedurch den rechten Schuldner ſolches Bluts möge offenbahren. Und ſolcher Gebrauch vvird vveder von Geiſt- noch Weltlichen allerdings vervvorffen; vvenn man nur nicht ſo vveit und gleich darauf, mit dem Verdæchtigen, ohne mehrere Anzeigung, an die Tortur gehet. Angeſehen, nicht allein viel Hiſtoriſche Exempel, ſondern auch die Erfahrung ſelbſt beſtættiget, daſs durch ſolches Erforſchungs-Mittel, vveil Todtſchlæger, zu augenſcheinlicher Anzeigung Gœttlichen Rach-Eifers, nebenſt Zuſtoſſung anderer Muthmaſſungen und Anzeigungen übervieſen, und zu gerechter Straff gezogen vverden. *Hæc Eraſmus Franciſci.*

§. 28. Confirmari poteſt affirmativa ſententias: (1) ab Autoritate Gentium non infimæ claſſis. Sic apud priſcos Germanos ſuſpectus homicidii jubebatur aſſiſtere cadaveri, quô præſente, ſi cruentari inciperet corpus exanime, hic reus credebatur cædis. Eadem etiam ratio apud Italos diu viguiſſe, neque nunc omninò deſiiſſe, perhibetur. Vide ſis diſquiſitionem Politicam de forma judiciorum in Republ. rectè inſtituenda, ſub præſidiô Ampliſſimi Conringii habitam Helmeſtadii Anno M. DC. LXVII §. 265. Ubi vir ille celeberrimus ſubſequentia tradit: *Cæterum & aliud adhuc fuit probandi ſive purgandi genus, vulgare illud quidem, verùm non niſi circa cædem uſurpari ſolitum. In quem enim homicidii ſuſpicio reciderat, cadaveri ut ſeſiſteret, jubebatur, quò præſente ſi cruentari cœperat corpus exanime, defunctus illo homicida credebatur. Quodſi cœdes vulnere non fuerat facta, nihilominus adducebatur, qui criminis erat ſuſpectus, experiundi gratia, aliò Reum indicio eſſet oſtenſurus, quod etiam variis factum fuiſſe modis experientia eſt teſtata. Hæc ratio explorandi homicidium viguit & in Italiâ ſic ſatis diu, neque nunc omninò deſiit. Noſtris tamen legibus eam apertè fuiſſe approbatam non legimus.* Porrò §. 269. inquit, *Si verum fatendum eſt, experimentò hactenus aſtrui nullô potuit, per cruentationem factum aut declaratum quempiam fuiſſe nocentem, qui tamen reverà fuiſſet innocens, quanquam concedamus, quosdam cædis reos per probationem hanc non fuiſſe exploratos, nocentem adeò nullô ſigno fuiſſe indicatum.* §. 271. *Facilè autem rejiciunt eos, qui cauſam cruentationis arceſſunt è natura, & hanc aſſignant, quod Spiritus hominum interemtorum in indignatione quadam adverſus homicidâ adeò incandeſcant, ut ſimul atque ille adſit, ſtatim indiciò ferantur in interfectorem ſui, iramque quam morientes conceperunt, cujusque ſpecies in ipſis ſupereſſe affirmant, per ſanguinis ebullitionem in Reum effundant.* §. 270. *Verùm quis judicii ſit tam inops, qui non animadvertat primò, quam plurimos indies inſidiosè & per cuniculos peti, qui nihil minus quam tale quid ſibi metuunt; deinde venenô multos vitâ concedere, quos nec veneni, nedum venefici cujusdam unquam ſuſpicionem traxiſſe, peremptorem tamen ſigno poſtea nihilo ſecius indicaſſe, eſt expertum: Tum in infantibus de matre adhuc rubentibus ab iisdemque interfectis nullam poſſe iracundiæ ſpeciem eſſe reſiduam, cum nec dum ulla in iis fuerit: Eosdem verò impias & ſceleratas matres ſuas externo aliquô ſignò prodidiſſe, experientiâ iterum ſumus edocti.* §. 273. *His accedit, quod iracundia ſit affectus animi, & quidem appetitus ſenſitivi. Jam verò ne probabile quidem eſt, ſupereſſe in defunctis animam ſenſitivam, maximè ſi ſanguinis eructatiò poſt*

aliquot

aliquot demum contingat dies. Quid quod Phantaſia corpus in homine vivô non poteſt calefacere niſi ſuperſtite inſigni calore: at verò quandocunque iraſcimur, corpus calefit, ſi ergò fieri hoc nequit in corpore vivo, qui fiat in mortuo? §. 294. inquit: *In Italia ſanè & ipsâ Româ purgatio per cruentationem raró rejicitur. JCtos quod concernit, quoniam illi pronunciare debent ſecundum ea, quæ ſunt lata, facilè eos excuſamus, ſi diſſentiunt.* Ita Conringius hâc de re judicat. At non temere harum gentium autoritas in dubium eſt vocanda, cum non ſit improbabile, ipſas ex rectæ rationis dictamine hæc ſufficientia arbitratas fuiſſe judicia.

§. 29. Verum Reſp. 1. Autoritati harum gentium aliarum Gentium autoritatem opponi, apud quas hoc probandi genus uſu non eſt receptum de quibus itidem ſubſumi poteſt, harum autoritatem ob rationem allata non temere eſſe rejiciendam. Reſp. 2. Dici etiam poſſet ſtillicidium ſanguinis è cadavere occiſi non eo fine eſſe intentum, ut deficientibus aliis, hoc ſolum fuerit ſufficiens indicium autoris cædis, ſed ut ſuſpectus, metu percuſſus, ad conſpectum cadaveris, ſtimulante conſcientia, dum ſibi perſuaſum habet facinus ſuum jam per *Sanguinis emiſſionem* patefieri, vel ſpontaneam ederet ſceleris patrati confeſſionem vel alia indicia, unde ſufficienter probari poſſet, hunc ſuſpectum eſſe, vel alium non eſſe, homicidii. Reſp. 3. Quod ſi hoc admitti non poteſt, quid tum? numquid errantium multitudo & autoritas errori patrocinari poterit? Neque enim rectæ rationi ſtatim conſentaneum cenſeri poteſt, quod ab his vel illis gentibus, etiam cultioribus factitatum, & conſuetudine introductum fuit; alias etiam famoſa illa χειροκρατία rectæ rationi erit conformis, & ſufficiens juſtæ & injuſtæ cauſæ indicium, quod tamen admitti non poterit. Accedit 4. quod nondum probatum videam hoc, per ſtillicidium Sanguinis, probandi genus noſtris legibus apertè fuiſſe approbatum.

§. 30. Confirmari poteſt affirmativa (11.) *ex infallibili experientiæ continuatione: cum nunquam legerimus innocentem per hoc probandi genus fuiſſe damnatum.* Verum Reſp. 1. Num univerſaliter dici potuit, poteſt dubitari, ſed ſi vel maximè ita eſſe fingatur, quod nunquam hoc factitatum ſit, numquid propterea impoſterum fieri non poſſe implicat? quanquam tamen non negaverim, quod ſi hoc ita ſe haberet, quin aliquam probabilitatis ſpeciem habiturum eſſet argumentum. Sed Reſp. 2. ſi vel maxmè ad ſtillicidium Sanguinis infallibiliter declaratus ſit autor cædis; hoc non ſufficiet, ſed hoc debebat probari, *ſolum ſtillicidium eſſe vel ſufficiens indicium, vel ſaltim probabile indicium de ſe, occiſoris, quod fieri non poterit.* Reſp. 3. Non tantùm ad præſentiam homicidæ, ſe[d] etiam ad præſentiam innocentium, imò ami[corum] ſtillicidium Sanguinis ex cadavere fui[t] ſe animadverſum, id quod ſufficit ad infringendam univerſalitatem & infallibilitatem hu[j]us indicii Sanguiflui. Probatur autem adſer[t]io hæc per exemplum relatum à *Gregori[o] Horſtiô, de conſerv. cadav.* quod ita propo[nit.] Anno τȣ λόγȣ 1604. die 26. Decembris vir quidam (nobilis juvenis) ætatis ſuæ 25. an[n]ô, veſpertinô tempore, circa nonam horan[m] noctis, ex feneſtrâ domus ſuperiori in oppid[o] Blindmarck, inferioris Auſtriæ, bombardâ pe[ti]titur, & globô tormentariô per ſiniſtram pe[ctoris] ſtoris immiſsô, perque dextram hypochon[driorum] driorum exeunte, protinus in locô occiditu[r]. Reviſô cadavere, vulnereque conſiderato quantitas eadem introitus atque exitus, no[n] ſine copiâ Sanguinis profluentis, reperta eſ[t]. Subſequente die 27. Decembr. tempore matu[]tinô corpus occiſi juvenis veſtibus aliisque or[]natur, atque ita per biduum quietum retine[]tur. Porrò 30. Decembr. in libitinam repo[]nitur, & in loco ſacro cuſtoditur, idque ſin[e] motu ulteriori, ubi tamen nihilominus ex vul[]nere ſuperiori usque ad 8. Januar. anni 1605 recens quotidie manavit Sanguis, à quo tem[]pore hæmorrhagia deſiit. Rurſus v. 13. Febr[.] circa meridianum Tempus Sanguinis fluxu[s] per vulnus inferius horâ unâ atque alterâ de[]prehenſus fuit, ac ſi jam vix cædes facta eſſet.

§. 31. Porrò quod cadavera hominun[m] violenter occiſorum nonnunquam naturalite[r] ſanguine ſtillare ſoleant, præſente aut abſen[te] occiſore teſtantur Exempla ſubſequentia. Ann[o] 1544. *Studioſus* quidam inter oppidum Die[]ben & Lipſiam fuit interfectus, cujus cadave[r] in aquam eſt projectum, ubi totas quatuor ſe[]ptimanas congelatum jacuit. Poſtea verò i[n] eodem locô inventum & erutum ex glacie, i[n] proximum oppidum deportatum eſt. Quo ubi judex cum civibus adſtantibus inſpexiſſet cœpit recentem ſtillare ſanguinem cadaver nec *amico*, nec *inimicô* præſente. *Manlius i[n] Collect. LL. C. p.* 307. Simile exemplun[m] narrat *Greg. Horſt. l. d. p.* 46. de *infante* al[i]quô, à ſceleratâ matre ſtatim poſt ortum occ[i]ſo, & ex arce Generoſi cujusdam Baronis Au[]ſtriæ in foſſam aquæ repletam injectô. Hi[c] enim cum poſt quinque demum ſeptimana[s] fortè fortuna repertus atque exemtus eſſet non *præſente Matre* tum temporis adhuc in[]certa, admodum recenti ſanguine ſtillare cœ[]pit. *Habuimus etiam*, inquit idem in Ep[] Med. ſect. 9. p. 432. *Exemplum non ita pri[]dem hic in vicinia in infante per Matren[m] ancillam occiſô atque in foſſam, arci nobi[]lis cujusdam vicinam per locum ſecretun[m] hyemali tempore projectô, qui per Præto[]rem loci tandem poſt ſeptimanas duas ob[]ſervatus atque exemptus, recenti ſanguin[e] ſtillar[e]*

illare cæpit copioſiſſimè, non quod Mater præſens fuerit, (quæ incognita adhuc alibi, morbum ſimulans, decumbebat:) ſed potiùs quod ambientis caliditate pori cutis aperirentur, & ſanguis interior turgens à centrô ad circumferentiam moveretur. Et quis omnia hanc in rem facientia exempla enumerare poſſet? Quanquam non omnia literis ſint annotata, ſed ea potius, quæ ſignabunt homicidam; id tamen ad ſuperioris ſeculi cacoëthen eſt referendum, certum ex eô factô præſentis interfectoris indicium depromentis.

§. 32. Kornmannus in M. M. c. 24. adducit exemplum *Thomæ Herefordenſis*, in Anglia Epiſcopi, quem *Gilbertus de Clarâ*, Comes Gloveraiæ maximis affecerat injuriis, eò quod Eccleſiæ jura ipſe tueretur, ille invaderet. Obiit interim diem ſuum Epiſcopus abſens. Neceſſarii autem ejus ad ejus Eccleſiam eferenda oſſa prorſus carne ablatâ curaverunt. Mox ubi obvius factus eſt Comes, à puris nudatisque omni carne & ſanguine oſſibus pluimis manavit ſanguis. Id conſpicatus Comes errore concuſſus pœnitentiâque ductus, Eccleſiaſtica jura vi à ſe invaſa reſtituit. *Surius* Octobr. Matth. *Tympius Menſa-Theo-Philoſoph.* XXIII. q. 31. p. 191. Unde patet, non d indicium de reô ferendum hoc ſtillicidium ſanguinis eſſe reſtringendum, cum ſæpius ſtillare poſſit cadaver ſanguine etiam non præſente interfectore. Hinc Eraſmus Franciſci l. 2. von der Policey-Ordnung, cap. 3. inquit: Man hat aber auch gleichwol die Erfahrung, daſs der Cœrper unterweilen kein Blut-Zeichen gegeben, ob ihm gleich der Thæter fürgeſtellet worden. Maſſen Beſoldus ſolches ſelber mit angeſehen, und dieſe Gedancken darüber hat, es ſey darum das Blut nicht gefloſſen, weil es ein fürſetzlicher Todtſchlag, und alſo in dem Gut keine Rachgier geweſen. Warum ſolches geſchehe: Darauf antwortet Hieronymus Nymannus in Orat. de Imagin. quæſt. 7. alſo: Weil Gott nach der allerfreyeſten Willkühr handelt; ſo thut er, wie es ihm gefællt, und giebt nicht zu, daſs der Todtſchlæger uf ſolche Weiſe werde entdeckt; entweder darum, daſs der Urheber gnugſam bekant, und der Entleibte aber Urſach gegeben, oder eine ſolche Straff vorher, mit ſeinen Unthaten, gar wol verdienet hat: Oder weil er den Blut-Schuldner einer andern ſchvveren Straffe ſpahret; oder auch, vveil es ein unverſehener, und nicht fürgenommener Todtſchlag gevveſen, der einer Verzeihung fæhig iſt.

§. 33. Idem Eraſmus Franciſci memorabile Exemplum cit. loc. enarrat, quando inquit: Es hat ſich, vvie Camerarius erzehlet, in Sachſen einsmal begeben, daſs einer, vvelcher ſeinem Herrn nicht genugſame Rechenſchafft in der Hauſshaltung geben kunte von allen und jeden Stücken, deſsvvegen gehenckt vvorden. Nach zvveyen, oder vvol, vvie Camerarius dafür hælt, mehr Jahren, geht der Tyranniſche Herr das Hochgericht vorbey, an vvelchem der gehenckte Cœrper allbereit verzehret vvar: Siehe! da dringet dem gehenckten das Blut zu Maul und Naſen heraus. Wer vvird hie eine natürliche Würckung oder Antipathiam mehr finden können?

§. 34. *Replicas*: At poſſunt multa produci exempla, quibus ad oculum probari poteſt ſtillicidium ſanguinis eſſe legitimum præſentis rei indicium. Ut ex hoc & aliis exemplis patet. Sic 1. Beſoldus erzehlet einen Caſum, der bey der Juriſtiſchen Facultæt zu Tübingen fürgefallen, und von Wertheim aus Francken dahin gelanget: Darinn, neben andern, dieſe Relation begriffen gevveſt, vvelche ich dem Wörtlichen Laut nach, vvie ſie von dem gerühmten Beſoldo iſt angezogen, ſetzen vverde.

§. 35. Nachdem auf fleiſſige Inquiſition ſich der Thæter nicht befinden oder angeben vvollen, iſt man deſsvvegen verurſacht vvorden ein Baar-Recht anzuſtellen, bey ſolchem hat Niclaus und Baltaſar keine Zeichen an dem Cœrper, vvelcher allbereit 36. Stunde ermordet gevveſen, und theils in einem Gevvœlbe, theils etliche Stunde vor dem Actu, unter dem freyen Himmel, bey ziemlich kaltem Wetter, mit aufgedeckter Bruſt und Bauch gelegen, ervveiſen vvollen, und ſind beyde auf ihrer erſten Auſſag ſatis confidenter verblieben. NB. Es haben vier auf den Entbleibetē gewartet, da der Entleibte mit einer Hellepart kommen, ſind obermeldte zvveen hinvveg geloffen.

§. 36. Auf Fürführung des Jœrgen, hat der Cörper aus dem Munde blutigen Schaum gegeben, (NB. dieſer iſt præſens geblieben, da der Occiſus geſtochen vvorden, hat aber nicht Hand angelegt.) Nach deſſen aber, und Vorführung Clauſens des Wæchters, (vvelcher ratione officii, und auf fordern zugeloffen, auch Friede machen vvollen, und dem Entleibten ſeine Hellepart genommen) hat gedachter Cörper aus der Wunden Blut gegoſſen, und ſolche (vvelche über das Hertz gevveſen) nicht anders gebebet, als wenn das Hertz noch lebte. Deſſen ungeachtet, hat gedachter Wæchter die ihme angehaltene Formulam jurisjurandi dreymal geleiſtet, NB. er hat (1) zvveen Finger auf des entleibten Mund, (2) auf den Stich, und (3) auf den Nabel geleget, auch dem Pfarrern, ſo ihn ſeines Gevviſſens erinnert, nachſprechen müſſen, die That aber nicht bekennen vvollen.

§. 37. In Gegenvvart Lorentzen, mit vvelchem der Entleibte, da er den Stich bekommen zu thun gehabt und gerungen, hat der Cörper blutigen Schaum aus dem Munde abermal gegeben, ſo vvol auch etvvas Bluts aus den Wunden.

§. 38. Folgendes Tages, hat der Wæchter ſich ſelbſt zu einem Thæter angegeben. (*Hieraus erhellet, nach Beſoldi Meinung, daſs die Wunde, und der Leichnam die Stuffen der Schuld an dieſer That bemercket habe.*) Da der Iörg præſens geweſt, iſt recht natür-

lich Blut aus dem Munde geſchanmet. (NB. Dieſer war faſt der Anfænger des Handels. Ergò hat der Mund ex rancore geſchaumet, ſed non vulnus, weil er nicht der Thæter.) Da der Wæchrer gegenwærtig, hat ſich beym Munde nichts ereignet. Da er aber die zvven Finger auf die Wunden geleget, iſt recht natürlich Blut daraus über die Seiten geloffen, daſs der Chirurgus ſolches vveg vviſchen müſſen. Da er zween Finger uf den Nabel gethan, hat die Wunde vvieder ebullirt, aufgegoren und gezucket, gleich vvie die Puls-Adern ſchlagen.

§. 39. Der Lorentz hat mit dem occiſo gerungen: Im Nachſprechen iſt dem Todten blutiger Schaum zum Maul ausgeloffen, als er auf die Wunden die Finger geleget, hat die Wunden vvieder gezucket, und ſich gereget. Da Lorentz abgeſchieden, hat ſie nicht mehr gezucket.

§. 40. Sed *ad hoc exemplum reſp.* eſſe potius *pro nobis quam contra nos.* Non enim ex eô colligi poteſt, ſtillicidium ſanguinis fuiſſe indicium cædis perpetratæ, ſpontaneam reorum confeſſionem morſibus conſcientiæ elicitam. Nam quod ad eorum præſentiam cadaver occiſi ſanguinem emiſit, fieri id potuit *per accidens*, propter *agitationem & commotionem cadaveris*, vel quod ſanguinis meatus antehac obſtructus liberiorem exitum præbuit *fluiditati ſanguinis.* Quod verò dicitur, ipſum cor palpitaſſe inſtar cordis animâ informati, id etiam „ fieri potuit *ob cauſas aliquas naturales*; vel „ ſi id admittere nimis durum videatur, fortè „ hîc *aliquid extraordinarii* agnoſcimus, „ quod *hoc ſtillicidium in eſſe indicii* conſti„ tuerit. Atque adeò adhuc manet firmum, „ ſtillicidium Sanguinis, *qua tale*, nullum „ præbere poſſe indicium, *quamvis elevatum* „ *ab agente ſupernaturali* illud præbere poſſit, „ uti ſub initium negativæ ſententiæ ſumus pro„ poſituri.

§. 41. II. Refert Kornmannus ex Cantipratano l. 2. mirac. c. 29. §. 22. contigiſſe anno C. 1271. in villâ Pforizheim, ut quædam maligniſſima vetula Judæis familiaris facta puellam annorum ſeptem orbatam Parentibus venderet occidendam. Hanc igitur in ſecretô, ſuper plura partialia tormina obſtructo ore ejus in omnibus fere juncturis membrorum inciſionibus vulnerarunt, maximo conamine ſanguinem exprimentes & linteaminibus diligentiſſimè receptantes. Poſt tormenta defunctam in aquam fluidam prope oppidum projecerunt, & ſuper eam lapidum congeriem poſuerunt. Tertiâ verò vel quartâ die per manum erectam ad cœlum à piſcatoribus eſt inventa, & in oppidum deportata, horrentibus & clamantibus populis, à Judæis impiis tantum flagitium eſſe perpetratum. Erat autem in viciniâ Marchio de Baden, qui mox, auditô tantô piaculo, pervenit ad corpus, ſtatimque ipſum corpus erectum reſidens tetendit manus ad Principem, quaſi vindictam Sanguinis vel fortè miſericordiam imploraret. Poſt horam verò dimidiam ſe depoſuit defuncti more ſupinum. Adductis igitur ad hoc ſpectaculum impiis Judæis, ſtatim eruperunt omnia vulnera corporis, & in teſtimonium horrendæ necis copioſum Sanguinem effuderunt; Judæi capti pænam dederunt.

§. 42. Sed *Reſp.* Si fidem meretur humanam hæc hiſtoria, diffiteri nequeo ſubeſſe hîc aliquid *miraculoſi & extraordinarii.* Quæ enim cauſæ naturales tot dies defunctæ manus ad cœlum *in altum* erigerent? quæ cauſæ naturales corpus ejus ad præſentiam Marchionis ſedere facerent & manus extenderent? Certè hæc *arcanô Dei judiciô* libenter relinquimus. neque enim mens noſtra eſt, promiſcuè *omnium exemplorum ſupernaturalitatem & valo-* „ *rem* elidere, ſed dum in negativam inclina- „ mus, loquimur de ſtillicidio ſanguinis præ „ cisè circumſcriptâ ejus ſupernaturalitate, per „ quam, ſi adſit, in eſſe legitimi indicii poſſit „ conſtitui, *Tales enim circumſtantias probè* „ *attendendas eſſe, & non temerè rejiciendas,* „ *ſi adſint, ultro largimur.*

§. 43. Sic cùm *Jacobus de Aqueriâ*, Patritius Arelatenſis, vulnere mortuus eſſet, & qui vulnerarat, à Magiſtratu comprehenſus, in conſpectum cadaveris delatus fuiſſet, ut occiſum recognoſceret, & ſcelus fateretur, mox ebulliens ſanguis multô cum fervore & bullis è vulnere & naribus prodire, cunctis adſpectantibus, cœpit.

§. 44. Ingenioſus ille Poëta Haarsdörffer in Jæmmerlichen Mord Geſchichten c. CXXIX. 3. p. 444. de Opilionis cujusdam occiſi cadavere fert. Scilicet cùm Anno 1607. d. 25. Aprilis, Opilio quidam, in Hiſpaniâ, ſuum paſceret gregem, à Nobilibus duobus interfectus, & fruticetô iniectus fuit. Judices ejus loci Opilione multum diuque perquiſitô, poſt quatriduum demum ſub fruticetô eum reperere. Quoniam verò cædes iſta ſine teſtibus facta erat, ſuſpicio in Nobiles in viciniâ habitantes cecidit. Qui etiam capti & ad occiſi cadaver rapti ſunt. Sed quid fit? Primus vix limis, ut ajunt, oculis cadaver aſpexerat; ecce! copioſus inde promanare ſanguis occipit. Alterô verò accedente ipſa interempti dextera adſtantibus primò vulnera, poſt & ipſum occiſorem monſtravit. Quô factum, ut duo illi ſuſpecti Nobiles cædis hujus doctores ſpontè ſeſe confiterentur, dignumque factis ſuis ſupplicium luerent.

§. 45. Simile huic refert *Cruſius part. 3. an. Suev. l. 9. c. 16. p. 537.* Hoc 1510. A. in Bacchanalibus, die Martis, interfectus eſt Johannes Albuſſer (apud Albuſſam in Mosbacenſi Parochiâ in Sultzbergô, punctione non magna ſuper genu: nec percuſſor ſciri potuit. Quatuor poſtea ſeptimanis, iterum die Martis, fratres & propinqui illius, duos Aucupes ex Kelenbergâ in provinciale judicium Campidon. adduxerunt, ac de cæde accuſarunt. Illi, ſe innocentes affirmâre: ſententiâ lata eſt, ut jurejurando ſe purgarent: duobus digitis, inter quos alt... lana

ana, in vulnus impoſitis, an non aliqua mutatio vulneris ſecutura eſſet. Primo jurante, rupere cæpit vulnus & ſanguis exire, per pedem defluens, populô cernente numeroſô. Tunc judices illum ut cædis Auctorem, capitis damnarunt: Quo etiam ſuppliciô affectus eſt publicâ in viâ juxta provinciæ tribunal ac fanum.

§. 46. *Alterum* ex *Cantipratano* lib. 3. mir. c. 16. §. 2. de *Henrico Abbate Bleſenſi*, narratur ſequentibus verbis: Henricus Canonicus regularis in urbe Bleſenſi in monaſteriô S. Mariæ de Burgô medio, cum diu Pariſiis ſtuduiſſet, in Abbatem licet invitus ab omnibus eſt electus. Hic cùm in religioſos ſuos, tum hortatu ad regulam ſervandam, ad honeſtatem vitæ, & ut tenerent in manibus diſciplinam, cum rigore uſus eſſet, ab illis per tres ſceleſtiſſimos Ribaldos conductos crudeliter occiſus eſt. Roberto autem tunc ſocio ejus evadente, corpus occiſi ad monaſterium delatum eſt, & in Eccleſiâ collocatum, & vide Lector, quid factum ſit & probatum. Statim enim ubi ſequenti die ad ſepulchrum occiſi, de locis ubi exta manebant, rei criminis Eccleſiam intraverunt: ecce vox ſanguinis Fratris ſui Abel de terrâ quaſi vindictam clamans, per vulnera, quæ à loco occiſionis ſicca remanſerant, abundantiſſimo ſanguinis impetu in eorum præſentiâ manaverunt.

§. 47. Nec præterire poſſumus narrationem *Andreæ Hildebrandi*, in Epiſt. ad *Greg. Horſt.* Sect. 9. p. 42. ita ſcribentis: Accidit, cum Stolpis adhuc eſſem, apud Illuſtriſſ. viduam, ut in vicinô pagô Schmalſin, Præfecti ejus loci expatiatum euntis canis aquaticus, fortè fortuna infantem terrâ reconditum, & jam ſemiputridum erueret, quem cùm Præfectus in pagum deportari curâſſet, puellas, viduas, reliquas que omnes extra matrimonium viventes, convocari juſſit, & ſingulis infantem ulnis geſtare, ac ſequentia verba eloquire, mandavit: Dofern ich an dieſem Kinde ſchuldig bin, ſo thue GOtt ein Zeichen an mir. Inde cùm ad agnatam proximam reæ ordo pervenit, pauxillum ſanguinis è naribus & quidem lente effluxit: Ubi verò in manus propriæ matris traditus eſt (quæ virginali adhuc incedebat habitu, & ut poſtmodum per torturam confeſſa eſt, Dantiſci à Primario Mercatore imprægnata) copioſiſſimum ac rubicundiſſimum ſtillare cœpit ſanguinem, multis inſtar miraculi id ſpectantibus, cum ante octiduum jam terræ commiſſus, nec ut ipſamet faſſa, vitalis unquam fuerat, quod tamen vix verum (ſerum ſatis) putaverim. Mater, cum nihil aliud ab ea per carnificem extorqueri potuit, quam quod fœtum mortuum noctu clam terræ mandaverit, ne vel ita famæ jacturam pateretur, non capitis ſuppliciô affecta, ſed tantum proſcripta fuit.

§. 48. Imprimis verò memorabile illud eſt quod *Thuanus lib.* 32. *Hiſtor.* commemorat de Coſmô Magnô Hetruriæ Duce. Huic inter alios liberos erant duo filii, quorum minimus natu Garſias Johannem Fratrem jam tum Cardinalem vix 16. ætatis annum ſupergreſſum ex puerili æmulatione, atroci odiô diu nutritô inter venandum, cum ſeorſim à ſociis per devia alter in alterum incurriſſent, acinace eminus transverberaverat. Cadavere inter vepreta, invento, reque ad Coſſmum Parentem delata, is ſuſpicatus, quod erat, cadaver multâ nocte in urbem inferri & in conclavi ædibus ſuis proximô collocari jubet, tum ſemotis Arbitris ad conclave venit, & ſevocatum Garſiam, ac de Fratre interrogatum, cùm factum ille pernegaret, ad cadaver accedere jubet, eoque renudato & cruore ad percuſſoris conſpectum mox ebulliente, En, inquit, ſanguis Fratris tui, qui ultionem à Deo atque etiam à me depoſcit; Me miſerum, qui tales Filios genuerim, aut iis ſuperſtes fuerim, quorum unum immani parricidio necatum hiſce oculis adſpicere cogor; alterum, ni impius & iniquus juris inter meos diſpenſator ſim, è medio tollere, ipſa pietate ſuggerente compellor! Scelus eſt Patri Filium interficere, ſed majus ſcelus admittam, ſi eum vivere diutius patiar. Qui per fratris perniciem, ad Patris necem ad familiam totam cæde ac ferro evertendam gradum fecit. Tum fatente crimen Garſiâ, & rixæ principium dediſſe Johannem affirmante, ita ut niſi cæde Fratris ſalutem propriam expedire non licuerit; Coſmus, qui mite Johannis ingenium noſſet, pugionem quo ille fratrem confoderat, & adhuc cinctus eò venerat, ſupplici eripit, nudumque ſtringens, hodiè, inquit peſtem domeſticam, ne latius exemplô ſerpat, è viſceribus meis avellere decrevi, & quanquam dulciſſimi Filii cædem, non niſi alterius filii moribus diſparis cæde expiare poſſim, malo me poſteritas infelicem ac durum Patrem prædicet, quàm imprudentiæ & niquitatis arguat. Tu verò gaude, quòd vitam, quâ indignus es, cum amittere debeas, in Patris manibus, à quô etiam accepiſti, depoſiturus ſis: quo dicto Deum comprecatus, ut factum comprobaret, & ſonti Filio gratiam delicti faceret, cum eodem pugione, quô fratrem confecerat, juxta Johannis cadaver interfecit, quam calamitatem ſilentio ſopiri voluit prudentiſſimus Princeps, famâ ſparsâ, ex populari morbo alterum poſt alterum exſtinctos.

§. 49. Denique huc referri etiam ſolet exemplum, quod quinquennio abhinc in oppido Koſsvvick, duobus milliaribus à Witteberga diſtante, accidiſſe dicitur. Cùm enim illic venefica quædam mulier Adoleſcentē, arti ſartoriæ addictum, præſtigiis ſuis interfeciſſet, & poſteà juſſu Mariti, ut ſuſpicionem à ſe amoveret, ad cadaver in feretro jam poſitum, accedens ternâ vice hæc verba repetiiſſet: Hab ich Schuld an deinem Tode, ſo gib ein Zeichen von dir; tunc ſtatim ſanguis ex ore & naribus emanavit, atque præſentem homicidii ream indicavit. Cæte-

Novell. Val. (F ff) 2 rùm

rum longè plura ſuperior atque recentior ætas refert exempla: Quæſi omnia recenſere vellem, tempus prius & charta, quam ſcribendi materia me deficerent.

§. 50. Huc pertinet quoque illa Hiſtoria quæ refertur ab Eraſmo Franciſci l. 2. Von der Policey-Ordnung, cap. III. von dem Baar-Recht, ſubſequentibus verbis; Dieſem ſoll ein ander Verlauff folgen, vvelcher aus dem blutigen Schauplatz des gelehrten Frantzöſiſchen Biſchoffs von Belley genommen, und durch Herrn G.Ph H. in Teutſch umgeſetzt vvorden.

Auf einer hohen Schulen in Flandern hat ein junger Student von Geldern bürtig, die Geſetze ſtudiren, und ein Rechts Gelehrter vverden ſollen, in dem Alter, vvelches den Geſetzen nicht vvill untervvorffen ſeyn, und keinem Recht Statt geben. Dieſer Apion verliebte ſich in Ameen, ſeiner Wirthin Tochter; vveil er der Jungfrauen Willen nach und nach gevvonnen, ſich auch mit einem Ehgelübde verſprochen, das er künfftig zu vollziehen ſich vernehmen laſſen, hat er gegenvværtig erhalten, vvas beyde lang hernach zu ſpæt bereuet. Es vvar ihnen leicht ihrer Mutter Augen zu blenden, vvelche ihrer Tochter getrauet, und ihrem Hauſshalten abgevvartet. Beede vvaren unter einer Bedachung, und machten es vvie die Katzen, vvenn ſie bey Tage lang mit einander geſtritten, des Nachts beyſammen liegen.

Caride ihre Magd, vervveiſt Amee ihre Ungebühr, mit Bedrohung ſie zu verrathen. Was kan aber das Silber nicht? Apion verehrete ſie ſo reichlich, daſs ſie ihnen zu ihrem böſslichen Leben, hülffliche Handbietet, ſo ſtarck ſie iſt. Dieſes Gevverb lieſs ſich nicht lange ohne Gevvinn treiben, und gabe Apion der Amee ſo viel zu trincken, daſs ſie die Jungfræuliche Waſſerſucht bekam, und ſchvvanger vvurde. O du Nærrin! die du dich uf deines Bulen ſchvveren verlaſſen, und vermeineſt da eine glückliche Heyrath zu ſuchen, vvo du den Todt mit Schand und Spott finden vvirſt. Apion ſo bald er vermercket, daſs die Sache einen gefährlichen Ausbruch nehmen möchte, zieht er heimlich davon, und vergiſt alles gethanes Verſprechen, vvelches gleichgevveſen eines Steinmetzens gerüſt, das er vvieder abbricht, vvenn der Schvvibbogen ausgemauret iſt. Apion kömmt nach Hauſe, und læſſet es mit Amee gehn vvie es kan. Was dieſe verlaſſene Ariadne für klagen geführet, iſt leichtlich zu erachten. Sie hætte ſich ihren Augen gerne verborgen, Gifft genommen, und ſich in einen Brunn geſtürtzet, vvenn ihre Magd Caride ſolches nicht verhütet hætte, vvelche ſie getröſtet, daſs Apion vviederkommen, und ſie nicht in Schanden laſſen vvürde.

§. 51. Die Mutter kunte ihr aus Apions Flucht, und ihrer Tochter Traurigkeit leicht die Rechnung machen, vvie es unter ihnen zugegangen, und kommet in Erfahrung, daſs ihre Beyſorge leider vvahr, und viel zu ſpat eingevvendet. Caride verſpricht, ſie vvolle Apion ſein Kind bringen, man ſoll es nur verſchvviegen halten, vvelches vvieder ein kleiner Troſt für Amee.

§. 52. Sie kommt danieder, bringt eine Tochter in die Welt, und hatte Amee und Caride die Abrede genommen, das Kind zu erſticken, und in den Garten, unter einen Baum einzugraben, vvie dann auch geſchehen. Die Mutter vvuſte nicht anders, als daſs Apion das Kind ziehen lieſſe, und vviederkommen vvürde, die Geſchvværhte zu freyen. Apion aber vvar in Teutſchland verreiſet. Nach zvvey gantzen Jahren, ziehet die Mutter mit ihrer Tochter aus dem Hauſe, und ein andrer beziehet es, der den Garten læſſet umarbeiten, und vvird der Amee Kind gefunden, ſo friſch und unvervveſen, als vvenn es vor zvveyen oder dreyen Tagen begraben vvorden vvære. Es vvird Amee mit ihrer Mutter in das Haus beruffen, und ſo bald ſie des Kindleins anſichtig vvird, fangt ſie an zu blaſſen, ihr Hertz zu beben, und alle Glieder zu zittern; der kleine Leichnam aber durch die Naſen, Augen und Mund, zu bluten. Der Obrigkeit kunte dieſes nicht verborgen ſeyn, und vvar die gantze Nachbarſchafft bey dem angeſtelleten Baar-Recht zugegen. Hierüber wird die Mutter und Tochter in Verhafft genommen, und nach Entdeckung dieſes Meuchels, und Kinder Mords, die Caride auch eingezogen, und dieſen beyden die Hæupter für die Füſſe geleget, die Mutter aber, weil ſie ihrer Tochter nicht beſſer gehütet, der Stadt vervvieſen.

§. 43. Ferner ſehr merckſam iſt der Fall vvelchen Speidelius aus dem Seſſe in dec. Aragoniæ III. referente Eraſmô Franciſci vorbringet. In einer Stadt des Thals de Bruto genannt, iſt ein Schæffer, Namens Lorentz Bores, ermordet vvorden. Als nun die Richter beſagten Thals den Leichnam des umgebrachten Schæfers nicht finden kœnnen, vveil die Thæter denſelben hatten verborgen; und deshalben auf dem Berge vor der Stadt, vvo der Entbleibte pflegte der Schaaffe zu hüten, Nachſuchung geſchehen: Hat man ihn, vier Tage allererſt nach ſeiner Entbleibung, gefunden, an demſelben Ort, da er begraben, dazu mit Steinen und Zvveigen bedeckt lag.

§. 54. Ob nun gleich corpus delicti, oder der ermordete Leib herbey gebracht: War dennoch vvieder die Thæter kein Schluſsmæſſiger Bevveiſs vorhanden: Sintemal vveder einiger Gerichts-Zeuge, noch ungerichtliche (oder Extrajudicial) Bekæntniſs ſich ereignete. Darum man ſonſt allerhand muthmaſsliche Anzeigungen, wieder die Verdæchtige, herfür ſuchte: Welche zvvar, mit einem ruchloſen Leben berüchtiget; aber dennoch von dem uralten Geſchlecht de los Verguas herſtammeten, und alſo deſto mehr

Bedacht

ſedachtſamkeit dem Richter verurſachten. imer hieſs Monſerratus de Vergua; der andre ohannes Franciſcus. Beyde vvurden, vveil hre Ruchloſigkeit ſie, beſagter Maſſen, ver- æchtig machte, geſænglich ein, und hernach nden Ort geführt, vvo der ausgegrabne Leich- am auf öffentlicher Gaſſen in der Stadt, hin- eſtellet vvar.

§. 55. Sobald Johan. Franc. bey denſel- en anlangete; gieng Angeſichts der Wunden as Blut heraus, und lieff ſo lang, bis der Verdächtige von dem Angeſicht des Cörpers invveg geführt vvar. Hernach brachte man en andern Mord-Schuldner auch herbey. Velcher, da er hörte, daſs man ihm eine olche Miſſethat zulegen vvolte, GOTT und lles Himmels-Heer anzuruffen begunt, daſs, um Zeugnis der Warheit, daſelbſt ein Wun- er geſchehen möchte. Kaum hat er ſolchen Vunſch gethan, da hub der Todte ſeinen echten Arm auf, zeigete mit dem Finger uf ie Wunden; aus vvelchen alſofort Blut quel- ete: Richtete folgends denſelben Arm vvie- er empor, und vvieſs mit eben demſelbigen inger uf den Beſchuldigten. Worüber der- eſamte Umſtand, mit höchſter vervvunde- ung erſchrack: Und hat man ein öffentliches nſtrument darüber verfertiget, auch daſſelbe erichtlich eingegeben, und mit zehn Zeugen eſtættiget, die bey dem Baar-Recht neben ndern ſich hatten befunden. Hierauf ſind eyde Mœrder, von dem Königlichen Pein- erichte zum Todte verurtheilet, und iſt, im ahr 1607. den 25. Aprilis, die Execution eſchehen. Niemand vvird in Abrede ſeyn önnen, daſs hie keine natürliche, ſondern iraculöſiſche Würckung ſtatt findet. Sol em allem nach ſchlieſſe ich, die Urſache ſol- hes Blut-Gezeugniſſes bey dem Baar-Recht y mehrertheils unnatürlich: Ob ſie gleich n und andermal, vveil die Wunden noch iſch, auch natürlich ſeyn könte.

§. 56. Chytræus ſchreibet: Es ſey einem rmordeten die Hand abgeſchnitten, und nach egrabung des übrigen Leichnams, in dem efängnis zu Izeho, aufgehenkt vvorden: oſelbſt ſie auch gantzer zehen ahr über, an nem Faden gehangen: Biſs endlich einer, Dieberey ervviſchter dahin geführt: Bey eſſen erſten Eintritt die verdorrete Hand an- efangen zu bluten. Worüber der Dieb rt befraget, und bevvegt vvorden, zu be- ennen, daſs er vor zehen Jahren einen Mann der Straſſen umgebracht, deſſen die Hand y. Weſsvvegen man ihm bald darauf, den Verth ſeiner Thaten, durch den Diebs-Hen- er, bezahlet hat. Wolte man nun gleich geben daſs in der Hand, noch einige Anti- thia vorhanden gevveſen; vvo iſt dann eichſam das Blut hergekommen, vvelches rch eine Antipathiam ſolte heraus gefloſſen yn?

§. 57. Poteſt autem reſponſio ex *adductis* partim, partim ex *aliis* facilè applicari ad hæc exempla omnia. Siquidem *per accidens* ſæpiſſime fit, ut *præſente reô & cædis autore vero*, ſtillicidium hoc cauſetur *à cauſis naturalibus*, cum quarum effectu, *per accidens* planè conjungatur notitia interfectoris. Et quoniam cum earum effectu *per ſe*, conjungitur hic effectus, qui neque à cauſis intendebatur, neque eſſe ſuum accipit, fit, ut ejus *cauſæ per accidens* appellentur. Cum enim verus autor cædis certo ſibi ſæpè perſuadeat, ſe prodi per tale ſtillicidium Sanguiſluum, fit, ut conſcientiæ ab inſtinctu vel palam profiteatur ſe eſſe cædis reum, vel etiam alio aliquô indicio ſeipſum prodat. Et ſic non fuit ſtillicidium cauſa hujus notitiæ, ſed *cauſa per accidens*. Quod ipſum tamen de ſtillicidiô ut ſic & præcisè ſpectatô intellectum velim.

§. 58. Et quæſo ſi cadaver occiſi ad præſentiam occiſoris cruentare debet, cur iſtud non fit ſemper? Quare homicidâ ſæpè loco remotiſſimô interfectus, nunc coram aliis, nunc nemine præſente ſanguinem fundit? Ratio urgens ab iis dari nulla poteſt. At ponamus, ſanguinem per ſe fluere coram occiſore, diſſerant verò iſti cauſam, ob quam fluat. Confugiunt quidem alii ad Antipathiam; alii ad Spiritus occiſoris & occiſi; alii ad remanentes animæ reliquias; Pars imaginationem percuſſoris allegat; Pars dæmonem, cæteri Deum. Sed fruſtaneo prorſus conatu. Harum enim cauſarum genuina nulla adæquata, ut ex ſubſequentibus mox videbimus.

§. 59. Patet itaque affirmativam non *ſatis idoneis niti fundamentis.* Dum itaque ad declarandam noſtram de hâc quæſtione mentem accingimur, brevibus præmonendum exiſtimo, Stillicidium Sanguinis duobus, pro præſenti, poſſe accipi modis: (1) poteſt ſpectari, *quatenus tanquam naturalis effectus immediatè à cauſâ particulari naturali cauſatur, & ſic in totum dependet à cauſis naturalibus.* Etenim Sanguis, non ſecus ac reliquæ res humidæ, ſuâ intrinſecâ naturâ ita eſt comparatus, ut *propriis terminis difficulter, alienis facilimè poſſit contineri, & ab hac intrinſeca natura habet, quod fluat, ut enim reliquæ actiones tranſeuntes à principio vitali natura ſcil. proficiſcentes: ita & fluxus hic ab inſito Sanguini principio, natura ſcilicet, efficienter dependet* (2) Poteſt ſpectari, quatenus connotat ſupernaturalitatem, & duplicem dicit dependentiam: unam à principio naturali, alteram à principio ſupernaturali, à quo poſteriori in eſſe ſpecifico, & *eſſe talis ſtillicidii* conſtituitur. His obſervatis, non nego ſimpliciter, ſtillicidium Sanguinis poſſe eſſe indicium præſentis occiſoris, ſed ſaltem *ſecundum quid.* Si enim ſtillicidium Sanguinis *in poſteriori ſignificatu* accipiatur, quatenus *ſpeciali DEI*

concurſu, hic & nunc elevatur, non nego, quòd illud poſſit eſſe indicium præſentis homicidæ.

§. 60. Huic aliud ſuperadditur exemplum *Militis* cujusdam *Etisweilæ* apud *Lucernates* nomine *Joh.* Spieſs, qui uxorem pulvinari ſuffocaverat. Adductus verò ad cadaver, 20. die poſt mortem effoſum, Mulier ſudare cœpit. Propius accedens, juraturus ſe inſontem eſſe, diſtillavit. *Quæ verò*, inquit, *illius ſudoris cauſa? num levis facta commotio? an ſudor etiam remanet in corpore? annon potius evaporat? an non, quæ dum ſudoris fuit, etiam illa perfuſionis fuit cauſæ? ſed illius non fuit commotio, cum ex ſepulchrô effoderetur: alias enim cum temporis ſtatim ſtillaſſet, nec manuum impoſitio, nam cur levi manus vel digitorum impoſitione ſtillet? cùm major motus, cùm extolleretur è ſepulchro, id non impetraverit.* Quando nonnunquam videmus, corpora *innocenter* extinctorum hominum *ſine omni commotione*, eo *præciſè* tempore, quo *interfector adeſt*, hæmorrhagiam pati, tunc effectum quidem hunc *admirari*, cauſas verò ejus *indagare* minimè valemus. Multò verò minus cauſam reperire poſſumus, cur *interfecti falces, gladii* & alia, quibus in vitâ uſus, ſanguinem nonnunquam emittant, accedente homicida. Sic *Jacob. Martini in Diſp. de cognitione ſui*, An. 1610. Wittebergæ habita, *probl.* 8. refert: Anno Salvatoris 1503. fuiſſe Tiguri quendam Cauponem nomine Buggerlino, apud quem cum pauper quidam mercenarius peculium depoſuiſſet, oblataque occaſione ab illo in ſylva interemptus, & clam ſepultus, poſteà verò cum repertus eſſet, ſuſpicio homicidii in Cauponem cecidit: Habuerat enim ille mercenarius falciculam quandam ſub cingulô, quam arreptam obtulerunt Cauponi, quærentes, num agnoſceret. Ecce, ut primum manibus ejus accepta eſt, ſanguinem ſudaſſe dicitur, quô factô territus homicida, cædemque faſſus ſupplicio eſt affectus. Conf. *Horſt. l. c. pag.* 45. Magnâ hîc cautione opus, ne temerè ad miracula confugiamus, & ſummâ ope & ſtudiô prudens judex attendere tenetur circumſtantias, quæ illud ſtillicidium vel antecedunt, vel concomitantur, vel ſubſequuntur, pro quarum ratione judicium eſt attemperandum. Quod
„ ſi circumſtantiæ illæ videantur ita comparatæ
„ ut non poſſint à naturali agente provenire,
„ indicium non eſt repudiandum, ita tamen ut
„ omnem moveant lapidem, ut cum hôc alia
„ conjungantur. Atque ſic non ſtillicidium
„ Sanguinis ad hoc indicandum elevatum præ-
„ bet indicium homicidii ab aliquo commiſſi,
„ quod ſi ſuæ naturæ relinquetur, tale indi-
„ cium per ſe non fuiſſet præbiturum.

§. 61. Cæterum monemus vehementiam *humorum* commotionem non ex hoſtili tantùm aliquo conflictu, ſed ex aliis etiam actionibus ſanguinem ciere poſſe. In cujus rei fi
dem ipſam rerum omnium Magiſtram, expe-
rientiam citamus. Ecquis enim ignorat, ſan-
guinem curſu nimis commotum ſæpius ex cur-
ſorum ore, naribusque emanaſſe? Quis etiam
adeò hoſpes erit in ampliſſimis *Phyſicæ* campis,
qui neſciat ſummam *iræ* vehementiam? In-
caleſcit hâc cor, efferveſcit ſanguis, artus
trepidant, manus tremunt, ſpiritus in
totum corpus ſeſe diffundunt, & exeun
quaſi ſuppetias inſtrumentis laturi, muſculi ſeſ
producunt ad ictum inferendum, tumeſcun
venæ, & quidem ita, ut teſte Seneca, nonnun
quā etiam *nimio fervore ruptæ magnam ſan*
guinis copiam emiſerint. Quid opus eſt, u
ex interfecti cum hoſte adhuc contendenti
naribus & *ore* ſanguis exeat? adſunt aliæ via
patentes, vulnera ſc. ab occiſore inflicta, pe
quæ facilimè elabi poteſt.

§. 62. Hic propterea diſtinguendum eſſ
cenſemus inter *conditionem merè acciden*
tariam, quæ effectum neque ponit, neque tol
lit; & *neceſſariam*, ſine quâ effectus obtine
nequit. *Porro* (2) inter cadavera omni o
mninò calore deſtituta; & aliquibus caloris reli
quiis adhuc prædita. Non tàm *illa*, quàm *hæ*
intelligimus. Etſi enim *mors* in *momento* pro
priè loquendo fiat, ut ita protinꝰ in *inſtanti* ani
ma *corpore* ſeparetur: Non tamen ſequitur
quod etiam *calor* in eo ipſo momento *ſtatin*
penitus pereat, quia hic partibus inhæret, iis
demque ex primo ſeminis calore ingenitus eſſ
videtur. Deinde (3) inter *calorem nativum*
influentem, qui ſecundum nonnullos in co
de tanquam vitæ principio reſidet, ex eoqu
omnibus reliquis partibus humani corporis v
tæ ſuſtentandi causâ communicatur; & *inſi*
tum, qui à primâ generatione cuilibet parti im
plantatus eſt, & per illum influentem conſerva
tur. Ille per mortem animalis extinguitur
tunc enim animal moritur, quando princ
pium vitæ, cor ſcil. in communicando vita
Spiritu & calore deficit; *Hic* verò ſc. *inſitus ca*
lor, non ſtatim penitus interit; ſed ſenſi
pabulo & conſervatione deſtitutus, ad inter
tum tendit.

§. 63. Diſtinguendum eſt (4) inter *cal*
rem ipſum, & *caloris ſenſum*. Senſus qu
dem caloris non ſemper adeſt, ſed exinde t
men *calor ipſe*, non ſtatim eſt negandus. Qu
enim negat, *plantis* ineſſe *calorem nativum*
quomodo enim aliàs *creſcerent*, *augerentu*
nutrirentur; at nullus noſtrûm actuale
quandam caliditatem in plantis *tactu* depr
hendere poteſt. Accedit, quod *calor* ill
quem *actu* ſentimus in partibus noſtri corpor
non tam ſit *inſitus* & *innatus* calor, quam *i*
fluens, qui partibus à corde tranſmittitur. V
demus enim, quod hybernô tempore ſæpi
partes quædam exteræ propter vehementia
frigoris, *actu frigida* deprehendantur, n
quod inſito calore deſtituantur, (quomo
eni

nim alias viverent?) ſed quod *influens* ab xterna injuria ad principium ſuum repel- atur.

§. 64. Poſtea (5) diſtinguendum erit in- er *animi perturbationem ſpirituumque con- itationem*; & inter veræ Antipathiæ conſti- utionem. Per *objectum inimicum*, imagi- atione conceptum, non ſtatim qualitas *An- ipathiæ* imprimitur corpori; ſed animi quæ- am *perturbatio* ſequitur, ad quem contenta iverſimodè in vivente corpore moventur.

§. 65. Denique (6) accuratè diſtinguen- um erit inter *caſus naturales* & *ſupernatu- ales*; non de *his*, ſed *illis* in præſenti gimus.

§. 66. Quod ſi verò de *ſtillicidio San- uinis in ſenſu priori*, quæſtionem velis in- llectam, quatenus in ſuis naturalibus ſolis re- nquitur, negativam non immeritò videor nihi arripere, quam proinde ſequentibus ſta- ilio fundamentis. (1) Ex contrariæ ſententiæ rgumentorum imbecillitate. Vidimus enim actenus, quid affirmativa in receſſu habeat, uibusque munita ſit rationibus. (2) Exem- lorum perſpicuitate. Videantur exempla in nedio §§ 30. ſeqq. producta. Quibus plura ddi poſſent, ſi opus eſſet; ubi tamen notan um, non tam diligenter ab Autoribus literis onſignata eſſe exempla pro negativâ noſtrâ cientia, cum plurimi ad affirmativam incli- arint, & pro eâ exempla plurima, maximam artem tamen ita comparata, ut aliquid ſuper aturalitatis admiſſum habeant.

§. 67. *Tertio* probamus negativam *ex ericulo*, quod, ex *promiſcua horum indi- iorum ſuppoſitione* inſontibus, ipſorumque non vitæ, certè exiſtimationi conflari poſſet. uis enim cordatiorum eſt, quem prætereant t ſubdolæ machinationes & ſpecioſæ Diaboli ſidiæ, quas πανῦργος ille hominum, maxi- è piorum, & inſontium, ſtruit vitæ & famæ? m ſi nobilitata illa hæmorrhagia certam habe- eret indicandi vim, quis perpetratæ cædis au r, quis non eſſet, quid non ille moliretur? uotiens non ille ἐπιχαιρέκακος pro lubitu per natis miraculis nunc Sanguifluum redditurus ſet cadaver, ut pium & inſontem in præſenti- um vitæ diſcrimen præcipitaret, nunc verò auſas naturales, *objecto impedimento*, retar- aret, ut maleferiatos quoſcunque ſuiſque ſer- itiis mancipatos ab inſtantibus periculis ere- tos *in repotia* ſibi reſervaret?

§. 68. *Quarto* probamus eandem nega vam ex magni nominis JCtorum conſenſu. x horum numero ſunt qui dicunt: Hoc in- icium nullo jure vel causâ, quæ juridicè con- udit nobis conſtare, & ne ullum verbum uidem in art. 33. P. H. O. ubi de indiciis ex ofeſsô agitur, reperiri. Non deſunt qui af- mant: indicium hoc nobis eſſe incertiſſi- um, quod ex cauſis nobis incognitis & val- remotis procedat. Et poſitô, inquiunt, *quod unum vel alterum exemplum produci poſſit, nihilominus, cum ſint rara, & cauſa, quid nimirum ſanguis emanans denotet, valde dubia*, idcircò ex ſtillatione ſanguinis, *probatio vel ſaltim præſumptio* induci nequit, multò minus homo ex talibus leviuſculis indiciis quæſtioni tradendus. Videſis diſſertationem ſuprà citatam de indiciis cap. 3. num. 2. & Autores citatos pro hâc opinione, Goehauſen, Antonium Gomez, Avenarium, & alios.

§. 69. *Quinto* probatur, quod contrariæ ſententiæ probatio per exempla procedat, *à particulari ad inferendum univerſale* quæ conſequentia nulla eſt. Si vel maximè concederemus, dari quædam exempla, quæ probarent affirmativam, non tamen univerſaliter affirmativa vera eſt, quoniam non unâ inſtantiâ ejus univerſalitas infringi poteſt, uti patet ex exemplis ſupra inſtantiæ locô adductis.

§. 70. *Sextò* probatur, quia hæmorrhagias hujus indicium eſt prorſus ἄλογον. Cum DEUS in ſacris literis nusquam vel ullo apice tradat, aut probet talem rationem dubium explorandi homicidam. Præſcribit quidem modum aliquem ignotum inquirendi maleficum, Deut XXI. 1. 2. 3. ſeq. At verò nullam prorſus mentionem facit hujus inquiſitionis, quæ fit per cadaveris cruentationem. Imò hæmorrhagiæ hujus indicium eſt periculoſum; facilè enim fieri poteſt, ut innocentiſſimi etiam homines, præſertim ſi impotentis ſint animi, hanc ob rem conſternentur & tremant, adeóque ſimilem *veri percuſſoris* diſpoſitionem acquirant. Imo ſæpiſſimè compertum eſt; tales innocentiſſime eſſe punitos.

§. 71. Tandem, ne videamur Phyſicâ ratione deſtitui, quâ negativam noſtram confirmemus, probamus (7) eandem hoc modo: *Si cauſæ hujus ſtillicidii, ut ſic ſpectati, ſunt naturales, ſequitur, quod iis in actu poſitis cum omnibus quæ ad cauſationem ipſorum requiruntur, non potuit non ſequi effectus ipſe, ſive hæmorrhagia in cadavere occiſi, ſive præſens ſit percuſſor ſive non: atqui verum eſt prius: ergo & poſterius.* Conſequentia patet: Causâ naturali enim in actu poſita, ſi omnia requiſita debito modo adſint, neceſſario ſequitur effectus, præciſa præſentia alicujus. Sic ignis urit præciſâ præſentia Petri & Pauli; ſic Sol illuminat, præciſâ præſentiâ hominum.

§. 72. *Prius* probatur exinde, quia cauſæ hujus ſtillicidii ſunt, (1.) *Sanguinis & calidiorum ſpirituum in venis cadaveris reſervatio.* Nemini enim, niſi vel planè hoſpes aut infans in Phyſicis ſit, obſcurum eſſe poteſt, *venas*, quæ ſunt *vaſa ſanguinis*, peculiarem habere virtutem in eo conſervando. Hinc etiam ſanguis, quamdiu in *venis* eſt, tamdiu etiam *fluxilis* manet. Accedit, quod ea ſit

natura

natura *ſanguinis in venis exiſtentis*, ut *reliquias* quasdam *caloris* in ſe retineat, perquas *ad tempus* commovetur & in conſiſtentia atque fluiditate ſua retinetur. Ubi verò *è venis* exit, ſive in vivo ſive in mortuo corpore, ſtatim *in grumos* concreſcit, idque propterea, quia tum *calor* expirat, qui in violenter occiſi corpore aliquot dies atque ſeptimanas remanere poteſt, (2) *Venarum putrefactio.* Neque enim omnia membra *eodem tempore* putreſcunt, quia non omnium *eadem natura eſt*, propterea, quod humanum corpus penitùs *diſſimilare* & *organicum*, hoc eſt, ex partibus diverſæ naturæ compoſitum ſit. Jam verò notum eſt, quod *membra humidiora* & *calida* præ cæteris facilius putreſcant, unde ſequitur, quod reliqua ad *frigiditatem* & *ſiccitatem* inclinantia (quibus etiam *venæ* annumerandæ ſunt) non ita *putredini* ſint obnoxia. Quando verò demum & his putrefactio dominatur, tunc ſanguinem ſi quem continent, non amplius retinere poſſunt, ſed eundem emittunt. Effluit ergò ille per *vias quascunquè patentes.* (3) *Vulneris aliorumque meatuum apertio.* Quod ſi enim *via* vel *cruore*, vel *ſanie*, vel *alia* quâpiam *materia* obſtructa ſint, tunc ſanguinem elabi non poſſe, cuilibet manifeſtum eſt. (4) *Calidarum expirationum operatio.* Quis enim negabit, quod *externi aëris conſtitutio calida* fluxum ſanguinis promovere, *frigida* contra impedire queat, utpotè cùm *omne calidum aperiat* rare faciendo, *frigidum* verò corpus *recludat* conſtringendò? Ejusmodi verò halitus atque *effluvia calida* excitantur vel *à virtute ſolis calorifica*, extrahente atomos igneas è globô terrenô, illasque in aërem elevante; vel ab *igne ipſo conjuncto*, in fornace exiſtente qui multa de ſe ſpargit minima, hypocauſtum calefacientia; vel à *maxima hominum in ejusmodi ſpectaculis concurrentium frequentia*, ut adeò mirum non ſit, ſæpius tùm demum exoriri hanc hæmorrhagiam, quando adducitur is, qui interfeciſſe perhibetur non quidem propterea, quod interfector ſit præſens, ſed quia propter hominum frequentiam calidiores exhalationes ad aperiendos corporis meatus & humorum fluxiones citandas plurimum inſerviunt. (5) *Cadaveris commotio*, quæ vel *externa*, vel *interna*. *Interna* eſt ſanguinis in *venis* exiſtentis, qui non nunquam reliquias quasdam caloris & ſpirituum in ſe retinet, per quas commovetur ad tempus eô motu, qui paulò ante mortem, anima adhuc præſente, eidem fuit impreſſus. *Externa* eſt ea, quando vel à *circumſtantibus adſpectoribus* vel ab *attingente Perſona*, vel ab *alio principio externo* corpus commovetur, qua commotione vel leviter facta, ſanguis ad corporis ruit habitum, ac per nares aliasque vias patentes elabitur. Cum enim *pars vulnerata* in cadavere ſemper ſit *debilior*, ita ut irruenti ſanguini reſiſtere nequeat, facilè fieri poteſt, ut vel *levi* facta *commotione* ſanguis eo miſſus affatim erumpat; præſertim ſi vulnus nondum coaluerit, corpusque aliàs *copioſè ſanguine* præditum ſit.

§. 73. Concludimus ergo h. m. Quodcunque certum homicidæ præſentis indicium non ſemper præbet, illud eſt fallax; atqui experientia de ſanguine, è cadavere occiſi, ad præſentiam occiſoris ſtillante, certum homicidæ præſentis indicium non ſemper præbet. Eſt fallax; *Major* eſt manifeſta, quia id, quod præſente occiſore, *modo* non, *modo* eôdem abſente, neminem de illius præſentia, certum reddere poteſt. *Minorem* ἐκ περιουσίας confirmamus, quia *hœmorrhagia* hæc præbet etiam indicium *præſentis amici.* Nam teſte *Libavio in Tr.* de cruentat. cadaver, *ſponſo ſponſæ defunctæ aſſidente*, ſanguis aliquando è cadavere erupit.

§. 74. Ut igitur minori noſtræ ſuum robur, & debita perſpicuitas concilietur, accedamus jam ad inquiſitionem cauſarum hujus ſtillicidii ſanguifluí. In quibus enucleandis Autores in tam diverſas ſcinduntur partes, ut nil ſuprà. Nonnullorum placita lubet examinare, & tandem eorum, quibus nos ſubſcribimus, opinionem proponere.

§. 75. Videas itaque nonnullos putantes cum *Platone ex* 1. *de leg.* animas eorum, qui occubuerunt, in occiſores inſiſtere, ſive inſtare vindicandis occiſoribus. Hoc tamen homicidis omnibus uſu non venire. Pro hac ſententia refertur *Bodinus l.* 3. *dæmon. c.* 3. qui ex *Marſilio Ficino*, *Lucretio & Virgilio*, item ex *infinitis indiciis* probat, in quibus obſervatum, quod homicida ſuper cadaver transeunte etſi non attingat, ſtatim è vulnere manârit ſanguis. Cui ſententiæ adſtipulari dicitur *Kornmannus*, qui credat, animam, ſit adſit autor necis corpus iterum intrare & movere ad vitam, cum deficiant & languida ſint membra, ſaltem ad vindictam occiſoris. Rationibus nititur ſeqq. (1) quod anima lateat in ſanguine, juxta Gen. 4. *Vox ſanguinis fratris, qui clamat ad me de terrâ.* (2) quod anima invita diſcedat à corpore, ob deſiderium, quod tenet erga illud & ſe corpori inſinuare tentet. (3) *Auguſtino* qui animabus beatis in cœlo DEUM videntibus ineſſe quendam naturalem appetitum adminiſtrandi corpus, quo retardentur, ne totaliter ferantur in DEUM. Huic opinioni præter hos ſuffragari dicuntur à *Libavio Panaciolus & Paracelſus.*

§. 76. Verùm non meretur calculum hæc opinio, ob rationes jam adducendas, quanquam ab aliis aliô modô impugnetur. Sunt qui eam impugnant (1) ita argumentando:

Quæcunque anima à corpore ſuo eſt ſeparata, illa per corpus amplius operari nequit:

Atqui anima interemti hominis à corpore ſuo eſt ſeparata.

Ergo

Ergò anima interempti hominis per corpus operari nequit.

Majorem *probant, ex contactu qui inter agens & patiens eſſe debet*, qui contactus quandoq; eſt *corporalis*, quandoque vero ſaltem *virtualis*. Minorem; ex ipſa mortis ratione, quæ in ſeparatione animæ à corpore conſiſtat. Nam mors ſive naturalis ſive violenta ſit, nihil aliud eſt, quàm *ſeparatio animæ à corpore*. Sed obſervandum aliquid videtur circa hoc argumentum. Major etenim duplicem admittit ſenſum. *Primò* hunc. Quæ anima à corpore ſuô realirer eſt ſeparata, illa tanquàm forma informans quatenus eſt ſeparata per corpus ut ſubjectum, ritè ad informationem diſpoſitum, *modo vitali* operari nequit. *Deinde* major hunc poteſt ſenſum habere: „*Quæ anima à corpore eſt ſeparata, illa ut forma aſſiſtens per corpus, tanquam materiam in quâ, applicando proprium motivum Sanguinis & principiando profluvium modo non vitali operari nequit.* Si majorem *priori ſenſu* acceptam velint, rite quidem procedit argumentatio, & rectè probatur, *naturaliter* illud fieri non poſſe, quanquam circa probationem minoris dubium moveri poſſit, num etiam ratio mortis in *illa ſeparatione* conſiſtat, de quo tamen nihil dicam. Sed num *Autores contrariæ ſententiæ* hanc vim motivam animæ vitalem & per modum informativi principii intellectam velint, dubito. Quicquid tandem illi velint, hoc certe alius excipere poſſet, ſe non approbare hanc ſententiam hoc modô intellectam, verum in alterô ſignificatu. Si itaque hæc major in alterô ſit accipienda ſignificatu, non omnino firma videtur; Quid enim impediat, ſi anima ſibi relicta, & ſeparata à corpore quoad informationem, manet aliô modô præſens; Neque probari poteſt per negationem contactus. Etenim minor Proſyllogiſmi poſſet negari. Præſens in tali caſu utique eſſet anima corpori per contactum, qualis etiam ille ſit. Quanquam igitur non dicam, animam ſeparatam eſſe præſentem cadaveri per modum formæ aſſiſtentis, hoc tamen dico, negationem operationis per corpus, quâ principietur cruentatio, minus conſequenter inferri præcisè ex ſeparatione & defectu informationis.

§. 77. Nam ſeparatio illa animæ à corpore non neceſſariò per diſtantiam localem fit, ſiquidem illa opponitur è diametrô *unioni*. Unio autem, quam habet forma ad materiam, non eſt nuda præſentia ad locum materiæ. Sed iſtâ præſuppoſitâ eſt nihil aliud, quam ſubſtantialis περιχώρησις vel *immeatio*, quæ à parte rei nihil aliud eſt quàm *informatio*: informat autem anima, cum ipſa intimè omnes materiæ legitimè diſpoſitæ partes permeat, & ita dat eſſe compoſito: ergò ex oppoſito ſeparatur à materiâ, cum definit habere iſtam unionem, h. e. cum definit informare; quod fit, ſi materia reddatur inidonea, in quâ porrò perſiſtat, veluti, ſi in ea non ſit amplius proportio debita calidi & humidi, atque adeò hinc animal mori dicitur, ſi iſta unio amittatur, ſi vel maximè anima pro tempore velit in eodem UBI manere aliquandiu, ad quod ex parte animæ non eſt repugnantia, quia anima ſuppoſitâ ejus immortalitate poteſt eſſe in corpore (per localem præſentiam prorſus in organico, ut de facto contingit, cum per aërem tranſit à corpore in cœlum. Et ſi divina potentia cadaver emortuum elevaretur ad iſtud ſpatium aëris, per quod tranſitura eſt anima, tum anima tranſiret etiam naturaliter per UBI iſtud, ad quod eſſet elevatum proprium corpus, indeque locali præſentiâ uniretur ſuo corpori, & ramen propter defectum debitarum diſpoſitionum in corpore non poſſet illud informare. Hinc clariſſimè patet, quod ſeparatio animæ à corpore non conſiſtat formaliter in abſentiâ locali animæ à corpore, ſed ſolùm in deſinentia ſubſtantialis illius unionis, qua omnes materiæ partes intimè permeat atque penetrat. Poſſet itaque anima ſeparata adhuc remanere in cadavere, ſanguinemq; movere, quia animæ ſeparatæ ſeipſas & alia corpora movere queunt. Hinc ex ſeparatione animæ à corpore non poteſt inferri negatio operationis per corpus, qua principiatur cruentatio.

§. 78. Secundò ita eum impugnant.

Omnis anima ſeparata extra mundanam conſervationem in certo ſuo πȣ̃ exiſtit, adeoque circa cadavera errare, aut cruentationem cauſari nequit.

Atqui anima interempti hominis eſt ſeparata. E.

Major patet ex ſcriptura. Minorem probant quia ſecus adhuc corpus informaret, & ad actiones vitales obeundas diſponeret. *Reſp.* De veritate majoris quiſpiam meritò addubitare poteſt. Quod autem attinet ipſum πȣ̃ animarum beatarum poſt ſeparationem, à corpore factum, illud Theologis diſcutiendum relinquimus.

§. 79. Rejicitur itaque ſententia *Kornmanni*, & *aliorum* idem ſentientium, quod ſine ullo idoneo fundamento id dicant: Nam quod dicit, animam latere in ſanguine, idque ex Gen. cap. 4. probare intendit: Nihil præſidii habet in dicto biblico: metaphoricè quippe vox & clamor ſanguini tribuitur, & ſanguis per προσωποποιΐαν inducitur clamans, figura Rhetoribus ſatis uſitata, qua etiam inanimata, tanquam viva loquentia ipſis inducuntur. *Conf. B. Glaſſ. Rhet. Sacr. cap. 9. num.* 4. *p. m.* 1186. *ſeq.* Ad locum hunc Gen. IV. reſpondet *B. Gerhardus Comment.* ſequentibus verbis: *Per Proſopopœiam atrocitas homicidii exprimitur, quod ſingulæ quaſi guttæ ſanguinis habeant linguas, & vindictam expoſcant. Anima Abelis coram Deo poſt mortem locuta,*

Apoc. VI. v. 11. Clamor, quem Abel edidit, cum à fratre interficeretur, poſt mortem adhuc ſonuit in auribus DEI. A clamore itaque vindictæ ad homines & ad ſanguinis deſtillationem N. V. C. Quod porro infert: *Anima invita diſcedit à corpori inſinuare tentat; cadaver eſt conſequentia*, *cum ex* ſcriptura & naturâ contrarium edoceamur. Nec majoris ponderis eſt illud ex *Auguſtino* allatum. *Licet enim animæ ſeparatæ habeant aliquod deſiderium circum errandi cadaver inde inferri poteſt, ſed potius deſiderium ad ſui cum corpore redunitionem, ut iterum ipſi unita perfecta fruatur informatione.*

§. 80. Neque deſunt, qui cauſam hujus fluxus ad Sympathiam & Antipathiam referunt. Ad cujus ſententiæ intelligentiam, ſciendum, *Sympathiam ſeu compaſſionem nil aliud eſſe, quàm amicabilem quendam corporum naturalium conſenſum ex ſimilitudine qualitatum ortum, ſive potius, ipſarum ſimilium qualitatum convenientiam.* Contra *Antipathiam eſſe qualitatum in corporibus naturalibus diſconvenientiam*; ita, ut quo magis diverſificantur qualitates, eo major *antipathia* inter corpora intercedat, & vice verſa, quo magis in ſimilitudine conveniunt, eò arctior & amicabilior conſpiratio, quam *Sympathiam* vocant. Qui ad *Sympathiam* inclinant, ita ſe explicant: *Quando occiſor inimicum occidendum aggreditur, Spiritus occiſoris, adjuvantes quaſi factum, occidendum involant, & contra Spiritus occidendi repreſſuri veluti conatus occiſoris, eundem vice verſa ingrediuntur, ita quidem, ut in occiſore vivant. Poſt, quando ſanguis in occiſo frigeſit, Spiritus ibi quieſcere coguntur. Tandem quando occiſor præſens ſiſtitur cadaveri occiſo, metu percutitur. Quo fit, ut primo,* „ *ut in conſternationibus fieri ſolet, Spiritus ad cor occiſoris in tanta copiâ confugiant, quantæ non eſt capax, deinde magno impetu & motu exteriora membra petunt; quin extra corpus ſe diffundunt adusque cadaver. Hic jam ſpiritus occiſoris latitantes expergeſiunt, motum cient, & rurſus propter Sympathiam cum reliquis occiſorem repetunt. Spiritus verè occiſi, qui hactenus in occiſore vixerant, motum faciunt ejus rei, quam habitant,* (habitant autem Sanguinem) *& hoc pacto Sanguinem, in occiſo reliquum agitant, donec effluat. Hinc certum tempus hujusmodi Spiritibus, quo vivant, definiunt, aliis ad 10. vel 12. horam à tempore factæ cædis hanc vim reſtringentibus*, ut Galeotus, aliis infra horas plus minus ſex aut ſeptem, inter quos eſt Franciſcus Valeriola, coarctantibus. Vid Galeotus Martius Narnienſis *lib. de promiſc. Doctr. c. 22. Vincent. tom. I. ſpec. l. 4. c. 13.*

§. 81. Hiſce ſubſcribit *G. Scribonius lib. 1. Phyſ.* §. 82. Nec alienam gerit mentem *Petrus Aponenſis in probl. Ariſt. 7. part. probl. 6. col. 2.* Hinc enim, teſtibus *Petr. Gregor. Tholoſanò & Proſp. Farinaciò*, ad ſpiritus ex interfectoris oculis, in cadaver egredientes, confugit, eosque vi ſuâ ſanguinem illum commovere & elicere ſtatuit. Deinde addidit, interfectorem non nullos inimicos Spiritus in corpus occiſi transfudiſſe, qui poſtmodum, accedente rurſus occiſore, propter quandam cum eô Sympathiam evolent, & in ſedem ſuam propriam remigrent.

§. 82. Verum enim verò non probabilis videtur hæc opinio: Primò enim non deſunt exempla, cadavera eorum etiam, qui de longinquô, globulô, de improvisô, ſunt trajecti, qui proinde ſine vindictæ ſtudiô, & ſpirituum in occiſorem transmiſſione interfecti ſunt, Sanguinem emiſiſſe, uti apertè teſtatur exemplum illud allatum de Nobili in opidô Blindmarck, veſpertinô tempore ex ſuperiori domus parte bombardâ proſtrato. Deinde admodum improbabile videtur, Spiritum, ex ſuâ ſede in alienum corpus digreſſum, poſt longum temporis tractum, priſtinum reviſere poſſe domicilium. Etenim ſi ſpiritus hi quo ad ſubſtantiam ſuam à ſanguine non differunt, teſtibus PP. Conimbric. in Ariſt. de Gen. & Corr. c. 4. quæſt. 24. art. 2. concl. 2. p. m. 206. ſed nihil aliud ſunt quam tenuiſſimæ defæcati Sanguinis particulæ, fieri non poſſe videtur talis emigratio Spirituum. Quî enim, ne dicam, id non probari, ſed ſaltem dici, parva illa corpuſcula per ſpacium aëris ſæpè per longum, ſine ſui ſuſtentaculo & alimentô, humore ſcilicet primogeniô ſive radicali, & aurâ ipſis debitâ penetrare poſſint ad corpus & Sanguinem occiſoris, non percipio. Hoc verò ipſis alimentum deberi docent Conimbr. l. c. c. 5. quæſt. 2. art. 2. Falſum, quod Spiritus è propriô ſuô ſubjectô emigrent, & poſtquam in alienô diu habitaſſent, in illud remigrent. Internus quidem motus ipſis conceditur, dum in proprio corpore, modò huc modò illuc, nunc rurſum, nunc deorſum moventur; Sed motus ille externus, quem Galeotus comminiſcitur, tanquam merum cerebelli humani figmentum meritò rejicitur. Neque (3) caret difficultate, quod dicitur, Spiritus occiſi in occiſore vivere, ſi vita propriè ſit accipienda. Notum enim eſt, multis & quidem graviſſimis Autoribus non probari ſententiam, quæ Sanguinem animâ informari & vivere adſerit, *vid. Raconis Diſp. de partibus humani corporis ſect. 2. qu. 3. art. 4. membr. 1. p. m. 257. Conimbr. in* [illegible] *Ariſt. de Gen. & Corr. cap. 4. quæſt. 14 art. 2. concl. 1. & citatos ibi Galenum, Thomam, Durandum, Scotum, Bonaventuram &c.* Juxta quos neque ipſi Spiritus vivent, utpote qui ſpecie à ſanguine non differant, ſed ſaltem *quo ad accidentia, ſubtilitatem & puritatem*

uritatem. Quanquam tamen negaverim, mul- os etiã pro contrariâ parte pugnare, inter quos on ultimi ſunt *Hurtad. de Mendoza d. l. de art.* *ſect.* 6. §. 33. *& Roder. de arriag. de A. d. l.* *ect.* 9. *ſubſ.* 2. & citati ibidem *Medina & Ru- ius.* (4) Eâ ratione in *occiſore* potius quàm occiſo Spiritus movebuntur, ſanguisque ex- itabitur. In *occidente* enim omnis adhuc erfectè nativus ineſt *calor,* quo maximam par- em deſtituuntur *cadavera* : calore enim ab- ente], nihil, vel certè parùm de *ſpiritibus* reli- uum manet. (5) Verendum, ne cadaver et- am bovis vel ſuis ad præſentiam lanionis, vel lterius animantis hæmorrhagiam patiatur, præ- ertim ſi cum vindictâ violenter ſit occiſum. Par nim utrobique ratio eſt : Iidem ſiquidem, ut n homine, ita in brutô quoque Spiritus repe- iuntur. (6) Falſum eſt, ſanguinem jam frige- actum, à ſpiritibus occiſoris, in ipſo exiſten ibus, iterum agitari & ad fluxum aptum reddi. Nam ſi ſanguis frigeſcit, & ad fluxum ineptus fficitur, tunc quoque Spiritus in ipſo contenti otricem ſuam facultatem amittent. Atqui erum eſt prius ; Ergò & poſterius. Majoris onſequentiam probamus : quia Spiritus illi ihil aliud ſunt, quàm ſubtiliſſimæ ſubtiliſſimi nguinis particulæ. Jam verò quemadmo um ſanguis, exhalato animi calore, conſiſten- iam atque fluiditatem ſuam non retinet, ita piritus illi ſine calore ſuas edere poterunt ope- ationes. (7) Contradictio eſt, quando *Galeo us* ſcribit, corpora eſſe debere calidiora, quo iàm calore Spiritus conſervantur; & tamen in ntecedentibus dixerat, ſanguinem jamdum ſſe *frigefactum.* Si enim eſt *frigefactus,* uomodo *calor* ibidem eſſe poteſt? Si vero hic deſt, quomodo frigus ibidem locum inveniet? 8) Inter latronem & crudeli nece peremptum ulla poteſt eſſe amicitia, quomodo enim ad nionem ſui hoſtis ſanguis inclinet? Spiritus li, qui ex interfectoris oculis in interficiendum greſſi dicuntur, tantam vim habere non poſ- nt, ut magnam ſanguinis copiam extrahant? qui fiet, ut vis impreſſa in unô ad plures an- os perſeveret, in altero deficiat proximo die- m ſpatio? (9) Sympathia ut & Antipathia um ortu rerum ſtatim incipit; At vero hic res ongè aliter ſeſe habet. (10) Dari Sympathiam orporum naturalium negari non poteſt. Ignis aggregat igni, frigus frigori, quod patet in e, ſi cujus manus flammis aut frigore fuerit erusta, curatur flammis, frigore, quia ſimile majori copia attrahit ſimile minus : poma, va gelu concreta, aquæ injecta frigidæ per- unt gelu, & poma ovaque priſtino reſtituun- r vigori, homo ſerpentis morſu venenato læ- is, curatur venenata ejus carne, ſi fuerit vul- eri applicata. Ita ſemper ſubſtantia ſimiles abens qualitates propenſo quodam ſtudio ad bſtantiam aliam ſibi gratam ruit, & minor ſub ajore quaſi præſidium & defenſionem quærit, ptimè ſibi perſuadens, virtutem unitam for-

tiorem eſſe diſtractâ. Si jam tales particulæ eſ- ſent, quæ de cadavere egrederentur in vivum, aut ex vivo in cadaver, tum illæ egredientes è vivo aut erunt Spiritus *propriè* ac in ſenſu pneumatico accepti, aut corpus aliquod, prius eſſe nequit, quia ſi vivus mortuo Spiritum ſuum ac animam cadaveri immitteret, tum ca- daver reviviſceret, & Spiritus, vivi hominis aut maneret diviſibilis utique, inexiſtens ſi- mul & homini & cadaveri, aut quicquid Spiritus vivo ineſſet, migraret de vivo in mortuum & hic moreretur, cadaver iterum formam adſtan- tis hominis ſuſciperet vitamque indè hauriret, quæ abſurdiſſima ſunt. Si aliquod corpus transvolaret, aut halitus, aut effluvia aut ſpi- ritus ſenſu Phyſicô ſumpti; ſi hi ejusdem eſ- ſent efficaciæ, verendum eſſet, ne olim poſſeſ- ſor ſui Equi, Canis, cadavera eorum accedens ſanguinem pari modo ex cane, Equo mortuo eliceret : Aut ſi contingat, ut amicus offen- dat ſibi antea familiarem jam morbo defun- ctum, & cadaveri ſuperveniat, tum exanime illud corpus etiam ſanguinem effunderet pro- pter Sympathiam & commiſerationem ſui fa- miliaris. Sed talia ſunt inaudita. Si ſanguis proflueret ſecundum Brigthi opinionem, ad præ- ſentiam Authoris cædis Phyſicè in ultionis & vindictæ ſignum, tum cadaver illud non eſſet mortuum, quia vellet vindictam & pœnam exigere ab adverſario ſuo : At ubi voluntas in- hæſive eſt, ibi etiam eſt anima hominis: & ſi jam voluntas corpori ineſſet, etiam anima ad- eſſet, & ſic mortuus non eſſet mortuus, quæ ſunt contradictoria, & ſimul vera eſſe non poſ- ſunt. Quid? quod (11.) fruſtra eſt *Galeotus,* qui ad aliquot horas v. g. decimam âut duode- cimam, à tempore cædis commiſſæ hæmorrha- giam hancce reſtringit, cum exemplis com- pertum ſit poſt aliquot annorum ſpacia cada- vera Sanguine ſtillaſſe.

§. 83. Qui vero ad Antipathiam confu- giunt, putant Spiritus in cadavere adhuc lati- tantes præſente homicidâ adeô incandeſcere, ut iram, quam morientes conceperunt, & cu- jus ſpecies in ipſis ſupereſt, per Sanguinis ebul- litionem, vindictæ cupidi, in reum effundant. Pro hâc opinione refertur *Delrio lib.* 1. *Diſq. Mag. c.* 3. *quæſt.* 4. *qui quid ſolidius hâc An- tipathia ex vehementi odio occiſi in occiſo- rem, quod qualitatem latentem ac arcanam impreſſerit corpori, cum cadavere perma- nentem, ſe adhuc non videre autumat.* Con- ſentit Kircherus art. Mag. part. 9. quæſt. poſt c. 3. hanc prodigioſam naturæ actionem vocat, quando ita infit : *vehemens & violentus ſpi- ritus, quo occiſor alium ſibi inimicum impe- tit, malignâ vi plenus per oculos, os, nares in inimici ingreſſus intimas partes, tum po- tiſſimum ſanguinem ac in ſanguine laten- tem qualitatem vectore ſpiritu invadit, qui incitatus vel vi rarefactivâ ſanguinis*

cadaveris, vel alio quodam occulto naturæ diſſidio, loco cedens foras erumpit, eò quod Spiritus occiſoris ſanguini occiſi dicta ratione communicatus, non commodè in alieno ſubjecto exiſtens, proprium videlicet occiſoris ſanguinem naturali inclinatione appetat, hic verò illum, ceu ſibi proprium ac naturalem attrahat, non ſecus ac ſupra de antidotorum magnetiſmo docuimus, repellente cadavere ſpiritum tanquam ſibi repugnantem atque inimicum. Dum igitur occiſoris ſanguis, quod ſuum eſt, appetit, occiſi autem contrarius ſpiritus Spiritum inimicum & hoſtilem repellit, fit, ut hâc ſpirituum contrariorum lucta ſanguis, quorum vehiculum eſt, efferveſcens violenter foras erumpat. Atque hac ratione ego hanc actionem ſane prodigioſam perfici, ſalvo aliorum judicio, exiſtimo. Hunc ſequitur Caſp. Schottus, Mag. nat. part. 4. lib. 5. Synt. 2. cap. 4. Neque alienus eſt Levinus Lemnius l. c. de occ. nat. mir. c. 7. fermè in fine, ubi ſic habent verba: Quod ſi quis ſtatuat, facinoroſum ac patrati ſceleris reum Antipathiâ, ac diſſenſione, tacitâque diſcordiâ id ipſum efficere, non futurus ſum in eâ re contentioſus.

§. 84. Quibus etiam ſubſcribere videtur *Zehn. Sophronius Kozach. lib. 4. Septim. Horolog. Microcoſm.* exiſtimans in cadavere occiſi ſupereſſe Spiritus fortes, ſervantes impetum ſe vindicandi diutiſſimè, qui accedente eô, cujus malitiâ laceſſiti fuerint, efferveſcunt & proſiliunt, profusôque ſanguine oſtendunt vindictæ indicia; id verò non fieri, ſi trucidantur meticuloſi; Qui vi externæ non reſiſtere, ſed eam fugere malunt. Huc reſpexit etiam Poëta & Philoſophus Epicureus *Lucretius lib. IV.* ita canens;

Libideo

Incitat irritans loca turgida ſemine multo,
Idque petit corpus, mens unde eſt ſaucia amore,
Namque homines plerumque cadunt in vulnus, & illam
Emicat in partem ſanguis, unde icimur ictu.
Et ſi cominus eſt, hoſtem ruber occupat humor.

Quô in locô Poëta elegantem vivi amantis & mortui hoſtis comparationem inſtituit, ac ſi diceret: Quemadmodum ſalax mentis libido ſemen in amicam effundere affectat, cujus amore irritata ac ſaucia fuit mens: Sic caro quoque vulnerata rubrô ſanguine hoſtem aſpergere præſentem deſiderat. Franciſcus Variola lib. 2. obſervat. 202. cenſibus modò allegatis hæc ſubjicit: *Hoc carmine Lucretius non aliter vult ſanguinem hominis oculorum radio affecti & vulnerati in vulnerantem prolabi, quàm hominis gladio cæſi ſanguis prolabitur in cædentem: Quod experientia ſæpè docet, & idipſum me vidiſſe teſtari plena fide poſſum. Cujus rei hæc adferri ratio poteſt, quod cum nondum calor omnis in recens occiſo corpore extinctus ſit, nec agitatio omnis, visque interior nobis occulta quieverit: Ultionem quidem tacita illa vis clamat, moxque ad vindictam bilis accenditur: ab ea ſanguis inflammatur & ad vulnus confeſtim prorumpit patefacto ad exitum per vulnus meatu: Eodem concurrunt & Spiritus, qui quoniam leves ſunt, ad occidentem hominem, ſi coram ſteterit, volantes in eum migrant: ſervaturque è nativo colore aliquandiu, nempe ad horas plus minus ſex aut ſeptem. Quo quidem in tempore, ſi qui interemit, in conſpectum interempti veniat, & interemptum intentè inſpiciat, vulnus cruorem verſus interimentem ejicit: quod nondum in cadavere recens jugulato ad horas aliquot vis omnis interior calorque extinctus ſit. Qua quidem latente & interiori vi afficitur, ut ſanguis ſuos Spiritus repetat, atque etiam Spiritus ipſi ſuum attrahant ſanguinem, unde ipſius manatio & effluxus conſequitur.* Hactenus *Variola,* qui his ipſis verbis obſcuriuſculè annuit, ſe facere cum iis, qui pro Antipathiâ pugnant. Quanquam ſequentibus magis inclinare videatur in eorum ſententiam, qui *DEI judicio* arcano hæmorrhagiam illam cadaverum fieri aſſerunt. Cæterum Antipathiam quoque hic defendit *Joh. Magirus* Phyſiol. Peripat. l. 3. cap. 8. p. 224. T. Brigthus in animadverſ. ſuper Scribon. Phyſ. l. 1. §. 82. l. 44. *Jacobus Lorhardus Theatr. Philoſ. Diagr. Phyſ. pag.* 48. *aliique.* Adſtipulantur huic opinioni *Magirus & Scribonius,* conf. etiam *Joh. Jonſt. Thavmaturg. nat. claſ.* 10. *de admir. hom. c.* 3. *art.* 3. qui dubitanter de Sympathiâ & Antipathiâ loquitur.

§. 85. Sed neque hæc opinio nobis placere poteſt. Primô enim ſæpius accedit, ut qui veneni hauſtu è mediô tollatur, cum interim nulla ipſi vel de venenô, vel de veneficiô ſit ſuſpiciô. At verò & tale cadaver præſente veneficô fudiſſe Sanguinem perhibent. Quæ hic qualitas occulta cadaveri impreſſa, quæ vindictæ ſtudiô excandeſcat & reum arguat? Deinde quia etiam Sanguis præſentibus amiciſſimis v. gr. ſponſæ, ad præſentiam ſponſi cœpit ſtillare, ut notat *Libavius.* Quæ verò hic qualitas occulta, quâ per *ἀντιπάθειαν* Sanguis manare incepit ex cadaveribus ad nullius, neque amici neque occiſoris, præſentiam, patet exemplo ſtudioſi interfecti. (4) Incredibile videtur poſſe in aliquo cadavere aliquem vindictæ appetitum remanere. Certè anima ibi abeſt, & potentia iræ & vindictæ cauſativa. Ubi verò cauſa nulla eſt, ibi nec effectus, iræ ſequi poteſt. Tandem (5) probabile omninò eſt, antipathiam eſſe talem qualitatem

qu

quæ ab ipsâ naturâ corporibus eſt indita; Sic v.gr. inimicitia illa, quæ inter ovem & lupum, felem & murum &c. exercetur, illius ſemina ab ipſa natura in ipſis ſunt congenita.

§. 86. Sic à naturâ innatum eſt odium *accipitri & columbæ*. Sic nobilis illa Matrona, cujus mentionem facit *Renodæus Inſtit. l.*1.*c.*8. p.9. à primo ſtatim *Nativitatis momento* ſine deliquio animi *roſarum* ferre nequivit odorem. Sic alia ſpectatæ formæ & virtutis *fœmina*, nomine *Franciſca* ab infantiâ ſtatim *carnium* *uſum* abhorruit, teſte *Scaligero Exercit.* 153. ſ. 10. Sic quidam *Hiſpanus* nunquam piſces guſtârat, nec delibare potuerat. At cum ab amicô ſemel ad cœnam fuiſſet invitatus, ovaque deguſtaſſet, quibus ſiccati piſcis pulvis cautè fuerat admixtus, in animi anguſtias, cordis preſſuras, cum vomitu & receſſu incidit, ita ut exanimis propè deficeret, autore *Amato Luſitano Curat. X. Cent.* 2. Sic Parens ille, de quo *Libavius Tractat. de Antipath. rar. part.* 2. *Sing.* verba facit, filium ſuum ab ortu ſtatim in eodem conclavi tolerare non potuit. At vero inimicitia illa ex hoſtili conflictu imprimitur, nec à natura ſtatim connaſcitur. Arctiſſima enim ſæpè *occiſorum* inter & *occiſum* interceſſit amicitia, nec ulla diſſenſionis alicujus in vita apparuit nota. Quod ſi igitur hæc *inimicitia à natura* occidendo eſſet impreſſa, cur non in vitâ ſtatim per ſanguinis effluxum eſſet manifeſtata?

§. 87. Dicis; *quamvis Antipathia non ex cognitione quâdam ſenſuali, ſed propriè ab ipſa natura dependeat, non tamen negari poteſt, quod in inimico & hoſtili conflictu occiſoris & occiſi, maxima corporis perturbatio præcedat, quæ ejusmodi qualitatem occultam humoribus & ſpiritibus imprimere poſſit, ita ut effluvium ſpiritale inimicum ab occiſore effluens, in corpore occiſi ſanguinem commovere queat.* Reſp. Concedimus, quod in *hoſtili conflictu* maxima fiat *ſpirituum* & *humorum* commotio, quatenus ipſis Phantaſia imperat & tanquam adminicula pro defendendis partibus huc & illic transmittit. Cum autem nullum *objectum ſenſile* ſecundum realem ſuam naturam à *ſenſu noſtro* recipiatur, ſed ſolum per ſpeciem ſenſibilem tanquam per *imaginem* repræſentetur; idcirco non conſtat, quomodo corpori percuſſoris *ejusmodi* qualitas realiter imprimi poſſit, quæ per effluvium ſpiritale poſtea egrediatur & ſanguinem in occisô corpore ad motum adhuc aptum commoveat. Non enim inter hoſtes pugna eſt, quatenus ſunt homines vel corpora naturalia; ſed quatenus unus alterum odit, & *illatæ injuriæ vindictam* petit.

§. 88. *Regerunt*; ſæpius adeſſe externum impedimentum, quod *ſpiritale effluvium* compat, ita ut ἀντιπαθοῦντες in ſe agere & reagere non poſſint, v. gr. Muſtelis & teſtudinibus rutâ munitis fruſtrà inſidiantur ſerpentes. Id proinde etiam hîc ex corpore occiſi non ſemper effluere ſanguinem, licet præſens ſit interfector. Reſp. Conceditur quidem, quod ſæpius impedimentum aliquod adſit externum; quale, inter *ſerpentes* & *muſtelas* eſt *ruta*, inter *magnetem* & *ferrum* (reſpectu Sympathiæ) eſt *allium*; ut verò an idem hîc reperiatur, dubitatur valdè. Nullum enim impedimentum externum nominari poteſt, quod hæmorrhagiam illam ſiſtere & inhibere queat; nulla ratio dari poteſt, ob quam cadaver licet vel ipſe interfector digitos ſuos in ipſa occiſi vulnera immiſerit, ſanguinem tamen nullum emiſerit.

§. 89. Nec eſt, quod nonnulli dicunt; impedimentum illud eſſe aërem, aromatibus aut aliis graveolentibus alteratum; vel etiam Dæmonem in gratiam homicidæ vel alicujus ſagæ poſſe hæmorrhagiam ſiſtere. Reſp. (1) qua prius concedendo quidem, quod *aëris denſatio* ſpiritale effluvium nonnnunquam corrumpere poſſit, quò minus ad alicujus corpus tranſire valeat. Unde verò conſtat, quòd hîc ejusmodi ſpiritale reperiatur atque egrediatur effluvium? Unde conſtat, quod Spiritus fortean emittantur, & illi præcisè in aſtantem homicidam ferantur? Hoc probandum prius, non præſupponendum ſolùm eſt. Et quid dicendum de eo, quando occiſor digitos in vulnera mittit, imò linguâ ſuâ eadem attingit, neque tamen ullam ſanguinis guttulam elicit. Tunc ſane aëris immutatio in causâ eſſe non poterit, quò minus ſpiritale effluvium ſanguinis fluxum exciret, cum parum vel nihil aëris occiſorem inter & occiſi corpus intercedat. (2) quà poſterius, ſequelam negando. Nam à poſſe ad eſſe N. V. C. neque enim à *particulari* ad *univerſale* concludere Philoſopho licitum eſt. At verò hæc, quæ ab his occultis qualitatibus pugnantibus proficiſci dicitur vindictæ cupido, non eſt à naturâ, ſed accidentaliter fieri ſolet, uti ex plurimis patet exemplis.

§. 90. (6) Oporteret dari in cadavere potentiam quandam cognitricem, quæ ſanguinem in occiſorem dirigeret, imò quæ cognoſceret, ipſum, & non alium eſſe præſentem, & quidem in rationabili diſtantiâ; Non enim ſanguis proſilir, ſi hoſtis ſit remotior. At ubi habitabit hæc virtus cognitrix? cujus animæ facultas erit, cadavere omni anima exuto? (7) Si tantum poſſet inimicitiæ Spiritus in cadavere hominis occiſi, ut ſanguinem proliceret, & occiſorem verſus ejacularetur, quod non poſſet idem Spiritus inimicitiæ in vivo homine? Cur ergò obviam ſibi factis acerrimis duobus inimicis cruor non ex oculis, naribus, ore, aliisque corporis partibus unius verſus alterum proſilire ſolet? Aut cur in vulnerato ad mortem homine, dum adhuc vivit, non multò majori impetu ſanguinem in præſenrem occiſorem proſilire contingit? At credis fortè, poſt mortem vehementiores ac magis vegetos Spiritus illos eſſe in *cadavere* occiſi, quam in vivô homine, adhuc odio & ira ſpumante? (8) Non in homini-

bus tantum, ſed in omnibus etiam brutis effectum illum oporteret ſequi; cum in his facillimè & procreari & effervescere poſſit ille Spiritus inimicitiæ. At quis eſt, qui notaverit mactata animalia coram lanionibus cruentare? Et tamen hos præſentes ſemper habent & illicò à mactatione & multò poſt, (9) Si Spiritus hic inimicitiæ tàm favens tamque eſſet efficax, ut ſanguini communicare poſſet motum, multò magis communi caret cadaveri calorem; ac ſic cadavera occiſorum deberent aliis eſſe calidiora. Apparet ergò, quòd fluxus ſanguinis in occiſo à Spiritu inimicitiæ excitari minimè poſſit.

§. 91. Helmontius und Kircherus, die ſich ſonſt nicht zum beſten vertragen, kommen doch in dieſem Stück überein, daſs es die ſtatcke Antiphatie verurſache. Wievvol dieſer ſolches ein vvenig anders ausführet, und es theils auf eine Sympathiam, oder gleich-Artung, theils auf eine Antipathiam oder Gegen-Artung, gibt. Zuvorderſt ſetzt er dieſes: Daſs von den Leibern, vvelche ihr Gevviſſes Temperament haben, einige unbegreiffliche und trefflich ſubtile Ausdünſtungen herfür gehen, vvelche, in dem ſie, innerhalb ihres Würckungs-Kreiſes, einen andren Cœrper berühren, eine vvunderbahre Alteration oder Verænderung machen kœnnen.

Zum andern, præſupponirt er: Daſs die Gemüths-Bevvegungen, und gevvaltſame Lebens Regungen, gevvaltig viel in der menſchlichen Seele vermœgen, und vermittelſt der Geiſterlein die Feuchtigkeit des gantzen Leibes alteriren, aber ihre meiſte Krafft an dem Blut auslaſſen.

Drittens: Daſs in dem Cœrper des Getœdten, nicht gleich alſobald alle im Blut hafftende Eigenſchafften oder Qualitæten, noch die ſpiritus animales, oder Lebens-Geiſter, aufhœren; ſondern nach der Diſpoſition und Beſchaffenheit des natürlichen Cœrpers offt noch lange Zeit darinnen vervveilen kœnnen; Krafft vvelcher Qualitæten und Geiſter, ohn Zvveiffel einige Bevvegungen oder Würckungen, ſo den lebendigen nicht ungleich, mœgen verurſacht vverden.

Vierdtens: Daſs zvviſchen lebendigen auch vvol einander unbekandten Menſchen, gleich bey ihrer Zuſammenkunfft manchesmal eine ſolche Widrigkeit verſpührt vverde; daſs ſie einander gar nicht leiden kœnnen: Welches ſeiner Meinung nach, nicht aus bloſſer Einbildung, ſondern natürlicher Contrarietæt, ſeinen Urſprung hat: Nicht anders, als vvie an den Steinen, Pflantzen, und Thieren verſpührt vvird.

Nach ſolcher Vorpſælung und Præſupponirung, erklært er ferner dieſe vvunderliche Natur-Würckung, vvie folget:

Nachdemmal, bey Todtſchlægen und Entleibungen, insgemein ungeſtümme Empœrungen und Verbitterungen, in der Zorn-fæhigen Gemüths-Krafft (in potentia iraſcibili) aufvvallen, als Wiedervvill, Zorn, Verdruſs Neid, Haſs und Rachgier; und über das die Erboſung, nach Thomæ Aquinatis Gezeugniſs, durch Ergieſſung der Galle ein gevviſſes Gifft gebiert; vvelches zu einer Faſcination (unbegreifflich durchdringenden Verænderung) ſo bequem und kræfftig, daſs es nicht allein ſeinen eigenen Leib, vvenn es nemlich demſelben in die Glieder ſchlægt, ausdorret, und in Abnehmen bringt; ſondern auch gegen einem andern Leib ſeine Würckung auslæſſt: So kœnnen gleicher Geſtalt zvviſchen dem todten Cœrper, vvelcher noch voll Lebens-Geiſter iſt, und dem Todtſchlæger, der von Zorn, Haſs, und Miſsgunſt brennet, etliche Qualitæten und Eigenſchafften erzeuget vverden, vvelche denen, im Blut des getœdteten Leichnams klebenden Qualitæten zuvvider ſind, durch vvelche das Blut erregt vvird.

Denn ein ſolcher Choleriſcher und vergællter Dunſt hat, vvenn er durch Zorn entbrennet, eine Blut-treibende Krafft bey ſich: Geſtaltſam an etlichen Leuten zu ſehen iſt, die, ſo ihnen für Zorn die Galle überlæufft, durch die Naſe einen Hauffen Blut ſtürtzen: in dem durch die Galle daſſelbe erhitzt und rarefacirt oder verſeltenet vvird, daſs es einen vveiten Raum ſuchen, und vveil es denſelben nicht findet, zu den Naſslœchern herfür brechen muſs.

Gleicher Geſtalt, gehet es auch in dieſem Fall zu. Der hefftige und gevvaltſame Spiritus (oder ſubtil dünſtige Geiſt) mit vvelchem der Todtſchlæger ſeinen Feind anfællt, ſteckt voll gifftiger Krafft; dringt ihm durch Augen, Mund und Naſen, in des Widerſachers innerſte Adern, und zwar am allermeiſten in deſſen Geblüt, und in die Qualitæt, ſo im Geblüt, verborgen iſt. Welches Blut nachmals, entvveder durch Verſeltenungs Krafft des Geblüts, oder vermittelſt einer andern natürliehen Strittigkeit, von ſeinem Ort heraus, und herfür bricht: Weil beſagter Spiritus des Thæters, nachdem er angezeigter maſſen dem Blut des Erſchlagenen eingegeiſtert vvorden, in einem andern Subject nicht bequemlich ruhet, und demnach, natürlicher Neigung nach zu ſeinem eigenen (verſtehe des Umbringers) Geblüt vviederum zu fahren, verlanget, von vvelchem er auch nicht anders, als vvie Gifft von Gegen-Gifft magnetiſirt und angezogen vvird: Wie beynebenſt der Leichnam ſolchen ihm gehæſſigen und feindſeligen Geiſt zugleich von ſich treibt. Indem nun ſolcher Geſtalt des Thæters Spiritus, zu ſeinem vorigen Sitz zu kommen trachtet: der vvidrige Geiſt des Entleibten aber ſelbigen ſeinen verfeindeten Geiſt zurück nœthiget: So muſs, beyſothanem Streit der Geiſter, das Geblüt ſich erhitzen, aufvvallen und gevvaltſamlich herausbrechen.

Aber, die Warheit zu bekennen, mir vill dieſe Meinung gar nicht vvol eingehen. Denn erſtlich, frage ich, vvas es da für ein Streit zvviſchen den Geiſtern ſetzen müſte, vvo kein Widerſtand iſt? In dem der vvidervværtige Geiſt ohne das nicht zu bleiben verlangt, ſon- dern ſtets als aus einem Gefængnis, zu entflie- hen, und ſeine vorige Heimath vviederum zu erreichen ſtrebet? Iſt nun kein Streit, ſondern der fremde Spiritus begehrt ſelbſt freywillig heraus; wie kan denn das Blut desvvegen er- hitzt vverden, daſs es zu einem Ausbruch vverde bewogen?

Vielleicht moechte Herr Pater Kircherus antvvorten: Der vvidrige Geiſt ſitze da gleich ſam in einem Arreſt, daraus er ſich ſelbſten al- lein ſo geſchwinde nichtloſswircken kœnne, be- vor der gevvaltſame Trieb ſeines Gegenſachers ihn heraus ſtürme, Und hiezu könte der Zug des vorberührten Gegen Giffts einigen Schein geben. Denn das Gifft, ſo in einem menſchli- chen Gliede hafftet, ſitzt gleichfalls in einem unbequemen Subject; wolte derhalben lieber zu ſeines Gleichen kommen, von vvelchem es auch bald hernach angezogen vvird. Aber ſolcher Zug geſchicht ohne Aufvvallung des Geblüts: Wie man an den Wunden vvol ſihet, die mit einem vergifften Gevvehr gemacht vvorden.

Aber diſs iſt noch erſt die ſchvverſte Frage: Wie ſolcher Spiritus in den Leichnam des Entleibten ſolte kœnnen eindringen? Da der Todtſchlæger nicht unmittelbahrer Weiſe den Getœdteten verletzt hat; als vvie die Schlan- gen, und wütende Hunde thun kœnnen, vvel- che ihren bey ſich habenden Gifft, in die Zæhne, oder Stachel (denn es iſt falſch, daſs alle Schlan- gen beiſſen, und etliche nicht auch ſtechen ſol- len, vvie einige vvollen) ergieſſen, und da- mit zugleich unmittelbahr in die Wunde ver- pflantzen. Welches aber hie der Thæter nicht thun kan; es ſey denn, daſs er mit bloſſer Fauſt, ihn einiges tœdtliches Gevvehr, ſeinen Wi- derſacher umbræchte und vvürgete.

Will man ſagen mit dem Kirchero; es dringe durch Augen, Mund und Naſen, ein ſolcher ſubtiler gifftiger Dunſt, in den Leib und Geblüt des Widerſachers: So ſpreche ich, vveil vermuthlich der Wiederſacher eben ſo ebiſſig auf ſeinen Beleidiger iſt, daſs vielmehr ſolche Geiſter einander zurück treiben, und der Antipathia halber fliehen ſolten. Man vveiſs zwar vvol, vvie ein triefendes Auge, mit ſeiner Unreinigkeit, auch andre Augen verunreinigen und anſtecken kœnne. Aber da iſt kein Gegen Streit noch Antipathia.

Die Peſtilentz, und andere gifftige Seu- chen, durchdringen, entvveder vermittelſt des vergifften Luffts, oder durch eine Ankle- bung, den menſchlichen Leib: Aber, vvenn dieſer mit einem Wider-Gifft vervvahret iſt, thun ſie ihm ſo leicht nichts.

Nun ſind bey dem Erſchlagenen, der Wi- dervvill, Zorn, Haſs und Neid, vermuthlich ſo hefftig gevveſen, und alſo auch der ſubtile Spiritus, ſo ein Gifft bey ſich führt, als wie bey dem Todtſchlæger: Darum ſcheint nicht glaublich, daſs ein Spiritus dem andern, bey ſolcher Beſchaffenheit, vvas thun kœnne, dafern er nicht noch ſtærcker und gifftiger ſey, denn der andre.

Wenn aber die allerhitzigſten Kæmpffer offt am erſten umkommen, ſo liegt dieſes letz- te abermal danieder, daſs der ſtærckere und am meiſten vergallete Dunſt dem andern ob- ſiegen, und ſich ſeines Geblüts impatroniren ſolte.

Zu dem vvenn ein erboſter, und tœdlich- zœrnender Menſch einen ſolchen Gifft von ſich blæſet, vvelcher dem Gegner, ſpiritaliſcher Weiſe, kœnne ins Geblüt dringen: Würde er auch einen andern Menſchen, der ins Mittel trit, mit demſelbigen ſeinem Zorn-Gifft, eben ſo leicht anſtecken und vergalliren. Mancher verſetzt auch ſeinem Todt-Feinde nur eine tief- fe Wunde, da er ihm ſonſt gar das Leben zu nehmen gedacht: Nun höret man aber gleich- wol nie, daſs ſolche Wunde des noch leben- den Menſchen deſsvvegen anhebe, von fri- ſchem zu bluten: ob gleich der Verletzer zuge- gen vvære. Ich erinnere mich, daſs ihrer zween, auf Leib und Leben, mit ihren Stileten zuſam- men giengen, und zvvar beyde mit ſolchem Grimm, daſs ihnen das Maul für Rachgier und Zorn geiferte. Einer bekam in die lincke Seite eine ſolche Oeffnung, die zvvar nicht tœdtlich war, doch aber den Vervvundten, auf etliche Wochen zu Bette, und in groſſe Schvvachheit legte. Der andre, vvelcher ſich gleich alſobald, nach Studenten-und Balger Manier, mit ihm vertragen hatte, beſuchte ihn hernach offt ſel- ber, und zvvar untervveilen eben zu der Zeit, da man ihn verbandt; Damit er, ſofern der Ge- ſtochene jedennoch darauf gehen ſolte, bey Zeiten ſich mœchte retiriren. Da hat man nie verſpührt, daſs bey ſolcher des Thæters An- vveſenheit, das Blut aus der Wunden herfür gedrungen, oder zu dringen geſtrebet: Ohnan- geſehn ſie doch einander mit groſſer Verbitte- rung beſochten, und vielleicht gar umgebracht hætten, vvenn es die Secunden und Beyſtænde nicht verhindert. Vielleicht ſolte hie auch eine Ausrede gefunden vverden; aber vvas vvill man antvvorten, vvenn ich frage: Warum eben ſo vvol das Blut von dem Erſchlagenen flieſſe; vvenn er eben nicht vor der Fauſt, oder võ einem vviſſentlichẽ Feinde im Zorn, ſondern von einem aufpaſſenden Mœrder und Strauch- Diebe plœtzlich danieder gefællet vvorden? Ich rede hie aber nicht von Meuchel-Mœr- dern; ſondern von ſolchen, die vveder durch Haſs noch Zorn, ſondern allein durch Raub- Sucht, zu morden gereitzt vverden, und ſich aus dem Stegreiff næhren. Dieſe vverden je

durch

durch keine ſonderbahre Feindſchafft zur Ervvürgung der Reiſenden getrieben; kœnnen alſo dem Erſchlagenen keinen gifftigen Dunſt ins Geblüt hauchen. Noch dennoch vvird der Cœrper des Ermordeten bey ihrer Gegenvvart bluten.

Mancher lauret auf ſeinen Widerſacher, und erlegt denſelben von vveitem mit einer Kugel: Wie kan da der Zorn und ſubtile Gall-Dunſt des erſchoſſenen Leichnam erreichen? vvird er auch mit der Kugel demſelben in die Haut und ins Geblüt fahren? Nichts deſto vveniger blutet des alſo heimtückiſch todtgeſchoſſenen Cœrper; vvenn der Thæter demſelben vvird zugegen geſtellet. Darum kan ſothanes Blutflieſſen keines vveges von den vergallten Geiſterlein, ſo dem Erſchlagenen durch den Thæter ſolten eingehauchtet ſeyn, herrühren.

Die, vvelche es der Rachgier des Sterbenden vvollen zuſchreiben, fehlen eben ſo vvohl. Wie mancher vvird im Augenblick unverſehener Weiſe erſchlagen, ehe denn er gevvuſt, vvie ihm geſchehen; Was kan ein ſolcher für Rachgierde im Geblüte hinterlaſſen haben? Viele geben unter den Mœrdern nicht ſo ſehr mit einem Racheifer, als mit Angſt, Zittern und Beben ihren letzten Athem von ſich: Dabey keine Rachgier Statt haben kan: Aber dennoch vverden ſie die Gegenvvart ihres Mœrders mit Blut bezeugen.

Ohn iſt zvvar nicht, daſs gleichvvie die Sympathia vielmals das Geblüt aus der Todten herfür reitzet, maſſen ich denn ſelber ſolches geſehen habe, alſo auch vvol die Antiparhia (doch gantz auf andere verborgene Weiſe) dem Geblüte einen Flus geben kœnne: Indem ſich natürlicher Weiſe das Blut des Entleibten für dem Thæter ængſtiget, und vielmehr durch Angſt als Rachgier, oder auch durch eine gantze verborgene Würckung der Natur heraus getrieben vvird. Denn vver kan alle natürliche Urſachen der Sym- und Antipathiæ ergrübeln? Mœchte demnach die Antipathia vielleicht vvol natürlich hiebey etvvas thun, als lange ſie ein taugliches Subject hat, ihre Krafft auszuwürcken. Angemerckt, GOtt nicht übernatürlich vvircket, ſo lange die Natur noch ſelbſt wircken kan. Verſtehe, ſo lange das Geblüt noch nicht gar zu ſehr vereitert, verfaulet, und vervveſet iſt. Mir iſt noch unvergeſſen, daſs ein Sohn drey Tage nach ſeines Vatters Abſcheiden, von fernem angelanget iſt, und den Sarg, als dieſer noch über der Erden geſtanden, aufdecken laſſen: Worauf dem Cœrper alſobald Blut zur Naſen und Maul heraus geſtiegen. Im Gegenſatz, vveiſs ich auch eine mir ſehr vvol bekandte Perſon, die (und zvvar in meinem Beyſeyn) ihren ſchon etliche Tage in der Erden gelegenen Vater vviederum (vveil er am fremden Orte, und zvvar faſt mit geſundem Leibe, vvie man zu reden pflegt, geſtorben, und eiligſt eingeſcharret vvar) mit Bevvilligung der Obrigkeit, aufgegraben, und in dero Vatterland in ihr eigenes Kirchen-Begræbniſ führen lieſs: An vvelchem doch, als die Grab-Truhe, von den Todten-Græbern geœffne vvar, das Geblut kein Zeichen der Sympathiæ mehr von ſich gab: Ohnangeſehen Sohn und Tochter vor ihm ſtunden, auch der Leichnam ſehr corpulent und gevvaltig blutreich gevveſen, auch nachmals, da er in ſeinem Hauſe ſtund, durch ein dem Sarg eingebohrtes Lœchlein, das im Fahren erſchütterte, nunmehr ſchon gantz erſchvvartzte Blut hæuffig in das untergeſtellte Gefæſs rinnen lieſs. Urſach vvar ohne Zvveiffel: Daſs allhie das Blut ſchon mehrentheils durch die Vervveſung zu einem ſchvvartzen Eiter ſich vervvandelt, und diejenige Lebens-Geiſterlein, vvelche, (vvie vor Herr Kircherus, und mit ihm Fernelius, ſonſ recht geurtheilet) eine Zeitlang ſich in dem verſchiedenen Menſchen-Cœrper vermuthlich noch vvol aufhalten kœnnen, vvievvol ſie nicht mehr beſeelet ſind, und alſo auch nicht mehr eine Formal-Operation geben, allberei gæntzlich ausgezogen vvaren.

Gleiche Beſchaffenheit ſpreche ich, hat e folgendlich auch mit den Antipathiſchen vvürckungen: Daſs nemlich dieſelbe in dem menſchlichen Geblüt ſo lange vvürcken; als lang dieſes noch nicht ſeine Art gæntzlich verlohren hat. Welches nach Beſchaffenheit des Temperaments, Orths und Luffts, früher oder langſamer geſchehen kan. Wie man denn vveiſs daſs einige im Winter erſtickte oder gehenckt Menſchen, hernach im Sommer noch vvol friſches rothes Blut von ſich gelaſſen: Welches ſeine natürliche Weiſe und Wege hat. Ita hâ de re Eraſmus Franciſci.

§. 92. Homines etiam multi odio ſe invicem proſequuntur nullâ datâ offenſâ, nec ull damnô illatô, quod *Catullus* ingenuè profitetur,

Non amo te, Voluſi, nec poſſum dicere quar
Hoc tantum poſſum dicere: non amo te.

Exempla ubivis ſatis proſtant: *Libavius* refer quendam patrem, proprium filium à nativitat prima in conclavi ſuô ferre non potuiſſe. *Gregorius Mylius* adducit alium Patrem, qui natum ſuum ab ipsô natalidie ne aſpicere quide potuit. Multi volunt hodie inter Anglos & Batavos, Hiſp. & Gallos naturale exiſtere odium ſed utut ſit, poſitâ magis hâc Antipathia, qua conceſſa; credisne tu Batavum, Hiſpanum i beliô aut aliô quôdam caſu occiſum, per o nares aut vulnus ſanguinem ſtatim effunde eum, qui jam dudum deſierat fluere & ante concreverat, Anglô & Gallô accedentibus: aut Parentum horum filii, inter quos Antipath illa fuiſſe fertur, gladiô aut globulô eſſent ſublati, extinctiſque ſuperveniſſent Parentes, nu ex eis ſanguis prorumperet, vix credo; poſit itaque qualitatibus contrariis, & Antipath ipsâ, cur talis cruentatio non ſemper fit in t caſu? *poſita enim identitate cauſa, poniti identitas effectus.*

§. 9

§. 91. His ſubjungendi veniunt illi, qui ad cauſas ſupernaturales nobisque incognitas, ſed arcano DEI judicio reſervandas adſcendunt. Pro hâc ſententiâ refertur ipſe *Philippus Melanchton, in Phyſ. Admiranda*, inquiens, *ſigna interfectorum corporibus divinitus ſunt addita, quæ monſtrant Autores cædis.* Nam corpora mortua ſtillant cruorem, cum ad ea Autor cædis accedit. *Valeriola* magis DEI judiciô arcanô, maleficum hominem tali ſignô, notaque peculiari ac propriâ deſignare ac prodere volenti, id fieri cenſendum putat. Probat hanc ſuam ſententiam nonnemo, quod nempe iſtæ probationes fiant virtute divinâ hoc modo.

Quodcunque opus ſupernaturale fit à cauſâ ſupernaturali, idque ſemper bonum in finem, illud ipſum debetur DEO.
Atqui effectus probationum vulgarium (inter quos refert cruentationem & ſupernatationem ſunt talia opera, quæ fiunt à cauſa ſupernaturali, eaque ſemper in bonum finem. E. debetur DEO.

§. 94. Sed nondum ſimpliciter huic opinioni noſtrum adjicimus calculum. Non equidem negamus; poſſe fieri, ut nonnunquam tale ſtillicidium habeat rationem probationis legitimæ, ſed id *extraordinariè* & *caſu*, qni ſupra eſt ſuppoſitus. *Fieri verò & habere rationem probationis ſemper, quando evenit, id negamus.* Neque verò noſtram hanc ſententiam probamus vel ex eo, quod DEUS in ſacris *hoc probandi genus non probaverit*, vel quia *hanc gratiam probandi DEUS judiciis in ſuâ Reſpub. olim non fecit*, vel quia non fiunt *prævijs precibus. & ad invocationem Numinis divini*, vel tandem *quia jam defierunt oracula*: Sed ſequentibus innitimur fundamentis: (1) quia ſupponitur hic, quod prius debebat probari. Supponitur ſcil. hæmorrhagiam hancce eſſe præſentis homicidæ indicium, id quod à nobis ſuperius fuit negatum. (2) Quia neque probatur idoneè hæc ſententia. Suppoſitô priori, quod non nihil probabilitatis quidem haberet hæc ſententia, ſed eô negatô nihil habet, quod eam probabilem reddat. Hinc in argumentô allatô minor eſt neganda, in quâ dicitur hocce ſtillicidium fieri à cauſâ ſupernaturali ſemper. Verùm dicitur, non probatur. (3) Quia ſine omni urgente ratione ad ſupernaturalitatem & miracula confugiunt Autores hujus ſententiæ patroni, ſecus quam fieri par erat. Debentur quidem hæc ſtillicidia DEO, ut cauſæ univerſali, univerſalem & connaturalem influxum præbenti, non verò ut cauſæ particulari, immediatè & miraculosè influenti eſſe: Cauſæ enim particulares, quibus adſcribendus eſt hic effectus, dantur, & inferius proponentur.

§. 95. Non quidem inficiamur, DEUM Opt. Max. uti ad omnes, ita ad hos quoque effectus concurrere; verùm non excluduntur eô ab ipſo cauſæ particulares; *cauſa enim prima quoad ordinariam naturæ curſum, non agit ſine ſecunda.* Porrò in rebus naturalibus, iisque non obſcuris adeò immediatè ad DEUM confugere eſt præ inſcitiâ naturæ librum à DEO apertum claudere. Dicis: *fieri hoc propter juſtitiam, At juſtitia omnia peccata pro eorum gravitate punienda vult.* Jam multa peccata homicidiô graviora ſunt, in quibus tamen propalandis nullum intervenit miraculum. Deinde homicidium unum alterô gravius eſt. *Ferro occidere hominem minus grave, quàm veneno; aut modo alio.* Cur ergò non *occiſi ſemper quomodocunque cadavera coram occiſore ſanguinem emittunt*? Accedit & hôc, quod DEUS in patrandis miraculis ad certas quasdam circumſtantias non ſit alligatus. Sive enim cominus ſtet, ſive eminus occiſor, ſive horâ poſt cædem ſit viceſima ſive duodecima, ipſi perinde eſt. At verò multi ex recenſitis Autoribus hanc hæmorrhagiam intra ſpatium 10. vel 12. horarum ut plurimum contingere aſſeverant, & quidem occiſore non nimium remoto. Quod nonnulli Autores de cruentatione clam occiſorem dixerunt; id alii aſſerunt de cruentatione ſuſpenſorum, exiſtimantes nimirum, eam non niſi DEUM agnoſcere cauſam, quâ innocentiam illorum, qui laqueo perierunt, viventibus velit conteſtari, & iniquam Judicum condemnationem omni popnlô palàm facere. Verum enim vero quid hâc de re ſit ſentiendum, eruditè ediſſerit *Libavius* Doctor Medicus in Epiſtola D. Sigismundo Scheitzero inſcriptâ, dum inquit: *De cruentatione ſuſpenſ. cum interrogarer, reſpondi naturaliter illam contigiſſe in homine præſertim corpulento, qui ante mortem fortè pluſculum vini bibit & æſtivis horis pependit. Quid ſuperſtitioſum vulgus ſentiat & loquatur, non eſt ignotum. Sed ejus opinio non roboranda, nec imperitia multitudini arma præbenda. Si ſecundum leges aliquis eſt ſuſpenſus, liberæ ſunt conſcientiæ a metu injuſti. Novi in celebri quodam oppido Adminiſtratoris Parthenopolitani juſſu ſuſpenſum quendam* ἔνσαρκον *triduo aut circiter ſtillaſſe ſanguinem. Nocentem verò periiſſe hominem, res ipſa ſatis docuit.* Quin contrarium etiam ex eô invaleſcit, quod multi per obſcuritatem cauſæ, ex confeſſione propriâ quidem, ſed mendace in crucem agantur innocentes, nec iſto alio inſequente ſignô. Fuit qui tormentis in quæſtione adactus, confeſſus eſt furtum. Alligatus patibulo non cruentavit. Poſt aliquod tempus verus fur innotuit, cognitumque demum, priorem injuſte damnatum eſſe. Ex his & ſimilibus videre eſt, quod nullum innocentiæ κριτήριον à cruentatione poſſit ſumi; ſicut nec regulare ac ſanum inde judicium de *occiſore præte* formare licet.

§. 96. Nunc paucis dicamus, quid ex parte *Diaboli* ſit ſentiendum. Magnum profectò ejus robur eſt, potentia magna, ſed ita tamen comparata, ut circa permiſſum DEI ne hilum

Novell. Val.

quidem efficere poſſit, tantum abeſt, ut cum ſontibus inſontes, cum flagitioſis non flagitioſus, mediante ſanguinis ſtillicidio ad capitale pertrahat ſupplicium. Piiſſimum quidem Jobum uno die omnibus ſuis privavit bonis, ac variis inſuper cruciatuum generibus affecit, vitæ tamen incommodare ejus non valebat. Cæteroquin ſi gubernatione divina non ligaretur Sathan facillimum ipſi foret, modò quocunque nocere homini, & ita conſequenter etiam ſanguinem in præjudicium ſæpè innocentem pro lubitu ſuo ad erumpendum foràs ciere. Sed verò ponamus tamen, DEUM ipſi nonnunquam certis de cauſis concedere, ut potentiam hanc in actum coram Judicibus deducat, & ſic ſontes cum inſontibus implicet, apud eos cum primis, qui ſigno illi in revelando homicida nimium fidunt. Iſtud autem eſſet rarius, ac propterea nec legem faceret, nec ordinariæ derogaret cauſæ.

§. 97. Huc faciunt, quæ Eraſmus Franciſci loc. cit. habet, quando inquit: Wie aber, wenn es Zauberey wære? mœchte jemand einwerffen: Sonderlich, wenn ſo augenſcheinlich wunderbare Zeichen dazu kommen, daſs der Todte mit Fingern weiſet, oder ſich aufrichtet. Hierauf antwortet man mit etlichen fürnehmen Rechtsgelehrten. Obgleich ein ſolches miracul nicht gar gewiſs noch ungezweiffelt iſt, weil es hætte durch Zauber-Künſte kœnnen alſo zu Werck gerichtet werden; und alſo für ſich ſelbſt kein Beweiſs noch Anzeigung zur Verdamnis zu machen ſcheint: Da doch die Anzeigungen gewiſs, hell und klar, nicht zweiffelhafft, noch alſo ſeyn ſollen, daſs man ſie unterſchiedlich deuten könne; Muſs man dennoch in dieſem und gleichen Fællen, alsdenn, wenn mehr wichtige Anzeigungen zuſammen lauffen; das Gegentheil, nemlich es ſey kein Teufels-Spiel, glauben.

Wer wolte ſpricht angezogener Seſſe ſelber, in ſolchem Fall, einer ſolchen Anzeigung nicht trauen? Man muſs nicht gleich für falſche Miracul oder Teufels-Betrug achten, wenn uns etwas übernatürlich fürkommt. Denn GOTT will eben allein nur durch lebendige Werckzeuge ſeine Herrlichkeit Ehre und Macht offenbahren. Voraus weil hierinn die Göttliche Gûte gegen den Menſchen gar hell herfür leuchtet (wie Remigius redet) daſs der Teufel niemals ſo füglich einer menſchlichen Geſtalt nachäffen kan, daſs auch die Einfæltigen den Betrug zuletzt nicht mercken ſolten. Denn entweder merchet man eine Abſcheuligkeit in dem Angeſichte, oder an Hænden und Füſſen, die mit krummen Geyer-Klauen beſetzet ſind. Weil demnach am vorgedachten Leichnam des Schæfers nichts Abſcheuliches noch ſchreckhafftes geſchauet worden, ohn was GOTT hat geſchehen laſſen, zur Erhellung der Warheit; wird nicht unbillich ſolches alles von dem Richter reiflich erwogen &c.

Ohn iſt es nicht, das eines Theils dieſes aus dem Remigio genommene Argument des Seſſe gar ſchwach: Angemerckt, der Teuffel füglicher einen todten Menſchen-Cörper regieren hönte, weder ſeinen Betrug in einem phantaſtiſchen oder ſelbſt formirten Cörper gäntzlich verbergen: Sintemal er dort ſchon einen recht natürlichen vollkommenen Leichnam für ſich ligen hætte; hie aber erſt einen aus allerhand Materi zuſammen ſtümpeln müſte. Aber nichts deſto weniger fællt in ſolchen Fællen, da GOTT und der Warheit zu Ehren ein ſolches Baar-Recht angeſtellet wird, nicht glaublich, daſs der GOTT der Warheit dem Satan verhængen ſolte, den Richter alſo zu æffen, und einen unſchuldigen zu beſchuldigen.

Dannenhero ſchlieſſen Verſtændige Rechtslehrer: Weil dieſer Blut-Beweiſs, ſo nach einem oder mehr Tagen dem Entleibten entweder zum Munde, oder zur Naſen heraus ſchweiſſet, gar ſelten betriege; als kœnne mans billich für eine Anzeigung annehmen. Iedoch mit folgendem Bedinge, und Unterſcheid. Entwedet es ſtoſſen ſonſt gar keine Anzeigungen oder Muthmaſſungen dazu: Denn geſchähe dem Bezüchtigten Gewalt und Unrecht, ſo man ihn einig und allein um des bloſſen Blut-Klagens willen, wolte mit der Folter angteiffen. Weil wir die rechte unfehlhare Urſach ſolcher verborgenen Antipathiæ nicht wiſſen; ſondern die innerliche und geheime Urſachen GOTT allein richtet und beurtheilet; nicht ein Menſch, der nach den Acten, Geſetzen, und etlichen æuſſerlichen Merck-Zeichen oder Muthmaſſungen nur gehen han. Oder man hat daneben mehr andere, wiewol nur halbe und leichte Anzeigungen: So kan man mit dem Verdæchtigen, nachdem das Blut über ihn gefloſſen, alsdenn wol zum erſten und andern Grad der Tortur ſchreiten. Als zum Exempel, wenn der Verdæchtige etwann mit dem Erſchlagenen in Feindſchafft geſtanden, oder ſonſt in bœſem Geſchrey iſt. Wiewol ein verſtændiger Richter auch hierinn behutſam gehet, und zuvor genaue Kundſchafft einziehet, ob ſolche Feindſchafft oder Groll ſey hefftig geweſen, oder nur durch liederliche Urſachen veranlaſſt worden: Ingleichem ob Berüchtigter eines herben, rachgierigen, und unverſöhnlichen Gemüths ſey: Wie nicht weniger des Gerüchts halben, ob es grobe oder geringe Laſter ſind, womit der vermeinte Thæter berüchtiget iſt; und dergleichen. Als in einer gewiſſen Stadt, ein Kindlein im Waſſer gefunden, welches Zweiffelsfrey von ſeiner Raben-Mutter, oder derſelben Helffers-Helffern hinein geworffen war, endlich todt heraus gezogen worden, und etliche Stunden öffentlich ſchau-gelegen: Da ſol unter andern Zuſchauern eine Jungfrau daſſelbige mit thrænenden Augen angeſehen, und ſehr bejammert, das Kind aber einen blutigen Schaum für ſeinem

Mund

ündlein gezeiget haben. Geſetzt, dieſes wære vahr, (vvievvol es vielleicht ein falſches Ge-ücht nur gevveſen) und für dem Richter er-chollen: Fragt ſich, ob er damit gnugſam være befugt gevveſen, das Menſch hierauff einlich zu befragen, wenn man vielleicht vüſte, daſs daſſelbige Menſch mit dieſem und nem Geſellen ziemlich eine Weile hergelöf-lt, oder ſonſt wie eine fleiſſige Kirchvveih-chvveſter den Buben nachgeloffen? Meines venigen Verſtandes würde der jenige Richter hr verfænglich handeln, der hierauf den er-en und andern Grad der Tortur vornæhme, nd ſich nicht vorher weiter berichten lieſſe, ob uff einer ſolchen Dirne ein mercklicher Arg-vohn des ſchvveren Leibes geſchaffet hætte, nd nach ſolchem Verlaut etliche Heb-Ammen u gevvieſſerer Nachricht befehlichte. Denn h halte gæntzlich dafür, daſs ein ſolcher blu-iger Schaum aus mehr denn einerley natürli her Urſach geſchehen kœnnen: Fürnemlich ber aus einer Sympathia: Nicht eben aus ei-er ſolchen, die zvviſchen Mutter und Kinde u ſeyn pflegt; ſondern auch aus allgemeinem egen-Gefühl, ſo das noch friſche Blut eines rſchlagenen oder ertrænckten Menſchens oder hiers bezeugen kœnte, gegen einen Zuſchau r, der einer gar leichtmüthigen Natur, und en todten Cörper beklagte.

Es könte auch dem armen Kindlein, weil s im Hinabwerffen etvvan an einen Pfal gefal en, invvendig das Fleiſch mit Blut unterloſ-en ſeyn, und ſolches Blut nachmals, als es von er Sonnen beſchienen, und der Cörper von er warmen Lufft durchgangen, ſich durch en Mund heraus gegeben haben. Werden lſo nicht gar zu leichte Neben-Anzeigungen rfodert, ehe man von dem Blut-Fluſs an die renge Frage gehet. Denn ob ich gleich vor-in geſtanden, daſs mehrmahls ſolches blu-en der Erſchlagenen, oder ſonſt auf andre Veiſe umgebrachten, übernatürlich geſchehe; folget doch nicht, daſs es auch zuweilen na-ürlich ſey: vvie zvvar Binsfeld ſchlechter Dings davor hælt, es ſey ſtets ein Göttliches Vundervverck, dadurch die Grauſamkeit und er Abſcheu einer ſo ſchvveren Sünde bedeu-et vverde. Denn vvenn ein naher vervvandter lches erſæuffren Kindes; oder erſchlagenen Ienſchens hinzutrette, und der Leichnam an u bluten finge? Solte man gleich ſolches als-enn einem Miracul zuſchreiben, und den na-en Bluts-Freund des Todten darüber verden-ken, oder in argvvohn faſſen? Dadoch viel-ehr bey ſolcher Beſchaffenheit eine Sympathia u vermuthen ſtünde.

Beſtehet demnach dieſer Schluſs feſt: Daſs ein Geblüts-Zeugnis, vvie ſtarck und vvun-erlich es auch ſeyn mœchte, von Rechts vve-en, ohne neben einlauffenden vvichtigen An-eigungen, und ſtarcken muthmaſſungen, den ezüchtigtē auf die Folter-Banck ziehen könne.

Novell. Val.

§. 98. Huc faciunt verba Benedicti Carpzovii in pract. novæ Imperial. Saxon. part. III. q. 122. p. 196. & 197. qui ſequentia ponit verba: *Accidit* ſæpius, ut homicidiô, veneficiô aut infanticidiô commiſsô, cadaver hominis interfecti in præſentiâ ejus, qui de illô ſuſpectus eſt, ſanguinem fundat, unde diſceptari ſolet: Num hoc ipſum præbeat indicium ad torturam propinquum & ſufficiens? quod haut pauci affirmant, non deſtituti, uti ſibi videntur, rationibus Phyſicis & metaphyſicis, quas referunt *Patr. de Apono in comment. ſuper probl. Ariſt. in 7. part. probl. 6. Lev. Lemnius l. 2. de occult. nat. mirac. c. 7. &c.* neque variis exemplis: quia & ſacris literis hanc ſententiam non adverſari, videtur probare textus biblicus ex Gen. 4. 10. ubi Jehova ait: *Vox ſanguinis fratris tui clamat ad me de terrâ.* Sed periculoſum admodum judicium hoc, ne dicam, ſuperſtitioſum. *Et poſt pauca*: Ut maximè rationes & exempla quidem proferantur, dubia tamen ſunt & ad torturam inferendam infirmiora. Hoc etenim ſcimus, etiam ex actis, quosdam hoc indicio ſæpè falsò eſſe notatos, ut & illud, quod vero homicidii reo præſente, interfectus homo ne guttulam quidem ſanguinis emiſerit. Dum tamen DEUS, qui juſtus eſt, nolit nocentem manere impunitum, aut inſontem damnari. Nec quicquam movet textus è Gen. 4. 10. quo nihil aliud probatur quam DEUM etiam occultiſſima videre ſcelera eademque quam graviter vindicare. Prohibet autem Scriptura indicium orare, quo DEUS tentatur Deut. 6. Matth. 4. Concludente tandem ex his *Carpzovio*, facere illum fluentem ſanguinem ante oculos occiſorum indicium ad torturam, ſi alia adminicula concurrant, non levia, ſed probabilia & veriſimilia.

§. 99. Hos excipiat Campanella, qui libro 4. de ſenſu rerum & Magiâ putat nonnullas animæ reliquias in cadavere aliquandiu remanere, ſicuti idem videmus contingere in caudis anguillarum, & pedibus aranearum abſciſſis, caudisque lacertarum. Cui ſententiæ etiam favere videtur *Petrus de Albano*, & *Petr. Gregor. Tholoſ. lib. 36. Syntag. juris Univerſi cap. 20. n. 8.* Ubi inter alia habet: *Refervescit*, inquiens, *occiſi ſanguis, & quodammodo concutitur mente occiſus, adverſario, qui necem intulit, præſente.*

§. 100. Cœlius Rhodiginus, l. Antiquar. l. 2. c. 21. p. 61. intra plus minus ſeptem horas ſanguinem in auctorem cædis proſilire putat, & aliquas ſenſilis animæ, cupiditatis ſc. & vindictæ, vires etiam poſt mortem in ſanguine ſubſiſtere exiſtimat. *Nempe*, inquit, *qui vulneratur ac perimitur, in aſſilientem dolenter convertitur, cogitatio ultionem expetit avidè, ad id repentè inardeſcit bilis, à qua ſuccenditur ſanguis, raptimque tota vi ſeſe ad vulnus proripit, tum fomenti cauſa, tum vindictæ. Convolant Spiritus in-*

ſimul, qui inſita levitate mox Autorem circumſiliunt. Cujus calore perſeverant inſiſtuntque aliquandiu. Quo tempore ſi vulnus inſpiciatis cominus, promitur in eundem ſanguis, tum calore nec dum extincto, tum quod nec agitatio quievit interior, tum quia vel prius in illum ſeſe committeret. Porro quoniam ſpiritus ſuos repetit ſanguis, ſuumque proliciunt ſanguinem ſpiritus. Idem expreſſe etiam affirmat Langius *lib. 1. Epiſt. Medic* 40. vide & Jonſton. Thavmatog. Nat. cl. 10. c. 3. a. 3. pag. 449. qui non adeò alienam abhac opinione mentem habere videtur.

§. 101. Bodinus lib. 2. Dæmon. pag. 264. ita hac de re differit: *Hominum interfectorum animas plerunque inſtare vindicandis occiſoribus, veteres affirmarunt. Sed hoc tamen homicidis omnibus non uſu venire conſtat. Exiſtimant nonnulli, ſi homo occiſus ſine vindictæ ſtudiò deceſſerit, id non accidere. Veruntamen notavit Antiquitas, & Plato ſcripſit lib. 1. de Leg. animas eorum, qui occubuerunt, in occiſores inſiſtere. Quod Marſilius Ficinus lib. 16. de animarum immortalitate, Lucretius & Virgilius Æneid. IV. verum eſſe dicunt & infinitis judiciis probarunt judices, homicida ſuper cadaver (etſi non attingat) tranſeunte, ſtatim è vulnere manare ſanguinem.* Bodinum ſequitur Kornman. loc. all. part. 9. c. ubi ita: *Ejus emiſſionis ſanguinis quidem nullam rationem admittunt, ſed malè, cum enim anima lateat in ſanguine Gen. 4. Vox ſanguinis fratris tui clamat ad me de terrà &c. illaque invita diſcedat à corpore, ob deſiderium, quod tenet erga illud, circumerrat illud, & ſe corpori inſinuare tentat, & Auguſtinus dicit, animabus jam beatis in cœlo DEUM videntibus ineſſe quendam naturalem appetitum adminiſtrandi corpus, quo retardantur, ne totaliter ferantur in DEUM. Crederem igitur animam, ſi adſit Autor necis, corpus iterum intrare & movere vi ad vitam, cum deficiant & languida ſint membra, ſaltim ad vindictam occiſoris &c. Eidem ſententiæ patrocinatur quoque Ponaciolus* de format. fœt. pag. 237. ſeq. Et *Paracelſus* teſte Libavio l. a. p. 173.

§. 102. *Cornelius Gemma l. 1. Coſmocrit. c. 6.* ait, quod interfectoris imago, extincto cadavere ad tertium usque diem velut in concreto ſanguine latuerit; cum eodem ſemel præſente reſiduus ille Spiritus propter ideas inhærentes in percuſſorem obvium concitetur, nec prius ſtillicidium ſanguinis è cadavere ſupprimatur, quam occiſor longè ſit remotus.

§. 103. *Watſonius in ſynopſ. totius Philoſ. p.* 359. ſequentia habet: *Satis fecerunt huic quæſtioni, quos Camerarius citat, Autores: Certum quod nec plerumque neque neceſſario fiat: Quando vero evenit, conſtitutio corporis, tum occiſi, tum occiſoris talem mutationem cauſatur, metus aliique affectus homicidæ, artus ejus alterant, cumque nudato, languido & mortuo corpori imponuntur manus trementis, poterunt ſanguinem refrigerare, commovere & educere.*

§. 104. *Neovaldus in Exeg. purgat. Sag. pag.* 24. cenſet, hoc ſanguinis profluvium ſuperſtitioſum & Diabolicum quid ſapere; cujus ſuſpicionem ipſi auget, quod in locis quibusdam membrum reſecent, areſaciant, & fumo indurent, quod in præſentiâ occiſoris ſanguinem adhuc effundere ſanctè affirmant. Quem ritum inde procul transtulere, quod antiquitus digitus mortuo abſcindebatur: factitatum augendo luctui, ut ait. Erat nempe, qui ante ἐκφορὰν mortuo ſuo digitum præcideret, ad quem ſervatum juſta fierent, poſtmodum, quoties luctum vellet reſtaurare. Feſtus: membrum abſcindi mortuo dicebatur, cum digitus ei decidebatur, ad quem ſervatum juſta fierent reliquo corpore combuſto. Vid. *Paracelſ.* in fragm. lib. Philoſ. de ſanguine ultra mortem, & *Kornman.* l. a.

§. 105. Sed fallitur Campanella cum ſuis ſociis. Et (1) quidem facilè refutatur in ſententiâ illorum, qui unicam in homine tantùm admittunt animam, rationalē ſcilicet. Hæc enim cum ſit ſubſtantia immaterialis omnisque diviſibilitatis, utpote quæ ex materialitate proximè fluit, expers, facilè patet, non poſſe aliquas animæ reliquias in cadavere remanere, quia hoc cum indiviſibilitate & ſpiritualitate animæ è diametro pugnat, & proinde Chriſtiano non eſt admittendum. Et ſic gratis adducantur exempla de *caudis anguillarum & pedibus aranearum, cum ſi ſuperſint ibi animæ reliquiæ, illorum animæ non ſunt ſpirituales, ſed ex potentia materiæ eductæ.* Ex ſententia eorum, qui dicunt, tres in homine realiter diſtinctas eſſe animas, dici poſſet, non quidem negari, eſſe animam ſenſitivam & vegetativam etiam in homine diviſibiles, cum ſpecialis ratio idonea reddi non poſſit, cur hæ ſolæ præ reliquis vegetantibus & ſenſitivis, indiviſibilitatis privilegio gaudeant: Negari itidem non poſſe, quin partes animæ ſint reliquæ in partibus lacertarum diſcuſſis, cum ſentiant etiam illæ partes, quod à Spirituum præſentiâ non videtur proficiſci poſſe; negari tamen, idem in cadavere occiſi obtinere. (1) quia hæ animæ ſibi ſunt eſſentialiter ſubordinatæ, ita quidem, ut remota ſpecifica, reliquæ genericæ, cum remota, tum remotiſſima, ſimul tollantur, quamvis poni poſſit anima communior, non poſitâ ſtatim ſpecificâ, *juxta doctrinam Philoſophi de gen. anim. l. 2. c. 3. ferme in initio*, ubi docet, neceſſe eſſe primum haberi ψυχὴν θρεπτικὴν, ſenſualem verò, qua animal eſt, tempore procedente recipi, & tandem animam rationalem, qua homo eſt. (2) Exempla allata inverten-

vertendo & pro negativa applicando hoc modo: Si cauda anguillarum, pedes aranearum, partes lacertarum divulſæ non præciſè præſente avulſore ſeſe movens, ſed ſemper quamdiu animæ particulæ reliquæ in ipſis ſunt, moventur ſive præſens ſit avulſor ſive minus, ſequitur, quod ab illarum motu & præſentia particularum animæ non procedat ſequela ad fluxum ſanguinis, qui ſtatô tempore, & præciſè præſente occiſore, conſpici dicitur. Atqui verum eſt prius, ergò & poſterius. Conſequentia tenet. Antecedens quotidiana experientia confirmat. Accedit (3) quod ſi vel maximè detur, quod tamen non damus, poſſe cruentationem illam proficiſci ab anima ibi latitante, nondum tamen probabile videtur, poſſe partes animæ avulſas per tantum temporis ſpacium durare, quo ſanguinis fluxus eſt deprehenſus poſt tempus occiſionis, quin ſi duraret, non tamen determinato & ſtatô tempore, quo ſcilicet ſiſtens ſiſtitur occiſor, tantum & non alio ſtillans redderet cadaver, exinde ſequeretur, quin imò etiam non præſente occiſore ſtillare ſanguinem compertum eſt.

§. 106. Si verò pro reliquiis animæ monachus ille nempe *Campanella* caloris attuliſſet reliquias, quas ſanguis adhuc in venis exiſtens habet, eſſet, quo ipſi nonnihil crederemus. Nec tamen inde concludendum, nos calorem pro cauſa principali, adæquatâ & ſufficiente motus illius reputare, cum tantum ſit medium, quo deſtitutus ſanguis fluere non poteſt.

§. 107. Neque cruentatio cadaverum fit propter imaginem Occiſoris, ut nonnulli ſtatuunt; verum quidem eſt pronunciatum phyſicum, quod imaginatio Spiritibus & humoribus in corpore noſtro imperet. Hinc non mirum præſentiam percuſſoris in vulnerato vivente nonnunquam ſanguinis fluxum commovere. Cum enim illa vulnerato non poſſit non ingrata accidere, præfertim cum percuſſor tale ſit objectum reſpectu vulnerati; quo cupiditas repo[n]endi doloris, libido puniendi & concitatio animi ad vindictam illatæ injuriæ foventur & excitantur, de facili fieri ſolet, ut humores & Spiritus commoveantur, & ſanguis affatim in vulnus irruat, cum aliàs in iratô foras exeat calor, & pulſus maximus, motusque vehementiſſimus ſubſequatur. Hinc Farinacius lib. de Sympath. c. 21. *Ita per ſe*, inquit, *eſt appetitus nocendi causa nos offendendi, ex quo collectio caloris ſit circa cor & transmiſſio ejusdem per ſe ad partes externas.* Quod verè nonnulli aſſerunt, Phantaſiam occiſoris idem etiam in cadavere occiſi præſtare, contra omnem veritatem audent. Quantumquam enim magnos admirandosque effectus imaginatio occiſoris in occiſore ipsô edere poſſit, impoſſibile tamen eſt, eam ita in cadaver occiſi extra ſe poſitum operari, ut ſanguinem illud ſtillare occipiat.

Hic quidem nonnulli objiciunt, Imaginationem admodum eſſe efficacem, ut non modo in id corpus, in quo eſt anima, multum juris habeat, ſed externam quoque materiam movere, immutare, alterare, absque actione quapiam per medium poſſit, ſine organo corporeo. Id quod confirmant ex eo, (1) quia nonnulli ſolo attactu ægrotorum incurabiles morbos ſine remedio aliquo ſuſtulerint. (2) quia ſerpentes unum in locum per imaginationem cogantur. (3) quia interfector ex cadavere occiſi ſanguinem eliciat.

§. 108. Quæ cùm ita ſint, liquidum eſſe puto, rationes adductas non eſſe legitimas ad probandas ſtillicidii hujus cauſas. Poſſemus ad huc aliorum opiniones adducere, quas de cauſis hujus ſtillicidii fovent: Verùm temporis & brevitatis ratio monet, ut miſſis hiſce; tandem ad illam opinionem, cum qua nos facimus, deveniamus. Quamvis enim hanc ſententiam, de Indicio rei præſentis per ſtillicidium ſanguinis è cadavere interempti violenter promanantis omni deſtitui fundamento nobis habeamus perſuaſum, id tamen non negamus, fluere ſanguinem ex cadavere, & fluxiſſe interdum ad præſentiam occiſoris, interdum ad præſentiam aliorum, & fluere illum ex quocunque cadavere, ſive ſit violenter occiſum, ſive non. Et hujus fluxus cauſas jamjam proferemus.

§. 109. Primò enim certum eſt ſanguinem includi venis, quæ, quamdiu ſanguinem retinere poſſunt, nullus fluit. Si verò fiat, ut vel ipſæ aperiantur, vel putreſcere incipiant, ſanguinem fluere neceſſum eſt, & quidem per vias, quas facilimè poteſt. Quod ſi jam venæ ducant ad vulnus, ex vulnere fluit ſanguis. Deinde fieri poteſt, ut, quamvis per vulnus aperiantur meatus ſanguinis, effluvium promoventes, vel ſanguis in grumos concretus, vel ſanies, iterum obſtruant illos meatus, & ſic retineatur ſanguis, donec vel aliquâ agitatione & commotione cadaveris, vel caliditate extrinſecus adventante & per poros ad usque obſtructionem meatuum penetrante, vel alias etiam ob cauſas, denuò fiat reſolutio obſtructionum, & ſic ſanguis hactenùs retentus prorumpat. Quæ ſanè omnia ſunt naturalia & nihil ſupernaturalitatis admixtum habent. Hinc meritò ipſi jungendus *B. Sperlingius*, utpote qui in eandem deſcendit ſententiam. Ita enim hic *Inſtit. Phyſ. l. 2. c. 3. q. 1. p. 299. Experientia*, inquit, *de ſanguine ſtillante occiſi ad præſentiā homicidæ fallax eſt. Nec enim ſemper ſanguine ſtillat cadaver: nec quoties ſtillat, toties homicida adſtat. In venis cadaveris aliquot dies & ſeptimanas reſervatur nonnunquā ſanguis. Hinc vel levi facta commotione ad corporis ruit habitum, ac per nares aliasque vias patentes elabitur. Sive adſit ſive abſit homicida.* Idem ſcribit *D. Ziegra*, Phyſ. P. P. Wittenbergenſis, Diſp. de Sympathiâ Anno 63. habitâ §. LVIII. *Experientia*, inquiens, *de ſanguine ſtillante occiſi ad præſentiam occiſo-*

occiſoris, omni caret fundamentô. Libavius in Tr. de cruentat. cadav. haud diſſimulanter profitetur hanc ſententiam, quod nimirum fundamentum tacitæ hujus Antipathiæ partim in vi & potentiâ eſſet &c. Et paulò poſt Omniſcio quidem DEO nil occultum latitare poteſt. Noti omnino oculis DEI ſunt tales interfectores, nec dubitandum erit, quod vindex & ultor juſtiſſimus DEUS interdum animæ vindictam provocanti extraordinariè ſatisfaciat, & ad pœnam corporalem in hoc mundô ſiſtat tales aliis in horrorem. Sed ab hôc non infallibile deſumendum ſtatim eſt documentum. Gratum aliàs & acceptum Diabolo eſſet illudere & fallere judices, ut innocentes trucidarentur. Præſentibus etiam amicis ſtillant facili quâdam commotione factâ cadavera. Sanguis ergò motus & excitatus, juxta Libavium tantam vim non habet, ut aperiat inimicum, quia ſeparata anima, nullum amplius principium movens, vel facultas animæ adeſt, quæ ſentiat adſtantem. Nec aliter jam olim docuit *B. Jacob Martin.* in Diſp. de cognitione ſui, A. 1610. Witteb. habita prob. 8. his verbis: *Nos huic rei nihil certi ſubeſſe, immò nihil omninò tribuendum ſtatuimus. Contingere quidem non diffitemur, ut vel ex naribus vel ex vulnere occiſi ſanguis profluat. Verum id non tantum accidere putamus præſente reô & in violenter occiſi cadavere: Sed quibuscunque præſentibus, nec non in cujusvis morbô aliquô extincti corpore: & quidem tum, quando interioris cadaveris partes & humores putreſcere incipiunt.* Has & ſimiles cauſas naturales facere poſſe putamus, ut ad præſentiam homicidæ interdum erumpat ſanguis è cadavere occiſi, interdum etiam non erumpat pro conditione cauſarum, quæ vel in actu cauſandi ponatur, vel non, ut adeò indicium velle deſumere ex ſtillicidiô ſanguineo de nocente, vel innocente præſente, prorſus non ſit admittendum. Conf. *Gregorius Horſtius, tr. de cruentat. cadav.*

§. 109. Contingit quidem interdum, quod cadaver quoque præſente occiſore fundat ſanguinem, quia DEUS ſupernaturaliter quandoque occiſorem vult manifeſtare, authore vel bonô vel etiam malô Angelô; exemplum ſit illud Ratisbonæ A. 1630. ubi præſente Cæſare & Statibus Imperii Judæus Juvenem quendam mercatoris Francofurtenſis filium occidit, & ex causâ probabili tanquam reus ad occiſum ductus, cum prius additis minus fateri nollet, ad profuſionem ſanguinis & proruptionem, culpam & factum liberè edixit.

§. 110. Gratum præterea acceptumque foret Diabolo, ſi judices præſertim hoc pro infallibili ſigno acciperent; nam hac ratione ipſis facile imponere poſſet, ut innocentem pro reo ac malo tollant. Uti Diabolus ſua edocet mancipia, ne detegantur, ſi aliquando homicidium eos commiſiſſe contingit, hac ratione (teſte Kornmanno lib. de immort. part. quæſtion. cap. 23.) cæde patrata, vel aures, vel naſum, vel etiam partem corporis interfecto abſcindunt homicidæ, eaque ſub axillis ferunt quo, mortuus reddatur ad ſe ulciſcendum invalidus.

Eadem ratione non erit dubitandum, quin etiam præſtare poteſt Diabolus, quòd ſanguis fluat ex occiſô præſente homicidâ, non quod intendit Satan, ut ſceleſtus puniatur, & hôc pactô fortè in viam ſalutis reducatur, ſed quod mancipiorum ſuorum voluntati obſequatur.

§. 111. *Caſparus Schottus* hic nobis exemplum ſuppeditat pag. 407. Prodi enim, inquit, à Dæmone occiſores ſolere, nec mirum eſt nec novum, ut patet in iis, qui cadavere occiſi inversô fugere nequeunt, utut memini me legiſſe apud aliquos & hiſce meis oculis aliquando vidi adhuc puer. Ex urbe quâdam egrediebantur duo juvenes artifices gladiis accincti, & ſarcinulis onuſti peregrinaturi ad opificium in aliis urbibus exercendum pro more patriæ.

Horum unus benè potus, neſcio ob quod verbulum licentioſius effuſum antea in hoſpitio, alterum provocat ad duellum. Renuit hic, ut temulento parceret. Temulentus contra evaginato gladio irruit in alterum, & excuſſo primum pileo lædit in vertice ad copioſum ſanguinis defluxum.

Coactus igitur congreditur cum temulento, pòſt gladium per inguina transadigit, proſtratoque inimico in terram ſupino abit cum Sarcinula ſua: Accurrunt ſtatim ex urbis vicina porta multi ad occiſum adhuc ſpirantem, interque illos militis uxor protinus evertit ſpirans cadaver, ut vultus ac venter terram contingeret: & ecce! eodem ſtatim momento, ut notatum ab excubitore milite ſupra urbis portam fuit, fugiens retrahi ſe ſentit, & poſt longam luctam in abitum & reditum tandem ſponte redit ad urbem, & Magiſtratui ſe ſiſtit. Retractus igitur hic fuit non ab alio, quam à Diabolo, ex pacto cum militis illius uxore, ſeu explicito ſeu implicito.

APPEN

APPENDIX IV.

Dn. CASPARIS ÆVESTELII,
JCti Uratiſlavienſis,

DISSERTATIO *DE* PULVINARI MORIENTIBUS NON-SUBTRAHENDO.

CAPUT I.

PRINCIPALIA EXHIBENS IN NOMINE ET CAUSIS.

CONSPECTUS.

I. Nominis PULVINAR homonymia & Explicatio.
II. Etymologia cum Synonymia.
III. Significatus vocis SUBTRAHERE genuinus cum Synonymis.
IV. Exiſtentiæ ratio.
V. Negatâ Causâ Effic. publicâ Juris ex Lege Naturali ac Divina.
VI. Gentium item ac Civili.
VII. Etiam Conſuetudine.
IIX. Aſſeritur Privata facti.
IX. Objectum perſonale & reale.
X. Modi Formales traduntur.
XI. Confirmatio ex Medicorum judicio.
XII. Finis allegatus impoſſibilis.
XIII. Prohibitus Jure Divino.
XIV. Removetur Exceptio per fundamenta.
XV. Injuſtitia ejus oſtenditur ratione.
XVI. Et reſpectu talionis.
XVII. Quæ non mutatur voluntate mandantis.
XIIX. Exponitur ſenſus Regulæ: Volenti non fit injuria.
XIX. Negativa ulterius confirmatur ob ſuſpicionem homicidii.
XX. Et Exemplis illuſtratur.
XXI. Neque ſic voluntas jubentis ſeria creditur.
XXII. Et dum nec à Chriſtianis facilè ſperatur, tantò gravius peccatur à ſubducentibus.
XXIII. Effectus duplex: POSITIVUS quoad morientes examinatus.
XXIV. PRIVATIVUS per rationes Medicorum & Exempla traditur.
XXV. Quoad ſubtrahentes iſte junctim adducitur.

§. I.

MOralitatem hujus Actûs eò melius monſtraturo utile erit, ut prius ſit ſolicitus de uſu terminorum, quorum curâ res ipſa ſæpè fit clarior, adeoque in hoc negotio, quid ſit *Subtrahere*; item quid *Pulvinar ſit.* Hoc utut olim quandoque *pro Templis*, dicente Gerardo Joan. Voſſio, quandoque, ut innuit Horatius *Lib. I. Carm. Ord. XXXVII. in pr. pro Altari*, ſeu loco altiori ſumeretur; attamen hîc erit LECTULUS aliquis, non cui quondam Deorum ſimulacra in fanis gentilium imponebantur, uti tradit Cicero *Tom. II. edit. Goth. de Harusp. reſp. col.* 609. *Lit. D.* ſed potius qui *Viventibus*, nec tàm iis, qui cum Domitiano æque Deorum loco haberi volunt, ut videre eſt apud Sveton. *in ejus vita cap. XIII.* quàm omnibus ſubditur; non tamen ſedentibus; dum ita pulvinus diceretur, ſecundum allegata Voſſii *Etym. ſub v. Pulvinar. pag.* 419. & ſic propter uſum à Pulvinari differret, utpote quod capiti dormientium, hîc autem potiſſimum *moribundis* ſingularis commoditatis cauſa ſubjicitur. Paucis: *Eſt aliquod ſuppoſitum, capiti noſtro ſublevandi gratia adinventum*, h. e. lectulus ſeu lectus brevior, à græco λέκτρον, R. omiſſo, quod à λέγω, quà *cubo* notat, deducitur. Id. *ibid. in v. Lectus pag.* 283. qui lectus à corporis adplicatione, ſeu uſu Capitis, Græco ſubinde conſpirante, vocatur nobis Germ. *ein Hauptküſſen*, unus vel plures, ſicuti *promiſcuè* deinde loquemur in progreſſu, non obſtante in Rubrica ſingulari, qui ibi ſine excluſione ponitur.

§. II. PULVINAR autem licet Perotto apud Eund. *h. v.* dicatur quaſi pluminar *à plumis*, quibus ut plurimum farciri ſolet; Aliis etiam *à pullis*, quia horum plumis repletur: Voſſio tamen *c. l.* derivatur potiùs *à polis*, ſeu, uti ad M. Ter. Varron. *Lib. IV. de Ling. Lat. pag.* 41. Joſephus Scaliger *in Conjectan. ad h. l. pag.* 71. ſcribit, *polulis*, quæ erant pilæ ex aluta molli tomento farctæ ad ludendum in foro comparatæ. Unde cum & pulvinar quondam fieret ex alutaceo ſcorto, quod dixerunt polulas, non immeritò hinc deducitur, & ſic per O. quoque *Pulvinar* ſcribi monetur; id quod tamen nobis, uſu communi permittente, per U. pulvinar exprimitur. Quanquam Martinius apud Voſſ. *hic* id ex Græco πόλφος, quod Erotianus *ibid.* expoſuiſſe dicitur βολβὸς, i. e. bulbus, quia inſtar bulbi tument, aſſerit. *Synonyma* ſua etiam quædam Pulvinar habet, dum vocatur Latinis, tradente Henrico Decimatore *in Sylv. ſuæ part.* 1. *ſub v. Küſſen, p. m.* 153 *fac. B. Pulvinarium*, vel ab eodem, ut ante, utendi modo *Cervicale*, per apocopen quoque *Cervical*, & ita cervicalia in plur. dicuntur Plinio *VI. Ep.* 16. *p. m.* 222. *circ. fin.* quamvis Tullius *Tom. II. Orat. in Verr. col.* 178. *Lit. C.* etiam utatur *Cerviculâ*. Græcis potiſſimùm dicitur τὸ προσκεφάλειον, item ποτίκρανον &c. vid. plur. Henr. Decimator. *part.* 1. *Sylv. ſub voc. Hauptküſſen. pag.* 118. *fac. A.*

§. III.

§. III. Iſtud autem Verbum SUBTRAHERE notat actum occultum, ſive, ut Germ. exponitur, *heimlich entziehen.* Conf. Baſil. Faber *Ed. Buchn. pag.* 1028. *fac. B. h. v.* Nam etſi, unde hoc derivatur compoſitum, verbum trahere, (quod Voſſius *Etym. h. l.* à trans & veho, s. uti ſæpè fit in compoſitione, abjecto, quaſi traveho dicitur,) vim expreſſam denotat, adeoque à ducere multum differt, uti patet ex illo Senecæ *in Ep. CVII. p. m.* 829. *Ducunt volentem fata, nolentem trahunt*: adjuncta præpoſitio tamen mitiorem eidem quadantenus ſenſum reddit ex uſu communi Latinorum. Undè licet & hìc denotet clandeſtinam factam remotionem, non tamen qualemcunque & omni die, ſed potiſſimùm *ſubitam*, & mortis imminentis tempore, adeoque non omni *violentia* deſtitutam. Ac conveniunt ferè hic verba: *Detrahere*, item *ſubducere*, quatenus interdum *vim* aliqualem denotant. vid. Faber *ſub h. verbb. p.* 326. *col.* 1. *p.* 1027. *col.* 2. Et ſic eorum ratio *paſſivè* ad morientes, h. e. eos, qui morti ſunt, aut creduntur eſſe proximi, intelligitur, de quibus, ut *ratione præditis*, noſtrum hoc Thema unicè inſcribitur.

§. IV. *Dabilem* autem eſſe hujusmodi ſubtrahendi modum, & hodienùm uſitatum, jam *in Proœmio* monitum eſt, & ulterius illi ſatis patebit, qui morientium exitus ipſe ſpectare, aut ſpectantes poſtmodum audire ſolet. *A poſteriori* etiam conſtat ex ſolicita quorundam circa eum diſpoſitione, ut *infra* pluribus percipiemus. Num verò uſus talismodi ex ipſius rei adhuc naturâ, aut introducentium auctoritate, vel annorum quoque numero defendi poſſit, ex cauſis pleniùs cognoſcetur.

§. V. Si ergò quæratur, ex quônam fluat hic pulvinaris ſubtrahendi Actus *Principio*, ex Lege vel Conſuetudine? Dicendum eſt quoad prius *diſtinctim*, cum Lex, quæ *latè* accepta jus habet pro ſynonymo, uti conſtat inter alios ex H. Grotio *d. J. B. & P. Lib.* 1. *c.* 1. *§.* 9. *pr.* ſit vel Naturalis, Gentium, vel Civilis; non obſtante hìc, quod vox *Civilis* genus dicatur Naturalis Juris ſeu Legis Ariſtoteli *V. Nicom. c.* 7. Ulpiano autem JCto *l.* 1. *§.* 2. *D. de J. & Jur. &* §. *ult. Inſt. eod.* Con ſpecies. Et ſic non venire eum ex Lege Naturæ, ſeu dictamine rectæ rationis, dùm ea actum in ſe malum & illicitum, qualis hic eſt, ut *infra* ex fine percipiemus, haud tolerat, nedum præcipit. Multò minùs referendus ad Legem DEI expreſſam, neque Moralem; quia hæc ab invicem formaliter plane non differunt, niſi quoad ſolum *externum* proponendi modum: imò potius argumento contrario & præcepto negativo hoc iniquum clarè deſtruit.

§. VI. Nec Gentium conſenſui, per quem ab Interpretibus Juris Jus Gentium *ſecundarium*, ex ratiocinatione ortum innuitur, adſcribendum, quod in hâc vel illa Gente plebeculi quidem forte obſervant; dum iſta approbatio à plurimis, vel ſapientioribus in Gente ſociata fieri debet. Sicuti haud magis in id Lex civilis conſentit, utpote Legis Latore circa externa hujusmodi morientium nondùm occupato, ex ratione, quam Solon interrogatus de parricidio, cur nullam Legem, & ſic nec pœnam vel ſupplicium in id conſtituiſſet, reſponſi loco dediſſe fertur: *Quia hoc neminem auſurum putaverit.* Vid. Laërtius Diogenes *Lib.* 1. *in Solone p. m.* 14. & Cic. *Vol.* 1. *Orat. pro Roſc. Amer. fere ad med. p. m.* 62. Jus quippe ut plurimum ad ejusmodi objecta aptatur, quæ & frequenter & facile evenire ſolent, *l.* 5. *D. de LL.* Hinc, ubi nihil adhuc diſpoſitum, Magiſtratus & hæc ſibi reſervavit occaſione cogniti hujus ſceleris prohibenda. Nam ut ignoti nulla cupido; ita nec diſpoſitio eſt. Quanquam & *in genere* haud obſcurè videtur prohibitum, *l.* 15. *D. de Condit. Inſt.* ubi ſummi judicii JCtus, Papinianus, docet: *Quæ facta lædunt pietatem, exiſtimationem, verecundiam noſtram & in genere contra bonos mores fiunt, nec facere nos poſſe credendum eſt.* Neque inde abludit Plinius homo Gentilis, *V. Ep.* 14. *p. m.* 191. dum inhoneſta non quaſi illicita, ſed quaſi pudenda vitare jubet. Quin imò conſtat alicubi ob nimium hujus rei abuſum non prius ægrotis muliercu-las fuiſſe ad ſerviendum admiſſas, niſi ſub fide conſcientiæ, uti hæc ex ore magni cujusdam Viri, & non minùs de Eccleſia orthodoxa quàm de Juventute Academica optimè meriti hauſimus.

§. VII. Poſterius de Conſuetudine non majori Jure aſſeri poteſt, cum ea eſſet præter legem colorem, prorſus irrationabilis, contra *cap.* 9. *extr. de Conſuet.* & ſic exinde potius corruptela, quam conſuetudo; quæ usque adeò nunquam valet, ut rationem vincat. *pr. l.* 2. *C. quæ ſit Long. Conſu.* Neque hìc actus ſubtrahendi pulvinaria ullibi à Superiore approbatus, nec unquam conſenſuro, quin potiùs omnibus, ſi ſciret, modis repugnaturo, qui ſecundum *l.* 2. *C. de Conſt. Princip.* haud Rei publ. utilis, aut *l.* 40. *D. de LL.* neceſſarius, ſed proximo magis noxius eſt. Nec temporis diuturnitas quicquam efficit, cum tantò ſint graviora peccata, quantò diutius infelicem Animam alligatam detinent, *d. c. IX. pr. Extr. de Conſu. c. VIII. extr. de Conſang. & Affin.* Unde etſi per mille annos talis mos obtinuiſſet, cujus origo tamen ſenſim introducta eſt incerta, nihilominus, ſi deprehendimus internam ejus malitiam, adhuc ſemper adeſt commodum corrigendi tempus, & neceſſitas.

§. VIII. Unde ergò actus hujus *exiſtentia*? Nimirum refertur ad ſolos privatos, nec tam viros, quàm fœminini ſexûs homines, qui iſtius perverſi moris Cauſam fere *efficientem* nob.

nobis ſiſtunt. Neque ex iiſdem intelligentio res, ſed potius *abjectiſſimi*, calidi tamen ad proprium commodum animi, illæ videlicet vetulæ & veniæ mulieres, ægrotis miniſtrantes, quæ, aliis ex Familia, Cognatione, aut Amicis, ob decumbentis pericula, triſtitiæ dolore tùm correptis eundem modum & introduxerunt, & introductum non minùs firmiter obſervârunt. Unde Propinquos vel Amicos decumbentium haud poſſunt habere conſentientes, utpote, qui ſubinde ſæpè, imò ſæpiſſimè, ſub prætextu hoc ſpecioſo, *ne moribundis ſint moleſti*, removentur, ut ſic geſtorum, & huius fraudi inſcii, plerumque nil poſſunt impedire. Iſtæ autem Mulierculæ, quæ ad miniſteria ægrotantibus ſunt conductæ, dum ſolæ agunt, moris antiqui non obliviſcuntur. Nec ſi illi hunc ſcientes ulla ex parte tolerarent, rectè acturi eſſent, præſertim *ex dolo* ſi fieret, ac utilitatis ſperandæ gratia. Fuiſſe verò improbatum hunc uſum ab haud paucis, quandoque eundem agnoſcentibus ac præmonendo variè cautum, & *infra*, §. 16. dicetur, & mihi ipſi ſatis notum eſt, unde etiam ſumſi occaſionem hunc Tractatum ex ſuis fundamentis eruendi. Quare ut hæc actio nulla rationis veræ prudentiâ conſtat, ita nec Introducentium, ut ſaltem inferioris ſortis & ſexus homines privati ſunt, auctoritate ſuſtineri poteſt.

§. IX. *Materiâ* deinde, circa quam verſatur hic ſubtrahendi Actus, per duplex objectum innuit, *Perſonale* videlicet & *Reale*. *Hoc* eſt pulvinar, ſeu Lectus Capitis brevior, hoc eſt, omne id, quod ad ejus elevationem & erectionem adhibetur, ſive explumis vel ſtramentis conſtet, aut aliâ commodâ pro perſonæ ac loci conditione materiâ. Illud autem, *Perſonale* ſunt homines, cujuscunque ætatis & ſexûs, mares nimirum & fœminæ decumbentes ex morbo, vel caſu gravi, inprimis qui cum mora & lentè mori videntur; ac interdnm facti ſunt etiam illi, qui nondùm morti fuerunt proximi, ſed modò à viribus animi vel corporis paululùm derelicti, quibus iſtæ tamen mulieres perinde ſtuduerunt pulvinaria ſubtrahere, quamvis non ſine *graviſſima* decumbentis, ex audito tali conſilio, reliſtendi commotione, ſicuti exemplis compertum eſt. Adeoque uti hoc, ita cætera quæque ſine Judicio agunt cum damno & injuria proximi ſummâ; dum & ab aliis non modò cervicalia, ſed omnia plumaria removerunt, eosque ſtramini impoſitos in loco veſtibuli frigidiori *periculosè* admodum pro moribundis collocârunt, cùm tamen poſtea eventu mirè conſtiterit, unum vel alterum ad aliquot annos ſupervixiſſe.

§. X. Sequuntur ordine *Modi formales*, qui locum formæ hîc ſubeunt, & quodammodo ex præcedentibus, ac verbi uſu præſumi poſſunt. *Primò* enim CLANCULUM iſtæ vetulæ ſubducunt ægrotantium Capiti cerviculas, videl. remotis ſæpè *ſub prætextu* §. 8. *allegato* Propinquis omnibus & amicis, tanquàm ſibi male conſciæ ipſæ, ac ſuæ cauſæ diffidentes. Ex malitia autem tum maximè fieret, ſi ſpe liberandi citius à miniſterio vel lucelli, ſeu veſtis lugubris, ex tempore aliquo præoccupandæ iniquâ, hæc actio niteretur. *Secundò* abripiunt eas SUBITO, dum mortem accelerare decumbenti intendunt cùm cruciatuum liberatione, ut dicemus pluribus §. 12. *Tertio* etjam VIOLENTER. Nam dum caput hominis agonizantis, ut totum corpus, ob deficientes jam caloris interni vitæque vires, quodammodo immobile ac grave in ſe redditum eſt, nec ſenſum ex præced. aliqua elevatione, quæ adhuc violentia in præſenti eſſet dicenda, reponitur, fieri aliter non poteſt, quin violentia notabilis huic modo inſit, quando pulvinar moribundis ſubitò ac de plano ſubtrahitur, ita ut capite reclinante inferiores deinde miſerè jaceant, tantò majori miſericordiæ affectu digni, quòd ſibi ipſis conſulere amplius nequeunt, nec voce, nec manu hoc violentiæ genus impedire. Unde cùm & omni aliorum ope deſtituantur, perdifficulter ex hâc moleſtia reſpirare neceſſe habent, donec tandem per vim quaſi, & ſic contra naturam, adeoque ante deſtinatum tempus gravi motu expirent.

§. XI. Et hoc ita ſe habere, omni caret dubio. Quandoquidem ſi Medicos hic conſulimus, (quorum pace quædam ad ſcopum præſentem accomodare liceat,) ipſi docent, in diverſis morbis pulmones vitioſâ repleri materiâ, utplurimùm vitiò ventriculi, qui ſæpenumerò humorum more vitioſorum oneratus, hoc iiſdem communicat. Unde ſi ægrotus pectore ac capite reclinante recubet, tunc ad arteriam aſperam regreſſum tales humores ſumunt, qui reſpirationem propter coarctandi aut planè opplendi vim ſatis reddunt difficilem. Exempli locò ſunto Aſthmaticus vel Hydropicus, qui niſi erecto pectore ac cervice ſedeant, ſi non confeſtim ſuffocantur, minimùm tamen difficillimæ ſentiunt reſpirationis moleſtias. Sed pluribus hac de re videantur Bartholinus & alii Anatomici.

§. XII. *Finis* ſubtrahendi pulvinaris alius ab iis vix allegatur, nec prætendi commodè poteſt, (modo non proprius ſimul vel magis miniſtrantium ſubſit quoad moleſtias ſibi abbreviandas) *quam ut citius decumbentes moriantur, morbique & mortis cruciatibus liberentur*. Sed an talis ſit ſperandus *ex præced. proximè* §. §. haud immeritò dubitatur. Liberare enim malo non eſt, cum aliquem in atrocius malum præcipitavimus, quod certè alicujus temporis, eaque dubia, præoccupatio mitigare nequit. Et idem ferè eſt, ac manum alicui amputare, ne vulnus digiti is patiatur moleſtum; dum eô ipsô tamen non dimi-

diminuitur moleſtia, ſed augetur. Quippe ſi Aſthmatico, cujus vis vitalis maximam partem integra eſt, per ſubductionem Lectuli ingreſſus aëris impediatur, quid aliud, quam dolores, proh dolor! ineffabiles propter virtutis vitalis adhuc vigorem ante mortem inſequuntur?

§. XIII. Et ſi vel maximè certus eſſet finis propoſitus, foret tamen illicitus ex affato ipſius Chriſti *Joh. XXI. verſ.* 21. 22. & 23. Ubi Salvator noſter cum reliquis diſcipulis Petrum, nimis de morte Johannis Evangeliſtæ & Apoſtoli ſolicitum, ita reprehendit, ſecundum optimam B. Lutheri verſionem: *So ich will, daß er bleibe, biß ich komme, was gehet es dich an?* Hinc peccatum grave, quod huic adverſatur, licèt certò ſcirent, (quod tamen magis, quam dubium eſt, ſecundum *d.* §. 9.) eos brevi morituros. Nam & hoc breve patienter expectandum, præſertim Chriſtianis, quos DEI voluntatem tam claram ſequi convenit, nec verbô, nec factis adverſari, ne eos tangat illud Salvatoris: Servus noſcens voluntatem Domini ſui & non apparens, nec faciens ad voluntatem ejus, cædetur multis. *Luc. VII. verſ.* 47.

§. XIV. Nec eſt, ut quidem hoc modô agentes excipiant, mortem non poſſe accelerari, niſi ſimul DEUS voluerit. Nam hâc ſuâ intentione perverſâ ferè non minùs peccant, quàm maritus, qui inde cùm propria uxore committit adulterium, Et ſic (1) finem ſuum, adeoque ipſum actum, ut fruſtraneum, deſtruunt. (2) Sciendum quoque eſt, quod DEUS liberum homini dederit arbitrium, cujus aliquando rationem reddet, non minùs, quam cogitationis 1. *Cor. IV. verſ.* 5. uti & verbi inutilis, *Matth.* 12. *verſ.* 36. multô magis *facti* talis. Ac (3) nullum eſt dubium, quin multi diutiùs vitæ forent ſuperſtites, ni ſibi mortem accelerarent crapulâ, vel aliô violentô modô ipſi, aut Alii. DEUS quippe homines utique conſervat potenter, nec quisquam moritur ſine ejus voluntate, ſicuti nec capillus, cùm omnes numerati ſunt, *Matth. X. verſ.* 30. *Luc. XII. verſ.* 7. de noſtro perit capite *Luc. XXI. verſ.* 18. potius nimirum & obſervatis omnibus mediis, ad conſervationem noſtri ordinatis, aliâs multa ſimplici loquendi ratione eventura eſſent abſurda æque ac Chriſtianis periculoſa.

§. XV. In ſe autem injuſtum eſſe hunc actum, patet, quia *nemo*, uti in ſuam, ita multò minùs in alterius vitam privatus *ex ſe & ſine cauſa legitima*, Jus habet adeò, ut nec famis neceſſitas, & ſalutis propriæ ſtudium, quod ordinatum eſſe debet, hîc quicquam immutare poſſit in alterius necem immeritam. Nam licet nonnunquam neceſſitas pars rationis eſſe dicatur Plinio *Lib. IV. Ep.* 29. *p. m.* 240. hoc tamen magis de Jure *Civili*, quàm Naturali, ut prorſus immutabili, venit intelligendum. Et ſic haudquaquam alteri vitam quôvis modô & ſub quocunque prætextu quis eripere valet. tantò hîc deterior quod homicidium ejusmodi calamitoſis inferret, *arg. Nov. C. LIII. c. I.* ipſa ſic dictante ratione rectâ, cui ſatis dilucidè adſtipulatur illa Chriſti regula verè aurea: Omnia quæcunque vultis, ut faciant vobis homines, ita & vos facire illis, *Matth. VII. verſ.* 12. *Luc. V. verſ.* 31. *Sirac. XXXI. verſ.* 18. *Tob. c. IV. verſ.* 16.

§. XVI. Unde id demùm quis in alterius perſona æquum judicare debet, quod in ſua valere patietur, *per l.* 1. §. 1. & *tot. Tit. D. Quod quisque Jur. &c.* Nemo autem ſanæ mentis homo talia ſibi optare credendus; quin potiùs expreſſè contrarium eſt obſervatum in ſortis etiam Inferioris, ſexusque ſequioris hominibus, qui hoc *ſolicitè* admodum jam ægroti nec minus interdum adhùc valentes, ad ſuo Liberos & hæredes præcaverunt: *ne ſibi aliquando morituris pulvinaria ſubtraherentur.* Imò & ipſos haud rarò Paſtores pro Concione publ. etiam hic Jenæ ad explicationem V. Præcepti in Decalogo ſub nota homicidii, ac Confeſſionarios, decumbentibu præſentes, hunc peſſimum vetularum miniſtrantium morem prohibendo deteſtatos fuiſſe certum eſt. Quapropter qui his omnibu factô adverſatur, graviſſimè DEUM, conſcientiam ſuam & proximum pariter lædit Invitum. Et *Inviti* omnes creduntur eſſe etiamſi id expreſsè non æquè vetaverint, cùm in dubio aliâs benigniorem ſequi ſententiam, non minùs juſtiùs eſſe dicatur *l.* 3. *D. d. his quæ i Teſtam. del. l.* 10. §. 1. *D. de Reb. dub, l.* 95. 168. 262. *de R. J. l.* 14. *C. de Fid. Libert.* Quod ſi ergò in Legibus humanis ac arbitrarii ſæpè tàm cautè dubio in caſu procedimus, o aliquale præjudicium Tertii evitandum; multò magis id obſervandum venit circa DE Optimi voluntatem, quæ huic noxio inſtituti è diametro planè repugnat.

§. XVII. Sed quæritur, an tùm hîc pulvinaris ſubtrahendi Actus ſit licitè ſuſcipiendus, ſi aliquis ægrotantium fortè eum rogaret, ve in ſe præciperet? Et reſpondetur: *Neutiquam.* Nam quamvis volenti aliâs non fiat injuria, *per lib.* 1. §. 5. *D. de Injur. & reg.* 27. *de R. J. in 6to.* cum injuria Ariſtoteli 1. *Rhetor. cap.* 34. & 41. *in pr. ac V. Nicom. c.* 8. & 9. pe τὸ βλάπτειν ἑκόντα παρὰ τὸν νόμον ἀκούσιον. h. e. *Actionem, quam volens invito contra Ju infert*; Sive ſecundum celeberrimum THOMASIUM, Profeſſorem Lipſienſem, Patronum n. vitam obſervandum, *Annot. in Philoſ. Pract.* 118. *Tab. XXVI. moraliter malam lædentem alterum*, deſcribatur: Attamen non ſufficit, ut hînc cognoſcimus, ſola patientis voluntas, ut removeatur omnis Injuria, ſicuti per nudam volitionis repugnantiam ea non ſtatim ponitur, dum

fures

ſures quam maximè patiuntur inviti, ducti ad patibulum, id tamen ſine omni Injuria: quia ad hanc præterea requiritur, ut etiam fiat contra jus *alleg. l.* 1. *pr. de Inſtit.* Cum igitur Jus abſit in præſenti quæſtionis negotio, voluntas mandantis ſola nihil operatur in contrarium. Sic quoad laſcivam puellam ultro ad ſtuprum invitantem, ac plenam patiendi voluntatem habentem, nihilominus injuria remanet, licet non reſpectu ipſius, ut meretricis, quoad particularem juſtitiam, cum nihil invitæ eripiatur, hôc tamen ipsô *rem* ſeu actionem *injuſtam*, h. e. non debitam patitur, contra juſtitiam univerſalem, uti eleganti diſtinctione ac pluribus docet Ariſt. *V. Nicom. c.* 9. *p. m.* 174. *ſeq.* Similiter hôc locô *Injuſtum* infert h. e. contra Jus, qui volenti & jubenti modum pulvinaris ſubtrahendi paret. Præterea autem ut ibi ſtuprator; ita hic quoque ſubtrahens *Familiæ*, ut invitæ, *particularem* infert injuriam, dum ſic citiùs, quàm par eſt, tollit propinquum vel ſanguineum: veluti hâc *Reſpubl.* ipſa læditur, utpote cujus intereſt talia non frequentari, ſed honeſtatem ac bonum obſervari in eo, ut, quantum fieri modò poteſt, quilibet placidè & ſine violentia moriatur.

§. XIIX. Senſus itaque dictæ Regulæ videtur accipiendus de *levi* & *externo* objecto, quod magis in noſtra eſt poteſtate, ac quidem Jure ſubindè permittente. Verùm hujus boni, videlicet vitæ, quam quis per pulvinaris ſubductionem ſibi eripi jubet, ipſe patiens non pleno Jure dominus eſt. Nam homo non habet vitam ex ſe, ſed à DEO maximè omnium viventium Autore, & deinde à Parentibus; ut hic quoque nec ipſe, nec ejus juſſu vel rogatu alius ei vitam qualitercunque deſtruere poſſit, niſi cum reatu in V. Decalogi Præceptum, NON OCCIDES. *Exod. XX.* ℣. 13. Dev. *V. v.* 17.

§. XIX. Sicut enim ipſe, qui, dum ita ſuo corpori, ne dicam Animæ, nocet, omnium nequiſſimus eſſe dicendus, *Proverb. XXIV. verſ.* 8. ſic alter votis ejus annuens, non magis in foro conſcientiæ erit excuſabilis, cùm ad illicita, & quæ contra DEI Leges ſunt, ne Magiſtratus quidem nos obſtringere poſſit *Actor. V. verſ.* 29. Quanquam & humanis Legibus qui *occaſionem* ad mortem confert, ipſe creditur interfeciſſe *l.* 15. *D. ad L. Corn. de Sicar.* Dùm autem in Civilibus ſecundum Regulam *Catonianam* Jure, quo dies à morte Teſtatoris cedit, antiquo, *pura* quoad Legata *l.* 1. *D. de Reg. Cat. l.* 4. §. 2. *de Leg.* 1. & *puras* Inſtitutiones. *arg. l.* 4. *de R. C. l.* 8. *D. de Lib. & Poſt.* 210. *de R. J.* non poteſt convaleſcere tractu temporis, quod non valet ab initio. *l.* 29. *d. R. reg.* 18. *de R. J. in 6to.* certè tantòminus reſpectu modi vel perſonæ approbandum erit, quod *inſe* ex naturæ Jure, ut ante oſtenſum, in conſiſtit. Imò nec rogantis aut jubentis ulla hinc voluntas verè eſſet præſumenda; ſed potius mente in hoc alienus, majori, quàm olim parentes *in pr. Inſt. de Inoffic. Teſtam.* & *l.* 2. *D. eôd.* ratione videri poſſet, unde præceptum tale rectius ſibi conſtans non curat.

Novell. Val.

§ XX. Et patet, nec Militem usque ad mortem vulneratum à ſuo commilitone, neque ob inſtantiſſimas preces, ullô modô poſſe interfici, ac cruciatibus indè liberari, citra gravem V. Jehovæ Legis cenſuram, licet ne minima ſpes ſalutis in hâc ipſi vitâ ſupereſſet, Vid. inter alios Conrad. Horneius *Philoſ. Moral. Lib. III. cap.* 4. *num.* 18. *p. m.* 347. *in pr.* Id quòd benè obſervavit Regis Iſraelitarum, Saulis, Armiger, qui utut Domino ſuo, tanquam Magiſtratui in his terris ſummo, omni fide eſſet devinctus; precibus tamen ipſius adeò nunc vinci haud poterat, ut eidem in anguſtiis inſtante morte à Philiſtæis præſentiſſimâ, vitam eriperet, uti pluribus videre eſt 1. *Samuel. XXXIII. verſ.* 4.

§. XXI. Ac ne quidem ſeriô iſtô in caſu quis egiſſe videbitur, qui fortè hunc ſubtrahendi actum in ſemet præſcripſerit, dùm nemo ſui immemor eſſe cenſendus eſt. Uti enim in foro Civili quoad materiam Teſtamentorum non ſeria voluntas Teſtatoris præſumitur, quando aliquid ordinavit contra juris illius regulas: ita multo minus, ubi aliquis de vita ſibi tollenda quid hôc modô præcipit, quod ex ipſius rectæ rationis dictamine & DEI Lege impoſſibile eſt.

§. XXII. Quanquam & extra ſingulares hominis vulnerati circumſtantias, ne credibile quidem videri debet de iis, qui Chriſto nomen dederunt, ut ſubductionem pulvinaris ſibi ullatenus poſtulent: attamen ſi hôc modô propter graviſſimam Legis Divinæ comminationem *volentibus* non parendum ſit; quantò hinc *gravius* in eam peccant, iramque DEI metuendam habent, qui moribundis, aut aliâs languidis, expreſsè vel præſumtivè *invitis*, pulvinaria detrahunt?

§. XXIII. *Effectus* tandem hujus illiciti actûs eſt poſitivus vel privativus. POSITIVUS, & quidem reſpectu MORIENTIUM *dolores ſunt graviſſimi*, hinc iis excitati. Quid enim magis poteſt eſſe tale, quàm ejusmodi violenta commotio, non uni membro, ſed toti corpori, per nobiliorem hanc, ut capitis, partem, & ſic vitæ hominis, ab omnibus penè tùm externis viribus relicti illata, ut § 10. jam expoſitum eſt.

§. XXIV. Ex PRIVATIS quoad decumbentes (1) *eſt vitæ deſtructio.* Etenim noſtra corpora continuò attrahunt aërem, quô fuligines ſanguinis, ſpiritum vitalem obnubilantes, expelluntur. Facillimo autem fieri poteſt negotio, ut ſpiritus vitalis aggravatus fuliginibus illis, ſuffocetur, ſi inſpiratio & ex-

expiratio libera ob talismodi inordinatum ſupinum cubitum impediatur. Imò de facili contingere poteſt, ut materia ad pulmones defluens ſit teuuis ac feroſa, & ſic cum aëre haud difficulter rapi poſſit ad vias ac meatus, per quos aër ad cor tendit, eosque ut ſubtiles occludere. Quid tandem dicam de Phyſicis, quibus vis expultrix denegata eſt, ſimul ac capite ſic reclinante recubant, eô ipsô, dum materia peccans arteriam aſperam obſtruit, ſuffocantur. Quæ ſuffocatio per ſubductionem cervicalis excitata verè inhumana eſt, & tantò quidem crudelior, quòd ipſe ſine merito patiens nulla reſiſtendi vi ſe poſſit defendere; parumque differt ab illa Manfredi nothi, qui patrem ſuum, Fridericum II. Imperatorem lecto ſuffocâſſe dicitur, uti pluribus videri poteſt *Diſſertatio noſtra Acad. de Vi & Conditionib. Primogenitur. ante aliquod Annos hic edita cap. IV. §. 16. p. 106.* (2) *De quieto ſtatu transferunt in confuſionem intellectûs & aliorum ſenſuum moribundos*, & hinc pias ipſorum cogitationes ita deſtruunt, ut niſi Deus ipſis aſſiſteret gratiosè, periclitantes quodammodò redderentur.

§. XXV. Effectus verò quoad SUBTRAHENTES junctim conſideratus talis eſt, quod dum ita contra conſcientiam rectam, DEIque ac Legum voluntatem, uti *ſuperius* conſtat, agant, ſe privent ANIMI TRANQUILLITATE, ſimulque PECCATIS exponant graviſſimis, unde DEUM ſcelerum horum VINDICEM ſeverum habent metuendum. Id ergò ne fiat, cavenda hæc ſolicitè omnibus eſt cervicularum ſubductio ut *per ſe* illicita & INJUSTA, nec, uti quibusdam exiſtimatur, indifferens & permittenda, nedum bona, ſed HOMICIDII rea & punienda, omnique excuſatione indigna.

CAPUT II.

TRADENS ACCESSORIA In AFFINIBUS & OPPOSITIS.

CONSPECTUS

I. Affinia duplicis generis traduntur; vel circa VIVENTES, ſed morti (I) naturali *proximos, ex ſuô tamen modo vel ratione damnanda.*

II. Quæritur occaſione hâc de Medico, ad votum ægroti non accedente, num in vitam ejus peccet & puniri queat?

III. Excuſandi modus variis rationibus convincitur.

IV. Nec magis à pœna excuſabiles Medici accedentes, è longinquo autem patientem ſpectantes.

V. Objectiones removentur.

VI. Neque utiliores appropinquantes, ſed pharmaca ægrotis denegantes.

VII. Deſperatio taxatur in Medico.

VIII. Plures ſimul Medici ægrotanti ſæpè noxii.

IX. Circa deſtinatos morti (II) violentæ *mortis acceleratio per Magiſtratum, ex alia ratione licita, Reſcriptis Principum confirmatur.*

X. Sed largior vini uſus damnatur.

XI. Ad hunc evitandum pœnæ, præſertim Chriſtianis, conveniunt humaniores.

XII. Ad obſtantia reſpondetur.

XIII. Verior *ſenſus dicto Salomonis de vini uſu adſtruitur, ac Officialium miniſtrorum exceptio refutatur.*

XIV. Et culpandus quoque eſſet mos Judæorum maximè, ſi effectus intentioni fuiſſet æqualis.

XV. Ex textu Hebræo & aliis, præter B. Lutherum, Interpretib. Salomonis locus explicatur.

XVI. Et potus abundantior à Carolo V. Imper. ſub ratione gravi facinoroſis morte puniendis interdicitur.

XVII. Nec Paſtoris officio videtur conveniens tales inebriatos comitari ad mortem & ſolari.

XVIII. Num bini ante Executionem dies ſufficiant ad mortem violentam præparandis?

XIX. Cujus ſit hoc tempus extendere?

XX. Vel quoad MORTUOS exiſtimatos ſimilitudo apparet in feſtinatione ſectionis Anatomicæ & funeris periculoſa

XXI. Exemplis monſtrata.

XXII. Etiam fœminarum.

XXIII. Maximè Imperatoris *&* Philoſoph *in ſepulchris miſerrimè viventium.*

XXIV. E quibus cautela omnibus ubique ſumenda.

XXV. Triplex morbus indicatur, unde adhuc viventes mortuorum ſpeciem referunt.

XXVI. In rationem vitæ tamdiu latentis inquiritur.

XXVII. Quam diu iſti morbi durabiles.

XXVIII. Plures in morbis uteri & Apoplexia, nim. tres dies integros *communiter eſſe expectandos, ſed tamen* cum ſignis aliis, *& à Perſis obſervatis, per Medicos ſtatuitur.*

XXIX. Hinc in re adeo periculosâ optantur Leges *ſectionem Anatomicam & ſepulturam nimis maturas* prohibentes.

XXX. Legum providentia in conſimili caſu & rariore commendatur.

XXXI. Leges *quædam in hoc negotio latæ laudantur cum* Uratislaviæ *conſuetudine.*

XXXII.

XXXII. *Objecta de facili ſolvuntur.*
XXXIII. *An tempus per Leges brevius datum teſtamento utiliter extendi poſſit? A.*
XXXIV. *Obſtantia confutantur.*
XXXV. *Salvâ etiam Magiſtratûs auctoritate.*
XXXVI. *An & tale teſtamentum tempore peſtis valeat;*
XXXVII. *Exempla eorum, qui peſte correpti, vel vivi ſepulti, vel proximè ſepulturæ deſtinati ſunt.*
XXXVIII. Oppoſita *ſubtrahendi pulvinaris* CONTRARIA *duo.*
XXXIX. *Oppoſitum* CONTRADICTORIUM voluntarium.
XL. Involuntarium *per Leges Civ. coactivas aſſeritur.*
XLI. *Officium in iis ferendis Magiſtratûs valdè laudabile eſt.*
XLII. *Definitio & operis obſignatio.*

§. I.

MIſſis Principalibus, ſequuntur *Acceſſoria.* Et primo loco, ordinis ratione, propter aliqualem convenientiam *Affinia.* Hæc reſpectum ponunt vel ad MORTUOS exiſtimatos vel adhuc VIVENTES, morti tamen proximos, atque I. *naturali* Et licet quoad totam Rubricam vix ea dentur, ut alibi, *à finali* tamen cauſa, ut *potiori*, facilius hæc petenda erunt. Hujus una pulvinaris ſubtrahendi ratio *Capite prior.* §. 12. tradebatur; *ut eò citius moriantur.* Cum proximè ob intentionis & ſimilitudinis reſpectum aſſimilantur, *primo* SUPERSTITIOSA *capitis equini* inter alia moribundis *ſuppoſitio*, uti quibusdam in locis id fieri ab Amico edocemur. *Secundò* NOXIA & damnabilis *narium compreſſio.* Hâc enim interdum dicuntur uti iſtæ miniſtrantes Vetulæ, quando ob præſentiam Familiæ, unius vel alterius fidelis Amici non commodè pulvinar decumbenti poſſunt ſubtrahere, *in eundem accelerandæ mortis finem.* Id verò ne obſervetur expedire ſolent ſub prætexu *abſtergendi* aut alius miniſterii contra ipſam ſine dubio conſcientiam. *Tertio* ſuccedit *varia faucium expletio*, quæ, uti ab aliis quandoque aliô, ita maximè à veſpillonibus tempore peſtis, cum ſoli ſæpè ædes ingreſſi unum vel alterum adhuc ſpirantem offenderunt, haud infrequenter fuit exercita, ob ſacram auri aut alterius boni præſentis famem, quorum verò pœna Jure Sax. *Rota* eſt, vel ſine furto, *gladii*; ita enim Sereniſſimus Elector Saxoniæ quondam, Auguſtus *Part. IV. Conſt. Prov. 5. p.* 89. de his mandavit? *In Sterbens-Zeiten bringen offt die Todten-Græber, oder andere, diejenigen, ſo am Tode liegen, um, darnach ſtehlen ſie, vvas ſie finden, ſolche ſollen, als Ræuber mit dem Rade gestrafft vverden. Daſie aber die Leute allein umgebracht, und nicht beſtohlen, ſollen ſie mit dem Schvverdt gerichtet vverden.* Et hæc ita commodè diſponuntur; cum ſatius ſit ab initio remedium quærere, quam poſt vulneratam cauſam, *arg. l. 5. in quib. cauſ. in Integr. & l. 1. C. Quando lic. unic. ſin. Jud.* Ne autem talia facilè metuenda ſint, circumſpiciendum Magiſtratui de hominibus piis & moderatis, quos veſpillonum muneri, præſertim peſtis tempore præficiant, eosque tùm iterato ſub novis circumſtantiis Juramento ſolicite adſtringant, nec eorum arbitrio cuncta permittant quoad ſepulturæ negotium, niſi ſub certis Inſpectoribus à Magiſtratu ſumtibus publicis ad id eligendis, qui Actus eorum obſervent, & iniquos exemplo Viennæ proximo cito deferant puniendos. *Quarto* ſequitur *corporis humani adhuc viventis in faciem converſio*, in apertam ſuffocandi rationem ſuſcepta. Qui quævè omnes ægrotantem in difficili aliàs reſpiratione *miſerrimè* dictis modis perimunt, tantò *gravius* peccantes, & hinc quoque punibiles, quanto magis *ſcienter* & dolosè, videlicet ut citiùs à miniſterio liberentur, hæc talia ſuſpiciunt. Quemadmodum *quintò* etiam peccant in Moribundos, qui ſub pietatis, vel alio prætextu citius quam convenit, aut decumbentes expirarunt, illis, tanquam mortuis oculos occludere geſtiunt, & ſic in ipſis pœnitentiæ cogitationibus eos turbant, ſicuti quandoque conſtat, cum tamen ex ejusmodi Impudentiæ culpa haud raro excitati oculos denuò miſerè elevârint, & ſic per ſigna ſatis evidentia adhuc vitæ notas ediderint, non ſine futuro improvidè Agentis conſcientiæ morſu.

§. II. Sed quid hâc dicendum occaſione de Medicis illis, qui ex ægrotantis ſingulari fiducia & deſiderio accerſiti venire *recuſant*, vano iſto metu, aut opinione, ne & ipſi morbum aliquem contrahant? Et licet hi non ita ex dolo & â priori videantur nocere vitæ proximi, *à poſteriori* tamen ferè idem fluit effectus. Cùm enim frequenter periculum in mora ſit, ſanè hoc modo neglecti, interim expirare poſſunt, ac citiùs, quam forſan alias emori. Unde dum talis magna negligentia culpa eſt, ſecundum *l.* 226. *de V. Sign.* quæ nobis obligationem & inde actionem patit, etiam reſpectu casus cum culpa conjuncti *l.* 52. §. 3. *D. pro Soc. l.* 11. *D. de Incend.* hic non minus ex culpa abſentiæ & deſertionis ejusmodi Medicus erit accuſandus, *per* §. 6. *Inſt. de L. Aquil.* & *graviter* puniendus, ubi ſua negligentia ægrotus perierit, docente ipſo Paul. Zachiâ, Medico Romano Clariſſimo, *in Qu. Med. Leg. Tom.* 11. *Lib.* 6. *tit.* 1. *q.* 2. *n.* 3. *p.* 445.

§. III. Nec ſufficit hic ad excuſandum, quod fortè alios ſpectatum mittant, quorum Judicio hæreant, & ſic abſentes applicent medicamenta: Quippe non hic de glande legen-

da, ſed vita hominis *diligenter* obſervāda agitur. Unde in ſcyllam incidunt, dum charybdim vitare intendunt: quia parem in Jure habent condi tionem, non adeſſe, & haud cōmode adeſſe, *arg.* 14. §. 2. *D. de Leg.* 1 1 1. *l.* 8. §. 2. *D. de Bonor. Poſſ. contr. Tabb. l.* 4. §. 6. *D. de Re Judic.* Et præterea variis adhuc modis peccant: (1) quòd præſertim officio, & ita opem veram ægroto denegent. Id quod eò cenſendum eſt pernicioſius, ſi iſto in loco, ubi hoc contingit, unus ſimpliciter tantùm adſit, vel præſens ſit aut validus, reſpectu Aliorum abſentium, ſeniô aliôve affectu laborantium Medicorum, qui ad votum ex votô minus adeſſe poſſunt. Quô caſu cogendum talem Medicum, tùm quoad leviter ægrotantes, tùm quoque peſtis tempore, etiam ſi non ſit conductus à publico, Zach. *Qu. Med. Leg. Tom. III. Conſ.* 71. *n.* 1. 25. *& ſeq.* tradit; cùm medendi officium in ſe ſit munus publicum, Joan. Franc. Ripa *Tr. de Peſte c. VII. n.* 90. quod quilibet etiam invitus *regulariter* ſubire tenetur, *l. fin.* 18. §. 1. *&* 28. *D. de Munerib. & Honor. l.* 13. §. 2. *de Vac. & Excuſ. Mun.* Add. Moecenatis noſtri Parentis locô ad mortem usque Venerandi, Dn. GEORGII ADAMI STRUVII, tùm apud Sereniſſimos Saxoniæ Duces Vinarienſes Conſilar. Intimi, tùm in hac Salana, ſicuti in toto Orbe Literato, doctrinæ meritis ac famâ Magni *Syntagm. Jur. Civil. Exerc. L. th.* 60. *&* 72. (2) Quod ipſi damnum fugiunt, aliis pro ſe miſſis objectant, contra expreſſam charitatis Chriſtianæ Legem *Lev. XIX. v.* 18. *Matth. XXII. v.* 39. *Marc. XII. v.* 31. *Epiſt. ad Rom. XIII. v.* 9. *ad Gal. V. v.* 14. (3) denique cum alii minùs rerum periti ſtatum morbi non ſatis obſervant, ut qui vel *minima* circumſtantia neglectâ, fatentibus ipſis Medicis, variare multum poteſt; mittentes dubia, (quod poterat aliàs evitari) conſcientia, & ſic peccando pharmaca adhibent, adeoque *negligentiæ* ſuæ culpâ vitæ proximi nocent graviter, rei quodammodò V. IN DECALOGO PRÆCEPTI quod non modo actum *poſitivum* noxium, ſed & *omiſſionem* commodi includit auxilii, in periculo alterius; dum patiuntur extingui ſuis ægrotos votis. Quando quidem Actus omiſſionis ſeu negativus, qua is & in Sacerdote ac Levita notatur *Luc. X. v.* 31. *ſeq.* non æquè, ut in externo, pura eſt negotio ſi actum internum elicitum conſideremus. Nam licet hîc etiam ex parte ſit negativus, ratione objecti ſeu termini, *poſitivus* tamen *in ſe* eſt, & accuratè loquendo, *actus volendi non facere*, uti pro more, judicioſè differit DN. Thomaſius *Annot. in Phil. Pr.* 49. *Tab. X. p.* 13. Qua ratione culpa contrahitur ſecundùm Grot. *de J. B. & P. Lib.* 11. *c.* 17. §. 1. 6. 8. *&* 20. etiam non faciendo, h. e. volendo non facere, quod haud foret, ſi actus ille in ſolidum eſſet negativus, dicit *ibi* laud. Thomaſ. Unde & hic Medici, dùm non accedunt rogati, *culpæ* rei ſunt, multò magis, ſi per alios miſſos imprudenter quid in vitam ægroti committant. Etenim homicidii crimen eſt hominis peccare ſalute, Magn. Aurel. Caſſiodorus *Lib. VI. Variar. Form.* 19. *p. m.* 152. In hâc autem peccat Medicus, qui, & ſi iſto in loco copia eſſet ſuæ Facultatis hominum, ſic tamen impedit aut omninò aut in parte curationem Infirmi, dùm hîc (videlicet poſt DEUM, nam ſine eô nihil valet, uti patet dicto Sirac. XXXVIII. *v.* 9. *ſeq.* & exemplo Aſæ Regis Judæ 2. *Paral.* XVI. *v.* 12.) in ipſo Medico habet fiduciam, quæ magis operatur in ejus ſalutem, quàm ipſa Medicamenta, velut ex variis confirmat Paul. Zacch. *Tom.* 11. *Lib.* 6. *tit.* 1. *q.* 6. *n.* 7. *ſeq. p.* 457.

§. IV. Neque hi ex Medicis notantur ſoli qui emanent, verum etiam, qui difficulter, & non niſi aureis perſuaſionibus, tandem quidem accedunt; attamen ad fores conclavis, quandoque ampliſſimi, ſedentes ita *è longinquo* ægrotos ſpectant, undè vix ipſos ſatis cognoſcunt, nedum eorum morbi affectum, quem neque magis ex imbecilli vel planè nulla decumbentis voce habent percipiendum: adeoque veluti in fraudem *Legis* apud Medicos *αὐτοψίαν* & *oculatum* propriumque ad obſervandos morbos *ſenſum*, etiam per eundem Paul. Zacch. *in Qu. Med. Leg. Tom. III. Conſ.* 71. *n.* 50. *p.* 112. valdè commendantes, agunt. Unde ſi imperitiâ, quæ culpæ per *l.* 9. §. 5. *D. Loc. Cond. & l.* 3. 12. *de R. J.* annumeratur, peccant, culpæ ac Legis Aquiliæ rei ſunt §. 7. *Inſt. de L. Aquil. & l.* 7. *D. eod.* maximè, ſi ægre à morbo, quem illi non cognoverint, ſuperetur. Zacch. *Tom.* II. *Lib.* 6. *tit.* 1. *q.* 7. *n.* 5. *p.* 406. Neque prætextu humanæ fragilitatis imperitia & delictum decipientis in periculo hominis innoxium eſſe debet, *l.* 6. §. 4. *de offic. Præſid.* Ac, ſi olim, hodiè quoque talismodi Medici pœnâ tenentur. Vid. Caroli V. Imp. *Conſt. Crim. art.* 134. *So ein Artzt aus Unfleiß &c.* Imò & in Gallia Medicum, qui modò fortiorem ſolitô potionem ægroto præbuerat, Pariſienſi in Parlamento *d.* 25. *April. Anno* 1427. accuſatum, pro iſta quidem vice arreſto impunè dimiſſum fuiſſe, ſed cum ſeveræ animadverſionis, nî mores impoſterum ſuos mutaret, comminatione, tradit Joan. Paponius *de A. G. Lib.* XXIII. *tit.* 8. *art.* 1. *p. m.* 728. Add. Vinn. *Comm. Inſtit. de L. A.* §. 7. *p. m.* 737.

§. V. Ac fruſtra prorſus hactenus dictis illud Siracid. III. *v.* 27. periculum amantes in eo perire objiciunt: quia ibi vocula additur valdè notabilis *voluntariè* ſeu malitioſè, G. *gerne*, quæ ad audaces extra vocationem pertinet. Uti & id confirmatur *ex ſeqq. verſ.* non, quos officii ſui ratio depoſcit in adjumentum

-um proximi. Nam ſi ſimpliciter hoc foret accipiendum, nulli nobis eſſent ſperandi Veſpillones, quorum tamen munus in multis periculoſius eſt. Quanquam etiam non omnes morbi ſunt contagioſi, uti nec quævis peſtis eſt, trad. Zacch. *in Qu. Med. Leg. Tom. I. Lib.* 3. *tit.* 3. *q.* 2. *n.* 21. *ſeqq.* & ſi quoque eſſent, præſervativâ tamen curâ uti poſſunt præ aliis Medici. Hinc prius, cùm res integra & adhùc arbitrii eſt, quidem explorare, debet naturæ ſuæ conditionem, quàm huic gratioſo ſe accommodet ſtudio. Vocatus verò INTRINSECE ad id muneris à DEO, ejus Providentiæ quoque in amorem proximi confidere, nec diffidentiâ iſtum denegare convenit. Et conſtat pariter hâc Medicos, qui nimis & morbum haud periculoſum in ægrotis ſunt adverſati, in flore adhùc ætatis mortem domi offendiſſe, cùm alii è contra à *DEO ex fiducia* ſint conſervati in ſtatu alterius ſæpè periculoſiſſimo, ſicuti hoc inter plura firmatur exemplô LUDOVICI SEPTALII, in Peſte Mediolanenſium gravi ac varia ex officiô ſuo in columis Medici, velut de ſe ipſo *Lib. de Peſte* memorat, teſtante pluribus Paul. Zacch. *Qu. Med. Leg. Tom.* III. *Conſ.* 71. *n.* 50. *p.* 112.

§. VI. Sed his *proximi* eſſe videntur, qui propinquiores quidem ægroto, *volenti* tamen, & tam ſolicitè exoptanti uſum medicamentorum quandoque *denegant*, idque ſub colore effectûs fruſtranei & deſperati. Unde potius querelis & ſuſpiriis decumbentium conſcientiam onerant, quàm ut à more ſuo pertinaci diſcedant: cùm tamen *ſperandum* tamdiù ſit, quamdiù corpori ſentitur ineſſe ſpiritus. Et licet iſti regerant, fruſtrà videri adhibenda. Aſt videatur forſan quibuſdam ex ſignis, hæc tamen adeò certa non ſunt in Medicina, utpote *Arte* ſecund. ipſum Hippocratem *Sect.* I. *Lib. de Arte q. m.* 3. 4. *cum ſeq. & Sect. IV. Lib. de Locis in Hom. p.* 421. & ea quidem inconſtante C. Plin. *Lib.* XXIX *Hiſt. Natur. c.* 1. *pr. fol.* 217. non ſcientiâ, ut ea propter deſiderium ægroti præſcindatur. Et ſi vel maximè iſta ſigna planè certa eſſent, ut nullum inde commodum foret præſumendum; attamen nec damnum forſan tali in extremo caſu metuitur. Unde eò tutiùs quid votis infirmorum indulgendum, præſertim ſumtibus ſufficientium. Quapropter ſunt excuſabiles, ſi non denegent pharmaca; è contra verò *conſcientiâ* peccant, imprudentiores longè Medicis iis, qui & aliorum ab Aliis ante prohibitum uſum concedunt, & ſæpè non bono eventu, videlicet *Vini*, utut affectui præſenti videatur adverſari, cumque *primò* modicum, ubi autem res conclamata apparet, etiam *deinde* liberrimum. Quidni igitur tantò *magis* Medicinæ opera erit adhibenda, quantò certiorem utilitatis effectum alias præ vino communiter ægrotis monſtrat.

§. VII. Unde mali Medici eſt, deſperare, ne curet, docente Seneca *Lib. I. de Clem. c.* 17. præſertim cùm in Medicina dicatur plus valere experientia, quàm ratio. Vid. Ripa *Tr. de Peſte c. VII. n.* 26. *p.* 268. Nam DEUS agit *per media*, quorum virtute gratiosâ *mirè* interdum juvat. Nec eſt, ut impiè dicamus, DEUM, ſi voluerit ægrotum convaleſcere, & ſine mediis juvare poſſe. Nam licet de Omnipotentia Ipſius hoc ſciamus certiſſimum; quia tamen media ad finem ordinavit ex natura licita, de voluntate ejus aliô modô non certi ſumus. Et eſſet id tentare DEUM, quod *graviſſimè* nobis prohibitum eſt Deuter. *VI. v.* 16. *Matth. IV. v.* 7. *Luc. IV. v.* 12. *Judith. VIII. v.* 10. Quare ſi tàm arctò obligandi vinculo Medicus ad medendum obſtringitur, ut etiam *invitis* & recuſantibus, dum eorum conſulitur utilitati, *diſ.* 45. *c.* 3. *Et qui emendat*, opem ferre teneatur, Ripa *de Peſte d. c. VII. n.* 103. videlicet infirmis dementibus, imò etiam aliis, quantùm *in ſe* eſt, ex Chriſtiana charitate Zacch. *Qu. Med. Leg. Tom. III. Conſ.* 71. *n.* 7. *&* 39. multò magis is obſtrictus erit *volentibus*, & eam adeò *ſolicitè* expetentibus, ita ut negligens non minus *graviter* puniendus videatur, quàm qui ægrotos quoad cibaria exhibenda deſerunt: *Part. IV. Conſt. Elect. Saxon. V. p.* 189. cum ſæpè his illa infirmis ſunt utiliora & magis deſiderata.

§. VIII. Denique hùc referendi Medicorum illi, qui, dum non ſinguli, ſed *conjunctim* ſimul plures ad promovendam cum DEO ægrotantis ſalutem majoribus & tutioribus advocantur ſuis conſiliis, ſæpè non niſi ex contradicendi ſtudio, longiùs juſtò *diſceptantes*, intereà patientem *deſerunt*, nec commodo tandem tempore ſuccurrunt, *culpæ* hinc æquè obnoxii, *per l.* 8. *in pr. D. ad L. Aquil.* ac eò *graviùs* quidem peccantes, cùm, quod in finem optimum eſt inventum, hôc modo in peſſimum vertatur exitum; & ubi proximi ſtudere ſaluti deberent, in eo ſequuntur proprium arrogantiæ impetum, cum iſtius haud levi damno ac veluti nota *homicidii*, dùm propter hanc unius etiam contentionem, alter vel reliqui collegæ haud raro ſimul impediuntur, quò minus infirmus ab iiſdem adhùc curari poſſit. Conf. Zacch. *ibid. Conſ.* 71. *n.* 37. *p.* 111. Unde notanter Caſſiodorus *Lib. VI. variar. c. l.* Medicos tales contentioſos dehortatur ſequentibus: *Deponite medendi Artifices noxias ægrotantium contentiones, ut, cum vobis non vultis cedere, Inventa veſtra invicem videamini diſſipare.* Sed ea hîc ſufficiant.

§. IX. Prætereà *Affinitatis cauſa* quoad VIVENTES, ſed morti II. *violentæ* deſtinatos, reſpectu ejusdem hactenus dicti *finis*,

videlicet

videlicet mortis accelerandæ, obſervatur; ſed *diverſâ ratione.* Nam quam in ordine ad mortem naturalem, ut impiam, ac cum Chriſtianiſmo graviter pugnantem *priori Capite* & hactenus taxavimus, eam rationem in morte facinoroſi violentâ per Judicem maturandâ, tolerari poſſe, haud dubium eſt. Ac oſtenditur maximè in *pœna Ignis,* quæ uti aliis, etiam Magis, Sagisque noxiis à Carolo V. Imper. in *Conſt. Crim. art.* 109. ſtatuta eſt. His ergò interdum ex *Jure aggratiandi* Majeſtas, & in Noſtro Rom. Germ. Imperio Sacratiſſimo poſt Imperatorem etiam Status, teſte inter alios Magnif. Dn. AHASVERO FRITSCHIO, Conſiliar. Schvvartzburg, Patrono n. ſemper colendo, *in Manual. Juriſpr. Publ. ſub h. v. p.* 9. vigore Superioritatis ac Regalium in ſuis territoriis mitigare poſſunt ac ſolent pœnam per mortis accelerationem, ita, ut in rogo ante per funem aut catenam palo arctè affixi ſtrangulentur, vel alibi, pro conſuetudine loci, admoto pectori pulvere pyrio ferè interficiantur, quam exquiſitiſſimos ignis dolores ſentiant. Et hic taliſmodi ad Præfectos ſeu Executores ſententiarum adhiberi ſolet formula in Reſcriptis: PP. *Begehren hierauf, du volleſt die erkannte Feuer-Straffe, (iedoch daſs der Nachrichter die bekannte* remedia *zu zeitlicher Abhelffung gebrauche, an der* Inquiſitin *gebhürend vollſtrecken.* Neque hoc adeò improbandum videtur. Cùm enim ſemel Magiſtratus *Jus* in alterius vitam, quod circa mortem innoxii naturalem planè abeſt, hîc per commiſſum delictum & futuri metum, acquiſiverit ita, ut *majus* eidem in delinquentem ex Lege Civili liceat, ſanè & *minus,* quandoque per *l.* 21. *D. de R. J.* eidem licebit ex cauſa ſingulari videlicet ſpontaneæ Confeſſionis inquiſiti doc. Dn. Fritſchio *ibid. p.* 10. vel ſeriæ pœnitentiæ indiciis. Unde etiam ignis ſupplicio deſtinati aliquando prius gladio feriuntur ex gratia Principis, hunc in modum, reſcribentis, P. P. *Ob nun vvohl das Urtheil der* Inquiſitin *die Straffe des Feuers zuerkant, ſo ſind vvir doch gnædigſt gemeynet, vvofern ſie ihre begangene grobe Sünde hertzlich bereuen und ſich zu GOtt hinvvieder vvarhafftig bekehren vvird, ihr dieſelbe in die Straffe des Schvverdts, und daſs hernach der todte Cœrper verbrant vverde, zu vervvandeln &c.*

§ X. Aliud *Affine*, ſed non æque probandum, conſpicitur in iis, quibus reſpectu diverſi, ſed tamen *gravioris* delicti, pœna Capitis, *interdum* gladii, vel Suſpendii; *interdum* aquæ ſuffocatio, vivicomburium, diſſectio corporis, cum lingua, manuum ac pedum obtruncatio; pali ad ignes lentos affixio, vel alterius generis ſupplicia irrogantur, & ad ſuſtinenda ea non modò his, ſed & illis Præfecti & alii Officiales ſæpè largiùs vinum bibendum tradunt, ut ferè, quid agant aut loquantur, neſciant. Unde ratio ipſorum, *ne doloribus frangantur, ſed iis potius liberentur*, proximè videtur convenire cum *alterâ* ſubducendi Pulvinaris *finali Cap. I.* §. 12. allata, quare & hæc materia ſub tractationis noſtræ incudem vocatur. Verùm dùm hoc intenditur, volunt, ut facinoroſi ſentiant ac non ſentiant, & id omne propter *modum* quoque *illicitum* non ſine præſenti Animæ periculo. Quâ in re haud multùm ſunt abſimiles iis, qui *primum* graviter corpus alterius vulnerant, *deinde* ad cruciatus interrumpendos planè interficiunt: cùm tamen bene recordari deberent, non eſſe facienda mala, ut bona qualiacunque & *apparenter* talia hinc eveniant.

§. XI. Ne ergo huc deveniamus, ſatius eſt iſta præcavere, & in quibusdam tolerabiliores, magisque Chriſtianis convenientes pœnas decernere, dum in corpus facinoroſi advertendum, ne ſaluti Animæ noceatur, tam pretioſo lytro redemtæ. Magiſtratus enim nulla alia hîc debet eſſe intentio, quàm *Apoſtoli* doctrina in nomine & virtute Chriſti permittit. Hic verò jubet delicta puniri ita in corpore, ut non modò puniantur, Grot. *lib. II. de I. B. & P. c.* 20. §. 5. *n.* 4. ſed ut *ſalvetur* ſpiritus, 1 *ad Corinth. V. v.* 4. & 5. Et ipſa dictat recta ratio, homini nihil agendum, quò noceatur homini alteri, niſi id bonum aliquod habeat propoſitum. Id. Grot. *ibid. n.* 1. Nec *finis* pœnarum *publicat.* aliud ſuadet, qui ferè *duplex* apparet, παραδειγματικὸς ſeu Exemplaris, & Correctivus, ut innuit Decus JCtorum, DN. JOHANNES SCHILTERUS, Conſiliarius Sereniſſ. Aulæ Saxo-Jenenſis Magnificus, Patronus noſter æviternum obſervanter colend⁹ *in Manud. ſ. Philoſ. Moral. cap. IIX.* §. 40 *pag.* 329. Hic, utpote *Correctivus*, ad ipſum tendit *delinquentem*, quem interdum è numero viventium tollimus, propter ſcandalum & injuriam, vel damnum Reipubl. illatum hactenus incorrigibilem, magis tamen propter *futuri* metum, quia iſta, ut præterita, nulli amplius verâ ratione mutari queunt, unde non tàm ad præterita, quàm futura pœna reſpicit; Seneca *Lib. de Ira c.* 16. *p. m.* 406. ſicuti & ipſæ leges latæ ſunt *l.* 77. *C. de LL.* & *Conſt. Pr.* ille, videlicet *Exemplaris* quoad reliquos *Cives & Subditos* ita dicitur, qui condemnati non tantùm ipſi pereunt, ſed ut alios pereundo deterreant, Senec. *ibid. c.* Id quod tamen in gravioribus delictis, & ali capituli, mitioris verò gradus ſupplicio fieri poſſe videtur, quia utrinque mortis metus licet diſpari modo, incutitur. Quapropter cùm utriusque utilitas, & ejus, cujus intererat non fuiſſe peccatum; & illius, qui peccaverat ſit cuſtodienda, docente Grotio *l. d.* §. 6. *n.* 1 cavendum maximoperè Magiſtratui; ne ſua imprudentiâ cum temporali ſimul æternam vitam puniendo homini deſtruat.

§. XI

§. XII. Neque obſtat, quod creſcentibus delictis pœnæ pariter ſint augendæ, ſecundum *l.* 16. §. 10. *d. Pœn. l.* 18. §. 3. *eod. l.* 4. *de Serv. Fugit.* & ita nonnunquam ſupplicia quoque facinoroſis ſeveritate exaſperanda, ut ſine qua Civitas non poſſit adminiſtrari, Cic. *Lib.* 1. *Offic. p. m.* 168. Nam ſi *neceſſitas* Reipubl. vel *ſalus,* quæ dicente Tullio *Vol.* 2. *Orat. pro l. Muræn. circ. fin.* ſuprema Lex eſt, hoc ſuadeat, poteſt forſan *intantùm* admitti, ut tamen propterea haud nimis vinô perituri impleantur. Nec magis juvat hîc dixiſſe, vinum mortis candidatis eum in finem ab ipsô Salomone, Regum ſapientiſſimo, *Prov. XXXI.* v. 6. præcepto deſtinatum, à Principe deinde, vel qui ejus loco eſt, in quâvis ferè Republ. ordinatum, & hactenus ita communiter obſervatum eſſe. Nam uti adhuc locus Salomonis eò in ſenſu, ut mox §. 15. percipiemus, dubius eſt: ita uſum quidem *modicum* non impugnamus, ſed abuſum peſſimum & periculoſum. Ac aliud etiam vix apparet *ex d. v. inpr. gebt ſtarck Geträncke &c.* quia ibi haud quantitas, ſed *qualitas* potiùs & nobilitas, reſpectu ignobilioris, uti hoc *in ſeqq. proximè, voce: und Wein &c.* clarius exponitur, videtur æque intelligenda ac *ſeq. v.* 7. *ibid. Daſs ſie trincken*; h. e. modicè, Id quod confirmat *Sirac. c. XXXII. v.* 32. 35. *&* 36. Et licèt ultima Salomonis *in d. v.* verba: *und ihres Leides vergeſſen &c.* ponantur ſimpliciter; non tamen videntur omnem removere oblivionem. Poſito enim unô *abſolutè*, non ſtatim ita negatur alterum, ſecundum Logicos, niſi fiat *excluſivè*. Multò minus *Salomon,* aut Interpres ejus *B. Lutherus*, credendi ſunt taliter fuiſſe locuti, cum, ſicut ille & præ aliis temporali; ita uterque cœleſti bene imbutus erat ſapientiâ. Nec Principes & *Magiſtratus Chriſtiani* aliô modô id confirmant, quàm Salomonis Inſtituto & Fidei noſtræ ſit conveniens, dum aliàs eſſet peccatum. Epiſt. *ad Rom. XIV. v.* 23. Et pugnaret præterea, imprimis quoad facinoroſos, cum ipſius Caroli V. *Ordin. Crim. art.* 102. ac pœnitentiæ veræ ratione, quæ recordationem delicti & pœnæ non omnem excludit, Minimè autem denique contrarium deduci poteſt ex ipſius textûs connexione, ſi præcedentia jungamus modò ſequentibus.

§. XIII. Veriùs ergò *ibid.* aliqualis ſaltem cruciatum imminentium videtur intelligenda oblivio, quâm quæ eſt bruto ſimilis vel pejor, & ſenſûs ferè omnis dolore in præſenti expers. Ac inde ſimul confutatur officialium miniſtrorum exceptio, ut fruſtranea, quâ putant apud ſubditos ſe & ſuſpicionem *avaritiæ*, & propterea indignationem incurrere, ni vini copiam condemnatis liberius maximè *appetentibus*, offerant, ut more ſic in *univerſum* ferè antiquitùs obſervato. Nam uti *hoc* eſt dubium adhùc, & ex certo ob ſuam malignitatem non ampliùs eſſet continuandum: ita quoad *illud* prudentiores, rerumque magis intelligentes ſua ſponte aliud ſentiunt. Et ponamus *per impoſſibile*, omnes ita perverſè ſentire; conſcia tamen mens recti hæc & ſimilia non curat, DEUM juſtiſſimum Judicem magis, quàm homines obſervans, dùm hæcce periculoſa debitè cavet, modò non prorſus omnem vini uſum deneget, & ſic per alterum externum in defectu peccet.

§. XIV. Sed ad hunc noſtri temporis abuſum, recenſetur in eundem finem ſenſûs & horroris ſupprimendi vetuſtior haut abſimilis Judæorum, qui dum antiquitùs non adeò improbando more facinoroſos, ad ſupplicium ituros, hauſtu vini nobilioris, à piis matronis, uti ferunt, præbito, (ac *hodiè* alicubi fieri ſolet,) refecerunt, *quò præſenti magis animo fatum exciperent*; poſtmodum vergente ad occaſum jam Hebræorum Republ. potius rationis uſum morituris impediviſſe dicuntur, veluti Sixtin. Amama *in Anti-barbaro Bibl. Lib.* 3. *ad cap.* XXXI. *Prov. p.* 595. refert. Id quod ferè hunc in ſenſum indicat R. Chasda *in Talm. Maſſ. Sanhedrin. cap. VI. fol.* 43. *fac. A.* Qui egreditur, ut interficiatur, potant eum grano thuris in poculo vini, ut diſtrahatur mens ejus; vel, ſicuti habent Maimonides *in Halacha. Sanhedrin. c.* 15. ut tollatur ab eo intellectus & inebrietur. Dum autem Marcus Evangeliſta in Hiſtor. Paſſionis XV. *v.* 23. myrrham vino admixtam refert, exinde conjicit laud. Amama *d. loc. p.* 596. Maimonidem, (& ita etiam R. Chasdam) aut pro ſpecie ſpeciem poſuiſſe, aut thuri additam fuiſſe myrrham; ſicuti Hiſpani adverſus tormenta ſe Thure & Myrrha indurare traduntur, ex recenſione Laurentii Ramirez Hiſpani *ibid.* allegati. An verò talis vis myrrhæ inſit, ut, ſi cum vino bibatur largius, mentem minimum obumbret, Medicorum filiis dijudicandum relinquitur. Attribuit quidem Pedarius Dioſcorides *de Med. Mat. lib.* 1. *c.* 67. myrrhæ δύναμιν καρωτικὴν, quæ ſtuporem demum inferre dicitur. Num ergo major vis myrrhæ in vino attribui poſſit, ab experientiæ Judicio foret expectandum.

§. XV. De cætero autem, quò & Judæi olim, ac hodie Noſtrates reſpiciunt, *Cap. Prov.* XXXI. *verſ.* 6. ſecundum peritiſſimos Linguæ ſacræ Interpretes, non mandatum de vino capitali ſupplicio perituris, *ſed pauperi vel miſero, cujus res & fortunæ* pereunt, propinando ſuggerit, quod ex ſeqq. verbis: *bibat & obliviſcatur paupertatis ſuæ*; oſtendere volunt. Si verò *latiori* in ſignificatu vox Ebræa אובד *obed, ſ. peritus* de

de miſero, vel mœſto acciperetur, ut firmari id videtur *ex ſeqq. ibid.* Et vinum illis, qui amaro ſunt animo, dandum; tum, velut ſpeciem ſub genere, etiam morituros ex Judicis ſententia eâ voce contineri poſſibile erit, non autem ſolos, dũ & olim, qui ſuos ſepeliverant, calice conſolationis ex more recreati ſunt, de quo vid. Jer. XVI. v. 7. Quare ut ſecundum dicta nihil ſpeciale in *Loco Prov. cit.* innui dicitur de mortis violentæ candidatis: ita *aliud* quoque *ibid.* eſt dare ſiceram, *aliud* inebriari, & uſum rationis tollere, uti ante §. 12. deduximus, & amplius cognoſci poteſt ex Sixtino Amama *in Anti-barbaro Bibl. Lib. 3. p. 596. ſeq.*

§. XVI. Nec laudatiſſimus Imperator CAROLUS V. ejusmodi facinoroſis ſupplicio perituris permittit nimium potûs uſum, quin potius expreſsè prohibet, Conſt. Crim. LXXXV. *in fin. p. m.* 105. ne ratio eorum obſtruatur, & ſic pietas & pœnitentia impediatur, dicente Bened. Carpzov. *in Proc. Crim. Inquiſ. Tit. XII. Art.* 1. *p. m.* 193. iſtum enim non concedendum ut mergat, ſed ut curas ex parte ſaltem deprimat, monet Remus *in Paraph. h. t.*

§. XVII. Et ſicut hoc prohibitum eſt; ita nec puto Paſtores Eccleſiæ & verbi miniſtros ex conſcientia comitari poſſe ad ſupplicium ferendum tales inebriatos, nec ſolari ſine ſcandalo ac culpæ reatu graviſſimæ parum, aut nihil intelligentes Homines, dum, quod in ſe improbandum hoc modo videntur connivendo tacitè approbare contra conſcientiam. Unde, ſi contigerit, hæc Condemnatorum ebrietas Principi, vel Magiſtratui ſuperiori, qui hæc ſingularia ſæpe ignorant, non minùs fideliter ab ipſis Paſtoribus denuncianda, quam ubi dubiam Ipſorum fidem, aut ejus, uti æternæ ſalutis ignorantiam, vel etiam cordis duritiem in iisdem deprehendunt, ut ſic potius more Prudentum, minus ex duobus malum eligatur, ſuppliciumque jam deſtinatum, velut Anglia nobis præterito Anno in ſimili caſu ſuppeditavit exemplum laudabile, ad tempus aliquod differatur ſuadente laud. Carpzov. *in Proc. Crim. Inquiſ. Tit. XII. Art.* 1. *p.* 194. aut ſi res adhuc integra eſt, ipſi ut Animarum Cuſtodes præmoneant, aditumque ſibi tempeſtivum, ac præterea, ubi opus, ſpacium informandi captivos ſufficiens concedi petant, neve, antequam in fide vera ſint certi, morti violentæ deſtinati ſupplicium in perniciem Animæ ipſorum maturetur.

§. XIIX. Uti ergò cautè ubique procedendum: ita maximè foret optandum, ut, qui morti deſtinantur, propter prædictas & alias rationes citius, quâm ut paſſim moris eſt, binis tantùm ante executionem diebus à Paſtoribus Eccleſiæ informarentur, præſertim, ubi iis, ut alicubi bene obſervatur, in captivitate hactenus detentis non æque tribuitur occaſio audiendi conciones ſacras certo per ſingulas hebdomades tempore. Nam & Ipſius CAROLI V. *Conſtit. Crim.* LXXIX. non duos, ſed tres concedit dies ad mortem violentam præparandis; neque tres tantùm poſitivè & cum excluſione plurium, ſed *negativè*, & ne pauciores admittantur, uti etiam ſatis evidenter indicat Carpzov. *Prov. Crim. Inquiſ. Tit. XII. art. 1. p.* 192. adeoque tantùm temporis tacitè includitur, quantum poſſit ſufficere ad finem pœnitentiæ obtinendum, vid. Caroli V. *Conſt. Crim. alleg. c. l.*

XIX. Unde inter alia & hæc ſcio ſuſpiria ac querelas fuiſſe piorum Eccleſiæ miniſtrorum; ſed ad ipſa immutanda non tam Præfecti & Quæſtoris, quàm Principis, vel qui ipſius loco venit, opus eſt arbitrio. Hi enim, pro paterno in ſubditos animo ac poteſtate ſua haud dubie medelam huic periculo paratam quæſituri ſunt mandato ad officiales commodo ac Chriſtiano Imperante digno, ſi iſti vel etiam Paſtores tales caſus obvenientes juſto tempore ad eos fideliter detulerint.

§. XX. Et hactenus ratione Viventium. Quoad MORTUOS creditos etiam *ſimilitudinem* properandæ mortis referunt, qui mox eos *Sectioni Anatomicæ* in capite vel ventre ſubjiciunt, jubentes æquè ac Medici: vel qui *citiùs*, quam par eſt, loculo incluſos ſepulchris ſubindè inferunt atque terrâ obruunt. Hoc enim ſæpè neſcio ſub quali prætextu, aut intentione, ſi non *primo*, tamen *altero* ſtatim die vel nocte *promiſcuè* inſtituunt, vix ſatis certi, an *verè* vitâ exceſſerint: cùm tamen de multis Hiſtoriarum monumenta cum ipſâ Experientiâ ſatis teſtentur, qui, laborantes morbis ſubitaneis & acutiſſimis, pro mortuis ſunt habiti, *Ordin. Prov. Elect. Saxon.* XV. *pr.* & nihilominus poſt aliquot non modo horarum, ſed & *dierum* intervalla ex ejusmodi mortis analogia ad ſe & vitam activam, tanquam ex ſomno, redierunt, uti conſtat etiam *ex Ephem. Med. Phyſ. Germ. Ann. IV.* (LXXIII.) *obſ.* LXXXI. p. 71. Idque non ſine maximâ multorum admiratione, ac ſi à mortuis eſſent revocati, teſtante Schenckio *Lib. IV. Obſerv. Med. Tit. de Uter. ſuffoc. p.* 706. *fin. & ſeq. pr.* Quod tamen non magis naturæ viribus fieri poteſt, quam hominem extra reſpectum *Animæ*, vel durationis *in ſpecie*, aut certi numeri *redintegrati* (ut apud Perſas illi decem M. milites trad. Q. Curtio *Lib. III. Hiſt. p. m.* 44.) hâc invita dici immortalem.

§. XXI. Nec exempla utriusque ſexûs longè petenda ſunt, & ipſorum, qui vel *deportandi* jam inter cantandum adhuc vivi deprehenſi, vel *deportati* quoque redierunt. Sic teſtatur Levinus Lemnius *de Occult. Nat. Miraculis Lib. II. c.* 3. *p. m.* 153. ſuâ & Avorum memoria nonnullos *effracto Capulo* revixiſſe. Quendam etiam qui capuæ efferretur *phere-ro*, domum pedibus remeaſſe, ex Plinio *Lib. VII. Hiſtor. Nat. c.* 25. *fol.* 67. *verſ. in pr.* co-

pr. cognoſcitur. Alios *à rogo* relatos accipiamus, uti conſtat *ibid.* apud eundem exemplo Cæcilii Tuberonis, prætura functi. Alios *in rogo* reviviſcentes ſine commodo auxilio fuiſſe combuſtos, veluti patet in L. Lamia, Prætorio Vito; & Attilio Aviola, Conſulari Rom. qui imprimis & à Medicis, & domeſticis mortuus creditus, cùm aliquamdiu humi jacuiſſet, elatus eſt; poſtquam verò corpus ejus Ignis corripuit, vivere ſe proclamavit, auxiliô ibi unicè adhuc remanentis Pædagogi ſui invocatô. Sed jam flammis circumdatus fato non potuit ſubtrahi, ut refert Valer. Maxim. *Lib. I. Memorab. c.* 8. *p. m.* 57.

§. XXII. Neque hîc error tantùm in Viris, ſed & in Fœminis admiſſus eſt, ita, ut pariter, tanquam exanimes, ab ipſis quandoque Medicis *ſectionibus anatomicis* ſubjicerentur, uti patet in *Nobili* apud Hiſpanos *Fœmina hyſterica*, quæ ad ſecundam adactæ novaculæ impreſſionem clamore *viventem* ſe manifeſtavit, non ſine periculo ſummo & mœrore illius, aliàs celebris Anatomici, indè etiam paulò poſt morte extincti, quem Andr. Veſalium fuiſſe conjicit Daniel Sennertus *L. IV. Pract. Med. Part.* 2. *ſect.* 3. *c.* 4. *de ſuffoc. uter. p.* 239. *col.* 1. & ex aliis confirmat Georg. Hieronym. Velſch. *Epiſagm. C. Obſerv. Med. p.* 67. Aliæ utero gerentes in ipſis ſepulchris *pepererunt*. Paul. Zacch. *in Qu. Med. Leg. Tom. I. Lib. IV. tit. de Miracul. q.* 11. *n.* 41. & aliquando caſu ſingularis furti, uti conſtat ex Contin. *Hiſtor. Joh. Cluveri ſub Anno* 1663. *p.* 59. *col.* 2. quoad ornamenta ſepultis detracta, per Veſpillones ex anguſtiis iterum *liberatæ* ſunt, ad plures deindè annos vitæ ſuperſtites. Quo pertinet ſingularis exempli loco etiam Nobilis Matrona Colonienſis, cui nomen REICHMUTH, quæ Anno 1357. graſſante Peſte, nimis feſtinato funere elata, ab avaro Veſpillone, propter annulum pronubum pretioſiſſimum ſimul conditum, & alia muliebria ornamenta, refoſſa fuit, & inde reſuſcitata ad maritum reverſa eſt, trad. Georg. Hieronymo Velſchio *in Obſerv. Med. Epiſag. C. p.* 68. Quædam pro alterius mortuæ ſepultura detectæ *locum mutaverunt*, atque ita miſerrimè mortuæ leguntur inventæ. Vid. plurib. Schenck. *Obſ. Med. Lib. IV. tit. de uter. ſuffoc. p.* 706. *col.* 2.

§. XXIII. Recentiora quoque referri poſſent, niſi jam plurimis aliundè nota, & partim ipſi, qui tales morborum caſûs ſuſtinuerunt, adhùc viva de ſe teſtimonia redderent. Unde his omiſſis *duo* ſubinde locô omnium, pro inſtituti brevitate valdè memorabilia, unius ſummi Imperii, alterius Philoſophorum Scholaſticorum Principis proferemus exempla. Quorum prius eſt ZENONIS Iſaurici *Imperatoris Orientalis*, qui An. Chriſti 491. ſive ex morbo acutiori & comitiali, ſive aliâ etiam ratione (cùm de modo Scriptores dubitent) viſus exanimatus juſſu uxoris Ariadnæ, ſepultus eſt. Sed ſenſu poſtmodum redeunte, cuſtodes noctu hanc lamentabilem vocem ex ſepulchro elatam: *miſeremini, & aperite mihi*; diu audiviſſe tradit Georg. Cedrenus *Tom. I. Hiſt. pag.* 355. *Lit. B.* Cùm autem nemo ſic vociferanti juſtô ſuccurreret tempore, utpote ſepulchrô nimis ſerò recluſô, miſerrimè is peremtus, & lacertas, quibus indutus erat, faucibus mordens offenſus eſt. Vid. Johann. Zonaras *Tom. III. Hiſtor. in Zenone pag.* 44. Alterum deinde & poſterius Exemplum ſiſtit JOHANNES DUNSSCOTUS, ſubtilis ille *Philoſophus*, & perpetuus Thomæ Aquinatis Judicioſi Antagoniſta, *qui Apoplexiâ correptus nimis feſtinato funere pro mortuo tumulatus fuit. Sed cum redeunte vita, ſerò morbi impetum natura diſcuteret, fruſtrà ad petendam opem miſerabili mugitu edito pulſatoque diu ſepulchri lapide, eliſo tandem capite periit.* Uti id quoque patet ex Jani Vitalis Epitaphio, hunc in ſenſum Scotum introducentis.

Hîc Scotus jaceo ſemel ſepultus,
Et bis mortuus - - -

Vid. plurib. Paul. Jovius *in Vitis & Elogiis Viror. Scriptis illuſtr. ſub Scoto pag.* 9.

§. XXIV. Utrumque *miſerabile* ſatis & ob circumſtantias ſingulares, etiam poſterius, *horrendum* ſeculis exemplum cui nullum ſupplicium facinoroſorum quoad cruciatus puto comparandum, ſicuti & ex adducta Zenonis *lamentabili voce*, & pariter *miſerabili mugitu* laudati Scoti, ac ſuffocandi aliàs *Anguſtia*, præſertim tàm *gravi*, licet cuique æſtimare. Quæ ſanè tantò hic gravior cenſeri debet, quòd dum Alii ob delictum; hic ob morbum, illi cum ſolatio externo, hi ſine eô, adeò *crudeli & lenta morte*, ex nullâ pœnæ neceſſitate, ſed & ex *caſu* & ſummâ ſuorum *negligentiæ culpa*, vel *dolo*, perire coguntur. Sanè vel unum ex his, etſi paucis fortè conſtat, omnes omnium locorum, præſertim Nominis Chriſtiani homines movere ſatis eſt, nè cum ſuis, quos habent pro mortuis, nimiũ properent ad terræ antra graviſſimæ, tantisque cruciatibus ac periculis eosdem exponant, impiâ ſanè & prorſus damnabili ratione.

§. XXV. Horum autem morborum, unde quis mortuo ſimilis apparet, *tres* maximè ſpecies referuntur à Medicis: (1) Apoplexiâ. (2) Syncope. (3) Suffocatio hyſterica, ſeu uterina. Qui ultimus morbus fœminis, uti conſtat *proprius*, ſed priores duo utriq; ſexui communes ſunt. Vid. Schenckius *Obſerv. Med. Lib. I. Tit. de Apoplexia, præſertim obſerv. ult. & Lib. IV. tit. de Uter. ſuffoc. ac obſerv. pen. cum ſeq.* Item Paul. Zacchias *Tom. I. Qu. Med. Leg. Lib. IV. tit.* 1. *q.* 11. *num.* 30. *ſeqq.* Ad Apoplexiam, (α) gravem *Epilepſiam*, quæ aliàs caducus ac comitialis morbus dicitur, revocant, cùm vix ab illa diſtingui poſſit. (β) Suffocationem ex aqua, laqueo, peſte vel fumo &c. Ex quibus ita quandoque afficiuntur homines, ut pro mortuis appareant, dum nullô ſenſu,

motu, pulſu aut reſpiratione, facie ſubindè lívida & interdum cum totius corporis refrigeratione, nullô vitæ indicio, nullique dubia mortis perſvaſione obſervantur, docentib. Georgio Hieronymo Velſchio *in Obſerv. Medic. Epiſagm. C. p.* 67. & *ibid.* Schenckio *præſertim obſervat. pen.* nec non Sennerto *Lib. IV. Pract. Med. part.* 2. *Sect.* 3. *cap.* 4. *pr. de ſuffoc. uter. p.* 230.231. ac aliis.

§. XXVI. Sed quia hic dubitari poſſet, quomodo absque ſenſu ullo & motu, etiam ipſius pulsûs ac reſpiratione vivere queat, cùm tamen vita ſine reſpiratione, ut cujus privatio ipſa mors ſit, non credatur exiſtere, nec conſequenter ſine ſenſu: Sciendum eſt, quod reſpiratio duplici modo duci poſſit, una *interna*, altera *externa*. *Hæc* fit per motum apparentem & oris reſpirationem, quæ à thoracis pulmonumque officio proditur, & *propriè* dicitur *Spiratio*, quæ in noſtros ſenſus incurrit. *Illa* verò *Interna* καταχρηστικῶς & abuſive ita dicitur, in ſpecie *Tranſpiratio*, quæ reſpectu noſtri inſenſibilis eſt, dum calor nativus ad extremam veniens debilitatem ob morbi alicujus violentiam, non indiget tanta, ut prior, refrigeratione. Unde licet ſine hac, quæ ſolo arteriarum internarum cordisque officio conſervatur, nemo, ne ad momentum quidem, vivere poſſit, ſecundùm Galen. *Lib.* 6. *de Loc. affect. cap.* 5. *pag.* 152. poteſt tamen bene ſine illa, &, veluti ante exemplis oſtenſum, pariter *ad plures* dies. Quod verò ex iſtius abſentia hominem pro mortuo habeamus, fit ex apparentibus quibusdam mortis ſignis externis, & quia internam occultamque nobis transſpirationem ignoramus: ut ſic homo quidem vivat, ſed non quoad noſtri ſenſus judicium. Vid. Galen. *d. l.* cum Sennerto *ibid c.* 4. *p.* 137. Uti & hirundines, referente Zacch. *Tom. I. Qu. Med. Leg. Lib.* 4. *Tit.* 1. *q.* 11. *n.* 4. *p.* 326. *col.* 2. & pleraque alia Animalia tota hyeme frigida & immota, tanquàm verè mortua, in cavernis, (ut illæ in paludibus & piſcinis) permanent, quæ tamen Vere & Æſtate ſupervenienle, internoque calore ad exteriora denuò revocato, quaſi de novo vivere incipiunt, vi conſervatæ *internæ* occultiori motu transſpirationis. Quæ ſi cum externa ſimul eſſet ſublata, vitæ amplius ſupereſſe non poſſent, teſtante etiam Schenckio *d. oper. Lib. IV. ib. pag.* 707. eò quod à *totali* privatione ad habitum naturaliter regreſſus fieri nequit.

§. XXVII. Quamdiu autem vita hoc modo in homine delitefcere poſſit, forſan non abs re quæritur. Et hic *diſtinguunt* Medici, experientiâ edocti, ab Apoplexiâ & ſuffocatione uteri *Syncopen*, quæ, dum cor ipſum infeſtat, quaſi abſciſſio vitæ eſt. Unde & à Galenô *Lib.* 12. *Oper. Meth. med. cap.* 5. *pag.* 262. præceps virium lapſus dicitur, atque à reliquis differt, uti totum à parte: quia illa modò cerebrum; hæc omnes facultates enervare ſolet. Quapropter vix ultra ſpatium XXIV. *horarum* ſuſtineri *fortem* Syncopen putat Zacch. *in Qu. Med. Leg. Tom. I. Lib.* 4. *tit. I. q.* 11. *n.* 39. Ac poſtridiè *Matrona* nobiliſſima Auguſtana, jam præparata ad tumulum, ex gravi ſyncope, per acum plantæ pedis Ipſius curioſè infixum, ad ſe & ſenſum rediit. Velſchius *in Obſerv. Med. Epiſagm. C. p.* 68. *Apoplexiam* verò & *ſuffocationem Uteri*, quæ cor non ita afficiunt, interdum per integrum, binos, aut etiam *tres* duraſſe dies communiter tradunt. Sic quoad *illam* recenſet Schenck. *Obſ. Med. L. I. tit. de Apopl. p.* 94. *fac. B.* olim apud Ferrarienſes *Puellam* quandam Apoplexiâ detentam, pro mortua ab omnibus fuiſſe Medicis creditam. Cùm verò inter alia, reſpectu talis morbi attendenda, mater puellam, ſummoperè amatâ, non ità facilè ſepeliri permitteret, ſed per triduum apud ſe detineret, contra omnium opinionem eam *tertiô die*, quaſi ab Inferis ſublevatam, revixiſſe, ac ſuo adhùc tempore pulcherrimè egiſſe addit. Quare & *hac* SCOTUS, dùm longius ejus effectus duravit, aut *forti Epilepſia* correptus dicitur, veluti ſecundùm nonnullos Zeno Imperator. Vid. Zacch. *alleg. loc. n.* 37. Nec minus *morbum* in fœminis *Uteri* quandoque per *triduum* ſtetiſſe, refert Daniel Sennertus *Pract. Med. Lib. IV. part.* 2. *Sect. c.* 4. *de ſuffoc. Uter. p.* 236. *col.* 2. Quanquam & ad ſeptem dies, exemplo fœminæ exanimis viſæ, id videtur extendere Plin. *Nat. Hiſt. Lib. VII. cap.* 52. *fol.* 67. *verſ.* quod tamen hìc in medio relinquitur.

§. XXVIII. In his ergò morbis Uteri ac Apoplexiâ ſeptuaginta duas horas, aut *tres dies integros*, pro termino vivendi ab omnibus fcrè aſſignatos indè accipimus. Vid. Levinus Lemnius *de Occult. Nat. Miraculis Lib. II. c.* 3. *p.* 153. it. Zacch. *Tom. I. Qu. Med. Leg. Lib. IV. t.* 1. *q.* 11. *n.* 51. Quod ut *optimum* conſilium laudat etiam Avicenna *Lib.* III. *Tract. V. c.* 12. *pag.* 509. & *tutiſſimum* eſſe dicitur elapſum hoc *triduum* ſecund. Sennert. *l. c. pag.* 237. *col.* 2. Cui convenienter Schenckius quoque *Virum* magni nominis liberatum à levi Apoplexiâ, tandem in templo poſt biennium eâdem interemtum, concedere tamen noluit ante *triduum* ſepeliri: illo enim ſpatio omnes corporis humores traduntur ſiſti moverique deſinere; cùm & ſecundum Lemn. *ibid. p.* 153. *& ſeq.* Luna hoc tempore unum Zodiaci ſignum peragat, cujus vi humorum decurſus & in corporibus perfici dicitur; & ſic deindè vel ad mortis, vel vitæ ulterioris ſignum, judicante jam alleg. Schenck. *Lib.* I. *Obſerv. Med. Tit. de Apoplexia d. pag. col.* 1. Huic tamen tempori hoc ut *certius* adhùc mortis ſignum ipſi adjungunt Medici, nimirum *cum livore & æſtuatione corporis fœtorem*, ex ipſius putredine, cujus is proprium accidens eſt, exortum. Conf. Paul. Zacch. *c. l. n.* 58. *p.* 331. Add. Schenck. *alleg. oper. Lib.* IV. *Tit. de Uter. ſuffoc. p.* 707. *col.* 1. *fin.* Qui fœtor & argumentum verè mortui,

tui, poſt virture Salvatoris noſtri Divinâ iterum reſuſcitati *Lazari* ſtatuitur *Joh. XI.* v. 39. Et ita *Perſæ* non prius mortuorum cadavera humari permiſerunt, quàm aut ab Alite, aut Cane traherentur, teſte Herodoro, Scriptore antiquiſſimo, *Lib.* 1.*fol.m.* 29. Quod *Zacch. ibid. q.* 11.*p.* 331. inde factum arbitratur, quòd, dum vitæ finitæ non ſatis certæ notæ ſint, ex nullis aliis ſignis certitudo mortis haberi poſſit, niſi cum Alites & Canes, *fœtore* è cadavere expirante allecti, ad id accurrant. Undequi corpora Suorum ſepulturæ tradunt dubii, deteriores his Gentilibus ſunt, ac *graviſſimè* peccant contra conſcientiam, digni pœna *maxima*, per Ep. ad *Rom.* XIV. v. 20. 23. quia id ſuſcipiunt, cujus, an non ſe aliter habeat, nondum certi ſunt, cùm tamen noſtras ad actiones *certitudo* ſemper requiratur. *d. l. v.* 5.

§. XXIX. Ne igitur privati, qui circa funera verſantur curanda, adeò *atrociter* ex ſuo arbitrio peccent, commodum & laudabile foret maximè, ſi, optimo quorundam Principum exemplo, omnes Magiſtratus Chriſtiani per *publica Decreta* hic Leges ferrent tam neceſſarias, tamque deſideratas, quibus prohiberentur tum Medici & Chirurgi, *Damit Sie nicht ſo ſchleunig mit Anatomiſcher* Diſſection *an der vermeintlich-geſtorbenen Haupt und Leibern verfuhren*, cùm nec hoc ante triduum videatur permittere Daniel Sennertus, Experientiſſimus quondam Medicus, *Lib.* IV. *Pract. Med. Part.* 2. *Sect.* 3. *c.* 4. *p.* 239. *col.* 2. *progn.* 10. tùm Veſpillones & Alii: *Daſs ſelbige nicht derer Sarg ſo bald zunagelten, oder Sie wohl gar ſo geſchwind ohn unterſcheid zu begraben ſich unterſtünden.* Nam dum *Ethnici* JCti in rebus *incertis*, quamvis non ita arduis, *tutè* procedendum ſuadent ob humanam æquitatem, & rectæ rationis uſum; quantò magis in ejusmodi *periculoſo* negotio vigilare debemus, ex ipſa charitate Chriſtiana. Aliàs quippe, in quo differimus à Gentilium Inſtitutis, qui Cadavera Suorum Ignibus cremanda exponebant, iis reddemur deteriores, ſi quod *pietatis* causâ inventũ, in abuſũ impium vertimus.

§. XXX. Et deprehenditur Marcellus apud Romanos admodùm ſollicitam in dubio curam inſtituiſſe, ne vivus quiſpiam terræ traderetur, cùm alioquin Romani *extra ordinem* ſaltem, & ſic novo inſtituto, *poſtquam longinquis bellis obrutos erui cognovere*, ſuorum cadavera, nec ſemper tamen, cremaverint, utpote ſubinde *veteri* ſepeliendi more, ut & hic indicat Marcellus *de Lege Regia obſervato.* Vid. C. Plin. *Hiſtor. Nat. Lib. VII. c.* 54. *fol.* 7. *v. in fin. & pr. ſeq.* Ita autem JCtus Marcellus *l.* 2. *D. de Mortuo inf. & ſepulch. ædif.* habet: *Negat Lex Regia mulierem, quæ prægnans mortua eſt, humari, antequam partus ei excidatur, qui contra fecerit, ſpem animantis eum gravida peremiſſe videbitur.* Add. Synopſ. Baſi. *Lib.* XIX. *tit.* 2. *c.* 3. Quam Legem *Regiam*, ſive, ut putat Gotofred. *ibid. in not.* à religioſo forſan iſto Regum Romanorum, Numa Pompilio, ita dictam, ſive ab alio poſtmodum Principe, ut efficiente cauſa, latam, *æquiſſimam* eſſe, nemo ibit inficias. Quamvis enim non ita frequenter matre mortuâ partus vivens deprehendatur; attamen cum interdum uno vel altero id exemplo contigerit, Lex inde ſalubriter *negans* ſeu prohibens condita eſt. Siquidem recenſet Valer. Maxim. *Lib. I. Memorab. cap. ult. p. m.* 58. *ſeq.* GEORGIAM quendam Epirotam, in funere matris ſuæ utero elapſum ac inopinato *vagitu ſuo* lectum ferentes conſiſtere coëgiſſe: Et ita matrem fato functam peperiſſe, Georgiam ante elatum, quàm natum fuiſſe. Sic illuſtre ſatis præſenti ſeculô exemplum occurrit in MARIA, Auguſta, Imperatoris memoriæ glorioſiſſimæ FERDINANDI III. Conjuge, quæ dum partui vicina An. 1646. menſ. Majo catarrho repentino extincta eſſet, pariter tali prudenti conſilio Proles, ex utero jam *defunctæ* Matris exempta, adhùc *vivens* ſalutari lavacro expiata eſt. Vid. Joh. Cluverus *Epitom. Hiſtor. Lib.* XII. *append. p.* 852. *col.* 2.

§. XXXI. Hinc quoque, dicente Lemnio *Lib. II. c.* 3. *de Occult. Nat. Mirac. p.* 113. convenit lege cautum eſſe, *ne* Libitinarii ac Veſpillones *præproperè* mortuos exiſtimatos loculo includant, maximè eos, qui *Apoplexia*, aut morbo *comitiali, uterique ſtrangulatione* ſuffocantur: cum in iis nonnunquam *deliteſcat* Anima, quæ rurſus corpus ſpiritu vitaque imbuit. Ac inter alios Magiſtratus ac Principes hac in re laudandus maximè Sereniſſimus in Saxonia quondam Elector, AUGUSTUS, qui *in Ordinatione Provinc.* XV. *Von Todten und Begrabnüſſen in pr. p.* 90. ubi cauſam ſuperius allegatam ita mandato expreſſo diſponit: *Da jemand von GOtt durch Kranckheit und tödtlichen Abgang von dieſem Jammerthal abgefodert würde, ſoll derſelbe nicht alsbald begraben: beſonders zum wenigſten zwölff Stunden daheim im Hauſe behalten werden, in Betrachtung, daſs etliche durch geſchwinde Kranckheiten, oder Ohnmacht etwan alſo ſchwach, mattloſs und verzuckt, daſs ſie vor todte Menſchen angeſehen, und doch gleichwol über etliche Stunden wiederum ſich erholen, verſtändig und lebendig werden.* Alii in aliis Rebuspubl. ac Civitatibus, quibus id diſponendi Jus *ordinario* vel *ex privilegio* competit, haud dubiè *longius* etiam tempus Legibus, vel Statutis præſcribunt, circa mortuorum ſepulturam cuſtodiendum, propter *Caſus* emergentes eorum, qui ampliori, *ut ſuprà*, adhuc ſpatio reconvaluerunt ex morbi impetu. Alibi ex conſuetudine, quæ parem habet cum Legibus vim *l.* 32. *& ſeqq. D. de LL.* idem optimè obſervatur, velut in Patria mea Sileſiæ URATISLAVIA. Interea ubi hoc nondum vel obſervantiâ, vel expreſsè à Magiſtratu introductum, Medicorum, vel Aliorum etiam præſentium munus eſt, ut *familiaribus* ipſi ſaltem mandent ac imperent, ne pro conſuetudine ta-

les juſtô citius ſepeliri permittant, ſed propriæ domui *longiori tempore* detineant, ſuadente hoc prudenter Schenckio *in Obſerv. Med. Lib. IV. Tit. de ſuffoc. Uter. p.* 106.

§. XXXII. Neque dictis quicquam adverſatur, quòd *Lib. Tob. c. VIII. v.* 12. *ſeq.* Raguel in Medorum oppido Rages circa primæ ſtatim noctis meridiem tumulum præparari juſſerit per ſuos famulos, pro novo Genero, Tobia juniore, ut, ſi forſan parem cum prioribus ſeptem filiæ maritis truculentiam mortis fuiſſet expertus, ante lucis exortum ſepeliri poſſit. Nam (1) ipſe Lutherus *in Præfat.* iſtius Libri *ſubdubitat*, num veram is contineat Hiſtoriam, an pium boni alicujus apud Judæos Poëtæ inventum ſit, ſub forma Ludi Tragici, uti ex Græco ferè colligit, conceptum. (2) Etiam poſito, quod vera Hiſtoria ſit; attamen *veriſſimè* priorès illius Saræ mariti, quod in Tobia quoque præſumebatur, erant mortui: quia omnes dicuntur *occiſi* ab Aſmodi dæmone, & quidem mox circa *primum* concubitum, uti id patet, *ex c. ibid. III. v.* 8. & de quo pariter *conſtitit* Juniori Tobiæ *c. VII. v.* 15. nec minùs *ex conſilio* Angeli Raphaelis *v. præced. q.* quam ipſius deinde *facto c.* 8. *v.* 3. Unde, propter certitudinem mortis ſummam, ad præſens dubium inſtitutum hoc exemplum non pertinet.

§. XXXIII. Sed hâc quæritur occaſione, num, ſicubi brevius à Magiſtratu tempus ſepulturæ præſcriptum, aut conſuetudine admiſſum eſt, aliquis, ſuum morbi affectum *longius* durabilem expertus, vel ex indiciis ſaltem metuere, *teſtamento* validè ac *utiliter* cavere poſſit, ne ſuum aliquando corpus ante quatuor vel quinque dies terræ demandetur? Ad quod ut eò tutius reſpondeatur, diſtinctè procedendum erit. Et (1) quidem conſtat ipſa Teſtamenta *in ſe* eſſe favorabilia, ſecundùm *part. III. Conſt. Elect. Saxon. IX. p.* 178. ac ita *ſanctè* cuſtodiri, ut iſta authentica ſeu confirmata nemo abroget, aut quicquam ſuperordinet, dicente ipſo Apoſtolo *ad Galat. III. v.* 15. eò, quod defuncti voluntas bonis hæredibus intellecta *pro jure* eſt Plin. *Lib. IV. Ep.* 10. imò ipſi quandoque Legi proponitur. *Nov. CXIIX. c.* 5. (2) Neque in materia præſente objectum, circa quod teſtaturus verſatur, ex numero eorum eſſe videtur, quæ Juris vel Naturalis vel Civilis prohibitioni ſubſunt. Contra *illud* enim non eſt, cùm in ſe nihil mali, aut quod bonis moribus repugnet. Nec magis *huic* adverſatur, quia expreſsè Modeſtinus Teſtamentum dicit juſtam voluntatis noſtræ ſententiam de eo, quod quis poſt mortem fieri velit *l.* 1. *D. Qui Teſtam. fac. poſſ.* Dum ergo JCtus facultatem *abſolutè* teſtandi; videlicet circa omne *in ſe & moraliter* poſſibile objectum, quod modò apprehendit voluntas noſtra, nobis concedit, & aliàs *in dubio* etiam quis *ex aſſe* teſtatus deceſſiſſe creditur, per *l.* 1. §. 4. *l.* 9. §. 13. *D. de Hered. Inſt. &* §. 5. *Inſt. eod. it. l.* 41. §. *de Vulg. & Pupill. Subſtit.* dum voluntates teſtantium *plenius* in teſtamentis interpretamur. *l.* 12. *de R. J.* add. Magnif. DN. D. BECHMANN. JCtus & Anteceſſor Salanus celeberrimus, Patronus n. percolendus *in Comm. ad* 11. *Tom. I. Exot. Ex. XIV. de Uſu & Hab. n.* 8. *ſeq. p.* 372. non video, quomodo ſui corporis cura ex quadam mora ſepeliendi ſic firmiter inhiberi poſſit: cum nihil magis hominibus debeatur, quàm *ſupremæ voluntatis* liber ſtylus & liberum arbitrium, *l.* 1. *C. de Sacroſ. Eccleſ.*

§. XXXIV. Nec eſt, ut dicatur, id tantùm intelligi de propriis & quidem fortunæ bonis, non autem ſimpliciter de omnibus. Nam (1) diſtinctio talis *ſilente* Lege nulla Commodè admitti poteſt. (2) Si terminus τὸ *propriis* ſtrictè intelligatur, & ratione Originis, nec bona fortunæ propria ſunt: ſin *latius* & reſpectu alíqualis poſſeſſionis, par ratio adeſt in bonis fortunæ & corporis, imò *hujus* adhuc *major*, dum bonum internum & eſſentiale; illud externum & accidentis eſt. Cum ergo de ejusmodi remotiori & nunquam redituro licitè quis teſtari *ordinariè* poſſit, multò *magis* de ſuo corpore, ut propinquiori, & aliquando ex ſpe reſurrectionis beatâ animæ rurſus conjungendo *Job. XIX. v.* 26. teſtandi habebit licentiam. Imò cum *jam* omnibus propriè *in Teſtamentis* hujus ſepeliendi ratio ſoleat haberi ante bona quævis reliqua; Quidni & circa *cunctationem aliquam* in ſepultura obſervandam, ob ſingulares gravesque cauſas, metu ex pio, ac *conſcientia* ſubortas; diſpoſitio erit permittenda? Neque aliud dicit vox *juſta* à Modeſtino uſurpata, quia eadem reſpicit *Ordinationis* ſolennitates, in Teſtamento adhibendas, ſecundū Regulas Juris Civilis *l.* 4. *in fin. eod.* quæ exponuntur §. 3. *Inſt. de Teſtam. Ordin.* vel hodie pro loci conſuetudine; aut ſi quid magis, *poſſibilitatem Naturæ & Morum* & ſic nullam in propoſito, uti ex dictis conſtat, limitandi cauſam.

§. XXXV. Multò minùs hoc eſt contra Magiſtratûs arbitrium, lege ſuâ certum tempus ſepulturæ in commune præſcribentis, dum id ipſum non poſitivè, h. e. ut præcisè tot modò horæ vel totidem neceſſariò, nec plures dies, ſed *negativè* potiùs, ut non pauciores obſerventur, venit intelligendum. Hinc ad iſtum ſenſum notanter dicit in jam *alleg. Ord. Prov.* laudatiſſimus Elector Saxoniæ: *Beſonders zum wenigſten zwölff Stunden.* Vid. §. 27. h. *cap.* Ubi ut quisque intelligit, plures horas non excludit, ſed cuivis *tacitè* permittit, ſicut Medici anteà quoad *dies*. Nam licet *tres* ſimili ſenſu requiſiverint, non tamen niſi cùm reliquis *ſignis* ſecundum §. *præced.* 24. & ſic non in omni caſu. Quinimò ſi vel maximè Legislator ἁπλῶς & *ſimpliciter* loqueretur, ac v. gr. binos vel tres dies ſepulturæ inſtituendæ nominaret, *ex intentione* tamen loquentis ſubindè *plures* ad arbitrium privatorum haud dubiè includerentur, quia, ut Philoſophis notum, *ex unius poſitione non ſtatim negatur alterum.* Nam eò, dum Cajus pronunciatur doctus, aliis in pari quali-

qualitate nihil decedit, *niſi cum excluſionis reſpectu*. Unde demùm concludere licet, quod ejusmodi Teſtamentum, *publica* vel *privata* fide ordinatum, idque *ſolenne* ſcriptum vel nuncupativum aut *privilegiatum* fuerit, circa *aliqualem* ſepulturæ moram ita diſponens per hactenus dicta non ſit impediendum, ſed voluntas potiùs Teſtatoris, quam primùm ea vel ex ipſius adhùc voce, vel ſimplici deindè Teſtamenti apertura nobis conſtat, *ſolicitè* cuſtodienda, cùm videatur nec extra negotium Teſtamenti poſſe negligi.

§. XXXVI. Sed plus dubii id forſan habet tempore *peſtis*. Verùm ut aliud reſpondeatur, ſufficiens nondùm hinc apparet ratio. Quippe ſibi proſpicere Juris eſt *Naturalis*, uti & hîc, præſertim ſi modicum iſtud tempus ſit. Nec metus luis, reſpectu aliorum *inordinatus* hoc ſtatim deſtruit: quandoquidem hic damnamus *impium* illud Caiphæ conſilium: Expedire unum hominem perire pro populo. *Joh.* XVIII. *v.* 14. dum & iſto caſu iniquum agere contra conſcientiam eſt, præſertim cùm non omnis *peſtis* ſit contagioſa, ſecundum *d.* §. 5. *h. Cap.* Ac eſſet inſuper adverſus defuncti *rationem* teſtandi, quod non eſt amare proximum, multò minùs DEUM. *Joh. Epiſt. I. v.* 20. *ſeq.* Nam DEI hæc pœna propter *peccata* noſtra immittitur. *Exod. IX. v.* 3. *&* 15. *Deuter.* XXIIX. *v.* 21. II. *Samuel. XXIV. v.* 13. *&* 15. *Pſal. LXXIIX. v.* 51. *Jerem. XLII. v.* 17. *um* 22. *& XLIV. v.* 13. Add. Paul. *Zacch. Qu. Med. Leg. Tom. III. Conſ.* 71. *n.* 13. *pag.* 109. quæ augetur diffidentiâ, cùm gratia maneat *Confidentes*, ſicuti exemplis tùm miniſtrantium, tùm Medicorum, etiam *ex* §. 5. *h. C.* conſtat, qui in hiſce peſtiferis morbis *incolumes* conſervati ſunt, præ multis nimiùm meticuloſis. Quia autem ob tetrum corruptumque vaporem peſtilentem *quandoque* ſuffocatio, vel animi defectus, ſecundum §. 21. *ſub* (β) *Cap. præſ.* aliquibus contingit, quô adhùc viventes *mortuis ſimiles* habentur, facilè poteſt fieri, ut hinc tales, æque ac ad reliquos ſupra dictos morbos proni, dùm nimis *citò* & ferè *promiſcuè* efferuntur, ante ſepeliantur, quàm ſint mortui, ſecundum illud memoriale Matronæ Colonienſi peſte correptæ, & ante mortem ſepultæ poſitum *Eleg.* 10. 11.

- - - - *rata cadavera multo*
Plurima tunc obiter ſunt tumulata metu.
Sæpe etiam cupido ſunt properata Nepoti
Funera, nec pietas conſtitit ulla ſibi.

Conf. Georg. Hieronym. Velſch *Obſerv. Epiſagm. C. p.* 69.

§. XXXVII. Et ſic Romæ tempore Peſtis *plures* adhùc Viventes pro mortuis traditos eſſe ſepulchris, fatetur *Zacch. in Qu. Med. Leg. Tom. III. Conſ.* 79. *n.* 5. *p.* 127. *Co. I.* inter alios referens *Juvenem* quendam, qui in Archi-Hoſpitali S. Spiritus *ibid.* A. 1656. ex peſtis violentia in Syncopen lapſus, *pro Mortuo* inter reliqua cadavera *ſemel*, atque iterum *poſt duos dies* ex eodem effectu ejectus eſt, per Veſpillones trans Tiberim terræ mandandus, *bina vice* ſe recollegiſſe, & ad Hoſpitale relatum fuiſſe. *Aliud* haud abſimile exemplum *de Puella XIV* Annorum memorat Schenckius *Lib. VI. Obſ. Med. Tit. de Peſte* 880. Hæc linteaminum vinculis jam inſuta, ad *multas horas*, tempore omnium *frigidiſſimo*, in terra jacuit; ſed cum pheretrum per Veſpillones ad ſepulturam ejus *pro more* afferretur, magno cum eorum ſtupore, *quaſi rediviva*, ex lecto, quò ſe interim contulerat, *audacter* locuta eſt, vitæ per aliquot *Annos* deinde ſuperſtes. Ubi ſanè parùm *utrinque* abfuit, quin Juvenis æque ac puella hoc peſtis tempore ex maturata nimis ac diffidente opera viventes ſepelirentur; cùm tamen omnia potius *Extrema*, præſertim in *bonum* à DEO nobis immiſſa *finem*, ſint perferenda cum *Jobo XIII. v.* 15. quàm ut proximo ex noſtra incredulitate tàm *atrociter* noceamus. Id quod certè nullam gratiam, ſed tantò majorem meretur iram, quoniam *ſæpè* DEUS noſtram in hiſce anguſtiis *fidem* probat, nec ſibi fidentes deſerit, ſi modò abſit audacia.

§. XXXIIX. Reſtat adhuc, ut brevibus quoque dicamus de ſubtrahendi Pulvinaris *Oppoſitis*, quæ lucem haud raro aliquam ſolent affundere, dum ea juxta ſe poſita magis clara evadunt. Sunt autem hîc iſta vel ex numero Contrariorum. Quoad Oppoſita *Contraria* adeſt PULVINARIUM SUBORDINATIO Capiti hominis præſtanda. Ut v. gr. ſi cui (1) *Moribundo* jam eſſent ea ab Aliis ſubtracta, hoc vel videntes vel aliunde cognoſcentes, *fideliter & ſine mora* reſtituamus, velut *utiliſſimè*, hoc ita factum recordamur, ut, ante propemodum ſenſu carentes, mox loqui denuò potuerint. (2) Cum *Aſthmaticum*, vel alium, *gravioris* præſertim affectûs hominem offendamus de plano ſine ulla, vel non ſufficiente cervicis elevatione *periculosè* decumbentes, unum vel plura, pro modo indigentiæ ſubminiſtremùs pulvinaria, ne ex difficili, ob impeditum aëris ingreſſum, reſpiratione *graves* dolores ſentiant, vel *planè* ſuffocentur.

§. XXXIX. *Contradictorium* Oppoſitum hoc loco eſt NON-SUBTRACTIO Pulvinaris; idque vel Voluntarium vel Involuntarium. *Voluntarium* dicetur, cùm proprio motu & ſponte ejusmodi homines, qui hactenùs hæc & ſimilia in quiusdã contra conſcientiam *ſcienter*, vel *ex errore*, vincibili tamen, admiſerunt, aut Alios admittere paſſi ſunt, hôc cognitô, & pœnitentia *ſeriè* ducti, à *perverſo* tali more abſtinent, aliosque inpoſterum dehortati ad hoc potius monent, ut unum quemvis *naturali* modo expirare permittant. Ita enim *facilius* ac interdum *citiùs* ſibi & cervicalibus ſuis relicti claudunt oculos, ac quibus cum tantâ dolorum etiam acerbitate fuerunt ſublata. Id quod *eventu* non minùs, quàm *dictu* verum eſt. Nec *ratio* longè petenda venit, dum ſic vires *lento* gradu conſumuntur, & quò *pauciores* ſuperſunt,

hôc

hôc *facilior* mors contingit, adeò, ut ultimum Spiritum ſine ulla violentia & ferè *inſenſibiliter* efflent, ſailicis inſtar, materia combuſtibili jam deſtitutæ. Et uti hoc eſt *intellectui* conveniens: ita ad id nos obſtringunt ipſa *Recta* Ratio *DEIque* non, obſcura *Voluntas*, & ſimul verus in proximum *Amor*. Unde virtutis laudem ſubeunt, qui ſaniora magisque ſuæ ac decumbentis ſaluti profutura ſequuntur promoti conſilia.

§. XL. *Involuntarium* ècontra ponitur *in coactione*, ut quando ipſæ ab hoc malo non liberè deflectunt *miniſtrantes* ægrotis Mulierculæ vel Alii, *à Magiſtratu* ſub gravi *Legum* vel Statutorum comminatione deterreantur, vel, uti ſuperius aliundè relatum, *Jurejurando* ſub ingreſſũ miniſterii ſui cohibeantur. Quandoquidem *nonnulli* hominum ſic ad peccandum *proclives* ſunt, ut nec conſcientiæ etiam *rectæ* ſemper attendant dictamina, ni *Civilibus* mandatis, ſeveritate plenis ſubindè deterreantur, ſecundum illud Horatii *Lib. 1. Epiſt. 16.*

Oderunt peccare mali formidine pœnæ.

Hinc *laudabiliter* Magiſtratum facturum exiſtimamus, ſi, ubi talia vel ex inquiſitione, adhùc cognoverit frequentari, *omni Cura* prohibeat. Sic miniſterium Imperante *dignum* DEO *charum* & votis ejusmodi decnmbentium pariter ſe præſtabit *ſalutarem*. Nam Magiſtratûs, præſertim *Summi*, curam verſari non tantùm circa viventes & ſanos, ſed *Ægrotos* quoque ac *Moribundos* haud minus, quam circa *Mortuos*, extra controverſiam eſt. Dicitur quippe τὸ πολίτευμα, ſeu MAJESTAS, ſecundum Ariſt. *III. Polit. c. 6.* τῆς πόλεως πανταχοῦ κύριον, *h. e. Summa ubique in Civitate Poteſtas*, & ſic *objectivè* in omnibus rebus Jus definiendi habet, ubi Civitatis *Neceſſitas* & *Utilitas*, etiam ſingulorum, ut in quibus conſiſtit ratio totius, id requirit evidens *l.* 40. *D. de LL. l. 2. de Conſt. Pr.* add. *c. Non debet XII. de Conſangv. & affin.* Ad cujus exemplum vi *Superioritatis*, quâ pollent, territorialis, etiam PRINCIPES Imperii N. Rom. Germanici, ut in aliis, ſecundum Per-Illuſtrem ac Generoſiſſimum DOMINUM, VITUM LUDOVICUM ASECKENDORFF, &c. Sapientiſſimum ac Incomparabili Principum Saxoniæ Sereniſſimorum Oraculum, Mæcenatem ac Patronum noſtrum, poſt DEUM, Maximum, ſummeque perpetim venerandum, *Im Teutſchen Fürſten-Stat. Part. II. c. 1. q. 8. p. m. 59. pr. & C. 5. q. 2. n. 2. p. 86. it. C. 8. pr. p. 192.* ita & circa Ægrotos ac Moribundos *ib. Cap. 11. q. 6. n. 2. pag.* 270. diſponendi habent arbitrium in ſuo Principatus territorio. Nec minus & Alii *Inferioris* Ordinis, utpote CIVITATES Provinciales, quæ, abſque Superioris nova confirmatione, *vi Privilegii* aliâs Statuta concedere poſſunt, juxta DN. David. Mevium, JCtum, *in Quæſt. Prælim. ad Jus. Lubec.* 11. *n.* 42. 44. *p.* 23. facultatem aliquam in ſuo Diſtrictu hinc obtinebunt; dum *idem* eſt, Majeſtas agat *immediatè*, ſive *per Alios* ipſius virtutis radiet, quia cuncta ad eam referuntur *per Reg.* 68. 72. *de R. J. in 6to.*

§. XLI. Unde ſi conduntur ſæpè Leges, & quidem *laudabiliter*, de objecto minus periculoſo vel nobili, videlicet de ſubditorum victu & veſtitu ſumtuariæ, aut, quod majus, de læſione hominis inhibenda, valentis adhùc ſe per naturam defendere: Quantò *laudabilius* hinc ferentur de tali clandeſtino ac *noxio* Inſtituto avertendo, reſpectu ejus, qui defenſioni ſuæ non amplius, ex defectu virium, ſupereſſe poteſt. Magiſtratus ſiquidem in his retris miniſter & Vicarius eſt ipſius DEI *Ep. ad Rom. XIII. v. 1. & 4.* qui dùm *hujus*, ut omnium, curam gerit *ſingularem*, Magiſtratum viciſſim *Subditorum* ſuorum decere eſſe memorem. Nec minimum ſui officii præſtiterit, ſi hujuscemodi cum Chriſtianiſmo haud leviter pugnantes mores *ſeverè* abrogaverit, neque in ſubditis hoc modo permiſerit, quod ſibi fieri recuſaret, ſimilis in eò tàm *Afflato* GALBÆ ad Piſonem adoptandum *aureo*, Tacit. 1. *Hiſtor.* 16. *n.* 6 quàm *laudabili* maximè TRAJANI Optim *Exemplo*, qui talem ſe *Aliis* geſſiſſe fertu Principem ac Imperatorem, qualem *ſibi* ipſ optaſſet privatus, ut videre eſt apud C. Plin. in *Paneg. Trajan. cap.* 44. & 64.

(o)

AUTHEN

AUTHENTICÆ

MEDICO-LEGALES.

MICHAELIS BERNHARDI VALENTINI
INTRODUCTIO
AD
AUTHENTICAS MEDICO-LEGALES.

§. I.

NE mulieribus à fronte Introductionis in *Novellas Medico-Legales* §. 1. injuriam intuliſſe videar, non poſſum non hîc Caſum inauditum & prorſus abominandum referre, quô fœmina ſexum virilem diu mentita tandem in tractu Halberſtadienſi aliam ſibi conjugio maritari & horrendum dictu! Copula Sacerdotali jungi curavit, cui ut ſe virum præſtaret, membrum virile artificiale, quod noſtrates vexatorem (*einen Vœpper*) appellare ſolent, femoribus & inguini alligando, & cum Amaſia ſua conſueſcendo muliebria hujus tantoperè exercuit, ut tandem miſerrime violata nefandum facinus conſanguineis ſuis primum, & abhinc Magiſtratui publico detegere neceſſum habuerit. Formato illi proceſſu, reaque convicta & confeſſa de pœnâ illi infligenda quærebatur? Quæ cùm nullibi ſit expreſſa, Magnus quidam Academiæ Giſſenæ JCtus & Anteceſſor conſultus fuit, qui Dn. Requirentem ad integram Facultatem Juridicam remiſit, cui Acta nondum communicata ſunt.

§. II.

Parallela ferè, utut diſpari & mitiori modo agunt FRICATRICES, τριβαδικὴν ἀσελγίαν exercentes, quas S. Paulum Rom. 1. §. 26. per eas, quæ naturalem uſum mutarent, intellexiſſe *Warlizius in Diſquiſ. Medico-Sacra de modeſtia Scripturæ in rebus verecundis pag.* 107. aſſerit. Nefandum earum exemplum habet *Zacchias in QQ. Medico-Legalibus Lib. VII. Tit.* 1. *Quæſt. VIII. pag.* 598. §. 24. qui & certa ſigna proponit, quibus nuptiæ (quæ vocantur) Romanæ ſ. facetiæ Florentinæ ab illis & aliis perpetratæ deteguntur. Quâ ratione verò beſtialitas & Sodomia dijudicari & dignoſci debeat, mallem Lectorem Benevolum è *Zittmanni Medicina*

Forenſi CAS. XLVIII. hauriret, quàm ut mutum ejusmodi peccatum hîc ulterius innoteſceret; *vid.* tamen CAS I.

§. III.

Crudeles porrò & Sanguinolentæ prorſus ſunt, quæ, ut honeſtæ videantur amaſiis ſuis nimis liberalibus & juſtô apertius agentibus partem illam, quâ viri ſunt, cultro aut falce demetunt, quod illis forte condonari poſſet, quæ ſtuprum violentum attentantes ſic declinare, aut adulteros in ipſo actu adorientes affectibus abreptæ puniunt. Quanta enim Mulierum nonnullarum Zelotypia ſit, & quàm facilè ſiniſtram de Maritis ſuis ſuſpicionem capiant, teſtatur Titia, quæ ob turgeſcentiam virilium ſub ſomnô Maritum ſub inſomniis ſcortari: aut adulterium committere ſuſpicabatur in CAS. II.

§. IV.

Cæterum ſumma circumſpectione & cautelâ opus eſt, priusquam aut Viros ob impotentiam, aut Mulieres ob partium genitalium anguſtiam inhabiles ad matrimonium ſtatuamus, & Conſiſtoriis Eccleſiaſticis ad diſſolutionem ejus anſam largiamur. Quam turpiter hîc ſe dederit Medicus quidam Lipſienſis, epicriſis CAS. III. adjecta docet. Rectè *Lucretius Lib. 4. de rerum natura:*

Nec divinitus interdum Veneriſque ſagittis
Deteriore fit, ut forma muliercula ametur:
Nam facit ipſa ſuis interdum fœmina factis,
Morigeriſque modis & mundo corporis cultu,
Ut facile inſueſcat ſecum Vir degere vitam;
Quod ſupereſt conſuetudo concinnat amorem.

§. V.

Eadem Cautela obſervanda eſt in exploratione & dijudicatione Virginitatis ejusque Defloratione, quam ex juſto tardiori inſpectione in illis, qui infanticidii ſuſpectæ habentur, dignoſci non poſſe DNN. Lipſienſes rectè ſtatuerunt in CAS. IV. Quum incerta enim ſint Virginitatis ſigna, celebris quidam Cameræ Imperialis Advocatus teſtatur, qui viduam ſibi thoro jungens albo Studioſorum inſcribere ſolebat:

Si Viduam ducas, quam ducis, certus habebis,
Virginis incertum virginitate frui.

Alias autem:

Si viduam ducas, quam ſumis, ſemper habebis,
Ocyus aſt virgo quæ fuit ante, perit.

§. VI.

Quas & quales circa legitimum partus humani tempus difficultates occaſione Pandectarum Medico-Legalium mihi moverit *Dn. Lutherus* Prof. Med. Extraord. Chilonienſis, è CAS V. videre licet: ad cujus dilucidationem majorem hîc inſerere lubuit *Diſp. Juridicam de Partu Octomeſtri*, ſub Præſidio *Dn. D. Schœpffen* Roſtochii habitam. Rectè *Cœcilius apud Gellium 3. c. 16.*

Inſoli-

Inſolitum, *inquit*, mulier decimo menſe parere?
Vel nono, etiam ſeptimo atque octavo.

§. VII.

Sed quid de Partu Cæſareo ſtatuendum, an & is pro vitali & legitimo habendus? de hoc pro & contra fusè diſputat *Zacchias Quæſt. Medico-Leg. lib. IX. Tit. Qu. unica pag.* 753. *& ſeqq.* affirmativam tandem arripiens & confirmans experientia *Virgilii lib.* 10. *Æneid.* ubi de Lyca ita canit:

Inde Lycam ferit exſectum jam Matre perempta.

Recentisſimum autem exemplum in Caſtrô Friedbergenſi nuper obſervatum fuit, de quô *vid.* CAS. VI.

§. VIII.

Cæterum nova partûs Cæſarei Species videri poſſet, quando viis partus imperitè conſolidatis fœtui in utero concepto & formato per inciſionem Chirurgicam exitus parandus eſt, ut in CAS. VII. accedit. Aſt vereor, ut talem in hanc claſſem recepturi ſint, qui rigoroſæ partus cæſarei ſignificationi presſius inhærent.

§. IX.

An talis partium genitalium coalitus ſi curari nequeat, cauſa ſit divortii, alia eſt quæſtio, quæ eâdem ratione decidenda videtur, ac illa de Prolapſu uteri; de quô vid. CAS. VIII. Reſpiciendus ubique eſt Finis matrimonii, qui ſi obtineri nequeat, nec vinculum ejus eſt validum. Nec obſtat quòd Juno apud *Ovidium lib.* 5. *Faſt.* Martem absque viri ope generaverit, quando ita canit:

Si Pater eſt factus neglecto conjugis uſu
Jupiter, & ſolus Numen utrumque tenet:
Cur ergò deſperem fieri ſine conjuge mater,
Et parere intactô dummodo caſta viro?

Fabula hîc luditur, quæ fortè occaſionem dedit *Averrois* figmento *lib.* 2. *Colleg. c.* 10. de muliere in balneo per attractionem ſeminis virilis per maſtuprationem ejecto imprægnata.

§. X.

In morborum ſimulatione ſignis quibusdam opus eſſe, quibus in rei veritatem pervenire poſſimus, alibi dictum, & novis exemplis in CAS. IX. & X. demonſtratum fuit; quibus addi poteſt horrendus ille caſus de latronibus Colonienſibus, lepram ſimulantibus, & à *Dn. Brunnero à Brunn* detectis, de quo non tantum Novellæ publicæ plura retulerunt, ſed & Species Facti typis publicis expreſſa eſt. An verò pari certitudine duellum aliquod è ſitu figuráque vulneris poſſit detegi? non immerito dubitatur in CAS. XI. cum haud raro eadem corporis flexura, inclinatio & diſtorſio in obviationibus fortuitis (*in denen* Rencontren) fieri ſoleat, quales in artificialibus dimicationibus & duellis datâ operâ formantur; quæ ſitus mutatio inſignes in judicio de qualitate vulneris ferendo errores parit. Sic anno Superiori 1720. Tympaniſtæ Giſſeno ſub inclinatione corporis, qua pileum delapſum elevabat, acinace vulnus in vertice capitis, vix cranium, absque læſione meningum, penetrans, infligebatur,

tur, quod ſub erectione ad radicem naſi ferè diſſecando continuabatur; unde D. NN. hujus circumſtantiæ neſcius, ſimilitudine à cucurbitâ diſſectâ deſumpta inferebat, cerebrum ad unciarum aliquot profunditatem læſum fuiſſe, quem felicis curæ exitus refellebat.

§. XI.

Interim in tantum hodie excrevit hominum protervia & impudentia, ut ſcriptis etiam publicis falſarios agant, & plagiô nequiſſimo exſcriptis ſuoque nomine inſcriptis diſputationibus univerſo Orbi erudito fucum facere, ſeque pro Doctoribus Promotis venditare non erubeſcant; id quod non impune tulit effrontiſſimus ille *Wernerus*, Chirurgorum famulus, de quô Vid. CAS. XII.

§. XII.

Quæ de ∽⊖. abuſu in Novellis Medico-Legalibus dicta ſunt, ea nuper admodum à nimia ∽⊕. Philoſophici doſi triſtiſſimo cum eventu obſervata ſunt in CAS. XIII. Valet hîc regula: Mali corvi, malum ovum. Cùm enim Spirîtus hic ſit parergon ☿. vitæ, & atteſtantibus principibus hac in Arte Viris à malignâ ♁. natura adhuc participet, mirum non eſt præter ſanguinis coagulationem, omnibus acidis familiarem, eadem ab illo perfluere ſymptomata, qualia ab ♁. diaphoretico minus ritè præparato obſervavit *Thomas Bartholinus* in CAS. XIV. Quid quod ipſum ⊕lum hominibus æquè ac pecoribus nocivum & exitioſum ſit, cùm à Tinctore quodam Alsfeldienſi hôc ipsô annô 1721. ex officinâ elutriatoria (vulgò *aus dem Spühlwerck*) in prata derivatum, hæc ita infecerit, ut equi nonnulli exinde in morbos inciderint.

§. XIII.

Ex eâdem causâ Smalta in CAS. XV. merito ſuſpecta videtur, cum baſis ejus ſit Cobaltum, inter venena recenſitum. Licet enim Arſenicum per ſublimationem ab illo prius ſit abſtractum, antequam Smalta, eô, quem *Kunckelius* in *Arte Vitraria* tradit, modô exinde paretur: facile tamen fieri poteſt, ut quædam ejus particulæ remanentes aliisque irretitæ in corpore vivente ſe extricent, & ſymptomata venenum externum intus propinatum comitari ſolita producant, qualia ſunt vomitus, cardialgia, ſyncope: quæ cum in CAS. XVI abfuerint, hinc rectè concluſum fuit inflammationem ſtomachi illic occurrentem non tam à medicamentis propinatis, quam ipſo morbo profluxiſſe.

§ XIV.

Pertinet huc Cultrivora Harburgenſis, quæ binis abhinc annis vitæ pertæſa cultrum inſignem in CAS. XVII. depictum deglutiit, & exinde obiit; quam reliquis Cultrivoris, Bohemo ſc. Pruſſiaco ac Halenſi hactenus obſervatis vel eam ob cauſam jungendam duxi, ne quis exiſtimet, gulam mulierum illa virorum anguſtiorem eſſe, ſicque cultrum ſimilis magnitudinis capere aut admittere non poſſe.

§. XV.

Tandem in proceſſu contra Sagas ſummâ cautelâ opus eſt, ne incantationi aut artibus Magicis adſcribantur ea, quæ è cauſis naturalibus oriun-

tur.

tur, prout in CAS. XVIII. factum fuit. Quemadmodum enim infenſiſſimus generis humani hoſtis ipſis Sagis per remedia naturalia, ſomnum profundiſſimum ſomniaque fallaciſſimè inducentia, fucum facit, ut ex App. *de nocturnis ſagarum conventibus* videre licet, ita variis ſuperſtitionibus credulos effaſcinat, ut vel ſuſpicionibus intempeſtivis, vel diffamationibus illicitis proximo ſuo noceant.

CASUS I.

DE INDICIIS SODOMIÆ DIJUDICANDIS.

Requiſitio.

P. P.

Reticere Vobis nequeo, quâ ratione P. H. Fabri Ferrarii ſervus in ſuſpicionem Sodomiæ cùm cane fæmina perpetratæ incideit, qui delictum hoc ab initio inquiſitionis conſtanter & in totum negavit, tandem verò in Camera torturæ, cùm jam huic ſubjiciendus eſſet, ſe ejus, acſi actu ipſo eandem commiſiſſet, reum dixit, antea autem innocentiam ſuam ſanctè conteſtando, ante tempus inſtantis torturæ, vel ad torturam deſtinatum, ad quaſdam juratò id aſſerentes perſonas expreſsè in hæc verba erupit: Malle ſe omnia (uti furtum quoque fuit) affirmare, quàm tortuam experiri, utut crimen hoc neutiquam perpetraſſet.

Indicia, quæ hujus delicti intuitu contra Inquiſitum militant, inter alia, hæc potiſſimum ſunt: quòd in hortô quodam braccis detractis denudatus unà cum cane fœmella, retro quam genibus incumbebat, obſervatus fuerit. Item, quod abhinc canis genitalia inſigniter elevata & deturpata (acſi per coitum inquiſiti violentia & vis quædam illis illata fuiſſet) apparuerint. E quibus circumſtantiis concluſum fuit, eundem rem aliquam nefandam cum illa habuiſſe.

Pro inquiſiti autem defenſione è contra ſequentes circumſtantiæ probè ponderandæ ſunt: 1. Inquiſitum circa idem tempus & horam, quâ crimen hoc commiſiſſe putatur, à cereviſiâ æquè ac cumprimis Vini, 15. obolis redemto, prorſus inebriatum fuiſſe. 2. Quod eadem de causâ in hortum ad compitum publicum ſitum, pro exonerando alvo ſeceſſerit, plurima per vomitum ejecerit, ita quidem ut 3. Canis accedens recrementa alvi, una cum vomitu rejectis abliguriverit & devoraverit. 4. Eandem canem fœmellam ante quatuor hebdomadas (juxta juratas depoſitiones) ab alio cane imprægnatam fuiſſe. 5. Canem hunc non tam familiarem & ad exſpatiandum pro comite ſervientem, ſed venaticum & moloſſum Anglicum Principis N. fuiſſe, quem una cum aliis ejusmodi canibus Venaticis Carnifex ejus loci alere & ad tempus venandi adcuſtodire tenetur. 6. Canem malignum ſatis & mordacem fuiſſe. 7. Inquiſitum juxta indicia propoſita delictum hoc neceſſario genua flectendo committere debuiſſe, cum tamen proportione inter inſignem canis erecti altitudinem (quæ ad minimum ulnam completam adæquat) & diſtantiam ab inquiſiti genubus ad penem (dimidiam ulnam vix habentem) habita impoſſibile videatur factum in ſimili poſitura & ſitu perpetrari potuiſſe, maximè ſi 8. inſimul conſideretur Teſtes inquiſitionales affirmare non potuiſſe, inquiſitum canem manibus aut alia ratione apprehendiſſe, multò minus inquiſitum membrum ſuum in canis ventrem inſinuaſſe.

Quoniam igitur in ſimili cauſa capitali inquiſiti confeſſio non ſufficit ad condemnationem, niſi eadem veritati conformis & veroſimilis appareat: niſi prius etiam, cumprimis in delictis ejusmodi occultis & facti transeuntis, inſimul facti aut corporis delicti ad minimum per indicia indubitatiſſima certiores facti ſimus: quod utrumque intuitu circumſtantiarum pro defenſione allegatarum hîc in præſenti caſu valdè ambiguum videtur, ita ut neque indiciis, utpote non omni ex parte indubitatiſſimis, nec Inquiſiti confeſſioni (quia veritati haud ſimilis eſt) tuto fidere liceat, & Inquiſitus haud difficulter inſons ad horrendam & capitalem ignis pœnam (ad cujus executionem certus jamdum dies conſtitutus eſt) trahi poſſet; hinc ego, ceu Advocatus Inquiſiti, hactenus omni defenſione deſtituti, pro meliori fundatione defenſionis ſequentes:

I. *Annon in natura bruti aut canis alicujus radicatum & fundatum ſit, ut ſi jamdum ſemel conceperit, abhinc alium coitum neque appetat neque admittat? & annon ex hoc fundamento omninò incredibile & impoſſibile videatur, Inquiſitum ſub tali canis ſtatu & conditione illi ſe miſcere & carnaliter uniri, & enorme hoc delictum, non obſtante, quod canis inſuper mordax & truculentus fuerit, perpetrare potuiſſe?*

II. *An ſi canis alicujus naturalia elevata ſ. tumida & deturpata videantur, certum id & infallibile ſignum Coitus de præſenti habiti ſit? & an inde contra Inquiſitum præſumtio ſolida & certum*

certum indicium perpetrati criminis deſumi poſſit?

III. *An ſi canis hic, ut ſupra dictum, pro altitudine corporis quarta parte ulnæ altior eſt, quam diſtantia genuum Inquiſiti usque ad regionem pubis, veroſimile & poſſibile ſit, ut Inquiſitus genubus incumbens actum & factum hoc cum cane inſtituere & perpetrare potuerit, maximè, quùm juxta teſtium inquiſitionalium depoſitiones, Inquiſitus canem manibus ſuis non prehenderit, ſed hic liber omninò ſteterit?*

Honoratiſſimorum meorum Dominorum judicio & deciſo ſubmittere, & ut idem per Reſponſum fide dignum & obſignatum pro debita remuneratione impertire velint, officiosè rogare volui, nullus dubitans, Eosdem Inquiſito miſerrimo, in quantum conſcientia propria admittat, gratificaturos, & ne ſanguis innocens profundatur, cooperaturos eſſe &c.

W. die 6. Jun. 1692.

J. V. Defenſorio nomine P. H.

Reſponſum Facultatis Medicæ Lipſienſis, deſuper inſufficientia indiciorum Sodomiæ.

P. P.

PRopoſitus nobis in puncto Sodomiæ cum cane P. H. imputatæ tribus quæſtionibus judicioque noſtro deſiderato, non poſſumus non, in quantum circumſtantiæ in causâ adeo turpi & nefanda admittunt, reſponſi loco impertire, quod Quæſtionis primæ intuitu, ex populari obſervatione conſtet, nullum brutum aut canem, ſi ſtimulum carnis in tantum ſatiaverit, ut embryonem in utero conceperit, coitum ulterius admittere: quamdiu autem in Oeſtro Veneris adhuc conſtitutus eſt, & nondum concepit, ab eô neutiquam abhorrere. Adhæc probabile non eſt canem mordacem hominem peregrinum ad carnalem ejusmodi commixtionem admiſiſſe.

Secundò tumor & ſordities pudendorum in cane neutiquam pro certo & infallibili indicio coitûs de præſenti aut modò facti haberi poteſt, neque hoc contra inquiſitum ſolidè fundatam præſumtionem præbere valet, dum ſimilia phænomena in maxima parte eanum libidinis œſtro ferventium occurrunt, adeò ut ſeroſus quidam cruor per genitalia illorum excernatur, non tantum poſt admiſſum coitum, ſed & eo tempore, quo hujus compotes non fiunt.

Quoad tertiam quæſtionem, an ſimilis coitus Sodomiticus hac vel illâ ratione fieri poſſit, honeſtè quidem ſpeculari non licet: attamen nec credibile eſt, Inquiſitum absque canis arreptione & detentione abominandam ejusmodi laſciviam & libidinem exercere potuiſſe. Lipſiæ die 16. Jun. 1692.

CASUS II.

DE TURGESCENTIA MEMBRI VIRILIS SUB SOMNO, AN SCORTATIONEM AUT ADULTERIUM INDICET?

Requiſitio.

TItia Conjux mirâ Zelotypiâ erga Sempronium, Maritum ſuum, Præconem verbi divini, quem pro infido thori ſociô habet, fertur, cum tamen, juxta propriam Zelotypæ confeſſionem, illi debitam benevolentiam exhibeat, & prætereà (quantum conſtat) impunè & innocenter ſe gerat, nec aliis mulieribus ſe miſceat. Ratio hujus Zelotypiæ eſt, ut interrogata fatetur, quod in Maritô quandoque, cumprimis tempore matutinô, erectionem Priapi obſervet: unde ſuſpicatur eundem ſomniis impudicis & Venereis delectari, adeoque dormiendo quaſi ſcortati; cumque illi remonſtraretur, accidentis hujus alias quoque cauſas eſſe poſſe, ſi ſc. veſica ſero excrementitio nimis eſt repleta, ſtragula nimis mollia ſunt, aut quis in iſtis juſto diutius recumbat; ſuæ tamen præconceptæ opinioni firmiter inhæret, nec ab illa ſe abſtrahi patitur, more melancholicorum, quibus Titia annumerari metetur; id quod Aſmodeo anſam ſuppeditat ad conjugium hoc inquietandum.

Reſponſum D. Michaëlis Bernhardi Valentini deſuper iniquâ Zelotypia hujus mulieris.

QUandoquidem deſcriptum Sempronii accidens in hominibus pientiſſimis & pudicis admodum (non ſine ſuſpiriis & anguſtiis illorum) à laudabili plenioriqúe diætâ, alimentis polytrophis, potulentis volatilibus, aromatibus & ſimilibus, & cauſis naturalibus oriri poteſt; hinc Titia in Maritum ſuum eſt injuria, dum potius contrarium, quod ſc. aliorum amorem non venetur, inde concludere licet, quùm Venus promiſcua Copiam Spermatis & virtutis ſeminalis imminuendo deſcriptum φαινόμενον potius impedire poſſet: ſalvo rectius ſentientium judicio. Sign. Giſſæ die 9. Oct. 1711.

Judi-

Judicium Joh. Henrici Maji, Superint. & Prof. Theol. Giſſeni.

QUùm quæſtio propoſita ſit Medica Mediceque reſoluta, à parte mea nihil aut pauca admodùm addenda duco. Hoc jam memoriam ſubit, me olim Argentorati ex Amico, mihi optimè noto & verè Chriſtiano, ſed tenera admodum & debili conſtitutione gaudente, audiviſſe, quod conqueſtus fuerit ſimilia ſibi tempore ſomni contingere, utut absque ſuâ culpa & intentione. Quoniam igitur cauſæ naturales in ſimilibus effectibus concurrunr, nulla etiam ſuſpicio ſiniſtra in Sempronium cadit, quæ eundem gravare poſſit, fortè & Titia, ceu melancholica, ipſi concubitum ſubinde denegavit; hinc illa ſimul, in culpa eſt, peccans in DEUM & Maritum, quod tam ſiniſtrè de eô judicet Aſmodeoque ingreſſum paret: id quod illi ſeriò exprobrandum eſſet. Interim & Sempronius monendus erit, ut naturam atque carnem quodammodò refrænet, quandoque jejunet, omnemque operam navet, quò uxoris ſuæ melancholicæ animo ſuſpicionem hanc & Zelotypiam excutiat. Utrobique autem preces ad DEUM ardentes & devotas inculcatas velim.

Vid. Chirurgia noſtra Medica pag. 368. & ſeq.

CASUS III.
DE
ANGUSTIA MULIEBRIUM:
An matrimonium ſolvat.

PRævia requiſita Conſiſtorii Electoralis Lipſienſis Ego infra ſubſcriptus hodie dato Margaretham B. Joachimi W. conjugem, obſtetricante Obſtetrice, jurata hujus loci M. E. inſpectioni ſubjeci & inveni eandem inſigni anguſtiâ & clauſurâ uteri laborare, quæ impedit, quò minus, juxta propriam confeſſionem, Maritus illi unquam carnaliter cohabitare potuerit; & licet per Obſtetricem allegatam, interveniente inſtrumento ad hoc apto vaginam uteri exploraverim, attamen miſera idem absque inſigni dolore per ferre non potuit. Lipſiæ die 16. Maji 1683.

D. N. N.

Epicriſis Dn. D. Langii.

HIc Caſus ab Erudito Medico fuit conceptus, ſed eventus fuit contrarius.

Novell. Val.

2. Conſiſtorium hoc nixum fundamento matrimonii reſciſſionem ſuſcipit.

3. Relicta libertate Marito accedendi ad vota ſecunda.

4. Adjecta verò pœnâ, ſi M. illa iterum matrimonii vinculo ſeſe adſtingeret, propter ingens ſcandalum, quia fuit inepta reputata à Conſiſtoriô, juxta Medici deciſum.

5. Sed 1685. bene quadratus, nervoſus juvenis eam unico actu & coitu, non intervallato, ſine dolore cognoſcit & imprægnat menſe Julio 1685.

6. Quo facto Superintendens hoc notum facit Conſiſtorio.

7. Citantur M. & novus Caſtelli virginitatis deſtructor.

8. Ad quæſita reſpondent, an unico coitu prægnans fuerit reddita? illa affirmat. An ſine dolore inſigni? pariter.

9. Cur hoc fecerit, quia fuit 1683. inhabilis ad matrimonium declarata? ℞. ſe non fuiſſe inhabilem, licet à Medico fuerit reputata.

10. Hinc credo illo tempore, quô à D. N. N. fuit viſitata, fuiſſe illam adhuc virginem.

11. Et priorem mariti penem non obtinuiſſe tam turgidum, quem jam attrivit in primô matrimoniô.

12. Ergò malè fuit D. N. N. argumentatus ab anguſtia ad clauſuram, quæ in M. non adfuit; nam omnis quidem anguſtia eſt clauſura, ſed non contra.

13. Inſtrumentum, quô tentavit vias virginales perluſtrare, fuit eburneum & frigidum, ap. *Paræum* 165. & 531. & ſine dubio dolorificum.

14. Aſt K. iſte optimum habuit inſtrumentum, nempe rigidum & calidum, ac Naturæ muliebri amicum, nam Carnis ad officium carnea (*non eburnea*) membra placent.

15. Ergo ludibrio ſe expoſuit D. D. N. N.

16. Vid. Caſum conſimilem in *Jur. Canon. C. 6. extr. de frigidis & malef.*

17. Ergò conſuetudine K. apta reddita priori (*vorgeritten*) vel primô marito, ſi voluerit ipſe, adſociabitur, vel K. illam retinebit, quod M. non detrectabit: tantùm valet apud Mulieres penis æſtimatio.

Vid. Zittmanus in Med. Forenſi Cent. IV. CAS. XXXIX. p. 906.

CASUS IV.
DE
INSPECTIONE MULIEBRIUM IN DEFLORATIS ET INFANTICIDIS JUSTO TARDIORI.

PRævia Requiſitione Judicii Criminalis M. die 2. Junii 1686. ſequens hæc deſuper

Reſponſum Facultatis Medicæ Lipſienſis exaratum & impertitum fuit.

TRanſmiſſis Nobis Actis Inquiſitionalibus infanticidium ab ipsâ S. M. M. indicatum concernentibus, & deſuper quatuor Obſtetricum Phyſico & Chirurgo Præfecturæ Relatione Judicio noſtro deſiderato: An ex circumſtantiis ab illis hîc obſervatis certò inferri poſſit, Inquiſitam antea gravidam & abhinc perfectum infantem enixam fuiſſe? prævia Collegiali ponderatione Actorū Reſpondemus I. Nos neutiquam invenire, quâ ratione effluxis 5. 6. vel ſeptem menſibus à partu (qui in hâc perſonâ in Octobr. fieri debuiſſet, cùm tamen 18. Martii 24. Aprilis & 28. Maji ſubſequentis anni inſpecta fuerit) in omnibus ſubjectis primiparis ſufficientia & certa indicia tamdiu præceſſi partus inveniri & obſervari poſſint? cùm abdominis aliqualis mollities & flacciditas, plicaturæ item ab aliis quoque cauſis, aliqualis autem latitudo vaginæ etiam à Coitu frequentiori ſæpius oriantur. Econtra in primiparis interdum tamdiu poſt partum talis diſpoſitio corporis partiumque conſtitutio reperitur, è quâ, acſi nunquam peperiſſent, concludi poſſet. Ad hæc 2. ſi res ita ſe habuiſſet, ut binæ obſtetrices L. & M. atteſtantur, quod vagina uteri tam ampla & prope inteſtinum rectum lacerata, ac, ut obſtetrix M. addit, mammæ molliores, & flaccidiores, ſynchondroſis oſſium pubis, vel, ut ex opinione vulgi loquitur, os pubis diviſum novo callô obductum fuiſſent, concludi quidem poſſet, hanc M. infantem in uterô geſtaſſe & peperiſſe: quoniam verò èecontra reliquæ hinc obſtetrices dictam latitudinem vaginæ & flacciditatem mammarum per autopſiam conſtanter negant, & una cùm obſtetrice L. cartilaginis ſ. calli in oſſe pubis nullam mentionem faciunt: Medicus & Chirurgus etiam, qui hanc Obſtetricum diſſenſionem meritò componere debuiſſent) in Relatione ſuâ quodammodò obſcuri & dubii videntur, hinc an S. M. M. uterum geſſerit & infantem enixa ſit? certò determinare non poſſumus. Lipſiæ die 6. Jun. 1686.

Vid. Zittmanus Med. Forenſ. pag. 919.

CASUS V.
DE
TERMINO PARTUS HUMANI.

Species Facti

ANnus jam agitur, cùm *Novellas Medico-Legales* è Cathedrâ Academicâ recens ventilatas, Eruditiſſimo Philologo ac Medico, Dn. G. T. transmittens ab Hôc, literis ad Collegam meum Honoratiſſimum, Dn. D. Weberum, Jurium & Hiſtoriarum Prof. Ordin. Famigeratiſſimum, die 27. Sept. Anno 1704. datis, ſequentia reſponſionis loco obtinerem: Transmiſſa κειμήλια literaria debitâ gratiarum actione proſequor, eâque " de causâ *D. Valentino* me velim commen- " datiſſimum, cujus *Pandectas*, *Muſeum* " *Muſeorum* aliaque ſcripta erudita mihi com- " paravi omnia, & ut decet, magno in pretio ha- " beo. Neſcio an viderit *Diſputationem* anno " ſuperiori ſub præſidio *D. Caroli Friderici* " *Lutheri* Kilonii *de Termino Partus Humani* habitam, quâ diſputantes Pandectas " ejus refutare conati ſunt. Quantum potui " videre, "

- - - impar tanto congreſſus Achille.

Lectis his mirabar primùm nuntium inſolitum, eoque magis, quod cum *Luthero*, mihi prorſus ignoto, vix unquam in gratiam redierim, nec ullam ipſi cauſam miniſtrârim, ut tam rigidum ſcriptorum meorum Cenſorem ageret. Omnem ergò lapidem movens, ut partûs hujus copia mihi fieret, ſicque innoteſceret, quisnam ſit lapis offenſionis, aut feſtuca in oculis meis à *Dn. Luthero* obſervata, obſtetricante Benevolentia DNN. Profeſſorum Chiloninenſium fragmentum primùm & excerptum aliquod, mox & integram diſputationem obtinui, vidi, legi. Vidi autem haud pauca aliter, ac à me vel ſcripta vel intellecta ſunt, accepta fuiſſe, adeoque non mea tantùm, ſed & aliorum, qui Pandectas Medico-Legales fortaſſe non legerunt, & ſive præjudicio ſive credulitate facilè decipi poſſent intereſſe putavi, ut quæ falsò mihi tribuuntur, ſingulatim declinarem. Parum verò adfuit, quin Titulus in frontiſpicio præfixus me prorſus abſterruerit, qùum *Diſputatio* hæc, ad neſcio quem timorem mihi incutiendum, *Fridericiana* dicta ſit, quod eò minus capere poſſum, quo magis inſtitutum & propoſitum DN. Authoris ab emphaſi & notatione nominis abludit: Et quamvis Academiæ, in quibus hæc & ſimilia ventilantur, ſive à primô Fundatore, ſive Nutritore Sereniſſimo ſæpè nomen aut epithetum ſuum mutuentur, ſicque Academia Celeberrima Chilonienſis Chriſtiano-Albertina, Giſſena verò Ludoviciana dicatur attamen inconvenienter, ſi non iniquè, omnibus ſcriptis illic publicatis nomina Illuſtria mactari cenſeo quæ ſchedis hujuſcemodi eriſticis ſe non facilè miſceri aut contaminari acquieſcunt, Quod autem Titulum inſcriptionis à proprio forte nomine derivârit Autor, ſimili ratione DISTATIONEM BERNHARDINAM ipſi opponere potuiſſem, niſi vererer me ſimilem applauſum meriturum, quem Sacrificulus Patronum ſuum D. Bernhardum impenſius juſto veneraturu

neraturus expertus fuit. Cùm enim comes ejus, è Benedictinorum, ut vocantur, Ordine, prandio communem benedicendi formulam: ***Benedictus benedicat!*** præmitteret & alter Bernhardinus, tabulæ ſimul accumbens, in honorem Fundatoris Ordinis hæc proferri ſuſpicaretur, neſcio quâ æmulatione ductus, ad ſalvandam Patroni ſui prærogativam, non ſine riſu & cachinnô accumbentium, ſtatim addit: ***Bernhardus bernhardat!*** Sed hæc quaſi cum: poſthac enim ſeriò de ſeriis acturi ſumus, cum neutiquam de lanâ caprina, ſed vitâ, famâ & honore proximi agatur, quæ luſum non ferunt, juxta vulgare illud:

Non patitnr jocum fama, fides, oculus:

eaque de causâ Nobiliſſimum DN. Lutherum etiam atque etiam obteſtor, ut ſepoſito omni partium ſtudio, citra affectum aut merum contradicendi ſtudium, negotium hoc ita mecum conſideret, prout in conſcientiâ, coram DEO, ſupremo Judice, tandem utrobique de eô reſpondere rationemque reddere tenebimur.

Hâc egò ſpe detentus *Præfationem* in Præfatione jam aggredior, in cujus limine ſtatim propoſitum ſuum aperturus Author ſequentia præmittit: ***Diu qnidem multumque à Viris Celeberrimis agitata, aſt nondum ſedata, eſt pertinax de partus humani terminô controverſia, pancis admodum certitudinem illius, plerisque amplitudinem ſeu latitudinem, verùm non juxta æquum & bonum, propugnantibus.*** Aſſumo hæc & ambabus Tibi manibus largior diu multumque de partus humani termino controverſiam agitatam, nec usque dum ſedatam eſſe. Hæc enim genuina cauſa eſt, cur re nondum decisâ anceps ferè hæſerim, certi quid determinare. En verba *Pandectarum Medico-Legalium Part.* 1. *Sect.* 1. *Introd.* §. 7. An verò Communiſſimum Phyſicorum æquè ac Medicorum „aſſertum, de incertô partus humani tempore eadē ratione pro dubiô & falsô reputandum ſit, anceps ferè hæreo? Rationes dubitandi ſtatim addo, idque juxta æquum & bonum, ne Matronis honeſtiſſimis maculam affricando crudelis ſim in famam inſontium. Quâ fronte ergò, *mi Luthere*, tam confidenter addis: *Quibus recens quoque ſe aſſociavit* Dn. Valentini, *Medicus & Profeſſor Haſſo-Giſſenus, in Pandectis Medico-Legalibus, ſtatuens inſolitos etiam, ſive citiores, ſive tardiores, partus naturales & vitales à Medicis declarandos & ad Naturæ errantis luſus referendos eſſe:* qua fronte, inquam, me illorum parti aſſociare audes, qui terminum partus humani prorſus incertum eſſe ſtatuunt, cùm expreſsè me ancipitem hærere dixerim, nec quicquam categoricè aſſeruerim aut negaverim? Eſto, me inſolitos, ſive citiores, ſive tardiores, partus naturales & vitales à Medicis declarandos & ad Naturæ errantis (quod nullibi aſſero) luſus referendos eſſe ſtatuere, an propterea ſequeretur, me terminum partus humani prorſus incertum, vagum & mutabilem ſtatuere? non exiſtimavero: Hinc utique immerito Tibi *ſuſpectum videtur meum de vago* (quem itidem nullibi propugno) *& mutabili partus humani terminô aſſertum*, cùm in Virum bonum (pro quo in ſaniori ſenſu me ipſum, nî fallor, habebis) non cadat ſuſpicio, & quilibet tamdiu præſumatur bonus, donec probetur contrarium. Quemadmodum ergò Tibi *vitio non verto, ſi relicta errantium multitudine verioris ſententiæ Aſſertoribus calculum addideris*, ita nec in malam partem interpretaberis, ſi ab imputatis iniquè erroribus, juſtiſſimæ defenſionis ergò, me vindicavero, & animi mei ſenſa non *aliquatenus tantùm* (ut clauſula Præfationis habet) *declaravero*, ſed pro cauſæ meritis curatius nonnihil explicuero, illorum tantùm rationem redditurus, quæ in *Pandectis meis* ſive deſiderari ſive diſplicere video, miſſis aliis hiſtoriam generationis, fœtus formationem, animationem aliaque concernentibus, utut animadverſione non indignis, argumentis.

DE

PARTUS, I.E. HUMANI VITALIS NATURALI VERO h.e. GENUINO TERMINO

acturis, ad ſtatum quæſtionis legitimè formandum, è re utique fuiſſet, non tantùm vocis *partus* ambiguitatem (quæ ferè nulla aut exigua eſt) ſed & reliquorum terminorum, naturalis ſc. vitalis, certi & legitimi diverſas acceptiones præmiſiſſe, in quibus cardo rei verti videtur. Prout enim vox Naturæ πολύσημον eſt, pluraque ejusdem ſignificata datâ operâ ponuntur ab Illuſtri *Boyleo Tr. de Ipſa Natura Sect.* 2. *p.* 8. ita τὸ *naturale* à diverſis diverſimodè accipitur. Quandoque enim ſumitur pro eô, quod è cauſis naturalibus procedit, quæ ſignificatio huc non quadrat, cùm, ut legitimi, ita & ſpurii hoc ſenſu naturaliter ſe habeant, adeò quidem, ut Magnatum liberi, per Naturæ luxuriantis exorbitantiam qualemcunque (ſi dicere fas eſt) progeniti, per excellentiam hodie Filii Naturales audiant: Vel pro eô capitur, quod conſuetô & ordinariô naturæ curſu accidit, quô titulô, citra controverſiam, partus IX. menſem aut anticipantes aut poſtponentes naturales dici nequeunt, eoque ſenſu apud *Conciliatorem Controverſiarum* antiquiſſimum, *Different. XLIX. pag. m.* 73. innaturales nominantur, ita tamen, ut nonimeſtri proximos, tanquam medios inter naturales & innaturales, admittere videatur: Vel & naturale opponitur præter aut ſupranaturali, illique, quod præter intentionem (ut cum vulgo loquar) Naturæ accidit, quæ acceptio

ptio magis hujus loci erit. *Vitalitatem* verò non tam pro conſiſtentiâ per alimentum, ut *Stagiræus* eandem 2. *animal.* §. 3. deſcribit, quàm pro ejusmodi fœtus ſtatu ſumamus, *quò non ſolùm ad vitam, ſed & ad robur partium abſolutus eſt*, ut verba *Dn. Lutheri* §. 9. *pag.* 10. ſe habent. Nec *certitudo* termini hic adeò ſtrictè eſt ſumenda, ut neceſſitatem abſolutam, inevitabilem, infallibilem, & qſ. Stoicam conjunctam habeat, ſed haud rarò certum quid eſſe dicitur, ſi ſuetô & ordinariô naturæ tempore eveniat: incertum econtra; quod inſolitô tempore contigit. Tandem partus *legitimus* aut in ſenſu Phyſico Medico ſumitur & perfectum quid denotat, aut in ſenſu Juridicô, non tam è numero menſium, quàm è juſtis nuptiis æſtimando, ut *Coccejus* in *Not. ad Zacchiæ Quæſt. Medico-Legales*, *è princip. Inſtit. de patriâ poteſt. l.* 12. *in fin. ff. de his qui ſui vel alien jur. l.* 5. *ff. de in jus voc.* habet. Jam

quæritur,

An terminus partus humani, in finem IX. & initium X. menſis incidens, adeò certus, abſolutus, inevitabilis & infallibilis ſit, ut omnes alii partus hunc aut anticipantes aut poſtponentes neque naturales, neque vitales, neque legitimi vocari poſſint?

Negat hoc maxima tam Veterum quàm Modernorum pars, non quod terminum partus humani prorſus incertum, abſolutè vagum & erroneum ſtatuant, ſed quod terminus ordinarius & alioquin certus latitudinem aliquam admittat, cujus intuitu, ſive anticipando, ſive poſtponendo quodammodò incertus videri poſſet, conf. ſupra laudatus *Coccejus & Francus in Notis ad Zacchiam pag.* 14.

Affirmant pauciſſimi è Modernis, tantâ quidem confidentiâ, ut *Ammannus in Irenicô Numæ Pompilii cum Hippocr. pag.* 70. palam profiteatur, omnes alias partûs differentias hactenus ortas eſſe, & adhuc oriri vel 1. ab errore calculi mulierum, vel 2. ab anticipatione nuptiarum à termino ſponſaliorum, aut aliâ quavis Venere illicitâ.

Quænam mea ſit ſententia, ex ſupra allegatis Pandectarum verbis unicuivis facilè patebit. Anceps ſcilicet hæreo, an receptiſſimæ de incerto, (h. e. certo cum latitudine) partûs tempore dicam ſcribere, & poſteriori ſententiæ duriſſimæ calculum meum addere debeam, non quod *inſulſum*, quem Dn. Lutherus illis exprobrat, *Pietiſmum Medicum* foveam, aut cum Canoniſtis opus miſericordiæ, in gratiam & honorem matrimonii pronunciando, faciendum eſſe ſtatuam, ſed quod caſus mihi cogniti ſunt, ubi Matronæ honeſtiſſimæ famæque integerrimæ tempore puerperii de novô impprægnatæ ſeptimô menſe partum omnibus numeris abſolutum & ſucceſſivè ad virilem & conſiſtentem ætatem evectum in lucem ediderint. Quis jam impunè hoc à ſcortatione aut Venere illicitâ cum *Ammanno* deduxerit, qui aſſerere non veretur menſe ſeptimô neminem naſci aut naſciturum unquam, nec ullum natum fuiſſe ab incunabulis Orbis, *conf. Irenic. pag.* 68. Fides ſanè Hiſtorica tam frivolè non eſt in dubium vocanda, quæ præter alia infinita exempla Celeb. Salmaſium anno MDXCVI. partu ſeptimeſtri in lucem editum teſtatur, teſte *Anton. Clement. de laudibus & vitâ Salmaſii pag.* 18. De Tullia ſua idem teſtatur *Cicero lib. X. Epiſt. ad Attic.* 19. Unde minus bene feciſſe dicitur Gerhardus, Comes Holſatiæ, quod Conjugem ſuam Annam, Marchionis Badenſis Filiam, repudiaverit, apud *M. Zeilerum Cent. I. Epiſtol.* 78. Hi ſcilicet effectus ſunt è periculosâ *Irenici* ſententiâ expectandi: Hi fructus abſoluti partûs humani decreti.

Ne verò ſolâ nitar experientiâ, addidi ſimul rationes dubitandi, quòd nempe certus ille „ terminus naſcendi in brutis (quem infallibiles „ objiciunt (adeò infallibilis non ſit, ut & ipſa „ experientia contrarium teſtetur, & mira eo- „ rum, qui hiſtoriam animalium ſcripſerunt, „ de terminô illô in brutis diſſenſio longè aliud „ nos doceat. Quam ut intactam reliquit *Dn.* „ *Lutherus*, ita ſuam olim fecit Collega ejus, *Dn. D. Muſæus*, Amicus quondam æſtimatiſſimus, dum in eleganti & à Priori ſæpius allegata *Diſputatione* Inaugurali, *de Hippocratis in Jure tum Canonicô tum Civili authoritate*, *cap.* 2. *§.* 3. *pag.* 36. Giſſæ olim habitâ, in hæc erumpit verba: Quid quòd etiam bruta determinato tempore quidem, „ ſed non ad momenta arctatô, excludant fœ- „ tus, ut *Zacchias* notat. In quô ergò ſuper- „ erit diſcrimen inter homines brutaque circa „ ſobolis excluſionem? in hoc fortè, quod fre- „ quentiori in illis inconſtantiâ naturalis ordo „ turbatur &c. *vid.* plures illic allegati, qui ex profeſsô de iſthôc argumenti genere ſcripſerunt, *Arniſæus* puta, *Caranza*, *Fabrottus* &c. Secundam dubitandi rationem ab analogiâ illâ, quam generatio animalium cum vegetabilium, ex ſeminiô ſuo non æquali ſemper tempore pullulantium, progerminatione habet, deducebam, quæ partum extraordinarium minus abſurdum & impoſſibilem eſſe declarâret. Quemadmodum enim in Forô Civili multa per analogiam juris decidenda ſunt, quæ in legibus expreſsè non caventur: ita nihil obſtat, quo minus res obſcuræ atque dubiæ in Forô Medicô aut ipsâ Naturâ occurrentes argumentis ab analogiâ rerum naturalium petitis in tantum explicari poſſint, donec certius quid innoteſcat &

dies

dies diem doceat. Quid ad hanc *D. Lutherus*? *An verò ex analogiâ vegetabilium*, inquit, *quæ ex ſeminiô ſuô non æquali tempore propullulare aſſerit* Dn. Valentini, *citior vel tardior fœtûs formatio probari poſſit, aliâ occaſione diſpiciam.* Aſt cum præceps ſit occaſio, juxta Senem noſtrum *aphor.* 1. *ſect.* 1. poſthâc fortè calva futura, mihique non vacet, tempus aliis gravioribus negotiis impendendum impoſterum rebus hiſce perdere, mallem, ut, ſi quid rectius habuiſſet, hâc vice in medium attuliſſet. Quid verò ſolidi in contrarium allegare poterit, niſi ipſam Naturam & Experientiam, mulierculis, hortulanis & ruſticis etiam manifeſtam, negare propriosque ſenſus ejurare velit. Non enim meum, ſed & omnium in rebus Phyſico-Botanicis & Oeconomicis vel leviſſimè verſatorum, eſt aſſertum, ſemina vegetabilium non eodem ſemper tempore radices agere & herbulam, quam recondunt, ſeminalem protrudere: ſed pro diverſitate ſoli natalis aliarumque cauſarum externarum, caloris ſc. pluviarum redundantiæ aut defectûs citius aut tardius ſuccreſcere. Quid quod arte ſæpè vegetationis terminus anteverta tur, ut *Virgil. lib.* 1. *Georg. num.* 150. docet:

> Semina vidi equidem multos medicare ferentes
> & ☽ prius & nigrâ perfundere amurca.

Neque timendum eſt, ut ex *Zacchiâ* ſubjungis, Naturam ſic temerè, fruſtrà & caſu acturam eſſe, cùm fine ſuô neutiquam fruſtretur, licet quandoque tardius aut citius ſolito eundem aſſequatur. Neſcit ſc. abſolutum in actibus ſuis decretum, ſed ut

> Ludit in humanis Divina potentia rebus:

ita & Natura in productis ſuis non formâ tantùm externâ, ſed tempore quoque ludit, aut omninò errat; quæ duo tamen non ſunt confundenda, nec quæ luſui Naturæ tribuo, *Naturæ errantis* (quod mihi tribuis) *luſui* uſpiam adſcripſi. Quando enim in Pandectis dixi: Verùm quidem eſſe Naturam conſtan- „ tiſſimô inſtituto ſemper agere: ſed & illud „ certum eſſe varios Naturæ luſus & errores dari, non tam conjunctivè, quàm disjunctivè hæc ſumenda ſuadeo, idque ob rationes in ſcriptis meis, ubi de luſu & erroribus Naturæ ex condictô egi, traditas. Quod denique ipſam analogiam inter ſemina vegetabilium & ovula animalium obſervandam attinet, eam vel ipſemet agnoſces, aut è *Diſſertationibus noſtris Epiſtolicis*, Pandectis Medico-Legalibus additis, huc repetes. Quemadmodum enim in granulis ſeminum plantula ſeminalis deliteſcit, quam in Figura æneâ è *Rajo* in *Diſſert. I. de Natura Naturæ pag.* 122. ob oculos poſui: ita ſimiliter in ovulis viventium partes animalium, vel ſi mâvis, principia ſubſtantialia futuri corporis: h.e. prima ſtamina jamdum delineata latent; & ſicut plantula ſeminalis ab humoribus, corticem penetrantibus, ſucceſſivè panditur & evolvitur, ita quoque ſtamina in ovulis, poſt conceptionem, ab humoribus circulantibus & ſpirituum influxu extricantur, formantur & in apricum ſiſtuntur, idque ſolo motu hujusque mechaniſmo, à *Carteſio Tr. de Formatione Fœtus* eleganter oſtenſo, ut neutiquam habeamus, quò ad immediatum & miraculoſum cauſæ primæ influxum confugiamus, qui non minoribus ac Facultas Scholarum Formatrix difficultatibus obnoxius eſt. Sufficit DEUM T.O.M. tanquam cauſam ſupremam concurſu ſuo generali, quem rectè è *P. Muſæo* allegaſti, cauſas ſecundas, per Naturæ leges, ut admittis, agentes, alere, fovere & elevare: Quô admiſſo dicta illa Biblica, queîs DEUS Omnipotens ipſum formationis opus Sibi vindicat, ſalva manent omnia.

Hæc & ſimilia ſunt, quæ in causâ fuerunt, ut dubius hæſerim, an communem de incertô partus humani tempore ſententiam prorſus falſam eſſe dicerem, eoque magis, quòd *Coccejo* Judice per dextram & benigniorem explicationem cum adversâ parte facilimè conciliari poſſit, ita ut ſola controverſia de Latitudine termini communis, quanta illa ſit? ſupereſſe videatur, quæ utique temperamento quôdam indiget, & plus juſto extendenda non eſt. Pro ſeptimeſtri, imò & octimeſtri partu (cæteris paribus) JCtos & Medicos in Praxi militare ac pronunciare, res in vulgus nota eſt. Unde in Pandectis mirabar Viros quosdam Celeberrimos illorum vitalitatem æquè ac legitimitatem hodiè in dubium vocaſſe. *Quid verò de citioribus, Quinquemeſtribus & junioribus? Proponit ſanè Caſum* D. Valentini *Sejæ alicujus, quam Titius maritus propter abſentiam per integrum annum non cognoverat, quæ nihilominus domum reverſo Titio* 14. *Aprilis* 1656. *filium pepererit vivum & vitalem die* 25. *Septembris ejusdem anni, hunque Partum verè quinquemeſtrem & vitalem eſſe credit.* Sed heus bone Vir! ubi ſcriptum eſt in Pandectis, me partum Sejæ verè quinquemeſtrem & vitalem eſſe credere? credat Judæus apella! Ego nunquam credidi, quia manus noſtræ oculatæ ſunt, & nonniſi quod vident, credunt aut ſcribunt. Homini Philoſopho non eſt credendum, niſi quod ſolidè probaverit. Hinc concluſiones, quas ſubnectis, non meæ, ſed illius ſunt, qui easdem falſo mihi tribuit. *Nonne proponis*, (fortè dices,) *Caſum Facultatis Lipſienſis*? Patere quæſo, ut quæ *Ammannus*, Patronus Tuus, *in Irenicô* ad opprobrium hocce reſpondebat, reſponſi loco reponam, quùm non diffitear, me caſum hunc, ut plures alios è *Medicinâ* Ejus *Criticâ*, factâ ſemper mentione honorificâ, deſumſiſſe: Non ſunt partus mei, inquit, ſed redolent pagamentum

Hipprocratis. Hæc *Ammannus*, magna quondam pars Facultatis Medicæ Lipſienſis, cuius id Reſponſum erat. Eôdem, ſi non majori, jure dico: Non eſt partus meus, quem illorum curæ relinquo, quibus obſtetricantibus in lucem prodiit. Propoſui quidem Caſus illos, „ ſed hiſtoricè, dum Partus V. VI. VII. VIII. „ XI. XII. & XIII. menſium olim (OLIM) „ pro vitalibus judicatos eſſe ſcripſi, quibus an quid clarius poſſit exprimi, non video. Nec aliud ex Inſcriptionibus caſuum ipſorum colligere licet, quæ ex hypotheſi Facultatum reſpondentium formandæ erant. Cur autem cribrationes & animadverſiones Criticas, aliorum inſtar, non addiderim, è Præfatione Pandectarum hauriri poterit. Videat ergò *Dn. Lutherus*, quâ fide mecum egerit! itane decet alteri opinionem affricare, de quâ ne per ſomnium cogitavit unquam?

Sed ecce, novus & prioribus acerbior paroxyſmus imminet, §. XVIII. pergit: *Si verò partûs quinquemeſtris, multo magis trimeſtris abortûs vitalitas in controverſiam vocari poterit. Nihilominus hunc quoque* Dn. Valentini *authoritatem adducens Collegii Medici Erfurtenſis, vitalem & legitimum dici poſſe fatetur.* Hîc Confeſſionarium agit *D. Lutherus*, ſed neſcio quâ conſcientiâ præditum. Aut enim in confeſſione auriculari, aut per reverſalia hæc faſſus ſum. Si prius, non decebat Confeſſionarium peccata ſibi credita propalare. Sin poſterius,

- - - - - - litera ſcripta manet,

quam judicialiter produci volo, ut manum, cum die & Conſule agnoſcere aut diffiteri valeam. Ad minimum confeſſionis alicujus mihi conſcius non ſum, eaque propter nec prô confeſsô, nec pro convictô haberi poſſum. Excipis: me probationis ergò Reſponſum Facultatis Medicæ Erfurtenſis allegaſſe? Reſpondeo: Fallis aut falleris. Non reſponſum adduco, ſed quædam ejus verba. Ita enim ſe habet allegatum: Sed & illud certum eſt, varios Naturæ luſus & errores dari, ad quos meritò partus inſolitô tempore ab honeſtis integræque famæ mulieribus excluſos referen„ dos eſſe ſtatuo, cùm pro diverſitate ſeminis, „ uteri & aliarum circumſtantiarum detur citior & tardior formatio fœtus, juxta Reſp. ad CAS. XXIII. Dum ergò me Reſponſum integrum hocipsô comprobare & partum quinquemeſtrem pro legitimo renunciare putas, elenchum compoſitionis & diviſionis committis, quem Stygius hoſpes olim in Pſalmo Davidico allegando committebat. Quodſi jam Salvatoris *apage* Tibi pariter opponerem, neſcio an de jure dicam mihi ſcribere valeas. Profectò, ſi *D. Martinus Lutherus* in negotio reformationis ſolidioribus argumentis inſtructus non fuiſſet, quam *D. Carolus Fridericus Lutherus* in refuntandis Pandectis Medico-Legalibus, non haberent, de quô conquerantur Eccleſiæ Romanæ Pontifices. Nec obſtat, utrumque verbo DEI ſe muniiſſe, cùm ad fundandum partus humani prædeterminantiſmum, in ultimâ Diſputationis Fridericianæ theſi è veteri æquè ac Novo Teſtamentô loca non evanida allegata fuerint: Siquidem non majori felicitate, quàm priora hûc quadrare videntur. Enimverò locum apud *Eccleſiaſt. Cap.* 3. §. 2. de tempore pariendi, non tam literaliter, quàm myſticè explicandum eſſe *S. Hieronymus in Commentariô* docet, dum omnia à §. 2. ad. 9. Hebræos de Iſraele interpretari ait, quorum mentem ita refert: Tempus fuit generandi & plantandi Iſrael: Tempus moriendi & ducendi in captivitatem: Tempus occidendi eos in Ægypto, & tempus de Ægypto liberandi: Tempus deſtruendi templi ſub Nebuchodonozar, & tempus ædificandi ſub Dariô &c. Fac tamen verba prout jacent, explicanda eſſe, nihilominus fatalis & abſolutus terminus naſcendi inde non conficitur, ſiquidem & illa, quæ citius aut tardius ſolito naſcuntur, ſuum habent tempus & terminum naſcendi, inſolitum ſc. & extraordinarium. Servator ècontra tempore conſuetô & ordinariô naſci voluit, ut in aſſumenda carne ſuetas naturæ leges impleret, & in omnibus, excepto ſaltem peccato, nobis ſimilis redderetur, ſeque verum hominem hoc partu naturali (h. e. ordinario) teſtetur; an autem firmiter inde concludatur, terminum naſcendi non minus homini quàm animantibus cæteris, ut in colophone infers, certum, i. e. infallibilem & inevitabilem præfixum & definitum eſſe, iis dijudicandum offero, qui artem ratiocinandi me felicius ſibi cognitam reddidêre. Quantum in me eſt judicare, Ipſe Tibi minus conſtare videris hoc in paſſu, dum p. 13. *nonnunquam, utut rarò*, citiores & partu intempeſtivô excluſos embryones ſtatuis, quos *plus minus etiam vitales* vocas, ſicque Caſus Septimeſtrium & Octimeſtrium poſſibiles, ſimul tamen à regula communi ordinariâ, quam certam & perpetuam vocas, excipiendos eſſe ſtatuis. Dum verò eoſdem non tam naturaliter h. e. in ſtatu ſ. n. ſed tantùm præternaturaliter & morbosè fieri exiſtimas, principium petis, eaque negas, quæ fida rerum Magiſtra in fœtibus illis, perfectè & ad robur usque efformatis, ob oculos ponit.

In admittendis tardioribus, utut pariter rarioribus, adhuc faciliorem Te præbes eorumque poſſibilitatem è *Bohnio* pag. 16. confirmas; ſicque tandem eleganti & omnino laudabili parænesi pag. 17. diſputationem obſignas, hiſce verbis: *Interea tamen, ne ullius fama intempeſtivè lædatur, non incautum & temerarium, ſed maximè providum decet eſſe Medicum, ſive de tardiore, ſive de citiore fœtu judicium deſideretur, nihilque niſi circumſpectis omnibus circumſtantiis ab eô pronunciandum*, quæ conſona ferè ſunt iis

iis, quæ in Pandectis hactenus ventilatis cavere „ volui, quando partus quosdam inſolito tem„ pore ab honeſtis integræque famæ mulieribus „ excluſos ad vitales & legitimos referendos „ eſſe dixi; ut parum abſit, quin, ſi alter alterum rectè intellexerit, amicè convenire & de inſtrumento pacis cogitare poſſimus, ne de termino partûs otiosè & ſteriliter diſputando,

Parturiant montes, naſcatur ridiculus mus!

TANTUM!

J. N. J.

Diſputatio Juridica de Partu Octomeſtri, Præſide Dn. Johanne Joachimo Schœpffero Roſtochii, habita.

Præfamen.

VItio mihi vertes L. B. quod quæſtionem Domitianam moveam, dubitando vel probando, *partum Octomeſtrem eſſe legitimum.* Partus enim ſeptimo menſe, à die conceptionis, editus, in jure, legitimus agnoſcitur *l. Septimo menſe 12. ff. d. Stat. homin. l. Inteſtato 3. §. ult. ff. d. ſuis & legit.* Ergo octavo menſe, qui ſeptimum excipit, editus, non poterit non legitimus agnoſci, cum magis adhuc ſit maturus magisque perfectus nato in menſe ſeptimo. Nec has tuas ſimilesque cogitationes improbo, cum ipſe in eâdem fuerim, & adhuc ſtem ſententiâ. Verum cum nuperrimè aliud quærendo, invenerim, quod non quæſiveram, celeberrimos ſcil. Juris noſtri interpretes, *Status quæſtionem partui octomeſtri movere*, calcar mihi dubii hujus reſolutionem quærenti additum eſt, & vidi: Magnum Galliæ JCtum Tiraquellum (de quo vulgo referunt, quod bis quindecim & liberorum & librorũ fuerit parens) *in Comment. ad L. ſi unquam C. d. revoc. donat. in Gl. ad vb. ſuſceperit liberos n. 205. fol. m. 191.* docuiſſe: *quod filius octavo menſe natus pro non nato habeatur.* Cùm quo conſpirat Alciat. *Lib. 9. Reſp. 23. n. 2.* ibi: *Octavo menſe natus, licet videatur vivus eſſe natus, tamen, quia ſecundum naturam vivere non poteſt, habetur, ac ſi natus non eſſet.* Menoch. *Lib. 6. de præſumpt. Præſ. 52. n. 7.* eódem collimat, judicando: *partum octomeſtrem immaturum & intempeſtivum eſſe; qui ex communi phyſicorum ſchola vivere non poſſit.* Idemque ſentit Maſcard. *V. 3. d. probat. Concl. 1146. n. 6.* ibi: *partus licet vivus editus octavo menſe, habendus eſt pro abortivo* & Jul. Clarus *Lib. 3. ſententiar. §. Teſtamentum. qu. 45. n. 3.* ibi: *octavo menſe natus vivere non poteſt.* Nec eſt, quod objicias, hanc opinionem antiquorum fuiſſe JCtorum, quæ in præſenti ſeculo, inter antiquata ſit referenda, ſtudio enim recentiores, ac in praxi probatiſſimos adduxi Autores JCtos, quibus recentiores jungo. Sic Hunn. *ad Treutl. V. 1. Diſp. 2. qu. 19.* ſcribit: *ſi tamen partus octaxo menſe natus, ſit vitalis, communis eſt & philoſophorum & Medicorum ſententia: eum legitimum non eſſe*, & Gerhard. Feltman. JCtus cætera ſatis acutus *Tr. d. jure in re & ad rem cap. 2. th. 31. pag. m. 30.* ſtatuit: *Octomeſtrem partum eſſe illegitimum.* Nec ſubtilis ille Bachov. *ad Tr. V. D. 2. th. 5. lit. E.* multum alienus ab hac ſententia, dum tradit: *Medicorum conſtantem eſſe ſententiam: Octavo menſe partum vitalem & perfectum non naſci.* Imo integra & celeberrima hujus quoque ſeculi, collegia, tum Medica, tum juridica, contra partus octomeſtris vel vitalitatem, vel legitimitatem pronunciarunt. Ex illis adduco, celeberrimam Lipſienſium Facultatem Medicam, quæ menſe Decembr. 1617. conſulta, reſpondit: Octomeſtrem partum *belangende, ſo ſchlieſſen wir mit den Herrn* Medicis *einhellig dahin, daß die Kinder im achten Monath gebohren, nicht* vitales *ſeyn, weil auch* Hippocrat. *lib. d. Carnib. ad fin. ſpricht:* Menſe octavo natus, nullus unquam vixit; integrum Reſp. exhibet Dn. Amman *in Medic. Critic. Caſ. 7. in fin. pag. m. 56.* Ex JCtorum Collegiis adduco Scabinatum Lipſienſem, qui teſte Richt. *Dec. 89. n. 5.* reſpondit: *Dieweil das Kind, nach Ausgang des ſiebenden, im achten Monath, und alſo faſt zehen Wochen zu früh gebohren, ſo iſt auch daſſelbe für ehelich, zu bewæhrten Rechten nicht zu achten V. R. W.* Quibus ex priori ſeculo jungo Matth. de Afflict. *Dec. 236. n. 5.* ibi: *Per ſacrum Conſilium fuit habitum judicium à valentiſſimis Doctoribus in Philoſophia & Medicina, qui omnes votaverunt, quod natus in octavo menſe non poteſt vivere. Et tandem poſt longam deliberationem vocaverunt Domini de Conſilio, quod talis filius habetur, ac ſi mortuus natus ſit.* His aliisque motus, thema hoc, ſumma tamen brevitate, loco exercitii, Academici, pertractare conſtitui, ita ut cap. 1. generalia, cap. 2. partum hunc impugnantes, cap. 3. verò ejus legitimitatem exhibeam. Tu verò, alme Deus, ut hactenus, ita porro ſtudiis meis felices largire ſucceſſus!

CAPUT

CAPUT I.
DE
PARTU OCTOMESTRI
IN GENERE.

Partus etymol. n. 1.
Homonymia n. 6. *ſeq.*
Synonymia n. 5.
Octomeſtris derivatio n. 7.
Quid partus octomeſtris n. 8.
An conſtare poſſit de partu octomeſtri n. 9. *ſeqq.*
Intra menſem ſeptimum & decimum, incluſivè, natus cenſetur legitimus n. 12.
Computatio inſtituitur à die conceptionis n. 13. *ſeqq.*
Secundo die nuptiarum natus legitimus eſt, non legitimatus n. 17. *ſeq.*
Intelligitur menſis VII. inchoatus n. 20. *ſeq.*
Finis eſt menſis X. n. 22. *ſeqq.*
Jure Romano XI. menſe natus habetur pro illegitimo n. 26. *ſeq.*
Partus exſectus idem jus habet quod legitimè natus n. 30.
Quo fine hodie de breviori tempore ſolliciti ſimus? n. 31.
Hodie attenditur ſola vitalitas, licet quis ſexto menſe natus ſit n. 32. *ſeq.*
Si de parentum præmaturo concubitu quæratur, adhuc attenditur VII. menſis & partus cenſetur legitimè conceptus n. 35.
Licet ſit robuſtus n. 36.
Licet à muliere ſeniore editus ſit n. 37.
Calumniantes ad palinodiam tenentur n. 38.
Nec parentes juramento purgatorio conſtringi poſſunt n. 39.
Secus, ſi quinto vel ſexto menſe edatur n. 40.
Si parentes innocentiam urgeant, juramento purgatorio opus eſt n. 41.
Pater filium VII. menſe natum pro ſuo agnoſcat n. 43. *ſeqq.*
Secus ſi antea natus ſit n. 44.
Quo caſu locus erit juram. purgatorio n. 47. *ſeqq.*
Initio XI. menſis natus in praxi ut legitimus admittitur n. 50.
In fine menſis XI. vel XII. ſi edatur, Doctores non conveniunt n. 51.
Alii XIV. admittunt n. 55.
Alii remotiorem terminum admittunt n. 56.
Quæ ſententia rejicitur & reſtringitur n. 57. *ſeq.*

1. Cum è re ſit, pauca de Tituli ſignificatione referre, Ulpiani in *l. 1. pr. de reb. cred.* veſtigia legere placet. Originem autem vox *Partus* trahit à voce parere, id eſt infantem aut fœtum edere, ex quo & parens & partus derivatur Germ. *die Gebuhrt*, nomen & JCtis & aliis latinæ linguæ peritis frequens *l. Edictum 2. ff. d. Ventr. inſpic. l. Deducta 58. §. 4. ff. ad SCt. Trebell. l. partum 26. ff. d. V. S.*

2. Sicuti autem vox *parere* plurimas admittit æquivocationes, ita & vox *partus*, easdem non reſpuit. Latè & abuſivè, omnes fructus, ſub nomine *partus* comprehendi poſſunt. Et ipſum hoc exercitium Diſputatorium *partus ingenii* nominari poteſt. Propriè autem de animalium, etiam beſtiarum partu, prædicatur. Virgil. *Lib. 3. Georg.*

Poſt partum in vitulos cura traducitur omnis.

3. Et de gallina dici ſolet: quod pariat ova. Præcipuè autem hominis procreationem denotare ſolet, & beſtiarum procreationi opponitur, ſic Papinian. in *l. Deducta 58. §. 4. ff. ad SCt. Trebell.* vocem *partus* prædicat de ancilla; fœtum autem de pecoribus. Quod diſcrimen Ulpianus quoque in *l. qui vas 40. §. 5. in fin. ff. d. furt.* & ipſe Imper. Juſtin. §. *In pecudum 37. I. de rer. div.* obſervat. Perpetuum tamen hoc diſcrimen non eſt, cum in *l. Utrum 7. pr. ff. d. reb. dub.* legamus *Mulierem ad divum Hadrianum perductam eſſe, cum quinque liberis, quos uno fœtu enixa eſt.* Nos in rubro noſtræ diſputationis, per *Partum* intelligimus: partum ab homine editum, non fœtum beſtiarum.

4. Sed in hoc ſenſu triplici iterum ſupponitur modo: (1) pro partu in utero adhuc exiſtente *l. 1. §. 12.* ibi: *quorum intereſt partum non edi. ff. d. Ventr. inſpic. l. 1. §. 1.* ibi: *partus antequam edatur, mulieris portio vel viſcerum. ff. d. tit.* qui 5. tamen aliquando ſpes hominis nominari ſolet, *l. 1. §. 8. in fin. ff. unde cognat. l. Cum inter. 14. C. d. fideic. libert.* (2) ſumitur pro ipſa parturitione *l. 1. §. 10. d. tit.* ibi: *Si cui ventrem inſpici cuſtodirivè adeſſe partui licitum non erit* (3) infantem denotat, per partum editum *l. Partum 26. ff. d. V. S. l. 58. §. 4. ff. ad SCt. Trebell.* & in ultima ſignificatione nos hac voce utimur.

6. Synonyma ſunt Progenies, Soboles, natus *l. 1. §. 10. ff. d. Ventr. inſpic. l. 7. & 26. ff. d. ſtat. homin. l. 2. §. 6. ff. d. excuſat.* Generatus, Procreatus, Infans, Proles, *l. pen. pr. C. d. legit. heredib.* liberi, *l. 7. pr. ff. d. reb. credit.*

7. Vox Octomeſtris compoſita ab *Octo* & *menſis*, à quo derivatur menſtruus & meſtre, unde ſemeſtre, à ſenis menſibus, ſeu tale ſpatium, quod ſex menſes continet, bimeſtre, ſpatium duorum menſium continet.

Ex

8. Ex dictis liquet: quod Partus Octomeſtris *ſit partus octavo menſe, à die conceptionis, editus.* Hujus partus legitimitatem conſiderabimus, an omnia legitimè natorum jura, ſi vivus edatur, habeat, an aliqua ipſi, ut illegitimo, denegari jure poſſint.

9. Præmittenda autem quæſtio præjudicialis: *An conſtare poſſit de partu octomeſtri?* ſupponas enim, maritum cum ſua uxore cohabitare, ut communiter fit, & octavo menſe poſt nuptias partum naſci, quis demonſtrabit, an partus hic ſeptimeſtris, an octomeſtris ſit? Vel finge maritum mori, vel peregrè proficiſci, uxorem verò domi relictam, octavo menſe, poſt mortem vel abitum mariti, partum edere, quis certò aſſerere poterit: hunc partum eſſe octomeſtrem, vel non nono-vel decimeſtrem. Partus enim tempora ſunt incerta, juxta Plin. *Lib.* 7. *Hiſtor. Natural. cap.* 5. ibi: *Homo toto anno & incerto gignitur ſpatio.* Conſentit Aul. Gell. *Noc. Attic. Lib.* 3. *cap.* 16. Frider. Bonavent. *Tr. d. part. Octomeſtr. Lib.* 1. *Cap.* 9. ibique alleg. Ambroſ. *cap.* 15. *Hexameron.* ibi: *Omnes animantes præſcripta habent pariendi tempora, homo*
10. *ſolus indiſcreta atque confuſa.* Quanquam & in animalibus naſcendi tempus, in latitudine quadam capiendum eſſe, propter temperamentorum diverſitatem, cum Zach. *Quæſt. Medic. legal. Lib.* 1. *Tit.* 2. *quæſt.* 1. *num.* 105. *ſeq. Qu.* 5. *num.* 1. credam, & ſi quis diligenter tempus conceptionis obſervet, extra controverſiam, aliquam partus diverſitatem obſervabit, prout vel ſola ovorum excluſio nos docet, cum pulli alii aliis citius excludantur. Et licet ad matris provocaveris teſtimonium, utpote in re ſua non tantum peritam, ſed etiam corporis qualitatem & mutationem optimè percipientem, & ſic de ſenſu corporali teſtantem, ſæpè ſæpius tamen & hanc falli experientia, peritiſſimique Medici teſtantur. Dn. Paul. Amman. *in Medic. Critic. Caſ.* 4. *ejusque Diſcurs.*

11. Quicquid tamen hujus ſit, termini ſupponendi ſunt habiles, finge maritum novellum per triduum tantum uxori ſuæ cohabitaſſe, & poſtea, vel mortuum, vel captivum abductum, vel peregre profectum fuiſſe, partum vero octavo menſe, poſt mortem, captivitatem, vel iter editum eſſe, ac mulierem confiteri maritum ante benedictionem ſacerdotalem, eam carnaliter non cognoviſſe, his certe aliisque ſimilibus caſibus, liquido conſtat, partum octavo, & non ſeptimo, vel nono menſe editum eſſe.

12. His præmiſſis, reſtat, ut legitimum tempus partui præfinitum, ex legibus demonſtremus, cum multum profit, ad præſentis thematis deciſionem. In Jure autem civili Romano, omnis partus, qui poſt conceptionem, à menſe ſeptimo usque ad decimum editus eſt, habetur pro legitimo.

Quod axioma paucis illuſtrandum, ac 13.
textibus probandum, circa quod notamus, (1) terminum *à quo* tempus legitimum hoc computamus, eſſe diem conceptionis, jura enim Romana, quando de ſeptimo menſe loquuntur, hoc fine computationem inſtituunt, ut partum *abortivum* diſcernant à partu *legitimo & non abortivo.* Hinc in *l. Septimo menſe* 12. *ff. d. ſtat. hom.* Paulus docet: *Septimo menſe naſci* 14.
perfectum partum, h. e. non abortivum, abortivus enim uxoris partus, in jure nullum producit effectum, cum non ſit perfectus, *l. Uxoris* 2. *C. d. poſth. hered.* & Ulpian. *l. Inteſtato* 3. §. *fin. ff. de ſuis & leg. hæred.* docet: *eum, qui centeſimo octogeſimo ſecundo die natus eſt, juſto tempore videri natum.* Hinc (2) notamus; communem ferè Doctorum errorem, quod in 15.
computando ſeptimo menſe, initium faciant à nuptiis. Erneſt. Theoph. Majer *Comm. Inſtit. ad* §. 2. *d. Patr. poteſt. pag.* 144. Lauterb. *in Comm. tit. de his, qui ſui.* §. 10. Joh. Cœppen *in Uſu pract. Inſtit. Lib.* 1. *Obſ.* 41. *num.* 8. ibi: Septimo menſe poſt nuptias. Strauch. *diſſ.* 2. *ad jus univ. aph.* 2. ibi: *à contractis nuptiis* Excell. Dn. Engelbr. ad *f. d. ſtat. hom. th.* 23. Nam, quando de *perfectione partus* quæſtio movetur, neceſſario dies conce- 16.
ptionis & concubitus attendendi, per dicta *n.* 13. quando vero de *legitimitate partus* dubium oritur, illud tempus attendendum tantum, quod partui eſt utilius, vel conceptionis, vel geſtionis vel nativitatis, *pr. l. d. ingen.* Ex quo non poteſt non ſe- 17.
qui: primo vel ſecundo menſe, poſt nuptias natum, legitimum filium naſci, non legitimatum. Lauterb. *in Comp. ff. tit. d. his, qui ſui vel alien. jur.* Hahn. *ad W. tit. de his qui ſui vel alien jur. num.* 2. *ad vb. per ſubſequens*, imo alterô die poſt nuptias editus, non legitimatus dicendus eſt, D. Hopp. *in Comm. ad pr. Inſt. d. patr. poteſt.* Stryk. *in Uſ. mod. ff. tit. d. ſtat. hom.* §. 13. cum hoc caſu tantum tempus editi partus attendamus, non diem conceptionis, vel geſtationis tempus; per text. expr. in *l. Nuper.* 11. *in fin. C. d. Natur. Liber.* ibi: *Non conceptionis, ſed partus tempus inſpiciatur.* Cujus quæſtionis in- 18.
ſignis eſt effectus, in illis locis & caſibus, in quibus legitimati per ſubſequens matrimonium non utuntur eodem jure, quo reliqui liberi, in juſto matrimonio nati. Cujusmodi ſtatuta patria Wolferbytana ex Conſtit. D. Henrici Julii refert Hahn.

d. num. 2. ad vb. per ſubſequens matrimonium Illuſtr. Dn. d. Rhetz. *in Comm. jur. feud. ad L. 1. Tit. 8. ad vocem filii num. 13. ſeq.* Imo idem illuſtris autor *in Inſtit. Jur. Publ. L. 1. Tit. 20. §. ult.* docet ***Praxin hactenus neque per reſcriptum Principis, neque per ſubſequens matrimonium legitimatos ad ſucceſſionem Regionum Germaniæ admiſiſſe.*** Quod inquirere, hac vice, non vacat.

19. Quando verò 1. & 2. Menſe, imo 1. vel 2. die poſt nuptias ex patre & matre natos, legitimos diximus, non agnoſcimus, hoc *Jure novo* demum inductum fuiſſe, quod quidem Dn. Lauterb. *in Comp. ff. tit. d. his qui ſui*, Erneſt. Theoph. Mejer *Comm. Inſt. ad §. 2. d. patr. poteſt. pag.* 144. contendunt, ſed jure Inſtit. & ff. quoque fundatum eſt *pr. l. d. ingen. l. 3. §. f. ff. d. ſuis & legit.*

20. Diximus computationem inſtitui à conceptione, & partum perfectum & legitimum edi menſe ſeptimo, *l. 12. ff. d. ſtat. hom.* notamus hic (3) legem hanc, non intelligendam eſſe *de menſe ſeptimo completo*, quod quidem vult Hahn. *ad W. tit. d. ſtat. homin. n. 3. ad vb. poſtquam nati*,
21. ſed de *menſe ſeptimo inchoato*, quia lex ex lege explicanda eſt. Verum Ulpian. in *l. 3. §. fin. ff. d. ſuis & legit.* ſeptimum menſem interpretatur, de initio ſeptimi menſis, & ejuſdem Hippocratis autoritate, in quâ Paulus *l. 12. ff. d. ſtat. homin.* ſe fundat, nititur, ex quo liquet, Hippocratem initium menſis ſeptimi intellexiſſe, cujus autoritatem ſecutus eſt Paulus *l. 12. ff. de ſtat. homin.*

22. Terminus *ad quem*, eſt menſis *decimus*, ita, ut filius intra menſem ſeptimum & decimum natus, cenſeatur perfectus & legitimus. *Nov. 39. cap. 2. pr.* ibi: *neque enim in tantum tempus conceptionis extenſum eſt. l. Inteſtato 3. §. 11. ff. de ſuis & legit.* quando vero de longiori ſpatio diſputamus, initium computationis hi ā die ultimi concubitus, vel quo probabiliter
23 ultimo concumbere poterat. Sic v. g. poſt mortem mariti, intra menſem decimum filius adhuc naſcitur legitimus, hoc effectu, ut præſumatur ex defuncto marito conceptus fuiſſe *l. 29. pr. ff. d. lib. & poſth. l. fin. ff. de fideic. lib. l. ult. C. de poſth. hæred.*

24. Notamus autem hic, (4) quod integer menſis X. faveat legitimitati partus, ita ut in fine menſis X. natus ex defuncto legitimè ſuſceptus præſumatur, *arg. l. 3. §. 11. ff. d. ſuis & legit.* niſi liquido probetur, quod defunctus per aliquot hebdomadas ante mortem cum uxore concumbere non potuerit, ſic enim computatio inchoanda ab illa die, ex qua certum eſt, defunctum ultimo concubuiſſe.

Simile judicium ſit, ſi maritus peregrè 25.
profectus, ſit & poſt annum demum redierit, filium enim intra menſem decimum à die abitus natum pro ſuo agnoſcere & alere tenetur.

Ex dictis probamus, (5) filium, poſt 26.
menſem decimum, computatione facta, ab ultimo concubitu, initio undecimi menſis, natum, non cenſeri ex hoc viro conceptum & legitimum, per text. expr. *d. l. 3. §. 11. ff. d. ſuis & legit.* ibi: *poſt decem menſes mortis natus, non admittetur ad legitimam hereditatem.* Nec 27.
eſt, quod objicias *Nov. 13. cap. 2. pr.* in qua undecimo menſe *perfecto* natus, dicitur illegitimus, hinc colligunt: Ergo initio menſis undecimi natus ut legitimus admittendus eſt, arg. à contrario ſenſu ducto, quod in iure dicitur fortiſſimum *l. 1. pr. ff. d. offic. ejus, cui mand. jurisd.* Nam hoc argumentum duci non poteſt 28.
contra textus expreſſos, qualis eſt *l. 3. §. 11. ff. d. ſuis & legit.* accedit, verba dict. *Nov. 39. c. 2.* eſſe narrativa, in quibus iterum argum. à contrario ſenſu duci nequit. denique ex tali argumento eâdem firmitate concludere liceret: ergo partus in medio menſis XI. Imo circa finem menſis XI. natus, adhuc erit legitimus, quia non eſt natus *menſe undecimo perfecto*, vel ut 29.
Imperat. *d. Nov. c. 2. §. 1.* loquitur: *circa terminum anni*, quod ipſi diſſentientes ex *d. Nov.* probare non audent, hinc manemus in regula: quod X. menſes non fuerint *d. Nov. 39. cap. 2.* extenſi cum Dn. Ulrico Huber. *ad ff. tit. d. ſtat. homin. th. 17.* Gerhard. Feltman *tr. d. jure in re & ad rem cap. 2. th. 36. pag. m. 51. & Idem Feltman. in Comm. ff. ad l. 12. ff. d. ſtat. hom.* §. 8. Denique (6) monemus, nihil 30.
intereſſe, an partus dictis menſibus naturali modo edatur, an vero exſecto ventre vivus prodierit. *l. Poſthumus 6. pr. in fin. ff. de Inoffic. teſtam.* natum enim accipimus, etſi exſecto ventre editus ſit, *l. quod dicitur 12. pr. ff. d. lib. & poſth.* imo licet mulier jam mortua ſit, ſi tamen partus exciſo utero vivus edatur, numerum legitimorum liberorum implet, *l. Etiam ea 141 ff. d. V. S.*

Hactenus de jure Romano locuti ſu- 31.
mus, verum quid in quotidiano judiciorum uſu obſervatur? de breviori tempore, hodie præcipuè hoc fine ſolliciti ſumus, tum ut diſtinguamus partum abortivum à perfecto; tum, ut conſtet, an parentes propter præmaturum Veneris uſum, Germanis *das Vorſpiel*, puniendi ſint; tum ut conſtet, an pater, qui ante benedictionem ſacerdotalem cum ſponſa non concubuit,

parum

patrum quinto vel ſexto menſe editum pro ſuo agnoſcere teneatur.

32 Ad primum effectum pertinet Qu. an partus, ſexto menſe, à die conceptionis editus, ſi ſpiritum ediderit, hodie pro legitimo ſit habendus? jure Romano negativa, ex ſupra dictis, liquet, ſed in praxi receptior eſt affirmativa, quam defendit Peretz. *ad C. tit. de poſth. hered. n.* 15. *Excell. Dn. Stryk. d. ſucceſſ. ab Inteſt. diſſ.* 1. *cap.* 2. §. Brunn. *ad l.* 1. *& ſeq. C. d. poſth. hered. n.* 8. Carpz. *p.* 3. *C.* 17

33 *d.* 18. ibique præj. ibi: *Ob nun wohl ſolches Kind nicht zeitig geweſen, und die Mutter mit demſelben længer nicht, denn in ſechſten Monath ſchwanger gangen, dieweil aber dennoch bemeltes Kind gelebet, und eurem Bericht nach vor ſeinem Abſterben etliche Seufzerlein gethan &c. So iſt auch ſeines zuvor verſtorbenen Vatters und Groſs Vatters Erbſchafft auf*

34 *daſſelbe Kind kommen.* Simili modo in ſuprema Friſiorum curia judicatum d. 15. Jan. 1627. teſte Joh. à Sande in *Dec. aur. Lib.* 4. *tit.* 8. *d.* 8. In praxi enim hoc caſu non tam menſes, quam vitalitas attenditur Brunnem. *d. l. n.* 8. Stryck *d. l.* Et in *Uſ. Mod. tit. de ſtat. Homin.* §. 14. elegans refert exemplum, quod partus 173. dierum vivus, poſt controverſiam decem annorum, in foro, pro legitimo pronunciatus ſit, ut ut pater fuerit ſeptuagenarius add. in ſimili ſeptuagenario Reſp. Tubing. in Mev. *Conſil.* 110. *in fin.* & Altorf. Mev. *Conſil.* 111. *in fin.* Imo Curia Pariſienſis pronunciavit, patrem heredem eſſe filii, qui exſecto matris utero, editus erat, quinto menſe, & ſpirare viſus fuit, ut ex Chopp. refert Sande *d. def.* 8. *in fin.* quæ ſententia probabilis, ſi hodie ad ſolam vitalitatem reſpicias. *Add. Lib.* 4. Eſræ *cap.* 6. *verſ.* 21. ibi: *die Schwangern werden unzeitige Gebuhrten gebæhren, Kinder von drey*

35 *oder* 4. *Monden, und die werden leben und aufkommen.* Quoad ſecundum effectum, ut ſcil. conſtet, an parentes propter præmaturum concubitum puniri poſſint, adhuc hodie attenditur VII. menſis, & conſtans omnium JCtorum ſententia, quod parentes puniri non poſſint, ſi menſe ſeptimo partus edatur. Carpz. *p.* 4. *C.* 27. *d.* 13. ibique præj. Hahn *ad W. tit. d. ſtat.*

36 *hom. n.* 2. *ad vb. poſtquam nati ibique præj.* quæ ſententia non tantum vera, ſi infans ſit infirmus, ac debilis, ſed etiam ſi firmus, ac validus quia jura noſtra non diſtinguunt, quicquid etiam doceat Zachias *in qu. med. legal. L.* 1. *Tit.* 2. *qu.* 3. *n.* 65 *ſeq.* nec tantum procedit in primogenito, ſed etiam in ultrà genitis, quia talis dſtinctio in legibus non fundata. Nec ex eadem ratione attenditur, an juvenis fuerit uxor, an verò profectioris ætatis, an virgo, an vidua. Richter *Dec.* 89. *Novell. Val.*

n. 3. ibique præjud. quod propter ſingulares circumſtantias apponere lubet: *Iſt eure* 37
Stieff Mutter zu Anfang der 32. *Wochen, von Zeit an ihres ehelichen Beylagers zu rechnen, eines jungen, und in allen vollenkommenen Sæhnleins geneſen, deswegen Sie von vielen, und faſt durchgehends in Verdacht gezogen worden, ob hætte Sie ſich noch vor der Prieſterlichen* Copulation *zu ihrem itzigen Ehemann gefunden, zumal weil dieſer ſich auch vor der Hochzeit, viel und ſtætig bey ihr aufgehalten, und freundliche* Converſation *mit ihr gepflogen; ob nun ſchon etliche der* Juriſten *und* Medicorum *in dieſer Meinung begriffen, es ſey die im Rechten befindliche Verordnung, daſs nemlich ein Kind, ſo im* 7. *Monath gebohren, vor ein recht und Ehelich gebohren, auch in der Ehe erzeugtes Kind zu achten, allein von jungen, und vorhero noch unverheyratheten, nicht aber von ſolcheu, ſo bereit etliche Iahr* &c. *im Eheſtand gelebet, zuverſteheu, dennoch aber und dieweil berührte Rechtsverordnung gantz* generaliter *redet,* &c. *ſo mæget ihr dahero oberwehnte eure Stief Mutter, als ob ſie vor der Hochzeit und ehelicher Trauung zugekrochen, beſtändiger weiſe nicht beſchuldigen.* Quod reſponſum probat Hahn. *ad W. d. n.* 2. *ad vb. Poſtquam nati.* Cum verò 38
malevoli hiſce caſibus, ut plurimum calumnientur, malitia eorum actione ad palinodiam coërcenda eſt, ut judicatum à facultate Juridica Lipſienſi teſte Finckelt. *Obſerv. poſth.* 2. *n.* 27. ibi: *Diewweil beydes die Rechtsverſtändige als* Medici *insgemein lehren und ſchlieſſen, daſs im ſiebenden Monath nach gehaltenem Beylager ein vollkömmlich und natürlich Ehe Kind gebohren werden mag, ſo iſt euch die Verleumder auf einen Wiederruff zu belangen unbenommen V. R. W.*

Nec cogi poſſunt parentes, ut jure ju- 39.
rando ſe purgent, quod præmaturum concubitum non celebraverint Carpz. *L.* 2. *def.* 224. Dn. Stryk. *in Uſ. Mod. ff. tit. d. ſtat. hom.* §. 13. Hahn. *ad W. d. ſtat. hom. n.* 3. *ad vb. poſtquam nati* ibique præj. ibi: *Vielweniger mag dem Vater, daſs Er ſeine Hausfrau für Prieſterlicher* Copulation *fleiſchlich nicht erkandt, einig* juramentum purgationis *beſtändig auferleget werden.*

40
Verum quid, ſi 5. vel 6. menſe poſt nuptias partus ſit editus, an parentes de præmaturo concubitu ſuſpecti erunt? quod affirm. ſi infans fuerit validus, ac robuſtus Carpz. *l.* 2. *def.* 224. *n.* 4. *& Lib.* 3. *d. def.* 77. *n.* 13. *præj.* Stryk. *in Uſ. Mod. d. t.* §. 14. *in fin. vid.* Mev. *Conſil.* 42. *n.* 164.

Ut ut enim pro legitimitate partus pronunciandum ſit, hoc parentibus tamen prodeſſe nequit, qui ſuſpicione laborant, cum præſumtio deſumenda ſit ex eo, quod ut plurimum accidit, Stryk. *in Uſ. mod. ff. d. l.* adeoque ſufficiens indicium ad inquiſitionem,
41 Mev. *Conſil.* 42. *n.* 164. *ſeqq.* ut judicatum Roſtochii menſ. Decemb. 1648. verba ſententiæ: *Und weil der frühzeitige* partus *einen vor der Hochzeit begangenen Beyſchlaff, damit die Gemeine geærgert, anzeiget; als iſt der Rath zu Greiffenberg* ex officio *rechtmæſſige unparteyiſche* Inquiſition *darüber anzuſtellen, und den* exceſſ *rechtlicher Arth nach zubeſtraffen, ſchuldig. V. R. W.* Verum quid ſi parentes conſtanter negent, ſe ante benedictionem ſacerdotalem, ſe non carnaliter commiſcuiſſe? Reſp. juramento purgatorio opus eſt, vid. in Mev. *Conſil.* 42. *n.* 203. ſeq. ibi: *alſo kœnnen wohl* exempel *verhanden ſeyn, daſs etwan in* 100. *Jahren einmahl, ein Kind von* 6. *Monathen gebohren worden, man* præſumir*et aber nicht, daſs es auch itzo geſchehen, ſondern die* jura, *ſo* ἐπιπολάζονι *ihr Abſehen, vermuthen das* contrarium *und geben dem* Judici *ein* indicium delicti *an die Hand, welches die* rei *anders nicht, als* per torturam ſive ſpiritualem ſive corporalem purgiren *kœnnen* &c. Quo præſtito, parentes ab omni pœna ac ſuſpicione liberandi ſunt. arg. *c.* 8. *X. d. purgat. Canon. Ordin. Camer. Part.* 2. *Tit.* 10. §. 1. *in fin.*

42 Dicta limitanda ſunt, ſi conjunges præſumptionem anticipati concubitus, alia valida ac ſpeciali præſumptione elidere poſſint, præſumtiones enim alia aliam tollunt. vid Barboſ. *lib.* 14. *cap.* 68. *axiom.* 23. *& ſeq.* qualis præſumtio: ſi in primo concubitu rupti hymenis ſigna obſervata ſint. *Deut.* 22. *verſ.* 15. Et licet autor *Conſil. Mev.* 41. *n.* 211. nec hanc præſumtionem admittat, *quod mulieres ſæpe doloſis artibus, rerum venerearum tirunculo, imponant, ut credat ſe virginem defloraſſe* Neſcio tamen, quomodo hoc ad caſum in dicto conſilio propoſitū quadret, cum in facti ſpeciè ſupponatur, virum, de quo conſilium conſcriptum, eſſe ſeptuagenarium *ein ſiebentzig jæhriger Mann,* qui noſtra ætate, inter tirunculos, referri nequit. Hinc eo caſu per Tubingenſes & Altorfienſis Parentes plenè abſoluti ſunt, licet pater fuerit ſeptuagenarius, uxor vero juvencula. Vid. Mev. *Conſ.* 110. *&* 111.

43 Hactenus dicta locum ſibi vindicant, etiam in tertio caſu, ſi pater filium ſeptimo menſe, à die primi concubitus, natum, pro ſuo agnoſcere difficultates nectat. Equidem Comes quondam Holſatiæ, cui nomen Gerhard. uxorem anno 1432. domum, remiſit, miſſo repudio, quod VII. Menſe, poſt nuptias, gemellos, alterum maſculum, alteram fœminam procreaverit, ut ex Pontano pluribus refert Zeiler. *Epiſtol.* 404. Sed invita juſtitia ac jure Comes Gerhardus tale quid ſuſcepit, cum ſeptimo menſe liberi naſcantur legitimi, vid. *n.* 13. *ſeq. h. cap.* Nam parentes ſuſpicione carent, ſi filius menſe naſcatur ſeptimo, ergo mater quoque ſuſpicione non eſt gravanda à proprio marito. Verum quid ſi partus quin- 44
to, vel ſexto menſe editus fuerit vivus ac validus, maritus autem, qui ante matrimonium cum ſponſa non cohabitavit, partum pro ſuo non agnoſcat, ſed propter præſumtum ſtuprum, divortium petat? Et quinto 45
menſe editum, à patre non præcisè agnoſcendum & alendum eſſe deciſum refert, Zach. *in Qu. Medic. leg. in Dec. Rot. Rom.* 45. *n.* 8. Conſentire videtur Brunnem. *ad l.* 12. *ff. d. ſtat. homin. n.* 2. quod infra 6. menſem natus & vitalis, non præſumatur legitimus, quæ ſententia juri Romano conveniens, in quo, initium legitimi partus ſit initio ſeptimi menſis, *l.* 12. *d. ſtat. homin. l.* 3. §. *fin. ff. d. ſuis & legit.* ergo quinque & ſemeſtrem partum à legitimitate excluſerunt, unius enim temporis, hoc eſt VII. menſis, incluſio, eſt alterius, hoc eſt anterioris menſis excluſio, Finkelth. *Obſ. poſth.* 2. *n.* 10. qui *n.* 11. plures adducit DDres. Verum cum ſupra indicatum 46
ſit partum quinto & ſexto menſe, quandoque vivere poſſe, exempla refert plurima Joh. Schenck. *Obſ. Medicin. Lib.* 4. *d. partu ſub Rr. Menſe quinto & menſe ſexto pag. m.* 556. *ſeq.* Sperling. *Tr. d. format. homin. in uter. cap.* 9. *qu.* 1. Ex hoc unico fundamento, maritus divortium impetrare non poterit, dubia enim ſunt tempora partus, in dubio vero pro legitimitate partus pronunciandum, & illa præſumtio pro uxore capienda, quæ eſt delicti excluſiva, ſi ante matrimonium initum, probatis fuerit moribus, nec maritus ſuſpectam alieni viri converſationem, cum ſua ſponſa, probare poſſit. Hoc tamen largior, 47
quod uxor juramento purgatorio innocentiam ſuam confirmare teneatur, quod ab alio viro, quam proprio marito non fuerit cognita; non levis enim ſuſpicio contra fœminam militat, quæ deſumitur à communiter contingentibus, hæc ergo juramento purganda. Nec eſt, quod regeras, marito 48
divortium concedendum eſſe, quod ſuam intentionem præſumtivè probaverit, tum ex jure, tum ex magis communi & Phyſicorum & Medicorum & JCtorum aſſerto, partum ſexto vel quinto menſe editum vivere non poſſe. Ergo ſi vivat, non erit ſexto vel quinto, ſed priori menſe conceptus.

Finckelth.

Finckelth. *d. obſ.* 2. *n.* 8. *ſeq.* ſi vero civiliter agatur, ſufficit, adulterium præſumtivè probaſſe *c.* 12. *X. de præſumt.*

49 Negamus enim omnem præſumtivam probationem eſſe ſufficientem ad impetrandum divortium, ſed tantum violentam, ita ut judex aliam conjecturam capere non poſſit, quam adulterii perpetrati, qualis eſt, ſi nudus cum nuda, volens & conſentiens, in uno lecto, viſus fuerit. In noſtro caſu vero capi poterit alia conjectura, ſcil. præmaturus fœminæ partus, qui ut ut rarior, aliquando tamen â properante natura producitur, hic potius, quam adulterinus partus, in tantum præſumendus, ut non concedatur divortium, ſed juramentum purgatorium imponatur.

50 Vidimus hodiernam praxin, in tempore brevioris reſtat, ut paucis ſubjiciamus praxin, in tempore longiori. Et initio undecimi menſis natum, à tempore ultimi concubitus omnes fere legitimum pronunciant. Joh. Cœppen *in Uſu pr. Inſt. L.* 1. *Obſ.* 41. *n.* 14. *&* 15. ubi præj. quod maritus, qui peregre profectus fuit, partum 43. ſeptimana editum, pro ſuo agnoſcere teneatur. Richter *Dec.* 89. *n. ult.* Carpz. *p.* 4. *C.* 27. *def.* 15. ibique præj. Mynſing. *Cent.* 6. *Obſ.* 40. *n.* 10. *ſeq.* Feltman. *Tr. d. jure in re & ad rem cap.* 2. *th.* 37. Rauchbar.
51 *l.* 1. *Qu. jur.* 27. *n.* 53. ſi vero ſub finem undecimi menſis partus edatur, vel initio, vel in fine duodecimi menſis, quin illegitimus habeatur, dubium prorſus non eſt, ſi credis verbis Carpz. *p.* 4. *C.* 27. *def.* 15. *n. ult.* adjecto præj. ibi: *und alſo nach den elfften, im Anfange des zwœlfften Monaths, nach ihres Mannes Tode eines Kindes geneſen &c. ſo wird ſolches Kind für* N. N. *recht und ehelich erzeugetes Kind nicht geachtet noch gehal-*
52 *ten.* Simili modo reſpondit Facultas Juridica Lipſienſis Anno 1638. *daß die Rechte allein den Anfang des elfften Monats, und fernere Zeit nicht, in ſolchen Gebuhrts-Fällen zulaſſen.* Finckelth. *obſerv. poſth.* 2. *n.* 65. Hopp. *in Comm. ad pr. Inſt. d. patr. poteſtat. in fin.* Lauterbach. *in comm. ff. tit. d. his, qui ſui vel alien.* §. 12.

53 Alii verò & menſem XI. totum & XII. admittunt, ſi nulla ſiniſtra ſuſpicio, quoad vitam & famam, in viduam cadat. Joh. à Sande *in Dec. aur. Lib.* 4. *tit.* 8. *def.* 10. ubi ſic pronunciatum refert d. 27. Octob. 1634. aliud præj. allegat ex Beuſt. *d. Matrim. P.* 1. *cap.* 36. Dn. Stryck. *d. ſucceſſ. ab Int. Diſſ.* 1. *cap.* 2. §. 17. In eandem ſententiam deſcendit Fabrit. *ad Mynſ. Cent.* 6. *obſ.* 40. *in fin.* Brunnem. *ad l.* 12. *ff. d.*
54 *ſtat. homin. n.* 3. Quibus & noſtrum calculum adjicimus, ſi in viduam alia ſuſpicio non cadat, quam quod partum ſero nimis ediderit, maximè, ſi medici ex facti circumſtantiis adducant, hunc partum in individuo, diutius in utero matris verſari potuiſſe: Sic enim JCtorum erit in dubio, pro partu pronunciare. Verum, cum contra viduam & hoc caſu præſumtio juris militer, hanc præſumtionem juramento purgatorio diluere neceſſum habebit. Denique indicandum: Johannem Schenckium *Lib.* 4. *de partu rubr. de menſe tertio decimo obſ.* 1. *pag. m.* 559. tradidiſſe, Lucium Papyrium Prætorem bonorum poſſeſſionem contra Tabulas dediſſe, cum mater menſibus XIII. partum diceretur tuliſſe, & Avicennam aliosque Medicos teſtari, honeſtiſſimas fœminas XIV. menſe peperiſſe, 55
hinc apud Pariſienſes talem viduam admiſſam fuiſſe refert Gothofr. *ad Nov.* 39. *c.* 2. Feltman. *Tr. d. jure in re & ad rem cap.* 2. *th.* 40. *pag. m.* 33. Tiraquell. *ad l.* 8. *C. d. revoc. donat. ad vb. ſuſceperit liberos. n.* 210. *pag. m.* 193.

Imo Johann. Schenck. *obſerv. Medici-* 56
nal. Lib. 4. *d. partu Rr. de biennio obſ.* 1. refert ex Albert. Kranzio: *Ex Duce Baruch Vandale Uxor concepit, & biennio prægnans fuit, & parturivit infantem gradientem & loquentem.* Et eodem loco ex Aventino *Lib.* 5. *Annal. Bojorum* adjicit Schenkius *fœminam biennio uterum ferentem, marem loquentem enixam eſſe.* Verum partum ſuppoſitum, non 57
verum, fuiſſe, vel inde conſtat, quod infans in utero materno linguam addiſcere non poſſit, ſimile judicium ferendum videtur de partu, poſt triennium vel quadriennium, legitimè nato, quem Schenck. *in ſeqq. obſ.* adducit. Jura enim noſtra ab infinito abhorrent, *l.* 13. §. *ult. ff. d. dam. infect.* & per talem doctrinam ampliſſima delinquendi occaſio ſuppeditatur, hinc ultra XII. menſem partus legitimitatem extendendam non eſſe, cenſemus, Hahn. *ad W. d. ſtat. homin. n.* 3. *ad vb. poſtquam nati.* Niſi Medici ad 58
modum perſpicuis argumentis JCtis demonſtrent, in hoc individuo, partum ultra XII. menſem in utero matris fuiſſe retentum; ſic enim JCti hodiernis experientiſſimis & non ſuſpectis Medicis, eandem tribuent autoritatem, quam olim JCti, & ipſe Juſtinianus Hippocrati *l.* 12. *ff. d. ſtat. hom. l.* 3. §. *fin. ff. d. ſuis & legit.* vel Ariſtoteli, ut celeberrimo ſui temporis phyſico, olim tribuerunt. *l.* 36. *ff. d. Solut.*

Quoties enim ex peritorum hypotheſi 59.
bus leges latæ ſunt, toties illæ leges hodie vim ſuam perdunt, ſi hodie melioribus rationibus, experimentis & quotidiano uſu, hypotheſes illæ evertantur. Excellent. JCtorum Strykius *in Uſ. mod. ff. tit. d. ſtat. homin.* §. 14.

CAPUT II.

PARTUS OCTOMESTRIS LEGITIMITATEM IMPUGNANS.

INtroitus n. 1.
Communis opinio, partum octom. eſſe abortivum n. 2.
Quam defendit Afflict. n. 5.
Pariſ. & Maſcard. n. 6.
Alciat. - - n. 7.
Menoch. - - n. 8.
Hunn. - - - n. 9.
Jul. Clar. - - - - n. 10.
Feltman. - - - - n. 11.
Vitalitatem partus octomeſtris in dubium vocant Bachov. Boër. Brunnem. Perez. Daniel Moller. n. 12. & 13
Partui octomeſtri præcipuè infenſus eſt Tiraquellus - - - n. 14.
Rationes JCtorum adducuntur n. 15. *ſeq.*
Hippocratem recentiores quidam Medici ſequuntur. - - - - n. 18. 19.
Et fac. Medic. Lipſienſis - - n. 20.
Aliqui probare conantur octavo menſe in matrimonio editum, firmum, eſſe nonimeſtrem. - - - - - n. 21.
Rationes - - - - - - - n. 12. *ſeq.*
Hippocratis & eumſequentium rationes ferè remiſſivè - - - n. 25. *ſeqq.*

1. VIdimus *cap.* 1. certum tempus præfinitum eſſe in jure, intra quod partus naſci poſſit legitimus, tum ratione brevioris tum ratione longioris termini, proprius nunc ad propoſitum accedimus, inquirendo: *in partus octomeſtris legitimitatem*, placet autem *hoc capite* contrariæ ſententiæ rationes & autoritates perluſtrare; in *c. ſeq.* ſententiam partui octomeſtr. faventem pro virili, defendere.

Communior autem magiſque, apud
2. omnes nationes, recepta juris interpretum ſententia, quæ octomeſtres, ut *monſtroſos & abortivos* excludit ſunt verba Alphonſ. à Caranza JCti Hiſpani *in Tr. d. partu naturali & legitimo cap. XI. n.* 47. *in fin.* Quam ſententiam Caranza *d. cap.* 11. ex veterum Philoſophorum ac medicorum ſententia pluribus probat; idemque Fridericus Bonaventura Philoſophus eminentiſſimus *in X. libris de partus octo-*
3. *meſtris natura*, pluribus peregit, 3. Hinc brevitatis ſtudio, ſolos adducemus JCtos, & recentiores quoſdam Medicos, quorum nec Caranza, nec Bonaventura mentionem fecerunt, & JCtorum præcipue curam habebimus, quia ad noſtrum ſpectant forum, & quia Frideric. Bonaventura *in præfat. ad lectorem Tr. ſuo præ-*
4. *miſſam* ſcribit: *ea potius opinio ad veritatem videtur eſſe propenſior, quæ octavo menſe editos, & naturales & vitales partus eſſe defendit: tametſi non me lateat, non ſolum* omnes Juris Profeſſores *ſed etiam pleroſque Medicorum, in contrariam ſententiam abiiſſe*; & paulo poſt: *cum axioma ſit hac noſtra tempeſtate, apud omnes fere tum medicos, tum philoſophos, ſine ulla deſſenſione receptum:* Octavo menſe genitos vita non potiri.

Ex quibus abunde, licet remiſſivè, conſtabit, de veterum opinione, quod de vitalitate & legitimitate octomeſtris partus pluri- 5.
mum dubitaverint, ſi non planè eam negaverint. Ex JCtis agmen ducat Matth. d. Afflictis *Dec. Neapol.* 236. *n.* 4. docens: *clarum eſt in jure, quod filius natus in octavo menſe, non poteſt vivere, & ideo habetur pro mortuo.* Cum ergo contingeret, matrem octavo menſe parientem, ſecundo die, ab edito partu, mori, & paulò poſt, partum quoque octomeſtrem extingui, ex conſilio prudentum poſt longam deliberationem, judicatum fuit: quod partus octomeſtris nec matri, nec pariter partui octomeſtri ſuccedere potuerit; teſte Afflict. *d. Dec.* 236. *n.* 5. & 6. 6.
vid. Præfamen noſtræ diſput. eandem fovet ſententiam Pariſ. *Vol.* 2. *Conſ.* 56. *n.* 7. *quod octavo menſe natus*, quoad omnes juris effectus, *habendus ſit pro non nato.* Pariſ. & Afflict. ſequitur Maſcard. *d. probat. Vol.* 3. *Concl.* 1146. *n.* 2. & *ſeq.* & Andr. 7.
Alciat. *Lib.* 9. *Reſp.* 23. *n.* 2. qui partum octavo menſe natum, judicant abortivum, quod natus ſit eo tempore, quo ſecundum naturam vivere non poteſt, adeoque pro non nato habendus ſit, Alciat. *d. l.* hinc patrem non ſuccedere filio octomeſtri concludit Alciat. *d. l. n.* 3.

Eandem ſententiam amplectitur Me-
noch. qui in variis locis *Lib.* 5. *præſ.* 52. *n.* 7. 8.
in præf. allegatus eſt, cui junge *Lib.* 4. *præſ.* 89. *n.* 11. ubi vult: filium octavo menſe, ut vivum natum, non ſuccedere patri, nec ſubſtitutum excludere, ſuamque opinionem pluribus autoritatibus firmat eamq; vocat magis communem, licet aliqui ab ea diſ-
ſentiant. Et *d. A. J. Q. lib.* 2. *Caſ.* 89. *n.* 38. 9.
idem Menoch. ſcribit: de partu octomeſtri dicendum eſt, ex communi ſententia vitalem non eſſe, hinc concludit, quod patet, ſi diu abfuerit & domum revertatur, ac per triduum tantum commoretur, ſi uxor poſt abitum mariti octavo menſe pariat, & vivat filius, quod à marito conceptus non credatur. Eandem hanc ſententiam, quod maritus octomeſtrem pro ſuo agnoſcere non teneatur ex Menoch. refert ac ſequitur Hunn. *ad Treutl. V.* 1. *Diſp.* 3. *qu.* 19.

Partus octavi menſis legitimitatem re- 10.
jicit quoque Jul. Clar. *ſententiar. L.* 3. §.
Teſta-

Teſtamentũ qu. 45. *n.*3. qui inde concludit partum octomeſtrem non rumpere teſtamentum, nec facere deficere conditionem
11. fidei commiſſi. Cum Jul. Clar. ſentit Gerhard. Feltman. *Tr. de jure in re & ad rem c.* 2. *ib.* 31. *p.m.* 30. dum ſcribit: *octavo menſe qui naſcitur infans, non juſto partu dicitur editus* & *th.* 32. hinc concludit: ergo octavo menſe natus non rumpit teſtamentum.

12. Et licet ſucceſſionem partui octomeſtri non denegent alii, in eo tamen conveniunt, quod partus octomeſtris non ſit vitalis & perfectus, Bachov. *ad. Tr. V.* 1. *diſp.* 2. *th.* 5. *lit. E. vid. præf. noſtr. diſp.* Boër. *Dec.* 220. *n.* 1. ibi: *octavo menſe natum ſecundum medicos vivere non poſſe, & ſic peritis in arte credendum eſſe.* Brunnem. *ad l. ſeptimo menſe* 12 *ff. de ſtat. hom. n.* 1. ibi: *octomeſtris partus vitalis non eſt.* Perez *ad C. tit. de poſthum. hæred.* *quod* ibi: *ex medicorum ſententia partus*
13. *octomeſtris non ſit vitalis.* Daniel. Moller. *ſemeſtr. Lib.* 3. *cap.* 28. *n.* 1. ibi: *Verum ergo, ut prius illud, vivacem nimirum eum non eſſe, qui octavo menſe naſcitur, facile credo.* Hinc à contrario ſenſu concludunt, natus eſt & vivit, ergo non eſt natus menſe octavo. Boër *d. Dec.* 220. *n. ult.* Maſcard. *d. Probat. Concl.* 1146. *n.* 9.

14. Inter omnes tamen adductos nemo prolixior eſt Tiraquello, qui *in Comm. ad L. ſi unquam C. d. revoc. Donat. Gloſſ. ad vb. ſuſceperit liberos n.* 205. *& multis ſeq.* ſtatuit: *quod filius octavo menſe natus pro non nato habeatur.* Hinc concludit eum non rumpere teſtamentum, nec revocare donationem à patre liberis orbato factam, nec ſuccedere.

15. Rationem hujus opinionis JCti aliam non dant, quam eam, *quod octomeſtris ex medicorum ſententia vivere non poſſit*, Jul. Clar. *d.* §. *Teſtamenſum Qu.* 45. *num.* 3. Alicat. *Lib.* 9. *Reſp.* 23. *num.* 2. Maſcard. *d. probat. Conſi. l.* 1146. *n.* 7.

16. Et licet Medici inter ſe non convenirent, in Medicorum tamen diſſenſu, Hippocratis præferenda eſſet ſententia, quia hujus doctiſſimi viri autoritas, circa legitimi temporis partus determinationem, in jure approbata eſt, *l. Septimo menſe* 12. ibi: *propter autoritatem doctiſſimi viri Hippocratis ff. d. ſtat. homin. l. Inteſtato* 3. §. *ult. ff. d. ſuis & legit.* ibi: *Hippocrates ſcripſit.* Hippocrates autem *lib. d. Carnib. ad finem & lib. d. partu octimeſtr.* aliisque in locis docet: *Menſe octavo natum vivere non poſſe.* Adeoque teſtem, quem
17. JCti in *d. l.* 12. *& l.* 3. §. *ult.* pro ſe, in probanda partus ſemptimeſtris legitimitate adducunt, contra ſe quoque in partu octomeſtri admittere tenentur. Struv. *Ex.* 28. *th.* 41. Excell. D. Præſes *in ſyn. jur. privat. tit. d. teſtib. n.* 13. per text. expr. *l. Siquis* 17. *C. d. teſtib.* ibi: *ſiquis teſtibus uſus fuerit, idemque teſtes adverſus eum, in alia lite, producantur, non licebit ei perſonas rerum excipere.* Accedit, in toto corpore juris nullum textum reperiri, qui menſem octavum ut legitimum agnoſcat, cum tamen menſis ſeptimus legibus expreſſe approbatus ſit. Aſt ſententia Hippocratis aliorumque medicorum & Philoſophorum antiquorum JCtis noſtris non potuit non fuiſſe cognita, quod octomeſtris partus ut non vitales fuerit rejectus, quam ſententiam ſi non approbaſſent compilatores ff. procul dubio, in aliquo loco, de partus octomeſtris legitimitate diſpoſuiſſent.

Nec antiqui tantum medici, ſed & hu- 18.
jus ſeculi Hippocratis approbant theſin. Sic Michael Reudenius Philoſophiæ & Medic. Doctor d. 10. Sept. 1615. reſpondit: juxta omnium philoſophorum & medicorum ſententiam octomeſtris foetus editio, partus quidem, non abortus, notetur: ſed nec vitalis, nec legitimus dici debet. Et de eodem caſu Caſpar. Horn. Medic. D. & 19.
Phyſicus in Joachims-thal. d. 17. Sept. 1615. reſpondit: *vveil obgedachte Zeit vom* 15. Julii Anno 1614. *biſs den* 26. Febr. Anno 1615. *nicht allein* ſecundum menſem ſolarem 8-*halb*, *ſondern auch* ſecundum curſum lunæ 8-*halb Monath und* 7. *halb Tage, und alſo* octimeſtrem partum *ervveiſet, vvelcher* teſte Hippocr. l. de octimeſtri partu & *Lib. d.* Carn. item. Cral. 6. equidem part. 7. tit. 27. nullibi, niſi in Ægypto (ut Ariſtoteles ſcribit) L. 7. *d. Hiſtor. animal. cap.* 4. vitalis eſt, *diſs Mægdlein aber* integre conformata ac bene vivida adhuc exiſteret, *als kan es* pro partu legitimo 20.
nicht geachtet, noch deſſelben Geburthszeit, für natürlich dieſer Lands-arth nach erkandt vverden. Et horum medicorum judicium de partu octomeſtri approbavit integra facultas Medica Lipſienſis, cujus verba in Præf. allegata ſunt, add. *aliud Reſp. Facult. Medic. Lipſienſis d.* 29. *Octobr.* 1674. *Ammon. Med. Crit. Caſ.* 20. *& aliud d.* 21. *Mart.* 1638.

Ex eadem hypotheſi ulterius infert D. 21.
Reudenius & Horn. quod partus octavo menſe poſt nuptias validè editus, vivus ac ſanus, ſit partus nono-vel decimeſtris, adeoque ante benedictionem ſacerdotalem conceptus; rationes Reudenii ſunt ſequentes.

Daſs es nicht vermuthlich, daſs zwey 22.
geſunde und allenthalben zum Kinderzeugen taugliche Eheleute, unter denen das Weib vorhin ſchon in der erſten Ehe etliche Kinder auff die Welt gebracht, ſolten in die dritte Woche, ehelich beyſammen gevvohnt haben, und doch die Zeit über, keine Empfængnüſs geſchehen ſeyn, oder

aber

aber des ehelichen Beyſchlaffs im Anfang ſich ſolten ſo lang enthalten haben.

2. So iſt das Kind ein Töchterlein, welche wie ſie in Mutter Leibe 10. —— 12. Tage langſamer *formiret* werden, alſo auch langſamer, alſs die Knæblein, auf die Welt kommen, und derovvegen mit nichten, unter die *ſeptimeſtres partus* zu rechnen.

23 3. Ob wohl *Hippocrates* ſo in Griechen-Land gewohnet, *ſeptimeſtrem partum pro vitali* hælt, ſo læſt ſich doch ſolches ſo vvenig auf unſer Böhmen, Teutſchland, und andere benachbahrte *ſeptentrionaliſche* Lænder ziehen, alſs vvenig ſich reimet, vvenn man bey unſs den 6. Monath, vvie an etlichen Orthen geſchehen ſol in Spanien, vor eine rechte Geburths-Zeit, oder die *Octomeſtres partus*, vvie etvva in *Ægypten* ob *Cœli & ſolis clementiam paſſiret*, *pro vitalibus* anziehen vvolle. Sondern bleibet in unſer Landes-Arth der neunte Monat primus legitimi & vitalis

24 partus terminus. Hornii ratio eſt: quod uxor non fuerit primipara, ergo partum octavo menſe validè editum non poſſe pro ſeptimeſtri partu æſtimari.

25 Reſtat, ut rationes Hippocratis, & qui eum ſequuntur, adducam, ex quibus partus octomeſtris vitalitatem impugnant, verum cum hæc opera nimis hac vice mihi videatur prolixa, Lectorem remitto ad Friderici Bonaventuræ *Tr. d. partu octomeſtri*, *qui cap.* 2. *& ſeqq.* ex variis authoribus eas rationes collegit, & ſummo ſtudio ac inſigni opera rejecit. Cui jungatur Zach. *in Qu. med. Legal. L.* 1. *Tit.* 2. *qu.* 4. *per tot.* Ex JCtis hanc operam peregit Tiraquel. *Tom.* 6. *in Comm. ad L. ſi unquam. C. d. revoc. donat. in Gl. ad vb. ſuſceperit liberos num.* 205. *ſeqq.* Et poſt eum Alphonſus à Caranza JCt. Hiſpan. *in. Tr. d. partu natur. & legit. cap. XI. n.* 5. *ſeqq.* & ex parte Finckelth. *Obſ. poſth.* 2. *n.* 28.

26 Ne tamen has plane neglexiſſe videar, levi digito præcipuas monſtrabo. Quæ deſumuntur vel ex Phyſicæ & Medicinæ fontibus, vel ex Arithmetica, vel ex Aſtrologia.

27 Phyſicæ & medicæ rationes in eo conſiſtunt: quod partus per ſe validus ſeptimo menſe egredi conetur, hi ſi exeant, vitæ compotes fiunt; ſi non, menſe octavo ægrotant, ex priori labore debiles facti, hinc matrem gravidam octavo menſe male ſe habere. Si vero contingat, infantem non obſtante imbecillitate & ægritudine, octavo menſe, non tam edi, quam ex cauſa morbifica, protrudi, non poſſe non partum mori, quia afflictioni, quam perpeſſus eſt menſe ſeptimo, ſupervenit labor & moleſtia partus, qui partum extinguit.

28 Arithmetica ratio inde deſumitur, quod ſeptenarius numerus ſit perfectus, ut & nonus & decimus, non vero octavus, & duodecimus, ergo menſe ſeptimo 9. & 10. partus naſcitur vivus, non verò menſe octavo & duodecimo.

Aſtrologica eſt, quod ſingulis menſibus partui planeta dominetur, in primum menſem Saturnus habet imperium, in ſecundum Jupiter, in tertium Mars, in quartum Sol, in quintum Venus, in ſextum Mercurius, in ſeptimum Luna. Octavi menſis dominium redit ad Saturnum, cujus ſideris malignitate octomeſtris partus emoritur. 29

CAPUT III.

PARTUS OCTOMESTRIS LEGITIMITATEM DEMONSTRANS.

Connexio *n.* 1.
Partum octomeſtrem ut legitimum agnoſcentes Doctores adducuntur n. 2. *ſeqq.*
Pro partus octomeſtri præjudicia adducuntur Scabinatus Lipſienſis *n.* 6.
Facult. Jurid. Lipſienſ. *n.* 7.
Conſiſtor. Lipſienſis. *n.* 8.
Conſiſtor. Dresdenſis. *n.* 9.
Facult. Jur. Witteberg. *n.* 10.
Jenenſis. *n.* 11.
Helmſtadienſis. *n.* 12.
Roſtochienſis. *n.* 13.
Hinc patet hodiernos JCtos antiquorum ſententiam dereliquiſſe. *n.* 14.
Rat. pro partu octom. *n.* 15. *ſeq.*
Ad contraria reſpond. *n.* 17.
Partus octom. ſuccedit *n.* 22.
Ad contraria reſp. *n.* 23.
Ob partum octom. parentes non ſunt puniendi. *n.* 24.
Ad contraria reſp. *n.* 25. *ſeq.*
Per omnia & in omnibus pro legit. nato habendus *n.* 30.
Medicorum autoritati medici recentiores opponuntur *n.* 31. *ſeq.*
Ad contraria reſp. *n.* 32. *ſeq.*
An menſes ſolares an lunares intelligantur. *n.* 37.

Ordo in Præfat. propoſitus poſtulat, ut hôc capite partus octomeſtris legitimitatem demonſtremus, quod facere parati ſumus; adducendo pro partus octomeſtris legitimitate pugnantes: 1. Doctores præcipue JCtos 2. Præjudicia recentiora 3. Rationes 4. brevem reſponſionem ad ea, quæ cap. 2. propoſita ſunt. 1

Partum octomeſtrem, ut legitimum agnoſcunt, celeberrimus Academiæ patriæ JCtos Henric. Hahn. *ad Weſ. tit. d. ſtat. homin. n.* 3. *ad verb. poſtquam nati* ibi: *verum quamvis haud frequens ſit, eſt tamen proquinquior menſi nono, & decimo, quidni ſit & perfectior ſui natura,* pro-

propter temporis diuturnitatem? cum etiam majus robur habeat, & ſolidiora membra, magisque formata, calorem
3. *etiam vegetiorem.* malè tamen *in ſeq.* Dn. Hahn. Caranzam allegat ut diſſentientem. Hîc enim JCtus in *Tr. d. part. natur. & legit. cap. XI. n. 6. ſeqq.* refert quidem Diſſentientes, eorumque argumenta recenſet, ipſe tamen in ſeqq. ea rejicit, & *d. cap. XI. n. 57.* concludit: *Partum octomeſtrem, in omnibus & per omnia coæquandum eſſe cum ſeptimeſtribus, nono meſtribus & decimeſtribus, ſi totus vi-*
4. *vus & perfectè natus ſit.* Eandem ſententiam prolixè defendit Frider. Bonaventura *Tr. d.* partu octomeſtri *lib. 9. cap. 34.* cujus ſummarium: *Concluditur ex ſuperioribus, octomeſtres, legitimos eſſe partus ac naturales, & à lege receptos.* Ad quem autorem remitto lectorem, qui plures rationes pro & contra hunc partum allatas, expendere ſatagit, ipſe vero Bonaventura theſin ſuam de partus octomeſtris legitimitate, nimis operosè defendit, invitos etiam quâcunque interpretatione, in ſuam ſententiam trahendo. Imò *lib. 8. cap. 95. ſeq.* in eo operam collocat, ut Hippocratem quoque in ſui opinionem trahat, ut ut irrito conatu, ut teſtatur Zach. *Qu. med. legal. Lib. 1. Tit. 2. qu. 4. n. 1.*

Partus octomeſtris legitimitatem agno-
5 ſcunt ac defendunt quoque Carpz. *p. 4. C. 27. def. 14.* & in *Jpr. Conſiſtor. L. 2. def. 226. & L. 5. Reſp. III. n. 14.* Georg. Schulzen. *in ſyn. Inſt. ſub rubr. d. ſucceſſ. liber. natur. lit. a. pag. m. 192.* Finckelth. *Obſ. poſth. 2. n. 30. ſeq.* Erneſt. Theophil. Majer *in Comm. Inſtit. tit. de patr. poteſt. ad* §. 2. *pag. m. 145. ibique alleg.* Lauterb. *d. variet. tempor. art. 6.* §. *ult.* Idem Lauterb. *in Comm. ff. tit. d. his qui ſui.* §. *eo* Richter. *Dec. 89. n. 4.* Möller. *lib. 3. ſemeſtr. cap. 28.* Speckhan. *Cent. 1. qu. 77.* Joh. Cœppen. *L. 1. Obſ. 41. n. 12.* Joh. Strauch. *Diſſert. 2. ad Jus Juſtin.* § 2. Fabrit. *ad Mynſing. Cent. 6. Obſ. 40. pag. m. 437.*

Ne autem credas, hanc ſententiam in theoria quidem defendi poſſe, aſt in praxi contrarium obtinere, hinc præjudiciis eam
6 confirmabo: ſic pro partus octomeſtris legitimitate reſpondit Scabinatus Lipſienſis menſ. Febr. Anno 1600. & Menſe Majo 1632. & Menſ. April. 1633. teſte Carpz. *p. 4. C. 28. def. 14.* & Menſ. Octobr. Anno 1641. ibi: Dieweil ein Kind, ſo nur anfangs des achten Monaths nach gehaltener Hochzeit und Beylager gebohren, vor unehlich nicht gehalten wird &c. Carpz. *L. 5. Reſp. III. n. 15.* Eodem modo reſpondit Facultas Juridica Lipſienſis d. 27. Febr. 1634.
7 ibi: demnach aber und dieweil nach bewährter Rechtslehrer Meinung, ein Kind, wenns gleich im achten Monath zur Welt gebracht &c. wird auch eure gebohrne Tochter pro partu legitimo billig geachtet &c. vid. Finckelt. *Obſ. poſth. 2. n. 45.* Ejusdem opinionis, fuit Conſiſtorium Elector. Lipſienſe M. Decembr. Anno 1502. & Menſ. Febr. 8.
1636. ibi: Dieweil ein Kind in 8. Monath. wie im gegenwertigen fall erzeuget, nach verordnung der Rechte, vor ehelich zu halten und zu achten iſt &c. Finckelth. *d. l. n. 43. 44.* Quod à Conſiſtorio ſupremo Dresdenſi quoque confirmatum fuit d. 20. Jul. 1635. ibi: und alſs im achten Monath 9.
eines Kindes geneſen, ſo iſt dieſer partus pro illegitimo nicht zu achten. Carpz. *in Jpr. Conſiſt. L. 2. def. 226. n. 9.* Eodem modo d. 27. Jul. Anno 1627. reſpondit Collegium juridicum Wittebergenſe, teſte Georg. Schulzen *in ſyn. Inſt. lib. 3. Tit. 5. ſub Rubr. d. ſucceſſ. liber. natur.* De alio 10
præj. ejusdem Facultatis teſtatur Guil. Forſt. *lib. 1. tract. Juſtin. diſp. 3. th. 6.* Simile 11
reſponſum dedit Facultas Juridica Jenenſis Menſ. April. Anno 1668. ibi: und als Sie beyde mit einander beſage des Kirchen-Regiſters 33. Wochen im Eheſtand gehauſet, itzt benanten eures Sohns Weib, einen jungen Sohn gebohren, und es ſind ſonſt keine genungſame Anzeigung vorhanden, das eur Sohn ſolch ſein Weib erkand, ſo iſt ſolche Geburth nicht vor unzeitig zu halten, mœgen auch beyde Eheleute mit einigerley Strafen nicht beleget vverden. Richter *Dec. 89. n. 4.* ſeptimanæ autem 33. effi- 12
ciunt ſeptem menſes, 21. dies. His accedit ampliſſima Facultas Helmſtadienſis, quæ Anno 1601. eodem modo reſpondit, ibi: ungeachtet, vvas de octavo menſe, nach Ausrechnung der Gelahrten in dieſem fall, vor unerheblich mœchte angezogen vverden, & ſimili modo d. 29. Jan. 1609. reſpondit de partu, poſt 32. ſeptimanas edito & eodem Anno 1609. d. 11. Aug. de partu nato poſt ſeptimanas 33. à die nuptiarum reſpondit eadem facultas ampliſſ. Helmſtadienſis, teſte Hahn. ad *W. tit. d. ſtat. homin. n. 3. ad vb. poſtquam nati.*

Eandem ſententiam comprobavit am- 13
pliſſima facultas juridica Roſtochienſis d. 17. Jun. 1696. ad requiſ. T. V. Stralſundenſis ubi. Reſpondit: *halten alſo denen Rechten nach dafür, daſs ein Amtmeiſter, deſſen Frau, in der 31. oder 32. Woche* poſt nuptias *darnieder kommt, aus dem Amt niht kœnne geſetzet werden &c.*

Ex adductis liquet de hodiernis JCtis 14.
dici non poſſe, quod ſuo tempore de JCtis ſcripſit Frider. Bonaventura *d. Octomeſtr. partu Lib. 2. cap. 1.* ibi: *Juris Profeſſores: in probanda octomeſtris partus infelicitate, medicorum teſtimoniis potiſſimum nituntur, atque horum, quos primum*

mum legerunt, ſententia capti, de hac difficillima quæſtione judicant: ad ipſorumque opinionem, quaſi tempeſtate delati, ad eam tanquam ad ſaxum adhæreſcunt, ac neſcio, quomodo (quod deplorandum omnino eſt) errare malunt, eamque ſententiam, quam adamaverunt pugnaciſſime defendere, quam ſine pertinacia, quod conſtantiſſimè dicatur, exquirere.

15 Partus octomeſtris legitimitas uti autoritatibus ac præjudiciis firmata, ita rationibus quoque confirmanda. Ratio generalis eſt, quod cum olim dubitaretur de perfectione partus, poſtea initium ſeptimi menſis receptum fuerit *l.* 12. *ff. d. ſtat. homin.* ita ut natus poſt diem 182. à die conceptionis, legitimè & perfectè editus cen-
16 ſeatur, *l.* 3. *§ fin. ff. d. ſuis & legit. vid. cap.* 1. *num.* 13. *ſeqq.* à qua regula, cum nulla reperiatur exceptio, in menſe octavo, nec noſtrum eſt, ſine lege, exceptionem formare, *arg. l.* 5. *C. d. repud.* Maximè cum in dubio pro partus legitimitate ſit pronunciandum, & octavo menſe editus, majus robur habeat, ac ſolidiora membra, magisque formata, quam partus ſeptimo menſe editus. Hahn. *ad W. d. ſtat. homin. n.* 3. *ad vb. poſtquam nati.* Finckelt. *Obſ. poſth.* 2. *num.* 32.

17 Ad contraria *cap.* 2. *n.* 15. *ſeq.* propoſita reſpondemus, (1) Quod Recentiores Medici, ex validioribus rationibus, & ex ipſa experientia partus octomeſtris vitalita-
18 tem demonſtraverint. (2) Hippocratis autoritas non agnoſcitur, niſi quatenus ejus ſententia in corpus juris relata, ſicuti enim Papiniani, Ulpiani, Pauli &c. ſcripta; imò ipſe Codex Theodoſianus, ad deciſionem cauſarum, ſub criminis falſi pœna, allegari non poteſt, niſi quatenus eorum ſcripta in corpus juris relata *Conſtit. Dedit nobis d.*
19 *confirm. ff. §. Hæc igitur* 19. Ita ſub eadem pœna prohibitum erit Hippocratis autoritatem, ad deciſionem cauſarum allegare, in iis locis, quæ non ſunt corpori juris inſerta; Cum Hippocratis non major quam Papiniani, vel Imperatorum ante Juſtinianum viventium eſſe poſſit autoritas. Ad text. *l.* 17. *C. d. teſtib.* reſp. eum loqui de teſtibus, qui aſſerta jurejurando firmarunt, non vero de citatione autoris mortui, de qua clarus eſt text. *d. Conſt. Dedit nobis §.* 19.

20 Nec (3) ſtringit octavi menſis in jure non ſit mentio, ergo rejectus, JCti enim acquieſcere voluerunt in eo, ut demonſtrent, quo tempore partus antea immaturus, jam habeatur pro maturo, ſtultum ergo vel dubium movere, an in ſequenti tempore longiori maturus judicetur, qui talis jam judicatus eſt tempore breviori; ſed nec noni menſis, quantum ego 21
quidem recordor, ſpecialiter mentio ſit in jure, quis vero hinc colligeret, ergo partus nono menſe editus, in jure non cenſetur legitimus. Quin rectius invertitur arg. quia octavi menſis nulla mentio facta, ergo Hippocratis autoritas, hac in parte, rejecta fuit, *arg. d. Conſt. Dedit. §.* 19.

Ex dictis vel me tacente ſequitur: quod 22
partus octavo menſe natus, & vivus plene ex utero matris extractus, ſuccedat. Brunnem. *ad l.* 12. *ff. d. ſtat. hom. n.* 1. tam parentibus, quam collateralibus, Caranza *Tr. de part. nat. & legit. cap.* 11. *n.* 57. rumpitque teſtamentum, Boër. *Dec.* 220. Bach. *ad Tr. U. I. Diſp.* 2. *th.* 5. *lit. E.* Perez. *ad C. tit. d. poſth. hered. num.* 15. Nec eſt 23
quod Tiraqu. objiciat *l.* 2. *&* 3. *C. d. poſth. hered.* quia loquuntur de abortivo, qualis non eſt octomeſtris, imo cap. 1. n. 34. probavimus, hodie hoc caſu ſolam attendi vitalitatem, ergo & in octavo menſe edito attendenda erit vitalitas. Minus ſtringit argum. idem eſſe non vivere, & diu vivere non poſſe, negatur enim & major, quæ in jure falſa; & minor, ut ex probatiſſimis experientiſſimisque conſtat Medicis.

Parentes vero propter partum octome- 24
ſtrem puniendos eſſe, tam abſonum, ut vix abſurdius quid concipi vel ſtatui poſſit, recepto enim ſeptimo menſe, nemo aſſerere poterit, an non partus ſit ſeptimeſtris, conceptionis enim tempora ſunt incerta, ut ipſas quandoque matres fallant, cujus exemplum refert Amman. *in Medic. Crit. caſ.* 7. *in diſcurs. ibi: Exemplum hic præſto* 25
eſt honeſtiſſimæ cujusdam fœminæ, quæ apparatum puerperii omnem Menſe Dec. anni præteriti adornari curavit, filium vero enixa demum eſt, circa feſtum Aſcenſionis Anni 1669. *En! intercapedo hic eſt* 20. *ſeptim. ſi calculo ipſius fuiſſet credendum M. Decembr. novem menſes erant fermè completi, jam acceſſerunt quinque alii menſes, à feſto Nativitatis usque ad Aſcenſionem Chriſti, Ergone puer hic* 14. *Menſium ſpatio, in utero concluſus latuit? vel eſtne credibilius mulierem hancce ingravidationem citius quinque menſibus integris inchoaſſe, & Lucinam fruſtra ſollicitaſſe? poſterius verum eſt*; *add.* Carpz. *Lib.* 5. *Reſp. III. n.* 15. *præj.* Ad rat. Reudenii & Hornii *c.* 2. 26
num. 21. *ſeqq.* facilis eſt reſponſio; ad (1) adhuc hodie reperiri, qui *can. aliter.* 1. *C.* 30. *quæſt.* 5. obſervent, & per biduum aut triduum caſtitatem cuſtodiant, Et licet pauci hunc continentiæ gradum attingant, plura tamen dixerim dari exempla illarum uxorum, quæ primo menſe non concipiunt, quam illarum, quæ ſecundo vel tertio die poſt nuptias jam gravidæ ſint, & licet numero non

ro non ſint æquales, extra controverſiam
tamen, quod permultæ primo menſe non
concipiant, ergo incertum an hæc uxor pri-
mo menſe vel prima ſeptimana conceperit.
27. ad (2) nulla in jure reperitur differentia in-
ter pueros & puellas, adeoque nullam diffe-
rentiam agnoſcimus. Sicuti de puella octo-
meſtri legitimâ reſpondit Facultas Juridica
Lipſienſis, vid. *num.* 7. *hujus capitis*; ad (3)
ubi Reidenius ſeptimum & octavum men-
ſem in Germania & locis ſeptentrionalibus
tollit, reponimus: ſeptimum menſem in
praxi, extra controverſiam eſſe receptum,
cujus, non tantum, ſed & ſexti menſis plu-
rima extant exempla, vid. Amman. *in Me-
dic. critic. Caſ. IV. pag.* 15.

28. Et ex viris fide dignis & excellentiſſimis
percepi, quod in hac ipſa civitate Roſto-
chienſi, ante aliquot annos, honeſta uxor,
in matrimonio, poſt primum partum, no-
vum partum ſeptimo menſe, à priori partu,
ediderit vivum ac ſanum, hic certe ſi non
ſextimeſtris fuit, non potuit non ſeptimeſtris
eſſe, ex quo ſimul ſatisfit dubio, quod pri-
mipara, ſeptimo menſe partum edere poſ-
ſit, non vero uxor, quæ liberos ante jam
29. edidit. Nec id admitto: quod communi-
ter fere dicatur octavo menſe natos raro
vivere, velut in ſpecie loquitur Zachias
Qu. Med. leg. lib. 1. *Tit.* 2. *quæſt.* 4. *n.*
32. *ſuperviventibus ex mille ſeptime-
ſtribus decem, vix quinque ex mille octo-
meſtribus vitæ compotes fieri.* Experientia
enim & varia præjudicia ſupra allata contra-
rium demonſtrant, & intra anni ſpatium
bina exempla partus octomeſtris vitalis au-
divit Roſtochium, alterum Facultati obla-
tum, alterum in ipſa civitate Roſtoch.
contigit.

30. Percurrendæ nunc forent ſingulæ juris
partes & ſpecificè oſtendendum eſſet, quod
partus octomeſtris in omnibus, jure legi-
time natorum fruatur, verum cum ex ſu-
pra dictis & *num.* 2. *ſeq.* alleg. Dd. tale quid
facile colligi & probari poſſit, brevitatis
ſtudio hunc differimus laborem, & in regula
generali, quod per omnia habeatur pro le-
gitimo, acquieſcimus.

31. Reſtat, ut medicos medicis committa-
mus, JCtorum enim in *c.* 2. adductorum
ratio præcipua eſt: quod partus octome-
ſtris, ex medicorum ſententia vivere non
poſſit. Aſt exempla refert Schenckius
Obſerv. Medicinal. Lib. 4. *d. partu Rr.
Menſe octavo* ibi: *Liquet, quod multi
poſſunt ſupervivere, qui non ægrotant, ſi
eo tempore naſcantur. Nam duo filii Car-
dinalis Sfondrati, & ipſe Cardinalis
Sfondratus, omnes nati ſunt octavo men-
ſe, & ſupervixere.* Eandem ſententiam
Zachias *Qu. med. Legal. Lib.* 1. *Tit.* 2.
Qu. 4. *num.* 9. probare videtur: *octome-
ſtrem partum magis eſſe perfectum ma-
giſque vitalem, quam ſeptimeſtris*; &
num. fin. concludit; *aut ſeptimeſtrem,
& octomeſtrem ſimul eſſe rejiciendum,
aut octomeſtrem quoque rejiciendum eſſe.
Eandem defendit* ſententiam Johan. *Sper-
ling Tr. d. format. homin. in uter. cap.* 9.
quæſt. 1. *pag. m.* 177. Et ante eum par- 32.
tum octomeſtrem defendit Sennertus *in
Inſtit. medic. L.* 1. *cap.* 10. *pag. m.* 96.
Et Excellent. Isbrand. de Diemerbroeck *in
Anatom. corpor. human. Lib.* 1. *cap.* 34.
§. *Hippocrates pag. m.* 323. Et eo caſu,
quo liquido conſtare non poteſt, an partus
editus ſit octomeſtris, an ſeptimeſtris, ipſa Fa-
cultas Medica Lipſienſis pro legitimitate et-
iam fœminei partus pronunciavit, licet
alias partui octomeſtri parum faveat. Vid.
Amman. *in Medic. crit. caſ.* 7. *in reſponſo.*
ibi: *Denn obgleich vorgegeben wird, daſs
die* ſeptimeſtres partus *bey den* fœmellis
*nicht ſo gemein ſeyn ſollen, ſo haben wir
doch bey uns vornehme ehrliche Weiber,
die dergleichen* partus fœmineos vivaces
*auf die Welt gebracht, darunter auch
eine zuvor einen Ehemann gehabt, und
Kinder gezeuget, und nicht derowegen*
ſeptimeſtris partus *eben* primus partus puer-
peræ *ſeyn müſſen.* Ex JCtis huc traho: 33.
Daniel Moller *Lib.* 3. *ſemeſtr. cap.* 28. *n.*
9. ibi: *& ego ex fide dignis, & magni no-
minis viris acceperim, non nullos octavo
menſe, in conjugio natos aliquot annos
ſuperſtites fuiſſe.* Et Vincent. Pinellus
celeberrimus ille JCtus octavo menſe, edi-
tus eſt, teſte Carolo Annibale Fabroto *exercit
d. c. tempore partus human. pag. m.* 18.
Plura exempla & authores refert Alphons.
à Caranza *Tr. de part. natur. & legit. cap.
XI. num.* 21. *ſeqq.* quo me brevitatis ergo
remitto.

Ad rationes Phyſicas & Medicas *c.* 2. *n.* 34.
7. *ſeq.* adductas reſpondemus, & quidem (1)
negatur ſeptimo menſe partum omnem exi-
tum tentare; hoc enim ex varietate ſubje-
ctorum ac temperamentorum dependet,
hinc majores motus ſeptimi menſis quoque
negantur. Sperling. *tr. d. Format. hominis
in utero cap.* 9. *quæſt.* 1. ibi: *Non enim
omnem partum ad exitum moveri men-
ſe ſeptimo, ſed eum ſaltem, qui fortioris
ſit complexionis. Non etiam gravidas
ſeptimo menſe vehementiorem ſentire
motum, quam aliis.* Ante Sperling. idem 35.
docuit: Sennert. in Inſt. Med. cap. 10. circa
fin. ibi: *Etenim illud quod de motu ſe-
ptimo menſe facto dicitur, an ſatis cer-
tum ſit, inquirendum adhuc videtur,
& diſpiciendum, an omnis fœtus natu-
raliter ſeptimo menſe ad exitum movea-
tur*, & in ſeq. infirmam illationem detegit:
partus primam perfectionem menſe ſeptimo

conſequitur, ergo ad exitum moveri debet. Quia plurimi partus majorem deſiderant perfectionem. Sed finge partum menſe
36 ſeptimo exitum tentare, falſum tamen 2) quod ex tali motu ægrotet. Sperling. *d. Tr. d. format. hom. in uter. pag.* 178. ibi: *Et omnino veritati non conſonum, menſe ſeptimo tanto conatu, in utero ſeſe movere infantem, ut adeo motu illo debilitetur, ut nec integro quidem menſe, vires recolligere queat, ſed confeſtim moriatur, ſi prodeat in lucem.* Eandem fovet opinionem Sennert. *inſt. Medic. lib.* 1. *cap.* 10. *circa fin.* Audiamus de eodem argumento celeber. Anatomicum Isbrand. de Diemerbrœck *in Anatom. corporis human. Lib.* 1. *cap* 34. ibi: *Nam ſi ſeptimo menſe nati ſint, vel poſſint eſſe maturi, quare non octavo nati? &c. Fruſtra huc adducunt nonnulli magnos fœtus labores, quibus ſeptimo menſe ſeſe exagitat, plusquam aliis temporibus, adeoque delaſſatur ac debilitatur, ut octavi menſis expulſionem ferre nequeat*: hæc ſomnia ſunt, *quæ refelluntur ab ipſis paſſim teſtantibus mulieribus, ſe iſtum ſupraordinarium motum, non magis ſeptimo, quam*
37 *ſexto aut octavo menſe percipere.* Nec illud veritati conveniens, quod uxores menſe octavo ſe pejus habeant, quam ſeptimo vel nono, Sennert. *in Inſtit. Med. cap.* 10. *d. partu pag. m.* 96. ibi: *Præterea nec illud experientiæ ſatis reſpondet, quod mulieres pleræque, menſe octavo, pejus habeant, quam ſeptimo vel nono.* Nec concludit argumentum: mulier malè ſe habet, ergo partus ægrotat; ſequeretur enim menſe nono partum ægrotare, cum ob majorem partus molem mulieres communiter pejus ſe habere ſoleant, quo par-
38 tui ſunt viciniores. Tandem finge hypotheſin Hippocratis & eum ſequentium eſſe veram, & ſuppone partum initio ſeptimi menſis exitum tentare, & poſtea 40. dies ægrotare, ac quieſcere, donec vires recipiat, de novo exitum tentandi, connumera dies & compertum habebis, ex ipſa falſa diſſentientium ratione, partum naſci in medio vel fine octavi menſis. Adeoque ex principiis diſſentientium non poterit non partus octavo menſe naſci validus ac firmus. Niſi planè rejicias & ſeptimeſtres & octomeſtres, quod non faciunt, qui ſeptimo menſe exitum tentari ſomniant.
39 Nec Zachias *in Qv. med. legal. Lib.* 1. *Tit.* 2. *qv.* 4. *n.* 16. veritatem diffiteri poteſt, dum ſcribit: *ad primam, quod quicquid ſit de eo, quod dicitur: fœtum in octavo menſe neceſſario ægrotare (hoc enim licet commentitium credam) ſcio hoc naturâ non eſſe, ſed ab accidenti.* Arithmetica ration. 28. *cap.* 2. adducta valde infirma, cum nullus numerus per ſe rebus firmitatem quandam tribuere poſſit, Zach. *Qv. med. leg. Lib.* 1. *Tit.* 2. *qv.* 4. *n.* 27. add. plurib. Carantz. *Trad. part. natur. & legit. cap. XI. n.* 89. Verum cum Regius *Medic. Lib.* 1. *cap.* 11. cum numero conjungat criticam quandam evacuationem, quæ tuto & ſalutariter fieri non poſſit, niſi menſe critico, &c. Hoc nomine caſti- 40.
gatus eſt à Dn. Diemerbroeck. *L.* 1. *anatom. Corp. hum. cap.* 34. *pag. m.* 324. ibi: *verum ſi hic ſoli menſes critici, ſeptimus, decimus quartus &c. tanquam ſalutares ſint ſtatuendi & obſervandi, quid dicemus de partu nonimeſtri, qui non eſt criticus, & tamen eſt frequentiſſimus, maximeque ſalutaris, quid item de decimeſtri? Certe corporis fœtus non fit ulla effervescentia, ut ſit humorum &c.* & paulo poſt: *cum apud noſtrates quotiana experientia doceat, octavo menſe natos non minus vivos permanere, quam ſeptimo menſe natos, neque ulla ſufficiens ratio huic experientiæ contraria eſſe poſſit.*

Fruſtra denique hanc rem explicare ni- 41.
tuntur Aſtrologi, per duros atque iniquos Saturni adſpectus, haud ſecus ac ſi Saturni imperium perpetuum eſſet, ſunt verba Dn. Diemerbroeck. *in Anat. Lib. I. cap.* 34. *pag.* 324. Cui calculum adjicimus, nec credimus ſingulos Planetas ſingulis menſibus, partui in utero dominari.

Ultimo loco monemus, quod non ul- 42.
timo loco adduci poterat, ſcil. inter JCtos magis receptam eſſe computationem, quod menſes numerentur ſolares, & quidem 30. dies menſi tribuuntur. Joh. Cœppen *Uſ. pr. inſt. L. I. obſ.* 41. *n.* 10. Carpz. *lib.* 5. *Reſp.* 111. *n.* 5. Mev. *Conſ.* 42. *n.* 199. Alii tamen lunares intelligunt in hac materia, Mev. *Conſil.* 110. *n.* 161. quæ ſententia probabilior, quia mulieres, ex motu lunæ, alterationem ſanguine percipiunt, quem etiam ſentit partus, & hinc ad exitum ſtimulatur. Nobis placet Lauterb. ſententia, quam habet in *Comm. ff. tit. d. his qui ſui* §. 13. quod 43.
menſes juridici ſeu ſolares ſint computandi, niſi partui utilius connumerari lunares, add. Feltman. *in Comm. ad l.* 12. *d. ſtat hom. n.* Richter. *V. Conſil.* 46. Quibus, hac vice, peractis Deo gratiis, diſſertationi noſtræ imponimus

F I N E M.

CASUS

CASUS VI.
DE
PARTU CÆSAREO, AN SIT PERFECTUS?

Species Facti.

SEmpronia Titio matrimonio juncta nono conjugii anno morbo graviori correpta ..it: quapropter die 9. Febr. 1719. teſtamen- ..o ultimam ſuam voluntatem declaravit, die ..tem 5. Martii, poſtquam per tres menſes ..cto affixa hæſerat uterum gerens animam ..xhalavit. Quoniam verò adminiculo Obſte- ..icis certò innotuit fœtum in utero adhuc vi- ..lem eſſe, Chriſtianisque incumbit fœtum S. ..aptiſmatis fonte æternum, & ſi poſſibile in vi- .. etiam ſalvare ſervareque: hinc ex Utero ..empronię ſtatim poſt obitum filiola exſecta, .. non tantùm à tribus Doctoribus Medicis & ..hirurgo tunc præſentibus, juxta tenorem ad ..ncti hîc atteſtati & relationis ſub Lit. A. vi ..lis adhuc obſervata, ſed & à Parocho Ordi- ..rio, juxta teſtimonium ſub Lit. B. ſacrô ba- ..iſmatis fonte actu ipſo donata & conſecrata ..it.

Quandoquidem verò Sempronia in teſta- ..ento ſupra allegato infantis hujus nullam ..orſus mentionem fecit, ſed Titium, Mari- ..m ſuum, pro hærede declaravit, & ſimul le- ..ta quædam conſtituit; hinc ſeq. *quæſtio* ..galis ventilanda ſe offert:

An Embryo Poſthumus modò ſupradictus ex uterô materno exſectus teſtamentum maternum, & quidem ſic annullarit nec ne, ut Pater Titius, in vivis adhuc exiſtens Semproniæ hæreditatem, cum præteritiône teſtamenti ab inteſtato adire poſſit? legataque à conjuge nuncupata præſtare non teneatur?

Atteſtatum Medicorum.

Sub Lit. A.

NOs infra nominati Medici & Chirurgus die 5. Martii 1719. tempore matutino ..er 6. & 7. horam abdomen Semproniæ de- ..tæ aperuimus, & abhinc per Obſtetricem N. .. Embryonem vitalem Octo pollices longum, ..mque bene formatum extraximus, in eo pul- ..n cordis quoad ſyſtolen & diaſtolen obſer- ..vimus, & non tantùm ipſimet & quilibet è ..bis digitos applicando dictum pulſum cor- .. ſenſimus, ſed idem Baronen N. N. ..s quoque digitis exploraſſe & obſervaſſe vidimus; quapropter & extemplò S. S. Baptiſmatis ſacramentum per Parochum Ordinarium Dn. N. N. adminiſtratum fuit.

Dum interim in cauſas mortis Semproniæ inquirimus, allegata Superiùs Obſtetrix infantem recens natum vino fovebat calido: quô factô axillas contrahebat, & os aperiebat æquè ac claudebat: quos motus in axillis & ore Obſtetrix tribus diſtinctis vicibus obſervavit: Dorothea N. muliercula curam ægræ agentis bis, Regina N. verò & Anna Eliſabetha N. ambæ Virgines unà tantùm vice. Sign. die 5. Martii, 1719.

(L S.) *N. N. Med. D.*
(L S.) *N. N. Med. D.*
(L S.) *N. N. Med. D.*
(L S.) *N. N. Chirurgus juratus.*

Reſponſum Facultatis Medicæ Giſſenæ, deſuper Vitalitate partus Cæſarei.

AD requiſitionem Ampliſſimæ Facultatis Juridicæ hujus loci Nos Decanus, Senior Doctores & Profeſſores Ordinarii Facultatis Medicæ Giſſenæ communicatam nobis Facti Speciem diligenter perlegimus & poſt deliberationem ponderationemque omnium illîc occurrentium circumſtantiarum quoad quæſtionem:

An in Specie Facti ejusque Adjuncto ſub Lit. A. deſcriptus partus exſectus pro perfectô & maturô, qui vivere potuerit; an verò pro immaturo & abortu habendus ſit?

Principiis Anatomico-Medicis conſentaneum eſſe dicimus, quod cum fœtus exſectus, juxta tenorem Atteſtati & relationem trium Medicorum benè formatus fuerit, & tam per motum ſ. pulſum cordis, quàm per axillarum contractionem clariſſima vitæ indicia præ ſe tulerit, meritò præſumere & credere liceat, eundem conſuetum partus terminum attigiſſe, & niſi per morbum graviorem, huncque inſecutam mortem Matris nimis debilitatus fuiſſet, extra uterum benè vivere & ſubſiſtere potuiſſe, ſicque pro perfectô & maturô, non verò pro abortu habendum eſſe.

Pro ulteriori confirmatione his Sigillum Facultatis noſtræ apprimi curavimus. Sign. Giſſæ d. 31. Maji, 1719.

Decanus, Senior Doct. & Profeſſ. Fac. Med. Giſſenæ.

CASUS VII.
DE
VIIS PARTUI DICATIS IMPERITE CONSOLIDATIS, & HINC IMPEDITA COPULA CARNALI.

Requiſitio.

P. P.

ADjunctam Facti Speciem, una cum Atteſtato ſub Lit A. V. V. Nob. Nob. Obſequioſiſſimè transmittere, earumque ſententiam & judicium deſuper ſubnexâ quæſtione, quamprimum mihi impertiendum (cum hæc cauſa heîc coram judicio fervidè agitetur) expetere volui, jura promerita juxta æquum & bonum lubentiſſimè ſoluturus.

V. V. Nob. Nob.

Alsfeldiæ die 12. *Oct.* 1720.

officioſiſſimus

Joh. Georg Scherer Civis & Piſtor Alsfeldenſis.

Species Facti.

QUum uxor mea menſe Novembri anni ultimò elapſi infantem demortuum enitebatur, ipſum partûs negotium ſatis difficulter procedebat, ita ut partes genitales valdè dilaceratæ fuerint periculumque Sphaceli acceſſerit. Quapropter Obſtetrix (utut citra præſcitum & conſenſum meum & uxoris, Chirurgum juniorem, ſc. *Johannem Adamum Carolum* advocavit, qui, licet periculum ὀφθαλμοφανερῶς obſervârit ſimilemque Caſum forte nunquàm tractarit, ſolus tamen, absque Conſilio Phyſici Ordinarii *Dn. D. Beckeri*, & Conſulis hujus loci *Dn. Klebergeri*, Chirurgi jurati hujus loci, curationem ejus ſuſcipere auſus eſt. Interim hanc adeò imperitè tractavit, ut conjux mea in locis pudendis omninò conſolidata & ita occluſa ſit, ut illi carnaliter cohabitare non valuerim. Hoc cum ipſi aperirem, illud inficias ire non potuit, & ad inſpectionem ocularem admitti deſideravit. Solus ergò cum uxore mea in hypocauſtum quoddam ſecedens fores hujus firmiſſimè peſſulô occluſit, & uxoris meæ pudenda tanta vehementia rurſus dilaceravit, ut miſerrima præ dolore ejulatus & clamores, per totam plateam exaudiendos ediderit. Foribus tandem reſeratis uxorem meam in ſanguine proprio ſemi-mortuam jacentem inveni. Poſt violentam autem hanc dilacerationem dictus modò Chirurgus conjugem meam turpiter & omninò deſeruit & per integrum triduum non viſitavit. Tandem turundam dilatatoriam (*einen Quellmeiſſel*) mihi transmiſit, & quò orificium uteri apertum maneret, eandem non tantum applicari, ſed ut uxori ſimul carnaliter cohabitarem, quoque juſſit. Hoc ergò bina vice faciendo, uxor tantas inde dolores percepit, ut me amplius admittere neque valeat neque velit. Curam igitur imperitam ſuam continuando non tantum conjugem meam in locis pudendis denuò conſolidavit, ſed ſupradictâ violentiſſima dilaceratione veſicam urinariam ita læſit, ut urina continuè & involuntariè effluat, adeoque incontinentiâ urinæ nunc laboret. Quoniam verò uxor mea per cohabitationem conjugalem, à Chirurgô intempeſtivè injunctam, ingravidata fuit, duranteque cura dorſo incumbendo crebriores motus embryonis exactè ſenſit, ſumma neceſſitas efflagitavit, ut gravidam inſpectioni oculari Phyſici Ordinarii, *Dn. D. Beckeri* & Chirurgi jurati, Dn. Conſulis *Kleebergeri*, committerem, ne Mater æquè ac fœtus ſimul perirent. Factum hoc eſt die 8. Junii anni currentis obſervatumque fuit orificium vaginæ uteri penitus occluſum eſſe, & rebus ſic permanentibus neque debitum conjugale præſtari, neque partum felicem ſperari poſſe, teſtante adjuncto ſub Lit. A. Novâ ergò ſectione & per octo ſeptimanas durante curâ à Dn. Conſule Kleebergero ſuſceptâ vagina uteri ad latitudinem & craſſitiem trium digitorum coalitam & conſolidatam fuiſſe.

Quamvis igitur Uxor mea per priorem Chirurgi *Caroli* curam in corporis vitæque periculum præcipitata & dejecta fuerit, ſimulque per totam vitam perſona miſerabilis & invalida permanſura ſit: neutiquam tamen ſoſtrum à me petere & exigere, eamque ob cauſam me coram Præfectura Alsfeldenſi convenire erubeſcit, quæ ipſa tamen Judicium Medicorum deſuper ſeq. quæſtione, antequam ſententiam ferat, deſiderat.

An his circumſtantiis ita ſe habentibus cura à Chirurgo Carolo ritè; an imperitè inſtituta ſit? & ſi poſterius, annon propriæ æque ac poſterioris curationis impenſas ferre & præſtare, omneque damnum reſarcire teneatur?

ADJUNCTUM
Sub Lit. A.

POſtquam *Georgii Schereri*, Piſtoris hujus loci conjux, ob nimiam in partu difficili dilacerationem pudendorum, Chirurgum *Caro*

Carolum ingruente periculo, die 6. poſt partum ad ſe vocavit, ejusque curæ ſe concredidit, abhinc autem ſoſtrum illi eâ de causâ denegavit, quod ob curam illegitimam & anguſtiam mulicbrium Marituum admittere nequeat, & probationis ergò ſe noſtræ infra ſubſcriptorum inſpectioni obtulit; hinc eandem die Mercurii, qui 5. Junii erat, inſtituimus & invenimus orificium vaginæ uteri penitus occluſum, rebusq; ſic manentibus debitum conjugale præſtari non poſſe: urethrâ èçontra (quam in tentata aperitione & ampliatione ita læſam dicit, ut incontinentia urinæ laboraret) ſalvâ & illæsâ exiſtente, quod hiſce atteſtamur. Sign. Alsfeldiæ die 8. Jun. 1720.

Joh. Conrad Becker D.
Henricus Kleeberger, Chirurgus Ordin.

Reſponſum Facultatis Medicæ Giſſenæ,

QUandoquidem nobis Decano, Seniori, Doctoribus & Profeſſoribus Facultatis Medicæ hujus loci in quadam Facti Specie aperueris, quâ ratione, cùm uxor tua anno præcedente ſub partu fœtus demortui tantam partium genitalium dilatationem perpeſſa eſſet, ut periculum gangrænæ aut & Sphaceli immineret, Chirurgus junior, dictus *Carolus*, ejus curam, abſque præviâ conſultatione Phyſici Alsfeldenſis *D. D. Beckeri*, in ſe ſuſceperit, adeoque eandem tam imperitè tractarit, ut non tantùm ejusdem pudenda prorſus conſolidarit & impervia reddiderit, ſed & eam ob rem conſtitutus eadem violento admodum modo denuò dilacerârit, ſicque ægræ vehementes primum dolores & abhinc hæmorrhagiam inſignem cauſatus eandem per 3. integros dies deſeruerit, conſilium interea ſuppeditando jubendoque, ut illi, ad orificium vaginæ uteri apertum ſervandum carnaliter cohabitaret, imò tandem ad priorem curam redeundo eandem de novo conſolidando imperviam reddiderit.

Qùum verò Conjux tuâ poſt congreſſum gravida reddita, & non tantùm de propriâ, ſed & fœtus vitâ ſollicita novæ curæ ſe ſubmittere velit, dictusque Chirurgus quaſi re benè geſtâ ſoſtrum à vobis exigat, ſicque coacti ſitis, ut id cauſam eò melius coram Judice decidendam judicium fundamentis Medico-Chirurgicis innitens à Nobis deſideraveritis & quæſtionem ſeq. propoſuertis:

An Cura ſecundum circumſtantias in Specie Facti deſcriptas à Chirurgô Carolo ritè, an verò imperitè inſtituta? & an non in poſteriori Caſu teneatur impenſas ad priorem curam elocatas æquè ac ad alteram curam inſtituendam ferre omneque damnum reſarcire?

Hinc præviâ Collegiali ponderatione circumſtantiarum in Specie Facti nobis tranſmiſsâ allegatarum te celare noluimus, quòd, ſicut quæſtio nobis propoſita ex duobus membris conſtat, poſterius non tam ad Medicum, quàm juridicum forum pertinet, ita meritò illud Domini Judicis deciſioni relinquamus.

Quod verò prius membrum hujus quæſtionis attinet, an ſcilicet Chirurgus *Carolus* curam ritè, an imperitè abſolverit? ſtatuimus & affirmamus omninò, quòd eandem imperitè æquè ac negligenter tractârit, dum I. ſcire omninò debuerat, partes in partu difficili dilaceratas 1. poſt inflammationem & ſuppurationem inſecutam facilimè præter naturam coaleſcere, ſicque ægra non tantùm ad cohabitationem maritalem ineptam, ſed & menſtruorum ſexui huic familiarium intuitu ſummo periculo exponi poſſe, adeoque 2. omni potius modô eò laborandum eſſe, ut per turundas convenientes hæ partes non aliter ac in curatione imperforatarum ab aliis cauſis fieri ſolet, apertæ ſerventur, ſicut inter alios, qui de hâc materiâ egerunt & à celeberrimo Lipſienſium Medico *D. Bohnio* in *valetudinario parturientium* allegantur,

Georg. Fabritius Hildanus Oper. Obſ. & curat. Medico Chirurg. Cent. III. pag. 245.

videri poterit, qui liber utiliſſimus in vernaculam quoque tranſlatus legitur; id quod 3. tamdiu geri debuiſſet, donec nullum amplius Concretionis & coalitus talis periculum adfuerit. Quemadmodum verò hæc neutiquam obſervavit, ita 4. imprudenter ab eo actum fuit, quod partes coalitas tam violenter dilaceraverit, quo ipſo neceſſariò dolorem & hæmorrhagiam (ut aliorum malorum, quæ facilè ſupervenire potuiſſent, nullam mentionem faciamus) excitavit; 1. quùm errores ſuos hac in parte commiſſos longè facilius per aptam inciſionem corrigere potuiſſet. Adhæc 5. ad partes fauciatas apertas ſervandas non minus imprudenter Cohabitationem maritalem ſuaſit, dum ſcopus propoſitus eò minus per eandem obtineri poterat, quo minus talis actus abque inſigni irritatione partium læſarum (quæ curationi omninò adverſatur) fieri poterat, pertimeſcendis aliis malis, poſtea ſe trudentibus. Porrò 6. pro inſigni negligentia dubio procul habendum eſt, quod Chirurgus hic ægram poſt violentam divulſionem coalitarum partium omninò deſeruerit, illique præſentibus talibus ſymptomatibus, ut caſus hic requirebat, non ſuccurrerit & errores commiſſos per meliores enchireſes correxerit, è contra 7. Imperitiam ſuam eò ipſo magis magisque prodidit, quod partes illas, quas ſollicite apertas ſervare debuiſſet, ſecunda vice coaleſcere permiſerit; & quum 8. rariores ejusmodi caſus Medico-Chirurgici non tantùm peritiam in Chirurgo dextramque in operando manus adhibitionem, ſed & directionem Medici alicujus eò magis requirunt, ut hic ſympto-

ſymptomatibus concurrentibus per remedia interna (quæ Chirurgis juxta ſtatuta Medica Haſſiaca adhibere non licet) obviare poſſit, junior autem hic Chirurgus neque Medicum aliquem neque Chirurgum veteranum in conſilium vocavit; hinc & in eo ignorantiam ſuam æquè & temeritatem ſatis prodidit. Atteſtationis uberioris gratiâ hæc omnia Sigillo Facultatis noſtræ roboravimus. Sign. Giſſæ d. 26. Octobris 1720.

D. Joh. Caſimir. Hertius. p. t. Decanus.

CASUS VIII.

DE PROLAPSU UTERI, AN SIT SUFFICIENS CAUSA DIVORTII?

Actum Giſſæ, die 27. Octobr. A. 1711. in Dicaſterio Principali & Conſiſtorio, Eccleſiaſtico.

POſtquam haud ita pridem ab Eccleſiaſte Burgfeldenſi relatum fuit Annam Dorotheam, Johannis Conradi Döringii, Burgfeldenſis Conjugem, ob invaletudinem corporis ſui, & quod à Marito Suo duriſſimè habeatur, divortium petere; hinc bini conjuges hodiè citati comparuerunt, & examinati uxor ratione invaletudinis audita ſeqq. depoſuit: Ægritudinem ſuam à binis ultimis puerperiis, quibus duos fœtus demortuos pepererat, & ita quidem obortam fuiſſe, ut uterus prolapſus ſit, nec ullâ ratione in priſtinum locum reſtitui potuerit: addens urinam ſibi perpetuò præter voluntatem effluere, & omni momento guttatim deſtillare, unde non tantùm excoriatio illarum partium, ſed & dolor indicibilis oriatur, adeò ut Marito amplius cohabitare non poſſit.

Reſponſum D. Michaelis Bernhardi Valentini Prof. Giſſeni.

PRæviâ requiſitione Conſiſtorii Eccleſiaſtici hujus loci Annam Dorotheam, Joh. Conradi Döringii Conjugem inſpectioni oculari ſubjeci, & inveni eandem inſigni prolapſu uteri laborare, ita ut tumor ultra 6. digitos protuberans inſigniter rubeſcat & ob excoriationem ſummos dolores pariat, præſente ſimul continuâ urinæ incontinentiâ.

Quamvis autem, ob ſymptomata modò dicta, per inſignem hunc uteri prolapſum congresſus & cohabitatio conjugalis non poſſit non prorſus impediri ita utfatente muliercula jam per integrum biennium Marito ſuo debitum conjugale perſolvere nequiverit: attamen & quoniam illa, juxta propriam confeſſionem, nullâ hactenus remedia adhibuit, ipſæ partes elapſæ per fotus, balnea & thermas emolliri & ſucceſſivè in priſtinum locum reſtitui, & ſi non radicaliter curari, palliativè tamen per circulos uterinos aut ligamenta illic ita detineri poſſint, ut debitum conjugale adhuc ſivè repeti ſive præſtari poſſit: eaque de cauſa ante remediorum exhibitionem matrimonium propterea non facilè diſſolvatur. *Zacch. Quæſtion. Medico-Leg. Lib. 9. T. 3. q. 5.*

Hinc morbum præſentem nondum penitus incurabilem dicere poſſum: quod ſubſcriptione propriâ & appreſſione Sigilli conſueti atteſtari volui. *Sign. Giſſæ die* 28. *Octobr.* 1711.

An ob continuam hæmorrhagiam uteri matrimonium ſit reſcindendum vid. *Zittmannus in Med. Forenſi Cent. II. Obſ. XXXVI p.* 451.

CASUS IX.

DE IMBECILLITATE VISUS ATQUE PHTHISI AN UTRAQUE SIT SIMULATA?

Mandatum Principale.

P. P.

TRibus Sutorum Grunbergenſium aliquoties conqueſta eſt, quod bina ejus membra *Reinhardus Schallius* & *Johann Petrus Feſterus* diſpenſatione clementiſſima, quam de binis ſervis alendis obtinuerant, eam ob cauſam indigna ſint, quod morbi ab illis prætenſi ſimulati potius quàm veri ſint, & conſequenter ſufficientibus adhuc ad labores conſuetos viribus gaudeant, & quamvis Phyſicus Ordinar. Grünbergenſis, *Lic. Schmidtius*, hac de re conſultus illis bina, his incluſa atteſtata dederit, in his acquiſcere tamen recuſat, ſed ad veſtrum judicium provocavit. Noſtrum ergò mandatum gratioſiſſimum eò vergit, ut ante nominatos Schallium & Feſterum in præſentia Tribûs Sutoriæ probè & ſollicitè inſpiciatis, oculorum & corporis conſtitutionem in illis probè exploretis, & quâ ratione omnia inveneritis, Nobis cum remiſſione incluſorum ſubjectiſſimè referatis. Ita fore confidimus vobisque gratioſè favemus. *Darmſtadii die* 21. *Nov.* 1713.

Ex ſpeciali Commiſſione Sereniſſimi *Præſes, Cancellarius, & Conſiliarii Intimi Principales Haſſiaci.*

W. Schræder

Rela-

Relatio Medici.

QUandoquidem à Johanne Petro Feſſio, ſutore Grunbergenſi; requiſitus ſim, ut teſtimonium infucatum de corporis ſui ſtatu ipſi impertirem; hinc vi officii refero, quod Feſſius hic perſona ſit valetudinaria à Parentibus Phthiſicis nata, cùm non tantùm Pater ejus aliquot ante annos inde obierit, ſed & nuper admodum Mater ejus eô quoque malô correpta ſit; & quamvis ab aſthmate, quo cùm rejectione plurimæ ſ. h. pituitæ & materiæ purulentæ binos ante annos per aliquot ſeptimanas laboravit, reconvaluerit, attamen ab eô tempore continuo medicamentis uti debuit, remanentibus circa mediam noctem ſudoribus debilitantibus, tuſſi matutinâ, cum rejectione materiæ purulentæ & ſæpiuſculè ſanguineæ permixtas, horripilatione & calore, virium proſtratione, dolore præcordiorum & puncturis; ut adeoque ob ulcus, quo laborat pulmonum, inhabilis ſit ad artem ſuam & labores duriores exercendos, impoſterum ſemper debilior futurus: id quod in ſubſidium veritatis atteſtor,

Henricus Schmidt, Medic. & Phyſ. Ord. Grumb.

Alia Relatio.

SEreniſſime Princeps, Domine Clementisſimè! E binis libellis ſupplicibus huc remiſſis humilima cum veneratione perſpexi, quâ ratione Tribus Sutorum contra atteſtata medica, binis ejuſdem ſociis, *Reinhardo Schallio & Joh. Petro Feſſio*, data excipiat, quod veritati minus conſentanea ſint, cùm Schallius modò dictus nullo oculorum vitio laboret, ſed tantùm otii ergò gratiam Principalem & privilegium de duobus ſervis alendis venetur, & ſimiliter Phthiſis à *Joh. Petro Feſſio* prætenſa ſimulata magis, quàm vera ſit.

Quandoquidem verò Princeps ac Domine clementiſſime, plurimis è Tribu ſutorum, utut diffiteantur, conſtet, ipſa etiam inſpectio ocularis ſatis doceat *Reinhardum Schallium* magnam oculorum obfuſcationem & obnubilationem experiri, idque ſemper aliquot poſt prandium horis: reliquo verò tempore pomeridiano continua qſ. nebula oculos ejus obducat, ut in ſuendis calceis pergere nequeat, ſimiliter in *Johanne Petro Feſſio*, parvæ ſtaturæ & debilis conſtitutionis Viro, omnia illa occurrant, quorum in relatione mea antea memini; hinc denuò, ceu XXXVII. annorum Phyſicus, idem atteſtor, facileque (ſi neceſſitas efflagitaret) binæ illæ perſonæ Darmſtadium evocari, ſicque relationum mearum medicarum veritas confirmari poſſet.

Sereniſſ. V. Celſitudinis

Servus humillimus

Henricus Schmidt Med. Lic. & Phyſ. Ord.

LIBELLUS SUPPLEX TRIBUS SUTORIÆ.

Sereniſſime Princeps, Domine Clementiſſime.

NOs univerſi ſutores Grümbergenſes die 24. Feb. An. 1713. humilimum memoriale obtulimus, *Feſſerum* & conſortem ejus concernens, utpote qui ſub variô invaletudinis prætextu contra jura & conſuetudinem duos ſervos ſutorios alunt.

Quoniam verò nullam usquedum reſolutionem obtinuimus; hinc Sereniſſimam V. Celſitudinem humilimè rogamus, velit gratioſisſimè acquieſcere & jubere, ut res hæc decidatur, & intuitu vani illius & nullius prætextûs clementiſſimè mandetur, ut mori hactenus recepto morem gerant. Ita fore ſubjectiſſimè confidit

Sereniſſ. Veſtræ Celſitudinis

humilima Tribus Sutorum Grunbergenſium.

Daniel Kreuder, Tribunus.
Johannes Buch.
Andreas Wolff.
Henrich. Bach.
Paul. Franz.
Joh. Petr. Franz.
Joh. Conrad. Ritter.
Andreas Chriſt.
Joh. Martin Ritter.
Juſtus Kreuder.
Jacob Franz.
Valentin Banſ.
Johannes Heſs.
Ludwig Bauſch.
Johannes Ritter.
Joh. Henrich Ritter.
Joh. Henrich Volthat.
Joh. Conrad Wolff.
Johannes Volthat.
Conrad Keſner.
Nicolaus Ritter.
Caſpar Ritter.
Johann Joſt Lincker.
Johannes Flick.
Andreas Kreuder.
Georg Grieſ.

Joh. Juſtus Theiſ.
Joh. Kimmel. Jun.
Tobias Franck.
Henrich Ritter.
Joh. Kreuder.
Caſpar Franz.
Elias Bach.
Peter Franz.
Joh. Henrich Wolff.
Chriſtoph Kreuder.
Chriſtoph Kimmel.
Joh. Michael Gal.
Conrad Chriſt.
Henrich Kreuder.
Johannes Wolff.
Otto Franck.
Henrich Schultheiſ.
Johann Adam Daubert.
Emerich Franck.
Johannes Kimmel. Sen.
Elias Volthat.
Johannes Chriſt, Sen.
Johannes Chriſt, Jun.
Johannes Kreuder.
Joh. Volthat.
Wilhelm. Deline.
Joh. Adam Bingemantel.
Nicolaus Bauſel.
Johannes Erling.
Henrich Herz.
Joh. Adam Mütter.

Reſponſum Facultatis Medicæ Gieſſenæ.

Sereniſſime Princeps,

Princeps ac Domine Clementiſſime.

JUſſu Sereniſſ. V. Celſitudinis Gratioſiſſimo binos Sutores Grunbergenſes, *Reinhardum Schallium* & *Johannem Petrum Feſterum* unà cum Tribu Sutorum ad diem 29. Jan. huc citavimus, inſpectioni oculari ſubjecimus, & in Statum corporis & oculorum illorum debita cum ſedulitate inquiſivimus: ubi obſervavimus, priorem, *Reinhardum* ſcil. *Schallium*, juxta externum intuitum claris adhuc & intemeratis, utut quodammodò rubicundis gaudere oculis; cùm verò ex eo quæreretur, an continuò debilitato atque obnubilato viſu laboret? aſſeverabat, ſe quidem tempore matutino ſervis ſuis corium proſecando nullum incommodum ſentire: quamprimùm verò à meridie incaleſcat, viſum ita deperdere, ut ab omni labore abſtinere cogeretur, idque magis pronô quam erectô corpore. Oſtendebatur illi moneta quædam, quam bene adhuc agnoſcere & diſtinguere valebat; ut adeoque non tam ex inſpectione oculari, quàm relatione ejus concludi poſſit, eundem diſpoſitionem aliquam ad ἀμαύρωσιν fovere, cùm Argentorati & alibi plurimorum Medicorum & Operatorum conſilio, ſed absque ullo emolumento, & effectu uſus fuerit, ut ſanctè teſtabatur & juramento corporali, ſi deſideretur, confirmaturus eſt. Alterum *Johannem Petrum Feſterum*, quod attinet, facie adhuc ſatis plenâ inſtructus erat, montesque in volis manuum (qui in Phthiſicis aliâs collabaſcunt & pereunt) elevatos habebat, referens ſe binos ante annos affectu aſthmatico, cum doloribus pectoris & calore p. n. correptum plurimum ſputi ejeciſſe; & cùm interrogaremus, an igitur usque dum adhuc ſputum ejuscemodi excerneret? id affirmabat, ſeque nunquam non pituitam ſtriis ſanguineis permixtam ejicere adſtruebat. Percontando ulterius, an aliquot poſt paſtum horis calore p. n. perfunderetur? ajebat ſe elapſa poſt cibum aſſumtum ſemihorulâ ſudore perfundi, ut circa mediam noctem quoque contingeret; id quod ego *D. Dillenius*, cùm ſtatim à prandio ad me rediret, cum pulſu celeri ac ferè febrili caloreque p. n. (quod haud minimum phthiſeos incipientis indicium eſt) in eo quoque obſervavi. Quæſitus an reſpiratione difficili urgeretur? Reſp. interdum, aëre minus ſereno nubiloque exiſtente, vel ſub motu corporis intenſiori.

E quibus omnibus concludebatur virum hunc non tam phthiſi perfectâ, quàm diſpoſitione ad eandem laborare: quod S. V. Celſit. humilimè referre debuimus &c. &c. Sign. Gieſſæ d. 5. Jan. 1714.

Juſtus Fridericus Dillenius, D.
D. Mich. Bernhard Valentini,
p. t. Decanus.

CASUS X.
DE
INQUISITA EPILEPTICA, DE MORBI SIMULATIONE SUSPECTA.

Reſponſum Facultatis Med. Gieſſenſis, de Epilepſia per conſenſum à tortura liberante.

P. P.

E Communicatis ab Ampliſſimâ Facultate Juridica Actis criminalibus Annam Eliſabetham Edelmanniam, in puncto infanticidii ejus juſſu per Annam Dorotheam Græfiam perpetrati concernentibus judicium noſtrum de omnibus forum Medicum illîc agnoſcentibus circumſtantiis laturi Nos Decanus, Senior, Doctores & Profeſſores Ordinarii Facultatis Medi-

Medicæ hujus Academiæ omnia debita cum attentione perlegimus & prævia Collegiali deliberatione principiis artis conſentaneum ſtatuimus:

Inquiſitâ durante captivitate ſalvâ ſemper & incolumi exiſtente, poſt indicatam autem ſententiam de torturâ ſuſtinenda rigore & pallore p. n. ita correptâ, ut inſtar lintei dealbati apparuerit, inſequente calore & ſudore frigido, cum reſpirationis diuturniore interceptione, hisque ſenſim remittentibus vehementes palpitationes cordis, cum incurvatione pollicum & digitorum inſecutæ ſint: Archiater & Phyſicus Provincialis D. Richterus quidem non ſine cauſa credidit hæc omnia vel per merum terrorem acceſſiſſe, vel & effictum quid & ſimulatum negotium ſubeſſe.

Attamen & quoniam: 1. Ex Actis fol. 228. & 229. eluceſcit, Inquiſitam tempore pubertatis ſimilibus ſymptomatibus ſubjectam fuiſſe. 2. Teſtes jurati unanimiter affectus hos in illa obſervârunt. 3. Inquiſita à Phyſico D. Brömelio interrogata conqueſta fuit, quòd ſimul dolores in abdomine, punctiones in latere ſiniſtro & ſenſum globi aſcendentis ex abdomine obſervaverit. 4. Similia ſymptomata quoque per timorem & terrorem vehementiorem in ſexu ſequiori perſonisque debilibus facile oriri poſſunt; hinc exiſtimamus eadem nihil aliud eſſe, quàm affectus ſpaſmodico hyſtericos.

Quùm verò affectus hi plexus nervoſos in abdomine maximâ ex parte aggrediuntur, & ob conſenſum, quem hi cùm toto ſyſtemate nervoſo & ipſo cerebro habent, facilè Epilepſia accedere poteſt, ut è diuturna experientia

Dn. D. Wedelius in Diſp. de Epilepſia hyſtericâ.

hoc evidenter deduxit; hinc Dnn. Medici Lipſienſes in Reſponſo die 4. Octobr. A. 1624. dato non ſine prægnante causâ ſtatuerunt, ægras paſſione hyſterica reverâ correptas, cumprimis autem paroxyſmi tempore, ex iisdem cauſis, quibus Apoplectici & Epileptici à tortura liberati ſunt, inde quoque abſolvi debere, ut ex *Ammanni Med. Critica.*

in Pandectis Medico-Legalibus Valentini Part. I. Sect. III. Caſ. XI. p. 288.

oſtenſum fuit.

An autem Inquiſita (quæ morbo huic tam frequenter & vehementer, ut aliæ, obnoxia non eſt, adeoque primum torturæ gradum absque vitæ & ſanitatis periculo adhuc ſuperare valeret) ab eadem omnino & in ſolidum abſolvenda ſit, deciſioni Ampliſſimi Collegii Juridici relinquimus: Atteſtationis uberioris ergo Sigillum Facultatis apprimentes. Sign. Giſſæ &c.

Decanus, Senior, Doctores & Profeſſores Fac. Med. Giſſenæ.

Novell. Val.

CASUS XI.

DE DUELLO E FIGURA SITUQUE VULNERIS DIGNOSCENDO.

Requiſitio.

P. P.

Ex additô his judicio Tit. DN. D. N. N. Profeſſoris Medicinæ in Academia N. conditionem vulneris occiſi haud gravatim perſpicere licebit. Quoniam autem ex illo concludere ſatagunt invaſionem à me factam eam ob cauſam pro duello formali habendam eſſe, quoniam ex inſpectione vulneris eluceſcat, defunctum in perfecta poſitura athletica conſtitutum fuiſſe; hinc honoratiſſimos Dominos & Patronos meos rogito, ut gratiosè me informent, an 1. illatio hæc tanti ponderis ſit, ut duellum formale inde probari poſſit? 2. Quid de lethalitate vulneris ſtatuendum? &c. H. die 8. Aug. 1695.

Judicium Medici & Chirurgi.

Fol. 25. in Act. ſub ☉. ad Acta relatum die 25. Octobr. 1694.

Poſtquam ab Inclyta Academia ego infra nominatus, una cùm Chirurgo Academico requiſiti fuimus, ut per ictum quendam interemti Studioſi S. vulnus inſpicerem, & de lethalitate vel conditione ejus judicium meum juratum impertirem, conteſtor hiſce, me heri, ſc. die 24. Octobr. hora 2. pomeridianâ, præſentibus Dn. Conſiliario Conſiſtorii & Dn. Prof. S. ut & Secretarii K. inſpectionem cadaveris in diverſoriô ad G. S. ubi ſitum erat, eô, quo decet, modô inſtituiſſe, atque obſervaſſe ictum ad duorum digitorum latitudinem ſupra papillam ſiniſtram verſus brachium dextrum quodammodo intraſſe & per muſculum pectoralem ſurſum verſus collum per coſtam primam & os claviculæ in thoracem penetraſſe. Separato autem ſternô à thorace invenimus ultra menſuram ſanguinis extravaſati, partim congrumati, partim ſeroſi in cavitate collecti. Ictus extremitatem pulmonum diſſecuerat, & ſi defunctus in ſitu recto conſtitutus fuiſſet, lethalis non fuiſſet. Quùm verò tam ex ſitu vulneris, quàm ex aliis circumſtantiis judicandum ſit, eundem in poſiturà athletica defenſivâ (*in ſeinem Lager*) conſtitutum fuiſſe, hinc ictus ſtatim arteriam magnam prope exitum è ſiniſtro cordis ventriculi feriit & antrorſum incidit, ita ut foramen ſatis notabile illic comparuerit, quod tamen alterum latus non

penetravit. Quoniam verò ex apertura hujus vaſis maximi lethalis & inſanabilis hæmorrhagia orta & ſanguinis circulatio ſtatim intercepta & impedita fuit: hinc non tantum vulnus per ſe & abſolute lethale, ſed ipſe mors neceſſariò inſecuta fuerunt. Quod de cætero ipſum ictum attinet, eundem triangulari lamina vel gladio inflictum fuiſſe videbatur, & ſi ad dimidietatem articuli in digitis pectus minus profundè penetraſſet, vulneratus ſalvari potuiſſet. Viſcera reliqua in ſuperiori ventre ſalva & incolumia erant. Quæ requiſiti atteſtari voluimus. H. die 25. Octobr. 1694.

F. H. D.
B. S. Chir. Acad.

Reſponſum Facultatis Medicæ Lipſienſis.

P. P.

QUandoquidem nobis Dn. F. H. Profeſſoris N. Judicium Vulnus Defuncti S. concernens transmiſiſti, & quoniam ex ejus conſtitutione inferre ſatagunt, ac ſi defunctus in poſitura athleticâ ad defendendum idem acceperit, de ſeqq. Quæſtionibus 1. 2. &c. à nobis informationem petiiſti; hinc prævia Collegiali & ſollicita ponderatione modò dicti judicii reſpondemus, ex allegata conſtitutione vulneris incurvatum quidem corporis ſitum, neutiquam verò illud concludi poſſe, quòd Defunctus in perfecta poſitura defenſoria (*in einemLager*) conſtitutus, multo minus autem invaſio hæc pro formali duello habenda ſit, maximè aliis circumſtantiis nobis minus cognitis, deciſioneque de duelli formalitate ad forum noſtrum non pertinente. Quod autem lethalitatem vulneris concernit, exiſtimamus vulnus hoc arteriæ aörtæ propter hæmorrhagiam ſubſecutam & nullâ ratione avertendam, ſimiliter pro abſolutè & ſimpliciter lethali habendam eſſe. *Lipſiæ die* 13. *Aug.* 1695.

Vid. Zittmannus in Med. Forenſi Cent. VI. Caſ. 1. *p.* 1414.

CASUS XII.

DE

CHIRURGO FALSARIO PRO DOCTORE PROMOTO SE VENDITANTE.

Requiſitio Medicorum Pirnenſium.

P. P.

MAgnif. & Exc. VV. cum apprecatione omnis proſperitatis & ſalutis celare non poſſumus, quâ ratione ante paucas Septimanas Famulus Chirurgi cujusdam, nomine *Johann Gregorius Werner* Burgwenda Thuringus heîc Pirnæ, ubi haud ita diu in ſervitiis Chirurgi fuerat, præter omnium expectationem aliam, quum antea figuram præ ſe tulerit, dum ceu Doctor Medicinæ, μετὰ πολλῆς τῆς φαντασίας advenit in dicta civitate perpetuum domicilium fixurus.

Quoniam ergò vi & tenore Diſſertationis inauguralis nonnullorumque carminum gratulatoriorum emendicatorum ab Ampliſſima Facultate Medica Erfurtenſi, anno currente, cum applauſu ad tantam dignitatem, ſe evectum eſſe gloriatur. Nos autem ob plures mox allegandas circumſtantias de eô valde dubitamus; hinc in ſubſidium veritatis, cùm Artis & Medicorum dignitas æquè ac exiſtimatio ſubterverſetur, ab Ampliſſima Facultate Medicâ certitudinem hujus facti eâ, quâ decet, obſervantia expetere volumus.

Quò vero Patronis & Dan. noſtris Honoratiſſimis veritas afferti noſtri & momenta rationum noſtrorum de verâ & legitimâ hujus hominis promotione dubitandi paulò clarius ob oculos ponatur, haud grave ſibi ducent, curriculum vitæ hujus hominis, diſſertationibus inauguralibus aliàs addi ſolitum, prout nobis & univerſæ civitati innotuit, perlegere.

Quod igitur hoc attinet, officioſè referimus, dictum *Johannem Gregorium Wernerum* nullum unquam Gymnaſium aut aliam ſcholam famoſam frequentaſſe, ſicque nulla prorſus fundamenta Scholaſtica jeciſſe: quod præter alia inde eluceſcit, quod nec Othographicè ſcribere, nec terminum ritè diſponere aut exprimere valeat. Aliâs Dn. D. Stahlium aliquando acceſiſſe, illique pro famulo ſerviiſſe dicitur. Quamdiu verò illic commoratus ſit, nobis exactè non conſtat. Diu illic vixiſſe non potuit, cùm adhuc juvenis admodum ſit (mediocris quidem ſtaturæ, teneræ corporis texturæ, facie gaudens oblonga, rubicunda, ſed non larga & ſcrobiculis à variolis relictis profuſa) & ante V. circiter annos in qualitate famuli Chirurgici (ad qualem artem addiſcendam tempore quoque & annis opus eſt) Pirnam habitu ſanè miſero venerit: ubi famulitio novo ſe addixit, & poſtquam aliquandiu Magiſtro ſuo inſerviit, mutato hoc alii ſe addixit, utrobique autem ſpartam hominibus talibus convenientem ſic ſatis exornaſſe dicitur. Adhæc faceti & ſæpe ridiculi genii & ingenii fuiſſe perhibetur, id quod è ſeqq. Caſibus eluceſcit, dum haudita pridem die 30. Aug. (poſt quem die 1. Sept. ſacra ſynaxi uſus fuit) in

n viâ Regia Dresdenſi equum (quam Rhedarius Pirnam reduxit) in conſpectu omnium, inverſo modò conſcendit, caudam equi manu prehendit, & hac poſiturâ ſituque, non ſine variis geſticulationibus & næniis intercurrentibus uſquead portam Pirnenſium, ſub riſu & ſubſannatione populi equitavit. Hem egregiam præparationem ad SS. coenam Domini. Num & hoc Doctori competit, quod ſimiliter haud ita pridem habitu Morionis indutus flagroque inſtructus in pagoà nonnemine obſervatus fuit? Taceemus alias excentricitates: quarum intuitu in nuptiis ab illo mox celebrandis quis è *Virgilio* ipſi accinere poſſet: Sparge marite nuces. Cæterum Magiſtro ſuo valedicens ab officiali quodam nobili (qui eô aliquantiſper pro exhilarando animo uſus fuerat) Chirurgus Caſtrenſis conſtitutus fuit. Tandem obtentâ dimiſſione ante ſesquiennium & quod excurrit, ope opibusque Nymphæ cujusdam annoſæ & majusculum D. ambientis Lipſiam ſe contulit, ut ſaltem nomen & ſpeciem præ ſe ferret ſe in Academia quadam medicinæ operam dediſſe. Quo autem cum ordine, quâ methodo & quo denique cum ſucceſſu cùm quævis fundamenta prima Scholaſtica, tam quoad cognitionem terminorum, linguarum, quàm quoad rectam vocum pronunciationem & orthographiam utriusque linguæ (de lingua Græcâ ne verbum quidem addo) in eô deſiderentur, facile hariolari licet. Interim his omnibus non obſtantibus, in ampliſſimo aliâs Medicinæ campô, ope fortè Pegaſi & informatione cujusdam Genii in tantum certavit, ut breviſſimo temporis ſpatio vix ſesquiennium adæquante, omnes difficultates in prolixisſimo atque difficilimo Medicinæ ſtudio (ad quod exhauriendum alii ſiquid egregii præſtare velint, multum temporis, laboris & æris impendere tenentur) feliciſsimè (ſi Diis placet) exhauſerit & ſuperarit, adeò quidem, ut ſe dignum jam exiſtimet, qui Parnaſſum conſcendat & præmium laboris tam citò exantlati ab Apolline extorqueat. Mirum ergò non eſt, quod hoc ipſo anno, juxta tenorem diſputationis annexorumque Carminum die 3. & 28. Jun. ſe Heliconem Erfurtenſem adiiſſe, & in eô non ſine ſolatio & immenſo gaudio Helenæ ſuæ dilectisſimæ, aſt cum ſtupore Eruditorum æquè ac idiotarum, quibus unquam innotuit, purpuram reportaſſe perhibeat.

Ex hoc curriculo vitæ dubio procul elucceſcet, quòd 1. ratione allati hujus vitæ generis aliarumque circumſtantiarum de legitima promotione ejus ſufficientes dubitandi cauſas habeamus: ſiquidem credere non poſſumus Ampliſſimam Facultatem Medicam, ob adductas adducendasque rationes Gradum Doctoralem eminentem cum privilegiis annexis, quæ Cæſarea Majeſtas dignis tantùm conferri voluit, tali, ἰδιώτῃ γράμμασι rudique homini contuliſſe, dum II. ratione defectus debita ἐντα(ι)δείας, & III. ratione nimiæ brevitatis temporis ſtudiorum nova ſemper dubia oriuntur.

Quisquis enim, qui Artem ejusque ſtudium prolixum ex fundamento callet totumque hoc negotium absque ullo partium ſtudio perpendit, facile nobiſcum (ſi conſideraverit, quænam requiſita ad genuinum & eruditum Doctorem Medicinæ poſtulentur) ſincere fateri neceſſum habebit, nunquam ſufficere, ſi quis ſibi faſciculum miſerrimorum & absque judicio corraſorum vitioſorumque Receptorum comparaverit, qualia ſunt ſeqq. huic homini familiaria:

*

℞.	Spir. Turpi Rdix Asfotti Pinpel. tramendi	pro	Sp. Terebinth. Rad. Aſphod. Pimpin. tarment.

It.

℞. Rad. Tarmend. 6. ℈.
D. W.

* *

℞. Rad. asfetti. 6. ℈.
D. W.

* * *

℞. Chamillen. 3. ℈.
D. W.

* * * *

Fumar. 3. ℈.
D. W.

* * * * *

Samboc. 6. ℈.
D. W.

Non ſufficit quoque, ſi quis noverit aquam aliquam deſtillare, Spiritum quendam abſtrahere, emplaſtrum coquere, aut more Thraſonico inſtar Circumforaneorum Praxin exercere: ſed longe longè plura hic requiruntur, cumprimis in Medicina renunciatoria, quæ per omnes Artis ſalutaris partes ſe extendit, ad quas profectò ſolida ſcientia, tam Philoſophica, quam Medica, prudens ςοχασμὸς & ſubactum judicium practicum requiruntur. Quicunque hæc omnia ponderaverit, nobiſcum candidè & ex rei veritate confitebitur, ad arduum hoc ſtudium ſingularem providentiam, vocationem internam, inſignem φιλοπονίαν ſudoremque indefeſſum requiri, ſicque impoſſibile eſſe, utquis tam brevi temporis decurſu ex merito & legitimo modo, circumſtantiis ita ſe habentibus Titulum Doctoris obtinere poſſit, licet etiam Spiritus *Theſſali* Tralliani, per revolutionem animarum *Pythagoræ* & recentioris adhuc *Franciſci Mercurii van Helmont* in hunc Mundum reverteretur, & quòd Medicina intra 6. menſes addiſci poſſit, publicè doceatur.

ceatur. Ratum verumque manet illud *Hippocratis Aph.* ὁ βίος βραχὺς, ἡ δὲ τέχνη μακρὴ, ὁ δὲ καιρὸς ὀξὺς, ἡ δὲ πεῖρα σφαλερὴ, ἡ δὲ κρίσις χαλεπή: *& in locis de Homine* ὁ δύνατον ἐστὶ ταχὺ ἰητρικὴν μαθεῖν. Porro IV. Ratione putatæ diſſertationis Wernerianæ [cujus elegans & arduum thema & quoad ſtylum & methodum & rerum tractationem (utut hoc vel illud adhuc in illa moneri poſſet) egregiè elaboratum & ſcriptum eſt,] novum & inſigne dubium ſe trudit, dum perhibet ſe eandem proprio Marte non tantum elaboraſſe, ſed & absque Præſide maſculè defendiſſe: cùm tamen conſtet, quod neque artem diſſertationes conſcribendi & defendendi, neque linguas aliaque eò pertinentia (quæ tam exiguo temporis intervallo, rebus ſic ſtantibus pariter addiſci non poſſunt) calleat, nec unquam Collegium aliquod diſputatorium viſitaverit, nedum cathedram conſcenderit. Hanc verò thraſonicam ejus traditionem omninò falſam eſſe, vel exinde colligere licet, quod in diverſis locis ſe ſatis denudarit, perhibendo: Quod ſi Erfordiæ numerus Candidatorum occurrat, optimus ex illis eligatur, qui pro omnibus reſpondeat & Promachi inſtar militet: Reliquorum autem Diſſertationes tantum Facultatis cenſuræ offerantur, & abhinc typis committantur. Tandem V. & ultimò non ſine ſtupore comperimus, Diſſertationem ejus inauguralem *de Affectibus cum hæmorrhagiis uteri connexionem habentibus* die 3. Jun. Erfordiæ abſque Præſide habitam die 11. Jan. anni currentis Argentorati à Filio Viri ejus loci prænobilis nomine *Antonio Ries* ſimiliter pro gradu Doctorali absque Præſide ventilatam fuiſſe, cujus ad veritatem ὀφθαλμοφανερῶς detegendam duo exemplaria Lipſiâ obtinuimus, & per ejus comparationem cum Erfordiana putativa ad ſtuporem usque vidimus, quod eandem ad verbum, eodem titulo, iisdem interpunctationibus, iisdem paginis ſervatis, & ne quidem erroribus Typographicis & Grammaticalibus exceptis deſcribere (quamvis magis credibile videatur eandem audacter ſatis & frivolè ex impreſſo jam exemplo recuſam eſſe) & abhinc eandem pro labore ſuo venditare non erubuerit. Quanta verò in hoc ipſo cenſu defraudatio & impoſtura, quam impudicum plagium lateat, Dnn. Honoratiſſimis noſtris & Patronis dijudicandum relinquimus.

Quùm igitur omnia hactenus citra injuriandi animum, ſed ſolùm in rei veritatem Artisque defenſionem allata nobis, ut ſupradictum, & adhæc toti civitati cognita & notoria ſint; adhæc ſæpe allegatus *Wernerus* ſe nullo hactenus diplomate Doctorali, ſi diſſertationem effictam & deſcriptam excipias, legitimare poſſit; hinc Promotionem hanc Erfurtenſem prorſus in dubium vocamus ob allegatas circumſtantias cauſasque prægnantes nullo modo credentes, Ampliſſimam Facultatem Medicam illìc celebrem, in præjudicium & proſtitutionem totius Artis: (cùm omnes Chirurgorum famuli hìc locorum in tabernis cereviſiariis palàm canant:

Mopſo Niſa datur, quid non ſperemus amantes?

Similiter; Doctor aliquis hodie nihili fit, pari cum eo paſſu ambulamus, ſi 50. vel 60. imperiales erogamus, idem obtinemus, quod alii multis annis vel nummis lucrari tenentur &c.) rebus ſic ſe habentibus Gradum Doctoralem contuliſſe.

Quò verò ſcrupulus hic nobis eximatur, atque res noſtras eò melius curare poſſimus; hinc Patronos & Dominos noſtros Honoratiſſimos eâ, quâ decet, obſervantiâ rogare voluimus, ut petito ſupra propoſito, utprimum illud fieri poteſt, haud gravatim deferre, & ſub Sigillo Facultatis nos de prætenſa, ſed nobis incredibili promotione certiores reddere non dedignentur: quod ipſum officiis noſtris nunquam non paratiſſimis rurſus demereri ſtudebimus, æternum perſeverantes

Honoratiſſimorum DNN. & Patronorum noſtrorum

Pirnæ die 9. *Septembr.* 1715.

officiosè addicti

Medici Pirnenſes:

Andreas Jacobæus. D.
Henricus Auguſtus Jacobi D.
Chriſtian Metzner D.
Sigismund Schmieder D.
Chriſt. Gotthard Wiliſch L.

Reſponſum Facultatis Medicæ Erfordienſis deſuper Falſo à Wernero commiſſo.

P. P.

Quandoquidem Nobis Decano, Seniori & Aſſeſſoribus Facultatis Medicæ hujus loci die 9. Septembr. ſcriptum prolixum tranſmiſeritis, è quo prævia Collegiali perlectione pluribus obſervavimus, qua ratione famulus quidam Chirurgicus, cui nomen Johann Gregorii Werneri eſt è Burgwenda, Thuringiæ civitate ortus, haud ita pridem Pirnæ perhibere non erubuerit, ſe hìc locorum prius examinatum diſputaſſe & ſummos in Medicinâ honores obtinuiſſe, & inſimul diſputationem quandam Inauguralem exſcriptam, una cum emendicatis carminibus gratulatoriis (quæ hìc typo Groſſiano & Wertheano impreſſa viderentur) produxerit: quale quid hic perfrictæ frontis homo quoque Lipſiæ, ut ex relatione

fide

fide digna nobis conſtat, non ſine injuriâ & contumeliâ Facultatis noſtræ Medicæ, in præjudicium veritatis falſò in vulgus ſpargere non eſt veritus; hinc Dominos noſtros honoratiſſimos pro certa & indubia notitia celare non poſſumus hunc Wernerum nobis prorſus eſſe incognitum, cujus nomen etiam in Albo Studioſorum ſ. matriculâ non occurrit. Nunquam etiam nos convenit, multo minus examina conſueta hîc ſuſtinuit aut publicè diſputavit. Neutiquam etiam adſueti ſumus ut uniones porcis objiciamus, ſed de talibus ſodalibus hîc valet illud: ἑκὰς ἑκὰς ὅςις ἀλητρὸς, procul ô procul eſtoi profanus. Quapropter non eſt, ut perditiſſimum hunc impoſtorem, plagiarium & calumniatorem diutius penes Vos toleretis, ſed Magiſtratum illius loci requiratis, ut debitas peſſimi hujus delicti, in terrorem aliorum, pœnas luat; quemadmodum & à parte noſtri non intermittemus honorem noſtrum & exiſtimationem contra eundem quovis modo tueri & vindicare. Quibus Vos Dei T. O. M. providentiæ & protectioni committimus. Signatum Erfordiæ die 16. Septemb. 1715.

Decanus, Senior, & Aſſeſſores Facultatis Medicæ hujus loci.

Reſponſum Facultatis Medicæ Lipſienſis, deſuper eodem caſu.

P. P.

Poſtquam ſcripto die 5. Septembr. Pirnâ ad Nos dato judicium noſtrum de III. quæſtionibus deſideraſtis, hinc Vobis hac in parte minus deeſſe, ſed prævià Collegiali deliberatione ad

Quæſt. I.

An is, qui nec de humanioribus nec de Medicinæ Studio prolixo ullum prægustum habuit, intra anni & aliquot hebdomadum Spatium adeo perfectus in eo reddi poſſit, ut diſſertationem aliquam ſine Præſide defendere ipſumque gradum Doctoris ex merito capeſſere valeat?

Reſpondemus, planè non præſumi poſſe aliquem dicta ratione tam brevi temporis intervallo illos in Medicinâ profectus capere poſſe, ut diſputationem aliquam ſine Præſide defendere Gradumque Doctoris ex merito acceptare valeat? Certô enim certius eſt Studium Medicum longè gravius & prolixius eſſe, quàm ut unius anni curſu cum ſeptimanis aliquot perfectè addiſci poſſit. Eo minus autem de Joh. Gregorio Wernero id credibile eſt, quòd è curriculo vitæ deſcripto eluceſcit eundem in humanioribus omninò rudem è tonſtrina vitaque bellicâ ad Academias ſe contuliſſe, illius hoc teſtimonium dare poſſumus, quod, dum hic Lipſiæ vixit, contubernalis quidem cujusdam Medicinæ Studioſi fuerit, aſt nullum Collegium Medicum penes Doctores & Profeſſores frequentârit; quapropter & Amici ejus hîc degentes hariolari nequeunt, quî fieri potuerit, ut in Doctorem Medicinæ promotus ſit. Adhæc bina exemplaria diſputationum tranſmiſſarum ad oculum oſtendunt, quàm habilis & capax ſit diſputationem quandam conſcribendi, aut eandem defendendi, dum diſputationem die 2. Jan. 1715. Argentorati ventilatam verbotenus exſcripſit & non correctis prius ſphalmatibus illîc contentis ſub ſuo nomine imprimi curavit. Ut taceamus neminem ſe pro Doctore Medicinæ venditare poſſe, qui non authenticum diploma Facultatis aut Academiæ Erfurtenſis oſtendere & producere poſſit.

Quod II. & III. Quæſtion. attinet,

An ſc. hujus farinæ hominibus gradus Doctoris, ſine abuſu & læſione privilegiorum Cæſareorum conferri poſſit?

Similiter:

Similiter: Quid facto opus ſit, ſi ſupra dictus Wernerus Erfurtum non perveniſſet, & tam enorme falſum commiſiſſet?

Hæc deſuper obtenta prius certitudine ab Ampliſſima Facultate Medica Erfurtenſi, totum negotium deciſioni Collegii cujusdam Juridici & executioni Magiſtratûs competentis poſt factam denunciationem relinquendum eſt. Sign. Lipſiæ die 14. Septembr. 1715.

Decanus, Senior aliique Doctores & Aſſeſſores Facultatis Medicæ Lipſienſis.

Nota.

Paulo pòſt facta prius denunciatione Clementiſſimum mandatum ad Magiſtratum advolabat, ut falſarius, ſi fieri poſſet, arreſto conſtringeretur, & contra eundem inquiſitoriè procederetur, cujus judicio omnia relicta ſunt.

Ex Communicatione B. Dn. D. Schmiederi, Phyſici primum Pirnenſis & abhinc Lommacenſis.

CASUS XIII.

DE FUNESTO ☿. PHILOS. ABUSU.

Species

Species Facti per teſtes juratos confirmata è Prax. Med. Infallib. D. Valentini Part. 1. pag. 51. Edit. 2.

STudioſus XVI. annorum, Anno 1718. medio Novembris, cum aliis duobus Studioſis Giſsâ venatum exiens & per 4. vel 5. dies ruri degens diverſos in diæta errores committit. Domum rediens poſt terrorem à caſu epileptici conceptum horrore febrili tertio quovis die redeunte corripitur, à quo poſt vomitorii & aliquot diaphoreticorum uſum liberabatur. Juſto citius verò domo exiens, & alium è comitibus ſuis, tertiana pariter correptum, viſitans recidivam patiebatur & de ſummo calore conquerebatur. Medicus hunc brevi extincturus Spiritum ⊕ Philoſophicum præſcribit, de quo ſingulis 4. horis XXV. guttas, vi ſignaturæ, in ſcutella potûs Thée aſſumere jubebatur. Alius Doctor Medicinæ, ægrum honoris ergo viſitans, viſo & guſtato ſpiritu Ephoro Studioſi ſuadet, ut ob ſummam ejus corroſivitatem à medicamento hoc, in tam largâ cumprimis doſi, abſtinerent. Æger autem ex nimia in Medicum Ordinarium confidentia uſum Spiritus continuat, horrendi licet & quaſi ignei, ut dicebat, ſaporis. Die ſubſequenti de ſummo gulæ & faucium ardore conquerens continuo aquam frigidam pro refrigerandis faucibus & reſtinguenda per collutionem ſiti flagitat, Spiritum & halitum qſ. flammeum & igneum exhalans. Accedunt cardialgia immanis, vomitus continui, tormina, abdominis, cumprimis circa umbilicum, diarrhœa, teneſmus & tantus urinæ ardor, ut Medico Ordinario gonorrhœæ virulentæ ſuſpicionem injecerit. Tandem reſpiratio difficilis redditur, cujus ergo venæſectionem adhibent, ægerrimè tamen prodeunte ſanguine, eoque craſſiuſculo nigroque. Omnibus in pejus ruentibus Ephorus priori Medico adhuc alios duos ſeniores jungit, qui pulſum jamdum caprizantem & ſæpè intermittentem obſervantes cordialia præſcribunt, ſed fruſtra, æger enim eôdem adhuc die animam efflabat.

Sectione die 29. Novembris inſtituta I. Omentum adeò tenerum erat, ut ad primum attactum ferè difflueret & à ſe invicem diſcederet. 2. Ventriculus haud procul orificio ſtomachi ſiniſtro, quod vulgò ſuperius vocant, inflammatum & ſanguine qſ. coagulato perfuſum, tunicis quodammodo corroſis conſpiciebatur. 3. Duodenum ſimiliter rubore p. n. inſignitum. 4. Bilis in folliculo felleo fuſco & qſ. viridiuſculo colore deturpata apparebat. 5. Lien à ſanguine coagulato ita ſuffarcinatus erat, ut inſtar veſicæ ſemi-inflatæ apparuerit. 6. Pulmones graviſſimi & ſanguine coagulato ſic referti, ut folle inflari non potuerint. Econtra 7. Cordis ventriculi plane vacui omnique ſanguine deſtituti erant, ſiut vaſa ante diſſectionem probe ligara fuerint. Tandem 8. Sanguinis ubique ſemi-congrumatus occurrit.

Quæritur jam 1. *Annon doſis Spiritus Vitrioli Philoſophici à 20. ad 25. guttas nimis exceſſiva fuerit?*

II. Annon ſymptomata in Specie Facti recenſita viſuque reperta ab eô oriri potuerint?

III. Annon præſumi poſſit, defuncto ab eo damnum allatum fuiſſe.

IV. An quoad curam hoc vel illud adhuc monendum ſit?

RESPONSUM.

PRæviâ Requiſitione Speciem Facti mihi transmiſſam diligenter perlegi, & poſt ſolidam & maturam omnium circumſtantiarum, illic occurrentium conſiderationem principiis Anatomico-Medicis conſentaneum reor, quod licet quoad

I. QUÆSTIONEM.

Spiritus ⊕ Philoſophicus à Medicis quibusdam Gallis concivibus ſuis à guttis 30. ad 40. in quartario ſ. pinta potus ordinaria contra ſitim & ardorem, pro pluribus doſibus, detur

> vid. *Turnefort, in Laboratorio Pariſienſi pag.* 38.

attamen & quoniam Galli, temperamento calidiori præditi, acida in majori doſi perferre valent: adhæc vehiculum eò deſtinatum ſufficiens & ingens EST, cùm pinta Gallica dimidiam menſuram, nobis familiarem, adæquet,

> *Veneroni* au *dictionaire Imperial. voce pinta pag.* 417.

ècontra defunctus in præſenti caſu è Septentrione ortus, tenerrimæ texturæ fuerat: & tandem Medico-Chymici experientiſſimi & exercitatiſſimi ⌒⊕ Philoſophicum tantum à 5. vel 6. ad x. guttas pro una doſi in ſufficienti vehiculo præſcribere ſolent;

> *Rolfincius* in *Chym. ad art form. redacta pag.* 169.
> *Thibaut.* dit *de Lorrain au Cours de Chymie pag.* 180.

hinc non poſſum non doſin hujus Spiritus 20. vel 25. guttarum, in tam parco vehiculo, nimiam, enormem & exceſſivam judicare.

Quoniam nunc quoad *QUÆSTIONEM* II. dictus ⌒⊕ Philoſophicus nihil aliud eſt, quàm liquor ex ſalibus corroſivis ☿ ſublimati in fluorem actis;

Barne-

Barnerus in Chym. Rat. pag. 342.
& cum ⚗ tam quoad ſubſtantiam, quam effectus coincidit
Langius Op. Med. & in Specie *Colleg. Chym. pag.* 659.
hi autem Spiritus acidi, in parciori vehiculo dati,

1.) calorem p. n. & inflammationem in collo excitare ſolent, ut idem è ⚗ (priori adhuc debilioris) exhibitione in Caſu Cellenſi obſervatum fuit,
Novell. Medico-Legal. D. Valentini CAS. XXIX. pag. 588.

2.) hic ipſe Spiritus ⊕ *Philoſophicus* ſummam cardialgiam excitavit
Bonet. in Anatom. Pract. lib. 3. *Sect.* 7. *obſ.* 8. *pag.* 67.

3.) Poſt mortem in cadavere ab uſu ejus, eroſio interioris ventriculi tunicæ reperta fuit.
idem ibidem Obſ. IX. pag. 67.

4.) Spiritus ⊕ quoque tormina abdominis & uteri tanta movit, ut fœmina quædam intra 24. horas inde perierit.
Zacchias Quæſt. Medico-Leg. Lib. VI. Tit. 1. *Quæſt.* 2. *pag.* 487

5.) Spiritus autem ⊕ Philoſophicus adhuc imprægnatus eſt particulis quibusdam antimonialibus, quarum intuitu nemo unquam à vomitu poſt uſum ejus tutus eſſe poteſt.
Langius Oper. Med. pag. 660.

6.) Idem ille ⚗ Philoſ. ideam ☿ ♎ retinet & adeo ſæpe per inferiora purgat, ut aquæ hydropicorum eô eliminari poſſint.
Le Febure Traite de la Chymie Tom. 2. *pag.* 1022.

7.) Lippis & tonſoribus conſtat cereviſiam aceſcentem aut vina acida, multò magis autem ⚗ tales acidos mineratos & ipſum ☿ ♎ Stranguriam & ⊡ ardorem inducere
Ettmüllerus in Opere. Med. T. II. pag. 733.

8.) Omnes Spiritus mineralium acidi humores circulantes adeò incraſſare & coagulare valent, ut ſanguis coagulatus in vaſis ſtagnet & viſcera ſic ſuffarcinet, ut ſectio incruenta inſtitui poſſit.
juxta *Reſponſ. Facult. Med. Giſſenæ ad Caſ. Cellenſem in Novellis Medico-Legalibus pag.* 610.
Regnerus de Græf. de UſuSiph. in Anat. pag. 229. *ſeq.*

9.) tandem omnia hæc in ſubjectis teneriori-bus facilius accidunt.
Vid. DNN. Medic. Cellenſes in Judic. II. Nov. Medico-Legalium pag. 596. circa finem,

hinc ab effectibus ad cauſam, & vice verſa à cauſa ad effect⁹ haud difficulter concludi poteſt, ſimilia in Specie Facti recenſita ſymptomata & in ſe *Novell. Val.* ctione occurrentia viſa reperta à Spiritu ⊕ Philoſophico in doſi exceſſiva & parciori juſto vehiculo oborta fuiſſe, cùm quam maximè conſtet, Spiritus mineralium acidos, & in ſpecie ⚗. bilem quoque inſigniter alterare, & illi talem colorem obſcurum (qualis hic obſervatus fuit) affricare poſſe
Conf. Ettmüll. Oper. Med. Tom. II. *pag.* 733.

Facilimè etiam, quoad III. *QUÆSTIONEM*, præſumiter defunctum multum damni inde pertuliſſe, cum Mulier in caſu allegato Cellenſi à ſale ⚗. de quo indies bis tantum aſſumſerat, ut intra 3. ſeptimanas ultra ℥ij. non abſumſerit, perierit;
Vid. Reſp. Facult. Med. Jenenſ. & Giſſenſ.
non obſtante, quòd Spiritus ⊕ inter omnes ⚗ min. acidos blandior & tutior dicitur,
à Facult. Med. Hallenſi in Nov. Medico-Leg. pag. 592.
Rectius ergo feciſſet ſuæque conſcientiæ melius conſulere potuiſſet,

Quoad IV. QUÆST.

Medicus primò vocatus, ſi in cura tam opulenti juvenis tempeſtivè alios Medicos ſeniores & in Arte verſatos ſibi junxiſſet, ad quod Medicus junior ſub pœna mortalis peccati tenetur,
Zacchias Quæſt. Medico-Legalibus Lib. VI. Tit. 1. *Q. XII.* 2.
Ex intermiſſione enim ejus in præſumtionem ignorantiæ incurrit, cumprimis, quando in morbis adeſt inſigne quoddam ſymptoma ad quod totam curam dirigens principalem morbum omnino negligit,
idem ibidem pag. 687. §. 9.
An tandem reſpiratio difficilis, omnibus agonizantibus familiaris, V. S. in Specie Facti allegatam indicaverit? maturiori Facultatis cujusdam Medicæ judicio relinquo. Atteſtante propria nominis ſubſcriptione, & appreſſo ſigillo. D. Fridbergæ die 27. Febr. Anno 1719.

Joh. Andreas Pizler Archiater Haſſo-Hombergenſis & Phyſicus Fridbergenſis.

CASUS XIV.
DE INFELICI USU ♁ DIAPHORETICI

Relatio & Judicium Thomæ Bartholini in Act. Hafnienſibus Vol. V.

INſtante vere ſudoriferum ex theriaca, ♁ diaphoretici gr. VII. &c. filiæ ſuæ exhibuit Vir Reve-

Reverendus, ex officina quadam nobis petitum. Statim ſudoris loco obortæ tormina ventris & anxietates, cum ſiti & ardore ingenti, qui ſedari non potuit, niſi propinata cereviſia calida. Hinc vomitus ſecutus & alvi fluxus cruentus, qui mitigatus fuit exhibita theriaca cum lacte. Alia quoque Symptomata comitabantur, lipothymiæ, extremarum partium frigus, pulſus intermittens horulæ ſpatio, convulſiones &c. Oblatis alexipharmacis ſedata omnia. Pharmacopoei ſervus cuncta legitimè præparata dicebat, nec venenum in viciniâ adfuiſſe, nec mortarium impurum. Antimonium quoque optimè ante 14. dies à ſe ipſo præparatum Pharmacopœus dejerabat, colore adhuc candido monſtrandum, & ſine noxa à ſe ad ſcrupulum medium devorandum. Exiſtimavit verò puellam hyſtericam fuiſſe, cujus tamen affectûs nulla comparebant indicia & cura alexipharmaca cum lacte huic ſuſpicioni repugnat; in quem culpa rejicienda, expiſcari nequivimus. Caſus verò fortùitos nec Pharmacopœum nec Medicum ullum præſtare poſſe, nemo ignorat. Pacis amore Vir religioſiſſimus DEO vindictam commiſit, ſi quidem in officinâ culpâ lateret. Convaluit enim virgo, quanquam lento gradu & cottidiano medicaminum uſu, orbique teſtis eſt, quàm periculoſa ſint medicamenta ex antimoniô malè fido confecta. Summa neceſſitas me ad hoc remedii genus vix propellet. Antimonium enim & Mercurius mihi ſemper fuêre ſuſpecta. Leviſſimus quippe error in præparatione commiſſus vitâ hominis expiatur. Hactenus *Bartholinus.*

Huic eò promptius ſubſcribo, quò funeſtiorem nuper Caſum in Genero meo deſideratiſſimo ſum expertus, in quo *Regulus antimonii MEDICINALIS* A. 1719. ex officina Fridbergenſi petitus hypercatharſin lethalem movit. Unde repeto hic ea, quæ in *Introductione* ad *Muſeum Muſeorum*, de uſu medicaminum ab ipſo DEO è terrâ creatorum commentatus ſum.

CASUS XV.

DE VENEFICII PER SMALTAM ATTENTATO.

P. P.

Requiſitio.

DNn. noſtri Honoratiſſimi ex incluſis protocollis, utut paucis, fuſius obſervare poterunt, quid elapſis proximè diebus inter duos Conjuges noviter copulatos in puncto præſumtivè attentati veneficii acciderit. Quùm verò diverſas ob cauſas in id ulterius inquirere dubitemus, antequam Nobiliſſ. Dnn. noſtrorum judicium in jure fundatum deſuper ſeqq. 5. Qq. obtinuerimus; hinc officioſiſſimè, hiſce ab iisdem deſiderare voluimus, ut negotium hoc ſecundum omnes & ſingulas circumſtantias, ut meretur, junctis Dnn. Medicorum votis, Collegialiter & maturè ponderare, judicium ſuum, quamprimum fieri poterit, impertire, terminumque ad repetitionem actorum, cum honorarii determinatione, denominare haud dedignentur: Omnia datâ occaſione remuneraturi cum officioâ ſervitiorum noſtrorum oblatione permanentes

Dillenburgi d. 8. *Septembr.* 1711.

V. V. Nob. Nob.

addictiſſ.

Director & Conſiliarii Regiminis Principalis ibid.

Quæſtiones

1. An Smalta (*die blaue Stärck*) ea cumprimis, quæ in quæſtionem venit, venenum, & quantum in ſe contineat.
2. Annon aliud illi venenum immiſtum ſit?
3. An ex ſymptomatibus à Dn. D. Schachtio indicatis & effectibus in corpore Maritæ inquiſitæ, ad cauſam, & quod venenum noxium juſculo inditum fuerit, infallibiliter concludi poſſit?
4. An ex indiciis in protocollo inveniendis aliisque circumſtantiis inquiſitæ animus doloſus concludi poſſit, maximè cum inquiſitæ pater homo fuerit peſſimæ famæ, & eapropter
5. Ad torturam libellari & Proceſſus à Fiſcali inſtituendus ſit?

Species Facti.

Sabbathi die 22. *Aug. Veſperi circa hor.* 9. 1711.

DN. D. Schachtius Dnn. Conſiliariis Principalibus vi conſcientiæ indicat, ſe tribus circiter abhinc horis in Valentini Schützii ædes vocatum eſſe, qui ob juſculum probè intoxicatum cardialgiis immanibus aliisque ſymptomatibus ita decumberet, ut de vitâ periclitaretur. Ægrum juſculum à Conjuge præparatum fuiſſe aſſerere &c.

Actum Dillenburgi die ♃. *d.* 31. *Aug.* 1711.

VAlentinus Schützius, in tantum, ut in publicum rurſus prodire valuerit, reſtitutus, judicialiter citatus & de morbo tam ſubitò eundem

dem prehendente ſummariter examinatus ſeqq. deponebat:

Neſcire ſe, quod unquam, cumprimis autem paucis abhinc annis, ſive triſtis, ſive melancholicus fuerit, niſi quod octo abhinc præter propter diebus, cum veſperi horâ 9. ſalvus & incolumis cubitum iret, ſuamque uxorem cum ſutore Henrico Saurio, Berleburgo oriundo & Johann Diehlio ſervienti, una cum Philippo Henricô Weynerto igni aſſidentem relinqueret. Inter 10. & 11. tum horam expergefactum ſe duas horæ quadrantes ſonare percepiſſe; neſcientem verò, quam indicarent horam, ſe vigilaſſe, ut horam curatius experire poſſet, cum die inſequente cereviſiam braxare voluerit: Poſtquam ergò paulò poſt undecima ſonuiſſet, ſe accuratè & diſtinctè percepiſſe fores ædium ſuarum apertas & qſ. vi quadam ad parietem detruſas fuiſſe, jacente prope ſe uxore & dormiente, ſe verò cogitante juvenes fortè quosdam terrorem ſibi incutere velle. Paulò poſt ſe porrò audiviſſe binos homines ſcalas properando adſcendere & harum ſummam attingendo præ foribus ejus alterum manus complosiſſe; utrumque verò (ut ſibi videbatur) clamaſſe: Hui jus miſerere Deus (*das müſſe GOtt erbarmen*) Hujus DEUS in cœlis miſerere: (*Das müſſe GOtt im Himmel erbarmen*) Vocem fuiſſe qſ. duarum mulierum: Præterea nihil quicquam de iis ſe percepiſſe, nec quò pervenerint, obſervaſſe, ſe verò in maximas inde anguſtias cecidiſſe, & ad 2. usque horam vigilem manſiſſe. Addebat ſe uxorem ſuam expergefacere noluiſſe, neſciens, quô tempore ad ſe venerit, niſi quòd ſibi viſus fuerit, acſi fores hypocauſti aperirentur & clauderentur. Cùm mane inſequente hora 4. ſurrexiſſet, ædium januas, omniaque probe clauſa inveniens majorem cogitandi anſam ſe inveniſſe, & quod mirum ipſi viſum, circa tempus matutinum inter 2. & 4. horam, cum poſt vocem ſupradictam exauditam rurſus obdormiviſſet, in ſomniô ſe juſculum ad pedes lecti vidiſſe, unde in tantas animi angores conjectus fuiſſet, ut in ſomnio ſorori ſuæ imperaſſet, ut juſculum hoc removeret, cum idem intuens emori teneatur: alterò mane, circa idem tempus juſculô eodem in loco rurſus comparente, ſeque de novô ſororem ut antea, compellante, diebus inſequentibus ſe nunquam non anxium & ſummè imeticuloſum in propriis ædibus fuiſſe aſſerebat, eámque ob cauſam occiduô à proximè elapſo Sabbathi die animi recipiendi cauſa ſe ad Affinem ſuum properaſſe, redeunte, cùm domum reverteretur, angore & meticuloſitate. Ab his ergò ut liberaretur ſe conjugi ſuæ quinque crucigeros dediſſe, jubens, ut ſibi quartarium vini apportaret & cum ovô vinum calidum, non verò juſculum (quod expreſsè prohibuerit) inde pararet. Uxorem vinum ſtatim & paulò poſt △ attuliſſe, ſe autem lignum ad ſuccendendum focum apparaſſe, ſperans uxorem vinum, pro deſideriô ſuo tantum calefacturam eſſe. Cùm verò hæc ipſa vinum in urceolo (neſciens an & ovum) contra voluntatem ſuam (dum exprobrando illi dixerit, annon pudore ſuffunderetur, ſi homines exiſtimarent, quod tantum non valeret, ut vinum calidum ſola procurare poſſet) ſurſum ad matrem portârit, poſt integrum horæ quadrantem redierit, & in patinâ terreâ juſculum apportaverit ſe ad eandem dixiſſe, cur ergò juſculum, & non tantùm vinum calefactum apportaret, eandem reſpondiſſe, ſe exiſtimare juſculum ipſi magis proficuum fore, quàm vinum calidum, illudque ciſtæ ad caput ſpondæ locatum cum pauco pane illi immiſſo & cochleari impoſuiſſe & abhinc abiiſſe. Quandoquidem verò juſculum illi, tanquam minus incongruum, ſalivam moviſſet, arreptô cochleari & tribus ſucceſſivè vicibus hauriendo ſe de eo aſſumpſiſſe. Cùm autem neſcio quô frigore per thoracem deorſum verſus abeunte ſtatim abhinc ſub Corde inſtar prunæ ardorem perſenſiſſet, Cochlear quartâ vice è fundô plenum ſe hauſiſſe, ut videret, quale hoc juſculum eſſet? illicque obſervaſſe materiam prorſus coeruleam in cochleari hærere, à qua cum ſtatim intuituiſſet, ſe alios in auxilium vocaſſe, & cum ex uxore appropinquante quæſiviſſet, quale hoc juſculum eſſet? eandem reſpondiſſe, ſe id neſcire, Matrem ſuam ſmaltam ponderaſſe, quam aliquid de hâc fortè illabi paſſam fuiſſe. Per Deum ergò rogando, ut fratrem & affinem ſuam advocaret, eandem Matrem accerſiſſe, è quâ pariter percontaretur, quale illi juſculum paraſſet? hanc reſpondiſſe, ſe in tabernâ inſtitoriâ ſmaltam ponderaſſe, de quâ aliquid fortè in juſculum illapſum ſit, ſimulque juſculum poſtulaſſe, ut effunderet, quam cùm reſervando illique denegando retinuiſſet, dixiſſe, ſe aliud illi paraturam, modò illud reſtitueret, & cùm ab eò denuò repulſam ferret, addidiſſe, eundem inſignem jam rumorem excitaturum eſſe, quô undique inter plebejos diffamarentur, acſi juſculum malæ notæ illi propinaverint. Advocatâ tandem per uxorem ſorore hâcque percontante, quid hoc ſibi velit? cur tam ſubitò morbo corriperetur? ſeque culpam juſculo illi tribuente & ni ſibi ocius auxilium ferretur, ſe periturum aſſerente, Dn. D. Schachtium à ſorore ſuâ advocatum fuiſſe, non obſtante, quod ſocrus id impedire voluerit, jubendo, ut aquâ vitæ illi daretur, nec tantus rumor excitaretur. Dn. D. Schachtium ſtatim advolantem ægrum miſerrimô in ſtatu adortum fuiſſe, utpote qui cor ſibi præ ardore conflagrare putabat. Uxorem unâ cum ſocro in foribus manſiſſe, quas oculis ſuis aſpicere & tolerare non potuerit. Quò poſthac pervenerint, ſe neſcire, alios autem homines ſe in hypocauſto circumduxiſſe, utpote qui præ doloribus nihil amplius obſervare potuerit. Alioquin ſe per 10. (queis uxori junctus erat) ſeptimanas, pacificè cum eadem

dem vixiſſe, ita ut ſibi invicem nequicquam adverſi intulerint, niſi quod ipſi aliquando exprobrârit, cur ſutoris famuli Henrici præcordiis ligulas ſericeas ſuas applicarit, & nuperrimè in nuptiis quibusdam mammillas denudaverit? quod utrumque excuſaverit, dicendo nihil illud importare? Quod autem ob juſculum quæſt. in morbum hunc inciderit, ſe vitâ atque morte confirmaturum, Deoque & ſummo Magiſtratui omnia commendaturum eſſe. Quibus omnibus illi denuò prælectis dimiſſus fuit.

J. H. Tilemann.

Relatio Medici.

Sereniſſime Princeps!

PRinceps ac Domine Clementiſſime. Quandoquidem à Sereniſſimâ Veſtra Celſitudinie mihi Clementiſſimè demandatum eſt, ut in punctо propinatæ ſmaltæ, in Valentino Schüzio h. l. commiſſo, ſententiam meam humilimè aperirem; hinc ſeqq. eâ, qua decet Submiſſione concipere & offerre volui.

Primò, ut ex ſymptomatibus res ipſa eò melius inclareſcat, allegatus Valentinus Schüzius, conquerebatur de inſigni præcordiorum anguſtiâ, ardore inexſtinguibili & dolore in ventriculo, corpus hinc inde jactitando, cum pulſu frequenti. Venter inflatus & durus erat adfuit & motus difficultas, ita ut nonniſi ſuffultus ſtare poſſet. Interim per os & nares continuò ſpiſſus promanabat humor, cum perpetuâ ad ſomnum inclinatione, vel potius ſtupore, ſudore in extremis frigidò, vultu oculisque intentis.

Quoniam igitur juxta hæc veneni propinati indicia in fundo patinæ juſculum recipientis & à quô æger comederat, ſpiſſus pulvis coeruleus reperiebatur, qui ſmaltæ haud abſimilis erat, concludebam ſtatim & quantocyus, ſecundum generalem Medicorum legem perniciem præſentaneam expulſivô & defenſivô inhibendam obviamque eundum eſſe.

Propinabam igitur ex iis, quæ corroſivitati oppoſita, primò pinguia, quibus inviſcari & obtundi particulæ acres, ſalinæ, quibus & obliniri parietes ventriculi poſſunt. Itaque munivi oleo, cum primum ad manus eſſet, olivarum & amygdalarum dulcium, his ut ſatisfieret. Secundæ indicationi addebam mox radicem ipecacuanham in formâ pulveris, & cùm vomitus perpetua inclinatio in ipſum actum non vellet prorumpere, ipſum pennis faucibus immiſſis invitabam, qui poſtea cum impetu ægrique levamine ſecutus, alterum mox, quod uſu eſt inter celebria, præcipitans & acorem corroſivum infringens, Cryſtallum nempe & alium in tali caſu mihi ſingularem pulverem adhibebam. De cryſtalli uſu videri poteſt Sennertus, Heereus, Poterius, Langius & Valeriola qui cryſtallo tribuunt naturam famelicam vel eſurinam, quâ aliorum acrimoniam vel aciditatem in ſe abſorbendo egregiè ſe ſaturat. Taceo de potu largiori ægro propinato.

Continuo ante laudatorum remediorum uſu tandem eò res vergebat, ut licet Æger adhuc de continuò ventris ardore conqueretur, corpus antea inflatum detumeſcere, ſicque ſpes reconvaleſcentiæ appareret. Die 28. qui primus erat poſt aſſumptum juſculum, de ardore in ſtomacho adhuc conquerebatur, quapropter continuationem dictorum remediorum ſuadebam quibus magis magisque res ægri meliores evadebant, isque inhodiernum uſque diem qui 24. eſt hujus, adhuc in vivis eſt, certaque me Spes tenet, me per DEI gratiam eundem perfectiſſimè ſanaturum.

Hodie, die 24. hujus, juſculum, unde æger tantum tria cochlearia aſſumſerat, præſente Dn. Conſiliario Regiminis Junio, à me juncto Chirurgo Aulico & Pharmacopoeó inſpiciebatur & examinabatur, in eoque nihil aliud, quam pulverem cœruleum, cochlear circiter implentem, quod Chirurgus & Pharmacopoeus mecum pro ſmaltâ (*blau Stärcken*) habebant.

Quoniam verò Æger à tribus hiſce cochlearibus juſculi in tantum, ut ex ſuperiori die 22. veſperi inter 10. & 11. horam conceptâ relatione patet, morbum eſt conjectus, inſimulque ex teſtimonio omnium adſtantiū eluceſcit, hinc quæritur, unde vehemens hæc ægritudo orta & an dictæ modò ſmaltæ adſcribenda ſit? ubi primò è re erit, ut oſtendamus, unde ſmalta præparetur? Smalta ſc. (è Cobalto toſtô conficitur, quod certæ arenæ & cinerū clavellatorum quantitati permixtum in obſcurè coeruleſcens vitum calcinetur; abhinc ſubtiliſſimè pulveriſatur, & in molendino inter duos lapides duriſſimos in pollinem convertitur, lavatumque in diverſas Species ſeu orbes (ut loquuntur) quarum alia aliam elegantia vincit, diſtinguitur.

Jam ulterius quæritur, quid igitur cobaltum ſibi velit? Cobaltum gryſeus & fuſcus eſt pulvis, inſigniter venenoſus & corroſivus, adeò quidem, ut in Chartâ ſervari non poſſit; & quoniam muſcas aliaque inſecta enecat, à vulgò pulvis muſcarum (*fliegen-pulver*) audit. Adfertur è Saxonia ubi in Urbe Johannis Georgii, (vulgò Johann Georgen-Stadt) copioſè calcinatur & ad ſmaltam conficiendam abſumitur.

Minera, unde Cobaltum paratur Metallurgis eodem venit nomine, à Latinis autem Cadmia Nativa, foſſilis & metallica vocatur. Lapis eſt gryſeus albicanti ſilici permiſtus argento rudi albicanti (*Weiß Gulden Ertz*) haud abſimilis. Alii pro Marca & minera ☽ habent, quoniam interdum aliquid argenti inde obti-

obtineri dicitur, in ▽ ſolvitur & calcem cœruleam relinquit, in foro Medicô exulat nec unquam in uſum illic adhibetur. Naturæ eſt arſenicalis & ab antimonio (quod alii ſine fundamento cùm eo confundunt) longe diverſæ. An jam Cobaltum æquè venenoſum ſit, de eô adeò non dubitandum, ut & vulgo conſtet. *Schrœderus* de eô in *Pharmacopœia Medico-Chymica* dicit: Vi cauſticâ & erodenti pollet, ut foſſorum manus & pedes exul ceret: adeoque inter venena recenſetur, quippe intus hauſtum animalia quæque perimit. De hoc etiam Celeb. *D. Mich. Bernhardus Valentini* Prof. Medicinæ Gieſſenus in *Muſeo Muſeorum* (quod hîc evolvendum offero) *pag.* 36. 39. 40. conſuli poterit.

Quod tandem quæſtionem: An ſmalta quoque venenoſa ſit? concernit, ex antedictis facile decidi poterit, cum mali corvi malum ſit ovum. Interim à Medicis præſupponitur, omnia venena eſſe dicenda, quæ corpus citra externam violentiam aliam violenter deſtruere norunt; hinc intoxicati dicuntur, qui citra aliam cauſam manifeſtam periculum vitæ ſubeunt, vel moriuntur, ideoque peregrinum illatum fuiſſe corpori Valentini Schützii probant in eodem producta, anxietas, ſtupor vel capitis turbatio, ardor in ventriculo, ventris inflatio, pulſus frequens & quæ ſunt alia.

Ex his colligo, quoniam principia vitalia, quorum nexu indiſſolubili vita propagatur, in Valentinô Schütziô prorſus ſubruta fuerunt, ſmaltam in juſculô repertam, ex Cobalto cum arenâ & cineribus clavellatis factam, in eô ſymptomata hæc periculoſa produxiſſe, & nî tempeſtivè medicamentis convenientibus illis obviam itum fuiſſet, vitam ejus prorſus annihilare aut ad minimum in ſtatum lamentabilem conjicere potuiſſe, quæ juſſu Gratioſiſſimo humilimæ teſtari volui ac debui.

Sereniſſ. Veſtræ Celſitudinis

D. Die 24. *Aug.* 1711.

Servus Humilimus

Theodorus Philippus Schacht. M. D. & Archiater.

Reſponſum Facultatis Medicæ Giſſenæ.

PRævia requiſitione Dicaſterii Principalis Naſſovico-Dillenburgici Acta inquiſitionalia ab Ampliſſima Facultate Juridica nobis communicata & binas conjuges in puncto attentati veneficii concernentia diligenter perlegimus, & juxta omnes & ſingulas illic occurrentes circumſtantias maturè & collegialiter ponderavimus, & hinc ad tres nobis propoſitas quæſtiones ſequentia principiis artis & naturæ conformia eſſe ducimus:

Quoad I. Quæſtionem.

An ſmalta, cumprimis in præſenti caſu obvia, ſit venenoſa, & quantum veneni illîc contineatur?

Pro binis ejus membris reſolvendis: I. Unanimiter ſtatuimus, non tantùm ſmaltam in genere, ſed in ſpecie præſentem, de quâ litigatur, omnino venenoſam dicendam, & venenum valdè nocivum in ſe fovere, cùm baſis ejus è cobalto conſtet, cujus minera & matrix adeo venenoſa eſt, ut nón tantùm corroſivitate ſua metalli-foſſorum manus & pedes exedat, ſed & eminus halitum illis intercipiendo reſpirationem difficilem reddat, ſuisque exhalationibus nudis metallicolas (ad haſce licet perferendas per diuturnam conſuetudinem induratos) ita peſſundet, ut umbras in pariete qſ. referant, diuque vivere non valeant, ut D. Greiſelius in metallifodinis Bohemicis obſervavit.

Vid. *Miſcell. S. R. I. Acad. Nat. Cur. Dec. I. A. II. Obſ. LXXIIX. pag.* 148.

Unde & arſenicum ex eadem minerâ ſublimetur, quod pro peſſimo & nocentiſſimô veneno habetur,

Cæſalpin. de metall. Lib. 1. *c.* 29. *P. Zacchias in Quæſt. Medico Legalibus Lib. II. Tit. II. Q. III.* §. 2. *pag.* 206.

& quamvis aliquis dicere velit, quod poſt arſenici ſublimationem & ſeparationem ſedimentum relictum (cobaltum dictum) adeò nocivum & venenoſum non ſit: quotidiana tamen experientia non minus, quàm Viri in Natura & Arte Medica verſatiſſimi teſtantur, Cobaltum hoc ab omni venenoſitate liberatum non eſſe, & hujus intuitu non tantùm muſcas aliaque inſecta, ſed & alia animalia enecare ſoleat,

Schrœder. Pharmacop. Medico-Chym. lib. 3. *c.* 18. §. 226. *p.* 328. *Col.* 6.
Ettmüll. Comment. in Schrœd. Part. 1. *Sect.* 1. *Cap. eod.*

& quoniam certum & extra omnem dubitationis aleam poſitum eſt, Cobaltum hoc baſin & fundamentum in Smalta conſtituere, hancque ex illo præparari, ut non tantùm Italus in arte vitrariâ verſatiſſimus,

Antonius Neri in Arte ſua Vitraria, p. 265.

ſed & bini ejus Interpretes & Commentatores,

Merretus Anglus & *Kunckelius* Germanus &c. in Commentariis ad hunc librum ſolidè deſcribunt, & ab Aromatariis ſeu Materialiſtis, quos vocant, approbatur,

Conf. *Joh. Jacob Marxius in der Teutſchen Material Kam. p.* 52.
Muſeum Muſeorum Valentini p. 37.

hinc eò minus dubitare licet ipſam ſmaltam ejus intuitu venenoſam eſſe, cùm additamentum, cui permiſcetur, & quod maximam ad

partem è ſilicibus conſtat, neutiquam ſufficiens & aptum eſt, ut Cobalto vim arſenicalem & venenoſam demat & corrigat.

Quantum verò 2. de hoc veneno tum in ſmalta quavis, tum hac, de qua controvertitur, in ſpecie contineatur? ægrè determinari poteſt, cùm mixtio & compoſitio ab Artificibus & Mercatoribus in Saxoniâ data operâ in arcanis habeatur & celetur, ne Commercium hoc alibi quoque innoteſcat & introducatur. Ad minimum tamen in tota compoſitione, (juxta Scriptorum ſupra allegatorum relationem) quarta pars cobalti latet. Quandoquidem verò transmiſſa nobis ſmalta quæſtionis integram drachmam cum dimidia ponderet & ſic ultra xx. grana Cobalti illic contineantur haud difficulter hæc conjugem novellum ad plures promovere potuiſſent, ſi omnia cum juſculo oblata deglutiiſſet, dum à tam parva doſi trium cochlearium tam gravia ſymptomata in continenti exorta ſunt.

II. Quæſtionem:

Annon & aliud venenum præſenti fortè intermiſtum obſervetur?

quod concernit, doctiſſimis ſanè & experientiſſimis Medicis difficile, ſi non impoſſibile erit, ex nudo aſpectu dijudicare pulverem quendam compoſitum, ejusque ingredientia diſcernere, cumprimis in venenatis rebus, quæ citra periculum aut ſapore aut odore explorari nequeunt. Ut tamen hujus, quantum fieri poterat, certiores redderemur, partem aliquam ſmaltæ nobis transmiſſæ per ignem, partem verò aliam per aquam fortem examinavimus, ut obſervaremus, an forte quid de arſenico, aut ☿ ſublimato ſub eodem lateret? Aſt ne minimum quidem illic obſervari potuit. Talis mixtura quoque eò minùs præſumi poteſt, quod tantam ſmaltæ doſin ſumſerint, quâ ſub alius veneni additione opus non fuiſſet.

An III. ex Symptomatibus & effectibus in corpore mariti Inquiſitæ, à Dn. D. Schachtio *indicatis, ad cauſam & quod venenum noxium juſculo permiſtum fuerit, infallibiliter concludi poſſit?*

Affirmamus in tantùm, ſi corpus delicti, ſcil. ſmalta in juſculo inventa ſimul addatur; Symptomata illa, nempe anxietas, ſtupor & capitis turbatio, ardor in ventriculo, ventris inflatio, pulſus frequens &c. omnino talia ſunt, quæ venena externa, intus ſumta (qualia ſunt arſenicum & ſimilia) inſequuntur,

Vid. *Ammannus in Praxi Vuln. lethal. Dec. V. Hiſt. X. pag.* 398. *ſeq.*

Fortun. Fidelis Relat. Med. Lib. 4. *cap.* 2. *p.* 571.

Sennertus Med. Pract. L. 6. *P.* 5. *C.* 3. *p.* 243.

Cumprimis ſi illi, qui (ut in præſenti caſu) paulò ante integra ſanitate gaudebant, illis ſubitò obruuntur. Extra hunc caſum verò è ſymptomatibus his non ſtatim veneficium aliquod præſumi aut infallibiter concludi poteſt, cùm eadem etiam à veneno in corpore genito, aliisque cruditatibus oriri valeant; quæ omnia pro deſiderio hiſce atteſtari & Sigillo Facultatis corroborare voluimus. Sign. Giſſæ die 1. Sept. 1711.

CASUS XVI.
DE IRRATIONALI VENEFICII SUSPICIONE.

Reſponſum Facultatis Medicæ Giſſenæ.

PRævia requiſitione Regiminis Principalis hujus loci Nos Decanus, Senior, Doctores & Profeſſores Ordinarii Facultatis Medicæ communicata Nobis Acta, Johannis Henſelii conjugem Wingershuſæ in Præfectura Burghardiana demortuam concernentia Collegialiter perpendimus & principiis Phyſico-Medicis hac in cauſa conſentaneum invenimus, quod licet Defuncta immediatè poſt uſum medicamentorum à Pharmacopœo Schottenſi Fagkes ipſi propinatorum: 1. Valde conqueſta ſit & expreſsè dixerit, quod venenum illi datum fuerit; 2. poſt obitum ejus ſub judiciali ſectione non tantùm cadaver externe cœruleum & hypochondria inſigniter elevata & qſ. inflata obſervata, ſed & 3. in ventriculo atro rubicunda, fœtida nigrisque apicibus permixta materia, cum aliquali inflammatione orificii ventriculi ſiniſtri & eroſione in inteſtinis, inventa fuerint: his omnibus non obſtantibus certò & infallibiliter concludi defendique non poſſit, hæc omnia medicamentis illi propinatis exorta, dictamque Johannis Henſelii uxorem inde demortuam fuiſſe, cùm è Pharmacopœi æquè ac Mariti Relatione eluceſcat defunctam brevi ante morbum, quô correpta erat, virum quendam ægro tantem Eichelsachſii viſitaſſe, & poſtquam curam ejus geſſerat & nauſeam quandam perceperat, abhinc per contagium infectam, prævio rigore in calorem p.n. viriumque debilitatem (quam præter inſignem cardialgiam diarrhœa quædam inſecuta fuit) delapſam, ſicque probabiliter periculoſa febri malignâ correptam fuiſſe.

Quoniam verò omnibus in Praxi Medicâ probè verſatis conſtat, in febribus ejusmodi malignis 1. ſimiles humores malignos (quos vulgò venenum internum appellant) in ventriculo generari, huncque inflammare & quodammodo erodere poſſe: nobis etiam 2. Caſus aliquot innotuerunt, ubi in ſimili orificii ventriculi

ſiniſtri (vulgò ſuperioris dicti) inflammatione tutiſſima, mitiſſima & inſontiſſima cardiaca ob inſignem loci hujus ſenſilitatem ægris dolores indicibiles cauſati fuerunt. 3. non minus in aprico eſt in febribus ejusmodi malignis humores circulantes ad aliqualem jam putredinem inclinare & per fermentationẽ inchoantem abdomen haud raro vitâ adhuc durante inflare & elevare, id quod *Hippocrates* ventrem ſublimem vocat, & pro omine prodromoque mortis habet,

Vid. Aphor. 17. *Sect.* 8.

Hinc mirum non eſt hæc omnia tribus à morte diebus, quibus ſectio & cadaveris inſpectio inſtituebatur, obſervata fuiſſe, dum 4. eò tempore actualis putrefactio jamdum præſens fuerit & materiam illam fœtidam poſt ſe reliquit, quum èontra veneni externi proprium ſit cadavera utplurimum à putrefactione ſervare, teſte *Sent. Lib.* 2. *Nat. quæſt. c.* 31. apud *Zach. Qu. Med. Leg. Tom.* 3. *Conſil.* 77. *pag.* 158. *num.* 16. & quoniam 5. febres malignæ, ceu morbi acuti, tempora ſua citiſſimè percurrunt, ac ſi diarrhoea quadam ſymptomatica (qualis in præſenti caſu obſervabatur) acceſſerit, V. vel VIto ſæpe die ſcenam ſuam abſolvunt: eò facilius præſumere licet, defunctam non tam à medicamentis, quam ipſo morbo (utpote qui eô tempore, quo medicamenta qu. aſſumſit, ad finem pervenerat) occiſum fuiſſe, maximè, quòd in Actis ſymptomatũ, venenum externum intus datum aliâs inſequentium, vomitus ſc. enormis, anxietatis præcordiorum, palpitationis cordis, ſyncopes, convulſionum &c. nulla mentio eſt facta.

Quòd verò aliâs per intempeſtivam Pharmacopœorum aliorumque Agyrtarum & Empiricorum Praxin infiniti & quamplures homines enecentur, teſtibus ſcriptis in ciſta noſtra Medica aſſervatis, tam vetus eſt querela, ut hujus tandem pertæſi remedium inter pia deſideria relinquere, quam ſurdis narrare fabulam maluerimus, hâc verò occaſione ex ſtimulo conſcientiæ intactum relinquere non potuerimus. Atteſtante Sigillo Facultatis Medico. Sign. Giſſæ Menſ. Jan. 1721.


Michael Bernhard Valentini,
p. t. Decanus & Senior.
Joh. Chriſtophorus Hert, D.
Joh. Melchior Verdries, D.

CASUS XVII.
DE
CULTRIVORA OB
αὐτοχειρίαν.

Excellentiſſime, Experientiſſime, Doctisſimeque Domine Doctor, Profeſſor, atque Archiater digniſſime,

Fautor Honoratisſime,

OB ſingularem præſentis Caſus raritatem, Excellentiæ tuæ brevibus, atque ab ovo ordiens notum facio, quod 21. Decembr. anni proximè præteriti ancilla quædam 27. circiter annorum (quæ ſervitium quod in Francop, pago ad Elbam ſito per aliquot conſequentes annos habuerat, deſeruit) in horreo ſive ovili extra pagum, cui nomen Wolmſtorff eſt, à ruſtico, atque horrei proprietario Gerardo Hauſchild fortuito reperta ſit, unde eidem



verbis deſuper correctæ, ne poſthac illuc denuo redire præſumat, proprietarius inhibet, atque inſuper interrogat, cujus eſſet &c. prædicta ancilla verò nunc hæc nunc illa profert, ipſum autem, ubi prævië habitârat, altùm celat locum, & ſe minimè eò redituram fore appromittens diſcedit, nec usquam apparet, donec ſeptimo poſthac die in eodem, verùm mortua invenitur horreo: Re igitur ad præfecturam delatâ, Ego ad cadaver anatomicè ſecandum competenter requiror, ut inde de cauſa mortis clarè innoteſcat; ſeco igitur, & Tyronibus præſentibus cuncta commonſtrans, atque ad ſtomachum deveniens, nigrum quid ex eo prominere cerno, & ecce! cultri apicem apprehendo, atque in conſpectu plurimorum adſtantium paulatim extraho, cultrum igitur (cujus accuratiſſima hæc eſt figura

aaaa *Der Griff iſt von ſchwartz Horn.*

bbbb *Die* lamina *iſt von dem* ſucco gaſtrico, ſive ventriculi fermento *gantz ſchwartz angeloffen.*)

omnibus demonſtro;

Cùm itaque ancilla quæſt. locum habitationis præviæ, ùt & Patriam ſtudiò celarit, atque quod maximum eſt, foris ſive in externo corpore nullum omnino vel perpeſſæ, vel peractæ violentiæ ſignum videndum fuerit; Minimè hinc dubitandum reſtat, quin voluntariò cultrum deglutiendo ſe enecare voluerit.

Excellentiæ Tuæ,

Harrburgi (è regione Hamburgi ad Elbam)
Nonis Jan. 1719.

Servus obſequioſiſſimus
J. W. Alruz, D. Phyſic. Prov.

CASUS XVIII.

DE
VENEFICIO SEU INCANTATIONE PUTATITIA.

Reſponſum Facultatis Medicæ Giſſenæ, Deſuper contractura Incantationi perperam adſcripta.

PRævià requiſitione Conſiſtorii Eccleſiaſtici Principalis Giſſeni Nos Decanus, Senior, Doctores, & Profeſſores Ordinarii Facultatis Medicæ Giſſenæ communicata nobis, & Johannem Melchiorem, Eſchenrodenſem, è Præfectura Niddana: (qui fratris ſui uxorem ob ſurreptum ſemen braſſicæ per remedia Magica contractam reddidiſſe dicitur) concernentia acta debita cum ſedulitate perlegimus, Collegialiter & maturè perpendimus, & juxta omnes & ſingulas illîc occurrentes circumſtantias Principiis Phyſico-Medicis conſentaneum invenimus: quod licet negari non poſſit, 1. ſub mediis ejusmodi ſuperſtitioſis ſemper pactum aliquod intrinſeum cum Diabolo abſconditum lateat, vi cujus 2. Satanas poſt illorum uſum, permittente ita DEO, etiam ſine operatione magneticâ corpori humano ejusque artubus modo quodam inſenſibili nocere valet; qualia exempla non tantùm *Frommannus de Faſcinatione*, & nuper admodum *Mercklinus* in *ſylloge Caſuum Phyſico-Medicinalium, incantationi* vulgò adſcribi ſolitarum, annotârunt, imò in ſacra ſcriptura alicubi obvia ſunt: 3. quoque illi, qui furto ſe è ſtatu gratiæ præcipitant, ſimili periculo magis expoſiti ſunt, eâque de cauſa 4. adhuc noſtris diebus à cryſtallomantis & diaboli mancipiis intus & in cute anguntur, mutili & contracti redduntur, aut ſenſoriis quibusdam externis privantur & per contactum externum inviſibilem Diaboli variis modis afficiuntur.

Attamen quoniam contractura, atrophia & aphonia Conjugis Andreæ Melchioris in Actis invenienda, & in relatione Medicorum deſcripta 1. non ſtatim poſt uſum remediorum ſuperſtitioſorum, ſed ſextô demum anno poſt actum illum, quô Johannes Melchior aliquid de ſurrepto ſibi braſſicæ ſemine in foramen terebra rotæ molari confectum inſeruerat, & abhinc obturaverat, in illa obſervata fuerunt. 2. Ex eadem relatione eluceſcit, quod muliercula hæc ante IX. annos, quàm omnia hæc acta ſunt, vertigine capitis & paralytica quadam conſtitutione in manibus & pedibus correpta fuerit. 3. hæc ipſa ſimul de lancinationibus artuum conqueſta eſt.

Vid. *Reſp. actoris ad Quæſt.* 2.

4. Omnibus probatis in Arte Medicis conſtat, quod poſt ingentia tormina & dolores facilimè Contractura quædam aut pareſis in artubus, ob nimiam, nervorum diſtenſionem oriri poſſit.

6. Haud pauci ſæpe affectus præternaturales & ſymptomata magiæ atque incantationi adſcribuntur, quorum naturales & manifeſtæ cauſæ poſtmodum ad oculum quaſi ſe truſerunt, qualia exempla *Wierus* de *præſtigiis Dæmonum*, ipſe *Beckerus* in *Mundo incantato* quamplurima allegarunt.

Tandem 7. planè abſonum videtur, ſi in ſimilibus negotiis, ubi cauſæ naturales in promptu ſunt, ad alias abſconditas deflectere velimus, ut

> *Reinkingius* in *Reſponſo de nullitate proceſsûs contra ſagas è Baldo in Lib.* 1. *de ſerv. fugit.*

egregiè habet;

Hinc firmiter ſtatuimus accidentia ſupradicta in uxore Andreæ Melchioris non tam ab incantatione & ſpecie à ſupradicto remedio ſuperſtitioſo, quàm potius ab aliis naturalibus & internis cauſis orta fuiſſe, indeque inquiſitum per elenchum non cauſæ ut cauſæ ſeſe ipſum in præſens infortunium præcipitaſſe. Atteſtationis gratia SigillumFacult. noſtræ his adjunximus. Sign. Giſſæ die 27. Jan. 1719.

Decanus, Senior, Doctores & Prof. Ordin. Facult. Med. ibi.

APPENDIX I.

DE
SUDORE CHRISTI SANGUINEO, AN NATURALIS, AN MIRACULOSUS, AN EX UTROQUE MIXTUS FUERIT?

Requiſitio.

Vir Magnifice atque Excellentiſſime, Profeſſor Celeberrime.

EA eſt nominis Tui celebritas, utqui eruditis accenſeri velit, neque tamen eruditiſſimorum tuorum ſcriptorum notitiâ inſtructum ſe profiteatur, eruditi nomine meritò ſuó habeatur indigniſſimus. Pluſcula ut taceam, quis quæſo eſt, qui ſuaviſſimam ſacræ ſcripturæ cum Phyſica conſpirationem proditamque inibi ſanctorum ſcriptorum in rebus naturalibus notitiam abs Te vindicatam maſculè, atque contra male-ſanos Philoſophaſtros ex Phyſica ſacræ ſcripturæ vilipendium augere amantes adſtructam haud deprædicet ac veneretur? Quis

Quis eſt, qui Wittebergenſium æquè ac aliorum Theologorum gratias propterea rectiſſimè Tibi actas calculo ſuo non adprobarit, Tibique fauſta quæque haud fuerit apprecatus. Atque in ipſorum numerô, quos ingenii Tui cepit admiratio, mea quoque comparet tenuitas. Scilicet Phyſicam ſemper habui piæ devotionis ſuſcitabulum, incidens in eruditiſſima ſcripta Tua, tacitas ad DEUM fundebam preces, cùm tùm demum intellexerim, quantum ad hæreticorum ſophiſticationes convellendas naturalis conferat ſcientia. Phyſicis ergò intentus ſpeculationibus conſilium capio de conſcribenda diſſertatione Theologica ſudorem Suaviſſimi Salvatoris ſanguineum declaratura. Cùm verò iſtud ſine capite præliminari ac magnam partem Phyſico commodè fieri nequeat, diu multumque Tuam expetivi informationem. Verùm cùm ante futuram æſtatem Celeberrimam Academiam Veſtram adire ſtudiorum meorum haud permittat ràtio, mea tamen interea temporis habenda veniet diſſertatio, conſilium inii de petenda per literas informatione. Magnum eſt, fateor, quod peto, aſt cùm Salvatoris concernat paſſionem remque adeò piam, ac, ut puto, laudabilem, pudorem tandem ſufflaminavit φιλομάθεια, quod ipſum ne ægrè ferat Excellentia Tua, eſt quod obnixè rogo. Ut autem pateat, quid mihi velim, quæſtionem an ſit? divinis niſus revelationibus ſuppono tanquam certam, ὡσεὶ illud, quod in textu, ex locis parallelis declaraturus. In eò autem hæret mihi aqua, utrum naturaliter fieri queat, ut quis ſudorem ſanguineum guttatim in terras cadentem emittat? uti multi ſunt, qui ajunt, ita longè plures negantem deprehendo defendentes. Certè qui Chriſti quoque ſudorem naturaliter contigiſſe aſſerunt, minus piè de exquiſitiſſimis Salvatoris doloribus videntur philoſophari. Nec eſt, quò exemplis negotium conficiamus. Præterquam enim quod exempla (præſertim illud ex *Thuano*:) plurimùm ſint ſuſpecta, ego non crediderim ſtatim ſudorem ſanguineum eſſe dicendum ſudorem heroum fortiter pugnantium atque ſanguinis colorem qualitercunque referentem. Primùm itaque in eo videor mihi dubitare, utrum ſudor iſte dicendus ſit miraculoſus, utrum potius naturalis? & ſi talis, quærerem rationes, quibus id evinci queat. Deinde etiam in eô eſt difficultas, an ſudor iſte computruerit, an fuerit reaſſumtus? quæſtio decidi nequit, ni prius rectè conſtiterit, an verè fuerit ſanguineus isque miraculſus? ſed hoc problemate Tuam Excellentiam non gravo, edocebunt me iſtud Theologi. Hac ergò difficultate omiſſa reſtat tamen adhuc quippiam, in quo Excellentiæ Tuæ mihi venit imploranda benignitas. Scilicet præter Leonh. Matth. de mirabilibus ſanguinis Chriſti in triduo mortis effuſo (quô tamen libro hactenus potiri non potui) neminem novi, qui hanc materiam ex profeſſo fuerit proſecutus; quanquam apud Scriptores Eccleſiaſticos, tum veteres, tum recentiores, it. apud Scriptores Phyſicæ ſacræ, ac eos, qui de mirabilibus paſſionis Chriſti ſcripſerunt, multa occurrant admodum ſparſa. Tua igitur Excellentia pretioſo Chriſti ſanguine mota recenſebit mihi Scriptores hac de re legendos. Certum eſt collatum iri hoc beneficium in hominem Excellentiam Tuam Parentis ad inſtar honoraturum, idque per Chriſti ſanguinem à DEO impetraturum, ut Excellentia tua DEO ac bonis conſervetur ſalva atque incolumis. Vale, Vir Excellentiſſime, hasque ταχέως multum propter tabellarii importunitatem ſcriptas literas vultu Tibi proprio, h.e. placidiſſimo agnoſce. Servet Te Deus!

Novell. Val.

Excell. T.

ὡς τάχιστα *Jenæ d. 19. Nov. 1695.*

Obſervantiſſimus

Erneſtus Salomo Cyprianus, Francus, SS. Th. Studioſus.

Reſponſum

Præcellens & Nobiliſſime Dn. Cypriane, Fautor ex Amice ſincere Colende.

Plura mihi tribuis, quàm revera mereor, & niſi de pietate Tua & ſinceritate me certiorem redderent exoptatiſſimæ Tuæ literæ, neſcio quem palpum Tibi exprobrarem, eóque magis, quod de Dnn. Theologorum (quorum meminiſti!) Wittebergenſium gratiis mihi actis ne per ſomnium quid perceperim. Omnia igitur affectui illi, quo me proſequeris, tribuo magis, quàm meritis meis, & ſicut de priori mihi gratulor, ita de reciproco meo in Te amore nullus dubita, quem coram, ſi occaſio ſe truſerit, Tibi conteſtaturus ero. Interea gratulor ſimul ex animo de pientiſſimo & omnino laudabili propoſito, quô Salvatoris ſuaviſſimi ſudorem ſanguineum diſputatione publicâ depingere ſatagis, faxit Deus, ut omnia feliciter!

Meam quod attinet ſententiam utique manibus pedibusque in Tuam abeo, ſudorem ſc. Chriſti reverà fuiſſe ſanguineum, eumque prorſus miraculoſum, ita quidem ut Salvator ſanguinem (θρόμβους τοῦ αἵματος) non qua homo, ſed qua Θεάνθρωπος ſudârit. Ejusmodi enim ſanguinem verum & proprie ſic dictum, imo grumoſum ſudare res eſt naturam humanam omnino tranſcendens. Obſtat mechanica pororum & glandularum, ſudoris ſecretioni deſtinatarum, textura, qua nil niſi ſerum prorſus aqueum admittere valent; & licet laxatis fortè & ampliatis porulis quid de ſanguine craſſiusculo admittere poſſint, idem tamen per vaſcula illorum ſecretoria & excretoria ſubtiliſſima viſumque fugientia emitti poſſe, mihi in æter-

in æternum perſuadere non potero, quicquid etiam de ſudore plus minus tincto referant Caſuiſtæ.

Attamen quod attinet: An ſanguis ille computruerit? curioſum magis, quam fructuoſum eſt. Quodſi tamen mea hîc ſententia exigeretur, in negativam inclinarem, cùm ſecundum Pſalm. XVI. Sanctus DEI corruptionem non ſit viſurus. Plura ſi deſideras è Theologis Tibi *Stegmanni Chriſtognoſiam* commendo, qui Tit. de Agoniſmo ſalvatoris fusè de hiſce egit. E Phyſicis ex Profeſſo de hoc argumento ſcripſit *Valentinus Henricus Voglerus* in *Phyſiologia paſſionis Chriſti*, Helmſtadii edita. Vale.

Giſſæ d. 30. Nov. 1695.

Tuus ex animo Totus

Michael Bernhardus Valentini.

REPLICA.

P. P.

Reſponſorias, quibus tenuitatem meam dignatus es, penſitans, dici non poteſt, quantâ voluptate ac gaudio perfuſus undique & delibutus fuerim. Nimirum talem deprehendi Magnif. Tuam, qualem deprædicarant alii, ſcilicet ad gloriam DEI promovendam omni robore annitentem. Eſt hic mos filiorum DEI domeſticus, ut juventuti Eccleſiæ DEI inſervituræ omnibus modis calcar addant, præſertim ubi non tam vanis iisque φρονήματι σαρκὸς originem debentibus, quàm ſanctis ἱκέτȣ noſtri φιλανθρωπίαν explanantibus meditationibus conſumi tempus intelligunt. Atque hoc ipſum, vir Magnifice, abunde Tua præſtitit Magnificentia ſuaviſſimis ad me perſcriptis literis, amorem erga immerentem ſatis ſuperque prodentibus. Sed quid ego contra? quod jam ſolum meæ opis eſt, gratias ago, verum ita, ut apud DEUM fieri amat, ſentiendo copioſius quàm ſcribendo. Ago gratias DEO quod Te nobis dederit, precor precaborque DEUM, ut Te nobis ſervet, obſervantiſſimam mentem qualicunque τεκμηρίῳ B. C. D. mox expoſiturus coram.

Cæterum adſerit Magnif. T. ſe de gratiis ſibi à Theologis Wittebergenſibus actis ne per ſomnium quid percepiſſe, quod quidem præter omnem ſpem eveniſſe certum eſt. Ex Theologis enim Wittenbergenſibus D. D. *Löſcherus*, Patronus meus, ac D. D. *Neumannus* (de D. D. *Deutſchmanno* ac D. D. *Hennekenio*, olim veſtro, nil habeo dicere, rotundè tamen, uti ſolemus, literis prioribus locutus) publicis pariter atque privatis collegiis Magnificentiæ T. ſanctiſſimam operam, quam Theologis in Phyſica S. præſtet, eô quo par eſt, modô concelebrant grataque mente agnoſcunt. Taceo diſſertationes pluſculas, in quibus Magnif. Tuæ eruditiſſima ſcripta multifariam laudare adſolent. Sed hæc obiter.

Quod Magnificentiæ T. ſententiam, quæ μεσίτȣ noſtri ſudorem miraculoſum arbitratur, attinet, gaudeo impensè. Miſror certè ex noſtris Theologis repertos fuiſſe, qui partim naturalem, partim ſupernaturalem dixerunt. Proponit ac ſuam facit hanc ſententiam, qui *Dn. Faeſio Chriſt. inc. p.* 66. longè Doctiſſimus & in literis & omni eo, quod ſub ſcientiam cadit, verſatiſſimus audit, *B. Claſenius Exercit. ſacris ad Paſſ. Dom. L.* 11. *c.* 2. *p. m.* 152. Sed unde probet, ego quidem non video. Anne quando expreſſit ſudorem illum immenſum onus, quô premebatur Chriſtus, ita ut natura conſumſerit fortitudinem ſuam, atque ex hoc capite ſanguinem continere non potuerit, ſed is perrupto, uti B. Vir loquitur, aggere ex toto corpore profluxit, anne, inquam, hoc non eſt ſupra naturam? Omnino ſupra naturam, præſertim ſi terminum, uti apud Philoſophos uſurpatur, velimus adhibere. Nemo, credo, facilè aliter ſentiet, quàm ſudorem iſtum, tum quoad ſubſtantiam, tum quoad cauſam efficientem fuiſſe ſupernaturalem.

Gratulor quoque mihi, quod, ubi ſanguinem illum, quippe ȣ̓ φθαρτὸν I. *Petr.* I. 18. ſed multis & infinitis prærogativis dotatum, computruiſſe negavi, Magnif. T. nactus fuerim applauſum; quanquam hoc problema, quippe πρὸς οἰκοδομὴν parum faciens, in ſcripto tribus ſaltim verbis ſim delibaturus. Gratias tandem ago pro recenſione Autorum, ſpeciatim verò pro piiſſimo voto. Illud impletum iri ut nullus dubito, ita viciſſim fauſta quæque Magnificentiæ T. apprecor, meámque tenuitatem etiam atque etiam commendo.

VIR MAGNIFICE, Servet Te DEUS in viventium faſciculo.

Magnif. Tuæ

Dab. Jenæ die 25. Jun. 1696.

Obſervantiſſimus

Erneſtus Salomon Cyprianus.

Dum hæc prelo committo, ad manus meas defertur quarta Diſſertatio *P. Calmeti* in Teſtam. vetus & novum, ſub rubrica: *diſſertation ſur la Sueur du Sang de N. S. JEſus Chriſt au Jardin des Oliviers Luc. XXII.* 43. 44. *à Paris* 1720. 4. ubi ſudorem hunc naturalem fuiſſe dicit, ſed authoritate magis, quam ratione nixus.

APPEN-

APPENDIX II.

DE NOCTURNIS SAGARUM CONVENTIBUS.

Dn. Joh. Georgii Hoyeri Anno 1693. Gieſſæ pro gradu Magiſterii ventilata.

CAPUT PRIMUM.

§. I.

ETſi Eccleſia partim Oraculis divinis, partim experientia docta, cognovit Sathanam inſidiari cum ſtatibus Hierarchicis, tum hominibus ſingulis, nec quicquam inexpertum omittere, quod ad perniciem illis inferendam uſquequaque faciat; tamen fraudes ac impoſturæ, quibus homines circumvenire ſolet, tam variæ ac multiplices ſunt, ut difficile & propemodum impoſſibile fuerit ſingulas inveſtigare, & ſine auxilio divino cavere. Tam artificioſe laqueos tendit, integumentis velat, hominesque ſuis illecebris ineſcat ac allicit, ut omnem induſtriam humanam facilimè eludere poſſe videantur. Hinc inter eruditos nata ſunt tot de Orgiis & conventibus ſagarum ſententiarum divortia, quos ſtatis temporibus celebrare perhibentur; Quidam etenim exiſtimant ſagas comitiis à ſathana indictis quoad ſubſtantiam ſubindè intereſſe, & à ſatellitibus miniſtrisque Beelſebub ad deſignatum locum realiter transferri; Alii rurſus vectiones usquam fieri præfractè negant, totumque id, quod ſe vidiſſe & audiſſe maleficæ autumant, in meris deluſionibus ac præſtigiis diabolicis conſtituunt; Nec defuere qui exiſtimaverint animam, rupto naturali vinculo, ad præſcripta loca commeare, exuviasque ſpiritu caſſas interim domi quieſcere. Aſt hæc poſtrema ſententia, quæ *Bodinum* fautorem nacta eſt, ab omnibus modernis & ſanioribus Philoſophis merito repudiatur. Neque enim ſine acerbo ſenſu ac dolore, quem ſagæ omninò nullum confitentur, unio diſſolvi, partesque à natura rectiſſimè copulatæ ac junctæ dirimi, neque peregrinata per auras anima corpus deſtitutum reſumere operationesque vitales extinctas, ſuo reditu ſuſcitare, aut dæmon diſſipatos ſpiritus recolligere poſſe videtur. Ceſſantibus operationibus vitalibus, quæ ab anima proficiſcuntur, corpus iners, pro mortuo habetur. Mortuos autem in vitam revocare, ruptumque naturale vinculum redintegrare ac reſarcire nemo poteſt, niſi ſolus vitæ auctor DEUS,

§. II.

Sed his miſſis ad duarum reliquarum ſententiarum, quæ probabilioribus rationibus nituntur, examen, operam noſtram referemus. Imprimis circa opinionem ſecundo loco poſitam obſervandum, quod Dæmon poſſit faſcinare homines per ſpecies, ſenſibus externis oblatas objectum αἰσθητικὸν aliter repræſentando, quam reverâ ſe habet, Ita ut fraudis cauſa, vel ab objecti, vel organi ſenſorii, vel medii interjecti vitio, videatur eſſe arceſſenda. Objectum enim aliquando celerrimè agitat, ſæpe ſurripit, alterumque derepentè ſubſtituit, ſubinde novis qualitatibus induit, ac veſtit, interdum ſitum comprimendo, vel dilatando, item alterando ac transponendo ſic diſponit, quemadmodum ipſi oportunum, & ad finem quem intendit conſequendum conducibile fuerit. Facultatem perceptivam in organo ſenſorio, vel obtundit, vel perſtringit, ſpirituum humorumque commotione, vel ſpecierum confuſione. Medium infuſcat, & ſic temperat, ut ſpecies, per illud deferendæ, aliter modificentur, quam ſi itinere libero ad organum transferentur. Non rarò ligato, ac ſepulto ſenſuum externorum miniſterio, phantaſmata perturbat, quod vel ſopitis, arctiorique ſomno complexis accidit, vel etiam vigilantibus ſpecies, ænigmata, imagines, ſpectra, circa ſenſuum externorum interventum, prodigioſè offert, qui fallendi modus fortè ecſtaſis appellari poteſt. Nullum itaque eſt dubium, quin dæmon hæc ſingula præſtare queat, eamque potentiam ſeu facultatem cum bonis angelis habere communem.

§. III.

Utrum vero dæmon, ſive alius ſpiritus creatus polleat ea facultate, ut ceſſante omnium externorum ac internorum ſenſuum miniſterio, ac citra phantaſmatum adminiculum, poſſit intellectum ad abſtruſarum rerum cognitionem per ſpecies intelligibiles, animæ immediate impreſſas, elevare, ac diſponere, valde ambigo; Eſt etenim anima humana Ens incompletum, & ad unum ſuppoſitum, cum corpore organico conſtituendum, determinata, omnisque ejus cognitio, à phantaſmatibus, interventu ſenſuum externorum, ab objectis αἰσθητικοῖς hauſtis, tamquam principio partiali dependet, & intellectus cum phantaſmatibus, velut altero cognitionis eliciendæ principio, junctus, conſtituit unum adæquatum cognoſcendi principium, nec utrũvis ſine altero ſufficit, ad cognoſcendi actus eliciendum. Diabolus autem nec intellectum in ratione cognoſcitiva perficere, nec alterius principii defectum aliundè, quam naturalibus mediis ſupplere poteſt. Ergò nec immediate intellectum, citra phantaſmata, ad aliquos cognoſcendi actus determinare.

§. IV.

Quod autem unus angelus alteri, per ſpecies liberè impreſſas, loqui, & ſententiam communicare poteſt, huc non ſpectat, quia eorum intellectus eſt principium per ſe completum, ad cognoſcendi actus eliciendos, nec eget ſenſuum ſive internorum ſive externorum ſubſidio, noſter autem intellectus naturaliter à ſenſibus dependet, & à phantaſmatibus in ratione principii cognoſcitivi perficitur. Nec ſententiæ adverſæ ſuffragatur, quod animæ beatorum à commercio corporis ſeparatæ, poſſint DEUM, Angelos, aliosque beatudinis conſortes agnoſcere, totiusque cœleſtis Hierarchiæ ſtatum & deſcriptionem contemplari; ad hos quippe actus cognoſcendi, per infuſum lumen gloriæ, à DEO elevantur, quod nullus angelus impertire poteſt. Nec porro obeſt ſtatus animarum damnatarum, quarum intellectui, peccatorum in corpore patratorum formidabilis memoria, urgentisque calamitatis magnitudo, cum exquiſitiſſimo doloris ſenſu conjuncta obverſatur; Nam rerum in corpore geſtarum notitia, per fatalem umbram non obliteratur, ac diſpungitur, ſed in anima eſt reſidua, per ſpecies intelligibiles, in corpore perceptas, quæ damnatos vehementer excruciat, macerat & velut ſaxum Tantalo ſemper impendet. Quomodo vero dæmones & animas alias extra ſe eodem ſupplicio affectas cognoſcant, & igne infernali, quem elementarem eſſe plerique Theologorum exiſtimant, torqueantur, difficile eſt explicatu, & parum ad inſtitutum noſtrum refert, in illum quippe ſtatum, præter naturalem appetitum ſeu inclinationem ſunt juſtitiâ DEI vindicativâ detruſæ, nos autem loquimur de ſtatu naturali, qui corporis & animæ unione conſervatur perennatque, & hoc durante, diabolum poſſe ſine phantaſmatum adminiculis, cum anima immediatè agere, & quicquid libet perſuadere & imponere, non abs re negatur.

§. V.

Certum itaque eſt, Dæmonem poſſe his præſtigiis, ac faſcinis perſuadere lamiis, ut ſe exiſtiment per æthera volare, palatium magnificè exſtructum ingredi, hoſpitaliter excipi, aliumque apparatum convivalem, quaſi coram intueri, epulari, choreas ducere, obſcœnis voluptatibus frui, & quæ ſunt ejus generis plura, cum tamen ipſæ ſagæ, ne quidem è cubiculo, in quo ſterterant, pedem retulerint, ſicuti experientia ſæpiſſimè compertum eſt. Utrum vero ſemper ſic fraudentur, nec usquam cœtui diabolorum corporaliter interſint, non præter cauſam dubitaverim, dæmones etenim corpora movere, hæc moventibus cedere & obſecundare, & natura omnia, quæ ad localem translationem requiritur, affatim ſuppeditare poſſunt. Quod ſi DEUS permiſerit, non video quid conatum hoſtis remorari ac ſufflaminare poſſit.

§. VI.

Ut credamus Angelos poſſe, non ſolum ſe ab uno loco ad alterum, ſed & corpora graviſſima ſimul transferre, ſana ratio, ac teſtimonia luculenta ſuadent. Ne quem vocum ambiguitas fortè offendat, in anteceſſum monemus, nos per locum non intelligere ſpatium corpori locando æquale, ſive ſuperficiem corporis ambientis, quotiescunque Angelos locum mutare dicimus, ſunt enim quantitatis corporeæ expertes, ideo nec loco uno circumſcribi incipiunt, & altero deſinunt, ſed tum per locum intellectum volumus certum πȢ, ſive *Ubi*, in quo, tamquam definitæ ſubſtantiæ verſantur, nam cum ubique eſſe nequeant, & tamen exiſtant, uſpiam eſſe neceſſe fuerit. Quod ſe movere poſſint, nullum eſt dubium ſunt enim ſubſtantiæ finitæ, vivæ, intellectu ac voluntate præditæ, à quibus facultas locomotiva minime videtur eſſe divellenda, licet nonnumquam uſus ab externo principio impediatur. Alias etiam ſubſtantias à ſe diverſas movere poſſunt, quia ſæpiſſimè apparuerunt in ſpecie ſenſibili, rerum naturalium formam affabrè imitante, voces etiam articulatas per organa, ad id aptè conſtructa formarunt, corpora itidem ex aere vel alio ſubjecto condenſata & ficta, legationibus defuncti exuerunt, quod facultatem operandi in ſubſtantiis extra ſe poſitis, ſatis ſuperque arguit. Qui enim corporum fictio, partiumque amœna ſtructura, ac explanata vocum impreſſio, naturæque per omnia conſentiens imitatio, ſine principio movente conſiſtere poteſt?

§. VII.

Exempla ſi deſideraveris, ea propè innumera apud profanos ſcriptores invenies, nec pauca apud ſacros, ex quibus duo præcipue annotari merentur, quæ homines, ab angelis, per auram vectos, & ſuaviter depoſitos teſtantur. Unum exemplum nobis ſiſtunt Acta Apoſtolorum cap. VIII. v. 39. Ubi Philippus narratur, à ſpiritu Domini h. e. (ut multi probatiſſimi Theologi interptetantur) Angeli, Hieroſolymis Azotum fuiſſe translatum. Alterum requires in adjectionibus ad Caput III. Danielis, ubi prophetam Chabacuk, cum pulte meſſoribus afferenda, ſubitò angelus DEI Babylonem, ad Danielem in ſpelunca ſedentem detulit, & porrecto juſculo derepentè in locum, à quo ſublatus erat, reſtituit.

§. VIII.

Si quis forte cum Ulrico Molitore, quem Martinus *Delrio L. II. Magic. Quæſtionum q.* 16. citat, exceperit infirmum argumentum necti, à virtute bonorum Angelorum ad Cacodæmones,

nes, cum robur utrinque impar & inæquale fuerit, is idem à nobis reſponſum feret, quod *Ulricus à Martino* allegato loco, retulit; nimirum angelos malos, per apoſtaſiam dona gratiæ tantum amiſiſſe, ſalvis naturæ dotibus in primæva creatione collatis, adeoque hactenus argumentum firmo conſiſtere talo. Sed placet argumentis potius philoſophicis, & humano teſtimonio fretis dimicare, quam Theologicis, ne limites transgredientes, falcem in alienam meſſem immittere, & ſacra profanis temerario auſu miſcere videamur, niſi deficientibus rationibus philoſophicis ad oracula divina recurrendi neceſſitas nobis imponatur.

§. IX.

Exempla ex profanis ſcriptoribus petenda differam ad caput ſequens, in quo, de totius conventus ratione, & proceſſu acturi erimus. Diſquiri ſolet inter auctores de modo, quo ſpiritus corpora moveant, quæ & quanta movere poſſint, quæve his affinia ſunt; Alii volendo, abſque facultate ceu potentia executiva à voluntate diſtincta corpora moveri exiſtimant; alii virtutem à voluntate, intellectus ſcientia practica directâ, diverſam, in Angelorum natura ſupponunt, quâ mediante onera impellunt, & bajulant. Poſterior ſententia nobis probabilior videtur, non obſtante Angelicæ naturæ ſimplicitate; In ſpiritibus etenim finitis, locum habet compoſitio ex ſubjecto & accidentibus, etſi phyſica, quæ in materiæ & formæ, partiumque integralium unione conſiſtit, illis attribui nequeat. Si enim ſoli voluntatis imperio corpora obſecundarent, & ad nutum ejus commoverentur, robur pene infinitum angelis attribuendum eſſe videretur, ratio eſt hæc, quia ſicut voluntatis libidini, nullus à natura modus conſtitutus eſt, ita nec potentiæ, libidini voluntatis innixæ, limites ſtatui poſſunt, & creſcente in infinitum voluntatis conatu & cupiditate, robur etiam infinitum natura angelica acquiret. Talem autem angelicæ potentiæ ἀπειρίαν inducere, eſt creaturæ, quæ creatori ſunt propria, temerè attribuere.

§. X.

Neceſſe itaque eſt potentiam Angelorum aliquo, ipſorum actionibus adæquato principio alio limitari, quod per voluntatis imperium applicatur ad exequenda ea, quæ ipſorum naturæ ſunt poſſibilia, & quodammodo proportionata. Non enim Angelus, quæ & quanta vult corpora movere poteſt, ſed illa tantum, quæ ad ejus δύναμιν limitatam & juſtam proportionem habent. Et probabile eſt unum ſpiritum poſſe plura contigua corpora, vel etiam ſeparata, modo intra eandem activitatis ſphæram contineantur, aut aliquo tertio connectantur movere, ut v. g. unus Angelus, duos vel plures homines, ſubſtrato ſolido cui inſiſtant, inſideant, ac incumbant fundamento, eodem motu, ab uno loco, ad alterum vexare, ac traducere poteſt.

§. XI.

Deinde ut ſolent ſpiritus, in certas claſſes, nobis quoad ſpecificam rationem incognitas, diſtingui, ita etiam par eſt credere, virtutem operandi, inter diverſæ claſſis ſpiritus, invicem comparatos, eſſe diverſam, & juncta plurium operâ, majora & plura corpora volvi, ferri, & agitari poſſe. Utrum vero Angeli diverſæ claſſis, inter ſe ſpecie differant, non eſt præſentis loci ac inſtituti diſquirere.

CAPUT SECUNDUM.

§. I.

His præmiſſis, enarrabimus Hiſtoriam, quomodo infauſtæ illæ aves ad iter ſe accingunt, conventus celebrant, & peractis orgiis demum revolant. Dum inſtat tempus, conventibus nefariis præſtitutum, quisque ſuis ſagis addictus cuſtos, ac ſatelles, ſuam ad locum deſtinatum accerſet, & quæ facto opus fuerint ſuccinctè exponit, illa vero, dato à prætervolantibus lamiis voce & ſtrepitu ſigno, ſe ad iter comparatura, unguento ex enectorum infantum tenerrimis membris excocto, aut ex alia inſulſiſſima materia præparato, baculum, furcam, colum, ſcopas, vel aliud quidvis, quo vehantur inungunt, ſic præparatæ, applicato inſtrumento, per auram ad conventum tendit, ubi omnia accenſis tædis, ac facibus collucent, ingreſſa Dæmonem, in ſpecie formidabili, ut plurimum canis, vel hirci, ſolio ſublimi inſidentem, adorat, geſtibus, interdum ſupplicantis ad modum compoſitis, interdum abſurdis, & ut talem ſocietatem decet, ab omni verecundia & pudore alienis, tergum obvertit, crura in altum jactat, caput in dorſum reclinat, ita ut vultus ſupinus ad cœlum feratur. Deinceps oblatis funalibus cereis, aut piceis, vel umbilico infantis, vel liberis propriis, vel alienis, immani ſcelere ac truculentia enectis, vel etiam hoſtiâ conſecrata, quam, in contumeliam Salvatoris noſtri, execrabili flagitio peſſundat, in ſubjectionis teſſeram diaboli (quod citra veniæ præfationem dici nequit) inviſas ac ſpurcas nates exoſculatur. Deinceps igitur ad menſam, ad quam ſingulæ ſuis, vel ad latus, vel ex transverſo, dæmonibus, illarum cuſtodiæ & curæ deſtinatis junctæ diſcumbunt. Conſecratur menſa conceptis in blaſphemiam Dei verbis, quibus honorem, potentiam & gloriam, Deo ſoli debitam, impuro ſpiritui attribuunt & vendicant, ſatiatæ voto ſimili cœnam claudunt. Deinde conſurgunt, ſingulæ ſuis magiſtellis (ſic enim maleficæ cuſtodes diabolos appellant) junctæ tripudiant, carmina obſcæna modulantur, & tamquam amentes obverſis tergis, manibusque in orbem retortis diſcurrunt, geſtiunt, cervices jactant, & quam turpiſſime fieri poteſt, ſe inter choreas gerunt. Nonnumquam ad alicu-

jus in bifida arbore ſedentis fiſtulam, vel nervos, candelas manibus tenentes, ſaltant. Poſtea mutua laſciviæ officia fœdiſſimè accipiunt, & reddunt. Solent etiam maleficia â noviſſimo conventu patrata recenſere, quæ quo atrociora inveniuntur, eo magis diabolis ſunt commendatæ, negligentiores vero vapulant, & verberibus graviter mulctantur. Poſtremo dato venefico pulvere, monentur, ut omnibus noceant, & vindictam gnaviter exerceant, quo facto, ut quæque acceſſit, ſic domum repetit. Hæc breviter ex *Martini Delrio diſquiſitionum Magicarum lib.* 11. *quæſt.* 16. excerpſimus, prolixiora enim videbantur ipſa auctoris verba, quam quæ integra huc transſcriberentur.

§. II.

Ex hiſtorica horum nefariorum conventuum deſcriptione reſultant aliquæ quæſtiones, quas in majorem argumenti dilucidationem ordine ſubjungemus. Quæſtio I. Cur dæmon ſagas ad conventus nocturnos corporaliter, defert, cum citra ambages, & lamiarum periculum, cui his vectionibus facile exponuntur, poſſet illis, ſuis impoſturis & præſtigiis, quicquid vellet, facilius perſuadere, videtur & ſibi, & ſuis mancipiis, hoc modo malè conſulere. Reſp. Diabolus habet ſuas rationes prægnantes, etſi nobis non æquè obvias ac explicabiles. Interim ex Spineo has rationes, cum lectore communicabimus, Videſis *Spin. q. de Strig. Cap.* 20. His conventibus venefici in malitia magis obfirmantur, ſingulorum peccata criminis participatione aggravantur, plures facilius implicantur, audentiores multitudine peccantium ad maleficia exercenda redduntur, exemplis propoſitis ad imitationem facilius inducuntur, voluptas etiam creſcere videtur, quo plures habeant, ſuæ delectationis improbæ conſcios, difficilius elabuntur, quo pluribus teſtibus in crimine conſtricti detinentur, ſæpe iteratis conventibus excœcantur, & animus quaſi quodam habitu occalleſcit. Pericula quæ imminere videbuntur, quoad Deus permittit, multis modis cavet, ac prævertit. Lamias etenim docuit, venefico oleo maritos ſopire, donec peracto convivio, domum revertantur, ſæpe aliud corpus, quod locum abſentium tantiſper impleat, ſupponunt, vel dæmon ipſe vicem earum occupat, vel ſenſus perſtringit, ac faſcinat, ne fraus advertatur, ſic *Remigius Dæmonolog. Lib. II. cap.* 12. refert Hamburgi 9. Jun. Anno 1590. Mariam uxorem ſartoris in Metzeſch ſtramentorum faſciculum, veluti unguine infuſcatum, in lectum depoſuiſſe, qui ſtatim atque ipſa domum eſſet reverſa, evanuit, & Dæmonem Catharinæ Ruffæ vices aliquando geſſiſſe, dicto loco idem aſſerit. Quicquid ſit, certum nihilo minus manet, hoc iter cùm maximo periculo eſſe conjunctum, quod vectore diabolo ſuſcipitur, qui ſæpè ultrò, ſæpe à Deo impeditus, vel fugatus, ſtriges per æthera trajectas deſtituit, in teſqua, paludes, vepreta, montes & quod caſus offert præcipitandas, & impingendas. Sic *Paulus Grillandus* nobilis juris Conſultus *Lib. II. de ſortileg. quæſt.* 7. narrat Anno 1524. Lucretiam quandam in ſpinetum fuiſſe à Diabolo præcipitatam, & deſertam, item duos ruſticos, è Vogeſorum præfecturâ, à rapida tempeſtate in proceras arbores impegiſſe, & ramis implicatos ac perplexos aliquamdiu hæſiſſe. In majorem hujus rei fidem ipſa *Remigii* verba ex Libro III. cap. 12. inſeram, qui, cum translationes reales ipſe quæſitor, ac judex peritiſſimus, multis teſtimoniis, ac exemplis probaſſet, tandem in hæc verba prorumpit. Quid noſtris temporibus vulgatius, quam ſunt, tum frequentes & aſſiduæ ſagarum de ea aſſertiones, tum iis conſentanea hominum teſtimonia, qui non per ſomnium, qui magicis actibus averſos ſenſus, ſed oculis ſuis vidiſſe ſe illas nubibus excuſſas, vel ſummis arboribus ac tectis perplexas hærere, vel humi attonitas jacere, conſtanti ſermone affirmaverunt? Nec id quidem in trivio confabulantes, ſed in jure ſacramento ſanctiſſimo rogati atque adacti &c.

§. III.

Luculenta exempla, in dicaſteriis ſollicitè diſcuſſa, ac examinata coacervari poſſint, quibus nemo citra proterviam, ac pudorem, fidem abrogaverit, niſi inſtituta brevitas nobis manum injiceret, unum tamen vel alterum teſtimonium afferemus, ut appareat fruſtra ſententiam, de reali translatione, oppugnatum iri. Sequentem hiſtoriam refert *Balduinus Ronſæus Gandenſis* in ſuis *Epiſtolis medicinalibus Ep.* 50. Erat in pago Ooſtbrouck, non procul à Trajecto, mulier vidua, cui ſervus convixerat, ad obeunda, ut res poſtulabat munia domeſtica, is cum jam ſæpius, ut ſolent eſſe curioſuli ſervi, per transſennam animadvertiſſet heram nocte intempeſta ſtatim ac quieti ſe tradidiſſent domeſtici, quotidie in ſtabulum ad certum præfixumque locum venire, atque exporrectis manibus, præſepi contiguum fœnile apprehendere, admiratus tandem ille, quidnam hoc negotii eſſet, ſtatuit & ipſe inſcia hera idem ſemel experiri, atque eandem pertentare aleam. Igitur hera ex conſuetudine ad ſolita veniente, atque ſicuti videbatur, digreſſa, & ipſe locum contemplatur, atque exemplo heræ fœnile complectitur. Ibi ille ex tempore in aera raptus defertur in oppidum Vyck, in abditum & ſubterraneum ſpecum, ubi cœtum maleficarum de maleficiis conferentem inter ſeſe reperit. Hera cum ſuis inopinam famuli ſui præſentiam admirata rogavit, quo aſtu, aut quâ tandem ratione momento temporis illuc appuliſſet, Reſpondit ille ordine, ut res tranſacta eſſet: Tunc illa indignari primum

mum

mum atque excandeſcere cœpit; verita ut nocturni atque clandeſtini iſti conventus hac ratione tandem eliminarentur: cum conſortibus igitur deliberandum cenſuit, quid in ambiguo hoc negotio faciendum ſuadeant, convenit tandem inter eos, ut amicè exciperetur, ſilentium ſtipularentur, atque arcana hæc, quæ illi præter meritum atque opinionem videre contigiſſet, nulli communicaturum ſe, aut revelaturum ſanctè dejeraret. Ille interim quidvis pollicetur, abblanditur, & ut mitius agant, ſimulat ſe omnibus votis hoc unum expetere, ut cum illarum gratia liceat poſthæc ſortilegarum intereſſe collegio. Interim dum conſultatur, & labitur hora, & jam abeundi tempus inſtat. In dubiam iterum, inſtigante hera, ſpem vertitur, remittendusne domum ſit totius cœtus periculo, an bono publico enecandus. Communi tandem omnium conſenſu mitior placuit ſententia, quæ juramento adactum domum deferendum decerneret. Suſcipit eam provinciam hera, atque fide data in humeros receptum domum delaturam pollicetur. Accinguntur operi atque Euro ocius per aera feruntur. Sed ecce jam emenſi bonam partem itineris, conſpicuum ſeſe dedit lacus, arundineto obſitus. Ubi malefica illa anus occaſionem nacta, verita, ne juvenis pœnitentia ductus, quod furialibus iſtis feriis, (quemadmodum ſimulabat) initiatus eſſet, viſa tandem eliminaret, provolans, à ſe disjecit adoleſcentem, ſperans ut ſuſpicio eſt, eundem partim caſus violentia enectum, partim lacus ipſius altitudine abſorptum iri. Verum, ut eſt Deus miſericors, prorſus non volens mortem peccatoris, ſed ut convertatur & vivat, veſanæ illius menti metas conſtituit, neque paſſus eſt, juvenem inſontem ſubmergi, ſed aliquanto æquiore conditione permiſit, ut in hunc usque diem vita protraheretur, dum fortè fortuna in arundinetum incidens, lethalem plagam ex caſu non accepit coxis violentia impetuque caſus per arundinetũ quodammodo refractis. Interim miſer ille qui ſolius linguæ miniſterio jam utebatur, dum illuceſceret, mille diſtorquebatur cruciatibus, ac ſuſpiria trahens, tantiſper ingemiſcebat, dum prætereuntes inſolita lamentatione attoniti, facta indagine, compererunt hominem prorſus elumbem, & cui utraque excidiſſet coxa. Rogant, unde ſit, quomodo eò calamitatis devenerit? narrat ille ordine ſingula, defertur tandem curru Ultrajectum. Ibi nobilis Ioan Culemburg Urb. Præt. rei novitate quodammodo perculſus, admirabundus ſingula perquirit, atque indagine facta faſcinatricem heram comprehendi jubet, vinculisque conſtringi. Illa ſimulac in manus præfecti veniſſet, nihil negare, ſingula fateri &c.

§. IV.

Delrio Lib. V. ſect. III. Diſq. Mag. hanc lepidam Hiſtoriam narrat; Verſabantur Anno 1587. Caleti (quando felicibus auſpiciis Archiducis Alberti vi expugnatum à Catholici Regis militibus tenebatur) ad Pontem Nulleti duo ſigna Walonum præſidio poſita limitem contra Bolonienſes tum hoſtes tuebantur, ſub veſperam ſudo cœlo procubitores duo vident nubem ſubnigram advolare, & in ea ſibi videntur audire confuſas voces multorum, quos nulli videbant. Tum alter | audacior. Quid hoc rei eſt, ſatin' ſecuri? ſi videtur, librabo arcubuziam in ipſam nubem. Aſſentitur ſocius. Cum tonitru ſclopi decidit ex nube ante pedes mulier ebria, nuda, bene obeſo corpore & media ætate, femur trajecta duplici vulnere, capta ſe mentis impotem ſimulabat, nec ferè aliud loquentibus referebat, quam hoſtes ne an fœderati &c. ex his & ſimilibus luculentis teſtimoniis reales translationes affatim probantur.

§. V.

Quæſt. II. Utrum unguentum aliquid ad motum conferat? ℞. omnino nihili, quamquam ſtrigibus ſic perſuadetur. Nam ut ſtriges aliquando ſine unguento avolaſſe, ex narratione Ronſæi modo adducta docebamur, ita oblitas aliquando eodem loco jacuiſſe teſtantur Abulenſis, Spineus & alii. Quod verò unctæ plerumque avolent, id ex condicto, ſive pacto accidit, quod ſtriges cum dæmone iniverunt. Vult autem unguentum ex pinguedine infantum adhiberi, & quidem copioſius, ut crebriora infanticidia provocentur, nec ipſis niſi ſemel tantum, licet commodatum unguentum accipere, in poſterum ſibi ipſæ procurare jubentur.

§. VI.

Quæſt. 3. Cur itaque alii, quibus cum dæmone nulla ſunt pacta & commercia, hoc unguento caſu vel ſtudio inquinati, ad dira loca ſæpè inviti raptantur, ſi nulla unguento inſita fuerit volubilis vis? Exempla vide apud *Spinæum q. de ſtrig. cap.* 17. ubi narrat puellam Bergomo Venetias fuiſſe delatam, & quendam Leonem Carbonarium Ferrarienſem ad cujusdam comitis cellam ſubitò deductum, Reſp. Deus aliquando curioſos ſagarum æmulos, ac imitatores hoc modo juſte punit, dæmonisque poteſtati vexandos tradit, aliquando vel ideo permittit, ut malefici prodantur, dignoque ſupplicio afficiantur, quod etiam eventus in utroque allato exemplo comprobavit. Si autem quiſpiam fide & precibus munitus unguentum caſu contrectaret, vel ad confutandas fraudes & impoſturas hoſtis corpus illiniret, haud dubie effectus nullus conſequeretur. Sic etiam multoties compertum eſt invocatione nominis Salutaris Jeſu Chriſti, ad quod poteſtas Sathanæ contremiſcit & exhorreſcit, totum conventum velut rapidiſſima tempeſtate, aut dejecto fulmine fuiſſe diſſipatum ac ſolutum.

§. VII.

Solet contra conventus hos id urgeri, quod ad appellationem ſalutaris nominis choreæ diſpareant

diſpareant, ac evaneſcant, ideo mera eſſe phantaſiæ ſpectra, ſomnia, præſtigias, faſcinos, & deluſiones diabolicas, nam corpora ſolida & opaca ita evaneſcere nequeunt. Reſpondemus cum eruditiſſimo *Delrio*, ſagas, quæ conventibus interſunt, non evaneſcere, ſed præſtrictis cernentium oculis, à ſuis dæmonibus celerrimè ſurripi, & ſic dici evaneſcere, largè & impropriè ſumpto vocabulo, pro, deſierunt videri.

§. IIX.

Si quem fortè perturbat temporis brevitas, locorum diſtantia, & impendentis oneris gravitas, volumus reſpiciat agilitatem ſpirituum, cum quibus nulla avis velocitate contendere poteſt robur, cum nulla bellua quamvis validiſſima comparandum, utpote qui poſſunt montes ſubvertere, multo magis corpus humanum, quod ejus viribus comparatum vix aſſis aut plumæ pondus conficit, ſine moleſtia per ferre? Poteſt etiam celeritatem moderari, ne rapida ventilatione ſpiritus elidatur, & attritu circumjecti aeris pellis ſaucietur, aut ſeſſorem larva obvelare, quo tutus ſit ab afflictionibus reflantis auræ, vel etiam ſecundis commeare procellis, quas arcanorum naturæ ſagaciſſimus ſcrutator ad arbitrium ciere poſſe videtur. *Remigius* tamen teſtatur ſtriges ita hac peregrinatione ſæpiuſcule collidi, ac quaſſari, ut lentæ, ægræ, ac ſqualidæ, domum reverſæ, integrum tridnum valetudini curandæ, acciſisque viribus reficiendis impendere neceſſe habeant, antequam vel pedibus inſiſtere poſſint.

§. IX.

Loca & tempora quibus convenire ſolent, perhibentur eſſe varia, & diverſa. *Johannes Vaulx* maleficorum facile princeps, Stabuleti jugulatus, faſſus eſt, referente *Martino Delrio Lib. II. q.* 16. ex præcipuis locis conventuum, eſſe unum in ditione Ultrajectina. *Æneas Sylvius* poſt acceptam mitram Papalem dictus Pius II. in Ep. 46. narrat, in Italia prope Nurſinum lacum, eſſe locum his congregationibus infeſtum. Gaudent plerumque excelſis & circumquaque patentibus, quæ vulgus Montes Veneris appellant. Celebris etiam frequentibus congregationibus eſſe fertur in Germania Mons, qui Blockzberg dicitur, unde etiam Suecis, quemadmodum relatum accepi, ſolenne eſt eos, à quibus ad iram provocantur ad Blockkulln ſive Blockzberg tanquam ad dirum, & infauſtum locum relegare.

§. X.

Inſtituuntur nefarii illi conventus plerumque, aut concubia nocte aut medio diei, quo etiam regium Vatem reſpexiſſe autumant Pſ. 91. v. 5. & 6. his Verbis: Ne timeto à pavore nocturno, à ſagitta volitante interdiu, à peſte in caligine pervadente, à lue vaſtante in meridie. De Angelo diurno & Nocturno Conſule Clariſſimi *Vulferi animadverſiones ad Theriacam Judaicam Rabbi Samuelis Zevi*, converſi Judæi, Samuelis *Brentz* libro, quem *Schlangenbalg* inſcripſit, oppoſitum, ſub initium de voce Sammael, quo Chriſtianum Antagoniſtam nequiſſimus verpus & Apella notavit. In celebrandis autem diris feſtis, diverſarum nationum ſtriges in diebus oppido diſcrepant, ſic enim *Delrio* citato libro & l. In Italia frequentant noctem, quæ feriam ſextam præcedit, idque circa noctis medium. Lotharingicæ ſtriges conveniunt noctibus, quæ præcedunt feriam quintam, & diem dominicam. Apud alios legi noctem, quæ præcedit feriam tertiam. Hæc ille.

§. XI.

Habent & anniverſarios, magisque ſolennes conventus in diverſis nationibus, & quidem in Germania, ut vulgò putatur, Nocte feſtum Martini præcedente, in Dania & Suecia communiter exiſtimantur celebrare noctem, quæ diem cinerum, vulgo *Aſchmittwochen*, ſequitur. De reliquis nihil apud auctores, quos conſului, reperire licuit.

§. XII.

Quia in narratione ſuperiori dictum fuit, ſagas cum ſuis Magiſtris fœdiſſimè commiſceri, ex eô quæſtio reſultat 4. Utrum ſcilicet ſagæ à Diabolis poſſint imprægnari, & fœtum in lucem edere? Reſp. videtur diabolus DEO permittente aſſumta ſpecie ſeu forma mulieris ex impura conjunctione, à laſcivis viris σπέρμα elicere, idque mutato muliebri, cum virili habitu, ſagis in actu venereo occupatis, naturæ convenienter infundere, & ſic illo ſemine eas fœcundare, ſed tum non diaboli, ſed ejus, cujus ſemen furtivo & clandeſtino congreſſu abſtulit, proles generatur. Dæmon vero ex ſua ſubſtantia, non poteſt hominem generare, quia ut omnis materiæ eſt expers, ita ſi quid tale contigerit, quod rariſſime fieri autumo, cauſarum ſecundarum operâ ad libidinem lamiarum ſatiandam abutitur. Dicuntur illi dæmones incubi, dum vero ſpecie muliebri cum maleficis congrediuntur ſuccubi appellari conſueverunt. Feruntur pueri hoc modo ſati, ut & cambiones, quos pro genuinis ſurreptis ſupponunt, vulgò *Wexelbalgen* appellatos, pene inſatiabiles eſſe, & quamquam trium vel plurium nutricum rumis lactentur, ſemper tamen permanere ſtrigoſos & macilentos. Succubi autem concipere & parere minimè poſſe videntur, quia virtutem plaſticam, vivo corpori propriam, mortuo, ſterili, & exſangui, diabolus indere ac conferre nequit, & præterea multa alia ad procreationem ſobolis requiruntur, quæ dæmon procurare & diſponere nequit, nunquam enim ars naturam perfectè imitatur.

§. XIII.

§. XIII.

Ultimo, Quæſtio moveri poteſt, utrum ſcintillantes faſciculi, quos curioſi ſpectatores, è furnis quorundam civium aut ruſticorum, nota Waldeburgæ nocte, exire & mox diſpare re ac evaneſcere obſervant, ſint ut vulgo creditur ſtriges, & an ex hoc portento fas fuerit quidpiam de domo, ex qua emerſit, ſiniſtre ſuſpicari, vel etiam apud magiſtratum, tanquam maleficii ream, deferre & accuſare? Reſp. Talia prodigia revera obverſari eorum oculis, qui in ſublimi loco conſiſtunt, ex quo pagos & urbes circumquaque proſpicere poſſint, nemo diffitetur, tot enim ſunt luculenta teſtimonia αὐτοπτῶν, ut niſi à protervo homine illud in dubium vocari nequeat ſed ut eſt diabolus aſtutus, & ad circumveniendum homines, in omnem partem intentus, quovis ve vento verſatilior, neque his viſis multum tribuendum exiſtimo. Etſi enim ſub illis conſpicuis larvis, aliquando ſtriges inviſibiles laterent, tamen plures diabolus poſſet faces inanes & fatuas accendere, eaſque inſontium & veneficorum focis promiſcuè affigere, & hoc modo reos & innocentes pari ſuſpicioni & crimini ſubjicere & obnoxios reddere. Quam fallax præterea ſit viſus, præcipue in tanta diſtantia, quæ territoria, ditiones, ac provincias diverſis Principibus ſubjectas dirimit, experientia docet. Si enim nullæ diabolicæ præſtigiæ intercederent, cur non æque ſtriges, quæ in eodem territorio habitant, in quo ſpectatores verſantur, obſervari poſſent? Præſtigiis autem boni viri judicium nequaquam niti debet, ſed rationibus, veritatem haud obſcure ſignificantibus, aut indiciis probabiliter cum ea conjunctis. Alii exiſtimant nihil aliud eſſe, quam typhum & fulgurè bombarda, per infumibulum directa exploſum. Nam ruſtici exiſtimant, hoc fragore prætervolantes ſtriges fugari, & ab aris fociſque ſuis repelli, quæ ſententia aptè convenit cum ſpectatorum teſtimoniis, qui referunt phaſma ex infumibulo erumpens, & paulum ſupra fornificem aſcendens, ſubitò velut in cineres & favillas reſolutum extingui. Quæ ſi vera ſunt, omnis reliqua de hoc portento contentio in fumum abit.

§. XIV.

Ex dictis concludimus, reales translatio nes, DEO permittente, opera dæmonis fieri poſſe, & revera factas eſſe, nimiumq; protervos & pertinaces eſſe, qui reclamantibus tot teſtibus juratis, & ipſorum maleficorum, ſupplicio capitali affectorum confeſſionibus, contrarium tuentur. Qui enim inter reos, teſtes, & judices, tam ratus conſenſus, aut loci, temporis aliarumque circumſtantiarum, ne in minutiſſimis quidem diſcrepantium congruentia, cùm faſcinis & præſtigiis, quæ ſemper mire variant conciliari poſſunt? Quomodo vulnera infligi, membra luxari, & diffringi, ſanguis effundi, veſtigia tripudiantium ſolo imprimi poſſunt, ſola phantaſiâ? An dicemus tot teſtes, nullo vitio, nec animi, vel corporis laborantes, fuiſſe deceptos? An viros in cauſis examinandis & circumſtantiis perquirendis ſagaces, providos, ſollicitos, circumſpectos, cautos & jurejurando obſtrictos, dicemus tam enormiter hallucinatos, aut turpiter mentitos eſſe? An lamias jam converſas, ſacroq; viatico paſtas, & in rogum impoſitas, credamus veritatem diſſimulare voluiſſe? Quæ tandem eſſet rerum geſtarum ſcientia? quæ phyſica & moralis certitudo, ſi nec ſenſibus, nec bonis viris, ab omni fallendi ſtudio alienis, tuto credi liceat. Uno verbo his pyrrhonicis tricis omnis fides & notitia penitus evertitur. Certum itaque eſt dæmones ad hos edendos effectus ſatis robuſtos, agiles, & veloces eſſe, ſicubi illis fræna laxantur. DEO autem ſit ſempiterna gloria, qui furorem ſathanæ coercet, eumque pedibus noſtris proculcandum ſubjicit. Amen!

Tandem pro

ANACEPHALÆOSI

Subjungimus *D. Simonis Henrici Muſæi*, Prof. Chilonienſis Diſputationem Inauguralem Anno 1680. Giſſæ habitam *de Hippocratis in jure Authoritate* exaſciatiſſimam, quæ INSTITUTIONUM loco eſſe poſſet.

APPENDIX III.

HIPPOCRATIS IN JURE TUM CANONICO, TUM CIVILI AUTHORITAS,

Occaſione c. ne tales, diſt. 5. de conſecr. & l. 12. de ſtat. hom.

demonſtrata ab Autore

SIMONE HENRICO MUSÆO.

I. N. D. N. J. C.

Diſcurſus Præliminaris.

I.

Illuſtre inaugurali ſpecimini argumentum ſelecturo, à principio obſtinatum fuit, non circa ejus diſquiſitionem ancipiti cura diſtrahi. Quare, quod primo obtutu oculis ingeſtum eſt, ſuggerente *c. ne tales diſ. 5. de conſ. & l. 12. de ſtat. hom.* de *Authoritate Hippocratis*, *h. e.* Medicorum, *in foro*, thema, explicandum mihi ſumſi; ſicut utilitate conſpicuum, ita ampli-

amplitudine tam diffuſum: ut temporis præſtituti anguſtia, neutiquam abſolutæ ejus adumbrationi ſuffecerit. Unde nec potuit ſecundum omnes ſui partes evolvi; nec maturiori brevitari, in juſta compendia contrahi. Rideri ad hæc meretur, impingentis methodi, inculti ſtili, (quamvis ne materiæ quidem ſubſtratæ indoles hunc ſimplici ſuavitate, purioribusque delitiis ſiverit impræegnari,) invalidi tractatus neglecta ſpecies, teſtaturaque facilè de præcipitatâ induſtriâ. Quæ loco foetus maturi, me jam cogit abortum eniti; & promere hoc, quicquid eſt operæ, fortè in nullum alium uſum, quam ut Academiarum ſolennia obſerventur. Sed prodeat nobis in ſcenam *Hippocrates*: ſeu potius ex ſcena ſua, in erectum quaſi tribunal.

2. *Hippocratem* à Diis ortum credit antiquitas, nos etiam ab illis, quas iſta DEOS fecit; quod licet moderatiùs ferre, quam cùm legitur teſte *Prudent.*

Conſecraſſe Deas febrem, ſcabiemque ſacellis.

Ad *Herculem* maternum genus, paternum ad *Æſculapium retulit.* Hic *Jaſonis*, *Achillis* & *Pelei* commilito, *Chironis Centauri* in ſchola eruditus; clarus etiam ſuſpicione fori cum Hebræis commercii, primus in familiam ſuam artis Medicæ claritatem intulit, quæ tot deinceps, perpetua ſucceſſione, illuſtres Medicos dedit. E quibus *Hippocrates Magnus*, *Hippocratis* I. nepos *Heraclidis* filius XVII. ab *Æſculapio*, arti ſuæ decus & majeſtatem primus dicitur afflaſſe: ſcilicet *Medicinam Apollo invenit*, *Æſculapius amplificavit*, *Hippocrates perfecit.* Hujus vide Genealogiam, amplo Regum catalogo illuſtrem, in Johan. Meibom. *Hippocrates juris jur. p.* 4. Floruit temporibus belli Peloponeſiaci, Olympiad. 89. Dario Longimano, apud Perſas regnante; & ob domatam peſtem, *Magnus ſervator Macedoniæ*, *Theſſaliæ*, *Thraciæ* dictus eſt:

Lux hominum Hippocrates, dumgentibus ille medetur,
Turba gemens ſtygias rara petebat aquas.

Ab Athenienſibus, quibus filium *Theſſalum*, ab Archelao Macedonum Rege revocatum, indulſerat, proximus Herculi in Eleuſiniis ſacris conſtitutus eſt; donatus ſubinde jure civitatis ut ex SCto Athenienſi apparet, cujus meminit Soran. *in Hipp. vita.* Pæt. *in epiſt. ad Artax.* Plin. *lib. VII. cap.* 37. Expiravit apud Lariſſæos centum & novem annorum ſenex, gloriâ dives, Regii ſanguinis ſurculus; & Regum amicus, à ſua cognatione etiam Aſiæ Tyrannos quanquam ambientes ſuperbè arcens. Mortuo, hoc epitaphium Athenienſes poſuerunt, à *Moro* ex Græco verſum:

Theſſalus Hippocrates, Cous genere hac jacet urnâ,
Phœbi immortalis germine progenitus.
Crebra Trophæa tulit morborum, armis Hygieiæ
Laudem aptus nulla ſorte, ſed arte ſuam.

3. Plurimos reliquit libros, Medicinæ regulam Medicis normamque exhibentes. De quibus conſul. Heurnius *in orat. de Medicin. origin.* Inſimulatus quidem à nonnullis eſt Hippocrates quaſi Æſculapii æde ſuccenſa, furto rapuerit ſibi annotata remedia: ſed refutavit hos Conring. *Hermet. Medicin. cap. XI. pag.* 117. Cœterum egregia hæc monumenta Principis Medicorum, non defuerunt, qui amplis & frequentibus commentariis illuſtrarent: quos vide apud Joh. Anton. *van der Linden* paſſim in opere de *Scriptis Medicis*; *pag.* 590. *& ſeq. LXXXV.* Authores memorantem, iſtius aphoriſmos qui tantum explicarunt. Sed hi aliquando nudi textus corruptores fuerunt; ſæpè ne quidem Magiſtri ſententiam aſſequuti, ut notat Meibom. *l. c. p.* 109. quod *Galenum* interpretem, *vid. de conſ. diſt.* 5. *c. ne tales*, ſequerentur, qui gloriæ cupiditate veritatem non raro prætervectus, longè avidiſſimum ſe oſtendit carpendi ſe meliores; & ipſum conſequenter *Hippocratem*: ut ibid. ex Jul. Cæſ. Scaligero & Thom. Reineſio *variar. lect. lib.* 1. *cap.* 12. obſervatur. Quare multis perſuaſum eſt, optimum ſui ipſius Hippocratem ipſum eſſe interpretem; nec Hippocratem niſi per Hippocratem intelligi. Interpretum tamen ejus ex numero, non infimam laudem dicitur mereri Proſper Martianus difficiliora Hippocratis loca præcipuè explicans.

4. Tanta congeſſit huic Machaoniæ artis Atlanti elogia antiquitas, ut omnia excerpere, & ratio inſtituti & chartæ fermè penuria vetet. Plato *in Parmenide*, *Phyſiologiæ parentem* hunc appellat. Cic. *libr. de ſenectut. Divinum & DEUM Philoſophorum*: Aug. *libr.* 1. *de civit. DEI. Medicum nobiliſſimum; & virum in arte Medica minimè errantem*: Senec. *de brev. vit. cap.* 1. *& ep.* 95. *Medicorum Maximum*, *& medicinæ conditorem*, *& naturæ peritiſſimum*: Plin. *lib.* 7. *cap.* 51. *Medicinæ Principem*: Suidas *ſidus ac Lumen Medicinæ utiliſſimæ.* Plura cumulavit Caſpar à Reies in *Elyſ. jucundar. quæſt. Camp. qu.* 4. qui ex bibliotheca *Magnif. Dn. Dr.* Strauſſii *Phyſ. & Med. Prof. Acad. hujus hodiè Rectoris*, nobis ſubminiſtratus, magnam circa præſens argumentum lucem accendit.

5. Interim hæc quamvis clara ſatis elogia & ſimplicius & illuſtrius *Pauli* abſolvat, ut pretioſum ejus nomen etiam JCtis fuiſſe innoteſcat, (qui cum *Ulpiano Papiniani* aſſeſſor fuit: *l. lecta ſi cert. pet.* deinde Præturam & Conſulatum habuit: demum *Ulpiano* mortuo ad Præfecti prætorio ſupremam dignitatem evectus eſt: Forſtner. *in Hiſt. Jur. civ. libr. III. pag.* 512.) quando Hippocratem *doctiſſimi Viri* titulo decoravit in *d. l.* 12. *de ſtat. hom. Reſpon-*

Reſpondet autem iſte Germanico titulo *Hochgelahrt*, quo vix quiſquam hodiè vulgatior alius reperitur, quo tempore mira eſt titulorum vilitas & luxuria; cum, quæ honoris præfata olim in poſitivo, nunc in ſuperlativo ſoleant efferri: Speidel. *in ſuis Notab. verb. titul.* quò pertinet ſolennis cujusdam ſatyra ibidem adnotata: *Die titul wären bey vorigen Jahren bey entſtandener Unruhe, wie die Müntze geſtiegen, dahero mögten dieſelbe auch* ceſſante cauſa reduciret *und in alten Standt* ad annum 624. 1. Jan. *geſtellet vverden.* Scilicet dum merita decreſcunt, vitia cumulantur illuſtriori charactere horum fœditas incruſtatur, quam, quo ſimplex poterat virtus demonſtrari. Vitiis quippe originem debet effrenata iſta titulorum indulgentia, quam ambitio accendit & nutrit, ut ex Harſtorſtero adnotat Beſold. *in ſuo ſpecileg. verb. titul. Die groſſen* titul *ſeyn der Ehrſüchtigen Toback, dievveil der rauch davon ſie trefflich belüſtiget*: Quamquam jam antiqua querela eſt: *amitti vulgo & immutari vera rerum vocabula*; & *Eminentiſſ. Dn. Aſſeſſor* Eiben *ut in rebus, ita & in rerum vocabulis naturam, vimque priſtinam cum tempore creſcere, deficere, ac mutari, jam in pejus, jam in melius*: notabili philologia evolvit *in elect. Jur. Feud. cap.* 9. §. 3. Germanorum inſignior hîc modeſtia Italorum faſtum irridet: vid. Speidel. *loc. cit.*

6. Interim ad *Doctiſſimi* elogium regreſſi ex *Bœcler. Muſæo* obſervamus: multos arrogantia veram vitæ rationem prætervectos, vulgi & ſua opinione doctiſſimos haberi; in quos tamen umbra ſcientiæ, non vera eruditio, nec proinde titulus docti conveniat. Ubi Modeſtus definiturus tituli hujus meritum, ita porro ſe explicat: *Propoſitus ſit ad diſputandum locus, ex quocumque literarum ac doctrinarum genere: niſi quicquid eò pertinet, vel partium ad abſolvendum, vel momenti & ordinis ad diſponendum, vel Judicii, ad conſtituendum, remotis omnibus librorum ſubſidiis, ſuopte auſpicio expediat, perſequatur, impleat, qui doctus haberi vult, eum ego quovis potius, quam tali nomine cenſendum exiſtimaverim pag.* 25. *& ſeq.* Quæ hic ad maturum doctrinæ meritum requiruntur, ſatis in *Hippocratem* quadrare certum eſt, ut ſurgentem inde titulum, ob artis ſuæ excellentiam, ſibi non immeritò vindicet. Non itaque *Paule* alium *doctisſimum* judicaſti, quam qui talis omnino fuit, vero & proprio quaſi vocabulo. Sed cur non ſublimiori mactaſti elogio ſublimem *Hippocratis* virtutem & fortunam? quia ejus authoritate nitendum Tibi fuit. Hæc autem artifici ab artis ſuæ peritia naſcitur. Cur partus ſeptimeſtris tibi legitimus videtur; & cur ob authoritatem *Hippocratis*? Quia doctiſſimum virum in arte ſe Medica præſtitit. *Doctoris* certe & *doctiſſimi* titulus, omni alio iſto intuitu præſtat: quòd ex interno merito fluat; ex externo utplurimum cœteri, quantumvis ſplendidiores, dimanent. Roborat hoc Sigiſmundi Imp. Judicium graviſſimum: qui, cum D. Fiſchellus inſignia equeſtris militiæ ab Imp. conſequutus, dubius hæreret, laterine Doctorum, an Equeſtris ordinis ſe in ante-camera, ſuperbiori felicitate, adjungeret, magis tamen ad Equitum ſocietatem inclinans: Stulte, inquit Sigiſmundus, quid literis & Doctorali dignitati Equeſtrem præfers? nam Ego Equites & Nobiles uno die mille facere poſſum, Doctorem vero unum mille annis facere non poſſum: Hermann. Hermes *in faſcicul. Jur. publ. cap.* 37. *num.* 179.

Novell. Val.

7. Jam etiam additum Pauliani elogii, quando VIR & *doctiſſimus Vir* appellatur, dignitatis aliquid habet: ſic *in l. un.* §. *ne autem. C. de caduc. tollend.* Ulpianus *ſummi ingenii* VIR; & *à Theodoſ. & Valentinian. AA. in Sanctione ad Senat. urb. Rom. exſtante in Cod. Theodoſ.* allegata à Forſtner. *Hiſt. Jur. civ. lib.* 2. *cap.* 76. Papinianus *excellentis ingenii* VIR vocatur. Quod ſanè dignius, quam hominis vocabulum: cum Q. Scævolam Cic. *in Brut. hominem eloquentiſſimum & in jure peritiſſimum* dicit. Nam in VIRI appellatione honor quidam latet, à *viribus* & *virtute* deducta. Quid uſitatius etiam Claſſicis authoribus, quam *Viri* appellatione *fortitudinem* deſignare? Sic Terent. *virum te judico*; & Cic. *ſi Viri volumus eſſe*; & iterum alio loco: *tulit dolorem, ut Vir.* Vox Hiſpanica *Varone* Virum ſignificans, ſimul fortem denotat & honorifica eſt. Quod etiam licet de dictione Germanica *Mann* aſſeverare, quæ olim denotabat Vaſallum aliquem potentem. Ita leg. *im Helden-Buch. p.* 1.

Wiltu, ſo fahren mitter
Wol zween und ſiebenzig Mann,
Jeglicher hat hundert Ritter,
Wolt ihr ſie es nicht erlahn.

Beſold. *Theſaur. pract. verb. Freyherrn & Mann.* Ubi operoſus eſt in extricandis vocis hujus notabilioribus æquivocationibus. De quibus illuſtrior fulget annotatio *in Eminentiſſ. Dn. Aſſeſſ.* Eiben *dict. tr. cap.* 4. Ubi conjectat originem nominis hujus, forſan à primo Germanorum Rege & Patre *Manno* fluxiſſe, cujus meminerint Tacit. 2. *de mor. Germ. ibique commentat.* Cluver. 1. *G. A. cap.* 9. Voſſ. 1. *de idolol. c.* 38. Hinc vulgares loquendi formulæ: *Stehe, halte dich wie ein Mann.* Adde, quod inde derivatur, *mannhafft, mannfeſt*, qui titulus eſt militum; & cum primitivo ſuo eatenus conſentit, quod fortem ſignificat: Confer. Wehner. *Obſ. verb. Montmann.* Cœterùm hujus ſeculi obſervantia Viri appellationem ſæpe conſuevit adjicere præmiſſis titulorum elogiis, quod tamen in Magnatibus locum non habet, quos fas eſt Dominos ſalutare.

tare. Extat quidem in literis Conradi de Dorſtat, ſed unde anterioris ſimplicitatem ævi licet agnoſcere, Nobilis Dynaſtæ ſive Baronis Saxonici anno 1357. iſta phraſis: *cum conniventia Honorabilis Viri, Domini Wilhelmi, Regis Romanorum.* Beſold. *Theſaur. Pract. verb. titul.*

8. Cœterùm an etiam ad cœlibes Viri appellatio ſpectet? dubitari forte poteſt: Cum maritum haud raro ſoleat denotare, tum ſenſu *claſſico*: Ita Terent. *filiæ virum invenire*, & Virg. *Vir gregis ipſe caper*; tum ſtylo *Juridico*: ut in *l.* 1. §. *quæſtio. pro dote.* Notandum autem eſt, tres eſſe maximè illuſtres Viri ſignificationes: (1) Cum relationem *mariti* involvit: (2) Cum *reſpectum ſexus* importat: (3) Cum *ætatis differentiam* reſpicit, quæ ultima admodum frequens eſt vocis acceptio in LL. Quæ quidem ætatis differentia poſt completum 25. annum initium ſumit, media inter juventutem & ſenectutem, niſi fidem derogamus Ulpiano, qui vigorem virilem tot annorum ſpatio compleri docet: *l.* 1. *de minor. 25. ann.* In hac virili ætate Adamum conditum eſſe, conjectura non eſt improbabilis: ſec. Thom. Brun. *Rel. Med. ſect. VI.* Add. Kipping. *in tract. de creation.* Salvatorem noſtrum paſſum eſſe pro humano genere, ſcriptura loquitur. In die extremo reſurrecturos eſſe beatos in virilis ætatis præſtantia & juſta magnitudine, arg. *Eph.* 4. 15. quidam opinantur: (quamquam inclinet in contrarium Franc. *Diſp.* 7. *poſter. de extrem. judic.* allegatus ab Arnold. Mengering. *in informator. conſcient. evangel. in Domin.* 26. *poſt Trinitat. q.* 6.) Contrarium quoque tenet Rabbi Manaſſeh Ben Iſrael *de reſurrect. Mortuor. libr.* 2. *cap.* 4. ex ſententia priſcorum Rabbinorum, quos allegat. Quantum concernit quæſtionem propoſitam, affirmativè illam decidendam eſſe, ex proximè deductis emergere potuit. Hinc legatum ſub conditione, ſi in virum evaſerit, relictum, debetur majori etiam cœlibi, ut eſt in *l. uxor. l. ſeq. l. penult. C. & l.* 5. *ff. quando dies legati vel fidei com. ced. it. l. ancilla C. de furt.* add. Wehner. *obſerv. Pract. verb. Mann.*

9. Hippocrates noſter virum ſane ſe præſtitit, hoc eſt, Heroem in arte ſua, & Viri hoc reſpectu meretur ſatis elogium, Medicis quippe etiam quædam eſt militia, & in iſta fortitudine opus: quibus prælia cum crudeliſſimis hoſtibus, morbis & morte geruntur. *Hippocratis* noſtri authoritas, cum hoc illuſtri elogio, ſemel à Paulo *in d. l.* 12. & iterum ſimpliciter *l.* 3. §. 12. *de ſuis & legit. hær.* Item bis, *in c. ne tales. diſ.* 5. *de conſ.* allegatur: tanquam Doctor fide digniſſimus. Tandem etiam Bartolus, ſtandum eſſe libris *Hippocratis*, tanquam autenticis, teſtatur *in t. de reb. cred.* quem ſequitur Panormitan. *in cap.* 2. *in fin. de feud.* Ut tum priſcis, tum recentioribus JCtis *Hippocratis* charam fuiſſe doctrinam & in pretio, dubitari amplius non poſſit.

10. Interim quæ in dictis LL. propria & ſingulari ſuppoſitione, vox *Hippocratis* capitur: eadem nobis ratione inſtituti, impropria vocis ſuppoſitione per ſynecdochen ſpeciei & antonomaſiam, extendenda venit ad deſignandum omne genus Medicorum. Habet enim noſtrum etiam ævum ſuos Hippocrates. Quæ quidem tropi ſpecies ſatis eſt celebris & uſitata ſcriptoribus Claſſicis. In præſenti ejus hypotheſi prælucentem mihi habeo Janum Cornarium, qui ſcripſit librum, cui nomen dedit *Hippocratis ſive doctoris veri.* Porro multis authoribus ſolenne fuit, ſi non ſimili translatione Hippocratis abuti: ſcriptis tamen ſuis decus ab *Hippocratis* nomine & eruditione arceſſere, ut ego non ſim primus, quem ambitio ad ſimilem conatum propellat. *Celeberr. Dn. D.* Johann Daniel Horſt. *Francofurt. Colleg. Med. Sen. Phyſicam Hippocrateam*, & Antonius Ponce Santa Cruz evulgavit *Philoſophiam Hippocraticam*; teſt. Ant. *van der Linden libr. cit.* Quare nobis propoſitum eſſe poteſt, de Authoritate Medicorum in caſibus non paucis legalibus, occaſione propoſiti gemini textus, qui Medicorum Principis authoritatem advocat, pro viribus agere, quod antequam fiat, adhuc quædam illuſtria, circa Medicorum originem, ſectas, immunitates, authoritatis item, cujus hæc diſputatio titulum præfert, naturam, huic diſcurſui præliminari breviter adglutinanda ſunt.

11. Illuſtraturo gloriam Medicinæ, ejus ortum non fas eſt reticere. Illuſtrem oportet eſſe ſobolem, quæ illuſtres natales habet. Sed iſta nobis Minerva eſt ex Jovis cerebro nata. Quod ſi reclamante quantumvis natura, quis negaverit, nobilis hujus artis originem divinæ providentiæ imputandam eſſe: credat Siracidis graviſſimo teſtimonio: qui *c.* 38. *v.* 1. dicit: *Altiſſimus de terra creavit Medicinam; & vir prudens non abhorrebit illam.* Neque aberravit ab hac ſancti Viri veritate Ethnicorum cœcitas, quæ Phœbo Medicinæ inventum adſcribit, ita quippe illum inducit Ovidius loquentem, 1. *Met.*

Inventum Medicina meum eſt, opifexq; per orbem
Dicor; & herbarum ſubjecta potentia nobis.

Potuit autem DEUS variis modis hunc pretii inæſtimabilis theſaurum humano generi communicare: (1) quidem *mediatè*, idque per inſtrumenta tum *naturalia*, tum *ſupernaturalia.* Hujusmodi primum inſtrumentum eſt ipſa *natura*, quæ è ſuo profert gremio morborum remedia, ſatis & effectu & forma vires ſuas manifeſtantia: niſi falſò ſtatuit Thom. Brun. *Rel. Med. libr.* 2. *ſect.* 2. non hominum tantum, ſed plantarum etiam & vegetabilium phyſiognomiam quandam eſſe; & in

uno-

unoquoque horum figuras quaſdam externas apparere, internæ quidem formæ ſigna & indicia. Vid. item *hac de re* Athan. Kircher. *libr.* 1. *de art. Luc. & umbr. pag.* 3. *cap.* 8. Quid? quod Natura inſtinctum ipſis etiam brutis dicitur indidiſſe, ad quærenda ſibi ægritudinum ſolatia? Hippopotamus venæſectionem perhibetur monſtraſſe; Ibis Ægyptia Clyſterum eſſe inventrix; uti teſtatur Celeberr. Dn. D. *Joh. Dan. Major. in Diſput. de Clyſter.* ſerpens ex fœniculo acuere viſum; lacerta galegam comedendo viperæ lethales ictus eludere; Canis canaria choleram per ſuprema purgare; pullorum genus viſum chelidonio reficere: Beſold. *Theſaur. Pract. voc. Artzney.* Ex quibus ſi quid fundamento non caret, non tamen debuit illos in errorem inducere, ut brutis Medicinæ inventum adſcriberent, qui neſciverunt ad primam cauſam, talium objectu, reſpicere. Secundum naturale inſtrumentum eſt *imago divina*, homini in creatione impreſſa, cujus niſi illuſtriores dotes exuiſſet poſt lapſum, non egeret planè hoc fragilitatis fulcimento. In Adamo tamen credibile eſt, maximè illuſtria rudera iſtius luminis ſuperfuiſſe, quorum vi excellentem adhuc cognitionem de viribus & natura rerum quarumlibet, ad uſus humanos, habuerit, quam experientiâ tot ſeculorum perficere egregiè potuit; & relatione fortè divina. Sanè in poſteris adeò exolevit integritatis qualecunque rudus primævæ; ut abſque doctrina & traditione primi parentis; & eorum, qui abs hoc bona principia hauſerunt, omnes homines ſibi relictos nil niſi truncos & ſtipites futuros fuiſſe crediderim. Hinc Auguſtin. *Nemo habet de ſuo, niſi peccatum & mendacium, ſi quid tamen homo habet Veritatis & Juſtitiæ, ab illo fonte eſt, quem debemus ſitire in hac eremo: ſent.* 322. *in Tom. III. Oper. Aug.* Omnem itaque artem & bonam doctrinam, à DEO ad Hebræos, ab his ad alios populos finitimos diſſitosque; tandem per barbaros ad Græcos, (quorum vetuſtiſſimi ſapientiæ cultores *Linus* fuerunt & *Muſæus*, teſte Laertio:) à Græcis ad Romanos fluxiſſe: ſatis demonſtrat Euſeb. *l. XI. de præpar. Evangel.* Schilter. *in manuduct. Philoſ. pract. ad Jurisprud. cap.* 1. it. *Plur. Rever. Dn.* Tribechov. *in Diſput. de Philoſophia morum inter Barbaros*, cujus exhibet compendium in præfulgente elogio *Kilonienſis & ævi noſtri Martialis, Nobiliſſ. Dn. D.* Morhofius: ex quo mihi liceat ſubjectas veneres excerpere:

Barbarus in ſtudiis primum ſe jactat Apollo,
Et Veneres Græcas barbara gignit anus.
Purior his primum delapſa canalibus undæ
Caſtalis: at lenta hinc & lutulenta fluit.
Barbara ſecla DEO primum ſapuere Magiſtro,
Barbariemque illis nil niſi nomen erat.

12. Tertium naturale inſtrumentum, ſunt *illuſtria ingenia*, à DEO in hunc finem quaſi ex cœlo demiſſa; ut ſuo talento artes illuſtrarent. *Supernaturali medio* videtur DEUS uti, in communicatione artium, cum per *ſpiritus* homines erudit: quia iſta ſpirituum communicatio hominibus, in hac vita, non eſt naturaliter conveniens. Ita per *Raphaelem* DEUS Juniorem Tobiam medicinam docuit, qua patris viſum reſtauraret: *Tob. 6. v. 6, 8, & 9.* quod induxit Origenem, ut *Raphaelem* vocaret *Principem Medicinæ*: Teſt. Molk. *in comm. ad relig. Med. l.* 1 *ſect.* 30. An vero Doctrina dicti Thomæ Brun. *l. c.* adeo ſtabilis ſit: quod *multa arcana & bonis & malis Angelis accepta ferre oporteat: & non pauca ſint myſteria, à benigna Angelorum revelatione hauſta, quorum nos inventionem ingeniis noſtris adſcribamus: humanè enim favere, & ſtudere nobis nobiles illos cœlicolas, ut qui ſimilem prope naturam nobiſcum ſortiti ſint*: meum nunc non eſt diſquirere. In illo profecto vix, quomodo excuſari poſſit, video, quod ſuſpectam & periculoſam Paracelſi phraſin Aſteriſco ſibi notandam eſſe dicit: *Aſcendens conſtellatum, multa revelare quærentibus magnalia naturæ.* Videtur talia ſtatuens, vel Magiæ favere, vel non tam doctrina Scripturæ, quàm Platonicorum niti, quos idem docere docet Jamblichius *de Myſteriis p.* 52. *& ſeqq. Lugdun. edit. anno* 1577. Porphyr. *lib.* 2. *de divin. atque Dæmon.* Apulejus, *de DEO Socrat.* ut & Maximus Tyrius, *gemina diſſertatione, de pari argumento.* Dæmonum quidem commercio, multa ex divini nutus arbitrio & permiſſu, ad homines paganiſmi tenebris immerſos, & miſera fœdi ſpiritus mancipia delata ſunt: quæ tamen, hic ſi ſuo ingenio ſibi utendum erat, non niſi fœda & lubrica aptus fuit inſpirare. Hinc facilè vel eò ſecerni ſtabilit *Speidel.* miracula divina à præſtigiis Dæmonum, quod in his nunquam non ſe ſoleat fœditas aliqua proferre. *Notab. in voce Baarrecht.* Tandem *immediatè* DEUS homines ſapientia medendi potuit imbuere, per *inſpirationem & ſomnia*: ſicuti Salomonem, doctiſſimum procul dubio Phyſicum & Medicum ſupremus ille Doctor erudiit. Hoc ſuperſtitio Ethnicorum quoque tenuit, interprete Jamblichio, qui ſcribit: *in Æſculapii templo accipi ſomnia, quibus morbi curantur; & Alexandri exercitum morbis mox depe-riturum, evaſiſſe diſcrimen, remediis adhibitis, in ſomno Dionyſio à DEO revelatis, in lib. de Myſter. cap. de ſomn.*

13. Quomodo Medicina à DEO ad homines fuerit apta proficiſci, conjecturis qualibuscunque declaravimus. Illam tamen operâ

humanâ, ipſe primus parens egregiè poſtmodum perfecit: quomodo porrò poſſit abſolvi, *Nobiliſſ. D.* Wedel. *in præf. Tr. de Medic. Fac.* docet. Cui inſtituto obſtetricata eſt egregiè providentia & clementia Principum, qui ſummiſerunt nervum Pœoniæ artis rimatoribus. Nota eſt Alexandri M. munificentia, quæ Ariſtotelem docuit in abditos naturæ thalamos irruere, & ex hac pulcherrimas tollere soboles. Noſtro ævo nulla eſt regio, quæ non amet perficere nobiliſſimam artium beneficio, & liberalitate Imperantium, quorum gloriam fama loquitur. Et SERENISS. CIMBRORUM DUX, quam illuſtri, quam abſoluto merito ut artes omnes, ita Medicinam ſibi obſtringit? Hujus beneficio nitet *Gottorpienſe Viridarium*, mille dives exoticis plantis, *Gottorpienſis Bibliotheca*, quæ amplitudine, ſelectu, numero, ditiſſimas quasque Germaniæ, vel æquat, vel ſuperat; benè etiam apta mereri de Hippocrate *Gottorpienſis* τεχνηματοθήκη, *Kunſt-Kammer*, in qua coactas licet mirari naturæ pulcherrimas opes, & omnis orbis & oceani gazas; *Gottorpienſe Laboratorium Chymicum*, quod ſpirantibus auſpiciis *Nobiliſſ. Dni Dr.* Joelis Langelot. *Gottorpientis Hippocratis*, ad abſolutiſſimorum proceſſuum facilè potuit incrementa adoleſcere. Vid. de his aliisque numeroſis Aulæ Gottorpienſis mirabilibus Wigand. *cit. tr. p.* 222. *& ſeq. &* Cæſ. Gramm. *in Chilonio nov. Holſat. Parnaſſ. pag.* 38. *& ſeqq.* ut de Academia Kilonienſi nihil dicam, quæ omnibus glorioſe abundans Reipubl. literar. decoribus, de quibus *vid. prædict.* Gramm. *in d. tract. per tot.* culminantem in Horto Medico, amplitudine & nitore notabili, Medicinam ſatis amplificat induſtria ſui *Majoris & Pechlini*, Ingentium nominum: ſoſpitante & ſpiritum vitalem impertiente Optimo Patriæ Patre. Cur non porro in Holſatia, abſolutisſimos Æſculapios Apollo noſter & Coronis Heliconia (*vid.* Nat. Com. *in Mytol.*) pariant? Seris Tibi pulcherimas laureas CHRISTIANE ALBERTE, DIVINE PRINCEPS, qui cum Muſis iniviſti feliciter pactum de præſtanda mutua immortalitate, quas nulla invidia corrumpit; exterus orbis miratur; noſtra Tuorum turba adorat! Multa hic non abnuerent inſeri, de Medicinæ congreſſu & Sectis: Sed talia luſtraturum placet relegare ad Medicos. Hodiè maximè viget Secta Mixta, quam indigitare poſſis Hermetico-Dogmaticam, vel Dogmatico-Spagyricam, quòd Veterum Medicinam maximâ ex parte retineat, ſed Hermeticis præſertim, ſive Chymicis principiis illuſtret, & medicamentis elegantioribus adaugeat, prout apud. Mœb, *in Epit. hiſt. pag.* 4. videre eſt.

14. Medicinæ ita inter homines pulchritudinem ſuam proferenti, magna fuit dignitas & excelſa auctoritas. Utraque ſe profert (1) in perſonarum illam ornantium ſublimi conditione: quia ſuprema orbis capita, ad illam ſe voluerunt adjungere: SALVATOR noſter, de cujus medelis Evangelica teſtatur Hiſtoria; & REGES, ut Cœlius Rhodigin. *antiq. lect. lib.* 28. *cap. XI. &* Tiraquell. *de Nobil. cap.* 31. *num.* 31. *&* 103. fuſiùs teſtantur: (2) In honoribus, quos divinos per excellentia ingenia meruit. *Iid. Loc. cit.* (3) In Imperio, quod etiam in Imperatores habet, ſecundum Plin. *lib.* 24. *cap.* 1. *in fin.* Caſſiodor. *lib.* 6. *cap.* 19. ita inducit Theodoricum Regem, Archiatro ſuo ſcribentem: *Fas eſt tibi, nos fatigare jejuniis; fas eſt, contra noſtrum ſentire deſiderium. Talem denique tibi licentiam noſtri eſſe cognoſcis, qualem nos habere non probamur in cæteros.* Alibi, niſi fallor, Plinius etiam notanter dicit: ex Medicis, ut quisque benè loquatur, vitæ & mortis noſtræ Imperatorem eſſe. (4) Ex præmiis opimis, quibus ex antiquis præcipuè cumulati ſunt Hippocrates, Eraſiſtratus, & plures, quorum catalogum nectit Plin. *lib.* 26. *cap.* 1. *& lib.* 29. *cap.* 1. Ex recentioribus Ludovici XI. Medicus notari meretur, qui menſtruum accipiebat Salarium decem aureorum millia, teſte Cominæo *de reb. geſt. Lud. XI. lib.* 9. Teſtes etiam eſſe poſſunt D. Nœslerus, qui in itinere ab hoſtibus captus ampliſſimas opes acquiſivit, quarum partem deinceps in torquem aureum juſſit conflari; hujusque inſcriptionis appendi numiſma: *decus captivitatis meæ*; & D. Seublinus, qui Argentinæ olim ex Uroſcopia, uno in anno 1700. florenos Rhenanos congeſſit, ut memorat Wigand. *de Philiatr. German. itin. pag.* 12. *&* 22.

15. In Rempubl. Romanam quantò ſerius immigravit Medicorum æſtimatio & valor, non tam ob artis, quam illorum, qui Medicinam tractaverunt, indignitatem, tantò poſtmodum ſumſit illuſtriora incrementa. A Cæſare civitatem Romanam acceperunt: Sueton. *in Cæſar.* Ab Auguſto, quod Antonius Muſa libertus à periculoſo iſtum morbo, ad bonam valetudinem reduxiſſet, jus aureorum annulorum & immunitatem à muneribus civilibus conſequuti ſunt: Dion. *lib.* 53. A Veſpaſiano, Hadriano, aliisque Imperatoribus data iſta ab Auguſto prærogativa illis confirmata eſt: *l. ult. in fin. de mun. & honor.* Alexander etiam annonas illis adjecit, ex publico decretas: *Lamprid.* Quod Imperator Conſtantinus vel auxit, vel confirmavit, quando *l.* 6. *de Profeſſ. & Med.* Mercedem etiam eis & Salaria reddi jubet, quo facilius liberalibus ſtudiis, & memoratis artibus multos inſtituant. Cœterum *Antonius Muſa*, ſub Auguſto prima ejus claritudinis fundamenta jecit, qua poſtmodum enituit medicina: *Galenus* iſtam perfecit & perduxit ad culmen. Utrique ſtatua erecta eſt in urbe. Metu tamen, ne ob inſignia hæc privilegia, plures ſe ad medicinam applicarent, & eo prætextu munera quis-

ra quisque defugeret: caverunt deinceps Imperatores, ut intra certum ordinem numerumque clauderetur iſta indulta immunitas: authore quidem Antonino Pio, prout eſt videre ex *l. 7. de excuſat. Tut. l. 1. de decret. ab ord. fac. & T. T. de Prof. & Med. C. lib. X.* In quem ordine invito, (ſcilicet decurionum, quorum decreto debuit immunitas Medicis tribui,) numerum, nullus poterat recipi, ut eſt in *l. 5. h. t.* (ubi rectius *invito*, pro *invitos* cum aliis legeris.) Extra ordinem tamen & numerum præſtitutum, ad has quoque pertinuerunt immunitates (1) *Medici caſtrenſes*, & legionis præcipuè, in qua eſt Princeps, quod rei publicæ cauſa abeſſe viderentur: *arg. l. 1. d. t.* (2) *Archiatri*, qui in comitatu Principis medendi cura funguntur *l. 6. h. t.* quos Gloſſa *in l. ult. eod.* vocat *Medicorum Principes*, qui de novorum Medicorum ſcientia judicant; & aſſignant ordinem ſucceſſionis in locum defuncti, ſecundum *l. 10. h. t.* Ex qua poſſunt DD. colligere, quod, quamdiu ex collegio Medicorum certo in loco exiſtentium ſuperſunt idonei, non debeant ſurrogari extranei, nec etiam præferri antiquioribus, interprete Rebuffo & Perez *ad h. t. num. 20. & ſeqq.* Sane extranei, cum magno ſæpè periculo, alienos medendi mores in diſſimile cœlum inferunt, de quibus vide Wigand. *dict. tract: diſſert. 1.* Cœterum de his mihi ſtrictim memoratis, plura hauſturos juverit remitti ad Godofred. *annotat. in l. 5.* Perez. *ad t. t. C. de Prof. & Med.* Briſſon. *antiq. lib. 2. cap. 3. & 4.* Heig. *lib. 2. quæſt. 26.* Beſold. *Theſaur. Pract.* Speidel. *notabil.* Conring. *diſſert. de antiquit. Academ.*

16. Porro Medici, ob tributas iſtas immunitates, quarum facta jam eſt mentio, liberati ſunt in ſpecie (1) ab onere hoſpitationis militaris, *Von der Einquartirung*: *l. fin. §. fin. de mun. & honor. l. 10. §. 2. de vocat.* Adde Hartmann. *tit. 52. obſ. 7. num. 2.* (2) ab onere bellorum: Natta *conſ. 66. n. 87. tom. 1.* (3) à tutela *l. 6. §. 1. & 2. de excuſat.* quo intuitu melioris conditionis eſſe videntur, quam Jurisconſulti, quos *d. l. 6. §. 12.* neceſſitate conſtrinxit: munera tutelæ ſubeundi. Verum textus hic loquitur de Juris Doctoribus privatis, nec publica authoritate conſtitutis: vid. Hermann. Goehauſen *peric. Acad. part. 2. p. 6. q. 39.* (4) à Conſulatus munere in civitatibus Sprenger. *Inſtitut. Jurispublici l. 1. c. 8.* (5) A Vectigalibus: Joh. Bapt. Coſta. *de ſcient. & ignorant. inſpect. 98. n. 7.* Quibus accedit, quod (6) legum Doctoribus æquiparantur, *ex conſtit. Conſtantin. l. 6. C. de Prof. & Med.* Non quidem tali comparationis fundamento, quale ludendi materiam præbuit Oweno:

Juris conſultorum idem ſtatus & Medicorum,
Damna quibus licito ſunt aliena lucro.

Vid. Colut. *Pier. de Nobil. II. & Medicor.* Lauſ. *Tr. de Acad.* (7) Nobilitatem habent temporalem & gaudent nobilitatis inſignibus, quatenus Doctores ſunt promoti: Matth. Steph. *de Jurisdict. lib. 2. part. 1. cap. 7. membr. 2. n. 76.* Ubi adducit Simon. Simon. *in tract. de nobilitat. cap. 10. & 11.* Qui Doctores Theologiæ & Medicinæ à Nobilitatis communione arcet. Verum hunc facile refutat *d. l. 6.* quoad poſterius membrum: & quoad utrumque *Reformierte Policey-Ordnung de anno 1577. art. außgangen. t. 12. R. I. de anno 1539. §. Von Doctoren R. I. de anno 1500. §. Von überflüſſigkeit der Kleider. Add.* Tiraquell. *de nobil. c. 5.* (8) Salaria annua Medicis à Republ. vel à privatis conſtituta debentur, licet intra illud tempus deceſſerint: Carpzov. *Def. for. p. 2. c. 51. d. 12. num. 4.* (9) illorum ſalaria funerum impenſis adnumerantur, & habent ad illa exigenda in concurſu creditorum prælationis privilegium: Ibid. *p. 1. c. 28. d. 3. & ſeqq.* Immunitates medicorum præterea tetigit G. à Reies, *quæſt. 4.* Dan. Otto *in iur. publ.* & fuſius omni alio explanavit Satler. *in diſput. de jur. & privileg. Medicor.* item, niſi fallor Conring. *de antiquit. Acad.* Tractavit etiam Poncet *de jur. municipat. diſt. 51. p. 188.* Heig. *lib. 2. quæſt. 26.* Limnæ. *de jur. publ. cap. 4. n. 19. & ſeqq.* Melch. Gold. *in par. de bon. Med.* Hipp. Obic. *dial. de nobil. Med.* ut facile ſit, ex tot. ſinceris etiam Jurisconſultorum elogiis, his illatam à G. à Reies *d. l. in princ.* inculpationem diluere, quaſi, ſtudio partium ducti, ſilentio involverent Medicorum prærogativas, & merita; vitia autem nævosque attollerent.

17. Hactenus Medicorum in arte ſua auctoritas; & tum alibi, tum in Republ. Rom. dignitas & immunitas delibata eſt: nunc, quæ poſſit illorum eſſe in Jure Juſtinianeo, quæ in tribunalibus auctoritas, ut propius ad ſcopum progrediamur, videndum eſt. Quod operæ pretium fuerit differre, dum, *auctoritatis* quæ ſit acceptio indolesque, præmittatur. Eſt autem in propriiſſima ſignificatione, nihil aliud, quam *dignitas quædam auctoris, alliciens aliorum animos in ejus venerationem, aſſenſum, obſequium, reſultansque ex perfectione ejus cognita.* Fundamentum itaque ejus eſt perfectio; & quatenus cognita eſt, reſultans ex iſtâ dignitas. Hîc tamen cave confuderis perfectionem & dignitatem. Illa fundamentum remotum eſt; hæc proximum authoritatis. *Dignitas*, uno verbo, eſt externus quidam perfectionis, quatenus cognitæ, character; radiusque ejus in authorem quidam reflexus, unde authoritas accenditur, quoties iſta, ſemper ſubjecto inhærens, in actum ſe profert. Tribuitur autem hæc auctori *principaliter*, ob triplicem perfectionem potiſſimùm; ſcilicet (1) *Virtutem & fortunam* cujus terminus eſt veneratio: (ita dux belli, ob illuſtria fortitudinis ſpecimina, ob fortunam Inſignium nobilis, auctoritatem & venerationem

nem habet :) (2) ob *imperium*, cujus terminus eſt obſequium : (ita qui imperandi habet poteſtatem, quoties aliquid præcipit, auctoritatem exigendi obſequii habet :) (3) Denique ob *veritatem* dictorum ſcriptorumve, cujus terminus nudus eſt aſſenſus : (Ita artifex & peritus authoritatem habet ſibi aliorum aſſenſum impetrandi, circa iſta, quæ in arte ſua pronunciat.) Rectè hanc dixeris *ſimplicem*, quæ nudo aſſenſu abſolvitur ; illam utramque, quæ & venerationem meretur & obſequium, *intenſivam*, ad exemplum *Puffendorffii*, qui valorem perſonarum in ſimplicem & intenſivum diſtribuit. Tribuitur etiam authoritas effectui auctoris, *ſed dependenter*, & per *extrinſecam denominationem*, ut Scholis loqui ſolenne eſt. Sic non tantum Princeps, cum aliquid præcipit, obſequii exigendi authoritatem obtinet, ſed lex etiam, quam fert, & ſanctio obligat ſubditos ad obſequium : nec tantum, qui docet, quod verum eſt : ſed etiam docentis doctrina aſſenſum meretur. De authoritate conciliandæ venerationis, dubium ſaltem eſſe poteſt, an etiam in effectum cadat ? Sic belli ducem, ob claras victorias, architectum excellentem, ob egregias ſtructuras, veneramur, ſed nec Victoriam, nec ſtructuram cultu proſequimur. Diſtinctiùs hanc de authoritate doctrinam inculcat *Plurimum Reverend. Dn.* Joh. Muſæus, *Patruus meus Honoratiſſ. introduct. in Theol. c.* 3. *n.* 1. 2. *&* 3.

18. Cæterùm admodum vulgaris eſt iſta acceptio authoritatis ; prout ſimplicem iſtam & in opere authoris apparentem, (quo intuitu nihil aliud eſt, quàm *verum teſtimonium auctoris fide digni*,) notat. Ita etiam poteſt ſcriptis dictiſve Medicorum accidere, (in quos intenſivæ authoritatis fulgorem poſſemus quoque derivare, ſi nos juvaret de iſto nunc eſſe ſollicitos,) tot quidem modis, quot judicium & arbitria poſſunt interponere, circa materiam artis ſuæ. Quod quidem ipſis facere, tribus præcipue modis contingit : (1) per *decreta*, (2) per *reſponſa*, (3) per *relationes*. Quantam authoritatem habeant *Hippocratis* decreta, in materia legali ; loquitur vel ipſa *l. noſtra* 12. *de ſtat. hom. & l.* 3. *§.* 12. *de ſuis & leg. hered.* Quo quidem veterum JCtorum exemplo, non erubeſcunt DD. quæ circa Juris puncta ex principiis Medicorum veniunt decidenda, ex iſtorum libris mutuari. Ad *decreta* pertinent *deciſiones*, *definitiones*, *aphoriſmi*, *canones* Medicorum. *Reſponſa* ipſorum merentur majorem authoritatem adhuc, quoniam de negotio & caſu præſenti, ad inſtantiam conſulentium emittuntur : ubi major diligentia adhibetur ; & in individuo hypotheſique res clariùs diſcernuntur. Quemadmodum magis creditur dicto Doctoris, in conſulendo, quam lectura : juxta Aymon. Cravett. *in tract. de ant. temp. f.* 19. *num.* 48. *& f.* 164. *num.* 48. Cagnol. *in l. conſilii de Reg. Juris*, Paul. Pariſ. *conſil.* 110. *vol.* 1. *num.* 20. Menoch. *de præſumpt. l.* 2. *præſumpt.* 71. *num.* 48. *& ſeqq.* Quanquam contrarium videatur aſſerere Bartolus *in l. ſi pater num.* 2. *C. de Inſtit. & ſubſtit.* & ibi expreſſe Jacobin. *num.* 14. Alex. *in conſ.* 185. *vol.* 2. *num.* 25. Boer. *deciſ.* 155. *num.* 24. Quantum authoritatis adſtruatur *reſponſis* Medicorum, ex authoritate illorum, qui illos conſulere dignati ſunt, elucefcit. Ita Illuſtriſſimos multos & Judices Rotæ Romanæ, Medici authoritatem requiſiviſſe ; inter alia eſt videre ex reſponſis, quæ numero LXXXV. nobili operi ſuo *Quæſt. Med. Leg.* ſubjunxit *Paul. Zacch.* Porro *relationes* Medicorum, maximam authoritatem habent, in caſibus legalibus, ut paſſim docent DD. Hinc Medicorum judicio ſtandum, tanquam peritis in arte, ſuper aeris corruptione, ſuper bona & mala valetudine, ſuper furore & ſana mente, ſuper morbis & vulneribus &c. vide Maſcard. *concluſ.* 92. 1039, 1175. item Carpzovium *Prax. Crim. pag.* 1. *quæſt.* 26. *num.* 24. *& ſeq.* etiamſi non reddant rationem dicti ſui, ut *in dict. concl.* 1039. *num.* 15. ſtabilitur. Hujusmodi Medicorum relationes, ſi publica fiant authoritate Magiſtratus, publicæ ſunt authoritatis ; ſin ad privatorum poſtulationem, absque interventu Magiſtratus, privatæ. De qua Medicorum authoritate, quæ hujus diſſertationis objectum eſt, loquente titulo, neſcio, an ex JCtis, ex inſtituto & principali induſtria, quisquam univerſim egerit ? Prodiit quidem Paul. Franc. Romani *Diſp. de Medico Juridicè conſiderato* : ſed mihi non viſa, quæ, ut videtur ſpondere titulus, forte vicina quædam noſtro inſtituto tractavit. Ex Medicis *Paulus Zacch.* quamvis unus in abſolutiſſimo opere *Quæſt. Med. Leg.* hoc ſit fuſiùs aggreſſus tractare, tamen unum ejus nomen, vel centum aliorum hîc impleverit. Quem Rota Romana ævi noſtri alterum *Hippocratem* dignata eſt appellare: *in Bononien. Fideicomm. de Buccaferreis* 24. *Maji* 1653. *coram Reverendiſſ. Zarate. Æſculapium ſuum* Zacutus Luſitanus, magni nominis vir ; & nos Judicem ſatis legalem admittere poſſumus, in caſibus Medico-Legalibus. De hoc Medicorum & JCtorum tum Mercurio, tum Hermete, (ut illum appellat Marcus Aurel. Severin. *de recondit. abſceſſ. nat. l.* 4. *&* 6.) *Stephanus Roderic. Caſtrenſ.* hoc ingenioſum epigramma protulit:

Paulus erat quondam Medica qui floruit arte,
Legifer inſignis Paulus & alter erat.
Mira loquor, Paulum ſuperat nunc Paul⁹ utrumque;
Seu Medicas artes, ſeu ſacra iura colat.

Opus

Opus hoc tanti æſtimatum eſt, tantoque plauſu exceptum, ut doctiſſimi Viri, per Europam ſummis illud laudibus evexerint, quorum catalogum vide, in præfixo *Leonis Allatii* excerpto. Et *Fruzelletus* Pariſ. Advocatus in vernaculam illud linguam transferre aggreſſus eſt. Manes tui ſuaviter quieſcant Paule, qui has nobis roſas primus ſeviſti! Interim tamen optandum eſſet, ut Juris Conſultorum excellentium opera & ſtudio, ad uſum Jurisprudentiæ magis traductum hoc argumentum illuſtraretur: quando ipſe noſter *Zacchias* teſtatur; facile potuiſſe contingere, ut ob legalis ſcientiæ imperitiam; & non ſanum intellectum JCtorum, hanc operam minus abſolverit, defectibus ſuis ſcatentem.

CAP. I.
DE
AUTHORITATIS HUJUS
FUNDAMENTO, FORMA, VIRIBUS ET OBJECTO.

POſt diſcuſſa *præliminaria*, & quæ ad declarationem, vel tituli, vel inſtituti viſa ſunt pertinere: nunc progreſſuro, ad interiora & viſcera argumenti, ante omnia de ejus baſi diſpiciendum eſt; unde accuratius indolis, quam habet, examen profluxerit. Quô enim ſibi merito vindicet Medicus, quam obtinet in tribunalibus, auctoritatem? ſatis ardua eſt quæſtio, ut evolvatur. Cujus inſtituti gratia in procinctu adnotamus: Jurisprudentiæ inexhauſtæ amplitudinis & ambitus probè infiniti ſphæram eſſe, rerum, circa quas occupatur, ſive ut cum ſcholis non abnuamus loqui, *objecti materialis* intuitu: quando rerum divinarum & humanarum Themis arbitrium gerit: *l.* 10. *de Juſt. & jur.*

—— examenve improbum in illa
Caſtigat trutina ——

æquitatis ſuæ, quam cœlum & terra, & omnium in utroque entium congeries, aliquando ſubire cogitur: Hinc meritò Juris Sacerdos non eſt, qui non encyclopædiam, quam Cic. *lib.* 3. *de Orat. Concentum doctrinarum omnium atque conſenſum*: Quint. *lib.* 1. *doctrinæ orbem* appellat, abſolvit: ſi *Ant. Pichardo* credimus, *ad* §. 1. *Inſt. de Juſt. & Jur. num.* 7. cujus etiam videtur ſententiæ fuiſſe *Anthonius Faber*, quando hæreticum, JCtum eſſe poſſe negavit. Ob quod aſſertum meruit veſaniæ argui, à *Bernhardo Sutholt. diſput.* 1. §. 33. aſt, quam impare adverſario? Scilicet *vir* quidem hic, *at non Málico ſimilis*, ut in Arabum eſt proverbio. Movet me hujus injuria, ut pro iſto apologiam ordirer, niſi ad ſolidiora properandum eſſet. Quo enim ſenſu iſta tribuantur elogia jurisprudentiæ & JCto, quis non videt? ut amplitudo artis noſtræ, & qualis requiratur in hoc excellentia, *Novell. Val.* demonſtretur, non ſpecie confuſionis invehendæ. Novit *Faber* Theologiam & Jurisprudentiam, novit cæteras artes diſtinguere. Cæterùm ipſi Sacri canones, ex ſerie eorum, qui poſtulare poſſunt, ne dum Juris conſultorum hæreticum proſcribunt: *de pœnitent. diſt.* 1. *c. nemo vel in foro*: ut ex *Leonis & Anthemii AA. reſcripto C. ſub tit. de poſtulando* inſerto, in illos translatum eſt. Cui textui geminus eſt, qui reperitur *in l.* 19. *de Epiſcop. aud. & in c.* 2. *Novell.* 144. An perfectus JCtus erit, qui injuſtus? an juſtus, qui de fide Catholica malè ſentit? qui, ut de Manichæis, quorum illuſtrior dogmatum fœditate olim hæreſis fuit, *l.* 5. *C. de hær.* loquitur, ad imam usque ſcelerum nequitiam pervenit? Eandem cauſam Hahn. *ad de l. & l. n.* 14. pro *Ulp.* contra *Bach.* agit.

2. Cum itaque tam vaga & laxa ſit juris materia, ut nulla omnino ars inveniri poſſit, in cujus illa objectum non excurrat: manat inde, quod Cicero dixit, *omnes inter ſe artes & ſcientias, vinculo quodam arctiſſimo connecti*: maximè in jurisprudentiam quadrare. Quis enim alius eſt habitus, vel ſpeculativus, vel practicus, cum quo iſta nexum non habeat? Quod primùm in Theologia dabimus operam demonſtrare: circa quod, ſi alicubi hallucinor, vel eò merebor veniam à benevolo Lectore, quòd ſecundum meam quidem conſcientiam,

Avia Pieridum peragro loca, nullius ante
Trita ſolo, juvat integros accedere fontes,
Atque haurire: juvatque novos decerpere flores.

Ad hujus iſta fines accedit (I.) ratione *principii remoti*, quod eſt *lex moralis & divina*. Illius clariſſimum & infallibilem DEUS interpretem egit, per Moyſem. An corruptæ hominis rationi potuiſſet alioquin innoteſcere, iſta quamquam inſita lex, & integritate quidem incorrupta? jure dubito. Neque, ut ſupra artium, ita legum nunc etiam originem revelationi imputare divinæ trepidanter audeo: ut in juris civilis exemplo emerget. Hoc debet originem græcis Legibus: Græcorum leges, Solonis & Lycurgi prudentia civilis fundavit: hæc vero ab Hebræis ad illos, barbarorum interjacentium operâ dimanavit, qui ſine doctrina ſupremi Doctoris, neque ſapuiſſent, neque alios ſapere docuiſſent. Hinc furti elogium, tam prolixa inquiſitione Græcis ab Euſebio exprobratum legimus *de præp. Evang. lib.* 11. Qui de alieno tam liberaliter & eleganter largiri ſciverunt, ut penes illos pene inventi gloria remanſerit: vide quæ hac de re *Nobiliſſ. Dn.* Schilter. *in man. phil. mor. ad Juriſprud. c.* 1. accuratè inculcat.

3. Notaveris autem, quod lex iſta mora-

lis reſpectu *primævæ* ſuæ & ſubſtantialis *formæ*, Juris *naturalis*, reſpectu *acceſſoriæ*, *divini* etiam appellationem induere apta ſit. Quomodo interim commune ſit Theologi & JCti principium, clarius eſt, quam ut debeat inculcari. Legem moralem uterque reſpicit, ut normam, in legum humanarum ſive eccleſiæ, ſive reipubl. 1. *conſtitutione*, 2. *interpretatione*, 3. *applicatione*. Nullum dogma fidei, nulla cultus divini pars, nulla lex, nullum judicium rectum, quod ab illa abhorreat. Juris quidem civilis illa eſt excellentia, ut normam ſuam purè & abſque nævo exprimat: ex immenſo legum oceano nullam in ſuo gremio foveat, quæ, vel illam evertat, vel cum illa verè collidatur. Hinc Carolus Molinæus dicit: *Jus Romanum tam æquum eſſe, ut omnium ferè Chriſtianarum gentium uſu & approbatione commune ſit effectum*: *ad conſuet. Pariſ. Tit. des Fiefs. num.* 110. Quem ſequuntur Struv. *Syntag. Jur. civ. exerc.* 2. *th.* 36. & paſſim DD. obſervantes Jus Civile, gentium inſtar juris, longè latèque ubique coli. Jo. Leunclav. Turcis etiam in uſu eſſe teſtatur *in paratit. iur. antiq. in proleg.* Anth. de Butr. Judæos quoque ad hoc recurrere, deficiente Lege Moſaica aſſeverat: *ad c.* 1. *de ſponſal. n.* 1. cum Cujac. *lib.* 9. *obſerv.* 17. Zonaras dicit: *DEUM elegiſſe Romanos, ut per eos Juſtitia ſua orbi terrarum luceret & ſplenderet. Ad canon. & conſtit. Apoſtol. lib.* 7. *cap.* 27. Auguſtinus: *leges Romanorum divinitus per ora principum dimanarunt. c. quo jur. diſt.* 8. *c. nemo* 16. *qu.* 3. Plura ſuo merito Jurisprudentiæ civili tributa elogia adnotavit Arthur. Duck. *in tract. de auctoritate Jur. Civ. lib.* 1. *cap.* 2. Inutilis quidem turba nævos aſpergere bello huic corpori toto die properat: ſed irrito conatu. Nota eſt Cypriani Regneri *de injuſtitia quar. ll. Romanar.* opera, ſed vindicarunt iſtarum nitorem, quem hic impugnat, Meſtert. *in tract. de Juſt. LL. Romanarum*, & inter alios plures Dn. Tabor *in fin. partit. Jur. Add.* Franc. Gratian. de Gazzatoribus *in tract. de concil. ll.* Gœhauſ. *in Per. Acad.* aliique antinomiarum diſcuſſores.

4. Lex divina poſitiva, quæ per revelationem & ſcripturam ſacram unicè potuit inno teſcere, in civilibus quoque judicandi regulam exhibet. An & quomodo Scriptura Sacra poſſit allegari in controverſiis civilibus? peculiari capite docet Jon. Fulev. Churioland. *in diſſert. Jurid. de ſcriptur. ſacr. quod* 10. *eſt.* Cujus affirmativa, quoad prius memorum fundata eſt, *in cap. cum cauſam. de electtion. cap.* 1. *& fin.* & *cap. cum Apoſtolica, X. de his, quæ fiunt a Prælat.* Duas autem Author præallegatus, circa Scripturæ Sacræ allegationem in civilibus regulas tradit: ut locum habeat, (1) quando lex antiqua iuris divini, eſt incluſa corpori juris; (2) quando in jur. Can. vel Civ. quæſtiones obviæ non ſunt deciſæ, ſed in jure divino. Ampliatur hæc regula, ut etiam in deciſis procedat, ſi Scriptura Sacra ſit contraria, cujus auctoritati authoritas Pontificis & imp. cedit: Maſcard. *de prob. concluſ.* 191. *n.* 10. Abſit ergo Caroliſtadii error, qui ex lege Moyſis indiſtinctè res politicas judicandas eſſe ſomniavit. Calv. 4. *Inſtit. cap.* 20. *ſect.* 14. Cum LL. ceremoniales & forenſes, quoad abſolutam obligationem in novo fœdere abrogatæ ſint: Schotan. *in examin. ad tit. de Juſt. & jur.* & non magis ad nos pertineant, quam Solonis & Draconis leges, ut multis auctoritatibus firmat Carpz. *Pract. Crimin. part.* 2. *qv.* 137. *n.* 30. *&* 31. *Vid.* Jo. de Matienzo Deza, *JCt. Matritenſ. tract. de ll. mutatione*, qui Matriti 1639. prodiit Memoratos interim Grotio effectus *de J. B. & P. l.* 1. *c.* 1. *n.* 12. nullum eſt dubium, quin producat, juris divini poſitivi abrogata pars, præſertim, quæ in defenſione legis moralis eſt poſita, vide Schotan. *d. l. &* Conſtant. l' Empereur in tr. *de ll. Ebræor. forenſ.* ut quæ iſto jure *præcepta* vel *permiſſa* ſunt, nunc quoque poſſint præcipi vel permitti. Actu etiam jus civile noſtrum juri divino Moſaico in multis reſpondere, non inutili opera fuſius monſtravit Phil. Zepperus *in collation. LL. Moſaicar. & civil.* & qui in ſimili argumento fuit occupatus Petr. Pithœius: *add.* Kleinſchm. *Præcog. l. tr.* 11. *n.* 3. Quod de authoritate S. S. ita dictum eſt in civilibus, extenditur quoque certo modo ad dicta S. Patrum. Maſcard. *d. concl.* 191. *n.* 12. & Conciliorum *placita*, quorum auctoritatem perperam promiſcuè tollere Sandium, *in præf. in libr.* 3. *enucl. Hiſt. eccl.* ſolidiùs deducit *in diſp. de Concil. Nicæn. auth. habita, ſub Præſidio Magn. & ſummè Rev. Dn. Dr.* Niemanni, *excelſi nominis Theologi & per Ducat. Holſat. hodie Superintend. General. Plurim. Reverend. Dn. Dr.* Joh. Guiliem. Bajer. *Theolog. hódie Jenenſ. Affinis meus honoratiſſ.*

5. Nectitur Jurisprudentia cum Theologia (II.) ratione *principii magis propinqui*, quod eſt jus Canonicum. Illud commune Theologis Pontificiis indiſtinctè eſt, quatenus judices ſunt; & ſecundum idem tenentur dirimere Eccleſiaſticas lites. Ab Orthodoxis etiam obſervatur, in illis capitibus, in quibus illius æquitas elucet. Ita in rebus ſpiritualibus & conſcientiam concernentibus, vel quando agitur de peccato vitando, v. c. in materia *uſurarum*, *juramentorum*, *præſcriptionum*, & ſimilium, hoc magis attendunt, quam Civile, reformatarum multarum Eccleſiarum Conſiſtoria, *Excellentiſſ. Dn.* Dr. Mollenbec. *Præceptor meus Honoratiſſimus, diviſ. Cent.* 3. *d.* 100. Fuerunt etiam ex noſtris Theologis, qui illuſtratione ſua & analyſi, Jus Can. dignum judicarent, inter quos mihi nunc poteſt memorari Himmelius *Jenenſis Theol.* Quanquam autem Lutherus illud comburi Wittebergæ per Carnificem curaverit, ut teſtatur Sleidan. *de ſtatu Reform.* & Meſtert. Jus Pontificium,

tanquam

tanquam Barbarum & à ſtoliditate ſtudioque detrectandi profectum, planè damnet, notatus propterea à Regner. *in dict. operis præfat.* Tamen in multis majorem æquitatem adhibere, quam civile creditur; & ad mores noſtros magis accedere, teſte Gudelino: Unde JCti ſolent illud præcipuè attendere, circa matrimonialia, juramenta, uſuras, præſcriptiones, proceſſus Judiciarii functiones. Georg *Schultz in Synopſ. Inſt. Imp. Prolegom.*

Inſignemque ſuo capiti petere inde coronam,

F. Ratione *objecti* (III.) in Theologiæ terminos evagatur. *argum. §. 1. Inſt. de juſt. & jure.* Res divinas quippe Theologus & JCtus æquè conſiderat, ſed hic quatenus de ipſarum juſtitia quæritur. Hinc juris Civilis, & quidem publici pars fuit, quod ſacrum dicitur; & Ethnicorum quidem ſuperſtitio in Romana olim republica meris nugis impleverat: ut teſtatur Gudelin. *jur. Noviſſ. libr. 6. c.* 1. Ad Eccleſiaſticum judicium, tum ex Politicis, tum ex Theologis componendum, in ſpecie, quæ ſpectant, in triplici ſunt differentia: vel enim ſunt (1) cauſæ *merè ſpirituales*, fidem Chriſtianam, Ceremonias, cultum divinum immediatè reſpicientes; Vel (2) *ob dependentiam ab his tales*, ut controverſiæ de rebus & perſonis Eccleſiaſticis, res ſcholaſtica, donationes & legata ad pias cauſas, jus Patronatus &c. Vel (3) *mixtæ* h. e. nunc ad judicium Eccleſiaſticum, nunc ad ſeculare pertinentes, quales ſunt cauſæ matrimoniales & crimen adulterii, ſecundum Reinking, *Regim. Sec. & Eccleſ. Claſſ.* 1. *c.* 10. *n.* 9. (IV) concurrunt Theologia & Jurisprudentia ratione *finis remoti*, qualis eſt juſtitia univerſalis: hanc quippe JCtus habet ſibi propoſitam in civitate. *Magnif. Dn.* Struv, *Syntagm. Jur. Civ. Exerc.* 1. Theologus in Eccleſia: (V) ratione officii concurrentis, quod ſpectatur (1) in interpretatione textuum & Theoria. Ita multos Juris Conſultorum, ſacri quæ ſunt argumenti tractaſſe, ante citat. docet Fulev. *in dict. diſſert. appendice*, ubi eorum ſatis amplum catalogum texit. Neque pœnituit, *Theologos* juridica tractare, quorum cauſam egit, contra calumniatores in *Vindiciis pro Theolog. de materiis juridicis ſcribentibus* Georg. Gobat. *ed. Frib. Helvet.* 8. 1654. Porro Joh. Bapt. Fircker. & Maximus Sandæus *Theologiam Juridicam* ſcripſerunt, diſſimili propoſito: ille, ut ex ll. ſinceritatem fidei cathol. hic, ut occaſione Evangeliorum & ex his, negotiorum civilium juſtitiam declararet: quorum conſpirans in titulo labor, vinculi hujus poteſt documentum inferre: (2) in applicatione ſacri juris & praxi: hinc multis in Juris caſibus, tum Theologorum, tum JCtorum arbitria toto die explorantur; & Conſiſtoria componuntur ex Theologis & JCtis; De quo vide Carpzov. *in Jur. Conſiſtor.* Speidel. *Notab. in voce Conſiſtoria.* Seckendorff. *Fürſtenſtat, parte ſecunda c.* 12. Beſold. *theſaur. Novell. Val. Pract.* Steph Pomeran. *tract. de Juriſdict. Confer.* Petr. Gonzalez de Salzedo, *in tract. de lege Polit. ejusque execut. & oblig. tam int. Laic. quam Eccleſ. Matriti fol.* 1642. *impreſſ.*

6. Poſt Theologiam, non debet omitti, qualis ſit cohærentia Philoſophiæ, cum Jurisprudentia, quæ ſanè arctior eſt; quam ut altera ſoſpite à ſe invicem poſſint divelli. *Cic.* non à Prætoris edicto, neque à duodecim Tabulis, ſed penitus, ex intima Philoſophia hauriendam eſſe jurisprudentiam, dicit: allegante Schiltero *manud. Phil. Pract. ad jurisprud. c.* 1. Hujus emergit ſententiæ veritas ex iſto, quod Ulpianus ſe veram Philoſophiam affectare gloriatur *l.* 1. *de Inſt. & Jur.* & Jurisprudentiæ eandem aptat definitionem, quam Philoſophiæ veteres tribuebant *l.* 10. *de J. & J.* authore quidem Homero. Hinc ait Cicero *lib.* 1. *de offic. illa autem Sapientia, quam principem dixi, rerum divinarum eſt atque humanarum ſcientia*: parallela loca exhibet *idem Tuſcul. quæſtionum lib.* 5. Strabo *Princ. operis* Plato *in Timæo*: Agellius *lib.* 10. *cap.* 17. Juſtin. *in diſceptat.* Apud Græcos, ut Legislatio, (vid. Conring. *de antiq. Acad.*) ita & LL. interpretatio penes Philoſophos fuit. Veteres vero JCtos Philoſophiæ deditos fuiſſe, fusè declarat præallegatus Dn. Schilterus *loc. cit.* Fuerunt autem Eclectici, valde tamen ad Stoicorum ſectam inclinantes: quos SS. etiam Patres, cum magno zelo præoptarunt ſequi, quam Peripateticos. Unde multa in jure noſtro Stoicæ Philoſophiæ veſtigia: cujusmodi ſunt, (1) quod jus per Ulpianum derivatur à Juſtitia *l.* 1. *de juſt. & jur.* more Stoicorum: (2) in uſufructu hominis, homo eſſe poſſe negatur: (3) fœtus in utero non habetur pro homine: *l.* 9. *ad L. Falcid.* ſed maternorum viscerum pars *l.* 1. *§.* 1. *de inſpic. ventre.* (4) quod omnes homines æquales eſſe dicit Ulpian. *l.* 32. *de reg.* J. Multa tamen ab aliis mutuati ſunt. Theophraſti mentionem injiciunt Pomponius *l.* 3. Paulus *l.* 6. *de LL.* qui Ariſtotelis fuit Diſcipulus. Atomorum effluvia Epicuri in Scholis celebrata, Alphenus approbat *l.* 67. *de Judic.* Sed & notatu dignum eſt, quod uno tempore, & Jurisprudentiæ ſtudium, & Philoſophiæ reſtauratum in Imperio Romano & tractibus vicinis invaluit. Ariſtotelis libros de Græco & Arabico latinè verſos Fridericus II. Juris Civil. reſtaurator Scholæ Bononienſi obtulit: Herm. Conring. *antiq. Acad.* Tandem *vid.* Andr. Krebs *de cognat. Phil. & Jurispr.*

8. Quod hactenus de toto in proclivi fuit diſſerere, facillimè licuerit in partibus etiam, ſingulisque diſciplinis Philoſophicis declarare. Cum Philoſophia Practica colligata eſt LL. prudentia, tanquam ſurculus cum radice, pars cum toto, ſoboles cum parente. Philoſophia Moralis, dum præcepta virtutum explanat, quid aliud exhibet, quam legis naturalis Syntagma? Ex qua jus noſtrum profluxiſſe quis dubitet?

dubitet? Jus publicum etiam eſſe appendicem quandam Politices, imò Politicam ſpecialem ſtatuit Sutholt. *diſſert.* 1. *ad Inſt.* Unde mirari ipſum ſubeat, qua fronte ad tractationem Jurispublici magno juventutis malo accedant inepti quidam Doctorculi, quos vel Jovem lapidem juraveris, quid ſit Majeſtas, quid Respublica, quid mixtio formarum, penitus ignorare. Cœterum, ut nexus iſte adhuc clarius innoteſcat, ex dicto *Dno. Schiltero* brevibus adnotemus; ſubordinari Jurisprudentiam Philoſophiæ morali (1) *ratione finis*, qui eſt juſtitia, ut ille peculiari *cap.* 2. elucidat: (2) *ratione objecti*, ut *idem cap.* 3. quod ſunt actiones civiles, ſed quatenus ad Juſtitiæ virtutem veniunt regulandæ: (3) *ratione mediorum*, quæ ſunt leges & Judicia. Nam Philoſophia Practica etiam Leges tradit naturales; & in actu ſignato poſitivas tractat; tribunal etiam aliquod erigit in conſcientia, ubi quisque infelicitatis vel beatitudinis moralis ipſum ſe reum agit; majeſtati verò arma coercendæ nequitiæ porrigit. Porro cum Prudentia militari, quæ pars quædam eſt architectonicæ, vel ipſo *Ariſt. teſte* conſpirat. Jurisprud. quanquam magis in pacis negotiis dominata, Grot. *in princ. op. de J. B. & P.* tamen ipſis bellis præſidens. Legibus quippe & armis Respubl. gubernatur. Quæ omnia notabilis chiaſmus *in procem. Inſt. princ.* de quo Wiſſenbach. *vid. diſp.* 1. *ad Inſt. &* Matth. Guerræ de Latras, Americani *Tr. de ll. & armis Salmant.* 1633. *edit.* certo robore poſſunt fulcire. Fuſius hoc declarat Laur. Arnoldi *in Tr. de collat. Phil. Mor. cum Jur. ſcript.*

9. Cum Phyſica colligatur, tanquam cum forma & *facultate adſiſtente*: ut color non videtur ſine lumine; ita in plurimis Juſtitiæ veritas, nec absque prælucente face naturalis Philoſophiæ. Philoſophum naturalem ſc. primum ad ſapientiam gradum fundare, ſæpe laudatus Dn. Schilterus teſtatur: quia, ubi ad ſui cognitionem hominem duxit, tum Ethicæ demum illum tradit civiliter beandum. Hæc etiam absque illius adſiſtentia manca. Unde doctrina de affectibus, de Facultatibus & actionibus animæ, fundamentum in iſta Philoſophia habet. *Metaphyſica* porro Jurisprudentiæ clavis eſt & lux; ſine cujus adminiculo neſcio, an finibus ſuis quæque definire & diſtinguere poſſit, obnoxia alioquin confuſioni futura. Cum artibus quoque Liberalibus felici copula nectitur Themis; ne ullas quidem gratias Veneresque contemnens: Dialecticam, Rhetoricam, Grammaticam neceſſaria adſciſcit ſibi inſtrumenta. Quæ quidem omnia firmat Ciſneri JCti judicium *in præf. ad P.* 2. *Fr. Duaren.* Qui veteres Juris Auctores ad iſtum prudentiæ gradum ſupremum, tribus potiſſimum rebus enixos eſſe opinatur: verborum atque Sermonis Latini, ad Jus pertinentis accurata perfectione; artificioſa tractandi Juris Methodo; juſta denique Philoſophiæ Moralis, ad Jus & II. translatione, finiumque quadam propulſione. Denique cum artibus Liberalibus qualemcunque habet nexum Jurisprudentia, ratione ſc. objecti, quatenus caſus, quos diſcernit, ex artificum Regulis lucem capiunt & determinationem.

10. Cum ergo multa JCtus ex artis ſuæ principiis determinare non poſſit, de quorum tamen jure & exiſtimatione, quæſtio in judiciis movetur, ob hanc ipſam artium viciniam copulamque, in foro regula invaluit: *Artifici & perito in arte ſua credendum eſſe.* Gail. 2. *obſ.* 3. *num.* 13. Caſpar. Klock. *Vot. cam.* 43. *num.* 16. quod adeo verum eſt, ut artis qui de peritia examinatur, non habeatur pro teſte; Maſcard. *de probat. concluſ.* 430. *n.* 5. teſtis enim non tam eſt, quam judex: unde vim ſententiæ obtinere illorum pronunciata legitima, docet Carpzov. *def. for. part.* 1. *C.* 26. *D.* 4. cujus Brocardici veritas, ex plurimis juris textibus poteſt deduci: ut ex *l.* 3. *C. Fin. regund. & tunc agrimenſor ire præcipiatur ad loca, ut patefacta veritate hujusmodi litigium terminetur.* In quibus caſibus agrimenſor ſuam poſſit authoritatem interponere, docet prolixè Cujac. *obſ. l.* 10. *cap.* 2. Habet iſta locum nim. (1) in controverſia de latitud. agrorum: (2) de Modo agrorum aſſignatorum: nam triplicem agitari litem de agris, Frontinus dicit: Aliam, de eorum fine, aliam de loco, aliam de modo, in ære ſive forma cuique militum aſſignato: (3) In quæſtione de proprietate: (4) In quæſtione finium: (5) de Alluvione: (6) de agris ſubſecivis & extra cluſis: (7) de aqua pluvia arcenda: (8) de itineribus: maximè in agris aſſignatis, per quos menſurarum limitumque ratio, populo iter præſtat, lege Colonica. In *l.* 28. §. *fin. de Verb. Obligat.* valida ſtipulatio habetur, diverſa lingua contracta, interponente fidem interprete. *In l. de ventr. inſpic.* fide ſtatur trium obſtetricum, quibus inſpicienda erat Rutilii Servii uxor Domitia. Ex inſtituto *Nov.* 7. *cap.* 3. §. 2. Mechanici & Architecti fidem ſuam interponere tenentur, in rei Eccleſiaſticæ æſtimatione, antequam validè poſſit alienari. *In c. propoſuiſti* 4. *X. de probat.* major fides habetur teſtimonio 7. mulierum, quam juramento O. de Caſa Nova mariti, in puncto cognitionis carnalis. Vide alios textus allegatos, ab Hieron. de Cævall. *in ſpec. opin. comm. contra comm. Tom.* 1. *Quæſt.* 1. *num.* 24. Circa prædictam regulam quæritur, quis ſit artifex? ℞. Qui de præſentia artem per ſe exercet, non qui per alium, nec qui tempore præterito exercuit, *arg. l. fin. de Excuſat. Tutor.* & ibi Bart. Bertachin. *de Gabell. in ſecunda part. v.* 16. *num.* 34. Cæpoll. *in l. eum qui vectigal. de vectigal.* quod etiam producendum ad illum, qui artem ante tractans, ab ejus exercitio morbo impeditur, *in l. ex*

l. ex agentibus. C. de Prin. agen. in reb. lib. 12.

11. Probatur aliquem Artificem eſſe: (1) per teſtes ejusdem artis peritos, qui deponunt, ſe vidiſſe iſtum aliquod opus facere, quod certum, absque illius artis peritia fieri non poſſe. Bart. *in tract. de Teſtib. in Verb. cerdonem num.* 61. Nec ſufficit, ſi deponent, quod in ſpexerint illum operantem iſta arte: Maſcard. *de prob. concl.* 135. *num.* 4. Limitanda eſt prædicta regula: (1) cum Lex decem annorum tempore oblivionem præſumat, artifici fidem non eſſe habendam, ſi per decennium non exercuerit artem; *Idem loc. cit.* ex Bart. (2) Peritis non aliter haberi fidem in arte ſua, quam ſi juramento confirment teſtimonium ſuum: Carpzov. *juriſpr. forenſ. pag.* 4. *cap.* 33. *d.* 5. *num.* 8. non requiritur autem præciſe Juramentum veritatis, ſed credulitatis ſufficiens eſt, *Idem quod loc. cit. & Pract. crim. pag.* 2. *Quæſt.* 87. *num.* 58. multis autoritatibus firmat.

12. Quam quidem regulam ad Medicos porrigere, tantò facilius eſt: quantò frequentius horum fides & authoritas ſolet ad caſuum Legalium veritatem eruendam advocari. In quo præeuntem habeamus Speculatorem *in §. videndum reſtat n.* 26. *de Probation.* Cujus doctrinam probat Jodoc. Damhouder. *in Enchirid. in verb. Medicus & Obſtetrix*; Referente Maſcardo *concl.* 1039. *num.* 2. Carpzov. *Pract. crim. pag.* 1. *Quæſt.* 21. *num.* 8. Gail. *lib.* 2. *Obſ.* 11. *num.* 7. *arg. l. ſemel, C. de re militar. lib.* 12. *& c. ſignificaſti* 6. *X. de Homicid.* Incidenter hic licet quærere, an Medicina ſit ars? (de arte vid. Euſtach. *in quadripart. Philoſoph. quæſt.* 1. *procem. in Logic.* ejusque varia acceptione) Videtur autem omnino hoc affirmandum, quia circa effectiones eſt occupata: ut latius exponit *Nobiliſſ. Dn. Dr.* Bruno *in Dogmat. Med. Gen. Prælim.* §. 2. *& ejus* ἐκθέσει. Nobilitas interim finis præſtituti, eximit illam ex numero illiberalium artium. Huic opinioni adſtipulantur Joh. Galleg. de La Serna *Meth. p.* 67. ſecundum quem, Medicus omnium *artificum* prudentiſſimus eſſe debet; & à Bravo, cui Medicus eſt *Artifex ſenſualis*; *dicti oper. pag.* 60. Non tamen defuerunt, qui Medicinam, pro Facultate merè conjecturali venditarent, refutati, ex *Hofmann. & Plempio*, à Mœb. *Ep. Medic. lib.* 1. *cap.* 2. Cujus quidem extenſionis fundamentum eſt, quod ſupra jam tetigi, nexus ſcilicet artium: in ſpecie quidem Medicinæ & Jurisprudentiæ, qui non minus eſt arctus, quam qui hanc cum Theologia & Philoſophia viſus eſt in connubium cogere: ut ex proximè ſubjectis clarius apparebit. Interim non recuſat metaphorâ adumbrari ipſa hæc copula; & in ſimilitudine objecti quaſi locari. Medicina circa ſanitatem corporis, (cui in moralibus reſpondet Juſtitia, ut docent Philoſophiæ Moral. DD. & Roderic. à Caſtro *in Med. pol. libr.* 1. *c. ult.*) Jurisprudentia, circa animi ſanitatem verſatur; vel conciliandam, vel conſervandam, vel reſtaurandam. Huc etiam pertinent, quæ ſupra, de Phyſicæ artisque noſtræ commercio, memorata ſunt.

13. Quemadmodum vero regula proximè diducta, cum certis demum cautelis vim ſuam profert; quas placuit jam evolvere: Ita quæ ex iſta profluit, *Medicis in arte credendum eſſe*: certis debet cautionibus, ne vana ſit in foro invalidave, communiri. Quippe, niſi certa ſolennique forma Hippocratis auctoritas arceſſatur, vix eſt, ut ad abſolutæ fidei robur queat adoleſcere. Quæ quidem tum videbitur ſatis perfecta, ſi proximè ſubjecta requiſita eidem adfuerint: (1) Ut Medici ſint delecti utriusque partis conſenſu: vel, partibus inter ſe controvertentibus, à Judice. Joh. Andr. *in Add. ad Spec. tit. de homicid.* Gand. *in tract. de malefic. ſub Rubr. de homicid.* Bart. *in procem. ff. & in l.* 1. *de ventr. inſpic.* Abb. Fel. *in c. propoſuiſti X. de homicid.* Aug. *in l. hac edictali §. illud. C. de ſecund. Nupt.* Non itaque valet illorum teſtimonium, ſi ab una tantum parte ſint denominati, aut acciti, altera vel ignorante, vel invita; & quidem ſine Judicis arbitrio, (2) Requiritur, ut uno plures adhibeantur; ad minimum duo: nam ut eſt in verſiculo:

Conjuncti pollent etiam vehementer
inertes.

Arguit hoc pluralis numerus *in dict. c. propoſuiſti*: Authoritates adductæ Menoch. *de Arb. Judic. Quæſt. caſu* 114. *num.* 27. *libr.* 2. *Cent.* 2. & Boer. *Quæſt.* 323. *num.* 23. *col. ult.* Quod communi conſenſu fuiſſe probatum à Scribentibus, adſtruit Cor. *in prax. fol.* 414. *num.* 7. aliud tamen de conſuetudine ſervari affirmat Caſon. *in prax. fol.* 10. *num.* 6. teſtante Clar. *in prax. crim. §. homicid.* Quod tamen fallit, ſi partes in unicum tantum unanimi aſſenſu conſpiraverint; item ſi in civitate non reperiatur niſi unicus, ſc. Si res non ſit ardua; nam in arduis tali caſu convocandi aliunde, ſi in loco minus diſſito illorum poſſit copia haberi: Bart. *in d. l.* 1. *de ventr. inſpic.* Cor. *in conſ.* 194. *in fin. vol.* 2. Ana. *in dict. c. ſignificaſti num.* 14. *in fin.* valet etiam, ſi plures concurrerint conjecturæ, quæ Medici unius dictum adjuverint: Bald. *in conſ.* 19. Dec. *in dict. c. propoſiti num.* 11. valet porro, ſi inter plures adſit peritiſſimus, publica auctoritate electus; valet denique in caſu probatæ innocentiæ: Maſcard. *concluſ.* 1139. *n.* 33. & 34. Requiritur (3) ut diligens Judicis inquiſitio ſit antegreſſa, cujus hic duo ſunt officia, poſt relationem à Medicis exactam: ut illam ſub examen vocet, & deinceps in publicos libros curet referri; Bart. & Aug.

 in l.

in l. ſemel C. de re militari libr. 12. Felin. *atque* Dec. *in d. c. propoſuiſti.* Joh. de Anan. *in d. c. ſignificaſti &* Ruin. *in conſ.* 51. *n.* 11. *vol.* 5. Ubi quæritur, de lethalitate vulneris, Medicorum exploratio & ſententia, in præſentia Judicis, Duorum Scabinorum, & Actuarii debet fieri, *ſecund. conſt. crim. Car. art.* 149. & ita reſponſum eſt à *Lipſ. Scabinatu*, Carpz. *pract. crim. part.* 1. *Quæſt.* 137. Requiritur (4) ut ne feſtinanter & ex abrupto ſententiam dicant, ſed poſt deliberationem ſufficientem; & exſpectata die ſeptima, intra quod tempus conſueverunt apparere accidentia & indicia morborum, juxta Guidonem de Gauliaco, *in Chirurgia tit. de vulner. cap.* 1. *col.* 7. memoratum Boër. *d. q.* 313. *col. ult.* Requiritur (5) ut Medici juratò interponant judicium ſuum, per doctrinam Bart. *in procem. ff. per gloſſ. in l. comparationes. C. de fid. Inſtrument.* Et communiter hoc aſſeri, aſſerit Crot. *in tract. de teſt. part.* 7. *n.* 2. Accedit etiam Rebuff. *in l. unic.* 194. *C. de ſentent. quæ pro eo, quod intereſt profer.* Didac. *libr. Variar. reſolut. cap.* 13. *num.* 4. Ad hoc jurare debent in præſentia partis, ad illum actum judicialem vocatæ. Bart. *in l. Theopomp. num.* 10. *ff. de tot. præleg.* quem DD. ſolenne eſt ſequi, teſte Didac. *c.* 13. *n.* 5. quanquam ipſis deinceps liceret, parte ſemota, relatione defungi: Secundum Fel. *in c. quia judicante. num.* 8. *de præſcript.* & Curt. Jun. *conſ.* 123. *col. pen.* Exigitur autem hic tantum juramentum credulitatis, in omni caſu quo res oculatâ fide non poteſt percipi, quæ communis eſt opinio: teſtante Anan. *in d. c. ſignificati num.* 13. & Clar. *in d.* §. *homicidium num.* 43. quod diſtinctius illuſtravit Horat. Mandoſ. *in addit. ad Rom. conſil.* 20. *ſub num.* 5. *in lit. F. ſuper verb. admittitur.* Idem placet Ioan. And. Abb. & aliis *in c. fraternitatis de frigid. & malef.* Forma juramenti à Medicis exſolvendi, his verbis refertur *ab* Abb. *in d. c. propoſuiſti num.* 11. quod non moveantur privato odio, neque amicitiâ & quod id, quod deponunt perceperint, ſecundum peritiam ſuæ artis; & quod credant ita eſſe. Diſpenſat autem Medicum à neceſſitate jurandi, ſi ſemel juramenti religione civitati ſe obſtrinxerit. Requiritur (6) ut inter ſe ſint concordes; Maſcard. *d. concl.* 1039. *num.* 43. Alioquin fides adſtruenda eſt vel majori parti; Afflict. *in deciſ.* 1. vel veriſimiliora deponentibus Cœpol. *conſ.* 61. Ecquid v. dicendum, ſi numerus & dignitas Medicorum ſibi contradicentium ſit æqualis? Videtur verior hæc eorum ſententia: qui in puncto vulnerationis tenent, judicem pronunciare debere, vulneratum non eſſe mortuum ex vulnere: ut ſunt Gram. *in conſ.* 2. *num.* 9. Menoch. *de Arbitr. jud. quæſt. caſ.* 275. *in fin. libr.* 2. *Cent.* 3. Cuman. *in conſ.* 34. *col.* 2. & qui hos referre dicitur: Maſcard. *dict. concl.* 1039. *num.* 44. Marſil. *in conſ.* 7. *num.* 59. quia ſemper in dubio benigniora præferenda ſunt, ut eſt *in lib.* 50. *de Reg. Jur.* cumque ſit melius, miſericordiæ, quam ſævitiæ & crudelitatis reddere rationem: Carpz. *pract. crim. parte* 1. *quæſt.* 26. *num.* 28. Et caſus ita videtur deciſus in terminis *l.* 5. *in pr. de pœnis* ubi eſt: Non deberi aliquem ſuſpicionibus damnari, ſatiusque nocentem impunitum relinqui. Contrarium tamen adſtruunt Bald. *in c.* 1. *in pr. quib. cauſ. Feud. amitt.* relatus Dec. *in d. c. propoſuiſti num.* 11. Hippol. Marſil. *in l.* 1. §. *Divus. num.* 21. *de Sicar.* Paris de Puteo *tract. de ſyndicat. in verb. tortura. col.* 2. Diſtinguit hic Maſcard. & ſi in loco periculoſo vulnus inflictum ſit, contra vulnerantem vult pronunciari. Occaſione hujus requiſiti meretur digna notatu cautela inculcari: ne Medici odiis inter ſe colliſi ſimul convocentur: Vide Caſpar. à Reies. *in Elyſ. camp. quæſt.* 16. *n. ult.* ubi ex profeſſo diſquirit, an & quousque Medicorum coeuntium conſultationes, ex re ægrotantium ſint? Quæ ſæpe his pro ſalute temperant mortem. Nam ſimul atque in diſſidia ruunt veritatis lumine diſcuſſo, præter ſolum affectum jam nihil audiunt, videntque. Quod non diſſimulavit Galen. *libr.* 2. *Met. cap.* 3. *hæc quotidie*, inquiens, *fieri in Medicorum diſputationibus, Hiero, vides; & vero ſemel datâ portâ, omnia jam muliercularum verba ingeruntur; & cum mutuis ſe maledictis aſperſerint, inutiliter amiſſo tempore diſcedunt.* Belliſſimè hic ridiculus illorum character exprimitur, in Comœdia Gallica, cui titulus *l'amour Medicin.* Quæ interim de Medicis *Empiricis* rectiùs, quàm de cordatis & *Rationalibus*, ipſo *Hippocrate* teſte, *l. de Art.* dixeris. Hinc etiam Gal. *l.* 8. *de Hipp. & Platon. dogmat. c.* 15. *Carpere mordaciter*, inquit, *atque irridere quaſi ſtultum, quod dogmaticè in controverſiam venerit, illud vero eſt procacis hominis, atque petulantis: Vero enim conſonant omnia, quæ in re ſunt: à falſo a. cito diſſonat verum.* Ariſt. 1. *Nic.* 8. Quem notabilem Philoſophi locum, geminumque Iac. Zabar. *l.* 2. *de Nat. Log. cap.* 6. ſolidâ profundâque doctrinâ explanavit *Plur. Rev. Dn. Dr.* Georg. Erneſt. Heldberg. *Prof. Kilon. Fautor & Amicus meus Honoratiſſ. in princ. diſp. III. de prim. complex. cognit. human. Princip.* Requiritur (7) ut Medici dicti ſui rationem reddant, Carpz. *pract. crim. pag.* 1. *quæſt.* 26. *num.* 28. quod ſi non poſſint, Judex Medicorum ſcrupuloſitates ſectando, & per incertum eundo, Juſtitiæ & æquitatis fines transgredi non debet: *dict. l.* 5. *in princ. de pœnis.* Cautela adhibenda hîc eſt Medicis, ut in complicatione indicationum diligenter inquirant, iſtæ ne inter ſe conſpirent, an diſſentiant? & pro vario earundem ſtatu, ſententiam ſuam non primis apparentiis, ſed veritati adaptent: Quo pertinet doctrina *Galen. non eſſe negligendum contrarium*; & in contrariis

trariis indicationibus, nihil tam convenire expendi, quam magnitudinem eorum, quæ ad indicationam coiverunt: referente Joan. Galleg. de La Serna *lib.* 2. *cap.* 4. & Caſpar. à Bravo *Reſol. Medicar. pag.* 539. qui ibidem, quæ ad muniendam hanc cautelam pertinent, fuſiùs deducit.

14. Medicorum ſententia rite hunc in modum prolata iſtum habet effectum, ut judex ſecundum illam teneatur judicare, quod adeo verum eſt, ut illam in rem judicatam tranſire teſtentur Abb. Aret. Felin. & Dec. quos refert Maſcard. dicta *concluſ.* 1039. quem ibi vide: nihil tamen obſtat, quo minus examinatis Medicis peritis, alii poſſint peritiores in contrarium examinari; vel officio judicis, vel ad inſtantiam partis, ut poſt alios DD. *idem habet d. l. num.* 41.

15. Caſus legales, ad quorum deciſionem Medicorum accitur auctoritas, varii ſunt & multi, ut vix omnes enumerando tetigeris. De quibus generaliter hoc tenendum eſt, quæ ex naturali fluunt principio, ad interpretum naturæ, quales & medici eſſe debent, ſphæram pertinere. Sc. Natura Medicorum eſt theatrum, in quo fabulam ſuam agunt; & hujus iſti ſunt Sacerdotes, ſicut juſtitiæ, quos Ulpianus dicit *l.* 1. *de Juſt. & Jur.* Cujus quidem intuitu Medicinam pelagus immenſum atque profundum vocavit Damaſcen. allegatus à Galleg. *q.* 2. *num.* 15. qui ibidem omnia creata ſubjici medicinæ contendit. Quas ita communi loquendi uſu deſignatas res naturales, ex naturali enim fluentes principio, Medicorum ſpeculationi ſubjicimus: iſtæ in horum ſcholis technica terminorum acceptione, amant diſtribui, in *naturales*, quales numerant VII. elementa, temperamenta, partes, humores, ſpiritus, facultates, actiones, quæ quidem Phyſiologiæ objectum conſtituunt: *non naturales*, de quibus agit *Diætetica*: (ſunt autem numero VI. 1. Aer, 2. cibus & potus, 3. ſomnus & vigilia, 4. motus & quies, 5. excreta & retenta, 6. animi pathemata:) *ſecundum* quæ ſunt *naturam*, puta 1. ſanitatem, 2. cauſas, & 3. accidentia ſanitatis, quæ ipſa princeps Medicinæ pars contemplatur; & *præternaturales*, quæ ſunt effectus illi, qui in rebus naturalibus à naturæ dependent depravatione; ſcilicet morbus, cauſa morbifica & ſymptoma. *Vide de his Medicor. Inſtitutiones t. inſpec.* Brunon. & Mœb. *it. præalleg.* Caſpar. à Brav. *reſol. medicar. p.* 4. *diſp.* 1. *reſol.* 7. Neque tamen ſubſiſtere in naturalibus Medicum, ſed aliquando etiam ad ſupernaturalia progredi, argumento erunt, quæ infra, circa miraculorum & præſtigiarum examen inculcabuntur. De his omnibus contingit, ut JCtus aliquando cognoſcat, ſed facem præferente Medico. Nobis hic quemadmodum latè diffuſam Medico-Legalem materiam, ſecundùm omnes ſui partes, juſtâ methodo, explicare non licet: ita in tranſcurſu, brevem texere indicem illuſtriorum hùc pertinentium thematum proponitur. Quæ *Paulum Zacchiam* Hectorem noſtrum in pleriſque ſequuti; ad VI. omnino capita, quorum agit 1. de partu, 2. de ventre prægnante, 3. de ætatibus, 4. de morbis, 5. de vulnere, veneno & morte, 6. de miraculis, ſecundum noſtræ contemplationis ideam, poſſumus reducere? ſingulari tractatu ordine ſubjicienda.

CAP. II.
DE
PARTU.

I.

Circa *partum*, quæritur, an ſit imperfectus? Talis enim aliquando non eſt legitimus; & ſi tempore talis eſt, initio matrimonii, vel anticipatæ cohabitationis, quam leges Eccleſiaſticæ mulctant; vid. Carpz. *p.* 4. *C.* 27. *def.* 13. vel adulterii ſolutô; durante etiam matrimonio, ſi maritus vel abſens ſit, vel ægrotans, ſuſpicionem inducit. Godofred. *ad C.* 2. *Nov.* 9. Eſt autem perfectus partus ratione *temporis*: (1) *Septimeſtris*, (2) *Octomeſtris*, licet hunc plurimi, Bart. Bald. Paul. de Caſtro. Alciat. Socin. Tiraquell. Menoch. Aponenſ. Gentil. Fracaſtor. Muſ. Gorræ. Mercat. Valleſ. Lalamant. Valeriol. Capivac. Mercurial. & plures impugnent, allegati *in addit. ad* Maſcard. *concl.* 1152. *num.* 2. inſufficienti, & infeliciter demonſtrata ratione, quod rarius ille ſoleat & poſſit eſſe vitalis. Quorum ſententias examinat & refutat Frideric. Bonaventura. *Urbinas de Part. octomeſtr. natur. libr.* 1. & 2. melioris ſententiæ illuſtris patronus, quem ibi vide: (3) *Nonimeſtris*: (4) *Decimeſtris*: ubi notaveris, determinatum naſcendi tempus, juxta Zacch. *l.* 1. *t.* 2. *q.* 1. *& ſeqq.* ab initio nonni ad decimi finem fluere. (Sed alluſio Tertulliani *libr.* 4. *de an.* ad parem decalogi numerum, meretur hîc memorari; & pariter perſtringi. Ex principiis enim Theologicis, ſic potius diſputaverim: renaſci nos per fidem, non per legem, quæ occidit, haud regenerat.) (5) *Undecimeſtris*, initio menſis, cui nec obſtat *c.* 2. *Nov.* 39. *loquens de undecimo menſe perfecto*: quare rectius à *Magnif. Dno.* Struv. *in Syntagm. juris civilis ad tit. de ſtat. hom.* ad ſtabiliendum undecimeſtrem partum allegatur: ut mirer hoc Arumæum commiſiſſe, cum Decreto Hadriani, quod allegatur ab Agellio *l.* 3. *c.* 16. *teſte* Hahn. *ad tit. de ſtat. hom. n.* 3. Hoc vero menſis initium Gloſſa ad biduum reſtringit: Zacch. allegato loco ad decendium extendit. Computatio autem non à morte vel abſentia mariti, ſed à tempore conceptionis eſt ineunda: Carpz. *part.* 4. *conſt.* 27. *def.* 15. Quod tamen probatu eſt difficillimum; & vix probari poteſt, per doctrinam Maſcard. *Concl. dict. num.* 30.

Cum

Cum ipſas ſæpe prægnantes fallat :- Zacch. *d. l. & tit. q. 5.* ita ut, ob largiorem ſanguinis fluxum ſe ſeriùs, vel ob intumeſcentiam uteri falsò concepiſſe credant.

2. Circa quæſtionem; an determinatum naſcendi tempus humano generi æquè, ac brutis, ſit præſtitutum? DD. ſcinduntur in diverſas opiniones. *Zacch.* quidem contra communem ſententiam, hoc ſe affirmare audacter gloriatur *loc. cit.* Sed communis opinio, pro negativa militat; & ſummis authoritatibus Galen. Avicenn. Ariſtot. ſtabilitur. Cujus defenſores Communis, interprete Gorræ. *l.* 19. *de fin. Medicin. &* Horatio Augenio *l.* 2. *de part. hom. cap.* 16. triplicem cauſam inconſtantis in humano genere partus arceſſunt (1) à *fœtu* ipſo, varium Seminis robur: (2) à *nutrimento,* ob hujus vel affluentiam, ut in euſarcis mulieribus, vel defectum: (meretur hîc inſeri doctrina Heurn. *Inſtit. Med. l.* 5. & Merc. *l.* 4. *de affect. mulier. C.* 1. diverſam brutorum hominumque conſuetudinem naturamve in partus excluſione, ab ipſa partus victusque, vel uniformis vel varii, oriri diſcrimine:) (3) ab *utero* cujus in primiparis præſertim incapacitas & inaſuetudo citius apta eſt partū projicere. Nos occaſione eorum, quæ Joh. Hulderic. Streiteri *diſcurſus de humani partus termino*, Gregor. Horſt. *Oper. Med. Tom. Med. Tom.* 1. *p.* 463. *inſertus* ſuggerit nobis, Sectarum harum phænomena quousque conciliari non abnuant, ibimus indagatum. Quod conſilium præmunire expeditum eſt, cautione gemina: (1) quod incertum naſcendi tempus varie poſſit conſiderari, vel *reſtrictivè, quoad nos*, & noſtri ſenſus reſpectu, vel *abſolutè* & ex ipſius naturæ fundamento. Quoniam jam à conceptione ineunda eſt computatio menſium, uti eſt delibatum, aſt quam lubrico principio? terminus erit noſtræ cognitioni aliquando incertus & varius partus humani. (2) Quod terminus, vel in *puncto*, vel in *latitudine* poſſit locari. Humano partui metas eſſe poſitas, omnis latitudinis expertes, experientia Medicorum negat; at fluentem ſub quantitate congrua terminum præſtitui non perperam forte *Zacch.* audet aſſeverare. Quod ipſi Hippocratis doctrinæ ex aſſe congruit, qui communiter 10. menſem plenius ſumtum, longiſſimum ſtatuit partus terminum. Quod ſi hunc, qui narrantur exceſſiſſe, miraculo monſtroque, haud naturæ talis imputari meretur eventus. Quid, quod etiam bruta determinato tempore quidem, ſed non ad momenta arctato, excludant fœtus, ut *Zacch.* notat? In quo ergo ſupererit diſcrimen, inter homines, brutaque circa ſobolis excluſionem? In hoc forte, quod frequentiori in illis inconſtantia, ob rationes prædictas, vel naturalis ordo turbatur, vel deprehendi poteſt varius partuum fluxus. Ex profeſſo hoc præcipuè argumentum illuſtrarunt, præter jam allegatos, ex JCtis Henning. Arniſæus *in tr. de part. human. legit. terminis.* Alphonſus à Caranza: *in. tr. de vera Natural. & leg. part. deſignat.* Car. Annib. Fabrott. *in tr. de part. hum. temp.*. Georg. Palbizki *in oper. de Jurib. Perſon.* Franc. Verde *in Obſ. de fœt. animat. & Nativ. temp.* quæ Lugduni 4. 1664. prodiit.

3. Dum ſermo fluit de tempore partus humani, determinatoque ad hunc menſium lapſu, alia non inutiliter emergit inſerenda parentheſis, de Menſium vario & præſenti intellectu. Scilicet & hic inter ſe vel decertant, vel titubant DD. Gilbertus quem allegat. Marcell. Donat. *libr.* 4. *de hiſtor. Mirab. c.* 13. in fœtu maſculino, per menſes ſolares, in fœminino per lunares ſupputationem ducendam eſſe arbitratur. Ipſe *Donat.* indiſtinctè intelligit lunares, ſed plenioris menſuræ, cum *Manardo, Alciato, Menochio, Burſato.* Ubi notaveris, triplicem lunarem menſem induci: 1. *Peragrationis* dictum, deſignantem tempus, quo luna curſus ſui orbem abſolvit, conſtantemque 27. diebus, 8. horis & horæ triente: 2. *Conſecutionis*; qui biduo & 4. horis prolixior, circulum concurſus cum Sole exorſus & emenſus eſt. 3. *apparitionis* ſeu illuminationis, qui ſpatium comprehendit apparentis lunæ, 26. diebus & 6. horis circumſcriptum: quem quidem falſæ hypotheſi Galeni *l. de ſept. part.* inniti tradit *prædict.* Streiter. *l. c.* quaſi luna per triduum ſub ſole abdita lateat, qui remittens lectorem, uberioris circa hæc informationis ſubminiſtrandæ gratia, ad *Laurent. Anatom.* tandem concludit, *ſolares* in quovis partu menſes numerandos eſſe, quorum 30. dierum conſtans ſit ambitus.

4. Ratio *ſubſtantiæ* & integritatis, qui ſecundum formam humani generis eſt procreatus, partus erit perfectus: quo intuitu omnis ſexus, etiam mixtus Androgynorum imperfectus non eſt, nec fœtus, cui aliquid deeſt vel ſupereſt præter naturam; quia inter liberos numeratur. *l.* 10. §. 2. *de ædilitio edict.* Reſpicitur enim hîc ad perfectionem legalem, non ad naturalem. Ortus illorum, â copia feminis in partes diviſi, vel inopia, tum etiam imaginationis vi, poteſt deduci: Anton. Le Grand. *Hiſt. nat. p.* 8. *art.* 3.

5. *Perfectus* partus non eſt ratione *temporis*, quisquis ante ſeptimum menſem editur: Zacch. contra Cynthium Clementem *Pauli V. Medicum tit. d. q.* 2. *num.* 26. *& ſeqq.* item poſt undecimum. Obſervata in contrarium Schenck. *l.* 4. *obſ. de partu*; & ab aliis, vel fabulam ſapiunt, vel miraculum: Præjudicium Pariſienſium JCtorum, de vidua, m. XIV. ſobolem enixâ, quod adducit Godofr. *ad d. cap.* 2. *Nov.* 39. ſingulari, etiam hoc nititur reſpectu. Ratione *qualitatis vitalis* imperfectus, partus abortivus eſt, qui ante tempus præfinitum vi quadam ex utero propulſus,

l. 1.

l. 1. §. *toties. de ventr. in poſſ. mitt.* &, quod non oriatur, ſed aboriatur quaſi, ita dictus, non habet vivendi aptitudinem, ſive ſpirans ad pauca momenta, ſive mortuus edatur. Hic indiſtinctè omnia juris emolumenta amittit *l.* 3. *C. de poſth.* quorum intuitu, adhuc in utero exſiſtens jam natus fingebatur *l.* 7. *&* 26. *de ſtat. hom. l.* 223. *de V. S.* (ubi Paulus hanc Reg. reſtringit ad utilitatem ipſius partus:) *l.* 30. §. 1. *de acquirenda hæredit. l.* 2. §. *qui autem, de exc. tut.* Nam qui mortui naſcuntur, neque nati neque procreati, neque liberi videntur, *l.* 129. *de V. S.* & poſſeſſio ventris nomine exſpirat abortu tali facto: *l.* 1. *Ventre in poſſ. mittend.* Non tamen nullum emolumentum ad matrem transfert, quod illam à tortura, per ſex ſeptimanas liberat, poſt partum, æquè ut vivus; & parentes à caducitatis pœna aliisque ſimilibus liberat *l.* 135. *d. V. S.* non præmiis inſtruit, cujus rationem vide apud Goedd. *ad l.* 129. *hoc tit.* Ille vero certa juris emolumenta acquirit; & in alios habilis eſt transferre *d. l.* 2. *&* 3. *C. de poſth.* Cujusmodi eſt ruptio teſtamenti, hæreditatis aditio; & tranſmiſſio legitima, ſi vocem emiſiſſe viſus eſt, vel motum vitalem: vid. Goedd. *ad d. l.* 129. *num.* 3. Adde *l.* 12. *de liber. & poſth.* Jus etiam ſpirituale, ad S. Baptiſmatis lavacrum conſequendum, dum vivit, abortus habet; (in quo tamen, cum ſatis cautus eſſe non poſſit Miniſter Eccleſiaſticus, vix ejus ſtatur judicio: Maſcard.) Ne autem cum *d. l.* 2. videantur hæc committi, quæ indiſtinctè dicit, uxoris abortu teſtamentum non ſolvi; notandum eſt, nos authoritatem Zacchiæ aliorumque Medicorum ſequutos, *latiori* abortum in ſignificatu accipere: qui ex principiis Medicis, illos omnes hûc trahit, qui ex cauſa præternaturali ante terminum naturalem in lucem protruſi, vivere nequeunt; cum per os illis cibus inſeri haud poſſit. Quo intuitu, à Zacchia ante ſeptimum menſem promiſſus fœtus, habetur pro abortivo *d. t. q.* 10. Iſte inſigniter tamen hîc errat, quando abortivum partum, prout illum latiſſime accipit, rumpere negat teſtamentum, ex Bald. & Tiraquell. cum hi abortum *ſtrictius & juridicè* ſumant, pro ſimpliciter mortuo. Scilicet *abortus* vocabulum, in jure variè capitur: (1) *generaliter* pro omni immaturo & præternaturali fœtu *arg. l.* 1. §. *toties de ventr. in poſſ. mitt. Nov. Leon.* 31. quod etiam Medicis ſignificat. His enim, definitore Galeno *lib.* 3. *de Nat. fac. cap.* 12. abortus *eſt excluſio fœtus immaturi, propter irritatam uteri expultricem proveniens*, quæ quidem irritatio pendet, vel ab utero laborante, vel à fœtus, ex vitioſo ſemine creti, conditione; & ita à *cauſis præternaturalibus*, ut ex *Gal. & Hippocr.* declarat diſtinctius B. Dn. Gregor. Horſt. *Inſt. Medic. diſp.* 10. *in fin.* (2) ſumitur *ſtrictiùs*, pro iſta abortus ſpecie, quæ nulla vitæ ſigna præ ſe fert, dum in lucem provehitur: *arg. l.* 1. *in fin. de ventr. in poſſ. mitt. l.* 2. *&* 3. *C. de poſth.* Paul. 4. *ſent.* 6. §. 6. denique pro tali partu, qualis deſignatur *in l.* 129. *de V. S.* De hoc valet non ſatis intellecta *Zacchiæ*, Bald. & Tiraquell. ſententia: quod non rumpat teſtamentum: Quam quidem dixi ſignificationem eſſe magis *juridicam*, quatenus in hac demum abortus impedimentum legalis effectus ponit. Strictiori (3) Grammatici vocis acceptione, *abortum* ab *aborſu* ſegregabant, qui primis partus concepti temporibus, (quæ omnino IV. periodis *Heurn.* diſtinguit *Inſt. Medic. lib.* 5. *cap.* 2.) ſcilicet ante viſcerum formationem, contingat. De quo vid. *Non. Marc.* & Cujac. *obſ. lib.* 19. *cap.* 9. Aliter (4) & latiſſimo ſenſu, ad deſignandum quemlibet *intempeſtivum* partum abortus producitur: authore quidem *Sext. Pomp.* De octomeſtri quoque, cum quæreretur apud Agell. *l.* 3. *c.* 26. An jus trium liberorum ſuppleviſſet? ratio dubitandi fuit; quod abortivus videretur. Sed neque abortus vivus jura, quorum capax eſt, abnuit in parentes transferre; neque octimeſtris partus, ſecundum veram Medicorum ſententiam abortus eſt. Porro abortus, vel caſu, vel culpa hominis evenit: Voluntarii & malitioſi aborſus pœna apud Veteres nulla erat, teſt. Cujac. *loc. cit.* quem nec *Ar. VII. Pol.* improbat. Quod rectè damnant Chriſtiani, præeunte Tertullian. *in Apolog.* Jure tamen Juſtinianeo abortus pœna capitis vel relegationis, pro diverſo circumſtantiarum ſtatu mulctabatur. *l.* 38. *&* 39. *de pœn. l.* 4. *de extr. crim.* De hodiernâ ejus pœna nota doctrinam Carpzov. *Pract. crim. p.* 1. *qu.* 11. *&* Marr. Alph. Vibaldi *in Tr. contra Procurantes abortum.*

6. Huic Affinis eſt partus *Cæſareus*, de quo notabilis eſt fallentia *l.* 231. *de V. S.* partum in utero exiſtentem, ſibi, non aliis prodeſſe: Prodeſt enim patri ad ſucceſſionem ab inteſtato, in bonis uxoris. Ita Renatus Chopin. *de privileg. Ruſticor. libr.* 3. *c.* 8. teſtatur judicatum eſſe in curia Pariſienſi, cum filius quinto menſe exſectus ventre matris, ſpirare adhuc viſus eſſet; Godof. *ad d. C.* 2. *Nov.* 39. Partum exſcindi poſſe in difficilis puerperii neceſſitate, ſalva matre, author eſt *B. Dn. Gregor. Horſt.* l. c. quem ibi vide.

7. Imperfectus *ratione ſubſtantiæ* partus eſt *monſtroſus*. Monſtrum definitur *l.* 135. *d. V. S. viſu vel vagitu novus, non humanæ figuræ, ſed alterius magis animalis, quam hominis partus*: *& l.* 14. *de ſtat. hom. monſtroſum ſeu prodigioſum, quod contra formam humani generis inverſo more procreatur.* De hoc notandum eſt: (1) quod parentibus proſit *d. l.* 135. ſcilicet ad remiſſionem pœnarum & detrimentorum, quæ lex Julia & Papia irrogabat, ob cælibatum & orbitatem: de quo vide *ejus c.* 4. Nec n. iis imputatur even-

tus,

tus, qui, qualiter potuerunt, ſtatutis obtemperaverunt: (2) quod non ſit in numero liberorum; & proinde nulla jura acquirat, vel ſibi vel aliis, imo etiam non tollendum, ſed ſuſtollendum eſſe tale monſtrum, vel inutile futurum Reipublicæ, vel pernicioſum, præter doctrinam Platonis *l.* 3. *de Republ.* & veterum, gemino antiquitatis præjudicio firmatur. Nempe Puteolis, cum puer monſtroſus ex ancilla editus eſſet, Aruſpicum juſſu, crematus eſt, cinere in mare projecto. Ærodius *Rerum judicat. l.* 2. *tit.* 4. *c.* 7. & Mauritius Imperator monſtrum interfici juſſit, conſpirante Eccleſia; ut Nicephorus *l.* 18. *hiſt. cap.* 35. tradit. Cum quo afferto, dubito, an ſtare poſſit Auguſtini ſententia, qui in monſtro rationis veſtigium deprehendit; & in die reſurrectionis reſurrectura eſſe monſtra omnia, reformatis membris, in decoram cœloque dignam formam, arbitratur: in *Enchirid. ad Laurent. c.* 87. *&* 91. Verùm hæc difficultas ex regulis, quas circa judicium, de monſtro rationis capaci, Zacch. *quæſt. ML. l.* 7. *t.* 1. *qu.* 4. inculcat, diſtinctius poterit enodari: ubi, ſi vel humanæ figuræ ſit totius, vel in belluinorum membrorum & humanorum mixtura caput habeat humanum, tanquam ſedem principatus animæ, ex ſententia Medicorum, & inter JCtos, etiam Caranzæ *d. part. c.* 17. *num.* 29. rationalem eſſe opinatur. (3) Quod præſumptionem inducat pæderaſtiæ, vid. Pet. Ærod. *l.* 2. *rer. judicat. t.* 4. *c.* 8. & ita reſpondet Zacchias *conſ.* 22. in caſu notabili, cum Maſſanæ uxor aurificis, monſtrum aſininæ formæ, & anno proximo, aliud caninæ eſſet enixa: ubi etiam vide, quæ in contrariam partem probabiliter affert. Cœterùm eodem authore partus monſtroſi, ſimplicis generis cauſas poſſumus aſſignare: tum *Metaphyſicas*, ut Deum & angelos malos, tum *Phyſicas.* De his Phyſici & Medici conſulantur. Ex illis manifeſtum eſt etiam id, quod ex incubo naſcitur, ad monſtrorum ſeriem pertinere. Ex dæmonibus partum poſſe humanum virtute ſurrepti ſeminis generari, *contra* Thom. *in II. part. diſt.* 4. *art.* 4. Valeſ. *d. S. Philoſoph. c.* 4. Torreblanc. *l.* 2. *dæmonolog. c.* 31. *num.* 29. rectius in dubium vocatur, cum Zacch. *l. cit. &* Carpz. *Pract. Crim. part.* 1. *q.* 49. *n.* 35. & ibidem allegato B. LUTHERO: (quem ex dæmone mercatoris filiam Wittebergæ imprægnante, natum eſſe impudentia quorundam Pontificiorum blateravit:) Cum dæmon non poſſit excedere naturæ creatæ vires, ſpirituoſa ſeminis ſubſtantia autem à ſuo principio deciſa, ne ad momentum quidem extra conveniens receptaculum poſſi conſervari: ut in tali caſu dæmonum illuſiones & ſuppoſitiones ſint præſumendæ. Quod Card. Bellarm. apud Oſtermann. *de ſtigmat. ſect.* 7. anti Chriſtum ex incubo naſciturum ſomniat, ridiculum eſt; & quod per FILIOS DEI *Geneſ. c.* 7. Dæmones intelligunt quidam, ineptum. Per *Semen Diaboli Gen.* 3. quid intelligatur, *in diſp. de Paradiſ. evang. ſub præſid. Plur. Rev. Dn. Dr.* Korth. *Theologi Celeberr. Kilonienſis Primarii, & Fautoris mei Honoratiſſ. habitâ, vid.* Frequens eſt, ex concubitu ſagarum cum dæmone, partus inſtar vermium, quem vocant vulgò *die Elben*, quibus aliis, in crura, brachia, membra immiſſis nocent. Talis inducit præſumptionem tam nefandi congreſſus, & ſortilegii, cæteris concurrentibus indiciis; corpusque delicti manifeſtat; ut ex præjudicio *Scabinatus Lipſienſis* allegato Carpzov. *Pract. Crim. p.* 1. *quæſt.* 50. *patet.* De monſtro fuſius egerunt Covar. 4. *reſol. var. c.* 2. Ad. Keller, *in tr. de jur. ſucced. ab inteſt. tit.* 13. Mart. Weinrich. *Peculiar. tr.* Beſold. *Præcognit. ff. ad tit.* 5. *&* 6. *lib.* 1. *q.* 20. Goed. *d. l.*

8. Ex iis, quæ accidunt partui, meretur non omitti numerus & ſimilitudo. Ex iſto certa jura reſultare poſſunt (1) ratione *libertatis*, ut eſt *in l.* 1. *Areſcuſa de ſtat. hom.* (2) ratione *legitimæ*, ad cujus ſupplementum, quæ datur actio, inde & determinationem quantitatis capit; ſed hoc intuitu, vix ad Medicorum arbitria trahitur, quod in ſubjectis caſibus contingit: quando (3) portionem hæreditariam in familiæ erciſcundæ judicio minuit, ventre adhuc prægnante, *arg. l.* 36. *de ſolut. & lib. l.* 28. *d. judic. l.* 3. *ſi pars hereditatis petatur.* (4) ſi ſuus *hæres* ventre adhuc prægnante uxoris relictæ, totam partis hæreditatem petierit, jure antiquo *arg.* §. 33. *Inſt. de Act.* plus petitionis pœnam inducebat, ſed qualem? *In d. l.* 36. *de ſolut. & lib.* ex Medicorum quaſi principiis Julianus hoc decidit: ſupponendo 1. illam partem amitti, quam extremitas numeri, in exſpectato partu potuiſſet largiri: 2. ad ſummum tres naſci poſſe, vel quinque, ex Ariſtotelis anthoritate. Verùm ab hoc aberrat communis Medicorum ſententia; & Zacch. ex Plat. omnem partum, qui unicus non ſit, præternaturalem eſſe arbitratur; cum unica tantum cavitate uterum natura donaverit; & ex Plinio, Paræo, Hippoc. concludit, duos tantum fœtus, uno puerperio vitales edi poſſe, cum neque locus, neque alimentum frequentiori ſoboli poſſit in utero ſupereſſe *l.* 1. *c.* 2. *quæſt.* 8. *num.* 12. *&* 13. Sed videntur JCti Veteres hìc inter ſe diſcrepare: Sabinus, Caſſius, Paulus, *l. hac.* 28. *de Jud.* item Julianus *l.* 30. *de num. acq. l. amitt. heredit.* his in caſibus, inſcientiam judicis inſpiciendam eſſe volunt, quem cum lateat numerus, futuri partus, merito etiam rarioris contingentiæ amplitudinem intueri; aut ex Pauli arbitrio, media inter naturalem certitudinem, & non planè impoſſibilis eventus monſtra, viâ fluctuare, reſervato beneficio accreſcendi his, qui prius hæreditatem adiverant; *l.* 3. *Si pars hered. petatur. Ulpianus* contra, ad naturalem certitudinem unicè reſpiciendum hìc eſſe ſupponit; adeoque ſuum heredem, pro dimidia parte, ventre prægnante ad here-

ditatem

ditatem admitti poſſe. Quæ jam eſt hæc naturalis certitudo? iſta, quod unicum partum editum iri, ventre prægnante, neceſſarium eſt: plures, incertum & contingens. Quanquam hæc certitudo eſt admodum *imperfecta*, cum conditione prægnantiæ nitatur, quæ ſæpe fallit; & ejus eventus poſſit ſubverti. Quod ſi Pauli & Ulpiani *l. hæc* 28. ea fuit mens, ut Godofr. *ad l.* 100. *de V. Obl.* notat, ut ex *Diodoro* nondum exſiſtentium & futurorum, actualem certitudinem ſtatuerent, non ſine magno errore, à præceptoribus ſuis, Stoicis & Ariſtotele, receſſerunt; neque enim omne, quod verum eſt, ſtatim etiam erit certum: vide Mendoz. *de anim. diſp.* 8. quid? quod ipſe Ulp. *l.* 75. *de V. Obl.* ſtipulationem futuri partus, incerti ſtipulationem eſſe dicit? Interim Ulpiani ſententia non iniqua eſt, ſi jus decreſcendi in caſu multiplicati partus admittat; (ubi adnotaverim in familiæ erciſcundæ judicio, in talem eventum cautionem de non dilapidando utiliter interponi poſſe:) & forte rationabilior, quia quæ præternaturalia & rarò contingentia ſunt, jura non debent conſtituere. *l.* 3. *de LL. Nov.* 94. §. 1. Cauſas gemellorum & multiplicati partus, Empedocles ad quantitatem; Aſclepiades ad excellentiam ſeminis, Eraſiſtratus ad ſuperfætationem retulit. Godofr. ex Plutarch. *de placit. Philoſoph. ad l. d.* 36.

9. Ex numeroſo partu, de primogenitis quædam merentur obſervari, quæ ab ultra genitis jura & leges longe illuſtriori diſcrimine, quam natura, in illuſtrium præſertim familiis, ſecernunt. Quos autem legales effectus, quas prærogativas in ſpecie pariat primogenitura, docent abundè *Nobiliſſ. Dominus Dr.* Samuel Reiherus, *Prof. Kilon. in diſp. de jur. primogenior.* Nic. Bets. *de pact. illuſtr. fam.* Didac. de Simancas, Didac. Lud. à Lima; Chriſt. de Baz. de Tenuta. Didac. à Sáa, qui *de primogen. Hiſp.* ſcripſerunt. Joh. Lecirier *de jure primogen.* it. Tiraquell. Goldaſtus, Freher. & longa DD. ſeries, tum ex profeſſo, tum incidenter, quos numeroſè allegat *Nobiliſſ. Dn.* Mylerus, *de Princ. & Stat. imperii part.* 1. *c.* 21. Nobis ea facie venit luſtranda, qua Medicorum Judiciis poteſt illuſtrari. Quod contingit (1) cum declaranda venit ejus definitio. JCti quippe pro primogenito illum habent, qui primus naſcitur, totus ſcilicet, non exſerto tantum brachio, vel alio membro: nullo habito conceptionis reſpectu, *c. Joſeph. in fin. de V. S.* Mangil. *de imputat. q.* 86. *n.* 19. Bald. *in l.* 19. *C. de jur. de l.* Anch. *Conſ.* 82. *n.* 8. ſupponentes poſſe contingere, ut primo loco conceptus naſcatur poſterior, Johan. Lecirier *dict. tract. l.* 1. *q.* 1. *n.* 6. *Tiraqu. q.* 1. *n.* 9. Sed ex Medicorum & æquitatis ſententia potius videtur conceptionis tempus, in definitione primogeniti reſpiciendum eſſe. Generationis enim terminus, eſt conceptio. Ad hoc prærogativæ in primogenituram collatæ, fundantur in priori-

Novell. Val.

tate naturali partus humani. Jam, qui prior eſt animatus, prior exiſtit naturâ homo, ſed ſtatim atque concipitur, animata eſt ſoboles, ſi propagatur per traducem anima, ſecundum opinion. Lactant. B. Luth. & Philipp. *in princip. lib. de an.* quos allegat *B. Dn.* Gregor. Horſt. *Inſt. Med. Diſp.* 3. *qu.* 2. & Havenreffer. *loc. Theol. l.* 3. *loc.* 2. Verùm ne iniquitatis arguatur, hæc legalis diſpoſitio, in ipſo naturali jure remotè fundata; ad utrumque reſpexiſſe, primariò ad conceptionis, ſecundario ad nativitatis tempus in primogenitorum deſignatione intelligi poteſt. Cujus theſeos baſis eſt, quod qui primus eſt ſatus in utero, prior etiam non poſſit non in lucem provehi, ſecundum naturæ ordinem: cum teſt. *Hippocrate*, prior conceptus, ex robuſtiori ſemine coaleſcat. Unde neceſſe eſt in hoc emergere, majorem celeritatem augeſcendi, abſolutionis, motus, deficientis alimenti, neceſſariæ liberioris reſpirationis; & ſi quæ alia ad partum valent protrudendum. Interim evenire non abſurdum eſt, ut in prima plaſmatione priùs conceptus morbum contrahat; & ita ex præternaturali cauſa fiat imbecillior poſterius concepto, ad hauriendum materni ſanguinis uberius nutrimentum: Vid. Zacch. *Q. M. L. libr.* 9. *t.* 12. *per tot.* Cur ergo indiſtinctè jura primogenituræ in primo natum conferuntur, tali etiam in caſu, ſi conceptionis potiſſimus reſpectus habetur? Quia hujus in abdito ſunt tempora, nec à priori cognoſcibilia; & ſufficit leges attendere, quod ut plurimum & citra naturæ turbationem contingit. (2) Medicorum doctrina in dubio, probandæ primogenituræ ſigna JCtis ſuppeditat, 1. in gemellis, quorum primogenitura nequit ſatis dignoſci: 2. in exſectis ex utero; quæ quidem à majori fortitudine & pulchritudine prævalentis partus ſumuntur. Quam concluſionem ex Medicorum fontibus, nullum eſt dubium, hauſiſſe Bald. *in proœm. ff.* §. *nos itaque.* Felin. *in c. capitulum de receptis num.* 40. Tiraquell. *cit. lib. de primog. q.* 17. *opin.* 7. & 8. *num.* 1. 3. Pulchritudinem autem hîc veram, quæ ab apta membrorum conſtitutione pendet, juxta Gal. *l.* 4. *de decret. Hipp. & Plat. c.* 3. non muliebrem iſtam, cautio ſit, deſignari. Alia eſt JCtorum præſumptio, qua præfertur is, qui eſt in poſſeſſione controverſiæ in caſu primogenituræ, Maſcard. *de probat. concluſ.* 1201. *num.* 22. Quoad effectus, hanc amitti poſſe, (1) renunciatione, docet Exemplum Eſau, Gen. XXV. & ratio Juris manifeſta, quod vide, qua limitatione coerceat *prædict. Dn.* Myler. *dict. c. n.* 13. Hîc, an primogenitus, ſi alios fratres adminiſtratione Jurium ad ſe ſpectantium defungi permittat, renunciaſſe præſumatur primogenituræ? quæritur. Paul. à Caſtro *in l. qui jure fam. de acquir. poſſeſſ.* negat: cum jure familiaritatis, & ex gratia credendus hoc ſit permittere. Quam tamen regulam limitat Maſcard. *de probat.*

(Uuu) 2 *concl.*

concl. 1270. *n.* 25. *&* 26. quem ibi, cum authoritatibus ſuis vide: (2) ſacri ordinis receptione, quoad jura ſucceſſionis in certis caſibus: quomodo Rota judicavit, *in Roman. Primogenitur.* 7. *Maji* 1617. *coram R. P. D. Dunozetto.*

10. Circa ſimilitudinem partus adnotare lubet, quod (1) præſumtionem filiationis inducit concurrentibus aliis indiciis: Mohed. *dec.* 2. *num.* 97. Gratian. *diſcept. for. c.* 567. *num.* 29. Marta *vol.* 153. *n.* 3. Rota *in Rom. hæred. de Gratianis* 7. *Febr.* 1642. Cujus probatio eſt difficilis ac penè impoſſibilis, *arg. l. quia ſemper.* 5. *de in jus vocando.* Maſcard. *concluſ.* 788. *num.* 5. Similitudo v. alia eſt *externa*, quæ in membrorum aſſimilatione eſt poſita; & hæc ſola, quantò poteſt imaginationis (cujus quantæ ſint vires, exſequitur fuſius B. Dn. Gregor. Horſt. *Diſſert. de Cauſ. ſimilitud. & diſſimilitud. in fœt. Op. tom.* 1.) impulſu immutari facilius, tantò fallacior eſt: alia *interna*, eaque vel ad animum, vel ad corpus refertur: Iſta in affectuum & morum ſimilitudine; hæc in paritate morborum; & excellentium qualitatum ſpectatur. Ita morborum aliquod hæreditarium genus eſt, quo pertinet arthritis, calculus, podagra, nephritis, epilepſia, vid. Fernel. *in Patholog. lib.* 1. *cap.* 11. Similitudo hæc interna, præcipue ubi fuerit complicata cum externo ſimilitudinis charactere, magnum ad probandam filiationem momentum attulerit. Quod in caſu, quo mulier, ſtatim à morte prioris mariti alteri nubit, & exacto decem menſium ſpatio parit; attendendum eſt, in quæſtione dubiæ ſobolis. (2) Similitudinem inducere poſſe præſumptionem adulterii; præſertim, ſi exemplar, cujus imaginem refert proles, ſit familiaris, domeſticus, ſuſpectus, Zacch. *d. l.* arbitratur: Interim multa ſunt, quæ lubricam & non plane certam ſigno huic videntur ferme naturam induere. Cur nepotes avunculis & aliis cognatis frequentius hodiè, magis quam parentibus naſcantur ſimiles; de eo *vid. Magnif. & Nobiliſſ. Dn. Dr.* Strauſſium, *in epiſt. ad Comitem Digbæum p.* 140. *&* Caſp. à Reies *Elyſ. jucund. quæſt. camp. quæſt.* 54.

CAP. III.

DE

VENTRE PRÆGNANTE.

1.

PArtui ſubjicimus *Ventrem Prægnantem*, cujus plura ſunt privilegia, memorata Marc. Mant. *ſing.* 10. *num.* 1. & jura: in ſpecie, (1) quod tormentis non poteſt ſubjici, *l. prægnantis* 3. *de pœnis*, extenditur hoc etiam recte ad territionem torturæ, ſive realem, ſive verbalem, ex ſent. Farinac. *var. quæſt. & opin. comm. crim.* 41. *num.* 84. (2) quod ultimo ſupplicio damnata, ſervetur, dum partum edat, *l.* 18. *d. ſtat. hom. & d. l.* 3. *d. pœnis.* & ſex ſeptimanæ à puerperio ſint elapſæ *Magnif. Dn.* Struv. Jurispr. *lib.* 1. *tit.* 3. *n.* 2. Præterea (3) gravidum cadaver non debet humari, antequam partus ſit exſciſus: qui contra fecerit, perimere partum videtur, *l.* 2. *de mort. inferend. Synopſ. Baſil.* 16. *t.* 2. *c.* 3. (4) Venter prægnans, in poſſeſſionem immittitur mariti defuncti vice, contra tabulas bonorum poſſeſſionis *l.* 1. *& t. de ventre in poſſ. mittend.* Tali in caſu autem debet intervenire ſolennitas denunciationis, inſpectionis, cuſtodiæ, ſecundum tenorem Edict. *d. Vent. inſpic.* (5) Prægnantiæ præſumptio etiam ſoluto matrimonio, adhuc poteſtati maritali ſubjicit divertentem. Quippe in caſu divortii, debet admittere inſpectionem ventris & partus cuſtodiam, *lib.* 1. *hoc tit.* (6) Agnoſcendorum liberorum & alendorum neceſſitatem inducit etiam in caſu divortii *lib.* 1. *de agnoſcend. & alend. lib.* (7) ejus prætextus & calumnia ignominiæ pœnam inducit: *tot. tit. ſimul. ventr. nom. in poſſ. calumn. cauſſ.* (8) libertatem vel in principio, vel medio, vel fine prægnantiæ partui confert. *princ. Inſt. de ingen.* (9) à ſuppoſiti partus ſuſpicione probabiliter liberat. *arg. d. l.* 1. *§.* 12. *& ſeqq. de agnoſcend. & alend. lib.* (10) ſecunda vota impedit: Maſcard. *concluſ.* 1215. *num. ult.* (11) præſumptionem adulterii, infanticidii, expoſitionis, ſtupri inducit, *Conſt. Crim. art.* 35. *it.* 32. Tales itaque effectus cum pariat in jure, meritò, quo pacto ejus poſſit probatio accerſiri, disquiritur: ubi Medicorum nos juvat experientia, partim *opera*, cum ad inſpectionem advocantur: (quanquam enim obſtetricibus delegari ſoleat id negotium: tamen & hæ medicorum appellatione comprehenduntur, niſi fidem detrahimus Maſc. *concluſ.* 1215. *num.* 4. & quem ibi ſequitur Alexandr. *conſ.* 15. *num.* 11. *vol.* 1.) partim *conſilio*, indicando ſigna & documenta ventris prægnantis. Iſta (1) vel ſunt *generalia*, quæ planè in omni ſe ventre gravido communiter proferunt, ut (1) intumeſcentia uteri, Cagnol. *in l. ſi quis prægnans de R. I. Tom.* 3. ordine paulatim procedens, non dura, ut ex viſcerum ſcirrho, non mollis, ut in hydrope, non expanſa & diffuſa, ut in aquoſo & ventoſo tumore, ſed modicè renitens & acuminata. (2) tumefactio mamillarum; & lactis collectio in iiſdem: præter Cagnol. *l. c.* Maſcard. *concluſ. d. num.* 10. *& Bald. in rubr. C. de prob. col. ult. verſ. diviſione* Hipp. *aph. ſect.* 5. *aphor.* 39. Quanquam etiam ſub virorum papillis, monſtrum in novo orbe frequens, Baricell. *de lact. c.* 25. in mulieribus etiam non prægnantibus: item in virginum mammulis, teſte inter alios Jubert. *lib.* 5. *err. pop. cap.* 3. lac interdum cogitur; & contra, in prægnantibus

ſæpè

ſæpe pravæ qualitatis, ad nutriendum inhabilis, & impari quantitate, Gal. *de ſan. tuend. c.* 9. *claſſ.* 2. nunquam fermè ante plures menſes colligitur: Idem *comm. aphor.* 5. *aphor.* 52. (3) Defectus menſtruorum: quædam tamen prægnantes menſtruantur: & quædam, nunquam vel raro menſtruantes, concipere aptæ natæ ſunt. (4) Macula in facie, ephelis dicta Hippocr. *lib. de Steril. ſect.* 6. *tx.* 9. & poſt hunc ex Serapione Cagnol. *l. c.* ſignum eſt fallaciſſimum, quo plurimæ prægnantium deſtituuntur. (5) Motus in utero ordinatus, continuus, fœtui internus, Cagnol. *l. c.* poteſt tamen in utero, ex humoribus, ventoſitate, mole excitari: & ſi quæ plura ſunt univerſalia ſigna, ut pallor vel livor, externi appetitus, ebullitio venoſi ſanguinis, & citreus color, capitis dolor, vertigo, affectuum inordinata revolutio: De his vid. Zacch. *lib.* 1. *tit.* 3. *quæſt.* 1. *&* 2. Vel iſta ſigna ſunt *ſpecialia*, quæ pro varia temperamentorum naturâ variant: *idem d. q. num.* 2. (2) Signorum, ventris prægnantis, alia ſunt *perſpicua*, quæ poſſunt ſenſibus deprehendi: cujusmodi videntur ex modo memoratis pleraque; Alia *arcana*, quæ ex revelatione conjugum innoteſcunt, à ſecretioribus actibus pendentia, de quibus Medicos conſule: (3) alia *ſponte ſurgentia*, alia medicamentorum *experimentis elicita*, cujusmodi ſunt, ſuppeditante *Hippocrate*, mulſa, ſuffitus &c. quorum tamen fluxa eſt & fragilis fides. Hæc ita præmiſſa, una concluſione obſignamus; Prægnantiam IV. prioribus menſibus vix, poſt illos facilius, non tamen niſi probabiliter poſſe probari. Zacch. *d. t. q.* 1. *num.* 6. 7. *&* 8.

2. Interim nondum placet, omnino hinc divertere, ſed ad hoc ipſum caput, quicquid habere poteſt affine, protrahere: & principio quidem ventris prægnantis principium, quod eſt *cohabitatio* & *conceptio*, cujus quidem *inſtrumenta & impedimenta*, quæque iſtas qualitates comitantur, modo ſub examen vocabuntur. Illa nunc extra matrimonii vinculum, nunc in matrimonio conſiderantur. Hoc reſpectu ſunt maritus & uxor, quorum ad generationis actum habilitas præſupponitur. Hermaphroditus hinc exulat ſub forma ſua monſtroſa. Jura maritalia & uxoria ex ſexus diſcrimine fluunt, vel ipsâ naturâ, vel legis diſpoſitione. Illiusmodi ſunt à parte mariti (1) præſtantiæ & dignitatis maritalis eminentia: vide rationem decidendi, cur vir præfectorius præferatur conſulari fœminæ, *in l.* 1. *de Senator. Ariſtot. lib.* 1. *pol. c. ult.* (2) poteſtas: *idem* 1. *Oec.* 3. & Bœcler. *Inſtit. pol. libr.* 1. *cap.* 2. à parte tum mariti, tum uxoris (1) conſortium rerum ſecundarum adverſarumque. Tac. *Ann.* 34. (2) mutuum adjutorium: *Ariſtot.* (3) mutuæ fidei conjugalis vinculum; (4) mutua in corpus poteſtas. Bœcler. *l. c.* 1. *Corinth.* 7. *v.* 4. *Grot. de J. B. & P. libr.* 2. *c.* 5. ad quam refertur *debitum conjugale*.

3. De hoc (1) *abſolutè ſpectato* utilis eſt quæſtio; quia ejus denegatio, quantumvis ex debilitatis neceſſitate veniens, jure Juſtinianeo, divortii cauſam ingerit, ſc. ad biennium producta, *l.* 10. *C. de repud.* quod poſtea tamen ad triennium prorogatum eſt: *Auth. ſed hodie d. tit.* & qualiscunque etiam malitioſa, à quibusdam Polygamiæ fautoribus, ad totale divortium ſufficere, tum jure naturali, tùm divino judicata eſt. Deinde communiter tenent Canoniſtæ, denegantem debitum conjugale, ſive tacitè, ſive expreſsè exactum, peccare mortaliter: Sanchez. *de matrim. libr.* 9. *diſp.* 2. *n.* 4. Coning. *de Sacrament. diſp.* 34. *dub.* 2. *n.* 17. & lites inteſtinas ſerere; Quæ circa regulæ hujus limitationes varias JCti & præcipuè Canonum interpretes, adferunt, ea non niſi ex Medicorum placitis poſſunt determinare. De quibus præter modo allegatos vid. Bonacin. *de matrim. q.* 4. *n.* 7. *p.* 1. Poncium *tract de impedimentis matrimon.* Martin. Perez. *de* Unnanoa *de ſancto matrimonii ſacramento*; & qui ſcripſerunt conſilia matrimonialia, quorum infinitus penè eſt numerus; (2) utiliter quæritur de debiti matrimonialis exſolvendi modo, qui niſi ſit legitimus, peccatur mortaliter, juxta *Tom.* 2. *q.* 254. *ad* 12. Sanchez. *diſp.* 16. *n.* 5. Leſſium *de I. & I. libr.* 4. *c.* 3. *dub.* 13. *num.* 89. illegitimus autem videtur, non omnis præternaturalis, ſed qui generationem impedit, & noxius eſt. Cujus ſpecies heic quidem verecundo involvere ſilentio, quàm intempeſtivâ adducere prolixitate, præſtat. Cœterum de enormitatibus matrimonii videri poteſt Zacch. *d. t. quæſt.* 6.

4. Quæ ex legis diſpoſitione fluunt jura, tum maritalia, tum uxoria, vel in ipſo *naturali jure* fundantur, ex juribus ante tactis dimanantia: quo pertinet (1) quod deterior eſt conditio fœminarum, in iis caſibus, ubi ad præſtantiam virilem reſpicitur, Struv. *ad tit. de ſtat. hom. num.* 2. *vid. l.* 2. *de R. I. l.* 10. *de ſtat. hom. l.* 1. *de Senator. l. un. C. de mulierib.* quanquam poſſit eſſe in dubio, an iſta virorum præſtantia, non potius ficta ſit, quam vera (Vide Hennig. *ad Grot. libr.* 2. *c.* 5.) intuentibus, tot illuſtrium fœminarum exempla, quarum Voſſ. niſi fallor, texit Catalogum in *appendice tract. de Philologia.* Literarum capacem eſſe indolem fœminæ, iſta documenta, & quæ ſeculum ſubminiſtrat, ſtabiliunt, ut ab Italis jam aſſueſcat illarum virtus Laureas Doctorales mereri: Leti *Nell. ſua Italia regnante.* De aliis virtutibus, vel Belli vel Pacis, quibus etiam ſceptro natæ eminuerunt fœminæ, jam nihil adjiciam: (2) quod melior eſt illarum conditio, ubi ob ſexus imbecillitatem, (unde pro aliis ſe obligando, conditionem ſuam deteriorem facere non poſſunt, *arg. l.* 1. *ad SCt. Vellej.*) vel partus moleſtiam, *l.* 12. *C.*

qui potiores in pignor. jura ipſis favent. Struv. *l.c.* (3) quod forum & dignitatem mariti ſequuntur; Perez *ad t.t.C. de mulier. num.* 3. Vel ex lege merè poſitiva ortum trahunt: exempla ſunt; (1) quod ab omnibus publicis officiis, jure Romano veteri arcebantur fœminæ, *l.* 2. *de R. I.* quòd Canones hodiè & mores, rectè correxerunt. Nunc enim jurisdictionem poſſunt acquirere, quamvis hanc exerceant per viros. *Gloſſ. ad l.un. C. de mulier.* ex compromiſſo judicare, *c. dilecti X. de arbitr.* in regna & feuda regalia ſuccedere; Abbatiſſæ fieri; beneficia & Sacella Monaſterio incorporata, pleno jure conferre; Seculareſque Clericos in iis inſtituere, *c.* 6. *X. de his quæ fiunt à prælat.* in maritos officia & beneficia, ob Parentum merita impetrata conferre. Perez. *dict. loc. n.* 15. (2) quod maritus adulteram impune poteſt occidere. *l.* 24. *ad leg. Jul. de adulter.*

5. Extra matrimonium omnis cohabitatio carnalis eſt illicita, unde adulterii, ſi inter alio fœdere ligatos; & ſtupri, vel voluntarii vel violenti, ſi cum virgine vel vidua celebretur, nobiliora peccata parturit, quorum pœnas vide *in tit. ff. & C. ad leg. Jul. de adulter. Conſtit. crim. art.* 19. *&* 20. Incidenter hîc nota, pœnam ſtupri, ſi nondum fuerit virgo viripotens, mitigari, *l. ſi quis aliquid. ff. de pœn.* Probationes alias JCti ſuppeditant, quas vide congeſtas à Maſcard. *concl.* 1344. cujusmodi ſunt teſtes, conjecturæ ex nocturna & furtiva acceſſione, familiaritate magna, rumore, depromptæ; (Ubi ſtatuit Maſcard. negantem ſtupri commiſſionem in caſu punibili debere probare;) Alias Medicorum regulæ ſuggerunt; vide apud Pinæ. *de not. virgin. libr.* 1. *cap.* 6.

6. Ipſa virginitatis probatio admodum eſt ardua; Perez. *ad C. de Mulier. num.* 8. per obſtetrices & Matronas honeſtas tamen probari poteſt, juxta Canones *c.* 4. *&* 14. *X. de probat.* Jure civili, an poſſit? in dubium vocat Perez. *l. cit.* quod nullibi legatur obſtetricibus virginitatis arbitrium delegatum eſſe. *l.* 1. *de ventr. inſpic. lib.* 1. §. 2. *de extraord. cognit.* cœterum cum error circa virginitatem, matrimonium reſcindat, *Arg. Nov.* 22. *cap.* 15. §. 2. *Nov.* 117. *cap.* 8. *& Nov. Leon.* 35. *&* 13. utilis hæc omnis eſt quæſtio, de devirginationis & virginitatis indiciis. Virginitas autem ſemper præſumitur; donec probetur contrarium, Maſcard. *concluſ.* 1418. *num* 12. quæ qualitas eſt moralis, in abſtinentia à marito conſiſtens. Non ergo amittitur, (1) ſi clauſtra virginitatis alio inſtrumento rumpantur. Zacch. *lib.* 4. *tit.* 2. *q.* 1. (2) ſi ebria, vel dormiens ſtuprata quædam ſit; Maſcard. *de concl.* (quanquam ad conſecrationem eſt inhabilis *cap.* 32. *quæſt.* 5.) Itaque delicata iſta qualitas infallibiliter probari non poteſt: (1) per hyemenis integritatem: (2) ſanguinis effuſionem in primo concubitu; quia per fraudem non abnuit ſimulari, Fortun. Fidel. *lib.* 3. *relat. cap.* 1. & incerti eventus eſt. Obſtare videtur locus *Deut.* 22. Reſpondemus, procul habitis aliorum conjecturis, abſolutâ Dei potentia naturam potuiſſe corrigi: ſi etiam potuit præterverti, ut ex poculo Sutha eſt videre. *Num.* 5. 13. Vid. Cunæum *de republica Hebræor. libr.* 1. *c.* 12. quô etiam pertinet inquiſitio criminalis per ſortem *Joſ.* 7. *v.* 14. 1. *Sam.* 14. *v.* 30. *Jon.* 7. *v.* 7. vid. Tom. Gattacker. *in tract. de ſorte.* Cum naturam ſuo curſui hodie Deus ordinariè relinquat, ut contra Bellarmin. *lib.* 4. *de not. Eccleſ. c.* 14. docet Mengering. *in inform. conſcient. Evang. pag.* 94. ex ſententia Orthodoxorum: (3) per tenuitatem & claritudinem urinæ. Certiora ſumuntur argumenta ex interiori inſpectu corporis. Quod ſi hinc depromi apta ſigna concurrerint cum ſupra memoratis; & aliis pluribus, veluti eſt odoris & vocis mutatio, complicata, indubitatum virginitatis documentum protulerint. Plura circa virginitatis attributa in proclivi eſt haurire ex Kornmann. *tract. de Virg. Jur.* Ildephonſ. Perez., de Lara, *de Annuo relict. pro virg. maritand.* Job. Gaſt. *de virgin. Stupro, Scortat. ejusque pœna.* Joh. Frid. Rhetii, *Diſp. Inaug. de Virginibus.*

7. *Impedimenta* copulæ carnalis, vel *moralia* ſunt, de quibus hic præſtat, nihil attingere; vel Phyſica in qualitatibus impotentiæ poſita; & effectu legali non deſtituta: cum matrimonium contrahendum impediant, contractum annullent *l.* 10. *C. de repud. Nov.* 23. *cap.* 6. porro adoptandi poteſtatem caſtratis auferant, non *ſpadonibus, ſi ſtrictè* ut in §. 9. *Inſt. de adopt.* & non *latè* ſumantur, ut in *l.* 28. *de Verb. Sign.* Sunt autem iſta, vel *reſpectiva*, quæ oriuntur ex impari proportione virilium & muliebrium membrorum, generationi deſtinatorum; (Hæ non valent, ad annullationem matrimonii, cum medicamentis poſſint emendari, *DD. ad tit. de Frigid. & malef.*) Ex luxurianti abdomine; Ex inordinato animi affectu, puta nimio amore, pudore, odio, &c. Ex temperamentorum & ſeminum diſconvenientia, quæ inducit ſterilitatem. Vel qualitates impotentiæ ſunt *abſolutæ*, ortum trahentes ex ſtatu vel *naturali*, vel *præternaturali*, vel *ætatis vitio.* De quorum ſingulorum indole, item quomodo impotentia probetur, vid. Zacch. *libr.* 3. *tit.* 1. *& libr.* 11. *tit.* 3. Maſcard. *concl.* 890. Dn. Joh. Georg. Simon, *diſſert. de impotentia conjugali*; & aliâ de amore Venenato. Me jam capit præſentis materiæ tædium, ut illam cogar abrumpere.

CAP. IV.
DE
ÆTATIBUS.

1. Ætatum ratio habetur, tum à legiſlatoria poteſtate, in legibus conſtituendis,

endis, unde legales illarum effectus, jura, privilegia, officia naſcuntur; tum à judice, cujus arbitria, modo in ſui favorem, modo odium, varium in earundem diſcrimen trahit. Utrique naturales Philoſophiæ Doctores lucem circa hoc argumentum accendunt; breviter ergo ex horum principiis, quarum obligationum ſint capaces, ſubjiciendum eſt, ſecundum ſingulos gradus & differentias.

2. Ætatis, (quæ nihil aliud eſt, quam *menſura humanæ vitæ, inſigniores ejusdem mutationes diſtinguens*, quanquam aliter Zacch. *libr.* 1. *tit.* 1. *q.* 1. & quos refutat JCti, definiverint;) (1) periodus eſt infantia, quæ, quanquam à negata fandi poteſtate denominetur; & huc etiam *l.* 71. *de V. O.* reſpiciat, in ratione decidendi, cur infans ſtipulari non poſſit; (Niſi dicamus fandi potentiam cum judicio junctam hic argui,) tamen annis potius definitur, quam incerta hac & variante qualitate. Ejus itaque exordium eſt nativitas, *arg. l.* 9. *§.* 1. *ad leg. Falcid.* Menoch. *de arbitr. Judic. quæſt. lib.* 2. *caſ.* 27. *n.* 7. terminus, ſeptimus annus incluſivè, *l.* 18. *§. fin C. de jur. delib.* quanquam æquivocè latius protendatur ad exprimendum omne impubertatis reſiduum: de quo videri poteſt Joh. Franc. Fara, Sardus *in Tr. de eſſentia infant. proximi infant. & prox. pubert.* Clariora infantum privilegia ſunt: I. quod ex legitimo matrimonio nati, dignitatem parentum participent: *l.* 19. *&* 23. *de ſtat. hom.* etiamſi ante dignitatis paternæ fortunam ſint editi, ut patet, in filio Senatoris *l.* 5. *de Senat. l.* 11. *C. de dignitat. l. moris.* §. 14. *de pœn. l.* 16. *C. de decurion.* & in filiis Principum, Electorum, Regum procedit, teſte Tiraquell. *de jure primogenit. quæſt.* 31. *num.* 12. *& ſeqq.* 2. Jus alimentorum, ad quod parentes ipſis præſtandum adſtringuntur, *l.* 8. §. 5. *C. de bon. quæ lib. l.* 3. *&* 4. *C. de Alend. libr. & Parent.* Dominus etiam *arg. l.* 2. *C. de infant. expoſ.* Item reſpublica, ſi parentibus & ſubſtantiis careant. Unde Orphanotrophia *l. Orphanotrophos C. de Epiſc. & Cler. l. omnia privilegia C. de SS. Eccleſ.* & Brephotrophia *l. illud l. ſancimus. C. eod.* 3. In jus vocari non poſſunt: *l.* 4. *de in jus vocand.* 4. In navi conducta ſi naſcantur, pro iis non debetur penſio, *l. ſed add.* §. 7. *loc. conduct.* Proprietates infantum ſunt; quod (1) ſenſum h. e. judicium non habent *l.* 32, §. *fin. de acquir. poſſ.* quod ita leges ex Medicorum præjudiciis determinant: Zacch. *loc. cit.* unde habiles ſunt furioſis in certis caſibus comparari *l.* 5. §. 2. *ad l. Aquil. l.* 60. *de R. V.* §. 10. *Inſt. de inutil. ſtipul. l.* 1. *C. de falſ. Monet. l.* 12. *ad l. Cornel. de Sicar. §.* 18. *Inſt. de obl. quæ ex del.* (2) quod *rei affectus*, in illos non cadit; h. e. voluntas per liberum electionis actum elicita; Unde ingrati animi labem contrahere nequeunt, *l.* 33. §. 1. *C. de inoffic. teſtam.* nec poſſunt eſſe injuſti, teſte Ariſtot. *Magnor. Moral. cap.* 34. Ex qua ipſorum indole fluit, quod 1. illos actus, ad quos conſenſus requiritur, exercere non poſſunt, unde à ſtipulationibus & contractibus arceantur, *l.* 70. *de Verb. Obl. l.* 1. §. 3. *de Oblig. & Action.* §. 10. *Inſt. de inutil. ſtipul.* porro, à ſponſalium vinculo colligando: *c. unic.* 30. *q.* 2. *t. t. X. de deſponſat. impub. l.* 14. *de ſponſal.* denique à teſtimonio dicendo: Maſcard. *concluſ.* 1353. *num.* 2. (2) emolumenta authoritate tutoris acquirunt, *arg. l.* 32. §. 2. *de acquir. poſſ. l.* 65. §. 3. *ad SCtum Trebellian.* quia fingi hîc poteſt conſenſus ad lucrativa, quæ nemo facilè reſpuit. (3) Quod ex delicto ad pœnam non obligantur, Carpz. *Prax. crim. p.* 3. *q.* 143. *num.* 9. & licet in quibusdam malitia, & prudentia ætatem antevertat, hoc tamen præternaturale eſt, & non ex his, quæ jura poſſint mutare; quid quod antiquitas pueros odit præcoci ſapientia?

3. Infantiæ ſuccedit *pueritia* (II.) ætatis humanæ differentia, cujus à Paulo III. æquivocationes extricantur, *l.* 204. *de Verb. Signif.* quarum ultimam hîc amplectimur; In qua tamen iterum ſignificatione apta nata eſt ſumi (1) *latè*, pro fluxu vitæ humanæ, ad decimum ſeptimum annum, ut *in l.* 1. §. 3. *de poſtul.* (2) *ſtrictè*, quomodo ad infantiam porrigitur, *cap.* 12. *X. de ſponſ. impub.* (3) *ſtrictiſſimè*, prout ab iſta ſegregatur, *arg. l.* 5. *de admin. tutor. l.* 13. §. 1. *de reb. eor. qui ſub tut.* hanc ætatem, *ductu* §. 10. *Inſt. de inutil. ſtip.* in duas iterum periodos licet diſtinguere; quarum I. eſt proximorum infantiæ, & eosdem ferme effectus, eadem à ſe diffundit jura, *arg. l.* 9. *de acquir. hær. l.* 1. §. 13. *de O. & A. l.* 5. *de R. J.* ſecunda eorum, quæ propius pubertatem attingunt, ſive in quibus rudimenta quædam pubertatis apparent. Talium diverſa eſt à prioribus conditio; nam obligantur (1) ex contractu, autoritate tutoris inito *arg. l.* 5. §. 1. *de Autor. tutor.* (2) ex contractu absque tutoris auctoritate inito, ſi fiant locupletiores, & non agatur de eorum præjudicio *l.* 1. *&* 5. *eod.* item cum doloſè egiſſe convincuntur: *l.* 13. §. 1. *de dol. mal.* (3) & Juramento: *Cap.* 1. *X. de delict. puer.* non tamen ad juramentum poſſunt compelli; *Auth. ſacramenta puberum. C. ſi adverſ. vendit.* (4) ex delicto, ita tamen, ut regulariter pœnâ ordinariâ non mulctentur: quæ tamen regula ſuas habet fallentias: Carpz. *part.* 3. *q.* 143. *n.* 48. *& ſeqq. Conſt. crim. art.* 164. Cæterum quibus ſit coercenda carceribus, & definienda iſta pubertatis vicinia? hîc diſquirendum eſt. Jus Canonicum certis terminis illam circumſcribit *c.* 6. *& c.* 10. *X. de deſponſ. impub.* & à 7. anno & dimidio octavi, fluere illam vult, ad pubertatis terminum. Verùm quam hic ſit terminus inſufficiens ad prædictos effectus, emerget ex iis quæ Carpz. *loc. cit.* inculcat. In alterum extremum

mum videtur labi Gloſſ. *in l. pupillum de reg. Jur.* ubi per ſemeſtre diſtantes à pubertate, huic proximos eſſe ſtatuit. Jus Civile iſtam ætatem non annis, ſed proprietatibus deſignat. In iſta conſtitutos appellans pupillos *doli capaces*, *l.* 23. *de furt. l.* 3. §. 1. *de injur. l.* 3. *§. fin. de tributor. actione. l.* 1. *depoſ. vel contr.* item *intellectum capientes l.* 1. *§.* 3. *de acquir. poſſ.* Verum cum iſtæ proprietates pro diverſa temperamentorum ratione, in diverſis diverſo tempore adoleſcant, legibus de iſtorum termino nihil quicquam certi definiri potuit, & recte, ſecundum Menoch. *de Arbitr. I. q. lib.* 2. *cent.* 1. *c.* 57. *n.* 19. arbitrio judicis pubertatis propinquitas definienda relinquitur: qui ut veritatem eruat (1) certis ſignis illorum intellectum explorare poteſt, cujus rei exemplum allegatur à Decian. *tract. crim. de excuſat. reor. cap.* 34. *n.* 46. tentatæ ſc. maturitatis, propoſita electione fructuum & aurei veli: (2) Medicorum hic adhibere operam debent, quorum eſt de temperamenti viribus cognoſcere, Zacch. *dict. tit. quæſt.* 5. *n.* 27. *& ſeqq.*

4. Abſolutum pueritiæ circulum adultæque pubertatis primordia occupat (III) gradus humanæ ætatis, *adoleſcentia*: cujus hic terminum, proprietates & jura operæ pretium eſt, intueri. Terminus ejus à quo, pubertas eſt nomen à pube trahens, primo iſto pilorum genere, quod in pudendis progerminat. Vi ſua & indole aptitudinem generandi; *cap.* 3. *X. de deſponſ. Impub.* ſimulque pubeſcentis judicii maturitatem, fragilem tamen & ſemiplenam involvit. In qua proprietatum adhærentia fundamentum eſt jurium, quibus leges illam potuerunt dotare. Ex quorum cenſu ſunt (1) Facultas ſponſalia & matrimonia celebrandi; *princ. Inſt. de Nupt. l.* 9. *de ſponſla. l.* 4 *de rit. Nupt. l.* 11. §. 3. quod *falſo tutor.* (2) liberatio à tutela, cum in ſuam tutelam veniſſe, qui impuberes eſſe deſierunt, dicantur; ob connotatam tamen fragilitatem, quanquam maturioris conſilii, curatores accipiunt *l.* 1. *de minor.* non tamen inviti, ſi illos qui in litem dantur, excipias §. 2. *Inſtit. de Curat.* Moribus tamen aliter in Imperio receptum eſt; *vide Reformat. Polit. de Anno* 1548. *& de anno* 1577. *tit. Von den pupillen.* Unde etiam fluit (3) jus reſtitutionis ob læſionem in contractibus, ante completum adoleſcentiæ ſeu minorennitatis curriculum; *lib.* 4. *C. de in integr. reſtit. lib.* 9. *de probat.* item in delictis culpoſis *lib.* 11. *C. ſi adverſ. delict.* quod licet extendere ad doloſa, intuitu reſtitutionis, contra confeſſionem, ſi erroris & inſcitiæ documenta proferantur, aut aliunde delicti, non emergat certitudo; *lib.* 6. §. 5. *de confeſſ.* Probationes vero iſtius ætatis, quarum tanta eſt difficultas, ut Bartoli induſtriam per quinquennium exercuerit; quemadmodum ipſe teſtatur *ad lib.* 43. *de minor.* vid ap. Maſcard. *concl.* 66. Menoch. *de arbitr. jud. quæſt. libr.* 2. *cap.* 116. *&* 117. *&* Hahn. *ad tit. de minor.* (4) poteſtas contrahendi absque auctoritate Curatoris in quibusdam *lib.* 101. *de V. O.* (5) Alienatio bonorum mobilium, quæ ſervando ſervari non poſſunt *lib.* 22. *in pr. C. de admin. tutor. l. ult. C. quando decret. opus non eſt.* (6) factio teſtamenti. (7) publicorum officiorum capacitas, veluti eſt procuratio, [*arg. lib.* 43. *§.* 1. *de Procurat.* §. 5. *Inſt. qui & quib. cauſ. manum.* contra quam receptum eſt *cap.* 5. *de procurat. in* 6.] militia &c. *arg. l.* 2. *de reg. jur.* (8) mitigatio pœnæ ob delicta, quantumvis atrocia, de qua vid. Carpzov. *prax. crim. q.* 43.

5. Sed, reliquis Juribus omiſſis, Pubertas quibus circumſcribenda ſit carceribus? non inutiliter quærimus: aliud hic obſervavit antiquitas, aliud nova jura conſtituunt; illa generales intra limites, neutiquam iſtam coercuit; Sed in ſingulis ad naturam temperamenti, habitumque corporis reſpexit: Quod Medicorum à principiis vix aberrat, qui pubeſcentium varium eſſe ſaltum, communiter adſtruunt. Secundum iſtos ſigna, quibus ſe proferat pubertas, poſſumus in illa, quæ à *poſteriori* ſumuntur, [quò pertinet concipiendi & generandi habilitas,] & quæ *à priori*, diſpeſcere; quæ iterum, vel erunt *neceſſaria*, ut (1) inſignis corporis mutatio & ſolidius incrementum; (2) auctum robur vocis; (3) Accenſa vis animæ; (4) in fæminis menſtruorum fluxus & mammillarum protuberantia: (5) in maribus ſeminatio; vel *probabilia*, ut generandi poteſtas, item pubis & pilorum in varia corporis parte proruptio; Zacch. *dict. lib. & tit. qu.* 7. Ad hæc equidem fallacia quamvis indicia, quæ utplurimum antecedunt generandi facultatem, videntur præcipue reſpexiſſe veteres in inſpectione corporis, cujus turpitudinem Juſtinian. *in l. ult. C. quand. tut. vel curat.* ſuſtulit. Quanquam autem Vinn. ad *Princ. Inſt. quib. mod. tut. fin.* anteriorum temporum, ut contra Juſtinian. apologiam abſolvat, hunc inſimulet ignorantiæ, motus tum ipſa hujus turpitudine inſtituti, tum *Tertulliani, Macrobii, Ulpiani in l.* 7. *de Vulgar. & pup. l.* 5. *qui teſtam. fac.* teſtimoniis: tamen vix ſuam conjecturam ſatis hac ratione muniverit: quæ enim eſt tanta hæc in ſe turpitudo? cum moralem malitiam non involvat; ſed potius ad bonum finem eruendæ veritatis referatur, cujus intuitu, in caſu impotentiæ, vulnerum, ventris prægnantis, abdita & ſecretiora naturæ loca luſtrare, ipſis legibus inductum eſt. Interim Juſtiniani modeſtiæ, laudabili ſane, turpius dixerim inſtitutum hoc viſum eſſe, cum neceſſitate præſertim omni careret. Deinceps loca iſta definitionem annariam pubertatis dum indicant, inſpectionem iſtam non excludunt, quæ, majoris evidentiæ gratia, poterat iſti ſuperaddi. Nova jura plane annis

nis circumſcripſerunt pubertatis terminum; ut *ex d. l. ult. & princ. Inſt.* apparet, an recte? poteſt occaſione modo memoratæ Medicorum ſententiæ dubitari. Verum ſufficit, leges, dum in commune conſulunt, quod minimum eſt, ſequi; licet Zacch. nimis præcocem eſſe hunc terminum ſtatuat *loc. cit.* & minoris experientiæ; cum, quæ communiter fiunt, leges debuiſſent attendere; *arg. l. ex his & l. ſeq. it. l. neque leges de legibus, SCt.* Quomodo ſe jam evolverit ita conſtrictus bonus Imperator? quaſi non communiter, minimus pubeſcendi terminus in fœminis *annus* 12. eſſet. Alia jam ſurgit quæſtio: an recte in definienda pubertate maſculorum & fœminarum diverſa tempora Juſtinianus induxerit? Jam te lubentius audio, Zacchia, cum Imperatorem defendis; & tum ob humoris abundantiam, tum ob imperfectiorem naturam citius muliebrem ſexum pubeſcere maſculino ſatis demonſtras, quemadmodum vires generandi citius iterum exuit. Cur autem eundem adoleſcentiæ terminum habent communem? quia ibi generationis aptitudo, hic maturitas conſilii conſideratur; quæ ob imperfectionem ſexus, maſculorum non anticipat intellectum; adeo in illis debilis etiam jam tum abſoluta, ut perpetuæ tutelæ ſubjiciat. Veſtigium tamen proportionis hujus in beneficio Principis, quod veniam ætatis largitur, apparet; quod decimo octavo anno fœminis, 20. Maribus indulgetur, *tot. tit. C. de his qui ven. ætat.*

6. Poſt florem ætatis poſitum, ipſe ſolidioris ætatis fructus emittitur, quæ dicitur *virilis*; Et IV. circulum vitæ humanæ inſtaurat, comparari habilis autumno: Galen. *com.* 3. *Aphor.* 3. Medicorum hunc turba in duo ſpatia diſpertit; quorum primum, juventutem dicunt, quæ à 25. anno ad 35. ſe porrigit, ſecundum, *ætatem conſiſtentem*, à dicto anno ad quinquageſimum progreſſuram: quanquam Fuchſius *declinantem* potius dicat: quod ratione nativi caloris, ſenſim evaporantis, non abſone dictum eſt. Cum tamen leges confundant potius quàm diſtinguant hæc ævi virilis hemiſphæria, *c. ut inter divinum X. d. S. Eccleſ.* & eorundem jurium plane capaces ſint, quos latiori vocabulo omnes nos viros dicimus; nec nos iſta diſtinguimus. Ætas hæc eſt omnium jurium capax, ſi excipias privilegia, quæ ſenectuti vindicantur.

7. Ultimus orbis ætatum eſt *ſenectus*, de cujus variis diviſionibus & terminis vid. Zacch. *dict. tit.* 1. *q.* 9. quanquam annis definiri vix poteſt, ſed judicis arbitrio rectius determinanda committitur, ut poſt illum multis auctoritatibus firmat Maſcard. *concluſ.* 1302. *n.* 8. Variis hanc ætatem privilegiis jura cumularunt, partim ob præſumptionem majoris experientiæ, *l. ſicut certum. §. cuſtodia. commod. cap. Novell. Val. cum in juventute: X. de præſumpt.* & prudentiæ, partim ob declinantis corporis imbelliam: Carpz. *prax. crim. p.* 3. *q.* 118. *n.* 34. Cujusmodi ſunt, (1) quod teſtes ſeniores plus habent fidei, quam junioribus habetur: *c. quoties, c. licet ex quadam. de teſtib.* cui eſt annexum, quod teſtibus actoris magis creditur, quam rei, ſi iſti ſeniores exiſtant: (2) tormentis ſubjici non poſſunt, *l.* 3. §. 7. *ad SCtum Silan.* Carpz. *prax. crim. p.* 3. *q.* 118. (3) quod confeſſio in tortura à ſene facta illi non noceat, Maſcard. *dict. concluſ. num.* 7. (4) quod ſenes mitius ſunt puniendi; Carpz. *p.* 3. *q.* 144. *n.* 1. 2. 6. (5) quod à muneribus publicis excuſantur, puta civilibus v. g. tutelis, officiis publicis, bellicis, aliisque perſonalibus *arg. l.* 3. *C. qui ætat. vel profeſſ. libr.* 10. *l.* 2. *de vacat. Mun. l.* 2. *de decurion. l.* 3. §. 6. *de Mun. & hon. l.* 3. *de jur. immun.* Plura congeſſit Peil. *in Tr. de privileg. ſen.*

8. Senectutis appendix & epilogus mortalis ævi, eſt decrepitum ſilicernium, deſcriptum à Galen. 2. *de temperam. c.* 2. *claſſ.* 1. *via ad interitum.* Secundum juriſperitos à ſeptuageſimo anno ducit initium; Farin. *var. quæſt. crim. & opin. commun. quæſt.* 41. *num.* 25. *Rota in Elnen. Canonicat.* 1631. coram Chiſilerio *n.* 8. quanquam *Abb. in cap. quoniam. Ut lit. non conteſt. n.* 18. à ſexageſimo illud anno inchoet. Proprietates ejus Phyſicæ ſunt frigidi intenſio, corporis animique debilitas, lapſus judicii & memoriæ; *legales*, eorundem privilegiorum participatio, quæ ob corporis imbelliam ſunt indulta ſenectuti; Sed negata communio illorum jurium, quæ in prudentiæ præſumtione fundantur. Plura de ætatib⁹ ſuggerent Zacch. *dict. tr. & tit.* Wechtlerus *in homine oriente & occidente.* Didac. de Narbona, *de ætat. ad omn. act. human. requiſit.* Nic. de Tudeſchis *de ætat. præficiendor.* & in ſimili verſatus argumento, *Jac. de la Laude.* Georg. Balbizky *de jur. perſonar.* Anton. Scheffel. *diſput. de jur. ætat.*

CAP. V.

DE

MORBIS, TUM ANIMI, TUM CORPORIS.

1.

MOrbus regnum eſt & theatrum Hippocratis. Hinc quoties de morbis in jure quæſtio incidit, toties Medicorum circa illos judicium venit explorandum. Quorum quidem geminum genus eſt, alterum *animo*, alterum *corpori* bellum inferens. Animi morbos liceat mihi diſtribuere (1) in *naturales*, qui à temperamenti & ætatis natura pendent, in infantibus regulariter, adoleſcentulis, ſenibus ſe proferentes, cum in illis vel nullum, vel imbelle ſit

ſit conſilium, vehementior affectus, læſa memoria: de quibus ſuperiori quædam capite tacta ſunt: & *præternaturales*, qui ex læſione irregulari & naturæ curſum intervertente deſcendunt: (2) In *morales*, quò pertinent ebrietas, amor, prodigalitas, &c. & *Phyſicos*, quos iterum (3) in *primos* ſeu *principales*, qui per ſe ſtant, vel non ex alio morbo emergunt; & *ortos*, ſeu qui alios morbos comitantur, horumque virtute conſurgunt. Illorum omne genus uno nomine, vel *dementiæ* ſecundum Zacch. vel *deſipientiæ* juxta Williſ. *de Morb. cap.* 10. rectè comprehenderis. Læſio autem iſta abalienatæ mentis, quam memoratæ voces connotant, vel breviori durationis ſpatio circumſcribitur, *delirii* vocabulo indicanda, vel furit prolixiori mora, tum cum febre, quæ appellatur *Phrenitis*, tum ſine febre, cujus quaſi gradus an ſpecies? tres in promptu eſt numerare: *Melancholiam*; *Maniam*, *Stupiditatem*.

2. Quorum his nubibus abditur intellectus, illorum triplex in jure cognitum eſt omnino diſcrimen: nimium furioſorum, mente captorum & melancholicorum. Furor eſt vel *continuus*, vel *interruptus*, ut in delirio. *Delirium*, nihil aliud eſt, quam *mentis ad breve tempus læſio, orta ex ſpirituum animalium & conſequenter Phantaſmatum, intra cerebri meditullium irregulari motu, confuſione & pugna, per abſurdos conceptus, ſermones, geſtus ſe explicans.* Cauſa ejus impulſiva, vel eſt in *ſanguine*, fervor enormis, particularum indomitarum in cerebro facta ingeſtio, malignarum ſuffuſio, effluvia venenoſa in cerebrum, interclufus denique affluxus, vel in *ſpirituum* externorum, intra nervoſum genus degentium *anomalia*: Hoc quoniam jam intervallis ſubrumpitur: (unde *furor intervallum* habens, ſeu *interruptus* ex mente *l.* 22. §. 7. *ſol. matrim.* dicitur:) (1) ab omni actu civili non prohibet, ſed illius robur elidit, quod inundante vi morbi eſt geſtum, §. 1. *Inſt. quib. non eſt permiſſ. fac. teſtam.* *l.* 9. *C. qui teſtam. fac. poſſ.* (2) à pœna non excuſat, neque ad ejus mitigationem ordinariè valet: Carpz. *pract. crim. quæſt.* 40. *n.* 33. & ita reſponſum eſt, à *Scabinatu Lipſienſi ib. n.* 36. Si ſatis probatus fuerit inumbratæ quietis conſpectus, ut celſo loquitur ſtylo Celſus, *l.* 18. §. 1. *de acquir. poſſ.* Vulgo *conſpectus* vocabulum *paſſivè* capiunt, & per inumbratam quietem, *quietem imperfectam* intervalli, intelligunt: ſed mihi liceat *conſpectum*, per actum, quem ſcholæ dicunt *reflexum*, & inumbratam quietem per ipſam *inſaniam*, ſub umbræ metaphorâ deſignatam, ſicut ſimilitudinem claritatis intellectus induit, hæc explicare: cum quies etiam perfecta poſſit cadere in interruptos furores. Cæterum notaveris, quod in dubio furore, de præterito ad præſens præſumatur, *l.* 2. 3. 16. *C. de probat.* *l.* 4. *C. ad exhibend.*

3. *Furoris continui* prima ſpecies eſt *Phrenitis*, quam placuit *Magnif. & Nobiliſſ. Dn. Dr.* Strauſſio *Pal. Med. Pract. Part.* 1. *Gymnaſm.* X. *de Phrenitide*, definire *quod ſit deſipientia continua cum febre acuta, proveniens ab accenſione ſpirituum animalium, Cerebri & meningum, introducta à tumore calido earundem.* Prout itaque Spiritus animales, vel continuo inundationis æſtu, vel per vices accipiunt incendii hujus pabulum, furorem vel continuum, vel diſcretum etiam morbus hic accendet. Circa hunc idem jura attendunt, quod circa delirium ante attendere viſa ſunt. Altera ſpecies furoris continui, eſt *mania*, quæ definitur: *Delirium, ſeu (vehemens & continua) principum cerebri functionum depravatio, ſine febre, cum audacia & furore, à fervida atque ignea ſpirituum animalium, vitaliumque in cerebro ſtabulantium diſpoſitione, cum malignitate conjuncta dependens. Vid. Excellentiſſ. Dn.* Strauſſium, *d. tr. Gymnaſm. XI. de mania.* Hæc ſymptomata immane, quantum immania producit: ut ſunt (1) audacia inexhauſta, ob celerem ſanguinis incitati motum: (2) robur immenſum: quia particulæ nitro ſulphureæ ſcatentes in ſanguine, nerveoque liquore, ſpiritus animales ſtupenda iſta vi elaſtica roborant; (3) defatigationis immunitas: quia ſpiritus animales, licet valdè ſint mobiles, tamen mixtura ⦶tro Sulphureâ figuntur, ut in ſua activitate diutius perſiſtant: (4) Impunis illuſio frigoris, jejunii, vigiliarum, verberum, vulnerum, & aliorum, quæ corpus lædunt: cum ſpiritus fixati & robuſti, neque avolent, neque ſe retrahant.

4. Sed inſtituto noſtro fermè accomodatiùs nunc furorem continuum dividimus, occaſione *d. l.* 22. §. 7. *ſol. matr.* (1) In *perpetuum & temporalem.* (2) *inferendum, ferocem & ferociſſimum.* Conſequenter etiam adnotamus, (1) furorem continuum ab omni actu civili prohibere, *arg. l.* 1. §. 12. *de obl. & act.* *l.* 40. & 70. §. 4. *de fidejuſſ.* *l.* 2. *C. de contrahend. empt.* *l.* 2. §. *pen. de jur codicill.* *l.* 1. §. 3. *de acquir. poſſ.* *l.* 5. & *l.* 124. §. 1. *de R. I.* (2) matrimonii vinculum impedire colligandum, *l.* 8. *de ſponſal.* *l.* 16. *de nupt. cap.* 24. *x. de ſponſal.* & colligatum etiam aliquando diſſolvere, *l.* 4. *de divort. & repud.* ſi ſcilicet furor ſit ferox: *l.* 22. §. 7. *ſol. matr.* ſed hoc jure veteri, quo immenſa erat divortiorum licentia, quam ſuſtulit ex parte Theodoſius Junior, *l.* 8. *C. de repud.* Juſtin, *Num.* 22. *cap.* 15. *Num.* 117. *cap.* 8. & 9. Jus Canonicum indiſtinctè: *c. f. de tranſact.* (3) furor delicti neminem facit reum; & à pœna liberat *l.* 7. §. *penult. ad l. Jul. maj.* *l.* 3. §. 1. *de injur.* *l.* 9. *ad l. Pompej. d. parricid.* *l.* 14. *d. offic. præſid.* *l.* 12. *ad l. Cornel. d. Sicar.* *l.* 5. §. 2. *ad l. Aquil.* Quid ergo dicendum ad præjudicia à Bodin. 2. *de*

republ.

republ. cap. 5. *&* Jul. Clar. 5. *ſent.* §. *fin. quæſt.* 60. adducta, ſc. futioſi Capitonis ſupplicium, qui in Henricum Franciſci Galliæ Regis filium enſem ſtrinxerat; & inſani cujusdam, qui vulnus inflixerat Ferdinando Arragoniæ Regi? Jus eminentis dominii in vitam ſubditorum, ob ſalutem publicam, hic abſolverit fortè judicantium majeſtatem. Cæterum regula de impunitate furioſi, etiam ad delicta ante furorem admiſſa, moribus noſtris retrotrahitur: Carpz. *prax. crim. pag.* 3. *qu.* 145. *num.* 24. Cujus ampliationis juſtitia, haud ibi allegata ratione nititur, quod ipſo furore ſatis ſit punitus, qui cum furore luctatur: cum propriæ dictæ pœnæ rationem induere nunquam poſſit, fortuitus caſus, *vid.* Grot. *d. J. B. & P.* 2. *cap.* 20. Ex alia gemina tamen ratione illam firmius putaverim poſſe ſuſtineri: tum quod pœna non cadat in furioſum (ſive ut malum paſſionis conſideres, ſive ut ſatisfactionis modum, cum nihil formaliter malum ſit, niſi tale quidem eſſe intelligatur; & ad ſatisfactionem, à parte ejus, qui ſatisfacit, requiratur injuriæ vel reatus agnitio) tum quod furioſus, ob negatam ſpiritualem agendi pœnitentiam, per mortis ſupplicium in periculum animæ poſſit adduci. (4) furor ſacræ cœnæ fruitionem impedit, ut Thom. 3. *quæſt.* 80. *art.* 9. declarat, fuſiusque interpretatur Zacch. *lib.* 9. *tit.* 9. *quæſt. un.* ubi ſimul recenſet morbos, qui obſtaculum ſpirituali huic alimentationi ponunt: ut ſunt primo ſeffocatio, vel ſtrangulatio, 2. tuſſis maligna, dicta Hippocrati Thiriodes; 3. Sanguinis violentius ſputum: 4. intercepta deglutitio: 5. nauſea, quæ eſt *inanis vomendi ſtimulus*: 6. vomitus: 7. ſingultus. 8. dolor iliacus cum vomitu junctus: 9. cholera: 10. Lienteria, quibus poſſunt 11. adſtrui morbi rationis uſum intercipientes. Conſilium hic exhibet miniſtris verbi DEI *Zacch.* ne negligant judicium circa hæc medicorum exquirere. (5) Denique inducit furor actionem redhibitoriam ob ſervum venditum, hoc enormi vitio affectum, *arg. l.* 1. *&* 4. §. 1. *de Ædil. edicto.* Videtur huic & ſibi ipſi contradicere *d. l.* §. 3. vitium omnino negans, â venditore præſtandum eſſe; ſed videtur. Nam per VITIUM hic intelligitur moralis aliqua pravitas: cum furor tale non ſit vitium, ſed animi *morbus*, qui principia actionum moralium exſtinguit. Vitium & morbus quomodo diſtinguantur, vid. *Zacch. l.* 2. *tit.* 3. *quæſt.* 2. Quid? quod ſe lex ipſa conciliat diſtinguens inter animi vitium, quod cum morbo corporis eſt junctum, vel non junctum, quanquam hic latiùs ſumitur vitii vocabulum, quam ex ſententia Zacchiæ nos accipimus, apud quem vid. *l. cit.* accuratiorem morbi & vitii diſtinctionem. Si quæ præter memorata capita, jura potuerunt circa furioſos diſponere, ea petantur ex Joh. Andr. Fromann. *Tract. de jure furioſor.*

5. Quæ quidem pleraque locum habent, etiam in *mente captis* Carpz. *d. q. n.* 2. ob rationis paritatem, quæ in illis fuit defectus judicii §. 8. *Inſt. de inut. ſtip.* Medicis *ſtupiditas* dicitur, horum morbus, ſive μώρωσις, & eſt *ingenii hebetudo ex imaginationis & memoriæ læſione.* Oritur autem iſta læſio (1) à *cerebri nævo*: cum ejus meditullium, ſive corpora calloſa, quæ imaginationis ſedes & memoriæ domicilium *Williſio* audiunt, p. n. afficiuntur: (2) à ſpirituum animalium vitio, qui ſunt organa immediata, utriusque apprehenſivæ iſtius facultatis. Contingit enim nonnunquam ut partes illorum activæ ob ſpirituoſarum impotentiam depreſſæ, terreſtribus & aquoſis immergantur. Diſtinguitur μώρωσις, in *ſtupiditatem*, quæ ſpiritus habet hebetes planè & obtuſos, & *ſtultitiam*, quæ aliquantum habet agiles, ſed minus firmos, & breviori motuum anfractu ad ridiculos & deſultorios conceptus propulſos. Utraque ſuos habet gradus.

6. *Melancholicorum* par ferme eſt ratio, in ultimo maturitatis gradu: *vid. diſp. de Voluntario, ſub Præſid. Magnif. Dn. Dr.* Schulzii, *hodie Kilonienſ. Acad. pro Canc. habitam num.* 6. ubi Medicorum judicium de gradu Melancholiæ explorandum eſſe notabili Academiæ Rinthelienſis firmatur præjudicio. *Melancholia, eſt delirium, vel principum facultatum depravatio, ſine febri cum timore & triſtitia, producta ſenſim ab intemperie frigida & ſicca humore vel vapore melancholico cerebrum occupante, & ſpirituum animalium ſubſtantiam alterante. B. Dn.* Gregor. Horſt. *Inſt. Medic. Diſp. IX. num.* 41. Symptomata ejus præcipua ſunt, quod (1) in continua contemplatione defigitur: (2) circa pauca objecta verſatur: (3) horum larvas deformes & immenſæ amplitudinis concipit: *Vid.* Williſ. *in patholog.* Eſt autem, vel *univerſalis*, vel *particularis*, ut *in amore, zelotypia, deſperatione* ſe proferens. Inter alios ſpeciales Melancholicæ effectus, commemorandæ veniunt *metamorphoſes.* Circa quod argumentum elegantem diſcurſum in Barclaji. *Argenide lib.* 1. *cap.* 14. Philippus exemplo Heraleontis inſtruit, docens, poſſe ſumma intacta relinqui; & partem cerebri amentiá compleri. De minori Melancholiæ gradu notandum eſt, quod pœnam non tollat, ſed mitiget. Heigius *p.* 2. *quæſt.* 38. *num.* 21. Carpz. *pract. crim. d. q. n.* 53. *&* 61.

7. Circa morbos corporis notandum eſt: (1) quod à neceſſitate comparendi in judicio abſolvant. *lib.* 60. *de re judicat. lib.* 12. §. *ſi quis judicio. ſi quis caut. jud. ſiſt. cauſa.* hinc inter legitima impedimenta *die Ehehafften* numerantur. Carpz. *in Iuriſp. Forenſ. part.* 1. *Conſtit.* 9. *Def.* 3. 4. *&* 5. *Eminentiſſ. Dn. Aſſeſſor.* Mauritius, *in Diſſert. de Judic. Rottwilenſ. cap.* 3. *th.* 4. (2) à tutela excu-

Novell. Val.

ſent. §. 7. *Inſt. de excuſ. tut. & cur.* & reliquis muneribus perſonalibus abſolvant *l.* 1. *& t. t. qui morbo ſe excuſant. C. lib.* 10. qualia ſuſtinent præter memoratos *lib.* 18. *de mun. & hon.* Archiotæ, qui etiam Logographi, Xenoparochi, item Irenarchæ, & Liminarchæ dicuntur, *t. t. C. de Irenarch.* (4) Cauſariam & honeſtam miſſionem inducant. *l.* 6. *C. de re mil.* (5) à L. Aquilia conſiderentur, in ſervo ægrotante leviter percuſſo *lib.* 7. §. *ſed ſi quis ſervum ad l. Aquil.* (6) horum rationem habeat lex falcidia in deducendo loco ætatis alieni pretium manumiſſorum. (7) Ex ædilitio edicto redhibitioni locum faciant. *lib.* 1. *h. t.* (8) Summam donationis minuant, & ſine inſinuatione iſtam faciant convaleſcere, ſi mancipia ægrota donata ſint; Goed. *ad lib.* 113. *de V. S.* (9) ad pœnæ valeant mitigationem. Carpzov. *pract. crim. pag.* 3. *quæſt.* 144. *num.* 40. *& ſeq.* (10) à tortura eximant, *ibid. quæſt.* 18. *num.* 46. Non autem quilibet morbus, ſed vehemens, hos effectus producit legales, nam, ut ait Javolenus, morbus *Sonticus* eſt, *qui cuique rei nocet d. l.* 113. Morbum definit Sabinus *in l.* 1. §. 7. *de ædil. edict. Habitum cujusque corporis contra naturam, qui uſum ejus ad id facit deteriorem, cujus cauſa natura nobis ejus corporis ſanitatem dedit.* A qua definitione, quoad rem, nihil differt abſolutior iſta, quia brevior, Medicorum; morbus eſt *affectio præter naturam lædens actionem.* Zacch. *lib.* 1. *tit.* 3. *quæſt.* 1. *num.* 1.

8. Obſervare circa probationes morborum *ex lib.* 6. *de re mil.* juvat: (1) quod arbitrio judicis relinquenda ſit definitio morbi, puta ſontici: (2) quod Medicorum teſtimoniis morborum veritas adſtruatur facillimè. *vid.* Carpzov. *pract. crim. pag.* 3. *q.* 144. *num.* 40. De morborum ſimulatione quomodo detegatur, vid. Zacch. *libr.* 3. *t. t.* 2. in ſpecie de morbo peſtilenti & epidemio, [qui latius iſto patet; & quemlibet morbum univerſalem, popularem, ex eodem v. g. corrupti aeris principio manantem, ſive benignum, ſive malignum ſignificat] inſerendum quideſt, cujus hodie vaſtat paſſim orbem atrocitas, & peculiares ſunt effectus. Nempe, quod I. tempore peſtis duo ſufficiunt teſtes, ad teſtam. validitatem. Carpz. *pag.* 3. *cap.* 4. *def.* 4. II. quod liberat à contumaciâ, morâ, pœnâ, curſu fatalium, Maſcard. *concluſ.* 20. *num.* 6. *&* 7. & ſi quæ alia habet privilegia; prolixe congeſta ab Hieronymo Prævidello, Franciſco Ripa, Johanne Neldelio aliiſque. *in tract. peculiar.* De ſignis peſtis, ſive imminentis, ſive præſentis. Vid. Zacch. *libr.* 3. *tit.* 3. *qu.* 3. Commercium habet cum peſte *contagioſus morbus*, qui (1) matrimonium dirimere aptus eſt initiatum, quia periculum parit tum intuitu conjugum, tum intuitu prolis. *id. d. tit. quæſt.* 6. (2) Monialibus deſerendi monaſterium poteſtatem ſuggerit, Barboſ. *de offic. & poteſtat. Epiſcop. alleg.* 102. *num.* 14. & ita Pii V. conſtitutione deciſum eſſe, teſtatur Navarr. *de Reg. comm.* 4. *num.* 47. Zacch. *d. tit. quæſt.* 6. (3) ex civitate expellit: (4) à debito conjugali diſpenſat. Cujus ſpecies eſt *lues venerea*, quæ eſt *infectio maſſæ ſanguineæ, ex veneris præcipue inquinamentis.*

CAP. VI.
DE
VULNERE, VENENO, MORTE.

I.

POſt venenum in corpore humano generatum, ſive internum, quod propriè dictum aliquando Venenum eſſe, JCtis, contra *Gal. Averrh.* aliorumque Medicorum ſententiam, perſuadendum eſt: (Cum veneni proprii ſigna, ſæpe in his qui morbis peſtilentibus peremti ſunt, ſe proferant: Vid. *Caſpar. a Reyes.* multis hoc illuſtrioribus hiſtoriis & caſibus roborantem, *Elyſ. camp. quæſt.* 64. *num.* 28.) nunc externi, quod etiam dativum dicitur, conſideranda eſt indoles. Venenum definiri poteſt, quod ſit *mixtum vel occulta agendi ratione, vel manifeſtis qualitatibus, naturam animalem corrumpens*: hujus varias diviſiones Authores exhibent & ſpecies 500 ab antiquis fuiſſe cognitas Medicis, teſtatur P. Boayſtau *dans Le theatre du Monde.* Ex illis lubet excerpere diſtributionem Veneni (1) in *malum & bonum*, fundatam *in l.* 3. §. 2. *ad leg. Cornel. de Sicar. adde l.* 236. *de verb. ſignif.* ubi venenum dicitur æquipollere medicamento. Quanquam enim, forte ex ſe nocendi vim habeant venena, bona tamen poſſunt aliquando emergere & ſalutaria: ſi temperentur. Ad hanc ſpeciem videtur etiam amatorium trahere Marcianus *d.* §. 2. quem ſequitur Paul. Grill. *de Sortil. quæſt.* 3. *num.* 25. *& quæſt.* 5. *num.* 7. *& qu.* 12. *num.* 4. venena bona dicens, quæ amorem excitant. Verum cum dementiam ſimul conciliet, quod violentum & venenatum amorem, iſto intuitu bonum non erit. De philtris & variis ipſorum generibus vid. Wier. *libr.* 3. *cap.* 38. Non tamen exiſtimandum eſt fruſtra venenum à natura productum, ſed omne ſuas utiles vires habere, quas vel corruptæ naturæ ignoret fragilitas, vel antipathia aliorum venenorum oſtendat. Sic Scorpionis morſum aconitum, morbum Gallicum, Mercurius & Arſenicum domant, vid. Zacch. *l.* 2. *tit.* 2. *q.* 9. *& dict.* à Reies *quæſt.* 64. *num.* 5. notabilem de hoc locum Baſilius Magnus exhibet, quem ibidem vide inſertum. Porro venena, vel ſunt arte temperata ad ſalubritatem, dicta *medicamenta venenoſa*, vel natura mala, dicta *venena natu-*

naturalia, vel arte præparata, dicta *artificialia*, Zacch. *d. l.* (2) Dividi poteſt venenum in *lethale & non lethale.* Cardan. [de quo Naudæus in præfixo iſtius operibus teſtimonio aſſeverat, quod nulla ſit ars, quam auctiorem, & ornatiorem divini ingenii præſtantia non reddiderit.] hujus 4. genera conſtituit, *Amatorium, Maniacum, Contagioſum, Debilitans. Libr.* 1. *de Venen. cap.* 26. quibus non perperam adſtruxeris *abortivum & ſterilitatis*; (3) In *celere*, quod ſtatim perimit, ut quod naturæ volatilis eſt, & *tardum*, cujusmodi putrefaciens eſt & fixum: hoc enim poteſt ita præparari, ut non niſi poſt certos dies, menſes, annos, reſolvatur & vires ſuas exſerat. Theophraſt. *hiſt. plant. cap.* 16. *vid. Sennert. Inſt. Med. fol.* 277.

2. Veneficium habetur in jure pro crimine quod homicidio eſt atrocius, & maximè horrendum, *l.* 1. *C. de Mal. & Matth.* pœna L. Cornel. mulctatur *l.* 3. *in prin. &* §. 5. *ad l. Corn. de Sic.* quæ in Venenariis capitalis eſt: *l.* 28. §. 9. *de pœn.* ignis quoque ſupplicium, ob Veneficium, olim irrogatum eſſe, Weſenbec. ex *l.* 3. *C. de Mal. & Matth.* concludit: *in paratit. ad leg. Corn. de Sic. n.* 22. *& ex l.* 6. *C. eod.* Jacob. Revvard. *libr.* 5. *Varior. cap.* 3. *feralem peſtem*, per ignem explicans: Conſentit Godofred. in *annotat. ad hanc l.* Vid. Perez. *ad tit. de Mal. & Matth. num.* 2. Extenditur prædicta regula (1) ad venenum, necandi hominis cauſſa facientem, vendentem, habentem: Nam & ille pœna capitis plectitur, ex mente *l.* 3. *in princ. ad l. Corn. de Sic.* (2) *ad pigmentarios*, i. e. Pharmacopolas, tales ſecundum tenorem *Conſt. crim. art.* 37. ut & cœteri veneni inſtitores tenentur ſe juramento adſtringere, ſe temere non, vel ſine permiſſu Magiſtratus vendituros. Si tamen abſit dolus, pœnam l. Corn. non incurrunt. De quo caſu *Vid. Conſil. Altorff.* 31. Menoch. 2. *arbitrar. caſ.* 369. Hodie ex diſpoſitione *Conſt. crim. art.* 130. Venenariorum pœna in ſexu maſculino eſt rota, in fœminino, aquæ ſuffocatio, *Weſenbec. loc. cit.* ſed moribus, etiam in hoc, rotæ ſupplicium adhiberi notat Carpz. *pract. crim. p.* 1. *q.* 20. *num.* 22. Ubi vide, quam multiformis, vario temporum fluxu, iſti crimini pœna ſtatuta fuerit; & quod igne Jure Saxonico mulctetur *n.* 20. *&* 21. Porrò ſi quis bruta animalia Veneno perimit, gladio punitur: *Idem q. ſeq.* 21. *num.* 24. *& ſeqq.* Qui veneno paſcua, pecora, fontes, cereviſiam inficit, punitur igne, Berlich. 4. *concluſ.* 26. *per tot.* In veneno conſideranda venit etiam tum *qualitas*, an iſtarum ſit virium, ut valere poſſit, ad perniciem hominis; & *quantitas*, nam niſi in debita quantitate præbeatur, perimendi non obtinet vim plerumque, licet quædam Veneni ſpecies ab hac communi ejus indole exorbitent, in minima quantitate occidentes: ut de Nubiæ veneno ex Scaliger. *exercit.* 153. annotat *dict.* à Reyes *l. cit.* cujus grani decima pars per quadrantem horæ, hominem interficiat. Sed circa horum determinationem, quanta ſit Medicorum auctoritas, res ipſa loquitur. Ab his enim determinandum eſt: (1) an quis Veneno perierit? Maſcard. *concl.* 1034. *n.* 7. Carpz. *def. forenſ. p.* 4. *c.* 18. *def.* 6. & qui ibidem allegantur DD. ſtatuunt: (2) An venenum ſuffecturo robore ad occidendum fuerit inſtructum? Hoc enim niſi conſtiterit, ne quidem confeſſio rei ſuffecerit ad pœnam: Carrer. *in pract. crim.* §. *homicidium num.* 102. Farinac. *conſil.* 184. *num.* 14. *&* 46.

3. Protrahitur autem hoc delictum horrendum in lucem, per certa documenta, quæ partim *legalia* ſunt, explicata *Conſtit. crim. art.* 37. ut ſunt (1) Veneni tractatio, (2) inimicitiæ, cum defuncto, (3) hereditatis commodum, (4) vitæ levitas: partim *Phyſica*, quæ vel *ante mortem* ſe oſtendunt, tum ante hauſtum veneni, tum dum hauritur, tum poſt hauſtum. Cujusmodi ſunt inter alia læſio gutturis, vomitus, nævorum & macularum phænomena, abalienatio aut inconſtantia mentis, vel *poſt mortem.* Multa autem ex his ſingulatim ſpectata fallunt, apta ex interno Veneno prodire: Niſi complicata firmiorem fidem fecerint, ut ex caſibus, planè notabilibus eſt videre, ſuper quibus reſpondet Zacch. *in conſil.* 11. 12. 13. 14. *&* 15. plura *tum iſte d. t.* 2. *q.* 7. tum Talenton. *rer. reconditar. libr.* 4. *cap.* 12. de indiciis veneno extinctorum, ſuggerunt. Cæterum cum tanto proſequantur odio Jura venenum, ut iſto, ad ſontium ſupplicia uti abnuant: an in uſum non utiliter revocari poſſit pœna Veneni? Diſceptationis eſt Politicæ: ſc. ad ſecretiores illuſtrium vindicationes, ob quem uſum olim inventæ ſunt *die Wippen*, quæ adhuc in Eccleſia Cathedrali & Curia Mindenſi, pluribusque locis Germaniæ viſuntur. Quæritur, an Veneno liceat uti, in bello ad hoſtem evertendum? quod negat *Cominæ. libr.* 8. *cap.* 5. *Ammirato* 1. *diſcurſ. libr.* 3. *l.* 3. Illuſtri præjudicio virtus Matthiæ Hungariæ regis hoc roborat, vid. Curc. *in annal. Sileſ. in vita Matth.* & Carolus V. cum traduceretur infamia venenati Franciſci natu Majoris filii: prolixa excuſatione iſtam declinavit, quam adducit Bellay *lib.* 6. *hiſtor. in fin.*

4. Si Venena ad perniciem valent, vel occaſum hominis, vulneribus ſecundum hîc locum licet tribuere. Quorum valdè practicabilis eſt materia: teſte Boer. ex Bart. *deciſ.* 323. *in princ.* Sunt a. (1) vel *ſanguinolenta, ſo ſchwellen oder Blut trinſten*, & *non ſanguinolenta*, vulgo *braun und blau*, Coler. *deciſ.* 161. *n.* 57. (2) partim lethalia, partim non lethalia: hæc iterum, vel nullum poſt ſe relinquunt viſibile vitium & irreparabile damnum: Cujusmodi ſunt quæ Jure Saxonico vocantur *offene Wunden*, quæ in loco minus periculoſo infliguntur, &

profunditatem non habent, *Fleiſch-Wunden oder friſche Wunden*, quæ ſolam carnem lædunt mortis vel claudicatis periculum minimè inferentia, *Kæmpffer-Wunden*, quæ unguis profunditatem habent, it: *beinſchrœtige Wunden*, quæ capiti, vel cruribus inflicta, à tanta profunditate natura prohibuit. Carpz. *Prax. crim. p.* 2. *q.* 91. *n.* 21. *& ſeqq.* Philipp. *colleg. Inſt. pract. libr.* 4. *Eccl.* 34. Schultz. *Synopſ. Inſt. adtit. de injur. lit.* D. Chilian. König. *proceſſ. judic. c.* 138. *n.* 13. Vindicatur hæc tam atrox vulnerum injuria, actione injuriarum, partim criminali, unde vulneranti infligitur pœna; vel pecuniaria, vel relegationis, vel fuſtigationis Carpz. *p.* 1. *q.* 26. *num.* 17. *& ſeq.* ſc. pro vario circumſtantiarum reſpectu, quia debet judex eam arbitrari ſecundum qualitatem perſonæ & dignitatis: Godofred. à Bavo teſte Godofred. *ad h. l.* item Gometz. *libr.* 3. *variar. reſol. cap.* 6. *lib.* 12, *& cum* Brunnem. *ad l.* 13. *ad l. Aquil.* Qui ibidem allegantur DD. in ſexu fœmineo æſtimationem admittunt cicatricum: cum pulchritudo, virginum dotem cumulet, deformitas minuat: Grot. *de J. B. & P. libr.* 2. *c.* 17. *n.* 14. Ubi tamen notant, moribus id potius, quam legibus convenire, & in Gallia praxi judiciorum, ad maſculinum ſexum extendi: Verum jus illud plane deteriori ſexui abrogant *Generoſ. Dn.* Brocktorff. *in ſelect. Jur. priv. diſp.* 2. §. 93. *Magnif. Dn.* Struv. *Syntagm. I. C. ex.* 14. *th.* 31. Joh. Thomæ. *tract. de noxal. action. cap.* 19. *num.* 18. ex ratione quod virtute ſibi virum quærere, non forma debeat mulier. Vel vulnera iſta nocentiori clade membrum aliquod intervertunt corporis humani, aut enervant, Saxonum Stylo *Læhmden* dicta: De impedimento, mutilatione & debilitate membrorum, quatenus circa iſtam materiam judici poteſt Phyſicus lucem accendere: Vid. Zacch. *libr.* 5. *tot. tit.* 2. ubi *quæſt.* 3. notabilem de eorundem reparatione doctrinam interſerit. Illud quidem explodit, partes plane præciſas denuo cum ſuis principiis poſſe uniri ſecutus Lanfranc. *Chirurg. tr.* 2. *c.* 2. Sed naſum, labia, aures reparari poſſe, artificioſa naturæ imitatione, quod Caſpar. Taliacotius *in tr. de Curtor. Chirurg. per inſitionem*, pluribus demonſtrat: adeo non indubium vocat, ut augeri etiam poſſe à diligentiori praxi hoc inventum arbitretur. Add. Joh. Bapt. Corteſ. *Miſcel. Med. dec.* 3. Paræus *Chirurg. Lib.* 22. *cap.* 2. An talis membrorum reparatio ad mitigandam pœnam valeat? dubitari poteſt. Ad negativam inclinaverim: (1) quia hæc membra ſuppoſititia nativæ non ſunt præſtantiæ: (2) Ingenium & labor mutilati, rei delinquentis reatum haud minuit. Ratio dubitandi eſt, quod ex vulnere quantumvis lethali reſtaurata vita proſit vulneranti ad pœnæ mitigationem. Verum Reſp. Judicium perfectum de lethalitate vulneris ſuſpendi, in mortem vulnerati. Ibi delictum jam eſt conſummatum, & quantitatem certam habet: Hic adhuc in dubio eſt delicti quantitas. Attendendum tamen hoc eſſe crediderim, in æſtimatione damni emergentis & lucri ceſſantis actione I. Aquil. poſtulata. Cæterum hodie pœna vulnerationis hujus, arbitrio judicis, pro circumſtantiarum varietate, variè non abnuit temperari: Carpz. *dict. loc.* Olim ex L. XII. Tab. propter membrum ruptum talio erat §. 7. *Inſt. de Injur.* quod tanquam contra principia juris naturalis impingens Wiſſenbach. *ad tit. de Injur. num.* 19. adjutus rationibus Ariſtot. *Ethicor.* 5. perſtringit. Sed quid dicendum ad loca *Exod. c.* 21. *v.* 23. *& ſeqq. Levit.* 24. *v.* 19. 20. *Deut.* 19. *v.* 19. *& ſeqq.* Wiſſenbach. diſtinguit inter talionem *ſimplicem & Analogicam*, quæ aliquos certosque reſpectus uſurpet, per hanc ſacros textus explicans *dict. loc.*

5. Vulnerum tandem lethalium tragici caſus, crimen accelerantium homicidii, ſubjici poſſunt. Quorum (1) intuemur vindicationem, quæ ex *l. Corn. de Sicar.* capitalis irrogatur per text. *in l. ejusd. in fin. d. t.* quibus in caſibus tamen poſſit, vel leniri vel acui, vid. Carpz. *pract. crim. part.* 1. *q.* 24. 27. *& ſeqq.* præmonſtrat. à Bavo §. *homicida* paſſimque DD. turbam: (2) probationem, ad quam authoritas neceſſariò venit Medicorum advocanda: etiamſi vulneratus ſtatim poſt vulnus inflictum exſpiraverit; quia conſternatione animi & ſuffocatione potuit mori: quod obſervare JCtos & Medicos Lipſienſes ex *Gotfrid Welſch. Medici Lipſienſ. Tr. de Rationali vulner. lethal. judic.* teſtatur Dn. Hatten. *in Diſp. ſub præſidio Illuſtris Dn.* Mauritii *habita de vitæ defenſione.* Quorum eſt explorare vulnerum qualitatem, utrum ſint mortifera, nec ne? Cujus actus ſolennitas conſignatur *in Conſt. crim. art.* 140. ubi chirurgorum fit mentio, quibus etiam barbitonſores, comprehenduntur. Boer. *deciſ.* 323. *n.* 20. Cæterum inſpectionem vulneris eſſe actum jurisdictionis voluntariæ, qui extra territorium etiam ejus judicis, ad quem cognitio injuriæ pertinet, poſſit expediri, cum Modeſtin. Piſtor. *p.* 4. *q.* 143. contra Damhoud. *in prax. rer. crim. cap.* 75. tenet Carpz. *Def. forenſ. p.* 4. *c.* 43. *def.* 12. interim Medicis, certa ſe proferunt documenta, quæ de inflicti vulneris lethalitate teſtentur; *de quib. vid.* Zacch. *libr.* 5. *tit.* 2. *q.* 5. *& ſeqq.* Et Bernhard. Suev. *de Vulnerum inſpectione.*

6. Prodromos quaſi duos & fabros ferrarios mortis, Mors, ultima rerum, mœſtis amplexibus occupat, quæ jam non amplius homini cadaveris formam induit. Non omnia circa hoc jura, vel licet, vel lubet enodare: Sed quatenus Medici utilis intervenit in illorum æſtimatione ſententia, ſaltem inſpicere. Quod fit (1) in reperto cadavere ſive in campis trucidato, ſive ſuſpenſo ab arbore, ſive ſubmerſo in fluctibus. In tali ſtatu, ſi validam poteſt incutere ſuſpicionem admiſſæ αὐτοχειρίας

τοχειρίας in infelici corpore, ſepulturâ privandum eſt, ut alios, quos deſperatio premit, horror nefandæ perditionis invadat, *arg. l.* 28. *§.* 15. *de pœn. l.* 31. *depoſ.* vid. Carpzov. *prax. crim. p.* 1. *quæſt.* 2. *num.* 30. *& ſeq.* Indicia vulnerati poſt mortem ſunt: (1) negata vulnerum rubedo, (2) labiorum albedo & flacciditas, (3) venarum inexhauſtus tumor: vivi in aquas projecti: (1) venter tumens, (2) ora ſpumantia, (3) extremorum digitorum attritio: jugulati laqueo, (1) linguæ craſſities, (2) oculorum expreſſio, (3) pulmonum purulentior ſpuma, juxta Fortunat. (4) luxata ſecunda cervicis vertebra, (5) faciei & corporis livor, (6) thoracis intumeſcentia, (7) veſtigium laquei in contracta cute & excellenter vel livida, vel rubicunda vel nigra: Fulmine proſtrati: I. odor ſulphureus, (2) oſſium comminutio, aliquando absque ullo veſtigio vulneris, (3) color fuſcus, (4) putredinis immunitas, (5) levitas à Zacch. conſtituuntur illuſtriora *libr.* 5. *tit.* 2. *quæſt.* 11. quod ſi cadaver ſcelere graſſatorum deprehenditur interemptum, intereſt reipublicæ, ut facinoroſus inquiratur. Non raro tales caſus emergunt, in quibus hæc poſſit eſſe utilis obſervatio, quos triſtis ſuggerit ſeculo experientia. Quoſdam etiam citatos, *loc. cit.* vide. Judicium Medicorum explorandum venit circa cadavera (2) ubi dubitatur, quis ex pluribus mortuis ſimul repertis, aut extractis ex carbonibus, puteis, cavernis primus exſpiraverit? Cujus quæſtionis uſus poteſt eſſe iu materia ſucceſſionis hæreditariæ, vide de ſignis hujus eventus *eund. d. t. q.* 12. & notabilem caſum, ſuper quo reſpondit *conſ.* 51. (3) in venenationis & vulnerationis lethalis quæſtione, de quibus ante.

7. Veniâ mihi opus eſt jam B. L. quando errore preli omiſſum §. 4. & impertinentem hoc loco articulum, ridicula forte neceſſitas eſt inſerere. Ibi vulnerum non lethalium proponitur diſtributio, mentioue actionum, quibus illorum injuria vindicatur, interrupta: quam quidem ſubjecta abſolverint. Vindicatur, inquam, atrox vulnerum injuria, actione partim *criminali*: de qua vid. Godofr. à Bavo *theoric. crim. §. injuria, num.* 27. partim *civili*, qua æſtimationem injuriæ conſequitur vulneratus. §. 7. & 10. *Inſt. de inj. lib.* 17. 35. *&* 45. *D. eod.* Hoc caſu; an reo juramentum minorationis ſit concedendum? controverſum eſt: Carpz. *pag.* 2. *quæſt.* 95. *num.* 21. cum Piſtor. negativam amplectitur tanquam veriorem. Cumulari autem hæ non poſſunt actiones, ſed una electa alteram conſumit, quia utraque ad vindictam eſt comparata: *l.* 6. *lib.* 7. §. 1. *eod. l. unic. C. quand. civ. act. crimin.* Forro tamen Saxonico vulnerans, præter emendam *die Buſſe*, cujus hodie definitio judici eſt arbitraria, vulnerato ſolvendam, etiam pœna extraordinaria mulctatur, *vide prææalleg.* Philipp. *loc. cit.* Præterea l. Aquil. actione utili ad æſtimationem damni & intereſſe ſolvendam, i. e. mercedes Medicorum, impenſas in curationem factas, dolorum compenſationem & ceſſantium operarum, adigitur reus *l. ult. de his qui effud.* præter D. D. allegatos Vinn. *ad* §. 13. *Inſt. de injur.* Struv. *Ex.* 14. *num.* 26. Neque obſtat *l. liber homo* 12. *ad l. Aquil.* Quod ita etiam lege Hebræorum obſervatum fuiſſe, obſervat ex *Baba Kama c.* 8. §. 1. Grot. *in not. ſuis ad l.* 2. *c.* 17. *n.* 14. *de J. B. & P.* Perperam igitur hoc imputat prædictus à Bavo actioni injuriarum & in illam ſimul transfundit, *dict. loc. n.* 23. Sane nec ipſe Carpzov. ſatis accurate, inter has duas actionum ſpecies, quarum altera ad æſtimationem damni, altera ad æſtimationem injuriæ, & vindictam ordinatur, diſtinguit: cum injuriarum actione civili tria à vulnerante exigi docet: emendam, intereſſe & pœnam *d. quæſt.* 95. *num.* 27. Sed & virtute conjunctæ utriusque hujus actionis (conjungi quippe poſſunt, ut per *l. qui ſervum de O. & Al. dominium* 8. *C. de injur.* Gail. *obſerv.* 63. *n.* 9. Mynſ. *cent.* 1. *Obſ.* 25. adſtruunt:) & non alterutrius ſeparatæ, hæc omnia obtineri, ex ipſis illarum ſeparabilibus effectibus emergit: quando actione injuriarum remiſsâ, non ſimul etiam remittitur actio l. Aquil. unde Bald. cautelam ſuggerit reo, ut cum injuriis ſimul damna & intereſſe ſibi curet remitti, vid. Hahn. *ad tit. de iniur. num.* 13. Alia ex vulnerum non lethalium genere atrocitatis ſuæ etiam poſtquam coaluerunt, inſignia & characteres afflicto corpori conſervant, quæ geminæ indolis divortio ſeparantur. Vel enim membrum aliquod intervertunt, vel nævos in facie humana, quæ *ad ſimilitudinem pulchritudinis eſt cœleſtis figurata, ut lib.* 17. *C. de pœn.* loquitur, explicant, termino fori Saxonici *Schand-Mahle*, dicta. v. g. *beyde oder ein Aug auſs, Naſen abe, Wunden über die Backen, oder ſonſten unter dem Angeſicht, Ohren abe, Wunden ſo die Haare auff dem Kopffe nicht wieder bedecken.* Wehner: *Obſerv. pract. voce Schand-Mahl.* Hæc utique veniunt in æſtimationem l. Aquil. non *principaliter* & per ſe, ſed *conſequenter*, & ratione operarum, à quibus hominem corruptum impediunt arcentve. Sic nobili Militi, cui inſidiæ cujusdam utrumque oculum eruerant, multa millia Imperialium in Camera adjudicata ſunt, intuitu interceptorum militarium officiorum. Gail. *de pac. publ. libr.* 2. *cap.* 2. *num.* 17. Huc refertur cicatricum deformitas, quarum rationem non haberi in libero homine arguit *l.* 7. *de effuſ. vel deject.* quod tamen interpretes mitigant, reſtringendo ad mares: teſte Godofredo *ad h. l.* 7. & ita legendum eſſe ſupra inſperſum preli errore allegatum *p.* 70. liceat mihi adnotare.

8. Medi-

8. Medicorum gratia incidenter hic quæritur: (1) An cadavera occiſorum, vel punitorum Medicis ad anatomen ſint concedenda? quod affirmarunt Salmaticenſes, conſulti à Carolo V. teſte Gomez. *in Tomo III. Variar. reſolut. cap.* 14. (2) An vivos etiam ad ſectiones poſſit expetere, ſi ad ſupplicium deſtinati jam ſint, quod negandum eſt: cum Medicus non debeat carnificis munus obire: ſecund. Marq. Freher. *Parerg.* 25. Speckhan. 1. *quæſt.* 7. Antiquitas hujus improbandæ anatomes in Herophilo & Eraſiſtrato exempla, ſi dubia non eſt referentium fides, protulit: ex Chriſtianis, *Carpo & Veſalio* à quibusdam, Medicinæ forte cavillandæ anſam quærentibus, imputata legitur. Sed hos ab iſta injuria defendit illuſtre Rolfincii nomen *Diſſert. Anat. libr.* 1. *cap.* 2. qui ibidem ob Ludovici II. Galliar. Reg. notabile præjudicium, in milite Pariſienſi calculo laborante, & deſtinato mortis ſupplicio, permittentis perinæi ſectionem, & ex Joh. Riolan. *anthrop. lib.* 1. *cap.* 11. concludit, aliquando non illicitam videri poſſe vivorum anatomiam. (3) An cadavera per carnificem occiſorum, tractata Medicorum manibus infamiam à contactu carnificis affricatam, iterum exuant? quod Teſmarus peculiari diſputatione defendit, ut teſtatur in diſput. inaugur. Joh. Conradus Meyer. *de Cadaverib. Punitor. in limine currentis anni* in hac Academia propoſita.

9. Ultimo in cadavere loco, duæ nobis ſolennitates conſiderandæ ſunt, ad probandum homicidii reatum, moribus Germaniæ paſſim uſurpatæ. Quarum (1) vocatur clamor violentiæ, *das Zetter-Geſchrey, Blut-ſchreyen Acht-Gericht*, & locum habet, cum reus in ipſo crimine deprehenditur, vel fugâ ſe abripit, manifeſto jam delicto: tum in præſentia cadaveris voce præconis, qui vocatur vulgo *Blutſchreyer*, cum clamore accuſatio contra latitantem vel abſentem inſtauratur, vid. *Diſput.* Strykii *de clamore violentiæ.* Notaveris hîc quoque, niſi intervenerit medicorum exploratio, certis in caſibus judicem non poſſe, ad hanc banni pœnam procedere, cum per iſtam plurimum gravetur fama & opinio rei, ſaltem apud bonos viros. Wehner. *obſ. pract. voc. Achtgericht.* (2) eſt cruentatio vulneris, vulgò *das Baarrecht*, cum de certo authore non conſtat cædis; omnes, in quos poteſt cadere ſuſpicio, cadaver tangere conguntur, quod tangentem homicidam profluxu ſanguinis prodit. Ut deſcribi poteſt verbis *Lucret. lib.* 4.

Namque omnes plerumque cadunt in vulnus & illam
Emicat in partem ſanguis, unde icimur ictu.
Et ſi cominus eſt, hoſtem ruber occupat humor.

Hoc indicium ad torturam ſimpliciter ſufficit, ſecundum Par. de Puteo *in tract. d. Syndicat. verbo tortura.* Marſil *conſil.* 24. *n.* 2. Menoch. *de arbitr. caſ.* 270. *n.* 16. Onciac. *quæſt. jur. Philoſoph. cap.* 36. *num.* 2. Diſſentit Gomez. *variar. reſol. cap.* 13. *num.* 15. Theſſaur. *deciſ.* 177. Caſon. *de maleſ. præmed. cap.* 3. *in rubr. de ſang. profluent.* Maſcard. *concluſ.* 868. *n.* 24. qui aliorum indiciorum requirunt ad hoc concurſum. Horum an poſſint divortia diſtinctione inter levia indicia & firmiora in connubium, cogi, ut opinatur Speid. *in notab. voc. Baarrecht*: penes alios eſto cenſura. Sed dum nos admiratio occupat ſtupendi hujus eventus, & divino illum miraculo adſcribit turba Theologorum, cumque his Binsfeld. *de confeſſ. malefic. prælud.* 12. *dub.* 4. *concluſ.* 8. Fienus item & Niemannus *teſte à Reies cit. oper. pag.* 238. Hippocrates adſunt, naturales ejus cauſas reddituri in antipathiâ & ſpiritu inimicitiæ, qui per 24. horas cum calore ſuperſtes, aptus ſit, incitare bilem, ſe fundantes. Huc Plato forte reſpicit lib. 9. de legibus ſcribens: *animas interfectorum, iraſci interfectoribus.* Alia fuit LIBAVII ſententia *in lib. de cruent. cadaver.* arbitrantis, ex commota rei imaginatione, ſpiritus diffundendi in cadaver, unde vapores quidam hujus incitati proliciantur, hoc oriri: cum ex mortuo naturaliter, etiam aliquando tertio die ſanguis ſtillet, quovis modo provocatus: teſte Zacch. *lib.* 2. *t.* 2. *quæſt.* 8. qui tamen pro fabula habet hanc antipathiam, certus mutare ſententiam, ubi frequentior experientia emerſerit. Favere huic inſtituto videtur ritus Veteris Teſtamenti, *Deuteron. cap.* 21. explicatus. Conſequenter interim concludimus, hanc cruentationem (1) non ex miraculo deſcendere, quia miracula ſunt ad fidei corroborationem, perfecta etiam; & quæ ad conditionem non coarctantur: (2) nec Dæmonum virtute produci, cum abſit ab illa fœditas: & finis hic planè deficiat. Magis eſt admirandum, quod Zacch. *d. l.* adnotat ex teſtimonio Joh. Fab. Lincei, Nevald. Libav. pollicem, cum muſculoſa parte manus præciſum, & per quindecim dies aſſervatum, ſi contingat, ut carceri reus mancipetur, ſanguinem edere: ubi dicit hoc in Germania practicari. Plura hujus argumenti poteſt ſubminiſtrare Speidel. *d. l.* Zieriz. *ad conſt. crim. art.* 149. Gregor. Horſt. *tract. de cruent. cadav. in oper. Med. Tom.* 1. *pag.* 136. *extans.* Dn. Petr. Muller. *in Diſput. de Jure Feretri.* Turba D. D. cujusque facultatis allegata à Zacch. *loc. cit.* Maſcard. *d. l.* & à Reies, *quæſt.* 33. ubi ex profeſſo multa circa illud diſcutit argumentum.

CAP.

CAP. VII.
DE
MIRACULIS.

AB apparente miraculo ad vera progredimur, ſed & ad omnes effectus, quos à Metaphyſicis cauſis credibile eſt manare. Miraculum ex mente Theologorum præludente Tom. *pag.* 1. *quæſt.* 110. *art.* 4. definitur, quod ſit *effectus rarus & inſolitus, præter ordinem totius naturæ, à DEO productus*: quanquam Spinoſa

Parcus Deorum cultor & infrequens,
Inſanientis dum ſapientiæ conſultut,
errat.

Tract. Theol. Pol. de libertat. Philoſophand. cap. 6. ipſius eſſe *naturæ opus, cujus cauſam naturalem exemplo alterius rei ſolitæ explicare non poſſimus*, ſatis audacter aſſeverat. Cujus Chimæras diſcuſſas vide apud *plur. Rever. Dn.* Johan. Muſæ. *introduct. in Theol. part.* 2. *cap.* 5. *num.* 2. Solum DEUM facere miracula ex *Pſalm.* 72. ℣. 18. *& Pſal.* 136. *v.* 4. diſcimus. Quod ſi Prophetæ & Apoſtoli talia ediderunt, virtute id non inſita & propria, ſed divinâ perfectum eſt: *arg. ſacri textus*, qui exhibetur *Exod.* 8. *verſ.* 18. 19. ut mirer, qua fronte Cabaliſtæ adſtruant, Prophetas, ut Jeſaiam, Eliſam, Danielem &c. miracula ſufficiente ad hoc virtute, per verba & nomina Hebræa, valde ſignificantia protuliſſe, *in libr. Artabel.* A quibus videtur fluxiſſe Ethnicorum ſuperſtitio, qui populi Judaici nunquam non ſimiæ fuerunt; ex quorum ſententia, interprete Virgilio,

Carmina de cœlo poſſunt deducere lunam.

Sed hæc figmenta, refutata vide apud *dict.* à Reies *quæſt.* 22. ubi verbis nullam ineſſe vim ad ſanandum fusè oſtendit. Interim hæc naturæ monſtra à Suprema Natura, non inconſultè (cum ad ordinem naturæ, extra neceſſitatis quaſi caſum, Divinæ Providentiæ ſe libertas adſtrinxerit) ſed ad promulgatæ legis ſtabiliendam auctoritatem, Chemnit. *loc. Theol. de leg.* & fidei fulciendum robur, produci, plane nobis perſuaſum eſt; ut hodie ſanctioris Cathedræ rectè ſentiens miracula vix exſpectent, præeunte Auguſtino, quem allegat. Maſcard. *concluſ.* 261. *num.* 59. fundatâ jam Eccleſiâ & per gratiam ſatis firmatâ, ut ipſi Pontificii videntur agnoſcere: quanquam quotidiè ex reliquis ſanctorum ſuorum miracula protrahant. Interim ſurrexerunt omni tempore, tum in corrumpendæ religionis negotio, tum in ſtatuminanda gloria, vel potentiâ terreſtri, qui auctoritatem fraudibus ſuis à miraculorum ſpecie iverunt prætextum: quorum indicem inſtruit Naudæus *in ſeinen Politiſchen Staat-Novell. Val. ſtreichen c.* 4. Horum ut errores detegantur, rapturi alioquin mobile vulgus in ſuperſtitionem & furorem; utque puniatur malitia ab armata noſtra in hunc finem Themide: Medicorum opera utiliter hîc intervenit, cauſas naturales eorum, quæ ſimulacrum altioris auſpicii habent, aliquando ingeſtura.

2. Inter cœtera miracula non ultimum fuit Prophetiæ, ſcil. ejus quæ *divina* eſt. Præter hanc datur etiam *Dæmoniaca*: Sed quæritur, an ex Dæmonis miniſterio futura poſſint indubitatò prædici? Indiſtinctè hoc non affirmandum videtur: Cum Dæmon futura contingentia ignoret, probabilibus tantum conjecturis indagans; Mart. de Aries *de ſuperſt.* 2. *num.* 59. quare etiam in Oraculis dubia ſemper phraſi uſus eſt: Quatenus itaque fluit ex principiis naturalibus cognoſcendi, (quippe Angeli ſecundum ordinem naturæ alicujus creatæ agunt, teſte Dn. Joh. Muſæo *dict. loc.* & Dæmon naturæ vires exſuperare non poteſt: Zacch. *dict. tit. quæſt.* 5. cum propriâ agat virtute) etiam ſupernaturalis non eſt Prophetia, haud magis, atque iſta, quæ naturali cognoſcendi modo emergit in homine, magna rerum experientia, item Aſtrologiæ, Phyſiologiæ, Chiromantiæ, Medicinæ peritiâ inſtructo. Quanquam enim non omnino infallibilia ſigna memoratæ artes ſuppeditent, contra, quam Jani Jacobi Boiſſard. *de Divinat. cap.* 3. error tenuit, tamen fundamento ſuo nituntur, quod in Phyſiognomonia præcipuè ſtabiliverim *arg. Geneſ.* 4. *v.* 6. Hippocratis author eſt, ex habitu vultus, mores & affectus quorumlibet innoteſcere. 2. *Epid. text.* 1. *ſect.* 5. Iſtius quoque rationem habuit jus ceremoniale Hebræorum, ſecundum quod inſigni corporis nævo laborans, arcebatur à ſacerdotio *Lev. c.* 21. *v.* 18. & rationem hodiè habet Jus Canonicum in promotione ad ſacros ordines: *arg. tot. tit. de corp. & vitiat.* Rationem quoque habet praxis judicii, cum ex deformitate præſumptionem inducat *pravæ* indolis: Vincent. Carrarius *de Med. & ejus off. part.* 2. *n.* 403. Farinac. *in pract. & Theor. crim. p.* 1. unde eſt quod, ubi plures torquendi ſunt, ab eo initium ſumitur, cujus pravitatem deformi vultu natura prodidit. Roderic. *pract. crim. reg. l.* 17. *c.* 50. *n.* 50.

3. Eſt & alia divinationis ſpecies, non quidem ex ſupernaturalibus cauſis, ex præternaturalibus tamen orta, ut (1) ex mortis vicinia: morti quippe vicinos, auguſta verba loqui & divinare à multis creditum eſt; exempla quoque Jacobi *Gen. c.* 49. & Moſis *Deuter. c.* 33. huic opinioni aliquam fidem adſtruerent, ſi extraordinario & ſupernaturali concurſu DEUM huic miraculo interfuiſſe non conſtaret, ut accuratiſſimè reſpondens docuit eventus. Quod ſi vero moribundis illam divinandi vim nollemus abjudicare: hanc in illis ſe non communiter exſerere: cum morbus aliquando lethalis

lis facultates animæ obnubilet, certitudine de ſtitui; & ex ipſo anguſtiori animæ ſtatu, in libertatis confinio, oriri: forte ſtatuendum nobis eſſet, cum Zacch. *d. q. n.* 18. Illud nudæ ſuperſtitioni ſuperſtruitur, quod vulgi credulitas fovet, morti proximos deſtinari, quos moribundi vox in delirantibus deſignet: (2) ex morbis & temperamento Melancholico, quo nullum eſt magis pronum ad raptus & ecſtaſes vaticinandique impetus; cum vix absque Enthuſiaſmo divinatio contingat, Cardan. *l.* 14. *de var. c.* 28. & Melancholiam ad prudentiam conferre, plures Philoſophorum, & Medici omnes teſtentur, teſte Zacch. *l. c. n.* 29. Quare ſæpe evenit, ut vulgus, pro dæmoniacis & obſeſſis habeat, qui tales non ſunt, ſed morbis Melancholicis, uterino, *tympanite*, *anaſarca*, (de quibus vid. Plater. & Williſ.) ſimilia quædam ſymptomata cientibus, laborant, Zacch. *d. t.* 1. *q.* 4. *in fin.* Cujus ratio miri eventus, in abſtractione mentis eſt poſita, quæ in objecto ſimplici tota defigitur, & omnes jam tum incenſas ſpirituum vires in illud diſpenſat. Willis. ait *in fin. c.* 12. *de Patholog. animam ita à corpore quaſi violenter abreptam; & juxta impreſſæ ideæ characterem modificatam, ſpeciem novam, aut Angelicam aut Diabolicam, aſſumere.* (3) Somniis etiam divinationem ineſſe, absque ſupernaturali DEI concurſu, Medici docebunt, qui ex illis temperamenti & morbi naturam, eunt indagatum. Intuitu futurorum eventuum, fidem illis adſcribere vanum eſt: Thom. 2. 2. *q.* 95. *art.* 6. Quare Cardani contrarius error notari meretur. Sed nimirum cœleſtes monitus per ſomnium accepiſti, de ordiendis de variet. & ſubtil. libris. An quia hoc ex accidenti ſuperſtitio tua impleverat, Cardane, idcirco naturalem ſomniorum indolem ſtatim ad arcana & neceſſaria principia revocas? Phantaſma hoc Morpheus tibi potuit ſuggerere, cujus fortè jam ſemina ab anterioribus diebus imaginandi facultas hauſerat. Quædam tamen ſomnia altioris originis eſſe; & quæ tum analogia fidei, tum eventus manifeſter, ex B. Luth. *tom.* 3. *Jenenſ. fol.* 268. diſcimus; & Arnold. Mengering. *in inform. conſcient. Evang. ad Evang. Matth. II. in Feſt. Trium Reg. n.* 3. dividit ſomnia in θεόπνευςα, Phyſica, fortuita, Diabolica. De ſomniorum natura, varietate, admirandis vid. à Reies, *quæſt.* 37. Cæterum an hodie dentur Prophetæ, vid. Dider. *Diſput. de Phanatiſmo*, fol. 22. de falſis Prophetis: Delrio *in diſquiſ. Magicis*, it. Chriſtoph. Richterus *in XII. Prophet.* add. Baron. *tom. IX. annal. fol.* 90. *n.* 5. *&* Londorp. *act. publ. tom.* 2. *fol.* 292. *& ſeqq.* De impoſtura Delphicorum Vatum, Cunæum *de Republ. Hebræorum l.* 3. *c.* 7. In Hebræorum Republ. vates mendax, ultimo ſupplicio mulctabatur: Talmud. *in Sanhedrin.* Hodie in crimen ſtellionatus incidit: Tabor *de ſtellionat. p.* 30. *&* 42. Cujus pœna eſt arbitraria, in plebejis damnatio in metallum, in aliis relegatio & ab ordine motio: *l.* 3. §. *pœna ſtellionat.* Cautelam interim Politicis exhibet, ne ad hodiè ſurgentium Prophetarum mendacia advertant, Montaigne d' Eſſais *l.* 1. *c.* 11. quod exitio fuit, Benedict. II. Pontif. dicto ante Petro de Luna, ut ex Nider. prolixe Speidel. adnotat, *in ſuis notab.* ſub voce *Propheceyung*; & Hiſpanorum animos in deſperationem egit, ut Mauris ſe dederent: quod exemplum cum pluribus parallelis Naudæ. *loc. cit.* obſervat.

2. *Ecſtaſis divina* miraculis accenſetur, per quam accenditur Prophetiæ donum, *arg. text. Num.* 12. *v.* 10. quæ eſt vel *perfectiſſima*, cum anima planè à corpore, vinculo diſſoluto abripitur, vel *minus perfecta*, quæ animæ ſenſitivæ facultates ſaltem obſtruit, indicto interceptarum operationum juſtitio. Utram ex his S. Paulus fuerit expertus, ipſe fluctuat; cum in tertium usque cœlum memorabili ecſtaſi raperetur. *II. ad Corinth.* 12. *verſ.* 2. illa ecſtaſis ſpecies procul dubio miraculoſa eſt, quia viribus naturæ non poteſt dirimi animi corporisque nexus; & iterum colligari. Quanquam enim dæmonis virtute talem excitari poſſe. Bodin. *l.* 2. *dæmonol. c.* 5. miris exemplis firmet, & Olaus Magnus de Lapponibus & Finnonibus Magicis teſtetur, quod animos & ſpiritus hominum, & longinqua loca per ecſtaſin Diabolicam ablegent, qui deinceps ſignum legationis (annulum vel cultellum) reportent, *de Gent. ſeptentr. l.* 3. *c.* 16. tamen glaucoma hoc fuiſſe maligni ſpiritus credendum eſt, qui ſenſus potuit ligare, nervorum ſenſoriorum obſtructione: interim cogere ſpiritum ad ſenſum communem; & phantaſmate quolibet implere; corpori verò induere cadaveris ſpeciem. De quæſtione, an nocturni Lamiarum conventus reales ac veri ſint, ſeu potius imaginarii & illuſorii? videatur Hermann. Gœhauſen *Peric. Acad. pag.* 330. *& pag.* 649. circa quæ forte aliquid contra Wierum, mera ſomniantem hîc glaucomata, ad notandum eſſet. Alia tandem ecſtaſis eſt *naturalis*, quæ *confluxus* eſt *ſpirituum animalium in cerebro, ſenſibus & motui deſtinatorum.* Intendit hanc cerebri debilitas, tum ſpirituum craſſitudo & melancholica diatheſis. Hinc dividitur in *leviorem*, quæ in Melancholicis, & ex contemplatione intenta ortum habet; & fortiorem, quæ catalepſi ſimilima eſt, degeneratura facile in aploplexiam. Symptoma ejus eſt, quod in ſitu, in quo inundante hac ecſtaſi deprehenduntur, quilibet perſiſtunt, modo ſcribentes, modo ſtantes, modo jacentes. In tali ergo ſtatu coacti in unum ſpiritus, multa poſſunt admiranda complecti, quæ divinationis, vel aliam quamcunque arcanæ inſpirationis ſpeciem præ ſe ferant, vid. à Reies *q.* 81. *n.* 7. *& q.* 37. ubi exemplis hoc noctambulorum illuſtrat, in quibus admiranda periculorum eluſio, ad cuſto-

dem

dem rectius angelum, cum Paracelſo, quam ad ſolam audaciam refertur. Operæ ergo fuerit pretium, ſigna inquirere, quibus indubitatò ſupernaturalis ecſtaſis, à naturali diſtinguatur, cujus quæſtionis utilitas in proceſſu ſagarum emerſerit. Zacch. *d. t. q. 6.* multiplicem aſſignat differentiam, (1) quod in illa determinatum non adſit tempus, in hac verò utique, pro qualitate & quantitate humorum peccantium, ut quamvis voluntariè quodammodò arceſſibilis, vid. à Reies *q.* 81. *n.* 1. voluntariè tamen non ſit terminabilis: (2) illa nullam, hæc aliquam requirat præternaturalem diſpoſitionem in cerebro, vel ſanguine: (3) illa corporis debilitatem non poſt ſe relinquat, hanc varia deſtructarum virium ſymptomata comitentur: (4) illa rarò, hæc frequentiùs, in habili ſubjecto ſe proferat.

3. Jejunium, ultra 11. vel 12. dies productum (quanquam in quibusdam, pro varia temperamenti natura, longe ante hunc terminum lethale ſit; ut ex Plin. & Hippocr. arceſſit, Zacch. *dict. tit.* 1. *q.* 7. *num.* 3.) cum regulariter humanas vires depaſcat & extinguat: quoties virtute divina, ſalvo hominis vigore, ad ulteriores metas protrahitur, absque naturalium cauſarum influxu miraculum ſpirat, quale in Moſe, tum incola montis Sinai, *Exod. cap.* 24. *v.* 27. Helia. 3. *Reg. cap.* 19. *v.* 8. Filio Dei in deſerto *Matth. & Luc. cap.* 4. *verſ.* 2. & denique Sociis Pauli *Actor. cap.* 27. *v.* 33. divina omnipotentia oſtentavit. Interim noſtris etiam temporibus, quibus miracula tacuiſſe credimus, admirandi caſus emerſerunt, ad multos dies, menſes, annos continuati jejunii, quos explicant Schenck. *libr.* 3. *obſervat.* Marcell. Donat. *libr.* 4. *hiſt. Med. Mirab. cap.* 12. Cagnat. *lib.* 1. *de ſanit. tuend. cap.* 5. Kornmann. *de Mirac. vivor. tit. de jejun.* Licet *libr.* 1. *de his qui ſine alimentis vivunt*: Cælius Rhodig. *libr.* 13. *lect. antiq. cap.* 24. Jubert. Parad. 2. *Decad.* 1. Adhoc exempla in promptu ſunt, tum variorum animalium vid. Plin. *lib.* 8. *cap.* 23. Scaliger. in Card. *Exercit.* 229. Ovied. *in ſumm. Indic. hiſtor. cap.* 23. absque cibo diu viventium, tum hirundinum, quæ hyberno tempore immerſæ ſtagnis, externo nutrimento non paſcuntur. Dn. Godfrid. Voigt, *in ſeinem Phyſicaliſchen Zeit-Vertreiber* pag. 205. Unde licet concludere, hominem per vires naturæ aliquando absque externo nutrimento, per longiſſimum tempus vitam poſſe producere. Quod fieri poteſt beneficio humoris pituitoſi, incraſſati, qui intra compagem conglomeratus corporis humani, in ſtatu præternaturali conſtituti, interna ſuſtentatione, tum pabulum caloris vitalis recreat, tum ſpirituum animalium vires reficit: ſi ſequentia viſa ſint concurrere principia: (1) frigidius & humidius temperamentum: (2) conſtipatio & constrictio pororum: (3) viſcoſa & oleoſa interni nutrimenti qualitas: à Reies *p.* 449.

Novell. Val.

4. Morborum porro miraculoſa eſt ſanatio, qua Salvator noſter habitantem in ſe divinitatis plenitudinem abundanter prodidit; & ſanctorum Prophetarum Apoſtolorumque manus, adſiſtentem altiorem Numinis virtutem. Ut autem clara luce colluſtretur miraculoſæ medelæ indoles, quatenus ſegreganda venit, ab illa valetudinis reſtauratione, quæ cauſis naturalibus meretur imputari: Adnotandum eſt, ſubjecta ſigna in iſta ſe proferre: (1) morbi difficultatem gravitatemque ſingularem; (2) medii nullam proportionem ad morbi diſpulſum, ut in ſputo, verbo, contactu, &c. Morbi itaque, per evacuationem inſignem v. g. Urinam, vomitum, hæmorrhagiam, alvi fluorem, ſudorem ſopiti naturaliter evaneſcunt: (3) ut fiat in inſtanti; & morbus in declinationis non ſit ſtatu. Accidit quidem aliquando, ut ob ignoratas morborum criſes, qui videbantur morbi hominem perempturi, derepente, dum in ſtatu declinationis verſantur, ſubſidant & miteſcant: (4) ut ſit perfectiſſima nullam poſt ſe relinquens imbecillitatem. De morborum in ſpecie porro indole, quos miraculosè Salvator domavit, vid. Zacch. *d. t.* 1. *q.* 8. Ubi *n.* 31. 32. *&* 33. Dæmonem indirectè per medicamenta ejici docet, quatenus intemperies Melancholicæ Diatheſis per illa tollitur, qua Diabolus maximè lætatur, tanquam promptæ admiſſionis magiſtra; quam invidia, avaritia, pertinacia, vindictæ cupido, charitatis abjuratio, paribus vitiis gaudenti Dæmoni, poſtremo timor & imaginatio monſtroſa propitiant.

5. Morborum à divina vindicta immiſſorum, quædam miraculoſa eſt conditio, ut patet ex *Deut. cap.* 37. it. exemplo Primogenitorum Ægypti una nocte trucidatorum: exercitus Sennacherib. & Philiſtæorum, dyſenteria & hæmorrhoidibus percuſſorum. Quorum ſigna promuntur ex morbi difficultate, ab hominum cognitione remoti, miro regimine, remediorum inani efficacia &c. Dæmonis etiam invidia homini aliquando per incantationes & veneficia ſagarum, Deo permittente, morbos infligit, quorum, quanquam naturales, cauſæ vix poſſunt indagari: contra quos an naturalia valeant præſidia? dubium eſſe poteſt, quod affirmandum videtur ex *hiſtor.* Tobiæ vid. *Beſold. in Theſaur. pract. voc. Artzney*: remittentem ad Barthol. Carrichteri tract. *Von Heiligung Zæuberiſcher Schæden.* Mortis miraculoſæ indicia ſunt, inopinata celeritas, & plane deficiens cauſarum naturalium influxus.

6. Incorruptibilitas cadaveris miraculorum numero à quibusdam adſcribitur; & à ſupernaturali cauſa neceſſum eſt fluat; ſi omnis perfectionis gradum ſit emenſa; & tum à putredine, tum à marcore aberret, quamvis non ſubmoto gemino hoc corruptionis principio, de quo vid. Willis, *de fermentat. cap.* 8. A putredine quidem

dem & ars vindicat, aromatum, ſalis, ſulphuris interventu: à marcore non poteſt. Dæmon cadavera immunia præſtat à tabe, ſed vel ope naturalium condimentorum, vel eductis putredinum cauſis, vid. Torrebianc. *in epitom. delictor. lib.* 1. *c.* 24. *n.* 1. *& ſeqq.* Mart. Delr. *libr.* 2. *Disquiſit. Magic. q.* 25. Villalpand. 2. *Mag. c.* 24. 26.

7. Mortui non niſi divino miraculo in vitam revocantur. Dæmonis virtute nemo reſurgit: Sed, ſi quod cadaver reſurgere videtur, vel nondum fuit cadaver, vel Diabolo anima tum circumfertur. Sed videtur reſuſcitandi deſtructa animalia vis in naturam etiam cadere: quod: (1) hirundines aquis immerſæ reſurgunt diſcuſſo frigore: ℞. In aquis vitam habuerunt ſuperſtitem: (2) Bombyces, Vermiculi, Scarabæi ſtupenda Metamorphoſi, vitam ſemel exutam ſub alia iterum forma aſſumunt. ℞. Nova horum eſt, dum transmutantur, generatio, non reſurrectio; (3) homines reſurrexerunt, quorum hiſtorias conquiſivit Kornmann. *de mirac. mortuor. part.* 2. ℞. hos non mors proſtravit, ſed apoplexia, ad quam ſe refert *Epilepſia*, ſuffocatio laquei, aquæ, vaporis peſtilentis, *ſyncope*, quæ *eſt virium præceps lapſus & ruina*, ſuffocatio uteri, ex elevatione terrorum vaporum, ob corruptum ſemen, Menſtruum, paremque humorem, cor dum ferit, Syncopen; dum verò cerebrum, apoplexiam, aut epilepſiam accedentem: Vide Schenck. *lib.* 1. *Obſ. tit. de Apoplex. & libr.* 4. *tit. de ſuffocat. Uteri.* Wilhelm. Fabric. *Centur.* 2. *obſerv.* 95. *& ſeq.* Sed notant Medici, ultra 3. dies ſine motu, his ſymptomatibus correptos vivere neutiquam poſſe, unde ſepultura eorum, qui apoplexia, vel uteri ſuffocatione ſunt mortui, differri ſolet ad 72. horarum lapſum; Alexand. Benedict. *ſuæ pract. lib.* 10. *c.* 10. Daniel Sennert. *lib.* 4. *pract. part.* 2. *ſect.* 3. *cap.* 4. An ergo homo ſine motu & reſpiratione poteſt vivere tali ſyncope correptus? ℞. non quidem revera & abſolutè, ſed reſpectu noſtri ſenſus. Dicitur hæc latens reſpiratio tranſpiratio. Quæſtionem hanc dicitur diſcutere diſtinctius Claudin. *reſponſ. Med.* 14. An porro non per certa ſigna vere mortuos ab his Syncope vel apoplexia projectis, licet diſtinguere? Signa adhuc viventium, ex quorundam ſententia ſunt, (1) ut oculi imaginem reddant intuentium, (2) ſi fœtor & corruptio abſit, Plura vid. *apud* Zacch. *d. q. t.* 1. 11.

8. Iſta quidem aliaque miracula, ſicut Summi Numinis Omnipotentiæ unicè vindicantur: Ita notandum eſt, ſigna & portenta manifeſto ab illis diſcrimine venire ſejungenda, quorũ producendorum facultatem Moſes Pſeudo-Prophetis etiam adſcribit: *Deut.* 13. *v.* 1. *& ſeqq.* Quæ illos producere virtute Diabolica eſt credibile. Diabolus ſc. dupliciter ſigna talia & portenta progignit. (1) deludendo præſtigiis ſuis ſenſus humanos, tum ratione *objecti* circumgirati, inverſi, abditi, certo modo in ordine ad oculum diſpoſiti, ex aëre formati; tum intuitu *medii* ſc. aëris, qualitate quadam infecti, quæ apta ſit falſa ſpecierum phænomena adumbrare, tùm reſpectu *organi* ſenſorii, commotione ſpirituum & humorum, ac diſpoſitione varia Phantaſmatum: (2) effectus reales producendo, celeritate motus localis, per quam valet unum naturæ effectum pro altero ſubito ſubſtituere, vel cauſas ſecundas commovere, vel denique agentia naturalia, modo naturæ inuſitato patientibus applicare, vid. Joh. Muſæum *dict. tract. pag.* 403.

9. Cæterum ſuffecerit Auctoritatis Medicæ, in argumento Legali, Objectum, per has illuſtriores ſpecies parteſque diduxiſſe: cum inſtituti ratio non permittat, cœteras, quæ prætermiſſæ ſunt, inſerere, ad iſtas non abnuentes reduci, & tum in opere noſtri Zacch. tum in Onciac. *quæſt. Phil. jur.* & ſæpè allegato à Reies, expreſſas fuſiuſque tractatas.

10. Poſſent etiam quædam annecti, tum de aliis huc pertinentibus, tum de illis, quæ Hippocratis auctoritatem eunt everſum; & gloriæ ejus nævum adſpergunt de privata pharmacorum diſpenſatione illis non deneganda: De erroribus item Medicorum à lege punibilibus. Sed de his ne pigeat B. L. remitti ad Heig. *p.* 2. *q.* 26. *num.* 7. *& ſeqq.* Mathæac. *de via Jur.* 10. Coraſ. *ad l.* 2. §. *poſt originem de O. I.* Tiraquell. *de nobil. cap.* 31. *n.* 437. *& ſeqq.* Anton. de Guevarr. *in Horol. Princ. libr.* 1. *c.* 43. Bodin. 3. *de republ.* Caroc. *de loc. & cond. part.* 2. *rubr. de Med. q.* 5. *num.* 5. Beſold. *Theſaur. pract. voc. Artzney.* à Reies *Camp. Elys. q.* 4. *in fin.* Denique Zacch. *lib.* 6. *tot. tit.* 1. Ego dum per inculta ad finem propero, Hippocrati ſua vitia non exprobrabo, facilè ea, quæ objiciuntur, præſtantiæ ſuæ & virtutis documento refulſuro, cujus laudibus & honori hic dicatus eſt qualiſcunque inauguralis diſcurſus.

(o)

LABY-

LABYRINTHUS
STUDII MEDICI
FELICITER SUPERANDUS,
IN
ORATIONE PANEGYRICA AUSPICIALI A. 1721. die 15. Jul.
OSTENSUS
à
CHRISTOPHORO BERNHARDO VALENTINI.
M. B. Fil.
Prof. Med. Giſſeno.

Magnifice Domine Rector, Magnifice Domine Cancellarie, Viri ſummè-Reverendi, Conſultiſſimi, Experientiſſimi, Excellentiſſimi!

ut &

Generoſi atq; Nobiliſſimi DNN. Commilitones, Spes Patriæ, & Decora Academiæ Florentiſſima.

* * *
* *
*

DE Labyrintho, antro ſinuoſo & inextricabili ſive à Dædalo (ſecundum vulgarem) ſive à natura (ſecundum *Turnefortium*, (a) teſtem oculatum) in Cretâ formato eleganter alicubi *Virgilius*:

Ut quondam Creta fertur labyrinthus in alta
Parietibus textum cæcis iter ancipitemque
Mille viis habuiſſe dolum, quæ ſigna ſequenti
Falleret indeprenſus & irremeabilis error.

In hujus cuſtodia cum Athenienſium liberi Servati indignius tractarentur, fabulis celebratum eſt illos in Labyrintho aut palantes errantesque necari, aut à Minotauro devorari, quem

Semibovemque virum ſemivirumque bovem,

Ovidius appellat.

Hæc omnia non fruſtra aut animi ſaltem gratiâ efficta vel excogitata eſſe, ſed myſterium aliquod involvere ſæculi illius genius oſtendit, quo ardua quævis, utilia & neceſſaria fabulis quibusdam exponebant, ut eò firmius pectoribus diſcentium inhærerent. Rectiſſime hinc *Wedelius*, canitie & candore venerandus Senex, profundiſſima, inquit, eſt Veterum ſapientia, quam dum non attendimus, & noſtris tantum annis utimur, neſcio, annon deſtituamur magis quam provehamur.

Quid autem per Labyrinthi illius periculum indicare voluerint Antiqui, alia de Ariadne, Minois, Regis Cretæ Filia, traditio oſtendit, cujus beneficio & induſtria Theſeus, ab Athenienſibus Cretam miſſus & à Minotauro devorandus, Labyrinthum filo duce, quod Ariadne illi dederat, evaſiſſe & feliciter ſuperaſſe perhibetur.

Labyrinthus ergò nihil aliud videtur eſſe, quàm confuſum & inordinatum ſtudiorum chaos, quod legitima docendi diſcendique methodo, ceu filô quodam Ariadnæo, feliciſſimè ſuperare, ſicque belluinam ingenii ruditatem (quam per Minotaurum,

Monſtrum horrendum, ingens, cui lumen ademtum,

exprimere voluerunt) evitare valemus.

Quemadmodum enim Practici Medicique feliciores legitimam medendi methodum ordinemque in uſu pharmacorum obſervandum haud rarò FILUM CURATIONIS vocant; ita eodem, ſi non majore jure ordo methodusque docendi vel diſcendi pro filo hujusmodi Ariadnæo reputatur, quo non tantùm ſcholæ Medicæ, ſed & reliquæ diſciplinæ & quas vocant Facultates, indigent, cùm ad unam omnes ſuas habeant ambages, ſuos Labyrinthos & Mæandros.

Quid enim tot hæreſes & ſchiſmata in ſtudio Theologico aliud ſunt, quàm totidem Labyrinthi, à quibus ceu Pſeudo-Prophetis Salvator nos cavere jubet? quò pertinet labyrinthus curarum paſtoralium & ritè tractandarum animarum, cujus expreſſam mentionem fecit *D. Johann Michael Langius* circa finem *Inſtitutionum Paſtoralium ad Inſtitutionum Medicarum methodum adornatarum.* Quid porro Leges obſtantes in Codice & Digeſtis aliud ſunt quàm Labyrinthi Juris, ad quos ſuperandos filum quaſi Ariadnæum poſt *Struvii Evolutiones* præbuit Illuſtris *Bergerus.* Labyrinthũ verò concurrentium ſponſaliorum anno ſuperiori per *Reſponſum Juris* (quod Satyrã jocoſeriam verè dixeris) Perſonatus *Wendul von Lindberg* hinc inde cum Novellis publicis diſſeminavit. Quo referendi ſunt Caſus in legibus non expreſſi, in quibus analogia juris pro filo ſervit. Quid demum tot ſectæ & in diver-

(a) Aſſerit hæc allegatus Autor in *Relatione itineris ſui Orientalis*, *pag.* 27. his verbis: *Il y a plus d' apparence que le labyrinthe eſt un conduit naturel, que des perſonnes curieuſes ont autrefois pris plaiſir à rendre praticable, en faiſant aggrandir la plûpart des endroits trop reſerrez*, quod ante eum jàmdum docuerat Scriptor *Etymologici magni*, cujus hæc ſunt verba: λαβύρινθος ἐν τῇ Κρήτῃ νησῷ ἐςιν ὄρος ἐν ᾧ σπήλαιον.

diverſa rurſus abeuntes Sectarum Partes niſi Philoſophorum Labyrinthi, quos ut feliciter evitemus, hoc opus hoc labor eſt. Labor intus & extus. Niſi enim ſub primo ſtatim introitu filum hîc diſcentib⁹ & tyronib⁹ porrigat Ariadne, hoc eſt Methodus legitima, in tales ſæpe difficultatum Mæandros incidunt, ut ſi curſum ſuum jam abſolviſſe videantur, mox in primum ignorantiæ fontem refluant & revertantur, ut meritò cum *Cicerone* illis acclamari poſſit: quos tu Mæandros, quæ diverticula flexionesque quæſiiſti?

Quùm autem nullibi majori cum periculo Labyrinthi tales ſint conjuncti, quàm in Foro Medico, dum non tantum ipſi Medici, ſed & ægri vitam ſanitatemque illis concredentes illîc à Minotauris, hoc eſt, minorum gentium & Medicorum tauris, ſive civiliter, ſive Phyſicè ſubinde occiduntur; hinc operæ pretium me facturum duxi, ſi Profeſſionem Medicinæ Extraordinariam, à Sereniſſimo Cattorum Principe, DOMINO ERNESTO LUDOVICO *Haſſiæ Landgravio*, *Principe Hersfeldiæ*, *Comite in Cattimeliboco, Decia, Zigenheina, Nidda*, *Schaumburgo*, *Iſenburgo* & *Budinga*, Principe ac Domino meo longè Clementiſſimo, Gratioſiſſimè conceſſam, Bono cum DEO auſpicaturus in gratiam DNN. Philiatrorum tum Labyrinthos ſtudii Medici, tum & filum oſtendam, quo eosdem feliciter aut effugere, aut ſuperare valeant; quod ipſum ne nimium intelligendo faciam, ut nihil intelligant, non tam phaleratis Oratorum verbis verborumq; Mæandris quàm plano & aperto dicendi genere exponam, memor Carminis Ittertiani *Schrœderi Pharmacopœiæ* præfixi.

> Herbis, non verbis Medicorum eſt pellere morbos.
> Herbis, non verbis curantur corporis artus.
> Herbis, non verbis fiunt medicamina vitæ.
> Herbis, non verbis fiunt unguenta ſaluti.
> Herbis, non verbis cunctis propino ſalutem!

Quò verò graviſſimum & arduum argumenti propoſiti Labyrinthum eò facilius extricare valeam, veſtræ, AUDITORES OMNIUM DIGNITATUM & ORDINUM HONORATISSIMI, veſtræ, inquam, Benevolentiæ filum eâ, quâ decet, ſubmiſſione modò expeto, quo per Aridnæ hujus manu ductionem ad genuinos Adraſteæ fontes ductus & reductus aliis poſthàc eò tutius pro Duce ire & ſervire valeam.

De Labyrintho igitur Artis Medicæ dicturus videor mihi quosdam amœnitatem & facilitatem Studii Medici obmoliri, cujus intuitu ſtupidos quosvis & hebetis ingenii juvenes, ad reliquas artes & ſcientias ferè prorſus inhabiles Arti noſtræ ſæpe mancipari videas. Aſt dudum hîc reſpondit *Hippocrates*, qui, ut ſtipites hos deterreret & ab Arte Medica abſtraheret, ſtatim à fronte ſuorum aphoriſmorum difficultatem hujus Artis oſtenſurus, Ars longa, inquit, vita brevis, experientia fallax, judicium difficile. Judicium ergò requirit, hoc eſt, Virum, qui fallacem opinionum (queîs Mundus regitur) Labyrinthum & Experientiam, quam Empirici & Impoſtores ſibi tribuunt, fallacem à genuina ex repetitis obſervationibus ſtabilita per dictamen rectæ rationis diſtinguere ſciat. Duplex enim Labyrinthus in Arte Medica ſe trudit, unus in theoria: (ſi modò theoria vocari meretur, quæ tandem ad praxin applicanda:) alter in ipsâ Praxi. Illîc in primô ſtatim, Artis atrio immanis principiorum & ſectarum diſſenſio tyronibus aut offenſionis aut confuſionis lapis eſt, dum hic cum *Galenicis* eosdem per quatuor, ut vulgò audiunt, elementa horumque qualitates primas, ſecundas, tertias, qualitatumque manſiones ad genuinam Artis manſionem deducere amat. Ille cum *Chymicis* per tria aut quinque principia hypoſtatica ⊖. 🜍. ☿. ✱. & terram damnatam eosdem ad carbones, ad fumos, (β) furnos & ignem hujusque gradus tanquam ad metalla condemnat. Iſte cum *Anaxagora*, *Epicuro* & *Gaſſendo* per atomos, moleculas & indiviſibilia eosdem ad Philoſophiam corpuſcularem vacuumque ſive coacervatum ſive diſſeminatum, tandemque ad Spatia imaginaria extramundana deduxit. Alius ex malè intellecto *Paracelſo* & *Helmontio* per binos illos ſive pugiles, ſive latrones alcali & acidum eosdem ad methodicorum contubernium qſ. vi quadam propellere ſuſtinet. Alius denique cum *Renato de Cartes* per triplicem materiam elementorum, è diviſione Chaos Moſaici oriundam variasque particularum figuras, ſitus & motus ad hypotheſes cum iisdem tendit & vorticibus variis in vertiginem ferè agit. En labyrinthos! en Minotauros! quos ut effugiant aut ſuperent, de filo cogitandum, quod Ariadne, Adraſteæ filia, iis porrigat, oportet.

Cum autem noviſſimis his temporibus demonſtrationes Mathematicas pro filo illo habeant, totamque Artem Medicam mathematicè & mechanicè tractare jubeant, non ſine cauſa heîc quærere quis poſſet: An id ſit poſſibile? an, inquam, Ars Medica methodo Mathematicâ doceri & addiſci queat?

Enim verò ſcientiam Naturæ quoad fluidorum æquè ac ſolidorum motus, mobilium æquilibrium, tenſorum reniſum & ſimilia multa, prin-

(β) Ad furnos ſæpe provocat *Helmontius*, dum *ſic infurnis noſtris legimus*, aliquot in locis habet: imò ſe ipſum *Philoſophum per ignem* vocat. Ubi autem ignis, ibi fumus. Hæc qui neſcit, aut injuriandi animo proponi clamat, ignorantibus ignorantior eſt.

principiis hydraulico-pneumaticis & mechanicis à *Wallisio, Bernullo, Nevvtono, Freindio, Keilio* nuper denato aliisque valdè illuſtratam eſſe, nemo facile inficias ibit: licet ſcripta illorum omnibus, quibus Matheſin addiſcendi occaſio non ſuppetit, nil niſi Labyrinthus ſint. An verò ea, quæ praxin Medicam proximiùs attingunt, principiis mathematicis ſive adſtringi ſive demonſtrari poſſint, illud non ita planum eſt. Fuit equidem *Theodorus* quidam *Balthaſar* qui paucis abhinc annis medicamentorum doſes per algebram calculare docuit: Fuit alius, *Yvo Gaukeſius* nomine, qui *Virdungum,* Medicum Antiquiſſimum in *methodo medendi mathematicâ* ſecutus univerſam Medicinam, adeoque & ipſam Praxin ad certitudinem Mathematicam, è Principiis *Carteſii* & *Nevvtoni* evehere conatus fuit, tantâ quidem fiduciâ dicam an temeritate, ut & miracula è principiis mathematicis in diſſertatione ſpeciali deducere & exemplis è ſcriptura ſacra petitis demonſtrare ſategerit: quæ tamen Naturæ vires omnino tranſcendere nuper admodum in Cathedra Medica heic publicè deciſum fuit. Aſt quid aliud efficiunt, quàm ut tyronibus novum labyrinthum ſtruant, Artemque per ſe difficilem intricatiorem reddant? Prior ſanè Medicus Algebraicus adeò eſt obſcurus, ut qui principiis Mathematicis optimè eſt imbutus eundem vix aſſequi valeat. Poſterior univerſam ferè Matheſin Generalem Mechanicam & Hydraulicam libro ſuo præmittit, aſt dum ad τὸ τεχνοθῆναι, & ad ipſam applicationem devenitur, aqua ipſi ferè hæret, adeò, ut vix uno vel altero exemplo problema ſuum demonſtrare conatus fuerit. Quid quod hypotheſibus innititur manifeſtè falſis. Quod enim corpus humanum ejusque partes ſive fluidæ ſive ſolidæ conſtantem ſemper & certam naturam habeant, falſum eſt. Quod morborum ratio, quæ ſuperioribus ſæculis fuit, hodiernô tempore eadem obſervetur, falſum eſt. Quod morborum ratio, quæ ſuperioribus ſeculis fuit, hodiernô tempore eadem obſervetur, falſum eſt. Quod morborum cauſæ & phænomena ſemper eòdem modo operentur, falſum eſt. Poſtulata hæc ſunt à nemine, niſi ab iis poſtulanda, qui fungum pro cerebro aut peponem pro corde gerunt. Quid quod in theoria non omnino ſibi conſtent Iatro-Mathematici. Sic *Keilius* cordis robur deprimit ad 5. vel 8. uncias, quod *Borellus* ad tot libras, imò centenarias extulit. Adeò ex certis calculis in certa fluunt! quia data ſunt incerta, atque ad Mathematicam evidentiam non aſſurgentia, prout *D. Elias Camerarius* in *Cautelarum ſyſtemate p.* 44. verè ac eleganter ſcribit.

Quamvis igitur in generalioribus & in iis, quæ ad theoriam propius accedunt, demonſtrationes admittamus, attamen in particularibus & ſpecialioribus, ubi abstractioni Mathematicæ vel Metaphyſicæ locus non conceditur, omnia ſæpè ſunt incerta, quùm ſaniorum conſenſu Medicina ſit ars (γ) conjecturalis. Quid autem conjecturæ & Stochaſmo cum ἀποδείξει? Quid probabiliſmo cum certitudine Mathematica? Neque enim homo in genere vel ſpecie curatur, ſed in individuo, cujus temperamentum, idioſyncraſia, ſanitas & morbi ſæpè latent in abſcondito, ac mutantur in horas. Scientiæ ſanè Mathematicè demonſtrandæ gaudent principiis certis & infallibilibus, ſubjecto indubio & objecto ſcientifico, neque fine ſuo facilè deſtituuntur. His omnibus caret Medicina, ſi dicendum quod res eſt. Qualis enim in principiis certitudo lateat, tot ſectarum jam ante enarratarum labyrinthis docent. De ſubjecto adhuc ſub judice lis eſt, an ſolum corpus humanum vivens? an verò & alia viventia ſub ambitu ejus contineantur? Objectum morbus cum auxiliis conſtituunt, quibus & æger & Medicus ſæpe fallitur.

Illic enim morbus haud rarò incognitus pro cognito, incertus pro certò curatur, idque ex præcepto *Machiavelli Medici*, qui nullum morbum, utut in abſcondito latentem, pro ignoto habere jubet. Hinc ſimulant & diſſimulant, jurant, dejurant & pejerant Medicaſtri ſe morbum curaturum, de cujus præſentiâ nondum ſunt certiores redditi. Hîc de remediorum & medicamentorum efficaciâ Medicus fidem & eventum infallibilem ſibi promittere nequit, cùm in Officinis Pharmaceuticis ſubinde rancida, evanida, carioſa & peſſimè præparata eundem eludant, cumprimis ſi doloſi & avari Myropolæ quid pro quo, apium pro opio, muſcum pro moſcho, & muſcerdam pro pipere divendant; & licet etiam optima & ſelectiſſima præſcribantur, incerta tamen illorum eſt operatio, cum Natura differat à Natura, Corpus à Corpore. Tandem & in fine videbitur cujus toni ſit Artis Medicæ ſtudium? Finis autem externus & potiſſimus eſt Sanitas & relevatio à morte, de qua & in vulgus abiit:

> Non eſſe in Medico, ſemper relevetur ut æger,
> Interdum docta plus valet arte malum!

Nec obſtat diſtinctio inter Artem & Artificem vel inter Artem in abſtracto & in concreto conſideratam. Non enim in ſyſtemate, ſed in habitu & cerebro Artificis & corpore invalidorum operatur Ars, quæ utrobique ceſpitare poſſunt.

Prolixius hæc deduci poſſent, AUDITORES OPTIMI, ni Celeberrimus *Zvvingerus*, Profeſſor Medicus Baſilienſis, jamdum ex profeſſo

(γ) Hoc in gloriam magis quàm contemtum Medicinæ vergere, vel exinde conſtat, quod ad conjecturam prudentum (qualis hîc intelligitur) eliciendam, judicium ſubactum requiratur, nec in Arte hac ex quovis ſtipite Mercurius fieri poſſit.

feſſo, quod dicitur, argumentum hoc in Speciali diſputatione ventilaſſet, & Praxin, quam vocant, Mathematicam ita confeciſſet, ut Patroni hujus ne hiſcere quidem contra Eundem auſi ſint. Quemadmodum & ante Eum Mechanicæ in Medicina abuſum in viciná Academia Marburgenſi Spiritus hujus tituli diatribe oſtenderat, D. *Melmius* νῦν ἐν ἁγίοις.

Sufficiat igitur Philiatro ad ſuperandum Medicinæ Labyrinthum filum plus quam Ariadnæum ex *Hippocratis* ſuppeditare ſcriptis, qui *lib. de his qui uterum non gerunt.* Conare, inquit, ut, te MEDICUM NATURALEM (ἰητρὸν φυσικὸν) exhibeas, ad hominis habitum & vires reſpiciendo: talis enim nil temere efficiet. Cum enim Naturæ, juxta eundem ſenem, Medicatrices ſint morborum, Medicusque Naturæ ſit Miniſter; hinc ipſa Natura cumprimis Medica, in habitu atque viribus radicata ad unguem exploranda eſt.

Quamprimùm ergò Philiater effectus & vires Naturæ generales, per motum fluidorum utplurimum ſe exſerentes, per experimenta Modernorum, (quæ tamen ſuo quoque Labyrintho gaudere & filo Ariadneo indigere *Elias Camerarius* in *Syſtem. cautelarum p.* 45. adſtruit) in Parte *Phyſices* Generali ſibi perſpectos reddiderit, ipſam Naturam, ceu nudam Dianam, in tribus naturæ regnis imperium ſuum exercentem excolat, & in *regno* ejus *animali* naturam Medicam in habitu & viribus corporis expiſcetur. Habitus autem hominis in textura partium radicatus vix aliunde, quam ex *Anatomicis* innoteſcet. Quamobrem non tantum univerſam viſcerum, vaſorum, oſſium & muſculorum ſtructuram è *Tabulis Rauianis*, nuperrime editis & è pretioſo Genevenſium *Theatro anatomico* cum Nobiliſſ. *Morgagni animadverſionibus* legendo, vel, ſi ob pretii magnitudinem eô deſtituatur è *Bartholini*, *Verheyenii* aut *Heiſteri* ſcriptis Anatomicis ſibi perſpectas reddat, ſed & Speciales partium variarum deſcriptiones in *Bibliotheca Anatomica Mangeti* collectas in ſuccum & ſanguinem convertat, omnium Cohæſionem vaſorumque ramificationes per Anatomiam Experimentalem eâ quâ decet induſtria & cautela inquirat, ac ut uſum partium eò feliciùs addiſcat *Anatomiam comparatam* in *Amphitheatro Zootomico* Dn. Parentis depictam, in ſubſidium vocet, quæ plura ab *Hiſtoriæ animalium ſcriptoribus* tam Sacris quam profanis neglecta detegere valebit. Ne verò è ſolis libris ſapiat, ipſam manum operi admoveat, & ſecundum ductum *cultri anatomici Lyſeri*, *Adminiſtrationum Anatomicarum C. Bartholini jun.* ut & *Anonymi methodi ſecundi cadavera* humana allegato modo *Amphitheatro Zootomico* ſubjectæ in compagem oſſium, ſtructuram viſcerum & vaſorum ramificationes indefeſſo ſtudio rimetur, ac ad *Stenonis* imitationem nullum ſibi vaſculum prius è manibus elabi permittat, quàm ad ultimam ramuſculorum extremitatem pervenerit. Quod ſi verò ob teneram pellicularum texturam voti ſui compos fieri non poſſit, *Anatomen infuſoriam* in ſubſidium vocet, & injectionibus ceræ rubræ arteriarũ, viridis venarum, ⸗rii verò lymphaticorum vaſorum ramulos ope ſiphonis Græfiani repleat. Sic jucundiſſimo ſpectaculo, in *Theſauris Anatomicis Ruyſchianis*, à Cæſare Moſchorum inſigni pretio coemtis, obſervando, integra vaſorum ſyſtemata in apricum deducere valebit. Tandem per *Anatomiam Practicam*, à *Thomâ Bartholino* tantopere laudatam, à *Boneto* vero in *Sepulchreto* feliciter tentatam in abſtruſiſſimos morborum fontes & receſſus penetrare poterit.

His tempore brumali expeditis diebus æſtivis *Regnum* naturæ *vegetabile* ingrediatur ſumtoque Rhizotomo per crebras excurſiones botanicas (quas herbationes vocant) plantarum, herbarum ſcilicet, fruticum & arborum notitiam ſibi conciliet, non omiſſâ muſcorum & fungorum hiſtoriâ, quam poſteriorem è *Steerbeckii Theatro fungorum* nitidiſſimo haud difficulter poterit addiſcere.

Hîc autem nova difficultas, novus, inquam, Labyrinthus ſe offert, dum quilibet è Botanicis celebrioribus peculiarem ſibi methodum effingit, quâ certis characteriſmis varias vegetabilium Claſſis conſtituunt. Aliam nempe laudant *Moriſonus* & *Hermanus*, aliam Joh. *Rajus*, aliam *Turnefortius*, aliam *Rivinus*, aliam *Juſtinius* & *Valentius* Pariſienſes, *Gnautius* aliam, quos omnes ut ſuo abundare ſenſu permittimus, nec imprudenter aut inſulsè increpamus, cum ut per diverſas vias ad eundem locũ pertingere, ſic ex ſingulis illis compendiis ad intimiorem plantarum notitiam penetrare poſſimus: ſic faciliorem ex illis Tyronibus Medicorum, ſc. Turnefortianam commendo, quam vel ex *inſtitutionibus rei herbariæ*, aliquoties publicatis, vel è *Turnefortio* noſtro *Contracto*: Vires autem è *Viridario Reformato* Dn. Parentis ſibi perſpectas reddere valebit.

Sufficiet etiam illis, qui extra Academiam poſthac victuri, ſolaque Praxi victitaturi ſunt, ſi herbas officinales tantum & uſu receptas noverint. Nec *Anatome Plantarum Malpighiana* illis neceſſaria eſt, quæ in Phyſicis magis ad explicandam vegetationem plantarum per ſucci nutritii circulationem, ab *Abbate Vallemontio* in *Memorabilibus Artis & Naturæ* primum obſervatam, quam ad uſum illarum Medicum quid contribuit. Sin verò ex profeſſo, quod dicitur, ſtudium hoc Botanicum excolere voluerint, Plantas, Exoticas ex hortis Medicis inſtructioribus, ſcriptoribus & Tabulis æneis rarioribus petant; ſcilicet

GAL-

GALLICAS, ITALICAS & HISPANICAS è *Barrielierio.*
SICULAS è *Boccone.*
GRÆCAS è *Turnefortio.*
ANGLICAS è *Moriſono.*
SCOTICAS è *Sibbaldo*
DANICAS è *Simone Paulli*
SUECICAS & LAPPONICAS è *Rudbeckio.*
AMERICANAS èx *Hernandez ex Plumerio.*
JAPONICAS è *Kaempfero*
JAVANICOMALABARICAS è *Rhedio.*
ZEILONICAS ex *Hermanno.*

Quodſi tandem tam beato ipſi eſſe licuerit, ut in variis itineribus ad Exteros ſuſcipiendis plantas in ſolo natali colligere *herbariumque vivum*, ut loquuntur, ſibi conficere valeat, hanc illi curioſitatem jungere, & erucas aliaque *inſecta* herbis & fruticibus ſibi appropriatis inſidentia & per admirandam ferè metamorphoſin in papiliones, ſcarabæos & muſcas abeuntia, ad imitationem *Goedarti Græfiæque*, Meriani filiæ obſervare, & vel ipſis plantis agglutinare vel ſeorſim aſſervare poterit.

Non minus ſub itineribus his & excurſionibus Botanicis è *regno naturæ minerali lapides* varii, tam vulgares, quam *figurati* ſe trudent, è quibus poſteriores à Conchis marinis per diluvium univerſale hinc inde per ſtrata ſubterranea diſperſis oriri, non ſine ratione *Woodwardus* Anglus primùm, mox & *Scheuchzerus*, *Büttnerus*, *Liebknechtius* noſter & alii in ſcriptis ſuis curioſis & noſtro tempore famoſiſſimis defenderunt: *Carlius* autem per analyſin Chymicam ipſis oculis expoſuit: quorum uſum Medicum inde derivavit *Camerarius* Tubingenſis in ſpeciali diſſertatione. Ipſarum tandem *Concharum hiſtoriam* è *Buonanni Recreatione mentis & oculi*, ut & *Rumphii Muſeo Ambonico* ſibi perſpectam reddere valebit. Quum verò talia plus elegantiæ, quàm utilitatis alant, reliqua autem mineralia & metalla in officinis Pharmaceuticis occurrant, non eſt, ut cryptas metallurgicas eorumque labyrinthos ſubterraneos ſubeundo vitam aut ſanitatem periculo damnoque non facile reparabili exponamus, niſi quis rem metallicam cum *Agricola*, *Bechero*, *Erckero* & aliis ex profeſſo deſcribere vel excolere voluerit.

Præparatus & inſtructus his Philiater tutò Medicorum inſtitutionibus ſe committit, ut ſecundum tritiſſimum diverbium Medicus incipiat, ubi Phyſicus deſierat: & dum in parte PHYSIOLOGICA de uſu partium & œconomia animali, ad ſanitatem hominis neceſſariâ eſt ſollicitus, cane pejus & angue fugiat ſubleſtas Græcorum Arabumque facultates attractrices, retentrices, expultrices, concoctrices, formatrices: Sed eosdem ſequatur, qui cum *Borello*, *Colio*, *Keilio*, *Boërhavio*, & *Pitcarnio* omnia per motus modosque ſenſibiles & qſ. manibus palpandos explicant, cavendo tamen, ne mechaniſmus hic in Labyrinthum exeat, unde ſe poſtmodum extricare nequeat; prout nuper admodum *Hecqueto* accidit, qui, cùm digeſtionem in ventriculo per ſolam (*δ*) triturationem fieri ſomniabat, à coætaneo ſuo *Aſtruccio* non tantùm, ſed & *Kæmpffero* juniore, obſtetricante *Dn. Wedelio* juniore tam ſolidè confectus & trituratus eſt, ut horrei ſui fores & exitum reperire non potuerit. Cumprimis autem maximus experimentorum uſus eſt in ſenſibus externis explicandis, ſicut viſum per oculum artificialem explanavit *Zahnius*, auditum per conchas acuſticas *Kircherus*, *Newton* & *Valſalva*. Guſtum *Fracaſſatus* & *Boyle*: Tactum *Malphigius*. In ſenſibus internis explicandis optime *Montaignius* in Tentaminibus ſuis, quo libro vix melior datur ad curandos morbos animi. Dum verò *Cüſingius* eosdem in Tabulis æneis, in novellis publicis tantopere jactatis, oculis qſ. captandos promiſit, magno jactator hiatu corvos deluſit hiantes.

In PATHOLOGIA Noſologiam ex ipſo *Hippocrate*, tanquam fonte eruat, ita tamen ut in ætiologia morborum non tantùm ad humorum & ſpirituum ſtatum & motus eccentricos, ſed & vaſorum diametrum, partium fibroſarum elaterem, & quem vocant, motum tonicum cum *Baglivio*, *Stahlio* hujusque interprete genuino Dn. *Nentero* Argentinenſe reſpiciat, qui poſterior cum *Junckero* (Medico ob illuſtrem thori ſociam famoſo) fili Ariadnæi loco ſervit, cujus adminiculo è labyrintho diſputationum Stahlianarum ſe extricare poterit.

In SEMIOLOGIA ſigna prognoſtica laudatus antea *Hippocrates* & *Proſper Alpinus*: Diagnoſtica *Fienus*: Doctrinam de Pulſibus *Galenus* & *Schellhammerus*, de urina verò *Williſius* & *Bellinus* præ aliis exhauſerunt.

In HYGIEINII pondere, numero & menſura in ſtatera ſua determinare ſuſtinet *Sanctorius*, quantum indies è corporibus hominum exhalet & quantum nutrimenti ad conſervandam vitam & ſanitatem requiratur. Aſt non omnes capiunt verbum hoc. Sufficiat Philiatro, ſi ra-

Novell. Val.

(Zzz)

(*δ*) Motum quendam compreſſivum & attritionem ventriculi ad digeſtionem primam concurrere *Bohnius*, *Major*, *Bergerus*, *Langius*, *Vieuſſents* & alii rectè ſtatuunt: Eundem autem ſolum, excluſo menſtruo Stomachico, ſufficere, nec illi, nec alii emunctioris naris Phyſiologi unquam admittent. Ventriculus enim humanus non eſt ventriculus avium; nec caro craſſa ac tritui tam forti ſufficiens: abſit tamen ut excludamus trituram, verba ſunt *Eliæ Camerarii*, Archiatri & Prof. Tubingenſis Celeberrimi in *Syſtem. Cautelarum Medicarum pag.* 106. Complicatum ſc. eſt negotium chylificationis: Coctio eſt: ſolutio & extractio eſt, tritura blanda eſt. *Idem ibidem.*

ſi rationem habeat ætatis, ſexûs & vitæ ſtatûs: legendo hîc *Gregorium Horſtium* (Abavum meum maternum, de conſervandâ ſanitate Studioſorum; illic *Theodorum Majerum* de Regimine Gravidorum; illîc *Harriſium* de diæta infantium; jungendo omnibus *Verulamium* de prolongatione vitæ.

THERAPEUTICEN in ſpecie nobis reliquêre *Walæus* & *Hoffmañus*: quibus tamen palmam ferè dubiam reddit *Bernhardus Svalwe* in methodo medendi: modò ab hypotheſi ejus de alcali & acido abſtineamus. Licet enim ſalium doctrina egregium in pathologia & ipſa medendi methodo habeat uſum, non tamen ſola negotium hoc exhaurit. Reliqui Autores, qui ante circulationem ſanguinis inventam de medendi methodo ſcripſerunt, *Galenus* v. g. *Cardanus*, *Mercatus*, *Montanus*, *Rondeletius*, temporibus ſuis & aſſeclis relinquantur &c.

Media ad τὸ τεχνηθῆναι neceſſaria ſuppeditant tres ultimæ inſtitutionum Medicarum partes, DIÆTETICA, PHARMACEUTICA & CHIRURGICA.

Prima alimentorum facultates potiſſimum conſiderat, de quibus exiguum, ſed accuratum & ſufficientem libellum conſcripſit *Piſanellus*: prolixius autem egit *Melchior Sebizius*. Argentinenſium quondam Machaon feliciſſimus, cui hac in parte eò major fides eſt habenda, quod ætatem ſuam ad annum centeſimum evexerit: Facit huc Triga ſcriptorum Diæteticorum ab *Henningo* collecta. In actu, quod dicunt, exercito & applicatione ipſa, heic legi meretur *Hippocratis liber de ratione victûs* in acutis, & *Arnoldus de Villa nova* de præparando cibo & potu ægrorum.

Secunda ſc. PHARMACEUTICA medicamentorum vires & præparationes docet, è quibus priores apud ſcriptores materiæ Medicæ *Daleum* cumprimis & *Hermannum*: poſteriores autem in *Diſpenſatorio Auguſtano*, *Mynſichtio* & *Schrœder*: Utroque optimè apud *Danielem Ludovici* in Pharmacia moderno ſeculo applicanda & Epitomatorem ejus *D. Nebelium*, Profeſſorem Heidelbergenſem occurrunt; quibus ſcriptores Chymici elegantiores, & cumprimis illi jungantur, qui non ſolos nudosque proceſſus, ſed illorum quoque ætiologiam tradunt, quales præter *Boylerum*, *Barnerum* & *Williſium* ſunt *Ettmüllerus*, *Langius*, *Hoffmannus*, *Stahlius* & *Turnefortius* in Laboratorio Pariſienſi à me edito. Methodum & proportionem in præſcribendis formulis, quas recepta vocant, obſervandam *Wedelius* in Tabulis exhibuit.

Ultima eaque certiſſima non minus quàm antiquiſſima Medicinæ Pars erat CHIRURGIA, quæ non tantùm operationes manuales, ſed & inſtrumenta ad easdem neceſſaria ſuppeditat, quorum priores præter *Hippocratem*, *Hildanum* & *Aquapendentem* è Modernis *Cornelius van Solingen*, *Nuckius* & optimè *Heiſterus*: Poſteriora verò ex profeſſo *Scultetus* in Armamentario Chirurgico & *Clüſing* natione Ruſſus in retinaculo Anatomico depingunt.

Superato ſic Labyrintho variarum Inſtitutionum ad ipſam PRAXIN jam animum applicare licet. Cùm verò & hîc practica ſit multiplex, hinc & de Hodego, hoc eſt, filo quoque cogitandum erit, ne Charybdin in theoria vitaturus Philiater, in periculoſam Praxeos ſcyllam incidat. Non enim circa lignum & lapides hîc verſamur, ſed de corio, imò de vita & ſanguine humano luditur. E libris practicis ergò ſibi commendatos habeat illos, quorum Antores notoriè praxin feliciter exercuerunt, quibus *Michael Ettüllerus* cum Præceptore ſuo *D. Johanne Michaelis* jure meritoque accenſetur: quorum prior in ætiologia morborum, poſterior in præſcribendis formulis eſt prolixior. Si quis his *Waldſchmidii* opera practica, & ob cautelas *Wedelii* Praxin Clinicam adjecerit, oleum & operam minus perdet. *Baglivius*, Italus, nullum quidem ordinem in ſcribendo ſervat, ſed in obſervando & curando ſolidam experientiam oſtendit, adeoque laudem & lectionem meretur.

Inter illos, qui hunc vel illum morbum in ſpecie & attentè curandum ac tractandum ſuſceperunt indeque præ aliis commendari merentur

Doctrinam febrium in genere tradunt *Helmontius* & *Sylvius*, quorum prior in ætiologia, poſterior in cura excellit.
Febres intermittentes & inflammatorias *Mortonus* & *van der Heide*.
acutas *Sydenham*.
puerperarum *Willius*.
puerorum *Haniſius*.
Affectus capitis catarrhales *Piſo* & *Schneiderus* convulſivos *Williſius*.
Apoplexiam *Franciſcus Bagle* & *Wepferus*.
Pectoris affectus *Hippocrates*
Phthiſin & Tabem *Bennetus* ipſe phthiſicus.
Malum Hypochondriacum *Stahlius*.
Scorbutum *Drabizius*.
Gonorrhoeam & Luem ♀ *Sydenhamius*.
Morbos Virginum, Gravidarum, Puerperarum *Meauriceau*, infantium *Ettmüllerus* & *Hanniſius*.
Variolas & morbillos *Sydenham*.
Rhachitidem *Giſſenius* & *Majovius*.
Podagram *Sydenham* ipſe podagricus.
Venena *Wepferus*.

Hiſce conſultis ac in ſuccum & ſanguinem converſis panopliam habebit Philiater quâ cordatè Morbonæ obviam ire & ad ægri lectum egregiè quid præſtare poterit. Hoc ut majori confidentia tum Medici tum ægri fiat, evolvat ſimul Caſuiſtas & obſervationum Scriptores, ex Antiquioribus *Foreſtum*, è Modernis *Borellum*

rellum & *Pechlinum.* Conſulat & viventes virentesque noſtri ſæculi Machaones, ***Brunneros à Brun, Hertios, Stahlios, Hoffmannos, Huthios, Geilfuſios*** &c. quos, ſi tam felici ipſi eſſe licuerit, ad ægri lectum ſubinde comitetur, vel conſilia illorum, Magnatibus & ditioribus impertita, conquirat & imitetur.

Abhinc & præcepta illa obſervet, quæ Medicorum Politicorum & officiorum Scriptores, ***Bohnius, à Caſtro, Ingraſſius, Wedelius*** & ***Machiavellus Medicus*** Practicis novellis inculcant, è quibus ultimus cum grano ſalis, & non ſine animadverſionibus à Parente nuper additis legendus eſt.

In Labyrintho contraindicationum ſemper reſpiciendum eſt ad id, quod magis urget: ad vires item & periculum; è quo ut te extrices, conſule Intricatum extricatum Medicum ***Gerbezii*** & ***Sanctacrucium*** de impedimentis magnorum auxiliorum.

Quodſi tandem ad officium publicum ſive urbicum aut provinciale, quod Phyſicatum vocant, ſive Academicum admotus in Caſuum Medico-Legalium Labyrinthum à *D. Eliâ Camerario in Syſtem. Cautelarum Medicarum* p. 575. cum filo ſuo annotatum incidat, pro filo Ariadnæo illi ſervient, quæ in theſi habent ***Ammannus, Bohnius, Welſchius, Zacchias,*** in hypotheſi autem & exemplis idem ***Ammannus*** & ***Zittmanus***, ut & ***Pandectæ*** & ***Novellæ Medico-Legales Valentinianæ***, quæ propediem συλλήβδην in *Corpore Juris Medico-Legali* comparebunt.

Cæterum ut Simſon Dei robore & virtute plenus funes & vincula quævis adamantina confeſtim, dilacerabat, ſic omnia hæc Ariadnæ fila haud difficulter diſcerpere aut diſcindere valebit Lacheſis, ni pro ſummo Tibi Duce Ejus benedictionem calidis ſuſpiriis ſolicites, qui de terra creavit medicinam, & ſine cujus Numine nihil eſt in homine. Equidem,

Ni DEUS adfuerit, viresque infuderit herbis,
Nil fere dictamnus, nil panacæa juvat.

Quemadmodum igitur in timore DEI omnis ſapientiæ initium eſt quærendum, ſic absque illo fila hactenus laudata in ineras tricarum & difficultatum caſſes, quovis Labyrintho pejores abibunt. Hunc ergo pro duce ſibi eligat, omnis anima. Is regat, ducat & conſervet omnes, quotquot ejus bonitate ſpiritum halitumque ducunt.

Regat, ducat & conſervet Is Nutritium Academiæ hujus Benigniſſimum, Sereniſſimum Principem ac Dominum Dom. ERNESTUM LUDOVICUM, Haſſiæ Langravium (reliqua) Patriæ Patrem longè Clementiſſimum, cujus Serenitati pro collatione muneris Profeſſorii extraordinarii Gratioſiſſima humi proſtrata reverentia gratias perſolvo humilimas. Regat, ducat & conſervet Sereniſſimum Principem Hæreditarium una cum Conjuge & Sobole Principali, Patriæ Solatio! Regat, ducat & conſervet Conſiliarios Status Intimos, Haſſiæ Lumina & Columina. Regat, ducat & conſervet Patres Academiæ Conſcriptos, Magnificos & Excellentiſſimos, quorum Patrocinio perennanti mecommendo ſubniſſe. Regat tandem, ducat & conſervet Cives Academiæ Generoſos & Politiſſimos, quibus ſtudia & officia mea offero conſecroque paratiſſima. En dextra fidesque!

ALMAE LUDOVICIANAE

RECTOR

JOHANNES HENRICUS MAJUS,

ANTIQUITATUM, LITERATURAE GRAECAE LINGUARUMQUE ORIENTALIUM PROFESSOR ORDINARIUS,

ORATIONEM INAUGURALEM

à Viro Ampliſſimo & Experientiſſimo,

CHRISTOPH. BERNH. VALENTINI,

MEDICINÆ DOCTORE EJUSQUE EXTRA ORDINEM PROFESSORE, HABENDAM INDICIT,

SIMULQUE AD EAM AUDIENDAM

Omnes Ordinum omnium Proceres & Cives Academicos officioſe & amanter invitat.

EA eſt humanarum diſciplinarum conditio, id fatum, is conſtantiſſimus ordo, ut in lucem primum exeant, crepundiis ludant, tum puераſcant, mox adoleſcentiam, deinde virilem attingant ætatem, ſeneſcant denique, immo repueraſcant, moriantur, reſurgant. Nulla omnium artium, quas humani ingenii excogitauit divinitas, luculentius hoc docet, quam ea quæ in vitam mortalium & valetudinem inquirit, & ſuo ex arbitrio fatalem noſtram pendere neceſſitatem pronunciat. *Natales* ea ſuos debet non paradiſo, nec Adamo, quem ſicuti aliarum artium, ita & Medicinæ parentem falſo exiſtimant plerique, ſed Ægyptiis, qui præter Oſirim & Otum & Hermetem Triſmegiſtum, nominant quendam Athoſthin Menis filium, dynaſtiæ

primæ ſecundum regem, multorum quondam voluminum medicorum, atque adeo Anato micorum quoque, ſcriptorem illuſtriſſimum, fide Euſebii in Chronico. Verum ea medendi ars, ut tunc erant tempora, ſatis fuit rudis, imperfecta, atque præſtigiis & nefandis aliis remediis inquinata. Græcorum Philoſophi hanc ſcientiam, *infantilem* adhuc & *in cunis vagientem*, ulnis exceperunt, ipſique imperatores, heroës & Deorum poſteri, Aeliano teſte, eam exercuerunt, Chirurgica tantum & vulneribus curandis conſtantem: morbos quippe ad iram Deorum immortalium referebant, & ab iis opem poſcebant. Neque enim duo Aeſculapii filii, Podalirius & Machaon, ſociis in bello Trojano vel in peſtilentia, vel variis morborum generibus aliquid adferre poterant auxilii, ſed vulneribus unice ferro & medicamentis ſuccurrebant. *Creuit* medicina, & lacertos mouere fortius cœpit in tergemina ſchola, Sicula, Cnidia & Coa, ex quarum poſtrema Hippocratis prodiit, qui ad artis ſcientiam, eruditionem quoque incredibilem, & inſignem dicendi nervoſamque vim adhibuit; qui doctrinam iſtam intra Aeſculapii familiam, unde is originem duxerat, diutiſſime ſacrarii inſtar adſeruatam, litteris publicis cum eruditorum orbe communem fecit; qui rationem doctrinæ, præcepta & potiora capita ſolidius expoſuit; qui diſciplinam, ſparſim adhuc & absque certis regulis propoſitam, in eum digeſſit ordinem, quem hodieque miramur. Poſt cujus è vita exceſſum duo ejus filii, Theſſalus & Draco, itemque Philoſophi, Ariſtoteles, Theophraſtus Ereſius, Strato Lampſacenus, Glaucus, Eraſiſtratus & Herophilus, Anatomicæ peritia laudatiſſimus, & qui tacendus minime eſt Aſclepiades, Methodicæ auctor ſectæ, hanc diſciplinam excoluerunt. Romani ſero quidem receperunt medicos, & tam humili habuerunt loco divinam artem, ut indignam gravitate ſua, & ſervis potius, iisque Græcis, quam ingenuis convenientem exiſtimauerint; verum ſemel admiſſos medendi magiſtros amarunt impenſe eorumque ſtudia ſibi quaſi propria reddiderunt. Quid enim Cornelio Celſo, Medicorum Cicerone, & Latinorum Hippocrate, elegantius? quid ad artem hauriendam operibus ejus aptius? quid magis perfectum, elaboratum, virile? Non hic longo memorabo numero Græcos Latinoſque primi poſt natum Saluatorem ſæculi medicos, Dioſcoridem puta, Antonium Muſam, Philonidem Siculum, Scribonium Largum, Andromachum, Plinium, Ruffum Epheſium, Critonem, reliquos. Secundum ſæculum Galeni eloquentiſſimum os, divinum ingenium, & indefeſſa induſtria ſic illuſtravit, ut hic ſolus præ aliis emineat, tantumque roboris *virilis* addiderit arti, ut ejus labore inconcuſſa adhuc ſubſiſtat. Nam *quod medicina eſt exculta, quodque Hippocrates legitur ac intelligitur, quod eum ex illo fructum capimus, quem ſentimus, hoc beneficium Galeni totum eſt*, ait Geſnerus. Tertio ſeculo Poſidonius & Q. Serenus Sammonicus: quarto, Marcellus, Oribaſius, Zeno Cyprius; quinto, Paullus Aegineta & Aetius; ſexto Alexander Trallianus, Paulus & Palladius Alexandrini, pro temporum iſtorum cruditate, artem docuerunt medicam, quæ tunc inclinavit & *conſenuit*. Horret animus ad memoriam ſæculorum ſeptimi, octavi, noni, decimi, undecimi atque tertii ſupra decimum, quibus ſcientia, quæ à Diis originem accepiſſe creditur, eo quod excellentiora & præſtantiora præcipiat, quam quæ humani ingenii induſtria excogitare poſſit, *repueraſcere* cœpit, & *animam* mox *efflare*, pollutam Arabum & Judæorum ineptis compoſitionibus, ac commentatorum næniis. Minime enim ſalutarem artem cum poſteritatis fructu profeſſi ſunt, ſed deturparunt Gabriel Surianus, Meſue, Aben Amram, Raſes, Haly Aegyptius, & alius Haly abbas, item Avicenna, Averroes, Maimonides, Jac. Alkindus, atque ex Græcis Michael Pſellus cum Simeone Sethi filio. Poſt quæ obſcuritatis tempora, & longiſſimæ noctis ſpatium, turpemque barbariem, paullatim *reſurrexit* intermortua & ſepulta medicina, egregiam navantibus operam Arnoldo Villanovano, Gilberto, Anglico, Matth. Syluatico, Raymundo Lullio, Iacobo Forolivienſe, Io. Panormitano, Hugone Senenſe, Mich. Sauanerola, Antonio Guanierio, Nicol. Leoniceno, & aliis; uſque dum ante hæc duo ſæcula novum induit formoſioremque habitum, nitorem & cultum certatim conciliantibus, & ex Labyrintho, in quo ſatis diu anxia & gemebunda hærebat, feliciter educentibus celeberrimis per univerſam Europam viris, quorum (nam innumeri ſunt) præcipui, Ianus Cornarius, Leonardus Fuchſius, Jo. Crato, Jac. Theodorus Tabernæmontanus, ille acidularum Sualbacenſium primus inuentor, Conr. Geſnerus, Hieron. Mercurialis, Andr. Veſalius, Paracelſus, Petr. Matthiolus, Levinus Lemnius, Fernelius, Heurnius, Jac. Sylvius, Fallopius, Hollerius & reliqui, quos recenſere longa eſſet mora. Horum inventa novis auxerunt obſervationibus & experimentis, qui proximo abhinc ſæculo immortalem nominis gloriam ſanandi arte adepti ſunt, Jo. Sylvius, Verulamius, Williſius, Helmontii, Boyleus, Bartholini, Malpighius, Sennertus, Tachenius Veslingius, Tulpius, Ettmullerus, Rolfincius, Borellus, Waldſchmidius, Velſchius, Schrœckius, Horſtii, Hoffmanni, aliique; ne illos tangam, qui hujus vitæ luce adhuc gaudentes, doctrinam cum Praxi jungunt, illudque Ariſtotelis monitum ſollicite obſervant ὀὐ' ἰατροὶ ἐκ τῶν συγγραμμάτων γίγνονται. Atque his potiſ-

potiſſimum debemus, quod remedia non ex ſomniis capiantur amplius, more antiquorum ab Euſebio, Tertulliano, Xenophonte, Libanio, Cicerone, Ariſtide, Plutarcho, paſſim memorato; quod cum ratione contemni amplius ars medica, & qui medicinam faciunt, circulatores, radicum inciſores, & circumforanei nequeant adpellari; quod pars artis maxima opinabilis & conjecturalis eſſe deſierit; quod denique nec illud vulgatum, *in cathedra ſanantur omnes, in praxi intereunt plurimi*, ſive, ut Empiricorum ore & verbis Celſi exprimam, morbi non remediis, ſed eloquentia & verbis curantur, nec etiam illud Græcorum philoſophorum principis, quod ipſe quidem de mundo, multi vero de medicina dixerunt, locum inueniat, πάντα ἀβέβαια, inſtabilia eſſe omnia, incerta, dubia, lubrica, atque inextricabilem in Labyrinthum, vel fati imperio, vel hominum torpore, conjecta. Ætas noſtra artis Medicæ regulas excogitavit nihil habentes dubitationis, exploratas, certas & quas ad Mathematicorum accuratiſſima principia Theodorus Balthaſar, Medicinæ Doctor, peculiari libro, duobus abhinc annis Lipſiæ edito, reducere conatus eſt. Hæc eſt noſtri ſæculi felicitas, ut ſoli formentur & æſtimentur Naturæ Apolliniſque ſacerdotes, qui docta levant arte feſſos, quorum vigilantia & induſtria ex ægritudine decumbentes, tanquam ex captivitate & tenebris, in lucem ac libertatem reducit, eoque non minus merentur laudis, quam duces in acie ſtantes armisque decertantes; uno verbo, admirabiles nunc ſunt celſi, magnanimi, ſagaciſſimi, feliciſſimi, quorum ars creberrime repetitis experimentis veluti adamantinis nititur radicibus. Qua verò ratione & ordine, quibus conſiliis & machinis, quo ſtudio & arte ad hoc ſublime faſtigium ſit perveniendum, qua cura & ſollicitudine Syrtis, Mæandrus, Euripus & Labyrinthus ſint evitandi, id omne vir Ampliſſimus & Experientiſſimus, *Chriſtophorus Bernhardus Valentini*, Medicinæ Doctor clariſſimus, oratione ſolenni, *de Labyrintho Medicinæ feliciter ſuperando*, exponet, qua ſimul munus docendi in hac Ludoviciana Medicinam extra ordinem, à Sereniſſimo Principe & Nutritio noſtro clementiſſime collatum, adgredietur. Ad cujus auſcultationem ut Proceres Academicos operoſe invitem, cauſſam video nullam; invitat enim illos Oratoris Parens excellentiſſimus, ejusque in Academiam noſtram per quadraginta propemodum annos merita, invitat præclara filii, paterna veſtigia magno paſſu prementis, exſpectatio. Vos vero, Cives Academici, memores officii, quod Patri debetis, & fauoris, quo filium proſecuti adhuc fuiſtis, frequentes die Martis hora X. concurrite, & linguis auribusque favete. PP. in Academia Ludoviciana ſub ſigillo majore, Dominica quinta poſt Trinit. anno recuperatæ gratiæ MDCCXXI.

(L.S.)

VIRO

EXCELLENTISSIMO ATQUE EXPERIENTISSIMO,

CHRISTOPH. BERNHARDO VALENTINI,

MEDICINÆ DOCTORI CELEBERRIMO, ET SOCIETATIS NATURÆ CURIOSORUM COLLEGÆ DIGNISSIMO, DICTO THESSALO SECUNDO, DELATUM CLEMENTISSIMIS AUSPICIIS SERENISSIMI LANDGRAVII HASSO-DARMSTADINI MUNUS PROFESSORIS MEDICINÆ EXTRAORDINARII IN ILLUSTRI ACADEMIA GISSENSI A. R. S. CIƆIƆCC XXI. FELICITER ADGRESSO,

EX ANIMO GRATULATUR

INCLYTI IPSIUS NOMINIS

CULTOR OBSERVANTISSIMUS

JO. HENR. STVSS, PÆDAG. ILFELD. CONR.

***

AD ILLUSTREM ACADEMIAM GISSENAM.

ERGO, GISSA, TUO TE nunc iactabis ALVMNO,
Inter DOCTORES dum micat ILLE TUOS:
ILLUSTRI CUIUS dudum celebrata PARENTE,
Arte Machaonia tollis ad aſtra caput.
Ergo VALENTINI clarum & venerabile NOMEN
Amplexu gaudes detinuiſſe nouo.
HUNC ego, quidni animo talis ſententia ſurgat?
Doctorum genitrix HUNC ego fauſta tuli.
HUNC alui, & cultas docui feliciter artes,
Tam docto docilis nam PATRE natus erat.
Huic triplicis pandi phyſeos miracula regni,
Et Coi explicui dogmata ſacra ſenis.
HUNC ego præclaro MEDICI DOCTORIS honore
Ornaui, & merito pulcra brabea dedi.
Hic jam dulce meum cœpit decus eſſe, paternas
Exercens artes, egregieque docens.
Sæpius HUNC ſtudioſa artis mirata iuuentus
Tot mille herbarum nomina, vimque loqui.
Sæpe eadem cupidis oculis, atque auribus hauſit,
Dilecti pendens plurima ab ore VIRI:
Quando naturæ exhibuit ſpectacula mira,
Et cauſſas horum retulit, atque modos.
Ergo MEO lætata MEUM mihi vindico jure
Adſtringens vinclo ſic propiore VIRUM.
Omine felici, magno conjuncta PARENTI
PROGENIES GEMINUM ſic mihi SIDUS erit.
Hæc, GISSA, ALMA PARENS, credo TIBI pectore fixa
Augurium ex voto ſuppeditare TUO.
Idque ratum faxit celſi moderator olympi,
Atque TIBI ſeruet SIDUS UTRUMQUE diu!

AMBO

AMBO VALENTINI, docti orbis LUMINA, viuant,
NOMEN & illuſtrent, INCLYTA GISSA, TUUM!
Floreſcat GNATUS cumulatus laude paterna,
In GNATO felix viuat & IPSE PATER!

***

AD VIRUM ILLUSTREM ATQUE EXCELLENTISSIMUM

MICHAELEM BERNHARDUM VALENTINI,

ARCHIATRUM HASSO-DARMSTADINUM, MEDICINÆ D. ET PROFESSOREM IN ACADEMIA GISSENSI PRIMARIUM, IMMORTALITER MERITUM.

ΧΑΙΡΕ, ΑΝΕΡ ΦΕΡΤΙΣΤΕ, ΦΑΟΣ ΚΑΙ ΚΥΔΟΣ ΙΑΤΡΩΝ
Πανταχοῦ ἐκλάμψας ἠελίοιο δίκην.
Ω πόσον ΥΙΟΣ ἀειζηλός ΣΟΙ χάρμα χορηγεῖ.
Κλειτῇ ὁμοῦ σίλβων ἔξοχος ἐν καθέδρῃ.
Παιδομαθὴς μακρᾶς ἐντάλματα μυρία τέχνης,
Πεῖράν τ' οὐ σφαλερὴν, καὶ κρίσιν οὗτος ἔχει.
Καὶ σπουδῇ ΧΑΡΙΕΙΣ λαοσσόῳ ἐν μερόπεσσι,
Καὶ νούσων δαμάτωρ ἔσσεται ἀργαλέων·
Ουνόματος, τέχνης τ', ἀρετῆς τε ΤΟΚΗΟΣ ἀεὶ σοῦ
Κληρονόμος, δόξης τ' ἀιδίου τε κλεούς.
Ιπποκράτης παίδεσσιν ἰητρῶν ὅσ' ἐπιτέλλει.
Ορκῳ, γενναίως ἐνθάδ' ἄρ' ἐστιν ἰδεῖν,
Πίστις, ἀκηρασίη τε, σαοφροσύνη τε φαείνει.
Ηδ' εὐσχημοσύνη, ξὺν πολυιστορίῃ.
Τειπλῆ, ὦ ΘΑΥΜΑΣΤΕ, δύνα θανάτοιο κρατῆσαι
Τοῖς λίαν ἀχθομένοις φάρμακ' ἄριστα διδὼν·
Εν τε τεῶν πλήθει βίβλων παρά τ' ἐσσομένοισιν,
Εικέλῳ ἔν θ' ΥΙΩ πάντοτε ζησόμενος.
Δὴν δέ τ' ἔτι ζώοις παρεὼν, καὶ κύδει γαίων
Σῆς πολυιδρείης, εὐγενέος τε γόνου.

***

AD CELEBERRIMUM DN. DOCTOREM ET PROFESSOREM,

CHRISTOPHORUM BERNHARDUM VALENTINI.

HABES, colende perpetim mihi FAUTOR, qui me fauoris maximi, & voluntatis in me immerentem ſingulariter pronæ multis, & uſus, atque ponderis magni TIBI obligaſti teſſeris perhumanus, NORTHUSA quando amica TE fruebatur; habes amoris hocce pignus exile, gratæque mentis, gratulantis adplauſum, dum dignitate ornatus es PROFESSORIS MEDICINÆ in alma patria TUA, ILLUSTRI GISSA, TUAMque ornare jam ſtudes ſpartam, fide erudita ſtrenue laborando. At TU ſerena, quæſo, fronte digneris hoc intueri, quidquid eſt, & addictum TIBI perenni me fauore complecti. Vale, atque ſalue plurimum, & ſalutari TUA arte, gratia adiuuante diuina, multos per annos multa millia ægrorum valere faxis, optime o VALENTINI.

***

EPIME-

EPIMETRUM
D. ANDREÆ OTTOMARI GOELICKE,

Prof. Med. Ord. Duisburgenſis,

DISPUTATIO MEDICO-FORENSIS
DE
MUTILO MEDICINÆ CORPORE RESARCIENDO, PER CHIRURGIAM & PHARMACIAM POSTLIMINIO REVOCANDAS.

habita Halæ Magd. Anno 1709.

Reſp. Chriſtian Knaut, Hallenſi.

SUMMARIA.

M*Edicorum ipſiusque artis longè feliciorfuit conditio priſcis, quam hiſce noſtris temporibus.* §. *I. Quôſenſu modernorum medicina vocetur* mutila *ipſique medici* grallatoribus *æquiparandi?* §. *II. Eam antiquiſſimis temporibus & in primis veluti incunabulis merè tantùm diæticam fuiſſe & chirurgicam* §. *III. Et morbis internis rariſſimè laboraſſe primos homines, atque adeò therapeuticam internam exiguum habuiſſe uſum oſtenditur.* §. *IV. Hinc conſequitur, medicinam magis chirurgicam fuiſſe, quo nomine apud antiquos claruerunt* Chiron Centaurus *ejusque diſcipuli, uti &* Aeſculapius Græcorum §. *V. Eadem poſteà in arte magnam nominis celebritatem conſequuti ſunt* Machaon *&* Podalirius *ambo Aeſculapii filii, ejusque filiæ*, Hygieia *&* Panacea, Jaſo, Aceſo, Ægle *&* Roma; §. *VI. Ipſe quoque* Hippocrates *ejusque filii*, Theſſalus *cum* Dracone, *item* Galenus *& plures alii ſequiorum medicorum chirurgiam cum ipſa medicina conſtanter combinarunt.* §. *VII. Sed circa* tempora Herophili *&* Eraſiſtrati *fatalem partium ſuarum diviſionem in* diæteticam, pharmaceuticam *&* chirurgicam *paſſa fuit ars medica.* §. *VIII. Quam poſteà promoverunt* propria *medicorum* ſuperbia, inſcitia, incuria, nimiaque animi mollities & effœminatio. §. *IX. Magnam interim jacturam paſſi fuerunt medici ſeparatione chirurgiæ à medicina interna; Id quod patet* (1) *ex* effectuum evidentia *&* certitudine *artis chirurgicæ præ medicina interna* §. *X.* (2) efficacia operandi. §. *XI. Quo medio chirurgia à reliquo medicinæ corpore infeliciter hactenus ſeparata cum eodem denuò unienda? Et an hujus conjunctionis aliqua iterum ſpes effulgeat?* §. *XII. Officium Profeſſorum ac Studioſorum Medicinæ hoc in negotio.* §. *XIII. Quo ſenſu capiendum, quando Hippocrates in juramento calculi veſicæ ſectionem medicis ſolenniter prohibere videtur, & an cedat in opprobrium artis, ſi medici ipſimet chirurgiam exerceant?* §. *XIV. Tranſitus ad pharmaciam, ubi oſtenditur, qualis ejus antiquitus fuerit facies, & qua ratione ſucceſſivis temporibus à reliqua medicina ſeparata & in pharmacopœos translata ſit: ubi ſimul rationes iſtius diviſionis exponuntur.* §. *XV. Diviſio pharmaciæ in* Galenicam *&* Chymicam, *quam ultimam in primis revocarunt* Paracelſus *&* Helmontius, *ubi ſimul, quibus fatis expoſita fuerit pharmacia chymica, explicatur.* §. *XVI Uti artis pharmaceuticæ; ita & pharmacopœorum antiquis temporibus alia fuit ratio, & quare* Pigmentarii, aromatarii, ſeplaſiarii, medicamentarii *&c. fuerint vocati, & quomodo ac illis omnibus differant pharmacopœi noſtri moderni?* §. *XVII. Injuſtam & regulis æquitatis contrariam eſſe eorum actionem, qua medicos ipſos in jus vocare non erubeſcunt, medicamentorum præparationem & diſpenſationem ſolenniter ipſis prohibendo: Dubitatur quoque, an ex Conſtitutionibus ita dictis Siculis cauſæ ſuæ patrocinium petere poſſint pharmacopœi* §. *XVIII. E contrà privatam remediorum diſpenſationem ab omni tempore exercuiſſe Medicos toto orbe celeberrimos.* §. *XIX. Argumenta eorum, qui pharmacopoliorum publicorum authoritatem defendunt, enarrantur ſimulque refutantur.* §. *XX. Aliæ eorundem rationes & reſponſiones ad easdem.* §. *XXI. Concluditur tandem ac demonſtratur, Rempublicam officinis pharmaceuticis talibus, quales hodiè ſunt, citra damnum carere poſſe.* §. *XXII. Incommoda pharmacopoliorum publicorum* §. *XXIII. & XXIV. Errores pharmacopœorum non facilè excuſandi inſidias ſtruunt medicorum famæ & ægrotantium ſanitati ac vitæ.* §. *XXV. Hinc tandem infertur: Nec poſſe medicinam reddi perfectam, nec medicos felices, niſi pharmacia cum reliquo medicinæ corpore, uti olim conjuncta fuit, denuo uniatur & conjungatur: Et quæ ſint media conjunctionem iſtam promovendi?* §. *XXVI. Objectio, an munus medicorum Romæ fuerit ſervile, propterea quod pharmaciam ſimul exercuerint, ejusdemque ſolutio.* §. *XXVII. Concluſio & Parænesis ad Doctores & Studioſos Medicinæ* §. *XXVIII.*

§. I.

MIrum & παράδοξον plerisque videbitur, quod inter unanimes medicorum modernorum plauſus & votivas acclamationes univerſum

verùm illud & vaſtiſſimum medicinæ hodiernæ corpus imperfectionis arguam, mancum idem ac mutilum deprædicem, ejusque defectus per Chirurgiam & pharmaciam poſtlimínio revocandas ſalutariter reſarciendos eſſe ſtatuam. Plerique enim in laudes hujus artis immoderatius effunduntur, nec proinde felicitatem eorum, in quibus vivunt, temporum ſatis extollere ſciunt, adeò ut nonnulli in ea hypotheſεων inventorumque novorum ubertate ambigere haud vereantur, poſſit ne à poſteris, utut ingenioſiſſimis & laborioſiſſimis vel quicquam novi adhuc ſuperaddi. Ut verò jam taceam plurima illorum, quæ nuperrimè demum aut nudius tertius detecta eſſe creduntur, natales ſuos venerandæ antiquitati ſine controverſia debere, atque ab hujus facibus omnem ſuum, quo coruſcant, ſplendorem mutuari, ſicuti in ſingulari quodam ſcripto clarius ſimulque fuſius id probatum ivit (a) *Theodorus Janſonius ab Almelooven*: Vehementer tamen ſubit mirari, plerosque miſerandam, in qua plurimi noſtrorum temporum Medici unà cum arte ſua conſtituti ſunt, conditionem non advertere, multo minus præ cœco, quo fœtus ſuos cerebrinos proſequuntur, amore, de remediis tempeſtivè eidem occurrendi cogitare. Quod apparebit luculentius, ſi *priſcos* illos cum hiſce *recentioribus* paulisper conferamus: *Illi* enim magna non ſolum authoritate pollebant, ſed & apud magnates æquè ac plebem in ſumma erant exiſtimatione, unde & titulum *Gratioſorum* acquiſivere: *Horum* plurimi verò in ſordidiſſimo vivunt (b) contemtu. *Illis* ampliſſima concedebantur privilegia & immunitates: *His* verò viliſſima quæque hodie imponuntur. Olim Pharmacopœi & Chirurgi Medicorum erant miniſtri, hodiè Domini: Olim Medici immenſas acquirebant (c) divitias; hodiè cum perpetua conflictantur paupertate, & eviluit verſiculus; *Dat Galenus opes &c.* Olim Medici jura exercebant in pharmacopœos; hodiè pharmacopœi in medicos, præparationem ac diſpenſationem medicamentorum privatam ſolenniter ipſis prohibendo. Olim pharmacopœi venerabantur medicos; hodiè medici pharmacopœos. Quis autem dubitabit, Chirurgos æque ac pharmacopœos tacitè & in ſinu ſuo ridere infelices illos artis ſalutaris practicos, dum vident, partes medicinæ maximè reales & eſſentiales à reliquo ejus corpore avulſas atque in ipſos translatas, reales, inquam, & maximè eſſentiales partes, ex quibus non ſolùm major ſperanda eſt fama, ſed & lautior in loculos proventus. Cur itaque medicos in alta ſua, qua frui videntur, animi pace & tranquillitate turbarent, & non æquo potius animo paterentur, ut cerebrinis ſuis ſpeculationibus ſeſe paſcant, hypotheſes vel novas effingant, vel antiquas refingant aut reforment, de tem-

(Aaaa)

(a) Tractatu ſingulari *de inventis Nov-Antiquis*, in quo quidem Author cauſam medicorum veterum contra iſtos recentiores optimè agit, intereà tamen hoc manifeſto laborare videtur vitio, quod pleraque Neotericorum inventa, quæ ſine dubio recentioris ævi partus ſunt, indifferenter veteribus ita vendicet, ut è tanto inventorum numero, quæ noſtra tempeſtate citra dubium pro novis habentur, vix ullum ſit, cujus in veterum monumentis manifeſta non deprehendantur documenta. Vereor autem, ne multis invitis & obtorto velnti collo obtrudantur inventa, quæ ipſis fortè nunquam venerunt in mentem. Ejusdem vitii reum ſeſe facere videtur *Georg. Paſchius Tr. de inventis novis.*

(b) Vid. *Gorris. Medicina contemta.*

(c) Prodigioſa eſt ſumma, quam praxi ſua acquiſivit Medicus, cujus ex *Hieronymo Mercuriali* meminit *Monſ. le Clerc. Hiſtor. de la Med. troiſiem. part. Liv. I.* Chap. II. in ſequenti inſcriptione.

P. DECIMIUS P. L. EROS
MERULA MEDICUS
CLINICUS CHIRURGUS
OCULARIUS VI. VIR
HIC PRO LIBERTATE DEDIT HS. Iↄↄ
HIC PRO SEVIRATU INREMP.
DEDIT HS. ∞ ∞
HIC IN STATVAS PONENDAS IN
ÆDEM HERCULIS DEDIT HS. [illegible]
HIC IN VIAS STERNENDAS IN
PVBLICVM DEDIT HS. [illegible] Iↄↄ ∞ ∞
HIC PRIDIE QVAM MORTVVS EST
RELIQVIT PATRIMONI
HS ∞ [illegible]

Novell. Val.

temperie, ſtructura & uſu partium ſubtiliter non minus, quàm ſtrenuè & ad ravim usque diſputent, ventriculo interim vacuo ſub cunctis hiſce moliminibus graviter murmurante, & contumelioſas querelas in artem & artiſtas continuò evomente. Interim ut cunctis hiſce malis maturè, ſi quæ medicina iisdem adhuc ſupereſt, provideatur, nullum ſalubrius perſpicio remedium, quàm ſi ſaluberrima ars medica in ſtatum ſuum antiquiſſimum, authoritatem, jura ac privilegia in integrum reſtituatur, h. e. Chirurgia & Pharmacia, tanquam reales & eſſentiales medicinæ partes revocentur & cum eadem denuò uniantur: Sic enim certiſſimus ſum, ignominiam, contemtum, ſorditiem, paupertatem, aliaque mala & incommoda medicorum ipſiusque artis ſua ſponte ceſſatura. Sicuti igitur hoc ipſo vindicabitur medicinæ, quod ſuum eſt, eaque antiquo ſuo ſplendori reſtituetur: Ita non inutilem laborem me ſuſcepturum eſſe confido, ſi ex antiquitatibus & primis medicinæ originibus eruero, quæ vetuſtiſſima hujus artis fuerit facies, qua ratione ſucceſſu temporis & chirurgia & pharmacia à reliquo ejusdem corpore fuerit ſeparata, & in chirurgos ac pharmacopœos unà cum variis privilegiis & immunitatibus translata, adeò ut præter diæteticam & morborum internorum curationem nihil fermè hodiè medicis videamus eſſe relictum. Faxit autem ſummum numen, ut excuſſo metu humano, & ab omni affectuum intemperie & præjudiciis auctoritatis liberi de arduo hoc negotio ita tractemus, ut proximi noſtri commodum & Reipublicæ emolumentum inde promoveatur.

§. II.

Ante omnia inquirendum, quo ſenſu medicinam, tot præclaris inventis hodiè ſuperbientem, mutilam vocemus. (d) *Mutilum aliâs* appellatur *cui pars, licet non ſemper principalis, demta eſt, adeò ut totum non amplius integrum conſtituat*: Hac ſignificatione mutilum dicimus hominem, cui alterutrum crus vel brachium detruncatum eſt, quique eam ob cauſam grallis incidere cogitur. Nemini igitur ſcandalum fortè præbebimus, ſi eodem quoque ſenſu hodiernam medicinam judicemus eſſe mutilam & grallis incedentem, cùm principalibus ſuis partibus veluti totidem brachiis ſeu fulcris, quibus potiſſimum innititur, chirurgia ſc. & pharmacia ſit orbata. Quod unicuique non difficulter perſuadebimus, qui ſingulas iſtas Medicinæ partes, prout vulgò recenſentur, indiſſolubili vinculo invicem colligatas eſſe animadvertit. Quid enim juvaret vel exquiſitiſſimam ſtructuræ corporis ejusdemque functionem habere notitiam, & quid prodeſſet, morboſum quoque ejusdem corporis ſtatum una cum cauſarum tam antecedentium quàm continentium ſerie exploraſſe, niſi fida & comprobata haberemus remedia, ſoli demum pharmaciæ in acceptis referenda? Et qui bono alias Anatomicæ tàm ſedulam navarent operam ſtudioſi Medicinæ, niſi ut operationibus Chirurgicis, majori dexteritate adminiſtrandis tandem inſerviat? Si ergò pharmaciam & Chirurgiam à reliquo Medicinæ corpore ſepares, mancum idem, mutilum ac imperfectum efficies. Atque adeò ſi medicos noſtros modernos grallatoribus iſtis (ſit venia verbo) quàm ſimillimos eſſe dixerimus, quis jure nos taxabit?

§. III.

Fuit autem, ſi rem à primis ſuis originibus repetere velimus, tota medicina antiquiſſimis temporibus merè tantum diætetica & (e) Chirurgica: Cum enim primi homines ſimpliciſſimo tantum victu uterentur, & à carnibus animalium mactatorum abſtinerent, utcunque etiam à morborum internorum inſultibus vivebant immunes. Nihiloſecius tamen, quia vita humana tot tantisque ærumnis & caſibus inopinis, vulnerationes vel læſiones partium non raro inducentibus eſt expoſita, non æquè commodè Chirurgia poterant carere. Et licet vulnera, ulcera aliæque partium ſolidarum læſiones utplurimum quoque febrim aliaque ſymptomata interna ſoleant inducere, iisdem tamen paucis quibusdam regulis diæteticis dextre applicatis poterant occurrere, ut prolixo iterum medicamentorum internorum apparatu opus non haberent: Ex, quibus proinde, vetuſtiſſimis iſtis temporibus ſolam diæteticen cum Chirurgia floruiſſe, longè clariſſimum eſt, & manifeſtum inſuper ejus rei documentum præbet mirabilis illa Patriarcharum potiſſimùm ante-diluvianorum longævitas, quam non aliunde rectius, quàm à ſimplici illo, quo fruebantur, victu & carnium abſtinentia derivandam eſſe putaverim. Quis enim credat, ad ætatem usque adeò prodigioſam perventuros fuiſſe primos homines, ſi carnium eſui, uti hodierna animalia carnivora, liberalius indulſiſſent? Quandoquidem carnes copiam chyli & ſanguinis, ac proinde plethoram gignunt, quæ deinde motui ſanguinis deputatorio, ſecretorio & excretorio, quibus ſanguis à ſumma illa, in quam propendet, ad corruptibilitatem pro-

(d) Vid. *Micrael. Lex philoſoph.* ad voc. *mutilum* pag. 697. & 698.

(e) Eleganter non minus quàm verè antiquum Medicinæ ſtatum ſic deſcribit Cl. *Salmaſius Proleg. in Libr. de homonym. Hyles Jatricæ* p. 13. *Vetus Medicina in opere tantum conſiſtebat, & manu ſola agebat: Unde & χειρουργικὴ omnium antiquisſima medendi ratio. Herbas legere, ſuccum ex his parare, ægro propinare, vulnera deligare, ſanguinem ſiſtere herbis impoſitis, urere, ſecare, & quæcunque alia manu fiunt, munus olim Medici unius fuit, artem ſuam non lingua exercentis, ſed opere.*

proclivitate providè præſervatur, maxime ob. eſt. Qua eadem in ſententia nobiſcum eſt (f) *Quercetanus* & *Proſper Alpinus*, qui accuratum de medicina Ægyptiorum commentarium nobis reliquit. Ita etiam (g) *Dicæarchus* ſcripto nobis communicavit, quod Saturni ſeculo longævi fuerint homines, quia carnes reſpuebant, ſpontè ex terra naſcentibus contenti. Neq; verò carnibus tantùm abſtinebant, ſed etiam potu ſimpliciſſimo aquæ ſitim reſtinguebant, uti (h) *Claudius Deodatus* expreſsè teſtatur, qui Patriarchas usque ad tempora Noæ, quibus uſus vinorum innotuit, ſolo aquæ potu uſos fuiſſe admodum veriſimile exiſtimat; Unde & de eodem ſimplici victu ita cecinit Ovidius, ſcriptor profanus:

At vetus illa ætas, cui fecimus aurea nomen,
Fœtibus arboreis, & quas humus educat, herbis
Fortunata fuit, NEC POLLVIT ORA CRVORE.

Alii verò alias hujusce longævitatis cauſas, non minori animadverſione dignas, adferunt, quas inter locum ſuum hic inveniunt, quas ab Excellent. *Hoffmanno*, (i) nuperrimè adductas eſſe recordamur: Aliam ſcil. fuiſſe ante univerſale illud diluvium globi terraquei ſtructuram, aliam cœli & atmoſphæræ faciem, aërē nempè purum, tenuem, ſolum natale admodū benignum, aquas ſubtiliores ac ſalubriores, & alimenta melioris temperaturæ. Poſt factam verò totius mundi inundationem ipſas rerum qualitates valdè fuiſſe immutatas, & hinc multorum morborum origini anſam ſuppeditatam, quæ omnia apud laudatum authorem latius explicata legi poſſunt. Idem haud ita pridem argumentum admiranda ſtyli venuſtate proſecutus eſt in Acad. Wittebergenſi Excell. (k) *Bergerus*, qui præter atmoſphæræ per diluvium impurioris factæ aliorumque elementorum alterationem, quam non excludit, maximoperè conſiderandam eſſe vult illam generandæ prolis & propagandæ familiæ curam provectiori demum ætate, v.g. an. ſexageſimo ſuſceptam, cum contra nimis accelerata illa ac veluti præcipitata generandi maturitas cum ipſa vitæ brevitate non debeat non inevitabiliter eſſe conjuncta. Quemadmodum itaque nimia illa ſeminalis liquoris ipſiusque virtutis generandi præcocitas vitæ brevitatem hodieque induceret: Ita mirum videri nobis non deberet, contrariam iſtam generandi productionem maturiori demum ætate ſuſceptam longævitati Patriarcharum ſolenniter admodum faviſſe. Porrò au-

Novell. Val.

(f) in *Diæt. pag.* 323.
(g) apud *Porphyr. Lib. X. de abſtinent.*
(h) in *Panth. Hygiaſt. l. 2. c. 2.*
(i) *Diſſert. de Method. vitam longam acquirendi ejusque cauſis.*
(k) *Diſput. de vita longa.*

tem è cenſu cauſarū longævitati contrariarum excludendum non eſſe exiſtimat uſum frequentem ſalis atque fermentorum, quod utrumque antediluvianis in ratione victus fuerit incognitum, vel ſaltem non uſitatum, atque à Noachi poſteris, inter quos demum eorundem uſus invaluerit, ad hæc noſtra tempora propagatum, ſicque nobis vitæ brevitatem acceleraſſe, illis verò maſſarum ejusmodi fermentantium neglectum vitam produxiſſe, rationibus non improbabilibus colligere videtur: Ubi inprimis per ſalem intelligit iſtum culinarem communem, cujus uſus tantopere hodiè invaluit, ut eodem vix per momentum amplius carere queamus: Per fermentum autem in genere omnem maſſam fermentatione quadam paratam, ſive fuerint eſculenta ſive potulenta; Huc enim propemodum recidunt, quæ prælaudatus author diſputat, de quibus tamen omnibus hic noſtrum ſuſpendimus judicium, benevolo potius lectori ea argumenta pluribus expendenda relinquentes.

§. IV.

Interim hinc liquet, therapevtica interna, iſta quidem tempeſtate, non adeo fuiſſe opus; quia rariſſimè ex morbis internis propter rationes allegatas ægrotabant: Quod adeò quidem in ea morum integritate & totius vitæ temperantia mirandum non eſt, cùm hodiè adhuc, ubi tamen cupitidatibus ſuis carnalibus indulgentiſſimè fræna laxare videntur, homines nihilominus rariſſimè ſoleant ægrotare. Quamvis enim plerique medicorum unà cum *Hippocrate* unanimiter ferè conquerantur, *totum hominem* (univerſos homines) *à natura* (à nativitate) morbum eſſe: Meritò tamen contra hos obſervavit, & primus quidem, quantum mihi innotuit, Excell. D. (l) *Stahlius*, eſſe hoc enunciatum experientiæ contrarium, & rariſſimè non niſi ægrotare homines: Quod etiamſi verum ſit, attamen miraculo ſimul proximum eſt, *corpus ſc. animale, è mixtione ſummè corruptibili compoſitum & inter media corruptionis organa conſtitutum, ab ipſo corruptionis actu non ſolum non facilè lædi, ſed etiam quàm diutiſſimè ſartum tectumque conſervari, i. e. ſingulos homines per totam ſuam vitam rarisſimè ægrotare, & rarisſimè omnium contingere, ſingulis hominibus multos morbos, ſimul varios, quique nihil aut parum inter ſeſe habeant commune, ac denique minimè omnium contingere corpori humano tales ægritudines, quæ non magis à cauſis externis, & quidem violentioribus inferuntur, & iis quidem talibus, quæ rarò ita impetuoſè graſſantur, adeoque rarius quoque nocent: Siquidem leviores illæ cauſæ externæ, illæ-*

 que

(l) *Diſp. de infrequentia morborum perſonali.*

quæ communiores ex ſeipſis parum valerent ad ægritudines inferendas: Sed numeroſiſſimi potius morbi omnium primò & primariò in motu ſeſe exererent, qui quò magis eſſent repentini & funeſti, eò etiam magis immediatè & eminenter nocerent. Ex quibus omnibus magnum illud & hactenus veluti inter Medicos inauditum deducit tandem paradoxum conſectarium: *Rariſſimas eſſe & pauciſſimas cauſas, quæ varias corpori humano ægritudines valeant immittere, atque adeò hominem in ſumma illa partium qua fluidarum qua ſolidarum, utpote valdè tenerarum & ad diſſolutionem pronarum proclivitate conſtitutum, rariſſimè tamen ægrotare.* Quæ omnia uti per experientiam quotidianam ſunt notiſſima ſimulque certiſſima: Ita à priori paulò ſolertius Medicis inquirendum in phænomeni hujus admirandi rationes: Quarum principem prælaudatus Author (m) alibi videtur collocaſſe in motu illo progreſſivo ſeu circulatorio ſanguinis, tanquam actu quodam mechanico, quo corruptio iſta fermentativo-putredinoſa, ad quam alias Maſſa ſanguinea ex indole ſua admodum propendere obſervatur, feliciſſimè avertitur. Ac duo potiſſimum ex ejusdem ſententia ſunt, quæ mechaniſmum iſtum abſolvunt; *Primum* conſiſtit in *motu perpetuo transgreſſorio*, quo *ſanguis* utcunque *fluidus ac depurabilis* conſervatur. *Alterum* verò *in depuratione ejusdem translatoria* vertitur, dum ſub iſto per organa colatoria tranſitu *acrior ac fermenteſcens ſanguinis portio* perpetuò ſequeſtratur, ac proinde à reliquo utili ac puro cum ſummo oeconomiæ animalis emolumento proſcribitur.

§. V.

Cum igitur Medicinæ interius adminiſtratæ apud antiquos pauca legantur veſtigia; Niſi fortè actum purgatorium, quem à (n) Melampode (o) primùm inſtitutum fuiſſe legimus, excipere hinc velimus: Conſequens eſt, eandem magis Chirurgicam, aut ſaltem Chirurgiam cum Medicina arctiſſimo ſemper vinculo copulatam fuiſſe. Prius enim, quàm Medici peculiarem curandorum corporis humani affectuum internorum ſcientiam conſtituerent, illamque externas ægritudines ſanandi provinciam in alios devolverent;

Unus erat toto (Medicinæ) *vultus in orbe.*

Hinc ergò plerique eorum quos Antiquitas tanquam primos Medicinæ inventores producit in ſcenam, ob peritiam ſuam Chirurgicam magnam nominis ſui celebritatem conſecuti ſunt. Hoc inprimis nomine innotuit (p) *Chiron Centaurus*, (q) Saturni & Philyræ filius, utpote qui primus herbis, morbos præcipuè externos, vulnera & ulcera magna felicitate curare docuit, quare adhuc hodie ulcera pene incurabilia & ab aliis pro deſperatis habita Chironiana vocari conſueverunt: Imò ob ſingularem ſuam, qua pollebat, herbarum notitiam (r) Magneſii populares ejus herbarum primitias ipſi immolabant. Dicitur quoque eadem, uti & militari in arte inſtruxiſſe fortiſſimus ac celeberrimos tempori ſui heroes, *Herculem*, *Ariſteum*, *Theſeum*, *Telamonem*, *Teucrum*, *Jaſonem*, *Peleum* ejusque filium *Achillem*: Quare eosdem quoque Chirurgiæ peritos fuiſſe, dubitari nequit. Eadem inter Græcos laude inclaruit (s) *Æſculapius*

(m) *Diſſert. de motus progreſſivi ſanguinis Mechaniſmo.*

(n) Melamphos vetuſtiſſimus Græcorum Poeta & Medicus fuit, cujus etiam *Homerus* mentionem facit; & *Plinius Hiſt. Natural. Lib. 5. cap. 5.* his verbis: Melampodis fama divinationis artibus nota eſt: Ab hoc appellatur unum hellebori genus Melampodium. Aliqui paſtorem eodem nomine inveniſſe tradunt, capras purgari paſto (alii legunt paſtore) illo animadvertentem, datoque lacte earum ſanaſſe Proetidas furentes. Vid. *Galen. Lib. 7. de atra bile.* Dictus propterea fuit καθ' ἐξοχὴν καθάρτης i. e. purgator.

(o) Saltem antiquiora actus purgatorii ſolennius in hominibus inſtituti monumenta apud ſcriptores non occurrunt, licet inſimul negari nequeat, antiquitatem hujus remedii tempora Melampodis longiſſimis paraſangis tranſcendere debere, quia nullum medicationis genus magis naturaliter indicatur, quam actus purgationis: Si quis enim voracitati vel ingluviei deditus ventriculum ſuum præter modum oneraverit, ſæpiſſime vomitibus vel diarrhœis ſpontaneis citra aliud ſubſidium externum ab hoc onere liberatur: Unde etiam citra laborioſam ratiocinationem remedii hujus utilitatem ac neceſſitatem obſervaſſe primos homines, admodum hinc redditur probabile. Vid. *Monſieur Daniel le Clerc Hiſtoire de la Medicine prem. part. Liv. 1. Chap. XVIII. pag. 53.*

(p) Quod *Chiron Centaurus* præter reliquas medicinæ partes Chirurgiæ inprimis operam navaverit, operosè demonſtravit *Marcus Aurelius Severinus*, quondam Anat. & Chir. in Regia Schola Neapolitana Prof. in egregio opere *de efficaci Medicina.*

(q) Ita nos decet *Plinius hiſt. nat. Lib. 7. cap. 56.* Medicinam Ægyptii apud ipſos volunt repertam: Alii per Arabum Babylonis & Apollinis filium: Herbariam & Medicamentariam *à Chirone*, Saturni & Philyræ filio.

(r) *Plutarch. Sympoſ. Lib. 3. quæſt. 1. pag. 647.* Tyrii Agenori, Chironi Magnetes primitias offerunt, quod ii primi medicinam feciſſe exiſtimantur.

(s) Hic probè diſtinguendus eſt ab Æſculapio Ægyptiorum ſeu Phœnicum, qui iſto Græcorum multò fuit antiquior. *Cicero* non duos, ſed tres introducit Æſculapios Lib. 3. de natur. Deor. dum ita loquitur: *Æſculapiorum primus Apollinis, quem Arcades colunt; qui ſpecillum inveniſſe, primusq; vulnus dicitur obligaviſſe. Secun-*

lapius, qui tamen ad Majores perfectionis gradus utramque Medicinam evexit, curando non ſolummodò affectus externos, vulnera & ulcera, ſed etiam internos, febres doloresque varii generis per potiones anodynas, inciſiones aliaque remedia exterius applicata. Magnus præterea patronus erat incantationum magicarum amuletorum aliorumque remediorum ſuperſtitioſorum, quæ in hodiernam adhuc diem à credulis & ſuperſtitioſis mulierculis, imò & agyrtis ac circumforaneis magno in pretio habentur. Medicinam quoque Gymnaſticam ægrotis ſuis commendabat, ipſamque praxin clinicam, noſtris temporibus tantoperè celebratam primus exercuiſſe dicitur. Unde poſt hæc tempora omnes medici ægrotantes in lectulis ſuis viſitantes, clinici appellati ſunt. Quæ omnia rurſus demonſtrant, Chirurgiam ab ipſo quoque Æſculapio cum reliqua Medicina arctiſſimè fuiſſe copulatam.

§. VI.

Prodierunt poſteà ex lumbis Æſculapii *Machaon* & *Podalirius*, haud degeneres patriarum artium heredes, qui, ut *Celſus* teſtatur, in bello Trojano Ducem Agamemnonem ſecuti ſunt, ſuisque commilitonibus non mediocrem attulerunt operam: Proinde (t) *Homeri* quoque carmine laudatur uterque: Chirurgiam tamen ſolertius ipſos excolluiſſe hinc probabile redditur. Ipſam quoque venæſectionem proſpero cum ſucceſſu in duobus brachiis adminiſtraſſe fertur (u) *Podalirius* in Regis Damethi filia, quæ ex alto domus prolapſa fuerat; Unde primum venæſectionis ſecunda fortuna adminiſtratæ exemplum habemus. Quas verò numeroſas idem Æſculapius habuit filias, ſingulæ quoque paternæ profeſſionis fuerunt peritæ, id quod vel ex ipſis earundem nominibus liquet: Sunt enim (w) *Hygieia* & *Panacea*, per quas jurare cogebantur æque ac per Apollinem ipſum Medicinæ Candidati tempore *Hippocratis*, *Panacea* item, *Jaſo*, *Aceſo*, *Ægle* & *Roma*, pleræque in divis numeratæ & ſalutis Deæ vocatæ. Unde incidenter patet, jam antiquiſſimis temporibus ſexum ſequiorem profeſſioni Medicæ ſeſe immiſcuiſſe, ac proinde hodienum vix pati, ut ab eadem excludatur.

§. VII.

Ex eadem Æſculapii proſapia ſuum quoque genus deducit Divus Hippocrates, quod ipſemet fateri non erubeſcit, dum decimum octavum in ordine ex familia Æſculapii deſcendentem ſeſe nominavit, uti ex tabula Genealogica operibus ejus editionis Lindenianæ præfixa videre licet. Quantos in Anatomia & Chirurgia fecerit progreſſus legi poteſt apud (x) *Daniel le Clerc*, & libri, quos de officina medici, de vulneribus, de articulis &c. conſcripſit, abunde teſtantur. Quos verò poſt fata ſua reliquit filios, *Theſſalum* & *Draconem*, eadem, prout gentis Aſclepiadeæ conſuetudo ferebat, arte liberaliter inſtruxit. Potiſſimùm eminuit (y) *Theſſalus*, qui maximam vitæ ſuæ partem in aula Archelai, Regis Macedonum tranſegit; atque proinde hominis admirandi titulum promeruit. Ex quibus omnibus clariſſimè videre eſt, Chirurgiam cum Medicina conſtantiſſimè fuiſſe copulatam & ab una eademque perſona adminiſtratam. Et quidni? Cum, ut (z) *C. Celſus* optimè judicat, non implicet, unum eundemque hominem ea omnia præſtare poſſe, & prout (a) alio in loco loquitur, omnes Medicinæ partes ita invicem innexæ ſint, ut ex toto ſeparari nequeant. Qua in re pleniſſimè nobiscum conſentiunt cordatiſſimi quique Medici, inter quos nominaſſe ſufficiat (b) *Conringium*, magnum illud Academiæ Juliæ decus, qui in hæc erumpit verba: *Apud veteres ſanè medici ipſi ſuamet manu omnia medicamenta præpararunt, chirurgiam exercuerunt, vulnera curarunt, emplaſtra adhibuerunt, &, ut verbo dicamus, ſingula artis opera peregerunt, id quod ipſe quoque Galenus præſtitit, utut ſuos etiam miniſtros habuerit.* Similia docet (c) *Hoffmannus* Altdorffinus, quando inquit: *Uti olim indiviſa erant opera medici, ita hodie quibusdam locis omnia ſunt rejecta in chirurgos dictos, quibusdam quædam tantum quibusdam alii faciunt, alii non: Galenus Romæ ipſe ſecabat venam, vulnera obligabat,*

---

cundus, ſecundi Mercurii frater; is fulmine percuſſus, dicitur humatus eſſe Cynoſuris; Tertius Arſippi & Arſinoæ; qui primus purgationem alvi dentisque evulſionem, ut ferunt, invenit: Cujus in Arcadia non longè à Luſio flumine ſepulcrum & lucus oſtenditur.

(t) *Iliad. B.*

Τῶν αὖθ' ἡγείσθην Ἀσκληπιοῦ δύο παῖδε
ἰητῆρ' ἀγαθὼ, ποδαλείριος ἠδὲ Μαχάων.

Hoſce verſus *Eobanus Heſſus*, non incelebris Germaniæ noſtræ vates ita Latio reddidit:

Quos duo ducebant fratres Phœbique nepotes,
Matre Coronide, præſtantes arte medendi,
Belligerique ambo, Podalirius atque Machaon.

(u) Hiſtoriam hujus medicationis refert *Stephanus Byzantinus in voce* Syrna.

(vv) Hanc ſalutis DEAM fuiſſe probant veteres Inſcriptiones, quarum primam valdè memorabilem adfert *Janus Gruterus Corp. inſcript.* pag. 67. num. 9. Altera vero apud eundem legitur pag. 68. num. 5.

(x) *Hiſtoire de la Medecine prem. part. Liv. III. Chap. 28. pag.* 218. jusqu' à 223.

(y) Ita ſcriptum nobis reliquit *Galenus in Libr. Hipp. de nat. human. Comment.* 1.

(z) *in prooem. libr. VII.*

(a) *in prooem. libr. V.*

(b) *Introduct. in art. med. cap.* 1. §. *XII. pag.* 9.

(c) *Lib. V. Inſtit. med. cap. ult.* §. 4.

bat, fracturas dirigebat, quod Aeſculapium ipſum cum filiis, totaque poſteritate usque ad Hippocratem feciſſe conſtat. Aquapendens Patavii per miniſtrum quidem ſecabat venam; ſed ipſe obligabat vulnera & abſceſſus, dirigebat oſſa &c. Quæ procul dubio etiam ratio eſt, quare chirurgus apud *Homerum* ἰατρὸς κατ' ἐξοχὴν dictus fuerit.

§. VIII.

Poſt hæc verò tempora, florentibus Inprimis *Eraſiſtrato* & *Herophilo*, prout iterum (d) *Celſus* obſervat, ars medica pernicioſiſſimam ac vix ullo tempore plenè reſarciendam paſſa eſt diviſionem in tres præcipuè partes, ſc. *Diæteticam*, quæ per regulas diæteticas & ſanitatem præſentem conſervare & futuros vel imminentes morbos avertere ſtudet, *pharmaceuticam* ſeu *medicamentariã*, quæ & medicamentorum præparationem & diſpenſationem dirigebat, ac denique *Chirurgicam*, quæ ſolis affectibus externis, manualem adminiſtrationem efflagitantibus præſidebat; Quæ tamen officia medici cuncta hactenus ab una tantum perſona fuerant adminiſtrata: Quod peſſimum fatalis diviſionis exemplum approbarunt quoque medici Ægyptiaci: *Galenus* enim & *Herodotus* teſtantur, ſua ætate diverſas in partes medicam artem fuiſſe diſcerptam: Alios enim circa capitis notitiam, alios circa oculorum, alios circa dentium, circa alvi vicinarumque partium alios, circa morbos occultos alios fuiſſe verſatos, hincque factum, ut ſingulorum morborum ſinguli fuerint medici, adeoque omnia medicis fuiſſe referta. Cujus peſſimæ conſuetudinis ſeminale fermentum nec hodie penitus extinctum vel eradicatum eſſe teſtantur integri agyrtarum & circulatorum greges, quorum alii ophthalmicos, alii lithotomos, ſeſe appellare non verentur, alii dentium evellendorum, alii herniarum curandarum, alii vermium expellendorum notitiam plenis buccis jactitant, qui tamen omnes plerumque nulla reliquarum medicæ artis partium peritia, multò minus ulla elegantiori doctrina aut literatura ſunt imbuti. Eſſe interim priſcas illas conſuetudines à noſtrorum temporum motibus planè alienas vel, ex eo liquet, quod hodiè vix ex totius artis praxi tantùm lucrentur practici, ut familiam honeſtè ſuſtentent. Quid quæsò eventurum foret, ſi ſingulorum morborum ſinguli forent medici? Quantas autem turbas & incommoda pepererit fatalis illa, noxia & nunquam ſatis deploranda functionum medicarum ſeparatio, quotidie adhuc cum ſuo damno experiuntur medici, videntes pharmacopœos, qui olim medicorum tantùm miniſtri erant, non ſolum omne ſibi commodum præripere medicamentorum præparatione & diſtributione, ſed etiam ipſi praxi clinicæ ſeſe immiſcere. Eandem cladem in artem ſaluberrimam introducunt chirurgi & barbitonſores, balneatores & obſtetrices, agyrtæ & circumforanei ſimileque hominum genus, à quibus quotidiè cum ſummo Reipublicæ damno proſtituitur ac turpiſſimè profanatur. Ut proinde nimium diductam hanc diſciplinarum, quæ uni cuipiam arti abſolvendæ famulantur, diviſionem & multò magis ejusdem artis exercitiorum ad diverſos artifices diſtributionem (e) *Veſalius* aliique cordatiores medici non poſſint ſatis deplorare.

§. IX.

Neque rationes triſtis hujus divortii amplius latere nos poſſunt: Peccarunt enim medici *partim faſtu & ſuperbia*, qua profeſſione ſua indignum judicabant ipſi operi manus ſuas admovere: Quapropter viliores iſtas, quæ manuum miniſterio perficiuntur, operationes ad alios, ſervos v. g. vel famulos ſuos devolvebant; Quod præjudicium utut pernicioſiſſimum in hunc usque diem ex animis plurimorum eradicari nequit, quo magiſtros chirurgiæ ipſis medicis ſecundum eminentiam ita dictis gradu & dignitate longè inferiores propterea judicant, quod manuum opera utantur, cùm tamen, ſi rem ex æquo æſtimare velimus, chirurgi cum medicis pari ambulent paſſu, ipſaque chirurgia hac medicina interna longè non ſolùm antiquior ſit, ſed & certitudine & evidentia tam indicationum curativarum quàm curationis ipſius longiſſimis paraſangis excedat & ſuperet. Partim verò peccarunt *incuria & inſcitia*; Cum enim miniſtri, qui juſſu medicorum ſerviles & manuarias peragebant operas, continua illa praxi tandem dexteritatem & quendam quaſi habitum acquirerent, imò eadem operandi promptitudine ipſos medicos facilè ſuperarent: Hi laborum pertæſi veluti connivendo permittebant, ut miniſtri manuales iſtas operationes ſibi vendicarent, ac pleno tandem jure in ſeipſos transferrent, relinquentes intereà medicis ipſam veluti profeſſionis hujus umbram ac directionem, qua & hi non difficulter erant contenti, dummodo agendi & operandi modum aliis dictitare & præſcribere poſſent. Partim denique *nimia animi molitie & effœminatione* quidam delicatuli voluptatum nepotes delinquebant, ferrum & ignem, tanquam duo heroica chirurgiæ inſtrumenta ipſimet abhorrebant, vulnera & ulcera cacoëthica nauſeabant, manus vel cruore vel ſordida ſanie collutulare metuebant, ſicque eò facilius externas corporis ægritudines curandi artem à ſe in alios transferri patiebantur, penitus in eo degenerantes à laudabili priſcorum medicorum, *Aeſculapii, Chironis, Hippocratis, Galeni* aliorumque conſuetudine, qui non

(d) *Vid. præfat. lib.* I.

(e) In *præfat. magni Operis.*

non minus ſtrenua manuum applicatione quàm ſalutaribus ac prudentibus conſiliis præſentem mortalibus attulêrunt operam.

§. X.

Quanta verò hæc medicorum dementia fuerit, quod nobiliſſimam medicinæ partem à toto ejus ſyſtemate ſeparaverint & in alios devolverint, vel ex eo manifeſtum eſt, quod chirurgia iſtam diæteticam internam *certitudine & effectuum evidentia* longiſſimè ſuperet. Quod nec ipſe (f) *Celſus*, medicorum Cicero, negare potuit, dum ita hac de re loquitur: Cum in aliorum morborum (*internorum*) curationibus dubitari poſſit, ſecunda valetudo medicinæ an corporis beneficio contigerit; In hac tamen parte, quæ manu curat, evidens eſt, omnem profectum, ut aliquid ab aliis adjuvetur, hinc tamen plurimum trahere, addo, nonnunquam in totum pendere. Sive enim cum morbis chronicis ſive cum acutis medico res ſit, utrobique eundem in anguſtiis verſari liquet, prioribus operam ejus utplurimum eludentibus, poſterioribus verò ne quidem efflagitantibus. Neque res illa prolixiore eget deductione: Quis enim, ſi clinicorum grabbatis per aliquot annos adſtiterit, cum ratione negaverit, multos morbos chronicos indolis admodum refractariæ, indomitos ac tantum non invictos eſſe, ut, quò longiores nectunt moras, eò majori artem ignominia affici, quotidie obſervent practici. Hujus farinæ eſt epilepſia ſeu morbus comitialis: Quis hactenus tam felix inventus eſt medicus, qui huic Herculi clavam extorquere auſus fuerit; Audiamus ipſum (g) Senem de rebelli ac refractaria hujus morbi contumacia conquerentem: *Comitiales*, inquit, *quibus ante pubertatis annos contingunt, depoſitionem accipiunt: At quibus quintum & vigeſimum annum agentibus fiunt, eos ferè ad mortem usque comitantur.* Quis eſt, quem fugiat, febres intermittentes, potiſſimum quartanas autumnales & maximè ad hyemem pertingentes longiſſimæ eſſe durationis, medicamentis omnibus fruſtrà adhibitis & ſpe ſua medicum defraudantibus? Quem porrò latet, aſthmata convulſiva potiſſimum inveterata, uti & pathemata hyſterico-convulſiva eſſe mala contumaciſſima, quæ vix unquam levamen, multò minus plenam curationem admittunt? Quid dicam de cephalæa diuturna, ophthalmia inveterata, ſcorbuto, malo hypochondriaco confirmato, phthiſi, hydrope, lue venerea & inprimis podagra variisque ejus ſpeciebus, quæ propterea non citra rationem opprobrium medicorum audit? Sanè extremæ arrogantiæ reum ſeſe faceret, quisquis vel hic inſcitiam ſuam vel artis impotentiam non agnoſceret. Similis prorſus eſt conditio morborum acutorum, v. g. febrium accutarum ſimulque contagioſarum, malignarum ac peſtilentialium, variolarum, morbillorum &c. à quibus homines plerumque felicius convaleſcunt per ſolam illam naturæ autocratiam, quàm prolixam medicamentorum farraginem, teſte inprimis plebe ignobili ac ruſtica, cujus plurima pars ſæpius absque ullis medicamentis, ſolo illo naturæ robore ſpontanea, ex morbis iſtis eluctatur, ubi inprimis cum Excell. (h) *Stahlio* per iſtam naturæ autocratiam intelligimus liberationem ac reſtitutionem læſionum humani corporis ſpontaneam, ſolo miniſterio actuum ſ. n. uſitatorum, ſecretoriorum ſc. & excretoriorum, & quidem ſine concurſu medicationis extrinſecæ artificialis perpetratam, pleniſſimè ea in re conſentiente *Hippocrate*, & *naturas* eſſe *morborum medicatrices* graviter pronunciante. Quis ergò audebit amplius negare, medicinam illam manuariam longè eſſe certiorem & effectus longè præſentiores ſpondere, quàm quidem iſtam internam, ubi non leves oriuntur ſuſpiciones, an vim morbi ſuperaverint vel medicamenta exhibita, vel ipſa hæc, de qua loquimur, naturæ autocratia? Nihil verò contra evidentius eſt, quàm venam v. gr. ſecare, tumorem aperire, labia vulnerum à ſe mutuò diducta unire & conglutinare, uterum vel anum prolapſum reſtituere & in ſitu ac loco ſuo nativo retinere, fœtum mortuum ex utero extrahere, ſarcomata reſcindere, hernias reſtituere, oſſa luxata reponere, membra corrupta & ſphacelata reſecare, dentes carioſos & dolentes evellere, & quæ ſunt ejus generis plura.

§. XI.

Neque tantùm certitudine ipſorumque effectuum evidentia Chirurgia ſuperat Medicinam, ſed etiam *operandi efficacia*, unde etiam non citra rationem *efficacis Medicinæ* titulum à *Severino* promeruit: Malo enim herculeo remedium quoque herculeum opponendum eſt. Secandum nonnunquam & urendum eſt Medico, imò & membrum corruptum & ſphacelatum à reliquo trunco reſcindendum ac ſeparandum eſt,

Ne pars ſincera trahatur.

Quam procedendi rationem ipſe quoque (i) *Hippocrates* commendavit, dum inquit: *Quæcunque non ſanant medicamenta, ea ferrum ſanat; Quæ ferrum non ſanat, ea ignis ſanat; Quæ ignis non ſanat, ea incurabilia judicanda ſunt.* Optandum tantùm foret, ut ſeriò tandem hæc in animos ſuos admitterent ægrotantes, nimiam illam effœminationem & teneritudinem excuterent, atque adeò forti, conſtanti & intrepido animo fatis ſuis

(f) *in proœm. lib. I. & VII.*
(g) *Hipp. aphor. 7. Sect. 5.*

(h) Vid. *Diſſert. de avtocratia Naturæ.*
(i) *Sect. 8. Aph. 6.*

ſuis ſeſe ſubmitterent. Sic nullum eſt dubium, quin multos ex orci faucibus erepturi eſſent præſente auxilio Chirurgicarum adminiſtrationum periti Medici. Mulierculæ inprimis aut gravi & difficili partu laborantes, aut cancro mammarum affectæ talibus vel ſimilibus in caſibus pudorem tanquam ſudorem noxium ex fronte deberent extergere. Sed ſurdis fruſtrà narrantur fabulæ; Malunt enim præſentem oppetere mortem, quam efficacem illam, ſed ſimul ſalutarem admittere medicinam.

§. XII.

Pudore itaque ſuffuſos oportet eſſe Medicos, qui antiquiſſimam illam, nobilisſimam, certiſſimam ſimulque maximè efficacem Medicinæ partem ab hominibus indoctis, quos olim famulorum loco tantùm habebant, manibus extorqueri ſibi paſſi ſunt, imò, ut rectius fortè dicam, eandem tanquam illuſtri ſua conditione indignam præ nimio faſtu, incuria, ignorantia vel effoeminatione animi ſua ſponte dimiſerunt. Quid verò jam, hâc potiſſimum rerum facie, conſilii? An ſcientia præſtantiſſima in tonſtrinis barbitonſorum, balneatorum ſimiliumque hominum ſecurè relinquenda? An verò eorundem officinæ ſusque deque vertendæ, aut Magiſtri ſaltem ex iisdem vel obtorto collo expellendi ſunt, eadem ferè ratione, qua olim qui columbas vendebant aut argentariam in templo Hieroſolymitano faciebant, ſcuticis expellebantur? Aut an Magiſtratus implorandus, ut exercitium Chirurgiæ ſolenniter ipſis interdicat? Minimè gentium: Primum namque impium foret, ipſique arti inevitabile tandem pareret exitum. Alterum ab inſania manifeſta parum abeſſet, imò politicè conſideratum impoſſibile; ac tertium denique optandum potiùs quam ſperandum. Nulla in re Magiſtratus inferior ſegnius plerumque officium ſuum exequitur, quàm in abrogandis abuſibus praxin Medicam concernentibus: Unde quicquid etiam obloquatur phyſicus ordinarius, ſuæque vocationis tenori contrarium eſſe operosè demonſtret, haud difficulter tamen impetrabunt circulatores & circumforanei, ut rejiculas ſuas merces in foro publico venales exponant, crumenas ruſticorum emungant, & cum periculo vitæ eorum, qui curæ ſeſe ſubmittunt, temerariè non minus quàm impudenter lithotomias, herniotomias, cataractarum depoſitiones ſimilesque operationes ſuſcipiant, quibus ex voto non ſuccedentibus, glorioſus Thraſo exceſſit, evaſit, erupit. Quæ tamen omnia eò reſtringenda non ſunt, ac ſi nullos prorſus lithotomos, herniotomos, operatores, oculiſtis &c. in republica benè conſtituta tolerandos eſſe exiſtimemus, etiamſi rerum ſuarum apprimè ſatagentes adeoque nomine ſuo verè digni ſint: Sed id nihilominus jure efflagitamus, ut à conſiliis & directione Medicorum toti pendeant, adeoque fraudibus, circumventionibus & indomitæ quidvis audendi, & in vitas & ſanitatem hominum impunè graſſandi libidini ac licentiæ quodammodò obviam procedatur.

§. XIII.

Si ergò, ut modo vidimus, nec Chirurgia in officinis barbitonſorum relinquenda, nec vi manifeſta ipſis extorquenda, quid tandem ſpei ac conſilii ſupereſt, eandem ad Medicinam revocandi & cum eadem denuò uniendi? Dicam paucis: Profeſſores in Academiis provinciam ſibi concreditam dextre exornare; atque ſtudioſos Medicinæ adminiſtrationibus Chirurgicis maturè adſueſcere debent, plane ut veterum Aſclepiadarum conſuetudo ferebat, qui παιδευμένους, Medica arte imbuendos, primum in iis, quæ ad curationem morborum Chirurgicam ſpectabant, inſtituebant, tandemque ad Medicinam internam promovebant. Neque verò Græcorum tantum ea fuit conſuetudo Chirurgiam Medicinæ jungendi: Sed ſimile quoque inſtitutum ipſis (k) Romanis approbatum fuiſſe, ex antiquis quibusdam monumentis haud obſcurè colligemus. Dum autem Collegiorum Chirurgicorum in Academiis frequenter inſtituendorum praxin efflagito, non ſolùm intelligo Chirurgiam illam Pharmaceuticam ſeu medicamentariam, quæ in infinita tantùm Medicamentorum farragine conquirenda & conſarcinanda laborat, qua in re ſolummodò occupatum fuiſſe *Jacobum Hollerium*, plerique aſſerunt, attamen ſecundum *Johannis van Horne* judicium ab inſania parum aut nihil differret: Sed potiſſimùm etiam

(k) Nihil certius eſt, quam apud antiquos Romanos Chirurgiam Medicinæ conſtanter fuiſſe conjunctam: Quare etiam nonnulli ſecundum eminentiam Medici vulnerum vocabantur, quorſum pertinet inſcriptio, quæ legitur apud *Pignor. tr. de ſervis pag.* 71.

CHRESTAE. CONSERVAE. ET. CONJUGI
CELADUS. ANTINOUS. DRUSI.
MEDICUS. CHIRURG.

Quidam illorum ocularii vel ab oculis dicebantur, quorſum referri poteſt inſcriptio Romæ prope collem Hortulorum inventa:

TI. LYRIUS. TI. CAESARIS.
AUG. SER. CELADIANUS.
MEDICUS. OCULARIUS.
PIUS. PARENTIUM. SUORUM. &c.

Clinicen verò ſic dictam cum Chirurgia conſtanter combinatam fuiſſe, ex ſequenti Inſcriptione clarisſimè videre licet:

P. DECIMIUS P. L. EROS.
MERULA MEDICUS
CLINICUS. CHIRURGUS.
OCULARIUS VI. VIR
HIC PRO LIBERTATE DEDIT. HS. IↃↃↃ &c.

iam Chirurgiam iſtam manuariam ſeu operatricem, quæ in variis operationibus, ſingulari cum dexteritate adornandis, conſiſtit; ad quam ritè docendam & tractandam exquiſita anatomiæ notitia opus eſſe, vel me tacente quilibet intelligit: Sic enim Praxi poſtmodum admoti juniores Medici ipſimet, inconſultis Chirurgis, operationes ſuſciperent, ſicque eodem ac ſimplici artificio Chirurgiam reducerent, & cum reliquo Medicinæ corpore unirent, quo eandem amiſerunt. Neque verò de felici conſilii hujus eventu ac ſucceſſu deſperandum eſt; Sunt enim primò adhuc *in poſſeſſione vel quaſi*: Nulli enim Chirurgorum hodiè permiſſum, ut de vulnerum conditione vel lethalitate apud magiſtratum propria authoritate deponat, ſed Medici tanquam prudentioris judicium attendat, per art. 3. ord. Med. Brand. de anno 1694. *Wann zu Beſichtigung der vervvundeten oder entleibten ein* Chirurgus *aus den Ambts-Meiſtern neben dem* Phyſico *oder* Medico, *vvelchem ſolche Beſichtigung* committiret, *gefordert vvird, ſoll derſelbe die Unterſuchung mit behörlichem Fleiſs und Behutſamkeit ohne alle vorgefaſte Einbildung*, præſumtion *oder* partialität *verrichten, und des* Phyſici *oder* Medici *Veranlaſſung mehr, als ſeinem eigenen gutdüncken folgen.* Et art. 4. *Iſt der* affectus *von ſonderbahrer Wichtigkeit und Gefahr ſollen ſie* (*die* Chirurgi) *einen verſtändigen* Medicum *mit anziehen, und ohne deſſelben Einrathen, bevorab innerliche* medicamenten, *die von einiger* conſequence, *als* purgantia &c. *einzugeben ſich nicht unterſtehen.* & art. 5. *Inſonderheit, vveil die Erfahrung gegeben, daſs durch die Franzoſen*-cur, *ſo* per inunctionem mercurialem & ſalivationem *geſchicht, unterſchiedliche grobe Fehler vorgegangen, ſo die patienten mit dem Leben haben gebüſſet, ſollen ſie in dergleichen Fällen ohne* aſſiſtence *eines* Medici *ſich hinführo keiner ſolchen* cur *vor ihren Kopff alleine unterfangen, bey hoher unnachläſsiger Straffe.* Si igitur, uti ex locis allegatis apparet, Medici in poſſeſſione ſunt vel quaſi, nil ſanè metuendum, quin pleno tandem jure artem Chirurgicam ſibi vendicaturi ſint. Cui ſcopo felicius obtinendo *propria Chirurgorum ignorantia* velificabitur: Protruduntur enim quotidie in tonſtrinas homines admodum ignari & ad quidvis potius aliud, quàm ad exercendam Chirurgiam apti, omni anatomiæ & materiæ Medicæ ſubſidio prorſus deſtituti, qui quo inſolentius & audacius in vitas & ſanitatem hominum debacchantur, eo pleniorem Medicis vitam pandunt eandem denuò invadendi, dummodò ipſimet eadem non laborent inſcientia, quam in aliis reprehendunt. Nam ſi hi illis æque imperiti aut fortè imperitiores eſſent, non ſolum injuſta foret prætenſio, ſed &, ſi coec' cœco viam monſtraret, ambo in foveam procul dubio præcipitarentur: Quare prudenter admodum hac de re judicat Excell. D. (l) *Stahlius*: *Tunc verò*, inquit, *juſtiſſimum cenſebimus* à priori, *& factu quoque facilem* à poſteriori, *hanc prætenſionem, ut Chrirurgi æque ac Pharmacopœi ſtrictiſſimè intra cancellos atque præſcriptos limites ſuæ profesſionis ſeſe contineant, quando Medicos ſuæ artis ſupra exceptionem peritos omnes eſſe, nec alios multis etiam Chirurgis minus peritos inveniri tempus tulerit.*

§. XIV.

Verum audire adhuc mihi videor nonnullos objicientes, me fruſtra ſtudioſos Medicinæ ad excolendam æque ac exercendam Chirurgiam cohortari, ipſisque proinde vana tantùm ac inani ſpe blandiri, fore, ut cum reliquo Medicinæ ſyſtemate eadem denuò ſocietur, atque ita ad antiquum ſuum, quo olim radiabat, ſplendorem revocetur, cum medicorum omnium princeps, *Hippocrates*, licet in operationibus Chirurgicis non ſolùm valdè fuerit peritus, ſed & reapſe easdem ipſemet exercuerit, ſeriò tamen Medicos dehortatus ſit, ne calculi veſicæ exſectionem ipſimet adminiſtrarent, ſed potius aliis hominibus frequentandam eam relinquerent, ceu in juramento *Hippocratis* expreſſe injungitur. Tantùm verò abeſt, ut *Hippocrates* hoc loco Medicis Chirurgiæ peritis diſſuadeat, quò minus operationes ſic dictas manuarias ipſimet exerceant, ut potius eosdem talium rerum peritos ſummoperè laudet. Famæ ſolum juniorum Medicorum ipſiusque artis hoc ipſo conſulere voluit prudens ſenex, ne temerè & præter neceſſitatem tales ſuſciperent operationes, in quarum circumſpecta adminiſtratione ſufficientem nondum dexteritatem acquiſiviſſent, quæque cum ambiguo & ancipiti effectu & eventu eſſent ſtipatæ, qualem imprimis eſſe lithotomiam, funeſta plurima exempla demonſtrant: Fore igitur, conſultius, ſi aliis, talibus in negotiis expeditioribus res ea potius relinqueretur. Atque hinc fortaſſis factum eſt, ut, quemadmodum inter Medicos, ita & inter Chirurgos ſucceſſivis temporibus certæ enatæ ſint ſectæ; Qui enim hodiè tumorum, vulnerum, ulcerum, fracturarum & luxationum curam gerunt, ſingulari prærogativa Chirurgorum titulum ambiunt: Qui verò è contra oculorum, dentium, calculorum herniarumque Medicationes ſuſcipiunt, ſpeciali operatorum, illi Græcorum ἐργάτῃ reſpondente titulo ſalutari malunt. Neque inſuper metuendum, quod alii adhuc objicerent, ceſſurum hoc in opprobrium artis ipſorumque medentium, ſi Chirurgiam tanquam rem fœdam & abominabilem

(l) Diſſert. de medicinæ & chirurgiæ perpetuo nexu §. XLII.

ipſimet exercerent: Referunt enim hiſtoriarum monumenta de Dionyſio Tyranno & Joſina Scotorum Rege, quod magna animi præſentia & feliciter tractarint affectus externos, quorum poſterior etiam magno ſuo exemplo ſubditis ſuis occaſionem dediſſe videtur, ut hodiè adhuc non pauci Scotiæ nobiles vulnerum curationi ſeſe applicent: Imò multos non ſolùm Angliæ, ſed & Galliæ nobiles medicinæ & chirurgiæ in hunc usque diem ſedulam navare operam, res eſt notiſſima.

§. XV.

Aſt relicta chirurgia progrediamur ad pharmaciam, de eadem ſimiliter demonſtraturi, quod antiquis temporibus cum reliquo medicinæ corpore arctiſſimè fuerit conjuncta ac proin à ſolis medicis exercita: Quam ob cauſam ipſe quoque *Galenus*, qui non levem pro more ſeculi, in quo vivebat, pharmaceutico ſtudio operam navaverat, uti ex commentario ejus de medicamentorum compoſitionibus apparet, pharmacopœus Antonini Cæſaris appellatus fuit, ſicut apud (m) *Petrum Caſtellum* legimus, & (n) *Ammannus* ingenuè fatetur, pharmacopœos artem ſuam primitus à medicis didiciſſe; Id quod inſuper propter ipſam rei naturam aliter fieri non potuit: Cum enim pharmaceutica ſub prima medicinæ infantia eſſet ſimpliciſſima, & nonnullorum tantum ſimplicium, uti & paucorum quorundam compoſitorum notitia abſolveretur, quid pharmacopœis fuiſſet opus? Et licet ſucceſſivis temporibus ſenſim à primæva ſua ſimplicitate deſciſceret, nondum tamen tam latè ſua extenderat pomœria, quin ab una eademque perſona & medicina & pharmacia potuerit adminiſtrari, donec tandem voluptatibus hominum auctis & luxu ubique introducto rei quoque medicamentariæ apparatus augeri, à medicis deſeri & in alios devolvi cœpit. Quod quo tempore factum ſit, licet usque adeò exactè determinare non poſſimus; à vero tamen non longè recedere videntur, qui unà cum Pſeudo-chriſtianiſmo luxuriam, & cum luxuria ſimul pharmacopolia in Germaniam introducta eſſe argumentis non contemnendis demonſtrant. Ubi enim gulæ & ventri inſerviunt homines, ibi largam morborum ſegetem pullulare neceſſarium eſt conſequens. Unde licet meliora videant probentque mortales, deteriora tamen ſequuntur, ſecundum illud noſtratium: *Ich eſſe, was mir ſchmeckt, und leide, was ich kan.* Interim fatalem iſtam diviſionem & pharmaceuticæ à medicina ſeparationem jam multis ſeculis ante in Africa inſtitutam fuiſſe author eſt (o) *Conringius*: *Plurimis quidem ſeculis* (inquit) *caruit officinis pharmaceuticis ars medica, ipſis medentibus domi pharmaca ſua conficientibus; idemque mos hodieque obtinet per omnem Aſiam. In Africa vero primum videntur medici hanc curam à ſeſe in alios rejeciſſe, ante hos quingentos amplius annos, quo tempore ibi floruerunt nobiliſſima regna Tunetanum & Marocanum ſub regibus Luntuniæ & Almohavidicæ familiæ. Avenzoaris ſanè ævo, qui ſeculi duodecimi initio, undecimi fine floruit, morem illum in Africa obtinuiſſe, non videtur dubitandum. Inde cum doctrinarum artiumque omni genere in Hiſpaniam primùm, mox in Europæ reliqua conceſſit.* Maximam tamen ſymbolam ad hanc diviſionem contuliſſe *propriam Medicorum pigritiam*, non obſcurè innuit (p) *Helmontius* hiſce veriſſimis, licet acrioribus verbis: *Die Apothecker-Kunſt*, inquit, *hat erſtlich ihren Anfang bekommen von den Krämern, ſo mit einfachen Kräutern und Gewæchſen gehandelt, und von Kræuter-Samlern. Hernach aber, als die Aertzte geſehen, daſs es nicht einem jeden gelegen wære die Kræuter zu kochen, einzumachen und zuzurichten, ſo hat man diſs Weſen zugleich den Materialiſten mit anvertrauet: Dabey aber die Aertzte die auſſerleſenſten und geheimen Stücke vor ſich behalten, damit ſie ihren Nachkommen etwas zur Ehre lieſſen. Endlich aber* NB. *als die Faulheit der Ærtzte immer mehr und mehr zunahm, thut man nun nichts anders mehr, als daſs man aus einer Gaſſe und aus einem Hauſe ins andere læufft, und aus den vielen Beſuchungen und Gængen ſeinen Gewinn ſuchet.* O quàm pulchre & quàm verè medicorum noſtrorum pragmaticorum mores corruptos perſtringit Vir acutiſſimus, utpote quos ultrò citroque per plateas videmus diſcurrentes, ſuosque ægrotantes bis terve quaterve de die citra neceſſitatem viſitantes, ut titulum clinicorum majori, quàm ullo alio tempore, jure hodiè promereantur. *Hernach* (pergit idem) *ſeynd die Apothecker-Bücher* (diſpenſatoria) *aufkommen, da man nemlich hin und wieder die beſten Recepta zuſammen geklaubet, nachdem es etwan ihr Unverſtand zugelaſſen. Damit man nemlich ſolche Artzneyen in den Apothecken ſchon fertig hætte, und zu kauffen gebe, mehr, damit es deſto geſchwinder zugehe, alſs daſs ſich die Sache allemahl recht eigen ſo ſchickte.* Ita ergò turdus (medicus) ſibimet ipſi ſuam cacavit perniciem.

§. XVI.

Cæterùm longè alia & diſtincta pharmaceuticæ illius veteris, *Galenicæ* dictæ, ab *hac nova*, quam *chymicam* hodiè ſolenniter appellamus

(m) in *optim. Med. Sect.* 11. *pag.* 55.
(n) *Med. Crit. diſcurſ.* 25. *p.* 191. *&* 193.
(o) *Med. Hermet. Lib.* 2. *cap.* 8. *p.* 293.

(p) *Tractat. de febr. c.* 15. §. 9. *edit. Germ.*

pellamus, fuit facies, cum *illa* ſolùm ſua ex vegetabilium, & pauca ex animalium regno petierit medicamenta, *hæc* verò ex ipſa mineralium, longè majori efficacia pollentium familia eadem hauſerit, quæ etiam in morbis quibusdam chronicis, hydrope, lue venerea, epilepſia, mania aliisque contumaciſſimis affectibus deſideratiſſimam & à vegetabilibus ſolis vix unquam expectandam attulere operam. Qua in re facem reliquis prætulerunt *Theophraſtus Paracelſus* & *Johannes Baptiſta Helmontius*, quos poſtmodum *Michaelis*, *Barnerus*, *Rolfincius*, *Bohnius*, *Ludovici*, *Wedelius*, *Lemery*, *le Febure*, *Marggravius*, *le Mortius* pluresque alii recentiores magno numero ſecuti ſunt. Quibusdam tamen laudabilis illa innovandi ratio usque adeò diſplicuiſſe videtur, ut propterea in primos pharmaceuticæ hujus chymicæ aſſertores maximè contumelioſas evomerent criminationes, qua in primis iræ & animi intemperantia adverſus Paracelſum ejusque aſſeclas laboraſſe *Hermannum Conringium* non immeritò miramur: Paſſim enim ipſum vocat (q) *nequam*, qui proprium nomen corruperit, & magnificos atque pompoſos titulos ſibi tribui affectaverit; (r) Alibi dogmata ejus abſurda vocat & impia, quæ omnibus ante ſe natis exploſis & irriſis non ſolum in artem ſalutarem, ſed & univerſam philoſophiam introduxerit, eamque (s) ſordibus ſuis conſpurcaverit, multis nugaciſſimis ſcriptis exaratis. Non raro ipſum novæ & monſtroſæ ſectæ autorem vocat, (t) agyrtam & ardelionem, imo (u) *Schellhammerus*, Conringii paraphraſtes, ipſum appellat hominem impurum & ineptum, monarcham ruſticorum, quique potius inſanire quàm philoſophari videri queat. (w) Alibi conqueritur *Conringius*, artem noſtram multò majora capt[illegible]am fuiſſe incrementa niſi Germaniam tum temporis dementaſſet *Paracelſus*, monſtrum hominis, in perniciem omnis melioris eruditionis natum. Neque pudet eundem *Conringium*, planè celebris (x) magi nomine ipſum proſcindere, imò, nequid dicam gravius, prorſus ſubdubitare, an (y) virum an verò dæmonem ipſum eſſe exiſtimet. Taceo reliquas acerbiſſimas, quibus utitur, loquendi formulas, omnia Paracelſica mera eſſe figmenta, nugari eundem, *Paracelſi* philoſophia nihil eſſe abſurdius, conſpicuam eſſe ejusdem ſtultitiam, & quæ ſunt ejus farinæ plura, quæ impotens iræ furor ipſi

Novell. Val.

(q) *Introduct. in art. med. cap. 2. pag. 53.*
(r) *loc. all. cap. 1. §. 13. p. 10.*
(s) *l. all. cap. 2. §. 20. pag. 53.*
(t) *loco proximè allegato.*
(u) *animadverſ. in Conring. Introduct. ad cap. 2. p. 67.*
(vv) *introd. Cap. III. §. 77. P. 3.*
(x) *l. alleg. cap. 11. §. 17. pag. 380.*
(y) *Med. Hermet. Lib. I. cap. 1.*

dictitavit in calamum, quam ob cauſam etiam amarulento ſcripto ſeverè, prout meruerat, caſtigatus eſt ab (z) *Olao Borrichio*: Quicquid verò ſit, non poſſunt tamen jurati ejus hoſtes inficiari, ipſum multa præſtantiſſima inveniſſe remedia pro domandis ac ſubjugandis morbis chronicis, quam poſtea ſupellectilem mirificè amplificarunt *Helmontius* aliique, quorum mentionem fecimus, chymiatricam medicinam profeſſi, atque adeò philoſophos per ignem κατ' ἐξοχὴν ſeſe appellare non erubeſcentes. Optandum tantùm foret, in eorundem ſcriniis recondita imo ſepulta manſiſſe eorundem arcana, nec ad pharmacopœorum notitiam unquam perveniſſe: Sic alienis plumis illi hodie non ſuperbirent, neque fructus inventorum tantis ſæpè laboribus ac ſudoribus partorum aliis præriperent homines ingrati. Diſcite hinc, ô noſtri veſtris proſpicere commodis, &, ſi quæ poſſideatis arcanioris compoſitionis remedia, nolite propalare: Quàm primùm enim in vulgi notitiam pervenerint, ſtatim non ſolùm obvileſcent, ſed & ab hominibus avaris & crumenimulgis in abuſum & uſuras illicitas vertentur medicamenta præſtantiſſima.

§. XVII.

Et quemadmodum ipſius pharmaciæ, ita & pharmacopœorum priſcis temporibus longè alia fuit ratio: Antiquitus enim pigmentarii, aromatarii, ſeplaſiarii, medicamentarii, imò nonnulli eorum confectionarii, alii unguentarii dicebantur; Quos tamen omnes ab hodiernis pharmacopolis diſtinguere non erit difficile. Pigmentarii enim nudi erant mercatores, in ſimplicibus comparandis tantum occupati, à quibus poſteà medici, qui pharmaceuticam ipſimet tunc temporis adminiſtrabant, ſpecies medicinales emebant, præparabant & ægrotantibus ſuis diſpenſabant. Seplaſiarii verò, qui etiam interdum unguentarii appellitabantur, videntur nomen ſuum accepiſſe à ſeplaſia, foro Capuæ, qui in uſum pictorum, tinctorum & Unguentariorum varia pharmaca, pigmenta & ſuffimenta vendebant. Quia verò ſimul omnis materiæ medicæ apparatus venalis apud ipſos proſtabat, nomen aromatariorum etiam acquirebant, adeoque eandem, quam noſtri hodiè aromatarii & materialiſtæ, (ſit venia verbo barbaro) profeſſionem exercebant, medicamentorum præparatione & diſtributione conſtanter ipſis denegata. Et quod denique unguentarios ſpeciatim attinet, eorum functionem in ſola unguentorum præparatione & venditione verſatum fuiſſe, ipſa eorundem denominatio ſatis indicat: Unctionis enim actus admodum frequentabatur & æſtimabatur ab antiquis,

(z) *Tract. de Hermet. Ægyptior. & Chemicorum Sapientia ab Hermanni Conringii animadverſionibus vindicata.*

tiquis: Quare etiam unctores peculiarem Gymnaſii partem ſibi vindicabant, elæotheſium ſive ἀλειπτήριον vel Unctuarium appellatum, in quo, qui vel luctaturi vel alias exercitationes corporis ſubituri vel balnea ingreſſuri erant, ungebantur & redungebatur, ſicuti non rationem tantùm ungendi, ſed & eos, qui ungebantur, unctionis materiam, & à quibus, & qua ratione unctionis actus adornabatur, fusè deſcripſit (a) *Hieronymus Mercurialis.* Ex quibus omnibus ſatis diſpaleſcit, quod quidem hodierni noſtri pharmacopœi in eo conveniant cum pigmentariis antiquorum, quod univerſum materiæ medicæ apparatum in uſum medicorum comparent, cum ſeplaſiariis & unguentariis, quod pigmenta, ſuffimenta & unguenta in aliorum uſus conficiant ac divendant, cum aromatariis & materialiſtis, quod etiam aromata & varia alia ad materiam medicam ſpectantia diſtrahant: Sed in eo nihilominus reliquorum omnium ſortem longiſſimè ſuperant, quod præter materiam medicam, quam venalem aliis exponunt, ipſam quoque medicamentorum præparationem ita ſibi propriam vendicent, ut non ſolùm aromatarios, hos eorum circulos turbantes, ſed ipſos quoque medentes, elaborationi & diſpenſationi privatæ medicamentorum incumbentes in jus vocare non vereantur.

§. XVIII.

Quàm injuſta verò ſit hæc pharmacopolarum actio contra Medicos, ex hactenus dictis manifeſtum eſt: Demonſtravimus enim Pharmaciam cum Medicina antiquitus firmiſſimè fuiſſe combinatam, imò illam à Medicis ipſis conſtanter adminiſtratam: Oſtendimus inſuper, Pharmacopœos uti olim, ita & hodiè conſiderandos eſſe tanquam perſonas Medicorum adminiſtras, proprio marte nihil ſuſcipientes, ſed potius ſecundum leges ab ipſis præſcriptas non ſolùm Medicamenta præparantes, ſed etjam formulas in ægrotantium uſum componentes, quippe qui indolis tàm ſimplicium quàm compoſitorum penitus ſunt ignari. Imò comprobavimus quoque, luxum immoderatum per univerſam Germaniam inſolentius ſeſe diffundentem, Pharmacopoliis inſtructioribus originem dediſſe, atque adeò per ſolam Medicorum incuriam & indulgentiam factum fuiſſe, ut Pharmacopœi, commodis ſuis inhiantes, medicamentorum compoſitionem ita ad ſeſe pertraxerint, ut hodiè ipſos Medicos, quos tamen tanquam primos artis Pharmaceuticæ inventores & antiquos poſſeſſores venerari deberent, non ſolùm inde arcere, ſed etiam in jus vocare haud erubeſcant, ſi ab illis officinas publicas negligentius haberi & privatam contrà remediorum diſpenſationem urgeri animadvertant. Nos quidem reliqua Pharmacopœorum jura ſive communia ſive propria, inprimis quæ eorum dignitates, ab oneribus perſonalibus, imò & nonnullis realibus immunitates, jus prælationis in concurſu creditorum, privilegia contra agyrtas, circumforaneos & aromatarios, & quæ certum Pharmacopoliorum numerum in civitatibus majoribus concernunt, controverſa hic non reddamus; Hæc enim nihil ad nos: Tua autem, quod nihil refert, percontrari deſinas. Illud vero ab omni æquitate alienum nobis videtur, Pharmacopœis eam hodiè indulgeri licentiam, ut Medicos ipſos in jus vocare, & Medicamentorum præparationem pariter ac diſpenſationem ipſis prohibere permittatur. Oſtendenda namque jurium horum origo & vis obligandi. Equidem ad (b) *Conſtitutiones Siculas*, quarum ortum in *Rogerium I.* utriusque Siciliæ Regem & Salerni Principem, uti & *Fridericum II.* Imperatorum nonnulli referunt, quod attinet, dubito, an illæ allegari queant, pro confirmandis juribus Pharmacopœorum modernorum. Quid enim ad nos leges Regum Siciliæ regnique Neapolitani? Poterant eæ quidem obligare Medicos Siciliæ Regum poteſtati ac ditioni ſubjectos, non verò item Medicos Germaniæ noſtrates. Ponamus autem, habere conſtitutiones iſtas Siculas vim obligandi etiam Medicos modernos, unde quæſo eſt, quod reliqua ſanctionis Fridericianæ momenta non æquo rigore hodiè obſerventur? Quare v. g. à praxi Medica non arceantur, qui integrum triennium ſtudio Logicali non inſumſerunt: Id enim lex tertia Conſtitutionis dictæ expreſsè efflagitat, cujus verba, licet parùm Ciceroniana, hîc tamen integra adponam: *Quia nunquam ſciri poteſt ſcientia Medicinæ, niſi de ſcientia logicali præſcribatur, ſtatuimus, quod nullus ſtudeat in Medicinali ſcienti[illegible], niſi prius ſtudeat ad minus triennio in ſcientia logicali: Poſt triennium, ſi voluerit, ad ſtudium Medicinæ procedat - - - - - - Poſt quod, & non ante, concedatur ſibi licentia practicandi, examinatione juxta curiæ formam præhabita & nihilominus recepto pro eo de prædicto tempore ſtudii teſtimonio magiſtrali.* Quàm curta verò domi ſupellex foret plurimis Medicinæ Candidatis, ſi ſcientiæ ſuæ Logicæ in examinibus publicis rationes reddere deberent! Specimina inauguralia toto die demonſtrant, quod ſacraria artis rationalis ne à limine quidem ſalutaverint, multò minus ſecundum ſanctionis Fridericianæ tenorem in eadem integrum triennium conſumſerint. Cur prætereà ad Praxin Chirurgicam hodiè admittuntur, qui

(a) *de art. gymnaſt. Lib. I. cap. 8. p. 33. 34. & 36.*

(b) Supervacaneum judicavimus, dictas *Conſtitutiones Siculas* integras hic excerpere: Verbotenus enim legi poſſunt in *Frid. Lindenbrogii Codice LL. antiquarum* Lib. 3. tit. 34. *de probabili experientia Medicorum.*

qui anatomiam corporum humanorum nunquam vel primis deguſtarunt labris, ſed præter tonſuram barbarum & venæſectionis, vel cucurbitularum adminiſtrationem nihil intelligunt, contra expreſſa ejusdem legis verba; *Salubri etiam conſtitutione ſancimus, ut nullus Chirurgus ad practicam admittatur, niſi teſtimoniales literas offerat magiſtrorum, in medicinali facultate legentium, quod per annum ſaltem in ea Medicinæ parte ſtuduerit, quæ Chirurgiæ inſtruit facultatem, & præſertim anatomiam corporum humanorum in ſcholis didicerit, & ſit in ea Medicinæ parte perfectus: Sine qua nec inciſiones ſalutariter fieri poterunt, nec factæ curari.* Quare porrò ſecundum tenorem legis ultimæ Confectionarii (Pharmacopolæ) ſacramento corporaliter præſtito non amplius obligantur, ut electuaria, ſyrupos & alias Medicinas conficiant NB. in præſentia juratorum? Et ſi contra fecerint, cur non amplius publicatione bonorum ſuorum condemnantur? Quis verò hodie in actiones Pharmacopœorum animadvertit, aut iisdem pollicem premit? Et quid denique ſibivolunt vocabula *ſtationis propriæ*, quæ potiſſimum urgent, qui Pharmacopœis eorundemque juribus favent: *Non contrahat ſocietatem cum confectionariis.* - - - *Nec ipſe etiam* (Medicus) *habebit propriam ſtationem*: Si enim per ſtationem propriam intelligatur officina publica, variis ſyrupis, electuariis, conſervis, magiſteriis, ſpeciebus, conditis aliisque confectionibus majoribus, mirabili ſæpe ac ridicula contrariorum commixtione conſarcinatis ſuperbiens, facile conceſſerim, abhorrere ab officio Medici, inſtitorem vel mercatorem agere, aut in officina quadam publica ſyrupos, electuaria &c. venalia exponere. Ut verò ſanitati hominũ conſulatur, pompoſo iſto ac propemodum prodigioſo remediorum apparatu planè non eſt opus: Siquidem ad praxin Medicam feciliter inſtituendam ſufficit, Medicũ paucorum quorundam, dummodò fidorum ſimulque exploratas vires habentium remediorum notitia inſtructum eſſe, quæ ſi cautè, prudenter ac circumſpectè dirigat, affatim habebit, unde ſanitati hominum proſpiciat: Luxui enim & voluptatibus eorundem ſervire, nec Medicum nec pharmacopœum decet.

§. XIX.

Ex quibus omnibus meridiana luce apparet clarius, non poſſe hodiè pharmacopœos noſtros vel minimum petere patrocinium cauſæ ſuæ injuſtæ contra Medicos excitatis Conſtitutionibus Siculis, utpote quæ ne verbo quidem meminerunt, Medicos nulla penitus Medicamenta domi præparare, multò minus eadem in ægrotantium ſuorum uſum privatim diſpenſare debere? Quam privatam medicamentorum ſelectiorum diſpenſationem commendarunt ab omni tempore Medici toto orbe celeberrimi, quos inter nominaſſe ſufficiat vel ſolum *Danielem Ludovici, Medicum Ducalem Saxo-Gothanum*, dum viveret, *famigeratiſſimum*, qui (c) peculiari diſſertatione argumentum hoc acri, ſed ſimul judicioſo ſtylo proſecutus eſt, in primis verò notari merentur verba, quæ in (d) introductione in *pharmaciam moderno ſeculo applicandam* leguntur: *Præcideretur* (inquit) *admodum occaſio* (intellige privata hac medicamentorum diſpenſatione ab ipſo Medico inſtituta) *qua empirici, minus alias pleriſque in locis coerciti, inprimis autem polipragmones Pharmacopolæ, divulgatis & arreptis per vulgarem receptiſmum elegantioribus aut præſentioribus ſpecificis, polychreſtis, eorumque formulis vel adhibendi modis* (quaſi patentiorem adhuc feneſtram nacti) *eò elatius ac impudentius per exiſtimationis noſtræ ſtragem, ad plebejorum plauſus nummorumque capturas magis magisque in poſterum graſſari poſſent, Pharmaceutici apparatus poſſeſſores, proviſores aut quique tandem diſpenſatores, tot ſupervacaneis expenſis atque laboribus admodum ſic eximerentur. Ipſi tandem Medici magnam antiquæ authoritatis ac libertatis partem hinc recuperarent; Ac amplius adeò Diſpenſatoriorum arbitrio formulisque inibi authentiſatis* (ſæpe non ſine multis curationis incommodis) *alligarentur, ſed ad ſingularia quoque ſeu ſelectiora quædam, campo hic longè liberiori excurrere poſſent.* In eadem ſententia nobiſcum verſatur (e) *Schellhammerus*, qui non citra rationem vehementer conqueritur, nullo jure nullove civium commodo fieri, ut hodiè quibusdam in locis Medici ab omni pharmaceutica præparatione tanta ſeveritate arceantur, ut ipſis nihil prorſus ſui juris maneat integrum, jubeanturque vel maximè arcanas quoque præparationes ſibique proprias & nonnunquam ſatis difficiles aliorum φαρμακευτικῆς ſæpe non ſatis peritorum fidei committere: Cum contra per univerſam Saxoniam ſuperiorem & plurimis aliis in locis ac regionibus, Medici ſuo jure utentes & laudabilem veterum morem reducentes, magnam Medicamentorum ac præcipuam partem ſibi vendicent. Hiſce meritiſſimo quoque jure annumerandus eſt Excell. (f) *Stahlius* in nuperrimo *Propemptico* inaugurali, ubi, quæ ad controverſiam hanc elucidandam & componendam faciunt, ſolidiſſimè diſcuſſit. Addatur & ill. *Bohnius* Lipſ. Decus in *Programmate* de hoc argumento.

§. XX.

Videamus autem argumenta præcipua, quibus ſuffulti officinarum Pharmaceuticarum publi-

(c) *de privata remediorum diſpenſatione.*
(d) *præfat. in pharmac. mod. ſec. applicand. p. 6. & 7.*
(e) *paraphraſ. in introd. Conring. Cap. 1. §. 12.*
(f) *de Privata Medicamentorum diſpenſatione.*

publicarũ Patroni earundem authoritatem, utilitatem ac neceſſitatem in Republica ſtabilire conantur, quos inter non poſtremum occupat locum (g) *Conringius*, qui cùm Medicinæ Galenicæ totum ſeſe conſecraſſet, ac proinde in *Paracelſum* & remedia chymica ab ipſo introducta diriſſimas emoveret contumelias, non debebat non officinarum publicarum auctoritatem quocunque modo defendere, præprimis poſtea quam ipſemet easdem non exiguo compoſitionum Galenicarum numero locupletaverat. Quamvis enim ipſemet in dubium vocare nequeat, multa non ſolùm per negligentiam, ſed etiam dolosè fieri in officinis publicis non ferenda, multò minus laudanda, quin potius graviſſimos errores circa Medicamentorum præcipuè generoſorum compoſitionem committi: Attamen nec ipſum quoque Medicum, praxi potiſſimum prolixæ implicitum, licet ſuâ ipſius manu Medicamenta paraverit, omnem ejuscemodi culpam, errores & peccata præcavere poſſe ſubjungit. Aſt extantiora ſunt Pharmacopœorum errata, quæ in præparatione medicamentorum mercurialium & antimonialium commiſerunt, quæ licet non exaggeremus, aut, ut vulgò loqui amant, ex muſca faciamus elephantum, tantam tamen in ſanitatem & vitam hominum ſtragem ediderunt, ut mitiorem explicationem vel excuſationem non mereantur, quibus tamen omnibus Medicus Pharmaceutices peritus rerumque ſuarum ſatagens obviam procedere, ſicque non ſolùm valetudini ægrotantium, ſed & famæ & exiſtimationi ſuæ rectius conſulere poteſt, ſi ipſemet remediorum elaborationi invigilaverit. Hac enim ratione perſpectam habebit Medicamenti indolem, doſin viresque, in quibus tamen omnibus dubius hærebit & anceps, ſi alienæ fidei & ſuam exiſtimationem & ægrotantium ſalutem committere neceſſum habeat. Accedit, artem medicam per multa ſecula officinis pharmaceuticis deſtitutam fuiſſe, & tamen commodis ægrotantium feliciter ſemper & abundè proſpexiſſe. Quidni ergò & hodiè iisdem carere poſſemus?

§. XXI.

Ejusdem farinæ ſunt reliqua ejusdem Conringii argumenta, quæ pro ſtabilienda pharmacopoliorum publicorum auctoritate eodem libro de hermetica Medicina adfert; Duo ſc. ingentia hoc medio præcaveri mala: Alterum, ne quid medicus temerè peccare auſit vel poſſit, ceu quem in jus vocare liceat, ſi non ignoretur, quo uſus ſit, remedium: Multos etenim medicorum eſſe, qui cum præparationis remediorum penitus ſint ignari, excuſationem tamen hoc medio habituri ſint, ſi publico velut teſtimonio declarare queant, quas in officinam formulas miſerint, licet intereà malè nonnunquam ſuccedat negotium. Alterum, ut juſto pretio veneant remedia, quæ alioquin ab avaris immodico ſolent ægrotantibus vendi. Miſera ſanè effugia, magnitudine ingenii Conringiani prorſus indigna! Ludetur enim de corio ægrotantium, ſive Medicus *ſua* ſive *Pharmacopœi culpa* peccaverit. Parùm certè juvabit vel ad palliandam ignorantiam vel ad evincendam innocentiam, ſi noverit tertius, quo uſus fuerit Medicamento, ſi intereà damnum eodem intulerit proximo. Si verò Medicamentum inſons vitiique expers fuerit, malitioſum foret, errores aliunde natos refundere velle in Medicos, quod quàm ſolenne ſit hac noſtra tempeſtate neminem fugit. Multò verò minus metuendum, ne Medici ſuo tantum arbitratu pro viliſſimis quibusvis remediis crumenas ægrotantium emuncturi ſint: Sunt enim illorum plerique generoſi, liberales, ad commiſerationem proni, ſæpius dant, rarius accipiunt, uno ut me expediam verbo, ad opera miſericordiæ exercenda promptiſſimi. De moderatione verò taxarum, uti vocant, Medicinalium, ſemper quidem locuti ſunt cordatiores Medici, ſed ſurdis ac mutis narravere fabulas, & veluti alienos & ignotos DEOS nunciaſſe viſi ſunt, ſicuti graviter conqueritur in erudita ſua de moderamine taxarum diſſertatione Vir integerrimus *Daniel Ludovici*. Illæ namque, quæ in Pharmacopoliis hodieque vigent, taxæ omnem Chriſtianam charitatem usque adeò tranſcendunt, ut pro decem imperialibus facilè lucrentur Pharmacopoei centum, quantas tamen uſuras etiam abjectiſſimus & maximè avarus Judæus abominaretur. Interim duriſſimis hiſce legibus colla ſua ſubmittere coguntur Clerici æque ac Laici, nobiles æque ac ignobiles, divites pariter ac pauperes, qui ultimi ſive evadant ſive fatis cedant, â Pharmacopœi ejusque vexis nullibi tuti ſunt: Priori enim caſu diu laborandum, algendum ac ſudandum, antequam auaritiæ Pharmacopœi ſatisfiat; Poſteriori verò caſu inevitabile poſteris onus relinquitur, oſtiatim ſtipem colligendi, & hoc extraordinario medio placandi Pharmacopœum auri cupidum, nullasque æquitatis aut Chriſtianæ charitatis leges attendentem. Neque tamen propterea eundem in jus vocare licebit, tanquam qui æſtimavit ſua Medicamenta ſecundum normam taxæ ſibi præſcriptam: Imò, ut quid dicam amplius, cui leges etiam civiles jus prælationis in concurſu creditorum liberaliter indulgent, ut JCtis notum eſt.

§. XXII.

Quæ omnia cùm ita, uti diximus, comparata ſint, ſponte conſequitur, Rempublicam officinis Pharmaceuticis talibus, quales hodiè ſunt, commodè carere poſſe: Satis enim demonſtravit ſæpius laudatus *Ludovici*, quod Pharmacopolia illa inſtructiora infinita ſupervacaneorum & inutilium, immenſa incommoda,

(g) *de Med. Hermet. Lib. 2. cap. 8. pag. 293.*

da, labores & expenſas Pharmacopolis ipſis, confuſionem Medicis & expenſas ægrotis cauſantium, copia exundent, & quidem citra ullum reale commodum aut ullam urgentem neceſſitatem. Cur enim ex omnibus mundi angulis tanta cum ſollicitudine conquiruntur exotica, cum ſæpius natale ſolum æquè efficacia aut efficaciora proferat vernacula, nullis ferè ſumtibus comparanda: Quam proinde ſupervacuam prodigalitatem non citra rationem vehementer reprehendit(h) *Salmaſius* his verbis: *Medicina non contenta remediis indigenis & inventu facilibus, officinas capturæ ſuæ inſtituit & inſtruit, petitis ex Arabia & India mercibus, inſalubri annona præſtinandis, quo carius homines pereant, quibus non licet jam morigratis. Rudiorem illam & antiquam medendi methodum, quæ ſimplicibus conſtabat medicamentis & parabilibus nec compoſitiones & mixturas externorum inexplicabiles agnoſcebat, eandem ubique Plinius conſtituit cum herbaria, & diſtinguebat ab illa quæſtuaria arte, quæ per morbos & mortes ſalutem ſibi petit.* Et cui quæſo bono his etiam vernaculis potiſſimùm cognitis & vires exploratas poſſidentibus tot ſubſtituuntur ſub uno genere ſymbolizantia aut æquipollentia? Et ſi ad ſpecialia deſcendere velimus, cui quæſo uſui ſubſerviunt tot aquæ deſtillatæ non vegetabilium ſaltem, ſed & mineralium & animalium, quæ præter phlegma inſipidum & inodorum nihil continent, unde etiam rancorem facilè contrahunt, & proinde tanquam inutilia magmata rejiciendæ ſunt? Exemplo eſſe poſſunt aquæ deſtillatæ plantaginis, ſempervivi, albuminis ovorum, burſæ paſtoris, caponis, carbunculi cum moſcho & ſine moſcho, cordis cervi cum vino, cuſcutæ, endiviæ, equiſeti, hederæ terreſtris, lactucæ, malvæ, piloſellæ, portulacæ, taraxaci, tormentillæ, verbenæ aliorumque plurium, quæ præter ſaporem herbaceum, acerbum & nauſeabundum nihil in receſſu habent. Ut jam nihil dicamus de aquis compoſitis cordialibus, antapoplecticis, anti-hyſtericis, anti-podagricis, ant-epilepticis &c. hujus vel illius celebrioris practici nomen præ ſe ferentibus, quarum pleræque vel magnificis ſuis promiſſis excidunt, vel inconſideratam talem plurium ſimplicium confuſionem & compoſitionem non efflagitant. Si porrò inutilem illam farraginem magiſteriorum, ex animalibus potiſſimum & marinis paratorum & ſupervacuam ſæpe caritatem inducentium, quale v. g. eſt magiſterium margaritarum orientalium, ex officinis ejiceremus, quam contractam rurſus haberemus materiam Medicam & quàm benè conſuleretur ægrotantibus? In horum enim omnium locum maximo cum fructu unum vel alterum ex vulgatiſſimis abſorbentibus commodè ſubſtitui poteſt, quia artificioſa illa Magiſteria ſuorum ſimplicium, ex quibus parata ſunt, virtutes longiſſimo poſt ſe intervallo relinquunt.

(h) *Proleg. in Libr. de homonym. hyl. Iatr. pag. 14.*

§. XXIII.

Quantis porrò, ut Pharmacopoliorum publicorum incommoda in compendio veluti ſiſtere pergamus, non parceremus ſumtibus ac vaſis pretioſis, ſi tot ſyrupos, eclegmata, oxyſacchara, Rob, conſervas, electuaria, condita ejusque generis remedia plura, negotioſis potius mulierculis relinquenda, ex officinis exturbaremus, utpote quæ cuncta hodiernæ medendi methodo minus quadrare videntur ſed ſingula tamen ſuis in loculis reponenda ſunt, ſolummodò ut Pharmacopolium appareat inſtructius, nihilque deſideretur, quod pompam & voluptatem augere vel promovere queat. Et quid denique de theriaca Andromachi, diaſcordio *Fracaſtorii*, mithridatio, philonio Romano aliisque compoſitionibus majoribus dicemus, de quarum pleriſque optimo jure pronunciavit *Ludovici*, quod nulla vel exigua ingredientium proportione genuinorumve componendi præceptorum ratione habita, cœlum terræ, frigida calidis, humentia ſiccis, ſtringentia aperientibus atque purgantibus, apertiva obſtruentibus, inertia & imbecillia probatis ac præſentaneis, culinaria medicamentoſis, fera draſticaque debilibus atque benignis, pretioſa viliſſimis, durabilia horariis & brevi fatiſcentibus vel corruptionem ſuam ſentientibus, amariſſima prædulcibus &c. citra ſolidam quandam rationem & neceſſitatem invicem commixta exhibeant? Similis eſt conditio tincturarum, eſſentiarum, elixiriorum, ſpirituum ſaliumque fixorum æque ac volatilium, quorum omnium tantus in officinis numerus proſtat, ut, quid eligere debeat Medicus, prorſus anceps ſit & incertus. Et quis denique Augiæ illud ſtabulum penitus repurgabit? Apparet interim clariſſimè, modernam medendi rationem, ejusmodi inſtructiorem medicamentorum ſupellectilem in officinis publicis continuo aſſervandum non expoſcere, ſed univerſam materiam medicam cum ſummo & medentium & ægrotantium commodo in arctos admodum limites conſtringi poſſe, ſicuti nuperrime non infelicia ejus rei ſpecimina edidit celeberrimus *Valentinus* Academiæ Haſſo-Gieſſenæ Profeſſor, atque oſtendit, paucis remediorum quaternionibus totam praxin Medicam feliciſſimè adminiſtrari poſſe, & per conſequens officinis publicis non eſſe opus.

§. XXIV.

Poſſe itaque artem Medicam paucis, iisque ſelectioribus, nec multo labore parandis remediis eſſe contentam, hoc potiſſimum argumento eſt, quod antiqui Medici, prout jam anteà indicavimus, per multa ſecula praxin Medicam feliciter exercuerint, & interea tamen officinis Pharmaceuticis conſtanter caruerint. Et quis igno-

ignorat, pleroſque Medicos Helvetiæ & Belgii fœderati, neglectis officinis publicis, privatæ remediorum diſpenſationi vel hodienum indulgere? Quem eundem morem in plurimis quoque Germaniæ noſtræ locis laudabili magiſtratus indulgentia tolerari videmus. Neque enim per rei naturam poſſibile eſt, pharmaciam à medicina ſeparare: Unde eleganter iterum (i) *Salmaſius* eadem de re in ſenſum noſtrum loquitur: *Profectò herbariæ rei ratio, ſicut eam tractat medicus, non poteſt ſejungi à medicina: Tolle ſuas herbas illi, aut quibus utitur herbarum loco, artis* καταλυσιν *ipſi imperabis; nec ſecus id erit, quam ſi coria ſubtrahas coriario, aut ligna fabro lignario. Ego verò herbarum inquiſitionem à medendi profeſſione non ſeparaverim, quatenus hanc ipſam profitetur quoque, nec ſine hac munus ſuum tueri poteſt.* Accedit, multos eosque ſatis nonnunquam impetuoſos affectus ſponte reſtitui absque ullis remediis externis, prolixo artificio comparandis, ſola Naturæ medentis αυτοκρατία: Quo caſu iterum pompoſo medicamentorum apparatu & conſequenter inſtructioribus Pharmacopoliis non indigemus. Quare etiam celebriores quivis pragmatici ab omni tempore ſelectioribus quibusdam compoſitionibus indulſerunt, quas ruſticis aliisque mediæ conditionis hominibus privatim ſummo cum emolumento diſpenſarunt, ditioribus verò formulas præſcripſerunt & ad officinas relegarunt, magis tamen, ut abſurdis ægrotantium, tale quid efflagitantium, votis morem gererent, quàm ut ulla urgente neceſſitate ſe eò compelli animadverterent: Qui inſuper multiplici eaque non inutili didicerunt obſervatione, pleroſque morbos magnam remediorum quantitatem aut frequentem eorundem mutationem, multò minus copioſam aſſumtionem non admittere aut pati, ſed non rarò inde exacerbari vel in deterius verti. Adeò ut ridicula illorum practicorum conamina ſatis mirari nequeamus, qui uno ſæpius die non contemnendam pulverum, potionum, tincturarum, eſſentiarum aliarumve ſimilium mixturarum quantitatem, ſuis ægrotantibus deglutiendam præbent, hoc ipſo certiſſimè aut ſuam ignorantiam aut turpem lucrandi cupidinem, honeſto viro indignam prodentes: Cujus ultimi potiſſimum vitii manifeſtam ſuſpicionem abalienare à ſe vix poterunt Medicinæ Doctores, qui officinas Pharmaceuticas publicas aut ipſimet poſſident, aut ab aliis conductas adminiſtrant. Quæ enim inſcitia ſua cauſati ſunt damna vel miniſtri vel famuli, ægrotantes nolentes volentes reſarcire coguntur.

§. XXV.

Atque eadem hæc pharmacopœorum ignorantia, quam in legitima remediorum præparatione ubique conſpiciendam præbent, potiſſimum ſi miniſtris vel famulis negotium iſtud imprudentius linquatur, novum ſuppeditat argumentum medicinæ practicis, quò minus ignaris ejuscemodi hominibus aut ſuam famam, aut, quod carius meritò æſtimandum, ægrotantium ſuorum ſanitatem & vitam temerè concredant. Memini, ex 15. granis mercurii dulcis, quæ medicus præſcripſerat, puerum 16. præter propter annorum brevi poſt vitam eum morte commutaſſe, cunctis indiciis & ſymptomatibus haud obſcurè innuentibus, mercurium dulcem ritè præparatum, & ſufficienter, prout regulæ artis efflagitabant, ſublimatum non fuiſſe, licet ſimul negari nequeat, in doſi ipſum quoque peccaſſe medicum. Simile quid contigit matronæ cuidam nobili in Belgio fœderato, quæ cum loco purgantis, cui medicus mercurium dulcem indiderat, ab imprudenti pharmacopola accepiſſet mercurium ſublimatum corroſivum, protinus in ingentia & intolerabilia ventris inferioris tormina incidit, horrendasque excretiones paſſa fuit: Quæ omnia licet tandem induſtria medici fuerint ſopita, incidit tamen poſteà eadem matrona in fluxum alvi chyloſum & atrophiam lethalem, ex qua aliquot poſt menſes miſerè periit: In cujus cadavere diſſecto interior inteſtinorum ſubſtantia ipſaque oſcula vaſorum lacteorum ulceroſa cruſta tecta ac veluti incruſtata deprehendebantur, adeò ut per ea chyli diſtributio fieri nequaquam potuerit, unde poſtmodum atrophia & chyloſæ materiæ excretio. Non jam dicam de reliquis pharmacopœorum erroribus, quos circa medicamentorum electionem, quantitatem & uſum committere ſolent: Eos enim diligenter annotavit (k) *Paulus Zacchias* aliique plures. Multò verò minus hic pluribus exaggerabo reliquos eorundem errores ex proæreſi magis oriundos, dum alterum alteri v. g. lap. cancrorum margaritis orientalibus &c. ſubſtituunt, atque ita & medicum & ægrotantem turpiter defraudant: Sua enim quemlibet conſcientia facile convincet, num officio ſuo ſatisfecerit, nec ne? Illud tamen hoc loco ſilentio prætereundum non eſt, quod & ipſi pharmacopœi circulos aliorum turbent, & in ipſam praxin medicam impudenter non minus quàm audacter involent, ignari intereà veræ morborum hiſtoriæ & ſanioris veriſque ægrotantium circumſtantiis competentis medendi methodi. Ex innumeris igitur incommodis, quæ trivialis illa & recepta formulas in pharmacopolia mittendi conſuetudo parit, non infimum quoque locum meretur, quod innumeri hac ratione producantur temerarii non minus quàm arrogantes empirici ac ſpurii artis filii, qui nulla prorſus temporis aliarumque circumſtantiarum rationali ratione habita indifferenter talia remedia, quorum vires & applicandi rationem non intelligunt, auda-

(i) *Prolegom. in Libr. de homonym. Hyl. Jatr. p.* 14.

(k) *Quæſt. Medico-Legal. Lib. VI. Tit.* 1. *quæſt.* 10.

audacter arripiunt aliisque obtrudunt: Et licet negotium non æque feliciter ſemper ſuccedat, non deeſt tamen occaſio errores palliandi aut iisdem fucum quocunque modo inducendi.

§. XXVI.

Ex his verò omnibus hoc tandem deducimus conſectarium: Tunc demum medicos iterum fore felices, ſi pharmacopœis ad antiquam conditionem redactis, ipſimet medicamenta ſua componant, & compoſita pro arbitrio diſpenſent, utpote quibus hoc pleno jure competit, cum exactiorem ſimplicium æque ac compoſitorum præ illis habeant notitiam. Quando verò, regeret fortè quis, illuceſcent tandem felicia illa tempora? An forſitan ad calendas Græcas? Nequaquam: Sed auſim promittere, cras vel perendiè illud eventurum, dummodò ipſimet medici ſalutaribus conſiliis aures auſcultatrices præbere non dubitaverint. Neque enim ad finem hunc obtinendum opus eſt multis technis vel artibus Machiavelliſticis, ut pharmacopœis de injuria ſibi illata conquerendi occaſio ſuppeditetur; ſed ſimpliciter jure ſuo frui opus tantùm eſt medicis. Omni tamen ſtudio his potiſſimum enitendum eſt, ut commune illud dicterium, quaſi in re chymica & pharmaceutica ipſis pharmacopœorum famulis imperitiores ſint, à ſeſe amoliantur, & proinde ſtudio pharmaceutico-chymico toto pectore incumbant, ut non ſolùm ipſimet omnes errores in præparatione medicamentorum committi ſolitos ſedulò evitent, ſed alios quoque errantes in viam reducant. Quare inprimis Profeſſores in Academiis, quibus profeſſio chymica & pharmaceutica publicè injuncta eſt, eò omnes intendere debent nervos, ut medicinæ Studioſis curæ ſuæ concreditis, principia artis hujus ſolidè inculcent, rationes proceſſuum philoſophicas clarè exponant, cautelas circa providam proceſſuum elaborationem obſervandas dextrè oſtendant, tandemque in ſua quoque Elaboratoria deducant, ut ipſimet manus admoveant operi, atque ita, quid in elaboratione proceſſuum chymicorum fieri ſoleat, oculis ſuis uſurpent. Quæ methodus ſi negligatur, & ſolis tantùm diſcurſibus inſiſtatur, multa quidem de principiis artis ſubtiliter diſſerere, de proceſsibus eorundemque rationibus deblaterare addiſcent, ſed intereà ad ipſum tandem opus admoti ipſis aniculis in deſtillandis v. g. aquis vegetabilium erunt imperitiores, imò adſpirantes aliquando ad praxin clinicam quadrata rotundis, rotunda quadratis, dulcia acidis, oleoſa aquoſis, ſumma imis, ima ſummis miſcebunt, ſicque non ſolùm peritioribus riſum movebunt, ſed etiam ipſis pharmacopœorum famulis ludibrio ſeſe exponent, quorum tamen auxilio prorſus non habebunt opus, ſi ipſimet chymiæ & pharmaciæ ſedulò invigilaverint. Ad eundem verò finem conſequendum certius adhuc adſpirabunt, ſi Practici nullas amplius formulas, quas Recepta communiter vocant, in pharmacopolia mittant, ſed remedia longo tandem uſu approbata privatim ægrotantibus ſuis diſpenſent: Sic enim ſucceſſu temporis remedia, quæ venalia ibi exponuntur, obſoleſcent, electuaria & ſyrupi &c. pyxidibus concluſi rancorem & ſitum contrahent, & proinde vel paucos vel nullos emptores invenient. Adeoque via hac plana & expedita pededentim in priſtina ſua jura eorundemque poſſeſſionem reſtituentur medici, quam via aperta juris nunquam alias acquiſiviſſent, ipſi verò pharmacopœi in antiquos ſuos cancellos, materiam medicam comparandi, eandemque in medentium uſum diſtrahendi conſtringentur. Neque verò propterea juſtas habent cauſas inutilibus querelis laceſſendi aures magiſtratus, quia omni ordinationum medicinalium auctoritate poſthabita, ipſi ſphæram ſuam ſæpius temerè tranſiliunt, & cum damno ægrotantium in praxin medicam ſeſe immergunt, à qua tamen ut abſtineant, ſeverè prohibentur. Neque tandem de felicibus horum conſiliorum ſucceſſibus deſperandum eſt, quia jam hinc indè manifeſta ejus rei veſtigia leguntur, quæ ſi & alii prudenter & circumſpectè calcaverint, de proſpero eorundem eventu non eſt dubitandum.

§. XXVII.

Futilis proinde nulliusque momenti eſt objectio, medicorum conditionem hac ratione pejorem, eorundemque munus ignobilius eſſe futurum, ſi rei pharmaceuticæ ipſimet incumbere non vereantur: Quandoquidem propterea ars medica apud Romanos ad ſolos (l) ſervos & libertos fuerit ablegata, tanquam homine ingenuo indigna. Futilis, inquam, eſt objectio; Præterquam enim, quod pharmacia priſcis temporibus ſolis privatorum cancellis concluſa non eſſet, ſed à Regibus quoque excoleretur, quales fuere *Mithridates*, â quo famoſam illam mithridatii compoſitionem adhuc hodie habemus, & *Demetrius*, Macedoniæ Rex, cujus pariter compoſitiones nomen

(l) Conditionem omnium Medicorum Romæ fuiſſe ſervilem, non ſolùm *Pignorius de Servis* p. 70. & *Titus Popma de Servis* pag. 31. ſed etiam *Robortellus* aſſerunt; quem tamen ultimum ſatis refutavit *Jacobus Sponius Miſell. erud. Antiq. p.* 144. atque oſtendit, plerosque ingenuos aut ſaltem libertos fuiſſe, qui praxin Romæ exercuerunt, non tantum ex peregrinis, v. g. Græcis, ſed & Romanis ipſis. Quis enim negabit, *Cornelium Celſum* fuiſſe Romanum? Quis idem de *Scribonio Largo* aliisque vocabit in dubium? Et quis patietur ſibi perſuaderi, Servum VI. Virum Romæ fieri potuiſſe, quæ dignitas inter primaria civitatum officia referebatur? Et quis non potius inde indubitatum ſtatus ingenui argumentum ac teſtimonium deſumet?

ejus immortali famæ conſecrârunt: Falſum quoque eſt, omnes medicos, artem ſuam Romæ exercentes, ſervilis fuiſſe conditionis, quamvis interea quosdam illorum, ex. gr. *Antonium Muſam* &c. ſervos fuiſſe non negaverim: Obſtat enim edictum Julii Cæſaris, qui ſecundum (m) Suetonii teſtimonium omnibus Romæ Medicinam exercentibus jus civitatis liberaliter indulſit, ut & alii allicerentur, & Romæ domicilium ſuum figerent: Quod idem privilegium in gratam beneficii ab *Antonio Muſa L.* ſibi exhibiti memoriam poſtea amplificat ejus ſucceſſor, Auguſtus, &, prout refert (n) *Dio Caſſius*, non ſolummodò *Antonio Muſæ*, ſed & omnibus reliquis Medicis libertatem conceſſit annulum aureum geſtandi, eosdemque munerum civilium & publicorum (o) immunitate donavit, &, prout addit (p) *Suetonius*, ipſi Muſæ ſtatuam æneam juxta ſignum Æſculapii Senatus Urbis populusque Romanus erigendam curavêre. Taceo, quod, qui primi Romæ artem exercuêre medici, ſecundum teſtimonium *Plinii* fuerint Græci, liberi homines, quales fuêre *Archagatus* & *Aſclepiades*, de quorum primo (q) *Plinius* ita loquitur: *Caſſius Hemina &c.* Aliæ enim Romanis, nationi bellicoſæ & finibus Imperii amplificandis tantum intentæ, erant rationes, quare Medicinam negligerent, exterisque relinquerent, quàm quod eandem ingenui hominis conditione indignam judicarent, atque adeò ad ſolos ſervos vel libertos relegarent. Sed hæc prolixius diſcutere non eſt hujus loci, præſertim cùm (r) id alia occaſione jam factum fuerit.

(m) *in Vita Cæſaris.*
(n) *Libr.* 53.
(o) Hujuscemodi munerum publicorum immunitatem primus univerſo medicorum ordini indulſit Auguſtus, quæ poſtmodum conſervata eſt Medicis, reſcriptis Veſpaſiani & Hadriani aliorumque Imperatorum Romanorum. Vid. *l. ult. ff. de munerib.* Donec tandem ſecutus eſt *Claudius Galenus* ſub *Commodo*, qui pari ratione Romæ ſummos honores conſecutus eſt, imò & ſtatua poſita immortalitate donatus. Poſt *Commodum* denique *Severus* Medicis addidit annonas ex publico: Vid. *Gothofred. in l. Medicos, C. de Prof. & Med. Lib.* 10. Fuerunt autem inprimis ex medicis, qui immunitatem omnium munerum civilium acquiſiverunt Archiatri aut ex Archiatris, qui medendi ſparta defungebantur in comitatu Principis: Vid. *l. 6. C. de Prof. & Med.*
(p) *in Auguſto cap.* 59. & 81.
(q) *Hiſtor. Natural.* Lib. XXIX. c. 1. p. 252. *Caſſius Hemina* &c.

§. XXVIII.

Sufficit interim, me ex ipſis antiquorum monumentis clarè demonſtrâſſe, Medicos fuiſſe, qui pharmaceuticam primi invenerunt, & primi quoque exercuerunt, ac proinde Reipublicæ commodis utilius conſuli non poſſe, quàm ſi denuo cum univerſo medicinæ corpore uniatur & pharmacopoei intra antiquos ſuos limites conſtringantur: Ita enim habebunt demum, quod de felicitate artis ſuæ ſibi gratulentur Medici. Et quamvis in ea, qua vivimus, morum & hominum corruptione, felicia iſta tempora vix videantur eſſe ſperanda, quibus fauſtos horum conſiliorum, ſola etiam ſimplicitate ſeſe commendantium ſucceſſus videamus. Attamen officinas iſtas publicas majora quotannis decrementa eſſe paſſuras, præſens earundem conditio non patitur nos dubitare. Id quod eò adhuc certius eventurum eſſe haud vanè auguramur, ſi Studioſi medicinæ ſub fideli Profeſſorum, talibus in rebus exercitatorum, manuductione chymiæ & pharmaciæ totis viribus in Academiis incubuerint, & ad praxin tandem admoti privatam Medicamentorum diſpenſationem ſuis ægrotantibus prudenter commendaverint, parum curantes, licet eo ipſo crabrones acriter irritaverint: Semper enim & abunde habebunt, unde vitam ſuam *honeſtè* tranſigant, dico *honeſtè*: Ad vitam enim *honeſtè* tranſigendam multo & pomposo apparatu opus non eſt.

(r) *Epiſtola gratulatoria* ad D. D. *Hirſchmannum* Inaugurali ejus diſputationi de Natura Peſtis annexa.

EPILO-

EPILOGUS.

TErminus hîc eſto *Corporis Juris Medico-Legalis*, quô titulô ſi non majori, certè non minori jure fruuntur analecta noſtra, quàm Corpus ſine animâ Myropolarum. Animam ergò addat Facultatum, principiis Phyſico-Medicis innitentium, autoritas, fidesque (quoad ea quæ facti) ſit penes Auctores. Cur nulla ratiocinia, à Clariſſimo quodam Viro deſiderata, addiderim, in Præfatione ad Pandectas Medico-Legales jam dudum monueram. Superſedere igitur cautiusque mercari poterat *cautelis* circa hæc motis, ne integra Collegia idem ſtatuant, quod D. *Johannes Woodward*, Anglus, *pagina prima defenſionis* decem abhinc annis Londini Britannorum impreſſæ in eô taxarat; μὴ κρίνετε, ἵνα μὴ κριθῆτε. Clandeſtinorum verò cimicum, cùm ſpurcô invidiæ livore ringentium, tum ovillâ probitatis larvâ lupos rapaces occultantium injurias & libellos famoſos *longis* tardisque gradibus incedenti vindictæ, vel (ſi reſipuerint) miſericordiæ Divinæ relinquo, nequicquam illis opponens, niſi facetam *Simonis Paulli* picturam & emblema, qui catellum deſuper volitantem cygnum allatrantem ita ridet:

Mopſule, quum niveum nequeas diſcerpere Cygnum,
Allatrando canem te tamen eſſe probas.

F I N I S.

INDEX RERUM ET VERBORUM,

Cujus

Paginæ numeris arithmeticis ſignatæ in *Pandectis*, Romanis verò characteribus notatæ in *Novellis* & *Authenticis Medico-Legalibus* inquirendæ ſunt.

A.

ABaci Materialiſtarum cur ſublimes? 250.
Abactio fœtus putatitia CII.
Abdomen intumeſcens an ſignum infallibile graviditatis? 25.
an, ſignum veneni dati 118.
rugoſum eſt ſignum puerperii 19.
Adominis Contuſio an lethalis? 444.
inflatio quid portendat? 144.
ligatura ſtrictior abortum cauſatur 26.
vulnera lethalia quæ? 462. 424. minus rectè inſpecta abſolutè non lethalia 326. 327.
Abiſag Davidi impotenti nubit LIX.
Abortivi fœtus quinam? 31.
Abortum an decoctum croci baccarumque juniperi cauſetur? CIV.
procurantia 26. 27. 217.
Abortûs cauſæ externæ 54. 71. 76.
à Caſu ibid.
à tuſſi CCVI.
obſtetrici imputatus 281. 282.
rubicundi 27.
ſymptomata CIII.
vitalitas dijudicanda 80.
Abrahamus centenarius genuit XXXIII.
Abſurdi non conquirendæ rationes XXXV.
Accidentia lethalia an in omni vulnere 365.
Acida tuſſim & orthopnœam exaſperant CLXXIX.
Aconiti radix an venenata? 233.
Actio in diſtans VI. injuriarum à Medico fugienda VI.
redhibitoria 5.
Actor judicialis ſæpè Medicorum conſilio res metitur CVIII.
Adamo adducebatur adjutrix in procreationem ſobolis XXXIX.
Adamus & *Eva* in Paradiſo an conjuges XLVII.
Adjutorium viri ad procreationem ſobolis XLI.
in ſolatium ſolitudinis *ibid.*
interdum matrimonii finis XLIII.
Admonitionis gradus CXLII.
Adonia Davidis Patris uxorem adhuc virginem ducens XLIV.
à Salomone capite plectitur LIX.
Adulterium hernioſi impotentiam ſimulantis XIX.
Ædilitium edictum 5.
Æolipila CXXIV.
Aër quid ſit? CXXI
elaſticus CXXII.
gravis CXXI.
gravitate & elaſticitate irruit in pulmones CXVI.
liquorem è ſiphone effluxurum recedere facit CXXII.
in ſubmerſis incluſus deglutitionem impedit *ibid.*
Ætheris ſubtilioris ſectio in pulmonibus CXV.
Ætas quid? DXXVII.
ejus diviſio *ibid.*
juvenilis an à torturâ liberet? 6.
ſenilis liberat à torturâ 2.
Αἱματοδείξις an naturalis? 238.
Alapa mortem inferens 76.
pugno tempori inflicta lethalis X.
quî puniatur? X. CCXCVIII.
Alarum fœtor an cauſa divortii? 62.
Alcaheſt quâ famâ gaudeat? 206.
Alchimia an licita? VIII. CIII.
an privilegiis Pharmacopol. gaudeat? *ibidem.*
Amantes cur facile fiant melancholici? XCVII.
Amatoria febris XCVII.
idea ſtratagemate delenda, quî excitetur. XCVII.
Amatorius pulſus quis? XCVIII.
Amoris conjugalis defectus maleficium ſæpe notat 11.
ex pulſu dignoſcendus XCVIII.
Ambroſius quid facere putet matrimonium XLVII.
Amentes amantes XCVI.
matrimonio curati CI.
ſtratagemate curandi C.
Amentia matrimonio ſuperveniens hoc non ſolvit XLIV.
Amnii ſympathia cum abſente CCCXIII.
Amphibiorum quæ ſit ratio? CXVIII.
Anabaptiſmus Medicus 152.
Analogiſmus Medicinæ cum Juris ſtudio CCIII.
Anatome naturæ miniſtra CVI.
non infamat 2. 97. 336.
Philoſophiæ naturali jungenda CVI.

Ana-

Anatome, quô in locô exercenda? 297. 337.
rerum novitate veritateque juxta æſtimanda CVI.
Weſtphalica 265.
Ἀνδρόγυνος ad matrimonium ineptus LXXXVIII.
à natura inhabilis *ibidem*
Anginoſos purgantia levant CXCI.
ſudorifera juvant CLXXXVI.
Anguſtia mulıebrium cautè dijudicanda CCCCLII. CCCCLVIII.
à coalitu vaginæ uterinæ CCCCLIII.
in gravida *ibid.*
Aneuriſma ex infelici V. S. lethale CCLX.
Animalia exantlato aëre enecantur in vitris CXVII.
Anima Rationalis an fœtui in principio conceptionis communicetur 21.
an generetur? an creetur? 23.
quî diſtinguatur à materiali brutorum animam? 24.
Animi perturbationes ſanitati vitæque nocent VII.
morbi eorumque jura DXXIX.
Annoſo in conjugio perſeverat animorum ſocietas LX.
Annus 1703. Germanis ob prælium juxta Spirenſem rivum extitit infeliciſſimus CXVIII.
Antidotus pretioſus A. S. an abortus cauſetur? CCXX
Antimonialia cautè adhibenda 224
Antimonii crudi doſis 638.
diaphoretici mala præparatio hypercatharſin cauſatur CCCCLIV.
pericula ejus *ibidem.* & CCCCLXXXIX.
florum doſis 638.
Antiqui omniſcientiæ laudem ſibi noluerunt tribui CIX.
Antonii Caracallæ inceſtus cum Novercâ LXXIV.
das Anvvachſen quid? CXLIV.
Aphonia cerebri vulneribus gravioribus familiaris 343.
Apologia contra calumnias *pag ultima.*
Apoplexia unde? CCCXLIII.
Apoplexiæ cauſæ variæ 256.
Apoplectica ex ictu ſcuticæ 306.
Apoplectici an validè contrahant? 8.
quî moriantur? CCCXLIII.
Apoſtema ſubitò contuſum lethale 296.
Aqua ipſa ſibi ingreſſum in inteſtina & pulmones ſubmerſorum præcludit CXXII.
Aquæ apoplecticæ vera compoſitio 256.
non omnibus æque conveniunt 2, 56.
Aquæ compoſitæ ſimplicibus ſunt durabiliores 208.
deſtill. à Chirurgis non ſunt vendendæ 255.
Arctæ quomodo inſpiciendæ? 15.
ſunt cauſa divortii *ibid.*
Ari Radix impotentiam curat 165.
Arma in læſionibus ſpectanda 295.
Aromatariis medicamenta divendere non licet 240.
Ars longa, vita brevis 224.
Arſenici aſſumti ſymptomata 129.
Arſenicum brevî necat 130.
cuſpide cultri aſſumtum necat 131.
Fabæ magnitudine lethale *ibid.*
ſummè lethale venenum *ibid.*
Artemiſia rubra an abortum cauſari valeat? 218.
Arteriæ aortæ vulnus ſimpliciter lethale 479.
aſperæ vulnus quale? 412.
axillaris lethale X.
Carotidis vulnera lethalia 479.
Cœliacæ vuln. lethalia *ibid.*
Cruralis vuln. lethal. 481.
meſentericæ vuln. lethalia 479.
pulmonalis vulnera. 403.
præciſio Chirurgica 489.
vulnera difficulter coeunt 480.
Arteriæ vulnera latitudinaria meliora quam longitudinalia 481
Arthriticus torturæ non ſubjiciendus, priusquam à Medico examinatus III.
ad torturam inhabilis *ibid.*
Poſt torturam periculoſa ſymptomata experitur *ibid.* LXXX.
paralyſin metuit LXXXI.
Arthritidis cura magnetica 160.
vagæ remedium 195.
Artes exercitio & uſu augentur CCXCII.
Articulus de conjugio à quo reſtauratus? LXXXVII.
Articuli Chirurgorum dijudicandi IX. CCXXV.
Articulorum vulnera non lethalia 464.
Artifici in ſua arte credendum 233.
Artificum vitia haud imputanda ſunt arti CLXV.
Aſarum an abortum cauſetur. 510.
Aſæ fœtidæ adulteratio 244.
Aſcites an rectè curatus 172.
Aſinus à leone ad convivium invitatus ab hoc laceratur LXXV.
Aſpectu an quis faſcinari poſſit? 102.
Aſpectuum malignorum concurſus morbi periculum auget CXCIII.
Aſperæ arteriæ vulnera 412. CCLXXXIII.
Aſtutia mulierum in generationis negotio I.
Atretarum inſpectio IV.
divortium *ibidem.*
Auguſtini de conjugio opinio XLVII.
ſententia de matrimoniis ſine intentione prolis contracto *ibidem.*
ſententia de tortura CXXXII.
Auripigmenti exhibitio lethalis 135.
Aurum fulminans examinatum VIII.
laudatum CXCIV.
minus edulcoratum nocet CXCV.
vomitum quandoque ciet cum euphoria CLXIII.
Azygos venæ læſio lethalis 413.

B.

BAar-*Recht* quid? DXXXVI.
Baccæ lauri abortum cauſantur 27.
Balneator Medicorum ſervus 166.
ejus negligentia funeſta 262.
luem ♀ ſolus non curet 254.
Praxin Medicam non exerceat 166.
Balnei fervor lethalis 283.
Balſamum pro denudato cranio. CCXLIII.
Balſamum 🜍 an genuinum? 221.
Barbari quî mancipia emant? 2.
Barbæ raritas in frigidis 11.
Benedictio Sacerdotalis non eſt de eſſentia conjugii XXVIII.
conjugium, non individua concernit *ibid.*
quid præſtet? XXVIII.
an in copulatione nuptiali omittenda. *ibid.*
precum rationem habet XXXII.
Beſtialitas ut detegatur? CCCCLI.
Biliariæ veſicæ vulnera lethalia 425.
Bilis atra unde? 140.
Blaſphemia an à morſu canis rabidi? 85.
Boylei experimenta 54.
Brachiorum vulnera non lethalia. 469.
Bronchia tracheæ propago ſunt CXV.
ex ſe gignunt veſiculas CXVI.
tenentur media inter arter. venæque pneum propagines *ibid*
Bruta in capite percuſſa cur enecentur? 359.
Bryoniæ radix an ♀ cieat? 165.
Bufo antihydropicus 114.

Bufo eſt animal timidum *ibid.*
ad iram commotus nocet *ibid.*
torporem inducit 114.
urinam & ſalviam maglignam ejicit 115.
Bulla Comitis Palatini Chirurgo ophthalmico licentiam faciendæ Medicinæ indulgens CCL.
Bulli Doctores an tolerandi? 148.

C.

Cachexiæ ſigna 7.
Cacochymiæ effectus 113.
Cadaver ſub aquâ repertum 88.
in viâ *ibid.*
Cadaverum inſpectio ſuperficialis culpanda 294.
Cadaverum Sectiones neceſſariæ 296.
inſtituantur cautè 296.
non habent conjecturas 301.
utiles ſunt 296.
Cadaverum ſepultorum & putridorum ſectio & inſpectio nulla eſt 296.
ſub aqua repertorum dijudicatio CV.
Cæſareus partus CCCCLXXVII.
an perfectus *ibid.*
Calendarii reformatio 4.
an partum Septimeſtrem dubium reddat *ibid.*
Calor aëris expanſionem auget CXXII.
Calumnias proximi obtundere charitatis eſt CCCXIX.
Canalis arterioſus in embryone obliteratus poſt partum non poteſt de integrô à ſanguine repeti CXVIII.
Cancer mammarum incurabilis 268.
Canicularium æſtus delirium accendit XCVIII.
Canis aqua ſubmerſus moritur CIX.
viſcera vacua habet *ibid.*
cum fele pugna aquaria CIX.
irati morſus venenoſus 114.
lien ſalvâ vitâ exſectus 487.
rabidi morſus, vid. *morſus canis rabidi*
Cannâ Indicâ vulnus lethale inflictum 433.
Cantharides an ♀ excitent? 164.
mictum cruentum inducunt *ibid.*
periculoſæ *ibid.*
præparandæ ſunt 164.
veſicam lædunt *ibid*
Capitis dolor à menſtruis 17.
figura naturalis ad functiones animalis neceſſaria 6.
Capitis vulnera debilitatem functionum animalium diuturnam relinquunt *ibid.*
malè inſpecta dubia 318. 321. 322.
nulla tuta 339.
periculoſa quî dignoſcenda? 339.
punctim illata 340. 345.
quî curentur? 340.
ſclopetaria 341. 392.
ſuperficialia non lethalia 339. X.
cum fractura cranii 340.
relicto in capite pugione 355.
cum ſubſidentia cranii 340. 347. 351.
utenſilibus fortioribus inflicta concuſſionem lethalem inferunt 198. 341. 400. 402. 403.
cum ſanguine extravaſato cranio tenaciter adhærente lethalia 340. 349.
duræ matri incumbente 350.
cerebrum comprimente 350.
cum immani hæmorrhagia & ſphacelo 341.
cum feſtucis in cerebri ſubſtantiâ 340. 381. 396.
cum plurimis fragmentis & hæmorrhagia 353. 393.
laminæ internæ 351.
cum meningum læſione 340. 367.
cum contra-rupturâ piæ matris *ibid.* 375.
Capitis vulnera cum inſigni cerebri commotione lethalia 397.
cum cerebri læſione non ſemper lethalia 340.
cum principii nervorum compreſſione abſolutè lethalia 341. 403.
Captivus à vinculorum vehementia demortuus 81.
Carcerum inſpectio judicialis 184. 189.
Carne in una duo quid? XLV.
Carnifices an infames? 148. 155.
Carnificum filii an ad Gradus Acad. admittendi? 148. 156.
famæ reſtitutorum filii an in conſortia Mechanicorum recipiendi? 148. 156.
Carnium depravatarum noxæ dijudicandæ 190.
Carpi diſlocatio in cancrum abiens 270.
Cartilagines tracheæ mirificè junguntur CXV.
Caſtitas conjugii XC.
Caſtorei eſſentia cum Spiritu cornu cervi vinoſo eſt cardiaca & cephalica CLXXV.
Caſtrati generare nequeunt XXXI.
generationis actu non carent *ibid.*
dotem non prætendant *ibidem.*
matrimonium fugiant *ibid.*
Caſtratio eſt impedimentum matrimonii XXXIII.
non in omni hernia curanda neceſſaria eſt 254.
Caſtratores fugiendi 254.
Catalepſis ex repulſa XCVII.
Cataleptici cur rhytmicè & alienis linguis loquantur? 9.
Cato uxorem ſuam Hortenſio in uſum conceſſit LXXIV.
Centaurium minus an abortum cauſetur? 27.
Ceraſi cortex an abortum cauſetur? CIV.
Cerebrum cùm meningibus vulneratum 341. CCXLIII.
poteſt ſanari *ibid.*
nova meninge dura obtegitur CCXLIII.
Cerebri imbecillitas ex plagis olim inflictis 6.
læſi ſigna 343.
Cerebri vulnera ſuperficialia non lethalia 339.
in cortice non lethalia 341.
in medulla non ſemper lethalia 341.
profundioria an lethalia? 341.
ſclopetaria per ſe lethalia 342.
cum dilaceratione vaſorum lethalia 342.
cum feſtuca in ventric. an lethalia? 341.
cum diviſione ventriculorum *ibid.*
in principio nervorum lethalia 341.
Cervicis uteri figura 13.
Chymici an tolerandi? VIII. CIII.
Chirurgia antiquiſſima & nobiliſſima Medicinæ pars 257.
Curtorum palliativa 464
vera CCCXIV.
olim à mulieribus exercita CCLXIX.
quas operationes exerceat? 255.
Chirurgi Anatomiæ non ſint ignari 336.
à quibus examinandi? IX.
an à ſtudioſo Medicinæ examinari poſſint? *ibid.*
de actionibus Medici judicare non debent 258.
aquas deſtill. non vendant 253.
à Praxi Medica abſtineant 253. 257. IX.
Cadavera ſibi non aperiant CCXXVI.
venam in acutis inſcio Medico non tundant *ibid.*
Chirurgi negligentiæ accuſati damnatique tenentur ad expenſas IX.
illatum damnum pecunia redimant *ibid.*
Famulus falſarius Doctor? CCCCLIV.
Chirurgis Aulicis an luem ♀ curare liceat? 254. 258.
Chirurgorum articuli tribunales eorumque examen Vid. *Artic.*
errores dijudicandi 254. CCXVII.
diſſidium dirimendum objectum CCLXIII.
ſoſtrum exceſſivum moderandum 254.
æquum approbandum CCXLI.

Chorea lamiarum illuſoriæ CCCXIX.
Chriſtiani honeſtatem & modeſtiam in omnibus præ ſe ferant LXXIV.
Chryſobezoardicum A. S. an abortum moveat? CCXX.
Chryſoſtomi de conjugio opinio XLVI.
Cibi præparatio inconſueta in ſuſpicione intoxicationis aggravat CXXIX.
Cinamomi adulteratio 207.
Cinnabaris nativa an panaceam conſtituat? 206.
Circulatio ſanguinis in embryone CXVIII.
Circuli uteri ad prolapſum 14.
non impediunt conceptionem ibid.
Circumforan. Examen 147.
Circumſtantiæ variant rem XXIII.
Clamor violentiæ quid? Vid. *Zettergeſchrey*
Claviculæ vulnus non lethale 415.
Clavos extrahens 158.
Clericatus non interdictus Eunuchis LI.
Clyſteres an ileum cauſentur? 69.
domeſtici CCLX.
ultra valvulam coli non pertingunt ibid.
Clyſteriorum præſcriptio & applicatio cui conveniat? X. CCLIX.
Coalitus muliebrium an cauſa divortii? CCCCLIII.
Cobaltum propinatum CCCCLIV.
Smaltæ præparationi ſervit CCCCLIII.
Colli vulnera 341.
Collyrii dijudicatio 274.
Cæcitas ab apoplexia 7.
an à collyrio 273.
Cæci an validè contrahant? 8.
Cælibatus in N. T. commendatus XLII.
juvenculæ viro adſuetæ difficulter crediturLXXIX.
Coitus conjugalis ob immoderatiorem exactionem debiti carnalis culpam trahit XLVI.
non facit matrimonium XLVIII.
Corna compreſſo ſponte aere obiit CXX.
Communia notaque amplectenda præ peregrinis CCII.
Conceptio fit quaſi per contagium XCI.
nequit fieri per ſolam imaginationem XCV.
non penis longitudine, ſed ſpirituum ſeminalium vi dirigitur XCI.
Conceptus monſtroſi CIV.
Concilium Ancyranum quando celebratum? CCCXXIII.
Concionatoris ſinceri officium LXXIX.
Concubinam an quis ad præcavendos morbos alere poſſit? VII.
Concubitus omnis an peccatum? XLII.
conjugalis non eſt peccatum XLII.
an in ſterili conjugio ſit peccatum? XL.
ſine intentione prolis an peccatum? XLV.
juvenculæ cum notorie inhabili ad generationem peccatum eſt in conſcientiam impingens XXXVIII.
ſenum an peccatum XLII.
eſt officium conjugii XLIII.
in ſtatu innocentiæ fuiſſet neceſſarius CXIV.
eſt remedium infirmitatis humanæ libidinis LII. ibid.
ſolatium humanitatis & ſolitudinis XLII.
ejus moderatio XLVI.
Confeſſionarii Officium eſt ſcrupulos conſcientiæ expedire XXXVIII.
Confrontatio cur inſtituatur? CXXX.
effectus ejus ibidem.
Conjecturæ faciunt ad probandum occultum CXXX.
Conjugale adjutorium conatu ſemper redundat ad generationem XLI.
ad uſtionum exſtinctionem ibidem.
Conjugalis cohabitatio laudabiliter perennat, alterô conjuge exiſtente habili XLIV.
ſi reciſcinditur, maneant utrique innupti ibid.
Conjuges vocantur ex fide deſponſationis XLVII.
propter diſparem ætatem non ſeparantur XLVI.
Conjugium contrahere ſenibus integrum eſt XLIV.
Perſonæ impotenti cum alia, cui de impotentia conſtat, an liceat? ibid.
confirmari poteſt ſine bened. Sacerdotali XXVIII.
non diſſolvitur ob amentiam XLIII.
ob furorem ibid.
impotentiam ſupervenientem XLIV.
ineptitudinem ad generandum, ſi ante copulam detecta fuerit ibid.
ſterilitatem XLIII.
impedit impotentia ad copulam incurabilis XLIII.
furor XLIV.
Conjugium Eunuchi eſt Caſus novus XXV.
judicia Doctorum exercuit XXIV.
in S. Scriptura non expreſsè prohibitum, nec conceſſum XXV.
prohibitum jure Civili ibid.
in utramque partem diſputatur à pag. XXVI. ad pag. LXXV.
Conjugium Mariæ & Joſephi XLIII.
Conjugum diverſa intentio ibid.
Conſenſus mutuus facit matrimonium XLVII. imprimis mutuo affectu firmatus LVI.
ſupponit ſanum judicium LXXV.
hic ſit honeſtus, juſtus, liber, licitus, ſincerus LXXV.
bonitas magis an veritas valeat? LXXI.
Conſiſtoria ab errore non ſunt immunia LXXVIII.
Conſtitutio Carolina de torturæ indiciis CXXXIII.
Contagii privilegia 54.
Continentia ſuadetur XLII.
ejus voto tentatur DEUS ibidem.
conjugum arbitraria non culpatur XLIV.
fiat ex conſenſu communi ibidem.
non rumpit vinculum conjugale XLIII.
neceſſitatis eſt ſine præmiô & gloria XLIII.
ſancti propoſiti eſt glorioſa XLII.
Contractura à variolis XIV.
Contrafiſſura & *contraruptura* lethalis 340. 375. X.
Convictoriorum edulia dijudicanda 185.
Convulſionibus obnoxii ad paralyſin inclinant LXXXI.
Cor Regina viſcerum CVIII.
Cordis motus ceſſans inſpirato aëre reſtituitur CXIX.
ventriculus dexter in ſubmerſis ſanguine refertus ibid.
ſiniſter vacuus cur? ibid.
vulnera 413.
Coſtæ reſpirationem adjuvant CXVI.
Cranii craſſities varia CCCLXVI.
contuſio cum fragmentis 376.
depreſſio an lethalis 340.
fracturæ non ſemper ſunt lethales 340.
cum extravaſatione ſanguinis 340.
cum fragmentis 340.
cum laceratione duræ matris 340.
cum utriusque meningis læſione 340. 379.
cum ſuppuratione cerebri 340. 379.
contrafiſſura lethalis 340.
vulnus relictô illîc pugione non lethale 367.
Creſcite multiplicationem conjugibus in genere promittit XLI.
DEUS conjugibus dixit in adjutorium mutuum junctis XLII.
Criminales cauſæ ad Cameram non pertinent 235.

Criminal. cauſ. exceptio à regula ibid.
Cruentatio cadaverum an à Cauſis Phyſicis 237. XI. CCCCXXV.
fallax ſignum eſt 238. V.
pro indicio allegatur V.
Cubiti vulnera per accidens lethalia 465.
ſiniſtri vulnus non lethale 467.
Culcitra an morientibus bonâ cum conſcientiâ ſubtrahi poſſit? CCCCXXXI.
Culter devoratus CCCCXLV.
Cultrivora Harburgenſis CCCCLIV. CCCCXCV.
Cultrivori hiſtoria 425.
an ad vulnera ventriculi applicanda? ibid.
Cura Chirurgi dijudicatio & examinatio CCLVIII.
magneticæ an Magicæ. 148. 159.

D.

Damnum quod quisque ſuâ culpâ ſentit, ſentiat CCLVI.
Davidis Senioris conjugium c. Abiſag LIX.
Dæmon an in conventibus Sagarum innocentis formam aſſumat? CCCXXVI.
Decimeſtris partus 4.
Decoctum rad. conſolidæ majoris coarctat pudenda LXXXIII.
baccarum juniperi crocique non procurat abortum CIV.
Debilitas judicii contactum invalidum reddit 8.
Decrepita ætas quæ? 1.
à Tortura liberat 2.
Defenſio eſt juris naturalis, & nemini deneganda 234.
Defloratio an in ſomnô fieri poſſit? II.
Virginitatis non facit matrimonium XLVII.
poteſt fieri à caſtrato XXXI.
quî detegenda? CCCCLII.
Deglutitio non fit ſine reſpiratione CXX.
in embryone cur fieri poſſit ſine reſpiratione? ibid.
cur non fiat ſub aqua? CXX.
una & altera ſub aqua fieri poteſt ibidem.
DEI providentiâ homicidæ non rarò impediuntur ac deteguntur XI.
Delirii cauſa in febribus 10.
eſſentia 9.
determinatio unde? XCVII.
Delirium in vulneribus capitis læſionem meningum notat 346.
amatorium XCVIII.
ex repulſa ibidem.
ſtratagemate curatum C
impertitâ ab Amaſia ſalute imminuitur XCVIII
canicularium æſtu augetur XCVII.
Dentitionis tempus varium 34.
Diabolus DEI ſimia eſſe vult CCCXXX.
an piis res quasdam ſurripere valeat? CCCXXXI.
Diagridii doſis exceſſiva 257.
Diaphragmatis aſcenſus anguſtando thoracem exſpirationem adjuvat CXVI.
deſcenſus in inſpiratione abdomen paulum facit extuberare ibid.
hiatus magnus lethalis 424.
contuſio an lethalis 455. CCXCIX.
officium 423. 424.
vulnera in carnea ſubſtantia non lethalia. 421. 424.
in ſubſtantia membranoſa lethalia 423. 424.
an & carnoſæ majora? 423. 424.
Diarrhœa cruenta ex hepate inflammato 334.
ex liene contuſo ibidem.
Difficultas omnis inveſtigandi ſtudio ſuperatur CVI.
fortuna ſæpius expeditur ibid.
Directorium in viſitatione Pharmacopolorum 198.
Diſpenſatio confect. alkermes 199.
Mithridatii 199.
theriacæ 238.
Diſpenſatio medicamentorum Medicis libera 149. DLXIII.
ab Obj. adverſ. vindicatur DLXVI.
Pharmacopœis non nocet ibid.
Chirurgis minùs licita eſt 255.
Diſpenſatio quoad eſum carnium tempore quadrageſimali 184. 187.
Diſponendi facultas in rebus jure divino ac naturali adiaphoris XXV.
Diſputationes de conjugii ſecretis piorum aures offendunt LXI.
quia laqueos conſcientiarum fabricant ibid.
Diſſenſus Medici & obſtetricis quî decidendus? 299.
Diſſimulatio morborum 255.
Divortium facit impotentia perpetua ad perfectam copulam XCII.
non facit impotentia ante nuptias cognita ibidem.
non datur inter impotentes ibidem.
Doctoris gradus Medicaſtris denegatus 223.
à Chirurgo falſario fictus CCCCLIV.
Doctoribus promotis an rectè praxis & docendi munia interdicantur 147.
Dolores poſt partum in optimâ ſanitate contingunt 17.
Dolus præſumitur ex mendacio CXXX.
Donatio ſemidelirantis an valida? 9.
Dormiens comparatur dementi, imò mortuo I.
Ductûs thoracici vulnera lethalia 479.
Ductus temporarii in embryone CXVII.
obliterantur poſt partum ibid.
adjuvante ſanguine patentiorem viam petente ibidem.
in tenellis obſervantur nondum coaluiſſe CXVII.
an ex poſtliminio poſſint repeti? ibid.
Duellum an ex vulnere detegi poſſit? CCCCLIII. CCCCLXXXIII.
Duodecimeſtris partus II.
an legitimus? 49.
legitimus judicatus in fœmina neutiquam ambiguæ pudicitiæ ibid.
Duræ matris inciſio 388.
vulnera 359.
horum ſigna ibid.

E.

Ebrietas unde? 10.
Ebrii an valide contrahant? ibid.
ſobriis ſæpe prudentiores ibidem.
Eccleſia DEI abhorret à ſcandalis LXXIX.
Echeneis piſcis fabuloſus 161.
Ecſtaſis DXXXVIII.
Edictum ædilitium quando locum habeat? 5.
Edulia alumnorum dijudicanda 185.
Elater quid ſit? CXX.
Elephantiaſis 91.
ſigna ejus ibid.
ſimulatio CCCCLIII.
Embryo ubi non eſt, ibi nec ſecundina CIII.
Embryonum magnitudo dijudicanda 27.
demortuorum mora diuturna in corpore 79.
Emmenagoga an gravidis dare liceat? 57.
præſcripta judicio Facultatis ſubjecta CLXIX.
Empiria univerſalis vaſtum eſt negotium CCV.
Empirici an ad Gradus Acad. admittendi? CCLI.

Epatis

Epatis contuſio an à cauſa externa fieri poſſit? 431.
ſuperficialis non lethalis 444.
fruſtula ſalvâ vitâ reſecta 428.
vulnera ſuperficialia non lethalia 425.
profunda lethalia 425.
ſclopetaria lethalia 427.
Epiglottis quando attollatur? CXV.
quid præſtet? *ibid.*
ſtatus in ſubmerſis *ibid.*
Epilepſia maculis volaticis comitata VI
an curetur per matrimonium? 145.
à fœtore candelæ exſtinctæ 54.
an & à terrore 67. VII.
an matrimonium ſolvat? 145.
pueris familiaris 103. 107.
ſimulata 98. CCCCLXXXII.
Epilepſiæ diviſio in { eſſentialem / conſenſualem } - - - - - VI.
prognoſis 107.
ſymptomata 97.
Epiſtola officioſa CV.
Equæ Luſitanicæ non concipiunt à nudo vento XCIII.
Equi ſtercoris abuſus ſympatheticus CCCXII. XI.
Equitatio quale exercitium 187. CCCXII.
Equorum venditio cum titulo oneroſo 5.
inſpectio Carnificum 5.
Erectio priapi ſub ſomno, an adult. indicet? 3.
Errare humanum LXXVIII.
Eryſipelas criticum purg. admittit CXCII.
inteſtini recti 269.
malignum CLXXV.
pulmonis levatur purgante CXCII.
Eſſentia dulcis Halenſis CXCVII.
Eunuchi ad munus Epiſcopale admittuntur LI.
deflorare Virginem poſſunt III. L.
diverſimodè caſtrantur LIII.
perpetuis flammis ardent L.
prolem ex ſe nunquam viderunt LVI.
quotuplices L.
Eunuchus ejusque uxor an S. Cœnæ uſu ſint indigni? LIII.
matrimonium an inire poſſit? III. Vid. *Conjugium Eunuchi*
Evulſio pilorum pudendorum 145.
Examen Chirurgorum & Pharmacopœorum Phyſico à Facultate Medica dubium factum CCXXX.
juſſu Principali conceſſum CCXXXIV.
in Gallia CCLXII.
Exercitia Principum 185.
Expenſarum pro Inſpect. moderatio CCXCVII.
Experientia explodit rationes ex falſa hypotheſi - - CXCVII.
fide digna etiam ante rationem CCIII.
operari interdum jubet repugnante ratione - - - CXCVII.
rationi innixa eſt lapis Lydius CCIII.
Experientiæ veræ requiſita 16.
Exſpiratio quomodo fiat? CXVI.
adjuvatur à diaphragmate redeunte & reſilientibus coſtis *ibid.*
denegata ſuffocationis cauſa ſub aqua *ibid.*
Extracta an è ſimplicibus obſoletis paranda? 506.

F.

Fabæ S. Ignatii uſus CXLIV.
Faciei maculæ in Gravidis 45.
Facultates Medicæ de taxa & præpar. medicamentorum judicant 198.
non diſputare debent cum Agyrtis 199.
Falſche Trünck VII.
Falx Cerebri, vid. *ſinus falciformis.*
Fama concatenata è cauſis ſeſe conglomerantibus ſuſpicionis auctrix CXXIX.
Famuli Pharmacopœorum an juramento obſtringendi? 197.
venenum pro medicamento dantes puniendi 563.
Famulus Chirurgi diſputationem inauguralem alibi habitam pro ſua venditans, & per crimen falſi ſe Doctorem Medicinæ mentiens 254.
Faſcinum an à cauſis naturalibus 102.
per contactum, halitum, intuitum, laudationem & viſum *ibid.*
quos morbos inferat? 88.
ejus cura 160.
remedia *ibid.*
ſigna 103.
Fatua impr ægnata XIV.
Fatui pœnâ ordinaria non puniendi XV.
in iſtis & furioſis judicandis gradus attendendi CI.
Fatuus quis ſit? CI.
ejus inſpectio C.
ſimplicitate abutitur juventus C.
ob minatum incendium judicio criminali traditur CI.
Febres intermittentes temerario purgantium abuſu degenerant in ardentes CCXLVII.
Febris amatoria XCVII.
amuleto curata 160.
cura ſuperſtitioſa 160.
maligna illegitimè tractata CXXXVIII.
cum abſceſſu critico levatur purgante CXCII.
ejus delirium unde? 9.
infantibus ſæpe lethalis 134.
petechialis cura 176.
quartana an verbis de collo ſuſpenſis curetur? 159.
tertiana rariſſimè lethalis 134.
vulneraria an cerebro læſo ſemper jungatur? 359.
Felleæ veſiculæ vulnera lethalia 425. 432.
Femorum vulnera an lethalia? 465.
Fermentum pellionum an aërem inficiat? 184.
Feſtucarum in ventriculo cerebri hærentium extractio impoſſibilis CCLXXXV.
Fette henne herbæ abuſus CCCXV.
Filum curationis DXLI.
Flagellatio rarò lethalis 464.
ſupplicio ultimo non punitur *ibidem.*
Flagrorum uſus ad rem ♀ream II. XXI.
Fluxus albus relaxat uteri ligamenta 128.
quomodò curetur? 126.
Venerem extinguit 128.
Fœcunditas non facit matrimonium LVIII.
Fœmina ſexum virilem mentiens & uxorem ducens CCCCLI.
Baſilienſis uxor & virgo XCIII.
cur à DEO mari data? LVIII.
inſcia decocto radicis conſolidæ majoris inſidens anguſtiam virginalem videtur recepiſſe LXXXIII.
imprægnari nequit à ſemine ante alicui elapſo XCIII.
quæ facilius molam edat? CIII.
ejus abuſus laſcivus CCCCL.
uſus immoderatus culpabilis XLVI.
naturalis *ibid.*
contra reum non eſt teſtis omni exceptione major CCLIII.

Fœtor alarum an cauſa divortii? 61.
Fœtus abactio putatitia CII.
caput reliquas partes quantitate ſuperat 25.
flavus editus, crocô à matre paulò ante aſſumto CIV.
formatio an citior in pueris, quàm puellis? 23.
quot diebus fiat? *ibid.*
an reſpiret in utero? CXVII.
quando moveatur primum? 30.
motus vitæ indicium *ibid.*
vitalitatem indicat meconium & ungues 25. 30.
perfectionem maturantia *ibid.*
vita an ex pulmonibus aquæ innatantibus probetur? 498.
Fontium intoxicatio 185.
Foramen ovale in fœtu CXVIII.
Formulæ Empiricorum inconcinnæ 251.
non exſcribendæ 253.
Forma hominis quî informet? 24.
Fortuna in detegendis naturæ abditis CVI.
Fragmenta in cerebro an furca, eduliis deſtinata, eximi debeant? 377.
Fractura ob tumorem difficulter coaptatur CCXXXIV.
Frater an fratris ſui mortui deſponſatam ducere uxorem poſſit? XLVII.
Fraudes in magnis Emporiis majores ſunt 244.
Fraxinus traumatica 160.
Frenum non habetur pro inſtrumento ſimpliciter mortifero CCXCII.
an retardet partum? II.
Fricatrices CCCCLI.
Frigidi barbam rariorem habent II.
facie pallidâ prædici II.
Frigiditas conjugii probanda XLVIII.
Frigus vulneribus nocet 391.
Fructus coquendi prius abluendi CXLVII.
intoxicati CXCI.
Fuga non ſemper auget ſuſpicionem CXXXVII.
Fulgentii opinio de coitûs conjugalis intemperie XLVI.
de juſtitia utendi conjugii XC.
Functiones quotuplices? I.
animales à plagis læſæ 6.
Fungi propinati lethiferi 133.
Funiculi umbilicalis intermiſſa deligatio lethalis 492.
ruptio difficilis *ibidem.*
color Ordinarius albicans CCCXI.
Funiculus umbilicalis in brutis cur non indigeat deligatione? 492.
Furcâ cibis dicatâ an in extractione feſtucarum uti poſſimus? 377.
Fures cur nucem vomicam ſecum ferant? 219.
Furioſus contrahere matrimonium non poteſt XLIV.
excrementa devorat XCVII.
ob amorem XCVII.
quomodo inſpiciendus? IV.
curandus? C.
Furor ex amore ſedatur ſimulato Amaſiæ amore C.
curatur concitata idea contraria *ibid.*
laudani opiati uſu imminutus XCIX.
matrimonio ſuperveniens iſtud non ſolvit XLIV.
Fuſtigationes externæ non lethales 464.
pœnâ ordinariâ raró puniuntur *ibid.*

G.

Galeæ recens natorum abuſus in philtris 124.
Gallicus morbus *vid.* Lues Venerea
Gallus levi compreſſu plura ovula fœcundat XXIII.
Gaſtricorum vaſorum vulnera lethalia 479. 486.
Generandi virtus in ſene calefactione juvenculæ poteſt excitari XXXIII.
Generationis animalium analogia cum generatione plantarum 4.
terminus dubius *ibidem*
cumprimis in homine *ibid.*
computus 4.
Genuum vulnera an lethalia? 465.
Gibbus à tuſſi 112.
Gichtflug quid ſit? VI.
Gladius obtuſus an ictum exilem inferre poſſit? 81.
Glandulæ miliares tracheæ CCCXXIV.
Globuli uterini ad prolapſum uteri 14.
Gradus Academici nonniſi dignis diſpenſandi 147.
Graduum inſtitores 148.
Grambæ curatio 160.
Graveolentia non omnes fœminæ ferunt CLXXII.
Gravida ceu hydropica tractata fato fungitur 53.
Gravidæ Hippocrates nullum purgans exhibuit - CLXXXIX.
Gravidarum purgatio an licita? 175.
ſymptomata primis menſibus familiaria 25.
V. S. 173.
Graviditas ante motum fœtûs per inſpectionem ocularem dijudicanda 19.
an ex certo ſigno cognoſcatur? 15.
an ex lacte in mammis & menſtruorum retentione? 15.
an è ſanguine per V. S. emiſſo? 16.
an ex urina? *ibid.*
an è ventris tumore? *ibid.*
è motu fœtûs potiſſimum conjicienda 25.
pro obſtructione menſium habita 56.
putatitia decollatæ 19.
Gregorius de voto continentiæ Mariæ XLIII.
Gulæ ſubmerſorum cur non faciat aquam in ventriculum illabi? CXX.
Gulæ vulnera an lethalia 411.
Gummi ſagapenum an deleteriam facultatem habeat? VIII.
quid præſtet in ciendis menſibus? CLXX.
Gutta ſerena unde? 8.

H.

Habitationis jus in puncto ſanitatis 184.
Haematites hæmorrhagias curat 161.
Hæmorrhagia exorciſmo non curatur 282.
nimia, ejusque ſymptomata *ibidem.*
uteri fœtum debilitat 25.
Hæreditarii morbi incurabiles 144.
Hemiſphæria Magdeburgica CXXII.
Hepatis vulnera Vid. *Epatis vulnera.*
Hermaphroditi inſpectio 14. IV. LXXXVI.
matrimonium irritum *ibid.* III. LXXXVII.
diſtinguendi LXXXVII.
raró vel nunquam utriusque ſexûs membra perfectè efformata habent LXXXVIII.
utrumque ſexum æqualiter præ ſe ferentes matrimonium non ineant LXXXVII.
Hermaphroditus uxoratus puerpera evadit IV.
ſexu prævalente debitum conjugale perſolvere potens inire poteſt matrimonium LXXXVII.
Hernia carnoſa quî curetur? 161.
ab elevatione trabium 10.
infantium cura magnetica 159.
inſignis inteſtinalis non impedit cohabitationem maritalem XXI.
à frigore externo poteſt fieri lethalis XXII.
omentalis 10.
Herniæ ſuperſtitioſa curatio 161.

Hernioſi

Herniæ ſuperſtitioſa curatio 161.
Hernioſi adulterium, impotentiam ſimulantis II.
an torqueri poſſint? XXI.
Herniotomia an periculoſa 160. 161.
funeſta Agyrtæ 263.
Herniotomi vulgares crudeles 254.
Herniotomis pœnaria exiſtit internorum præſcriptio CCLII.
Herzgeblüt quid ſibi velit? 470.
Hippocrates nihil fruſtra ſcripſit CCI.
primus genuinam Medicinæ addiſcendæ methodum reliquit CCI.
omnium Medicorum Magiſter *ibid.*
à paucis rectè intelligitur CCII.
non fuit omniſcius Medicinæ Dictator CCI.
Hippocratis Phyſica DVIII.
Hippocratis authoritas in jure DV.
Hirci anatome an infamet? 336.
Homicidia Dei providentiâ miraculosè non rarò impediuntur & deteguntur XI.
Homines contentionibus magis, quàm veritate delectantur CCII.
Hydraulica machina CCXIX.
Hydrops ex ſuppreſſione menſium non urget catharſin CLXXXIX.
Hymen obſervatum in puella XIV. annorum LXXXIII.
diaphragmatis inſtar extenſum *ibidem.*
illæſum indicat non factam penis immiſſionem LXXXIV.
læſum non reſtituitur *ibid.*
Hymenis cruentatio an certum virginitatis ſignum? 31.
Hypocrita concionator carpitur LXXVI.
Hypercatharſis ab ☿ diaphoretico 69.
in gravida 175.
Hypogaſtrii vulnus non lethale 463.
Hyſterica pro Dæmoniaca habita 62.

I.

I*Acobi* Patriarchæ impotentia non fuit à parte ſui LXXXIX.
Ictus in nucham lethalis 410.
Ialappæ ℥ß. ſcammonii granis V. comitata, eſt vehemens purgans CCXLIX.
noxæ *ibidem.*
uſus cautus *ibidem.*
Ictus ſcutica inflictus an lethalis? CCCIII.
Idea amatoria ſtratagemate putatur delenda XCIX.
excitata odii idea deleta *ibid.*
Idioſyncraſia VI. CXLV.
Idolum in ædibus aut tectis inventum faſcinum arguit 107.
Jejunium diuturnum DXXXIX.
Ilei vulnera ſimpliciter lethalia 460.
Iliaci rami lethaliter vulnerati 479.
Imaginatione morbi inferuntur 102.
nævi materni generantur *ibidem.*
Imbecillitas viſus an ſimulata CCCCLXXXI.
Impenſæ Doctorales in Acad. Giſſena 153.
Inſpectorum moderandæ CCXCVII.
Imperforata imprægnari poſſunt III.
inſpectio IV.
Impotens ad copulam, impotens ad matrimonium XXV.
ad generandum non ſemper impotens ad concumbendum LX.
ad generandum poteſt inire matrimonium, ſi conjux, apertâ ante deſponſationem impotentiâ, velit cohabitare XLVII.
Novell. Val. de ſententia Romanæ Eccleſiæ: Quam habere nequit ut uxorem, habeat ut ſororem XLIV.
Impotentiæ cauſa LV.
per faſcinum *ibid.*
naturalis cura 164.
vera eſt impoſſibilitas coeundi LV.
perpetua ad perfectam copulam dirimit matrimonium *ibid.*
ſimulatio II.
ſuperveniens matrimonium non ſolvit XLVII.
cognita & detecta ante nuptias non videtur facere ſeparationem impotente invito XLVII.
organorum externorum ſtructurâ proditur 10.
differt à ſterilitate XC.
Imprægnatio fit quaſi per contagium XCI.
non fieri poteſt inſeſſu fœminæ ſemini virili ante delapſo XXIII.
Incantatio Vid. *Faſcinum.*
Incarceratus vinculis enecatur 54. 81.
Inceſtus Antonii Caracallæ cum Noverca LXXIV.
cum impubere LXXXI.
Inculpans non probat, ſed præbet occaſionem probandi CCLIII.
Inculpatio ſola non ſufficit *ibidem.*
Indicium quid ſit? CXXXVI.
Infantis debilis in partu majus periculum quam robuſti occiſi in cloacam rejectio. CCCV. CCCVI.
ſceletum inſpiciendum 492.
Infantis occiſi inſpectio legitima 491. 505.
Infanticidiorum mira detectio XI.
Infanticidium per funiculi umbilicalis ruptionem lethale 492.
Heidelbergenſe CCCVIII.
per oris compreſſionem 492.
an detegatur infallibiliter per pulmonum natationem aut depreſſionem in aquâ 491. 198.
Obſtetricum difficulter detegitur CCCXI.
per ventriculum aqua repletum 491.
per veſicam exinanitam *ibid.*
Infanticidium Patris crudelis 492. 526.
melancholicæ matris 61.
Infantulus in glacie ſub intenſiſſimo frigore conſervatus XII.
Infectio aëris præcavenda 188. 189.
Inflatio abdominis (*das Auvvachſen*) CXLIV.
Inflatio abdominis an ſignum infallibile veneni propinati? 118.
Infœcunditas non ſolvit matrimonium LIX.
Ingravidationis tempus incertum 19.
Inhabilitas exſtinguendæ libidinis, ſalva exiſtente habilitate ad generandum, nunquam divortium facit LXXXIX.
Inimicitiæ indicium conſtituunt ad torturam CXXIX.
Inimicus præſumitur ex verbis injurioſis *ibidem.*
teſtis à judice ex officio repellitur CCLV.
Injuriæ Medicorum vindicandæ V. CXLIII.
Inquiſitio in circumſtantias ſub ſectione neceſſaria 295.
Inſpectionis legalis defenſio 294.
neceſſitas 294.
requiſita 295.
Inſpectio inquiſiti 189.
Hermaphroditi LXXXVI.
virginitatis IV. LXXXIII.
furioſi XCVI. XCVII.
leproſorum 88.
ſimulatorum CCCCLIII.
luis Venereæ 93.

Inſpectio illegalis varia 297.
ſecundinarum CI.
Inſpectio vulnerum abſolutè neceſſaria 294.
denegata judicium de lethalitate impedit 316.
neglecta à pœna ordinariâ liberat 289. 294.
ſtylo facta mala 295. 302.
in ſepultis Sectio nulla 296. 303.
Inſpectores vulnerum quinam eſſe debeant? 294.
an ſoli Chirurgi? 294.
an & Pharmacopœi? 294.
Inſpectorum diſſenſio 294. 299.
juramentum à Balneatoribus & Chirurgis præſtandum 295. 301.
an & à Medicis? *ibid.* 301.
à non promotis exigitur 295.
ſumtus & expenſæ moderandæ 297. 337.
Inſpiratio quomodo fiat. CXVI.
eſt operoſior exſpiratione *ibid.*
Inſtituta Medico-Legalia] DV.
Inſtrumenta ſecantia tam periculoſa vulnera non infligunt quàm pungentia 380.
Inteſtina ſubmerſorum cum ventriculo aquæ inveniuntur expertia CIX.
Inteſtinorum diſtinctio 425.
craſſorum v. g. Coli vulnera minora non lethalia ſunt 457.
majora etiam lethalia 425.
tenuium vulnera differunt 426.
cur abſolutè lethalia 426.
ſclopetaria lethalia 459.
Ilei vulnera lethalia 458. 460.
Recti amplitudo an ſignum partus? 18.
eryſipelas malè curatum 269.
Intoxicatio aquæ & fontium 110. 118.
pomorum & fructuum 185.
putatitia aut ficta VII.
Inviſibilem ſe reddere Magicum 163.
Inundationes an aërem inficiant? 188.
Joſephus & Maria verè Conjuges Vid. *Conjuges.*
Ira exaſperat bilem 140.
hominis morſum venenatum reddit 114.
noxia melancholicis 149.
venenata reddit inſecta & bruta 114.
Iræ effectus in humores 391.
vulnera, quæ utut levia, lethalia reddere valet 391.
Irregularitatis dijudicatio 464.
Iudaeis Medicis Chriſtiani turpiter abutuntur 148. 156.
cum illis non conſultandum 148. 157. 158.
an recutiri poſſunt? 254. 285.
Iudicia criminalia qualia? 234.
Medica à quibus libera eſſe debeant? CVII.
Iudicum corruptio execranda 247.
Iugularis externæ / internæ } vulnera lethalia 484.
Obj. & *Reſp.* *ibid.*
Iuniores nimis ut matrimonium ineant, non conſultum XLIV. LXXV.
Iuniorum matrimonium ſæpius pœnitendum *ibid.*
Iuniperi baccæ an fœtum moveant CIV.
Iuramenta an licita? 152.
Candidatorum an remitti poſſint? 153. 147.
Inſpectorum 301.
Materialiſtis imponendum 199.
Pharmacopœorum 196.
formula *ibid.*
an Famulis deferendum? 197. 203.
Iuris ſubtilitas à matrimonio ob incertum pariendi tempus abſit LXXV.
Iuris ſubtilitas ima adyta conjugii non ſine ſcandalo rimatur LXI.
Ius προεδρίας Medicorum 149.
Iuſtitia utendi matrimonii CXXIX.
Iuvenum cum vetulis conjugia diſſuadenda XLIV.
contracta non ſolvenda *ibid.*

K

K Ampffer-Wunden quæ? 471.

L.

Laborantes Chymici qui tolerandi? VIII. CIII.
Labyrinthus in Creta an à natura DXLI.
Labyrinthi ſtudii Medici DXLI.
Lac generatur in mammillis poſt conceptionem aut menſtruorum retentionem 15.
in mammis an ſignum prægnantiæ? 508.
in prunas emulctum ubera facit ſterileſcere CCCXIII.
Lamiarum conventus nocturni CCCXIX.
Lampas vitæ artificialis CCCXIII.
Lapſus ſæpe abortus cauſa exiſtit CV.
Lardi abuſus in herniotomia 264.
Larynx tracheæ arteriæ caput CXV.
Latitudo ſanitatis ingens Vid. *Sanitas.*
Laudanum opiatum furioſum facit quietiorem XCVII.
Laudatio faſcinatoria 107.
Laxantia an in febb. ard. bona? CCXLVI.
Legibus, non exemplis judicandum LXXVIII.
Legislatoribus condonandum, quod ſingulos caſus vel ſpecies aſſecuti non fuerint XVIII.
Legitimatio theriacæ 212.
Leo Rex beſtiarum LXXV.
ab aſino invitatus apud Æſopum *ibid.*
Leonis Imperatoris de conjugio Eunuchi opinio XXX.
conſtitutio XXXII.
Lepra non facit ſeparari matrimonium LV.
Lepræ generatio 91.
Græcorum ſigna *ibid.*
veræ ſ. elephantiaſis ſigna 91.
inſpectio 88.
quî ſolvenda? 89.
putatitiæ ſigna 87. CCCCLIII.
recognitio 87. 88. & ſeqq.
Lepram ſimulantes Latrones Colonienſes 87.
Lethale per accidens 333.
per ſe *ibidem.*
Lethalitas quotuplex? 331.
Lethargi remedium 146.
Libelli famoſi è ſuggeſtu animadvertendi V. CXLI.
verbo divino contrariantur *ibid.*
Hypocritarum Vid. *Epilogus.*
Licinius Macer compreſſo inſpirato Spiritu vitam finivit CXX.
Lien magnus in Jovialibus 141.
parvus in melancholicis *ibid.*
Lienis morbus periodicus *ibid.*
vulnera cum rupturâ vaſorum lethalia 425. 433.
ruptura lethalis 425.
à morbo *ibid.*
Ligatura abdominis ſtrictior fœtui nociva 26.
Lignum vulnerarium 160.
Limaces rubri hernias curant *ibid.*
Lipothymicis prodeſt eſſentia caſtorei cum ~ CC. vinoſo CLXXV.
Liquor in ♀ è vaginæ ductibus erumpens XCIII.
Lites abbreviendas JCti docent CCII.
Lithargyrii noxa VII.

Lithotomi internorum præſcriptio pœnaria eſt IX.
ad examen Medicum non admittendi CCLII.
an Praxis Medica interdicenda? *ibid.*
Lochia nimia quî ſiſtenda? 160.
Lues ♀ an transplantatione in virginem illibatam curetur? IV.
an agat in diſtans? 66.
an contagioſa? 64.
an à Balneatore ſolo curanda? 259.
an à Chirurgo aulico? 258.
an peſti ſimilis? 65.
putatitia 93.
Luſus aleæ / chartarum / latrunculorum / pilæ. } qualia exercitia? 180.
Lutherus (*Martinus*) ſuadet conjugium donum continentiæ non habentibus LVIII.
Chilonienſis iniquus CCCCLII.
Lycanthropia an viribus naturæ poſſibilis CCCXXV.
Diabolica qualis? *ibid.*
Lymphaticorum vaſorum vulnera lethalia 479.

M.

Machina hydraulica CCXIX.
Maculæ coeruleæ poſt mortem 108.
gravidarum an ſemper adſint? 25.
volatica VI. CXLIII.
Magia Vid. *Faſcinum*
Magicæ curæ quibus morbis dicantur? 162.
an & externis? 160.
conſcientiam lædunt 162.
Magiſtratûs intereſt decernere curam captivorum XCVI.
tollere ſcandala XXXVII.
arbitrio competit diſponendi facultas in eô, quod jure divino naturalique juxta adiaphorum eſt XXV.
dignitati non præjudicat, re melius cognita, retractare dicta LXXVII.
Majorum tradita augenda CIX.
Malleus pedis an tuto abrumpi poſſit? 271.
Mammarum cancer an curabilis 268.
gracilitas in gravida an abortum indicet? CCLXXXVIII.
intumeſcentia defectu lactis comitata an molam indicet? CIV.
Mammariorum vaſorum vulnera an lethalia 413.
Mancipiorum coëmptio quomodo fiat à Barbaris? 2.
Mandata Principum re aliter cognita mutanda - - LXXVII.
Mania hæreditaria 144.
an matrimonium impediat? 143.
an recidivet? 144.
ſimulata 95.
ſymptomata 96.
ſuppreſſionem menſium & lochiorum inſequens 61.
Manui leviter læſæ febris ſuperveniens 266.
Mares an citius formentur quàm puellæ? 23.
Maria virgo virginitatem voviſſe creditur XLIII.
Joſephi vera uxor fuit *ibid.*
Marmora Boyleia CXXII.
Martianus Imperator Pulcheriæ nuptæ ſuæ virginitatem ſe intactam relinquere, juramento recepit XCIII.
Maſtupratio puelli quinquennis LXXXIV.
Mater an in puerperio prior filio obiiſſe præſumenda? 5.
Materialia mercis quàm teſtimonii bonitate æſtimanda rectius CLV.
Materialiſtarum divitiæ 203.
fraudes 201.
juramentum 200.
origo 241.
ſimplicia tantum vendant 241. *ſeqq.*
Mathematica Medicina DXLIII.
Matrimonium cur contrahatur XXXI.
conſiſtit in conſenſu mutuo XLVII.
generationem intentione & conatu ſemper intendat XXVI.
Eunuchi *ibid.*
Hermaphroditi LXXXVII.
Mulieris virum ſe mentientis CCCCLI.
Maturitas humorum in febribus expectanda - - - CLXXXVIII.
Maxillæ inferioris luxatio ex errore Chirurgi 274.
Meconii origo 25. 30.
præſentia vitalitatem fœtûs notat *ibid.*
Meconium in utero poteſt excerni *ibid.*
Mediaſtini vulnera an lethalia? 413.
Medicamenta antimonialia & Mercurialia cautè danda 198.
Chymica ex draſtica parcè danda 198.
emmenagoga gravidis non danda 57.
Empirici examinata 239.
præparatio & compoſitio an Medico conveniat? 167.
privatim an à Medico diſpenſanda 167.
ſunt dijudicanda à Medicis 198.
ſæpe pro ratione materiæ peccantis operationes exerunt CXCVI.
quomodo vilius haberi qneant? CCLXI.
taxatio nimia refrænanda 562.
in viſitatione ſemel rejecta non recipienda 212.
illorum qualitas dijudicanda 215.
Medicaſtri plures occidunt quàm clades CLXII.
qui ſint? *ibidem.*
Doctoris titulo indigni IX.
Medicina non ludit novitatibus CLXXXVI.
cœpit ab Experimentis CXCVII.
inundata Philoſophandi libertate CCIII.
ejus fata deploranda CCXXXIII.
hodiernus nitor CVII.
Medici à quibus in { ferendo judicio / Sect. cadaverum } cavere debent CVII.
novelli officiosè occidunt V.
conſulant rer. uſu expertos CCCCLXXXIX.
metuentes contagium CCCCXXXVII.
Medici imberbes à Rege Scotiæ in hoſtium ditionibus primùm Medicinam facere juſſi V.
ſine experientiâ erubeſcant, ut JCti ſine lege CCV.
inſpectione multas fraudes detegunt III.
non alant Pharmacopœorum avaritiam CLXI.
ægros ad meliorem officinam ablegare valent *ibid.*
è longinquo ſpectantes CCCCXXXVIII.
Medicis in arte ſua credendum 233.
eventus mortalitatis non imputandus CC.
Medicorum conſtitutio laudabilis eſt CLXV.
loquacitas in prodendis ægrorum morbis culpanda XXIV.
injuriæ vindicandæ V.
taciturnitas XXIV.
querelæ de Pharmacopœis CCLXIV.
Medicus Imperator vitæ & necis 235.
novus ſuperinductus peſſimè prioris methodum carpit CCCCXXXIX.

Medicus novus cum ægri damno ſæpè ſuperinducitur CCCCXXXIX.
Collegæ ſignificet horam futuræ viſitationis *ibidem.*
ex Praxi æſtimatur CCIII.
à Magiſtratu in curam captivorum requiritur XCVII.
Perfectus quis? 257.
Pharmacopœi Proxeneta CXLIX.
non promotus in vulneris inſpectione juret 295.
perperam curans tenetur CCCLXXXIII.
Meditatio perpetua unius rei nociva XCVI.
Medullæ Spinalis puncturæ per ſe non lethales 413.
vulnera transverſa lethalia 413.
ſuperiora prope collum lethalia 419.
inferiora non ſemper lethalia 420.
Melancholia humor fictitius 61.
noctu moveri dicitur 60.
morbus per conſenſum 57.
ſexui ſequiori infenſus 58.
ſimulata 94.
Melancholici alienis linguis loquentes & vaticinantes 9.
maleficos & incendiarios ſe putant 54. 57.
ordinariò in uno occupati XCVI.
phantaſtici mirabiles 9.
Melancholica aquis ſe ſuffocans 60.
infanticidium perpetrans 61.
Membrum virile artificiale in fœmina ſexum virilem mentiente CCCCLI.
Memoriæ deperditæ cauſa 7.
Mendacium ſuggerit dolum CXXX.
Medicorum periculoſiſſimum 235.
Meningophylax an Hippocrati cognitus? 362.
Meningum Contraruptura lethalis 340.
Meningum læſarum ſigna 341.
vulnera non lethalia 340. 369. 371.
duræ vuln. non lethalia 340.
piæ vulnera *ibidem.*
Mens divinæ particula auræ? 9.
ſibi relicta omnium ſcientiarum capax 10.
Menſis lunaris 28.
Menſtrua nimia pro lochiis non habenda 16.
perpetuò fluentia 17.
à cachexiâ orta 16.
per vias inſolitas 17.
ſuppreſſa certò graviditatem non notant 19.
lactis generationi occaſionem dant 16.
ruſticis familiaria 17.
Menſtrui fluxûs tempus varium 34.
retentio perpetua 17.
Mentula juſtò brevior XXIII.
an impediat imprægnationem *ibid.*
ei ſuccurritur inſtrumento XXIII.
juſto longior XXIII
tumida & excoriata ex maſtupratione - - - LXXXIV.
Merces ex infectis locis non advehendæ 149. 169.
Mercurialia cautè danda 226.
Mercurius dulcis quâ formâ dandus? 226.
quî præparandus? 226.
ſublimatus lethalis 227.
pro ☿ dulci datus? 226.
propinatus ut detegatur? 225.
pro Santonico datus 231.
vulgi uſus polychreſtus *ibid.*
Meretrices in peccatis excuſationibus inſtructæ I.
Virginitatem amiſſam excuſantes I.
Merita Chirurgi Caſtrenſis 221.
Meſenterii vulnera non ſemper lethalia 461.
ſclopetaria & cum vaſorum dilaceratione lethalia 458.
Meſſala Corvinus nominis proprii obliviſcens 8.
Miniſtri Eccleſiæ an verrem alant? CXLV.
Minnorennes ſine Curatore damnari non poſſunt - - CCCLII.
an ſine curatore inquiſitio contra illos inſtitui poſſit? CCCLII.
Miraculorum dijudicatio DXXXVII.
Mithridatii diſpenſatio 199.
Moderatio impenſarum Inſpectoribus ſolvendarum 297.
taxarum 198.
Mola graviditatem mentiens CV.
virginis CV.
num violatæ pudicitiæ indicium? V.
fœtûs comes CIII.
pro ſuperfœtato gemello habita CIII.
quatuor menſium ſpatio ante partum edita CIV.
formata errantis naturæ productum CIV.
horribile naturæ aberratum *ibid.*
capite ovillô CIV.
cordis formam referens CIV.
fortiſſimis medicamentis vult pelli CIV.
Molæ abjectio non eſt homicidium CIV.
ſigna 511. V.
Mollities corporis poſt mortem an â faſcino? 103.
vulnerum ſanationem juvat 477.
Monſtroſi conceptus CIV.
Morbi hæreditarii cur incurabiles? 144.
à faſcino 88.
Morbus Gallicus an contagioſus 64.
differt à peſte 65.
quomodo inficiat? 64.
per veneficium illatus quî diſtinguendus? 114.
Mors ſubmerſorum ſine potâ aquâ CV.
fit ob denegatam exſpirationem CXIX.
Mortui putatitii reviviſcentes CCCCXLV. DXL.
Morſus canis rabidi an blaphemias inferat? 85.
ſine externa læſione an periculoſus 68.
lupi rabidi ſine externâ læſione, an poſt X. annos delirium cauſetur? *ibid.*
Morti deſtinatis tempus converſionis indulgendum CCCCXLI.
Mortuus in viâ publicâ repertus quî dijudicandus? 101.
Mos trium literarum Tyrannus VI.
Moſchi doſis illegitima 253.
Motus intempeſtivus vulneratis nocet 477.
in utero an certò graviditatem denotet? 16.
Muliebria an à viris exploranda III.
conſolidata in prægnante CCCCLIII.
Mulier viro facta adjutorium XLI.
quo ſenſu? *ibid.*
ex latere viri cur formata? XLI.
mulieri conjugaliter juncta CCCCLI.
in ſomno poteſt imprægnari XIII.
an naturaliter ultra annum uterum gerere poſſit? XV.
undecimo menſe pariens præſumitur caſtè non vixiſſe XVII.
Mulieres ægrè patiuntur abortus CIII.
quæ præ aliis molam ferant. *ibid.*
Mulieribus in negotio partus credendum 36.
Mulierum garrulum genus ad officia ineptum 233.
inexhauſta aſtutia in negotio generationis I.
vulnera citius ſanantur 477.

Muſculi temporalis contuſio & vulnera per ſe lethalia non ſunt 339.
Muſculi faſcialis vulnus 473.
Muſculorum motus quomodo fiat? CXXI.
Mutilatorum dijudicatio 465.
Mytuli an venenoſi? 138.

N.

NÆvi materni unde? 77.
Napellus venenum tyrannicum 141.
Naſus putreſcens, eô mortuo, ex cujus carne factus erat CCCXIV.
Natium & externarum partium vulnus non lethale - - 426.
Natorum ſimilitudo cum Parentibus 50.
an adulterium indicet? 51.
Natura conſtanti motu agit 4.
in anatome veneranda CVI.
rerum occultarum dives eſt ibid.
Naturæ errores 4.
luſus 4.
immenſitas CVI.
abdita caſu & diligentia addiſcuntur ibid.
Natus decimo menſe ad hæreditatem admittitur - XVI.
undecimo menſe non eſt legitimus ibid.
in initio undecimi menſis legitimus & juſtus hæres judicatus XVI.
Nauſea gravidarum primis menſibus urget 25.
Nephritidis remedium 160.
Nervorum vulnera 479.
plexus majores lethaliter læduntur ibid.
Nicolai larvatum ſpectrum epilepſiæ mortiſque cauſa exſtitit VII.
Nitrata in febribus, lipothymiis caloreque tenui comitatis, alvo aperto exiſtente nocent CLXXV.
Nocentem dimittere, quàm innocentem damnare ſanctius CLVII.
Nocturni ſagarum conventus CCCCXCIX.
Nonimeſtris partus legitimus 47.
Noſocomia Lutetiana CCLXIII.
Novercæ unde dicantur? CCCLVI.
cur noxiæ ibid.
Novitatibus in Medicina nil temere tentandum - - - CLXXXVI.
Novitatum licentia culpanda ibid.
Nubere bonum ſine additione τεκνογονίας LVIII.
Paulinum quid? ibid.
Nuce Vomica cur fures utantur? 219.
Nuchæ vulnera periculoſa, & ſæpe lethalia 408. 410.
inſtrumento Sannionis inflicta 409.
jactu facta 411.
Nuptiæ conſenſu deſtitutæ nullæ ſunt XLVII.
Florentinæ CCCCLI.
habent in ſe myſterium conjunctionis Chriſti & Eccleſiæ XLVII.
hodie infirmitatis remedium XLIII.
ab adulterio defendunt XLII.
veniam dant intemperiei coitûs XLVI.
ſuadentur ſine requiſitione τεκνογονίας LVII.
Romanæ CCCCLI.

O.

OBliquitas vulnerum nihil ad lethalitatem confert 359.
Obſtetrices an data opera abortus producant? 281.
balneo nimis calido infantes necant 285.
an omnes ſitus fœtuum p. n. avertere poſſint? 282.
an ſcire poſſint vaſa umbilicalia circumvoluta eſſe? ibidem.
uterum pro fœtu extrahentes 284.
Obſtetricum errores putatitii 254.
veri 254.
officium dijudicandum 282.
violentia 283.
Obſervatio una præceptorum valorem non evertit - CX.
Obſeſſorum ſigna CCCVIII.
Occaſio à Medico obſervanda 259.
Octimeſtris partus vitalis & legitimus 46.
impugnatus 138.
an à ſeptimeſtri partu inſpectione oculari diſtingui poſſit? 134.
Oculi cancri factitii quomodo à genuinis diſtinguendi? VIII.
Oculorum cura an legitima? 273.
vulnera non lethalia 341.
Odium Novercale CCCLVI.
Oeconomia animalis quid? I.
Oeſophagi vulnus 341.
Officinarum Pharmaceuticarum pluralitas noxia - - CLXV.
viſitatio 197.
Officio motus variis ſtatim ſymptomatis afficitur - - XCIX.
ſanus evadit viſâ vocatione novâ ibid.
Olea rancida an retinenda? 208.
Oleorum cinnamomi, nuciſtæ, lauri &c. adulteratio 244.
Oleum expreſſum nuciſtæ ventri illitum ſiſtit dejectiones CXCIX.
Omenti vulnera non lethalia 425.
laceratio an lethalis ibid.
contuſio an lethalis? 453.
Ophthalmia contagioſa 66.
Opii doſis exceſſiva 257.
Opium cautè dandum 257.
an ad 3. grana? ibidem.
an venenum? 257.
Opiata in furioſorum cura non negligenda XCIX.
continenda XCIX.
Organorum externorum ratio impotentiam prodit - LXXXIX.
diſpoſitio eſt principium cognoſcendi potentiam ibidem.
Orthopnœa requirit venæſectionem CLXXIX.
Os an putreſcere poſſit? 361.
de corde cervi oſſe de corde bovis adulteratur 244.
Oſſa pubis an in partu dehiſcant? & quamdiu? 18.

Ova ſubventanea CII.
plura uno attritu fœcundantur III.
Ovale foramen CXVIII.
Oviductus in gallinis tortuoſi III.

P.

Pagoycum ens Paracelſi 102.
Pactum cum Diabolo intrinſecum 163.
Pallor faciei frigiditatem denotat 11.
Panaceæ à quibus componendæ? 206.
Pancreatis vulnera per ſe non lethalia 425.
cum laceratione vaſorum lethalia - 425.
Pandectæ juris per Codicem correctæ 29
unde ortæ *Præfat.* ad *Pand.*
de Naturâ, Sinenſium *ibid.*
Paralyſin facile experiuntur, qui convulſionibus ſunt obnoxii LXXXI.
Paraphimoſis penem ſinit erigi, ac concubitum exerceri II.
Pariendi tempus in homine non unum CCCCLIX.
pariter mortui quî dijudicandi? 2. 5.
Partes genitales mulierum an ſitu tantum differant à virilibus? 13.
Partes Medicinæ CCLXI.
Parotides in anginis an ſemper expectandæ - - - CLXXXVI.
Partium genitalium anguſtia an ſemper inhabilitatem ad conceptionem denotet? CCCCLII.
Partus Cæſareus CCCCLIII. CCCCLXXVII.
196 dierum 37.
Quinquemeſtris legitimus 29.
Semeſtris legitimus *ibid.* 35.
Septimeſtris legitimus 39. 45.
non monſtroſus 40.
non ſemper puellas profert 44.
Octomeſtris legitimus 46. CCCCLXXII.
impugnatur 41. CCCCLXXX.
Nonimeſtris 47.
Decimeſtris *ibidem.*
Undecimeſtris legitimus 47.
illegitimus 48.
Duodecimeſtris legitimus 49. XVII.
Tredecimeſtris 45.
XIVmeſtris *ibidem.*
XVmeſtris *ibidem.*
XVImeſtris *ibidem.*
XXIVmenſium 49.
hi inſoliti unde oriantur? *ibidem.*
viæ an ſolidatæ CCCCLXXVIII.
la Paſſade Pugilum 85.
Paſſio hyſterica ſimulata non impedit torturam 100.
Paſſio iliaca an à clyſtere? 54.
Pectoris vulnera non ſemper lethalia 412.
curata 413.
Peccatum mutuum CCCCLI.
Pedis Sphacelus, an ab errore Chirurgi? 276.
Pelliones an ex habitatione expellendi? 184.
Pellium fœtor cadaveroſus noxius 188.
Penis æſtimatio apud Mulieres CCCCLVII.
Penis artificialis argenteus LXI.
ligneus *ibid.*
fœminæ ſexum virilem mentientis CCCCLI.
erectio quî fiat? XXI.
deficiens unde? *ibid.*
matutina an adulterium in ſomno denotet? CCCCLII.
an flagris juvetur? II.
ejus *menſura* attendenda XXIII.
an detur certa longitudo? *ibid.*
teſticulis extractis erigi poteſt. XXIV.
non erigitur ob nimiam equitationem XXI.
ob lapſum in dorſum *ibid.*
ob capitis vulnus *ibid.*
decens longitudo ad ejaculandum requiritur - XXIII. XCV.
decens conſtitutio ad effundendum per viam rectam ſemen neceſſaria XXIII. XCV.
per rimulam hymenis, hoc illæſo non poteſt intrudi LXXXIII.
nimis longus arte decurtatur LXI.
quæ incommoda habeat? *ibid.*
nimis brevis inſtrumento adjuvatur LXI.
imperforatus facit inhabilitatem ineundi matrimonii LXXXVIII.
puelli quinquennis maſtupratione inſigniter læſus LXXXIV.
Perfectionis tempus in fœtu 22. 23.
Pericardii ſtructura 413.
vulnera an lethalia? 413.
cum effluxu humoris 413.
curata 413.
Periclymenon an abortum moveat? 26.
Perturbationes animi ſanitati nocivæ VII.
Peſte infecti à nundinis arcendi 169.
cum aliis non habitent 189.
Eorum merces non admittendæ. *ibid.* Vid. *Merces*
Privilegia 189.
quî inſpiciendi 189.
Peſtis à cadaverum fœtore 189.
terrore *ibid.*
privilegia 54.
prophylaxi indiget 168.
Phantaſiæ effectus 58. 59.
Phantaſmatis determinatio unde? XCVI. XCVII.
Pharmaceutica ars nobiliſſima 153.
ultra medicamentorum præparationem non extenditur 263.
Pharmacopolæ in Doctores promoti an ſimul officinæ præeſſe poſſint? 197. 207.
à Praxi Medica abſtineant *ibid.*
ſunt ſervi Medicorum 253.
non vendant ſabinam aut abortum moventia 217.
quovis anni quadrante in defectus inquirant 198.
venena ſeparatim ſervent 236. & ſeqq.
Pharmacopolarum Giſſenſium gravamina - - VIII. CXLVIII.
gravaminibus reſpondet Facultas Medica Giſſena *ibid.* CLIX.
Examen CCLXIII.
Famuli ad juramentum cogendi? 197.
nequitia & πολυπραγμοσύνη 253.

Pharma-

Pharmacopolis an Reſpublica facilius careat quam Chirurgis ? CCLXIII.
Pharmacopoliorum erectio auctoritate publicâ fiat - - - CLXV.
locatio periculoſa & litibus obnoxia 197.
pluralitas noxia VIII.
Philautiæ quam fatuitatis furor major eſt CCII.
Philoſophiæ naturalis perfectio CVI.
Philtra noxam, non mortem inferunt 124.
Philtrorum operatio tarda 124.
ſymptomata 123.
curatio ibid.
Phimoſis 11. 13. II.
cura 13.
curata matrimonium non impedit 12.
non curata & perfecta inhabiles ad matrimonium reddit 13.
Phrenetici cur vaticinentur aut rhythmicè loquantur ? 10.
Phthiſis ex tuſſi 112.
an ſimulata ? CCCCLXXX.
Phyſici à quibus ſibi in ſectionibus cadaverum cavere debeant ? CVII.
ob inſufficientem relationem inſpectionis reprehenſi CCLXXXVI.
Phyſiologia quæ tractet ? I.
Pica an ſemper in gravidis? 15.
Picturæ ſpecies 186.
Piladis amorem Galenus pulſu cognovit XCVIII.
Pilæ uterinæ 14.
Pilorum in mulieribus evulſio an lethalis? 145.
in barbâ & pube raritas notat frigiditatem 11.
Pilulæ Francofurtenſes an abortum moveant 223.
Planetarum aſpectus an morbum exaſperent ? - - - CLXXX.
Plagæ externæ non lethales 464.
inſpectis inſufficiens 334.
pœna ſupplicii non puniuntur 464.
exemplum 465.
Pleuræ vulnera non lethalia 413.
Pleuriticis Phreniticisque non ſemper vena ſecanda 46. CLXXIX.
maligna 62. 63.
Plumarum expanſivus niſus CXXII.
Pœna conjugibus prædicta non infert contracti conjugii diſſolutionem LIX.
Pœnitentia ſæpius comitatur juniorum nuptias LXXV. LXXVI.
Pœonia antiſpasmodica 160.
Pollicum ſuſpectorum inſpectio IV.
Polypus cordis quæ ſymptomata inferat ? 122.
Potionatorum ſymptomata 123.
Potus venenoſi indicia ibid.
Præcedentia Doctorum Medicinæ 149. 183.
vindicata contra Quæſtorem 149. 182.
Superintendentem 149. 183.
Præceptorum Medicinalium veritas innitatur experimentis CX.
Præfiſcini unde ? 102.
Prægnantis ventris privilegia DXXIV.
Præſumptio in pariter mortuis 1. 5.
Præſumptiones attendendæ in probando occulto - - CXXX.
Praxis Medica Medicaſtris interdicenda 204.
interdicta perſonis non privilegiatis ibidem.
Pharmacopœis non concedenda 197. 205.
Presbyteris & Canonicis non licita 253.
nec ſtudioſis Medicinæ nondum promotis 179. 204.
Primiparæ tardius pariunt 100.
Principes retractant cum honore ſententiam LXXVII.
Prior quis obiiſſe præſumatur in pariter mortuis ? 2. 5.
Privata medicamentorum diſpenſatio Medicis an licita? 166. DLII.
Privilegia Doctoralia quousque exercenda ? 151.
Medicorum Cæſarea DXL.
Proba aquatica ſagarum an naturalis & licita ? - - CCCLXIII. CCCXCVI.
fallit ibid.
eſt inſufficiens indicium ad torturam - CCCLXXXXVI.
ſtigmatica ibidem.
Proba ignea CCCXCVII.
Probatio conjecturalis ubi non habeat locum ? CXXX.
eſt vel artificialis vel inartificialis ibidem.
Proceſſus circa ſagas CCCXIX.
Procreatio liberorum in ſtatu innocentiæ habuiſſet locum XC.
Procidentia uteri Hermaphroditum mentiens 13.
an curabilis & quomodo ? 14.
oritur ab elevatione oneris 13.
an ſit cauſa divortii ? CCCCLXXX.
Promiſſio turpis turpius adimpletur LXXVII.
Promotionis Doctoralis abuſus 151.
Exterorum vilior habetur ibid.
juramentum 153.
Propagatio liberorum in ſtatu innocentiæ XC.
in Novo teſtamento non eam habet neceſſitatem ac in V. T. XLII. XLIII.
finis matrimonii XL.
Proviſores officinarum Pharmaceuticarum in quanto & quali reſtituere tenentur officinam locatam, ut acceperant 212.
Pſora 91.
Pſylli ſemen an venenum ? 143.
Pubertatis anni variant 34.
Pubes rarior in frigidis 11.
Pudendorum pili evulſi non lethales 146.
lethargum curant ibid.
Puella xij annorum puellum quinquennem per maſtuprationem ad laſciviam armat - - - LXXXIIII.
torturæ primi gradus commiſſa LXXXVI.
qua pœna afflicta ? ibid.
epileptica facta eo tempore, quo ſe inſcia pater laniatus fuerat CCCXIII.
Puella duodecennalis inceſtus cum Vitrico ſuſpecta LXXXI.
hymen illæſum habuit ibidem.
quinquennis violatio IV.
XIV. annorum genitalia pilis deſtituta LXXXI.
hymen inventum LXXXI.
Puer uli quinquemalis genitalia in libidinem verſa IV.

Puerorum vulnera citius ſanantur ac Adultorum 477.
Puerpera an prior fœtu obiiſſe præſumenda? 1. 5.
Pulcheria nubens Martiano virginitatem pacto ſibi ſalvam conſervari curavit. XCIII.
Pulmones quid ſint. CXV.
inſita aliqua vi moventur. CXVI.
fœtûs non alluit ſanguis. CXVII.
primum movens 113.
Submerſorum ſtatus & actio - - - - CVI. *ſeqq.*
Pulmonum in aqua emerſio an certum infanticidii indicium? 491.
non valet, ſi halitus inſuffletur? - - *ibidem.*
Pulmonum inflatio quomodo fiat CXV.
motus reciprocus 411.
Color non probat fœtum mortuum editum 491.
Subſtantia CXV.
Structura *ibid.*
veſiculæ. CXV.
harum uſus *ibid.*
Vulnera non ſemper lethalia 413.
Sclopetaria lethalia 413.
cum vaſorum majorum læſione lethalia 413.
Pulſus amatorius quis XCVIII.
in diverſis obſervatus *ibid.*
ab amore *ibid.*
amatorio ſimilis ſine amore. XCI.
Perdiccæ XCVIII.
Pulvinar an morientibus ſubtrahendum - - - - CCCCXXXI.
Pulvis Marchionis an abortum moveat? 224.
Purgantia in febribus locum inveniunt, & quidem in orgaſmo. CLXXXVIII. *& ſeqq.*
exitialia in febribus malignis CCXLVI.
præſervativè molliunt inſultus epilepticos & arthriticos CXCIII.
utilia ante variolarum eruptionem CXCI.
Puris exitus denegatus vulnera lethalia reddit 432.
Pyladis amor ex pulſu notatus XCVIII.

Q.

Qualitates occultæ hodie omni dignitate exutæ ſunt. CXVII.
Quinquefolii radix an impotentiam curet? 160. 165.
Quinquemeſtris partus legitimus 29.
Quintus Catullus cohibitione aëris voluntariâ mortem ſibi acceleravit CXX.

R.

Radicum ari, bryoniæ, quinquefolii, ſatyrii } qualitas 165.
Radix victorialis 220.
Ranarum venenum quale? 115.
Ranunculus herba ſtrumas curat 160. 165.
Ratiocinatio quid ſit? CCV.
Rationes ex falſa hypotheſi explodit experientia - - CXCVII.
Rationes ſumendæ ex praxi & experientia, non viceversâ CCIII.
experientiæ practicæ contrariæ non rationes, ſed opinionum ſomnia ſunt CCV.
Rectitudo vulnerum an lethalitatem promoveat? - 357.
Recutitio Judæorum 285.
Relatio Medica ſit omnis commenti expers 297. CVII.
à præſumpta opinione ſuſpicione & alienis libera *ibidem.*
de imprægnatione puellæ fatuæ XIV.
de furioſo XCVI.
de ſecundinis CI.
de fœmina in puteo reperta CXI.
de fractura brachii CCXXXVI.
de vulnere capitis Sclopetario CCLXXX.
cranii freno inflicto CCLXXXVIII.
de alapa mortifera. CCXCVIII.
de contrafiſſura CCXCIX.
de contuſione diaphragmatis lethali CCC.
de Ruptura lienis CCCII.
de vulnere vaſorum minorum CCCIV.
de infante in cloacam projecto CCCV.
de infanticidio CCCIX.
Remora piſcis an navigia ſiſtat? 161.
Renunciationis de lethalitate vulnerum requiſita 428.
an abſolutè neceſſaria X.
Repetitio medicamentorum ad numerum ſeptenarium illicita 162.
Rerum vulnera 528.
Reſpiratio quomodo fiat? CXVI.
Reſpiratione ceſſante remoratur ſanguinis circulus CXVIII.
impedita mortis ſubmerſorum cauſa CXXIII.
Rete mirabile, pulmonum CXV.
Retractare ſententiam re rectius cognita Principi non præjudicat. LXXVII.
Retroceſſus tumorum criticorum mortis habent periculum CLXXXV.
Riolani error in Anatomicis 313.
Ruina ædium ſi plures occiderit, quis diutius vixiſſe præſumatur? 1.
Ruptura lienis lethalis CCCIII.
Ruta emmenagoga & abortum provocans 27.
Rutæ radix nimia lochia curat. 160.

S.

Sabina fœtum & menſes pellit 26.
à Pharmacopœis non vendenda *ibid.*
Sacculi cephalici CCXLIII.
Sagapeni uſus innocuus VIII.
Sagarum conventus an veri? 285. CCCXIX.
proba aquatica illicita 287.
Sagæ an lachrymari poſſint. CCCLVIII.
morbos inferunt quomodo? 102.
Sal cum pane toſto an venenum? 194.
Salinarum exhalatio an ſit noxia? 184.
Salacitas caſtratorum XXXII, *ſeqq.*
Salis uſus an unguium defectum inducat? 25. 30.
Salomonis ſcientia Phyſica unde? 161.
ſcripta ſublata *ibidem.*

Saltatio motoria quale exercitium 180.
ſtataria. *ibid.*
Salvus conductus uxoris, intuitu minoris taxatur LXXXI.
ceſſat, ſi plures circumſtantiæ aggravent - - LXXXII.
Samuel à Saga evocatus an vetus CCCXXVI.
Sauli apparens an verus? *ibidem.*
Sandaracha eſt venenum 219.
Sanguis extravaſatus cranio fortiter adhærens lethalis 404.
an ponderandus? 332.
è muliebribus fluens an ſtuprum violentum certò indicet? 20.
immodicè fluens in gravidis periculoſus 76.
in embryone non circulatur per pulmones. - - CXVIII.
ſed per ductus temporarios *ibid.*
è pectore evacuari poteſt 55.
an & è cranio? 318.
poſt partum qualis? vid. *Lochia.*
ſcarificatus qualis? 16.
varius pro varietate ſubjecti *ibid.*
ex utero an alius coloris in Virginibus, alius in Conjugatis? 18.
Sanguineus Sudor Chriſti CCCCXCVI.
Sanguis Draconis quî adulteretur? 207.
Sanguinis motus inteſtinus quomodo peragatur? CXVII.
Sanguinis ſtillicidia in cadavere CCCXCVII.
Sani medicamentis plus læduntur quàm juvantur 225.
Sanitas unde judicetur? 1.
Sapo Venetus abortum movet 26
Sarcocele matrimonium impedit 62.
Saræ oratio XL.
Satanas an in conventiculis Sagarum hominis probi perſonam induere poſſit? 285.
Satyrii radix impotentiam curat. 160.
Scabies intempeſtivè retropulſa CXLIII.
Scammonii doſis nimia CCLVI.
Scandala ſublata adimunt diffamandi occaſionem LXXIX.
Scandalorum remedia *ibidem.*
Scapulæ vulnera non lethalia 415.
Schandmæhler quid? DXXXV.
Scripta Medicorum an epitomanda? 179.
de morbis Specialibus DLVI.
Scripturæ ſacræ abuſus 161.
Scuticâ perculſa apoplectica 306.
inflictum vulnus lethale 376. CCCIII.
Sectio cadaverum an in vulnerum inſpectione abſolutè neceſſaria? 296.
an & eò in caſu requiratur, ubi læſus in continenti exſpirat? 296.
cautè & ſuſpensâ manu fiat, non novaculâ 295. 305.
intermiſſa ſi fuerit, lethalitas incerta 269.
Secundinarum ſepultarum dijudicatio V.
Semeſtris partus vitalis 35.
Semen virile conſpicuum ſaltem vehiculum eſt virtutis genitalis XCV.
parte tantùm ſpirituosâ impraegnat XXIII.
vaginæ aſperſum ad impraegnationem interdum ſufficit *ibid.* XCI.
non abjiciendum in coitu XCI.
ejaculandum per lineam rectam XLV.
Novell. Val.
Semen virile ſpirituoſum genitalium muliebrium debita diſpoſitione adjutum fœcundat XLV.
effœtum plerunque in ſenectute *ibid.*
Seminis vis in aëre exſpirat XCV.
Senex 77. annorum virginem deflorare nequit III.
Senes frigidi, reſuſcitato per juvenculam calore interiore generare poſſunt LIX.
juvenibus ſæpè vegetiores, & cur 33.
torqueri non debent III.
Senibus matrimonium contrahere integrum LIX.
eſt enim in ſolatium humanitatis XLIII.
Senis capularis cum juvencula conjugium honorabile & pretioſum poteſt haberi LIX.
Senum vulnera cur difficilius ſanentur? 477.
Senſus interni miniſtri rationis 8.
Sententia ad falſa narrata data, retractanda LXXVII.
necis & vitæ ſecundum relationem Medicam fertur. XCII.
Seplaſiariorum errores funeſti 196.
Septimeſtris partus an legitimus? 44.
in calidis regionibus frequentior 44.
non ſemper ſexûs ſequioris eſt 44.
Sepulchra Antiquorum Chriſtianorum extra urbes 171.
intra mœnia civitatum non toleranda - - 149. 170.
in peſte profunda ſint 149. 170.
Serpentes pro anguillis ſine noxâ comeſti 195.
Servitus an hodiè detur? 2.
Sextus menſis an ordinarium pariendi tempus in Hiſpania? 40.
Sexûs ambigui inſpectio 13. 14.
an matrimonium diſſolvat? 14.
utriusque infirmitati conſultum nuptiis XLI.
propenſio in Venerem *ibid.*
Siccioris conſtitutionis vulnera difficilius ſanantur 477.
Signa morborum ex faſcino 103.
veneficii 118.
veneni aſſumpti 128.
virginitatis incerta III.
Similitudo natorum cum Parentibus 4. 50.
an & adulterium indicet? 4. 51.
an filiationis indicium? *ibid.*
unde? 51.
an & à metu? *ibid.*
Simulatio morborum 87. CCCCLIII.
epilepſiæ 87. 98.
lepræ CCCCLIII.
maniæ 87. 95.
melancholiæ 87. 94.
paſſionis hyſtericæ 100.
potentiæ ad generandum conſenſum nuptialem facit irritum! XLVIII.
Sinûs falciformis vulnera lethalia 340. 373. *ſeqq.*
Situs vulnerati obſervandus 83.
an ex vulnere dijudicari poſſit? CCCCLXXXIII.
Sixtus V. Conjugia Eunuchorum voluit interdicta, contractaque reſcindi XXXIII.
Smalta an venenum? CCCCLIV. CCCCXC.
Sodomia an ex inſpectione bruti externa detegi poſſit? CCCCLI.
Solis effectus 188.
Solum eſſe hominem non bonum eſt, quid ſibi velit? XLI.
Sophiſticatio Virginum LXXXII.
Soſtrum dijudicandum 149. 181.
Chirurgi an ſit legitimum? 181. 254.
ob malam curam denegandum *ibid.*
moderandum 280.
Spadonem inter & alium impotentem differentia eſt XXXIV.

Spado quoad generationis effectum eſt impotens. XXXIV.
Spaſmi cura 160.
Sphacelus pedis an ab errore Chirurgi? 279.
Spectrum larvatum S. Nicolai terrendo epilepſiæ & mortis cauſa exſtitit. VII.
Spinæ dorſi vulnera qualia? 413.
medullæ vulnera 413. 419.
Spicæ Celticæ adulteratio 207.
Spiritus vini abuſu an quis mortem ſibi contrahat? 190.
Spiritus abſinthii volatilis innoxius VIII.
Spiritus min. acidi ſanguinem reddunt nigricantem & craſſiorem CCCCLV.
Vitrioli vulg. gravidæ propinatus fatalis & lethalis fuit VIII. CCXI. *ſeqq.*
⊕ *Philoſophici* abuſus tragicus & fatalis - - VIII. CCCCLIV.
doſis legitima *ibidem.*
origo CCCCLIV.
vehiculum largum, non parcum eſſe debet *ibidem.*
Sponſalia clandeſtina culpanda LVI.
Hermaphroditi irrita LXXXV.
Steatoma, an lympham contineat? 319.
Sterilitas ab impotentia differt XC.
non facit divortium LIX.
an concubitum faciat peccaminoſum? XC.
multos poſt annos ſæpe tollitur *ibid.*
Sterni deſcriptio à Riolano falsò tradita 313.
figura *ibid.*
ſitus *ibid.*
Sternutatorium infantulo inconſideratè datum epilepſiam induxit CXLIII.
Stigmata cœrulea in Apoplecticis demortuis 103. 108.
an in infante demortuo à durâ contrectatione oriantur? 528.
Stomachi vulnera Vid. Ventriculus.
Strumarum remedium 159.
ſuperſtitioſum 160.
Studioſus Medicinæ à Praxi abſtineat 197. 204.
neque Chirurgos examinet 197. 204.
Stupra an dormientibus inferri poſſint? I.
in ſomno fieri poſſunt *ibid.*
Stuprum violentum ab uno mare niſi fœmella conſenſerit, fieri nequit 20.
Styli immiſſio ad inſpectionem vulnerum inſufficiens & nociva 302.
Subclaviæ venæ vulnera lethalia 413.
Sublimatum vid. ☿*Sublim.*
Submerſorum dijudicatio V. CVI.
mors ſine pota aqua CVII.
pulmones *ibid.*
ventriculus CVII.
Sudor Chriſti ſanguinens? CCCCXCVII.
Sudorifera volatilia anginoſis proficua CXXXVI.
Suffocationis ſub aqua cauſa denegata reſpiratio CXXII.
Suggillatio an Magiam notet? 103.
Surarum vulnera minus lethalia 465.
Suſpicio augetur cibi inſolita præparatione CXXIX.
conjecturis CXXX.
fama non contraria, CXXIX
fugâ meditatâ CXXXI.
non ſemper CXXXVII.
ſermonibus impiis CXXIX.
variantibus CXXX.
taciturnitate CXXXI.
veneficii 101. CXLV.
veneni emptione CXXXII.
vitâ ante actâ CXXIX.
Suſpicio veneficii quî detegatur? CXLVII.
Sylvii dogmata 314.
Sympathetica cura ſuſpecta 160.
Sympathetici Doctoris fatum *ibid.*
Sympathia amici cum abſente CCCXIII.
Sympathia Magica XI. CCCXV.
Sympathiæ Medico-Legalis exempla XII.
inter abſentem & partem ejus aliquam præſentem XI. CCCXVII.
inter capillos abſciſſos & reliquos in capite adhuc exiſtentes *ibidem.*
inter uxorem ſanam & maritum abſentem interfectum *ibid.*
inter conſanguineos CCCXIII.
Symptomata varia remotione ab officiô inductâ XCIX.
vocatione novâ ceſſant *ibid.*
Syrupus Hiſpanicus abominabilis 150.

T.

Tabaci abuſus bilem acuit 140.
Taciturnitas Medici & Chirurgi XXIV.
habetur confeſſionis indicium CXXXI.
Talpa an venenoſa 195.
per imaginationem diarrhoeam & mortem infert 185. 195
remedium eſt arthritidis vagæ 195.
Taxatio medicamentorum iniqua compeſcenda 198. 216.
Temeritas eſt omnes alios ſecus ſentientes reprehendere CCII.
Temperamenti cholerici ſigna CLXXVI.
phlegmatico-cholerici ſigna CLXXVI.
ſanguinei ſigna *ibid.*
Temporum plaga non lethalis 368.
muſculi contuſio non lethalis 406.
Tempus formationis in fœtu duplicatum motum determinat 31.
variat *ibid.*
Tendinum diſſectio an ſuturam indicet 266.
ſupra genu lethalis 475.
Tendo per ineptam V. S. læſus CCXXXIV.
ejus vulnera punctim facta periculoſa - - - - CCXXXV. ſeq.
Terminus pariendi communis in homine 32.
an incertus? *ibid.*
an in brutis? 4.
vulnerum lethalium 391.
Ternarius numerus ſuſpectus 161. 162.
Tertiana intermittens rariſſimè lethalis 134.
Teſtamentum delirantium invalidum 9.
Teſticuli vigoris virilis principium XXXII.
abſciſſi non delent ♀ deſiderium *ibid.*
ictu ſclopetario conquaſſati & extracti non relinquunt ſpem generandæ ſobolis XXIV.
extracti ſinunt membrum erigi XXV.
quibus evulſi aut attriti ſunt, an matrimonium interdicant? XXIV. ſeq.

Teſtimonii

Teſtimonii vis à juramento teſtis dependet CLIII.
Teſtimonio mentis nullum eſt efficacius CXXX.
Teſtimonium informationis CCLVII.
Teſtis requiſita CXXXVIII.
Theologia Juridica DXV.
Theologi habeant animum Nathanis LXXVI.
animoſi ſint ut Joannes Baptiſta *ibidem.*
rem turpem non ſumant defendendam LXXII.
Theriaca adulterina 244.
Bremenſis qualis? *ibid.*
groſſiuſcula an legitima? 213.
Theriacæ diſpenſatio 199.
rejectæ vindicatio 212. ſeq.
Thoracis vulnera malè inſpecta 323.
profunda periculoſa 413.
Thorax anguſtatur & dilatatur 412. CXVII.
ſubmerſorum à nemine Veterum aqua vacuus dictus CXXI.
Tibiæ vulnera lethalia 465. 477.
Tinctura bezoardica D. Michaelis coecitatem infert 221.
Tormina Colica à venenis 118.
Tortura periculoſa CXXXII.
an abroganda? *ibidem.*
quando decernenda? CXXXIII.
Torturæ indicium confrontatio CXXXVI.
fama non contraria CXXXV.
mendacium CXXXVI.
veneni emtio CXXXVII.
vita anteacta CXXXV.
Torturæ an ſubjiciendus Senex? 5.
arthriticus? VI.
Torturam admittunt vires ſufficientes 415.
impedientia 5.
Trachea fiſtularum aëriferarum mater eſt CXV.
cur verſus gulam mollis? *ibidem.*
ejus membranæ CXV.
vulnera ſanati poſſunt
Traducis defenſores diſcrepant à ſe invicem 68.
Tragoſelini ſemen an venenum 408.
Transformatio metallorum poſſibilis Vid. *Alchymia.*
Tranſplantatione morbi aſtrales tantùm, non externi curantur 460.
Trepanatio an in oſſe frontis adhiberi poſſit? - - - - CCXCIV.
quando & ubi inſtitui debeat? *ibidem.*
Trepanationis neceſſitas in variis caſibus CCXCIV.
quomodo inſtituenda? *ibidem.*
Trepanorum ſpecies *ibidem.*
deſcriptio & figura *ibid.*
Tribus Sutorum Grünbergenſium gravamina - - - - CCCCLXXXII.
Trochiſci alhandal per errorem pro trochiſcis alkekengi dati 564.
viperini adulterini 694.
Tumor abdominis & pedum cachexiam notat 19.
an & graviditatem? 45.
verbere in ſiniſtro latere inflictus an per biennium poſſit ſubſiſtere? CCLXXVIII.
Tumorum criticorum retroceſſus periculoſi CLXXXV.
differentiæ 317.
Turcæ cuſtodibus uxorum ſuarum Priapum exſtirpant III.
Eunuchis teſtes juxta ac virgam ferrô demunt LXXVII.
quâ ratione mancipia coëmant? 3.
Turgeſcentiæ mentulæ an ſcortationem notet - - CCCCLII.
Tuſſis exaſperatur acidis - CLXXIX.

V.

V*Agina uteri* in gravida conſolidata & per Sectionem curata IV. IX. CCCCLXXXVIII.
Valvula foraminis ovalis CXVIII.
Variolis epilepſia accedit VI.
Vaſa ſanguifera pulmonum embryonis ſunt otioſa - - CXVIII.
fœtus reſpiratione dilatantur *ibid.*
Vaſis brevis vulnera lethalia 486.
Vaſorum lethalitas non ſatis accuratè tradita 478. 479.
majorum vulnera lethalia 479.
minorum non lethalia 479. X.
plurium lethales 422.
Vaſorum lymphaticorum majorum ruptiones lethales - 479.
Venarum majorum v. g. Cavæ vulnera lethalia 479. 426.
Cavæ rami maj. læſi lethales *ibid.*
cruralium vuln. X.
emulgentium vulnera lethalia *ibid.*
jugularium { internarum / externarum } vulnera lethalia - - 479. 484.
pulmonalium lethalia vulnera 413.
portæ / ſplenicæ } vulnera lethalia - - - *ibid.*
ramorum iliacorum externorum 487.
Venæſectio ciet ſanguinis motum CXVII.
an gravidis conveniat? 173.
in peripneumonia maximè utilis obſervata - - CLXXXV.
an juxta ☽ phaſes fieri debeat? 332.
non ſemper neceſſaria in pleuritide CXXXIX.
nec in phrenitide *ibidem.*
ineptè adminiſtrata CCXXXIV.
ob malam diætam neglectamque curam lethalis *ibidem.*
Veneficium arſenicale alb. 88. 129. & ſeqq.
flav. 88. 134.
bufoninum 113.
Mercurii ſublimati 88. 135.
ſympatheticum CCCXV.
Venena ad tempus 119.
ſeparatim locanda 233.
an & quomodo vendere liceat? 235.
Venenatio fontium 185.
ſiliquarum 185.
fructuum 185. 190.
paſcuorum 185.
Veneni { externi / interni } φαινόμενα - - - - - - 118.
Venenum quid? CCCXV.
in corpore poteſt generari 118.
temporarium 119.
ejus poti ſigna lethalia 118.
evadit ſalubre medicamentum CLXIV.
Venerea lues an tranſplantatione in virginem illibatam curetur? IV.
Venus præpoſtera à Natura alieniſſima LXXXVIII.
ad conſervationem ſanitatis an neceſſaria? VII.
Venti Borealis effectus 188.
Ventriculi orificium dextrum lethaliter vulneratum 425.

Ventriculi vulnera an ſemper lethalia 449. ſeqq.
vulnus controverſum 446.
ſclopetarium 425.
Ventriculus in cavo pectoris inventus 413.
Ventris tumor non ſemper graviditatem notat 45.
Verba actionem ſ. effectum notantia ſæpe jus debitum & conatum ſignificant XXX.
Verbena hernias curat 160.
Verbis an curare liceat? 162.
S. ſcripturæ in curando uti non licet *ibid.*
Veriſimilitudines in probando occulto valent CXXX.
Veritas quid? LXXIV.
intempeſtivis dubitatiunculis negligitur - - - - CXCVII.
Veritati cedere nolle dementia CVIII.
Veritatis ſignum eſt aliquid omnibus videri CCII.
Veritatem non detegens videtur eſſe in dolo CLI.
Verum affectio entis ſimplex LXXV.
inter & legitimum quid diſcriminis? *ibidem.*
Vermiculi cardui hortenſis contra quartanam 160.
Verres ob ἰδιοσυγκρασίαν adverſus VI. CXL.
an à Paſtore alendus? *ibid.* CXLV.
Vertebrarum colli diſtractio lethalis 409.
Vertigo à percuſſione capitis 7.
Veſicæ vulnera 460. 426.
Vexator Venereus CCCCLI.
Vetula 76. annorum nubens Juveni vix annos 20. nato XXVII.
Vetulæ poſſunt fieri fœcundæ LXVII.
conjugium diſſuadendum quidem, ſed contractum non ſolvendum LIX.
Vexatore abutens mulier CCCCLI.
Vinculorum vehementia lethalis 54. 81.
Vinorum adulteratio per lithargyrium & ſimilia publicè prohibita VII.
Virginitas difficulter & impoſſibiliter per naturam dignoſcitur III.
læſa an ex inſpectione oculari cognoſcatur? *ibid.*
an ex hymenis perruptione 16.
an ex urina 16.
prudentis Medici inſpectione dignoſcenda III.
læditur neceſſariò in vero coitu III.
læſa per artem reſtitui nequit *ibidem.*
Virginitatis defloratio non facit matrimonium - - - XLVII.
ſigna in adultis valdè dubia III.
in puellâ tredecim annorum inventa III.
Virgo & uxor fœmina quædam per quindecim annos XCIII.
dormiens poteſt deflorari I. XIV.
ex amore inſaniens anodynis adjuta XCIX.
quædam flagrat amore Eunuchi XXV.
cum Eunuchò an conjugium contrahere valeat? LXII. *ſeqq.*
Virgula divinatoria CCCXIV.
Vires medicamentorum Medicis magis quàm Pharmacopœis cognita 206.
Virtutis finis honeſtas 74.
Viſitatio officinarum 197.
Vita anteacta delinquentium examinanda CXXIX.
facit indicium ad quæſtionem imponendam - *ibid.*
inchoatur inſpirando CXIX.
quid? 2.
Vitia artificum non imputanda Arti CLXVI.
Vitricus in ſuſpicionem inceſtûs incidit eum privigna LXXXI.
Vitriolum nociva facultate pollet CCXIV.
Vitrioli oleum manibus affrictum maculam rubicundam indelebilem reliquit CCXVII.
Spiritus gravidæ propinatus lethalis VIII.
abuſus funeſtus VIII.
vis examinatur CCXIII.
diureticus & ſtomachicus CCXV.
nocet pratis CCCCLII.
Viventes mortui exiſtimati CCCCXXXVII.
Una caro quomodo fiant Conjuges? XLVII.
Un cornu verum 220.
Undecimeſtris fœtus an legitimus? 48.
Unguentum vulnerarium CCXLIV.
Sagarum quale? CCCXXV.
Unguium defectus fœtum imperfectum arguit 25. 30.
Unicornu Groenlandicum CCXX.
verum quis deſcripſerit? *ibid.*
Vœpper quid? CCCCLI.
Volenti poteſt fieri injuria XXXVI.
Voluntas facit matrimonium XLVII.
Vomitorium furioſo propinatum XCIX.
Vomitus Gravidis primis menſibus moleſtus 77.
ultimis menſibus abortum movet *ibid.*
in vulneribus capitis plerumque meningum læſionem notat 343.
Voto continentiæ tentatur Deus XXXVI.
Vox ſanguinis Cainum accuſans DCCCLXXV.
Urceus anguſto collo non facilè admittit aquam CXX.
Uri Paulinum quid? XLI.
Urina graviditatem non indicat 69.
Urticæ radix lochia nimia curat 160.
flagrum ad erectionem penis CCXIX.
Uteri cervix cui ſimilis 13.
orificium internum glandi ſimile *ibid.*
fundus *ibid.*
Utplurimum quod fit, univerſaliter fieri dicendum 442.
Vulnera articulorum exigua ſæpe morbum intulerunt 432.
complicata periculoſa CCXCVI.
per ſe lethalia 339.
Vulnerum diſtinctio 366.
inſpectio 289. X.
lethalium terminus 391.
pluralitas auget lethalitatem CCXCVI.
Vulnus aſperæ arteriæ ſanari poteſt - - - - CCLXXXIII.
Cerebri ſclopetarium per ſe lethale - - - 34. CCLXXIX.
capiti frenis inflictum abſolutè lethale judicatum X. CCLXXXVIII.
capitis per inciſionem ampliandum CCXLI.
profunditas dijudicanda CCCCLIII.
ex perpetuo vomitu non judicatur abſolutè lethale CCXCIV.
inſtrumento longiori non explorandum 296.
tendinum punctim factum periculoſum. 81.
thoracis an à gladio obtuſo? 81.
Uxoricidarum ſcelera variis modis celata X. XI. CCCXII.
Uxoricidium præcipitatione cadaveris in puteum celari præſumtum XI.
Uxoris alterius uſus improbè conceſſus LXXXV.
corrigendæ facultas data Marito CXXIX.

Z.

Zelotypia mulierum CCCCLI. & *ſeqq.*
Zetter-geſchrey quid? DXXXVI.

SPHALMATA

In Orat. de Labyrinthis Studii Medici ſuperandis, ob Autoris abſentiam, à Typothetis relicta.

Pagina	*Columna*	*Linea*	*Error*	*Correctio.*
DXLI.	2.	43.	*hereres*	hæreſes
DXLII.	2.	15.	*ſtatim*	del. comma
DXLIII.	1.	33.	τεχνοθῆνα	τεχνοθῆναι
DXLIII.	2.	14.	*Labyrinthis*	Labyrinthi
DXLIV.	1.	7.	*Spiritus*	Speciali
DXLIV.	1.	8.	*oſtenderat,*	del. comma
DXLIV.	1.	51.	*Parcentis*	Parentis
DXLIV.	1.	59.	*ſecundi*	ſecandi
DXLIV.	2.	32.	*claſſis*	claſſes
DXLIV.	1.	2.	*Barrielario*	Barrelierio
DXLV.	1.	10.	*&*	ex
DXLV.	1.	4.	*Mayerum*	Mayernum
DXLVI.	1.	21.	τεχνηθῆναι	τεχνοθῆναι
DXLVI.	1.	51.	*Boylerum*	Boyleum
DXLVI.	2.	38.	*Willius*	Williſius
DXLVI.	2.	39.	*Haniſius*	Harriſius
DXLVI.	2.	41.	*Haniſius*	Harriſius
DXLVI.	2.	43.	*Giſſenius*	Gliſſonius.